R. P. LAVRENT. DE A PONTE

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

R. P. LAVRENT.

DE APONTE

DOCTORIS THEOLOGI,

ORDINIS CLERICORVM

Conuent' sancte Regularium Minorum, Marie de Scala

IN SAPIENTIAM SALOMONIS

COMMENTARIA.

CVM HOMILIIS, DIGRESSIONIBVS SCHOLASTICIS, ac Paraphrasi.



PARISIIS.

Sumptibus CLAVDII SONNII, viâ Iacobæâ, ſub Scuto Baſilienſi, Naui aurea, & in Circino aureo.

M. DC. XXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS, ET APPROBATIONE.

PETRO ANTONIO
EPISCOPO TROIANENSI, ET HORATIO DE A PONTE MARCHIONI DE LA PADVLA IAM defunctis, fratribus, & amicis.

LAVRENTIVS DE A PONTE FRATER & amicus.

PATRONOS quærunt literarios fætus parturientes, & in palæstricum certamen proli descendenti, propugnatorem desiderant valentem, viribusque absolutum. Ideò alij primos in re literaria, alij vrbi dominantes, & orbi; Platonem, Demosthenem, Aristotelem, ac Ciceronem, Philosophiæ, ac Eloquentiæ facile principes, multi suis asciuerunt: Reges autem, ac Dynastas non multi, sed propemodum infiniti, iter iam sic agitatum, vt necessarium sit præceptum sequi Pythagoricum, Viam *scilicet* Regiam declinato. *Quod explicans Philo lib.* quod omnis probus sit liber, *figuratè asserit loqui,* dictis *scilicet* nec factis vtendum tritis, & vulgaribus. *Alia ergo via incedendum, quæ si non regia, præclara tamen, quia non peruulgata. Ergo non sapientissimum, non potentissimum, Primogenito huic meo desideraui, sed vos fratres, & amicos: nec alios quæsiui, recordatus illius Socratis, nempe,* qui fratribus præteritis alios sibi amicos acquirunt, ijs esse similes, qui agro suo relicto colunt alienum. *Vobis idcircò fratribus, & amicis hunc fœtum præbeo, nouis certe tutelaribus genijs, viris scilicet iam vita functis: Quid ni? quandoquidem Dei misericordia, vita, morsque vestra non mortuos, sed viuos, non homines, sed Deos vos effecerint. Hinc inter extinctos rediuiui, & inter superos Dij reputati, iure & merito Gigantomachiam partus non timeo huic meo.*

Philo. Socrate.

Deos dixi, & merito: nam si ad quos sermo Dei, Dominus noster

Deos appellauit, qui eum Dei gratia custodierunt, ac seruarunt, numquid illicitum Deos nominare? Custodierunt enim professione, exercitio, dignitate, munere: nam alter professione religiosus praclare illius clericorum regularium Theatinorum nuncupatorum; exercitio Prædicator, dignitate Episcopus, munere Nuntius apud Ferdinandum Austriæ tunc Grassensem Ducem, nunc dignissimum Imperatorem: Alter verò professione Religiosus illustrissimi militaris Ordinis sancti Iacobi, dignitate status Consiliarius, exercitio, ac munere apud inclitum Philippum III. Hispaniarum Regem, vnà cum excellentissimo Hectore Pignatello Montelionis Duce, viro numquam satis laudato, pro Regno Neapolitano Orator extitit; in quibus muneribus fas sit dicere, quòd fœliciter militarunt, vnde & fœliciter etiam obierunt: hinc verè, & sapientiæ filij, non solum Dij appellandi, dum in vita alter prædicatione, in morte verò ambo eam præcipuè ostentarunt.

De primo fidem mihi fecere qui adfuerunt, de Horatio autem ego testis; ego lugens, qui illum sic parentaui, vt simul cum eo & parentatus ego; mors illa mors equidem bona, mors pia, mortem sanctam audebo etiam appellare: numquid non sancta dum non mors, sed Dei munus? ipse eam summis à Deo expetijt votis, morosius viuens vbi peccandi aderat periculum; votum expleuit Omnipotens, vnde illi vitam auferens iuuenilem, sanctam, senilemque concessit mortem.

Vidimus qui astabamus morientem, sed corpore tantum non spiritu, & quò illud decidebat eò iste subleuabatur, ridebat ipse flentibus omnibus, canebat præ gaudio sonora, ac distincta voce, Gloria in excelsis Deo, *& quia pennas actionum habebat albas, ideo vti alter Cygnus in morte extollebat vocem: flammis amoris diuini totus ardebat, vnde ad refocillandum cor spirabat voces, voces ignitas, & accensas, vt si audisses globos flammarum potius diceres, quàm verba; talia erant illa quando Deo iudici gratias agebat pro sententia ferenda, etiam si damnationis, pro illis, quas tunc si damnatus dare non posset; talia illa ineffabili voluntati diuinæ vsque ad inferni pœnas resignationis; talia illa cohortantis animam vt libenter exiret, moræ iam impatiens amati: & tandem vt semel dicam, talem se exigebat, vt ad nuptias eum vocatum diceres, ad præmium, ad lauream, & ad coronam, non ad mortem, & iudicium: sic lætus expirauit, immò aspirauit.*

Sanctè ergo mortui sunt; fidelesque in vita fuerunt crediti, meritò sperandum quòd supra multa eos summus constituens Imperator inter consimiles sui candidatos sedere eos fecit in cælestibus, sapientiæ tradens sapientiæ filios, quia sapienter vixerunt, sapienterque obierunt. Iure ergo vobis labor hic in Sapientiam, qui estis eius filij, & qui iam non homines in terra, sed bonitate diuina Dij estis in cælis.

Caterùm cum fratres Deos sapientiæque habeam filios, quid primogenito huic meo timeo? prorsus nihil. Securus ergo ad palæstram descen-

dito fili, palmam reportabis, & coronam, non tam tuo quàm Patruorum tuorum merito. Sub vestris tandem auspicijs fratres illum mitto, defendite, Nepotemque fouete vestrum, sapientiæque diuinæ, quam in terris coluistis, & nunc in cælis adoratis, commendate, fauoremque illi impetrate, & interim ne sitis tantum pueris, sed recordamini etiam & parentis, fratrisque vestri, qui vos amat, vos diligit, vos colit, vt vnà hic in terris, sic vnà etiam simus in cælis. Saluete fratres, saluete amici, fruamini in perpetuum. Ab hac mortali & fragili vita, Madriti die 8. Decembris. Anno Domini 1626.

AD LECTOREM.

NON petam, sed à te (Beneuole Lector) supponam veniam : scio hominem me, ac proinde labilem, veniaque dignum, te verò liberalem, ad parcendumque promptum, non quæ in hoc libro tibi apponam, nam hoc abundè in primo præludio; solum tibi his necessariam addam temporibus admonitionem, me scilicet non oratorem agere, non Ciceronem interpretari, non Quintilianum declamare, sed diuinæ librum Sapientiæ, cui carnis inimica, quæ non persuasibilibus humanæ, sed diuinæ verbis pectora mulcet, corda emolescit; pono in sensu mysterium non in verbis, verba quæro ad mysteria declaranda, non vana in verbis includenda, quæ mysteria post Ambrosianū laborem nullum aliud includunt nisi obscuritatem. Pulchrè Chrysost. in cap. 5. Genes. super illa verba *Domine Deus vnde scire possum*, hanc inter humanam, diuinamque sapientiam agnoscit differentiam, vt hæc non verba, sed sententias, illa autem verba tantummodo, non sententias quærat, *Talis enim scripturæ mos est*, ait, *vt in paruis verbis plurima sæpe multitudo sensuum inueniatur, in humana sapientia, omne studium concinnandis verbis adhibitum est, in scriptura verò aliter, nullus scripturæ sermo de pulchritudine, vel compositione verborum, at illic post longam, & indicibilem nugacitatem, vix dignè aliqua sententia venantibus occurrunt.* Nil melius. Solitariè legi desidero, non cum Calepino, fructum delectationis exposco ex corde, non ex auribus, & Diui Hieronymi præceptum secutus epist. ad Damasum, orationem illam quæsiui *quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondescat.* Nemus in templo Dei plantari prohibetur *infructuosa prohibitio loquacitatis*, vt Diuus ait Gregorius epist. ad Leand. Ergo his monitus documentis, sic stilum adaptaui, vt sicut ruditatem non præ se ferret, sic vanitatem non redoleret, vt Christum saperet, non Ciceronem, & tandem vt si quis eum intelligere velit, Patres reuoluat, non Grammaticos. *Non spem ponentes*

Chrysost.

Hieronym.

Gregor.

tes

tes in facundia, dicam cum diuo Anaſtaſio Synaita ante primum lib. exameron, *ſuauibuſque fabulis, & nugis, arteque dicendi Græcorum, neque armati iambis trucibus, & inutilibus loquimur de diuina ſcriptura, quæ expoſita quidem fuit per quandam vocis tenuitatem, & linguæ tarditatem.* Nil aptius. An hoc ſim aſſecutus tu videris, & conſecutione Deus laudandus, ſin minus, bona adfuit voluntas, etſi non effectus. Vale.

Anaſtaſ. Synaita.

ε

I N D E X

PRÆLVDIORVM, HOMILIARVM, & Digreſsionum.

Homiliarum, & Digressionum.

HOMIL. LXXV.

Mors tempestiua, & vita breuis, iusto non pœna, sed merces.

HOMIL. LXXVI.

Senectus venerabilis honore digna vita immaculata, & senes, immaculatè viuentes.

HOMIL. LXXVII.

Magnum Dei amoris signum, separare aliquem à mundo per religionis ingressum.

HOMIL. LXXVIII.

Magnum Dei amoris signum, separare hominem à tumultu per solitudinis quietem.

HOMIL. LXXIX.

Præseruatio à peccatis, etsi per mortem, magnum Dei beneficium.

HOMIL. LXXX.

Adulatio peccatorumque assentatio, quàm magnum malum.

HOMIL. LXXXI.

Concupiscentia rerum huius sæculi magnum malum, quàmque fugiendum.

HOMIL. LXXXII.

Tempus iniquorum, tempus vacuum, iustorum autem plenum.

HOMIL. LXXXIII.

Amor Dei vehemens causa præproperæ mortis iustorum.

HOMIL. LXXXIV.

Mali internam iustorum non penetrantes consolationem, Deique erga illos amorem, decipiuntur, putantes eos malè degere in hac vita.

HOMIL. LXXXV.

Iudicium comparationis in die vltimo, durissimum & terribile.

HOMIL. LXXXVI.

Sancti non persequendi, sed obsequendi, quia Deus durus ipsorum vindex afflictionum.

HOMIL. LXXXVII.

Finis peccatorum durissimus, multis calamitatibus plenus.

HOMIL. LXXXVIII.

Maxima pœna malorumque afflictio in morte, iudicioque, accusatio conscientiæ, propriorumque delictorum.

HOMIL. LXXXIX.

Christus Dominus graue sumet iudicium de illis qui perditionis, aut excisionis causa à gratia alicuius extiterunt animæ.

HOMIL. XC.

Potentia, & maiestas Christi in iudicio terribilem incutiet malis timorem.

HOMIL. XCI.

Gloria iustorum in die iudicij valdè malos torquebit.

HOMIL. XCII.

De dignitate iustorum ex Dei filiatione.

HOMIL. XCIII.

Inspirationibus diuinis resistere, & oppugnare, malum grande.

HOMIL. XCIV.

Peccatores laborant, & non dolent, angustiasque patiuntur peccando, & lætantur.

HOMIL. XCV.

Satietas huius mundi, rerumque eius, affligit non satiat animum possidentis.

HOMIL. XCVI.

Solissimè in hoc mundo degitur dum sine Deo viuitur.

HOMIL. XCXVII.

Superbia, & diuitiæ quàm vanæ res.

HOMIL. XCVIII.

Vita humana quàm breuis.

HOMIL. XCIX.

Mundus nil aliud nisi hospitium quoddam, & homo hospes quidam.

HOMIL. C.

Præsentiæ, & memoriæ Dei fructus & necessitas.

HOMIL. CI.

Gloria à Deo suis præparata quàm magna.

HOMIL. CII.

Iustitia vindicatiua maxima Principis virtus, semper debet cum illo assidere.

HOMIL. CIII.

Princeps securè regnabit, si rectus in iudicio, nullamque accipiet personam.

HOMIL. CIV.

Æquitas, Deique patientia qua hic suffert, impiumque castigat, eius in iudicio scutum, quo ora obturabit impiorum.

HOMIL. CV.

Creatura huius mundi acre contra malos in die iudicij exercebit prælium.

HOMIL. CVI.

Peccata sunt in causa, vt terra desoletur, ac destruatur.

HOMIL. CVII.

Malignitas principumque iniquitas in causa, vt Deus ab eis tollat regnum.

HOMIL. CVIII.

Regibus in gubernando amplius prudentia, quàm fortitudine vtendum.

Index Præludiorum,

INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ.

Duo tibi in hoc insinuamus indice, amice Lector. Primum non omnia nos Scripturæ in illo apposuisse loca, sed tantum ea quæ aut Patrum authoritate, aut peculiari nos in illis elaborauimus studio, infinita enim dimisimus, quæ obiter, aut tacti, aut aliquid tantum ad probandum adducta; experientia enim edocti nobis laborem, tibi fastidium euitauimus.

Secundum verò in numeris aduerte nos non semper anteriorem citasse, sed aliquando inferiorem, sed Scripturæ loco viciniorem, vt facilius dum reperitur, labor excusetur.

GENESIS.

Cap. IX.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ.

Duo tibi in hoc insinuamus indice, amice Lector. Primum non omnia nos Scripturæ in illo apposuisse loca, sed tantum ea quæ aut Patrum authoritate, aut peculiari nos in illis elaborauimus studio, infinita enim dimisimus, quæ obiter, aut tacti, aut aliquid tantum ad probandum adducta; experientia enim edocti nobis laborem, tibi fastidium euitauimus.

Secundum verò in numeris aduerte nos non semper anteriorem citasse, sed aliquando inferiorem, sed Scripturæ loco viciniorem, vt facilius dum reperitur, labor excusetur.

GENESIS.

Capvt I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Index locorum

ECCLESIASTICVS.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. IX.

Cap. XII.

Cap. XIV.

Cap. XVII.

Cap. XVIII.

Cap. XX.

Cap. XXI.

Cap. XXV.

Cap. XXVI.

Cap. XXIX.

Cap. XXXII.

Cap. XXXIV.

Cap. XXXV.

Cap. XLII.

Caput LI.

ISAIAS.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. V.

Cap. VI.

Caput VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Cap. XXI.

Cap. XXII.

Cap. XXIII.

Cap. XXVII.

Cap. XXVIII.

Cap. XXIX.

Cap. XXX.

Cap. XXXI.

CAP.

Index locorum

Index locorum Scripturæ.

I. IOANNIS.

Cap. I.

EPISTOLA IVDÆ.

Cap. I.

APOCALYPSIS.

Cap. I.

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII.

LVdouici XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus litteris cautum, ne quis in regno suo, alijsue locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos sex, à die impressionis primæ inchoãdos ac numerandos, excudat, vẽdat, excudendum, vendendumq; quouis modo, & ratione curet, librum qui inscribitur *R. P. Laurentij de A Ponte, Ordinis Clericorum regularium minorum, in Sapientiam Salomonis Commentaria*, præter CLAVDIVM SONNIVM Bibliopolam Parisiensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate regia omnibus suis subditis, eumdem librum extra regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu illius CLAVDII SONNII, idque omne sub confiscatione librorum, alijsque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisijs die 14. Februarij 1629.

Demandato Regis signatum.

RENOVARD.

Approbatio Doctorum.

NOs infra scripti Doctores Theologi fidem facimus vidisse & attentè legisse librum qui inscribitur *R. P. Laurentij de A Ponte Ordinis Clericorum regularium minorum, in Sapientiam Salomonis Commentaria*, & visum est opus singularis eruditionis & dignum quod in omnium manibus cum multa vtilitate versetur, cùm nihil à fidei & Religionis Catholicæ doctrina aut bonis moribus alienum contineat. Datum Parisijs, die 4. Februarij 1629.

F. FR. FEVARDENT. F. M. CHRESTIEN.

P. LAVRENTII DE A PONTE,

CLERICORVM REGVLARIVM MINORVM,

in Commentaria cum Homilijs Sapientiæ Salomonis Præludia.

Par equidem est, cum ea, quæ in orbem ludit terrarum, vt præludamus, ne imparati accedentes, incoronati, sibilemur, sumet ergo gratiæ peruncti oleo aliqua primo apparabimus, quibus veluti facibus, ad interiora (quæ satis obscura) inoffenso possimus ingredi pede.

Primò ergo, ponam aduertentias aliquas ad libri intellectum.

Secundò, de eius inquiram authoritate, an scilicet sit Canonicus.

Tertiò, de eius authore, an scilicet fuerit Salomon.

Quartò, de qua sapientia hîc sermonem instituat Sapiens.

Quintò, tandem de fine, & argumento.

PRÆLVDIVM PRIMVM.

Aduertentiæ aliquæ Authoris ad libri intellectum.

SAPIENS ille pater familias, Matth. 22. num. 4. (amice Lector) vt ad conuiuium alliceret suum, non solùm illud paratum, sed quæ parauerat suis indixit inuitatis, *altilia occisa sunt, omnia parata, venite ad nuptias:* vnde eò libentiores accesserunt quò ferculorum intellexerunt qualitates. Sic nos, etsi conuiuium tibi parauimus, tamen, vt hilari lubentique accedas animo, quæ, quo ordine, quoue fine in hoc præludio, veluti præludendo tibi proponimus: ordinem ergo, finem, ipsorum denique ferculorum substantiam, & condimentum aspice, gusta si placent, sin minus sepone. *Matt. 22. nn. 4.*

Literæ sensum primò expono, omnium sacrarum literarum basim, & fundamentum, vt aiebat Diuus ille Hieronymus ep. 27. quòd si semel bene non statuitur, corruat & superpositum ædificium necesse est: procuro quoad possum carpere verum, germanum, solidum, petitum, vt cum Hieronymo vbi supra dicam, *non à me ipso, idest à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ viris* & si pauci admodum sint, qui in hunc desudauerint librum, ex antiquis, duo tantùm in eum laborarunt, *Olkot*, & *Cantachuzenus*; ex modernis autem etiam duo vnus concisè, alter extensius; creuit ergo difficultas scribendi, dum iter sic parum tritum, Vulgatæ sensum in omnibus sequor, & quo ad potui conatus, vt Græca Vulgatæ correspondeant. 1. Literalis sensus basis & fundamentum sacrarum literarum. *D. Hieri.* 2. Authores qui in Sapientiam scripserunt pauci.

Secundo ex sensu historico propositionem carpo moralem, ita vt quadret sensui, vt ex medullis erepta sit ipsius, vt tandem erumpat, quasi ex se, non autem extrahatur, aut cogatur, nam vt egregiè diuus inquit Iunilius lib. 1. de part. diuinæ legis cap. 5. *Si voluerimus prouerbialem speciem, seu allegoriam sic recipere, vt narrationis veritas infirmetur, locum damus inimicis, prout voluerint, diuinos libros interpretandi*; in quo facto, tam tenax sum, vt potius contentus fue- 3. Propositiones morales vt eruendæ à scriptura sacra. *Iunilius.*

rim, ſimplicem ſenſum ponere literalem, quàm inde propoſitionem *eruere* improptiam, & à longè petitam, quòd quàm difficile, quàm durum in hoc libro, ſcient in illo verſati, per quàm ſterilis eſt circa illud argumentum.

4. *Scripturæ & Patres paſſim in hoc libro, ſecus autem prophana. Ennodius.*

Tert ò ſcripturas, & Patres, obiter, paſſim frequentes, immo ſemper inuenies, in hoc ſtudui, in hoc quo ad potui laboraui, vt totus liber veluti vna ſcriptura, & omnes ſimul Patres eſſet. Amice Lector, Fabulas, Poëtas, Hieroglyfica, & tandem ſecularia quæquæ, etſi pretioſa, non inuenies, licet Philoſophorum dicta, & hiſtorias, exempla, ac eruditiones, & hoc maxime in literali ſenſu, nam mihi ſanctum illud beati Ennodij dictum lib. 1. epiſt. 2. *pulchra ſunt quæ ſcribis, ſed ego amo plus fortia, redimita ſunt floribus, ſed poma plus diligo.* Non damno qui contrarium faciunt, dummodo modus adſit, & ſcio licitum eſſe expoliari Ægyptum, ſed tamen verum eſt, quia tunc licitum, quando populus inter illos, quando ab illis oppreſſus, & tandem quando non aliunde, quia nun extabant amici; at nunc dum tales, tantique amici, & patroni, qui ſic libenter non ſolum offerunt, ſed dant, qui tam dilucidas veſtes, qui ſic pretioſas tenent margaritas, ad quid ad Ægyptum confugere, vt det nobis manus, & baculo illo

5. *Ratio cur prophana non adducenda.*

concertare arundineo, cùm gladium habeamus acutiſſimum verbi Dei, enſeſque ſanctorum Patrum lucidiſſimos? & hoc quando, non ad aurium pruritum, non ad delectationem, ſed ad animarum ſcribitur, defatigaturque lucrum.

Oto te, ſi conflicturus cum aliquo, enſem habere poſſes, qui non ſolum ex te, & ex tua tantummodo actione feriret; ſed iunctim ex ſe virtutem haberet, vt ſimul tecum plagam inferret, & ictum; nonne hunc eligeres, relicto alio, qui nullam aliam virtutem haberet, niſi quam tu illi præſtares? certiſſimè, & ſi non faceres, ſignum eſſet vecordiæ, aut quòd vincere

6. *Verborum ſcripturæ efficacitas.*

non appeteres. Primus enſis, ſeu gladius, verba ſunt Scripturæ, quæ ex ſe materialiter tantum vt ſonant animum feriunt, percutiunt cor, medullas transfigunt: nec mirum, quia ſunt gladij acuti, & igniti, ideo propriam efficaciam, actionemq; habent: nam ſi quis gladio feriret ignito, duos ictus faceret, ſeu duos imprimeret certè dolores, ſciſſionis, & aduſtionis, ſciſſio eſſet à manu percutientis, ſed aduſtio ab igne, non à manu; ſic pari modo, verba Scripturæ ſanctæ, cũ ex ſe carbones ſint igniti, immo ipſemet ignis, *Omnis ſermo Dei ignitus*, inquit Salomon Prouerb. 30. n. 5. & Paul. ad Hebr. 4. n. 14. *Viuus, & efficax*, viuus quia ſpiritum vitæ habet

Pro. 30. n. 15. Paulus ad Hebr. 4. n. 14.

in eius rotis, locutionibus ſcilicet, ac figuris, & ideo ex ſe ferit, & vulnus infligit, propriamque actionem habet, non mendicatam à manu, itant verba Scripturæ ſanctæ tantum prolata, etiam ſine illarum intelligentia, extimeat Diabolus, fugiat, elongetur, quinimmo, vt affirmat Chryſoſtom. Conc. 3. de Lazaro, ex contactu tantum Euangeliorum, quis ad ſe conuerſus fuerit,

7. *Diabolus ſonum verborum ſcripturæ timet. Chryſoſt.*

Simul atque tetigit aliquis, ait, *Euangelium mox compoſuit ſuam ipſius mentem, & à rebus mundanis abduxit, idque ex ſolo ipſo aſpectu.* Ob hoc Hieronym. epiſt. ad Saluian. ei conſulit vt ſemper præ manibus habeat aliqua ſcripturæ verba, quibus iacula inimici confringere valeat, *Semper in manibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebræ orationes, vt omnes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo depellantur.* Ob hoc Ambroſ. Præf. in Pſal. verba ſacræ ſcripturæ appellat *nocturna arma, diurna magiſteria, ſcutum in timore, feſtum in ſanctitate.*

8. *Euangeliorum contactus cooperſionis peccatoris cauſa. Hieronym. Ambr.*

Sunt arma nocturna contra nocturnos inimicos, ſunt magiſteria diurna, quia etſi in die nocturnus inimicus non timetur, angit timor ſemitam errandi: ſunt ſcutum in timore, quia etſi error viæ non formidatur, latro pertimeſcitur: & tandem ſunt feſtum in ſanctitate, quia dum ſancti in apice ſtant perfectionis, contemplationiſque, infelices eſſent, niſi in ore vnum, aut alterum ſcripturæ haberent verbum, nam illa pleni dulcedine diuina, ac à ſplẽdore oppreſſi maieſtatis, erumpere deſiderant in verba, nec valent, nec poſſunt, quia apta, & æqualia non inueniunt, dolent, æſtuant, languent, penè deficiunt, etſi illico vnum aut alte-

9. *Verborum ſcripturæ ſacræ qualitates.*

rum ſcripturæ verbum illis non adeſt, quo ſemel quidquid volunt dicant, corque effundant, deperirent, & languerent. ob hoc feſtum etiam ſunt in ſanctitate, vt optimè Ambroſ. qui vt expertus loquebatur, ergo ipſamet ſcripturæ verba, ipſemet ſonus verborum eſt efficax, ipſemet percutit, & hoſtem debellat, quis enim conuertit Antonium, nonne tantum verborum ſonus ſcripturæ? quis Auguſtinum, nonne ipſa ſcripturæ verba? arma ergo ſunt, & ex ſe præpotentia.

At cætera quid ſunt, quid valent, quam virtutem ex ſe habent niſi tu dederis? ſunt verè

10. *Authores prophani arbores ſine fructibus. Origen.*

cymbala ſonantia, & præter ſonum nihil, vox ſunt, non res, ſigna, non effectus, mortua denique verba à mortuis authoribus, arbores excelſæ, *ſed ſine fructibus: Authores ſecularium librorum*, inquit Origen. ho. 2. in Geneſ. *poſſunt quidem dici ligna excelſa, & ligna vmbroſa, quia illi quidem loquuntur excelſa, & florida vtuntur eloquentia.* Ergo præter celſitudinem, & vmbram nihil, delectationem cauſant, pruritum, ſed in ſe virtutem continent nullam ad animam meliorandam, aut vincendam, niſi tu dederis affectu, elocutione, immo oratione. Gladij ergo

sunt, sed emortui minimè acuti: Hoc ergo cùm sit, dic mihi dum de conuersione tantum
animarum tractamus, qui aut scribimus, aut prædicamus, & è duobus istis gladijs primum
possumus assumere, nonne si non assumo iustè, aut ineptiæ, aut p[illegible]rum voluntatis arguat 11.
ad animas lucrandas, & quod totus sim ad auram captandam, prurientiumque aures? quis
de hoc dubitat? hac de causa parum in propositionibus moralibus prophanis vsus licet am-
plius in sensus expositione literalis.

[Authorum prophanorum vsus moderatus vtilis.]

Dixi parum, cum equidem moderatus eius non debet argui vsus, nam vt scribit Nazian-
zen. orat. de laudib. Basil. *eruditio inter humana bona primum locum tenet*: videndus est D.
Tho. opusc. 70. S. August. 2. de doctrin. Christ. cap. 39. & 40. Nazianzen. vbi supra Basil.
homil. de legendis libb. antiq. Ambros. in Luc. cap. 4. Clemens Alexandr. & Iustin Martyr.

[*Nazianzen. D. Thom. August. Basilius. Ambros. Clemens Alexandr. Iustinus Martyr.*]

Quarto in propositionibus eligendis, quoad potui à communioribus me continui, immo
ne communem apponerem frequenter sensum tantum glosaui literalem & licet in hoc stu-
duerim, non tamen semper assequi illud potui, etsi aliquando communem appono, vt ali-
quid noui adderem pro viribus conatus sum, recordatus illius Origenis homil. 5. in Leuitic.
qui doctos admonens consulit, *vt cùm proferre ad populum sermonem cœperint, non hesterna* 12.
proferant, non vetera proloquantur, sed per gratiam Dei, noua semper proferant & spiritualia
semper inueniant. Semel esurienti Petro cõmunia, immo & repentia ei proposita sunt, aptus
cibus, quia esuriebat: at nunc, quando ob ciborum congeriem, iam pleni, & non solum
non esuriunt, quin immo fastidiunt; nisi selecta apponantur stomachabuntur, an apposui tu
lector iudicabis.

[Concionator noua exquiret. *Origen.*]

Quinto in propositionibus tractandis, exprimendisque, multoties concisus existo, & 13.
præcipue in locis scripturæ, contentus ansam motiuumque præbere; sæpe non totum, quod
ex scripturæ loco eruere possem, erui, & hoc data opera, nolui pabulum relinquere lectori,
vt ex suo etiam aliquid cogitet, sic salate leget, cùm de suo apponet; & fortasse, immo me-
lius, quàm quod ego; qui cùm apud aliquem locum scripturæ reperio ita exaratum, vt ex
meo nil aliud addere possim, frigesco, & derelinquo, expertus, studui, ità scripturæ loca
enucleare; vt non totum, quod potui, dixerim, dicet alter, & vt dixi, melius.

[Authoris modus in propositionibus tractandis.]

Sexto frequenter non multum protraho discursus, ac propositiones, paucis contentus,
& selectionibus non confarcino Patres, sed pondero; & medulla quam intra corticem ver-
borum habent, vt erumpat pro viribus conor; nam, vt inquit Ennod. orat. 3. *Fului nobilita-* 14.
tem metalli, nisi ad vnguem manus ducat artificis maternis pane hebetatur in tenebris, & si non
magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas, quam vena concesserit: cui subscribens
Petrus Damianus lib. 6. ep. 5. illos affirmat proficuè sanctos percurrere libros, *qui intra lite-*
ralis paleæ thecam, dulcem intelligentiæ spiritualis ambiunt enucleare medullam.

[*Ennod.* Patres vt legendi, & adducendi. *Petrus Damianus.*]

Septimo elenchum pro concionibus consultò non apposui, selectis verbi Dei conciona- 15.
toribus gratum me facturum spero; illum ego semper abhorrui, inhabilem, vt sic dicam,
mihi constituebat librum, nam tritum omnibus credebam, quod bonum in libro repere-
ram, qui verus, sciens, & studiosus, elencho non indiget, totus liber elenchus ei est, & de-
lectatur, & si aliena dicit, tamen sua applicatione, vnde, etsi illa non sua, sua ista, ex quo
vt de proprio fœtu gaudet.

[Elenchus cur non appositus pro concionatoribus.]

Tandem vltimò finis, animarum salus, & prouentus, præter Dei gloriam, qui primus, 61.
& principalior, optaui etiam sacris Dei materiam præbere concionatoribus, vt virtutem
persuadere, vitia dissuadere possent, vnde, (quoad potui) ita propositiones compegi, ac
stylum accommodaui, vt simul ac materiam præbeant, ingerent etiam lectori deuotionem,
ac animum eius expungant. ob hoc aliquando non concisus, licet frequenter in verbis.

[Authoris finis.]

Denique admonitum te velim, lector, in illam nos miseram incurrisse tempestatem, vt pa- 17.
rum fideliter, immo aliquando contrario adducantur sancti sensu, quem ipsi intendunt,
& insuper (quod pudet dicere,) vt semel suum statuant cogitatum, addunt, ipsaque immu-
tant verba, sententiasque fingunt dissitas, dispararasque, quod exemplis probare possem,
nisi consultius abstinerem · hoc frequenter dolui, factumque summopere detestatus, ex cu-
ius animaduersione hæc apponere tibi statui, ne si aliquando tale quid in hoc inueniens libro,
scito illud aliàs me sumpsisse, ex fonte non hausisse, neque librum suppeditasse ad collatio-
nem, cùm aliàs restatum ipsum Deum volo, me numquàm illud egisse, immo ex toto talem
abiurasse corde audaciam, ne dicam imposturam.

[Patres parũ fideliter adduci ab aliquibus, dolet author.]

PRÆLVDIVM SECVNDVM.

De Authoritate huius libri, an scilicet sit Canonicus?

Origen. Nazian. Eusebius. Isidorus. HÆC quæstio celebris fuit antiquitus, ob multorum sanctorum Patrũ authoritatem, qui libros Canonicos numerantes, hunc inter illos non reponebant, vt Origen. Nazianz. Eusebius, Isidorus, & alij, quos refert Castro in cap. 1. suæ Isagogæ in hunc librum.

Castro. Bellarmin. Sixtus Sen. Hæretici etiam huius temporis ausi sunt illud affirmare, Canonicum scilicet non esse: sic Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de Verb. Dei cap. 13. qui specialiter hoc tribuit Kemnitio, & Caluino, & Sixtus Senens. lib. 8. Biblioth. hæresi 9. hunc errorem tribuit Anabaptistis, & Lutheranis, & addit, ex antiquis hæreticis idem affirmasse eos, qui reliquiæ Pelagianorum dicebantur.

1. *Hereticorũ error.*

Caietan. Ex Catholicis autem sunt Caietanus in fine commentar. super lib. Ester. Et Lyranus in principio annotation. in hunc librum.

Fundamenta huius sententiæ duo potissimum esse potuerunt.

Primum, quia in aliquibus catalogis librorum Canonicorum, editis ab Ecclesia temporibus Apostolorum, & paulo post, nulla fit mentio huius libri, ergo non est habendus vt Canonicus, nam aliàs Ecclesia non sufficientem tradidisset doctrinam de hac re. Antecedens probatur ex libro canonum Apostolorum, qui habetur tom. 1. Conciliorum ex can. 84. & *Concil. Laodicen.* Conc. Laodiceno sub Liberio Papa, aut sub Damaso celebratum prope annum à Christo nato 364. Can 59. vtrobique enim describitur prædictus catalogus, & tamen in eo prætermittitur hic liber. Et licet liber Canonum Apostolorum, & Laodicenum Concilium, aliquando ab Ecclesia fuerint reiecta; tamen à sexta Synodo, quæ est tertia Constantinopolitana, in secunda ipsius parte, congregata in Trullo (parte scilicet quadam Palatij Imperatoris) sub Iustiniano can. 2. approbantur octuaginta quinque canones Apostolorum; & Canones Concilij Laodiceni. *Sexta Synodus.*

Secundum fundamentum esse potuit, authoritas Patrum, qui, vt diximus, catalogum librorum Canonicorum conficientes, hunc Sapientiæ librum prætermiserunt.

Michael de Medina. Bellarmin. Stapleton. Sed antequam ad veram, & de fide sententiam deueniamus; placet primò annotare quod annotauit etiam Michael de Medina lib. 6. de recta in Deum fide cap. 11. Bellarmin. in tom. 1. lib. 1. de Verb. Dei cap. 9. Staplet. lib. 2. defens. authorit. Eccl. sect. 5. & cum eis omnes ferè Theologi, Ecclesiam scilicet, sicut non ab initio simul omnes fidei definiuit veritates, sed progressu temporis, prout de eis edocta per inspirationem sancti extitit Spiritus; ita etiam non simul omnes libros definisse Canonicos, sed paulatim prout etiam de hoc habuit eamdem Spiritus afflationem, vnde sicut Ecclesia definiens aliquid de fide, non ob hoc videtur negare etiam alia esse de fide, de quibus id tunc non definit; ita definiens aliquem librum esse Canonicum; non propterea negat alios, de quibus tunc non definit, esse etiam Canonicos. Quo supposito

2. *Ecclesia nõ simul omnes definiuit libros canonicos.*

3. *De fide est hunc librũ esse canonicum.*

Dicendum est, de fide esse, hunc librum esse Canonicum, & contrarium asserere his temporibus manifestam esse hæresim.

Concil. Cart. Leo PP. Gelas. PP. Tridentin. Curiel. Probatur prima pars, primo ex definitione Conciliorum, vt ex Concilio tertio Carthaginensi cap. 4. quod licet Prouinciale, fuit tamen confirmatum à Synodo Trullana loco sup. cit. & à Leone 4. cap. de libellis, disp. 20. & Gelagius Papa primus, in catalogo librorum veteris Testamenti, quem fecit in Concilio Romæ habito cum 70. Episcopis, refert Sapientiæ librum vnum: & demum Concilium Tridentinum sess. 4. hunc numerat librum in sanctarum canone scripturarum.

4. *Sancti vsi hoc libro ad confirmãdas fidei veritates.*

Driedo. Medina. Cano. Couarruu. Rugerius. Augustin. Secundo probatur, quia vt optimè annotauit Curiel controuersia 2. in ordine in librum Sapientiæ, sancti à principio Ecclesiæ, non solum vsi sunt sententiis ex hoc libro desumptis, ad confirmanda fidei dogmata, & ad euertendos errores hæreticorum; sed etiam tribuunt ipsis nomen sacrarum scripturarum, & diuinorum, aut propheticorum oraculorum. Testimonia sanctorum late refert Driedo lib. 5. de Ecclesiastic. dogmatibus cap. 4. in solut. 6. & 7. difficultatis, Michaël de Medina lib. 6. de recta in Deum fide cap. 9. Cano. lib. 2. de loc. Theolog. cap. 15. in solutione primæ confirmationis 2. argum. Couarruuias lib. 4. variar. resolut. cap. 14. n. 3. Rugerius in Opusc. de lib. canonic cap. 7. vide Augustin. lib. 7. de prædestin. sanctorum cap. 14. qui ex professo id probat.

5. Et quod caput est, multa testimonia ex hoc libro, vti ex aliis sacris, desumpta fuerunt à Christo

Christo Domino & ab Apostolis eius, si quidem ex Sapientiæ 3. n. 7. *Fulgebunt iusti*, retulit illud Matth. cap. 13. n. 42. *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum*. Deinde Matth. cap. 27. 42. refert id, quod habetur Sap. 2. 13. & 18. *Filium Dei se nominat, si enim est verè filius Dei suscipiet illum & liberabit de manibus contrariorum*. Paul. etiam ad Romanos 11. n. 34. adducit id quod legitur Sap. 9. n. 13. scilicet, *quis enim hominum poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit Deus?* Et ad Ephes. 6. n. 13. & 17. desumit id quod habetur cap. 5. n. 18. & 19. *Accipiet armaturam zelus illius, & induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem.*

Christus & Apostoli ex hoc libro multa sumpserũt.
Sap. 3. n. 7.
Matth. c. 13. 42.
Idem c. 27. 42.
Sap. 2. 13. 18.
Paul. ad Rom. 11. 34.
Sap. 9. 13.
Ad Eph. 6. 13. 17.

Secunda pars, scilicet his temporibus contrarium asserere esse hæreticum, facile probatur, quia sufficiunt ad illud definitiones Conciliorum & Pontificum adductæ.

Neque est alicuius ponderis effugium Caietani vbi supra, dicentis aliquem librum duobus modis posse dici canonicum, aut quia est regularis, id est, quia est regula, & pro tali habendus ad confirmanda fidei dogmata, aut quia est regularis ad ædificationem, & ad componendum mores fidelium; & hoc secundo modo esse canonicum hunc librum, definitionesque intelligendas Conciliorum.

Hoc inquam, non valet, nam cùm hic liber sit pars quædam sacræ Scripturę, vti pars eius 6.
habet omne, quod ipsa sacra Scriptura, hæc enim habet vt sit regula infallibilis, & infallibilis veritas ad confirmandum, tum quæ sunt fidei, tum quæ ad mores fidelium pertinent; ergo etiam hic liber eo ipso, quo à Concilijs, & Patribus sit cognitus, vt pars diuinæ Scripturæ, & canonicus dictus, & eo, quòd in Canonem diuinarum scripturarum sit positus, eo ipso est regula infallibilis, tum eorum, quæ ad dogmata fidei pertinent; tùm quæ ad mores fidelium.

Scriptura est regula infallibilis ad confirmandum tum quæ sunt fidei, tum quæ sunt morũ.

Et tandem hoc manifestè patet ex definitione Concilij Tridentini, quod post Catalogum sacrorum librorum, in quo & hunc librum annumerauit, hæc addidit. *Omnes itaque intelligant quo ordine, & via ipsa synodus post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimonijs, ac præsidijs in confirmandis dogmatibus sit vsura.* Ex quibus verbis, manifestè contra Caietanum patet, definisse Concilium librum Sapientiæ esse canonicum, non solùm ad confirmanda morum dogmata, sed fidei.

Conc. Trid.

Ad fundamenta autem contrariæ sententiæ de facili est responsio.

Ad primum negando antecedens, si intelligatur de definitione Ecclesiæ cum proprietate, nam, vt ostendunt Franciscus Turrian. lib. de act. 6. syn. ant. med. Bellarm. tom. 1. lib. 1. Verb. Dei cap. 20. in solut. prioris difficultatis. Baronius tom. 2. Annal. anni Christi 102. n. 15. & 16. liber canon. Apost. non habet authoritatem quoad omnes canones, quos continet, & præsertim quoad eum, quod citatur, & Concilium Laodicenum non fuit generale, sed prouinciale, & canones Trullani non sunt sextæ synodi, vt probant Bellarm. tom. 1. lib. 2. de authorit. Concilior. cap. 8. in solut. 13. argum. & Canus lib. 3. de locis cap. vlt.

Turrianus.
Bellarm.
Baron.
Bellarm.
Canus.

Et tandem respondetur, quod dato definissent canonicos libros supradicta Concilia, cùm in illis definitionibus non addatur particula aliorum exclusiua, benè tractu temporis, sancta Ecclesia potuit in canonem sacrorum librorum hunc librum ponere, vt posuit, à Spiritu sancto edocta, vt diximus.

Ad secundum fundamentum deductum ex Patrum authoritate, latè & optimè respondet Curiel loco cit. quem vide, nam nobis sufficiet respondere cum Castro vbi supra, mirum non esse, multos ex Patribus hunc librum inter canonicos non reposuisse, cùm Ecclesia à Spiritu sancto illustrata, de hac veritate prius non omnibus comperta, cum tempore tandem fuerit edocta.

Curiel.
Castro.

Vnum tantum superest elucidandum, quod sequenti dubio multum conducet, est enim difficultas, quæ contra hanc Ecclesiæ definitionem fit, Iudæorum scilicet Ecclesiam non cognouisse hunc librum vt canonicum, nec illum recepisse vt talem, & ideo in arca eum non reposuisse vt testatur Hieronymus in præfat. in libros Salomon ad Cromatium & Heliodorum, quæ est epist. 115. & Iosephus, vt apud Eusebium lib. 3. hist. Eccles. cap. 10. Ecclesia autem Iudæorum tunc certum est, quod non potuerit errare in catalogo librorum Canonicorum.

Hieron.
Ioseph.

Huic difficultati dupliciter respondetur, primò concedendo Synagogam non habuisse 7.
hunc librum pro canonico, non tamen determinasse illum non esse canonicum; quæ duo valde inter se differunt, vt vidimus.

Ecclesia Iudæorũ cur hunc librũ non posuit in catalogo sanctorum librorum.

Respondetur secundò, & verius, negando synagogam non habuisse hunc librum pro canonico, synagogam, inquam, quæ Christum præcessit, vnde quando Iosephus, & sancti dicunt, hunc librum non receptum fuisse à synagoga Iudæorum, intelligendi sunt de synagoga, quæ post Christum extitit, nam, vt inquit Isidorus lib. de offic. Eccl. cap. 12. quem secu-

Isidorus.

Abulens. eus est Abul. in exposit. Prolog. Galeati, quam præposuit suis Commentarijs in lib. Reg.
8. qu. 28. hoc fecerunt Iudæi, ne euidentissimis testimonijs huius libri pro Christo conuincerentur, verba Isidori sunt. *Hoc opus Hebræi, vt quidam sapientum meminit, inter canonicas scripturas recipiebant, sed postquam comprehendentes Christum interfecerunt, memorantes in eodem libro euidentissima testimonia, quibus dicitur, dixerunt inter se impij comprehendamus iustum, &c. collatione facta, ne nostri eis pro tam aperto sacrilegio derogarent, à propheticis voluminibus reciderunt, legendumque suis penitus prohibuerunt.*

Iudæi post Christum hunc oppresserunt librum.

Castro. Neque valet multum Hebraicè non reperiri, nam, vt optimè adnotauit Castro loco
9. cit. cap 7. huic libro accidit, quod Baruch, & Ecclesiastico, qui cùm Hebraicè primo scripti fuerint, postquam in aliam linguam transierunt, suam amiserunt, & Lorinus cap. 2. in præfat. in hunc librum, ob id senuit, verisimile esse Archetypum perijsse malitia Hebræorum, ratione superius adducta. Vera ergo synagoga, quæ Christum præcessit, recepit hunc librum, quem falsa postea, & futilis, reiecit, & suppressit.

Hebraicè hic liber cur non reperitur. *Lorinus.*

Canonicus ergo, & infallibilis veritatis est noster Sapientiæ liber, contrarium autem asserere est hæreticum; cuius primus author Spiritus sanctus; remanet nunc inquirendum de secundo, in quo maior est difficultas.

PRÆLVDIVM TERTIVM.

Quis fuit Author huius libri.

PVTABAM breuiter me ab hac quæstione expediturum, cùm eius fuissem sententiæ à principio quando huic libro manum apposui, Salomonem certo certius authorem eius;
S. Gregor. vnde pro Salomone receptus, Salomonem semper præ oculis habui, quando eius enucleaui
1. sententias. Hoc temporis med o dum scriberem accidit, vt in sententiam moderni cuiusdam inciderem, alioqui eruditissimi viri, qui ità ardenter, & acriter, prouinciam contrariam sumit, pro viribus conatus ostendere hunc librum non esse Salomonis, vt non ad otium me
Pineda in præf. lib. Eccl. ca. 1. n. 1. scripturum æstimaui, si perpensis vndique adductis, quid in hac re verius, probabiliusque iudicarem, in medium producerem: sed antequam hoc præstemus, aliqua prius stabilienda.

Author magni nominis librum illustrat.

Primum, quod etsi primus huius libri author sit Spiritus sanctus, & vt inquit sanctus Gre-
2. gor in exposit lib. Iob. cap. 1. *Non multum interest, dum certum sit Regis esse epistolam, à quo calamo, seu amanuensi scripta sit*; tamen non esse negandum multum accedere splendoris, & famæ alicui libro, si author eius magni nominis sit. *Porro*, inquit bene quidam, *parentem damus liberis, cum libris scriptorem, & authorem asserimus, qui procul dubio si præclari sint, siue authores, siue parentes, suum splendorem in progeniem, opusque refundunt.* immo addendum, splendorem, magnumque nomen non esse ita paruifaciendum, vt non sit alicuius etiam ponderis ante infinitum illud Maiestatis pondus diuinæ, antequam nullus splendor, nullum ap-
2. Reg. 7. 9. paret, vel apparere potest nomen. Hoc indicant, quæ ad Dauid per Nathan Dominus dixit
3. 2. Reg. 7. n 9. *Fecique tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra:* æstimauit ergo Dominus, ac quasi quid magnum ponderauit, quod dedit Dauid, nempe nomen grande iuxta nomen magnorum, qui erant in terra. Ex quo clarè deducitur, quod multum splendoris, multum etiam & decoris Sapientiæ accedet libro, si à Salomone sit editus, & eius sit
4. fœtus, & non ab alio aliquo; vnde elucet, quòd omnes, qui Sapientiæ sunt professores, amatoresque, si pro illa stare desiderent, debent, immo & tenentur, talem patrem illi dare dum possunt, quòd splendorem, decoremque potius illi addat, quàm adimat.

Magnum nomen non spernendũ, quia ante maiestatem splendet diuinam.

Sapientiæ deuotus Salomoni hũc debet ascribere librũ.

SS. Patrum authoritas semper magnifacienda.

5. Secundò stabiliendum, ac pro certo habendum, ita semper venerandam, ac æstimandam sanctorum Patrum esse authoritatem, vt etsi aliquando opinati differenter fuerint ab eo, quod Ecclesia sancta omnium magistra postea determinauit, non ob id nec leuiter quidem æstimandum, quod in alijs eorum authoritas diminuta maneat; nam eos certè non afficit correctio sanctæ Ecclesiæ, cuius correctioni omnes illi subduntur, & hac semper reser-
6. uatione scripserunt. Ex quo licebit inferre post determinationem Ecclesiæ sanctos illos, non esse amplius illius opinionis, sed eius quam postea tenet Ecclesia: nam cùm ipsi semper scripserint sub censura, ipsiusque correctione, taliter scripserunt vt si in eorum tempore illud sancta Ecclesia determinasset, tantum abesset vt contra illam starent, quin pro Ecclesiæ opinione deperijssent millies, suam abnegando, aut immutando (hoc enim proprium sanctorum est;) vnde eo ipso, quo Ecclesia determinat aliquid, pro ea potius citandus est sanctus, etiam si contraria dixerit, quia si nunc viueret, quod Ecclesia sen-

Sanctæ Ecclesiæ correctio, non diminuit SS Patrum authoritatẽ

Sancti pro Ecclesiæ opinione stant post eius definitionem etiã si contraria senserunt.

tit, & ipse sentiret, aut si sciisset sensum Ecclesiæ futurum, numquam contra illum, nec per
somnium cogitasset quin minus scripsisset.

At dices multum authoritatis amittere sanctos etsi ab Ecclesia corrigantur, quia respon-
dere potest hæreticus, dum sancti authoritatem ei opponimus, nil valere, quia sicut se dece-
pit in vno, sic se decipere potest in altero, ex quo confracta eius remanebit authoritas.

Debilis obiectio, nam qui corrigere potest sanctos, ita vt definiendi contra eos habeat 7.
authoritatẽ, non est homo alter, sed Deus, qui & ipsos Angelos corrigere potest; vt inquit Solus Deus corrigere.
S. Tho. ad Gal. 1. super illa verba, *sed licet nos aut Angelus*, & hoc facit per Ecclesiam suã, potest sanctos.
ergo sanctorũ correctio Ecclesiæ sanctæ solius est, & non alterius, & consequenter dum Ec- *D.Tho.*
clesia non corrigit, non est cur alius audeat corrigere, si præsumptionis, aut insipientiæ notã 8.
effugere desideret: ex quo fit, vt non corrigente illa, omnes qui verè sentiunt, & Catholici Illud præ-
sunt, in reliquis pro sanctis stare, illos defendere, eius authoritates suscipere debent, in nullo stat per Ec-
læsa, sed illibata permanente, immo in reliquis aucta ab Ecclesiæ correctione sancti authori- clesiam.
tate: quæ dum reliqua non corrigit, eadem sentire quodammodo pro tunc videtur, quæ san- 9. Ecclesiæ
ctus sentit. correctio

Ex dictis manifestè deducitur, non ob id, quia multi ex sanctis, librum Ecclesiastici, quomodo authoritatem auget
quem postea Ecclesia definiuit esse Sirach, ante hanc definitionem Salomoni tribuentes, ali- sanctorum.
quid authoritatis, aut ponderis eos perdidisse, quando affirmarunt hunc librũ esse Salomo-
nis, & licet non necessario tanquam ex *tripode* illud sit asserendum, vt ait quidam, tamen tam
magni facienda est authoritas sanctorum, vt in opinionibus affirmandis, nisi ex opposito al-
ter stet, etiam sanctorum chorus, temeritatis nota non careat, qui contrarium audet sentire, 10.
sanctorumque exercitui se opponere: declarandi sunt sancti, non impugnandi, venerandi, Sancti declarandi nõ
non arguendi, quia superiori spiritu locuti sunt, quo nos miseri caremus, & lux nostra co- impugnandi.
rum luci comparata, nox potius dicenda, quàm dies, quorum dicta, vt inquit Georgius in
procem. Comment. Conc. Florent. *Infernus ipse reueretur, tanquam à sacro spiritu illustra-* *Georgius.*
torum.

Tertiò, ne in æquiuoco laboremus elucidandum est, quid intelligamus quando dicimus
Salomonem esse authorem huius libri. Pro qua re

Notanda est distinctio inter authorem alicuius libri, & scriptorem, nam author est pa- 11.
trator, scriptor non patrator, sed tantum exarator, & sic dicam, historiæ alicuius rei gestæ Distinctio
ab ipso authore, & patratore illius rei, vt licet possint isti esse diuersi, ita vt vnus sit author, inter authorem, & scri-
alius scriptor, tamen vnus, & idem potest esse author, & scriptor; qui simul & res agat, & eas ptorem.
ipsemet conscribat, vtpote Iulius Cæsar qui suamet manu sua gesta conscripsit.

Secundò notandum, quòd licet alter scribat, quòd alter sentit, & conceptus alterius prout 12.
alterius exaret, non ob id actorem, siue authorem illius libri negandum est esse illum qui Auctor libri est eius in-
conceptus depromit, àut affirmandum auctorem esse scriptorem, nam cùm tantum scriptor uentor, licet
præter compositionem, & exarationem litterarum, vt sic dicam, nil aliud de suo posuit, ve- alter illum scribat.
rè scriptorem tantum dicendum est non authorem, inuentorem autem sententiarum, easque
depromentem, authorem.

His ita positis, duobus modis potest dici Salomonem fuisse authorem huius libri: primò 13.
itaut simul dicamus compositorem, & scriptorem: secundò ita authorem, vt non simul Salomon
scriptorem, vnde licet ipse fuerit author sententiarum, quæ in hoc libro continentur, tamen duobus modis potest
alius fuerit scriptor, qui eas scripserit, composuerit, ac in ordinem redegerit. dici huius

Huius posterioris acceptionis author fuit Driedo lib. 1. de Eccles. dogmat. cap. 4. in solut. auctor libri.
5. difficult. asserens Salomonem esse authorem huius libri, non scriptorem; eum postea se- *Driedo.*
cuti sunt Canus lib. 2. de loc. cap. 11. in solut. 5. argum. Pamelius ad libr. Cyprian. de mor- *Canus.*
talit. n. 43. assentit Lorinus in præfat. in hunc libr. cap. 2. licet dicat hanc quæstionem defi- *Pamelius.*
niri non posse. *Lorinus.*

Nos ergo cùm dicimus, Salomonem esse authorem huius libri, etsi vtrumque intelligi- 14.
mus, auctorem scilicet fuisse, & scriptorem, tamen de hoc vltimo parum curamus; sat er- In quo sensu auctor
go nobis erit authorem, parentemque primum, & verum, huius libri fuisse Salomonem, li- accipit Salomonem au-
cet sententias non scripserit. Quo statuto thorem hu-

Dico primò, pro statu præsenti cùm Ecclesia nihil de hac re definierit, nihil certo defini- ius libri.
ri posse, ac pro certo, & infallibili affirmari. *1. dictum.*

Ratio est manifesta, nam cùm hinc inde sint authores, & Ecclesia vsque adhuc nihil defi-
nierit, quis erit audax qui pro certo aliquid dicat, aut audeat determinare, contra-
riamque nota aliqua inurere sententiam? liceat mihi in re, etsi clara, paululum im- 15.
morari; audax enim ingenium humanum, sæpe vltra telam prorumpens ad non sua Audacia summa

aliquid pro certo stabilire, ante Ecclesiæ definitionem.

16. Et Hæreticorum supercilium S.Gregor.

17. Sancta Ecclesiæ mos in veritatibus pronunciandis.

se extendit miserè errans: audebit ergo ne aliquis præsumere se certo scire, quod adhuc Ecclesia sancta humiliter fatetur non certo nosse? hæreticorum supercilium hoc est, sic tales appellat S. Gregor. explicans enim lib 26. Moral cap.3. illa verba; *aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem*, sic ait, *Hæretici qui sua dogmata prædicare non cessant, sanctam Ecclesiam quasi de imperitia irrident, dicentes, Aquam lasso nō dedisti, & esurienti panem subtraxisti, panem esurienti se non subtraxisse suspicantur, quia etiam de inuisibilibus, atque incomprehensibilibus requisiti, cum superbia, & audacia respondent, sancta vero Ecclesia, dum quempiam videt esurire, quod ei non prosit accipere, aut si iam sunt sibi cognita modestè supprimit, aut si adhuc videntur incognita, humiliter fatetur.* nil melius. Hæreticorum est omnia præsumere scire, de inuisibilibus, arcanisque sententiam dicere. Ecclesiasticum est humiliter fateri se nescire, quia Ecclesia sancta magistra omnium, similiter fatetur, quando adhuc non est à sponso illustrata suo.

18. Doctoris catholici erga sanctā Ecclesiam quanta debet esse reuerentia.

Immo ampliùs quid dicam, tanta siquidem deberet esse Catholici Doctoris erga sanctam Ecclesiam reuerentia, in sciendo de re dubia sententiam, vt si Deus vellet reuelare illi mysterium, optionemque ei daret, an vellet illud per Ecclesiam suam, an immediatè per Angelum scire, Ecclesiam præeligere deberet. Cuius ratio est, quia si per impossibile daretur, vt aliquis e duobus mentiri posset, Angelus esset, non Ecclesia, & sic si securitas eligenda, præeligenda potius Ecclesia, quàm Angeli.

19. Reuelatio Ecclesiæ præeligēdo reuelationi Angelicæ. *D.Paulus ad Galat. 1.9. S. Thom.*

20. Ecclesiæ doctrina à nullo irritari potest neque ab Angelo.

Hic est planè sensus verborum illorum D. Pauli ad Galat. 1. num. 9. *Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* Cur anathema Angelus? quia nempè euangelizauit quod euangelizare non debuit, quia fallere potuit, quod etsi impossibile de facto, tamen vt possibile conditionaliter à Paulo præponitur, & vt possibile concipi potest, quod non potest de Ecclesia, quia, vt inquit S. Thom. hic, *Doctrina, quæ immediatè à Deo traditur (vti est doctrina Ecclesiæ) non potest neque per hominem, neque per Angelum irritari*, quasi esset falsa, & mendax, quia impossibile est hoc imaginari, aut reputari; vnde benè subdit sanctus. *Quòd dignitas doctrinæ Euangelicæ, quæ est immediatè à Deo tradita, est tantæ dignitatis, quòd siue homo, siue Angelus euangelizet aliud, præter id quòd in ea euangelizatum est, est anathema, id est abijciendus, & repellendus*, quia talis doctrina à nemine corrigi potest, aut imaginabile sit, vt aliquando mentiri possit. Si ergo de re dubia sententiam Ecclesiæ potius exquirere debeo, quàm Angeli, quomodo ergo possibile alicui erit, ante Ecclesiæ definitionem aliquid ipsum definire, & sensu suo Ecclesiæ sensum præoccupare?

21. Author aliquorum sacrorum librorū cur ignoratur. *S.Iunilius.*

Nihil ergo adhuc Ecclesia determinante, aut pro certo stabiliente, nihil etiam pro certo stabiliendum, immo, vt hoc addam, magno diuinæ dispensationis consilio factum est, vt aliquorum sacrorum ignoretur author librorum, vt pondus eorum authoritatis, non authorum merito, sed Spiritus sancti tribueretur authoritati, vt grauiter sanctus dixit Iunilius lib. 1. de partibus diuinæ legis cap. 8. *Sciendum est*, ait, *quod quorumdam sacrorum librorum penitus ignorantur authores vt & Iudicum, & Ruth. & Reg. 3. & 4. quod ideo credendum est diuinitus dispensatum, vt alij quoque diuini libri, non in authorum merito, sed sancti Spiritus gratia, tantum culmen authoritatis obtinuisse noscantur.*

Secundum dictum.

Secundo dico, in re dubia, & adhuc incerta, verius, atque sapientius asseri, librum hunc Sapientiæ, non ab alio, quàm à Salomone compositum, & editum fuisse, & rectè hunc librum intitulari posse, Sapientiam Salomonis.

Probatur primo hoc dictum ex inconuenienti; seu, vt melius dicam, ex duritia assentiendi opinionibus contrarijs, quod patebit discurrendo per illas.

22. Contrariorum prima sententia. *Eusebius. Abulens. Castro. Hieronym. Lyranus. Dionysius. Iansenius.*

Prima ergo sententia est eorum, qui negantes hunc librum esse Salomonis, aiunt esse Philonis Alexandrini, qui fuit post Christum, sub Imperatoribus Caio, Claudio, & Nerone, de quo Eusebius lib. 2. histor. Eccles. cap. 18. sic Abulensis in lib. Hispan. idiomat. conscripto de resp. ad quartam quæst. cap. 28. sic secundùm Castrum in Isagoge ad hunc librum cap. 2. sentit Hieronym. epist. 115 Lyranus, Hugo, Dionysius, & Iansenius in proœmio Prouerb.

Reijcitur.

Hæc sententia euidentissima ratione impugnatur, nam cùm, vt supra vidimus, Christus, & Apostoli eius, multa ex hoc libro sumpserint; quomodo author eius potuerit esse Philo Alexandrinus, qui post Christum fuit, vixitque vsque ad annum sexagesimum sextum ab eius natiuitate?

Curiel.

Secundo Clemens Romanus, & Dionysius Areopagita, hunc librum citarunt, qui vel ante Philonem, vel eius coëtaneꝛ, meritò ergo ait Curiel, *quod non videtur probabile authorem huius libri fuisse Philonem Alexandrinum.*

Tertium.

23. Hanc difficultatem bene perſpexerunt alij negantes hunc librum eſſe Salomonis, vnde ſecundam ſententiam excogitantes, dixerunt, hunc librum non eſſe Philonis Alexandrini, ſed alterius Philonis Hebræi ſenioris, linguæ Græcæ peritiſſimi, qui ſupra centum & ſexaginta annos præceſſit Chriſtum, temporibus Oniæ Pontificis Iudæorum, ſic Michael de Medina lib. 6. de rect. ad Deum fid. cap. 12. Driedo lib. 1. de dogmat. Bellarm. tom 1. controuerſ. lib 1. de verb Dei cap. 13. Genebrard. lib. 2. Chronol. ad ann. mundi 3830. qui etiam putat fuiſſe vnum ex Septuaginta duobus Interpretibus, vt fuit Ieſus author Eccleſiaſtici, & Curiel loco ſupra citato. *Secunda ſententia. Michael de Medina. Driedo. Bellarmin. Genebrard. Curiel.*

Quod ſi petas ab his authoribus, vnde habent hunc Philonem eſſe authorem huius libri? reſpondet Curiel, quòd cum Hieronymus locis citatis dicat, nonnullos veteres affirmaſſe Philonem Iudæum fuiſſe authorem, & hoc non poſſit intelligi de recentiori, ſequitur intelligendum de antiquiori. *Reijcitur.*

Hæc equidem reſponſio non eſt ad rem; nam quod inquirimus eſt, quis ex antiquis hunc Philonem nominauit authorem huius libri, quòd erat Curieli probandum, cum quòd ſit excogitatus ad Hieronymum defendendum, non nego, quamuis & alio modò optimè defendendi poſſit Hieronymus, & melius, vt infra.

Secundò Sixtus Senenſis ex Ioſepho lib. 1. contra Appion. poſt med. impugnans hanc opinionem, refert, & probat ex illo, hunc Philonem, quem iſti aſſerunt, & dicitur ſenior, non fuiſſe Iudæum, ſed hominem Phœnicem, & à lege Dei extraneum, qui victoriam Phœnicum Sacconiatonis græci traduxit, de quo etiam Euſebius lib. 1. de præpar. Euangelic. cap. 6. & lib. 9. cap. vlt. *Sixtus Senen. Euſebius.*

Ad ſoluendum hoc argumentum, ſicuti prius excogitarunt vnum Philonem, ſic nunc alterum tertium, immo & alios mille, nam inquit Couarruuias lib. 4. variar. cap. 14. quod tres fuerunt Philones, duo Hebræi, vnus Phœnix, de quo loquitur Ioſephus, & ſi petas à Curiele, cur vocat Ioſephus eum ſeniorem? reſpondet, *ideo à Ioſepho appellatur ſenior reſpectu aliorum ſuæ ætatis*, ergo tempore Ioſephi, etiam alij mille erant Philones, inter quos ſenior ille Phœnix. *Couarruu.*

Quid ad hæc dicendum, aut quid reſpondendum adinuentis, vt ſemel quis per fas, nefaſque ſuam defendat opinionem?

Meritò ergo Caſtro vbi ſupra, illam reijciens ſic ait. *Cùm antiquorum nullus ſenioris illius Philonis vllam fecerit mentionem, neque ex ſeptuaginta duobus Interpretibus aliquis reperiatur eo nomine vocatus in hiſtoria, quam de illis ſcripſit Ariſteas & veteres illi, iuniorem Philonem authorem fecerint huius libri, fingunt certè hi boni authores ſeniorem Philonem, quo facilius bona coniectura difficultatem euadant.* ſubſcribo. *Caſtro.*

Ex dictis ergo manifeſtè noſtra concluditur ſententia, nam cùm præter duas allatas, nulla alia ſuperſit, quæ alteri hunc aſcribat librum; & illæ tam duræ ſint ad intelligendum, tantamque vim inferant intellectui; reſtat vt noſtra ſit vera, & quod verius, ac ſapientius in hac re dubia aſſeratur, quod hic liber non ab alio ſit quàm à Salomone, quod reſtat nunc probandum.

24. Probatur ergo primò ex multitudine Patrum, & Doctorum, illud aſſerentium, qui omnes affirmant hunc librum eſſe Salomonis, aut quia ipſe eum conſcripſit, aut quia eius ſunt ſententiæ: quæ multitudo tanta, ac talis eſt, vt dicat Caſtro, vbi ſupra, *Vniuerſam pene Eccleſiam olim Salomoni hunc librum aſcripſiſſe*. & Lorinus cap. 2. præfat. affirmat, ne contra tantorum ſanctorum Patrum authoritatem iretur, reſponderi, eſſe Salomonis, licet non ab eo ſcriptum, quaſi timendum videretur, vti eſt timendum, contra Patrum torrentem abſolutè illud negare. Audiamus Lorinum, ex quo ſimul authores & Patres habebimus, *Viget inquit, magis opinio, de qua etiam dixi commentario in Eccleſiaſt. trium dumtaxat librorum Salomonem authorem ſanctorum eſſe, Prouerbiorum Eccleſiaſtis, Cantici Canticorum; hunc in modum Hieronymus docuit: ſed quia citati ferè Patres omnes ità loqui, ac ſentire videntur, reſponderi ſolet, ſententias quidem eſſe Salomonis, alium autem quempiam eas in ſcriptis redegiſſe.* *Hunc librũ eſſe Salomonis probatur ex Patribus. Caſtro. Lorin. Lorin. Chryſoſtom. Origen. Caſsianus. Philipp. Solit.*

Patres autem citauit cap. 1. quos accipe; Chryſoſtom. orat. de feſto Crucis, Origen. 1. Periarchon. & l. 8. in ep. ad Rom. & to. 27. in Ioan. Caſſian. collat 24 c. 24. Philippus Solit. 2. in Dioper. cap 8. Clemens Alexand. 4 Stromat. cap. 6. & lib. 6 c. 6. Gabaſilas, 2. & 4 de vita Chriſt. Glycas diſp. 2. German Conſtantinop. orat de Exalt. Crucis. Tertullian. de præſcript. lib [illegible] & aduerſ. Valent. cap. 2. Optatus 1. & 4. contra Parmen. Cyprian. de mortal. de exhortation. martyr cap. 11. & ad Quirin c. 59. Hilarius in pſal. 127. Ambroſ. in pſ. primum & 25. vel ſerm. 3. in pſ. 118. Octon. & de Paradiſ. cap. 2. & 1. de Abraham. cap. 7. de *Clemens. Alexan. Gabaſilas. Glycas. German. Conſtan. Tertulian. Optatus. Cyprian. Hilarius. Ambroſ.*

Basilius. Isidor. Anastas. Auth. Imp. Gaudent. Cantacuz. Augustin. Faustin. Berius. Prosper. Victor. Cerealis. Bertrand. Auth. qq. Blesens. Ætherian. Lactant.

Salam. cap. 1. de Incarnat. cap. vlt 3. de Spirit sanct cap. 19. & 23 Basil. 5. contra Eunom. Isidorus 6. Ethymolog cap. 1. Anastasius ser. 8. 17. 76 78. & 79. Author. Imper. hom. 28 & 42. & 43. in Matth Gaudent. apud August 1. contra Gauden. cap 36 Cantacuzenus in paraphrasi huius libri. August. in ps. 63. Faustin. lib. 9 contra Arian. Gregor. Berius de Trinit. Prosper. part. 2. de prædicat & promissis cap 9 Victor. 2. de persecut. Vandilor. Cerealis contra Maxim. cap. 5. Bertrand. de origin. & vsu iurisdict. cap. 3. Author quæstionum vtriusque Testam. apud Augustinum q. 102. Petr Blesens. ep. 131. Hugo Ætherian. de regress. anim. cap. 2. Lactant. lib. 4. cap. 16.

Sixtus Sen. Lyraa. Rogerius. Catherin. Clithoueus. Posseuin. Finus. Castro. Olkot.

Ex scholasticis autem, qui hanc sententiam sequuntur sunt, Sixtus Senensis lib. 1. Biblioth. sanct. sect. 2. cap. de sapient. Salomon. & apertius lib. 8. hæres 9. in eius impugnat. Lyran. in Glos vbi apertè dicit, principalem authorem huius libri esse Salomonem, vnde malè citatur ab aduersarijs. Rogerius in Opusc. de lib. Canon. cap 14. Carhetinus lib 1 annot. in Comment. Caiet. §. *post hæc de alijs.* Clithoueus in Comment. ad Damasc. 2. de verb. Dei cap. 13. & lib. de scriptorib. Ecclesiast. Posseuinus in Apparat. sacr. verb. Salomon. Adrian. Finus, Castro, Olkot, & alij, qui omnes, aut affirmant simpliciter hunc librum esse Salomonis; ab ipso scilicet scriptum, & exaratum, aut sententias omnes eius esse, licet ab alio aliquo collectas.

Pyneda.

Et vt clarius videatur, nostraque magis clarescat conclusio, placet hic è regione ponere authores contrariæ sententiæ, quos citat Pater Pyneda in præfat. in lib. Eccles. cap. 12. hi sunt, Dionys. Areopag. Hieronymus, & August. ex Patribus. ex reliquis vero Lyra sed malè, vt diximus, Carensis, Dionys. Lorinus, Iansenius, Iacobus Christonopolit. Carnotens. Driedo, Canus, Medina, Castro, Ederus, Genebrard. Curiel, Salmeron, in his, vt vides tres tantum Patres adsunt, quos si ab illis abstulerimus, vti realiter auferendi sunt, nudi sanctorum Patrum patrocinio remanebunt, vnde & valdè eorum frigescet opinio.

Dion. Areopag. Hieronym. Augustin. Carensis. Dionys. Lorin. Iansen. Iacob. Christonopolit. Carnotens. Driedo. Canus. Ederus. Genebrard. Curiel. Salmeron.

Et primum quod attinet ad Dionys. Areopag. nec affirmat nec negat, sed ad summum, quod ex ipso deduci potest, est illud, quod nos in primo dicto statuimus, tempore nempe ipsius incertum esse authorem. *In primis*, inquit ibi cap. 4. de diuin. nominib. *inuenies quemdam hæc dicentem de diuina sapientia amator factus sum.* Non ergo affirmauit esse Salomonem, nec negauit; nam quidam, vt optimè adnotat Pater Pyneda ex vsu latinorum peritorum ita, vt vnum, incertum indicat authorem.

Quod autem attinet ad Hieronym. ipsemet Curiel contrarius noster, in probat. 1 part. suæ vlt. conclus. ait ipsum non affirmare librum esse Philonis, sed tantum aliorum referre sententiam, *& neque probare neque reijcere eam* immo ipsemet Hieronym. in cap. 12. Zacha. liberum definit hoc iudicium, nam citans ex hoc libro locum, sic ait. *Vnde & in Sapientia, quæ Salomonis inscribitur, si cui tamen placet librum recipere, scriptum reperimus.* Non ergo Hieronym. vt contrarij volunt, asseruit librum non esse Salomonis, sed tantum ex aliorum sententia est locutus, nam tam ipse, quàm Areopagita, incertum authorem cognouerunt.

25.

Nullus ex Patribus est pro contraria sentẽtia. Pyneda. Curiel. Curiel.

Venio ad Augustinum pro quo tantopere contraria excandescit sententia, quia à nobis citatur, & primò ipsemet Curiel dicit, quod licet eam tractauerit, *nihil tamen circa eam explicuit*, ergo non pro contraria citari potest: & 2. dico, quod pro nobis stat. non 2. retract. cap. 4. sed in lib. psalm. ps. 63. vbi citans illud cap. 2. huius libri, scilicet *morte turpissima*, sic inquit. *Verbum ipsorum agnoscimus in Sapientia Salomonis*, cuius sententia videtur ab ipsa admitti Ecclesia, dum per singulos eam in hebdomada sancta repetit annos.

Nunc dum hæc perspicis lector, considera, an contrarij aptè locuti sint, quando dixerunt; *verius, ac sapientius in re hac incerta asseri librum sapientiæ ab alio, quàm à Salomone conscriptum, compositum, & editum fuisse, & tunc sanè cumpluribus, & maxime sapientibus sapere incipiat, imperitè licet vnus, aut alter aliter sentiat.*

Effugium. August.

At dicunt Patres illos, quando nominant hunc librum esse Salomonis, non id dicere, quia certò illum tenent, sed, vt inquit August. lib. 17. de Ciuit. cap. 20. *propter eloquij nonnullam similitudinem, vt Salomonis dicatur obtinuit consuetudo.* nam etiam multi ex citatis Patribus, Ecclesiasticum putarunt esse Salomonis, cùm tamen contrarium postea definit Ecclesia, sic respondet Curiel.

Curiel. Precludit.

Sed huic euasioni respondeo primò ipsam potius pro nobis, quã contra nos stare, nam ideo ego assero prudẽtius affirmare in re incerta, hũc librum esse Salomonis, q[illegible] omnes sancti Patres antiqui in re dubia, & incerta ex similitudine tantum sermonis, immo non totali, *sed ex aliquali, & nonnulla*, vt inquit Augustinus, hunc librum Salomonis tribuerunt; qua-

lis ergo audacia erit, non idem tribuere huic libro, quod omnes sancti Patres tribuerunt. &
contra omnium sanctorum Patrum torrentem huic fœtui adhuc incerti Patris, vt sic dicam,
alium parentem tribuere, quam quòd ipsi tribuerunt. Nomen sanctis reliquiis, quæ cuius
sint ignorantur; solus summus Pontifex imponere potest, & præter ipsum nemo: sic huic 26.
libro, qui reliquia sancta est, nomen pro certo imponere, dum ignoratur, solius Ecclesiæ Sancti cur
est, vnde si coniectiue imponendus, audaciæ erit aliud imponere, quàm quod sancti impo- aliquando Ecclesiasti-
suerunt Dei. cū dixerunt Salomonis.

Ad confirmationem autem respondeo ex Lorino signatis verbis quæ habentur in Prole- *Lorinus.*
gom. ad Ecclesiast. cap. 4. circ. fin. quod potuit euenire è duobus, aut è memoriæ lapsu: nam
ex memoriæ lapsu Origenis fuit, quando hom. 3. Cantic. vt inquit idem Lorin. tamquam *Origen.*
ex Prouerbijs, citauit locum ex Ecclesiastico cap. 10. §. *Si spiritus potestatem habentis.*
Videndus est Ribera in Zachar. cap. 5. num. 17. in sensu historico, vbi asserit mul- *Ribera.*
toties Origenem lapsu memoriæ retulisse sententias scripturæ, non sicut in illa erant.

Secundò inquit Lorinus, quòd hoc potuit euenire ex similitudine vocum, quod ego ve-
risimilius puto, nam potuit errare, qui scripsit sanctorum scripta, maxime, si scripserint
ex compendio; Verba Lorini sunt. *Fit quoque plerumque, vt siue memoriæ lapsu, siue no-
minum similitudine, quidam pro Ecclesiastes citent Ecclesiasticum, ac vice versa, & potuit
errori dedisse ansam scribendi per compendium, qua liberum facit, vt Ecclesiast. mutile scri-
ptum, modo Ecclesiastes; modo Ecclesiasticum quis exprimat.* Quod tam verum est, vt ego
semper ac similes inuenio citationes, infra cap. 17. suspensus remaneam, quòd non euenit
quando vltra, quia tunc scio esse Ecclesiasticum, cùm Ecclesiastes non nisi illa tantum conti-
neat capita.

Sed dato, quod in hoc errauerint, & sancta eos correxerit Ecclesia, iam supra probaui-
mus, nihil ex hoc amisisse in reliquis, vsque dum Ecclesia sancta aliud non determinauerit,
ex quo fit, vt nihil ineptè, nihil audax, nihil impudentius committat, qui sanctis his adhæ-
rendo Patribus Salomoni tribuat hunc librum, cùm nihil authoritatis illi amiserint sanctissi-
mi. ob eo quòd Salomoni etiam tribuerunt Ecclesiasticum; nam memoria labi potuerunt,
& optimè defendi possunt, vt defendit Lorinus.

Rationibus demum probatur nostra sententia, quarum sit prima, refutatio aliarum sen- 17.
tentiarum, tribuentium hunc librum alteri, quàm Salomoni; nam cùm omnes authores sint Probatur
in tres partes distributi, duæ in Philones, tertia in Salomonem, reiectis primis, vt satis su- vera senten-
pra reiectæ sunt, remanet tertia, quæ est Salomonis. tia rationibus.

Secundo argumentor. ex cap. 9. n. 10. vbi apertè loquitur Salomon de seipso, nominans
se Regem. *tu me elegisti Regem populo tuo vt iudicem, & dixisti me ædificare templum, &c.* quæ *Obiectio.*
omnia Salomoni conueniunt, ergo.

Respondet Curiel ex Medin. lib. 5. de rect. in Deum fid. cap 12. non ob id quia talia re- *Curiel.*
periuntur in hoc libro sequi eum esse Salomonis, quia vt ex authoribus prophanis ipse pro-
bat, multoties in actione quadam introducitur persona alicuius in illa facultate eminens,
qui loquatur, licet non ipse sit author eius, vt egit Plato in omnibus dialogis suis, Xeno-
phon, & Cicero, ergo eodem modo & in hoc libro, ab authore introducta fuit persona
Salomonis, sicuti eadem ratione appositus antiquitus titulus huic libro, nempè *Sapientia Solutio.*
Salomonis.

Antequam ad hoc, quod merè effugium, & adinuentum est, respondeam, placet reco- 18.
lere regulam illam ab omnibus sanctis traditam, & præcipue ab Augustino 3. de doctrin. Scripturæ regula ad
Christian. vti valde necessariam ad veram, rectamque scripturarum intelligentiam, sine veram eius
qua omnia confundentur, & nullus verus sciri poterit scripturæ sensus. illam sic expres- intelligentiam.
sis verbis tradit Ribera in Prophet. Minor. in indic. regulat. scriptur. regul. 99. *Cum ea,* *August.*
inquit, *quæ dicuntur propriè accipi possunt, vt verba sonant, nec quid habent absurdi contra* *Ribera.*
*veritatem, aut contra sanam fidei morumue doctrinam, nullo modo dubitandum est eum esse histo-
ricum sensum*, nam aliàs, si verba scripturæ, dum propriè accipi possunt, impropriè accipian-
tur, qualis sensus in scriptura certus erit? Quo stabilito,

Tu ipse lector responde, & perpende, quantum roboris habeat hoc inuentum, cùm lo-
quens scriptura de persona Salomonis, & propriè possit illa accipi, sine vllo absurdo contra
veritatem, aut contra fidem, moresue, ad improprietatem isti recurrunt vt semel suam de-
fendant opinionem.

At dices, cur Hieronymus legens hunc librum, hæcque ipsa perspiciens verba, eum esse *Obiectio.*
Salomonis non affirmauerit?

Respondeo multa inducere potuisse tunc Hieronymum, quibus nos in hoc caremus tem- *Solutio.*

pore. Primum quia tunc hic liber non erat Canonicus; & secundum, quòd valdè mouit Hieronymum, Hebraicè non reperiebatur, & Hebræi eum non recipiebant; his rationibus adductus, non ausus est neque affirmare, neque negare, sed tantum aliorum sententias referre: immo possumus dicere, quòd forsitan ex his verbis motus, non negauit simpliciter, at nunc quando Ecclesia habet eum vt Canonicum, & sint authores, qui dicant malitiosè Hebræos suppressisse hunc librum, & non antiquos, sed modernos, illum non recepisse, vt supra vidimus, efficacissimum deducitur argumentum ex dictis verbis.

29. *Finis huius libri.* Tertio argumentor ex fine huius libri, nam, vt infra dicemus, totus ille est vt ab errore eripiat Reges, Principes, Dynastas, certiores illos reddens, non esse Deos, & super illos alium esse dominatorem, cui ipsi rationem reddere habent, vt infra. Conueniens ergo erat vt similis doctrina ad hoc, vt verius Regibus, cæterisque imprimeretur Dynastis, à Rege eorum consimile pronunciaretur, qui Rex, vt illi, alium supra se recognoscens dominum, ad credendum suis illos impelleret, exemplo quod non fieret, saltem ità commodè, si ab alio aliquo, qui non esset Rex, talis traderetur doctrina.

Tandem, & vltimò licet ex morali argumentari conuenientia, nam cùm omnes tenemur maximè erga hanc diuinam affectos esse sapientiam, & parentem nobilissimum, ei, sine vllo possumus dare inconuenienti, quem tanti Patres, tantique Doctores dant, cur nos non dabimus? dant ergo illi præstantissimi, demus & nos, do & ego omnium infimus, & postremus, asserendo prudentius rectiusque affirmari, & probabiliorem illorum esse sententiam asserentium hunc librum esse Salomonis.

PRÆLVDIVM QVARTVM.

De qua Sapientia sermonem hic instituat Salomon.

BREVITER me expediam cùm solum hoc præmiserim præludium, quia multùm ad illud conducet, quòd immediatè sequetur, de fine scilicet, argumentoque.

1. *Sapientiæ nomen dupliciter potest accipi.* Nomen ergo sapientiæ dupliciter potest sumi, aut impropriè, & imperfectè, aut propriè particulariter & perfectè.

Arist. Si primo modo, teste Arist. 1. Meth. cap. 12. solet aptari multiplici, variarumque rerum cognitioni, quæ non superficialis, neque popularis, & adumbrata; sed exquisita sit, & absoluta, & quam sapiens non solum sapientissimè teneat, sed etiam ritè alios docere possit, vnde, qui sic res cognoscit, sapiens dicitur, & sapientiam possidere, & sic, teste eodem Arist. 6. Ethic cap 6 & S. Thom. 1. parte quæst. 1. art. 6. cognitio altissima causæ alicuius generis, secundum quam cætera illius artis ad eam ordinantur, sapientia etiam dicitur, & sapiens qui eam possidet; vnde Phidias dicebatur *Sapiens marmorarius*, & *Polichretes sapiens statuarius*, & qui rectè scit domus disponere, *sapiens Architectus*, & qui bonam habens æstimationem de fine humanæ vitæ, rectèque scit ordinare media ad illum finem, *sapiens etiam sapientia humana* dicitur, & *sapientia carnis*. vide D. Thom. Epist. Paul. ad Rom lect. 2. & super caput 2. ad Ephes. lect. 6. hæ autem omnes acceptiones Sapientiæ communes sunt, & impropriæ.

2. Sapiens quis dicatur.

3. Cognitio causæ altissimæ sapientia dicitur. Arist. S. Thom.

4. *Nomen sapientiæ pressè acceptum quid significet.* Secundò si pressè, & propriè accipiatur nomen Sapientiæ, est cognitio altissimæ, vniuersalissimæque causæ, quæ in omni natura optima, & perfecta est, & ad quam omnia referuntur, & ordinantur, & secundum quam de cæteris omnibus iudicatur, quæ causa dicitur *maximè scibile*, & quæ ad eam conducunt, *maximè scibilia*, quam sapientiam Philosophi appellarunt *Metaphysicam*.

5. *Metaphysica cur sapientia dicatur.* At quia talis Metaphysica solum acquirit scientiam de Deo per communia, aut per ea quæ per communia deduci possunt, quæ solo lumine sciuntur naturali, nam aut sunt communia simplicia, vt quod sit ens, verum, bonum: aut composita, vt quod sit ens purum, actus purus, causa prima, &c. ideo supra hanc scientiam est alia, quæ docet, cognitionemque

6. *Theologia vera sapientia.* de Deo ex maxime illi proprijs tradit, quæque non cognoscuntur ratione naturali, sed ex reuelatis, talisque scientia propriè sibi nomen vendicat Sapientiæ, hæc autem nostra est Theologia.

7. *Sapientiæque nomen pro.* Quapropter nomen *Sapientiæ* proprissimè, & strictissimè Theologiæ conuenit scientiæ, quatenus ipsa cognitionem altissimæ tradit causæ, & omnium supremæ, per maxima Deo

nota, & sibi soli cognita, quæ nullo modo ratione humana, sed sola reuelatione attingi possunt diuina, ex quo fit vt eius sit cognitio altissima, & infallibilis, prima, omnibusque alijs superior, cognitionem inferiorum scientiarum ad summam illam dirigens causam, eas etiam dijudicans, ac discutiens, admittens bonas, repellens falsas, & tamquam famulis illis vtens, omnium ipsa magistra, & ductrix, veris cognitionibus robur tradens, ambiguas dilucidans, falsas, & sibi contrarias confutans, & dissipans. prijssime sibi tribuit.

At verò, quia tota ratio, ob quam Theologia dicitur Sapientia, est ob infallibilem, certamque cognitionem humano studio comparatam altissimæ causæ, quam tribuit fides ex 8.
reuelatis. hinc factum est vt fides Dei cum pietate, & eius cultu coniuncta, altissima, perfectissimaque dicatur Sapientia; vnde talis cognitio pectori Christiano semel imbuta per fidem Christi, ipsa de cæteris dijudicat, ac discernit, & per pietatem, quam profitetur, non solum de cognitionibus, sed etiam de omni alia diiudicat actione, vtrum vera sit, & suæ veritati conformis, docetque res omnes, actionesque regulare humanas, per diuinamque ordinare regulam, quæ Dei voluntas est, iuxta Augustinum 12. de Trinit. cap. 7. nam dum fidelis quisque Deum summum bonum credens contemplatur, ita illi afficitur, vt supra omnia ipsum æstimans; cætera inferiora, comparatione illius summi boni non esse diiudicat æstimanda, ne dum præferenda, & ex tali cognitione affirmat, nihil æquè amandum, nullaque ab illo, eiusque voluntate discedendũ ratione, & sic res inferiores, quas cognoscit, illico ad summam illam refert causam, cum qua eas confert, & iuxta quod inuenit eas illi propius accedere, sic eas æstimat, & præfert, quæ verò longè ab ea sunt, respuit, & contemnit; vnde quia virtutes ad Deum conducunt, eas amplectitur, diuitias verò, huiusque mundi reliqua respuit, ex quo fit, vt homo Christianus, & perfectus, summè sapiens dicatur, & fides Dei cum pietate coniuncta, summa altissimaque sapientia. 9.

Fides cum pietate altissima sapientia.

August.

Homo Christianus summus sapiens.

His ergo sic constitutis videndum superest de quo genere Sapientiæ Salomon tractat in hoc libro 10.

Salomon de quo genere Sapientiæ hic tractat.

Videri quidem potest quod de primo genere, nempe de omnimoda rerum cognitione, quod elici potest ex cap. 7. numer. 17. vbi Salomon narrat huius effectus sapientiæ, quos in seipso expertus fuerat, dum dicit. *Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram.*

Alij æstimarunt hic sermonem fieri de sapientia increata, quia multa in hoc libro nulli nisi soli increatæ conuenire possunt sapientiæ, *vt quod sit omnium artifex, cùm sit vna, quod omnia potest, quod in se permanens omnia innouat.* quæ omnia increatæ sapientiæ conueniunt, & non alteri.

Sed omnino dicendum est cum Lorino in præfat. cap. 3. huius libri, Castro in Isag. cap. 4. Olkot lect. 1. Salomonem de ea Sapientia hic sermonem habere, quæ est summa, altissimaque Dei cognitio cum summa pietate coniuncta: quod clarius mox patebit tractando de fine & argumento huius libri, vnde optimè Athanas. lib. de ponderib. & mensur. & Epiphanius, hunc librum, *Panareton*, vocarunt, continentem scilicet doctrinam virtutum, ac morum, ideoquè verè Sapientiæ liber inscribitur, quia altissimam de Deo cognitionem tradit simul cum pietate coniunctam: qua docet quomodo Deus acquiri possit, & simul vitia peccataque respuere, quibus deperditur.

Lorinus. *Castro.* *Olkot.* *Athan.* *Epiphan.*

PRÆLVDIVM QVINTVM.

De fine, & Argumento.

DIXIMVS de ea Sapientia hic sermonem fieri, quæ sit Dei cognitio cum vera pietate, 1.
ac Dei cultu cõiuncta. Ex qua sententia clarè elicitur finis huiusque scopus libri, nempè Dei cognitio, eiusque cultus. Vnde si quæras quid sibi voluit Salomon in toto Sapientiæ libro breuiter tibi respondebo, hominibus carnalibus, & præcipue potentibus, Regibus scilicet, Principibus, cæterisque rerum huius mundi apprimè affluentibus, & qui orbis iudicium in sua obtinebant moderatione, quia carnaliter sapiebant, carnaliterque iudicabant, nec præter se alium recognoscebant, nec recognoscere volebant Deum, immo nec aliam vitam, & consequenter nec alia bona, aliamque fœlicitatem, persuadere, ac animo imprimere eorum, aliam esse vitam, altiorem Dominum, se Deos non esse, ac per consequens rationem ei de omnibus reddituros: ex quo deducit, ac persuadet, quòd si se minimè perdere, fœlicitea-

Finis huius libri.

que ſemper viuere velint, virtutes ſequantur, vitia abhorreant, certiſſimè tenentes iuſtis præmia manere, peccatoribus pœnas, vnde non ſecũdum oculorum viſionem iudicandum, ſed ſecundum veram, rectamque perſonam. Quod vt clarè pateat.

2. Notandum eſt, Carnales homines in tantam deueniſſe dementiam, quod ad hoc vt li-
Epicureorũ & Atheiſtarum opinio ſiue error. berius peccare poſſent auſi fuiſt affirmare, nullam aliam eſſe vitam, niſi præſentem, animam non eſſe immortalem, nec præmia bonis, nec pœnas malis supereſſe, quapropter illum beatum æſtimabant, qui hic rebus huius mundi affluebat, illum fœlicem, qui illis fruebatur & cum nihil aliud ſupereſſet poſt hanc vitam, totis viribus inſiſtendum, vt hîc omnibus, & omni bonorum copia fruerentur: tales fuerunt Epicuri, tales Athei, tales omnes illi, qui immortalitatem animæ negabant, talium erat illa vox, quam adducit Sapiens cap. 2. n.
Sap. 2. 1. 1. nempe *exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis, ex qua ſententia ſuam deducebant concluſionem, nempe, Venite ergo, & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.*

3. Cùm ergo exiſtimarent impij nullum eſſe Deum, nullam aliam vitam præter iſtam, quæ eſt
Summa dementia Deũ non eſſe credere. ſumma, maximaquè dementia, & inſipientia, iuxta illud Dauid. Pſ. 13. 2. *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*, conſequenter beatitudinem, fœlicitatemque in bonis tantum huius vitæ, ac in eorum poſſeſſione fruitioneque ponebant, miſerum æſtimantes, ac infœlicem iuſtum, qui eis carebat, fœlicem peccatorem, & malum, qui eis fruebatur, ac ea poſſidebat. Quam magnam conſiderás ſapientiſſimus Salomon inſipientiam, eos ab illa eripere cupiens,
4. contra eos hunc dirigit librum, qui merito Sapientia inſcribitur; nam ſicut ſumma demen-
Summa ſapiétia quæ. tia, inſipientiaque eſt Deum negare; ſic ſumma, præcipuaque ſapientia Deum affirmare, ac cognoſcere, ad eiuſque cognitionem creaturas adducere rationales, ac ad eius pietatem, cultumque animos inſtituere humanos.

5. Quapropter cap. 1. generaliter ſtudium ſapientiæ, id eſt Dei cognitionem perſuadet, re-
Totius libri omniũque capitum materia. futans cap. 2. & 3. argumenta, quæ contra talem facere ſolebant cognitionem inſipientes, iniquique, & cap. 4. & 5. eleganter differentiam ſortis explicat iuſtorum, ac iniquorum, illam concludens fœliciſſimam, iſtam infœliciſſimam futuram: quibus ſtatutis cap. 6. & 7. ad
6. acquiſitionem ſapientiæ per verum eius cultum Reges, Principeſque animat, ac terræ iudi-
Hic liber peculiariter ad terræ iudices. ces ad quos peculiariter hunc dirigit librum, quia peculiariter iſti in illa erant deceptione, adeò dementes, vt ſicut vnum Deum iudicem negabant, ſic ſeipſos tantum Deos faciebant; cùm enim ſe viderent omnibus affluere bonis, ipſos præmia decernere, ac pœnas, ipſos do-
7 *Horum dementia.* minos mortis, ac vitæ, ad eorum nutum omnia agi, & orbis ſe eſſe moderatores, impunè peccare, impunè mala perpetrare, ſub pedibus eorum ſe creaturas ſubſternere, miſeriæ ſuæ obliti, pluſquam humanos ſe æſtimantes, diuinitatem appetierunt, vnde miſeri ſibi diuinos honores adiudicantes, Deos ſe dixerunt, ac æſtimarunt, nullum alium eſſe Deum præter ipſos determinantes.

Tales fuerunt Reges illi antiqui, vt in confeſſo eſt apud omnes, adeò vt vix Rex eſſet, qui ſimul vt Deus non adoraretur, quam ſummam deceptionem noſter proſpiciens Sapiens, ſimul & Rex, Regum, Principumque compatiens calamitati, deceptionique, vt pote ſibi ſimilium, non ſuſtinens eos ſic in illa immerſos videre, ad illos præcipuè, vt pote ad ſui conſimiles, hunc dirigit librum; dicens illis cap. 1. n. 1. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram*, & cap. 6. n. 2. *Attendite ergo Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudinem, & placetis in turbis nationum, quoniam data eſt poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur.* Quibus vt perſuadeat capite 7. & 8. præclara, & illuſtria dicit de ſapientia, omnes ad eius animans acquiſitionem, & tandem à cap. 9. vſque ad 18. lata, feruentique eam à Deo precatur oratione.

Hic eſt finis, hoc argumentum huius præclariſſimi libri, ideò Sapientia inſcribitur, quia de ſumma Dei cognitione ingerenda tractat, de vero eius cultu, de certiſſimo modo eum
8. poſſidendi, ideo ad Reges ſcribitur, & dirigitur, quia iſti amplius, quàm cęteri omnes Dei
Reges antiquitus ſe Deos æſtimabant. obliti viuunt, & ſuperiorem, neque in Terris, neque in Cœlis recognoſcere volunt. Talis erat Rex ille inſipientiſſimus, qui auſus fuit tribus pueris dicere. *Et quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea?*
Dan. 3. 15. Dan 3. 15. quaſi diceret ſuperbiſſimus, nullum neque in Cœlis, neque in Terris agnoſco ſuperiorem, ac per conſequens nec fortiorem. Sic etiam miſer ille Pharao ęſtimabat quando ſanctiſſimo Prophetę reſpondit Moyſi. *Quis eſt Dominus, vt audiam vo-*
Exod. 5. 2. *cem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam.* Exod 5. n. 2. Audi inſipientem, neſcio Dominum, inquit, id eſt, non recognoſco ſuperiorem, neque in Cœlis, neque in Terris, ſolus ego Dominus, non eſt qui mihi pręcipere poſſit, neque vim meę

inferre voluntati; vnde Israel non dimittam, insaniam vnquam audisti maiorem, maioremque insipientiam? Ne mireris, quia antiquitus sic se Reges reputabant, sic se æstimabant, sic eos omnes venerabantur, immo ipsimet dedignabantur subditi alium esse Deum pręter eorum audire Regem; *Vt ostendam tibi*, superbus dixit Holofernes Achior, Iudith. 6. 2. qui Dei virtutem prædicauerat, *quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor, cùm percosserimus eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio peribis.* En quomodo iste alium æstimari Deum prętęr Regem ostendebatur suum, solum illum pro Deo habens, in tantum vt neminem illi resistere posse arbitraretur, talem nusquam audisti insaniam? talemque insipientiam? ne mireris, quia pœnitus Dei cognitionem ignorabant, vnde sine illa viuentes eorum domini, quia supra omnes se agnoscebant in terris, ideo simul etiam tales se esse in Cœlis ęstimabant. *Iudith 6. 2.*

Magna equidem Regum Principumque insipientia, magna dementia, hanc voluit noster vere corrigere Sapiens per sapientiam sibi traditam, voluit enim vt supremi Reges per eamdem semel intelligerent, supra se alium esse Dominum, potestatem ab illo accepisse, & consequenter rationem de bonis malisque reddituros operibus, hunc illis dirigens librum, auro, gemmisque pretiosissimis ornatum, pręceptis scilicet, ac documentis, tali dignus authore, ac vltra quàm opinari potest augustissimus, Deique spiritu plenus, ęquum sanè, vt à sancto Spiritu dicatur inspiratus, vti sancta, Catholicaque proponit, & credit Ecclesia.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT PRIMVM.

A

Capitis Argumentum, & Diuisio.

IN hoc capite, Sapiens omnes ad iustitiam inuitat, sed maximè Iudices, qui eam populis administrant: dat etiam modum Dominum quærendi, reprahenditur simulatio, detractio, ac mendacium, quibus anima à Deo separatur morsque accersitur; quam asserit à Deo non esse factam, sed effectum fuisse peccati. Deum prædicat malorum iudicem, ob quæ à quibus nos cauere debeamus monet, vt eius iram, mortemque effugiam[a]. Iuxta quæ hoc caput in sex diuiditur partes: nam in prima inuitat Sapiens omnes terræ rectores ad iustitiam, & sapientiam, iuxta illud nu. 1. *Diligite iustitiam.* Secundò dat modum quærendi Deum, iuxta illud *in simplicitate cordis quærite illum.* Tertiò docet impedimēta, quæ à Deo nos retrahunt, iuxta illud num. 3. *Peruersa cogitationes.* Quartò in cœlo esse vindicem prædicat adeo perspicacem, vt nihil eum, oculosque eius effugiat, quin omnia etiam minutissima, ac intrinseca videat, iustaque supplicia decernit si mala sunt, iuxta illud num. 6. *Benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum.* Quintò à quibus nobis cauere debeamus, vt iram vindicis effugere possimus demonstrat, iuxta illud num. 11. *Custodite vos à murmuratione.* Sextò tandem monet, vt mortem fugiamus. Fugiemus enim si quod prius ipse dixit fecerimus, nam ostendit mortem ex peccato venisse, & non ex Dei voluntate, qui illam non fecit, iuxta illud num. 11. *Nolite zelare mortem.*

B

C

Num. 1. *Diligite iustitiam qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Diligite iustitiam. Cùm Principibus, Regibus- 1.
que hic dirigatur liber, vti diximus, peculia- *Iustitia*
B risque horum virtus sit iustitia, quæ ab Anaxarco, *Deorum*
apud Plutarchum, *Iouis, Deorumque assessor dici-* *assessor.*
tur, merito Sapiens à iustitiæ amore sermonem in- *Plutarch.*
cipit.

Iustitiæ autem nomen hîc non strictè sumunt 2.
aliqui, sed largè, quatenus scilicet est virtus quę- *Iustitia vt*
dam, quæ omnem complectitur virtutem, sic Ly- *hîc accipi-*
ra & Castro, & licet Lyra iustitiam accipiat pro *tur.*
legali; tamen eam asserit omnem continere virtu- *Lyra.*
tem, nam teste Aristotele 5. Ethic. lex cùm intendat *Castro.*
ciues facere bonos, omnes præcipit virtutis actus, *Arist.*
& ideo in se omnes complectitur virtutes.

Notandum insuper in hoc libro, vt rectè hîc *Lyra.*
C asserit Lyra, sæpe sapientiam pro iustitia, & è con- 3.
tra iustitiam pro sapientia accipi, vnde fit, vt sa- *Sapientia*
pientia etiam omnem dicat virtutem, vnde qui- *omnem di-*
dam, vt est apud Castrum, hîc vertit pro *diligite iu-* *cit virtu-*
stitiam, diligite *sapientiam*, quam qui amat, etiam *tem.* *Castro.*
virtutes amet necesse est, & non solum amet, sed
iustè amet, ac diligat, sapiens enim vir, prudens
est, & prudentis est modum assignare virtutis, te-
ste Aristotele 2. Ethic. ca. 6. vide Vasquez 1. 2. disput. *Aristot.*
83, cap. 8. *Vasquez.*

Ad sapientiam ergo, ad iustitiam, & ad omnes 4.
amplectendas virtutes inuitat Reges, & Princi- *Virtutes re-*
pes Sapiens, eo quòd etsi omnibus quàm necessa- *gibus ne-*
riæ, Regibus tamen necessarijssimæ, non tantum *cessarijssi-*
mæ.

5. Non singulæ sed earũ cumulus.

singulæ, sed earum communitas, cùm non vna A tantum in Rege splendescere debeat virtus, sed omnes in illo emicare, ac effulgere, igniũsque veluti radios à sole illo simul, & certatim effluere.

6. *Plato.* Antiqui solum Regem sapientem dicebant.

7. Sapientes antiquitus in reges eligebantur. *Clem. Alex. Plato.*

Hinc euenit, vt Stoicorum schola dixerit, vt habetur ex Platone in Phædro, solum Regem, Legislatorem, Imperatoremque esse sapientem, iustum, sanctum, Deo amicum, solum diuitem, liberum, honoratum, pulchrum. Hinc naturæ solo duce, lumine, Reipublicæ, magistratus, & administratores ex sapientibus eligebant. Hebræi Pontifices ex sanctissimis, Ægyptij secretissima eorum mysteria nulli communicabant, nisi ad regnum peruenturis Vide Clement. Alexand. stromat. libr. 5. vnde præclarè Plato beatam æstimauit Rempublicam illam, in qua, aut philosophi regnassent, aut Reges philosophassent, vt inquit Lactant. li. 3. de fals. poet. cap. 21. Omnes ergo virtutes possidere debet Rex, B & præcipuè iustitiam, vtpote illi propriam, teste Aristotele 5. Ethic. cap. 1. ex qua sola illi *populorum amor* teste Plutarcho in Catone, nam si fortis, illum populi venerantur, si diues, suscipiunt, si sapiens, admirantur, at si iustus, amant & diligunt. Hinc iustitia dicitur *Regis cingulum* ab Isai. cap. 11. n. 5. non solum quia illo cinctus ipse, sed quia ipso, secum alios beneuolentia & amore cingit & ligat.

8. Beata Respublica quæ. *Lactan.*

9. Iustitiæ virtus Principis propria. *Plutarch.*

10. Ex sola iustitia amor in Principẽ.

11. Eius cingulum. *Interl. Lyra.*

Qui iudicatis terram, &c. idest, *quibus data est potestas iudicandi.* Lyra. idest, *qui iudicatis interna habitantes in foro seculari & Ecclesiastico.* Vnde terra metonymicè accipitur pro incolentibus terram, vocat Principes à maximo eorum officio, quod est iudicare, vnde sensus est, ô vos Principes, à quibus totius pendet populi salus, diligite iustitiam, virtutemque omnem.

12. Maximum Principis officium iudicare. *Olkot.*

Olkot admonet nomen terræ, Principibus & magistratibus modestiam inferre, obque oculos eis imponere, quia terra sunt, & si terram iudi- C cent.

13. Quid sit sentire de Domino in bonitate

Sentite de Domino in bonitate, &c. multi horum sunt verborum sensus. Aliqui dicunt hoc idem esse, ac dicere, studete probas de Deo habere opiniones, eoque dignas cogitationes accipite, & voluntate ita illi afficiamini vt bono, ac beneuolo animo erga illum sitis, & confidite in illo, etiam si mala ingerat, etiam si difficilia præcipiat, sic Castro. Interl. ait, *Sentite de Domino*, hoc est, *scripturas piè legite, & intelligite approbando, non redarguendo.* Lyra. *Conformamini illi, quia sicut omnia ordinat in seipsum, tanquam in finem vltimum, & optimum, ita vos actus vestros ordinate ad commune bonum, & ad honorem diuinum.* Alij vt Cathacuzenus, *opere, & non sermone tantum seruite illi.* Fauet Hieronymus in Isai. cap. 55. & 56. qui legit, *sapite*, hoc est cognoscite vsu ipso, & praxi.

Castro. Interl. Lyra.

Cathacuz.

Hieronym.

D Sed duæ sunt meo sensu germaniores sententiæ. Prima illa quæ asserit, nil aliud esse, sẽtire de Domino in bonitate, quàm rectam de Deo à Principibus exposcere fidem orthodoxamque sententiam, seu religionem, sine qua nec iustitia nec regnum ipsum rectè constare potest. Secunda (quæ etiam videtur magis ad litteram) quæ asserit nihil aliud esse *sentire de Domino in bonitate*, quam cognoscere, & intelligere quàm sit Dominus bonus ergaque oppressos benignus, viduas scilicet, & pupillos, ad hoc, vt rectè eos iudicare Principes debeant, vnde volunt, vt hæc sit veluti ratio, quare Principes diligere debeant iustitiam, rectéque iudicare; sic Lorinus, vnde sensus est, sentite de Domino, quod bonus sit, re-

14. Reges quãdo sentiunt de Domino in bonitate

Lorinus.

A rumque nostrarum prouidus curator.

August.

15. Princeps quãdo simplici Deum quærit corde.

Castro.

16. Virtus in Principe non debet esse ficta.

In simplicitate cordis quærite illum. August. de serm. Domin. in mont. cap. 7. *In simplicitate*, idest, *in munditia cordis.* Alij vt Castro, *in simplicitate*, idest, *toto, & non diuiso corde* quærite illum, non quasi vnum fingatur exterius, aliud teneatur interius, quapropter bene ex hoc Principibus monitum, vt bonitas, quam exterius demonstrant, sit etiam interius & non fictitia, aut falsa, scilicet, vt eam tantum ad bonum sui ordinent, & sic tantum exterius eam profiteantur, vt communiter Politici; sed monet Sapiens, vt interius etiam, eam ad Dei prosequantur honorem, & cultum, vnde tantum sonat *in simplicitate cordis* quantum toto sinceroque Deum quærite corde.

18. Sinceritas maxime Principi necessaria. *Lorinus.*

Quæ virtus, sinceritas nempè cordis, cùm omnibus necessaria sit, præcipuè tamen Principibus; cuius rei optimam verissimamque dat Lorinus ra- B tionem, qui etiam videndus in actis ca. 2. n. 46. probat enim simplicitatis virtutem, necessariam Principi ex necessitate sermocinationis cum Deo, vtpote, vt ipse inquit, *qui maiora, difficiliora, & communiora tractat negotia*, quæ sine Dei communicatione malè fiunt, ac pessimè ruunt, at vt bene ipse adnotat ex Pro. 8. n. 32. cum *simplicibus est Dei sermocinatio.* Vnde si Princeps decipi non vult, nullum ita aptum ipsi medium, quàm quod ipse Deum non fallat, & simplici coram eo procedat corde, nam aliàs decipietur, etiam si nolit consulens eum decipere.

Prou. 8. nu. 32.

Dorotheus.

17. Princeps decipitur à consulente Dei permissu, etiamsi nolit consulens, & cur.

Quapropter valde notandum, quod Dorotheus Abbas doctrin. 4. ait, nempè simpliciter voluntatem Dei sciscitanti ne erret, puerum docturus Deus, qui veritatem ei indicet, at malitioso, & vafro etiam Prophetæ cordi daturus, & permissurus, in eius pœnam, quò erret aut cadat, nil melius nilque magis ad rem contra stolidos, vanosque Politicos.

Chartus.

Chartusianus autem ait nil aliud esse in simplici- C tate Deum quærere, quàm per abstractionem, & simplificationem intellectus cognoscere Deum tamquam maximè simplicem, sensus valde mysticus.

HOMILIA PRIMA.

Cumulus omnium virtutum Principi necessarius.

DILIGITE iustitiam, inquit, suadetque principibus Salomon, idest, omnem virtutem amplectimini, vt supra diximus, non vnam aut alteram tantum, quia omnes simul Principibus necessariæ, non secus, ac vestimenta ipsa.

1. Virtutes animæ ornamenta. *S. Ephrem Syrus.*

D Sententia equidem omnium est sanctorum, sicut vestimenta indumenta sunt corporis, sic virtutes animæ esse ornamenta, vnde S. Ephrem Syrus tom. 2. serm. de Ascens. cap. 7. super illud Matth. cap. 12. *Non habens vestem nuptialem*, sic inquit, *dum vestem audis nuptialem, ne de vestimentis, quibus induimur id existimes, sed de bonis operibus*, ideo rectè Origenes hom. 13. in Ezechiel. to. 1. *Ornamentum*, inquit, *tibi est vnaquæque virtus*, quæ cùm pura, simplexque esse debeat, ideo vestimentum candidum eam appellat Sapiens Eccl. 9. n. 3. dicens *omni tempore sint vestimenta tua candida.*

Origenes.

Eccl 9 8.

Rabi Salomon.

In quo loco, acutè Rabi adnotat Salomon, illud omni tempore, non sine causa positum, quia nempe nescimus quando Deus nos vocabit, ideo omni

2. Virtutes omni tempore parandæ & cur.

tẽpore virtutibus, bonisque nos paratos esse oportet operibus; ob id punitus, qui vestem nuptialẽ nõ habuit, & si ex hora vocatus, Dominus ait, *exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos, & clandos introduc.* & iterum, *exi in vias, & sepes, & compelle intrare* Luc. 14. 23. & Matth. 22. 10. dicitur

Luc. 14. 23. Math. 22. 10.

quòd *egressi serui eius in vias congregauerunt omnes, quos inuenerunt malos, & bonos,* & quod ingressus Rex *vidit hominem ibi non vestitum veste nuptiali;*

3. Cur eiectus sine veste nuptiali repertus, & si ex tempore vocatus.

si per vias, si per sepes, si ex tempore vocati, quomodo possibile eos cum veste reperiri nuptiali? quis sic incedit, quis ad arandum, ad seminandum, ad fodiendum egrediens, nuptialiter egreditur? nullus equidem: cur ergo adnotat Rex vnius absque veste nuptiali ingressum? latius infra de hoc. Sed pro nunc scias esse documentum ex eiectione ipsius sumendum, qui sine veste nuptiali repertus, in tenebras eiectus fuit exteriores, nempè, quòd siue in via, siue in sepibus, siue domi, siue in campo, semper parati esse debeamus, quia nescimus quando iuxta præceptum Domini vocabimur, vnde meritò reiectus non tantum quia accubuit, quantum quia & si imparatus se prospiciens, ingredi tamen sine vllo ausus est timore: quod pulchrè adnotauit

Chrysosto.

Chrys. hom. 61. ad pp. ponderans non accubitum, sed ingressum reprehensum, *nõ enim dixit,* ait, *quare recubuisti, sed quid intrasti,* quia ante declinationem, & ingressum semetipsum indignum esse fateri debebat, cùm sine nuptialibus se vestibus prospiceret, hoc est virtutibus, quæ animæ sunt ornamenta, gloriosaque indumenta, quibus ad nuptias accedere debet, ne eiectam se videat, *Gloria sponsæ Christi,* inquit Basilius hom. 11. in ps. 44. tom. 1. *quæ deinceps in filiam Regis est adoptata totum est, quin & fimbria aurea, quibus tota est circumamicta anima talis, & variegata, vtique in intimis sunt reposita,* quæ enim sunt istę fimbrię, aut quæ esse possunt, nisi virtutes? nam sicut externæ fimbriæ corpus extrinsecus honestant; sic spirituales illę virtutes scilicet intus animam ornant: tolle ergo vestimenta nudum turpeque remanebit corpus: sic si virtutes tu ab anima auferas, nudam, miseramque facies. Ex quo fit ea, ex maiori necessitate virtutes cuilibet necessarias esse, ac indumenta corpori, & sicut vnico tantum indumento benè corpus non tegitur; sic nec vna tantum virtute anima: immo sicut paupertatis signum vnica tantum superuestiri tunica: sic virtutibus non esse quempiam refertum, sed vna, aut altera, nec hominis studiosi erit signũ, nec propemodũ illud erit possibile: nã cum teste Arist. 5. Eth. ita virtutes sint insertę & connexæ, vt vna sine altera nequaquã possideri valeat, hinc fit, vt vna tãtum virtus in anima minime sola residere possit.

4. Inuitatus reprehẽsus non quia accubuit, sed quia intrauit.

Basilius.

5. Virtutes fimbriæ aureæ.

6. Pauper est anima quæ vnam tantũ possidet virtutem.

Arist.

7. Vna virtus sola possideri non potest.

Quòd si hoc omnibus necessarium, maximè Regibus, Principibusque, qui vt virtutum exemplaria cæteris proponuntur, & veluti in terris Dij, summi Domini, ac Dei imitatores esse debent, omnium virtutum culminibus referti.

Exod. 18. 19.

Consulturus Moysi Iethro socer eius, vt vellet iudices eligere ad populum iudicandum, sic ei allocutus est Exod. 18. 19. *Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, quidquid autem maius fuerit referant ad te & ipsi minora tantummodo iudicent.* Admirabile consilium, in quo aptè ad rem nostram adnotandum, hos iudices non amplius fuisse quàm tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos: velim enim dicere, illos non ampliorem ha-

A buisse potestatem, quàm supra decem, triginta, quinquaginta, & ad summũ supra centum homines, & insuper quòd non de magnis, sed de minoribus erat eis iudicandũ, nã maiora ad Moysem referenda erant, & tamen cùm hoc ita esset, non vnam tantum in illis requirebat Iethro virtutem, sed catum cumulum, timorem nempe Dei, sapientiam, liberalitatem, veritatem: merito, nam vt inquit August. ser. 35. *Cauere debent iudices ne corrumpantur odio, amore, pretio, precibus, vel timore, immo, cum Dei adiutorio calcare superbiam, abominari luxuriam, abhorrere falsitatem, despicere auaritiam, largitatem sectari, sapientes esse, plus honorem Dei quàm marsupia plena diligere.* En quantas expetit virtutes, quas Iethro non ad centum expetebat millia gubernanda, sed ad decem tantum; quid ergo necessarium erit Principibus? quid Regibus? qui integra regna, qui imperia moderantur, & si ad minora tantum iudi-

7. Iudices omnes possidere debent virtutes.

August.

8. Regibus quàm necessariæ omnes virtutes.

B canda, non solum Iethro timorem Domini, sed sapientiam requisiuit, & veritatem, quæ duæ, omnes in se includunt virtutes: quid diceret, si Regem cõsuleret eligendum, si Principem supremum, à quo veluti à fonte cæteri inferiores iudices virtutes haurire deberent; cuius officium, vt inquit Origenes in hunc locum, hom. 11. in Exod. ponderans illud verbum, *qui oderint auaritiam,* non solum est bonos esse, sed bonos alios efficere, *tales enim,* inquit, *oportet esse Principes populi, qui non solum superbi non sint, sed qui oderint superbiam,* id est, *vt non solum ipsi absque vitio sint, sed vt in alijs oderint vitia.* Quòd est dicere, non tantum sufficere illis, vt boni sint, sed necessarium esse, subditorum vt detestantes vitia, repræhendendo, & castigando, bonos illos efficiant. Ex quo sequitur, vt in Principe virtutes cu-

Origenes.

9. Regum officium.

10. Virtutes in Principe omnes in summo debent esse gradu.

C mulatim esse debeant, summoque in gradu vt cæteris eas impartiri possit: nam licet vna aut altera virtus in summo gradu particulari, inferiorique sufficiat Iudici, strictè eius sumẽdo officium, quandoquidem obiectum eius particulare cùm sit, particularis etiam ei erit necessaria aliqua egregia virtus, tamen hoc summo non sufficit Principi, nam cùm eius infinita quasi amplexetur obiecta officium, fit vt propemodum infinita, si sic dicere liceat, illi necessaria sint talenta, omnesque in gradu eminenti virtutes; vnde licet sit vnus, & non multiplex, tamen sui respectu officij multiplices in se continere debet virtutes, nil habens vitiosum, immo nil sinistrum; eterum totus debet esse dexter tum exterius in actione, tum interius in fide, quod notauit idem Origen. hom. 3. in lib. Iudic. cap. 2. super illa verba. *Clamauerunt filij Israel ad Dominum, & suscitauit eis Dominus Saluatorem Aioth virum ambidextrum,* vbi sic ait, *Ecce qualis est iste qui*

Idem.

11. Princeps totus dexter sit.

D *suscitatur ad saluandum Israil, nil habet in se sinistrum, sed vtraque manum dextram habet, hoc est enim Ambidexter, dignus verò populi Princeps, qui nil agat sinistrum, cuius quod agit dextera, nesciat sinistra sua, qui in vtraque parte dexter est, in fide dexter, dexter in actibus,* nil melius, totus dexter erit, totus, vt sic dicam, vna Princeps virtus, ita vt sine vitijs totaliter sit, vnde nec pœnas extimeat, nec, si licet dicere, quodammodo ipsum Deum, immò si necessarium fuerit pro populo, contra ipsum stare audeat, illi se opponere, ipsum quodammodo vincere, pro muro stans, & pro scuto omni se iræ obijciens diuinæ, in se tamquam firmissimus recipiens populus tumultuantes eius iustitiæ fluctus, ex quo plus quàm humanus quodammodo erit diuinus.

12. Princeps quodammodo Deũ non debet extimescere.

August.

Sic grauiter sentit Augustinus lib. de ord. tom. 11. adnotans, simulque in Pythagora factum illud

15 Pythagoras quando suis doctrinam de Republica tradebat.

admirans, scilicet doctrinam de Republica regenda, illum non antea suis tradidisse quàm omnibus eos virtutibus informasset. *Mirari, inquit, & quotidianis efferre laudibus soleo, quod regendæ Republicæ disciplinam suis auditoribus vltimam tradebat, iam doctis, iam perfectis, iam sapientibus, iam beatis; tantos enim ibi fluctus videbat, vt eis nollet committere, nisi virũ, qui & in regendo, pœna diuina scopulos excitaret, & si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret.* Egregiè, non solum doctus, sapiens, & perfectus secundùm Augustinum, sufficit vt sit Princeps, sed beatus, sed omnis vitij expers, omnibus refertus virtutibus, adeo vt sine vllo diuinarũ viuat timore pœnarum; immò quod eas in se pro populo recipiens confringat, & infringat; feruensque illud iustitiæ mare diuinæ placatum, placidumque reddens: sic Moyses ille populi princeps contra Deum anxius est, illique se opposuit, quia sanctus, quia impollutus; si enim talis non esset, si non impollutus & absque vitio, numquid contra Deum pro populo stare, mortem appetere, deletionemque à vitæ libro expetere ausus esset? Sed contra Deum quasi audax extitit, sua fretus conscientia, quæ dum nullius erat conscia criminis, nec pœnas timebat, immo nec ipsum Deum formidabat, nam vt inquit Ambrosius lib. de Paradiso cap. 13. *iusti mens non solum Deo præsens est, sed etiam cum Deo disputat.*

14 Princeps qualis esse debet.

15 Principis partes Deum placare.

16 Moyses Deum non timuit, & cur.

Ambrosius.

Dignus certè Princeps, non solum quia omnis expers vitij, sed etiam quia & omnibus refertus virtutibus, quarum cumulus tantus talisque extabat vt ex eius plenitudine septuaginta replerentur viri, Num. 11. 27. *Auferam*, dixit illi Deus, *de spiritu tuo, tradamque eis vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris*: & infra, *abstulit de spiritu Moysis & dedit septuaginta*. En quanta talenta iste habebat, en quàm plenus erat, & tamen non erat Princeps nisi vnius populi; & huius non in ciuitates distributi & Prouincias, sed iunctim positi, ità vt vnico tantum oculi ictu omnem illam multitudinem simul cernere poterat, vt vel sic facilius gubernarentur, & tamen ad illam gubernandam hominem Deus elegit tantis repletum virtutibus, tantis refertum donis: quid ergo necessarium, aut quantis indigebit virtutibus, qui non vnam tantum gentem regit, qui non vnitam, sed dissitam, qui regna, qui imperia moderatur, qui infinitam multitudinem, qui barbaras nationes, qui anguli sunt domorũ, Iudic. 20. n. 2. 1. Reg. 14. n. 38. Soph. 3. n. 6. columnæ ædificiorum Ps. 74. n. 4. Ierem. 1. n. 18. Apoc. 3. n. 12. cardines tandem terræ, vt Sanctus inquit Gregorius in 1. Reg. super illa verba cap. 21. n. 8. nempe *Domini enim sunt cardines terræ*, vbi per terræ cardines, prælatos superioresque intelligit, in quo loco acutè adnotat, non dictum, prælatos principesque super orbem positos, sed è contra orbem super eos, ad significãdum eos portare orbem, non è contra. *Qui vero domini sunt*, ait, *videant quia super eos orbis ponitur, non sub eis*, quid *enim orbis nomine, nisi sancta Ecclesia subiecta designatur plenitudo fidelium? super cardines quidem terræ Deus orbem posuit, quia prædicatores ad hoc sanctæ Ecclesiæ proponuntur, vt eorum infirmitatem releuent, & debiles quisque ad cælestem patriã velut super impositũ onus portent: non igitur se semper prælatos debent aspicere, sed quandoque subiectos, vt disciplina cohibendis vitijs præsint, sed æstimatione & obedientia ministerij sui sæpe subsint eis, quibus præeminet cura prælationis.* Nil melius: hinc factum, vt quando Princi-

17 Moyses Principatu dignus.

Num. 11. 27.

18 Principes anguli domorũ, colũnæ ædificiorum, cardines terræ.

Iud. 20. 2. 1. Reg. 14. 38. Soph. 3. 6. Ps. 74. 4. Hier. 1. 18. Apoc. 3. 12. S. Greg.

19 Principes portant non portantur ab orbe.

20 Prædicatoris munus.

21 Prælatus quo modo subditum se æstimare debet.

A pes Dei sunt cardines, non diaboli, aut sui, & qui portant, non ab orbe portantur, gemant, non rideãt sub onere: sic equidem & si tanto repletus spiritu Moyses sanctiss. tantisque talentis, gemuit tamen sub onere, etiam si illud diuisum iam tenebat in pluribus: ita vt clamans dixerit Deo, *Non possum solus sustinere omnẽ hunc populũ, quia grauis est mihi, sin aliter tibi videtur obsecro vt interficias me & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* Quam petitionem nec Deus exhorruit, nec malè eam recepit, immo nec superfluam, quin iustam, & exauditione iudicauit dignissimam, vnde & ei respondit. *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis vt sustineant tecum onus populi & non tu solus graueris*, Mirum cũm tantus esset Moyses homo, ex quo regiminis, primique loci elucet difficultas, nã si tant' & talis homo gemit, plorat, defatigatur, onereq; succumbit sic paruo, quid non Moyses? vnde si B lumen adesset Principibus, si cæci non essent, dũ se tantis virtutibus refertos non viderent, supremumque tamẽ locum tenere & nõ vnũ tantum, sed infinitos sustinere populos, gemerent etiam, & clamarent, potiusque mortem eligerent quàm imperium. Sic flebat Eugenium suũ sanctissimus Bernardus epist. 236. plorans quòd è monasterio egressus esset ad vrbem, à prælati subiectione ad summum præsulatum, *Parcat vobis Deus*, inquit, *quid fecistis? sepultum hominem reuocastis ad homines, fugitantem curas & turbas, curis denuo implicastis, & immiscuistis turbis, fecistis nouissimum primum, & ecce nouissima illius periculosiora prioribus*; periculosiora quidem, nam Eugenio dum Monachus vna, aut altera virtus sufficiebat, factus postea põtifex, non vnam, sed omnes requirebat ad onus illud sustentandum, quod vt inquit Bern. *Gigantum vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile reperitur.* C

22 Regiminis onus cur graue.

23 Moyses & si magnus regiminis tamen onus expauit.

24 Principes si onus regiminis attẽderent potius mortem eligerent.

Bern.

25 Bernardus flebat Eugenium quando pontifex.

Ad onus sustentandum dixi, nam ita proprium Principi est illud portare, vt omnino repugnet Principem esse, & illud non sustinere, quod notandum in verbis Dei ad Moysem, *Auferam de spiritu tuo*, dixit, *tradamque eis vt sustentent tecũ onus populi, & nõ tu solus graueris.* Vbi & si Deus seruũ exonerauit suum, ita tamen vt non totaliter onus alijs daret, & sine onere ipse esset, sed vt simul essent cum illo, & cum illis etiam ipse, ob hoc non dixit tantum vt *sustentent*, sed vt *sustentent tecum*, & non ait, *ne amplius graueris*, sed *& non tu solus graueris*, &c. quasi diceret, onus diuidam, sed nõ auferam, alleuiabo te, sed non exonerabo, graueris, sed non solus, quia & esse Principẽ, gubernatoremque simul non grauari impossibile est, ideo posthac graueris, sed non solus: vnde rectè Orig. Hom. 11. in Exod. to. 1. explanans Iethri consiliũ, cum Principibus loquẽs, *Audiant principes populi*, ait, *quia debẽt omni hora populũ iudicare semper, & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites, reconciliare dissidentes, in gratia concordare discordes*, portare ergo debent onus, & si non D soli. Ex quo facto duo satis notanda elucent documenta:

26 Principem esse, & onus non sustinere repugnat.

Orig.

Primum, ne quod tantus, & tam magnus vir ferre non potuit, alter nec talis, nec tantus præsumat, solus Moyses totum populum sustinere non potuit, ne sit audax; alter putans solus orbem sustentare posse, decipietur, & suamet audacia pressus, succumbet miserè, ac ruet, sed de hac re infra c. 6. n. 26.

27 Princeps ne solus sit ad onus sustentandum.

Secundò etiam docemur quantis virtutibus, quantis donis, quãtis, vt sic dicã, cœlestibus repletus esse debet Princeps fauoribus dum ad vnum

28 Quantis debet esse virtutibus refertus.

tantùm populum quasi non sufficiens esset Moyses gubernandum, adiunxit ei Dominus & alios septuaginta, eodem eos replens spiritu; addens etiam illis virtutes virtutibus, talenta talentis, vt bene regeretur populus ille, simulque ne sub onere etiam & ipsi succumberent, quia, vt idem inquit Orig. eodem loco supra illa verba, *pedes sanctorum suorum seruabit*, sic regiminis onus est immensum vt nisi Dominus pedes gubernantium seruet, corruât necesse sit, *quasi dicat*, inquit, *inter onera tam immensa corruerent si eorum pedes Dominus non seruaret*, quos seruat quãdo eos mira fortitudine roborat, vt inter tã immensa onera nequaquam cadant; vt semel ex hoc apprehendant, qui summa gubernacula tenẽt, non eis sufficere vnam, aut alteram tantum virtutem, sed cumulum earum, sed integram, totalemque iustitiam, vt inquit noster Sapiens, dum Regibus, principibusque suadet, vt illam diligant, ament & obseruent, dicens, *Diligite iustitiam*.

Origen.

HOMILIA II.

Prima Principis virtus, Recta sanctaque Religio, cum pietate coniuncta.

SEntite de Domino in bonitate, inquit noster Sapiens, quod idem est, vt supra inter alios diximus sensus, ac Principibus, Regibus, & Dynastis, veram, tectam, sanctamque persuadete fidem cum pietate coniunctam. Hæc illis prima debet esse virtus, non solum si regna, sed si ipsammet suam semel custodire desiderant vitam; nam, vt benè inquit Plin. lib. 4. hist. natural. *Religione vita constat*. Quam omni custodire debeot conatu, si populos sibi subditos habere desiderant, quia, vt affirmat Cicero 5. in Verr. *Omnes religione mouentur, & Deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur*, quos dum colere vident, & fideles erga ipsos suos esse Principes, etiam ipsi, & se suaque fident, impossibile iudicantes infidelem eis, qui Deo semel fidelis existit, quod egregie dixit Arist. cùm ait, *Si princeps circa Deorum cultum afficitur vehementer, minus enim formidant populi, nequid contra iustitiam fiat, si religioni deditum illum existimabunt, ac deorum timorem haberi*, *homo sacerdos*, dixerunt illi 1. Mach. 7. n. 14. *de semine Aaron venit, non decipiet nos*, plus in illis potens sanctitas, & si simulata, quàm doli ac caliditatis infinita argumenta; sic potens cum populis pietas cultusque est religionis in Principe: vnde rectè Arist. Antipatro, vt refert Plutarchos libr. de profect. morum, non solum subditos æquare, sed in hac excellere re quòd debeat affirmat, Princeps, *necdum*, inquit, *par est sapientia præstare eum, qui imperio antecedit, sed etiam religione, ac pietate.*

1. Vera religio vitã custodit Principum.
Plin.
Cicero.
2. Populi cus Principibus fidelibus subduntur libenter.
Arist.
1. Mach. 7. 14.
Arist.
Plutarchus
3. Princeps religione populis præstare debet, sicut imperio.

Optimè siquidem hæc duo coniunxit, religionem scilicet, & pietatem, nam sine pietate religio, hypocrisis est potius quàm vera fides, vnde bene Eusebius lib. 1. de præpar. euang. veram religioonem definiens, ait, *quod est animi ad vnum solum, & verum Deum, firma stabilisque conuersio, & consentanea illius præceptis vita*. Vel secundùm August. lib. 4. de Ciu. c. 23. *Est verax veri Dei cultus* Hæc ergo vera fides rectè à Principe custodita, vereque illa ipse Deum colens, fœlicem ipsum ac beatum facit, beatum inquam in dominatione. *Illos fœlices Reges, & beatos iudicat Christiana religio*, inquit August. vbi sup. lib. 5. c. 24. *qui suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum maiestati eius famulam faciunt, qui Deum timent, diligunt, colunt, hos enim appellat fœlices, non autem, qui diutius imperarunt, vel morte placida filios reliquerunt, vel hostes Respublicæ domuerunt. Hæc enim, & alia vitæ huius ærumnosa, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerunt, vnde Dei misericordia illud factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent velut summa bona desiderarent.* Illi ergo Reges fœlices sunt, illi beati, qui bene de Deo sentientes, maiestatẽ suam altitudini famulam faciunt diuinæ; vnde optimè de Deo iudicantes, euenit vt optimè etiam populos regnaque gubernent, ex quo fit, vt populos subiectos, subditosque habentes, pacificè regnantes, diù multumque in maiestate durent.

4. Religio sine pietate hypocrisis.
Eusebius.
August.
5. Religio vera beatum facit Principes.
August.
6. Reges felices qui.

Duo dixi, primum optimè regnaturos illos Reges, qui bene de Deo æstimabunt, & secundum populos subiectos habituros, diuque regnaturos; primum enim facile probatur; si qualis sit hęc recta de Deo æstimatio cum Aug. intellexerimus, qui *lib. 1. de lib. arb. cap 2. tom 1* illam definiens sic ait, *Optimè namque de Deo existimare verissimum est pietatis exordium; nec quisquam de illo optime exsistimat, qui non eum omnipotentem, atque ex nulla particula commutabilem credit, bonorum etiam omnium creatorem, quibus est ipse præstantior; rectorem quoque iustissimum eorum omnium quæ creauit*; Vera ergo de Deo exstimatio secundùm Augustinum, est credere, Deum omnipotentem, incommutabilem, creatorem, ac rectorem iustissimum omnium, quæ creauit: da Principem hęc verè credentem, dabo etiam tibi eum rectè gubernantem, nam si verè omnipotentem Deum credat, facilè se illi subdet, præcepta eius obseruando, si incommutabilem se illi fidet, se, suaque illi committendo, si creatorem omnium, vt Dominum agnoscet, venerabitur, ac obediet, si iustum timebit, & tandem si gubernatorem omnium eorum, quæ creauit, non opprimet pauperem, non viduam, non pupillum; quod cùm facit bene reget, optiméque imperabit; sicut è contra quando non sicut par est de Deo æstimant, pessimè imperant, *Principes tui infideles*, inquit Is. 1. n. 23. hoc est impij nullum de Deo rectum sensum habentes, *socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos*; iurarem egó tales futuros hos, cùm infideles essent; nã eo ipso quo quis Deo infidelis, eo ab ipso recedit, ad vitia declinat, fit peruersus, & omnibus inobediens legibus, quod totum sanctissimus dixit Propheta quando principes infideles vocauit, verbum enim Hebræum *soersim* à radice *sur* omnia illa significat; hoc est *declinauit, recessit, peruersus, & rebellis* fuit: vnde Aquila vertit, *recedentes* Pagnin. *declinantes* Pintus *peruersi*, 70. & Sanctissimus Hieronymus *inobedientes*: quomodo ergo bene regnabunt cùm tales sint? at da fidelem, da benè de Deo sentientem, da pium, & ego dabo eum sibi benè regentem; nam sicut, quando Deus cum populo iratus existens, ad eum puniendum principem infidelem tribuit, vt eum destruat, ac perdat, sic fidelem quando in eum misericors, & propensus, vt eum conseruet, & multiplicet, *Plangit clementissimus pater*, inquit Hieronymus, *Sic principes delinquentes, & bellos suos vocat, & inimicos, qui & peribunt, quando autem placatus fuerit populo, hanc illi misericordiam pollicetur, & restituam scilicet iudices tuos sicut primo, & consiliarios tuos sicut*

7. Princeps bene de Deo sentiens optime regnabit, diuque erit in regno.
Idem.
8. Vera de Deo æstimatio quæ secundum August.
Is. 1. 23.
9. Princeps infidelis non bene reget.
10. Deus quando iratus Principes tribuat infideles, vt populos destruant.
Hieronym.

ab initio, erunt iudices tui, sancti sicut Moyses, & Iosua, Dauid, & alij iusti Reges, restituet ergo eiusdem antiquorum similitudinem, in grandem Respublica vtilitatem. A

At quod fideliter & ex animo credens, populos
subiectos habebit, diùque regnabit, satis perse li-
Ios.18.1. quet, pulchrè enim dicitur in Iosua cap. 18. n. 1.
11. quod fixo semel tabernaculo, statim omnis extitit
Fide in Deo stabilita, stabiliuntur populi. terra subiecta; *congregati sunt omnes filij Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij & fuit eis terra subiecta.* Quia semel stabilita in decem fide, altéque hac in corde residente Principis, subiectio statum populorum sequitur tamquam ex se, & veluti
12. ex consequenti, cùm in hoc de Deo recto sensu, il-
Parentes honorantes sibi iuuant. lud prorsus eueniat quod patrem matremque honorantibus, quorum pietas, obsequiumque non tantum parentibus, quàm sibi ipsis iuuat. Exod. 20.
Exod.20. n. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam vt sis lon-* B
12. *gæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit*
Philo. *tibi*, vbi pulchrè Philo lib. quod *deterptior insidiari solet*, ait *non his qui honorantur inquit, sed tibi*, sic qui
13. verè Deum colunt Principes, rectamque de illo
Deo seruiēs sibi nō Deo prodest. habent æstimationem, fidemque, sibi prosunt non Deo: nam vt inquit idem author, *Nullius enim indiget, plenus ille Deus, nec illa summa, perfectissimaque scientia, quo fit, vt qui hos colunt non eis quippe nullare*
14. *indigentibus, sed sibi prosunt maximè*, dum in à Deo
Principes Deo seruiētes diu regnant. collata terra longæuissimè perpetuoque regnantes subditos populos omnino habentes, vbi notandum non tantum dictum vt sis longæuus super terram, sed *super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi*, quasi & si terræ dominium sit à Deo, merè liberaliter donante, tamen longæuitas in illa, hoc est
15. perpetua, diuturnaque possessio, non à sola Dei li-
Illud à Deo ipsi promereri debent. beralitate, sed à proprio etiam vt proueniat seruitio necesse sit; quòd parentum est honor, obse- C
quiumque, vt hinc pari discamus modo, immo & discant principes, quod & si regna à Deo habeant liberaliter donante, tamen nisi eum honorent &
16. colant, impenseque obsequantur, non diu in illis
Ipsi Deo fideles, & populus illis. viuent, sicut è contra dum illi erunt fideles, pieque colent, fideles & populos, fidelia & illis Deus præparabit regna. *Suscitabo*, inquit Deus ad Heli: eius redarguens remissum cultum, *mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, & adificabo ei domum fidelem*, 1. Reg. 2. n. 35. vbi adno-
1.Reg.2.35. to, simul extare & in Deum principis fidem, & populi in Principem, ille in Deum fidelis & Dominus
Greg. ei fidelem præparans domum, quod notauit Greg. in hunc librum dum ait. *Notandum etiam quod sacerdotem quem excitat Dominus dicit fidelem sibi, domum autem quam ei ædificat fidelem ipsi sacerdoti di-* D
cit futuram.

17. Hinc fit vt domum habens fidelem, hoc est re-
Deus pro Principibus fidelibus belligerat. gnum, nullus intus existens inimicus, securus regnet, immo fideliter Deo credens, nec hostes etiam habet, quod timeat externos; Deo illum protegen-
1.Reg.7. te, immo pro ipso bellante, *Audierunt Philistim;*
n.7. inquit scriptura 1. Reg. 7. n. 7. *quod congregati essent filij Israel in Maspha, & ascenderunt satrapæ Philistinorum ad Israel, quod cùm audissent filij Israel timuerunt à facie Philistinorum*, & ratio erat timoris, quia cùm in Maspha ex præcepto conuenissent Samuelis ad orandum tantum Deoque sacrificium offerendum, inermes prorsus reperiebantur, & omnino ad bellum imparati, quod rescientes inimici, in ipsomet sui sacrificij tempore illos adorsi: *factum est autem cùm Samuel offerret holocaustum Philisthijm inire prælium contra Israel.* Quis non di-

A ceret actum iam esse de Israele, inermes prorsus
aderant, omnino imparati: in loco nec tuto, nec prægrandi, tantum de sacrificio tractantes, ac de oratione, prorsus belli ac bellorum machinatum obliti, inedia ieiunij, ac lacrimarum fontibus penè viribus exhausti, contrarij verò armati, fortes, ac præpotentes, numeroque penè infinito: quis ergo non æstimaret, ac pro certe haberet Israelem ruiturum, regnumque funditus periturum? principemque eius Samuelem, tunc & sceptrum, & Regnum amissurum? at è contra euenit, nam oran-
tibus ipsis, Dominus pro eis pugnauit & dum ipsi 18.
totaliter in Deum verè crediderunt, Dominum Deus pro Israele orāte pugnauit.
propugnatorem verum habuerunt, qui causam ipsorum suscipiens & inimicus pessumdedit, regnumque Samuelis firmiter stabiliuit, *intonuit autem Dominus*, inquit scriptura, *fragore magno in die*
B *illa super Philisthijm, & exterruit eos & cæsi sunt a facie Israel.* Quod factum siue miraculum luculentissimè enarrans Ioseph. lib. 6. antiquit. cap. 2. sic ait, *Ioseph.*
Prius enim quàm totam victimam flamma absumeret, nondum sacro peracto, hostis in conspectu aciem explicat, rem factam se habere putant, interceptis Iudæis imparatis ad pugnam, & tamen, non inermibus, vt qui non in eum locum ad hoc conuenerant. At longè aliter accepti sunt quàm crederent, etiam si quis prædixisset; primum enim terra iubente Deo sub pedibus eorum intremuit, & vacillante vestigio nutabant, nonnulli etiam in improuisos hiatus prolabebantur, deinde fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulgoribus oculos ac manus semiustulati, vt non arma quidem retinere possint, in
fuga spē totā reponebant: in qua Iosephi enarratione 19.
duo consideranda occurrunt, primum Dei manū, Dei auxiliū orantibus velox.
auxiliumque ita promptum, expeditumque fuisse,
vt non sic velox fuerit flamma ad sacrificium con- 20.
C sumendum, vti Deus in campo ad inimicos debellandos, & secundum quòd ad auxilium suis Deus ferendum, & terram, & abyssum, & aerem, & cœlum, & ignem commouit: ita vt verè contra istos totus pugnauerit orbis terrarum, vt semel videas, quàm securum, quàm firmum, quàm stabile Pro Principibus fidelibus Deus totum cōmouet orbem.
habeat regnum dominatumque Princeps qui Deo
verè credit, vereque obseruat, vnde verè dici fas 21.
est, quòd tunc prorsus, omnibus stipatus armis, omnibus refertus copijs sit Princeps, & si solus, ac inermis appareat, quando Deus cum illo, sicuti è contra tunc solus quando sine Deo, quod Regius dixit Princeps cū Deo omnibus armis refertus, inermis sine illo.
vates ps. 7. n. 1. dum ait, *Domine Deus meus saluum* *Ps.7.n.1.*
me fac ex omnibus persequentibus me, nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat neque
qui saluum faciat in quo loco pulchrè addubitat *Chrysost.*
D Chrysostomus quomodo hoc dicat Dauid, cum & exercitum, multosque secum Principes haberet, *nunquid* ait *non collegit exercitum, & multos secum habuit? quomodo ergo dicit dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat?* cui respondens dubio sequitur. *Quoniam ne vniuersum quidem orbem terrarum auxilij loco habet, nisi opem diuinam fuerit assecutus, nec se esse ducit in solitudine, licet solus sit, si sit illius auxilij particeps.* Nil melius, solus est Princeps, quando sine Deo, & si orbem secum habeat terrarum, associatus, stipatus, ac vndequaque custoditus, quando cum Deo, & si inermis se reperiat, dummodo vera in Deum sit fide, vereque in illum non fictè, externeque tantum credat.

Hoc equidem in facto illo Philistinorum adno- 22.
tandum, nam tunc equidem Israelitis Deus auxilio fuit, quando verè, & ex animo crediderunt, & non antea, tunc pro eis miracula effecit, ac quodam- Princeps verè, & non fictè credēs a Deo iuuabitur.

modo totum se illis effundit, quando ipsi etiam totos se illi effuderunt, ac, vt sic dicam prolibarunt; Præcipit Samuel populo, post dearum, deorumque consumptionem, vt in Maspha conueniret, vt pro ipsis, & cum ipsis Dominum oraret, *Dixit autem Samuel*, ait scriptura vbi sup. *Congregate vniuersum Israel in Maspha vt orem pro vobis Dominum*, quibus conuenientibus, dicitur, quod hauserunt aquam & effuderunt in conspectu Domini, *& conuenerunt in Maspha, hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini.*

23. Quid sit aquam effundere in conspectu Domini. *Abulens.*

Mira nouaque ceremonia haurire aquam, eamque in conspectu effundere Domini; ad quid, non equidem vt esset sacrificium, nam, vt ait Abulens. hic q. 28. aqua in sacrificiis offerri non poterat, quin ipsa pro sacrificio offerretur, & nisi ad abluendas victimas ac sacerdotumque munditiem, numquam legitur ob aliud aliquid in

24. Aqua in sacrificijs nõ offerebatur.

templo extitisse. Ob hoc mare æneum in eo positum, & propè templum probatica piscina, ergo cùm nec pro sacrificio, nec ad sacrificium offerendum necessaria esset, ad quid noua hæc ceremonia, dum ad sacrificandum conuenerant, aquam haurire, eamque coram Domino effundere?

25. Ad quid in templo.

Hierony.

Hieronymus in traditionibus Hebraicis ex Hebræorũ traditione ait hanc fuisse aquã, qua probabantur, & manifestabantur, qui idola coluissent, dum illud negabant, ne occiderentur, *Hebræi tradunt*, inquit, *quod coram Domino in eamdem aquam maledicta congesta sunt, & sicut in lege mulier Zelotypa hausta aqua probatur: ita & hic idololatræ hac aqua probati sunt, hi videlicet, qui se idola coluisse penitus denegabant: tradunt enim, quòd quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhærerent, vt nequaquam ea innicem idololatra separare posset, hoc indicio idololatra deprahẽdebatur, & interficiebatur, quòd & sequentia demonstrant in eo, quòd ait, iudicauitque Samuel filios Israel in Maspha; iudicare in hoc loco idololatras secũdum legem mortis tradere intelligendum est.* At hoc commentum Iudæorum est: si sic enim esset, aquam non effusam, sed ebibitam dixisset scriptura.

Historia scholast.

Historia scholastica ex aliquorum authoritate, quos non nominat, affirmat, quoddam idolum redactum fuisse in puluerem, à Samuele vti à Moyse, & mistum aqua propinatum populo, & in illorũ barbis cognitos idololatras, cuius etiam opinionis est Hugo. Sed hoc planè est diuinare.

Hugo. *Greg.*

Alij hanc aquã metaphoricè sumunt pro lacrimis, sic magnus Gregorius dum ait; *quid est aquam haurire, nisi de profunda anima pœnitentis confessione lachrimarum fluenta producere?* sensus equidem mysticus, non literalis.

Alij aquam propriè sumunt, sed variè eius interpretantur vsum, nam aiunt, eam deseruisse ad abluendas sordes, quas pœnitentes ex pœnitentiæ actibus cõtrahebãt, ita Serrarius ex vno ex hæreticis, quã opinionẽ nec ipse probat, nec aliquis alius.

Serrarius.

Alij hanc aquam symbolum esse putant eorum, quæ in animis occultè fiunt, aut ad animam expiandam, aut ad aliquid à Deo impetrandum, quando anima velut aqua effundi dicitur coram Deo, & tandem alij aliter hoc senuunt.

Sed verius existimo ceremoniam hanc fuisse hyeroglyphicam, quo, verè, realiterque, qui eam effundebant profitebantur se pœnitentes, totaliter-

26. Aquam effundere in scriptura quid.

que ad Deum conuersos, vnde sicut alibi sæpe in scriptura illud locutione metaphorica datur intelligi; sic hîc non locutione, sed re & actione, nam ad designandam totalem alicuius effusionem rei, sæpe dicitur in scriptura, illam effusam sicut aquam, vt Oseas cap. 5. n. 10. significans Deus totalem effusionem iræ suæ, dixit, illam effusurum sicut aquã, *effundam sicut aquam iram meam*, & ad exprimendum sine gutta sanguinis comedendum esse animal, dixit Deut. 12. n. 16. *Comedes, absque vsu dumtaxat sanguinis, quem super terram sicut aquam effundes.* Id est sic sanguinem exprimes, vt ne gutta quidem supersit in venis, sic etiam ad significandum in redemptione nostra, totum sanguinem Christum fudisse, ita vt ne gutta quidem remanserit Ps. 21. n. 15. dixit *effusus sum sicut aqua*, & tandem Gen. 49. n. 4. ad denotandam Iacob profusam filij sui Ruben libidinem ait, *effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Ex quibus constat, locutione illa metaphorica, scripturam communiter vsam, vt totalem, ac omnimodam significaret effusionem: nam quando aquæ vas effunditur, ita effunditur, vt nihil illius remanere videatur in vase, quod non in alijs euenit liquoribus magis solidis, vnde effũdi sicut aqua in sẽsu scripturę, nil aliud esse videtur, quã totaliter, ac omnimodè aliquid effundere, & propinare, ita vt nil illius amplius remaneat.

Oseas. c. 5. 10. *Deut. 12. n. 16.* *Ps. 21. n. 15.* *Gen. 49. n. 4.*

Hoc ergo, quòd locutione metaphorica scriptura sancta in aliquibus locutionibus significat, actione hieroglyphica voluerunt etiam illi significare, protestantes illa factum, quod fecerant, nempe totalem, omnimodam absolutàque idololatriæ derelictionem, & perfectam, ac totalem in Deum fidem, vnde sicut sacrificio, & holocausto ignito, veram profitebantur, rectissimamque in Deum fidem; sic effusione aquæ, omnimodam, perfectamque idolorum detestationem, & ab eorum cordibus effusionem, nil prorsus in eis amplius protestantes perfidæ illius religionis remanere, vnde perfectè conuersi, perfectissiméque credentes, & sacrificium obtulerunt, & aquam effuderunt: quòd cùm esset, verèque ipsi Deo fideles, statim euenit tamquam ex consequenti; vt commouente Deo, cœlum terrâque, interemptis inimicis, regnum stabile, ac fixum eis, eorumque principi præpararet, immo, & quod perditum ob infidelitatem fuerat, restitueret, *& humiliati sunt Philisthiim*, inquit scriptura vbi supra; *nec apposuerunt vltra, vt venirent in terminos Israel, facta est itaque manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis, & reddita sunt vrbes, quas tulerant Philisthiim ab Israel Israeli:* en quanti prouentus à recta fide? contrariorum humiliatio, regni securitas, restitutio ablatorum & quod caput est, continua, indefessaque Dei defensio inimicorumque debellatio, *cunctis diebus Samuelis*, ait scriptura, *facta est manus Domini super Philisthæos*, non equidem vno, aut duobus, non vna, aut altera hora, non vno aut altero mense, sed cunctis diebus Samuelis, totius inquam spatij vitæ serui illius, qui diu vixit, multorumque annorum expleuit curricula, vt semel discant Principes, quàm securi, quàm ex omni parte quieti permanere possunt, si semel verè Deo credant, veramque ac catholicam in eo fidem habeant

27. Israëlitæ effuderunt aquam corã Domino in signum perfectæ conuersionis.

28. Prouentus à recta fide in vtilitatẽ regni & Regis quales.

Quod siquidem dilucidius videbitur, si semel attente considerauerimus, quæ dixit, ac prędicauit prudentissimus ille Achior, Princeps filiorum Amon superbissimo Holopherni, dum iste plusquam nimis admiratus de resistentia sibi ab Israele facta, eius perquisiuit rationem, & in quo populus ille tantùm supra cæteras confidebat gentes, vt soli ipsi in pace eum, exercitumque eius noluissent recipere. Iudith. cap. 5. n. 1. *Nunciatumque est Holo-*

pherni, quod filij Israel præpararent se ad resistendum, A
Iudit. 5. 1.
& furore nimio exarsit in iracundia magna, vocauitque omnes principes Moab, & duces Amon, & dixit eis, dicite mihi, quis sit populus iste, qui montana obsidet, aut quæ, aut quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, & quare præ omnibus, qui habitant in oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obuiam nobis, vt susciperent nos cum pace. Quatuor ergo iste requisiuit gentilis, numerum scilicet ciuitatum, virtutem, ac hominum multitudinem, & tandem Principem, ac ducem exercitus, in quibus consistere putabat eorum fortitudinem, ac simul confidentiam, cui Achior tanquam sciens, bonæque confidentiæ populi Hebræorum callens, momentum, nec ciuitates numerauit, nec virtutem magnificauit ac multitudinem, nec principem nominauit, sed tantum fidem, ac populi deuotionem, pietatemque in B Deum suum, quam si inconcussam tenerent, filios Israel affirmauit inconcussos futuros, penitusque inuincibiles: *non fuit,* inquit, *qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Dei sui, quotiescumque autem præter Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium & in opprobrium, quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi:* quibus dictis suam tandem concludens sententiam sic ait. *Nunc ergo, mi Domine, perquiro si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorũ, ascendamus ad illos, quoniã tradens tradet illos Deus eorum sibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ: si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.* Mira verba, singulaque maximè notatu digna, tamen illa singulariter lubet adnotare, C scilicet, quod si iniquitas, & offensio esset in Israel, *tradens tradet illos Deus* Holopherni: non equidem dixit, tu illos vinces, aut subiugabis, *sed tradens tradet illos Deus eorum sibi:* verba, sanè, quę in Regum, ac Principum cordibus exarata adamantino esse deberent vngue, vt intelligerent, quantum eis necessaria recta in Deum sit fides, quantumque in eum deuotio ac pietas, cùm ea deficiente, non extraneam potentiam, non arma inimicorum bellica, non munitiones extraneas, non principes timere debent inimicos, sed ipsum Deum, quem iratum, ac offensum habent, ipse enim eos tradit, debellat, terit, & tandem regno priuat, non verò inimici, vel potentiæ bellantes. Contra præceptum Domini humanam diuinæ pręponentes rationem filij Israel, *noluerunt inimicos delere, sed tributarios facere* Iudic. 1. n. 28. *potiùs,* vt inquit August. q. 12. in D Iudic. *tributarios eos secundum voluntatem suam habere volentes, quàm perdere secundum voluntatem Dei,* & hoc equidem non humanitate, sed tributi cupiditate, vt inquit Lyra, ad quos descendens Dei Angelus, grauiterque eos reprehendens, tali eos mulctauit pœna, vt scilicet semper inter hostes viuerẽt, & insuper inter ipsorum Deos, vt illis essent in ruinam, *quamobrem nolui delere eos,* hoc est inimicos *à facie vestra vt habeatis hostes, & Dij eorum sint vobis in ruinam,* cap. 2. n. 3 hoc postremum adnoto, Deos dictum derelictos in eorum ruinam, non verò hostes, cum potiùs de hostibus illud dicere debebat, isti enim erant qui sæpe eos debellarunt, occiderunt, ac subiugarunt: at optimè dictum, cùm non à potentia, non ab armis, non à viribus horum, Israëlitæ opprimebantur, sed à Deo contra eos irato, dum eum derelinquentes iniqui, ad cultum re-

29. Fortitudo regni Israëlis in vera consistebat fide.

30. Principes infideles debellantur non ab alio quam à Deo.

Iudic. 1. 28

August.

Lyra.

31. Filij Israel cur nõ subiugarunt inimicos.

Ibi. c. 2. 3.

32. Infidelitas regnum peruertit.

uertebantur idolorum: vnde non Philistæi, Chananęique Israelem subiugabant, sed Deus, in perfidiæ pœnam, eis illum tradebat, in qua re vsque ad stuporem est prospicere, quomodo, & si inter inimicos prępotens erat Israel, dummodo vera in Deum fides in ipso extaret, quomodo è contra imbellis, & oppressus, hac vna deficiente quod præcipue in Iudicum patet libro, vt cap. 2. n. 14. & cap. 3. n. 8. & cap. 4. n. 1. & cap. 6. n. 1. & alibi sæpe, in quibus omnibus semper ac vera fides in Israele deficiebat, Deum illos in manibus inimicorũ tradidisse dicitur, quibus ipsi antea per deorum cultum tanquam in pretium se prius vendiderant. Ibi c. 2. 14. c. 3. 8. c. 4. 1. c. 6. 1.

Se prius vendiderant dixi & consultò, cùm eo ipso, quo quis Deo est infidelis princeps, veramque religionem amittit, in perfidiam commutatus, eo se, regnumque vendit inimico, in cuius transit re- B ligionem, pro pretio ipsum accipiens falsum cultum, vnde quasi ex iure fit alterius; ob hoc ponderandum, numquam in scriptura reperiri Deum populum inimicis vendidisse, sed tantum tradidisse, vt locis supra citatis, & si aliquando vendidisse dicitur hoc affirmatur sine pretio vt Psal. 43. n. 13. *vendidisti populum tuum sine pretio* & Isa. 52. n. 3. *gratis venundati estis,* ad significandum, illos prius se ob perfidiã hostibus vendidisse, Deũque tantũ eos dominis quibus se vendiderant tradidisse, vt semel discant Principes, quàm infallibilis eorũ sit amissio regni, dum semel religionem immutant, cum quasi ex iure fiant alterius, ad cuius transeunt cultum, se illi vendentes ac mancipantes, quod egregiè dixit August. q. 17. in lib. Iudic. c. 4. vbi cum 70. legens illud cap. 2. n. 14. *Vendidit eos in manibus inimicorum suorum,* quod noster legit, *& vendiderunt hostibus* inimicis tribuens venditionem, non C Deo vt 70. sic ait, *Quæri solet quare dixerit vendidit, tamquam aliquod pretium intelligatur datum, sed & in psalmo legitur, vendidisti populum tuum sine pretio, & apud Prophetam, gratis venditi estis, quare ergo venditi si gratis, & sine pretio, & non potius donati? an forte scripturarum locutio est vt venditus etiam qui donatur dici possit: hic autem sensus est optimus in eo quod dictum est, gratis venditi estis, & vendidisti populum tuum sine pretio, quia illi quibus tradidisti populum impij fuerũt, nõ Deũ colendo, tradi sibi illum populum meruerunt, vt ipse cultus tamquam pretium videretur,* Nil melius, vbi notandum, rationem traditionis posuisse Augustinum non in bonitate, sed in impietate inimicorum, quasi hæc meruerit, vt sibi Dei traderetur populus, ex iure illud poscens, cùm factus ipse impius, non amplius æquum esset vt D sub pio, sed sub impio existeret dominatore.

Ex quo licet à contrario inferre sensu, quod quando Princeps pius, & in religione constans, Dei non inimicus, sed amicus, in regno conseruabitur, nam si quando inimicis tradit, amicus conseruabit, quo conseruante nullus erit qui dissipare possit, nullus, qui vincere, & si semel illud attentabit, in opprobrium erit & in contemptum: huius exemplum sit impius Holophernes, qui contra Deum blasphemans, ausus est bellum post Achiot prosequi verba, & contra filios Israël, qui tunc placiti Deo erant, lanceam suam eleuare; confusus equidem à Deo est, qui superbiam eius, simulque Nabuchodonosor domum, non exercitu euertit, non multitudine equitum, ac quadrigarum, non viribus potentibus, ac hominibus strenuis, sed vna tantum muliere Hebræa, imbecilla, ac fragili, sed pulchra, quod est dicere, confusum Holofernem, non

33. Princeps infidelis se, regnumque vendit.

34. Deus nunquam populum vendidit pretio

Ps. 43. 13.

Isa. 52. 3.

August.

35. Infidelitas & pretium quo P[r]incipes regnum vendunt.

36. Dei amicus, securus erit Rex.

37. Holophernes confu-

fus non tā-tum a femi-na quan-tum a pul-chritudine.

tan à muliere, quantum ab eius pulchritudine, re fragili, ac plusquam dici potest imbecilli, vnde debellati, ac pessundati tunc fuerunt inimici illi præpotentes, non equidem à potentia & armis, sed à Deo protegente, ac propugnante, & à fide ac populi deuotione obsequentis, beneque tunc credentis, vt semel quàm verum sit constet quod dixit Ambros. lib. 7. de Iacob. & vita beata cap. 6. quod *fidelibus diuina solent adesse præsidia*, & in Euang. Luc. cap. 11. perpetuum ibi fore regnum vbi vna, sinceraque fides: *Nam*, inquit, *quomodo potest cum fides scinditur regnum manere indiuisum? nam ideo regnum Ecclesiæ manebit in æternum, quia indiuidua fides corpus est vnum.* Pietas ergo, fides, & deuotio tunc populi fuit in causa securitatis regni; erit & tunc etiam regum, Principumque securitatis, qui in perpetuum regnabunt, si perpetuo Deo obsequentes erunt, fideliterque in ipsum credentes.

Ambrosius.

38. Regnum Ecclesiæ cur æternum.

B

39. Deus electurus aliquem in Principem fidem in illum primū instillat. *Exod. 3. n. 3.*

Hinc in antiquo illo populo, electurus Deus aliquem in Principem, primum quod in cor eius instillabat, sanctus erat eius timor, deuotio, fides; sic electurus Moysem in Principem, primum in sui cognitione, & timore illum instruxit Exod. 3. n. 3. hoc insinuant verba illa, *Solue calceamenta de pedibus tuis*, hoc Moysem abscondere faciem non audens contra Deum aspicere, hoc verba illa humilia, *quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem?* Pium, sanctum, ac deuotum affectum erga Deū hæc omnia denotant, vt instructus, bene postea regnare, ac regere sciret, subditosque in pace, ac in disciplina tenere, quod efficere antea nequiuit, dum non ita sanctus, & iustus, nam in Ægypto duos componere rixantes non potuit, quando in deserto sexcēta gubernauit hominum millia, quòd notauit Gre. Nissen. in vita Moysis à medio, *Videmus* inquit *Moysem antequam perfectiori se virtute firmauerit duos inter se homines conciliare nequiuisse, postea verò cùm sibi ipsi longo temporum spatio vacauerit, a multis hominum millibus, facile in protectorem recepi: magna igitur voce scripturæ authoritas clamare videtur, non insistendum esse ad docendam, instituendamque multitudinem, nisi prius magna diligentia, magnisque laboribus eam fueris authoritatem adeptus; vt subditi verbis tuis facile acquiescant.*

40. Moyses cur rixantes in Ægypto componere nequiuit.

Greg. Nissen.

C

41. Homo quādo prælatione dignus.

Similiter facturus Deus in gentem magnam, parentē illū summū Abrahā, primū, quod ei indidit, hæc pietas fuit, & optima de ipso existimatio, extrahens eū à terra sua, vbi Deus nō adorabatur, nec cognoscebatur, & peregrinum cum constituens in hoc mūdo ciuem fecit adhuc in terris degentē regni cœlorum Genes. 12. 1. *Dixit autem Dominus ad Abraham, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam mōstrauero tibi; faciāque te in gentē magnā*, qualis hominis sensus magis pius, vt ita benè de Deo sentiret, quod æstimasset tunc in gentē futurum magnā, quādo, & terram, & cognationem, & domum relinqueret, omnibus se exuens, omnia relinquens, nudus egrediens, sola fide, & pietate vestitus? nō arbitrans, nec æstimās, vt inquit Hier. Ep. 18. ad Lucinum *Simul se habere posse & patriam, & Deum.* Quam pietatem, quem altum, summumque in Deo affectum mirifice exaggerās Chrysostomus hom. 31. in Gen tacitè respondens obiectioni, nempè satis fuisse ad Abraham animandum Dei promissionem, *faciam te in gētem magnam*, sic ait, *Verum istud ipsum, nisi pius fuisset, satis erat ad reddendum cunctatorem, & ad obedientiam magis cunctabundum, quia respondere posset, si non pius, quare me peregre proficisci iubes, & in alienam terram adducis? quare si me magnū facere vis, non hic magnum facis?* Sed nihil horum dixit, quia pius, qui a pietate semel imbutus, & de Deo optimū, rectumque habes sensum, Imperator, & Rex multarum, ac magnarum merito effectus fuit gentium, *Verus Rex*, vt inquit Ambros. Ps. 45. n. 5. *Quia flagitijs esse nesciuit obnoxius, in quo culpa, & errorum illecebra regnare non potuit.*

Genes. 12. 1.

42. Abrahami pietas.

D

Hieronym.

Chrysost.

A

Ambros.

Constabit & hoc in electione illa Saulis, nam statim, ac Deus illum in Regem elegit, illico in eum hanc infundit pietatem, rectūque de ipso sensum, in virum mutatus alterum 1. Reg. 10. n. 5. dans enim ei Samuel signa vt se regem crederet futurum, inter cætera hoc fuit præcipuum, *Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorum & cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem Prophetarum descendentium de excelso, ipsosque Prophetantes, & insiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum.* Quid est mutaberis in virum alterum? nisi quod Greg. ait lib. 4. in Reg. cap. 4. *Scilicet quod non eramus efficimur, nam tepidus erat quis, sed repente visitatus a spiritu feruens efficitur, incipit ardere per deuotionem, fortiter exercere in bono opere, in virum ergo alium mutatus est, qui esse cœpit, quod ante insiliente spiritū ad esse non potuit.* Sic Saul post electionē in Regē alter fuit erga Deū, alterius sensus, alterius pietatis, sic vt qui eū nouerāt prius obstupescerent, nescientesque mysterium admirarentur, *Videntes autem omnes qui nouerant eum heri, & nudius tertius, quòd esset cum Prophetis, dixerunt ad inuicem, quænā res accidit filio Cis, num & Saul inter Prophetas?* Quem locum explicans Lyra, inquit, *hoc eos dicere admirando, quia Saul erat magnus, robustus, dispositusque ad bellandum, non verò ad Deum cum Religiosis laudandum.* Ergo fortis erat, & robustus, non pius, & bonus, vnde licet fortis, robustusque, non tamen aptus ad regnum, quòd vt esset, necessarium fuit, vt Deus in illum, & pietatem, & bonitatem instillaret, ita vt ex Saule robusto, & forti, Regem constitueret pium, eum adorantem, fideliterque in eum credentem, quòd principaliter à Regibus noster expetit Sapiens dicens, *sentite de Domino, &c.*

43. Saul cur mutatus in virum alterum.

1. Reg. 10. n. 5.

B

Greg.

44. Spiritus sancti vis hominem immutans.

Lyra.

C

HOMILIA III.

Principes syncero debent esse animo, & verè non fictè sanctitatem colere.

D

IVstitiam colere, bene de Deo sentire, vsque huc Principes monuit noster Sapiens; nunc addit tertium, sine quo nihil omnia illa: adiungit enim modum, & conditionem statuit necessariam, nam si simulatè & externè tantum pius Princeps, ad quid? cùm ob hoc magis irritetur Deus, si virtutes fingit, si sapientem se simulat, non ob Deum obsequendum, sed ad se prædicandum, siuè ad aliena rapienda, dominandumque vt mali suadent politici, quid ad Deum hæc conferent? tantum abest vt acquirat, quin amittet regnum, ideo nunc suadet Sapiens, *vt in simplicitate cordis quærat Deum*, si placere illi vult, hoc est non duplici, non falso, non vtcumque diuiso, sed toto, & vnico corde, non foris tantùm bonus apparere desiderans, sed intus, non ad conuincendos sibi populos ob falsam illam pietatem, sed Deum ob veram, nam vt inquit Aug. 5. de Ciu. cap. 20. *ita turpe est virtutes voluptati deseruire, ac humanæ gloriæ*, alludit enim ad imaginem

1. Princeps sit sincerus si Deum placere desiderat.

August.

2. Virtutes humanæ gloriæ deseruire turpe.

A voluptatis,quam Antiqui depingebant;delicatam quippe mulierem in throno sedentem, cui omnes virtutes famulabantur: *Nam*, inquit, *licet ista gloria mulier non sit, inflata tamen est, & multum inanitatis habet*, ergo si inanis, indigna prorsus, vt ob eam

3. Virtutibus, & Deo vis infertur, quando vanæ gloriæ deseruiunt.

virtutes simulentur,aut ei famulentur: vnde non mirum,si tantum Deo odibilis simulatio sit virtutis,seu,vt melius dicam,aliò referri virtutes, quàm illi,quia cùm ex sui natura ipsæ respiciant Deum, eiusque acquisitionem, dum homines aliò tendunt,& virtutes in alium dirigunt finem, virtutibus aduersantur,& quasi vim eis inferunt, immo

4. Odium Dei in vanos homines eorumque sacrificia.

Deo ipsi,quasi violentiam,auferentes ab eo, quod præcipuè eius institutum est famulatui, hinc Dei odium,& execratio,non solum circa tales homines,sed etiã circa eorũ sacrificia, & orationes, quia simulata,& ficta, quia non à simplici tandẽ corde.

Isa.c.66. n.3.

B *Qui immolat bouem,quasi qui interficit virũ*, inquit per Isaiam ca.66.n.3. *qui mactat pecus, quasi qui excerebret canẽ,qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillũ offerat,qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo*,timenda sanè verba,quæ & si alibi ex professo ponderabimus,placet nunc,& hîc etiam ea expendere:totã reuolue scripturã,& non inuenies res Deo magis odibiles,quã homicidium,idololatriam,humani sanguinis effusionẽ,& ante aliũ Deum genua flectere;hæc crimina maxima, & maximè detestabilia,idololatria equidẽ per antonomasiã abominatio dicitur,& homicidiũ,peccatũ semper viuũ,vindictam coram Deo expetẽs. Quod cùm ita sit,mira quidem admirabilisque est Prophetæ, immo Dei amplificatio,vt dicat sic illi, talia displicere sacrificia,ac sanguinis humani effusionem,& idololatriã, & quòd plus,quàm mirũ est, quòd Deus ponat, ac

C æqua pensitet lance,fictum,& male oblatũ sacrificiũ,ac homicidij & idololatriæ peccatũ, quod maximũ,omniumq; vltimũ,& quod ad zelum vsq; reducit Deũ,ob quod zelus Idoli vocatur, iuxta illud

Ezec. 8. n. 3.

Ez.8.n.3. vnde elucet quòd Princeps,qui ficto animo sanctitatẽ colit,non alia mente, nisi vt regnet,

5. Princeps hypocrita histrio.
Plato.
Bernardus hom.24.

populosque deuincat,non secus corã Deo ipsũ apparere,quã si homicida esset,ac idololatra;& bene quidẽ,nã vt ait Plato,*extremus iniustitiæ, ac malitiæ terminus est iustũ velle videri eũ qui non sit iustus*, & talis non Rex verus,sed histrio à D.Ber.appellatur. ho.24.ex varijs, *quoniã magnifice quidẽ virtutẽ laudare*,inquit,*& simulare exterius,priuatim vero voluptatem temperantiæ præferre,& rem male partã iustitiæ potiorẽ habere,similẽ ego dixerim histrionibus,qui in scæna fabulã agũt,& vt Reges & Principes sæpenumero ingrediuntur,cùm nec Reges neque Principes, &*

D *forsan omnino ne liberi quidem existant*: nil melius.

6. Eius pœna iisdem decipi deceptionibus.

Hinc,cũ verè ipsi Reges nõ sint, sed ficti,sicut ad regnandum impiè eas assumunt fictiones, sic easdem iusto Deus assumit iudicio ad eos perdendos vnde sequens dicit. *Vnde & ego eligam illusiones eorum,& quæ timebant adducam eis.*

7. Hypocritarum sacrificiũ cur Deus appellet illusionem.

Notandum verbum,*illusiones*, quo Deus talia appellat sacrificia horumque bona opera; quid enim est aliud,alicui illudere,quàm falsa illi pro veris, ficta pro solidis,ludicra,ac fucata pro synceris offerre:seu quid aliud, quàm famelico non verum sed fictum apponere cibum, quales ad ludificandum conuiuas apponi solent ex argilla,aut ligno, ad viuum expressi, vti fecit vxor Pythei,teste Plutarcho

Plutarch.
Lamprid.
Sueton.

de claris mulieribus c.15. Heliogabalus apud Lampridium, & Caligula apud Suetonium ca.37. hoc equidem est eludere alicui,hoc irridere, & talis cibi sic oblati, meritò irrisiones, illusionesque vo-

A cantur;sacrificia ergo illorum Deus *illusiones* vocauit,quia cùm præter externam tantum figuram,nil penitus boni,nil solidi propter quod instituta fuerunt in se cõtinerent, meritò illusiones potius,quã sacrificia erant. Ad quod amplius declarandum

Adnoto ex Abulensi in antiquæ legis sacrificijs, duplicem fuisse finem,alterum,vt ipse ait, *Architectonicum*,qua ratione Sciographicè fabricam intuemur,& hoc modo omniũ sacrificiorũ finis erat Christus,quem obscurè antiqua delineabant, & adũbrabant sacrificia. Alterũ què ad mores reformãdos,& ad illum statum Iudæorum instituendũ ipsa repræsentabant, vnde erant veluti Hieroglyphica quædã, quibus modũ præbebant vitæ bene instituẽdæ: ex quo sententia fuit Clem. Alc.li.5.Strom. Theodoreti lib.de sacrific. paulo ante medium, Aristeæ li.de 70.interpretib. in 2.tom.biblioth.quæ-

8. Finis duplex in sacrificiis antiquæ legis
Abulen.

Clemens. Alexan.
Theodor.
Aristeas.

B dam eo præcepta Iudæis tradita consilio, vt essent tamquam symbola, à quibus exemplum sumerent instituendæ vitæ: sic summus respondit Eleazarus Sacerdos percuntantibus Ptolomæi legatis ad quid distinctio ciborum in lege?cui ille, *præcepta tradita à Moyse de non comedendis his vel illis animalibus esse symbola Hieroglyfica,qualia Ægyptiorum,quæ optimã vitæ instituendæ rationem reddunt.* Quod etiam videtur confirmare Paul.1. ad Thes. c. n.9. dũ dixit, *nũquid de bobus cura est Deo?* Iudæi ergo relicto hoc secundo fine,& nihil de eo curantes, peccatis onusti,& oppressi,solum priorem tantum intendentes, sacrificia offerebant,& sic illa quantũ ad ipsos præter Christi figuram,quam adũbrabant,nil aliud cõtinebant,& specialius in illis spectato, reformatio scilicet motũ, sanctitasque vitæ offerentium,penitus carebant,vnde remanebãt intus vacua, externã

9. Sacrificia quædã antiqua symbola ad mores instituẽdos.

10. Ciborum distinctio in lege ob quid.
1.ad Thes. 9.n.9.

C tantum figurã repræsentantia: ex hoc ergo meritò illusiones,irrisionesque appellantur à Deo,non sacrificia;sic pari modo illusiones sunt non sacrificia, deceptiones,non opera bona, eaque à merè politicis,malisque offeruntur Christianis,dum bona,quæ agunt, externam tantum figuram sanctitatis habent,internam nullam.

11. Politicorũ sacrificia illusiones.

At Deus,vt inquit Apostolus,non irridetur, *quod enim seminauerit homo,hoc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam*,ad Galat. 6. n. 7. isti in carne, carnalem seminant sensum,carnalem affectum,carnalem insuper in rebus illis requirentes finem, quid aliud metent,nisi corruptionem, dissipationem, destructionemque status,immo,& vitæ.nam Deus adaptans se (vt sic dicam) eorum illusionibus, illusio-

Ad Galat. 6. 7.

12. Deus vt eorum media illudit.

D nibus etiam illudet eos, irritans, euacuans, mediaque eneruans illa,quæ ipsi ad vanum illum acquirendum finem elegerant, vnde præter mediorum tantum apparentiam,fallaciamque,nil aliud solidi in se contiment, sicque nunquam ad finem peruenniunt,quia media illa,verè media non sunt, sed fictitia,sed apparentia,vnde nec arma,præter externam figuram amplius arma sunt,nec exercitus, exercitus,nec acies acies, quia eneruatæ, vnde licet manus extensæ ad prælium sint,sic reputati possunt ac si dimissæ. Pulchrè Origen.in libr. Iosuæ hom. 1. *victus est autem*,inquit,*populus ab Amalech,quoniam iam non erigebat manus suas, sed erant demissæ deorsum*, cessantibus enim operibus demissæ sunt manus, & vincuntur; quia & si in campo stabant,& præliabantur,tamen quia vacui ab operibus & vani, vana erant eorum arma, vani conatus, manus enim extensæ sed demissæ, sicut &

Origen.

A nūc etiam eorum Principum, vani sunt exercitus, vanæ & vires, quia sicut ipsi Deum illudunt, illuduntur ab illo, vnde eligente illusiones eorum ait, *& quæ timebant adducam eis*, hoc est, faciam, vt faciunt, illudunt, illudam, & tantum abest, vt bonum, quod desiderant, attingant, quin ad malum, quod timent perueniant, & simul cum re vitam, statum, quin & domum propriam perdant.

Cupiens Saul possessiones Gabaonitarum, qui eas in tribu habebant Beniamin, cùm hoc absque manifesta impossibile esset tyrannide, & absque concitatione lætalis omnium in se odij, quid fecit? zelum induit Dei, & *quasi pro eius zelo*, vt inquit

Lyra. 2. Reg. 21. num. 2.

Lyra. 2. Reg. cap. 21. n. 2. *eos occidit*, quia cùm non essent de semine Israel, dicebat contra Dei fieri honorem cultumque, vt inter ipsos essent, & quod

Iosue c. 9.

B

13. Saülis peccatum occidentis Gabaonitas in quo steuit.

Iosue qui iurauerat illis, vt habetur cap. 9. malè fecerat, & sic cùm ipse Rex esset, & princeps, ad quē Dei pertinebat cultus suæ, partis erat, illud inconueniens è medio tollere, vnde occidit Gabaonitas *zelo*, vt facer inquit textus vbi supra, *quasi pro filiis Israel, & Iuda*. Simulans religionem, vt suam expleret cupiditatem, occidit, tulit, possedit, numquid lætatus: post quadraginta ferè annos (mira iustitia,) pœnam huius expetijt Deus delicti, famem Israeli immittens, exquirensque Dauid à Gabaonitis, *quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini?* responderunt, *virum qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, ne vnus quidem residuum sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel*:

14. Dauid cur ad puniendum peccatum Saülis Gabaonitis vsus.

Vindicante Deo fictam simulationem, & domum illius penitus ab Israele extirpante, qui simulato zelo Gabaonitas consumare voluit ac pessundare, illudens, vt ipse illusit, in quo facto illud adnotari debet mirandum; non alijs Dauid iudicibus vsum, nisi ipsismet Gabaonitis offensis, quod

C

contra rationem factum videtur, cùm & ratione offensæ, & simul religionis extraneæ, non amore

Theodoret.

recti, sed passione æstimari possent quòd mouerentur: quo tamen nonobstante ad iudicandum illos elegit, vt notauit Theodoretus hîc, dicens: *Rex autem ignorans causam plagæ à Deo immissæ iustum rogauit iudicem; & is, qui iniuria affecti fuerant vsus est iudicibus.*

15. Deus in punitione Saülis æquus iudex.

Cur hoc, dicam iusto Dei iudicio factum, vt ij qui pleni passione, & qui sine lege ad iudicium assumerentur, dum & alter passione plenus, legemque simulans, immerito eos occidit: vt simul omnibus manifestum fiat, quàm æquus sit Deus iudex, par pari referens, passione simulata occidit Saul Gabaonitas, altera occidentur eius filij, simulata lege eos perdidit, perdantur filij, è non

16. Saül ob simulationē perdidit regnum.

habentibus legem, illudat illum Deus, vt ipse Deum illudere prætendit. Sed quid, nonne tunc perdidit regnum quando contra Dei præceptum cupidita-

D

1. Reg. 15. num. 3.

tem, prætextu diuini simulans cultus, Regi pepercit Amalecitæ præcipuisque bonis eius? *perente Amalec, dixit ei Dominus* 1. Reg. 15. n. 3. *& demolire vniuersa eius, non parces ei, & nō concupiscas ex rebus ipsius aliquid*, at iste Regi, optimisque gregibus pepercit, ouium, armentorumque, & insuper vestibus, & arietibus, atque vniuersis quę pulchra erant, quidquid verò vile fuit, & reprobum, hoc demolitus est. Prætextus autem, Dei sacrificium. *pepercit populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo*, sacrificio auaritiam obtegere

Theodoret.

17. Misericordia importuna perdit Reges.

appetens, quæ eum ad delenda mouit seruandum; vt inquit Theodoretus dum ait, *tantum enim condemnauit eaque præter legem vsus est misericordia, quantum auaritia, & plura habendi insatiabilitas, &*

A *amor pecuniæ, cui seruiens transgressus est mandatum.* At tantum Deo, illo placuit sacrificio, quin ac si idolis ea seruasset, vt idololatra est habitus, contra cum Samuele inclamante, *quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere.* Ergo offerens Saul simulatè contra Domini præceptum ex reseruatis sacrificium, idololatra extitit quia nō acquieuit, & talis oblatio coram Deo, quia simulata, & ficta ad cupiditatem obtegendam, non secus apparebat ac si idolo offerretur, & immolaretur; quod est propriè illud Isai. *qui recordatur thuris quasi qui benedicat idolo*, firmans, & subscribens Isai. quod Samuel tanto 18.

Hypochrisis coram Deo idololatria.

antedixerat, vt in ore duorum certissima appareret veritas, & sine dubio crederetur, ficta, simulataque opera, sanctitatem tantum apparentem con-

B

tinentia, simulato duplicique exhibita animo, tantum in auribus sonare diuinis, quantum terribilis clamor idololatriæ, & non minus offensum se æstimare Deum ex illis, quàm ex istis, vt semel videat quis, ad quale barathrum, ad quale malitiæ, perfidiæque chaos pessimi malique inducant homi- 19.

Politicorū consilia pessima.

nem politici, dum ad regnandum sanctitatem persuadent simulatam, & fictam, vnde non mirum, si sic Deus offensus, illis vitam, regnumque ac Saüli, adimat.

Sic etiam vitam cum regno amisit perfidus Achab, dum falsam simulauit pietatem, ea homicidium cooperire gestiens. Iuxta lectionem enim 70. 3. Reg. c. 21. post mortem Naboth, dolorem, cruciatum, & afflictionem ostendit, *& factum est, vt audiuit Achab, quod mortuum est Naboth Iezraëlita, & conscidit vestimenta sua, & operuit se cilicio*, simulauit dolorem, vt tegeret quam intulerat mortem, & sicut prius dolo alieno vitam, & rem innocentis ademit, sic postea simulatione propria,

3. Reg. 21.

20. Achab simulatio eius ruina.

C

innocentem se esse, vt crederetur gestiuit, & plenus intus rapacitate, & dolo foris apparere voluit sanctus, & iustus, dolore externo dissimulans internam lætitiam ex deprædatione, morem sequens diuitum, vt sanctus inquit Ambros. libr. de Naboth cap. 11. tom. 1. dum sic ait, *irascuntur diuites, & calumniantur vt noceant, si non abtinent quod desideauerint, cùm autem calumniati nocuerint, dolere se simulant, tristes tamen, & tamquam mæsti, non corde, sed vultu, in possessionis direptæ locum prodeunt, & impressionis suæ iniquitate potiuntur*; At post talē dissimulationem fictamque pietatem, sic statim ira adfuit Dei, vt ad possidendum descendens, sui, regnique, omniumque insuper eius ruinam audiuit; sic terribilem, vt nec & ipsis parceret animalibus, quia eius: *occidisti & insuper possedisti, in loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth; lambent quoque sanguinem tuum, & demetiam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum,*

Ambros.

21. Diuitum & potentum simulata tristitia post deprędationem.

D

& vltimum in Israel: Terribilis, sed iusta sententia, occidisti dixit, licet simulatè, licet fictè, & sic, ac si innocens infirmus iaces, ac tristis, tu tamen occidisti & possedisti, occidisti & simulas, ne contra te populus insurgat, at ego insurgam, quia, & vidi, & modo video simulationem tuam, & ideo canes lingent sanguinem tuum, sicut sanguinem Naboth, & insuper quia quòd tuum non erat simula- 22.

Quid sit Deum posteriora demetere.

tione accepisti, ego demetendo posteriora tua, idest insequendo occisores domus tuę, si quem claudum ex domo, si quem infirmum, si quem clausum in carcere, si quem vti vltimum, & nullius pretij simulauerint ipsi occidere, ego occidam, ego interficiam, ego mactabo, dimetiendo posteriora tua, id est occidendo, & carpendo, quod ipsi relique-

rint, & sic vlciscente Deo funditus perijt iste, totaliterque absorptus fuit ipse, domusq; eius tota, ac cum vita, & regno, domum propriam etiam amisit, dum simulatione & dolo quæsiuit alienam.

23. Homo simulatus iniustus. *August.*

Et iustè quidem, nam cùm Deus, vt supra vidimus, tantum hominē iniustum abhorreat, semel si hominem simulantem damus, & iniustum demus etiam necessarium erit, *simulata enim æquitas duplex iniquitas*, inquit August. in Psalm. 63. Et sic simulator iniustus, ac ita Deo odibilis, vt perquam difficile sit vt ad iustitiam reuertatur, cùm Dei cōditio omnino istis sit opposita. Acutè hoc adnotat Ambrosius serm. 8. in psalm. 118. dum ponderat in sacris literis nullum venatorem reperiri iustum, cuius rationem reddit, quia tota venatio in versutijs consistit: *Nullum inuenimus*, inquit, *diuinarum in serie scripturarum de venatoribus iustum, quia tota ratio, & studium venatoris in calliditatibus, ac dolis versatur.*

24. Deus simulatorem ita abhorret, vt per quā difficile cū eo amicitiā iungat. *Ambr.*

25. Diabolus primus inuentor simulationis. *Bernard.*

B Hinc meritò primus huius inuentor scientiæ, simulationis scilicet, ac duplicitatis, Dęmon asseritur, qui miseros agrediens decipere homines, non fortitudinem, sed vafritiem apposuit, vt sanctus inquit Bernard. in serm. quodam de quadruplici debito. *Non timeo vobis, fratres, ait, à viribus Satanæ, cùm nouerim fortitudinem eius per Redemptoris nostri vulnera traductam, & deductam ad nihilum; à versutijs & astutijs illius formido mihi est pro vobis, in quibus partim subtilitate naturæ, partim experientia temporum, sub tot annorū millibus eruditus, fragilitatem naturæ quaquauersum se verterit non ignorat, sic ille insanabilis homicida, primis parentibus nostris, non vrsos, non leones, non fortia terræ animalia delegauit, sed tortuosum & callidum serpentem, qui per sinuosa volumina, nunc caput cauda, nunc caudam capite tegere consueuit.* Hîc simulatione vtens tortuosis, vapisque decipiens verbis Euam, dum scientiæ fructum illi promittit, & misera nimis credula sumit, se suamque totam perdidit progeniem, cuius aspectu dum delectatur, reputans in Deam se per illum euasuram, infelix in bestiam abijt.

26. Quid in diabolo timendum.

Gen. 3. n. 6.

Gen. 3. n. 6. *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, aspectuque delectabile, tulit de fructu illius, & comedit*, vbi Pagninus ex Hæbréo, *concupiscibilis arbor ad intelligendum*, seu vt L X X. *Lignum speciosum ad intelligendum*, intelligentiam ergo apprehendit in ligno, & hoc ex dęmonis verbis: quod explicans Rupert. lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. pulchre adnotat ea, vafritie, ac dolo repleta, sententiasque flexibiles ad diuersa continere, cuiusmodi erant Apollinis Pythij responsa, ad quemlibet euentum accōmodata; similes tandem eis, quæ consulunt politici Principibus vtenda, ne vnquam verum, sincerumque proferant sermonem, sed semper versipellem, ad vtramque partem flexibilem. *Iam dersor est serpens*, inquit Rupert. *& dubia respondet, vt cùm Dei veritas impleta fuerit, nihilominus tamen ipse veracem se esse cum hostili cachinno confirmet.* Quod probat, nam illud, *non moriemini*, referri potest ad subitam, & præsentem mortem, vel ad ineuitabilem moriendi necessitatem: & illud, *aperientur oculi vestri*, vel ad rerum omnium cognitionem, hominisque gloriam, vel ad eius dedecus, & confusionem: illud quoque, *eritis sicut dij*, significare potest, aut Dei veri, bonorumque Angelorum similitudinem, aut etiam dęmonum. Denique illud, *scientes bonum, & malum*, significare potest, aut solam rerum omnium scientiam, aut cognitionem boni per eius priuationem, & notitiam mali per eius experientiam, quod genus cognitio-

27. Dęmonis astutia in locutione cum Eua.

28. Politici dęmonem imitantur in consilijs, & verbis. *Rupert.*

A nis miserrimum hominique infœlicissimum est; *Considera ergo*, inquit idem, *quanta hic allenia‑to iuxta sensum eius qui decipitur, quanta sit delectio iuxta sensum eius qui decipit: sub eadem pollicitatione cum dicitur, aperientur oculi vestri, hæc sapientiæ altitudinem, ille cogitat conscientiæ confusionem: sub eadem dictione, dum dicitur, & eritis sicut dij, hæc rapere Dei celsitudinem, ille suimet similem cogitat inuenire damnationem: idem, sub eadem pollicitatione scientię boni, & mali, hæc plenitudinem scientiæ, ille cogitat experimentum miserię molestissimum, hoc fallaciæ genus est in quo is qui decipit & palmam obtinet mendacij, & gloriatur quod verus sit, verumque dixerit; qui autem decipitur non habet vnde insultantem sibi falsitatis arguere possit, quamlibet ille fallacissimus sit:* nil melius. Dęmon ergo huius primus inuentor extitit scientiæ: hinc vafri isti, simulatique, eius sunt discipuli, quòd cùm sit, quid mirum si Dei inimici, si ei oppositi, si vt gens fallax eos destruet & perdet? Isa. 10. n. 5. *Væ Assur virga furoris mei, ad gentem fallacem mittam eum*, hoc est, vt inquit Hieronymus, *Falsam, simulatam, hypocritam, & contra populum furoris mei mandabo illi vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum.* Vbi notandum, talem gentem simulatam, & fictam secundùm Hieronymum, Deum populum appellasse furoris sui, hoc est obiectum aptum, vt contra eum Deus irascatur, eum abominetur, & perdatur, vt semel appręhēdāt Principes, quàm certam regni teneant ruinam, quando non sincero, sed duplici Deum colunt corde, vnum externè demonstrantes, aliud internè, sanctitatem non ad Dei cultum, sed ad regnandum assumentes.

Isa. 10. n. 55. *Hieronym.*

29. Vafri, & simulati populus furoris Domini.

30. Vnitatem cordis requirit Deus, vt regnum alicui stabiliat.

Hinc fit vt cùm tantopere Deus hoc abhorreat vitium, regnum in aliquo in æternum priuaturus;

C primum, seu potissimum quod in ipso desiderat, est simplicitas, ac cordis vnitas. Hoc considero in verbis illis ad Salomonem 3. Reg. 9. n. 4. dum ad firmitatem regni Dauid promissam obtinendam, cordis simplicitatem in primis ab eo expetijt. *Tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis, & in æquitate, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo.* Multas equidem, & egregias alias virtutes habuit Dauid, quas sumere poterat Deus, spem namque in Deum per fiduciam, fortitudinem, patientiam, & tolerantiam, Dei proximique charitatem, & tamen nullam assumit harum, nisi simplicitatem cordis, quia nulla tantum delectatur, nec vllam sic videre in Regibus desiderat, vt pote virtus in se omnes continens virtutes, & quam si semel homo possideat, omnes si-

3. Reg. 9. 4

31. Simplicitatem in Regibus maxime desiderat.

32. Illam inter cæteras Dauid virtutes elegit, & cur?

D mul possidens, vir perfectus erit, iustus, sanctus. Pro cuius intelligentia

33. Vir simplex, perfectus.

Notandum in illo Iob cap. 1. scilicet, *& erat vir ille simplex, & rectus.* Quod nomen simplex à radice Hebræa, *thamam*, idem sonat ac finire, vel consumare, aut consumari, & cùm ad mores refertur, consumatum, atque perfectum, & ex omni parte absolutum significat: vnde etiam notandum, variè hoc nomen à Latino interprete vsurpari; nam Iob. 9. n. 20. reddit *innocentem*: Gen. 6. 9. *perfectum*: Leuit. 23. n. 15. *plenum*: Isai. 1. v. 15. *sanum* vel *sanitas*: Ezech. 5. n. 15. *integrū*: Leuit. 1. & Psal. 118. *immaculatum*. Ex quibus innotescit, quod si secundū totam suam latitudinem hoc accipiatur nomen, *Simplex*, tantum sit dicere *vir simplex animo*, ac vir innocēs, perfectus, plenus, sanus, integer, immaculatus.

Iob. c. 1. n. 1. *Ib. 9. n. 20.* *Gen. 6. 9.* *Leu. 23. 11. 11.* *Isa. 1. 15.* *Ezech. 5. 15.* *Leuit. 1.* *Psal. 118.*

34. Nomen simplex, quid significet.

Sed

A Sed presè hoc nomen sumendo, vir simplex propriè ille dicitur, qui expers est omnis fallitatis, & simulationis, qui animo vnus, qui quod foris ostendit, intus habet, vt inquit sanctus Doctor 2.2. quæst.109. ad 4. qui tandem homo verus dicitur, nam si secundùm ethymologiam, hoc nomen velis considerare, illud dicitur simplex, quod non admistum, non compositum, non duplex, non aliorum admistione corruptum, vnde indiuisibile prorsus, vt affirmat Cicero de Senectute, dum ait, *Cum simplex animus natura sit, neque habet in se quidquam admistum, dispar sui, atque dissimile non potest diuidi.* Hinc est, vt tantum sit dicere, vir simplex, ac vir verus, purus, & sine admistione fuci, aut doli, ob quod omni dilectione dignus. *Vera diligimus*, inquit Cicero 2. de finibus, *fidelia, simplicia, constantia, tum vana, falsa, fallentia odimus.* Vnde fit, quod cùm in amicitia principalius cor requiratur, & non verba, talis simplicitas summè desideretur in illa, animus nempe simplex, & sincerus, verbis omnino correspondens, in nullo fallax, & inconstans.

S. Thom. — *Cicero.* — *Idem.*

His ergo sic suppositis, non mirum hinc fit, quod Deus tantopere illam faciat, & extollat, ac vnicè in amico desideret: nam cùm simplicitas omnimodam contineat perfectionem, & insuper ab omni dolo alienationem, merito eam summis Deus expetit votis, vtpote rem de qua summopere delectatur, quęque sola perfectum constituit hominē: hinc inter omnes virtutes Dauid, eam suprà reliquas desiderauit in filio, qui optimè etiam hanc Dei in simplicitatem callens, propensionem, in oblationibus suis nil aliud pōderauit nisi simplicitatem 1. Par. 29. n.17. *Scio Deus meus*, inquit, *quod probes corda, & simplicitatem diliges, vnde & ego in simplicitate cordis mei latus obtuli vniuersa hæc*, id est simpliciter, verè, amicè, toto corde, integro, vnito, quam sciebat si teneret, quòd nil remanebat super ad perennem reddendam cum Deo amicitiam, & in ipso regnum, vt semel videant Principes, videant terrarum rectores, quantum valeat, non solum coram Deo, sed etiam ad sua emolumenta acquirenda cordis simplicitas, cùm, si in æternum velint regnare, hæc est semita, hæc via regia; in simplicitate cordis *Deum quærere*, vt inquit noster Sapiens.

35. Salomon simplicitatem magni fecit coram Deo. *2. Par. 29. 17.*

HOMILIA IV.

Princeps debet esse veridicus.

NOn solum simplicitatem diximus accipi pro vnitate, sed etiam pro veritate, ac veracitate, simplex, id est verus, in dictis, factisque, quæ virtus, & si omnibus necessaria, necessarissima Principibus, qui præcipuè in dictis, & verbis sine dolo, fuco, vel ambagibus esse debent, si volunt pacificè, & quietè regnare, si veros homines esse, si Deos in terris, si tandem securos à lapsu. *Nam qui ambulat simpliciter*, hoc est veraciter, *saluus erit, qui peruersis graditur vijs*, fraudulenter scilicet & versutè *concidit semel*, hoc est totaliter, inquit Spiritus sanctus Ps. 28. n. 58. hocque obsignans dicto ignorantiam, ne dicam vesaniam illorum politicorum, qui contraria ad regnandum suadent, quasi sine mendacijs, sine dolis, sine versutijs minimè regnari possit: ita, vt semper necesse sit quod Princeps duplex habeat cor, vnum in lingua, alterum in præcordijs, & sic loquatur *in corde, & corde*, vt inquit Dauid Ps. 11. n. 3. idest intus in corde dicat vnum, & corde in lingua proferat alterum, & quòd semper sit bilinguis, numquam sibi cōstantia loquens, & quòd in quolibet negotio, *Duabus semper ingrediatur viis*. Eccl. 2. n. 14. vna amica, altera inimica, vna recta, altera dolosa, vna amicitiam ostendens, altera, vt amicum supplantet, habens semper vestimentum ex duabus textum, & agrum pectoris, *Diuerso semine satum*. Quod omne prohibitum erat in lege, Leu. 19. n. 19. quod totum consulunt ad regnandum, ac imperandum esse necessarium, immò vnicè.

1. Princeps sit verus. — *Psalm. 28. n. 28.* — 2. Politicorū consilia pessima. — *Ps. 11. n. 3.* — *Eccl. 2. 14.* — *Leuit. 19. n. 19.*

Sed falluntur, quia, vt inquit Spiritus sanctus, *Concidens semel*, tandem, tandem amittent cum regno vitam, quia tales odibiles, & omnibus execrandi hominibus, *Verbum mendax*, inquit Salomon in Prou. c. 13. n. 5. *iustus detestabitur, impius autem*, qui illud scilicet profert, *confundit, & confundetur*, attende coniunctionem, confundit alios mendacio, & vaffritie, confundetur & ipse, vnde non solum non acquirent, quin & deperdent acquisitum, superque eos veniet ruina.

B — 3. Mendaces odibiles. — *Prou. 13. 5.* — 4. Ab ipsis confundētur mendacijs.

Consultum securitati suæ credebat Ioab, securumque, principem habiturum locum apud Dauid, quando in dolo reuocauit Abner. 2. Reg. 3. num. 27. & Amasam cap. 20. vtrosque dolosè, ac vafrè mendacij occidens, attamen ob hoc honorem perdidit, & vitam: *Sanguis Abner filij Ner.* Audi sententiam Dei per os Dauid num. 29. *Veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab. Fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane.* Nota singula; pondera pœnas, videbis dignas mendacij, fallacisque retributiones. Inter quas

2. Reg. 3. 27. — *Ibid. c. 20.* — 5. Ioab occisus in mendacij pœnā. *Num. 29.*

C Digna consideratione est illa, *Tenens fusum*, quod est domui Ioab imprecare *effeminationem*, vt inquit Gloss. ad quid talis imprecatio? aut cur talis pœna inflicta? non equidem sine mysterio, cùm nulla proprior, & vaffritiei accommodatior inueniri possit. Pro quo

6. Cur Dauid Ioab imprecauit effœminationem. — *Glosa.*

Sciendum est, vaffritiem, & dolositatem hanc, quam tantopere politici suadent, proprius esse *Muliebre vitium*, quam magnanimi virtus, quæ cùm imbecilles, & animi viles sint ad aliquid obtinendum, dolis, mendacijs, ac vaffritie vtuntur, cùm non audeant aperto pectore illud prosequi, quod valde alienum à viro est magnanimo, nam vt inquit Aristot. 4. Eth. cap. 13. *Magnanimus necesse est, vt apertè tam odium, quam amorem præ se ferat, latere enim velle timentis hominis est, vnde maiorem curam veritatis quam opinionis habeat, dicatque, & agat omnia apertè, ideo in loquendo liberior est, & non solum ipse liberior, sed liberi amicus*: vnde & sequitur, *est etiam eius*, id est amicus eius, *qui liberior in loquendo sit*. Vnde *est contemptor, & verax*, optimè, & propriè, magnanimus namque vir, cū contemnat quidquid infrà se sit, nec aliquid timeat, nec magis æstimet quàm veritatem, non aggreditur aliquid dolosè, nō vafrè, non mendaciter, sed apertè, & planè, tum in verbis, tum in factis, nam aliàs mulierum est quæ timent, animique viles sunt, ac timidæ: hinc propriè vafri isti, ac mendaces, potius mulieres dicendæ, quàm homines. Quod cū ita sit, bene quidē Ioab imprecauit Dauid effeminationem, nā cùm in illo facto potius vt mulier se gessisset, quàm vt vir, & exercitus Princeps, dolosè, vafreque occidendo, iustum quippe erat, vt ijsdem armis puniretur,

D — 7. Vaffrities muliebre vitium. — 8. Magnanimus apertè amat, & odit. — *Arist.*

quibus ipse vsus, & sic quia vt mulier occidit, & vt effeminatus, non deficiat de domo eius, *tenens fusam*, hoc est effeminatus, mollis, timidus, prorsus non homo; vt semel videas quali nomine insigniuntur isti, quantumque à Principe abesse debet tale vitium, taleque scelus.

Curopalata.

Quapropter vt hoc semel Principes edisserant, Græcis mos erat, vt scribit Curopalata libr. de offic. palat. solemne iuramentum ab Imperatoribus exquirere, remota fallacia semper veritatem dicturos, & Ægypti Reges Saphirum in collo gestabant, cui nomen insculptum, *Veritas*, vt scribit Elianus lib. 14. c. 34. & tandem Spiritus sanctus hoc, & si omnibus, maximè Principibus decere affirmat, dum ait Prouerb. 27. num. 7. *non decent stultum verba composita*, id est ficta, & mendacia, *nec Principem labium mentiens*: quam sententiam sic cum Iansenio & Caietano explico, vt sit argumentum à minori ad maius, quasi dicat, si stulto, fatuo, & vili, non decent verba composita, id est mendacia, quanto magis viro Principi: quod argumentum prosecutus est Diuus Thomas in opusc. de Princip. erudit. probans indignissimum esse Regi mendax verbum, & non secus ac à veneno se custodire ab illo debere; Principem comparans falsum, & mendacem denario falso, & mentito, *Quæ differentia est inter denarium bonum, & falsum, est inter Principem mendacem, & veracem*, inquit sanctus, *vilis est denarius falsus respectu boni; centum enim falsi, non valent vnum bonum; sic Princeps mendax parui valoris est, cùm ergo Princeps non velit vnum de denariis suis esse falsum, quomodo se ipsum velit falsum esse, & mendacem? videtur quidem se viliorem habere denario vno. Cum Principes monetæ falsarios grauiter puniant, quid faciet Princeps summus de illis Principibus, qui seipsos falsificant? Qui loquitur mendacium, diaboli figuram gerit, & imaginem: hic enim mendax est ab initio. Aliquando auditum est Princeps mendax, qui denarius falsus est, verba illa, cuius est imago hæc & superscriptio? & cùm responsum fuerit diaboli, dicetur statim, reddite ergo quæ sunt diaboli, diabolo.* Nil amplius addendum, diaboli se esse sciat princeps mendax, non Dei, quod cùm ita sit, videat quid à diabolo speret? vnde non miretur, si postea se suaque perdat, nam à diabolo quid aliud ipse sperare potest, nec quid aliud ipse dat? cùm voluntatis eius sit perdere non dare.

9. Græci solemne iuramentum à Principibus exquirebant veritatem se semper dicturos. *Elianus.*

10. Reges Ægyptij Saphirum in collo gestabant, cui insculptum veritas.

Prou. 27. n. 7. Lansenius. Caietan. D. Thom.

11. Princeps mendax denario falso similis.

12. Princeps mendax est diaboli.

13. Diabolus nunquam vult dare, sed tantum hominem perdere.

Hoc est considerare in toto illo conflictu, quem cum Domino nostro habuit, Matth. 4. si bene enim consideras, tantopere cùm desideraret illum perdere hominem, summisque illud expeteret votis, tamen hoc non obstante, nil prorsus dedit, esuriebat Dominus, porrexit lapides non panem, experturus an filius Dei esset, cùm casum consuluisset, non suam opem promisit, sed Dei, & tandem adorationem sui suadens, non in præsenti, sed in futuro loquitur. *Hæc omnia tibi dabo*, num. 9. *Angelis suis Deus mandauit, dic vt lapides isti*. Nonne erat melius, vt panes porrigeret, ac diceret, ego te in manibus leuabo, do tibi hæc omnia, melius. Sed hoc non ipse requirit, qui nostram vult perditionem totaliter eripiendo à nobis, & non dando, promittendo, sed non exhibendo. *Hæc omnia tibi dabo*, inquit, ergo illa omnia alteri non dederat, ergo secum ea retinebat, ergo quod alijs prius, infinitisq; dixerat, ac promiserat, mendacium fuit, dolus, deceptio. Quis dubitat? quia mẽdax est, & pater eius,

Matth. 4.

14. Eius iniquitas in tentatione Christi Domini nostri relucet.

Num. 9.

A eiusque filij, homines mendaces; vnde nõ mirum si multa illis promittens, decipiat, & illudat, de qua re vide quæ supra Hom. antecedenti diximus.

At & si hoc non esset, perpendamus quæso, est ne aliquid vilius quàm homo mendax, & non sincerus, *Seruorum vitium est*, inquit Aristot. *indignum prorsus viro Principe maximè perdito*, inquit Imperat. Basilius lib. exhortat. ad Leonem filium, *Et veracem te esse, & veraces homines ad familiaritatem tuam admitte, ita enim firmus, & constans in omnibus factis, & dictis æstimaberis, ac veram, & non suspectam tuorum erga te beneuolẽtiam retinebis. Si autem in mendacij, & vanitatis suspicionem veneris, indigna facere imperatoria maiestate quis ausus es conuinceris, efficiesque, vt subiecti semper formidolosi, rerumque omnium incerti, & titubantes semper vacillent*. Duo velim notes in hoc Imperatoris dicto. Primum

15. Homine mendace nil vilius. *Arist. Basil. Imp.*

B mendaciũ indignum esse maiestate. Secundum nullum medium aptius ad perdendum regnum, quàm non esse principem in dictis cõstantem & syncerũ; sed vafrum, & versipellem, nam nec amicos constãtes habebit, nec fideles, nec seruos, quibus semel sublatis regno priuatum da Regem, vnde malum est esse mendacem, & vile. *Opprobrium nequam*, inquit Spiritus sanctus Eccles. 20. num. 26. *In homine mendacium, potior est fur, quàm assiduitas viri mendacis. Perditionem ambo hæreditabunt*, Deus est qui loquitur non homo, nec cadet de verbis eius quidpiam. Perditionem ergo hæreditabit Princeps, non regna eorumque augmentum. Vide de hac re D. Tho. vbi supra Xenoph. in vita Cyri, & Basil. li. 13.

16. Mendacio amittuntur regna.

Eccl. 20. n. 26. D. Thom. Xenoph. Basil.

At & si totum hoc verum sit, absolutumque, numquid semper apertè Princeps debet loqui? & semper palam pectus aperire? numquid non ipsi licebit aliquando dissimulare, & verbis loqui æqui-

C uocis, vt inimicum decipiat, contra quem iustum habet bellum, aut vt se suaque defendat, iustam habens causam talis defensionis? Nam equidem si semper Princeps simpliciter loqueretur, semperq; sine dissimulatione, multoties magna illi, & regno euenirent incommoda, immò & ipsemet Aristot. quem sup. citauimus, affirmat, magnanimi etiam esse dissimulationem. *Verax est magnanimus*, inquit vbi suprà, *nisi vbi per dissimulationem loquitur; dissimulatione autem vtitur ad multitudinem*. Pulchrè dat magnanimo dissimulationem, sed ad multitudinem, quod est quando secretum tegere vult, quãdo non decet illud omnibus aperire, quando conuenit multitudini secretum tegere: in hoc casu magnanimi est etiam dissimulatione vti.

17. Princeps an semper debet apertè loqui.

Arist.

18. Magnanimi est dissimulare & quando.

Et quod maius est, videmus etiam hanc sæpè à sanctis viris in scripturis vsurpatam; multoties enim dissimularunt. Petrus enim dissimulauit secũ-

D dùm Hieronymum ep. 89. obseruantiam legis, dum se abstinebat à cibis in illa vetitis vt habetur ad Galat. 2. n. 15. Dauid insanum se simulauit ad hoc, vt è manibus Achis Regis eriperetur 1. Reg. 21. Iehu Rex Israel festiuitatẽ Domini simulauit, ad hoc, vt semel omnes prophetas Baal occideret, 4. Reg. n. 10. Iosue ad expugnandam vrbem Hai fugam simulauit. Ios. 8. contra tribum Beniamin, eodem medio ad eam puniendam vsi sunt cæteri Israelitæ. Iudic. 20. Samuel finxit sacrificium, vt nihil suspicaret Saül de vnctione Dauid in Regem 1. Reg. 16. & multa alia sunt virorum sanctorum exempla, qui dissimulatione sæpè vsi sunt. Ergo licitè & iure tam in factis, quàm in verbis vti dissimulatione aliquãdo Principes possunt, nam alioquin impossibile erit regnare, ac gubernare, vt in cõfesso est apud omnes.

19. Exempla dissimulationis sanctorum.

Hier. Ad Gal. 2. 15. 1. Reg. 21. 4. Reg. 10. Iosue. 8. Iudic. 20. 1. Reg. 16.

Difficile dubium, cui reſponderi non poteſt, nec conuenit breuiter, & quod ſi ſemel enodetur, non mediocre commodum ſupremorum gubernatorum afferet conſcientijs, quod etiam, ſi rectè ſemel intelligatur, non erit difficile intelligere, quomodo cum recta ratione, ac ſancta Dei lege, optimè conuenire poſſit tota ſtatus ratio, vt ſemel politici attendant, quàm ſuauis, quàm iuſta, quàm omnimodè accommoda ſit Dei lex, etiam ad prouentum, & ad ſtatus conſeruationem.

DIGRESSIO PRIMA.

Vtrum ſanctiſſimus Apoſtolus Petrus verè diſſimulauerit obſeruantiam legis; & an ſit licita diſſimulatio; & an verè Petrus repræhenſus fuit à Paulo ob diſſimulationem.

DVO continet punctus controuerſiæ. Primum, an Apoſtolus ſanctiſſimus verè diſſimulauerit vel ſimulauerit. Pro eodem in hac quæſtione verbum ſimulatio, vel diſſimulatio accipimus, nempe pro ſollicito, & diligenti ſecretorum occultatione; quod aduertimus, ne aliquis ſe decipiat, aliter verbum diſſimulationis, vel ſimulationis accipiendo in hac quæſt. Vnde punctus dicitur quæſtionis quòd duo continet, primum an Apoſtolus verè legis diſſimulauerit obſeruantiam, licitaque ſit diſſimulatio: ſecundum an verè repræhenſus ſit ob diſſimulationem à Paulo.

1. Status controuerſiæ inter Hieronymum, & Auguſtinum. *Hieron.*

Fuit celebris hæc quæſtio inter illuſtriſſimos illos patres Eccleſiæ columnas, Hieronymum dico, & Auguſtinum, occaſione eius quod ſcripſit Hieronymus ſuper cap. 2. ad Galat. tractans repræhenſionem, qua Paulus increpauit Petrum, & ei teſtitit, eò quod à communione Gentilium ſe abſtineret, & Iudaicas ceremonias, vt placeret Iudæis, obſeruaret; ſcripſit enim Hieronymus Petrũ non ex animo, & verè, ſed pia quadam diſſimulatione legalia exercuiſſe, & Paulum non ſeriò, ſed ex condicto, cum Petro repræhenſionem diſſimulaſſe. Quod cùm legiſſet Auguſtinus, non probauit, & vtramque diſſimulationem damnauit, vt Apoſtolis indignam, ac ſinceritati, & veritati ſacræ ſcripturæ contrariam: vnde affirmat verè & religioſo affectu Petrum obſeruaſſe legalia, & aliquid imperfectionis admiſcuiſſe, qua verè à Paulo, & non fictè, repræhenſus. Reſpondet Hieronymus, primæ hærens opinioni, quas epiſtolas qui iunctim reperire deſiderat, eas habet in operibus Auguſtini ab epiſt. 8. vſque ad 19. ſententiam autem vtriuſque inuenies latiùs expoſitam in epiſt. 89. & 19. & in ep. 11. quæ eſt Hieronymi, & inter eius epiſtolas 89. numeratur.

Prima Sententia. *S. Thom. Caiet. Bonau. Scotus. Riccard. Durand. Paludan.*

Auguſtinum extenſis velis ſecuta eſt omnis Theologorum Schola S. Thom. 1. 2. quæſt. 103. art. 4. & alijs 10 locis in margine citatis. Caietanus, & alij interpretes in 1. 2. in materia de legibus. Bonauent. in 4. diſp. 3. art. 5. quæſt. 2. Scotus ibidem quæſt. 4. §. quantum ergo. Riccard. Diſp. 1. art. 6. quæſt. 4. Durand. quæſt. 9. Palud. quæſt. 6. art. 5. Sotus lib. 2. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4. & alij quamplurimi, & ex recentioribus ferè omnes, præter vnum Hieronymi diſcipulum, & deuotum, vt infra dicemus. *Sotus.*

Hæc ſententia meritò ab omnibus amplectitur, & extollitur, tum ab authoritatem S. Auguſt. & S. Th. tum ob rationes, quæ pro ea adducuntur, tum quia optimè reſponderi poteſt omnibus rationibus, quas contra eam adducit Hieronymus, vt reſpondet Auguſtinus.

2. Author eut ſententiam Hieronymi amplectitur.

Ego autem, vt ſincerè dicam, nec latum vnguem ab hac ſententia diſcederem, & à contraria cum cæteris me elongarem, niſi duo, aut tria me impellerent, ita vt nullo modo adduci poſſim, vt non probabilem, & veneratione dignam Hieronymi etiam dicam ſententiam, & quin exiſtimem eam probabiliſſimam, ſummiſque votis expetendam.

3. Expoſitores ſanctæ ſcripturæ Hieronymum ducẽ habere debent ac patronum.

Prima ratio eſt authoritas & deuotio peculiaris erga talem, ac tantũ Doctorem, & Eccleſiæ patrẽ, ita de ea bene meritum, vt dux, & fax propemodum totius ſcripturæ diuinæ dici poſſit, ex quo fit, vt omnes, qui hoc genus ſtudij profitemur, patronum eum, aduocatum, rectorem, ducem, lucem habere, & dicere tenemur. Vnde ex vi obligationis, & debiti, tamquam eius filij, & diſcipuli, quoad poſſumus, & totis viribus debemus ſententias eius tenere, & ab omni calumnia prorſus intactas ſeruare.

Secunda eſt, quia, vt verum fateat, ſi Hieronymi ſententia non teneatur, niſi magna vis inferatur aliquibus ſcripturæ locis, & reuertatur ad peculiares Dei reuelationes, nullo modo ſecundum literalem ſenſum illa explicari poterunt, & duriſsimè aſſentit intellectus expoſitionibus quas aliqui afferunt; vt infrà dicam.

Tertia, eſt praxis, & ſedatio conſcientiæ aliquorum politicorum, qui ſimul cum ſtatus lege, etiam deſiderant & Dei legem obſeruare, vt nec quadranteo ab illa diſcedant, & cùm in gubernatione ita neceſſaria ſit ſimulatio, vt moraliter & ordinariè loquendo ſine illa gubernari non poſſit. Si ſemel hanc peccatum facimus, totaliter eorum conſcientias illaqueamus, vnde euenit illud, quod cùm totum quærimus ab eis, totum amittimus.

Adde ad hæc facilitatem, qua iſti diſſimulationem amplectuntur, nam cùm ex ſe iſta (remotis circumſtantijs) non ſit amplius, quàm peccatum veniale in omnium ſententia, difficile, immo impoſſibile eis ſit, vt ad non perpetrandum vnum peccatum veniale, magnum derelinquant commodum, quod ex tali ſimulatione prætendunt. Rident, immò & nobis ſubſannant, licet imperitè, hac indigna æſtimatione. vnde conſultum eorum erit conſcientijs, ſi ſemel medullitus hanc exagitantes quæſtionem, ratiocio inueniamus Hieronymi opinionem defendendi.

Et demum tandem in Hieronymi opinionem me adduxit, euidenter perſpicere, quòd ſi benè intelligantur termini, & frumentum à palea ſeparetur, nullus adeſt ſcrupulus, nullum inconueniens, & ni fallor, nulla inter Auguſtinum, Hieronymũque erit diſſenſio; licet fuit, nam pro certo opinor, quod ſi ſemel damus Auguſtino diſsimulationem poſſe ſeparari à peccato, & non eſſe mendacium, ſtatim cum Hieronymo conueniet, nam tota vis Auguſtini contra Hieronymum, eſt probare diſsimulationem eſſe mendacium, mendacium ex

suo genere peccatum, ita vt nulla circumstantia rectificari possit, & sic vllo modo in sanctis concedendum vitis, nec mendacia dicenda, aut dissimulationes, quæ sunt in scriptura figuræ. Da nunc Augustino dissimulationem non esse mendacium, & per consequens nec peccatum, dabit illico Augustinus dissimulationem, & certissimè cum Hieronymo conueniet, quòd autem possit dari talis dissimulatio, infrà probabo.

4. *Sententia Authoris.* Sententiam ergo Hieronymi amplector, & dico sine scrupulo, & licitè posse aliquem in aliquibus casibus dissimulare, & Petrum verè dissimulasse absque vllo peccato, nec culpam Petri in dissimulatione constitisse, sed in alia re quæsiuit, leuissima, & quasi nullius extitit ponderis, licet dignissimè à Paulo notata. Duo ergo affirmamus, dissimulationem scilicet Petri fuisse licitam; & verè Petrum dissimulasse; & secundò verè, & non fictè eius culpam à Paulo repræhensam, & non fuisse dissimulationem.

5. *Probatur ex Patribus.* *Apollin. Alexan. Didymus. Origen. Emissen. Theodoret. Chrysost. Theoph. Ecumen. Theodoret. Anselm. Ambros.* Et quo ad primum, sententia Hieronymi magnos habet patronos ex antiquis Patribus, nam præter Apollinarem, & Alexandrinum hæreticos, Didymum, & Origenem, allegat Hieronymus pro se Eusebium Emissenum, Theodorum Heracleotam, & Ioannem Chrysostomum ad Galat. 2. & Hom. 46. in acta. Sic in epist. 89. quæst. 11. Augustini, Chrysostomum secuti sunt postea Theophylactus, Ecumenius, ad Galat. 2. & super Actor. 21. Theodoretus ad Galat. 2. & quamuis truncatus sit eius Commentarius, tamen ex verbis, quæ supersunt, satis constat Chrysostomo consensisse; Anselmus ad Galat. 2. & propendet Glos. Adde Ambrosium in cap. 2. epist. ad Galat. vbi apertè admittit simulatione Apostolos obseruasse legalia, estque etiam *Cyrillus. Tertull.* sententia Cyrilli lib. 9. contra Iulianum, in fine, indicat Tertullianus lib. 1. contra Marcion. c. 3. vbi absolutè docet, legalia fuisse prohibita, absque vlla temporis distinctione; & Apostolos *Cassian.* coactè, & non spontè eas obseruasse, citatur etiam Cassianus collat. 17.

Adrian. Caietan. Lorca. Ex Scholasticis mordicus eam defendit Adrian. in 4. quæst. 1. de Baptismo, amplectitur Caiet. in Comment. epist. ad Galat. & acerrimè eam defendit doctissimus Magister Lorca in 1. 2. tract. de legibus disp. 35.

Age nunc Lector, & dum tantorum Patrum auctoritatem aspicis, & inspicis, condemna, si condemnare audes, Hieronymi sententiam, aut iudica si sine vllo scrupulo, aut conscientiæ remorsu, eam sequi, & amplecti possis, aut si tantorum patrum authoritatis pondus non facit, quando & ratio deesset, vt in bilibrio sint vtræque opiniones, & æqua lancè libratæ, nec ad vnam, nec ad alteram flectere se posset intellectus.

6. *Probatur rationibus.* Secundò probatur hæc sententia euidentissima ratione, sed priusquam ad eam accedamus, aliqua primò necessaria sunt notanda, vt clariùs postea ipsa ratio innotescat.

7. *Mendacij vera definitio.* Primò ergo notandum est, propriam, & exactam mendacij definitionem esse, *Manifestationem alicuius rei contra id quod existimatur verum*; vel *mendacium esse falsam vocis significationem cum animo fallendi*, id est cum animo proferendi falsum, vt infrà dicam. Dixi contra id quod existimatur verum, nam non puto esse de essentia mendacij materialitatem veritatis;

8. *Materialitas veritatis non est de essentia mendacij,* sufficit vt aliquis æstimet falsum, quod profert, etiam si in seipso verum sit, quę falsitas si voce proferatur dicitur mendacium, si rebus dicitur, dissimulatio.

9. *Malitia mendacij dicit oppositionem cum conceptu proferentis, & non interrogantis.* Secundò adnotandum est, malitiam mendacij intrinsecam, quæ consistit in deordinatione vocum cum æstimatione, & conceptu, dicere oppositionem ad conceptum proferentis, & non ad conceptum interrogantis; adeo vt inordinatio, & falsitas vocis, opponere se debeat æstimationi meæ, ita vt voce proferam aliter, quam intus sentio, & non consistit in deordinatione cum conceptu alterius, nisi aliunde tenear ritè, & rectè respondere (vt iudici legitimè interroganti) & tunc teneor, quia cùm res deducta sit legitimè ad forum exterius, iudex non interrogat de aliqua interiori veritate, sed de veritate illa exteriori, per quam subditus sit ei accusatus, quam dicere tenetur, & confiteri, si legitimè interrogatur à iudice, quia superior, vt inquit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 69. art. 1. quapropter fit vt si legitimè iudex non interroget, aut quia non habet auctoritatem, aut quia adhuc res manet in foro interiori, quia non est legitimè probata, possum ei respondere verbis æquiuocis, & amphibologicis duos sensus habentibus, & verum dicere iuxta sensum meum, licet ipse illis decipiatur, quod in omnium doctrina Theologorum commune est. Falsitas ergo vocis, quæ semper in mendacio interuenit, ob quam nullo modo rectificari potest, nec per Dei potentiam absolutam, consistit in deordinatione vocis cum sensu interiori proferentis, nam in hoc læditur ius naturæ, quia ex illo teneor conformare conceptum meum internum, cum prolatione exteriore, & verbis, quia hæc ex iure naturali apposita sunt, ad significandum conceptum internum proferentis, vnde semper ac adest talis dissonantia, vt semper adest in mendacio, nec est possibile, vt ab illo tollatur, semper erit peccaminosum, & nulla ratione, nec vlla circumstantia rectificari potest; cùm à nulla pendeat sua intrinseca malitia, vt latè Doctores in 3. dist. 38. & cum S. Thom. in 2. 2. quæst. 110. & 111.

10. *Iudici legitime interroganti, cur respondere quis teneatur.* *S. Thom.*

11. *Ius naturæ in mendacio cur læditur.*

Vasquez. 12. *Discrimen inter res & verba ratione significationis.* Tertiò notandum est ex Vasquez in 1. 2. dist. 182. num. 29. discrimen maximum esse inter verba, & res, in ratione significationis, nam verba cùm ex vsu communi habeant suam propriam significationem, non licet eam cuilibet inuertere, aut illa mutare, ad significandum aliquid aliud contra communem illorum significationem, etiam si sit ad mentem eius, qui ea profert; secus autem de rebus, nam cùm istæ naturaliter significent, & non ex humana institutione, possumus illis vti ad aliud significandum; quam qui videnr intelligunt, vt verbi gratia in locutionibus affirmatiuis, non possum vti negatiuis; v. g. dicere *Petrus hinc non est egressus*, intelligendo pro hinc non est egressus, *est egressus*, nam verba illa ex vsu communi acceperunt significationem negatiuam, quam mihi non licet inuertere; secus autem de rebus, nam ex condicto cum aliquo, cùm color niger significet tristitiam, possum eo vti ad significandum lætitiam de aliquo euentu, vt de morte inimici, nec in hoc alicui infero iniuriam. His ergo sic suppositis, in quibus nulla adest difficultas, nec reperio authorem dissentientem:

A Sic probo opinionem D. Hieronymi, licet vti æquiuocatione verborum in aliquibus casibus, & non respondere ad mentem interrogantis, sed ad suam, & in hoc nullum intercedit mendacium, ergo licet vti dissimulatione in aliquibus casibus.

Antecedens suppono certum, & in confesso apud omnes, qui planè illud affirmant, in casu iudicis non legitimè interrogantis, & manifestè probatur ratione facta in tertio notabili, & apertè concedit eam Lorca, vbi suprà, & S. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 4. & indicat quæst. 69. art. 1. quando affirmat; quod si Iudex exquirat, quod non potest secundùm ordinem iuris, non tenetur ei accusatus respondere, *sed potest, vel per appellationem, vel aliter subterfugere, mendacium tamen non dicere*, quod certè fit æquiuocatione, & amphibologia verborum, nam tunc non dicitur mendacium, & subterfugitur periculum, & in praxi hodie nil vsitatius, & communius; restat ergo vt consequentiam probemus.

Lorca. D. Thom.

B Nam sicut datur æquiuocatio in verbis, & amphibologia, quæ non sit mendacium, sic datur æquiuocatio, & amphibologia etiam in rebus, quæ nullo modo sit mendacium, nec species eius. Vnde dissimulatio, quæ est species mẽdacij, vt vult S. Th. est ea, quæ in se continet falsitatem in rebus, ita vt contradictionem dicat conceptui interiori, sicut verba. Et sic optimè mendacium, si artificiosè diuidatur, & materialiter, vt diuidit Lorca in 2. 2. vbi suprà num. 8. potest diuidi & in mendacium verborum, & rerũ, & pari modo æquiuocatio, & amphibologia potest diuidi in amphibologiam vocũ, & rerum, vt diuidit idem Lorca 1. 2. quæst. suprà cit. ergo.

S. Thom. Lorca. Idem.

13. Amphibologia securior cadit in rebus quam in verbis.

C Immò securius, & latius cadit amphibologia in rebus, quàm in verbis, ratione facta in tertio notabili, nam res non sunt ita appositæ ad significandum, sicut voces, ergo illis cuilibet licet vti ad signa, quæ ei libet, ergo si licet verbis æquiuocare, eò magis rebus, & vti dissimulatione.

Confirmatur hæc ratio exemplo quotidiano, & à Doctoribus sæpè adducto, examinato, & approbato, nam si quis (semoto scãdalo, & alijs circumstantijs) inter Turcas vestitu Turcarum incedat, ad se dissimulandum, licitè, & rectè potest vti hac dissimulatione, licet sciat ex illa Turcas iudicaturos ipsum Mahumetanum, ergo licitè & verè quis potest vti dissimulatione, & amphibologia in rebus, sicut in verbis.

14. Amphibologia Naaman excusatur à peccato.

D Secundò probatur hæc sententia exemplo Naaman Syri 4. Reg. 5. n. 17. Nam quod ipse faciebat perfecta fuit dissimulatio, & amphibologia, quam, vt optimè adnotauit Lorca, approbauit Samuel, dum dixit ei, *Vade in pace*; immò vt colligitur ex Fonseca tract. de Dei amore lib. 1. cap. 29. Ob hoc voluit terrã ex Israelis prouincia colligere, vt ipse expetiuit à Propheta; *Concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum terræ.* Vt sterneret eam in templo Remmon, in loco, in quo Rex adorare solebat, vt super illam genua flecteret, quasi esset in terra Israelitica, & verum Deum, quem agnouerat, adoraret, vt adorabat, licet exterius videretur Remmon adorare; & bene potuit vti illo medio, vt inquit Lorca, nam cùm illa genuflexio erat actio indifferens ad adorandum & ad sustentandum, nec intrinsecè includebat adorationem, optimè illo vti poterat sine vllo scrupulo; & sic concessit ei Propheta, immò declarauit illi non esse peccatum talẽ

4. Reg. 5. n. 17. Lorca. Fonseca.

15. Naaman cur a Samuele petiuit tollere terram ex Israele.

Lorca.

dissimulationem, & sic ei dixit, *Vade in pace*, hoc est, securus esto, non adest scrupulus; vnde Caietanus & Lyra in hunc locum, & Abulens. qu. 25. immunem eum faciunt à peccato.

Caiet. Lyra. Abulens.

Tertiò sic probatur nostra conclusio, Apostoli dissimularunt, Petrus loco allegato, & Paulus vtẽs purificationibus Iudæorum & quod caput est, circumcidens Timotheum, Actor. 16. n. 3. ergo licita est dissimulatio.

Actor. 16. n. 3.

Huic argumento in promptu est solutio, nam assumit quod probandum, scilicet illam fuisse dissimulationem, nam hic erat punctus controuersiæ inter Hieronymum, & Augustinum, Augustinus namque inquit, illam non fuisse dissimulationem, sed ex animo obseruasse tunc Apostolos illos ritus, quia tunc lex licet esset *mortua*, non tamen *mortifera*, & quia deducenda erat cum honore ad sepulturam, & sic licet Apostoli non ponerent spem in illa, quia mortua, tamen non mortifera; quo ad obseruantiam tunc, & sic licitè eam obseruare poterant absque vlla dissimulatione, vnde illa non fuit dissimulatio, sed verè obseruatio, ergo argumentum assumit falsum, & quod probandum.

Non me latuit hoc, sed ideo posui eo modo argumentum, quia intendo probare, quod fecit Petrus, & Paulus, verè fuisse dissimulationem, & amphibologiam rerum, & non cultum legis. Sed antequam hoc faciam,

Primo dico, quod omnibus votis amplector, distinctionem illam Augustini, nempe obseruantiam legis tunc non fuisse mortiferam, licet lex esset mortua, nam si hoc non daretur, non video quomodo excusari posset Paulus à graui peccato, ex circumcisione Timothei, nam & si ex alijs ceremonijs excusari posset, quia non ita clarè profitebantur legem Moysi, & opponebantur Euangelio, de Circumcisione minimè hoc dici potest, sic, vti & nunc quacumque causa fieret inter Turcas nullomodo excusaretur à mortali, qui more Turcarum inter illos se circumcideret, etiam ad dissimulandũ se Christianum esse, nam tali Circumcisione apertè profiteretur cultum Mahometi, qui dum inter illos exercetur, non potest ab illa separari. Dixi, inter illos; nam an liceat circumcidi ob aliquem alium finem, quæstio est inter Doctores. Sed inter Turcas absque vllo dubio non esset licitum, vt optimè adnotauit Lorca vbi suprà; nam actiones, & signa religionis reprobatæ, quæ intrinsecè, & per se, dicunt cultum illius religionis, ita vt ratio cultus nequeat ab eis separari, non possunt assumi; talem puto esse nunc Circumcisionem Turcarum inter illos, & fuisse tunc Circumcisionem Iudæorum; ergo si non esset vera distinctio Augustini, tunc scilicet dispensatione pia fuisse licitum vti ceremonijs istis, & signis, etiam si essent protestatiua legis, & cultus Mosaici, quia adhuc non erant mortifera, non video quomodo Paulus excusari posset ob circumcisionem Timothei. Videndus est Lorinus in Act. Apost. cap. 16. qui sic defendit Paulum, quia tunc scilicet lex non erat mortifera, sed mortua tantum. Verissima ergo est, & amplectenda Augustini doctrina, & distinctio, tunc scilicet non fuisse mortiferas ceremonias legis, & Apostolos vsos esse medio tunc licito, ad dissimulandum, quatenus poterant tunc obseruari; sed hoc non obstante dico talem obseruantiam fuisse dissimulationem.

16. Paulus vt excusaret Timotheũ circumcidens.

17. Circumcisio nunc inter Turcas mortale esset si aliquis ea vteretur etiam ad se dissimulandum.

Lorca. Lorynus.

Probo sic manifestè, ex puncto quæstionis, qui tunc agebatur, nam ille erat, *necessariam esse legem*

18.
Ratio efficax qua probatur sanctissimũ Apostolum Petrum verè simulasse obseruantiam legis.
Act. 15. n. 1.

Moysi ad vitam cum euangelio, vt habetur Actor. 15. n. 1. vbi dicitur quod quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, quia, *nisi circumcidamini secundum legem Moysi non potestis saluari.* Ex qua re orta fuit, vt ibi dicitur, *seditio non minor.* Et non erat punctus quæstionis cum Iudæis si deferenda esset lex cum honore ad sepulturam, aut si erat mortua, vel mortifera: quam distinctionem inuenit Augustinus post quadringentos annos. Apostoli ergo contra illam sententiam, & ex aduerso stantes, vt ibi dicitur, affirmabant legem Moysi amplius non esse necessariam; ex quo magna dissensio facta est inter Apostolos, & Iudæos nouiter conuersos, ita vt necessarium fuerit ob hoc Concilium Hierosolymis congregare, vt ibi dicitur, Apostoli autem ad sedandos tumultus, & scandala, & etiam vt ipsosmet Iudæos lucrifacerent, & paulatim eos de veritate edocerent, licet lex esset mortua, & ita illi iudicassent, tamen rectissimè existimantes nullum adesse scrupulum, extrinsecè tantum pro tunc eam tenere, quia non mortifera, vt inquit Augustinus, illam extrinsecè obseruarunt, sed quo animo? non equidem eo, quia putarent eam esse necessariam ad vitam, sed vt ea dissimulatione lucrifacerent Iudæos, tollerent scandala, & sedarent tumultum. Nam si non hac ratione, & aliàs illæ ceremoniæ non erant necessariæ ad vitam, ad quid legis obseruantia? Dices ad eius honorem, hic non erat punctus quæstionis, nec de quo erat dissensio, sed de necessitate legis ad vitam, ergo cultus legis ordinatus erat ad tollendam dissensionem, quod aptiori medio non potuit fieri, quàm illa dissimulatione, & æquiuocatione tunc licita, & honesta: nam videntes Iudæi contrarij, eos ceremonias legis obseruare, putarunt Apostolos cum eis concurrisse, & sic cessauit tumultus, cùm verè non conuenissent, & aliter æstimassent, licet extrinsecè tantum illud ostenderent: ergo verè Apostoli vsi sunt dissimulatione, foras ostendentes, quod intus non habebant, licet talis ostentatio conformis erat conceptui eorum, nam ipsi dissimulabant ad celandum pro tunc veritatem, at illi existimabant hoc ab ipsis fieri ad profitendam Moysis legem vti necessariam.

19.
Quomodo conciliari possunt Hieronym. & August.

Ex quo patet, quomodo conciliari possunt Augustinus, & Hieronymus; nam si dissimulatio illa Apostolorum sumitur vt species mendacij, certissimum est quod dicit Augustinus, at si non sumitur, vt non sumit eam Hieronymus, sed vt amphibologia quædam, verissimum etiam est, quod dicit Hieronymus, nec illi vnquam contradiceret Augustinus, qui in tantum Hieronymo contradixit, in quantum putauit, dissimulationem illam esse mendacium, quod nunquam licet asserere posse, vti ad quemcumque finem honestum.

Quarta ratio, qua hæc probatur sententia, infra commodius adducetur, cùm examinabimus, an etiam licitum sit dissimulare animo decipiendi.

Argumentum autem contra hanc doctrinam, nullum reperi, quod vim inferat: nam illud, quod sumitur à natura mendacij, & dissimulationis, ex dictis solutum manet, quia talis dissimulatio, nec est mendacium, nec species eius.

Secundum autem, quod sumitur à virtute religionis, quatenus hæc vetat omnem cultum illicitum religionis reprobatæ, etiam solutum manet, admittendo distinctionem Augustini, quia tunc illud erat licitum; præter hæc duo nullum aliud reperi, quod fiat contra hanc Hieronymi opinionem; ergo remanet verum Apostolos licito medio verè dissimulasse, ac proinde licitam esse dissimulationem in aliquibus casibus, quando honestus est finis, & necessitas illud suadet, nec alio modo negotium iustum attingi potest, & vniuersè quando aliter me defendere non possum ab iniustitia.

20.
Simulatio in quibus casibus licita.

Ex dictis, & ex hac opinione sequitur vnum, quod non mihi negabunt aduersarij, scilicet, ea optimè, & sine violentia, excusari à peccato, omnes illas actiones, illorum virorum sanctorum, quæ excusari debent in scriptura; quod difficile, & durissimè fit, si semel alteram sequamur, quòd vno, aut altero exemplo ostendam infrà. Dixi de illis actionibus, quæ excusari debent, nam multę ex illis, quæ afferuntur, parum interest, an excusentur, & admittatur in illis peccatum; vt in actione Iehu, quis enim à peccato eum excusare potest? aut cur excusandus? & secundò in multis alijs admittere aliquod peccatum veniale, licet patratæ sint ab hominibus sanctis, nullum est inconueniens, cùm & ipsi sanctissimi Apostoli post confirmationem in gratia, etiam venialiter aliquando peccarunt, vt est opinio D. Th. ad Galat. 2.

21.
Apostoli post gratiæ confirmationem venialiter peccarunt.
S. Thom.

Sequitur nunc vt dicamus, in quo stetit sanctissimi Petri culpa, quam reprehendit in illo Paulus, si non fuit dissimulatio.

22.
Sanctissimi Petri culpa in quo stetit
Lorca.

Breuiter cum Lorca, & aliis, respondeo, excessum stetisse in circumstantia temporis & loci, nam licet esset permissum exercere actus Iudaismi, aut ex animo, aut disimulando; tamen tunc temporis nisi magna aduertentia hoc fieret inter gentes, perniciosum illis erat, quia inducebantur ad credendum, necessariam esse Moysi legem ad vitam. Quod vt clarius pateat

Cornelius.
23.
Dispensationem legis obseruantiæ, in principio Iudæis tantum concessam non Gentilibus.

Notandum est, vt bene adnotat Cornelius in præf. ep. ad Galat. dispensationem obseruantiæ legis pro tunc tantum concessam Iudæis, non verò Gentilibus, nam talem obseruantiam nullo modo Gentiles profiteri poterant, absque peccato, vnde adnotat in cap. 2. Paulum nullo modo admisisse, vt Titus circumcideretur, sed Timotheus, quia Titus omnino erat Gẽtilis, scilicet ex patre, & matre Gentili, at Timotheus non, sed semi-Iudæus, dum ex patre Gentili, & ex matre Iudæa esset oriundus, & ideo illum circumcidit, ne Iudæos irritaret. Permisio ergo obseruationis legalium, eorumque obseruantia, Iudęis tantum erat licita, & non Gentilibus.

24.
Paulus cur Timotheũ circumcidit, non vero Titum.
Ad Gal. 2. nu. 7.
25.
Peculiaris Gentium Ap[illegible]lus.

Secundò notandum est, vt inquit Paulus ad Galat. 2. n. 7. quod sicut Petrus erat peculiaris Apostolus Iudæorum, licet omnium esset pastor, sic ipse Paulus erat peculiaris Gentium, vnde inquit, *cum vidissent, quod creditum est mihi Euangelium præputij, sicut Petro circumcisionis*; Quapropter licet Petrus procuraret omnibus modis salutem omnium, tamen salutem suorum præcipuè, quibus erat peculiaris Apostolus, & sic vt Iudæos lucrifaceret, & non perderet omnino, stans inter illos simulabat legis obseruantiam, dum Hierosolymis esset, etiam post coactum Concilium, in quo definitum non esse necessariam legis obseruantiam, nec ad illam cogendas esse gentes; Paulus è contra parum de hoc curans, nullam admittebat legis obseruantiam, dum erat inter Gentes,

26.
Petrus cur obseruantiam legis dissimulauit.

omnino fuadens illis neceſſariam non eſſe legem ad vitam, de quo repræhendit vehementer Galatas, qui ſeducti, contra hanc opinionem in contrariam declinauerant, cùm eſſent Gentiles, cùm prius edocti fuiſſent ab ipſo, & benè ſentirent.

Interim dum hęc agerentur, Petrus venit Antiochiam, & quia optimè ſciebat legem iam abrogatam eſſe, ceſſante neceſſitate diſſimulationis, quia viuebat inter Gentiles, non curauit amplius de illius obſeruantia, & ſic cum *Gentilibus gentiliter viuebat*, vt inquit Paulus, caſu accidit, vt quidam Iudæi, à Iacobo venirent Antiochiam, quos vt vidit Petrus, timens ſcandalum, & diſſentionem, à Gentilibus ſe ſegregauit, ſimulans obſeruantiam legis ſicut Hieroſolymis, in tantum, vt dicat Paulus, quod etiam Barnabas ſocius ſuus, *adduceretur ab eis in illam ſimulationem*, grauiter hoc accepit Paulus; quia pernicioſa erat talis ſimulatio Gentibus, quia ex ea inducebantur credere, neceſſariam eſſe obſeruantiam legis ad vitam, contra id quod ipſe prædicabat, vnde repræhendit Petrum, & reſiſtit in faciem, non repræhendens in illo diſſimulationem, vt ſic; (vt ita dicam) ſed diſſimulationem inter Gentiles, & in tali occaſione, & tempore, in quo vigebat diſputatio, & ſic culpa Petri, ſi aliqua, non fuit certè niſi inaduertentiæ, & minima, & quaſi nulla, ſed digniſſimè à zelo Pauli acriter notata.

Remanet ergo certum, diſſimulationem in aliquibus caſibus eſſe licitam, & Apoſtolos verè diſſimulaſſe, & Petrum verè repræhenſum ob diſſimulationem. Dixi in aliquibus caſibus, nam ſemper ea vti, & ſimulatè loqui nulla accedente graui neceſſitate, contra fidelitatem cōmercij humani eſſe iudico. Chriſtiano viro rem prorſus indignam, Deo & hominibus odibilem, vnde Spiritus ſanctus Ec. 37. n. 23. *qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt.*

Eccl. 37. n. 23.

27. Dubium an ſimulante Apoſtolo, intendit falſam ingerere opinionem & an ſit licitū ſimulare animo decipiendi.

Reſtat nunc vnum examinare, quod difficilius, ſcilicet, an dum Petrus diſſimulauit, intendit illa diſſimulatione, ingerere falſam opinionem Iudęis, contra id quod ipſe intus habebat, ſcilicet ingerere opinionem legis cultus, quod eſt dicere, an vſus fuit illa diſſimulatione animo eos decipiendi, & ſic ex conſequenti licitum ſit eo animo vti diſſimulatione.

28. Non licet.

Nullum reperi, qui hoc dixerit, & omnes contrarium affirmant, quibus libenter aſſentior, nec ego primus contrarium aſſeram, & ſic adhærens communi opinioni, dico non eſſe licitum talem animum, illoque diſſimulare, & per conſequens, nec Petrum illo animo ſimulaſſe, ſed tantum animo celandi ſuum ſecretum, licet inde præuideret deceptionem Iudæorum futuram ex illo actu ſuo licito, quem ipſe permiſit, ſed non intendit, vt optimè Lorca vbi ſupra.

Lorca.

29. Author cur partem negantem ſequitur.

Sed hoc non extante fateor me illud aſſerere, ne contra communem receptamque eam opinionem, quam ſemper ſummis expeto votis, ſed non ſequor illam, quia perſuaſus ſim rationibus, non eſſe licitum diſſimulare etiam animo decipiendi: nam quod id ſit licitum, fortiſſimæ mihi adſunt rationes, quas ſoluere non potui, & de quibus cùm viros doctiſſimos conſulerem, planè mihi affirmarunt indiſſolubiles, & tuta conſcientia poſſe ex illis inferre iudicium aſſenſus, niſi communis omnium obſtaret, proponam ergo rationes, alter perſpicacioris ingenij eas ſoluet.

S. Thomas.

Sed antequam ad eas deueniam: Notandum eſt cum S. Thom. 2. 2. q. 110. animum fallendi non pertinere ad eſſentiam mendacij, ſed ad perfectio-

A nem eius accidentalem, quia ſine eo poteſt conſiſtere mendacium, cuius etiam opinionis præter Caietanum ibi eſt Riccardus in 3. diſt. 38. ar. 1. q. 1. Alenſis 2. p. q. vnica ar. 1. Almainus q. vnic. in principio, eſt etiam Lorcæ in 2. 2. diſp. 7. n. 2.

30. Animus fallendi non pertinet ad eſſentiam mendacij.

Riccardus. Alenſis. Almainus. Lorca.

Secundo adnoto ly animus decipiendi, duplicem ſenſum poſſe facere, nam poteſt facere ſenſum ita: vt reduplicet ſuper mendacium, id eſt, quòd ita proferantur verba, vt ſit intentio affirmandi falſum; aut vt nō ſit intētio affirmandi falſum, ſed tantum generandi falſam opinionem. Si primo modo intelligatur, certum eſt, immo certiſſimum, nullo modo illud eſſe licitum, quia mendacij eſt accidens. Quæſtio ergo intelligi debet de ſecundo modo, ſcilicet de animo generandi falſam opinionem apud aliquem, & quæſtio ſic intellecta, quod liceat, accipe quæ me mouent.

31. Duplicem ſenſum facere poteſt.

32. Rationes efficaciſſimæ ad probandum licitam eſſe ſimulationem animo decipiendi.

In aliquibus caſibus ad tuendam vitam, & in bello iuſto, licet interficere, ergo licebit decipere, quòd
B minus eſt. Ego certè non video rationem diſparitatis, nec intrinſecam malitiam, quę ſeparari non poſſit ab actu, & animo deceptionis.

Dices, quia eſt accidens, & accidentaria perfectio mendacij, at hoc eſt quod ego nego, & affirmo non eſſe nec accidens, nec accidentariam perfectionem eius. Pro qua re

33. Animus decipiēdi duplici medio poteſt aſſumi, & quo erit licitū.

34. Quo ſenſu authores permittere nolunt animum decipiendi.

Pono animum decipiendi à duplici cauſa prouenire poſſe, ſeu, vt melius dicam, duplici medio poſſe intendi, & aſſumi, primò mendacio, ſcilicet, vt mendacio ego velim decipere, & hoc nullo modo licet, quia mendacium non licet, ergo cùm malum ſit medium, & inficiat finem, omnino non licet, & hoc ſenſu ſecundum me, & hac ratione, omnes Authores numquam permittere voluerunt talem animum. Secundò poteſt aſſumi talis animus,
C non medio mendacio, ſed æquiuocatione, & diſſimulatione illa, quam ſupra poſuimus; ita vt non mendacio, ſed amphibologia iuſta, & licita, ego velim alterum decipere, quia habeo iuſtum titulum eum decipiendi; medium cùm ſit iuſtum & ſanum, non video vnde deriuetur malitia in finem, cùm ſit conſideratum medium: nec ſit mendacium, nec ſpecies mendacij, cur finis debeat eſſe circumſtantia mendacij? circumſtantia enim dicatur reſpectu eius, cuius eſt circumſtantia, & ideo animus decipiendi eſt malus, quia eſt circumſtantia mali, nempè mendacij, at tolle mendacium, & fac eum circumſtantiam actus non mali, ſed liciti, vnde ipſe malus? non ob nocumentum, quia poſſum illi maius inferre, non à naturali obligatione, nam hac teneor medio mendacio non decipere, quia mēdacium eſt
D prohibitum naturali iure: at falſam opinionem ingerere medio licito, non video vnde naturaliter, aut quali præcepto ſit prohibitum in aliquibus caſibus, nec video rationem, cur iudici iniuſtè interroganti, cùm poſſim ego reſpondere verbis æquiuocis, ſimul non poſſim deſiderare effectum, quem in verbis illis ego deſidero, & ad quem primò, & primatiò diriguntur realiter, licet ego diſtinguere poſſim, & ponere illis alium finem: metaphyſicè hoc dicitur, & diſtinguitur, ſed in praxi, quod vult accuſatus eſt falſam opinionem iudici ingerere, vt iniuſtitiam effugiat, ſuamque redimat vexationem.

36. Aſtutię bellicæ cur nō ſint peccata, etiamſi petiſſas decipere intelligatur hoſtis.

Secundò ſunt aliquæ actiones, ſeu diſſimulationes, quæ intrinſecè, & per ſe, aut mediatè, aut immediatè ordinantur ad deceptionem: quas facere peccatum duriſſimè videtur, vt ſunt omnes belli aſtutiæ, & præcipuè fuga.

Dices, has actiones esse licitas, quatenus sunt dissimulationes ad occultandum secretum, licet inde præuideatur hostium deceptio, nam, vt inquit Lorca, vbi supra, non est illicitum aliquem finem intendere, quem assequat, interueniente deceptione alterius, cuius ego author non sum, sed præuideo ex æquiuoca mea actione, vel verbo, euenturam.

Lorca.

37. Hostium deceptio in belli astutijs, primo intenditur.

Hæc doctrina verissima est, sed non est nunc ad rem, nam in belli astutijs, quod principaliter intenditur est hostium deceptio, ergo illa deceptio non est permissiua tantum, tamquam quid consequens primum intentum, sed volita simul cum illa occultatione secreti, in tantum, vt nullo modo eligeretur occultatio secreti, nisi præuideretur deceptio hostium: nam ego peto à Principe simulante fugam, quid intendit per illam efficere? dicet cęlare secretum, nempè milites in insidijs, vt fecit Iosue: iterum peto, & ad quid vult cælare hoc secretum? respondebit, & non poterit aliud respondere, vt contrarij decepti illa fuga, dēt in insidias. Iterum peto, dabunt in insidias, nisi decipiantur, respondebit, quod non; ergo deceptio hostium est vnicum medium vt dent in insidias, ergo eo ipso, quod Princeps voluit inimicorum traditionem, quam licitè desiderat, & intendit, simul & semel, vti remedium vnicum, etiam desiderauit & intēdit deceptionem hostium, sine qua non consequeretur illum finem, qui intrinsecè, & essentialiter includit deceptionē hostium, vti vnicum, & singulare medium; nam sicuti quando medium est vnicum, impossibile est, vt simul, & semel ac finis intenditur, non intendatur ipsum eadem intentione ac efficacitate, qua ipse finis, vt in confesso est apud omnes; sic cùm effectus proprius, & primarius illius dissimulationis, ob quem primò, & principaliter sumitur, non sit cælatio secreti, sed traditio hostium, & hæc absolutè intenditur, & aliàs non simularetur, fit per consequens vt primò & principaliter cum traditione hostium, tamquam vnicum medium, desideretur etiam per se, & directè, & ipsa deceptio hostium, & Princeps intendat illos decipere: ergo illa dissimulatio non solum per se intenditur ad occultādum secretum, sed etiam ad hostes decipiendos, & quod per se & principaliter intenditur, tamquam vnicum medium, in Philosophia habet rationem finis, ergo.

38. Medium vnicum eadem intenditur efficacitate, qua finis.

Effugium. At dices, verum hoc esse, sed primariò, quod intenditur est cælatio secreti, si ex hoc sequitur postea deceptio, hanc non vult Princeps primariò sed secundariò, tamquam quid consequens ad illam.

Præcluditur. Respondeo, saltem secundariò quis licitè potest habere animum decipiendi, & iustè generare falsam opinionem, hoc ego volo, & hoc intendo, nam parum curo, an primariò, an secundariò possit habere animum illum, sufficit mihi vt semel licitum sit, vt sine scrupulo possit quis eo vti.

Aliud effugium. Dies, non sequi vt secundariò possit intendi, sed secundariò non velle deceptionem, sed permittere eam, licet eam præuideat; sicut Deus permittit peccatum, etiam si illud præuideat: sic pari modo Princeps simulans fugam, licet præuideat hostium deceptionem, potest eam permittere, & permissiuè velle, non tamen eam intendere.

Præcluditur. Respondeo primò, hoc valere, quando omnino verum esset deceptionem non esse licitam, de quo est controuersia, nam in hoc casu verum esset, quod solutio dicit, esse scilicet licitum eam permissiuè velle & non intendere, at si semel erit licita, superflua erit distinctio.

Secundò respondeo, distinctionem non euacuare argumentum, nam quod argumentum probabat, erat, deceptionem hostium cùm esset vnicum medium eorum traditionis, eadem prorsus efficacitate intendi ac eorum traditionem, quia cùm esset vnicum medium necessariam habebat connexionem cum fine, & ita primariò intendebatur, ac finis; vnde non cadit permissio in illo, sicut in peccato, nam quando Deus peccatum permittit, numquam illud peccatum erit vnicum medium ad illud, quod Deus intendit faciendum, nam Deo infinita alia adessent media, & sic peccatum illud respectu Dei habere non potest respectum veluti primarij, at non sic in homine, quando non perspicit aliud medium, nam tunc respectu illius, hoc medium habet illum respectum, & sic eodem affectu intenditur ac ipse finis, talis est deceptio hostium, respectu eorum traditionis, cùm sit vnicum medium huius; ergo.

39. Deus cur permittere potest peccatum.

Obiectio. Dices, si hoc posset fieri, esset contra humanum commercium, quod omnino tollit hunc animum, cùm abhorreat natura ab hac fallacia, & potius vult vt homo occidatur, quàm vt decipiatur, ne detur occasio omnia inuertendi.

Refellitur. Respondeo primùm, non mihi satis compertum esse, quomodo potius aliquis velit occidi, quàm decipi, hoc impossibile mihi apparet, vnde è duobus, potius deceptionem vellet aliquis, quàm occisionem, immo ex hoc sumo ego argumentum ad probandam hanc sententiam.

Nam ponamus casu Dauid potuisse se eripere à manibus Achis, aut illum occidendo, aut illum decipiendo, vt fecit; quale è duobus eligeret Achis? & consulturus aliquis Dauid secūdùm ordinem charitatis, quale medium prius consuleret, nonne deceptionem, tamquam minus malum Achis? ergo ingerere falsam illam opinionem, non semper, & ex se, est naturæ contraria, immo aliquando multum conferens, & secundum charitatis ordinem.

Respondeo secundò, ex hac opinione non sequi vllum inconueniens in moralibus, nam hæc opinio supponit deceptionem, solum differt si potest intendi, aut non intendi, & solum deseruit ad tollendum peccatum, nam qui semel ad cælandum secretum determinatus est vti dissimulatione, supponit deceptionem futuram, licet non illam intendat, & licet dicatur quod possit intendi; non ob id frequentius homo ad decipiendum impelletur, eo vel maximè, quòd id, quod affirmat hæc opinio, est in illis casibus deceptionem posse intendi, in quibus licita est æquiuocatio, & ex qua sequitur deceptio certissimè.

Dicere autem talem deceptionem intrinsecè esse malam, etiamsi à mendacio separetur, & non sit effectus eius, neque accidens, & ob id non licere habere animum decipiendi, dicitur, sed non probatur, nec vsquè modo ego satis perspicere potui intrinsecam hanc malitiam, perspiciet alter, quam si semel intelligam, assentiam illicò: vnde dubitatiuè hæc proponens, non affirmatiuè, quòd solum affirmatiuè assero est, opinionem Hieronymi veram esse, & dissimulationem modo vt supra, esse licitam. Quæ opinio tandem

Probatur ex difficili excusatione aliquarum actionum virorum sanctorum, quæ in scriptura

narrantur, quæque necessariò excusari debent; A quod si semel Hieronymi opinio admittatur, optimè ab omni liberantur peccato, & nulla vis infertur verbis scripturæ: exemplificabo in vno vel duobus.

Iosue 8.

Sit primum illud Iosue 8. quod necesse est excusari, quia Dominus præcepit ei, vt insidias poneret ciuitati, *Pone insidias vrbi post eam, n. 2.* Tradiditque illi modum, *Ponite insidias post ciuitatem*, inquit Iosue populo, *ne longius recedatis, & omnes eritis parati, ego autem, & reliqua multitudo, quæ est mecum, accedemus ex aduerso contra vrbem, cùm exierint contra nos, sicut ante fecimus fugiemus, & terga vertemus.* (Nota quæso lector singula verba) *donec persequentes ab vrbe longius pertrahantur, putabunt enim nos fugere sicut prius.* Qui opinionē Hieronymi sequitur, de facili se expedit, dans licitam illam dissimulationem, & qui amplius diceret, etiam in tali casu, licitum esse animum decipiendi, multo magis, B maiorique se expediret facilitate; & quod Iosue habuerit talem animum patet ex verbis eius. *Putabunt*, inquit, *nos fugere*, en finis dissimulationis, impressio fugæ, nam si non imprimeretur illis Israëlitas fugere, numquid eos persequuti fuissent? ergo quod Iosue intendit illa dissimulatione fuit deceptio hostium, quæ simulatio, seu fuga cùm duplicem sensum habere posset, nempè & timoris, & cælationis secreti, nullam falsitatem mendacij in se continuit; nam verè, & propriè illa intendit Iosue cælare suum secretum, & sic correspondens erat conceptui ipsius, & etiam voluit eius deceptionem, quam intendit ex illa, nam illico explicauit suis rationē talis simulationis, *Putabunt*, dicit, *nos fugere: vobis ergo fugientibus, & illis persequentibus consurgetis de insidijs, & vastabitis ciuitatem.* Vt dixit fa- C ctum, *simulantes metum*, vt inquit scriptura, *& fugientes per solitudinis viam insecutus est, &c.* & infra, *Hi qui simulauerant fugam.* Ex quo loco duo clara sunt. Primum Iosue simulasse fugam; & alterum animum habuisse decipere hostes per illam dissimulationem; quod si vera erit hæc opinio, quam proponimus, nullus erit scrupulus, nec est cur vis inferatur verbis scripturæ.

40. Iosue vt excusatur à culpa.

At videamus quàm difficile hoc defendant aduersarij; dicunt enim Iosue non simulasse fugam, sed fugisse ad capiendum meliorem locum, & cùm ipsemet, qui hoc dixit, benè huius vidisset difficultatem responsionis, tum ob finem à Iosue intentum, tum ob scripturæ verba, tandem recurrit ad ignorantiam inuincibilem Iosue, affirmans, inuincibiliter errasse, quod nec placet, nam quod fecit D Iosue, ex præcepto Domini fecit, cui ignorantia non cadit.

Marquès in Gubern. Christian. lib. 1. c. 14.

1. Reg. 21.

Secundus locus est ille 1. Reg. c. 21. quando Dauid se finxit insanum, vt fugeret à facie Achis, secūdùm nostram opinionem facillima est expositio, licuisse Dauid vti illa dissimulatione amphibologica, quatenus per illam intendebat cælare veritatem, & intendisse deceptionem Achis, vt se ab eminente eriperet periculo vitę, ob quod iustè etiamsi posset, poterat illum occidere.

At, secundum opinionem contrariam, quàm sit difficile saluare Dauid à peccato, videndus est idem author vbi supra, qui summis votis desiderans sequi excusationem Augustini, & S. Tho. tandem planè fatetur non multum ex illa sedatum se manere.

Quiddi cam de Iudith sanctissima muliere, quam, si Hieronymi opinionem non sequimur, difficillimè à peccatis, non solum à peccato excusare poterimus, vt cætera alia prætermittam loca, quod equidem non sequetur si sanctissimum præclarissimumque Ecclesiæ sequamur doctorem.

Ex dictis in hac digressione, satis responsum solutumque manet dubium, qood vltimo in homilia posuimus, & simul dictum quando, & quomodo Princeps, sine nota suæ veracitatis, dissimulare potest.

Num. 2. *Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

Connexio Capitis.

Q*Voniam inuenitur &c.* Dixerat Sapiens, in simplicitate cordis Deum quærendum; explicat nunc rationem, quia nisi à simplicibus Deus non inuenitur, qui accedentes ad ipsum, non illum tentant, vt faciunt ficti, hypocritæque.

1. Tentare quid sit & quomodo hîc accipitur.

Qui non tentant, &c. Tētare est experimentum sumere de aliquo, dubitans de illo an habeat, quod intendimus: sic magister interrogat discipulum tentans illum, id est probans, an sciat, dubitans de eius scientia: hoc modo accipit Sapiens hîc nunc Dei tentationem, nempè pro infidelitate, qua quis ad Deum accedit, de eius dubitans potentia, sapientia, & bonitate, qoi autem sic ad Deum accedit petens ab eo aliquid, tentat illum: quapropter accedere ad Deum debemus, fidenter rectéque de eius bonitate, sapientia, & potentia sentientes, nihil hæsitantes, vt inquit Sanctus Iacobus, quæ nostra debet esse præparatio ad orationem iuxta Ecclesiast. cap. 18. num. 10. *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo tentans Deum.* Præparatur autem anima fide, firmiterque scilicet credens, Deum posse dare, velle quod nobis proficuum est dare, bonū esse ad dandū, & sic nihil hæsitans, sed firmè fidens, inueniet Deum: seu vt legit Sanctus Hieronymus 8. Zach. *Appropinquat his, qui non tentant eum, & ostendit faciem suam his, qui non sunt increduli.* Appropinquabit ergo illis Dominus, vt ipsum facile quis inuenire possit, vnde sensus erit, inuenitur ab his, qui piè sentientes, & credentes in eum, non animo tentandi, & experimentum sumendi de eius bonitate, sapientia, & scientia, accedunt ad illum. Quot modis homo tentari solet Deum, vide Castrum hîc, sicut & qua ratione, aut quo fine etiam Deus tentat hominem, vide etiam Lorinum quomodo iudex Deum tentare censetur, de quo etiam asserit hunc locum intelligendum.

S. Iacob.
Ecclesiast. 18. 10.
2. Præparatio nostra ante orationem quæ.
Hieronym. Zach. 8.
Castro.
Lorinus.

Apparet autē &c. Episegesis est, id est declaratio superioris sententiæ, confirmat dictum, & explicat. Sic Castro. & S. Bonau. *Apparet*, inquit, *in futurum per gloriam, sicut inuenitur hîc per gratiam*, ab ijs, qui non tentant illum.

Castro.
Bonauent.

Fidem habent, Id est credunt, & fidunt. Lorinus hîc pro fide fiduciam intelligit, vnde qui fidem habent, id est fiduciam, vtraque enim virtus benè intelligi potest, nec vllum est incommodum.

Lorinus.

HOMILIA V.

Orationis Præparatio Fides.

*Q*Voniam inuenitur ab his, qui non tentant illum,*
inquit noster Sapiens, id est, qui fideliter in il-
1. Fides orationi necessaria quæ. lum credunt, & fiducia ad illum accedunt, ergo ad
Deum non tentandum, quando ad eum accedi-
mus, & ad eum inueniendum, fides nobis necessa-
ria est, tum fides strictè sumpta pro Catholica, qua
Deũ credimus esse, & nõ solũ esse, sed etiã bonorũ,
malorũque remuneratorẽ, *Credere enim oportet*, in-
ad Heb. 11. n. 6. quit Apostolus, *accedentem ad Deum, quia est, & in-
quærentibus se remunerator sit*, ad Hebræos 11. n. 6.
tum etiam illa fides est necessaria, quæ aliquando
S. Thom. pro fiducia accipitur, quæ, vt inquit S. Tho. 2. 2. q.
2. Fiducia quid. 123. ar. 6. nil aliud est, *Nisi modus quidam, & robur
spei*, & veluti Catholicæ fidei filia, & hæres. vnde
Ad Ephe. 3. n. 12. Paul. ad Ephes. 3. n. 12. *In quo habemus fiduciam, &
accessum in confidentia propter fidem eius.* Fide ergo, &
fiducia in Deum ante orationem, præparare
3. Fides orationis fundamentum. debemus animam nostram. Quapropter opti-
mè Theophilactus Luc. 8. omnis orationis fun-
Theophila. damentum, & basim, fidem esse affirmat, & Au-
August. gustinus serm. 36. de verb. Domini tom. 10.
*Si fides, ait, deficit, oratio perijt, quis enim orat
quod non credit?* nemo equidem; *Quomodo ergo
inuocabunt in quem non crediderunt?* inquit Apo-
Ad Rom. 10. 14. stolus ad Rom. 10. n. 14. si non credis orare
non potes, & à contrario etiam nec perfectè
4. Fides friget vbi non adest oratio. credere, nisi ores, aut enim fides deficiet, aut fri-
gescet.

August. Perbellè Augustinus, *Vt oremus credamus, &
vt ipsa non deficiat fides qua oramus, oremus*, corre-
latiua enim sunt, nam sicut principium orationis
est fides, sic stabilimentum fidei est oratio, iuxta il-
lud Domini, *Et ego rogaui pro te Petre, vt non defi-
Luc. 20. n. 23. ciat fides tua*, Luc. 20. n. 32. ergo oratio est fidei
fundamentum, vnde ideo infirmi multi in fide,
5. Christiani in fide infirmi quia non orãt. quia non orant, non orant autem, quia pericu-
lum in quo stant, nesciunt: quod valde admiratur
Augustinus, & obstupescit quod Deus oret, ho-
mo non oret, *rogat*, inquit, *qui tuetur, & non rogat
qui periclitatur.* Mirum profectò, & admirabile,
6. Christus cur orat, dormiente Petro. sed non mirum, si attendamus, Dominum ideo
orare, quia periculum perspiciebat, Petrum nõ ro-
gare, quia illud non pensabat: sic nunc non oramus,
Ambros. quia frigidi, fidei nocumentum nescimus, nam
aliàs sine dubio orationi instantes essemus; oran-
7. Fides ad orãdum impellit. dum ergo, vt fidentes simus, & fide instructi esse
debemus vt orare possimus: vide Ambrosium ser.
3. in Psal. 118. *Credidi*, inquit Dauid, *propter quod
Ps. 115. n. 1. locutus sum*, Psal. 115. n. 1. Cur locutus, quia credi-
8. Moyses cur labijs distinxit. dit, fides enim aperuit os quod infidelitas clau-
dit: Moyses enim tunc labijs suis, *distinxit*, Psal.
101. n. 33. id est clarè non est locutus, vnde Praten-
Pratensis. sis, illud distinxit in labijs suis, legit, *vacillauit non
nihil in labijs suis*, quando fide hæsitauit, sic Zacha-
Psa. 101. n. 33. rias fide hæsitans mutus effectus est, vide Petrum
Petrus Chrysolog. Chrysologum serm. 9. & Chrysostomum hom.
Chrysost. 2. de fide Annæ. Fide ergo Catholica oran-
dum:

9. Fiducia cur orandum. Et non solum hac fide, sed fiducia etiam magna,
quia creator, pastor, & pater noster est, vnde cum
magna fiducia ad eum accedere debemus, *Audi-*

A *te quid iudex iniquitatis dicit*, dixit Dominus A-
postolis suis Luc. 18. n. 5. *Et si Deum non timeo, nec* *Luc. 18. n. 5.*
*hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc mu-
lier, vindicabo illam.* Audi nunc tu & Augustinum
ser. 36. de verb. Domini super hanc Domini para- *August.*
bolam, vbi sic inquit, *Si ergo exaudiuit qui oderat,
quod rogabatur quomodo non exaudiet qui vt rogare-
mus hortatur.* Optimè, si iniquus Iudex ob impor-
tunitatem exaudit, quid faciet amantissimus pater?
quid pro nobis apud patrem instantissimus inter- 10.
cessor? quid propensissimus ad dãdũ, & ita propensus, Deus propensior ad dandũ quã nos ad petendum.
vt non sic nos ad orandum, vti ipse ad tribuendum:
nam equidem tanta Deus voluntate vult nobis
quod petimus dare, vt orans potius de sua oratione,
quàm de Dei voluntate dubitare debet: de sua ora- 11.
tione dixi, quia suspectus manere debet, an ipse ve- Orans potius de sua debet dubitare oratione, quam de Dei voluntate.
rè petat, an ex corde, an ex animo, an efficaciter, an
iustè, & iusta quã de Dei volũtate: hæc enim sẽper
B parata, semper prõpta, semper potẽs est. *Si scires do-
num Dei*, inquit Dominus mulieri illi Ioa. 4. n. 10. *&
quis est qui dicit tibi, da mihi hanc aquam tu forsitan
petijsses ab eo, & daret tibi.* Dubium posuit in pe- *Ioan. 4. 10.*
titione mulieris, & non in largitione sua, quasi
diceret, potius tu non peteres, quàm ego non elar-
giret.

At quis non petit quæ sibi necessaria sunt? 12. Quis non petit necessaria.
homo equidem carnalis, qui æstimans Deum non
daturum nisi spiritualia, ob hoc, & si Deum pres-
sum ad dandum scit, non petit, quia carnalia vult; 13.
ideo est hoc, *Tu forsitan petisses.* Vnde non orant, Oratio expetenda etiam si non impetraret.
nam si orarent, sine dubio impetrarent. O magna
vis orationis! ó egregia laus, tanta enim illa est, vt
ex sesola, si nihil impetraret, expetenda esset & *Clemens.*
amanda. egregiè quidem hoc dixit Clemens Ale- *Alexand.*
xandrinus 7. Stromat. quando ait, *Plus paratum
C esse debere hominem ad orandum, etiam si non impe-
tret, quàm ad impetrandum, non tamen petendo.* Ex-
cellentius nihil dici potuit, per se enim ipsa oratio
expetenda esset, quando nil impetraret, quia Deo
per eam nos familiares reddimus, quia ei alloqui-
mur in ipsa, quid altius? quia ante Principem ver-
samur, quia amici Dei colloquendo, orando, a-
mando, efficimur, hæc enim maiora sunt, quàm 14.
ipsa met impetratio, adde ergo nũc, & impetratio- Deus vult orari magis vt pater, quàm vt Dominus.
rem, & perpende, si maius quid oratione inueniri
potest? quæ si fide, & fiducia armata proce-
dat, cælos penetrabit, ad thronum Dei perueniet,
qui magis vult, vt pater, quàm vt Dominus, exo-
rari.

Hoc expendit Caietanus ad ea verba Dominicæ *Caietanus.*
orationis, *Pater noster. Magna*, inquit, *dignitas cuiuf-* 15.
D *libet orantis habere patrem in cælo, recurrere enim li-* Oratio habet efficaciã impetrandi à fiducia.
*beris, non vt seruus ad dominum, sed vt filius ad pa-
trem, filiali affectu, filiali fiducia, summo securitate.*
Quapropter magna fiducia ad thronum ipsius ac- *S. Thom.*
cedere debemus, si impetrare velimus, nam, vt re- *Cassian.*
ctè dixit S. Doctor 2. 2. q. 82. ar. 5. *Oratio effica-* 16.
ciam merendi habet à charitate, at vero efficaciam im- Signũ impetrationis in oratione fiducia.
petrandi à fiducia. Vnde Cassianus collat. 9. c. 23. af-
firmat signum futuræ impetrationis, quando Spi-
ritus sanctus mouet ad petendum cum magna fi- *Origen.*
ducia & quasi securitate impetrandi, & sic Origen. 17.
fiduciæ dat impetrationem, *Ingentis fiducia est* in- Esau cur non exauditus à patre.
quit, *impetrare cum ores.* Et Bernard. infidelitati
Esau attribuit, quòd non exauditus à patre, quia
dubitanter petiit, *Num vnam tantum benedictionem*, *Bernardus.*
vbi ait, *indignum enim benedictione cælesti conuincitur,* *Chrysost.*
qui dubio quærit affectu, & in fide hæsitans postulat.
Vide Chrysostomum hom. 33. in Ioann. & orat. 3.

Philo. contra Iudæos, & lib. 3. de prouidentia, & Philo A
lib. *Quod deterius insidiari soleat*, vbi asserat, *extra*
naturam rationalem esse eos, qui non sperant in Domino,
18. Irrationalis & in Deũ non sperãs. Et satisquidem prudenter, cùm enim irrationa-
lium sit non discurrere, nec veritatem cognoscere,
qui in Deo non sperat de eius bonitate non discur-
rit, nec veritatem promissorum eius agnoscit; fide-
lis enim est Deus, & in suis verax promissis, & fal-
lere quidem non potest, ipse enim ait, *Petite &*
19. Petere nostrum est, dare Dei. *accipietis, pulsate, & aperietur vobis*. Duo dixit, quæ
etiam iunctim posuit, *petite & accipietis*. Primum
nostrum, secundum ipsius, petere nobis conuenit,
20. Deus oratus semper dat. dare illi, fac tu quod tuum est, pete & ipse faciet
quod suum, hoc est dabit. Dabit, inquam, & si pe-
tenti non appareat, nam petentibus nobis, si Deus
non dat quod petimus, dat quod iuuat. perbellè
August. Augustinus tract. 6. in Ioan. *Deus si voluntati non dat,*
saluti dat, ergo semper dat. B

21. Fiducia in oratione vnde. Fide ergo, & fiducia petendum, fiducia, inquam,
tali, qua, vt inquit Apostolus, nullo modo hæsite-
mus, credentes firmiter daturum nobis Deum
quod proderit, & ab hostibus nos protecturum,
quam fiduciã, si certam, si securã, si tandè in corde
Ioan. 1. c. 5. 21. fixam, stabilem, firmam habere desiderabimus,
nullum aptius, nullum medium certius, quàm no-
22. Est bonæ conscientię filia. stræ securitas conscientiæ, quàm illius irrepræhen-
sio: audi Ioan. 1. c. 5. n. 21. *Charissimi*, inquit, *si cor no-*
strũ non reprahenderit, nos fiduciam habemus ad Deũ,
& quidquid petierimus accipiemus ab eo Duo notan-
da; primum fiduciam filiam esse bonæ conscien-
tiæ, vnde vis Deo fidere, custodi cor, immacula-
tum te exhibe, sis tibimet ipsi irrepræhensibilis, &
Exod. 14. n. 10. sic cum Deo fiduciam habebis. Locuturus Deus po-
pulo Exod. 14. nu. 10. vt sua lauarent vestimenta
Nissenus. iussit, hoc est, vt mundi, animisque puri ad eum ac- C
23. Cur Deus populo locuturus vestimenta iussit lauari. cederent, vt vult Nissenus hom. 1. in Cantic. *Audi*
Moysen, inquit, *lege cauentem ne ad montem spiritua-*
lem audeamus ascendere, priusquam cordium nostro-
rum lauerimus vestimenta, & conuenientibus cogita-
tionum aspersionibus animum expianerimus: ob hoc
24. Cur oẽ iumenta prope accederent. etiam non sine mysterio additur, *vt omne iumentum*
quod tetigerit montem lapidibus obruatur. Ad deno-
tandum sic puram coram Deo animam, quando
ipsum auditura accedit, existere debere, vt potens
Idem. sit irrationabiles statim opprimere motus si forte
intercedant, quod idem dixit Nissenus vbi supra
25. Cur neque ad suas vxores maxiti. dum ait, *Quando rationis expers mentis conceptio si in*
hoc monte visa fuerit, rigidioribus cogitationibus velut
quibusdam lapidibus occiditur, ob hoc etiam ne ad
ipsas proprias accedant mulieres eis præcipitur, vt
26. Homo ad orationem accedens, totus alter debet esse. quanta debeat puritas inesse ad colloquendũ Deũ
accedenti, appareat ex ipsa liciti vsus prohibitione; D
eũ prope in orationem accessurus, alter debet esse ho-
mo, humana deserens, totus in diuina inuectus,
quod nil sic præstat quàm cordis munditia, corpo-
Tertullianus. risque illibatio, quod notauit Tertullianus lib. de
exhortatione ad Castitatem c. 10. vbi sic ait: *Recogi-*
temus ipsam conscientiam nostram, quam alius alium
se homo sentiat cùm à sua fœmina cessat, si orationem
facit ad Dominum prope est cælo, si scripturæ incumbit,
totus illic est, si psalmum canit, placet sibi, ideo Aposto-
27. Populus cur reprehensus fiduciam in Deo non habens. *lus purificatam orationem commendauit*. Nil melius,
Extrema ergo munditia non solum animæ, sed
corporis ad Deum accessurus populo præcipitur,
quorsum ergo tanta purificatio nisi præter Dei ma-
iestatem ad quam dignum sit accedere, ne timore
correcti fiduciam in ipso non haberent acceden-
tes? vnde merito repræhensi, dum puri irreprehen-
sibilesque existentes, fiducialiter cum Deo agere

A recusabant Exod. 20. num. 18. *Cunctus autem popu-* *Exod. 20. num. 18.*
lus videbat voces, lampades, & sonitum buccinæ,
montemque fumigantem, & perterriti, ac pauore con-
cussi steterunt procul dicentes Moysi, loquere tu nobis,
& audiemus, ne loquatur nobis Deus, ne forte moria-
mur, cur ne fortè moriamur? *quia timor erat*, *August.*
inquit Augustinus serm. 6. de verb. Apost. *amor*
non erat, merito repræhensi, cùm mundi existen-
tes, in nullo eos conscientia repræhendente, fi-
duciam non timorem concipere debebant, vn-
de illis Moyses, *Nolite timere, vt enim probaret vos,*
venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non
peccaretis, quasi diceret, cùm mundi estis cur ti-
metis? quia, vt inquit Apost. *Si cor nostrum non re-*
prahenderit nos, fiduciam habere ad Deum non timorem
debemus.

B Secundum quod in verbis Apostoli notan- 28. Impetratio in oratione filia fiducię.
dum, est impetrationem in oratione filiam es-
se fiduciæ, *Fiduciam habemus, ait, & quidquid petie-*
rimus accipiemus, Impetrationem ergo fiduciæ de- 29. Oratio cum fiducia omnia impetrat etiam quæ supra naturam.
dit, fide, & obtinebis, non hoc, aut illud, sed quid-
quid petieris, etiam si magnum, etiam si admirabi-
lile, etiamsi supra naturam.

Hoc considerauit Sanctus Zeno libr. 2.
serm. 5. de Abraham & Sara, ponderauit
namque supra naturam fuisse partum illum, & *Zeno.*
fidem Abraham, seu fiduciam in Deo dedisse 30. Abrahami fides quod oĩum meruit.
quod natura abstulerat, *Quia vtriusque ætas ad-*
emerat spem, ait, *pignus succidaneum meruerunt,*
sic meruit fides, quod adimerat tempus, extorsit
credulitas, quod natura negauerat, Pulchrè, ex-
torsit credulitas, hoc est fiducia, quasi vi, ac vio-
lentia, contraque præualens naturam, quod fidit
obtinere, rapuit, & extorsit quasi impossibile
C fiat, vt Deo credens, ab ipso non impetret aut do-
num, quod poscit, aut liberationem à malo quod
imminet.

Immittitur in lacum Daniel 6. num. 16. fame- *Daniel 6. num. 16.*
lici præparantur Leones, vt auidius deuorent,
concluduntur horum ora, & illæsus remanet ab il-
lis Daniel; vnde tantum bonum, nisi à fiducia,
quam in Deum non tantum Daniel, quantum
ipse Darius habuit Rex? *Dixitque Rex Danieli,* 31. Darius cur credidit Deum liberaturum Danielem.
Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te. No-
tandum primò vnde Regi in Deo fiducia? & vi-
debimus, quòd in perenni Danielis erga Deum
cultu, ergo in Gentili Dei cultus, licet in altero
prospectus, Dei peperit fiduciam, vt semel atten-
das quàm verum sit, quod supra diximus, fidu-
ciam in Deo bonæ, ac irrepræhensibilis filiam esse
conscientiæ, & secundò, quod notandum, libe-
D ratum esse à Leonibus Danielem, quia Darius, 32.
Deo Danielis fidit. *Danielem statim*, inquit Tertul- Daniel cur à Leonibus liberatus.
lianus aduersus Gnosticos *conclusa, & vsitata feri-*
tas Leonum deuorasset, si Darij digna præsumptio de *Tertull.*
Deo falli potuisset. Pulchrè, rectè qui præsumpsit,
& si Gentilis, falli tamen non potuit; numquid
falletur fidelis, & qui rectè in Deum credit, immo
& mirabilia faciet, & quidquid petierit impetra-
bit, quia valens, præpotens, & fortis fiducia cum
Deo existit.

Dominus tecum fortissimè virorum, ait Angelus *Iudic. 6. n. 12.*
Gedeoni, Iudic. 6. num. 12. cui Gedeon, *Si Domi-*
nus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia?
vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerant Patres nostri,
atque dixerunt de Ægypto eduxit nos Dominus. Nunc
autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu
Madian: quem intuens Angelus post audita verba
sic ei respondit. *Vade in hac fortitudine tua & li-*

A *berabis Israël.* Mirum, vt notet Angelus fortitudinem, vbi summa apparet imbecillitas. *Excutiebat Gedeon atque purgabat triticum*, ait scriptura, *vt fugeret Madian.* Non arma, non gladium nouiter arripuerat, vbi ergo fortitudo? at si benè attendas, eam inuenies, non in armis, non in Gedeonis robore, ac viribus, quæ non extabant, sed in verbis fiduciæ, quam ipse expressit, dum casum, suorumque mala, absentiæ Dei tribuit, non viribus contrariorum; fidens, quòd si Deus esset cum illis, vti antiquitus fuerat cum patribus eorum, eodem hos modo casuros, vt illorum inimici ceciderant, vnde ideo dixit, *si Dominus nobiscum cur apprehenderunt nos hæc omnia?* Quasi diceret, impossibile hoc esset, nam vbi Dominus, ibi summa fœlicitas, omniumque malorum penitus elongatio, at quia nos dereliquit, ideo traditi sumus; ergo Deo fidit, Deoque

33. Fortitudo Gedeonis in quo steti.

B firmiter credidit, quòd si adesset, certissimè liberaret populum, nullumque prorsus dubium in facto posuit; vnde & meruit audire, *vade in hac fortitudine*, id est in hac fide, in hac fiducia, *& liberabis Israël. Memor erat Gedeon*, inquit Theodoretus q. 12. *mirabilium Dei, firmamque de Deo habebat opinionem, & meminit audire ab Angelo, proficiscere in robore fidei huius, & vinces.* Robur ergo Gedeonis fides fuit, fiducia in Deum hac fortissimus virorum euasit, hac inuictus, fortissimus cum Deo, apud homines strenuus, & de Deo semel fidens quidquid postea petijt obtinuit, quia in robore fidei proficiscens, victor omnium semper extitit, immo vt illico ab ipsomet exaudiretur demeruit, qui, vt ibi dicitur, & aduentum eius præstolatus est, & ignem excussit, & sacrificium accepit, & securum de vita eum omnino reddidit. Omnia verè in Deum fidu-

Theodoret.

C ciæ bona, quæ certissimè accipient, qui in oratione ad eum accedentes, non tentantes eum, vt inquit noster Sapiens, sed in eum fidentes accedunt, vnde ob hoc, & eum inuenient, *inuenitur autem.*

Num. 3. *Peruersæ autem cogitationes separant à Deo, probata autem virtus corripit insipientes.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

D SEquitur Sapiens inuehere contra diffidentes, qui ad Deum accedunt animo tentandi illum, & sic peruerso, doloso, tortuoso: quapropter inquit qui talibus cogitationibus ad Deum accedunt, per ipsas à Deo separabuntur: quapropter sensus erit, cogitationes diffidentium de Deo, & ad illum accedentium fictè, ac dolosè, peruersę sunt, & ideo tales, à Deo, animæ vita, separant, diuellunt, scindunt.

1. Politici discursus separant à Deo.

Peruersæ cogitationes, &c. id est discursus tortuosi, perplexi, obliqui, versuti, quales sunt omnium malorum politicorum, hi certè animam separant à Deo & ab illo tollunt subiectionem corporis, quam ei debet, vt Bern. asserit ser. ad milites templi c. 11. quia iusto fit iudicio, vt dum ipsi Deo non subduntur, vera animæ vita, nec corpus animæ subdatur eius vita, vnde miseri in reprobum incidunt

Bernardus.

2. Rebellio carnis ab anima vnde.

sensum, & sicut subiectionem sui perdunt corporis, sic etiam amittunt (Deo sic ordinante) & subditorum dominatum, ac principatum, quia solus Deus est, *qui subdit populum meum sub me*, vt inquit Dauid Ps. 143. n. 2. at isti cùm eius sint inimici, quamuis exterius sancta, fictaque fulgeant iustitia, sicut ab ipso rebelles fiunt, sic vt populi ab ipsis iusto suo permittit iudicio.

3. Subditi cur rebellantur à principibus.

Ps. 143. n. 2.

Virtus, &c. Hîc virtus accipitur pro potentia Dei. Vnde rectè Castro sic explicat, quasi sensus sit, Dei potentia corripit, vel arguit insipientes, sic etiam Bonauentura, & Glossa: quæ sententia melior, quàm illa quæ pro virtute, accipit moralem, vt vitio oppositam, quia si pro morali accipiatur, non potest sanè percipi, quomodo cum superioribus sensus cohæreat, sed si pro Dei potentia, optimè, nam cùm contra diffidentes sermonem habeat Sapiens, & dicat eorum cogitationes esse peruersas, & à Deo separari, nunc statim adijcit talis supplicium separationis, quæ est corruptio eorum, vnde sensus erit, Dei potentia ab insipientibus probata, & tentata, ipsos corripit, non solum non præstando, quod malitiosè petunt, sed eos castigando: sicut populo accidit Israelitico, dubio an posset illi Dominus parare mensam Psal. 77. num. 19. *Audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel, adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei, &c.* Vnde diffidentes Deus non solum non exaudit, sed punit.

Castro.
Bonau.
Glossa.

4. Virtus hîc pro quo accipitur.

5. Diffidentes non solum non exaudiuntur, sed puniuntur.

Psal. 77. n. 19.

Cantacuzenus, explicat de curiosis de Deo quæstionibus, quæ dum inquiruntur, potios à Deo deuiant, nam à Dei potentia, & virtute læditur mentis acies, vnde obturatur, iuxta illud Pro. 25. n. 25. *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria*, qui sensus summopere mihi arridet, ex eo enim infinitæ propemodum taxantur quæstiones inutiles, superuacaneæ, & nimis curiosæ, quæ hodiernis temporibus non sine dolore, & sensu ipsorum summorum magistrorum, in nostram irrepserunt Theologiam, ad quas enodandas, dum tempus teritur, necessarijs, & scitu dignissimis adimitur, quòd si in multis hoc patet, præcipuè in iis, quæ sunt de Dei potentia libet hoc admirari, ita vt non sit pagina, nec quæstio vbi non sit articulus, an Deus per potentiam absolutam illud facere possit, omitto illas, quid scilicet futurum, aut quid facturus Deus, in hoc vel illo casu, vbi fuerit Deus antè mundi constitutionem, & an extra cælum esse possit, quis terminus possibilis vnionis hypostaticæ, & similes propemodum infinitæ, sed tantum adnoto illas, quæ de Dei potentia comminiscuntur, in quibus multoties asseritur impossibile Deo, quia repugnat, repugnantiam intellectu suo quis iudicans: angelico oraculo se præferens, dum apertis verbis pronuntiauit, *impossibile non esse Deo omne verbum*, nec experientia ipsa edocentur, quam si semel attendere vellent, inuenirent multa à multis, vt repugnantia iudicata, quæ tractu temporis non repugnantia apparuerunt, apparente modo antea incognito, & rationi humanæ penitus occluso. Zonam torridam inhabitabilem propemodum infiniti asseruerunt, & tamen nulla regio ita habitata, nescierunt, nec in mentem eis euenire potuit aer ille frigidus, continuè currens, calorem temperans, etsi veniret, dicerent, vt modo de infinitis quæstionibus, quod esset miraculum, miracula nō danda, impossibile vt semper curreret quasi defatigaretur Deus.

Cantacuzenus.

6. Quęstiones curiosę obscurant intellectum.

Prou. 25. n. 25.

7. Quantum sint perniciosæ & fugiendæ.

8. Quęstiones de Dei potentia multæ inutiles, & simul aliæ, quæ in Theologia irrepserunt.

Quod

Math 19. 24.

Quod vt exemplo, immo diuina patent authoritate, attendere libet illud Math. 19. num. 24. quòd

9. Per Camelum quid intelligitur.

Dominus dixit, nempe, *Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum*. Origen. enim, Hilarius, Chrysostomus, Hieronymus, & alij, per Camelum, animal intellexerunt; hoc cùm audissent Apostoli; statim vt impossibilem iudicarunt diuitis salutem, vnde & dixerunt, *quis ergo poterit saluus esse?* quorum misertus Dominus eos aspiciens dixit, *apud homines hoc impossibile est, sed non apud Deum*. Veniat nunc humana ratio, & dicat, quomodo sit possibile: ponatur illud non dixisse Christum, quid diceret, nonne pronuntiaret illicò quòd daretur penetratio propriarũ partium, quod impossibile, quod repugnaret, & tandem quòd non posset fieri à Deo, immo ob hoc, vt bene adnotat Maldonatus, aliqui absurditatem huius considerantes sententiæ, quia impossibilitatem etiam respectu Dei, si per Camelum animal intelligeretur, agnoscebant, intelexerunt nauticum funem, quem per camelum intelligentes, possibilem dixerunt transire per foramen acus, si in fila reduceretur, non inuenientes quomodo absque repugnãtia illud asseri posset: cũ verè facillimum illud sit non hominibus, sed Deo, & facilius ipsi Deo, quàm diuitem intrare in regnũ cœlorum: nam eodem verbo quo dixit Dominus, *hoc est corpus meum*, & fuit corpus, & in quolibet indiuisibili hostiæ est totum corpus, eodem prorsus verbo, eademque facilitate, scilicet, vt transeat Camelus animal, per foramen acus, transiret, quod non sic faciliter Deo erit nostro modo intelligedi, vt diues intret in cœlorũ regnum: nam ex duobus quæ habet quantitas Cameli, partes scilicet extra partes, & ordinem ad locum & situm, potest Deus tollere vnum absque voluntate cameli, nullam vim ei inferendo; at ex duobus quæ habet diues, necessarium scilicet, & superfluum, cùm simul cum voluntate eius, vt opus sit meritorium, auferre ei debeat superfluum, difficilius illi est hoc, quàm vt Camelus intret per foramen acus, cùm vnum pendeat ex sola ipsius voluntate, alterum, ordinariè loquendo, simul cum voluntate diuitis: *Fallitur certè humana ratio & si multum decipit*, vt inquit Origen. hom. 17. in Ps. 115. *si sua cogitatione ac æstimatione Dei vult metiri arcana, infinitamque potentiam*. Nam mare illud magnum & infinitum tum maiestatis, tum diuinæ omnipotentiæ, impossibile est vt capi possit à nostri conchula intellectus. *Nisi quis mentem*, ait Origen. *intellectumque suum modesta humilitate subsrauerit, adeo vt ad Apostoli imitationem secundùm carnem ne arbitror apprehẽdisse, sed superflue ad apprehendendam Dei substantiam mentem subscollit, & propria cogitationi tribuit arcana, nullis creaturæ viribus attingibilia, & quod in tantum esse Deum existimat, quantum ipse sua scum rationatione assequi potuit, sensumque suum prorsus vniuersorum mensuram constituit, is nequiquam recta reputat, quanto sit proclivius mare vniuersum exiguæ manus cauo admetiri, quàm vt mens humana inenarrabilem illam Dei maiestatem queat vlla circumspectione complecti*; optimè, & nil aptius dici potuit.

Maldonatus.

10. Quomodo Deo facilius est, vt Camelus animal intret per foramẽ acus quam diues in cœlorum regnum.

Origen, hom. 17.

11. Ratio humana quàm imbecillis ad diuina apprehendenda.

Idem.

12. Cõtra theologiæ dignitatem agitur alias

Immo vt semel cum ipsomet Origen. hom. 15. ex variis, quæ est de fide, concludamus, talia remisisci, tractare ac discutere, non solum non est Theologiam augere, ac pro eius dignitate stare, quinimmo ab hoc eius dignitas summopere periclitatur, nam dum de ineffabilibus loqui præsumimus, & impossibile sit vt attingantur, aptèque de illis loquamur, contra Theologicam euenit dignitatem vt de illis loquatur, tum quia illud præsumpsimus, tum etiam quia postquàm locuti fuerimus, nil magnum, nil certum diximus, quod audax facinus meritò appellatur ab Origen. *Cum quæ sunt Dei*, inquit, *sermone prosequi & enarrare audax facinus fuerit, hoc infra materiam tam arduam, nostra sit longe cogitatio; rursus quæ de Deo cogitata, seu cognita, nec sermo vllus satis apertè explicari possit. Si ergo mens nostra, diuinarum rerum consideratione, ac notitia multo reperiatur inferior, & oratio infra mentem ipsam, & cognitionem maximè existat, quomodo non erit necessarium silere, ne Theologia dignitas, verborum penuria, ac tenuitate periclitare videatur?* Meritò ergo Cantacuzenus, vti diximus, has, similesque quæstiones reprehendit.

quæ tractare quæstiones.

A

B Non contemnenda etiam illa expositio quæ per insipientes intelligens iudices fatuos, & iniquos, asserit tunc fatuos se hos inspecturos quando à superiori virtute interrogentur de iustitia, & redarguentur tunc de illa, ac corripientur; quod fiet quando summus ille iudex iustitias iudicabit Ps. 74. n. 3. Vatab. vertit, *Potentia, dum tentatur arguit insipientes*. Quæ versio amplius confirmat illud quod nos asserimus, nempe hic virtutem sumi pro Dei potentia.

13. Insipientes dicuntur iudices mali.

Ps. 74. n. 3.

HOMILIA VI.

C *Diffidentia de Dei Prouidentia, maximorum origo suppliciorum.*

Peruersa cogitationes, &c. inquit nŏster Sapiens, id est diffidentes de Deo, eiusque prouidentiam negantes, separãt ab illo animam. Gentilium enim, Epicureorumque opinio fuit, Deum de mundo hoc inferiori curam non habere, atque vt Aristot. dixit, teste Ambrosio lib. 1. Offic. cap. 13. tom. 4. *Vsque ad lunam eius descendere prouidentiam*. Sed vt ipsemet Sanctus ait. *Si hoc esset, inclementissimus esset Deus, nam quis operator*, inquit, *negligit operis sui curam? quis deserit ac destituit quod ipse condendum putauit? non curare ergo quod feceris summæ inclementiæ est*. Si ergo Deus, quod semel condidit, non curaret, ac desereret, profectò inclementissimus esset, quod impossibile, immo si infinitam in se non includeret prouidentiam, non esset Deus, nam cùm prouidentia, secundùm Philosophos, & Theologos, *recta sit & fortis, certa & infallibilis ordinatio mediorum ad finem consequendũ*, vnde prouidentia, circa media ad finem versatur, si Deus non esset potens ad præstanda hominibus media, nec sciret quæ essent illa efficacitatem habentia ad consequẽdum illum, quem vult finem, vt homines consequantur, impotens ex vna parte esset, ignorans ex altera: si ergo impotens & ignorans, summè esset imperfectus, ergo non esset Deus, in quo infinitæ includi debent perfectiones. Prouidentiam ergo secundùm rectam, veramque, atque Catholicam fidem, Deo adscribere debemus, quod qui non faciunt

1. Opinio Epicureorũ.

Arist. Ambros.

2. Dei prouidentia astruitur.

D

3. Prouidentia quid.

4. Quià Deo prouidentiam tollit, aufert ei deitatem.

C

perinde est, ac si ipsam deitatem ab eo auferrent; quo quid stultius?

Hoc si intimè perpenderent homines, nunquam de Deo diffiderent, nam quid aliud est Dei diffidētia, nisi negatio suæ infinitæ prouidentiæ, quasi aut nesciat, aut non valeat media adhibere apta, fortiaque ad aliquid consequendum, vnde diffisi de Deo ad humana media recurrentes, dum plus in his fidunt,

5\. Deus tantū contra sui diffidentes irascitur, vt & si leuiter delinquant grauissimè puniat.

Deum inhonorant, ob quam causam maxima Deus hominibus flagella immittit, quia diffidentes de illo non illi honorem debitamque dederunt sanctificationem, immo tantum Deo displicet diffidentiam de illo concipere, vt non solum acriter puniat quando peccatum est graue, sed etiam quando venialis imperfectio, ita, vt ad iram Dei prouocandam sufficiat, vt tantum homo remissum habeat culpabiliter animum, & in Dei

6\. Peccatum leue, contra diuinam admissum prouidentiam grauissime punitur.

prouidentia non feruentem; vt ipse summè irascatur, & puniat, vt semel videant quantum peccent qui Deo non fidentes, & omnia humano prouidere curantes consilio diffidunt, quando amplius in Deo fidere debuerant. Moysi enim, & Aaron aditum ad promissionis terram interdixit, quia culpabiliter feruorem tantū confidentiæ in Deo remiserunt,

7\. Moyses & Aaron prohibiti in promissionis terram intrare, quia remissè Dei crediderunt prouidētię. *Num. 20. num. 12.*

ex quo secutum, vt non tribuerent honorem, quem tribuere Deo coram multitudine debebant, quod sic grauissimè tulit ipse Dominus, vt illis dixerit, *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis*, Num. 20. num. 12. Nam, vt benè adnotat quidam hîc, hæc Moysis & Aaronis diffidentia, non fuit culpæ lætalis, sed tātum venialis, quatenus non de Dei potentia, sed de eius diffisi sunt voluntate, quasi non daturus aquas, quia non posset, sed quia nollet, populo illi incredulo, & infideli, vnde remittentes confidentiæ feruorem, plus extimuerunt populi peccatum, quàm de Dei præsumpserunt bonitate, vnde dixit illis Dominus, *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me*, quid enim aliud est, *vt sanctificaretis me*, nisi, vt ostenderetis plus me esse bonum, quàm populum iniquum, & plus me esse sanctum, quàm populum peccatorem, & plus posse me dimittere, quàm populum committere, vnde quia hoc non credidistis, & dubitastis, atque diffisi estis, nō introducetis: quę sententia, sic firma, sic extitit immutabilis, vt meritò Basilius in proœm. libri Ethicorum hoc est de

Basil.

8\. Dei iustitia quam terribilis.

moribus tom. 2. Dei ex illa seueritatem eluens, totus contremiscit, & horret, *Quoties igitur*, ait, *animo mecum Moysen ipsum intueor Dei ministrum, magnum illum virum, cui talis à Deo, ac tantus fuerit honor delatus, magnificaque à Deo summæ virtutis data testimonia, vt audire promeruerit illud nouiter præter cæteros, & inuenisti gratiam coram me, hunc ipsum quoties considero ad aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, nisi quod tantummodo dixerat populo, propter aquæ penuriam murmuranti; num de petra hac aquam vobis poterimus ejicere? hac sola de causa confestim ei fuisse denunciatum non ingressurū illum in terram promissionis, quæ omnium, quæ Iudæis promissa fuerant, erant tunc caput, quoties igitur errantem hunc video & nihil exorantem, quotiesque reputo mecum nihil ei prodesse potuisse præclara adeo, multaque quæ fecerat, vt veniam tam breui verbo impetraret, verè vt est apud*

9\. Quanta dignus pœna qui grauiter contra Dei delinquit prouidentiam.

Apostolum, rigidam Dei seueritatem video vereque illud dictum esse persuadeo mihi, si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Quod cùm sit, liceat nunc sic argumentari, si tanta ob remissionem feruoris confidentiæ pœna digni fuerunt fratres, tamque terribiliter in ipsum Moysem animaduerterit Deus, quanta erit dignus, qui non feruorem, sed ipsam in Dei prouidentia amittit confidentiam, & qui in ea non venialiter, sed mortaliter peccat, ob hoc Saul non sicut Moyses, Aaronque

10\. Saul cur occisus.

frater eius punitus, sed miserabiliter occisus, quia spem in Domino non posuit, quia de Deo diffisus, in Dæmonibus potius confidere voluit quàm in Deo, *Mortuus est ergo Saul*, inquit scriptura, *propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.* 1. Par. c. 10. n. 14.

1. Paral. c. 10. 14.

Vbi notanda est differētia verborum scripturę, nam loquens de iniquitatibus Saulis, inquit, *quod propter iniquitates suas mortuus est*: quando autem loquitur de diffidentia, non dixit, mortuus est, sed

11\. De Dei prouidētia diffidentes mortē merentur violentam.

Dominus interficit eum Ad notandum, quòd propter cæteras iniquitates tantum ordinaria mors, licet præmatura, Sauli debebatur, at propter Dei diffidentiam, non solum præmatura, sed violenta, & non ab aliorum, sed à Domini manibus, cùm à Domini manibus dici possit occisus, dum ipsemet sibi mortem oppetiit, qua propter in Domino non sperans, sed potius in Dæmone, merito caput, & arma eius in trophæum ipsius transierunt in quē sperauit, vt facit textus sequens ait, *Cumque spoliassent eum, & amputassent caput armisque nudassent, miserūt in terram suam, vt circumferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis, arma autem eius consecrauerunt in fano Dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon*, vt omnibus semel notum esset, quantum Deo eius displiceat diffidentia, & quàm supra cæteras iniquitates eam æstimet, & abhorreat.

12\. Saulis arma & caput dæmoniō consecratum quia de Deo diffidit.

13\. Media humana cur Deus infringat.

Quod adeò verum est, vt ob hanc tantummodo causam media, quibus innitimur & in quibus confidimus, confringere, ad nihilumque redigere soleat, vt inde edocti, in illum spem erigamus, & de illo non diffidamus, sic enim ad vanam tollendam spem filiorum Israel, qui de Deo diffidentes, cōtra Chaldæorum Regem in Ægypti Æthiopiæque auxilio confidebant, mandauit Dominus nudum incedere Isaiam Prophetam cap. 10. num. 2. *Is. 10. n. 2.*
ad denotandum miseriam, captiuitatemque Hebræorum quam per Chaldæorum regem subituri erant in nullo eis Ægypto, Æthiopiaque auxiliante, cùm hos prius omnes Chaldęus attriuerat, vt ipsi filij Israel viderent, in quibus spem collocabant, & de quo diffidebāt, *Ecce hæc erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Assyriorum, & quomodo effugere poterimus nos*, dixerunt isti, quando viderunt confractū, concisūque baculū, in quo ipsi fidebant, hinc omnes in manus Iosue traditurus Deus Reges, qui contra eū simul insurrexerāt, ei præcipit vt homines occidat, equos autem subneruet c. 11. n. 6. *Dixitque Dominus ad Iosue, ne timeas eos: cras enim hac eadē hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel; equos eorum subneruabis, & currus igne combures*, quod præcipuè executioni mandatum facit aduotat textus, vnde ait, *fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusque combussit igni.* Cur quæso subneruantur equi, currusque comburuntur, nonne melius, vt ad reliqua seruarentur bella, reliquasque validas subiugandas gentes, regesque, qui adhuc supererant, immo ob hoc eneruati, ne in illis fiderent Israëlitæ & non in Deo, ac in equitibus, & in curribus, non secus ac gētiles spem

Is. c. 11. 6.

14\. Cur Deus Iosuę mandauit equos subneruare & currus igni tradere.

Theodoret. reponerent; *vult*, inquit Theodoretus in Deu. q. 18. A super illud cap. 17. n. 16. vbi Regibus multiplicatio equorum interdicitur, *eos soli Deo fidere, quapropter beatus Dauid inclamat, fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis sua non saluabitur.* Immo

15.
Media humana sæpe ruinam causant illius, à quo alia muotur, & cur.

sic Deo displicet, quòd homines non totam spem in ipsum reponant suam, vt solet ijsdem humanis medijs in quibus homines fidunt contra ipsos pugnare, eosque debellare. Sic sanè accidit Achab, qui dum aduersum se duos conspexit insurgere Reges, Syrium videlicet, & Israeliticum, dum ad Deum suum confugere, & ab illo auxilium salutemque sperare debebat, & in illo confidere, miser ad Assyrium confugit, & in illo spem reposuit suam, vnde Assyrius postea extitit qui captiuum duxit populum, qui Hierusalem desolatam reddidit, quod

Isa. c. 7. n. 16.

16.
Achab punitus quia non in Deo, sed in Rege fidit Assyriorum.

diu antè per Isai. minatum fuerat, ca. 7. n. 16. *in die illo radet Dominus in nouacula conducta*, id est in copiis Assyriorum, qui mercede conducti fuerunt ab B Achab, *in ijs, qui trans flumen sunt, in Rege Assyriorũ, caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* Atrox enim supplicium de Deo non confidentium, sed in medijs humanis rasuram nempè capitis, barbæ, pedumque, hoc est expoliationis omnium substantiarum, & honorum, vnde & factum est vt ipsi qui eos custodire debebant, eorum fuissent expoliatores, occisoresque.

17.
Vesania eorũ qui Deo derelicto spem in hominibus reponunt.

Sæpe equidem hoc hominibus euenit, qui de Deo diffidentes in baculis arundineis spem collocant suam, quod satis admiratur Augustinus super illud Ps. *Nolite confidere in Principibus*, vbi sic ait, *Modo enim nescio, qua infirmitate humana, anima quando fuerit tribulata hic, desperat de Domino, & vult præsumere de homine, dicatur homini in afflictione aliqua constituto, est quidam homo magnus, per quem possis liberari, arridet, gaudet, erigitur: quòd si dicatur, liberet te Deus, quasi desperatione frigescit*, nil melius, verè C

18.
Diffidentia de Deo & confidentia in homine est infirmitas insaniæ.

equidem diffidentia de Deo, & in homine confidentia, infirmitas est, immo insania, quæ effingit hominem præpotentem, ab eoque sperãdum, cùm sic ipse infirmus existat, ac sic tribuletur, vt qui opẽ, auxiliumque præstolatur: quis enim lapsus à lapso, quis infirmus ab infirmiore, quis debilis à debiliore, quis impotens ab impotentiore petit auxilium? nisi insaniat. *Promittitur*, inquit August. *tibi quòd liberet te tecum liberandus, & tamquam aliquo magno auxilio exultas, promittitur ille liberator qui liberatore non indiget, & quasi ad fabellam desperas.* Nonne hæc infirmitas insaniæ? dum rectum iudicium nõ habet à vero auxiliatore, validioreque auxilium non attendit, sed ab homine qui infirmissimus, vnde non mirum si Deus tales corripiat diffidentes, D & castiget, insipientesque eos diiudicans, virtusque eius in illos insurgat, eorumque peruersas, diffidẽtes, & infideles, de Dei prouidentia cogitationes

Ambros.
Chrysosto.
Augustin.
Saluianus.
Nissenus.
S. Thomas.

dissipans, vnde merito Sapiens inquit, *peruersa autẽ.* De prouidentia Dei vide Ambros. lib. 1. Officior. cap. 13. Chrysostomum hom. 9. ad popul. Antioch. & in libros de prouidentia, quos composuit, Augustinum 5. de ciuit. ca. 9. & 10. & de lib. arbitr. per totum. Saluianum in 8. lib. quod de prouid. composuit, Nissenum lib. 8. Philosoph. S. Tho. 3. cont. gent. à cap. 71. vsque ad 75.

Num. 4. *Quoniam in maleuolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

Connexio capitis.

Reddit Sapiens prędictorum rationem, quare ficti illi homines, ac vafri non possidebunt sapientiam, quoniam scilicet, maleuolam possident animã, & corpus peccatis obnoxiũ, quod præcipuè de peccatis habitualibus intelligitur, & maximè de B carnalibus, quæ mentem omnino obcæcant.

Castro.
Hieronym.

1.
Anima peruersa maleuolaque quæ.

In maleuolam animam, &c. Id est malorum artificem, inuentricem, seu fabricatricem, sic Castro. Hieronym. legit *peruersam*, quasi quæ habeat cogitationes peruersas, tortas, implicatas, in hanc enim nec pedem afferet sapientia suum, quæ simplicibus delectatur, & cum simplicibus est eius sermocinatio.

2.
Hæretici pessimam possident animam ac malignam.

Cyrillus.

3.
Eorum malignitas in quo potissimum stet.

Hieronym.
Basilius.

Aliqui hunc applicant sensum Hæreticis, & sophistis, qui suam sapientiam vafram, & versipellem Dei sapientiæ præponunt: hi certè maleuolam habent animam, ac astutam, & tortuosam imaginationem, & ideo non solum cum eis sapientia non habitabit diuina, sed nec intrabit eorum domum, tam longè ab eis abest: vnde Cyrill. lib. 7. in Ioan. cap. 4. ait, *Quod nil malignum excogitari potest hæreticorum facto, dum à veritate diuinum auditum* C *suum auertentes, illi proponunt fabulas cogitationum suarum.* Vide Hieronyan. lib. 4. in Hierem. ca. 18. & Basil. epist. 41.

4.
Iudices qui maleuolam possident animam, qui sint.

Alij hanc sententiam applicant, & merito, iudicibus vafris & calumniatoribus, qui suum implicant officium, captiosis, & sophisticis argumentis trahentes, verumque legis detorquentes sensum ad sua commoda, & desideria. Hi maleuolam possidẽt animam, & corpus habent peccatis subditum, & obnoxium: vnde non mirum si ab eis longè absit Deus, & sæpè sæpius eius gratia destituti, in reprobum tradantur sensum.

Lorinus.

5.
Politici merè corporales homines.

In corpore, &c. Corpus totum hominem significat, sed vt animalis est, secundùm carnem viuens; sic Lorinus, nec sapiens quæ Dei sunt sed quæ mũdi, & mundana tantum sapientia ipsa sola se gubernans, omnino deserens diuioam; sic omnes merè D Politici, qui terrena tantum sapiẽtes, omnia sensu suo moderantur, quorum sapientia quàm insulsa, & quàm amara sit vide diuum Iacobum c. 3. n. 14. & sicut in istis non intrat sapientia, sic etiã nec in illis qui peccatis carnalibus obnoxiũ habẽt corp⁹. Hoc etiã ipsi gentiles animaduerterunt, ob hoc finxerũt Venerem numquam ferire potuisse Musas, aut Mineruam. Laertius in vita Platonis, & Cicero, vt refert Plutarchus, apertè fatebatur non posse se Philosophari, & vxori operam dare.

Iacob. 3. n. 4.

6.
Peccata carnis diuinã excludunt sapientiam.

Laertius.
Cicer.
Plutarch.

7.
quis dicitur peccatis subditus.

Ioan. 8 num. 3. 5.
Lorinus.

Subdito, &c. Id est obnoxio, ac veluti ære alieno obstricto, & sub peccato venundato, *nam qui peccat seruus est peccati.* Ioan. 8. num. 3. 5. propriè intelligitur de his qui peccatis assuefiunt, in ipsis degunt, & viuunt; optimè adnotat Lorinus, quod per (subdito) cui⁹ synonyma sunt obnoxium, deuinctum, obstrictum, propensum, potest denotari procliuitas ad peccatum ex habitibus malis

comparata, vel ex fomite culpabiliter non mortificato, nam qui sic procliues sunt, bibunt certè iniquitatem: nulla in eis est resistentia, nulla contra appetitum vis, & non solum habent corpus peccatis subditum, sed dici possunt quoddammodo peccatum ipsum. Fomes peccati, quatenus ad peccatum inclinat, *Peccatum*, vocauit Apostolus ad Rom. 7. n. 14. Sic quodammodo peccatum dici possunt, qui semper operantur quod fomes persuadet, cùm ergo quasi totum quod sunt peccatum sint, vnde, aut quomodo in eis intrabit sapientia diuina? verbum scilicet Dei, aut si mauis secundùm Olkot lect. 4. *Collectio virtutum moralium, & intellectualium.*

8. Homines propensi ad peccatum dici possunt ipsum peccatum.

Ad Rom. 7. num. 14.

Olkot.

Peccatee, &c. Multi pro peccatis omnium peccatorum genera intelligunt, alij peccata carnalia, vt proprijssimè sapientiæ contraria, & infesta: Alij peccata versutorum, & fallacium hominum, qui sensus magis ad litteram, vt versus sequens indicat: sensus ergo erit, quòd in animam malorum artificem, & inuentricem, non intrabit sapientia, nec habitabit in homine peccatis seu carnalibus, seu vafris habitualiter venundato.

Lorinus. *S. Thom.*

Vltimo optimè infert Lorinus doctrinam & argumentum S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 4. quo ex hoc loco probat Virginem Sanctissimam absque peccato veniali actuali fuisse, ob peculiarem inhabitationem sapientiæ in ipsa, non solum in anima, sed in corpore; posse etiam extendi ad peccatum originale, cùm ex doctrina Augustini de natura & gratia cap. 36. & contra Iulian. cap. 9. qui contrahit non est immunis à venialibus: ergo sicut nullum peccatum veniale actuale commisit illa sanctissima, & immaculata, sic nec originale contraxit, cùm secundùm Augustinum si contraxisset, à venialibus non fuisset immunis: sed de hoc infra.

August.

9. Virgo S. immunis ab originali.

HOMILIA VII.

Perseuerantia in peccato quantùm animæ nociua.

IN *maleuolam animam*, inquit Sapiens, *non introibit sapientia, nec in corpore peccatis subdito*, hoc est obnoxio, assuefacto ac perseueranti in statu manente peccati, res Deo odiosa, nam vt inquit Augustinus, *non tantum Deo displicet peccatum, quantum perseuerantia in illo*; Sicuti res, quæ non solum illum cogit, sed & Angelos eius, ad totaliter animam deserendam, vt pote de remedio, & salute desperantes, & ne in eorum manibus depereat, eam deserentes, quod acutè adnotauit Origenes hom. a. in Hierem. super illa verba: *Curauimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam. Caue, ô homo*, inquit, *ne tibi accidat quod illis, qui à medicis desperantur, viuentes voluntate morbi sui vt ad peiora demergantur, accedit aliquis eorum ad languentem quantum ars patitur, & industria, medicamina non cessant, sed si ægritudo tanta sit, vt repugnet curationi, vel ipse inualidus per impatientiam curationis contra faciat quàm iubetur, relinquit medicus, desperat de illo, & recedit ne inter manus suas spirans, causam interitus eius ad se retorqueat: sic & nos, ne in Sanctorum Angelorum manibus qui ad nos curandos, à Deo destinati sunt, moriamur, derelinquũt nos, desperantes animas nostras, & aiunt, non est malagma imponere, neque oleum, neque ligaturas, quia appropinquauit in cælum iudicium eius, & eleuatum est vsque ad Astra.* Nota derelictionis causam, quia scilicet appropinquauit in cælum iudicium eius, quod est dicere, quia non vnum tantum habet peccatum, sed multa, non paris ponderis, sed magni, non semel peccauit, sed in statu est peccati: ob hoc derelinquamus eam; *qui paruum habet peccatum*, inquit idem, *non vsque ad cælum, & sydera iudicium eius esse, pusillum enim & humile est: qui verò crescit in scelere, crescit & iudicio, simulque cum vitijs augetur & pœna, & in tantum delinquit, vt iudicium eius vsque ad cælestia sublemetur*, clamans apud Deum, vt descendat, & perdat, iuxta illud Gen. 18. num. 20. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis*: in multiplicatione agnosce grauitatem, & non quamlibet, sed nimiam, *aggrauatum est nimis*, si semel peccassent, si non continuè, & perseueranter graue fuisset, sed nõ nimis, at quia perseueranter multiplicarunt peccatum, ita nimis aggrauatum est, vt ad cælum vsque perueniens eorum clamor, exinde decem vocauit, *vt descenderet, & videret*, consumaret, & perderet, quia, vt inquit Origenes, *desperato erat cura.*

August.

1. Perseuerantia in peccato amplius Deo displicet, quàm ipsum peccatum.

2. Ob eam Deus, & Angeli animã deserunt.

Origen.

3. Peccata quę ad cælum subeunt quæ.

Idem.

Gen. 18. n. 20.

4. Quę etiam sint ad Deũ clamantia.

Origenes.

Cuius tanti fons mali, & origo, perseuerantia in peccato est, nam ab hac, vt asserit August. ser. 88. de tempore, prouenit cordis obstinatio siue obduratio, *cùm semel & secundò*, inquit, *& tertiò vnusquisque grauia peccata commiserit, expectat tamen illum Deus vt conuertatur, & viuat, cùm verò in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur obduratio*, qua posita, ita dicitur Deum eos derelinquere, vt moraliter dicantur esse in statu, in quo non possint saluari: tum quia auxilia efficacia nõ adsunt, tum etiam quia ad eum statum miserum, miserabilemque deuenerunt, vt sicuti, inquit Suarius in 3. partem t. 4. disp. 8. sect. 2. assert. 3. cùm ordinaria prouidentia illis sit difficillimum conuerti, vnde & moraliter impossibiles facti ad salutem, infallibiliter condemnabuntur, cuius tam horrendi casus causa, perseuerantia in peccato fuit, & habitus in illo, nam cùm iste sit qualitas, secundùm Philosophos, difficile mobilis, fit vt semel in anima positus, difficiliter inspirationibus assentiamur diuinis, obturatas habentes cordis aures, ita, vt non solum in melius non proficiamus, quinimmo amplius ex illis obsurdescamus, quia vt inquit August. vbi supra, *Obduratio non Dei potentia compellente perficitur, sed Dei remissione, vel indulgentia generatur, & sic Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patientia credenda est obdurasse*: quod dixit Paulus ad Rom. 2. n. 4. dũ ait, *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis, contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*: Cui dum obsurdescimus, & aures non præstamus in peccatis manentes, incidimus in iudicium, qui misericordiam respuimus, & secundùm duritiam, & impœnitens cor, non tantum in Dei iram, sed in thesauris iræ incidimus, vnde persequitur Apost. *Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurisas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quem locum expendens Bernardus serm. de triplic. miserie. ait, *Thesaurizas tibi iram, pro prorogatis thesauris misericordiæ, quos contemnis, & euacuas in te misericordiam Dei.* Vbi thesauros misericordiæ prorogatos appel-

5. Perseuerantia in peccato origo omnium malorum.

August.

6 Obstinatio peccatoris à perseuerantia in peccato.

7. Quia moraliter hic sũt in statu dãnationis.

Suarez.

8. Habitus peccandi in quali reponit homiõe misero statu.

August.

Idem.

9. Obduratio cordis vnde prouenit ex parte Dei.

Ad Rom. 24.

10. Peccator quando nõ in iram sed in iræ thesauros incidit.

Bernard.

11. Thesauri misericordiæ Dei qui sint.

lauit Bernardus tēpus misericordiæ peccatori prorogatum, quem dum statim Deus non punit omni supplicio dignum, momenta vitæ concessa, redamante eius iustitia, thesauri sunt misericordiæ profusi;

12\. Momenta temporis quibus peccator se nō pœnitet, in Dei iræ thesauris reponuntur.

quos dum contemnit obstinatus, & à se abijcit, congregat miser in damnum suum & alios iræ thesauros, abutendo Dei misericordia, & tempus miserationis eius respuendo, nam omnia temporis momenta, quæ præterlabi sinit, & non se pœnitutt, reposuit in Dei ira, & pro prorogatis momentis misericordiæ, thesaurizauit sibi iram, vt inquit Apostol. qui apprimè borum callens peccatorum miseriam, dignos eos omni fletu existimat, *timee*, inquit ad Corint. 2. cap. 12. num. 21.

Ad Cor. 2. 12. 21.

ne fortè iterum cùm venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt: Vbi humilitatem suam dixit impœnitentiam suorum:

13\. Humilitas Pauli erat impœnitētia suorum.

B nam verum est quod quidam dicit, non sic prædicatorem exultare in suorum profectu, quantum deijcitur in eorum defectu, suos proficientes, gaudium, & coronam appellans Apost. ad Philip. 4. num. 1. quando istos deficientes humilitatem suam: hoc est, vt inquit Chrysostomus, *depressionē, & afflictionem suam*:

Ad Phil. 4. nu. 1.

Chrysosto.

14\. In peccato perseuerare impium.

Nam vt ait idem Sanctus hom. 1. de pœnitentia, *Et si omnes peccatores digni sunt fletu, obstinati maximè*: Nam etsi peccare malum, in eo tamen perseuerare impium, *Quid enim*, ait, *in peccato magis impium, in peccato stare, & quid peius in casu est iacere in eo?*

15\. Peccata serpentes.

Peius, nam & si malum est infirmari, pessimum nolle sanari, dum medicina in promptu est, & facilis, quinimmo & dulcis, quid facilius quàm oculos ad cœlum attollere, quàm Christum in Cruce

C respicere, ægrotas & grauiter, quia à serpentibus morsus, quæ sunt peccata, Eccl. 21. num. 2. *Quasi à facie colubri fuge peccatum, nam dentes eius dentes Leonis, interficientes animam hominum*, inquit Sapiens Sidrac: quē locum expendens Chrysostom. serm. de pœnit. inquit, *peccatum conceptum coluber est in præcordiis hominū, parit mortem, nisi fuerit pœnitudine expiatum*, vnde Dauid, *concepit dolorem, & peperit iniquitatem*,

Eccles. 21. num. 2.

Chrysosto.

16\. Peccatum cur dentes habet Leonis, etsi coluber.

sed si coluber, quomodo non dentes habet colubri, sed Leonis? sane quia nō solum mordet inficiendo, sed dilacerando, inficit vt coluber, dilacerat vt Leo: qualis ergo dementia, cùm sic grauiter doleas, & sic facile sanare possis, nolle sanari,

17\. Insania maxima nolle à peccatis sanari.

Num. 12.

Fac serpentem æneum, pręcipit Deus Moysi, nu. 12. 15. *quem cùm percussi aspicerent sanabantur*, nūc ô Christiane non fecit Deus serpentē æneū, sed carneū, &

D diuinū, *Nā qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit*, 2. ad Cor. 5. n. 21. seu vt Syriac. *propter nos peccatū se fecit*: Agnus ergo cùm esset propter te, serpentem illum fecit Deus, in ligno suspendit, vt clarius pateret, in altum erexit, vt facilius aspiceretur, qualis ergo est illa væsania, potius velle peccatorum morsibus mori, quā oculos attollere & sanari?

17\. *Ad Corint. 5. num. 21.*

18\. Christus pro nobis serpens factus, & cur.

Saluianus.

Miserere animæ tuæ, ô Christiane, dicam cum Saluiano lib. 3. ad Ecclesiasticos, *Miserere etiā illius, cuius vides miseratione Christum frangi, miserere illius tandem, cuius semper miseretur Deus*, ne sis ergo crudelis in Christum quando tui misereri non vis, nam si Christi non miserearis, quid aliud expectare potes nisi irā?

19\. Dilatio pęnæ in peccatum patientia Dei & non negligentia.

nec putes quia tam cito in te non animaduertat ipsum amplius non animaduersurum: nam patientia est, non negligentia; amor non torpor. Putabant Philistei 1. Reg. 5. quando Domini intulerunt arcam in templum Dagon; & parem illum cum

1 *Reg. 5.*

A Deo fecissent, quia statim detruncatum eum non vidissent, Deum dissimulaturum iniuriam, non vindicaturum contumeliam, quia, vt inquit Dauid Ps. 67. n. 68. ad modum dormientis se Deus habebat, at deceptionem suam perspexerunt: quando excitatus in opprobrium sempiternum dedit illos; *Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis*,

Ps. 67. 68.

Peccas nunc, & non te pœnitet, anteponis Dagon Deo, non solum similem illum facis, sed maiorem, & cùm sis Christianus, in templo animæ tuæ simul vis vt habitent Deus, & Dæmon, Christus, & peccatum, putans te valentem ad vtrumque adorandum, vides Deum silere; quid cogitas? forsitan ipsum nescire, aut non animaduersurum, deciperis, amor eum consopitum tenet, caue ne à somno excitetur.

20\. Deus semel à peccatis excitatus grauissime punit.

B Consopitum patrem, & in tabernaculo ob ebrietatem denudatum Noe, irrisit filius Cham, & cæteris fratribus irridendum proposuit, Gen. 9. 20. & quasi nil fecisset, abijt paruipendens iniuriam, nec curans veniam, fisus de somno patris, de amore genitoris, sed experrectus parens quid contra eum non fecit? maledixit, hæreditate priuauit, seruū fratrū suorū eum constituit, extorrem tandem à Dei hæreditate, *Maledictus Chā, seruus seruorum erit fratribus suis*: quid per Noe, nisi vt ait Interl. *Christus Dominus noster homo factus*, qui calice passionis suæ ebrius, & crucifixus, vbi infirmitas mortalitatis apparuit, nunc amoris vino penitus consopitus peccata nostra dissimulat, & ignorare videtur.

Gen. 9. 20.

21\. Cham verò acriter castigatus.

Inter.

Ne paruipendas, ô Christiane! talem Dei benignitatem, & patientiam, nam si semel expergiscatur, quid contra te non faciet? qualem vindictā de te non sumet?

C quomodo tunc inexorabilis erit? vnde bene exclamat Saluianus vbi supra, *Et quomodo te postea, quisquis es, ô miserrime homo, quomodo te supplicantem in iudicio suo audiet, cùm tu hæc eū pro te rogantē audire ipse nolueris*, quid enim expectas? domus tua tota crematur, & tempus ad extinguendum ignem postulas, quæ hæc est insipientia? non nè insipiens Pharao, qui ranis afflictus, & quasi obrutus, dum Moysen deprecaretur, vt pro se oraret, auferretque ranas, dicenti, *Constitue mihi quando deprecer pro te, vt abigantur ranæ à te, & à seruis tuis, & à populo tuo*, respondit cras, Exod. 8. nu. 10. turpis vecordia cur non modo, insane? regnum tuum consumitur, campi desolantur, populus deperditur, serui tui affliguntur, tu ipse cruciaris, cur ergo cras & non modo? cùm modo à te malum possis abducere, insanus es,

Saluianus idem.

22\. Iudicium maximum peccatori reseruatus tempus respuens Dei miserationis.

23\. Pharaonis vecordia.

Exod. 8. n. 10.

24\. Et obstinatorum peccatorum.

D & insipiens, sicut & insani, atque insipientes, qui peccatum non statim ab anima expungunt, cùm possint, peccatum, inquam, quod dum perpetratur, malum originat, ac, si non cito deletur, in infinitum accumulat.

25\. Perseuerantia in peccatum in infinitum malum accumulat.

Peccauit parens noster Gen. 3. num. 7. & vix culpam admisit ac illico ad fuit Deus, vt eum à peccato eriperet, non amplius in eo permansit, quàm vt sibi, & sociæ perizomata ficus conficeret. *Apertique sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos confecerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, & cùm audissent vocem Dei ambulantis*, vbi Pagnin. *& fecerunt sibi cingulos, audieruntque vocem Domini*, vix ergo peccarunt ac affuit liberator, & licet tam breue fuisset spatium, tamen ingentia mala in eum accumulata fuisse aspicimus: quid ergo efficiet peccatū in anima, quando non ad momētū, sed ad tēpus, nō per horas sed per dies, menses, &

Gen. 3. 9.

Pagnin.

26\. Adam, etsi per modicū tempus in peccato steterit, infinita tamen inde perpessus est damna.

annos, in anima durat, & eam perdit, hinc pro- A
Chrysost. fecto difficilis redditur peccatoris conuersio, im-
mo & Dei misericordia. Petit enim Chrysost. cur
27. Peccatoris conuersio, sicut & Dei misericordia, vnde sit difficilis.
DeusNiniuitarum pœnitentię trium dierum con-
tentus fuerit, & respondet, quia cito, & feruenter
ad pœnitentiam cõuersi sunt. *Vt discas*, inquit, *&*
barbarorum virtutem tribus diebus tantam peccato-
rum iram soluere volentibus; atque Dei clementiam
admireris trium dierum pœnitentia contenti pro pecca-
tis, neque desperatione coerceas & si peccaueris, vt il-
lico muteris: quemadmodum enim anima pigritans,
atque negligens, quamquam multum ad pœnitentiam
tempus accipiat, nihil operatur magnum, neque sibi
ipsi Deum per desidiam conciliat, sic quæ proposito exci-
tata feruet atque multa cum solertia pœnitẽtiam osten-
dit, breui temporis momento longaui temporis peccata
delere poterit; longæua delet feruens pœnitentia;
quanto magis recentia? quæ non tantum malum
28. Perseuerantia in peccato insensibilem reddit animam.
causantur in anima ac illa, nam dum hæc existunt B
& diu inueterata in ea permanent, insensibilem,
ac miserã reddunt, vt viuat ac si non peccasset, &
dies ita in bonis ducat, ac si summum iudicem
non irritasset, insensibilis rursus effecta, immo &
insensata, ex quo iram Dei magis contra se acuit
Idem.
&accendit, quia, vt inquit Chrysost. ser. 5. de pœnit.
29. Impudentis peccati grauissimum malum.
Nõ tam graue facinus est peccatum quàm ipsum peccan-
tem non pudere, & hom. 46. ad populum Antioche-
num, clarè affirmat magis Deum irasci ex oscitan-
tia, vt sic dicam, in peccato, quàm ex ipso pecca-
to. *Peccatum non dolere magis Deũ indignari facit, &*
30. Oscitantes manere in peccato, ac si non fuisset peccatũ, grauissimum malum maius quàm ipsũ peccatum.
irasci, quàm peccare: cuius rationem assignans ait,
Tu verò hominem quidem exacerbans & amicos, &
vicinos, & ianitores rogas, & pecuniam impendis, &
multos insumis dies accedens & supplicans, & siue se-
mel, siue bis, siue millies te repulerit iratus, non recedis,
sed magis contendens maiorem affers supplicationem:
Deo autem omnium exacerbato oscitamus, & recedi-
mus, & delitijs & ebrietati vacamus, & omnia pro
consuetudine facimus, quomodo verò non ex hoc ipso
magis eum irritamus?
31. Deus cur irascitur contra peccatores, sic viuentes ac si non peccassent.
Hæc Chrysostomus. Vbi notanda sunt verba illa,
& omnia pro consuetudine facimus, quæ radicè conti-
nent Dei iræ in peccatis perseuerantem, & ac si non
peccasset viuentem; summi enim Reges verè non
tam subditi peccata sentiunt quàm suæ contem-
ptum gratiæ & amicitiæ, & sic istos placidè viuere
ac si ab eorum gratia non recessissent; hinc talium
32. Principes iniuriam reputant ab ipsis punitum & à sua excissum gratia non dolere.
mortes & ruinæ; abundant exemplis historiæ. A-
drianus Tacianum occidit ob hãc causam, Nero Se-
necam: putabant enim illusionem suam, immo
& Maiestatis læsionem, pacem, & iucunditatem
horum; at si hoc inter humanos Reges, quid apud
Regum Regem, dum sic viuimus eo offenso, ac ira-
to, ac si non eum offendissemus, nec eius irã me-
33. Esau prætexuit, nõ habuit necessitatem lentis.
ruissemus? Prophanus Esau. Gen. 25. sua primogeni- D
ta vendidit ob vnius appetitum ientaculi: dixi ob
appetitum, nam vt rectè adnotat Cornelius, non
habuit, sed prætexuit necessitatem, quando dixit,
en morior n. 32. quem sensum exprimit lectio 70.
Gen. 25. n. 32.
dum habet, *da mihi gustum de coctione rubea ista*,
quod adnotauit etiam Gregorius lib. 3. mor. c. 12.
Cornelius.
dum effrænationem in illo appetitus, ex vilitate
34. Primogenita ob gustum sensualem vendidit.
cibi, & dignitate rei venditæ educit. *Aliquando verò*
ait, *abiectius est quod gula desiderat, & tamen ipso æstu*
immensi desiderij deterius peccat, sicuti Esau qui vilẽ
cibũ magno desiderio quæsiuit, quapropter primogeni-
turam amisit, quàm dum vendendis etiam primogeni-
Gregorius.
tis prætulit, quo in illum appetitu anhelaret indicauit:
& cùm tale facinus cõmisisset, facet inquit textus,

A *abijt paruipendens, quòd primogenita vendidisset.* 35.
Plus in hoc peccans, quàm in ipsa venditione, & si Esau peccati grauitas maior effecta est paruipensione & in illo perseuerantia.
sacrilega, & simoniaca, vnde non curans factum,
& paruipendens pœnam obstinatè in peccato per-
seuerans, vt vult Caietanus, hic sic postea lætus vi-
xit ac si primatum non vendidisset, ob id stultus, vt Caiet.
inquit Ambro. lib. 9. de Cain. & Abel. c. 4. *Esau*,
ait, *cognomine stultitia vir cessit patienter primatus* Ambros.
suos fratri Iacob, ita vt diceret, vt quid mihi primatus, 36.
sed quos iste posthabuit, hos vir, cognomento exercita- Esau merito stultus dicitur.
tionis præditus, quæsiuit mereri. Ideo paruipendit,
quia per peccatum quantum amisisset non intelle-
xit, cùm vir cupidus, carnique totus deditus, quæ
carnis tantum, non quæ spiritus appræhendebat, Idem.
nam vt idem inquit Ambros. *Apud ignauos nulla* 37.
sunt insignia virtutis, quando apud sapientes prima Peccatores cur a peccatis resurgere paruipendunt.
habentur. Hinc detrimẽti nescius, miser, ac stolidus,
in peccato manens, sic alacer, post illud patratum,
B ac antea vixit, vnde ex libero seruus effectus, tunc
grauiter ingemuit quãdo sine fructu quantum es-
set quod perdidit ipsa teste cognouit experientia,
quod profectò non euenisset si resipuisset, si post
peccatum non paruipendisset, si à culpa exurrexis-
set, ac dum in illa perseueranter constitit ac læ-
tanter vixit, inde & primogenita, & ipsam vitam
amisit æternam. 38.
Mirandum valde, si attentè considerauerimus, Christus Dominus erat semper tristis in hac vita.
sic vitam suam Dominum nostrum transegisse vt
per totam eius periodum nec risisse eum legimus,
nec vnum tantum diem in bonis duxisse, cùm sæ-
pe fleuisse reperiamus; & tamen inter duo illa, quæ
peccatum habet, malum scilicet culpæ, & pœnæ,
hoc postremum supra se assumpsit vt deleret pri-
mũ, cuius cõparatione secundum nec apparet, nec
apparere potest; & tamen cùm ipse peccatum non 39.
fecisset, neque dolus in ore eius inuentus fuisset, Peccator qualem supra se sustinere deberet pœnitentiam.
quia tantum illud delere debebat, licet non suum,
C sic vixit, vt tristis semper esset, non secus ac si ipse
peccasset: quid ergo deberet facere peccator, qui
vtrumque malum supra se habet & vtrisque iacu-
lis confossus manet? eo miserabilior effectus, quo
minus vulnera sentit *in ipso autem animo*, inquit Au- August.
gust. Ep. 49. *vbi appetitus voluntatis est humano-*
rum mensura factorum continuo pœna sequitur culpam, 40.
plerumque maior, non sentientis cæcitate grauior. Cõti- Peccatum statim sequitur pœna.
nuo dixit: nam licet peccato continuo non infe-
ratur malum pœnæ siue damni, vt aiunt Theo-
logi, siue sensus, illico tamen infertur malum
culpæ, cùm ipsum peccatum & culpa sit ma-
lum animæ horrendum: quod dum non sentit 41.
peccator, eo miserior efficitur quo insensibilior: Peccatori tunc maxime dolendum quando non dolet.
nec quod non doles paruipendas, inquit Chrysost. *sed*
propter hoc saltem maximè gemas, quoniam pecca-
tum dolorem non sentis, non enim hoc prouenit,
D quòd peccatum non mordeat, sed quòd anima
peccans sit insensata; nam si sensum haberet in-
gemisceret, sicut gemunt quæ sensum habent. *Co-* 42.
gita ergo sequitur Sanctus, *qui propria sentiunt peccata,* Pœnitentes quantum peccata dolent.
qualiter hi, qui secantur, & vruntur amarius vlu-
lant, quod agunt, quod patiuntur, quantum lugent
& lamentantur, vt à mala liberentur conscientia,
quod non fecissent nisi vehementer anima doleret:
At non lugere post peccatum, malum non
sentire, iratum Deum non timere, abire sicut alter
Esau, & dies ducere in bonis, paruipendentes Dei
iram, grauitatis obliuiscentes delictorum, quomo-
do talis vecordia seu obstinatio credendum quòd
Dei iram non accendat. 43.
Non tantùm siquidem admirari libet, quòd fra- In peccato

fratrum Ioseph, quid maxime ponderandum.

tres Ioseph in ipsum commiserunt expoliando eum, inciſternam immittendo & tandem cum vendendo, quantum post tam immane ſcelus patratum post fratricidium ex induſtria commiſſum, ſic ad epulandum & bibendum ſedere quaſi nihil mali patrauiſſent, nil de peccato amplius curantes, nihil de afflictione & pœna Ioſephi, *ſedentes, vt comederent panem*, inquit ſcriptura Gen. 37. *& recubuerunt*, Paraphraſ. Chald. ergo nec comedere licet, & lætè recumbere post tale ac tantum patratum ſcelus, hoc magis impium, quàm ipſa venditio, & in hoc magis frater offenſus, propemodum dicam, quàm ſi fuiſſet occiſus, *adueniet tempus* cũ Chryſ. dicam ſerm. de Ioſeph vendito tom. 1. *quo eum ſeruum feciſſe pæniteat, & parricidium perpetraſſe minus collibeat*, & pro pane, quem nũc læti ſedentes comeditis, fame poſtea propemodum peremptos ipſemet venditus ad mortis anguſtias nos rediget, & qui nunc mitis ſinit ſe à vobis ligari & vendi, poſtea iratus in carcerem vos adiget & inſeruitutem. Peccãt Chriſtiani, quod & ſi facinus non tam graue, vt inquit idem ſanctus, quantùm *poſt facinus non pudere & pro conſuetudine omnia facere*, Chriſtum ſpoliant, vendunt, crucifigunt, & poſt tale ſcelus ac ſi nihil egiſſent ſic comedunt panem, & lætantur; veniet dies, in qua parricidium hoc perpetraſſe minus collibeat, & ſenſus doloris exprimet tunc lachrimas, quas nunc inſenſibilitas comprimit, & tunc & ſi ſero expergiſcentur, quantum malum fuit, non ſolum peccare, ſed in peccato inſenſibiliter permanere.

Gen. 37. n. 25

Chryſoſtomus.

44. Peccatoꝝ non dolere quantum malum.

45. Nulla valet excuſatio, ad non pœnitendum.

Neque eſt quod te excuſes, quaſi occaſionem expectans ad hoc vt commodius de ſtatu peccati exeas, nam ſæpe prius vita finitur, quàm occaſio euadendi adueniat, & dum commoditatem pœnitendi expectas, ad infernum incommodè detraheris, Heſter. 5. n. 14. *Iube parari excelſam trabem*, ſuaſerunt Aman eius amici, *& ſuade Regi vt ſuſpendat Mardochæum, & ſic lætus ibis ad conuiuium*, at prius hic ſuſpenſus, quàm lætus conuiuaretur. Ruben etiam Gen. 37. quia negligentior quàm par eſſet in extractione fratris occaſionem expectans, & ſi veſtimenta poſtea ſcidit & lachrimas effudit, fratrem tamen non recuperauit: ſic tu dum illico pœnitere non vis, vide ne fortè tardè poſtea non poſſis, & ſapientiam illam diuinam amplius non attingas, de qua dixit noſter Sapiens: quod non habitat in corpore ſubdito peccatis *non habitabit, &c.*

Heſter. 5. n. 14.

Gen. 37.

HOMILIA VIII.

Peccata carnalia peculiariter ſapientiam excludunt.

1. Peccatis carnalibus aſſuetus difficile ad Deum reuertitur.

HAbitum & perſeuerantiam in peccato deteſtabilem eſſe ſapiẽtiæ probauimus, ſed licet de omnibus hoc verum, de peccatis tamen carnalibus affirmandum eſt peculiariter; hæc enim cum ſapientia peculiarem dicunt repugnantiam, cõtradictionemque, ita vt ſemel quis in hoc aſſuetus vitio difficilè admodũ ad Deum reuertatur, Oſe. 5. n. 4. *Fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael, non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorũ* fornicantur, & inſuper ſpiritum fornicationis habent, hoc eſt, illud cogitant, de illo loquuntur, cum illo viuunt, difficile, ne dicam impoſſibile ſit, vt reuertantur ad Deum, qui cùm ſummè ſit ſimplex, ideo peculiarem cum iſtis habet repugnantiam.

Oſe. 5. n. 4.

Tullius.

2. Philoſophiæ & vxori operam dare negabat Cicero ſimul conſiſtere poſſe.

Hinc Tullius, vt diximus, adhuc in tenebris gentilitatis degens, ſe philoſophari & vxori vacare minime ſibi permiſſum aſſerebat, vnde negabat hæc duo ſimul expleri poſſe: ſi ergo de Philoſophia hoc aſſerit gentilis, quid Chriſtianus deberet de Dei ſapientia iudicare? ob id que exiſtimo antiquos illos veteris Teſtamẽti Patres non prius vxores duxiſſe quàm centena, & centena annorum tempora fluxiſſent. Seth ſanctus & iuſtus non prius equidem niſi poſt annos centum & quinque vxorem duxit. Sic Enoch, ſic iuſtus Noe. Gen. 5. n. 31. qui cum 500. eſſet annorum, *genuit Sem, Cham, & Iapheth*, vt hoc facto declararẽt ſimul vxori vacare, & vti par eſt, ſapientiæ diuinæ poſſibile non eſſe; quæ *candor eſt lucis æternæ & ſpeculum ſine macula bonitatis Dei*. infra c. 7. n. 16. & nos ibi, cuius pulchritudinem, & candorem ſupremæ poteſtates admirantur, quæ ſubſtantia ipſa diuina eſt lucem inacceſſibilem habitans, fonſque totius claritatis ſplendoriſque diuini, pulchra ex ſe non ex alio, immo ipſum pulchrum, quod etiam Plato cognouit, qui in conuiuio de Pulchro Dei ſic inquit, *non vt ei dem pulchritudo ineſt, ſed ipſe per ſe pulchritudo, vnde manat cætera pulchritudo*; ergo ſi talis Dei ſapientia, quomodo cum turpi & fœtido permanere poteſt ſpiritu?

3. Patres antiqui ſero vxores ducebant & cur.

Gen. 5. n. 31.

4. Sapientiæ Dei pulchritudo. Infra. cap. 7. n. 16.

Plato.

5. Spiritum ſuum Deus quando pronunciauit cum hominibus non manſurum.

Hinc notandum, tunc Deum ſpiritum ſuum non amplius in homine permanſurum dixiſſe, quando peccata quæ patrabantur, carnalia erant; *videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*; quod cùm perſpexiſſet Deus illico pronunciauit, *non permanebit ſpiritus meus in homine* Gen. 6. n. 30. cuius rationem aſſignans addit, *quia caro eſt*, quia ſcilicet carnales homines, fœtidi & inquinati, candorique meo contrarij & moleſti. Pulchrè Ambroſ. de Noe & arca cap. 8. Dei benignitatem in multiplicatione generis recognoſcens humani, dum & ſi ſecuturo diluuio, non tamen deſtitit multiplicationi, quòd beneficij erat diuini, cauſam diluuij aſſignans, & cur Deus dixerit ſpiritũ ſuum in homine non permanſurum, ſic ait, *Spiritus ſanctus, ſpiritus ſapientiæ eſt, ſpiritus cognitionis; habet ergo ſapientiam, habet diſciplinam, ſicut & de Beſeleel, qui facerum tabernaculum diuino oraculo iuſſus eſt facere, ait ſcriptura, quia repletus eſt ſpiritu prudentia & diſciplina: hic ergo ſpiritus datur hominibus, ſed non permanet: qua autem ratione non permanet cauſa proditur, quia caro ſunt, carnis enim natura diſciplinæ pugnat, quia voluptati obtemperat*. Hinc obſeruat quod in illo tantummodo dictum reperitur ſpiritum permanere Dei, qui nulla peccati contagione vnquam pollutus firmiter ſemper illibatus permanſit, vnde & ſequitur, *Denique de ſolo Domino Ieſu ſcriptum eſt, ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem de cælo & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto; in eo manebat, quem nulla corruptelæ carnis impedimenta reuocabant, quominus incorruptæ & impermixtæ ordinem diſciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem*, nil melius: in Ieſu permanſit ſpiritus, quia totaliter incorruptus, ab impijs illis diſceſſit quia totaliter corrupti, vndè & mortui: nã vt idem inquit ſanctus in Epiſt. ad Rom. ſuper illa verba c. 12. *Obſecro vos fratres, &c. Corpora ſubiecta peccatis carna-*

Gen. 6. n. 30.

Ambroſius.

6. Diluuij cauſa quæ.

7. Spiritus ſanctus ſemper firmiter ſiſtit in Chriſto & cur.

Idem.

8. Corpora carnalibus subiecta peccatis, mortua.
libus non viua habentur, sed mortua, hinc quasi necessario ab illis spiritus discessit, vt semel videant vitio dediti carnali, quantum sit huius peccati cum Deo oppositio, vt & si quodlibet cùm ab anima expellat, tamen hoc præcipuè, & nescio an in æternum; cùm timorem mihi ingerat, quod hîc reperio scri-
9. Carnale peccatum quã timendum, quamque Deus illud abhorreat.
ptum, scilicet *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est,* sic hoc Deo repugnat peccatum, sic eum abhorret.

Immò adnotandum multa ante diluuium peccata patrata, & in multis homines Deum offendisse, Adam enim primus parens peccauerat grauiter,
10. Ipsum ad puniendũ, Deum quodammodo amplius quam cæteraimpellit peccata.
Caïn fratrem occiderat, hunc Lamech contra Domini præceptum, & tamen nunquam Dominus spiritum iurauit suum cum homine non permansurum; attamen quando ad peccatum peruentum carnale, tunc, vt sic dicam, homines Deus renuntiauit dicens: *Non permanebit,* vel vt exponit Rab-
Rab. Salo.
bi Salomon, *non disceptabit spiritus meus cum homine in æternum,* ac si diceret, inquit ipse, *vsque nunc, tenui sententiam de deletione generis humani per diluuium in suspenso, per modum cuiusdam disceptationis, sed ex nunc proferam sententiam, quia caro est,* id est nimis implicatus peccatis carnalibus: nam vt in-
Chrysost.
quit Chrysostomus Hom. 22. in Genes. *Perpetuus scripturæ mos est, carnem vocare carnales; sicut & virtute præstantes, carnis expertes nominat;* diluuium ergo in suspenso Deus tenebat, spiritus diuinus secum disceptabat, an deleret homines, & etiam si peccata aderant varia, non immediatè contra illa diuina erumpebat punitio; at accedentibus carnalibus peccatis, statim ira in executionem prorupit, statim protulit Deus spiritum suum amplius in homine non permansurum. Ergo quod alia peccata non fecerant, etiam si homicidia, fecit peccatum
11. Peccatum carnale graue, & si fragile.
carnale, attraxitque Deum ad puniendum, dum cætera peccata quasi suspensum, & secum disceptantem tenebant: vt videas quantum sit hoc peccatũ, ne dum fragile dicitur, graue non existimes.

12. Cur speciẽ mulieris obtinet.
Cuius grauitas expressè in illa repetitur muliere, quam vidit Zach. c. 5. n. 7. sedentem in medio amphoræ, & quam, *Impietatem,* vocauit Angelus, nã
Zach. c. 5. num. 5.
Theodoret.
vt inquit Theodoretus, *ideo videt Propheta peccatũ carnale, speciem mulieris referens, quia ex voluptate plura peccata nascuntur.* Et Cyrillus, *Quia mulier est*
Cyrillus.
typus voluptatis, & infirmitatis, quod peccatum merito affirmant impietatẽ vocare, tum quia ob istud
13. Cur impietas vocatur.
cætera peccata committuntur, furta, homicidia, blasphemiæ, & denique ipsamet idololatria, nam
14. Est causa infidelitatis.
vt inquit Ambros. lib. 3. epist. 50. *Vbi cæperit quis luxuriare, incipit deuiare à fide vera:* Vnde ideo iniquitas, vel impietas dicitur, quia quasi fons, omniumque origo est iniquitatum, tum etiam quia ampho-
Ambr.
ra illa, in qua sedebat, in omnium sententia, men-
15. Amphora quam Zacharias propheta vidit, quid significet.
suram significabat peccatorum, quam adimplere peccatorés satagunt, & ideo dicitur, *Quod omnium oculi sunt in ea,* & qua semel expleta statim Dei sequitur iudicium; quod significat talentum illud plumbi in os amphoræ immissum: quo obturatur, & in terram *Sennaar* asportatur; hoc est in infer-
16. Quid talentum plumbi.
num; quam mensuram, nullum aliud peccatum sic explet, ac carnale; tum quia, vt diximus, omnium est peccatorum origo, & fons, tum multiplicatione
17. Carnale peccatum amplius, quam cæterum mensuram explent peccatorum.
eiusdem, ex quo eius elucet grauitas; nam cùm ipsum mensuram expleat, ipsum sit causa induratio- nis, ipsum sigillum, vt sic dicam, Dei iudicij, ad castigandum eum, puniendumque impellens, ipsum causa obstinationis in peccato, ipsum denique, quòd pœnam, alterum meretur peccatum, quæ omnium vltima, & maxima est pœnarum, quam Deus infligere potest, quod totum significat talen-
18. Est diuinæ iustitiæ sigillum.
tum illud plumbeum in os amphoræ immissum, vt volunt communiter Doctores; quid grauius illo erit? vt semel videas, quantum Deo hoc peccatum displiceat, dum sic illud castigat, & qua ratione di-
19. Mali eius effectus quanti.
xerit, quando iam homines vidit totos carnales, quòd spiritus eius amplius in eis non erat permansurus.

20. Spiritus Dei pro eius imagine.
At si per Dei Spiritum imaginem velimus ipsius intelligere, vt multi Interpretes, non minus hæc veritas elucescet; quantum scilicet Deus peccata abhorreat carnalia, carnalemque hominem, dum non solum seipsum, sed nec imaginem quidem suam vult vt amplius in homine habitet; quasi quod Deus pudori, dedecorique ascribat, imaginem suam in tam vili arca permanere; ob quod iussit, vt deinceps vita breuior hominis esset, quàm antea, *Eruntque dies illius centum viginti an-*
Gen. 6. n. 3.
norum. Gen. 6. num. 3. vt semel ex hoc intelligas,
21. Carnale peccatum vitam decurtat hominis, & cur tali pœna illud Deus puniat.
quod multoties Deus annos vitæ hominis ob carnale decurtat peccatum, indignum maiestati suæ reputans, imaginem suam, quæ est anima, in corpore tam vili, sordidoque permanere, quod adnotat Rupert. lib. 4. in Genes. cap. 13. vbi sic ait: *Quid enim futurum erat si viueret homo in æternum, tàm certissimè moriturus, & quotidie moriens, etiam nunc corrumpit viam suam; ergo Deus dixit, quia spiritus meus,*
Rupert.
id est spiritus à me, ad imaginem meam factus, non permanebit in homine in æternum, quia caro sunt, solaque quæ carnis sunt, sapiunt, adeo in sententia perdurabo, vt non modo non viuat in æternum, verum etiam breuim sit viuendi tempus. Quod non mirum, cùm
22. Carnalis homo immũda reddit quæ tangit.
eatenus carnis peccatum Deus abhorreat, vt non solum ipsum hominem carnalem, immundum, & fœtidum, sed etiam vt immunda iudicet, quæ carnalis tangit, etiam si casu fiat: talis fuit lex diuina, quæ statuit omnia illa immunda esse quæ tangebat, qui profluuium seminis patiebatur, Leuit. 15.
Leuit. 15. n. 2.
num. 2. *Qui patitur fluxum seminis,* dicit lex, *omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit, & similiter si quis eum tetigerit, si inquam ipse saliuam eiecerit, & similiter, si aliquis aliquid illius tetigerit, omnes immundi erunt: sicut & cætera omnia quæ ipse tanget, vas fictile confringetur, vas ligneum lauabitur aqua.* Mirum sanè solùm ex naturali quadam infirmitate tantam corruptionem in corpore generari patientis, vt non solum ipse immundus à Deo notaretur, sed insuper omnia eius, quæ ipsum tangebant, aut vicissim ab eo tangebantur. Quid ergo æstimandum de immunditia eius, qui non naturali infirmitate, sed voluntaria malitia se polluit, & fœdat? qualis ergo erit huius deformitas? qualis fœtida macula? quem non
23. Corpus carnale fœtidum animæ sepulchrum.
polluet tactus, conuersatioque ipsius? quantum ex contactu talis, sordescere debet anima corporis? in quo misera dum degit, non equidem illi pro viuido seruit habitaculo, sed pro sepulchro fœtido, ac putrido, in quo malè tumulata degens, hanc tantum reputans vitam, de futura desperat. Hinc
Psal. 48. n. 10.
Dauid Psal. 48. num. 10. de talibus pronuncians dixit, *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum.*
24. Carnalis homo alteram non sperat vitã.
Vbi corpus luxuriosi, sepulchrum dixit, in quo mortua degens anima, ad resurrectionem non aspirat, sic Ambros. hîc, *Luxuriosis domus,* ait, *sepulchrũ*
Ambr.
est, denique tamquam in sepulchro viuunt, qui possunt dicere, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur: resurrectionem ante oculos non habentes, ideoque tumulis sunt affixi; atque accumulati adhærent, quia ressusci-

tati se posse non crediderunt, habitaculum ergo illis in suo busto est, & tabernaculum eorum in progenie, & generatione terrena est: mortui ergo cùm sint,

25 Plusquam hæreticus æstimatur pollutus quo ad sancta mysteria. *Climach.*

ac, vt sic dicam, in ipso fœtido tumulati corpore, meritò lex pollutos eos æstimans, pollutaque etiam dat ab eis tacta; cùm & morticinium pollutum erat, pollutusque eum tangens; hinc plusquam ipsi hæretici, ab Ecclesia antiquitus polluti iudicati; quando, vt rectè Climachus Grad. 15. admirans affirmat, ex traditione Apostolica, hæreticos pœnitẽtes, ad sanctorum communionem mysteriorum suscipi, & admitti, dum is, qui in fornicationem erat lapsus, pœnitens, atque peccatum ipsum omnino deserens per annos aliquot ab ijs separabatur; quod cùm ita sit, sicque isti fœtidi sint, quid mirũ, si Spiritus Dei in illis disceptans, amplius fœtorem sustinere non valens, ab illis se segregat, & disiungat?

26 Dæmon quantum præualuit per carnis peccatum.

B Quod equidem benè generis humani perpendens inimicus, & perpetuus hominis insidiator, quòd semel in paradiso patres nostros decipiẽs per superbiam perficere non potuit, nempè vt deseruatione hominum Deus suum mutaret propositũ, hominesque annihilaret, secundò hoc per carnis tentauit efficere concupiscentiam; & licet totaliter non assecutus, quod intendebat, tamen totius carnis adeptus corruptionem, ad deletionem quasi totius generis peruenit humani: &, quod maius est, vt tunc primò terribilis illa audiretur pœnitudo in

27 Carnis peccatum ad pœnitudinem reduxit ipsum Dei spiritũ. *Rupert.*

illo, qui incapax est pœnitentiæ, simulque dolor, qui expers omnis est doloris. Nam tunc primò auditum est; *Pœnitet me fecisse hominem, & tactum dolore cordis intrinsecus.* Vt semel sciremus quantum carnalia abhorreat Deus, quantumque sentiat hominem sic pollui & contaminari. *Quid ageret, quò se verteret ille serpens antiquus*, inquit Rupertus vbi suprà, *dum semini suo contrarium semen Dei multiplicaretur? inuenit quid faceret, vnde verbum Dei superare, propositumque eius adhuc sese auertere posse sperabat, sciebat quod per mulierem virum decepisset, at verò tum multæ succreuerant mulieres pulchræ, & concupiscibiles, & viri quamquam iusti ad libidinem proni, vt pote de vitiata radice nati, sciens ergo valere sibi ad moreis ipsorum prouentum consortia mulierum alienarum, id est earum quæ de generatione Cain exortæ sunt, egit vt fieret quod scriptura factum narrat.* Quod cùm vidisset, pro certo tenuit victoriam, multumque se fecisse existimauit. Vnde subdit Rupertus.

Idem.

An parum sibi visum est fecisse? cùm is qui proposuerat dicens, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, talem tamque diuersum proferret sermonem, pœnitet me fecisse hominem. Nil melius: multum enim ex tali peccato lucratus est dæ-

28. Dæmõ amplius lucratus est per peccatum carnis quã per primũ Adæ peccatum.

mon, multoq; amplius ex hoc, quàm ex illo in paradiso patratum: ex illo enim Adam doluit, Eua gemuit, Paradisus destitutus, terra maledicta, serpens punitus: at ex isto, Deus ipse doluit, Deus ipse gemuit, Spiritus Dei contristatus est, ipsemet Spiritus extorris factus ab homine ipsius creatura; eiusque veluti Paradisus, dum dixit, *Non permanebit, &c.* Quod quid mirum si coinquinatus? & puritas cum immunditia viuere nequit? sic vt si aquis, non quibuslibet, sed mundis non lauetur, quis in illo habitare non queat?

29. Lex eius qui fluxum patiebatur seminis expenditur.

Hoc adnotandum in mandato expiationis eius, qui ex profluuio seminis sanabatur, vt deinceps mundus haberetur. *Si sanatus fuerit*, inquit, *qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus, & toto corpore in*

A *aquis viuentibus erit mundus, die autem octauo sumet duas turtures, aut duos pullos columbæ; & veniet in conspectu Domini, dabitque eos sacerdoti, qui faciet vnũ pro peccato, & alterum in holocaustum*, Leuit. 15. 13. Vbi notandum primò quas aquas expetebat Deus ad emundationem huius, aquas nempe viuas, per quas, vt notat Lyra, *Aquæ fluminis intelliguntur, quæ semper decurrunt.* Ad denotandum tantum esse huius vitij fœtorem, quòd vt benè emundari quis possit, aquis currentibus, semperque nouis, lauari debeat, ne si non currant statim vt infectæ amplius ad lauandum deseruire non possint: quòd si per aquas pœnitentiæ lachrymas intelligere velimus, quid aliud significatur nisi tantam huius esse maculam vitij, vt nouis lachrymis quotidie opus sit, vt fœtor ipsius ad Deum ascendere nequeat, eiusque vt abstergãtur maculæ, & abstersione difficiles, cùm difficulter pœnitudinem admittant, *Libido enim appetitu suo allicit*, sanctissimus inquit Algerus lib. 2. de Sacramentis c. 22. *& incendit, actu suo fœdat, & eneruat, vsu lubricat, & illaqueat, adeo vt placendo displicens, displicendo placens, difficilem, aut nullam pœnitudinem admittat, & nisi valida manu misericordia diuina subuentum fuerit, miserabili fine suo amatores suos sine fine perdat.*

Leuit. 15. 13.

Lyra.

30. Aquæ viuæ requirebantur ad fluxum seminis expiandum.

31. Peccatum carnale nouis lachrymis semper indiget & cne.

S. Alger.

32. Eius maculæ abstersione difficiles.

Secundò aduertendum pro huius peccati expiatione, illa sacrificia iussisse Deum offerri, quæ in lege maxima, nempe sacrificium pro peccato, & holocaustum, quæque pro maximis etiam offerebantur peccatis, vt exinde intelligas peccatum carnale grauissimi ponderis esse, & cum maximis cõparari. Vnde optimè ait Magnus Gregorius Mor. lib. 31. cap. 31. & lib. 33. cap. 11. & Arist. lib. 3. Ethic. cap. 10. & lib. 7. cap. 6. quòd peccata carnalia, licet ex se minoris malitiæ sint, quàm spiritualia, esse C tamen hominibus magis exprobranda, maiorique notanda infamia, quia his homo bruta animantia maximè imitatur.

33. Maxima sacrificia offerebantur ob carnis peccatum.

S. Greg. *Arist.*

34 Peccata carnalia & si spiritualibus minoris ponderis, maioris tamen infamiæ.

Ex quibus licet grauissima colligere detrimenta ex huiusmodi pullulantia peccatis, quæ breuiter attingere placet, ne plus iusto hæc protrahatur oratio, simulque iunctim proponere libet, vt quanta sit horum grauitas peccatorum, quantumque Dei mereantur odium, perpendatur.

35. Peccatorũ carnalium detrimẽta.

1. *Gen. 8.*

In primis enim animalia immunda, sicut Deo non offerebantur ad sacrificium, sic nec homo immundus poterit esse Deo sacrificium gratum. Ob id Doctores Gen. 8. dicunt de animalibus immundis non esse ingressa in arca nisi bina, & bina, quia ad sacrificium non erant deseruienda. Ex quo licet secundum malum colligere, paucos scilicet ex immundis cælos ingressuros, quia ex immundis in arca animalibus pauca non multa. Tertiò fœtidissi- D mi cùm sint, difficilius aut raro à Deo vt filij cognoscentur, siquidem non fœtorem, sed bonum odorem Christi ex se emittere tenetur, si quis vt Dei filius agnoscatur ambit, & procurat, nam aliàs non vt filius, sed vt extraneus repelletur. Equidem si Iacob hædinas tantum pelles attulisset numquam eum vt filium agnouisset pater, at suauem vestium odorem emittens, & agnitus est, & benedictus, *statim vt sensit vestimentorum illius fragrantiam*; inquit sacer textus, *filium agnouit*, dicens, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Deus.* Gen. 27. num. 27. Quid autem si Iacob fœtorem putidum emisisset? vtique maledictionem pro benedictione tulisset. Sic qui Deo accedunt malè olentes, sacratissimumque corpus eius impudici sumunt, maledictionem pro benedictione æterna-

2.

3.

36. Quid necesse vt quis pro Dei filio agnoscatur.

Gen. 27. 27.

37 Immundi ad Sacramentum

corporis Christi accedentes maledicentur.
liter cruciandi recipient, cùm, vt sanctus inquit A Algerus vbi suprà, *Nil sic Sacramento corporis aduersatur Christi ac luxuriæ fœditas, & macula: vnde sciendum, ait, quia agnum Dei sine macula qui Virginis est filius, luxuriosi, & incesti sumunt periculosius.* Cu-
S. Alger.
ius rationem assignans sequitur, *Quia cùm in Sacramento Christi ei vniri debeamus conformitate Passionis, & munditia, nil sic aduersatur Passioni Crucis vt voluptas, nil sic munditiæ vt fœditas est, nihil sic eius vnioni vt fornicariæ societatis vnitas.* Quanto Deo
38.
Passionis Christi nil sic aduersatur vt voluptas.
gratum sacrificium isti nunquam præstant, nam illud tantum Deo sacrificium placebat, quod in odorem ascendebat suauitatis, at sacrificium impudicum, horribile, & fœtidum cùm sit, nequaquam in suauitatis odorem ascendit. Pro quo vide cap. 1.
4.
Isa. 1. 1.
Isaiæ ab illis verbis, *Audite verbum Domini.* Ob
Deut. 23. 18.
quam etiam causam Deut. 23. n. 18. præcepit Deus prostibuli munus omnino ei non offerri, *non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris, quia abominatio est vtrumque Domino Deo tuo.* Notandum illud,
39.
Prostibuli merces & pretium canis Deus recusabat & cur, in antiqua lege.
quidquid illud est, quasi dicat, etiam si ingens sit thesaurus, etiam si valeat, quantumcumque valere potest mundus, &c. Vbi etiam notandum simul posuisse mercedem prostibuli, & canis, vbi per canis mercedem intelligit Iosephus canis mercedem venatorum, & custodum gregis, qui lo-
Ioseph.
cabantur ad fœtandum caniculas, vt intelligas in
40.
Luxuriosus est canis in eodē apud Deum æstimatione.
domo Dei in eadem esse luxuriosum, ac canem æstimatione, & bona quę tali medio acquiruntur nō solum ingrata, sed odibilia quando Deo offeruntur. Nostro sanè tēpore mirabile quid accidit, nempe vt quędam impudica mulier ad ornandam sanctis-
41.
Exemplum repudiatæ oblationis ab impudica muliere.
simæ imaginem Virginis Mariæ ausa fuerit vestem ditissimam illi accommodare in vno sacro Virginis festo, at vix purissimam illam attigit, quando C sagitta è cœlo ruens turpem incendit vestem, illæsa remanente imagine sacra, & si lignea. Abhorret enim talia dona Deus, detestatur ea, ideoque & præcipit ne ei offerantur. Quintò tandem, sic abo-
5.
Deu. 23. 10
minabile hoc est vitium, vt Christiani nominis indignus luxuriosus reperiatur. Hinc Deut. 23. n. 10.
42.
Luxuriosus Christiano nomine indignus.
fieri præcipiebatur talis extra castra, *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & non reuertatur priusquam ad vesperam lauetur aqua.* Quem locum expendens Gregorius
Greg.
Moral. lib. 23. c. 9. ait, *Nocturnum somnium tentatio occulta, qua tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipitur, sed opere non expletur: nocturno somnio pollutus extra castra egreditur, vt qui cogitatione polluitur indignum se societate fidelium arbitretur, & bonorum se comparatione despiciat.* Mirum si de qua pollutione sit sermo attendas, de pollutione enim in somnis, D quæ vt plurimum peccaminosa non solet esse, quid de peccaminosa? Sextum demum est malum, quod
6.
Gen. 38. 10
per seipsum Deus de talibus vindictam sumit, vt Gen. 38. n. 10. de Ona filio Iuda scribitur, *Percussit eum Dominus eo quod rem detestabilem faceret.* Si ergo tanta hoc generat mala peccatum, si à principio tā Deo est abominabile, si cor eius transigit & vulnerat, si tantus sit eius horror contra hoc vitium vt etiam si aliquando actus eius non peccaminosus vt immundos etiam iudicat, qui illum patiuntur, quomodo Sapientia ipsius cum talibus turpibus, fœtidisque habitabit hominibus? Qua propter benè Sapiens inquit, *& non habitabit.*

DIGRESSIO II.

Vtrum definiri possit de fide Virginem sanctissimam Conceptam sine peccato originali.

1.
Huius ratio digressionis.
Occasione eius quod Sapiens ait in maleuolam scilicet animam sapientiam non ingressuram, placuit tanquam ad rem natam hanc inserere digressionem de purissima, illibataque sanctissimę B Virginis Conceptione, cuius anima semper, perenniterque illibata existens, merito sicut in hoc singularis, sic & in illam singularis, peculiarisque sapientiæ extitit ingressus diuinæ: ipsius ergo sanctissimæ Virginis auxilio confisus quæstionem aggrediar, duo in huius quæstionis limine primitus edicens.

2.
Authoris animus & intentio circa quæstionem.
Primum, meæ non esse intentionis ex dicendis plus opinioni de illibata Conceptione tribuere quā ipsa sancta mater nostra dat Ecclesia: in omnibus sanctissimis Pontificum rescriptis obtemperans, cuius definitionem non solum in animo non est præcurrere, sed sic humiliter patienterque expectare, vt si daretur optio certissimum in hac rescire ab Angelo, aut ab ipsa, relicto Angelo sanctam nostram præeligerem Ecclesiam.

3.
Eiusdē circa cōtrariæ sententiæ authores.
Secundum, me non solum contrariam aliqua graui non inurere censura opinionem, quia non possum, sed nec si possem: tum quia quod Ecclesia non notat, non est mihi notare licitum; tum etiā C quia non ignoranter, non futile, non leuiter ducuntur; immò clarè edico non solum me eorum opinionem, quoad intellectum seu sensum, non adnotare, sed neque quoad erga sanctissimam virginem affectum, & deuotionem, cùm hæc, vt in-
Bernard.
quit Bernardus, nulla alia quàm obsequium sit filij, quod ipsi assequi putant contrarium sequentes, imò magna Altissimi dispensatione factum puto ad maiorem suæ sanctissimæ matris exaltationem, nostrumque profectum, vt alter Thomas de hoc sanctissimæ Virginis Mariæ videatur addubitare stēmate, ac ille alter sanctissimus Apostolus de Christi addubitauit stigmate. Nam sicut sanctus, inquit
Greg.
Gregor. hom. 26. in Euang. post medium, *Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium discipulorum profuit.* Sic pari modo, plus nobis ad
4.
Cōtrariorum oppositio multū ad gloriam contulit Virginis.
deuotionem, nostræque claritatem opinionis contulit vna aduersariorum contradictio, quàm cæte- D rorum omnium in illam obsequium, & propensio. Et pari modo sicut nulla sanctissimum Apostolum licet, aut parum deuotionis, aut minoris affectus nota, Christum ergo inurere, quia dubitauit (indignum hoc esset & planè illicitum) sic nec pręclarissimos contrariæ opinionis viros, aliosque doctissimos, mirificeque de sanctissima Virgine benè meritos, erga illam minoris vllomodo licet adnotare affectus, & si vt illam illibatam, ac puram acclamēt, velint media Ecclesiæ definitione tangere, ac palpare, licet non sint sicut nos beati, qui adhuc non videntes credimus, sperantes finem reportare gloriæ nostræ, quæ est ipsa Domina, & mater nostra. His ergo sic statutis

5.
quæstionis
Supponendum, quæstionem propositam triplicem habere posse sensum: Primum remotum, &

sensus multiplex.

generalem, scilicet, an hæc quæstio sit ex illis quæ in se dignitatem contineat definitionis, cùm certo constet non omnes Theologicas opiniones in sensum cadere definitionis; vnde simpliciter secùdùm hunc sensum erit quæstio: *An materia huius quæstionis sit definitione digna*, siue in vnam, siue in alteram partem. Secundus sensus pressior esse potest, scilicet an talia in Ecclesia Dei adsint fundamenta, vt stando in rigore definitionis possit in fauorem Virginis hanc quæstionem determinare. Tertius verò, an ista fundamenta, dato quod adsint, ita sint disposita, vt nullo alio expectato medio, possit de facto ad definitionem sanctam procedere Ecclesiam, & iuxta has triplices accepta quæstione intelligentias nobis illa definienda erit.

§. I.

An hæc quæstio in se dignitatem habeat definitionis.

6.
Hæc quæstio dignissimam cõtinet materiam definitionis.
Suarez.
Vasquez.
Egidius.
Sosa.
Salazar.
Canus.

BReuiter me ab hac expediam quæstione pro certo statuendo, dignissimam illam in se materiam continere definitionis. Huius opinionis omnes illi sunt, qui hanc quæstionem diffinibilem supponunt, sic Suar. de vita Chr. disp. 3. sect. 6. Vasquez ibidem disp. 117. c. 14. Egidius tractatu de Cõceptione lib. 3. q. 8. ar. vnico §. 2. Reuer. Sosa Episc. Olisonensis in epistola de hac re ad Philippum III. Hispaniarum Regem. Salazar in tractatu de Conceptione c. 46. §. 6. qui omnes contra Canum lib. 7. de locis Theologicis c. 3. com. 4. illud deffendunt.

Primum huius opinionis fundamentum constat ex alijs similiter Virginis mysterijs, quæ ab Ecclesia vti de fide definita fuerunt, quibus omnibus non inferius est hoc de quo tractamus, vti sine peccato originali fuisse ex vtero natam, sine omni extitisse peccato actuali, & similia: ecce ergo num dignam de fide materiam continebit conceptam esse sine peccato originali? eo vel maximè cùm, vt inquit Suarez, hæc veritas sit supernaturalis, & plurimum ad Christianam pietatem referat, immò est de illis quæ ad diuinum pertinent cultum, vt patet in celebratione huius festi authoritate Ecclesiæ instituti Romanæ.

Suarez.

Secundum fundamentum est, quia digna defensionis materia esse potest dubius scripturæ sensus, & quomodo scriptura intelligi debeat, nam vt rectè ait Canus lib. 12. de locis, *Cum diuina scripturæ sensus fuerit obscurum, tunc Ecclesiæ intelligentia eadem est germana scripturæ intelligentia* Quod etiam constat, exc. per venerabilem qui filij sint legitimi. Et ex extrauag. Ioan. 22. *ad conditorem*, & ex illa, *ita quorumdam* de verborum significatione, vt adnotat Azor tom. 2. moral. inst. lib. 5. & 4. Decalog. Præcepto c. 6. Ergo cùm in hac controuersia infinita sint scripturę loca in vtramque adducta partẽ, verusque eius sensus ignoretur, digna erit decisionis, & definitionis materia, horum locorum verum sensum aperire, & quomodo illa intelligenda sint semel determinare.

Canus.
7.
Ecclesiæ de scripturis intelligentia quomodo dubiè est vera intelligentia.
Azor.

Tertiò cùm hinc inde sint Patres, & varię Scholasticorum sententiæ, constantissimè singulæ affirmantes sensum suum esse Ecclesiæ patrumque sensum, insuper & multa ex vtraque parte afferantur miracula, ac reuelationes, dignissima equidem omnia hæc definitionis sunt materia, & quæ ab Ecclesia definiantur, ad hoc vt legitimus simul pateat Patrum sensus, verarumque reuelationum.

Quartò demum absque controuersia hoc efficitur, quia illud sanctissimi supponunt Pontifices in suis diplomatibus vt Sixtus IV. Alexãd. VI. Pius V. & nouissime Paulus V & Gregor. XV. qui omnes aiunt, *Donec articulus huiusmodi à sancta sede Apostolica fuerit definitus*; ergo supponunt dignum vt definiatur, materiamque dignam definitionis continere.

§. II.

Vtrum Ecclesia sancta possit hanc veritatem in fauorem Conceptionis immaculatæ definire.

8.
Aliquorum opinio materialiter iam hanc quæstionẽ esse de fide.
Egidius.
Salazar.

NOn me latet hac nostra tempestate eruditissimos aliquos scripsisse viros non solùm hanc nostram opinionem posse de fide definiri, sed impossibile, semel ad articulum definitionis peruentũ vt non ipsa definiatur, cùm æstiment contrariam non posse de fide definiri. Sic Egidius de Concept. lib. 3. quæst. 8. §. 3. qui latè de hac re. Salazar in eodem tractatu cap. 43. circa finem & alij, ducuntur, quia supponunt Physicè nostram opinionem materialiter veram esse, quod doctissimis confirmant argumentis.

At quia, vt dixi, mihi in animo firmiter hæreat nec tantillum Ecclesiæ præire definitionem: nam quicquid dicatur ex parte nostra certissimum est non excedere maioris probabilitatis, ac certitudinis scientiam, contra quam determinare potest Ecclesia, & rationes quæ adducuntur, non sunt ita efficaces, quod solui non possint, immò cùm antiquitus ante Scotum, ferè omnes eam tenebant Scholastici, & putabant quod similiter & Patres, ideo Doctoribus contrariæ sententiæ idem, quod nunc nostris similiter visum fuit, scilicet impossibile vt contra suam Ecclesia aliquid definiret. Quod apertè ait Caietan. in tract. de Concept. quia vt ipse inquit, *In vtero sanctorum Patrum nostra consistit opinio*. Et tamen quàm hoc falsum sit, præsens determinat Ecclesiæ sensus. Et licet non negandum maiori nunc probabilitate, & efficacioribus illud nostros affirmare authores argumentis, cùm nobiscum nunc sancta sit Romana Ecclesia, non equidem iam sub obscuro, sed reuelata facie: tamẽ quia ipsa etiam apertè expressisque verbis, sibi iudicium de hac re reseruat, liberum ei equidem dandum est, nam aliàs verbis tantum illud ei concederemus, re autem negaremus: ideo omnino nihil præcurrens, titulum quæstionis sic proposui rationes tantum afferre statuens, quibus ego conuincor contra aliquos etiam ex nostris, qui putant, & si verum sit, conceptam esse Virginem sine peccato: tamen cùm quæstio sit de facto, & nullum efficax & euidens adsit argumentum, illam definiri non posse, quòd quàm falsum sit ex dicendis patebit.

Caietan.
9.
Antiquorũ & pręcipuè Caietani deceptio.

Dicò ergo sufficientissima adesse Ecclesiæ sanctissimæ fundamenta ad definiendum de fide Virginem sanctissimam Conceptam absque peccato originali. Hæc assertio est contra Caietan. in 2. tom. opusc. tit. 2. cap. 5. Et Canum lib. 4. de locis c. 4. & lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. ducuntur, quia putant nostram opinionem esse contra Canones generales scripturæ, & Patrum torrentem, quod quàm fal-

10.
Opinio affirmans & vera.
Caiet.
Canus.

sum sit ex dicendis patebit à nobis; & patet plusquàm manifestè ex his quæ doctissimi hac nostra scripserunt tempestate, ad quos lectorem remitto. Hoc dixerim, quia cùm in animo nō sit tractatum de hac re, sed tantum digressionem facere, ideo nun omnia quæ dici, & afferri possunt afferam, sed selectiora, & quæ me ad hoc asserendum omnino conuincunt, & in primis

Suarez. Vasquez. Egidius. Salazar. Sosa. Hanc nostram sententiam tenent Suarez de vita Christi disp.3.sect.6. Vasquez ibid. disp.117. c.14. Egidius vbi suprà, Salazar vbi suprà, & Reuerendissimus Sosa vbi suprà, omnesque prorsus recentiores.

11. *Loca quibus Ecclesia vtitur ad aliquid de fide definiendum.* Veritas huius dicti ex eo constabit, si discurrendo per ea capita, quibus ad definiendum aliquid de fide sancta vtitur Ecclesia, illa abundantissimè inueniemus in hac adesse opinione. Hæc autem ad quatuor reduci possunt, ad scripturas, ad traditiones, & sensum Ecclesiæ, ad vera miracula, ad certas reuelationes.

Insuper notandum non necessarium vt semper hæc quatuor iunctim concurrant, hæreticum enim hoc esset, cùm & si scripturæ loca deficiant, abundè sufficiat traditio, aut è contra; traditio enim diuina ab Apostolis accepta eandem cum scriptura habet authoritatem & infallibilitatem, vt de fide supponimus contra hæreticos nostri temporis ex Tridēt. *Trident.* sess. 4. Hoc dixerim, non quod omnia illa quatuor abundè nobis non suppetant, sed ad maiorem rei certitudinem de qua tractamus, nam cùm vna, aut altera illarum sufficeret, quanto magis omnia? vt Deo duce breuiter succinctèque præstabimus.

§. III.

Probatur conclusio ex scripturæ locis.

ANtequam ad loca scripturæ deueniam duo primum prælibare licet.

Suarez. Primùm, temerarium esse clara in hac re scripturæ loca petere. Sic Suarez vbi suprà §. *Dicendum nihilominus*, vbi sic ait. *Primò ergo ex scriptura petendum non est clarum testimonium vbi hoc asseratur, esset enim hoc temerarium postulare.* Cuius rationem subdens ait, *Cùm alia priuilegia Virginis, quæ tanquam certa tenet Ecclesia, non requirant huiusmodi scripturæ testimonium.* Quòd equidem patet in eius ab omni actuali, etiam veniali peccato immunitate, quod definit Trident.sess.6.can.23. in Natiuitate sācta, eiusque partus absque dolore, mundicieique infectione, in corporis eius sanctissimi post mortem integritate, ac demum in eius Assumptione, quæ omnia pro certo aut tenet, aut definiuit Ecclesia, & tamen clara non adsunt scripturæ loca.

13. *Scripturæ loca clara petere in hoc mysterio temerarium.* *Trident*

Ad quod amplius declarandum, non solum hoc reperimus in mysterijs factum Virginis, sed etiam in alijs aliquibus definitionibus: nam Tridentinum definiuit scripturas Canonicas à non Canonicis, qualesque infallibilem continerent veritatē, quales autem minimè, & tamen hoc non ex aliquo collegit loco scripturæ, sed ex traditione Apostolorum, quam eruit ex Canone prouincialium Conciliorum, & catalogo aut Pontificum, aut sanctorum Patrum, quòd præcipuè in hoc patet libro qui Hebraicè non reperiebatur, vnde illum vt Canonicū

14. *Liber Sapientiæ ex quo loco definitum canonicum esse.*

A determinarunt ex traditione Apostolorum, cùm ab illis citatum reperissent, vt suprà vidimus.

Secundò adnoto ex sensu mystico sacræ scripturæ, quando ei Patrum adiungitur authoritas, aut magnus, siue vnanimis expositorum consensus efficax, deduci posse argumentum ad confirmationem dogmatum vel impugnationem errorum. Sic tenet Alphons. de Castro 1. contra hæreses, Michael de Medina lib. 2. de rectā in Deum fide cap.12. Lorca tractatu de locis disput.18. quam opinionem sic modificatam ait, & rectè duo Thomæ non aduersari, quando 1. part. quæst. 1. art. 10. absolutè protulit mysticum sensum non esse vtile ad arguendum, intelligendus enim est quando Patrum authoritate non fulcitur. 15. *Sensus mysticus vtilis ad arguendum.* *Castro. Medina. Lorca. D. Thom.*

Veritas huius dicti patet, quia aliquando ipsamet scriptura ad confirmandam veritatem sensu B vtitur mystico, vt Ioan. 19. num. 12. Christus Dominus noster, ad perditionem Iudæ excusandam, scilicet non sua illam euenisse culpa, quasi minus ad illum conseruandum ipse diligens extitisset, sed vt scriptura impleretur, vnde ait, *Quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex eis perijt nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur*, quæ est Psal. 40. num. 10. nempe, *Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Et Psal. 108. num. 8. *Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter.* Vbi non literaliter, sed mysticè loca accipiuntur de Iuda, ex quo sensu eius confirmauit opinionem. *Ioan. 19. num. 12.* *Ps. 40. 10.* *Ps. 108. 8.*

16. *Est verus sensus scripturæ regulariter excedens literalem.* Secundò mysticus sensus est verus sensus scripturæ, immò regulariter excedit litteralem quando simul concurrunt, quia digniorem materiam habet, & plus intentus est à Spiritu sancto. Vnde Michael de Medina lib. 6. cap. 25. refert Hebræos sensum mysticum appellare *Dabbargadol*, id est verbum grande, literalem *Dabbargatan*, id est verbum paruum; immò ob hoc Philo libro de confusion. linguarum, sensum litteralem appellauit vmbram, mysticum verò rem verissimam, qui tamen sanè est intelligendus: nam non hoc dicit quasi literalis sensus non sit verus, cùm sit primò & immediatè intentus, sed quia aliquando concurrit cum mystico, cùm plus hic à Spiritu sancto sit intentus, videatur veluti corpus, hoc est principale intentum. Quod clarè patet ex his quæ dicit, tractans enim de confusione linguarum, mysticeque illam explicans sic ait, *Hæc est nostra super hoc textu sententia*, nempe confusionem linguarum, vitiorum surditatem, & inhabilitatem significare ne damnum efficerent, *Qui verò aperta solum, & obuia sectantur, putant hic describi ortum linguarum Græcarum, ac Barbararum, quos equidem non accuso, fortassis enim & ipsi rectè sentiunt, attamen admonitos cupio, non hactenus processisse contenti sint, sed transeant ad Tropologiam, sic æstimando diuina oracula esse vmbras quasdam corporum, cæterum quæ per has significantur esse res verissimas.* Vbi apertè constat respectiue esse locutum Philonem, quatenus vbi sensus mysticus cum literali occurrit, illi primus dandus sit locus, ergo cùm sensus mysticus sit verus sensus, & amplius quàm litteralis regulariter loquendo à Spiritu sancto intentus, æque infallibilis veritatis erit, ac sensus literalis. C *Medina. Philo.* 17. *Literalis sensus vmbra respectu mystici.* D

At cùm de eius certitudine sæpè in dubium sit quòd non euenit in literali sensu, ideo adiecimus quòd quando magna patrum auctoritate fulcitur,

pulſum, cùm antequam eam Virgo reciperet, iam A
peccatum non erat. Ergo verè nec poterat dici
quod eſſet redempta; quòd ſic tenet ſanctus abſur-
dum, vti reuera eſt, vt potius velit quod dicatur
conceptam eſſe in originali, quàm Christum illa
gloria priuari; quod equidem omnes nos dicēre-
mus ſi alius non eſſet modus illam opinionem abſ-
que Christi redemptionis præiudicio defendendi.
Caterin. Pro noſtra ergo eſt D. Thomas, ſicut Caterinus,
Viguer. Viguerius, Vtinus, & Thaulerius citati à Iuſtiniano
Vtinus. vbi ſupra §.18. Quibus addendum, vt inquit Sobri-
Thauler. nus in tractatu de Conceptione, Vincentius Val-
Sobrin. uacenſis, Hugo Cardinalis, Robertus Holeth,
Valuac. Guillelmus Pipinus, Sanchus Oporta, Aloyſius
Hugo. Granatens. Ioānes de la Penna, Lopes Monopoli-
Robert. tanus, Aloyſius Cabrera, ſummo Enriques tom. 1.
Holeth. Sacrament. lib.3.c.11. affert Sotum, & Mātium, &
Pipin. Pater Oieda è ſocietate Ieſu in ſua de Conceptio- B
Oporta. ne informatione refert Raymundum, Sanctum
Granata. Vincentium Ferr. Abrahamum Biſcouium, Mauri-
Penna. tium de Villa probata. Quibus addendus Holkot in
Lopez. hunc Sapientiæ librum lect.160.litt.c. vbi expreſſè
Cabrera. affirmat Virginem ſine peccato originali concep-
Sotus, tam, licet teneat per emundationem ſeminis ante-
Mantius quam conciperetur, quod omnino falſum. Quæ
Raimūd. opinio ſic communis olim in hac ſacra extitit reli-
S. Vinc. gione, vt in eius manuali refert Sobrinus & O-
Ferr. ieda Hiſpali impreſſo anno 1524. in vltimo cap.
Biſcouius, de contraria talia dixerit opinione, *Ordo Prædica-*
Villa pro- *torum ſuſtinuit huiuſque opinionem quòd beata Vir-*
bata *go fuit concepta in originali, ſed de hoc non eſt cu-*
Holkot *randum, cùm ſit materia nullius vtilitatis, & val-*
Sobrin. *de ſcandaloſa, præſertim cùm tota fere Eccleſia, cu-*
Oieda. *ius vſus, & authoritas ſecundum B. Thomam præ-*
68. *ualet dicto Hieronymi, & cuiuſcumque alterius* C
Opinio de *doctoris, iam aſſerat quod fuit præſeruata.* Immo in
immaculata Martyrologio eiuſdem ordinis Salmanticæ im-
Cōceptio- preſſo anno 1579. approbato à Magiſtro Ioanne
ne commu- Gallo, & ordine Reuerēdiſſimi Generalis Seraphi-
nis antiqui- ni Caualli recōpilato, hæc aſſeritur feſtiuitas. Præ-
tus apud mitto modernos, & qui adhuc extant, qui, vt in-
Dominica- quit idem Iuſtinianus, hanc populo prædicarunt
nos.
Iuſtinian. opinionem, eoſque qui pro viribus, vt eam omnino
amplecteretur contrariam ablegaris à ſua procu-
rarunt Religione, vti fuit Reuerendiſſimus & Illu-
ſtriſſimus Pater Aloyſius Aliaga Philippi 3. Hiſpa-
niarum Regis meritiſſimus Confeſſor, & Genera-
lis Hiſpaniarum Inquiſitionis digniſſimus Præſes.
Vade nunc lector, & dum hæc audis & inſpicis, iu-
dica, ſi potes, aut minus deuotionis erga ſanctiſſi-
mam Virginem extare, aut alicui ex reliquis reli-
gionibus plures tribuendas in hac re partes, quàm D
huic ſacratiſſimæ, licet imperitum aliter cenſeat
vulgus, aut imperitè, ſeu, vt melius dicam, impru-
denter aliqui ex eadem familia (& non equidem ex
primis) anſam huic prebuerunt phantaſiæ.

Hinc licet colligere quàm innumeri ſint ex re-
liquis religioſorum familijs, qui conſtanter hanc
aſſerāt opinionem, cùm tanti ſint ex Dominicana,
vnde ex illis vix qui contrariam teneāt reperitur.
69. Quapropter ex Carmelitana ſunt Bacon in 4. d.
Carmelita- 2.q. ...ar.1. Franciſcus Martini, Anguianus, aliàs In-
na familia cognitus, Manticenus & alij quàmplurimi inſi-
pro nobis. gnes Theologi, quos refert Lezana eiuſdem Or-
Baccon dinis in Apologia pro immaculata Conceptione
Martin. cap.2. affirmans anno 1306. trecentis & amplius ab
Incognit. hinc annis in Capitulo eiuſdem Ordinis in Gallia
Lezana. celebrato, mandatum vt hoc feſtum pro toto cele-
braretur Ordine, immo quod Baccō vbi ſup. art.4.

A affirmat ab antiquis temporibus Romæ præſenti- 70.
bus Cardinalibus in eorum conuentu hoc feſtum **Romæ quā**
colebatur, cuius verba ſunt. *Et hoc publica, & diu-* **antiquè hęc**
turna conſuetudine, & hæc durauerunt tempore **celebraba-**
multorum Pontificum vſque in præſens tempus, & **tur feſtiui-**
tas.
conſtat quod tanquam diuturnam, & veterem ſo- 71.
lemnitatem bene nouerant. Ex Auguſtiniana etiam **Auguſtinia-**
familia quàm plurimi recenſentur à viro doctiſſi- **na etiam.**
mo huius noſtræ ætatis Egidio eiuſdem familiæ *Egidius.*
lib.3.q.1.§.2. qui (ſit ſine inuidia dictum) exactiſſi-
mè hanc, & rectiſſimè tractauit quæſtionem, ipſe *Argētin.*
enim ex ſuis citat Argentinam in 3. d. 3. Carnoten- *Carnot.*
ſem, qui floruit anno 1080. annis centum & octo-
ginta ante ſanctum Thomam, & alios quàm pluri- 72.
mos, tum ex eius familia, tum ex reliquis, qui om- **Et Ciſter-**
nes ad ſummam aſcendunt ampliorem quàm cen- **cienſis.**
tum & triginta. Stat etiam pro Ciſtercienſi familia *Bloſius*
B Ludouicus Bloſius in dictis aureis ſanctorum c. 5. *Lorca*
& nunquam ſatis laudatur Magiſter Lorca in 1. 2. *Hector*
q.81.ar.3. ad iſtos pro Hieroſolymitana addendus *Pintus.*
Hector Pintus in c.14. Ezechiel. 73.
Et Hiero-
De ſtatu monachali progredior ad regularem, in **ſolymita-**
quo audeo dicere nullum penitus extitiſſe, qui **na.**
contrarium vnquam ſenſerit, & qui aut typis hanc 74
noſtram opinionem non mandauerit, aut verbis **Et omnis**
eam ſummiſque non inclamauerit votis. Sic repe- **ſtatus regu-**
rio in præclara clericorum Regularium Theatino- **lar. s 1.**
Theatini.
rum nuncupatorum Religione inter mille typis
eam mandaſſe Ghiſlerius in Cant. c.1. vers. 6. in
4. expoſition. Vincentius Silibert. in lib. de Ciui- *Ghiſlerius*
tate Dei, & præcipuè in Pſal. *Magnus Dominus,* *Silibert.*
vbi diffusè, Paulus Aretenſis Tortonæ Epiſcopus *Aretens.*
in libro cuius titulus *ſacrate impreſ.* & in alio cu-
ius titulus, *tribulationes lecciones* Benedictus Man- *Mandin.*
C dinus in duo 1. capita Hierem. ſuper illa verba,
Virgam vigilantem ego video. Prætereo viros
qui eam è ſuggeſtu inclamarunt, omnes in prædi- *Paulus*
catione ſtrenuos, in ſanctitate ſummos, vti Paulus *Toloſa.*
Toloſa Bouinenſis Epiſcopus, Placitus Mirtus, & *Mirtus.*
alij quàm plurimi, vt interim meum taceam fra- *Petrus*
trem Petrum nempe Antonium eiuſdem ſanctiſ- *Antonius*
ſimæ Religionis Prædicatorem, qui quàm huic ad-
dictus fuerit opinioni ipſa eius quæ apud me ſunt
ſcripta teſtantur.

Venio & ad præclaram Ieſu Societatem, quæ etſi 75.
in omnibus theologicis quæſtionibus inſignem **Secundò &**
mereatur coronam, in hac verum ſit dicere quod **Ieſuitæ.**
ſummam, nec minoris eius eſt laudis præclaros il-
los ſuos decem Patriarchas huic opinioni ſic fuiſſe
addictos, vt omnes vno ore tanquam ſacramento
aſtricti eam profiterentur, nec vnus ex ea, qui vel
D leuiter quidem contrariæ vnquam ſuſpicionem
admiſerit, reperietur; quadraginta ex illa doctiſſi-
mos numerat viros Pater Salazar in eius quem *Salazar.*
ſcripſit libro de Conceptione cap. 43. in ſeculo 16.
poterat ſiquidem & quadringentos, cùm omnes
(nemine excepto) qui typis ſcripſerunt, aut verbo
docuerunt, eam tenuerint, amplexatique ſint, bre-
uitatis cauſa eos prætermitto, vide apud ipſum.
Meam prætereo religionem vt pote adhuc vix è 76.
faſcijs egreſſa: vnum tamen dico ex multis viris **Tertiò &**
doctrinæ qui in ea iam ſunt, quique ad fœtus par- **authores.**
turiendos iam accinguntur, nullum extare qui hu-
ius non ſit opinionis, nullum qui huius non edu-
cetur lacte.

Deuenio ad orbis præclaras Academias, & Col- 77.
legia, hanc enim paulominus annis ab hinc ducen- **Academiæ**
tis Pariſienſis amplexata eſt illuſtris Vniuerſitas, **omnes no-**
ſtrā ample-
xatæ ſunt
hanc Louanienſis, Salmanticenſis, Complutenſis, **opinionē;**

perinde est, ac si ipsam deitatem ab eo auferrent; quo quid stultius?

Hoc si intimè perpenderent homines, numquam de Deo diffiderent, nam quid aliud est Dei diffidẽtia, nisi negatio suæ infinitæ prouidentiæ, quasi aut nesciat, aut non valeat media adhibere apta', fortiaque ad aliquid consequendum, vnde diffisi de Deo ad humana media recurrentes, dum plus in

5\. Deus tantũ contra sui diffidentes irascitur, vt & si leuiter delinquant grauissimè puniat.

his fidunt, Deum inhonorant, ob quam causam maxima Deus hominibus flagella immittit, quia diffidentes de illo non illi honorem debitamque dederunt sanctificationem, immo tantum Deo displicet diffidentiam de illo concipere, vt non solum acriter puniat quando peccatum est graue, sed etiam quando venialis imperfectio, ita, vt ad iram Dei prouocandam sufficiat, vt tantum homo

6\. Peccatum leue, contra diuinam admissum prouidentiam grauissime punitur.

remissum habeat culpabiliter animum, & in Dei prouidentia non feruentem; vt ipse summè irascatur, & puniat, vt semel videant quantum peccent qui Deo non fidentes, & omnia humano prouidere curantes consilio diffidunt, quando amplius in Deo fidere debuerant. Moysi enim, & Aaron aditum ad promissionis terram interdixit, quia culpabiliter feruorem tantũ confidentiæ in Deo remise-

7\. Moyses & Aaron prohibiti in promissionis terram intrare, quia remissè Dei crediderunt prouidẽtię. *Num. 20. num. 12.*

runt, ex quo secutum, vt non tribuerent honorem, quem tribuere Deo coram multitudine debebant, quod sic grauissimè tulit ipse Dominus, vt illis dixerit, *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis*, Num. 20. num. 12. Nam, vt benè adnotat quidam hîc, hæc Moysis & Aaronis diffidentia, non fuit culpæ lætalis, sed tãtum venialis, quatenus non de Dei potentia, sed de eius diffisi sunt voluntate, quasi non daturus aquas, quia non posset, sed quia nollet, populo illi incredulo, & infideli, vnde remittentes confidentiæ feruorem, plus extimuerunt populi peccatum, quàm de Dei præsumpserunt bonitate, vnde dixit illis Dominus, *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me*, quid enim aliud est, *vt sanctificaretis me*, nisi, vt ostenderetis plus me esse bonum, quàm populum iniquum, & plus me esse sanctum, quàm populum peccatorem, & plus posse me dimittere, quàm populum committere, vnde quia hoc non credidistis, & dubitastis, atque diffisi estis, nõ introducetis: quę sententia, sic firma, sic extitit immutabilis, vt meritò Basilius in proœm. libri Ethicorum hoc est de

Basil.

8\. Dei iustitia quam terribilis.

moribus tom. 2. Dei ex illa seueritatem eluens, totus contremiscit, & horret, *Quoties igitur*, ait, *animo mecum Moysen ipsum intueor Dei ministrum, magnum illum virum, cui talis à Deo, ac tantus fuerit honor delatus, magnificaque à Deo summæ virtutis data testimonia, vt audire promeruerit illud noniter præter cæteros, & inuenisti gratiam coram me, hunc ipsum quoties considero ad aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, nisi quod tantummodo dixerat populo, propter aquæ penuriam murmuranti; num de petra hac aquam vobis poterimus ejicere? hac sola de causa confestim ei fuisse denunciatum non ingressurũ illum in terram promissionis, quæ omnium, quæ Iudæis promissa fuerant, erant tunc caput, quoties igitur errantem hunc video & nihil exorantem, quotiesque reputo mecum nihil ei prodesse potuisse præclara adeo, multaque quæ fecerat, vt*

9\. Quanta dignus pœna qui grauiter contra Dei delinquit prouidentiam.

veniam tam breui verbo impetraret, verè vt est apud Apostolum, rigidam Dei seueritatem video vereque illud dictum esse persuadeo mihi, si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Quod cùm sit, liceat nunc sic argumentari, si tanta ob remissionem feruoris confidentiæ pœna digni fuerunt fratres, tamque terribiliter in ipsum Moysem animaduerterit Deus, quanta erit dignus, qui non feruorem, sed ipsam in Dei prouidentia amittit confidentiam, & qui in ea non venialiter, sed mortaliter

10\. Saul cur occisus.

peccat, ob hoc Saul non sicut Moyses, Aaronque frater eius punitus, sed miserabiliter occisus, quia spem in Domino non posuit, quia de Deo diffisus, in Dæmonibus potius confidere voluit quàm in Deo, *Mortuus est ergo Saul*, inquit scriptura, *propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai*. 1. Par. c. 10. n. 14.

1. Paral. c. 10. 14.

Vbi notanda est differẽtia verborum scripturę, nam loquens de iniquitatibus Saulis, inquit, *quod propter iniquitates suas mortuus est*: quando autem loquitur de diffidentia, non dixit, mortuus est, sed

11\. De Dei prouidẽtia diffidentes mortẽ merentur violentam.

Dominus interfecit eum Ad notandum, quòd propter cæteras iniquitates tantum ordinaria mors, licet præmatura, Sauli debebatur, at propter Dei diffidentiam, non solum præmatura, sed violenta, & non ab aliorum, sed à Domini manibus, cùm à Domini manibus dici possit occisus, dum ipsemet sibi mortem oppetiit, qua propter in Domino non sperans, sed potius in Dæmone, merito caput, & arma eius in trophęum ipsius transierunt in quẽ sperauit, vt sacer textus sequens ait, *Cumque spoliassent*

12\. Saulis arma & caput dæmonicõ̃ sectatum quia de Deo diffidit.

eum, & amputassent caput armisque nudassent, miserũt in terram suam, vt circumferretur, & ostenderetur idolorum templo, & populis, arma autem eius conseruauerunt in fano Dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon, vt omnibus semel notum esset, quantum Deo eius displiceat diffidentia, & quàm supra cæteras iniquitates eam æstimet, & abhorreat.

13\. Media humana cur Deus infringat.

Quod adeò verum est, vt ob hanc tantummodo causam media, quibus innitimur & in quibus confidimus, confringere, ad nihilumque redigere soleat, vt inde edocti, in illum spem erigamus, & de illo non diffidamus, sic enim ad vanam tollendam spem filiorum Israël, qui de Deo diffidentes, cõtra Chaldæorum Regem in Ægypti Æthiopiæque auxilio confidebant, mandauit Dominus nudum incedere Isaiam Prophetam cap. 10. num. 2. *Is. 10. n. 2.* ad denotandum miseriam, captiuitatemque Hebræorum quam per Chaldæorum regem subituri erant in nullo eis Ægypto, Æthiopiaque auxiliante, cùm hos prius omnes Chaldęus attriuerat, vt ipsi filij Israël viderent, in quibus spem collocabant, & de quo diffidebãt, *Ecce hæc erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Assyriorum, & quomodo effugere poterimus nos*, dixerunt isti, quando viderunt confractũ, concisũque baculũ, in quo ipsi fidebant, hinc omnes in manus Iosue traditurus Deus Reges, qui contra eũ simul insurrexerãt, ei præcipit vt homines occidat, equos autem subneruet c. 11. n. 6. *Iof. c. 11. 6.* *Dixitque Dominus ad Iosue, ne timeas eos: cras enim hac eadẽ hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israël; equos eorum*

14\. Cur Deus Iosuę mandauit equos subneruare & currus igni tradere.

subneruabis, & currus igne combures, quod præcipuè executioni mandatum sacer adnotat textus, vnde ait, *fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusque combussit igni.* Cur quæso subneruantur equi, currusque comburuntur, nonne melius, vt ad reliqua seruarentur bella, reliquasque validas subiugandas gentes, regesque, qui adhuc supererant, immo ob hoc eneruati, ne in illis fiderent Israelitæ & non in Deo, ac in equitibus, & in curribus, non secus ac gẽtiles spem

Theodoret. reponerent; *vult*, inquit Theodoretus in Deu.q.18. A super illud cap.17.n. 16. vbi Regibus multiplicatio equorum interdicitur, *eos soli Deo fidere, quapropter beatus Dauid inclamat, fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.*

15. *Media humana sæpe eis inimicæ ausant illius, à quo assumuntur, & cur.* Immo sic Deo displicet, quòd homines non totam spem in ipsum reponant suam, vt solet ijsdem humanis medijs in quibus homines fidunt contra ipsos pugnare, eosque debellare. Sic sanè accidit Achab, qui dum aduersum se duos conspexit insurgere Reges, Syrium videlicet, & Israeliticum, dum ad Deum suum confugere, & ab illo auxilium salutemque sperare debebat, & in illo confidere, miser ad Assyrium confugit, & in illo spem reposuit suam, vnde Assyrius postea extitit qui captiuum duxit populum, qui Hierusalem desolatam reddidit, quod *Isa. c. 7. n. 16.* diu antè per Isai. minatum fuerat, ca.7. n. 16.

16. *Achab punitus quia non in Deo, sed in Rege fidit Assyriorum.* *in die illa radet Dominus in nouacula conducta*, id est in copiis Assyriorum, qui mercede conducti fuerunt ab B Achab, *in ijs, qui trans flumen sunt, in Rege Assyriorũ, caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* Atrox enim supplicium de Deo non confidentium, sed in medijs humanis rasuram nempè capitis, barbæ, pedumque, hoc est expoliationis omnium substantiarum, & honorum, vnde & factum est vt ipsi qui eos custodire debebant, eorum fuissent expoliatores, occisoresque.

17. *Vesania eorũ qui Deo derelicto spem in hominibus reponunt.* Sæpe equidem hoc hominibus euenit, qui de Deo diffidentes in baculis arundineis spem collocant suam, quod satis admiratur Augustinus super illud Ps. *Nolite confidere in Principibus*, vbi sic ait, *Modò enim nescio, qua infirmitate humana, anima quando fuerit tribulata hîc, desperat de Domino, & vult præsumere de homine, dicatur homini in afflictione aliqua constituto, est quidam homo magnus, per quem possis liberari, arridet, gaudet, erigitur: quòd si dicatur, liberet te Deus, quasi desperatione frigescit*, nil melius, verè C

18. *Diffidentia de Deo & confidentia in homine est infirmitas insaniæ.* equidem diffidentia de Deo, & in homine confidentia, infirmitas est, immo insania, quæ effingit hominem præpotentem, ab eoque sperãdum, cùm sic ipse infirmus existat, ac sic tribuletur, vt qui opē, auxiliumque præstolatur: quis enim lapsus à lapso, quis infirmus ab infirmiore, quis debilis à debiliore, quis impotens ab impotentiore petit auxilium? nisi insaniat. *Promittitur*, inquit August. *tibi quòd liberet te tecum liberandus, & tamquam aliquo magno auxilio exultas, promittitur ille liberator qui liberatore non indiget, & quasi ad fabellam desperas.* Nonne hæc infirmitas insaniæ? dum rectum iudicium nõ habet à vero auxiliatore, validioreque auxilium non attendit, sed ab homine qui infirmissimus, vnde non mirum si Deus tales corripiat diffidentes, D & castiget, insipientesque eos diiudicans, virtusque eius in illos insurgat, eorumque peruersas, diffidētes, & infideles, de Dei prouidentia cogitationes dissipans, vnde merito Sapiens inquit, *peruersa autē.*

Ambros. *Chrysosto.* *Augustin.* *Saluianus.* *Nissenus.* *S. Thomas.* De prouidentia Dei vide Ambros. lib. 1. Officior. cap.13. Chrysostomum hom.9. ad popul. Antioch. & in libros de prouidentia, quos composuit, Augustinum 5. de ciuit. ca.9. & 10. & de lib. arbitr. per totum. Saluianum in 8. lib. quod de prouid. composuit, Nissenum lib.8. Philosoph. S. Tho. 3. cont. gent. à cap.71. vsque ad 75.

Num. 4. *Quoniam in maleuolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Reddit Sapiens prædictorum rationem, quare ficti illi homines, ac vafri non possidebunt sapientiam, quoniam scilicet, maleuolam possident animã, & corpus peccatis obnoxiũ, quod præcipuè de peccatis habitualibus intelligitur, & maximè de carnalibus, quæ mentem omnino obcæcant. *Connexio capitis.* B

In maleuolam animam, &c. Id est malorum artificem, inuentricem, seu fabricatricem, sic Castro. *Castro.* Hieronym. legit *peruersam*, quasi quæ habeat cogitationes peruersas, tortas, implicatas, in hanc enim nec pedem afferet sapientia suum, quæ simplicibus delectatur, & cum simplicibus est eius sermocinatio. *Hieronym.* 1. *Anima peruersa maleuolaque quæ.*

Aliqui hunc applicant sensum Hæreticis, & sophistis, qui suam sapientiam vafram, & versipellem Dei sapientiæ præponunt: hi certè maleuolam habent animam, ac astutam, & tortuosam imaginationem, & ideo non solum cum eis sapientia non habitabit diuina, sed nec intrabit eorum domum, tam longè ab eis abest: vnde Cyrill. lib. 7. in Ioan. cap.4. ait, *Quod nil malignius excogitari potest hæreticorum facto, dum à veritate diuinã auditum suum auertentes, illi proponunt fabulas cogitationum suarum.* Vide Hieronym. lib.4. in Hierem. ca. 18. & Basil. epist. 41. C 2. *Hæretici pessimam possident animam ac malignam.* *Cyrillus.* 3. *Eorum malignitas in quo potissimum stet.* *Hieronym.* *Basilius.*

Alij hanc sententiam applicant, & merito, iudicibus vafris & calumniatoribus, qui suum implicant officium, captiosis, & sophisticis argumentis trahentes, verumque legis detorquentes sensum ad sua commoda, & desideria. Hi maleuolam possidēt animam, & corpus habent peccatis subditum, & obnoxium: vnde non mirum si ab eis longè absit Deus, & sæpè sæpius eius gratia destituti, in reprobum tradantur sensum. 4. *Iudices qui maleuolam possident animam, qui sint.*

In corpore, &c. Corpus totum hominem significat, sed vt animalis est, secundùm carnem viuens; sic Lorinus, nec sapiens quæ Dei sunt sed quæ mũdi, & mundana tantum sapientia ipsa sola se gubernans, omnino deserens diuinam; sic omnes merè D Politici, qui terrena tantum sapiẽtes, omnia sensu suo moderantur, quorum sapientia quàm insulsa, & quàm amara sit vide diuum Iacobum c.3. n.14. & sicut in istis non intrat sapientia, sic etiã nec in illis qui peccatis carnalibus obnoxiũ habẽt corp⁹. Hoc etiã ipsi gentiles animaduerterunt, ob hoc finxerũt Venerem numquam ferire potuisse Musas, aut Mineruam. Laertius in vita Platonis, & Cicero, vt refert Plutarchus, apertè fatebatur non posse se Philosophari, & vxori operam dare. *Lorinus.* 5. *Politici merè corporales homines.* *Iacob. 3. n. 4.* 6. *Peccata carnis diuinã excludunt sapientiam.* *Laertius.* *Cicer.* *Plutarch.*

Subdito, &c. Id est obnoxio, ac veluti ære alieno obstricto, & sub peccato venundato, *nam qui peccat seruus est peccati.* Ioan. 8. num. 3. 5. propriè intelligitur de his qui peccatis assuefiunt, in ipsis degunt, & viuunt; optimè adnotat Lorinus, quod per (subdito) cui⁹ synonyma sunt obnoxium, deuinctum, obstrictum, propensum, potest denotari procliuitas ad peccatum ex habitibus malis 7. *quis dicitur peccati subditus.* *Ioan. 8 n. 3. 5.* *Lorinus.*

comparata, vel ex fomite culpabiliter non mortificato, nam qui sic procliues sunt, bibunt certè iniquitatem: nulla in eis est resistentia, nulla contra appetitum vis, & oon solum habent corpus peccatis subditum, sed dici possunt quoddammodo peccatum ipsum. Fomes peccati, quatenus ad peccatum inclinat, *Peccatum*, vocauit Apostolus ad Rom. 7. n. 14. Sic quodammodo peccatum dici possunt, qui semper operantur quod fomes persuadet, cùm ergo quasi totum quod sunt peccatum sint, vnde, aut quomodo in eis intrabit sapientia diuina? verbum scilicet Dei, aut si mauis secundùm Olkot lect. 4. *Collectio virtutum moralium, & intellectualium.*

8. Homines propensi ad peccatum dici possunt ipsum peccatum.

Ad Rom. 7. num. 14.

Olkot.

Peccatis, &c. Multi pro peccatis omnium peccatorum genera intelligunt, alij peccata carnalia, vt proprijssimè sapientiæ contraria, & infesta: Alij peccata versutorum, & fallacium hominum, qui sensus magis ad litteram, vt versus sequens indicat: sensus ergo erit, quòd in animam malorum artificem, & inuentricem, non intrabit sapientia, nec habitabit in homine peccatis seu carnalibus, seu vafris habitualiter venundato.

Lorinus. *S. Thom.*

Vltimo optimè infert Lorinus doctrinam & argumentum S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 4. quo ex hoc loco probat Virginem Sanctissimam absque peccato veniali actuali fuisse, ob peculiarem inhabitationem sapientiæ in ipsa, noo solum in anima, sed in corpore; posse etiam extendi ad peccatum originale, cùm ex doctrina Augustini de natura & gratia cap. 36. & contra Iulian. cap. 9. qui contrahit non est immunis à venialibus: ergo sicut nullum peccatum veniale actuale commisit illa sanctissima, & immaculata, sic nec originale contraxit, cùm secundùm Augustioum si contraxisset, à venialibus non fuisset immunis: sed de hoc infra.

Augusti.

9. Virgo S. immunis ab originali.

HOMILIA VII.

Perseuerantia in peccato quantùm animæ nociua.

IN *maleuolam animam*, inquit Sapiens, *non intrabit sapientia, nec in corpore peccatis subdito*, hoc est obnoxio, assuefacto ac perseuerante in statu manente peccati, res Deo odiosa, nam vt inquit Augustinus, *non tantum Deo displicet peccatum, quantum perseuerantia in illo*; Sicuti res, quæ non solum illum cogit, sed & Angelos eius, ad totaliter animam desereudam, vt pote de remedio, & salute desperantes, & ne in eorum manibus depercat, eam deserentes, quod acutè adnotauit Origenes hom. 2. in Hierem. super illa verba: *Curauimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam. Caue, ô homo*, inquit, *ne tibi accidat quod illis, qui à medicis desperantur, vtentes voluntate morbi sui vt ad peiora demergantur, accedit aliquis eorum ad languentem quantum ars patitur, & industria, medicamina non cessant, sed si ægritudo tanta sit, vt repugnet curationi, vt ipse inualidus per impatientiam curationis contra faciat quàm iubetur, relinquit medicus, desperat de illo, & recedit ne inter manus suas spirans, causam interitus eius ad se retorqueat: sic & nos, ne in Sanctorum Angelorum manibus qui ad nos curandos, à Deo destinati sunt, moriamur, derelinquũt nos, desperantes animas nostras, & aiunt, non est malagma imponere, neque oleum, neque ligaturas, quia appropinquauit in cælum iudicium eius, & eleuatum est vsque ad Astra.* Nota derelictionis causam, quia scilicet appropinquauit in cælum iudicium eius, quod est dicere, quia non vnum tantum habet peccatum, sed multa, non paris ponderis, sed magni, non semel peccauit, sed in statu est peccati: ob hoc derelinquamus eam; *qui paruum habet peccatum*, inquit idem, *non vsque ad cælum, & sydera iudicium eius essit, pusillum enim & humile est: qui verò crescit in scelere, crescit & iudicio, simulque cum vitijs augetur & pœna, & in tantum delinquit, vt iudicium eius vsque ad cælestia subleuetur*, clamans apud Deum, vt descendat, & perdat, iuxta illud Gen. 18. num. 20. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis*: in multiplicatione agnosce grauitatem, & non quamlibet, sed nimiam, *aggrauatum est nimis*, si semel peccassent, si non continuè, & perseueranter graue fuisset, sed nõ nimis, at quia perseueranter multiplicarunt peccatum, ita nimis aggrauatum est, vt ad cælum vsque perueniens eorum clamor, exinde decem vocauit, *vt descenderet, & videret*, consumaret, & perderet, quia, vt inquit Origenes, *desperato erat cura.*

August.

1. Perseuerantia in peccato amplius Deo displicet, quàm ipsum peccatum.

2. Ob eam Deus, & Angeli animã deserunt.

Origen.

3. Peccata quæ ad cælum subeunt quæ.

Idem.

Gen. 18. n. 20.

4. Quæ etiam sint ad Deũ clamantia.

Origenes.

Cuius tanti foos mali, & origo, perseuerantia in peccato est, nam ab hac, vt asserit August. ser. 88. de tempore, prouenit cordis obstinatio siue obduratio, *cùm semel & secundò*, inquit, *& tertiò vnusquisque grauia peccata commiserit, expectat tamen illum Deus vt conuertatur, & viuat, cùm verò in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur obduratio*, qua posita, ita dicitur Deum eos derelinquere, vt moraliter dicantur esse in statu, in quo non possint saluari: tum quia auxilia efficacia nõ adsunt, tum etiam quia ad eum statum miserum, miserabilemque deuenerunt, vt sicuti, inquit Suarius in 3. partem t. 4. disp. 8. sect. 2. assert. 3. cùm ordinaria prouidentia illis sit difficillimum conuerti, vnde & moraliter impossibiles facti ad salutem, infallibiliter condemnabuntur, cuius tam horrendi casus causa, perseuerantia in peccato fuit, & habitus in illo, nam cùm iste sit qualitas, secundùm Philosophos, difficilè mobilis, fit vt semel in anima positus, difficiliter inspirationibus assentiamur diuinis, obturatas habentes cordis aures, ita, vt non solum in melius non proficiamus, quinimmo amplius ex illis obsurdescamus, qoia vt inquit August. vbi supra, *Obduratio non Dei potentia compellente perficitur, sed Dei remissione, vel indulgentia generatur, & sic Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patientia credenda est obdurasse*: quod dixit Paulus ad Rom. 2. n. 4. dũ ait, *An diuitias benitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis, contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*: Cui dum obsurdescimus, & aures non præstamus in peccatis manentes, incidimus in iudicium, qui misericordiam respuimus, & secundùm duritiam, & impœnitens cor, non tantum in Dei iram, sed in thesauris iræ incidimus, vnde persequitur Apost. *Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurisas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quem locum expendens Bernardus serm. de triplic. miseric. ait, *Thesaurizas tibi iram, pro prorogatis thesauris misericordiæ, quos contemnis, & enacuas in te misericordiam Dei.* Vbi thesauros misericordiæ prorogatos appel-

5. Perseuerantia in peccato origo omnium malorum.

August.

6. Obstinatio peccatoris à perseuerantia in peccato.

7. Qoia moraliter hic sõt in statu dãnationis.

Suarez.

8. Habitus peccandi in quali tẽponit hominẽ misero statu.

Augusti. *Idem.*

9. Obduratio cordis vnde prouenit ex parte Dei.

Ad Rom. 24.

10. Peccator quomodo nõ in iram sed in iræ thesauros incidit.

Bernard.

11. Thesauri misericordiæ Dei qui sint.

lauit Bernardus tẽpus misericordiæ peccatori prorogatum, quem dum statim Deus non punit omni supplicio dignum, momenta vitæ concessa, redamante eius iustitia, thesauri sunt misericordiæ profusi; quos dum contemnit obstinatus, & à se abijcit, congregat miser in damnum suum & alios iræ thesauros, abutendo Dei misericordia, & tempus miserationis eius respuendo, nam omnia temporis momenta, quæ præterlabi sinit, & non se pœnituit, reposuit in Dei ira, & pro prorogatis momentis misericordiæ, thesaurizauit sibi iram, vt inquit Apostol. qui apprimè horum callens peccatorum miseriam, dignos eos omni fletu existimat, *timeo*, inquit ad Corint. 2. cap. 12. num. 21. *ne fortè iterum cùm venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt*: Vbi humilitatem suam dixit impœnitentiam suorum: nam verum est quod quidam dicit, non sic prædicatorem exultare in suorum profectu, quantum deijci tum in eorum defectu, suus proficientes, gaudium, & coronam appellans Apost. ad Philip. 4. num. 1. quando istos deficientes humilitatem suam: hoc est, vt inquit Chrysostomus, *depressionẽ, & afflictionem suam*: Nam vt ait idem Sanctus hom. 1. de pœnitentia, *Et si omnes peccatores digni sint fletu, obstinati maximè*: Nam etsi peccare malum, in eo tamen perseuerare impium, *Quid enim*, ait, *in peccato magis impium, in peccato stare, & quid peius in casu est iacere in eo?*

12\. Momenta temporis quibus peccator se nõ pœnitet, in Dei iræ thesauris reponuntur.

Ad Cor. 2. 12. 21.

13\. Humilitas Pauli erat impœnitẽtia suorum.

Ad Phil. 4. nu. 1.

Chrysosto.

14\. In peccato perseuerare impium.

Peius, nam & si malum est infirmari, pessimum nolle sanari, dum medicina in promptu est, & facilis, quinimmo & dulcis, quid facilius quàm oculos ad cœlum attollere, quàm Christum in Cruce respicere, ægrotas & grauiter, quia à serpentibus morsus, quæ sunt peccata, Eccl. 21. num. 2. *Quasi à facie colubri fuge peccatum, nam dentes eius dentes Leonis, interficientes animam hominum*, inquit Sapiens Sidrac: quẽ locum expendens Chrysostom. serm. de pœnit. inquit, *peccatum conceptum coluber est in præcordiis hominum, parit mortem, nisi fuerit pœnitudine expiatum*, vnde Dauid, *concepit dolorem, & peperit iniquitatem*, sed si coluber, quomodo non dentes habet colubri, sed Leonis? sane quia nõ solum mordet inficiendo, sed dilacerando, inficit vt coluber, dilacerat vt Leo: qualis ergo dementia, cùm sic grauiter doleas, & sic facile sanare possis, nolle sanari, *Fac serpentem æneum*, præcipit Deus Moysi, nu. 12. 15. *quem cùm percussi aspicerent sanabantur*, nũc ô Christiane non fecit Deus serpentẽ æneũ, sed carneũ, & diuinũ, *Nã qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit*, 2. ad Cor. 5. n. 21. seu vt syriac. *propter nos peccatũ se fecit*: Agnus ergo cùm esset propter te, serpentem illum fecit Deus, in ligno suspendit, vt clarius pateret, in altum erexit, vt facilius aspiceretur, qualis ergo est illa væsania, potius velle peccatorum morsibus mori, quã oculos attollere & sanari? *Miserere animæ tuæ, ô Christiane*, dicam cum Saluiano lib. 3. ad Ecclesiasticos, *Miserere etiã illius, cuius vides miseratione Christum frangi, miserere illius tandem, cuius semper miseretur Deus*, ne sis ergo crudelis in Christum quando tui miserere non vis, nam si Christi non miserearis, quid aliud expectare potes nisi irã? nec putes quia tam cito in te non animaduertat ipsum amplius non animaduersurum: nam patientia est, non negligentia; amor non torpor. Putabant Philistei 1. Reg. 5. quando Domini intulerunt arcam in templum Dagon; & parem illum cum

15\. Peccata serpentes.

Eccles. 21. num. 2.

Chrysosto.

16\. Peccatum cur dentes habet Leonis, etsi coluber.

17\. Insania maxima nolle à peccatis sanari.

Num. 12.

17\. *Ad Corint. 5. num. 21.*

18\. Christus pro nobis serpens factus, & cue. *Saluianus.*

19\. Dilatio pœnæ in peccatum patientia Dei & non negligentia.

1 Reg. 5.

A Deo fecissent, quia statim detruncatum eum non vidissent, Deum dissimulaturum iniuriam, non vindicaturum contumeliam, quia, vt inquit Dauid Ps. 67. n. 68. ad modum dormientis se Deus habebat, at deceptionem suam perspexerunt: quando excitatus in opprobrium sempiternum dedit illos; *Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis*. Peccas nunc, & non te pœnitet, anteponis Dagon Deo, non solum similem illum facis, sed maiorem, & cùm sis Christianus, in templo animæ tuæ simul vis vt habitent Deus, & Dæmon, Christus, & peccatum, putans te valentem ad vtrumque adorandum, vides Deum silere; quid cogitas? forsitan ipsum nescire, aut non animaduersurum, deciperis, amor eum consopitum tenet, caue ne à somno excitetur.

Ps. 67. 68.

B Consopitum patrem, & in tabernaculo ob ebrietatem denudatum Noe, irrisit filius Cham, & cæteris fratribus irridendum proposuit, Gen. 9. 20. & quasi nil fecisset, abijt paruipendens iniuriam, nec curans veniam, fisus de somno patris, de amore genitoris, sed experrectus parens quid contra eum non fecit? maledixit, hæreditate priuauit, seruũ fratrũ suorũ eum constituit, extorrem tandem à Dei hæreditate, *Maledictus Chã, seruus seruorum erit fratribus suis*: quid per Noe, nisi vt ait Interl. *Christus Dominus noster homo factus*, qui calice passionis suæ ebrius, & crucifixus, vbi infirmitas mortalitatis apparuit, nunc amoris vino penitus consopitus peccata nostra dissimulat, & ignorare videtur. Ne paruipendas, ô Christiane! talem Dei benignitatem, & patientiam, nam si semel expergiscatur, quid contra te non faciet? qualem vindictã de te non sumet?

20\. Deus semel à peccatis excitatus grauissime punit.

Gen. 9. 20.

21\. Cham verò acriter castigatus.

Inter.

C quomodo tunc inexorabilis erit? vnde bene exclamat Saluianus vbi supra, *Et quomodo te postea, quisquis es, ô miserrime homo, quomodo te supplicantem in iudicio suo audiet, cum tu hic eũ pro te rogantẽ audire ipse nolueris*, quid enim expectas? domus tua tota crematur, & tempus ad extinguendum ignem postulas, quæ hæc est insipientia: nonnè insipiens Pharao, qui ranis afflictus, & quasi obrutus, dum Moysen deprecaretur, vt pro se oraret, auferretque ranas, dicenti, *Constitue mihi quando deprecer pro te, vt abigantur ranæ à te, & à seruis tuis, & à populo tuo*, respondit cras, Exod. 8. nu. 10. turpis vecordia cur non modo, insane? regnum tuum consumitur, campi desolantur, populus deperditur, serui tui affliguntur, tu ipse cruciaris, cur ergo cras & non modo? cùm modo à te malum possis abducere, insa-

Saluianus idem.

22\. Iudicium maximum peccatori reseruatur tempus respuens Dei miserationis.

23\. Pharaonis vecordia.

Exod. 8. n. 10.

D nus es, & insipiens, sicut & insani, atque insipientes, qui peccatum non statim ab anima expungunt, cùm possint, peccatum, inquam, quod dum perpetratur, malum originat, ac, si non cito deletur, in infinitum accumulat.

24\. Et obstinatorum peccatorum.

Peccauit parens noster Gen. 3. num. 7. & vix culpam admisit ac illico adfuit Deus, vt eum à peccato eriperet, non amplius in eo permansit, quàm vt sibi, & sociæ perizomata ficus conficeret. *Aperti que sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, & cùm audissent vocem Dei ambulantis*, vbi Pagnin. *& fecerunt sibi cingulos, audieruntque vocem Domini*, vix ergo peccarunt ac affuit liberator, & licet tam breue fuisset spatium, tamen ingentia mala in eum accumulata fuisse aspicimus: quid ergo efficiet peccatũ in anima, quando non ad momẽtũ, sed ad tẽpus, nõ per horas sed per dies, menses, &

25\. Perseuerantia in peccatum in infinitum malum accumulat.

Gen. 3. 9.

Paguin.

26\. Adam, etsi per modicũ tempus in peccato steterit, infinita tamen inde perpessus est damna.

Chrysost.

17\. Peccatoris conuersio, sicut & Dei misericordia, vnde sit difficilis.

annos, in anima durat, & eam perdit, hinc profecto difficilis redditur peccatoris conuersio, immo & Dei misericordia. Petit enim Chrysost. cur Deus Niniuitarum pœnitentię trium dierum contentus fuerit, & respondet, quia cito, & feruenter ad pœnitentiam cōuersi sunt. *Vt discas,* inquit, *& barbarorum virtutem tribus diebus tantam peccatorum iram soluere volentibus; atque Dei clementiam admireris trium dierum pœnitentia contenti pro peccatis, neque desperatione corruas & si peccaueris, vt illico muteris: quemadmodum enim anima pigritans, atque negligens, quamquam multum ad pœnitentiam tempus accipiat, nihil operatur magnum, neque sibi ipsi Deum per desidiam conciliat, sic quæ proposito excitato feruet atque multa cum solertia pœnitētiam ostendit, breui temporis momento longæui temporis peccata delere poterit;* longæua delet feruens pœnitentia; quanto magis recentia? quæ non tantum malum

28\. Perseuerantia in peccato insensibilem reddit animam.

B causantur in anima ac illa, nam dum hæc existunt & diu inueterata in ea permanent, insensibilem, ac miserā reddunt, vt viuat ac si non peccasset, & dies ita in bonis ducat, ac si summum iudicem non irritasset, insensibilis rursus effecta, immo & insensata, ex quo iram Dei magis contra se aeuit & accendit, quia, vt inquit Chrysost. ser. 5. de pœnit.

Idem.

29\. Impudentia peccati grauissimum malum.

Nō tam graue facinus est peccatum quàm ipsum peccantem non pudere, & hom. 46. ad populum Antiochenum, clarè affirmat magis Deum irasci ex oscitantia, vt sic dicam, in peccato, quàm ex ipso peccato. *Peccatum non dolere magis Deū indignari facit, & irasci, quàm peccare:* cuius rationem assignans ait,

30\. Oscitantes manere in peccatis, ac si non fuisset peccatū, grauissimum malum maius quàm ipsū peccatum.

Tu verò hominem quidem exacerbans & amicos, & vicinos, & ianitores rogas, & pecuniam impendis, & multos insumis dies accedens & supplicans, & siue semel, siue bis, siue millies te repulerit iratus, non recedis, sed magis contendens maiorem affers suplicationem: Deo autem omnium exacerbato oscitamus, & recedimus, & delitijs & ebrietati vacamus, & omnia pro C *consuetudine facimus, quomodo verò non ex hoc ipso magis eum irritamus?*

31\. Deus cur irascitur contra peccatores, sic viuentes ac si non peccassent.

Hæc, Chrysostomus. Vbi notanda sunt verba illa, *& omnia pro consuetudine facimus,* quæ radicè continent Dei iræ in peccatis perseuerantem, & ac si non peccasset viuentem; summi enim Reges verè non tam subditi peccata sentiunt quàm suæ contemptum gratiæ & amicitiæ, & sic istos placidè viuere ac si ab eorum gratia non recessissent; hinc talium mortes & ruinæ; abundant exemplis historiæ. Adrianus Tacianum occidit ob hāc causam, Nero Senecam: putabant enim illusionem suam, immo & Maiestatis læsionem, pacem, & iucunditatem horum; at si hoc inter humanos Reges, quid apud Regum Regem, dum sic viuimus eo offenso, ac irato, ac si non eum offendissemus, nec eius irā meruissemus? Prophan⁹ Esau. Gen. 25. sua primogeni- D ta vendidit ob vnius appetitum ientaculi: dixi ob appetitum, nam vt rectè adnotat Cornelius, non habuit, sed prætexuit necessitatem, quando dixit, *en morior n. 32.* quem sensum exprimit lectio 70. dum habet, *da mihi gustum de coctione rubea ista,* quod adnotauit etiam Gregorius lib. 3. mor. c. 12. dum effrænationem in illo appetitus, ex vilitate cibi, & dignitate rei venditæ educit. *Aliquando verò ait, abiectius est quod gula desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat, sicuti Esau qui vilē cibū magno desiderio quæsiuit, quapropter primogenituram amisit, quām dum vendendis etiam primogenitis pratulit, quo in illum appetitu anhelaret indicauit:* & cùm tale facinus cōmisisset, facet inquit textus,

32\. Principes iniuriam reputant ab ipsis puniendum & à sua excissum gratia non dolere.

33\. Esau prętexuit, nō habuit necessitatem lentis.

Gen. 25. n. 32.

Cornelius.

34\. Primogenita ob gustum sensualem vendidit.

Gregorius.

A *abijt paruipendens, quòd primogenita vendidisset.* Plus in hoc peccans, quàm in ipsa venditione, & si sacrilega, & simoniaca, vnde non curans factum, & paruipendens pœnam obstinatè in peccato perseuerans, vt vult Caietanus, hic sic postea lætus vixit ac si primatum non vendidisset, ob id stultus, vt inquit Ambro. lib. 9. de Cain. & Abel. c. 4. *Esau, ait, cognomine stultitia vir cessit patienter primatus suos fratri Iacob, ita vt diceret, vt quid mihi primat⁹, sed quos iste posthabuit, hos vir, cognomento exercitationum præditus, quæsiuit mereri.* Ideo paruipendit, quia per peccatum quantum amisisset non intellexit, cùm vir cupidus, carnique totus deditus, quæ carnis tantum, non quæ spiritus appræhendebat, nam vt idem inquit Ambros. *Apud ignauos nulla sunt insignia virtutis, quando apud sapientes prima habentur.* Hinc detrimēti nescius, miser, ac stolidus, in peccato manens, sic alacer, post illud patratum, B ac antea vixit, vnde ex libero seruus effectus, tunc grauiter ingemuit quādo sine fructu quantum esset quod perdidit ipsa teste cognouit experientia, quod profecto non euenisset si resipuisset, si post peccatum non paruipendisset, si à culpa exurrexisset, ac dum in illa perseuerantet constitit ac lætanter vixit, inde & primogenita, & ipsam vitam amisit æternam.

35\. Esau peccati grauitas maior effecta est paruipensione & in illo perseuerantia.

Caiet.

Ambros.

36\. Esau merito stultus dicitur.

Idem.

37\. Peccatores cur a peccatis resurgere paruipendunt.

38\. Christus Dominus cur semper tristis in hac vita.

Mirandum valde, si attentè considerauerimus, sic vitam suam Dominum nostrum transegisse vt per totam eius periodum nec risisse eum legimus, nec vnum tantum diem in bonis duxisse, cùm sæpe fleuisse reperiamus; & tamen inter duo illa, quæ peccatum habet, malum scilicet culpæ, & pœnæ, hoc postremum supra se assumpsit vt deleret primū, cuius cōparatione secundum nec apparet, nec apparere potest; & tamen cùm ipse peccatum non fecisset, neque dolus in ore eius inuentus fuisset, quia tantum illud delere debebat, licet non suum, C sic vixit, vt tristis semper esset, non secus ac si ipse peccasset: quid ergo deberet facere peccator, qui vtrumque malum supra se habet & vtrisque iaculis confossus manet? eo miserabilior effectus, quo minus vulnera sentit *in ipso autem animo,* inquit August. Ep. 49. *vbi appetitus voluntatis est humanorum mensura factorum continuo pœna sequitur culpam, plerumque maior, non sentientis cæcitate grauior.* Cōtinuo dixit: nam licet peccato continuo non inferatur malum pœnæ siue damni, vt aiunt Theologi, siue sensus, illico tamen infertur malum culpæ, cùm ipsum peccatum & culpa sit malum animæ horrendum: quod dum non sentit peccator, eo miserior efficitur quo insensibilior: *nec quod non deles paruipendas,* inquit Chrysost. *sed propter hoc saltem maximè gemas, quoniam peccatorum dolorem non sentis,* non enim hoc prouenit, D quòd peccatum non mordeat, sed quòd anima peccans sit insensata; nam si sensum haberet ingemisceret, sicut gemunt quæ sensum habent. *Cogita eos* sequitur Sanctus, *qui propria sentiunt peccata, qualiter hi, qui secantur, & vruntur amarius vlulant, quod agunt, quod patiuntur, quantum lugent & lamentantur, vt à mala liberentur conscientia, quod non fecissent nisi vehementer anima doleret:* At non lugere post peccatum, malum non sentire, iratum Deum non timere, abire sicut alter Esau, & dies ducere in bonis, paruipendentes Dei iram, grauitatis obliuiscentes delictorum, quomodo talis vecordia seu obstinatio credendum quòd Dei iram non accendat.

39\. Peccator qualem supra se statuere debet pœnitentiam.

August.

40\. Peccatum statim sequitur pœna.

41\. Peccatori tunc maximè dolendum quando non dolet.

42\. Pœnitentes quantum peccata dolent.

Non tantùm siquidem admirari libet, quòd fra-

43\. In peccato

fratrum Ioseph, quid maxime ponderandum.

tres Ioseph in ipsum commiserunt expoliando eum, incisternam immittendo & tandem eum vendendo, quantum post tam immane scelus patratum post fratricidium ex industria commissum, sic ad epulandum & bibendum sedere quasi nihil mali patrauissent, nil de peccato amplius curantes, nihil de afflictione & pœna Iosephi, *sedentes, vt comederent panem*, inquit scriptura Gen. 37. *& recubuerunt*, Paraphras. Chald. ergo nec comedere licet, & lætè recumbere post tale ac tantum patratum scelus, hoc magis impium, quàm ipsa venditio, & in hoc magis frater offensus, propemodum dicam, quàm si fuisset occisus, *adueniet tempus* cū Chrys. dicam serm. de Ioseph vendito tom. 1. *quo eum seruum fecisse pœniteat, & parricidium perpetrasse minus collibeat*, & pro pane, quem nūc læti sedentes comeditis, fame postea propemodum peremptos ipsemet venditus ad mortis angustias nos rediget, & qui nunc mitis finit se à vobis ligari & vendi, postea natus in carcerem vos adiget & in seruitutem. Peccāt Christiani, quod & si facinus non tam graue, vt inquit idem sanctus, quantùm *post facinus non pudere & pro consuetudine omnia facere*, Christum spoliant, vendunt, crucifigunt, & post tale scelus ac si nihil egissent sic comedunt panem, & lætantur; veniet dies, in qua parricidium hoc perpetrasse minus collibeat, & sensus doloris exprimet tunc lachrimas, quas nunc insensibilitas comprimit, & tunc & si sero expergiscentur, quantum malum fuit, non solum peccare, sed in peccato insensibiliter permanere.

Gen. 37. n. 25

Chrysostomus.

44. Peccatorē non dolere quantum malum.

45. Nulla valet excusatio, ad non pœnitendum.

Neque est quod te excuses, quasi occasionem expectans ad hoc vt commodius de statu peccati exeas, nam sæpe prius vita finitur, quàm occasio euadendi adueniat, & dum commoditatem pœnitendi expectas, ad infernum incommodè detraheris, Hester. 5. n. 14. *Iube parari excelsam trabem*, suaserunt Aman eius amici, *& suade Regi vt suspendat Mardochaeum, & sic lætus ibis ad conuiuium*, at prius hic suspensus, quàm lætus conuiuaretur. Ruben etiam Gen. 37. quia negligentior quàm par esset in extractione fratris occasionem expectans, & si vestimenta postea scidit & lachrimas effudit, fratrem tamen non recuperauit: sic tu dum illico pœnitere non vis, vide ne fortè tardè postea non possis, & sapientiam illam diuinam amplius non attingas, de qua dixit noster Sapiens: quod non habitat in corpore subdito peccatis *non habitabit, &c.*

Hester. 5. n. 14.

Gen. 37.

HOMILIA VIII.

Peccata carnalia peculiariter sapientiam excludunt.

HAbitum & perseuerantiam in peccato detestabilem esse sapiētiæ probauimus, sed licet de omnibus hoc verum, de peccatis tamen carnalibus affirmandum est peculiariter: hæc enim cum sapientia peculiarem dicunt repugnantiam, cōtradictionemque, ita vt semel quis in hoc assuetus vitio difficilè admodū ad Deum reuertatur, Ose. 5. n. 4. *Fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel, non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorū;*

1. Peccatis carnalibus assuetus difficile ad Deum reuertitur.

Ose. 5. n. 4.

A fornicantur, & insuper spiritum fornicationis habent, hoc est, illud cogitant, de illo loquuntur, cum illo viuunt, difficile, ne dicam impossibile sit, vt reuertantur ad Deum, qui cùm summè sit simplex, ideo peculiarem cum istis habet repugnantiam. Tullius.

Hinc Tullius, vt diximus, adhuc in tenebris gentilitatis degens, se philosophari & vxori vacare minime sibi permissum asserebat, vnde negabat hæc duo simul expleri posse: si ergo de Philosophia hoc asserit gentilis, quid Christianus deberet de Dei sapientia iudicare? ob id que existimo antiquos illos veteris Testamēti Patres non prius vxores duxisse quàm centena, & centena annorum tempora fluxissent. Seth sanctus & iustus non prius equidem nisi post annos centum & quinque vxorem duxit. Sic Enoch, sic iustus Noe. Gen. 5. n. 31. qui cum 500. esset annorum, *genuit Sem, Cham, & Iapheth*, vt hoc facto declararēt simul vxori vacare, B & vti par est, sapientiæ diuinæ possibile non esse; quæ *candor est lucis æternæ & speculum sine macula bonitatis Dei*. infra c. 7. n. 16. & nos ibi; cuius pulchritudinem, & candorem supremæ potestates admirantur, quæ substantia ipsa diuina est lucem inaccessibilem habitans, fonsque totius claritatis splendorisque diuini, pulchra ex se non ex alio, immo ipsum pulchrum, quod etiam Plato cognouit, qui in conuiuio de Pulchro Dei sic inquit, *non vt id cui pulchritudo inest, sed ipse per se pulchritudo, vnde manat cætera pulchritudo*; ergo si talis Dei sapientia, quomodo cum turpi & fœtido permanere potest spiritu?

2. Philosophiæ & vxori operam dare negabat Cicero simul consistere posse.

3. Patres antiqui sero vxores ducebant & cur.

Gen. 5. n. 31.

4. Sapientiæ Dei pulchritudo.

Infra. cap. 7. n. 16.

Plato.

Hinc notandum, tunc Deum spiritum suum non amplius in homine permansurum dixisse, quando peccata quæ patrabantur, carnalia erant; C *videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant*; quod cùm perspexisset Deus illico pronunciauit, *non permanebit spiritus meus in homine* Gen. 6. n. 30. cuius rationem assignans addit, *quia caro est*. quia scilicet carnales homines, fœtidi & inquinati, candorique meo contrarij & molesti. Pulchrè Ambros. de Noe & arca cap. 8. Dei benignitatem in multiplicatione generis recognoscens humani, dum & si secuturo diluuio, non tamen desistit multiplicationi, quòd beneficij erat diuini, causam diluuij assignans, & cur Deus dixerit spiritū suum in homine non permansurum, sic ait, *Spiritus sanctus, spiritus sapientiæ est, spiritus cognitionis; habet ergo sapientiam, habet disciplinam, sicut & de Beseleel, qui sacrum tabernaculum diuino oraculo iussus est facere, ait scriptura, quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplinæ: hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet: qua autem ratione non permanet causa proditur, quia* D *caro sunt, carnis enim natura disciplinæ pugnat, quia voluptati obtemperat*. Hinc obseruat quod in illo tātummodo dictum reperitur spiritum permanere Dei, qui nulla peccati contagione vnquam pollutus firmiter semper illibatus permansit, vnde & sequitur, *Denique de solo Domino Iesu scriptum est, super quem videris spiritum descendentem de cælo & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto; in eo manebat, quem nulla corruptela carnis impedimenta reuocabant, quominus incorruptæ & impermixtæ ordinem disciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem*, nil melius: in Iesu permansit spiritus, quia totaliter incorruptus, ab impijs illis discessit quia totaliter corrupti, vndè & mortui: nā vt idem inquit sanctus in Epist. ad Rom. super illa verba c. 12. *Obsecro vos fratres, &c. Corpora subiecta peccatis carna-*

5. Spiritum suum Deus quando pronuntiauit cum hominibus non mansurum.

Gen. 6. n. 30.

Ambrosius.

6. Diluuij causa quæ.

7. Spiritus sanctus semper firmiter sistit in Christo & cur.

Idem.

8. Corpora carnalibus subiecta peccatis, mortua.

libus non viua habentur, sed mortua, hinc quasi necessario ab illis spiritus discessit, vt semel videant vitio dediti carnali, quantum sit huius peccati cum Deo oppositio, vt & si quodlibet cùm ab anima expellat, tamen hoc præcipuè, & nescio an in æternum; cùm timorem mihi ingerat, quod hîc reperio scriptum, scilicet *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est*, sic hoc Deo repugnat peccatum, sic eum abhorret.

9. Carnale peccatum quã timendum, quam que Deus illud abhorreat.

10. Ipsum ad puniendũ, Deum quodammodo amplius quam cætera impellit peccata.

Rab. Salo.

Immò adnotandum multa ante diluuium peccata patrata, & in multis homines Deum offendisse, Adam enim primus parens peccauerat grauiter, Caïn fratrem occiderat; hunc Lamech contra Domini præceptum, & tamen nunquam Dominus spiritum iurauit suum cum homine non permansurum; attamen quando ad peccatum peruentum carnale, tunc, vt sic dicam, homines Deus renuntiauit dicens: *Non permanebit*, vel vt exponit Rabbi Salomon, *non disceptabit spiritus meus cum homine in æternum*, ac si diceret, inquit ipse, *vsque nunc, tenui sententiam de deletione generis humani per diluuium in suspenso, per modum cuiusdam disceptationis, sed ex nunc proferam sententiam, quia caro est*, id est nimis implicatus peccatis carnalibus: nam vt inquit Chrysostomus Hom. 22. in Genes. *Perpetuus scriptura mos est, carnem vocare carnales; sicut & virtute præstantes, carnis expertes nominat*; diluuium ergo in suspenso Deus tenebat, spiritus diuinus secum disceptabat, an deleret homines, & etiam si peccata aderant varia, non immediatè contra illa diuina erumpebat punitio; at accedentibus carnalibus peccatis, statim ira in executionem prorupit, statim protulit Deus spiritum suum amplius in homine non permansurum. Ergo quod alia peccata non fecerant, etiam si homicidia, fecit peccatum carnale, attraxitque Deum ad puniendum, dum cætera peccata quasi suspensum, & secum disceptantem tenebant: vt videas quantum sit hoc peccatũ, ne dum fragile dicitur, graue non existimes.

Chrysost.

11. Peccatum carnale graue, & si fragile.

12. Cur speciẽ mulieris obtinet.

Zach. c. 5. num. 5.

Theodoret.

Cyrillus.

Cuius grauitas expressè in illa repetitur muliere, quam vidit Zach. c. 5. n. 7. sedentem in medio amphoræ, & quam, *Impietatem*, vocauit Angelus, nã vt inquit Theodoretus, *ideo videt Propheta peccatũ carnale, speciem mulieris referens, quia ex voluptate plura peccata nascuntur*. Et Cyrillus, *Quia mulier est typus voluptatis, & infirmitatis*, quod peccatum merito affirmant impietatẽ vocare, tum quia ob istud cætera peccata committuntur, furta, homicidia, blasphemiæ, & denique ipsamet idololatria, nam vt inquit Ambros. lib. 3. epist. 50. *Vbi cœperit quis luxuriare, incipit deuiare à fide vera*: Vnde ideo iniquitas, vel impietas dicitur, quia quasi fons, omniumque origo est iniquitatum, tum etiam quia amphora illa, in qua sedebat, in omnium sententia, mensuram significabat peccatorum, quam adimplere peccatores satagunt, & ideo dicitur, *Quod omnium oculi sunt in ea*, & qua semel expleta statim Dei sequitur iudicium; quod significat talentum illud plumbi in os amphoræ immissum quo obturatur, & in terram *Sennaar* asportatur; hoc est in infernum; quam mensuram, nullum aliud peccatum sic explet, ac carnale; tum quia, vt diximus, omnium est peccatorum origo, & fons, tum multiplicatione eiusdem, ex quo eius elucet grauitas; nam cùm ipsum mensuram expleat, ipsum sit causa indurationis, ipsum sigillum, vt sic dicam, Dei iudicij, ad castigandum eum, puniendumque impellens, ipsum causa obstinationis in peccato, ipsum denique, quòd pœnam, alterum meretur peccatum, quæ

13. Cur impietas vocatur.

14. Est causa infidelitatis.

Ambr.

15. Amphora quam Zacharias propheta vidit, quid significet.

16. Quid talentum plumbi.

17. Carnale peccatum amplius, quam cætera mensuram explent peccatorum.

omnium vltima, & maxima est pœnarum, quam Deus infligere potest, quod totum significat talentum illud plumbeum in os amphoræ immissum, vt volunt communiter Doctores; quid grauius illo erit? vt semel videas, quantum Deo hoc peccatum displiceat, dum sic illud castigat, & qua ratione dixerit, quando iam homines vidit totos carnales, quòd spiritus eius amplius in eis non erat permansurus.

18. Est diuinæ iustitiæ sigillum.

19. Mali eius effectus quanti.

At si per Dei Spiritum imaginem velimus ipsius intelligere, vt multi Interpretes, non minus hæc veritas elucescet; quantum scilicet Deus peccata abhorreat carnalia, carnalemque hominem, dum non solum seipsum, sed nec imaginem quidem suam vult vt amplius in homine habitet; quasi quod Deus pudori, dedecorique ascribat, imaginem suam in tam vili arca permanere; ob quod iussit, vt deinceps vita breuior hominis esset, quàm antea, *Erunt que dies illius centum viginti annorum*. Gen. 6. num. 3. vt semel ex hoc intelligas, quod multoties Deus annos vitæ hominis ob carnale decurtat peccatum, indignum maiestati suæ reputans, imaginem suam, quæ est anima, in corpore tam vili, sordidoque permanere, quod adnotat Rupert. lib. 4. in Genes. cap. 13. vbi sic ait: *Quid enim futurum erat si viueret homo in æternum, cùm certissimè moriturus, & quotidie moriens, etiam nunc corrumpit viam suam; ergo Deus dicit, quia spiritus meus, id est spiritus à me, ad imaginem meam factus, non permanebit in homine in æternum, quia caro sunt, solaque quæ carnis sunt, sapiunt, adeo in sententia perdurabo, vt non modo non viuat in æternum, verum etiam breuius sit viuendi tempus*. Quod non mirum, cùm eatenus carnis peccatum Deus abhorreat, vt non solum ipsum hominem carnalem, immundum, & fœtidum, sed etiam vt immunda iudicet, quæ carnalis tangit, etiam si casu fiat: talis fuit lex diuina, quæ statuit omnia illa immunda esse quæ tangebat, qui profluuium seminis patiebatur, Leuit. 15. num. 2. *Qui patitur fluxum seminis*, dicit lex, *omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit, & similiter si quis eum tetigerit, si sanguinem ipse saliuam eiecerit, & similiter, si aliquis aliquid illius tetigerit, omnes immundi erunt: sicut & cætera omnia quæ ipse tanget, vas fictile confringetur, vas ligneum lauabitur aqua*. Mirum sanè solùm ex naturali quadam infirmitate tantam corruptionem in corpore generari patientis, vt non solum ipse immundus à Deo notaretur, sed insuper omnia eius, quæ ipsum tangebant, aut vicissim ab eo tangebantur. Quid ergo æstimandum de immunditia eius, qui non naturali infirmitate, sed voluntaria malitia se polluit, & fœdat? qualis ergo erit huius deformitas? qualis fœtida macula? quem non polluet tactus, conuersatioque ipsius? quantum ex contactu talis, sordescere debet anima corporis? in quo misera dum degit, non equidem illi pro viuido seruit habitaculo, sed pro sepulchro fœtido, ac putrido, in quo malè tumulata degens, hanc tantum reputans vitam, de futura desperat. Hinc Dauid Psal. 48. num. 10. de talibus pronuncians dixit, *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum*. Vbi corpus luxuriosi, sepulchrum dixit, in quo mortua degens anima, ad resurrectionem non aspirat, sic Ambros. hîc, *Luxuriosis domus*, ait, *sepulchrũ est, denique tamquam in sepulchro viuunt, qui possunt dicere, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur: resurrectionem ante oculos non habentes, ideoque tumulus sui affixi; atque attumulati adhærent, quia refusis*

20. Spiritus Dei pro eius imagine.

Gen. 6. n. 3.

21. Carnale peccatum vitam decurtat hominis, & cur tali pœna illud Deus puniat.

Rupert.

22. Carnalis homo immũda reddit quæ tangit.

Leuit. 15. n. 2.

23. Corpus carnale fœtidum animæ sepulchrum.

Psal. 48. n. 10.

24. Carnalis homo alteram non sperat vitã.

Ambr.

tati se posse non crediderunt, habitaculum ergo illis A *in suo busto est, & tabernaculum eorum in progenie, & generatione terrena est*: mortui ergo cùm sint,

25 Plusquam hæreticus æstimatur pollutus quo ad sancta mysteria. *Climach.*

ac, vt sic dicam, in ipso fœtido tumulati corpore, meritò lex pollutos eos æstimans, pollutaque etiam dat ab eis tacta; cùm & morticinium pollutum erat, pollutusque eum tangens; hinc plusquam ipsi hæretici, ab Ecclesia antiquitus polluti iudicati; quandò, vt rectè Climachus Grad. 15. admirans affirmat, ex traditione Apostolica, hæreticos pœnitentes, ad sanctorum communionem mysteriorum suscipi, & admitti, dum is, qui in fornicationem erat lapsus, pœnitens, atque peccatum ipsum omninò deferens per annos aliquot ab ijs separabatur; quod cùm ita sit, sicque isti fœtidi sint, quid mirũ, si Spiritus Dei in illis disceptans, amplius fœtorem sustinere non valens, ab illis se segregat, & disiungat?

26 Dæmon quantum præualuit per carnis peccatum.

B Quod equidem benè generis humani perpendens inimicus, & perpetuus hominis insidiator, quòd semel in paradiso patres nostros decipiẽs per superbiam perficere non potuit, nempè vt de seruatione hominum Deus suum mutaret propositũ, hominesque annihilaret, secundò hoc per carnis tentauit efficere concupiscentiam; & licet totaliter non assecutus, quod intendebat, tamen totius carnis adeptus corruptionem, ad deletionem quasi totius geoetis peruenit humani: &, quod maius est, vt tunc primò terribilis illa audiretur pœnitudo in

27 Carnis peccatum ad pœnitudinem reduxit ipsum Dei spiritũ. *Rupert.*

illo, qui incapax est pœnitentiæ, simulque dolor, qui expers omnis est doloris. Nam tunc primò auditum est; *Pœnitet me fecisse hominem, & tactus dolore cordis intrinsecus.* Vt semel sciremus quantum carnalia abhorreat Deus, quantumque sentiat hominem sic pollui & contaminari. *Quid ageret, quò se verteret ille serpens antiquus*, inquit Rupertus C vbi suprà, *dum semini suo contrarium semen Dei multiplicaretur? inuenit quid faceret, vnde verbum Dei superare, propositumque eius adhuc sese auertere posse sperabat, sciebat quod per mulierem virum decepisset, at verò eius multæ succreuerant mulieres pulchræ, & concupiscibiles, & viri quamquam iusti ad libidinem proni, vt pote de vitiata radice nati, sciens ergo valere sibi ad mortis ipsorum prouentum consortia mulierum alienarum, id est earum quæ de generatione Cain exortæ sunt, egit vt fieret quod scriptura factum narrat.* Quod cùm vidisset, pro certo tenuit victoriam, multumque se fecisse existimauit. Vnde subdit Ru-

Idem.

pertus. *An parum sibi visus est fecisse? cum is qui proposuerat dicens, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, talem tamque diuersum proferret sermonem, pœnitet me fecisse hominem.* Nil melius: multum enim ex tali peccato luctatus est dæ-

28. Dæmõ amplius luctatus est per peccatum carnis quã per primũ Adæ peccatum.

D mon, multoq; amplius ex hoc, quàm ex illo in paradiso patratum: ex illo enim Adam doluit, Eua gemuit, Paradisus destitutus, terra maledicta, serpens punitus: at ex isto, Deus ipse doluit, Deus ipse gemuit, Spiritus Dei contristatus est, ipsemet Spiritus extorris factus ab homioe ipsius creatura; eiusque veluti Paradisus, dum dixit, *Non permanebit, &c.* Quod qoid mirum si coinquinatus? & puritas cum immunditia viuere nequit? sic vt si aquis, non quibuslibet, sed mundis oon lauetur, quis in illo habitare non queat?

29. Lex eius qoi fluxum patiebatur seminis expenditur.

Hoc adnotandum in mandato expiationis eius, qui ex profluuio seminis sanabatur, vt deinceps mundus haberetur. *Si sanatus fuerit*, inquit, *qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus, & toto corpore in*

A *aquis viuentibus erit mundus, die autem octauo sumet duas turtures, aut duos pullos columbæ; & veniet in conspectu Domini, dabitque eos sacerdoti, qui faciet vnũ pro peccato, & alterum in holocaustum*, Leuit. 15. 13. *Leuit. 15. 13.* Vbi notandum primò quas aquas expetebat Deus ad emundationem huius, aquas nempe viuas, per quas, vt notat Lyra, *Aquæ fluminis intelliguntur, quæ semper decurrunt.* Ad denotandum tantum esse hu- *Lyra.*

30. Aquæ viuæ requirebantur ad fluxum seminis expiandum.

ius vitij fœtorem, quòd vt benè emundari quis possit, aquis currentibus, semperque nouis, lauari debeat, ne si oon currant statim vt infectæ amplius ad lauandum deseruire non possint: quòd si per aquas pœnitentiæ lachrymas intelligere velimus, quid aliud significatur nisi tautam huius esse maculam vitij, vt nouis lachrymis quotidie opus sit, vt fœtor ipsius ad Deum ascendere nequeat, eiusque

31. Peccatum carnale nouis lachrymis semper indiget & eur. *S. Alger.*

vt abstergãtur maculæ, & abstersione difficiles, cùm difficulter pœnitudinem admittant, *Libido enim ap-* B *petitu suo allicit*, sanctissimus inquit Algerus lib. 2. de Sacramentis c. 22. *& incendit, actu suo fædat, & eneruat, vsu lubricat, & illaqueat, adeo vt placendo displicens, displicendo placens, difficilem, aut nullam pœnitudinem admittat, & nisi valida manu misericordia diuinæ subuentum fuerit, miserabili fine suo amatores suos sine fine perdat.*

32. Eius maculæ abstersione difficiles.

Secundò aduertendum pro huius peccati expiatione, illa sacrificia iussisse Deum offerri, quæ in

33. Maxima sacrificia, offerebantur ob carnis peccatum. *S. Greg. Arist.*

lege maxima, nempe sacrificium pro peccato, & holocaustum, quæque pro maximis etiam offerebantur peccatis, vt exinde intelligas peccatum carnale grauissimi ponderis esse, & cum maximis cõparari. Vnde optimè ait Magnus Gregorius Mor. lib. 31. cap. 31. & lib. 33. cap. 11. & Arist. lib. 3. Ethic. cap. 10. & lib. 7. cap. 6. quòd peccata carnalia, licet ex se minoris malitiæ sint, quàm spiritualia, esse

34 Peccata carnalia & si spiritualibus minoris ponderis, maioris tamen infamiæ.

C tameo hominibus magis exprobranda, maiorique ootanda infamia, quia his homo bruta animantia maximè imitatur.

Ex quibus licet grauissima colligere detrimenta ex huiusmodi pullulantia peccatis, quæ breuiter attingere placet, ne plus iusto hæc protrahatur oratio, simulque iunctim proponere libet, vt quanta sit horum grauitas peccatorum, quantumque Dei mereantur odium, perpendatur.

35. Peccatorũ carnalium detrimẽta.

In primis enim animalia immunda, sicut Deo oon offerebantur ad sacrificium, sic nec homo im-

1. *Gen. 8.*

mundus poterit esse Deo sacrificium gratum. Ob id Doctores Gen. 8. dicunt de animalibus immundis non esse ingressa in arca nisi bina, & bina, quia ad sacrificium non erant deseruienda. Ex quo licet secundum malum colligere, paucos scilicet ex im- 2. mundis cælos ingressuros, quia ex immundis in arca animalibus pauca non multa. Tertiò fœtidissi- 3.

D mi cùm sint, difficilius aut raro à Deo vt filij cognoscentur, siquidem non fœtorem, sed bonum

36. Quid necesse vt quis pro Dei filio agnoscatur.

odorem Christi ex se emittere tenetur, si quis vt Dei filius agnoscatur ambit, & procurat, nam aliàs oon vt filius, sed vt extraneus repelletur. Equidem si Iacob hædinas tantum pelles attulisset numquam eum vt filium agnouisset pater, at suauem vestium odorem emittens, & agnitus est, & benedictus, *Statim vt sensit vestimentorum illius fragrantiam*, inquit sacer textus, *filium agnouit*, dicens, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Deus.* Gen. 27. num. 27. *Gen. 27. 27.* Qoid autem si Iacob fœtorem putidum emisisset? vtique maledictionem pro benedictione tulisset. Sic qui Deo accedunt malè

37 Immundi ad Sacramentum

olentes, sacratissimumque corpus eius impudici sumunt, maledictionem pro benedictiooe æterna-

corporis Christi accedentes maledicentur.

S. Alger.

liter cruciandi recipient, cùm, vt sanctus inquit Algerus vbi suprà, *Nil sic Sacramento corporis aduersatur Christi ac luxuriæ fœditas, & macula: vnde sciendum*, ait, *quia agnum Dei sine macula qui Virginis est filium, luxuriosi, & incesti sumunt periculosius*. Cuius rationem assignans sequitur, *Quia cùm in Sacramento Christi ei vniri debeamus conformitate Passionis, & munditiæ, nil sic aduersatur Passioni Crucis vt voluptas, nil sic munditiæ vt fœditas est, nihil sic eius vnioni vt fornicariæ societatis vnitas.* A

38. Passionis Christi nil sic aduersatur vt voluptas.

Quanto Deo gratum sacrificium isti nunquam præstant, nam illud tantum Deo sacrificium placebat, quod in odorem ascendebat suauitatis, at sacrificium impudicum, horribile, & fœtidum cùm sit, nequaquam in suauitatis odorem ascendit. Pro quo vide cap. 1.

4. Isa. 1. 1.

Isaiæ ab illis verbis, *Audite verbum Domini*. Ob B

Deut. 23. 18.

quam etiam causam Deut. 23. n. 18. præcepit Deus prostibuli munus omnino ei non offerri, *non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris, quia abominatio est vtrumque Domino Deo tuo.*

39. Prostibuli merces & pretiū canis Deus recusabat & cur, in antiqua lege.

Iosepb.

Notandum illud, *quidquid illud est*, quasi dicat, etiam si ingens sit thesaurus, etiam si valeat, quantumcumque valere potest mundus, &c. Vbi etiam notandum simul posuisse mercedem prostibuli, & canis, vbi per canis mercedem intelligit Iosephus canis mercedem venatorum, & custodum gregis, qui locabantur ad fœtandum caniculas, vt intelligas in domo Dei in eadem esse luxuriosum, ac canem æstimatione, & bona quę tali medio acquiruntur nō solum ingrata, sed odibilia quando Deo offeruntur.

40. Luxuriosus est canis in eodē apud Deum æstimatione.

Nostro sanè tēpore mirabile quid accidit, nempe vt quędam impudica mulier ad ornandam sanctissimæ imaginem Virginis Mariæ ausa fuerit vestem ditissimam illi accommodare in vno sacro Virginis festo, at vix purissimam illam attigit, quando sagitta è cœlo ruens turpem incendit vestem, illæsa remanente imagine sacra, & si lignea. C Abhorret enim talia dona Deus, detestatur ea, ideoque & præcipit ne ei offerantur.

41. Exemplum repudiatæ oblationis ab impudica muliere.

5. Deu. 23. 10

Quintò tandem, sic abominabile hoc est vitium, vt Christiani nominis indignus luxuriosus reperiatur. Hinc Deut. 23. n. 10. fieri præcipiebatur talis extra castra, *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua.*

42. Luxuriosus Christiano nomine indignus.

Gregor.

Quem locum expendens Gregorius Moral. lib. 23. c. 9. ait, *Nocturnum somnium tentatio occulta, qua tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipitur, sed opere non expletur: nocturno somnio pollutus extra castra egreditur, vt qui cogitatione polluitur indignum se societate fidelium arbitretur, & bonorum se comparatione despiciat.* Mirum si de qua pollutione sit sermo attendas, de pollutione enim in somnis, quæ vt plurimum peccaminosa non solet esse, quid de peccaminosa? D

6. Gen. 38. 10

Sextum demum est malum, quod per se ipsum Deus de talibus vindictam sumit, vt Gen. 38. n. 10. de Ona filio Iuda scribitur, *Percussit eum Dominus eo quod rem detestabilem faceret.* Si ergo tanta hoc generat mala peccatum, si à principio tā Deo est abominabile, si cor eius transfigit & vulnerat, si tantus sit eius horror contra hoc vitium vt etiam si aliquando actus eius non peccaminosus vt immundos etiam iudicat, qui illum patiuntur, quomodo Sapientia ipsius cum talibus turpibus, fœtidisque habitabit hominibus? Qua propter bene Sapiens inquit, *& non habitabit.*

DIGRESSIO II.

Vtrum definiri possit de fide Virginem sanctissimam Conceptam sine peccato originali.

1. Huius ratio digressionis.

OCcasione eius quod Sapiens ait in maleuolam scilicet animam sapientiam non ingressuram, placuit tanquam ad rem natam hanc inserere digressionem de purissima, illibataque sanctissimę Virginis Conceptione, cuius anima semper, perenniterque illibata existens, merito sicut in hoc singularis, sic & in illam singularis, peculiarisque sapientiæ extitit ingressus diuinæ: ipsius ergo sanctissimæ Virginis auxilio confisus quæstionem aggrediar, duo in huius quæstionis limine primitus edicens.

2. Authoris animus & intentio circa quæstionem.

Primum, meæ non esse intentionis ex dicendis plus opinioni de illibata Conceptione tribuere quā ipsa sancta mater nostra dat Ecclesia: in omnibus sanctissimis Pontificum rescriptis obtemperans, cuius definitionem non solum in animo non est præcurrere, sed sic humiliter patienterque expectare, vt si daretur optio certissimum in hac rescire ab Angelo, aut ab ipsa, relicto Angelo sanctam nostram præeligerem Ecclesiam.

3. Eiusdē circa cōtrariæ sententiæ authores.

Secundum, me non solum contrariam aliqua graui non inurere censura opinionem, quia non possum, sed nec si possem: tum quia quod Ecclesia non notat, non est mihi notare licitum; tum etiā quia non ignoranter, non futile, non leuiter ducuntur; immò clarè edico non solum me eorum opinionem, quoad intellectum seu sensum, non adnotare, sed neque quoad erga sanctissimam virginem affectum, & deuotionem, cùm hæc, vt inquit Bernardus, nulla alia quàm obsequium sit filij, quod ipsi assequi putant contrarium sequentes, imò magna Altissimi dispensatione factum puto ad maiorem suæ sanctissimæ matris exaltationem, nostrumque profectum, vt alter Thomas de hoc sanctissimæ Virginis Mariæ videatur addubitare stēmate, ac ille alter sanctissimus Apostolus de Christi addubitauit stigmate. Nam sicut sanctus, inquit Gregor. hom. 26. in Euang. post medium, *Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium discipulorum profuit.* Sic pari modo, plus nobis ad deuotionem, nostræque claritatem opinionis contulit vna aduersariorum contradictio, quàm cæterorum omnium in illam obsequium, & propensio. Et pari modo sicut nulla sanctissimum Apostolum licet, aut parum deuotionis, aut minoris affectus nota, Christum ergo inurere, quia dubitauit (indignum hoc esset & planè illicitum) sic nec pręclarissimos contrariæ opinionis viros, aliosque doctissimos, mirificeque de sanctissima Virgine benè meritos, erga illam minoris vllomodo licet adnotare affectus, & si vullam illibatam, ac puram acclamēt, velint media Ecclesiæ definitione tangere, ac palpare, licet non sint sicut nos beati, qui adhuc non videntes credimus, sperantes finem reportare gloriæ nostræ, quæ est ipsa Domina, & mater nostra. His ergo sic statutis

Bernard.

Gregor.

4. Cōtrariorum oppositio multū ad gloriam contulit Virginis.

5. quæstionis

Supponendum, quæstionem propositam triplicem habere posse sensum: Primum remotum, &

fenfus multiplex.

generalem, fcilicet, an hæc quæftio fit ex illis quæ in fe dignitatem contineat definitionis, cùm certo conftet non omnes Theologicas opiniones in fenfum cadere definitionis; vnde fimpliciter fecũdùm hunc fenfum erit quæftio: *An materia huius quæftionis fit definitione digna*, fiue in vnam, fiue in alteram partem. Secundus fenfus preffior effe poteft, fcilicet an talia in Ecclefia Dei adfint fundamenta, vt ftando in rigore definitionis poffit in fauorem Virginis hanc quæftionem determinare. Tertius verò, an ifta fundamenta, dato quod adfint, ita fint difpofita, vt nullo alio expectato medio, poffit de facto ad definitionem fanctam procedere Ecclefiam, & iuxta has triplices accepta quæftione intelligentias nobis illa definienda erit.

§. I.

An hæc quæftio in fe dignitatem habeat definitionis.

6. *Hæc quæftio digniffimam cõtinet materiam definitionis. Suarez. Vafquez. Egidius. Sofa. Salazar. Canus.*

BReuiter me ab hac expediam quæftione pro certo ftatuendo, digniffimam illam in fe materiam continere definitionis. Huius opinionis omnes illi funt, qui hanc quæftionem diffinibilem fupponunt, fic Suar. de vita Chr. difp. 3. fect. 6. Vafquez ibidem difp. 117. c. 14. Egidius tractatu de Cõceptione lib. 3. q. 8. ar. vnico §. 2. Reuer. Sofa Epifc. Olfonenfis in epiftola de hac re ad Philippum III. Hifpaniarum Regem. Salazar in tractatu de Conceptione c. 46. §. 6. qui omnes contra Canum lib. 7. de locis Theologicis c. 3. com. 4. illud deffendunt.

Primum huius opinionis fundamentum conftat ex alijs fimiliter Virginis myfterijs, quæ ab Ecclefia vti de fide definita fuerunt, quibus omnibus non inferius eft hoc de quo tractamus, vti fine peccato originali fuiffe ex vtero natam, fine omni extitiffe peccato actuali, & fimilia: ecce ergo num dignam de fide materiam continebit conceptam effe fine peccato originali? eo vel maximè cùm, vt inquit Suarez, hæc veritas fit fupernaturalis, & plurimum ad Chriftianam pietatem referat, immò eft de illis quæ ad diuinum pertinent cultum, vt patet in celebratione huius fefti authoritate Ecclefiæ inftituti Romanæ. *Suarez.*

Secundum fundamentum eft, quia digna defenfionis materia effe poteft dubius fcripturæ fenfus, & quomodo fcriptura intelligi debeat, nam vt rectè ait Canus lib. 12. de locis, *Cum diuina fcripturæ fenfus fuerit obfcurus, tunc Ecclefiæ intelligentia eadem eft germana fcriptura intelligentia.* Quod etiam conftat, exc. per venerabilem qui filij fint legitimi. Et ex extrauag. Ioan. 22. *ad conditorem*, & ex illa, *ita quorumdam* de verborum fignificatione, vt adnotat Azor tom. 2. moral. inft. lib. 5. & 4. Decalog. Præcepto c. 6. Ergo cùm in hac controuerfia infinita fint fcripturę loca in vtramque adducta partẽ, vtrufque eius fenfus ignoretur, digna erit decifionis, & definitionis materia, horum locorum verum fenfum aperire, & quomodo illa intelligenda fint femel determinare.

Canus. 7. *Ecclefiæ de fcripturis intelligentia quomodo dubiè eft vera intelligentia. Azor.*

Tertiò cùm hinc inde fint Patres, & varię Scholafticorum fententiæ, conftantiffimè fingulæ affirmantes fenfum fuum effe Ecclefiæ patrumque fenfum, infuper & multa ex vtraque parte afferantur miracula, ac reuelationes, digniffima equidem omnia hæc definitionis funt materia, & quæ ab Ecclefia definiantur, ad hoc vt legitimus fimul pateat Patrum fenfus, verarumque reuelationum.

Quartò demum abfque controuerfia hoc efficitur, quia illud fanctiffimi fupponunt Pontifices in fuis diplomatibus vt Sixtus IV. Alexãd. VI. Pius V. & nouiffime Paulus V & Gregor. XV. qui omnes aiunt, *Donec articulus huiufmodi à fancta fede Apoftolica fuerit definitus*; ergo fupponunt dignum vt definiatur, materiamque dignam definitionis continere.

§. II.

Vtrum Ecclefia fancta poßit hanc veritatem in fauorem Conceptionis immaculatæ definire.

8. *Aliquorum opinio materialiter iam hanc quæftionẽ effe de fide. Egidius. Salazar.*

NOn me latet hac noftra tempeftate eruditiffimos aliquos fcripfiffe viros non folùm hanc noftram opinionem poffe de fide definiri, fed impoffibile, femel ad articulum definitionis peruentũ vt non ipfa definiatur, cùm æftiment contrariam non poffe de fide definiri. Sic Egidius de Concept. lib. 3. quæft. 8. §. 3. qui latè de hac re. Salazar in eodem tractatu cap. 43. circa finem & alij, ducuntur, quia fupponunt Phyficè noftram opinionem materialiter veram effe, quod doctiffimis confirmant argumentis.

At quia, vt dixi, mihi in animo firmiter hæreat nec tantillum Ecclefiæ præire definitionem: nam quicquid dicatur ex parte noftra certiffimum eft non excedere maioris probabilitatis, ac certitudinis fcientiam, contra quam determinare poteft Ecclefia, & rationes quæ adducuntur, non funt ita efficaces, quod folui non poffint, immò cùm antiquitus ante Scotum, ferè omnes eam tenebant Scholaftici, & putabant quod fimiliter & Patres, ideo Doctoribus contrariæ fententiæ idem, quod nunc noftris fimiliter vifum fuit, fcilicet impoffibile vt contra fuam Ecclefia aliquid definiret. Quod apertè ait Caietan. in tract. de Concept. quia vt ipfe inquit, *In vtero fanctorum Patrum noftra confiftit opinio.* Et tamen quàm hoc falfum fit, præfens determinat Ecclefiæ fenfus. Et licet non negandum maiori nunc probabilitate, & efficacioribus illud noftros affirmare authores argumentis, cùm nobifcum nunc faucta fit Romana Ecclefia, non equidem iam fub obfcuro, fed reuelata facie: tamẽ quia ipfa etiam apertè expreffifque verbis, fibi iudicium de hac re referuat, liberum ei equidem dandum eft, nam aliàs verbis tantum illud ei concederemus, re autem negaremus: ideo omnino nihil præcurrens, titulum quæftionis fic propofui rationes tantum afferre ftatuens, quibus ego conuincor contra aliquos etiam ex noftris, qui putant, & fi verum fit, conceptam effe Virginem fine peccato: tamen cùm quæftio fit de facto, & nullum efficax & euidens adfit argumentum, illam definiri non poffe, quòd quàm falfum fit ex dicendis patebit.

Caietan. 9. *Antiquorũ & pręcipuè Caietani deceptio.*

10. *Opinio affirmans & vera. Caiet. Canus.*

Dicò ergo fufficientiffima adeffe Ecclefiæ fanctiffimæ fundamenta ad definiendum de fide Virginem fanctiffimam Conceptam abfque peccato originali. Hæc affertio eft contra Caietan. in 2. tom. opufc. tit. 1. cap. 5. Et Canum lib. 4. de locis c. 4. & lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. ducuntur, quia putant noftram opinionem effe contra Canones generales fcripturæ, & Patrum torrentem, quodquam fal-

ſum ſit ex dicendis patebit à nobis; & patet pluſquàm manifeſtè ex his quæ doctiſſimi hac noſtra ſcripſerunt tempeſtate, ad quos lectorem remitto. Hoc dixerim, quia cùm in animo nõ ſit tractatum de hac re, ſed tantum digreſſionem facere, ideo non omnia quæ dici, & afferri poſſunt afferam, ſed ſelectiora, & quæ me ad hoc aſſerendum omnino conuincunt, & in primis

Suarez. Vaſquez. Egidius. Salazar. Soſa.

Hanc noſtram ſententiam tenent Suarez de vita Chriſti diſp.3.ſect.6. Vaſquez ibid. diſp.117. c.14. Egidius vbi ſuprà, Salazar vbi ſuprà, & Reuerendiſſimus Soſa vbi ſuprà, omneſque prorſus recentiores.

11. Loca quibus Eccleſia vtitur ad aliquid de fide definiendum.

Veritas huius dicti ex eo conſtabit, ſi diſcurrendo per ea capita, quibus ad definiendum aliquid de fide ſancta vtitur Eccleſia, illa abundantiſſimè inueniemus in hac adeſſe opinione. Hæc autem ad quatuor reduci poſſunt, ad ſcripturas, ad traditiones, & ſenſum Eccleſiæ, ad vera miracula, ad certas reuelationes.

Trident.

Inſuper notandum non neceſſarium vt ſemper hæc quatuor iunctim concurrant, hæreticum enim hoc eſſet, cùm & ſi ſcripturæ loca deficiant, abundè ſufficiat traditio, aut è contra; traditio enim diuina ab Apoſtolis accepta eandem cum ſcriptura habet authoritatem & infallibilitatem, vt de fide ſupponimus contra hæreticos noſtri temporis ex Tridẽt. ſeſſ. 4. Hoc dixerim, non quod omnia illa quatuor abundè nobis non ſuppetant, ſed ad maiorem rei certitudinem de qua tractamus, nam cùm vna, aut altera illarum ſufficeret, quanto magis omnia? vt Deo duce breuiter ſuccincteque præſtabimus.

§. III.

Probatur concluſio ex ſcripturæ locis.

ANtequam ad loca ſcripturæ deueniam duo primum prælibare licet.

Suarez. 13. Scripturæ loca clara petere in hoc myſterio temerarium. *Trident*

Primùm, temerarium eſſe clara in hac re ſcripturæ loca petere. Sic Suarez vbi ſuprà §. *Dicendum nihilominus*, vbi ſic ait. *Primò ergo ex ſcriptura petendum non eſt clarum teſtimonium vbi hoc aſſeratur, eſſet enim hoc temerarium poſtulare.* Cuius rationem ſubdens ait, *Cùm alia priuilegia Virginis, quæ tanquam certa tenet Eccleſia, non requirant huiuſmodi ſcripturæ teſtimonium.* Quòd equidem patet in eius ab omni actuali, etiam veniali peccato immunitate, quod definit Trident. ſeſſ.6.can.23. in Natiuitate ſãcta, eiuſque partus abſque dolore, mundicieique infectione, in corporis eius ſanctiſſimi poſt mortem integritate, ac demum in eius Aſſumptione, quæ omnia pro certo aut tenet, aut definiuit Eccleſia, & tamen clara non adſunt ſcripturæ loca.

14. Liber Sapientiæ ex quo loco definitum canonicum eſſe.

Ad quod amplius declarandum, non ſolum hoc reperimus in myſterijs factum Virginis, ſed etiam in alijs aliquibus definitionibus: nam Tridentinum definiuit ſcripturas Canonicas à non Canonicis, qualeſque infallibilem continerent veritatẽ, quales autem minimè, & tamen hoc non ex aliquo collegit loco ſcripturæ, ſed ex traditione Apoſtolorum, quam eruit ex Canone prouincialium Conciliorum, & catalogo aut Pontificum, aut ſanctorum Patrum, quòd præcipuè in hoc patet libro qui Hebraicè non reperiebatur, vnde illum vt Canonicũ

A determinarunt ex traditione Apoſtolorum, cùm ab illis citatum repeririſſent, vt ſuprà vidimus.

15. Senſus myſticus vt vtilis ad arguendum. *Caſtro. Medina. Lorca. D.Thom.*

Secundò adnoto ex ſenſu myſtico ſacræ ſcripturæ, quando ei Patrum adiungitur authoritas, aut magnus, ſiue vnanimis expoſitorum conſenſus efficax, deduci poſſe argumentum ad confirmationem dogmatum vel impugnationem errorum. Sic tenet Alphonſ. de Caſtro 1. contra hæreſes, Michael de Medina lib. 2. de recta in Deum fide cap.12. Lorca tractatu de locis diſput.18. quam opinionem ſic modificatam ait, & rectè diuo Thomæ non aduerſari, quando 1. part. quæſt. 1. art. 10. abſolutè protulit myſticum ſenſum non eſſe vtile ad arguendum, intelligendus enim eſt quando Patrum authoritate non fulcitur.

Ioan. 19. num.12. *Pſ. 40. 10.* *Pſ.108.8.*

Veritas huius dicti patet, quia aliquando ipſamet ſcriptura ad confirmandam veritatem ſenſu vtitur myſtico, vt Ioan.19.num.12. Chriſtus B Dominus noſter, ad perditionem Iudæ excuſandam, ſcilicet non ſua illam euenisse culpa, quaſi minus ad illum conſeruandum ipſe diligens extitiſſet, ſed vt ſcriptura impleretur, vnde ait, *Quos dediſti mihi cuſtodiui, & nemo ex iis periyt niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleatur*, quæ eſt Pſal.40.num.10. nempe, *Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Et Pſal.108.num. 8. *Fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter.* Vbi non literaliter, ſed myſticè loca accipiuntur de Iuda, ex quo ſenſu eius confirmauit opinionem.

16. Eſt verus ſcripturæ ſenſus regulariter excedens litteralem. *Medina. Philo.*

Secundò myſticus ſenſus eſt verus ſenſus ſcripturæ, immò regulariter excedit litteralem quando ſimul concurrunt, quia digniorem materiam habet, & plus intentus eſt à Spiritu ſancto. Vnde Michael de Medina lib. 6. cap. 25. refert He- C bræos ſenſum myſticum appellare *Dabbargadol*, id eſt verbum grande, literalem *Dabbargaton*, id eſt verbum paruum; immò ob hoc Philo libro de confuſion. linguarum, ſenſum litteralem appellauit vmbram, myſticum verò rem veriſſimam, qui tamen ſanè eſt intelligendus: nam non hoc dicit quaſi literalis ſenſus non ſit verus, cùm ſit primò & immediatè intentus, ſed quia aliquando concurrit cum myſtico, cùm plus hic à Spiritu ſancto ſit intentus, videatur veluti corpus, hoc eſt principale intentum. Quod clarè patet ex his quæ dicit, tractans enim de confuſione linguarum, myſticeque illam explicans ſic ait, *Hæc eſt noſtra ſuper hoc textu ſententia*, nempe confuſionem linguarum, vitiorum ſurditatem, & inhabilitatem ſignificare ne damnum efficerent, *Qui verò aperta ſolum, & obuia ſectantur, putant hic deſcribi ortum linguarum Græcarum, ac Barbararum,* D *quos equidem non accuſo, fortaßis enim & ipſi rectè ſentiunt, attamen admonitos cupio, non hactenus proceßiſſe contenti ſint, ſed transeant ad Tropologiam, ſic æſtimando diuina oracula eſſe vmbras quaſdam corporum, cæterum quæ per has ſignificantur eſſe res verißimas.* Vbi apertè conſtat reſpectiuè eſſe locutum Philonem, quatenus vbi ſenſus myſticus cum literali occurrit, illi primus dandus ſit locus, ergo cùm ſenſus myſticus ſit verus ſenſus, & amplius quàm litteralis regulariter loquendo à Spiritu ſancto intentus, æque infallibilis veritatis erit, ac ſenſus literalis.

17. Literalis ſenſus vmbra reſpectu myſtici.

At cùm de eius certitudine ſæpè in dubium ſit quòd non euenit in literali ſenſu, ideo adiecimus quòd quando magna patrum auctoritate fulcitur,

pulſum, cùm antequam eam Virgo reciperet, iam peccatum non erat. Ergo verè nec poterat dici quod eſſet redempta; quòd ſic tenet ſanctus abſurdum, vti reuera eſt, vt potius velit quod dicatur conceptam eſſe in originali, quàm Chriſtum illa gloria priuari; quod equidem omnes nos dicĕremus ſi alius non eſſet modus illam opinionem abſque Chriſti redemptionis præiudicio defendendi.

Caterin. Viguer. Vtinus. Thauler. Sobrin. Valuac. Hugo. Robert. Holeth. Pipin. Oporta. Granata. Penna. Lopez. Cabrera. Sotus, Mantius Raimũd. S. Vinc. Ferr. Biſcouius, Villa probata Holkot Sobrin. Oieda.

Pro noſtra ergo eſt D. Thomas, ſicut Caterinus, Viguerius, Vtinus, & Thaulerius citati à Iuſtiniano vbi ſupra §. 18. Quibus addendum, vt inquit Sobrinus in tractatu de Conceptione, Vincentius Valuacenſis, Hugo Cardinalis, Robertus Holeth, Guillelmus Pipinus, Sanchus Oporta, Aloyſius Granatenſ. Ioãnes de la Penna, Lopes Monopolitanus, Aloyſius Cabrera, immo Enriques tom. 1. Sacrament. lib. 3. c. 11. affert Sotum, & Mãtium, & Pater Oieda è ſocietate Ieſu in ſua de Conceptione informatione refert Raymundum, Sanctum Vincentium Ferr. Abrahamum Biſcouium, Mauritium de Villa probata. Quibus addendus Holkot in hunc Sapientiæ librum lect. 160. litt. c. vbi expreſſè affirmat Virginem ſine peccato originali conceptam, licet teneat per emundationem ſeminis antequam conciperetur, quod omnino falſum. Quæ opinio ſic communis olim in hac ſacra extitit religione, vt in eius manuali refert Sobrinus & Oieda Hiſpali impreſſo anno 1524. in vltimo cap. de contraria talia dixerit opinione, *Ordo Prædicatorum ſuſtinuit huiuſque opinionem quòd beata Virgo fuit concepta in originali, ſed de hoc non eſt curandum, cùm ſit materia nullius vtilitatis, & valde ſcandaloſa, præſertim cùm tota fere Eccleſia, cuius vſus, & authoritas ſecundum B. Thomam præualet dicto Hieronymi, & cuiuscumque alterius doctoris, iam aſſerat quod fuit præſeruata.*

68. Opinio de immaculata Cõceptione communis antiquitus apud Dominicanos *Iuſtinian.*

Immo in Martyrologio eiuſdem ordinis Salmanticæ impreſſo anno 1579. approbato à Magiſtro Ioanne Gallo, & ordine Reuerẽdiſſimi Generalis Seraphini Caualli recõpilato, hæc aſſeritur feſtiuitas. Prætermitto modernos, & qui adhuc extant, qui, vt inquit idem Iuſtinianus, hanc populo prædicarunt opinionem, eoſque qui pro viribus, vt eam omnino amplecteretur contrariam ablegans à ſua procurarunt Religione, vti fuit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Pater Aloyſius Aliaga Philippi 3. Hiſpaniarum Regis meritiſſimus Confeſſor, & Generalis Hiſpaniarum Inquiſitionis digniſſimus Præſes. Vade nunc lector, & dum hæc audis & inſpicis, iudica, ſi potes, aut minus deuotionis erga ſanctiſſimam Virginem extare, aut alicui ex reliquis religionibus plures tribuendas in hac re partes, quàm huic ſacratiſſimæ, licet imperitum aliter cenſeat vulgus, aut imperitè, ſeu, vt melius dicam, imprudenter aliqui ex eadem familia (& non equidem ex primis) anſam huic prebuerunt phantaſiæ.

Hinc licet colligere quàm innumeri ſint ex reliquis religioſorum familijs, qui conſtanter hanc aſſerãt opinionem, cùm tanti ſint ex Dominicana, vnde ex illis vix qui cõntrariam teneat reperitur.

69. Carmelitana familia pro nobis. *Baccon Martin. Incognit. Lezana.*

Quapropter ex Carmelitana ſunt Baccon in 4. d. 2. q. [illegible] ar. 1. Franciſcus Martim, Anguianus, aliàs Incognitus, Manticenus & alij quàmplurimi inſignes Theologi, quos referet Lezana eiuſdem Ordinis in Apologia pro immaculata Conceptione cap. 2. affirmans anno 1306. trecentis & amplius ab hinc annis in Capitulo eiuſdem Ordinis in Gallia celebrato, mandatum vt hoc feſtum pro toto celebraretur Ordine, immo quod Baccõ vbi ſup. art. 4. affirmat ab antiquis temporibus Romæ præſentibus Cardinalibus in eorum conuentu hoc feſtum colebatur, cuius verba ſunt. *Et hoc publica, & diuturna conſuetudine, & hæc durauerunt tempore multorum Pontificum vſque in præſens tempus, & conſtat quod tanquam diuturnam, & veterem ſolemnitatem bene nouerant.*

70. Romæ quã antiquè hæc celebrabatur feſtiuitas.

71. Auguſtiniana etiam. *Egidius.* *Argẽtin. Carnot.*

Ex Auguſtiniana etiam familia quàm plurimi recenſentur à viro doctiſſimo huius noſtræ ætatis Egidio eiuſdem familiæ lib. 3. q. 1. §. 2. qui (ſit ſine inuidia dictum) exactiſſimè hanc, & rectiſſimè tractauit quæſtionem, ipſe enim ex ſuis citat Argentinam in 3. d. 3. Carnotenſem, qui floruit anno 1080. annis centum & octoginta ante ſanctum Thomam, & alios quàm plurimos, tum ex eius familia, tum ex reliquis, qui omnes ad ſummam aſcendunt ampliorem quàm centum & triginta.

72. Et Ciſtercienſis. *Bloſius Lorca Hector Pintus.*

Stat etiam pro Ciſtercienſi familia Ludouicus Bloſius in dictis aureis ſanctorum c. 5. & nunquam ſatis laudatus Magiſter Lorca in 1. 2. q. 81. ar. 3. ad iſtos pro Hieroſolymitana addendus Hector Pintus in c. 14. Ezechiel.

73. Et Hieroſolymitana.

74 Et omnis ſtatus regulari s. Theatini.

De ſtatu monachali progredior ad regularem, in quo audeo dicere nullum penitus extitiſſe, qui contrarium vnquam ſenſerit, & qui aut typis hanc noſtram opinionem non mandauerit, aut verbis eam ſummiſque non inclamauerit votis. Sic reperio in præclara clericorum Regularium Theatinorum nuncopatorum Religione inter mille typis eam mandaſſe Ghiſlerius in Cant. c. 1. vers. 6. in 4. expoſition. Vincentius Silibert. in lib. de Ciuitate Dei, & præcipuè in Pſal. *Magnus D[illegible]*, vbi diffuſè, Paulus Aretenſis Torronæ Epiſcopus in libro cuius titulus *ſacratæ impreſ.* & in alio cuius titulus, *tribula ionis leccione* Benedictus Manduius in duo 1. capita Hierem. ſuper illa verba, *Virgam vigilantem ego video.* Prætereo viros qui eam è ſuggeſtu inclamarunt, omnes in prædicatione ſtrenuos, in ſanctitate ſummos, vti Paulus Toloſa Bouinenſis Epiſcopus, Placitus Mirtus, & alij quàm plurimi, vt interim meum taceam fratrem Petrum nempe Antonium eiuſdem ſanctiſſimæ Religionis Prædicatorem, qui quàm huic addictus fuerit opinioni ipſa eius quæ apud me ſunt ſcripta teſtantur.

Ghiſlerius Silibert. Aretens. Mandin. Paulus Toloſa. Mirtus. Petrus Antonius

75. Secundò & Ieſuitæ. *SalaZar.*

Venio & ad præclaram Ieſu Societatem, quæ etſi in omnibus theologicis quæſtionibus inſignem mereatur coronam, in hac verum ſit dicere quod ſummam, nec minoris eius eſt laudis præclaros illos ſuos decem Patriarchas huic opinioni ſic fuiſſe addictos, vt omnes vno ore tanquam ſacramento aſtricti eam profiterentur, nec vnus ex ea, qui vel leuiter quidem contrariæ vnquam ſuſpicionem admiſerit, reperietur; quadraginta ex illa doctiſſimos numerat viros Pater Salazar in eius quem ſcripſit libro de Conceptione cap. 43. in ſeculo 16. poterat ſiquidem & quadringentos, cum omnes (nemine excepto) qui typis ſcripſerunt, aut verbo docuerunt, eam tenuerint, amplexarique ſint, breuitatis cauſa eos prætermitto, vide apud ipſum.

76. Tertiò & authoris.

Meam prætereo religionem vt pote adhuc vix è faſcijs egreſſa: vnum tamen dico ex multis viris doctrinæ qui in ea iam ſunt, quique ad fœtus parturiendos iam accinguntur, nullum extare qui huius non ſit opinionis, nullum qui huius non educetur lacte.

77. Academiæ omnes noſtrã amplexatæ ſunt opinionẽ.

Deuenio ad orbis præclaras Academias, & Collegiã, hanc enim paulominus annis ab hinc docentis Pariſienſis amplexata eſt illuſtris Vniuerſitas, hanc Louanienſis, Salmanticenſis, Complutenſis,

perinde est, ac si ipsam deitatem ab eo auferrent; A quo quid stultius?

Hoc si intimè perpenderent homines, numquam de Deo diffiderent, nam quid aliud est Dei diffidētia, nisi negatio suæ infinitæ prouidentiæ, quasi aut nesciat, aut non valeat media adhibere apta', fortiaque ad aliquid consequendum, vnde diffisi de Deo ad humana media recurrentes, dum plus in his fidunt, Deum inhonorant, ob quam causam

5. *Deus tantū contra sui diffidentes irascitur, vt & si leuiter delinquant grauissimè puniat.*

maxima Deus hominibus flagella immittit, quia diffidentes de illo non illi honorem debitamque dederunt sanctificationem, immo tantum Deo displicet diffidentiam de illo concipere, vt non solum acriter puniat quando peccatum est graue, sed etiam quando venialis imperfectio, ita, vt ad iram Dei prouocandam sufficiat, vt tantum homo remissum habeat culpabiliter animum, & in Dei prouidentia non feruentem; vt ipse summè irascatur, & puniat, vt semel videant quantum peccent B qui Deo non fidentes, & omnia humano prouidere curantes consilio diffidunt, quando amplius in Deo fidere debuerant.

6. *Peccatum leue, contra diuinam admissum prouidentiam grauissime punitus.*

Moysi enim, & Aaron aditum ad promissionis terram interdixit, quia culpabiliter feruorem tantū confidentiæ in Deo remiserunt, ex quo secutum, vt non tribuerent honorem, quem tribuere Deo coram multitudine debebant, quod sic grauissimè tulit ipse Dominus, vt illis dixerit, *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis*, Num.20.num.12.

7. *Moyses & Aaron prohibiti in promissionis terram intrare, quia remissè Dei crediderant prouidētię. Num. 20. num. 12.*

Nam, vt benè adnotat quidam hîc, hæc Moysis & Aaronis diffidentia, non fuit culpæ lætalis, sed tātum venialis, quatenus non de Dei potentia, sed de eius diffisi sunt voluntate, quasi non daturus aquas, quia non posset, sed quia nollet, populo illi incredulo, & infideli, C vnde remittentes confidentiæ feruorem, plus extimuerunt populi peccatum, quàm de Dei præsumpserunt bonitate, vnde dixit illis Dominus, *quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me*, quid enim aliud est, *vt sanctificaretis me*, nisi, vt ostenderetis plus me esse bonum, quàm populum iniquum, & plus me esse sanctum, quàm populum peccatorem, & plus posse me dimittere, quàm populum committere, vnde quia hoc non credidistis, & dubitastis, atque diffisi estis, nō introducetis: quę sententia, sic firma, sic extitit immutabilis, vt meritò Basilius in prœm. libri Ethicorum hoc est de moribus tom. 2. Dei ex illa seueritatem eluens, totus contremiscit, & horret,

Basil. 8. *Dei iustitia quam terribilis.*

Quoties igitur, ait, *animo mecum Moysen ipsum intueor Dei ministrum, magnum illum virum, cui talis à Deo, ac tantus fuerit honor delatus, magnificaque à Deo summæ virtutis data testimonia, vt audire promeruerit illud noniter præter cæteros, & inuenisti gratiam coram me, hunc ipsum quoties considero ad aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, nisi quod tantummodo dixerat populo, propter* D *aquæ penuriam murmuranti; num de petra hac aquam vobis poterimus ejicere? hac sola de causa confestim ei fuisse denunciatum non ingressurū illum in terram promissionis, quæ omnium, quæ Iudæis promissa fuerant, erant tunc caput, quoties igitur errantem hunc video & nihil exorantem, quotiesque reputo mecum nihil ei prodesse potuisse præclara adeo, multaque quæ fecerat, vt veniam tam breui verbo impetraret, verè vt est apud Apostolum, rigidam Dei seueritatem video vereque illud dictum esse persuadeo mihi, si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?*

9. *Quanta dignus pœna qui grauiter contra Dei delinquit prouidentiam.*

Quod cùm sit, liceat nunc sic argumentari, si tanta ob remissionem feruoris confidentiæ pœna digni fuerunt fra- A tres, tamque terribiliter in ipsum Moysem animaduerterit Deus, quanta erit dignus, qui non feruorem, sed ipsam in Dei prouidentia amittit confidentiam, & qui in ea non venialiter, sed mortaliter peccat, ob hoc Saul non sicut Moyses, Aaronque frater eius punitus, sed miserabiliter occisus, quia spem in Domino non posuit, quia de Deo diffisus, in Dæmonibus potius confidere voluit quàm in Deo,

10. *Saul cur occisus.*

Mortuus est ergo Saul, inquit scriptura, *propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai*. 1. Par. c. 10. n. 14.

1. Paral. c. 10 14.

Vbi notanda est differētia verborum scripturę, nam loquens de iniquitatibus Saulis, inquit, *quod propter iniquitates suas mortuus est*: quando autem loquitur de diffidentia, non dixit, mortuus est, sed B *Dominus interfecit eum*.

11. *De Dei prouidētia diffidentes mortē merentur violentam.*

Ad notandum, quòd propter cæteras iniquitates tantum ordinaria mors, licet præmatura, Sauli debebatur, at propter Dei diffidentiam, non solum præmatura, sed violenta, & non ab aliorum, sed à Domini manibus, cùm à Domini manibus dici possit occisus, dum ipsemet sibi mortem oppetiit, qua propter in Domino non sperans, sed potius in Dæmone, merito caput, & arma eius in trophęum ipsius transierunt in quē sperauit, vt facet textus sequens ait, *Cumque spoliassent eum, & amputassent caput armisque nudassent, miserūt in terram suam, vt circumferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis, arma autem eius consecrauerunt in fano Dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon*, vt omnibus semel notum esset, quantum Deo eius displiceat diffidentia, & quàm supra cæteras iniquitates eam æstimet, & abhorreat.

12. *Saulis arma & caput dæmoni cōsecratum quia de Deo diffidit.*

C Quod adeò verum est, vt ob hanc tantummodo causam media, quibus innitimur & in quibus confidimus, confringere, ad nihilumque redigere soleat, vt inde edocti, in illum spem erigamus, & de illo non diffidamus,

13. *Media humana cur Deus infringat.*

sic enim ad vanam tollendam spem filiorum Israël, qui de Deo diffidentes, cōtra Chaldæorum Regem in Ægypti Æthiopiæque auxilio confidebant, mandauit Dominus nudum incedere Isaiam Prophetam cap. 10. num. 2. ad denotandum miseriam, captiuitatemque Hebræorum quam per Chaldæorum regem subituri erant in nullo eis Ægypto, Æthiopiaque auxiliante, cùm hos prius omnes Chaldęus attriuerat, vt ipsi filij Israël viderent, in quibus spem collocabant, & de quo diffidebāt,

Is. 10. n. 2.

Ecce hæc erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie D *Regis Assyriorum, & quomodo effugere poterimus nos*, dixerunt isti, quando viderunt confractū, concisūque baculū, in quo ipsi fidebant, hinc omnes in manus Iosue traditurus Deus Reges, qui contra eū simul insurrexerāt, ei præcipit vt homines occidat, equos autem subneruet c. 11. n. 6.

Ios. c. 11. 6.

Dixitque Dominus ad Iosue, ne timeas eos: cras enim hac eadē hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israël equos eorum subneruabis, & currus igne combures, quod præcipuè executioni mandatum facet adnotat textus, vnde ait, *fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusque combussit igni*.

14. *Cur Deus Iosuę mandauit equos subneruare & currus igni tradere.*

Cur quæso subneruantur equi, currusque comburuntur, non ne melius, vt ad reliqua seruarentur bella, reliquasque validas subiugandas gentes, regesque, qui adhuc supererant, immo ob hoc eneruati, ne in illis fiderent Israëlitæ & non in Deo, ac in equitibus, & in curribus, non secus ac gētiles spem

Theodoret. reponerent; *vult*, inquit Theodoretus in Deu.q. 18. A super illud cap. 17. n. 16. vbi Regibus multiplicatio equorum interdicitur, *eos soli Deo fidere, quapropter beatus Dauid inclamat, fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.*

15. Media humana sæpe ruinam causant illis, à quo assumuntur, & cur.

Immo sic Deo displicet, quòd homines non totam spem in ipsum reponant suam, vt solet iisdem humanis medijs in quibus homines fidunt contra ipsos pugnare, eosque debellare. Sic sanè accidit Achab, qui dum aduersum se duos conspexit insurgere Reges, Syrium videlicet, & Israeliticum, dum ad Deum suum confugere, & ab illo auxilium salutemque sperare debebat, & in illo confidere, miser ad Assyrium confugit, & in illo spem reposuit suam, vnde Assyrius postea extitit qui captiuum duxit populum, qui Hierusalem desolatam reddidit, quod diu antè per Isai. minatum fuerat, ca. 7. n. 16. *in die illo radet Dominus in nouacula conducta*, id est in copiis Assyriorum, qui mercede conducti fuerunt ab Achab, *in ijs, qui trans flumen sunt, in Rege Assyriorũ, caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* Atrox enim supplicium de Deo non confidentium, sed in medijs humanis tasuram nempè capitis, barbæ, pedumque, hoc est expoliationis omnium substantiarum, & honorum, vnde & factum est vt ipsi qui eos custodire debebant, eorum fuissent expoliatores, occisoresque. B

Isa. c. 7. n. 16.

16. Achab punitus quia non in Deo, sed in Rege fidit Assyriorum.

17. Vesania eorũ qui Deo derelicto spem in hominibus reponunt.

Sæpe equidem hoc hominibus euenit, qui de Deo diffidentes in baculis arundineis spem collocant suam, quod satis admiratur Augustinus super illud Ps. *Nolite confidere in Principibus*, vbi sic ait, *Modò enim nescio, qua infirmitate humana, anima quando fuerit tribulata hìc, desperat de Domino, & vult præsumere de homine, dicatur homini in afflictione aliqua constituto, est quidam homo magnus, per quem possis liberari, arridet, gaudet, erigitur: quòd si dicatur, liberet te Deus, quasi desperatione frigescit*, nil melius, verè equidem diffidentia de Deo, & in homine confidentia, infirmitas est, immo insania, quæ effingit hominem præpotentem, ab eoque sperãdum, cùm sic ipse infirmus existat, ac sic tribuletur, vt qui opẽ, auxiliumque præstolatur: quis enim lapsus à lapso, quis infirmus ab infirmiore, quis debilis à debiliore, quis impotens ab impotentiore petit auxilium? nisi insaniat. *Promittitur*, inquit August. *tibi quòd liberet te tecum liberandus, & tamquam aliquo magno auxilio exultas, promittitur ille liberator qui liberatore non indiget, & quasi ad fabellam desperas.* Nonne hæc infirmitas insaniæ? dum rectum iudicium nõ habet à vero auxiliatore, validioreque auxilium non attendit, sed ab homine qui infirmissimus, vnde non mirum si Deus tales corripiat diffidentes, & castiget, insipientesque eos diiudicans, virtusque eius in illos insurgat, eorumque peruersas, diffidẽtes, & infideles, de Dei prouidentia cogitationes dissipans, vnde merito Sapiens inquit, *peruersa autẽ.* De prouidentia Dei vide Ambros. lib. 1. Officior. cap. 13. Chrysostomum hom. 9. ad popul. Antioch. & in libros de prouidentia, quos composuit, Augustinum 5. de ciuit. ca. 9. & 10. & de lib. arbitr. per totum. Saluianum in 8. lib. quod de prouid. composuit, Nissenum lib. 8. Philosoph. S. Tho. 3. cont. gent. à cap. 71. vsque ad 75.

C

18. Diffidentia de Deo & confidentia in homine est infirmitas insaniæ.

D

Ambros. *Chrysosto.* *Augustin.* *Saluianus.* *Nissenus.* *S. Thomas.*

Num. 4. *Quoniam in maleuolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Reddit Sapiens prędictorum rationem, quare ficti illi homines, ac vafri non possidebunt sapientiam, quoniam scilicet, maleuolam possident animã, & corpus peccatis obnoxiũ, quod præcipuè de peccatis habitualibus intelligitur, & maximè de carnalibus, quæ mentem omnino obcæcant. — *Connexio capitis.*

In maleuolam animam, &c. Id est malorum artificem, inuentricem, seu fabricatricem, sic Castro. Hieronym. legit *peruersam*, quasi quæ habeat cogitationes peruersas, tortas, implicatas, in hanc enim nec pedem afferet sapientia suum, quæ simplicibus delectatur, & cum simplicibus est eius sermocinatio.

Castro. *Hieronym.*

1. Anima peruersa maleuolaque quæ.

Aliqui hunc applicant sensum Hæreticis, & sophistis, qui suam sapientiam vafram, & versipellem Dei sapientiæ præponunt: hi certè maleuolam habent animam, ac astutam, & tortuosam imaginationem, & ideo non solum cum eis sapientia non habitabit diuina, sed nec intrabit eorum domum, tam longè ab eis abest: vnde Cyrill. lib. 7. in Ioan. cap. 4. ait, *Quod nil malignius excogitari potest hæreticorum facto, dum à veritate diuina auditum suum auertentes, illi proponunt fabulas cogitationum suarum.* Vide Hieronym. lib. 4. in Hierem. ca. 18. & Basil. epist. 41.

2. Hæretici pessimam possident animam ac malignam. *Cyrillus.*

3. Eorum malignitas in quo potissimum stet. *Hieronym.* *Basilius.*

Alij hanc sententiam applicant, & merito, iudicibus vafris & calumniatoribus, qui suum implicant officium, captiosis, & sophisticis argumentis trahentes, verumque legis detorquentes sensum ad sua commoda, & desideria. Hi maleuolam possidẽt animam, & corpus habent peccatis subditum, & obnoxium: vnde non mirum si ab eis longè absit Deus, & sæpè sæpius eius gratia destituti, in reprobum tradantur sensum.

4. Iudices qui maleuolam possident animam, qui sint.

In corpore, &c. Corpus totum hominem significat, sed vt animalis est, secundùm carnem viuens; sic Lorinus, nec sapiens quæ Dei sunt sed quæ mũdi, & mundana tantum sapientia ipsa sola se gubernans, omnino deserens diuinam; sic omnes merè Politici, qui terrena tantum sapiẽtes, omnia sensu suo moderantur, quorum sapientia quàm insulsa, & quàm amara sit vide diuum Iacobum c. 3. n. 14. & sicut in istis non intrat sapientia, sic etiã nec in illis qui peccatis carnalibus obnoxiũ habẽt corp'. Hoc etiã ipsi gentiles animaduerterunt, ob hoc finxerũt Venerem numquam ferire potuisse Musas, aut Mineruam. Laertius in vita Platonis, & Cicero, vt refert Plutarchus, apertè fatebatur non posse se Philosophari, & vxori operam dare.

Lorinus.

5. Politici merè corporales homines.

Iacob. 3. n. 4.

6. Peccata carnis diuinã excludunt sapientiam.

Laertius. *Cicer.* *Plutarch.*

Subdito, &c. Id est obnoxio, ac veluti ære alieno obstricto, & sub peccato venundato, *nam qui peccat seruus est peccati.* Ioan. 8. num. 3. 5. propriè intelligitur de his qui peccatis assuefiunt, in ipsis degunt, & viuunt; optimè adnotat Lorinus, quod per (subdito) cui' synonyma sunt obnoxium, deuinctum, obstrictum, propensum, potest denotari procliuitas ad peccatum ex habitibus malis

7. quis dicitur peccatis subditus.

Ioan. 8 num. 35. *Lorinus.*

A comparata, vel ex fomite culpabiliter non mortificato, nam qui sic procliues sunt, bibunt certè iniquitatem: nulla in eis est resistentia, nulla contra appetitum vis, & non solum habent corpus

8. Homines propensi ad peccatum dici possunt ipsum peccatum.

peccatis subditum, sed dici possunt quoddammodo peccatum ipsum. Fomes peccati, quatenus ad peccatum inclinat, *Peccatum*, vocauit Apostolus ad Rom. 7. n. 14. Sic quodammodo peccatum dici possunt, qui semper operantur quod fomes persuadet, cùm ergo quasi totum quod sunt peccatum sint, vnde, aut quomodo in eis intrabit sapientia diuina? verbum scilicet Dei, aut si mauis secundùm Olkot lect. 4. *Collectio virtutum moralium, & intellectualium.*

Ad Rom. 7. num. 14.

Olkot.

Peccatis, &c. Multi pro peccatis omnium peccatorum genera intelligunt, alij peccata carnalia, vt proprijssimè sapientiæ contraria, & infesta: Alij peccata versutorum, & fallacium hominum, qui sensus magis ad litteram, vt versus sequens indicat: sensus ergo erit, quòd in animam malorum artificem, & inuentricem, non intrabit sapientia, nec habitabit in homine peccatis seu carnalibus, seu vafris habitualiter venundato. B

Lorinus. *S. Thom.*

Vltimo optimè infert Lorinus doctrinam & argumentum S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 4. quo ex hoc loco probat Virginem Sanctissimam absque peccato veniali actuali fuisse, ob peculiarem inhabitationem sapientiæ in ipsa, non solum in anima, sed in corpore; posse etiam extendi ad peccatum originale, cùm ex doctrina Augustini de natura & gratia cap. 36. & contra Iulian. cap. 9. qui contrahit non est immunis à venialibus: ergo sicut nullum peccatum veniale actuale commisit illa sanctissima, & immaculata, sic nec originale contraxit, cùm secundùm Augustinum si contraxisset, à venialibus non fuisset immunis: sed de hoc infra. C

Augusti.

9. Virgo S. immunis ab originali.

HOMILIA VII.

Perseuerantia in peccato quantùm animæ nociua.

IN *maleuolam animam*, inquit Sapiens, *non introibit sapientia, nec in corpore peccatis subdito*, hoc est obnoxio, assuefacto ac perseuerante in statu manente peccati, res Deo odiosa, nam vt inquit Augustinus, *non tantum Deo displicet peccatum, quantum perseuerantia in illo*; Sicuti res, quæ non solum illum cogit, sed & Angelos eius, ad totaliter animam deserendam, vt pote de remedio, & salute desperantes, & ne in eorum manibus depereat, eam deserentes, quod acutè adnotauit Origenes hom. 2. in Hierem. super illa verba: *Curauimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam. Caue, ô homo*, inquit, *ne tibi accedat quod illis, qui à medicis desperantur, vtentes voluntate morbi sui vt ad peiora demergantur, accedit aliquis eorum ad languentem quantum ars patitur, & industria, medicamina non cessant, sed si ægritudo tanta sit, vt repugnet curationi, vt ipse inualidus per impatientiam curationis contra faciat quàm iubetur, relinquit medicus, desperat de illo, & recedit ne inter manus suas spirans, causam interitus eius ad se retorqueat: sic & nos, ne in Sanctorum Angelorum manibus qui ad nos curandos, à Deo desti-* D

August.

1. Perseuerantia in peccato amplius Deo displicet, quàm ipsum peccatum.

2. Ob eam Deus, & Angeli animā deserunt.

Origen.

A *nati sunt, moriamur, derelinquūt nos, desperantes animas nostras, & aiunt, non est malagma imponere, neque oleum, neque ligaturas, quia appropinquauit in cælum iudicium eius, & eleuatum est vsque ad Astra.* Nota derelictionis causam, quia scilicet appropinquauit in cælum iudicium eius, quod est dicere, quia non vnum tantum habet peccatum, sed multa, non paris ponderis, sed magni, non semel peccauit, sed in statu est peccati: ob hoc derelinquamus eam; *qui paruum habet peccatum*, inquit idem, *non vsque ad cælum, & sydera iudicium eius esset, pusillum enim & humile est: qui verò crescit in scelere, crescit & iudicio, simulque cum vitijs augetur & pœna, & in tantum delinquit, vt iudicium eius vsque ad cælestia sublevetur*, clamans apud Deum, vt descendat, & perdat, iuxta illud Gen. 18. num. 20. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis*: in multiplicatione agnosce grauitatem, & non quamlibet, sed nimiam, *aggrauatum est nimis*, si semel peccassent, si non continuè, & perseueranter graue fuisset, sed nō nimis, at quia perseueranter multiplicarunt peccatum, ita nimis aggrauatum est, vt ad cælum vsque perueniens eorum clamor, exinde decem vocauit, *vt descenderet, & videret*, consumaret, & perderet, quia, vt inquit Origenes, *desperata erat cura.*

3. Peccata quę ad cælum subeunt quæ.

Idem.

Gen. 18. n. 20.

4. Quę etiam sint ad Deū clamantia.

Origenes.

B

Cuius tanti fons mali, & origo, perseuerantia in peccato est, nam ab hac, vt asserit August. ser. 88. de tempore, prouenit cordis obstinatio siue obduratio, *cùm semel & secundò*, inquit, *& tertiò vnusquisque grauia peccata commiserit, expectat tamen illum Deus vt conuertatur, & viuat, cùm verò in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur obduratio*, qua posita, ita dicitur Deum eos derelinquere, vt moraliter dicantur esse in statu, in quo non possint saluari: tum quia auxilia efficacia nō adsunt, tum etiam quia ad eum statum miserum, miserabilemque deuenerunt, vt sicuti, inquit Suarius in 3. partem t. 4. disp. 8. sect. 2. assert. 3. cùm ordinaria prouidentia illis sit difficillimum conuerti, vnde & moraliter impossibiles facti ad salutem, infallibiliter condemnabuntur, cuius tam horrendi casus causa, perseuerantia in peccato fuit, & habitus in illo, nam cùm iste sit qualitas, secundùm Philosophos, difficilè mobilis, fit vt semel in anima positus, difficiliter inspirationibus assentiamur diuinis, obturatas habentes cordis aures, ita, vt non solum in melius non proficiamus, quinimmo amplius ex illis obsurdescamus, quia vt inquit August. vbi supra, *Obduratio non Dei potentia compellente perficitur, sed Dei remissione, vel indulgentia generatur, & sic Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patientia credenda est obdurasse*: quod dixit Paulus ad Rom. 2. n. 4. dū ait, *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis, contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*: Cui dum obsurdescimus, & aures non præstamus in peccatis manentes, incidimus in iudicium, qui misericordiam respuimus, & secundùm duritiam, & impœnitens cor, non tantum in Dei iram, sed in thesauris iræ incidimus, vnde persequitur Apost. *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurisas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quem locum expendens Bernardus serm. de triplic. miserie. ait, *Thesaurizas tibi iram, pro prorogatis thesauris misericordiæ, quos contemnis, & euacuas in te misericordiam Dei.* Vbi thesauros misericordiæ prorogatos appel-

5. Perseuerantia in peccatis origo omnium malorum.

August.

6 Obstinatio peccatoris à perseuerantia in peccato.

C

7. Quia moraliter hic sūt in statu dānationis.

Suarez.

8. Habitus peccandi in quali reponit hominē misero statu.

D

Augusti. *Idem.*

9. Obduratio cordis vnde prouenit ex parte Dei.

Ad Rom. 24.

10. Peccator quando nō in iram sed in iræ thesauros incidit.

Bernard.

11. Thesauri misericordiæ Dei qui sint.

lauit Bernardus tẽpus misericordiæ peccatori prorogatum, quem dum statim Deus non punit omni supplicio dignum, momenta vitæ concessa, redamante eius iustitia, thesauri sunt misericordiæ profusi;

12. Momenta temporis quibus peccator se nõ pœnitet, in Dei iræ thesauris reponuntur.

quos dum contemnit obstinatus, & à se abijcit, congregat miser in damnum suum & alios iræ thesauros, abutendo Dei misericordia, & tempus miserationis eius respuendo, nam omnia temporis momenta, quæ præterlabi sinit, & non se pœnituit, reposuit in Dei ira, & pro prorogatis momentis misericordiæ, thesaurizauit sibi iram, vt inquit Apostol. qui apprimè horum callens peccatorum miseriam, dignos eos omni fletu existimat,

Ad Cor. 2. 12. 21.

timeo, inquit ad Corint. 2. cap. 12. num. 21. *ne fortè iterum cùm venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt*; Vbi humilitatem suam dixit impœnitentiam suorum:

13. Humilitas Pauli erat impœnitẽtia suorum.

nam verum est quod quidam dicit, non sic prædicatorem exultare in suorum profectu, quantum deijcitur in eorum defectu, suos proficientes, gaudium, & coronam appellans Apost. ad Philip. 4. num. 1. quando istos deficientes humilitatem suam: hoc est, vt inquit Chrysostomus, *depressionẽ, & afflictionem suam*: Nam vt ait idem Sanctus hom. 1. de pœnitentia, *Et si omnes peccatores digni sunt fletu, obstinati maximè*: Nam etsi peccare malum, in eo tamen perseuerare impium, *Quid enim*, ait, *in peccato magis impium, in peccato stare, & quid peius in casu est iacere in eo?*

Ad Phil. 4. nu. 1.

Chrysost.

14. In peccato perseuerare impium.

Peius, nam & si malum est infirmari, pessimum nolle sanari, dum medicina in promptu est, & facilis, quinimmo & dulcis, quid facilius quàm oculos ad cœlum attollere, quàm Christum in Cruce respicere, ægrotas & grauiter, quia à serpentibus morsus, quæ sunt peccata, Eccl. 21. num. 2. *Quasi à facie colubri fuge peccatum, nam dentes eius dentes Leonis, interficientes animam hominum*, inquit Sapiens Sidrac: quẽ locum expendens Chrysostom. serm. de pœnit. inquit, *peccatum conceptum coluber est in præcordiis hominũ, parit mortem, nisi fuerit pœnitudine expiatum*, vnde Dauid, *concepit dolorem, & peperit iniquitatem*, sed si coluber, quomodo non dentes habet colubri, sed Leonis? sane quia nõ solum mordet inficiendo, sed dilacerando, inficit vt coluber, dilacerat vt Leo: qualis ergo dementia, cùm sic grauiter doleas, & sic facile sanare possis, nolle sanari, *Fac serpentem æneum*, pręcipit Deus Moysi, nu. 21. 15. *quem cùm percussi aspicerent sanabantur*, nũc ô Christiane non fecit Deus serpentẽ æneũ, sed carneũ, & diuinũ, *Nã qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit*, 2. ad Cor. 5. n. 21. seu vt syriac. *propter nos peccatũ se fecit*: Agnus ergo cùm esset propter te, serpentem illum fecit Deus, in ligno suspendit, vt clarius pateret, in altum erexit, vt facilius aspiceretur, qualis ergo est illa væsania, potius velle peccatorum morsibus mori, quã oculos attollere & sanari? *Miserere animæ tuæ, ô Christiane*, dicam cum Saluiano lib. 3. ad Ecclesiasticos, *Miserere etiã illius, cuius vides miseratione Christum frangi, miserere illius tandem, cuius semper miseretur Deus*, ne sis ergo crudelis in Christum quando tui miserere non vis, nam si Christi non miserearis, quid aliud expectare potes nisi irã? nec putes quia tam cito in te non animaduertat ipsum amplius non animaduersurum: nam patientia est, non negligentia; amor non torpor. Putabant Philistei 1. Reg. 5. quando Domini intulerunt arcam in templum Dagon; & parem illum cum

15. Peccata serpentes.

Eccles. 21. num. 2.

Chrysost.

16. Peccatum cur dentes habet Leonis, etsi coluber.

17. Insania maxima nolle à peccatis sanari.

Num. 12.

17. *Ad Corint. 5. num. 21.*

18. Christus pro nobis serpens factus, & cur.

Saluianus.

19. Dilatio pœnæ in peccatum patientia Dei & non negligentia.

1 Reg. 5.

A Deo fecissent, quia statim detruncatum eum non vidissent, Deum dissimulaturum iniuriam, non vindicaturum contumeliam, quia, vt inquit Dauid Ps. 67. n. 68. ad modum dormientis se Deus habebat, at deceptionem suam perspexerunt: quando excitatus in opprobrium sempiternum dedit illos; *Ps. 67. 68.* *Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis*, Peccas nunc, & non te pœnitet, anteponis Dagon Deo, non solum similem illum facis, sed maiorem, & cùm sis Christianus, in templo animæ tuæ simul vis vt habitent Deus, & Dæmon, Christus, & peccatum, putans te valentem ad vtrumque adorandum, vides Deum silere; quid cogitas? forsitan ipsum nescire, aut non animaduersurum, deciperis, amor eum consopitum tenet, caue ne à somno excitetur.

20. Deus semel à peccatis excitatus grauissime punit.

B Consopitum patrem, & in tabernaculo ob ebrietatem denudatum Noe, irrisit filius Cham, & cæteris fratribus irridendum proposuit, Gen. 9. 20. & quasi nil fecisset, abijt paruipendens iniuriam, nec curans veniam, fisus de somno patris, de amore genitoris, sed experrectus parens quid contra eum non fecit? maledixit, hæreditate priuauit, seruũ fratrũ suorũ eum constituit, extorrem tandem à Dei hæreditate, *Maledictus Chã, seruus seruorum erit fratribus suis*: quid per Noe, nisi vt ait Interl. *Christus Dominus noster homo factus*, qui calice passionis suæ ebrius, & crucifixus, vbi infirmitas mortalitatis apparuit, nunc amoris vino penitus consopitus peccata nostra dissimulat, & ignorare videtur. Ne paruipendas, ô Christiane! talem Dei benignitatem, & patientiam, nam si semel expergiscatur, quid contra te non faciet? qualem vindictã de te non sumet?

Gen 9. 20.

21. Cham verò acriter castigatus.

Inter.

C quomodo tunc inexorabilis erit? vnde bene exclamat Saluianus vbi supra, *Et quomodo te postea, quisquis es, ô miserrime homo, quomodo te supplicantem in iudicio suo audiet, cùm tu hic eũ pro te rogantẽ audire ipse nolueris*, quid enim expectas? domus tua tota crematur, & tempus ad extinguendum ignem postulas, quæ hæc est insipientia? non nè insipiens Pharao, qui ranis afflictus, & quasi obrutus, dum Moysen deprecaretur, vt pro se oraret, auferretque ranas, dicenti, *Constitue mihi quando deprecer pro te, vt abigantur ranæ à te, & à seruis tuis, & à populo tuo*, respondit cras, Exod. 8. nu. 10. turpis vecordia cur non modo, insane? regnum tuum consumitur, campi desolantur, populus deperditur, serui tui affliguntur, tu ipse cruciaris, cur ergo cras & non modo? cùm modo à te malum possis abucere, insanus es, & insipiens, sicut & insani, atque

Saluianus idem.

22. Iudicium maximum peccatori reseruatur tempus respuens Dei miserationis.

23. Pharaonis vecordia.

Exod. 8. n. 10.

D insipientes, qui peccatum non statim ab anima expungunt, cùm possint, peccatum, inquam, quod dum perpetratur, malum originat, ac, si non cito deletur, in infinitum accumulat.

24. Et obstinatorum peccatorum.

25. Perseuerantia in peccatum in infinitum malum accumulat.

Peccauit parens noster Gen. 3. num. 7. & vix culpam admisit ac illico ad fuit Deus, vt eum à peccato eriperet, non amplius in eo permansit, quàm vt sibi, & sociæ perizomata ficus conficeret. *Apertique sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos consecerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, & cùm audissent vocem Dei ambulantis*, vbi Pagnin. *& fecerunt sibi cingulos, audieruntque vocem Domini*, vix ergo peccarunt ac affuit liberator, & licet tam breue fuisset spatium, tamen ingentia mala in eum accumulata fuisse aspicimus: quid ergo efficiet peccatũ in anima, quando non admomẽtũ, sed ad tẽpus, nõ per horas sed per dies, menses, &

Gen. 3. 9. Pagnin.

26. Adam, etsi per modicũ tempus in peccato steterit, infinita tamen inde perpessus est damna.

annos, in anima durat, & eam perdit, hinc profecto difficilis redditur peccatoris conuersio, immo & Dei misericordia. Petit enim Chrysost. cur

Chrysost.
27. Peccatoris conuersio, sicut & Dei misericordia, vnde sit difficilis.

DeusNiniuitarum pœnitentiæ trium dierum contentus fuerit, & respondet, quia cito, & feruenter ad pœnitentiam cõuersi sunt. *vt discas*, inquit, *& barbarorum virtutem tribus diebus tantam peccatorum iram soluere volentibus; atque Dei clementiam admireris trium dierum pœnitentia contenti pro peccatis, neque desperatione corruas & si peccaueris, vt illico muteris: quemadmodum enim anima pigritans, atque negligens, quamquam multum ad pœnitentiam tempus accipiat, nihil operatur magnum, neque sibi ipsi Deum per desidiam conciliat, sic qui proposito excitato feruet atque multa cum solertia pœnitẽtiam ostendit, breui temporis momento longani temporis peccata delere poterit*; longæua delet feruens pœnitentia; quanto magis recentia? quæ non tantum malum

28. Perseuerantia in peccato insensibilem reddit animam.

causantur in anima ac illa, nam dum hæc existunt & diu inueterata in ea permanent, insensibilem, ac miserã reddunt, vt viuat ac si non peccasset, & dies ita in bonis ducat, ac si summum iudicem non irritasset, insensibilis rursus effecta, immo & insensata, ex quo iram Dei magis contra se acuit & accendit, quia, vt inquit Chrysost. ser. 5. de pœnit.

Idem.
29. Impudentia peccati grauissimum malum.

Nõ tam graue facinus est peccatum quàm ipsum peccantem non pudere, & hom. 46. ad populum Antiochenum, clarè affirmat magis Deum irasci ex oscitantia, vt sic dicam, in peccato, quàm ex ipso peccato. *Peccatum non dolere magis Deũ indignari facit, &*

30. Oscitatores manere in peccato, ac si non fuisset peccatũ, grauissimum malum maius quàm ipsũ peccatum.

irasci, quàm peccare: cuius rationem assignans ait, *Tu verò hominem quidem exacerbans & amicos, & vicinos, & ianitores rogas, & pecuniam impendis, & multos infirmis dies accedens & supplicans, & siue semel, siue bis, siue millies te repulerit iratus, non recedis, sed magis contendens maiorem affers suplicationem: Deo autem omnium exacerbato oscitamus, & recedimus, & delitijs & ebrietati vacamus, & omnia pro consuetudine facimus, quomodo verò non ex hoc ipso magis eum irritamus?*

31. Deus cur irascitur contra peccatores, sic viuentes ac si non peccassent.

Hæc Chrysostomus. Vbi notanda sunt verba illa, *& omnia pro consuetudine facimus*, quæ radicẽ continent Dei iræ in peccatis perseuerantem, & ac si non peccasset viuentem; summi enim Reges verè non tam subditi peccata sentiunt quàm suæ contemptum gratiæ & amicitiæ, & sic istos placidè viuere ac si ab eorum gratia non recessissent; hinc talium

32. Principes iniuriam reputant ab ipsis puniũ cum & à sua excissum gratia non dolere.

mortes & ruinæ; abundant exemplis historiæ. Adrianus Tacianum occidit ob hãc causam, Nero Senecam: putabant enim illusionem suam, immo & Maiestatis læsionem, pacem, & iucunditatem horum; at si hoc inter humanos Reges, quid apud Regum Regem, dum sic viuimus eo offenso, ac irato, ac si non eum offendissemus, nec eius irã metuissemus? Prophan⁹ Esau. Gen. 25. sua primogeni-

33. Esau pretexuit, nõ habuit necessitatem lentis.

ta vendidit ob vnius appetitum ientaculi: dixi ob appetitum, nam vt rectè adnotat Cornelius, non habuit, sed prætexuit necessitatem, quando dixit, *en morior n. 32.* quem sensum exprimit lectio 70. dum habet, *da mihi gustum de coctione rubea ista*, quod adnotauit etiam Gregorius lib. 3. mor. c. 12. dum effrænationem in illo appetitus, ex vilitate cibi, & dignitate rei venditæ educit. *Aliquando verò*

Gen. 25. n. 32.
Cornelius.
34. Primogenita ob gustum sensualem vendidit.
Gregorius.

ait, *abiectius est quod gula desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat, sicuti Esau qui vilẽ cibũ magno desiderio quæsiuit, quapropter primogenituram amisit, quàm dum vendendis etiam primogenitis pratulit, quo in illum appetitu anhelaret indicauit*: & cùm tale facinus cõmisisset, facer inquit textus, *abijt paruipendens, quòd primogenita vendidisset.*

35. Esau peccati grauitas maior effecta est paruipensione & in illo perseuerantia.

Plus in hoc peccans, quàm in ipsa venditione, & si sacrilega, & simoniaca, vnde non curans factum, & paruipendens pœnam obstinatè in peccato perseuerans, vt vult Caietanus, hic sic postea lætus vixit ac si primatum non vendidisset, ob id stultus, vt inquit Ambro. lib. 9. de Cain. & Abel. c. 4. *Esau*, ait, *cognomine stultitiæ vir cessit patienter primatus suos fratri Iacob, ita vt diceret, vt quid mihi primat⁹, sed quos iste posthabuit, hos vir, cognomento exercitationis præditus, quæsiuit mereri.* Ideo paruipendit,

Caiet.
Ambros.
36. Esau merito stultus dicitur.

quia per peccatum quantum amisisset non intellexit, cùm vir cupidus, carnique totus deditus, quæ carnis tantum, non quæ spiritus apprehendebat, nam vt idem inquit Ambros. *Apud ignauos nulla sunt insignia virtutis, quando apud sapientes prima habentur.* Hinc detrimẽti nescius, miser, ac stolidus, in peccato manens, sic alacer, post illud patratum, ac antea vixit, vnde ex libero seruus effectus, tunc grauiter ingemuit quãdo sine fructu quantum esset quod perdidit ipsa teste cognouit experientia, quod profecto non euenisset si resipuisset, si post peccatum non paruipendisset, si à culpa exurrexisset, ac dum in illa perseueranter constitit ac lætanter vixit, inde & primogenita, & ipsam vitam amisit æternam.

Idem.
37. Peccatores cur a peccatis resurgere paruipendunt.

38. Christus Dominus cur semper tristis in hac vita.

Mirandum valde, si attentè considerauerimus, sic vitam suam Dominum nostrum transegisse vt per totam eius periodum nec risisse eum legimus, nec vnum tantum diem in bonis duxisse, cùm sæpe fleuisse reperiamus; & tamen inter duo illa, quæ peccatum habet, malum scilicet culpæ, & pœnæ, hoc postremum supra se assumpsit vt deleret primũ, cuius cõparatione secundum nec apparet, nec apparere potest; & tamen cùm ipse peccatum non fecisset, neque dolus in ore eius inuentus fuisset, quia tantum illud delere debebat, licet non suum, sic vixit, vt tristis semper esset, non secus ac si ipse peccasset: quid ergo deberet facere peccator, qui vtrumque malum supra se habet & vtrisque iaculis confossus manet? eo miserabilior effectus, quo minus vulnera sentit *in ipso autem animo*, inquit August. Ep. 49. *vbi appetitus voluntatis est humanorum mensura factorum continuo pœna sequitur culpam, plerumque maior, non sentientis cæcitate grauior.* Cõtinuo dixit: nam licet peccato continuo non inferatur malum pœnæ siue damni, vt aiunt Theologi, siue sensus, illico tamen infertur malum culpæ, cùm ipsum peccatum & culpa sit malum animæ horrendum: quod dum non sentit peccator, eo miserior efficitur quo insensibilior: *nec quod non deles paruipendas*, inquit Chrysost. *sed propter hoc saltem maximè gemas, quoniam peccatorum dolorem non sentis*, non enim hoc prouenit, quòd peccatum non mordeat, sed quòd anima peccans sit insensata; nam si sensum haberet ingemisceret, sicut gemunt quæ sensum habent. *Cogita eos* sequitur Sanctus, *qui propria sentiunt peccata, qualiter hi, qui secantur, & vruntur amarius vlulant, quod agunt, quod patiuntur, quantum lugent & lamentantur, vt à mala liberentur conscientia, quod non fecissent nisi vehementer anima doleret*: At non lugere post peccatum, malum non sentire, iratum Deum non timere, abire sicut alter Esau, & dies ducere in bonis, paruipendentes Dei iram, grauitatis obliuiscentes delictorum, quomodo talis vecordia seu obstinatio credendum quòd Dei iram non accendat.

39. Peccator qualem supra se statuere debeter pœnitentiam.
August.
40. Peccatum statim sequitur pœna.
41. Peccatori tunc maxime dolendum quando non dolet.
42. Pœnitentes quantum peccata dolent.

Non tantùm siquidem admirari libet, quòd fra-

43. In peccato

fratrum Ioseph, quid maxime ponderandum.

tres Ioseph in ipsum commiserunt expoliando eum, incisternam immittendo & tandem eum vendendo, quantum post tam immaue scelus patratum post fratricidium ex industria commissum, sic ad epulandum & bibendum sedere quasi nihil mali patrauissent, nil de peccato amplius curantes, nihil de afflictione & pœna Iosephi, *sedentes, vt comederent panem*, inquit scriptura Gen. 37. *& reenbnerunt*, Paraphras. Chald. ergo nec comedere licet, & lætè recumbere post tale ac tantum patratum scelus, hoc magis impium, quàm ipsa venditio, & in hoc magis frater offensus, propemodum dicam, quàm si fuisset occisus, *adueniet tempus* cũ Chrys. dicam serm. de Ioseph vendito tom. 1. *quo cum seruum fecisse pœniteat, & parricidium perpetrasse minus collibeat*, & pro pane, quem nũc læti sedentes comeditis, fame postea propemodum peremptos ipsemet venditus ad mortis angustias nos rediget, & qui nunc mitis sinit se à vobis ligari & vendi, postea iratus in carcerem vos adiget & in seruitutem. Peccãt Christiani, quod & si facinus non tam graue, vt inquit idem sanctus, quantùm *post facinus non pudere & pro consuetudine omnia facere*, Christum spoliant, vendunt, crucifigunt, & post tale scelus ac si nihil egissent sic comedunt panem, & lætantur; veniet dies, in qua parricidium hoc perpetrasse minus collibeat, & sensus doloris exprimet tunc lachrimas, quas nunc insensibilitas comprimit, & tunc & si sero expergiscentur, quantum malum fuit, non solum peccare, sed in peccato insensibiliter permanere.

Gen. 37. n. 25

Chrysostomus.

44. Peccatorẽ non dolere quantum malum.

45. Nulla valet excusatio, ad non pœnitendum.

Neque est quod te excuses, quasi occasionem expectans ad hoc vt commodius de statu peccati exeas, nam sæpe prius vita finitur, quàm occasio euadendi adueniat, & dum commoditatem pœnitendi expectas, ad infernum incommodè detraheris, Hester. 5. n. 14. *Iube parari excelsam trabem*, suaserunt Aman eius amici, *& suade Regi vt suspendat Mardochæum, & sic lætus ibis ad conuiuium*, at prius hic suspensus, quàm lætus conuiuaretur. Ruben etiam Gen. 37. quia negligentior quàm par esset in extractione fratris occasionem expectans, & si vestimenta postea scidit & lachrimas effudit, fratrem tamen non recuperauit: sic tu dum illico pœnitere non vis, vide ne fortè tardè postea non possis, & sapientiam illam diuinam amplius non attingas, de qua dixit noster Sapiens: quod non habitat in corpore subdito peccatis *non habitabit, &c.*

Hester. 5. n. 14.

Gen. 37.

HOMILIA VIII.

Peccata carnalia peculiariter sapientiam excludunt.

HAbitum & perseuerantiam in peccato detestabilem esse sapiẽtiæ probauimus, sed licet de omnibus hoc verum, de peccatis tamen carnalibus affirmandum est peculiariter; hæc enim cum sapientia peculiarem dicunt repugnantiam, cõtradictionemque, ita vt semel quis in hoc assuetus vitio difficilè admodũ ad Deum reuertatur, Ose. 5. n. 4. *Fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel, non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorũ;*

1. Peccatis carnalibus assuetus difficile ad Deum reuertitur.

Ose. 5. n. 4.

A *fornicantur*, & insuper spiritum fornicationis habent, hoc est, illud cogitant, de illo loquuntur, cum illo viuunt, difficile, ne dicam impossibile sit, vt reuertantur ad Deum, qui cùm summè sit simplex, ideo peculiarem cum istis habet repugnantiam.

Tullius.

2. Philosophiæ & vxori operam dare negabat Cicero simul consistere posse.

Hinc Tullius, vt diximus, adhuc in tenebris gentilitatis degens, se philosophari & vxori vacare minime sibi permissum asserebat, vnde negabat hæc duo simul expleri posse: si ergo de Philosophia hoc asserit gentilis, quid Christianus deberet de Dei sapientia iudicare? ob id que existimo antiquos illos veteris Testamẽti Patres non prius vxores duxisse quàm centena, & centena annorum tempora fluxissent. Seth sanctus & iustus non prius equidem nisi post annos centum & quinque vxorem duxit. Sic Enoch, sic iustus Noe. Gen. 5. n. 31. qui cum 500. esset annorum, *genuit Sem, Cham, & Iapheth*, vt hoc facto declararet simul vxori vacare, B & vti par est, sapientiæ diuinæ possibile non esse; quæ *candor est lucis æternæ & speculum sine macula bonitatis Dei*, infra c. 7. n. 16. & nos ibi, cuius pulchritudinem, & candorem supremæ potestates admirantur, quæ substantia ipsa diuina est lucem inaccessibilem habitans, fonsque totius claritatis splendorisque diuini, pulchra ex se non ex alio, immo ipsum pulchrum, quod etiam Plato cognouit, qui in conuiuio de Pulchro Dei sic inquit, *non vt id cui pulchritudo inest, sed ipse per se pulchritudo, vnde manat cætera pulchritudo*; ergo si talis Dei sapientia, quomodo cum turpi & fœtido permanere potest spiritu?

3. Patres antiqui sero vxores ducebant & cur.

Gen. 5. n. 31.

4. Sapientiæ Dei pulchritudo.

Infra. cap. 7. n. 16.

Plato.

5. Spiritum suum Deus quando pronuntiauit cum hominibus non mansurum.

Hinc notandum, tunc Deum spiritum suum non amplius in homine permansurum dixisse, quando peccata quæ patrabantur, carnalia erant; C *videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant*; quod cùm perspexisset Deus illico pronunciauit, *non permanebit spiritus meus in homine* Gen. 6. n. 30. cuius rationem assignans addit, *quia caro est*. quia scilicet carnales homines, fœtidi & inquinati, candorique meo contrarij & molesti. Pulchrè Ambros. de Noe & arca cap. 8. Dei benignitatem in multiplicatione generis recognoscens humani, dum & si secuturo diluuio, non tamen destitit multiplicationi, quòd beneficij erat diuini, causam diluuij assignans, & cur Deus dixerit spiritũ suum in homine non permansurum, sic ait, *Spiritus sanctus, spiritus sapientiæ est, spiritus cognitionis; habet ergo sapientiam, habet disciplinam, sicut & de Beseleel, qui sacrum tabernaculum diuino oraculo iussus est facere, ait scriptura, quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplina: hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet: qua autem ratione non permanet causa proditur, quia* D *caro sunt, carnis enim natura disciplinæ pugnat, quia voluptati obtemperat*. Hinc obseruat quod in illo tãtummodo dictum reperitur spiritum permanere Dei, qui nulla peccati contagione vnquam pollutus firmiter semper illibatus permansit, vnde & sequitur, *Denique de solo Domino Iesu scriptum est, super quem videris spiritum descendentem de cælo & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto; in eo manebat, quem nulla corruptelæ carnis impedimenta reuocabant, quominus incorrupta & impermixta ordinem disciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem*, nil melius: in Iesu permansit spiritus, quia totaliter incorruptus, ab impijs illis discessit quia totaliter corrupti, vndè & mortui: nã vt idem inquit sanctus in Epist. ad Rom. super illa verba c. 12. *Obsecro vos fratres, &c. Corpora subiecta peccatis carna-*

Gen. 6. n. 30.

Ambrosius.

6. Diluuij causa quæ.

7. Spiritus sanctus semper firmiter sistit in Christo & cur.

Idem.

libus non viua habentur, sed mortua, hinc quasi necessario ab illis spiritus discessit, vt semel videant vitio

8. Corpora carnalibus subiecta peccatis, mortua.

dediti carnali, quantum sit huius peccati cum Deo oppositio, vt & si quodlibet cùm ab anima expellat, tamen hoc præcipuè, & nescio an in æternum; cùm timorem mihi ingerat, quod hîc reperio scriptum, scilicet *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est*, sic hoc Deo repugnat peccatum, sic eum abhorret.

9. Carnale peccatum quàm timendum, quamque Deus illud abhorreat.

Immò adnotandum multa ante diluuium peccata patrata, & in multis homines Deum offendisse, Adam enim primus parens peccauerat grauiter, Caïn fratrem occiderat; hunc Lamech contra Domini præceptum, & tamen nunquam Dominus spiritum iurauit suum cum homine non permansurum; attamen quando ad peccatum peruentum carnale, tunc, vt sic dicam, homines Deus renuntiauit dicens: *Non permanebit*, vel vt exponit Rabbi Salomon, *non disceptabit spiritus meus cum homine in æternum*; ac si diceret, inquit ipse, *vsque nunc, tenui sententiam de deletione generis humani per diluuium in suspenso, per modum cuiusdam disceptationis, sed ex nunc proferam sententiam, quia caro est*, id est nimis implicatus peccatis carnalibus: nam vt inquit Chrysostomus Hom. 22. in Genes. *Perpetuus scripturæ mos est, carnem vocare carnales; sicut & virtute præstantes, carnis expertes nominat*; diluuium ergo in suspenso Deus tenebat, spiritus diuinus secum disceptabat, an deleret homines, & etiam si peccata aderant varia, non immediatè contra illa diuina erumpebat punitio; at accedentibus carnalibus peccatis, statim ira in executionem prorupit, statim protulit Deus spiritum suum amplius in homine non permansurum. Ergo quod alia peccata non fecerant, etiam si homicidia, fecit peccatum carnale, attraxitque Deum ad puniendum, dum cætera peccata quasi suspensum, & secum disceptantem tenebant: vt videas quantum sit hoc peccatū, ne dum fragile dicitur, graue non existimes.

10. Ipsum ad puniendū, Deum quodammodo amplius quam cætera impellit peccata.

Rab. Salo.

Chrysost.

11. Peccatum carnale graue, & si fragile.

Cuius grauitas expressè in illa repetitur muliere, quam vidit Zach. c. 5. n. 7. sedentem in medio amphoræ, & quam, *Impietatem*, vocauit Angelus, nā vt inquit Theodoretus, *ideo videt Propheta peccatū carnale, speciem mulieris referens, quia ex voluptate plura peccata nascuntur.* Et Cyrillus, *Quia mulier est typus voluptatis, & infirmitatis*, quod peccatum merito affirmant impietatē vocare, tum quia ob istud cætera peccata committuntur, furta, homicidia, blasphemiæ, & denique ipsamet idololatria, nam vt inquit Ambros. lib. 5. epist. 50. *Vbi caperit quis luxuriare, incipit deuiare à fide vera*: Vnde ideo iniquitas, vel impietas dicitur, quia quasi fons, omniumque origo est iniquitatum, tum etiam quia amphora illa, in qua sedebat, in omnium sententia, mensuram significabat peccatorum, quam adimplere peccatorés satagunt, & ideo dicitur, *Quod omnium oculi sunt in ea*, & qua semel expleta statim Dei sequitur iudicium; quod significat talentum illud plumbi in os amphoræ immissum: quo obturatur, & in terram *Sennaar* asportatur; hoc est in infernum; quam mensuram, nullum aliud peccatum sic explet, ac carnale; tum quia, vt diximus, omnium est peccatorum origo, & fons, tum multiplicatione eiusdem, ex quo eius elucet grauitas; nam cùm ipsum mensuram expleat, ipsum sit causa indurationis, ipsum sigillum, vt sic dicam, Dei iudicij, ad castigandum eum, puniendumque impellens, ipsum causa obstinationis in peccato, ipsum denique, quòd pœnam, alterum meretur peccatum, quæ

12. Cur speciē mulieris obtinet.

Zach. c. 5. num. 5.

Theodoret.

Cyrillus.

13. Cur impietas vocatur.

14. Est causa infidelitatis.

Ambr.

15. Amphora quam Zacharias propheta vidit, quid significet.

16. Quid talentum plumbi.

17. Carnale peccatum amplius, quam cætera mensuram explent peccatorum.

omnium vltima, & maxima est pœnarum, quam Deus infligere potest, quod totum significat talentum illud plumbeum in os amphoræ immissum, vt volunt communiter Doctores; quid grauius illo erit? vt semel videas, quantum Deo hoc peccatum displiceat, dum sic illud castigat, & qua ratione dixerit, quando iam homines vidit totos carnales, quòd spiritus eius amplius in eis non erat permansurus.

18. Est diuinæ iustitiæ sigillum.

19. Mali eius effectus quanti.

At si per Dei Spiritum imaginem velimus ipsius intelligere, vt multi Interpretes, non minus hæc veritas elucescet; quantum scilicet Deus peccata abhorreat carnalia, carnalemque hominem, dum non solum seipsum, sed nec imaginem quidem suam vult vt amplius in homine habitet; quasi quod Deus pudori, dedecorique ascribat, imaginem suam in tam vili arca permanere; ob quod iussit, vt deinceps vita breuior hominis esset, quàm antea, *Eruntque dies illius centum viginti annorum*. Gen. 6. num. 3. vt semel ex hoc intelligas, quod multoties Deus annos vitæ hominis ob carnale decurtat peccatum, indignum maiestati suæ reputans, imaginem suam, quæ est anima, in corpore tam vili, sordidoque permanere, quod adnotat Rupert. lib. 4. in Genes. cap. 13. vbi sic ait: *Quid enim futurum erat si viueret homo in æternum, cùm certissimè moriturus, & quotidie moriens, etiam nunc corrumpit viam suam; ergo Deus dicit, quia spiritus meus, id est spiritus à me, ad imaginem meam factus, non permanebit in homine in æternum, quia caro sunt, solaque quæ carnis sunt, sapiunt, adeo in sententia perdurabo, vt non modo non viuat in æternum, verum etiam breuius sit viuendi tempus.* Quod non mirum, cùm eatenus carnis peccatum Deus abhorreat, vt non solum ipsum hominem carnalem, immundum, & fœtidum, sed etiam vt immunda iudicet, quæ carnalis tangit, etiam si casu fiat: talis fuit lex diuina, quæ statuit omnia illa immunda esse quæ tangebat, qui profluuium seminis patiebatur, Leuit. 11. num. 2. *Qui patitur fluxum seminis*, dicit lex, *omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit, & similiter si quis eum tetigerit, si in quempiam ipse saliuam eiecerit, & similiter, si aliquis aliquid illius tetigerit, omnes immundi erunt: sicut & cætera omnia quæ ipse tanget, vas fictile confringetur, vas ligneum lauabitur aqua.* Mirum sanè solùm ex naturali quadam infirmitate tantam corruptionem in corpore generari patientis, vt non solum ipse immundus à Deo notaretur, sed insuper omnia eius, quæ ipsum tangebant, aut vicissim ab eo tangebantur. Quid ergo æstimandum de immunditia eius, qui non naturali infirmitate, sed voluntaria malitia se polluit, & fœdat? qualis ergo erit huius deformitas? qualis fœtida macula? quem non polluet tactus, conuersatioque ipsius? quantum ex contactu talis, sordescere debet anima corporis? in quo misera dum degit, non equidem illi pro viuido seruit habitaculo, sed pro sepulchro fœtido, ac putrido, in quo malè tumulata degens, hanc tantum reputans vitam, de futura desperat. Hinc Dauid Psal. 48. num. 10. de talibus pronuncians dixit, *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Vbi corpus luxuriosi, sepulchrum dixit, in quo mortua degens anima, ad resurrectionem non aspirat, sic Ambros. hîc, *Luxuriosi domus*, ait, *sepulchrū est, denique tamquam in sepulchro viuunt, qui possunt dicere, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur: resurrectionem ante oculos non habentes, idcirque tumulis suis affixi; atque attumulati adhærent, quia ressusci-*

20. Spiritus Dei pro eius imagine.

Gen. 6. n. 3.

21. Carnale peccatum vitam decurtat hominis, & cur tali pœna illud Deus puniat.

Rupert.

22. Carnalis homo immūda reddit quæ tangit.

Leuit. 11. n. 2.

23. Corpus carnale fœtidum animæ sepulchrum.

Psal. 48. n. 10.

24. Carnalis homo alteram non sperat vitā.

Ambr.

tati se posse non crediderunt, habitaculum ergo illis in suo busto est, & tabernaculum eorum in progenie, & generatione terrena est: mortui ergo cùm sint,

25 Plusquam hæreticus æstimatur pollutus quo ad sancta mysteria. *Climach.*

ac, vt sic dicam, in ipso fœtido tumulati corpore, meritò lex pollutos eos æstimans, pollutaque etiam dat ab eis tacta; cùm & morticinium pollutum erat, pollutusque eum tangens; hinc plusquam ipsi hæretici, ab Ecclesia antiquitus polluti iudicati; quando, vt rectè Climachus Grad. 15. admittans affirmat, ex traditione Apostolica, hæreticos pœnitẽtes, ad sanctorum communionem mysteriorum suscipi, & admitti, dum is, qui in fornicationem erat lapsus, pœnitens, atque peccatum ipsum omnino deferens per annos aliquot ab ijs separabatur; quod cùm ita sit, sicque isti fœtidi sint, quid mirũ, si Spiritus Dei in illis disceptans, amplius fœtorem sustinere non valens, ab illis se segregat, & disiungat?

26 Dæmon quantum præualuit per carnis peccatum.

Quod equidem benè generis humani perpendens inimicus, & perpetuus hominis insidiator, quòd semel in paradiso patres nostros decipiẽs per superbiam perficere non potuit, nempè vt de seruatione hominum Deus suum mutaret propositũ, hominesque annihilaret, secundò hoc per carnis tentauit efficere concupiscentiam; & licet totaliter non assecutus, quod intendebat, tamen totius carnis adeptus corruptionem, ad deletionem quasi totius generis peruenit humani: &, quod maius est, vt tunc primò terribilis illa audiretur pœnitudo in

27 Carnis peccatum ad pœnitudinem seduxit ipsum Dei spiritũ. *Rupert.*

illo, qui incapax est pœnitentiæ, simulque dolor, qui expers omnis est doloris. Nam tunc primò auditum est; *Pœnitet me fecisse hominem, & tactus dolore cordis intrinsecus.* Vt semel sciremus quantum carnalia abhorreat Deus, quantumque sentiat hominem sic pollui & contaminari. *Quid ageret, quò se verteret ille serpens antiquus*, inquit Rupertus vbi suprà, *dum semini suo contrarium semen Dei multiplicaretur? innuenit quid faceret, vnde verbum Dei superare, propositumque eius adhuc sese auertere posse sperabat, sciebat quod per mulierem virum decepisset, at verò eum multæ succreuerant mulieres pulchræ, & concupiscibiles, & viri quamquam iusti ad libidinem proni, vt pote de vitiata radice nati, sciens ergo valere sibi ad mortis ipsorum prouentum consortia mulierum alienarum, id est earum quæ de generatione Cain exortæ sunt, egit vt fieret quod scriptura factum narrat.* Quod cùm vidisset, pro certo tenuit victoriam, multumque se fecisse existimauit. Vnde subdit Rupertus. *An parum sibi visus est fecisse? cùm is qui proposuerat dicens, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, talem tamque diuersum proferret sermonem, pœnitet me fecisse hominem.* Nil melius: multum enim ex tali peccato lucratus est dæ-

Idem.

28. Dæmõ amplius lucratus est per peccatum carnis quã per primũ Adæ peccatum.

mon, multoq; amplius ex hoc, quàm ex illo in paradiso patratum: ex illo enim Adam doluit, Eua gemuit, Paradisus destitutus, terra maledicta, serpens punitus: at ex isto, Deus ipse doluit, Deus ipse gemuit, Spiritus Dei contristatus est, ipsemet Spiritus extorris factus ab homine ipsius creatura; eiusque veluti Paradisus, dum dixit, *Non permanebit, &c.* Quod quid mirum si coinquinatus? & puritas cum immunditia viuere nequit? sic vt si aquis, non quibuslibet, sed mundis non lauetur, quis in illo habitare non queat?

29. Lex eius qui fluxum patiebatur seminis expenditur.

Hoc adnotandum in mandato expiationis eius, qui ex profluuio seminis sanabatur, vt deinceps mundus haberetur. *Si sanatus fuerit*, inquit, *qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus, & toto corpore in*

A *aquis viuentibus erit mundus, die autem octauo sumet duas turtures, aut duos pullos columbæ; & veniet in conspectu Domini, dabitque eos sacerdoti, qui faciet vnũ pro peccato, & alterum in holocaustum*, Leuit. 15. 13. Vbi notandum primò quas aquas expetebat Deus ad emundationem huius, aquas nempe viuas, per

Leuit. 15. 13.

quas, vt notat Lyra, *Aquæ fluminis intelliguntur, quæ semper decurrunt.* Ad denotandum tantum esse huius vitij fœtorem, quòd vt benè emundari quis possit, aquis currentibus, semperque nouis, lauari debeat, ne si non currant statim vt infectæ amplius ad lauandum deseruire non possint: quòd si per aquas pœnitentiæ lachrymas intelligere velimus, quid aliud significatur nisi tantam huius esse maculam vitij, vt nouis lachrymis quotidie opus sit, vt fœtor ipsius ad Deum ascendere nequeat, eiusque vt abstergãtur maculæ, & abstersione difficiles, cùm

Lyra.

30. Aquæ viuæ requirebantur ad fluxum seminis expiandum.

B difficulter pœnitudinem admittant, *Libido enim appetitu suo allicit*, sanctissimus inquit Algerus lib. 2. de Sacramentis c. 22. *& incendit, actu suo fœdat, & eneruat, vsu lubricat, & illaqueat, adeo vt placendo displicens, displicendo placens, difficilem, aut nullam pœnitudinem admittat, & nisi valida manu misericordia diuinæ subuentum fuerit, miserabili fine suos amatores suos sine fine perdat.*

31. Peccatum carnale nouis lachrymis semper indiget &c.

S. Alger.

32. Eius maculæ abstersione difficiles.

Secundò aduertendum pro huius peccati expiatione, illa sacrificia iussisse Deum offerri, quæ in lege maxima, nempe sacrificium pro peccato, & holocaustum, quæque pro maximis etiam offerebantur peccatis, vt exinde intelligas peccatum carnale grauissimi ponderis esse, & cum maximis cõparari. Vnde optimè ait Magnus Gregorius Mor. lib. 31. cap. 31. & lib. 33. cap. 11. & Arist. lib. 3. Ethic. cap. 10. & lib. 7. cap. 6. quòd peccata carnalia, licet ex se minoris malitiæ sint, quàm spiritualia, esse

33. Maxima sacrificia offerebantur ob carnis peccatum.

S. Greg.

Arist.

C tamen hominibus magis exprobranda, maiorique notanda infamia, quia his homo bruta animantia maximè imitatur.

34 Peccata carnalia & si spiritualibus minoris ponderis, maioris tamen infamiæ.

Ex quibus licet grauissima colligere detrimenta ex huiusmodi pullulantia peccatis, quæ breuiter attingere placet, ne plus iusto hæc protrahatur oratio, simulque iunctim proponere libet, vt quanta sit horum grauitas peccatorum, quantumque Dei mereantur odium, perpendatur.

35. Peccatorũ carnalium detrimẽta.

In primis enim animalia immunda, sicut Deo non offerebantur ad sacrificium, sic nec homo immundus poterit esse Deo sacrificium gratum. Ob id Doctores Gen. 8. dicunt de animalibus immundis non esse ingressa in arca nisi bina, & bina, quia ad sacrificium non erant deseruienda. Ex quo licet secundum malum colligere, paucos scilicet ex immundis cælos ingressuros, quia ex immundis in arca animalibus pauca non multa. Tertiò fœtidissi-

1. *Gen. 8.*

2.

D mi cùm sint, difficilius aut raro à Deo vt filij cognoscentur, siquidem non fœtorem, sed bonum odorem Christi ex se emittere tenetur, si quis vt Dei filius agnoscatur ambit, & procurat, nam aliàs non vt filius, sed vt extraneus repelletur. Equidem si Iacob hædinas tantum pelles attulisset numquam eum vt filium agnouisset pater, at suauem vestium odorem emittens, & agnitus est, & benedictus, *statim vt sensit vestimentorum illius fragrantiam*; inquit sacer textus, *filium agnouit*, dicens, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Deus.* Gen. 27. num. 27. Quid autem si Iacob fœtorem putidum emisisset? vtique maledictionem pro benedictione tulisset. Sic qui Deo accedunt malè olentes, sacratissimumque corpus eius impudici sumunt, maledictionem pro benedictione æterna-

3.

36. Quid necesse vt quis pro Dei filio agnoscatur.

Gen. 27. 27.

37 Immundi ad Sacramentum

corpotis Christi accedentes maledicentur.

liter cruciandi recipient, cùm, vt sanctus inquit A Algerus vbi suprà, *Nil sic Sacramento corporis aduersatur Christi ac luxuriæ fœditas, & macula: vnde stetendum, ait, quia agnum Dei sine macula qui Virginis est filius, luxuriosi, & incesti sumunt periculosiùs.*

S. Alger.

Cuius rationem assignans sequitur, *Quia cùm in Sacramento Christi ei vniri debeamus conformitate Passionis, & munditia, nil sic aduersatur Passioni Crucis vt voluptas, nil sic munditiæ vt fœditas est, nihil sic eius vnioni vt fornicariæ societatis vnitas.*

38. Passionis Christi nil sic aduersatur vt voluptas.

Quanto Deo gratum sacrificium isti nunquam præstant, nam illud tantum Deu sacrificium placebat, quod in odorem ascendebat suauitatis, at sacrificium impudicum, horribile, & fœtidum cùm sit, nequaquam in suauitatis odorem ascendit. Pro quo vide cap. 1.

4. Isa. c. 1.

Isaiæ ab illis verbis, *Audite verbum Domini.* Ob B quam etiam causam Deut. 23. n. 18. præcepit Deus

Deut. 23. 18.

prostibuli munus omnino ei non offerri, *non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris, quia abominatio est vtrumque Domino Deo tuo.*

39. Prostibuli merces & pretiũ canis Deus recusabat & cur, in antiqua lege.

Notandum illud, *quidquid illud est*, quasi dicat, etiam si ingens sit thesaurus, etiam si valeat, quantumcumque valere potest mundus, &c. Vbi etiam notandum simul posuisse mercedem prostibuli, & canis, vbi per canis mercedem intelligit Iosephus canis mercedem venatorum, & custodum gregis, qui locabantur ad fœtandum caniculas, vt intelligas in domo Dei in eadem esse luxuriosum, ac canem æstimatione, & bona quę tali medio acquiruntur nõ solum ingrata, sed odibilia quando Deo offeruntur.

Ioseph.

40. Luxuriosus est canis in eodẽ apud Deum æstimatione.

Nostro sanè tẽpore mirabile quid accidit, nempe vt quędam impudica mulier ad ornandam sanctissimæ imaginem Virginis Mariæ ausa fuerit vestem ditissimam illi accommodare in vno sacro Virginis festo, at vix purissimam illam attigit, quando C sagitta è cœlo ruens turpem incendit vestem, illæsa remanente imagine sacra, & si lignea.

41. Exemplum repudiatæ oblationis ab impudica muliere.

Abhorret enim talia dona Deus, detestatur ea, ideoque & præcipit ne ei offerantur.

5. Deu. 23. 10

Quintò tandem, sic abominabile hoc est vitium, vt Christiani nominis indignus luxuriosus reperiatur. Hinc Deut. 23. n. 10. fieri præcipiebatur talis extra castra, *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno, egrediatur extra castra, & non reuertatur priusquam ad vesperam lauetur aqua.*

42. Luxuriosus Christiano nomine indignus.

Greg.

Quem locum expendens Gregorius Moral. lib. 23. c. 9. ait, *Nocturnum somnium tentatio occulta, quæ tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipitur, sed opere non expletur: nocturno somnio pollutus extra castra egreditur, vt qui cogitatione polluitur indignum se societate fidelium arbitretur, & bonorum se comparatione despiciat.* Mirum si de qua pollutione sit sermo attendas, de pollutione enim in somnis, quæ vt plurimum peccaminosa non solet esse, quid D de peccaminosa?

6. Gen. 38. 10

Sextum demum est malum, quod per se ipsum Deus de talibus vindictam sumit, vt Gen. 38. n. 10. de Ona filio Iuda scribitur, *Percussit eum Dominus eo quod rem detestabilem faceret.* Si ergo tanta hoc generat mala peccatum, si à principio tã Deo est abominabile, si cor eius transfigit & vulnerat, si tantus sit eius horror contra hoc vitium vt etiam si aliquando actus eius non peccaminosus vt immundos etiam iudicat, qui illum patiuntur, quomodo Sapientia ipsius cum talibus turpibus, fœtidisque habitabit hominibus? Qua propter benè Sapiens inquit, *& non habitabit.*

DIGRESSIO II.

Vtrum definiri possit de fide Virginem sanctissimam Conceptam sine peccato originali.

OCcasione eius quod Sapiens ait in maleuolam scilicet animam sapientiam non ingressuram, placuit tanquam ad rem natam hanc inserere digressionem de purissima, illibataque sanctissimę Virginis Conceptione, cuius anima semper, B perenniterque illibata existens, merito sicut in hoc singularis, sic & in illam singularis, peculiarisque sapientiæ extitit ingressus diuinæ: ipsius ergo sanctissimæ Virginis auxilio confisus quæstionem aggrediar, duo in huius quæstionis limine primitus edicens.

1. Huius ratio digressionis.

Primum, meæ non esse intentionis ex dicendis plus opinioni de illibata Conceptione tribuere quã ipsa sancta mater nostra dat Ecclesia: in omnibus sanctissimis Pontificum rescriptis obtemperans, cuius definitionem non solum in animo non est præcurrere, sed sic humiliter patienterque expectare, vt si daretur optio certissimum in hac rescire ab Angelo, aut ab ipsa, relicto Angelo sanctam nostram præeligerem Ecclesiam.

2. Authoris animus & intentio circa quæstionem.

Secundum, me non solum contrariam aliqua graui non inurere censura opinionem, quia non possum, sed nec si possem: tum quia quod Ecclesia non notat, non est mihi notare licitum; tum etiã C quia non ignoranter, non futile, non leuiter ducuntur; immò clarè edico non solum me eorum opinionem, quoad intellectum seu sensum, non adnotare, sed neque quoad erga sanctissimam virginem affectum, & deuotionem, cùm hæc, vt inquit Bernardus, nulla alia quàm obsequium sit filij, quod ipsi assequi putant contrarium sequentes, immò magna Altissimi dispensatione factum puto ad maiorem suæ sanctissimæ matris exaltationem, nostrumque profectum, vt alter Thomas de hoc sanctissimæ Virginis Mariæ videatur addubitare stẽmate, ac ille alter sanctissimus Apostolus de Christi addubitauit stigmate.

3. Eiusdẽ circa cõtrariæ sententiæ authores.

Bernard.

Nam sicut sanctus, inquit Gregor. hom. 26. in Euang. post medium, *Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium discipulorum profuit.*

Greg.

4. Cõtrariorum oppositio multũ ad gloriam contulit Virginis.

Sic pari modo, plus nobis ad deuotionem, nostræque claritatem opinionis contulit vna aduersariorum contradictio, quàm cæte- D rorum omnium in illam obsequium, & propensio. Et pari modo sicut nulla sanctissimum Apostolum licet, aut parum deuotionis, aut minoris affectus nota, Christum ergo inurere, quia dubitauit (indignum hoc esset & planè illicitum) sic nec pręclarissimos contrariæ opinionis viros, aliosque doctissimos, mirificeque de sanctissima Virgine benè meritos, erga illam minoris vllomodo licet adnotare affectus, & si vt illam illibatam, ac puram acclamẽt, velint media Ecclesiæ definitione tangere, ac palpare, licet non sint sicut nos beati, qui adhuc non videntes credimus, sperantes finem reportare gloriæ nostræ, quæ est ipsa Domina, & mater nostra. His ergo sic statutis

Supponendum, quæstionem propositam triplicem habere posse sensum: Primum remotum, &

5. quæstionis

sensus multiplex. generalem, scilicet, an hæc quæstio sit ex illis quæ in se dignitatem contineat definitionis, cùm certo constet non omnes Theologicas opiniones in sensum cadere definitionis; vnde simpliciter secùdùm hunc sensum erit quæstio: *An materia huius quæstionis sit definitione digna*, siue in vnam, siue in alteram partem. Secundus sensus pressior esse potest, scilicet an talia in Ecclesia Dei adsint fundamenta, vt stando in rigore definitionis possit in fauorem Virginis hanc quæstionem determinare. Tertius verò, an ista fundamenta, dato quod adsint, ita sint disposita, vt nullo alio expectato medio, possit de facto ad definitionem sanctam procedere Ecclesiam, & iuxta has triplices accepta quæstione intelligentias nobis illa definienda erit.

§. I.

An hæc quæstio in se dignitatem habeat definitionis.

6. *Hæc quæstio dignissimam cõtinet materiam definitionis.* *Suarez.* *Vasquez.* *Egidius.* *Sosa.* *Salazar.* *Canus.*

BReuiter me ab hac expediam quæstione pro certo statuendo, dignissimam illam in se materiam continere definitionis. Huius opinionis omnes illi sunt, qui hanc quæstionem diffinibilem supponunt, sic Suar. de vita Chr. disp. 3. sect. 6. Vasquez ibidem disp. 117. c. 14. Egidius tractatu de Cõceptione lib. 3. q. 8. ar. vnico §. 2. Reuer. Sosa Episc. Olsonensis in epistola de hac re ad Philippum III. Hispaniarum Regem. Salazar in tractatu de Conceptione c. 46. §. 6. qui omnes contra Canum lib. 7. de locis Theologicis c. 3. com. 4. illud deffendunt.

Primum huius opinionis fundamentum constat ex alijs similiter Virginis mysterijs, quæ ab Ecclesia vti de fide definita fuerunt, quibus omnibus non inferius est hoc de quo tractamus, vti sine peccato originali fuisse ex vtero natam, sine omni extitisse peccato actuali, & similia: ecce ergo oum dignam de fide materiam continebit conceptam esse sine peccato originali? eo vel maximè cùm, vt inquit *Suarez.* Suarez, hæc veritas sit supernaturalis, & plurimum ad Christianam pietatem teferat, immò est de illis quæ ad diuinum pertinent cultum, vt patet in celebratione huius festi authoritate Ecclesiæ instituti Romanæ.

Secundum fundamentum est, quia digna defensionis materia esse potest dubius scripturæ sensus, & quomodo scriptura intelligi debeat, nam vt *Canus.* rectè ait Canus lib. 12. de locis, *Cum diuina scripturæ sensus fuerit obscurus, tunc Ecclesiæ intelligentia eadem est germana scripturæ intelligentia.* Quod etiam 7. *Ecclesiæ de scripturis intelligentia quomodo dubiè est vera intelligentia.* constat, exc. per venerabilem qui filij sint legitimi. Et ex extrauag. Ioan. 22. *ad conditorem*, & ex illa, *ita quorumdam* de verborum significatione, vt adnotat *Azor.* Azor tom. 2. moral. inst. lib. 5. & 4. Decalog. Præcepto c. 6. Ergo cùm in hac controuersia infinita sint scripturç loca in vtramque adducta partẽ, verusque eius sensus ignoretur, digna erit decisionis, & definitionis materia, horum locorum verum sensum aperire, & quomodo illa intelligenda sint semel determinare.

Tertiò cùm hinc inde sint Patres, & variç Scholasticorum sententiæ, constantissimè singulæ affirmantes sensum suum esse Ecclesiæ patrumque sensum, insuper & multa ex vtraque parte afferantur miracula, ac reuelationes, dignissima equidem omnia hæc definitionis sunt materia, & quæ ab Eccle- A sia definiantur, ad hoc vt legitimus simul pateat Patrum sensus, veratumque reuelationum.

Quartò demum absque controuersia hoc efficitur, quia illod sanctissimi supponunt Pontifices in suis diplomatibus vt Sixtus IV. Alexãd. VI. Pius V. & nouissime Paulus V & Gregor. XV. qui omnes aiunt, *Donec articulus huiusmodi à sancta sede Apostolica fuerit definitus*; ergo supponunt dignum vt definiatur, materiamque dignam definitionis continere.

§. II.

Vtrum Ecclesia sancta possit hanc veritatem in fauorem Conceptionis immaculatæ definire.

B

NOn me latet hac nostra tempestate eruditissimos aliquos scripsisse viros non solùm hanc nostram opinionem posse de fide definiri, sed impossibile, semel ad articulum definitionis peruentũ vt non ipsa definiatur, cùm æstiment contrariam non posse de fide definiri. Sic Egidius de Concept. lib. 3. quæst. 8. §. 3. qui latè de hac re. Salazar in eodem tractatu cap. 43. circa finem & alij, ducuntur, quia supponunt Physicè nostram opinionem materialiter veram esse, quod doctissimis confirmant argumentis. 8. *Aliquorum opinio materialiter iam hanc quæstionẽ esse de fide.* *Egidius.* *Salazar.*

At quia, vt dixi, mihi in animo firmiter hæreat nec tantillum Ecclesiæ præire definitionem: nam quicquid dicatur ex parte nostra certissimum est non excedere maioris probabilitatis, ac certitudinis scientiam, contra quam determinare potest C Ecclesia, & rationes quæ adducuntur, non sunt ita efficaces, quod solui non possint, immò cùm antiquitus ante Scotum, ferè omnes eam tenebant Scholastici, & putabant quod similiter & Patres, ideo Doctoribus contrariæ sententiæ idem, quod nunc nostris similiter visum fuit, scilicet impossibile vt contra suam Ecclesia aliquid definiret. Quod apertè ait Caietan. in tract. de Concept. quia vt ipse inquit, *In vtero sanctorum Patrum nostra consistit opinio.* *Caietan.* Et tamen quàm hoc falsum sit, præsena determinat Ecclesiæ sensus. Et licet non negandum maiori nunc probabilitate, & efficacioribus illud nostros affirmare authores argumentis, cùm nobiscum nunc sancta sit Romana Ecclesia, non equidem iam sub obscuro, sed reuelata facie: tamẽ quia ipsa etiam apertè expressisque verbis, sibi iudicium de hac re reseruat, liberum ei equidem dan- D dum est, nam aliàs verbis tantum illud ei concederemus, re autem negaremus: ideo omnino nihil præcurrens, titulum quæstionis sic proposui rationes tantum afferre statuens, quibus ego conuiocor contra aliquos etiam ex nostris, qui putant, & si verum sit, cooceptam esse Virginem sine peccato: tamen cùm quæstio sit de facto, & nullum efficax & euidens adsit argumentum, illam definiri non posse, quòd quàm falsum sit ex dicendis patebit. 9. *Antiquorũ & precipuè Caietani deceptio.*

Dicò ergo sufficientissima adesse Ecclesiæ sanctissimæ fundamenta ad definiendum de fide Virginem sanctissimam Conceptam absque peccato originali. Hæc assertio est contra Caietan. in 2. tom. opusc. tit. 1. cap. 5. Et Canum lib. 4. de locis c. 4. & lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. ducuntur, quia putant nostram opinionem esse contra Canones generales scripturæ, & Patrum torrentem, quodquàm fal- 10. *Opinio affirmans & vera.* *Caiet.* *Canus.*

pulſum, cùm antequam eam Virgo reciperet, iam peccatum non erat. Ergo verè nec poterat dici quod eſſet redempta, quòd ſic tenet ſanctus abſurdum, vti reuera eſt, vt potius velit quod dicatur conceptam eſſe in originali, quàm Chriſtum illa gloria priuari; quod equidem omnes nos dicere-mus ſi alius non eſſet modus illam opinionem abſque Chriſti redemptionis præiudicio defendendi. Pro noſtra ergo eſt D. Thomas, ſicut Caterinus, Viguerius, Vtinus, & Thaulerius citati à Iuſtiniano vbi ſupra §. 18. Quibus addendum, vt inquit Sobrinus in tractatu de Conceptione, Vincentius Valuacenſis, Hugo Cardinalis, Robertus Holeth, Guillelmus Pipinus, Sanchus Oporta, Aloyſius Granatens. Ioãnes de la Penna, Lopes Monopolitanus, Aloyſius Cabrera, immo Enriquez tom. 1. Sacrament. lib. 3. c. 11. aſſert Sotum, & Mãtium, & Patet Oieda è ſocietate Ieſu in ſua de Conceptione informatione refert Raymundum, Sanctum Vincentium Ferr. Abrahamum Biſcouium, Mauritium de Villa probata. Quibus addendus Holkot in hunc Sapientiæ librum lect. 160. litt. c. vbi expreſſè affirmat Virginem ſine peccato originali conceptam, licet teneat per emundationem ſeminis antequam conciperetur, quod omnino falſum. Quæ opinio ſic communis olim in hac ſacra extitit religione, vt in eius manuali refert Sobrinus & Oieda Hiſpali impreſſo anno 1524. in vltimo cap. de contraria talia dixerit opinione, *Ordo Prædicatorum ſuſtinuit huiuſque opinionem quòd beata Virgo fuit concepta in originali, ſed de hoc non eſt curandum, cùm ſit materia nullius vtilitatis & valde ſcandaloſa, præſertim cùm tota fere Eccleſia, cuius vſus, & authoritas ſecundum B. Thomam præualet dicto Hieronymi, & cuiuſcumque alterius doctoris, iam aſſerat quod fuit præſeruata.* Immo in Martyrologio eiuſdem ordinis Salmanticæ impreſſo anno 1579. approbato à Magiſtro Ioanne Gallo, & ordine Reuerendiſſimi Generalis Seraphini Caualli recõpilato, hæc aſſeritur feſtiuitas. Prætermitto modernos, & qui adhuc extant, qui, vt inquit idem Iuſtinianus, hanc populo prædicarunt opinionem, eoſque qui pro viribus, vt eam omnino amplecteretur contrariam ablegarū à ſua procurarunt Religione, vti fuit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Pater Aloyſius Aliaga Philippi 3. Hiſpaniarum Regis meritiſſimus Confeſſor, & Generalis Hiſpaniarum Inquiſitionis digniſſimus Præſes. Vade nunc lector, & dum hæc audis & inſpicis, iudica, ſi potes, aut minus deuotionis erga ſanctiſſimam Virginem extare, aut alicui ex reliquis religionibus plures tribuendas in hac re partes, quàm huic ſacratiſſimæ, licet imperitum aliter cenſeat vulgus, aut imperitè, ſeu, vt melius dicam, imprudenter aliqui ex eadem familia (& non equidem ex primis) aniam huic præbuerunt phantaſiæ.

Caterin. Viguer. Vtinus. Thauler. Sobrin. Valuac. Hugo. Robert. Holeth. Pipin. Oporta. Granata. Penna. Lopez. Cabrera. Sotus. Mantius Raimũd. S. Vinc. Ferr. Biſcouius. Villa probata. Holkot. Sobrin. Oieda.

68. Opinio de immaculata Cõceptione communis antiquitus apud Dominicanos. Iuſtinian.

Hinc licet colligere quàm innumeri ſint ex reliquis religioſorum familijs, qui conſtanter hanc aſſerãt opinionem, cùm tanti ſint ex Dominicana, vnde ex illis vix qui contrarium teneat reperitur. Quapropter ex Carmelitana ſunt Baccon in 4. d. 2. q. .. ar. 1. Franciſcus Martini, Anguianus, alias Incognitus, Manticenus & alij quàmplurimi inſignes Theologi, quos refert Lezana eiuſdem Ordinis in Apologia pro immaculata Conceptione cap. 2. affirmans anno 1306. trecentis & amplius ab hinc annis in Capitulo eiuſdem Ordinis in Gallia celebrato, mandatum vt hoc feſtum pro toto celebraretur Ordine, immo quod Baccõ vbi ſup. art. 4.

69. Carmelitana familia pro nobis. Baccon. Martin. Incognit. Lezana.

affirmat ab antiquis temporibus Romæ præſentibus Cardinalibus in eorum conuentu hoc feſtum colebatur, cuius verba ſunt. *Et hoc publica, & diuturna conſuetudine, & hac darauerunt tempore multorum Pontificum vſque in præſens tempus, & conſtat quod tanquam diuturnam, & veterem ſolemnitatem bene nouerant.* Ex Auguſtiniana etiam familia quàm plurimi recenſentur à viro doctiſſimo huius noſtræ ætatis Egidio eiuſdem familiæ lib. 3. q. 1. §. 2. qui (ſit ſine inuidia dictum) exactiſſimè hanc, & doctiſſimè tractauit quæſtionem, ipſe enim ex ſuis citat Argentinam in 3. d. 3. Carnotenſem, qui floruit anno 1080. annis centum & octoginta ante ſanctum Thomam, & alios quàm plurimos, tum ex eius familia, tum ex reliquis, qui omnes ad ſummam aſcendunt ampliorem quàm centum & triginta. Stat etiam pro Ciſtercienſi familia Ludouicus Bloſius in dictis aureis ſanctorum c. 5. & nunquam ſatis laudatur Magiſter Lorca in 1. 2. q. 81. ar. 3. ad iſtos pro Hieroſolymitana addendus Hector Pintus in c. 14. Ezechiel.

70. Romæ quã antiquè hoc celebrabatur feſtiuitas.

71. Auguſtiniana etiam. Egidius. Argẽtin. Carnot.

72. Et Ciſtercienſis. Bloſius. Lorca. Hector Pintus.

73. Et Hieroſolymitana.

De ſtatu monachali progredior ad regularem, in quo audeo dicere nullum penitus extitiſſe, qui contrarium vnquam ſenſerit, & qui aut typis hanc noſtram opinionem non mandauerit, aut verbis eam ſummiſque non inclamauerit votis. Sic reperio in præclara clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Religione inter mille typis eam mandaſſe Ghiſlerius in Cant. c. 1. vers. 6. in 4. expoſition. Vincentius Silibert. in lib. de Ciuitate Dei, & præcipuè in Pſal. *Magnus D..* vbi diffuſè, Paulus Aretenſis Tortonæ Epiſcopus in libro cuius titulus *ſacrate impreſ.* & in alio cuius titulus *tribulo ..is lectio..* Benedictus Mandinus in duo 1. capita Hierem. ſuper illa verba, *Virgam vigilantem ego video.* Præterea viros qui eam è ſuggeſtu inclamarunt, omnes in prædicatione ſtrenuos, in ſanctitate ſummos, vti Paulus Toloſa Bouinenſis Epiſcopus, Placitus Mirtus, & alij quàm plurimi, vt interim meum taceam fratrem Petrum nempe Antonium eiuſdem ſanctiſſimæ Religionis Prædicatorem, qui quàm hoic addictus fuerit opinioni ipſa eius quæ apud me ſunt ſcripta teſtantur.

74. Et omnis ſtatus regularis ſ. Theatini.

Ghiſlerius. Silibert. Aretens. Mandin. Paulus Toloſa. Mirtus. Petrus Antonius.

Venio & ad præclaram Ieſu Societatem, quæ etſi in omnibus theologicis quæſtionibus inſignem mereatur coronam, in hac verum ſit dicere quod ſummam, nec muneris eius eſt laudis præclaros illos ſuos decem Patriarchas huic opinioni ſic fuiſſe addictos, vt omnes vno ore tanquam ſacramento aſtricti eam profiterentur, nec vnus ex ea, qui vel leuiter quidem contrariæ vnquam ſuſpicionem admiſerit, reperietur; quadraginta ex illa doctiſſimos numerat viros Pater Salazar in eius quem ſcripſit libro de Conceptione cap. 43. in ſeculo 16. poterat ſiquidem & quadringentos, cùm omnes (nemine excepto) qui typis ſcripſerunt, aut verbo docuerunt, eam tenuerint, amplexatique ſint, breuitatis cauſa eos prætermitto, vide apud ipſum. Meam præterea religionem vt pote adhuc vix è faſcijs egreſſa; vnum tamen dico ex multis viris doctrinæ qui in ea iam ſunt, quique ad fœtus parturiendos iam accinguntur, nullum extare qui huius non ſit opinionis, nullum qui huius non educetur lacte.

75. Secundò & Ieſuitæ. Salazar.

76. Tertiò & authoris.

Deueniõ ad orbis præclaras Academias, & Collegia, hanc enim paulominus annis ab hinc ducentis Pariſienſis amplexata eſt illuſtris Vniuerſitas, hanc Louanienſis, Salmanticenſis, Complutenſis,

77. Academiæ omnes noſtrã amplexatæ ſunt opinionẽ.

Conimbticensis, Ossunensis, Valentiana, Hispalensis, Letidensis, & Barcinonensis, & si quæ alia in orbe existit terrarum, illam totis defendit viribus, totis amplectitur visceribus. Ex quo licet colligere quòd non solum scholastici, tum ordinis monachalis, tum regularis, sed omnes etiam sæculares, ac docti viti eam amplectantur: ex quo fit vt etiam omnes Partochi, omnesque Ecclesiarum dignitares: nam, vt benè inquit Iustinianus, cùm ex istis graduati assumantut fere omnes, & hac ab incunabulis imbuantur doctrina, euenit vt omnes eam teneant, profiteantur ac edoceant; vnde meritò hoc Ludouicus considerans Blosius vbi supta, non satis admiratur adhuc aliqoos inueniri qui eam non amplexentur, *Modo, ait, in orbe Christiano Catholici secuti sunt ipsam Romanam Ecclesiam, festum illud iam olim receptum, alacri lætaque deuotione celebrant, recolentes exordium nostræ fœlicitatis, quando scilicet nobilissima anima Maria à Deo creata, & ipsius sanctissimo corpusculo citra originalis culpæ contagionem infusa fuit: quapropter mirum sane est adhuc in nostro æuo inueniri aliquos, qui in hac parte non satis illuminati puritatem Conceptionis eiusdem beatissimæ Virginis vocent in dubium, & suam opinionem in ea reobstinatius tueantur.*

Iustinian.

Blosius.

78. Miran 'um cur nunc aliqui ad sint qui eam non amplectantur.

Omnes ergo eam amplectuntur scholastici, vt vidimus, omnes religiones, omnes Vniuersitates. Quid ergo nunc temanet super, nisi vt dicamus & omnes etiam Dynastas, Reges, Imperatores, omnesque demum Principes cum omnibus suis populis, omnes enim isti eam amplectuntur: de qua re videndus est Pineda in adnertentijs ad priuilegium Ioannis 1. Regis Aragoniæ aduert. 16. & Oieda in sua informatione c. 8. & vt aliqua hîc dicamus, illam totis est amplexus viribus Imperator Emanuel, vt refert Theodorus Balsamon in suis Commentarijs tit. 7. cap. 1. illam omnes Hispaniarum Reges, vt Sismandus, Sindasuindus, Bamba, Iamnes, Ioannes 1. Rex Aragoniæ, sicut & secundus. Ferdinandus, & Elizabetha, Carolus V. Philippus II. & tandè tanquam ex hæreditario iure Philippus III. eius filius, cuius pietatis præclarú apud Illustrissimam Dom. Ioannam de Pernestan Villæ hermosæ quæ dicitur Ducissa, extat testimonium, quòd vidi, summaque inspexi deuotione, in dorso enim sanctissimæ imaginis Conceptionis à pijssimo Rege illi præstitæ, manu ipsius hæc reperiuntur obsignata verba. *Hæc est virga in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.* Philippus S. id est seruus, quam sanctissimam imaginem illi contulisse, eaque in firmissimum suæ opinionis documentum præstitisse mihi retulit ipsa Ioanna Ducissa. Addam & Galliæ Reges omnes, de quorum deuotione in hanc nostram non est addubitandum opinionem, cùm Parisiensis sint patroni scholæ, in qua hæc defenditur, ac singulariter propugnatur sancta opinio. Hinc ergo est quod verè Pineda dixerit, *Quod à primis Ecclesiæ sæculis nullus fuit Imperator, nullus Rex, nullus Princeps, nullus vir sanguine, & statu illustris, qui hanc piam, hanc sanctam de immaculata Virginis Conceptione opinionem non sit professus.*

Pined. *Oieda.* *Balsam.* *Pined.*

79. Ad sensum deuenio Conciliorum, summorumque Pontificum, vt nihil ad hunc communem probandum desit sensum; multi illud probant ex nomine *immaculata*, quod in pluribus inuenitur Concilijs Virgini tributum, vt in 3. Synodo Gener. vt refert Photius Patriarcha Constantinop. in Epist. de septem Synodis ad Bulgariæ Principem. Similiter in 6. Synodo Generali in epist. Sophronij Mariam dicitur sine labe fuisse, vbi marginator aduertit sermonem esse à labe originalis. Septima etiam Synodus quæ fuit 2. Nicææ act. 3. hoc etiam Virgini tribuit nomen; refertur etiam Cantuariensis, & aliæ, vt in recentioribus est videndū. Ex quo nomine quia vim habet negatiuæ vniuersalis, putant authores illa Concilia huic multum fauere opinioni, sit vt desiderant. Duo tamen ego inuenio explicitè huic nostræ absque controuersia fauorem præstare opinioni. Primum Basiliense anno 1439. quod licet quoad hanc partem non sit legitimum, tamen ex authoritate Patrum, & sanctorum qui in illo astiterunt, vt refert Pius 2. in sua Europa c. 42. in quo præfuit Cardinalis Aloysius Aleman Arlensis Episcop. qui post ipsum miraculis coruscauit Concilium, vt refert Guido Papa decis. 44. immo Iacobus Meyerus in annalibus Belgarum affirmat Nicolaum V. anno 1449. ipsum in sanctorum retulisse numerum, magnam habet in re opinabili æstimationem, & licet quoad articulum non faciat definitionem, tum quia non legitimum, tum quia (mea sententia) nec ipsum tunc eam definite intendit, quod notandum, nec hoc sine Dei Sacramento: noluit enim Deus sanctissimus sanctissimæ suæ genitricis arcanum gloriæ, vt Concilium illegitimum quoad definitionem attentaret tantum, indignum maiestati tanti Sacramenti reputans vt ab illegitimo determinaretur Concilio: tamen nullomodo negandum ex illo hunc vniuersalem Ecclesiæ non posse colligi sensum, cùm Patres in illo congregati hanc opinionem vt piam, *Cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæque rationi, & sacræ scripturæ consonam esse intelligant.* Sed hunc communem Ecclesiæ sensum nullum ex ante actis Concilijs sic vt sacrum œcumenicum declarauit Tridentinum, sess. 5. decreto de peccato originali, quod Concilium cùm sine dubio totam Ecclesiam tunc repræsentabat Catholicam, & omnes in illo Patres affirment non esse suæ intentionis Virginem comprehendere in decreto peccati originalis, sed obseruandas constitutiones Sixti 4. apertè dicunt; ipsos etiam piè hoc credere mysterium, immo amplius quid ex illo deducitur decreto, nempe ab eo definitum omnes scripturæ generales locutiones non necessario Virginem includere, sed posse ab illis excipi vti ipsum pro tunc probabiliter illam excipit. Ergo generalis Ecclesiæ sensus tunc piè hoc credidit mysterium, hoc amplexatus est sacramentum, quod tantum hunc elicere intendo.

Pro nobis etiam sunt Pontifices & Concilia. *Photius.* *Sophron.* *Pius 2.* *Guido Papa.* *Meyerus*

80. Tridentinū piè credidit hoc mysterium, & a generalibus locutionibus virginem exemit sanctissimā.

Venio ad Pontifices. Ex his à Sixto IV. (qui floruit prope annum 1471. centum & quinquaginta quatuor ab hinc annis) omnes qui posthac fuerunt excepto Pio 3. Marcello 2. Vrbano 7. qui paucis vixerunt diebus, omnes inquam, nemine excepto, huic impensè fauerunt opinioni, sic reperio Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. Pium IV. & supra omnes Pium V. Gregorium XIII. Sixtum V. Gregorium XIV. Clementem VIII. qui omnes simul cum gratijs ab ipsis concessis hanc colentibus festiuitatem continuata serie à recentioribus enumerantur, & præcipue à Reuerendissimo Sosa vbi supra, quibus vltimo annectendi sunt Paulus V. & Gregor. XV. de quorum diplomatibus inferius redibit oratio.

27\. Spiritus sanct. finis primarius in lib. canticorum.

Del Rio.

Sed primo stabiliendum est in lib. Canticorum iuxta communem Patrum sententiam, finem Salomonis primarium extitisse, nuptias, amoremque inter Christum, Ecclesiamque canere, ita tamen vt quodlibet eius peculiare membrum non excludatur, hoc est pia anima, & inter has quæ principem teneat locum sit beata Virgo; hoc doctissimè probat Del Rio in sua Isagoge ad Cantic. cap. 3. Hinc factum vt de beata Virgine integrum aliqui in hunc scripserint librum commentarium, vti Guillielmus Paruus, Honorius Augustodunensis in sigillo Mariæ, Rupertus Tuitiensis non paucis libris, Alanus de Insula, Hailgrinus Cardinalis, & alij quos numerat del Rio vbi suprà. Ergo ex hoc dicto remanet firmum, indubitatumque, primarium in hoc Spiritus sancti libro sensum de Ecclesia esse, secundarium de ipsa Virgine, ita vt quod Ecclesiæ semel dictum conueniat, simul & ipsi Virgini, absque vlla dictum dubitatione asseratur. Quod argumentum doctissimè, ac perereruditè continuato prosequitur Hylo Gislerius.

Guilliel. Paruus, Honorius Augustodunens. Tuitiēsis. Alanus. Hailgrinus. Gislerius.

Hoc ergo supposito, iuxta hunc duplicem nobis exponenda sunt verba sensum, vnde primò videndum, in quo sensu iuxta communem Patrum sententiam hæc quadrent Ecclesiæ verba, vt inde eliciamus secundò quomodo Virgini.

At prius videndum, an hæc verba de Ecclesia intelligenda sint triumphante, an de militante: nam multi ex Patribus illa de triumphante intellexerunt, vt Hieronymus lib. 3. aduers. Pelagian. Augustin Retractation. libro 1. cap. 19. & lib. 2. c. 12. Beda super hunc locum. Bernard. serm. 38. in Cant. in finem, & alij. Quod & si verum sit, nulli tamen dubium esse potest quòd principalius de militanti intelligi debeant. Nam vt benè aduotat Guislerius, non sponsæ dicitur quòd erit, sed in præsenti, *Tota es pulchra*, vnde sermo est de pulchritudine præsenti non futura. Ob hoc quamplures etiam Patres illa de militanti intellexerunt, sic idem Hieronymus lib. 8. in Ezech. Augustinus vbi suprà, & lib. 5. de Baptism. contra Donatistas, Theodoretus hic, Iustus Orgelitanus, & alij.

Hierony. Augusti. Beda. Bernard. Guislerius

28\. Verba Cātic. supra adducta intelliguntur de Ecclesia militanti.

Hierony. Augusti. Theodore. Iustus Orgelitā.

29\. Ecclesia militans quomodo dicatur tota pulchra.

Sotomayor. Guislerius Salazar. ad Ephes.

Hoc ergo supposito, videndum quomodo Ecclesiæ militanti hæc conuenire possint, cùm multæ, grauesque in ea reperiantur maculæ. Aliqui dicunt hoc intelligi per synecdochen, quatenus iustos & sanctos continet, & perfectos. Sic Sotomaior hîc, cui accinit Guislerius, hæc intelligens de consensu singulorum statuum quibus Ecclesia componitur, deque perfectis in singulis statibus personis. Alij, vt Salazar, hæc intelligunt de emundatione peccati originalis per baptismum, qua ablutus vt sit antequam Ecclesiæ quis fiet membrum necesse est; ex quo fit vt sic Ecclesia considerata in renatis pulchra sit, & absque omni ruga. Quod confirmat ex illo ad Ephes. 5. scilicet, *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta, & immaculata.* Nam ait ad hunc locum Salomonis respexisse Paulum, qui in elutis per Baptismum completur, cuius signum, nam præmittit Apostolus, *Vt illam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ:* quam expositionem quàmplurimorum affirmat esse Patrum: omnes expositiones optimè, & vltima suprà cæteras accipio, tum authoritate Apostoli, tum Patrum, tum ratione. Nam vt sic accepta militante Ecclesia, verè & propriè est sine ruga, & macula, omnis expers peccati tum originalis, tum actualis, siue mortalis, siue venialis.

Ex dictis ergo vnum euidenter colligitur in omnium Patrum expositione, siue de triumphante, siue de militante dictum sit Ecclesia, verba illa intelligi debere de totali ac omnimoda pulchritudine, sine vlla penitus macula. Quod patet ex illa dictione *Tota pulchra es*, vbi verbum 30.
illud totum, plenitudinem significat pulchritudinis, nec augmentum, aut diminutionem admittens: nam plenum idem significat quòd omnibus numeris absolutum. Vnde Baldus Cons. 293. n. 3. vel 4. ait quod *plenum dicitur cui nihil potest addi, & à quo nihil potest minui: vnde quando facultas conceditur pleno iure, intelligitur integrè sine diminutione.* Ergo dum sponsus de Ecclesia totalem asserit pulchritudinem, de perfecta, integra, absolutaque intelligit. Et insuper notandum, vti diximus, sermonem hîc esse non de futura, sed actuali pulchritudine, & emundatione, ita vt non intelligantur verba de Ecclesia mundanda, sed mundata, non extergenda, sed extersa, de qua verè & propriè dicitur quòd tota pulchra sit, sine macula, & ruga.

Plenū quid significat.

Baldus.

De Ecclesia ergo militante sic acceptis Salomonis verbis, ad Virginem nūc translatis, ex multorum Patrum opinione, æque illa de Virgine intelliguntur, ac de Ecclesia. Sic Guillielmus, Honorius, Rupertus, Alanus suprà citati. Videatur Hugo de sancto Victore sermone 9. institut. Mon. & in festo Assumptionis, qui est in fine tom. 2. operum eius.

Guillielmus. Honorius Rupertus. Hugo de sancto Victore.

Intellecto autem hoc loco de Virgine, simulque stabilito, de ipsa etiam æque principaliter Spiritum loqui sanctum, cùm constans sit opinio Doctorum aliqua scripturæ loca plures sensus litterales simul habere. Sic Augustin. 2. Confess. cap. 30. & 31. 1. super Genes. ad litt. cap. 19. & 30. de doctrina Christiana c. 27. S. Thomas 1. p. quæst. 2. art. 10. & quæst. 4. de poten. ar. 2. Lyra in prologo 2. & 3. Bibliorum, & Burgens. additione 2. ad ipsos, Driedo 2. de dogmatibus c. 2. Sixtus Senens. lib. 3. Biblioth. & alij, quod clarè etiam patet ex Psal. 2. in illis verbis, *filius meus es tu.* Quem locum Apostolus ad Hebræos 1. ad litteram de externa Christi generatione intelligit, & Act. 13. de eius resurrectione. Nūc videndum superest quomodo de ea intelligendus, an scilicet possit verificari si cum macula intelligatur originalis, an necesse sit ad hoc vt de Virgine exponatur, vt prorsus sine omni macula ipsa concipiatur.

31\. Aliqua scripturæ loca plures continent sensus litterales.

Augusti. S. Thom. Lyra Burgen Driedo. Sixtus Senens.

Hoc secundum apud me sic euidens est, vt ni fallor nulla possit tergiuersatione eludi, si semel quæ dicta sunt de Ecclesiæ sensu, sincero applicentur affectu. Nam cùm translatio, & similitudo de Ecclesia ad Virginem, intelligi debeat de illa pro vt mundata, sancta, sine vlla ruga, aut macula, ita vt hîc & nunc; sic Ecclesia concepta ad Virginem transferri debeat & puritati apponi, pulchritudo pulchritudini; illibatio illibationi, cùm actu Ecclesia sine ruga, sine macula concipiatur, tota pulchra, & hoc Virgini applic[illegible]ū in quacumque differentia tēporis, quomodo tota pulchra si cū macula?

Dixi in quacumque differentia temporis, quia

A non solum affirmatiuè de ea dicitur quod sit tota pulchra, sed etiam negatiuè non esse maculatam, *Et macula non est in te*, quæ est negatiua vniuersalis omne tempus negans, vt egregiè de hoc Cardinalis Tuscus tom. 1. Concil. 26. num 13. fol. 878. dicens: *Quod negatiua vniuersalis omne tempus negat, quia fortior est ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmandum, ideo excludit omne tempus quod excogitari potest.* Immò num. 5. addit, *Quod negatiua trahitur ad omnia quæ procedant quoquo modo ex facto negato.* Ex quo deducitur quòd dicta propositio non solum omne tempus excludit, sed etiam omnem penitus maculam, nam cùm *sine macula*, propositio sit indefinita, sensum constituit vniuersalem, qui nunquam etsi in minimo lædi potest. Nam constans apud Iurispetitos est conclusio, quòd si vniuersalis negatiua in minimo deficiat omnino B falsa constituitur l. si is qui ducenta §. verum. ff. de rebus dubijs. l. 2. §. finali ff. de verborum obligation. Carolus Ruyn Cons. 49. num. 6. & 7. volum. 2. Crauerius con. 809. volum. 5. & Tuscus vbi suprà. Ergo cùm Ecclesia semper & in quacumque differentia temporis fuerit sine macula, pari modo de Virgine asserendum, in quacumque differentia temporis etiam sine macula extitisse.

Tuscus.
32. Negatiua vniuersalis omne tempus negat.
33. In nullo deficere debet vt sit vera.
Carolus Ruyn. *Cruuer.* *Tuscus.*

Effugium. Dices, bene Virgini quadrare illa posse verba etiam si in peccato concepta sit originali, sicut Ecclesiæ, cui adaptantur etiam, si concipiatur à peccato emundata originali, immò si æque res cōparanda, sic deberet esse, vt patet.

Præcluditur. Eluditur hoc effugium manifestè, nam iuxta omnes suprà allatas expositiones, sic Ecclesia militans pulchra intelligitur, vt nulla nec præterita in ea intelligatur macula. Nam si iuxta priorem C expositionem intelligas, id est per synecdochen, quatenus de singulis perfectis personis, certissimè illud verificatur, quia virgo inter illos intelligitur sine peccato originali, nam cùm omnes, quantumuis sancti, non tamen sine originali extēt labe, immò cum venialibus, omnimodè tota actu pulchra Ecclesia, nisi in illa ponas saltem aliquam quæ vlla sit peccati contagione aspersa, intelligi non poterit. Omnimodè ergo erit pulchra, omnimodè sine ruga, & macula, nam verè, & propriè in vna verificari potest propositio, nempe in Virgine.

Hoc etiam non minus in secundo patet sensu, nam qui cum peccato originali sunt, adhuc non sunt de Ecclesia, neque eius membra, ergo verè, D & propriè, vt sic dicamus, peccatum originale extra Ecclesiam concipitur, & Ecclesia vt sic, sine vllo prorsus peccato originali, nec quidem præterito. Nam qui eum contraxit cum eo existente extra Ecclesiam dicitur, nulloque prorsus modo Ecclesiæ membrum. Ergo quando in Ecclesia eiusque membrum iam purus est, mundatus, omnique labe extersus, ita vt in nullo temporis instanti dici possit vt in Ecclesia fuerit cum labe originalis, à quo postea mundatus, etiam si vt mundandus ad eam accesserit. Ergo quando Ecclesia tota pulchra dicitur, concipi debet sine vlla macula, tam præsenti quàm præterita, tam originalis quàm actualis peccati, nam hîc & nunc hoc membrum Ecclesiæ, vt iam eius membrum, nunquam intra Ecclesiam originale habuit, vnde nunquam, & in quacumque differentia temporis valebit dicere quod Ecclesia fuerit contaminata, sed semper pulchra, semper ab omni præseruata labe, hoc enim modo exemplum Virgini applicandum, sicque intelligenda sunt verba suprà allegata, quomodo graues & perantiqui senserunt Patres & Doctores: sic Idiota in contemplatione Virginis cap. 3. hunc intelligit locum dum ait, *Tota pulchra Virgo gloriosissima, & macula non est in te, tota pulchra es in tua Conceptione, ad hoc solum effecta vt templum esses Altissimi.* Et infrà, *Tota igitur pulchra es Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquam fuit, nec erit.* Sic etiam aliqui contendunt ad hunc locum respexisse D. Iacobum in sua lyturgia, *Dum omnibus modis irreprehensam* hanc nominat Virginem, & Diuum Marcum quando in sua eam dixit *immaculatam*. Et Canon Æthiopum, & lyturgiam Græcorum, quando, similiter eam immaculatam dixerunt. Quæ omnia videre licet in Bibliotheca Patrum in tomis de hac re, immò Galatinus lib. 7. de arcanis cap. 4. docet hæc verba inter Hebræorum Magistros constantiss. accepta fuisse de Matre Messiæ, ac per illa immunitatem ab originali significari; sed de hac re fides sit, apud authorem. Inter recentiores autem propè modum infiniti sunt, qui hæc verba de Virgine intelligunt quatenus sine originali concepta; præcipuè Alex. Alens. in libello quem de pura Conceptione morbo correptus conscripsit. Hic Doctor, qui ab hinc quadringentis propè scripsit annis, in 3. dist. 3. quæst. 9. sententiam de immaculata tenuit Conceptione, quam cùm mutasset, pararetque contrariam dictare, morbo subitaneo percussus in meliorem ipsum redegit sensum, ita vt ab eo recreatus libellum de pura Conceptione super hæc edidit verba, cui sententiæ sic deinceps extitit addictus, vt referant in hæc animam exhalasse verba, *Maria Domina mea, tota pulchra es & formosa, & macula originalis nec actualis in te nunquam fuit.* Huius miraculi, nec non & libri ab Alexandro editi mentionem faciunt Guillelmus Borillonius in 3. d. 3. Bern. de Bustos serm. 4. de Concept. Palbartus in lib. 4. stellarij. Mauritius de Villa probata, de corona serm. 5. Cuecarus in 2. part. Elucidarij. Ioann. de Celaia in 3. dist. 3. In hunc etiam sensum hæc verba accipiunt Dionys. Cartus. de Virginis excellentia, Gerson in vno, atque altero serm. de Concept. Prætermitto nouissimos huiusque Doctores ætatis, nam infiniti, ita vt hîc, & nunc propè modum dici possit, quod tota fere Ecclesia hæc de sanctissima & illibata Dei genitrice, immaculata Cōceptione accipiat verba; ergo cùm sic sentiant antiqui, sic moderni, sic nunc totius ferme Ecclesiæ sensus, perspice an sit irrefragabilis hic locus authoritatis, ad Dei genitricis illibatam probandam Conceptionem? & an si nunc quis calculum in Concilio laturus, non ex illo efficax erueret argumentum, ad illum pro Conceptione ferendum?

Idiota. *S. Iac.* *S. Marc.* *Galatin.*
34. Alexander Alesis percussus infirmitate quia opinionem de sanctissima Concept. mutauerat.
Borillon. *Bustos.* *Palbart.* *Villa probata.* *Cuecur.* *Celaia.* *Curtus.* *Gerson.*

Effugium. Vnum superest, vt occludamus cauillum, quo occluso nil aliud remanet super. Nam quis nimis insolens dicere posset, illud etiam & verificari posse de qualibet pia anima, nam cùm hunc locum multi ex Patribus etiam de fideli accipiant anima, pari modo, sicut de Virgine illud asseritur, sic etiam & de qualibet anima sancta, vnde dici posset eadem

extitiſſe puritate ac ipſam Dei Eccleſiam.

Præcluditur. Pudet ſanè reſpondere. Ergo æqua lance ponderandum cuiuſlibet ſancti meritum ac Virginis, & non ſingulariter aliquid Virgini tribuendum quod nemini? & quaſi comparatio in hoc caſu Virginis cum Eccleſia, Patrum non fulciatur authoritate, & præclaris, innumeriſque authoribus, & æquè leuiter dicatur, ac leuiſſimè diceretur, immò hæreticè, de qualibet alia anima, vnde indignam reſponſione obiectionem iudicans, ad tertium gradum facio ſcripturæ locum.

35. Tertius ſcripturæ locus. S. Thom. Tertius locus ſit hic noſtri Sapientis, de quo nos actu tractamus, nempe, *In maleuolam animam non introire ſapientiam, nec habitare in corpore ſubdito peccatis.* Quem locum pro Virgine aſſumit ſanctus Doctor 3. part. quæſt. 27. art. 4. ad probandam eius ab omni actuali peccato immunitatem, vbi inter cætera argumenta ex hoc loco vnum ſic deducit, *Tum etiam quia ſingulari* B *modo Dei filius, qui eſt Dei ſapientia, in ipſa habitauit, non ſolum in anima, ſed etiam in vtero: dicitur autem Sapientiæ 1. in maleuolam animam, &c.* Vt autem vis argumentandi ſancti Thomæ intelligatur, & ſimul quomodo à fortiori ex hoc loco immunitas Virginis eruatur ab originali,

36. Quodlibet peccatum corpus inficit. Supponendum eſt quodlibet peccatum, & ſi directè, & prius inficiat animam, tamen ex redundantia per effectus ſuos etiam corpus ipſamque carnem. Sic Iacobus c. 3. de lingua maledica ait, *Quæ maculat totum corpus*: & Paul. ad Rom. 8. *Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum.* (Iac. c. 3. Paul ad Rom. 8.) Quod præcipuè de peccatis carnalibus euenire abundè in ſuperioribus diximus, & etiam dicemus infrà. Hoc autem etſi omnia efficiunt peccata, à fortiori concedendum peccatum efficere originale, cùm inſtrumentum quo ipſe communicetur, generique infundatur humano, ſit ipſa generatio, vnde vbi inſtrumentaliter ipſum includitur ipſa eſt caro, ipſaque materialis corporis humani compactio; quam dum anima ingreditur, contrahit, & veluti contactu quodam maculatur, & fœdatur, licet pura à manu euaſerit diuina. Quod ſic verum eſt, vt ſi daretur aliquem non humana naſci generatione, aut non ex Adamo originale non contraheret peccatum, cùm hoc radicaliter in illa conſtet, quatenus ipſa ex ſe eſt generatiua filij Adami qui in Adamo peccauit, & qui actu contrahit culpam quam in Adamo commiſit, quæ immunditia licet non ſit naturalis & phyſica, ſed ſolum moralis, tamen ingens maximaque eſt, ita vt hinc fiat quod caro ſic infecta dicatur, *Caro peccati*, hoc eſt peccato obnoxia, fœdata, ac deturpata, & omne in anima inſtrumentum fœdationis, ac deturpationis, prauos in ſe peccati experiens effectus.

37. Sed originale præcipuè, & cur.

38. Vnde contrahatur.

39. Immunditia eius ingens.

C

D

adRom. 7. Hinc Paulus ad Rom. 7. *Cum eſſemus*, inquit, *in carne, paſſiones peccatorum, quæ per carnem erant, operabantur in membris noſtris.* Ibid. c. 6. Et ſuprà cap. 6. *Hoc autem ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati.* Vbi peccati corpus, corpus appellat ex peccato originali vitiatum, & violatum, ex quo fit vt peccatum originale ſuprà cætera dicatur peccata carnem inficere, maculare, ac deturpare. Job. 14. Hinc Iob. 14. ad hanc reſpiciens immunditiam admirans ait, *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?* Quaſi dicat, nullus niſi Deus, vnde & ſubdit, *Nonne tu qui ſolus es?* æſtimans, & dignè, talem in ſemine eſſe infectionem ex peccato primi originatam parentis, vt ſolus ipſe Deus, ſua qua pollet potentia, ipſam extergere poſſit, quę infectio cùm, vt diximus, in eo ſita ſit, quia eſt via ad generandum Adami filium corruptum, & maculatum, ac vndequaque deturpatum, ſequitur, ſic Deum ſuum abhorrere plaſma ratione peccati, vt ſimulac impensè abhorreat radicem eius productiuam quæ eſt ſemen. Qualis ergo erit huius macula dum talem in Deum cauſat effectum? Vnde egregiè hoc magiſtri conſiderantes Hebræorum ſuper illa verba Pſalm. 102. num. 14. *Ipſe cognouit figmentum noſtrum*; vbi Paraphraſtes, *Ipſe cognouit fomitem prauum qui peccare fugerit*: ſic aiunt, *Triſte vel tenebroſum eſt figmentum, contra quod teſtimonium perhibet qui creauit illud, quòd ipſum eſt malum: triſtis eſt planta contra quam plantator ſuus teſtimonium perhibet, quòd eſt mala.* Vnde Hierem. 2. *Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus eſt ſuper te malum, & iſtud figmentum malum datur in homine ab hora qua formatus eſt.* Ergo etſi omnia peccata carnem deturpant ac inhoneſtant, præcipuè hoc aſſerendum de peccato originali, quatenus per ipſum illa caro, quæ ſi ipſum non adeſſet fuiſſet transfuſiua omnis Dei doni, & chariſmatis; nunc ratione ipſius, inuenitur inſtrumentum transfuſionis omnis maculæ, & contagionis, omnis infirmitatis, peccatorumque fomitis.

A

40. Odiũ Dei in creaturam cauſat.

Pſal. 102. n. 14.

B

Hierem. 2.

41. Turpius inuenitur quã mortale. Secundò etiam ſupponendum, quòd etſi peccatum actionis mortale maius plerumque ſit quàm originis, ſi grauitas ſpectetur, tamen ſi turpitudo, macula, & dedecus obſeruetur, quodammodo turpe magis, & indecorum eſt peccatum originale, ratione transfuſionis maculæ, & turpitudinis, quàm mortale. Vnde meritò Gregor. magn. in Moral. lib. 6. cap. 5. culpam originalem, *Matrem omnium peccatorum actualium nominauit.* (S. Greg.) Quomodo etiam eam appellat Auguſtin. de Ciuit. lib. 22. cap. 22. ex quo præclaram illam habemus regulam lib. 5. contra Iulian. nullum ſine actualibus extare peccatis, quia nullus ſine originali. (S. Aug.) *Propterea*, inquit, *nullus eſt hominum qui peccatum non fecerit grandioris ætatis acceſſu, quia nullus eſt hominum præter Chriſtum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu.* Qualis ergo erit macula illa quæ ab ipſo mundi naſcentis exordio in infinitos transfuſa ſemper maculat, & vſque ad eius exitum eadem intentione & reliquos ſemper maculabit. Hinc ſiue antiquam Synagogæ Eccleſiam inſpicias, ſiue nouam à Chriſto inſtitutam, etſi in illa multos cum actualibus Deus permiſerit, cum originali autem nullum, vnde & in antiqua Circumciſionem inſtituit, & in noua Baptiſmum iuſſerit, ad hoc vt nullus in cenſum prius annumeraretur, qui à tali mundatus non eſſet labe, indignum quaſi eius reputans maieſtatis vt tali fœdatus macula in eius aſcriberetur Eccleſia, in eiuſque peculiare diceretur peculium, quod non ſic de actionis peccatis dictum reperimus.

42. Eſt omniũ peccatorum fons.

43. Cur omnes homines non ſine actualibus reperiantur peccatis.

44. Cum originali in nulla Eccleſia ſiue antiqua, ſiue noua admiſſus.

C

D

Ex dictis in hoc notabili conſtat, nullam prorſus eſſe comparationem inter maculam originalis & venialis, nam cùm, vt diximus, turpior ſit illa

quàm mortalis, quanto amplius turpior erit respe-ctu venialis, quod leuissimam inducit? Nulla

45. Peccati mortalis effectus. ergo fieri poterit inter talia comparatio pecca-ta, qua in infinitum inter se distant, infinitamque includunt improportionem, vt ex se patet, cùm primum omnino Dei amicitiam dirumpat, ius filiationis amittat, extorrem è cœlo faciat, potentias prorsus inficiat, seruum tandem diaboli hominem constituat, bellumque inter Deum, & hominem indicet, quod horum nihil efficit veniale, cùm ipsum non contra Deum militet, sed contra eius dilectionis fauorem, non contra charitatem, sed contra feruorem charitatis. His ergo sic dispositis,

Ex dictis in primo notabili constat quàm efficax sit ratio Diui Thomæ ad probandum Virginem sanctissimam sine omni peccato existere actuali, nam cùm omne actuale peccatum corpus inficiat, non solum animam, indigna eius corporis fuisset talis macula in quod diuina habitatura erat sapientia. Vbi notandum secundùm sancti doctrinam, hanc procedere rationem, non solum post Conceptionem Christi in vtero Virginis, sed ante Conceptionem, quia indignum eius esset corporis ad Christum portandum destinatum aliquando infici vel venialiter, quæ ratio ex hoc sapientiæ loco desumpta, sic potens sancto visa est, vt inter cæteras sufficientem iudicauit, ad determinandum Virginem sine vllo extitisse actuali peccato. Vnde licet locus non solum de Beata Virgine intelligatur, sed de quacumque anima, tamen ex doctrina sancti, primariè de Virgine intellectus, in qua corporaliter habitauit Dei sapientia, efficax inde deduxit argumentum ad determinandam ab omni actionis peccato Virginis immunitatem; vt exinde intelligamus quàm efficax desumi potest ex scriptura, ex sensu mystico argumentum; dum ex illo concludit sanctus Virginem sine vllo peccato extitisse actuali. Quod cùm sit:

Sic nunc argumentor, si huius loci tanta est vis, secundùm Diuum Thomam, vt sufficiens sit ad concludendum Virginem nec venialiter peccasse, cur non erit etiam ad concludendum nec originaliter? cùm inter maculam originalis, & venialis, vt suprà dictum est, infinita prorsus reperiatur distantia; etsi ex hoc loco concluditur, ita vt sit fidei definitio indignum fuisse venialiter maculari illud corpus, in quo Dei filius erat habitaturus; cur etiam hic locus non sufficiens erit si articulus definitionis tractaretur ad similiter determinandum de fide non esse sanctissimam Virginem conceptam cum originali? Et similiter si hic locus scripturæ de Virgine intellectus, implicitè eius puritatem ab omni actuali peccato includit, cur non dicendum & etiam ab originali? cùm huius maior sit macula, & quo ad animam, & quo ad corpus? locum euidentem petere temerarium est, vt diximus, qui implicitè illud dicant propè modum infiniti sunt, cur ergo firmum non remanebit ex scriptura sufficiens desumi posse argumentum ad determinandum de fide Virginem sanctissimam sine peccato conceptam?

46. Probatur Supersedere decreueram scripturæ figuris, quæ hoc indicant, cùm ex illis non sit efficax, ac ex

A locis desumi possit argumentum, tamen breuissimè vnam impossibile sit vt non attingam, non alia ratione, nisi quia ad litteram eam reperio de immaculata Conceptione intellectam à Ioanne Episcopo Hierosolymitano quadragesimo quartu, qui mille & ducentis propè ab hinc vixit annis, vt semel quàm sit hæc opinio antiqua constet, ne dum nouam quis dixerit à mendacio impunè abeat. Hic enim sanctissimus Pater de institutione Monachorum Carmelitarum, cuius ipse extiterat Religionis, ad Caprasium scribens, cùm de ortu eiusque dixerat incremento, & quemadmodum ab Elia instituta, in Dei seruitiu perseuerans vsque ad Apostolorum tempora peruenerit; deinde assumens dicere quomodo ad fidem Christi per prædicationem Ioannis peruenit Baptistæ, inter eos in deserto commoratus, tandemque ab Apostolis totaliter conuersi, & ab ipsis baptizati, vltimò cap. 31. post sacrum susceptum baptisma, ait tunc sensum eos intellexisse scripturarum, & quæ sub litteræ cortice sacrum latebat mysterium. *Habebant quoque*, ait, *tractatus sacrorum voluminum, leges Patrum in allegoricam intelligentiam deducentes, quoniam omnis lex vetus eis videbatur animali esse similis, eo quòd extrinsecè nihil, nisi vt corpus habeat ipsam litteram, & ea quæ secundùm litteram designantur, intrinsecè autem sub littera tanquam anima cuiusdam profundi, diuinique mysterij sensus inuisibilis, & spiritualis, quem illi ab Apostolis edocti sublimius, & nobilius velut per speculum inspicientes, & ex ipsis littera nominibus admirandas quasdam species intelligentia concipientes, diuina & profundiora sapientia sacrorum voluminum tanquam copiosis dapibus imbuebantur.* Hæc Ioannes. Vbi adnotandum non proprio marte allegoricos ipsos scripturæ intellexisse sensus; sed ab Apostolis edocti; vnde valebit dicere quod ab eis depromptus non tantum ipsorum, quàm Apostolorum sit sensus. Quod valde notandum propter illa quæ inferius §. 5. de traditione dicemus. Quo supposito cap. 32. ait hos sanctos Eliæ discipulos tunc, *Plenè intellexisse mysterii illud esse impletum, quod per Deum fuerat Propheta Elia in monte Carmeli reuelatum.* Scilicet de nube paruula, de mari ascendente, cuius intrinseci reuelationem mysterij affirmat Eliam tunc non palàm, sed secretius consortibus reuelasse. *Quid autem sacramenti rerum futurarum præter historiam*, ait, *visio illa intrinsecus contineret, & quod iugis mysterij Deus Eliæ tunc statim prono per eam pertenderet, dignatus fuit Elias aperire non palam hominibus, sed secretius consortibus.* Ergo præter Apostolorum sensum & Eliæ habebant vr in ore plurimorum securus, & certus Spiritus sancti sensus intrinsecè latens habebetur. Quatuor ergo inquit nubeculam illam, in se inclusisse mysteria, primum cuiusdam infantulæ natiuitatem ab omni peccato mundam. *Primò*, ait, *quod quædam infantula nasceretur, quæ ex vtero matris suæ, ab omni peccato munda nasceretur; Secundò tempora in quibus hoc adimpleretur; Tertiò quod hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplecteretur; Quartò quod Deus iungens naturam suam humanam, de Virgine illa homo nasceretur.* Quibus dictis incipiens ea enarrari sic prosequitur; *Per hoc namque quod ille puer Eliæ vidit de*

Opinio ex S. scripturæ figuris.

Ioan. Hierosol.

B C D

mari nubeculam parnam oriri, reuelauit Deus Elia, quod quædam infantula (ſcilicet beata Maria) per illam nubeculam ſignificata, & inſtar illius nubecula per humilitatem parua naſceretur de humana natura peccatrice, deſignata per mare. Notanda ſunt hæc verba, nam non dixit naſceretur de matre peccatrice, ſed de natura peccatrice, ad denotandum ipſum non loqui de natiuitate ex vtero matris, ſed de conceptione ex humana natura peccatrice, vbi per matrem, humanam intelligit naturam, ex qua virgo concepta; quod etiam ſatis liquet ex ſequentibus. Vnde ſubdens ait. *Qua infantula iam in ſuo ortu*, hoc eſt in Conceptione, nam ortum ſumit pro principio, vnde tantum eſt ac ſi dixiſſet, *in ſuo principio, eſſet munda ab omni peccatorum ſorde, quemadmodum nubecula illa fuit de Mari amaro, ſine tamẽ aliqua amaritudine.* Quid clarius? fuit inquit de mari amaro, hoc eſt concepta, compacta & ex aquis eruta amaris, ly enim (fuit) non quidem natiuitatem ex vtero, ſed in vtero ſignificat, hoc eſt primam effœtationem, primumque conceptum: & quia videbat hoc ſecundùm naturam impoſſibile, immo etiam ſecundùm allegoriam, cùm omnes filij naſcamur iræ, quaſi hæc præuidens ſubiungit, *Licet namque nubecula illa eſſet originaliter eiuſdem natura cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriuſque proprietatis: mare quippe ponderoſum eſt & amarum, ſed nubecula illa leuis fuit, & dulcis: ſic quamuis in quolibet alio homine natura humana inſtar maris ſit in ſua origine* (notandum verbum) *in amaritudine peccatorum, & vitiorum pondere preſſa, vt fateri cogatur, iniquitates mea ſupergreſſa ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauata ſunt ſuper me. Beata tamen Maria de hoc mari, id eſt natura humana, aliter fuit orta, quia in ſuo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum, ſed inſtar illius nubecula fuit leuis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem charismatum.* Quid clarius?

Habemus ergo ex reuelatione Eliæ, Apoſtolorum confirmata ſenſu, nubeculã illã eſſe virginem in ſuo cõceptu ſine vlla peccati contagione. Quid ergo ex ſcriptura amplius deſiderari poteſt ad ferendum de hac re calculum in huius fauorem articuli?

Effugiũ. Dices, hoc non eſſe certum, quia intelligi omnia poſſunt de Natiuitate, & ſanctificatione in vtero.

Præcluditur. Reſpondeo primò hoc omnino negari, nam niſi vis verbis inferatur vllomodo illud dici poteſt, vt vidimus; & ſecundo dato quod illud poſſit intelligi, & ſimul de conceptione, & quod ad vtrumque paratus ſit ſenſus, cur mihi, dũ de deciſione huius quæſtionis tractatur, non erit licitum eruere præſeruationem? ſi tu inde præſeruationem ab omni actuali macula etiam veniali, cur mihi non etiam licebit ab originali?

Ex his ergo conſtat firmiſſimum ex ſcripturis hanc opinionem habere fundamentum, optimèque ex illis concludere poſſe Eccleſiam, Virginem ſanctiſſimam, ſine peccato eſſe conceptam originali.

§. IV.

Probatur ex ſenſu Eccleſiæ.

SEcundus locus ex quo determinationem de fide ſancta erũt Eccleſia, eſt eius communis præcipuuſque ſenſus; nam cùm pro certo ſit Deum non permiſſurum Eccleſiam ſuam errare, hinc fit, vt quando omnis illa, aut maior eius pars aliquid ſentit, ſenſu adiuncto Pontificio, vt infra dicemus, illud pro ſenſu Dei habeatur, ac infallibilis veritatis, vt infra latius.

Hic autem ſenſus ex his ſcaturit fontibus, aut ex traditione in Eccleſia Dei accepta, aut ex Pontificũ decretis, aut ex Cõcilijs, aut ex Patribus, ſcholaſticorũque ſententijs. Ex his ergo communis coaleſcit ſenſus, quo ſemel probato nil reliquum ſupereſt vt articulus definiri non poſſit. Quàm abunde hæc ſuppetant fundamenta, niſi malitioſè profecto, negari non poteſt, ad quæ antequam accedant aliqua prius prælibanda.

Primùm adnoto, non ſimul omnia Patribus Deum reuelaſſe, nec ſimul eos omnem ſcientiam habuiſſe, ſed Patrum ſcientiam incrementa obtinuiſſe, poſterioreſque prioribus ſapientiores aliquando fuiſſe, hoc eſt plus de myſterijs intellexiſſe diuinis, per partes non iunctim, Deo ſuam illuſtrante Eccleſiam. Vnde fit vt quo mundus ad extremum vergit, eo largius Dei ſcientia imbuatur. Hæc eſt apertè Magni ſententia Gregorij hom. 16. in Ezech. vbi poſtquam dixiſſet Hebræorum antiquam ſynagogam niſi inter paucos expreſſam de Trinitate fidem non habuiſſe, rationem huius rei aſſignat, per incrementa ſcilicet Patrum creuiſſe ſcientiam, cùm non omnibus ſimul eam totam Deus communicauerit; vnde ait, *Qua in re hoc quoque nobis ſciendum eſt, quia & per incrementa temporum creuit ſcientia ſpiritualium Patrum, plus namque Moyſes quàm Abraham, plus Prophetæ quàm Moyſes, plus Apoſtoli quàm Prophetæ in omnipotentis Dei ſcientia eruditi ſunt.* Quod egregiè ex ſcripturis probans, tandem ſic concludit. *Impleta itaque eſt quã ſuperius diximus Danielis ſententia, quia pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia, quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æterna aditus largius aperitur.*

50. *In Dei Eccleſia quomodo nouæ adſunt reuelationes de diuinis Myſterijs.* Ex hoc dicto colligitur, non ideo quod multi ex antiquis Patribus hoc Myſterium ignorantes nihil de illo ſcripſerunt, aut quod in Dei Eccleſia antiquitus non ſic manifeſtè vt modò reperiatur, illud non eſſe, aut quod extremis his temporibus apertè reuelari non poſſit, aut ſciri, quaſi nil amplius Deus Eccleſiæ ſuæ expreſſius reuelari non poſſit, quòd antiquitus non reuelauit, nam hoc falsò aſſumeretur, & contra ſanctorum, vt vidimus, doctrinam: Nam etſi Dei Eccleſia non poſſit aliquid de nouo definire de fide, quod non ſit à Chriſto, & Apoſtolis eius traditum, vt conſtans eſt omnium ſcholaſticorum opinio cum Sancto Thoma 2. 2. q. 1. ar. 7. vbi omnes illius interpretes. De qua re videndus eſt Bellar. 3. tom. controuerſ. lib. 1. de verbo Dei c. 10. §. *itaque nos dicimus.* Tamen non inde eſt quòd noua perfuſa luce quod prius obſcurum & implicitum explicare non poſſit, & quòd iniuria temporum dubium infallibilis poſtea non efficiat Veritatis; hoc enim extra controuerſiam eſt, & hoc modo Patres ſubſequentes aliquando *S. Thom. Bellarm.*

51. *Largiorem Deus de hoc mysterio recẽtioribus infudit lucem quàm antiquioribus.*

antiquioribus maiorem accepisse lucem credendum est, hoc est magis explicitam de implicitis scientiam; sic ergo in extremis his temporibus secundùm D. Gregor. largius nobis fatendum, ad hoc Diuinum quòd patefactus sit aditus Mysterium, & non quia antiquitus non fuit manifestum aut Patribus, aut Doctoribus, ideo posterioribus negandum est, quando bene antiquissimi ex Patribus, & Doctoribus deessent, vti non desunt.

52. *Consilium diuinũ sanctissimum in prolatione declarationis huius mysterij vsque huc.*

Secundò pressius ad hanc quæstionem deueniendo, notandũ est diuino factũ esse consilio vt vsque ad hæc huius mysterij prolata scientia sit tempora, quando hæreses, aut de Virginis conceptu, & natura, aut de peccato Originali penitus abolitæ inueniuntur. Fuerunt enim aliqui, qui Virginem non ex matrimoniali concubitu inter Annam & Ioachim, sed ex Spiritu Sancto fuisse conceptam asseuerarunt, dum ipse Ioachim & Anna in porta templi, quæ dicebatur aurea, post Angeli reuelationem, tãtum se prospexerunt. Cuius erroris meminit Robertus de Licio dolens suo tempore ex imperitia deuotorum Virginis multas huius rei picturas extare, in ipsis clarè, distinctequè scriptum Virginem conceptam ex Spiritu Sancto. De qua re meminit etiam Epiphan. aduersus hæreses lib. 3. c. 79. vbi refert Collyrianos hæreticos hanc habuisse opnionem, siuè potius hæresim, & videtur quòd insinuat Bernard. epist. illa ad Legionenses: videndus est Baron. tom. 1. & lib. 1. apparatus ad Annales Ecclesiasticos pagina 11. lit. B. Similiter & alij fuerunt, qui dum hæreticè asseuerabant Christum non verum, sed phantasticum, aut cælestte imbuisse corpus, consequenter dicebant Mariam non fœminam veram, sed Angelum fœminea imbutum figura extitisse, contra quos pugnauit Paulus dum dixit, *factum ex muliere*. Ad hæc peccati originalis hæresim iam vsque ad nostra durasse tempora satis compertum est, dum totale eius iugulum in sancto agnoscimus Concilio Tridentino. Hinc factum vt sapienter hoc diuina sapientia præmens silentio mysterium, nõ clarè aperteque, sicut nunc, sed veluti sub obscuro aliquibus tantum antiquitus hanc irradiauerit lucem, non secus ac de mysterio Augustissi. Trinitatis in antiqua vsus est Ecclesia, secundùm Gregorium vbi supra, semper in dies cum ipsa Ecclesia proficiens, quæ dum ætatum incrementa suscipiebat, sic & de hoc mysterio & clarioris lucis, & certitudinis maioris cui Dei mori sancti obsequentes ipsi, sic stricti, dissimulatique in hac re fuerunt, vt ideo etiamsi illud scirent, illud aut in seipsis præmebant, aut paucis indicabant, aut etiam contrarium asserebant in scriptis, præmentes id quod in pectore sentiebant, ne hæreticis ansam darent. Quòd totum egregiè attestatur Fulbertus Carnotensis in Serm. 2. de ortu Virginis, vbi sic ait, *Sane si qui sollicita mente, & studiosa inuestigatione perquirant, cur sanctorum præcedentium memoria huius præfata Virginis temporanea initia* (hoc est conceptionis, nam de ea sermonẽ habebat) *sequacibus enucleatè non exornauerunt, vt ad omnium notitiam euulgarent, nouerint non ignaros extitisse hæreseos, quæ pro insigni, & admirando huius puellæ præconio exoritura erat, & ob id si quid ex eius ortu protulerunt, sagaci industria celandum annulis, & infidelibus decreuerunt, ne inueniret caca garrulitas perfidorum vnde maternum sinum Ecclesiæ verberaret sua multiplici fallacia.*

53. *Errores de Virginis conceptione & natura.*

Robertus de Licio.

Epiphan.

Bernard.

Baronius.

Paulus.

54. *Sancti cur in scriptis hoc mysterium non euulgarũt.*

Fulber. Carnot.

Dixi ratione facta sæpe Sanctos aliud scripsisse, typisque mandasse, quàm quòd in pectore habebant, non quod mentitos illos fuisse asseramus, absit, sed cùm ex duabus opinionibus vna pro tunc poterat ansam hæresibus dare, & simul nec esset ita certa, & communis, immo contra sensum videretur asseri scripturæ, & Virginis Redemptionis à Christo priuilegium tolli, & quod caput erat, adhuc non viderent eam ab Ecclesia receptam Romana, licet ipsam probabilem crederent, priuatimque tolerandam esse ducerent, vt apertè S. fatetur Bernar. Epist. illa 174. ad Canonicos Lugdunenses, tamen ipsos de ea palam scribere palamque admittere quod Sancta adhuc non admiserat Ecclesia Romana indignum eis, eorumque prudentiæ iudicabant: vnde se ei conformantes publicè asserebant quod tunc vulgariter asserebatur, licet piè intus, & illam etiam vt probabilem extimassent.

55. *Aut cur cõtrariũ scripserint etiam si aliud sentiẽt.*

Bernard.

Ad hoc probandum duo mihi adsunt argumenta, primum, quod vix sanctorum aliquis reperitur qui sibi constans sit in contraria sententia, immo quin semper cum timore contra hanc nostram scripserit. Quòd obseruauit Catarin. lib. 2. §. ad hæc sic. Sic inuenio Bernard. qui licet Epist. illa ad Canonicos contrariam asseuerit opinionem, sicut & alibi serm. 2. de Assumptione, tamen sermone 4. de Salue Regina inuenio illum contrarium asserentẽ, *Libanus mons, ait, qui dicitur dealbatio, altã præ omnibus designat innocentiã tuã, innocens fuisti ab originalibus & ab actualibus peccatis, nemo ita præter te: vnde authoritas Augustini cũ de peccatis agitur nullã de beata Maria volumus fieri mẽtionem.* Et in Epistola illa ad Canonicos, cùm hanc nostram opinionem errorem dixerat & superstitionem, nimirum se fuisse prospiciens, ac securius censurasse, quasi intus perculsus sic ait. *Quæ autem dixi absque præiudicio sane dicta sint, sanius sapientis Romanæ præsertim Ecclesiæ authoritati, atque examini totum hoc, sicut & cætera quæ huiusmodi sunt vniuersa, reseruo, ipsius si quid aliter sapio paratus iudicio emendare.* Vbi adnoto non solum Bernardum se iudicio sanctæ remisisse Ecclesiæ Romanæ, sed voluisse dicta esse absque præiudicio sanius sapientis, quod quid aliud quæso est, quàm timere oppositam partem? & cum formidine suam asserere opinionem, & intus intelligere esse aliquem sanius sapientem, cui præiudicium ipse inferre non intendat? Quòd si hoc intellexit, quis dubitat intus Bernard. nobiscum sentire tanquam sanius sapientibus, nullumquè velle ex dictis eius nobis præiudicium inferre, tantumque illum pro contraria tunc apertè stare, quia adhuc consulta de illa non erat re Ecclesia Romana. Vnde ait. *Nam si hoc videbatur, consulenda prius erat Apostolicæ sedis auctoritas, & non ita præcipitanter, atque inconsultè, paucorum sequenda simplicitas imperitorum.*

Catarin.

Bernard.

56. *Cõtrarium asserentes nunquam sibi constãtes extiterunt.*

Sic etiam reperio sanctissimum doctorem, totiusque Ecclesiæ Catholicæ facem Diuum Thom. diuersa in hac re sensisse, primo pro conceptione in 1. senten. d. 44. q. 1. artic. 3. ad 3. & disp. 17. q. 2. art. 4. & citatur in expositione salutationis Angelicæ, vbi ait, vt refert Canisius lib. 1. de Deipara c. 6. Salmeron in epist. ad Rom. disp. 51. cui assentit Turrecremata, recognoscitque verba esse D. Thomæ, vnde optimè ait quidam rectè putasse opusculum à contrarijs vitiatum, ægrè ferentibus toties sanctum nostræ adstipulari opinioni. Verba autem sunt sancti, *Ipsa* (scilicet Maria) *purissima*

S. Thom.

Canisius.

Salmeron.

Turrecremat.

fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Contrarium tamen tenuit in 3. diſt. 2. q. 1. ar. 1. & videtur quod in 3. p. q. 27. art. 2. & inſinuat 1. 2. q. 81. ar. 3. vbi docet, *Originis peccatum in omnes homines præter Christum deriuaſſe.*

57.
S. Thomas anceps in opinione,

In quibus omnibus locis adnoto nunquam priorem retractaſſe ſententiam, ex quo licet inferre dato quod ſecundò contrariam Conceptioni tenuiſſet, non ob id primam retractaſſe, ſed in ſuo reliquiſſe robore: nam hæc duo valde differunt, retractare priorem ſententiam, & duas vt probabiles accipere. Vnde licet ex eo quod quis vltimè tenuit liceat inferre, poſteriori addictus, non tamen ſuperiorem retractaſſe, nam ad hoc affirmandum expreſſa debent adeſſe verba authoris.

58.
Noſtram amplexatus eſſet ſi Eccleſiæ ſenſũ Romanæ vidiſſet.
B. Ludou. Beltrand.
Vincent. Iuſtinia.
Ioan. à Fenario.

Cùm ergo Sanctus priorem de Cõceptione non retractauit, ſed tantum ſecundam contrariam aſſeruit, non inde dicendum non ſtare pro Conceptione, ſed adhuc ancipitem manere voluiſſe, Eccleſiæ ſanctæ Romanæ de hac re (B) expectans iudicium; cuius in hanc noſtram propenſionem ſi ſemel vidiſſet, vt Beat. ait Ludouicus Beltrandus, & Vincentius Iuſtinianus Dominicanorum antiſtes in notis in vita Beltrandi, & Ioannes à Fenario eiuſdem Ordinis Generalis, & ſimul omnis nunc Theologorum ſchola, nunquam contrariam ſententiam ſtatuiſſet: licet aliqui contendant, & inter cæteros idem Pater Iuſtinianus D. Thomam intelligendum eſſe de iure, non de facto,

59.
Ipſum de iure locutũ non de facto.

verba eius placuit in ſuo intereré idiomate vt clarius pateſcant, enarrans enim S. Thomam ob reuerentiam Eccleſiæ Romanæ, quæ tunc hanc explicitè non tenebat opinionem, in contrariam aliqualiter declinaſſe, ſic ait. *Pero no de manera que ſi eſte lugar lo permitieſe no me atreuieſe yo à probar que conſideradas muchas coſas que el S. Dotor dize en las partes, ſe puede muy bien gloſſar ſu ſentencia* (C) *con la miſma diſtincion que gloſamos muchos lugares de la ſagrada eſcritura, que quanto à la Virgen no ſe entienden de hecho, ſino ſolamente de derecho.* Ex quibus dictis non ſolum elucet Diuum Thomam omnino pro contraria non eſſe ſententia, ſed etiam rationem cur poſteriorem ſcripſit,

60.
Cur noſtrã non ſit amplexatus.

etiam ſi ipſe priorem non reſpuebat, durum quippe ei viſum fuit aſſerere ſimpliciter, quod adhuc Eccleſia non aſſerebat Romana; immo penitius inſpicienti articulos in 3. & 3. partis manifeſtè apparebit ſanctum ancipitem in hac re fuiſſe, & vtramque vt probabilem aſſeruiſſe. De qua re iterum infra.

At quid ex alijs ego ad hoc probandum aſſumo argumenta? ad conſcientiam cuiuſque ſanè ſapientis, prudentisque Doctoris appello, quod eſt ſecundum argumentum, videat ſi ſæpe ne contra (D) communem ſcribat, affirmat in ſcriptis aliud quod in verbo cõſulit. De me ſcio conſultus, an princeps ſubditis alterius rebellibus auxiliari poſſit, vnum verbotenus conſului, quod ſi ſcriberem contrarium dicerem. Et cùm contra aliquos Romanos cenſus doctiſſimus ſcripſiſſet Carthagena, à me percunctatus cur ſic ſcripſiſſet, cùm illi iam vt liciti ab omnibus admitrebantur, eo vel maximè ſummo ſciente, & non reprobante Pontifice, reſpondit ſe illud ſcripſiſſe ne ianuam illicitis aperiret contractibus, licet verbo tenus aliter conſuleret, & in praxi nil hoc communius, nil certius. Ergo cùm hæc noſtra opinio antiquitus vt noua haberetur, & putaretur ſcripturas contra eam ſtare, & à Sancta Romana Eccleſia videretur pro tunc non ſuſcipi, (A) ideo viri doctiſſimi licet intrinſecus eam approbarent & non reijcerent, tamen palam illam aſſerere non ſunt auſi, & ſic modò eam negabant, modò affirmabant.

Ex hoc dicto colligitur nobis non obſtare Sanctos qui pro contraria afferuntur, & ſimul cum ipſi aut confusè, aut variè ſint locuti, potius pro nobis quàm contra nos eſſe. His ergo ſic ſtatutis,

61.
De quo ſẽſu Eccleſiæ loquatur author.

Antequam etiam ad ſenſum Eccleſiæ ſtabiliendum accedam, placet adnotare ad hoc vt omnem præcludam ſcrupulum; me non loqui de ſenſu antiquo, ſed recenti, non de ſenſu qui fuit, ſed de illo qui nunc eſt, cùm certum ſit hunc eſſe neceſſarium, & ſufficientem ad ſtabiliendum aliquid de fide; & ne aliquis eum nimis recentiorem diiudicet, illũ à Sancti Thomæ Aquinatis ſumo temporibus; qui vixit anno 1265. trecentis & ſexaginta ab hinc annis, à quo tempore clarius & apertius cæpit (B) hæc opinio agitari, & controuerti hinc inde à Doctoribus, immo tunc vt pote noua, inauditaque à quàm plurimis iudicata, contraque ſcripturæ canones ab illis oppugnata; nam etſi anno 1080. & Diui Bernar. anno 1130. immo & Magiſtri ſententiarum anno 1140. aliquo modo hæc quæſtio fuerit agitata, tamen propriè more ſcholaſtico rigidè, & exactè non cæpit exquiri niſi à tempore S. Thomæ, à quo tempore, vt dixi in principio, vſque ad tempora præclariſſimi doctoris Ioannis Scoti, qui poſt D. Thomam triginta floruit ann. nempè anno 1290. contraria aliquo modo viguit, caputque erexit, non ſine magno diuinæ Prouidentiæ conſilio, vt ſcilicet contrarius vires reſumeret, fieretque ad reſiſtendum potens, vt maior deinde illuſtriorque eſſet victoria: nam à tempore Scoti vſque ad noſtrum ſic illa fuit decreſcens, ſic dimi- (C) nuens, ſic ſemper victa, ac debellata, vt ipſam fugiens lucem, in angulos, ne dicam ſpecus, ſe incluſeret, totum ad ſe hæc noſtra orbem attrahens terrarum, ita vt verè inſignis Pater Iuſtinian. Prædicatorum Ordinis clariſſimum ſpeculum c. 1. ſuarum additionum ad vitam Beltrandi §. 14. dixerit contrariam aſſerere nil prorſus eſſe niſi, *Cantar mal y porfiar*, quod eſt dicere peſſimè modulari & ad modulandum inſiſtere; cuius rationem addens ſequitur, *Tal es la opinion contraria que à penas ſe halla oy quien la defienda ſino maſcando, ya le faltan las Catedras, los pulpitos, los confeſſionarios, las impreſſiones, los cetros, las diademas de Reyes, las mitras, los capelos, y aun los Concilios, pues el Tridentino particularmente ha proteſtado no ſer ſu intencion comprehender à nueſtra Señora debaxo del decreto del pecado original lo qual ningun* (D) *Concilio Ecumenico iamas hauia hecho.* Quod ad verbum eſt dicere. *Nam in eis nunc ſe reperit opinio contraria terminis, vt vix reperiatur qui niſi muſſitando illam defendat, cùm iam illi deficiant Cathedræ, ſuggeſtus, confeſſionarij, impreſſiones, ſceptra, diademata Regum, pilei, thyaræque inſignes immo & concilia, cùm Tridentinum præcipue ſit proteſtatum ſuæ non eſſe intentionis ſub peccato originali decreto Virginem comprehendere ſanctiſſimam, quod nullum ex Oecumenicis vnquam antea egerat Concilium.* Cui annuens Ferrerius Lochrius Epiſcopus Attrebaten. inferioris Germaniæ diœceſis recens etiam author li. 6. c. 1. de communi huius opinionis receptione ſcribens ſic ait. *Eccleſia Romana iudicio, & authoritate accedente non modo in Lugdunenſi Diœceſi, ſed Gallia, ſed*

Marginal notes, right column:

62.
A quo tempore propriè more ſcholaſtico hæc quæſtio cæpit agitari.

Iuſtinian.

63.
Status in quo nunc ſe reperit noſtra opinio in Dei Ecleſia.

Lochrius.

Germania, Italia, Hispania, Europa ipsa denique tota, immo integro Christiano orbe eiusmodi solemnitas Conceptionis Beatæ Virginis obseruari capta est, & hactenus perseuerat. Quòd adeo tantum verum extat vt cùm paucis ab hinc annis nempe anno 1615. nescio quo malo suo fato ex abditus contraria exiliens, audensque iterum erigere caput, & veluti è graui exurgens lethargo, quo oppressa iacuerat, viuam adhuc se ostendere, verbaque depromere præsumpsisset, sic subitò contra eam toto orbe pugnante terrarum à sanctissimis Dei Pontificibus, Christique in terris Vicarijs quibus Dei gregis cura incũbit, obiurgata, reprehensaque extitit, vt summa Beati Petri authoritate vteotes ipsi nunc, sicut prius Doctorum omnium consensus, vt iterum se includeret, vellet nollet, imperarunt, ita vt nec in priuatis colloquijs, aut scriptis, aliquomodo agere, seu tractare contra hanc nostram præsumeret sententiam. In hoc ergo nunc se reperit statu nostra opinio, ad quẽ expressius elucidandũ primò breuiter referam scholasticos authores qui trecentis ab hinc annis vsque huc eam tenent: secundò quàm hoc prudenter, quamque firmo nitantur fundamento, dum primò probabo eos in euidentissima niti Apostolorum traditione, secundò in Sanctorum Conciliorum ac summorom Pontificum authoritate, & 3. demum in firmissimis sanctorum Patrum testimonijs.

64. *Franciscana Religio tota pro nobis.*

Sit ergo huius antesignanus opinionis, & meritò eius vexillifer, præclarissimus, ac subtilissimus Ioan. Duns Scotus in. 3. d. 3 q. 1. quem omnes Franciscanæ familiæ alumni pleno ore ad vnum sunt secuti, vti Lichettus ibidem. Mayoronius q. 2. Bassol. q. 1. ar. 3. Orbel q. 2. Melchior Flaccus q. 1. Franciscus Ouand. ibidẽ prop. 6. 7. & 8. Ioã. Ouand. in com. ad 3. Scoti d. 3. q. 2. dub. 6. ad 1. q. Scoti, Nicolaus de Nissa in sua resolutione Theologica tract. 4. q. 1. portioo. 5. q. 1. Antonius Cordubensis lib. 1. qq. q. 44. Con. 6. Viega lib. 7. in Trident. c. 6. Ioan. Medina in lib. de oratione q. 7. fol. 181. & 191. & de pœnitentia q. 6. p. 20. Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 8. Franciscus de Pittagianis in sum. ad 3. Scoti d. 3. q. 1. art. 5. & tandem omnes simul, ita vt dicere liceat, quot ex illis præclari sunt Religiosi, tot esse huius sanctæ opinionis assertores.

Scotus. Lichet. Maioron. Bassol. Orbel. Flaccus. F. Ouãd. Io. Ouãd. Nicolaus de Nissa. Antonius Cordub. Viega. Ioan. Medina. Castro. Pittagiã.

65. *Ex Dominicana præcipui & plurimi.*

Piaculum me facturum iudicarem si hac priuarem gloria, & ab hac pia amandarem opinione præclaram, illustremque Dominicanorum familiam, quæ etsi tanquam propria Virginis sanctissimæ peculiarisque eius famula, dum filij partes putant agere, liberius, rigidiusque aliqui ex ea contra hanc nostram inuehant opinionem, putantes quia matri addicti, seruique eius peculiares (quibus aliquando hanc sumere licet audaciam) quod alijs prohibitum, ipsis esse concessum: tamen non sic ea deserit vt præcipui illustrique ex illa viri ac heroes eam non sint amplexati, ita vt merito doctissimus, ac reueren. Sosa in deffensione orationis Doctoris Mexiæ de la Cerda, Pintiæ habitæ in fauorem Conceptionis anno 1616. dum fauores, quos sanctissimus Pontifex Pius V. supra reliquos huic indulsit opinioni considerat, inquit, *Non sine ratione aliquem putaturum huius articuli definitionem altero eiusdem ordinis sancto Pontifici esse reseruatam.* Quod ego eius quo sum animo & deuotione erga sanctissimam ac præclarissimam hanc religionem in honorem eiusdem sanctissimæ Virginis ac eius sic præclarissimæ familiæ spero sic futurum. Ex illa ergo indubitanter, ac intrepidè pro hac agnosco opinione D. Thomam vbi supra, quòd his secundùm me constantibus probo rationibus, ad quas antequam deueniam,

Sosa.

D. Thom.

66. *sanctus Doctor est pro nobis non contra nos.*

Adnota aliud esse quærere, An Virgo sanctissima fuerit à peccato reseruata originali, aliud, an fuerit ante Cõceptionem in parentibus, vel post Conceptionem ante animæ infusionem; hæc enim duo valde inter se differunt: nam prima quæstio ad substantiam pertinet, secunda verò ad modum. Nam bene quis potest concedere fuisse sine peccato originali conceptam, sed non ante Conceptionem, vel ante animationem, vt quidam autumarunt. Vnde bene quidam defendunt Alexandrum de Ales non esse contrariæ opinionis, quando 3. p. qq. mẽbro 1. artic. 1. 4. & 5. dixit beatam Virginem nec ante Conceptionem in vtero, nec post eam ante animationem potuisse sanctificari, fuisse tamen sanctificatam post animæ infusionem: nam hæc opinio bene potest constare cum sanctificatione in primo instanti præseruando virginem à peccato originali; hoc enim constituto, quòd sanctus contra nostram non fuerit opinionem, aut si aliquando fuit, postea aut ancipitem, aut pro nostra fuisse, sic probo.

Alexand. de Ales.

67. *Duobus probatur euidentissimis argumentis.*

Primò ex titulis quæstionũ, nã in. 3. d. 3. q. 1. art. 1. vbi ex professo de hac re titulus est. *Vtrũ Beata virgo fuerit ante sanctificata quàm conceptio eius finiretur* & in 3. p. q. 27. ar. 2. *Vtrũ Beata virgo fuerit sanctificata ante animationem.* Neutra harum qoæstionum ad substantiam pertinet quæstionis, sed tantum ad modum, ergo contra modum tantum pugnauit sanctus, & non contra substantiam.

Secundò ex ipsomet ar. 3. p. nam in sententiarijs vbi supra in responsione ad secundam quæstionem, nempe si Virgo potuerit sanctificari ante animationem; reperio sanctum apertè non solum dicere non fuisse ante animationem, sed nec etiam in ipso instanti infusionis per gratiam infusam præseruatam, vt nos dicimus; verba eius sunt, *Sed nec in ipso instanti infusionis, vt scilicet per gratiam tunc sibi infusam cõseruaretur ne culpam originalem incurreret*, vbi apertè videtur contra nos stare (si tamen verba sunt sancti, & non supposititia, sicut & quæ in responsionibus in 3. p. de qua re videndus est vltimus Poza, in elucidario lib. 4. tractatus:) at quando postea reperio eandem quæstionem à sancto agitatam in 3. p. vbi supra, nullomodo inuenio sanctum repetere idem quòd supra in sententiariis, nam ibi ait, *sed nec in ipso instanti infusionis*, in art. vero 3. p. idem non repetit, nec vllomodo prorsus de eo facit mentionem. Ergo sanctus aut intellexit postea illud posse fieri absque præiudicio Redemptionis Christi per præseruationem, quæ fuerat eius ratio motiua in sententiariis, vt assereret nec in instanti infusionis animæ fuisse præseruatam, vnde & probabilem hanc etiã nostram tenuit opinionem, aut correxit in 3. p. quod dixerat in 3. & quoad substantiam quæstionis pro nobis stetit: quam clare affirmauerat in 1. d. 44. q. 1. ar. 3. ad 3. vti diximus. Nec me mouet quòd etiam in 3. p. dixit, si Virgo ante animationem fuisset sine peccato originali, non fuisset à Christo redempta, nam ex illa opinione quam ibi confutat sanctus, certissimè sequebatur Virginem sanctissimam non esse à Christo redemptam, cùm si añte animationem à peccato liberata originali, non equidem peccatum esset per gratiam Christi, & iustitiam inhærentem ex-

Non supponũt fratres Dominicani verba, sed fideliter doctrinam hanc norũt & scribũt & docẽt. Poza bene eruditus, malus autem theologus, audax, procax & præcipitosus.

fulcitur, aut vnanimis interpretum ſenſus illi adiungitur, efficax ex illo deduci poteſt argumentum ad dogma fidei probandum, nam tunc ex ſenſu Patrum, aut Scholaſticorum conſenſu recipit certitudinem, cui ſi ſemel authoritas Eccleſiæ accedat, eam facit infallibilem: ſic ex myſtica rubi Moyſis interpretatione efficax educitur argumentum ad probandam perpetuam Dei genitricis Virginitatem, quia ex communi Patrum intelligentia illud canit Eccleſia dicens, *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem Virginitatem*. Sic etiam ex ſenſu myſtico illorum verborum Ezech. nempe, *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſibit per eam.* eadem ſanctiſſimæ Mariæ Virginitas efficaciter probatur, adiuncta Patrum intelligentia, qui communiter illud de perpetua Dei genitricis Virginitate intelligunt, vt Auguſtin. ſerm. 2. de Natiuitate, Bernard. ſerm. 2. ſuper Miſſus eſt, Cyrillus Hieroſolymitanus cap. 12. Hieronym. in hoc Ezech. loco, Ambroſ. lib. de Inſtitut. Virgin. Epiphan. de Laudibus Virginis, Cyprianus, vel Rufinus in expoſitione Symb. Chryſoſtom. hom. de Ioan. Bapt. & alij. Vnde efficaciſſimum ex illo deſumitur argumentum ad illam contra Ebionem, Cherintum, Iouinian. Heluidium impuriſſimos hæreticos de fide ſtabiliendam, ſic etiam ex illo Exod. 12. num. 46. ſcilicet, *os non comminuetis ex eo*, myſtica interpretatione probauit Ioan. cap. 19. Chriſti corporis integritatem.

Ezech. 44. 2.

Auguſt. Bernard. Cyrillus. Hieron. Ambroſ. Epiphan. Cyprian. Rufin. Chryſoſt.

Hoc ergo ſemel pro certo ſtatuto, quòd neſcio qua via commodè negari poſſit, tanta ſunt ſcripturæ loca quæ à modernis ad hanc ſanctiſſimam illibatamque Conceptionem afferuntur probandam, vt maiorem expertus ſim difficultatem ex illis ſolidiora eligere, quàm aliqua reperire. Vno ergo vel altero contentus ero, ad ſummum tertium adiungam, vtpote ex propriis.

18\. Primus ſcript. locus quo hæc probatur opinio.

Gen. 3. n. 15.

Primus ergo & præclariſſimus ſecundùm me eſt ille ex Gen. 3. num. 15. nempe, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Ad huius vim loci demonſtrandam quatuor elucidanda erunt, primum Vulgatam optime legiſſe (ipſa): ſecundum per ipſam, Virginem ſanctiſſimam intelligi: tertium per caput ſerpentis ipſum originale peccatum: quartum, quod caput conterere omnimodam ſignificat victoriam, plenam, omnibuſque abſolutam numeris.

Chryſoſt. Ambroſ. Auguſt. Alchim. Mar. Victor. Picus Mirandul. Hōkala. Caſtro. Delrio.

Quoad primum ergo (ipſa) legerunt Chryſoſtom. hom. 17. in Gen. & hom. 49. in Matth. Ambroſ. lib. de fuga ſeculi, cap. 7. Auguſtin. lib. 2. de Gen. contra Manichæos cap. 18. & lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 36. Alchim. lib. 2. in Gen. Marius Victor lib. 1. in Gen. & quod ſic legi poſſit contendunt Picus Mirandulan. in epiſt. Antonius Honkala hoc loco in Com. in Gen. Leo Caſt. lib. 3. Apolog. fol. 358. Martinus Delrio lib. Adag. 6. qui acerrimè hoc defendit, hoſque omnes citat authores. Quod autem ſic legi à quolibet Catholico debeat authore, ipſamque ſummis lectionem apprehendere votis, alterique quæ (ipſe) legit præferre, præter Vulgatæ authoritatem eſt, quod à perfidis, ſternaticiſque mulis impugnatur hæreticis: de qua re vide Delrio vbi ſupra, doctiſſimè contra hos inuehentem, acerrimèque Vulgatæ lectionem defendentem.

Chryſoſt. Ambroſ. Alchim. Victor. Serapion. Cyprian.

Quoad ſecundum autem, infiniti propemodum adſunt Patres, qui per Mulierem ſanctiſſimam intelligunt genitricem. Sic Chryſoſt. Ambroſ. Alchim. Marius Victor, locis ſuprà citatis. Serapion à Lipomano relatus, Cyprianus, qui etiam hoc eleganti comprobat argumento his verbis, *Ponam inimicitias inter te & Mulierem, non dicit, pono, ne ad Euam pertinere videretur, ſed ponam, id eſt ſuſcitabo Mulierem quæ repudiat a facilitate credendi, non ſolum te non audiat, ſed ab ipſo etiam Gabriele deferente verbum, rationem de promiſſorum exigat nouitate.* Epiphan. lib. 3. aduerſ. hæreſ. vbi idipſum ex eo probat, quia ſubijcitur *inter ſemen tuū, & ſemen illius, Nuſquā autē*, inquit, *reperitur ſemen ſolius Mulieris niſi in Maria, proinde non poteſt totum in Euam compleri.* Rupert. lib. 2. de Victoria Verbi Dei, vbi ſic, *Principaliter Beata Virgo Maria, Mulier eſt illa inter quam, & ſerpentem inimicitias ſe poſiturum dixit, & poſuit Deus.* Et tandem, vt vnico dicam verbo, omnes propemodum ſunt Patres, omniſque eorum torrens, qui ſanctiſſimam Virginem per hanc intelligunt mulierem, licet aliqui aut appetitum ſenſitiuum, aut fœminas etiam ſanctas intelligant, at pauciſſimi ſunt, cùm communis illorum ſententia ſit de Virgine.

19\. Virgo ſanctiſſima intelligitur in illis verbis Gen inimicitias ponam &c.

Epiphan. Rupert.

20\. Diabolus ſerpens qui Euam tentauit.

Pererius. Auguſt. Beda. Rupertus. Victorin. Gaetan. Bernard. Cartage.

Ad tertium accedo, per caput nempe ſerpentis originale intelligi peccatum: hoc conſtabit, quia vt innumeri habent Patres, quos refert Benedict. Pererius in Geneſ. lib. 6. diſputation. *qualis fuerit ſerpens qui tentauit primos parentes,* quæſt. 4. per ſerpentem ipſe intelligitur Diabolus, ſic Auguſtin. Beda, Rupertus, Victorinus, Gaetanus, aliique quos ipſe adducit. Pulchrè Bernard. relatus à Cartagena lib. 1. hom. 3. ipſum appellat Diabolum ſerpentem, in vtero homines ſtrangulantem, *Omnes*, inquit, *naſcimur morituri, & tanquam abſorpti naſcimur mortui, quia in vtero matris ſumus à ſerpente ſtrangulati.* Ergo quale eius erit caput niſi originis peccatum? cùm ex communi ſanctorum phraſi, peccatum originis ſæpe caput ipſius appelletur Sathanæ. Sic Iræneus lib. 4. c. 78. Cyprian. lib. 2. ad Quirin. c. 9. Chryſolog. ſer. 173. immo aliqui volunt Auguſtino commune eſſe per caput ſerpentis originale intelligere peccatum, ſic Lecana in libro Apologetico de immaculata Conceptione c. 3. Ioa. Eckius ſerm. de Concep. qui hæc Auguſtini refert verba, *Subiectum eſſe peccato originali eſt caput Diaboli, eo quod principium illud eſt, quo diabolus hominem in ſuam adducit poteſtatem.* Et Bern. de Buſto in Officio de illibata Cōcep. quod approbauit Sixtus 4. deuotiſque recitandum permiſit, vt patet in Bulla quæ in principio apponitur Officij, in ſexta die octauæ lect. 1. ſic ait, *Auguſt. exponens illud Geneſ. 3. ipſa conteret caput tuum, ſic B. Virginem commendat dicens, cùm ſubiectio originalis peccati caput ſit diaboli, tale caput Maria contriuit, quia nulla peccati ſubiectio ingreſſum habuit in animam Virginis, & ideo ab omni macula immunis fuit.* Vbi lectorem admoneo, Buſtum non citare Auguſt. ſuper Geneſ. ſed tantū expoſitionem eius ſuper illa verba, quod alibi ſic, vt Buſtos, ait expoſuiſſe Auguſt. non eſt cur dubitemus. Hoc dixerim ne aliquem ſcrupulus inuadat, ſi apud Geneſim illa nō inueniat. Caput ergo ſerpentis pecc. orig. ſæpe Patres intellexerit, & hoc quidē non incongruè, ſed propriiſſimè: nam cùm etiam ipſum peccatū ſit ſerpēs, vnde Syra. c. 21. n. 2. *Quaſi a facie colubri fuge pecc.* quid erit caput, ſeu initiū huius ſer-

21\. Originale peccatum caput Sathanæ.

Iræneus. Cyprian. Chryſolo. Auguſt. Lecana. Eckius. Buſto.

Eccl. c. 21. n. 2.

pentis, nisi quod initium, & caput extitit omnis peccati ? originale nimirum.

22. Plena de serpente victoria in capitis cōtusione consistit. *Delrio.*

Venio ad quartum, nempe plenam in illis significare verbis victoriam; quod patet, si semel attendamus serpentis naturam, contra quem nunquam plena, & omnimoda extabit victoria, nisi caput conteratur. Morosus essem si in re tam clara euidentique aliquid immorarer. Ad quod respiciens DelRio, vbi suprà, dum prouerbialem in hisce aspicit verbis locutionem, sic ait, *Duplex hic est prouerbialis locutio, prior, conterere caput; posterior insidiari calcaneo; priore significatur velox, & plena victoria, quando malorum primi conatus statim opprimuntur, ita vt nequeant rebellare.* Quod sanctissimus prius Magnus dixit Gregorius, libro primo Moral. cap. 38. dum, inquit: *Caput serpentis obseruare, est initia suggestionis aspicere, & à cordis aditu funditus auertere.*

Gregor. 23. Serpentis caput obseruare, quid sit.

B Ex dictis ergo manifesta remanent quatuor quæ supra adduximus, & non alia minori quàm Patrum auctoritate, ex qua constat, vt vidimus, legendum cum vulgata (ipsa) per mulierem Virginem Sanctissimam intelligi, per serpentis caput originale peccatum, & tandem omnimodam significari victoriam per capitis contusionem. His ergo sic suppositis,

Firmum, constans, & euidens inde elicitur argumentum, Spiritum sanctum in illis verbis primò, & principaliter Mariam Virginem intellexisse, plenam absolutamque de peccato originali, per filij virtutem reportaturam victoriam, non solum quatenus per filium illud ab omnibus, & singulis erat eripiendum; sed quatenus ipsa gratia Dei præuenta, & in nullo sauciata, tale caput erat contritura, disruptura, ac confractura, omnimodam, C perfectamque de serpente reportans victoriam: nam si aliàs prior strangulata (quod horrent aures audire) vnde ipsa victrix? vnde ipsa conterens? nam hoc modo, & de omnibus illud dicere possemus. Nec peculiare erit Virginis encomium, vt omnes sancti fatentur, qui vno conspirant conatu Mariam fuisse mulierem, Mariam caput obtundisse serpentis, Mariam omnimodam de serpente reportasse victoriam.

Ad quorum maiorem declarationem adnoto, non tantum reperiri dictum inimicitias futuras inter serpentem semenque mulieris, sed inter mulierem & serpentem, semenque mulieris, & serpentis semen: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, semen tuum, & semen illius.* Ex quibus verbis peculiare aliquod bellum agnoscunt sancti intercessurum inter mulierem illam significatam per illa

24. Dæmonis bellum peculiare cū Virgine de originali extabat.

D verba, & Diabolum. Da quæso hoc peculiare bellum, de quo dubium esset Sathan de victoria, quod tantum sit Virginis, & non alterius, & nullum reperies nisi originale, venialeque peccatum: nam de originali respectu aliorum nullum illi erat dubium, de actualibus autem sciebat omnes aut mortaliter, aut venialiter saltem casuros; solum ergo de originali & consequenter de veniali, cum sola Virgine contendebat, quia ipsam solam vtpote Dei futura mater, non in illud casuram addubitabat, cùm de cæteris iam securus, sciebat per vnum mortem in reliquos transituram. Cōtra hanc ergo suas exercebat vires, armabat caput, insidiabatur calcaneo, hoc est vltimæ in vtero efformationis, quando iamiam illa sanctissima creanda introducendaque anima, quam inficere cupiens, ac stran-

A gulare, sic conterritus, sic confractus, [illegible] de deuictus tortuosus extitit hic serpe[illegible] put eius sanctissima conterens, vexill[illegible] immunitatis, totiusque supremi super[illegible] candoris. Quapropter egregiè Bernar. [illegible] per Missus est, soli Mariæ hanc esse alte[illegible] victoriam affirmat, quia ipsa sola, quæ u[illegible] intelligitur verbis, erat, vnde inquit, *Quam tibi aliam prædixisse Deus videtur quando ad serpentem ait, Inimicitias ponam inter te & mulierem? & si adhuc dubitas an de Maria dixerit, audi quod sequitur, Ipsa conteret caput tuum.* Vbi valde adnotanda est ratio Bernar. qua Mariam sine dubio fuisse illam fœminam asserit à Spiritu sancto in illis intentam verbis, scilicet quia dictum, *ipsa cōteret caput tuū*, quasi hæc sola, hæc vnica, hæc singularis extitit, quę singulariter, nouoque modo caput contusit serpētis: vnde sequēs erit, *cui hæc seruata victoria*, nem-

B pe totalis de serpente triumphus, *nisi Maria? ipsa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem* (notandum verbum) *tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum.* Cuius equidem perfectè assignans victoriæ rationem subdit, *Quam verò aliam Salomon requirebat cum dicebat*, Prou. 31. *Mulierem fortem quis inueniet? nouerat quippe vir sapiens huius sexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem, quia tamen & Deum legerat promisisse, & ita videbat congruere, vt qui vicerat per fœminam, vinceretur per ipsam, vehementer admirans aiebat, Mulierem fortem quis inueniet?* Nil 25

25 Conueniēs fuit, vt per fœminam vinceretur, qui per fœminam vicit.

melius, per fœminam totalem de genere reportatur serpens victoriam humano: fœmina etiam sit non tantum vir, qui & totalem etiam de eo repor-

C tet triumphum, ipse ad originale, mortale, ac veniale totum genus addixit humanum. sit fœmina, sic fortis, sic omnipotens, vt omnimodè triumphans, nullum contrahendo peccatum, omnino caput eius conterat ipsumque pessumdet, hoc enim & Dei conuenientissimum extitit prouidentiæ, hoc excellens eius sapientiæ medium, hoc tandem insigne eius potentiæ documentum. Hinc merito affirmat Bernard. cum Salomone ad huius victoriæ respiciens triumphum, tale huius excellentis esse meritum fœminæ, vt in terris æquale reperiatur nullum. *Sed ne hoc quæsisse putetur desperando, sequitur subdit prophetando, procul & de vltimis finibus pretium eius, hoc est, non vile, non paruum, non mediocre, non denique de terra, sed de cælo, nec de cælo proximo terris, pretium fortis huius mulieris, sed à summo cælo egressio eius.* Ergo secundùm communem sanctorum expositionem, Maria est fœmina illa à Spiritu sancto intenta in illis ver-

D bis, peccatum originale serpentis caput, totalis victoria immunitas ab omni peccatorum labe. Vide ergo nunc si ex hoc loco ad illibatam de Conceptione Virginis determinandam sententiam non eliciatur ex sensu mystico efficax argumentum? immo efficacissimum.

Secundus locus ex quo hæc elici potest veritas, est ille Canticor. 4. num. 7. nempe, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quem locum ideo ex sexcentis elegi, quia à Patribus, & Doctoribus, præcipuèque à S. Thoma 3. p. q. 27. art. 4. ad probandam ab omni actuali peccato, etiam veniali, Virginis immunitatem assumitur, qui, me iudice, æque etiam, immo amplius de originali etiam conuincit, vt ex dicendis patebit.

26 Secundus Scripturæ locus. *S. Thom.*

Vt vidimus ergo (vidimus dixi, nam ſic quæ diximus clara ſunt, vt, niſi cæcus, nemo ſit qui ea non videat, cùm nullo vſi argumento ſimus, neque authoritate niſi euidenti, conſultò probabilem, & dubiam relinquentes) hanc nunc noſtram opinionem omnes amplectuntur Religiones, & ſi vna tantum deſit, tamen ex illa plures nobiſcum, immo, neſcio an dicam quod intrinſecè omnes ſcolaſtici, omnes etiam ſi non Religioſi, omnes Reges Primateſque, omnes eorum populi, inſuper & ſacrum Tridentinum Concilium, & cum illo omnes Pontifices à Sixtó IV. vſque huc: quis ergo audebit negare hunc nunc totius non eſſe Eccleſiæ ſenſum?

Hoc ergo ſic ſtabilito, antequam ad probandum accedamus quam firmo hic adhæreat fundamento ſenſus, placet hic ad litteram rationem ſanctiſſimi inferre Bernardi, qua doctiſſimi orationem Petri Piſani euincens coram Rogerio Rege ſic eum tacitum mutumque reddidit, vt à ſancta vita eius, prudentia, ſimplicitate, veritatem recognoſcens ſtatim à partibus Pſeudopontificis Petri Leonis ad verum Pontificem Innocentium ſe conuerterit: hic enim cùm poſt elegantem Canonum orationem probaſſet contra Innocentiũ, cuius partes fauebat Ber. Petrum Leonem eſſe verum Pôtificẽ, ſummam eius ſapiẽtiam hac vnica vicit Ber. ratione, vt refert Ber. Bonæuallis li. 2. in vita ſancti ca. 7. *Vna eſt fides, vnus Dominus, vnum Baptiſma, nos neq; duos Dominos, nec geminã fidẽ, nec duo Baptiſmata nouimus: & vt ab antiquis ordiar vna arca tempore diluuij fuit, in hac octo anima, cæteris omnibus pereuntibus, euaſerũt; & quotquot extra arcam inuenti ſunt perierunt. Arcam hanc typum habere Eccleſ. nemo eſt qui ambigat. Arca alia nuper fabricata eſt, & cum ſint duæ, ulteram neceſſe eſt eſſe adulteram & in profundum demergi. Arca quã regit Petrus ſi ex Deo eſt, neceſſe eſt vt Arca quam regit Innocentius obruatur. Peribit ergo Orientalis Eccleſia, peribit Occidens totus, peribit Francia, peribit Germania, Iberi, Angli & Barbara Regna in profundum pelagi demergentur, Religio Camaldulenſis, & Chartuſienſis, & Cluniacenſis, & Grandimontenſis, & Ciſtercienſis, & Præmonſtratenſis aliaque innumerabilia ſeruorum, & ancillarum Dei Collegia neceſſe eſt vt ſub vno turbine corruant in abyſſum, Epiſcopos, & Abbates, & reliquos Eccleſiæ Principes collo præcipiti mola aſinaria ligata pelagus vorax excipiet, ſolus ex Principibus mundi arcam Petri intrauit iſte Rogerius, & cæteris omnibus enecatis ſolus ipſe ſaluabitur; abſit vt totius mundi religio pereat, & ambitio Petri regnum cælorum obtineat.* Hæc Ber. Ex cuius doctrina antequam argumentum deſumam, oportet te recolere quæſtionem de qua nobis eſt ſermo, nẽpè de definitione huius articuli vt nunc ſtat, & vt nunc in ſenſu reperitur Eccleſiæ, vnico ſcilicet, & vniuerſali omnem illam penitus amplectentem, quod nullo modo nunc tergiuerſari poteſt. Quod vſque huc non ſic extabat, ideoque nec de illa in Concilijs actum in ordine ad definitionem: in qua re admirabilis Dei prouidentiæ ſuauitas admirari libet, nunquam ſcilicet antea in cordibus indidiſſe humanis huius definitionis articuli efficax deſideriũ, quàm in eum toti ſint animi totiuſque Eccleſiæ ſenſus. Hoc ergo ſic notato,

Bernard. Bonaeuallis.

Nunc ſic ex doctrina argumentor Bern. vna iſtius articuli eſt veritas hanc noſtram piè nunc tenet Eccleſia præter paucos, ergo aut in naui Petri, quæ infallibilem continet veritatem, nunc tãtummodo illi pauci ſunt, totaquè extra illam Eccl. aut hæc in illa foraſque pauci illi. Maior eſt certa, minor ex dictis euidẽs, ergo conſequentia neceſſaria; *Abſit* ergo, vt cum Bernar. dicam, *vt totius mundi Religio pereat paucique tãtum ſaluentur.* Hîc ſiſto. Nam quę ex his colligere poſſem, quamque admirari vt adſit nunc, qui oppoſitam ſuſtinere audeat conſulto prætermitto, non enim mihi in animo eſt niſi bene de omnibus ſentire; ſolum addam quod ſicut audito Bern. vt inquit idem author, *vltro non ſe poterant qui præſentes aderant cohibere, ſed abominati ſunt & vitam Petri. & cauſam.* Ego etſi contrariorum vitam non abominer, quia ſancta, cauſam tamen recuſo.

84\. *Nefas eſt ab hæreticis hanc aſſumere veritatem.*

Tandem in calce huius diſcurſus adnotare libet, & alicui occurrere, cur ego hunc communem non probaui ſenſum etiam ex inimicis nempè hæreticis, vt aliqui faciũt, immo (ſi Deo placet) ex Mahumeto, in qua re puduit videre eum inter centurias Patrum annumeratum, licet cum ſcommate: rationem affero quia repeti in Euangelio dæmonibus Chriſtum comminantem, imperantemque vt eius tacerent laudẽ Marc. 1. n. 24. *Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene veniſti perdere nos, ſcio quia ſis ſanctus Dei, & cõminatus eſt ei Ieſus dicẽs, obmuteſce & exi de homine.* Et inf. n. 34. *Et curauit multos & dæmonia multa eijciebat, & nõ ſinebat ea loqui, quoniam ſciebãt eũ.* Peiores ſunt quã ipſi Dæmones hæretici, peior quã ipſemet Beelzebuth Mahomet, nolo ab ipſis veritatem, nec vt laudẽt puriſſimam impuriſſimi, Angelicam diabolici, vnde etſi pro contraria à contrarijs afferantur Mathias Illiricus, Tillemannus, Hes Huſſion, & Martius Kemnitius; accipiant etiam & Lutherum, Eraſmum, & tandem impium Mahometum qui pro noſtra afferuntur.

Marc. 1. n. 24.

Ibid. n. 34

§. V.

Quam firmo nitatur fundamento Eccleſiæ ſenſus.

85\. *Fundamenta quatuor quibus innititur Ecc. ſenſus.*

Communem ni fallor aſtruimus Eccleſiæ ſenſum, nunc quàm firmo adhereat fundamento aſtruendum eſt; quatuor autem hæc eſſe poſſunt, traditio Eccleſiæ, Patrum authoritas, veræ reuelationes, veraque miracula, quæ ſi adſint, vt Deo duce probabimus, quatuor his firmata angulis domus inconcuſſa contra omnem ventorum firmiter manebit impulſum. Duo ergo præcipua in hoc §. adducam, traditionem nempè Apoſtolorum, Patrumque antiquorum ſententias; altera duo in ſequenti, reuelationes ſcilicet, & miracula.

Bellarm.

86\. *Regula traditiones agnoſcendi.*

Sed antequam ad traditionem probandam accedam placet adnotare ex Bellarmin. libro 4. cap. 9. de verbo Dei non ſcripto, regulam in ordine ſecundam, in qua tradens modum veras dignoſcendi traditiones à falſis ſic ait, *Quando vniuerſa Eccleſia aliquid ſeruat quod nemo conſtituere poteſt niſi Deus, quod tamen nunquam inuenitur ſcriptum, neceſſe eſt dicere ab ipſo Chriſto & Apoſtolis eius traditum.*

Auguſtò.

87\. *Eccleſia nõ*

Fundamentum huius regulæ euidens eſt, nam vt bene ipſe ait, & probat ex Aug. Epi. 118. Eccl. Dei non ſolum non poteſt errare in credẽdo, ſed nec in

corporis Christi accedentes maledicentur. liter cruciandi recipient, cùm, vt sanctus inquit A
Algerus vbi suprà, *Nil sic Sacramento corporis aduersatur Christi ac luxuriæ fœditas, & macula: vnde sciendum*, ait, *quia agnum Dei sine macula qui Virginis*
S. Alger. *est filius, luxuriosi, & incesti sumunt periculosius.* Cuius rationem assignans sequitur, *Quia enim in Sacramento Christi ei vniri debeamus conformitate Passionis, & munditiæ, nil sic aduersatur Passioni Crucis vt voluptas, nil sic munditia vt fœditas est, nihil sic eius*
38. *vnioni vt fornicariæ societatis vnitas.* Quanto Deo
Passionis Christi nil sic aduersatur vt voluptas. gratum sacrificium isti nunquam præstant, nam illud tantum Deo sacrificium placebat, quod in odorem ascendebat suauitatis, at sacrificium impudicum, horribile, & fœtidum cùm sit, nequaquam in suauitatis odorem ascendit. Pro quo vide cap. 1.
4. Isa. 1.1. Isaiæ ab illis verbis, *Audite verbum Domini.* Ob
Deut. 23. 18. quam etiam causam Deut. 23. n. 18. præcepit Deus prostibuli munus omnino ei non offerri, *non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domi-*
39. Prostibuli merces & pretiũ canis Deus recusabat & cur, in antiqua lege. *ni Dei tui, quidquid illud est quod voueris, quia abominatio est vtrumque Domino Deo tuo.* Notandum illud, *quidquid illud est*, quasi dicat, etiam si ingens sit thesaurus, etiam si valeat, quantumcumque valere potest mundus, &c. Vbi etiam notandum simul posuisse mercedem prostibuli, & canis, vbi per canis mercedem intelligit Iosephus canis mercedem
Ioseph. venatorum, & custodum gregis, qui locabantur ad fœtandum caniculas, vt intelligas in
40. Luxuriosus est canis in eodẽ apud Deum æstimatione. domo Dei in eadem esse luxuriosum, ac canem æstimatione, & bona quę tali medio acquiruntur nõ solum ingrata, sed odibilia quando Deo offeruntur. Nostro sanè tẽpore mirabile quid accidit, nempe
41. Exemplum repudiatæ oblationis ab impudica muliere. vt quędam impudica mulier ad ornandam sanctissimæ imaginem Virginis Mariæ ausa fuerit vestem ditissimam illi accommodare in vno sacro Virginis festo, at vix purissimam illam attigit, quando C sagitta è cœlo ruens turpem incendit vestem, illæsa remanente imagine sacra, & si lignea. Abhorret enim talia dona Deus, detestatur ea, ideoque &
5. præcipit ne ei offerantur. Quintò tandem, sic abo-
Deu. 23.10 minabile hoc est vitium, vt Christiani nominis in-
42. dignus luxuriosus reperiatur. Hinc Deut. 23. n. 10.
Luxuriosus Christiano nomine indignus. fieri præcipiebatur talis extra castra, *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno, egrediatur extra castra, & non reuertatur priusquam ad vesperam*
Gregor. *lauetur aqua.* Quem locum expendens Gregorius Moral. lib. 23. c. 9. ait, *Nocturnum somnium tentatio occulta, qua tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipitur, sed opere non expletur: nocturno somnio pollutus extra castra egreditur, vt qui cogitatione polluitur indignum se societate fidelium arbitretur, & bonorum se comparatione despiciat.* Mirum si de qua pollutione sit sermo attendas, de pollutione enim in somnis, quæ vt plurimum peccaminosa non solet esse, quid D
6. de peccaminosa? Sextum demum est malum, quod
Gen. 38.10 per se ipsum Deus de talibus vindictam sumit, vt Gen. 38. n. 10. de Ona filio Iuda scribitur, *Percussit eum Dominus eo quod rem detestabilem faceret.* Si ergo tanta hoc generat mala peccatum, si à principio tã Deo est abominabile, si cor eius transfigit & vulnerat, si tantus sit eius horror contra hoc vitium vt etiam si aliquando actus eius non peccaminosus vt immundos etiam iudicat, qui illum patiuntur, quomodo Sapientia ipsius cum talibus turpibus, fœtidisque habitabit hominibus? Qua propter benè Sapiens inquit, *& non habitabit.*

DIGRESSIO II.

Vtrum definiri possit de fide Virginem sanctissimam Conceptam sine peccato originali.

OCcasione eius quod Sapiens ait in maleuolam scilicet animam sapientiam non ingressuram, placuit tanquam ad rem natam hanc inserere digressionem de purissima, illibataque sanctis- 1. Huius ratio digressionis.
B simę Virginis Conceptione, cuius anima semper, perenniterque illibata existens, merito sicut in hoc singularis, sic & in illam singularis, peculiarisque sapientiæ extitit ingressus diuinæ: ipsius ergo sanctissimæ Virginis auxilio confisus quæstionem aggrediar, duo in huius quæstionis limine primitus edicens.

Primum, meæ non esse intentionis ex dicendis plus opinioni de illibata Conceptione tribuere quã 2. Authoris animus & intentio circa quæstionem.
ipsa sancta mater nostra dat Ecclesia: in omnibus sanctissimis Pontificum rescriptis obtemperans, cuius definitionem non solum in animo non est præcurrere, sed sic humiliter patienterque expectare, vt si daretur optio certissimum in hac rescire ab Angelo, aut ab ipsa, relicto Angelo sanctam nostram præeligerem Ecclesiam.

Secundum, me non solum contrariam aliqua 3. Eiusdẽ circa cõtrariæ sententiæ authores.
graui non inurere censura opinionem, quia non possum, sed nec si possem: tum quia quod Ecclesia non notat, non est mihi notare licitum; tum etiã
C quia non ignoranter, non futile, non leuiter ducuntur; immò clarè edico non solum me eorum opinionem, quoad intellectum seu sensum, non adnotare, sed neque quoad erga sanctissimam virginem affectum, & deuotionem, cùm hæc, vt inquit Bernardus, nulla alia quàm obsequium sit filij, Bernard.
quod ipsi assequi putant contrarium sequentes, imò magna Altissimi dispensatione factum puto ad maiorem suæ sanctissimæ matris exaltationem, nostrumque profectum, vt alter Thomas de hoc sanctissimæ Virginis Mariæ videatur addubitare stẽmate, ac ille alter sanctissimus Apostolus de Christi addubitauit stigmate. Nam sicut sanctus, inquit Gregor.
Gregor. hom. 26. in Euang. post medium, *Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium* 4. Cõtrariorum oppositio multũ ad gloriam contulit Virginis.
discipulorum profuit. Sic pari modo, plus nobis ad deuotionem, nostræque claritatem opinionis contulit vna aduersariorum contradictio, quàm cæte-
D rorum omnium in illam obsequium, & propensio. Et pari modo sicut nulla sanctissimum Apostolum licet, aut parum deuotionis, aut minoris affectus nota, Christum ergo inurere, quia dubitauit (indignum hoc esset & planè illicitum) sic nec pręclarissimos contrariæ opinionis viros, aliosque doctissimos, mirificeque de sanctissima Virgine benè meritos, erga illam minoris vllomodo licet adnotare affectus, & si vt illam illibatam, ac puram acclamẽt, velint media Ecclesiæ definitione tangere, ac palpare, licet non sint sicut nos beati, qui adhuc non videntes credimus, sperantes fiuem reportare gloriæ nostræ, quæ est ipsa Domina, & mater nostra. His ergo sic statutis

Supponendum, quæstionem propositam tripli- 5.
cem habere posse sensum: Primum remotum, & quæstionis

sensus multiplex.

generalem, ſcilicet, an hæc quæſtio ſit ex illis quæ in A ſe dignitatem contineat definitionis, cùm certo conſtet non omnes Theologicas opiniones in ſenſum cadere definitionis; vnde ſimpliciter ſecùdùm hunc ſenſum erit quæſtio: *An materia huius quæſtionis ſit definitione digna*, ſiue in vnam, ſiue in alteram partem. Secundus ſenſus preſſior eſſe poteſt, ſcilicet an talia in Eccleſia Dei adſint fundamenta, vt ſtando in rigore definitionis poſſit in fauorem Virginis hanc quæſtionem determinare. Tertius verò, an iſta fundamenta, dato quod adſint, ita ſint diſpoſita, vt nullo alio expectato medio, poſſit de facto ad definitionem ſanctam procedere Eccleſiam, & iuxta has triplices accepta quæſtione intelligentias nobis illa definienda erit.

§. I.

B

An hæc quæſtio in ſe dignitatem habeat definitionis.

6. *Hæc quæſtio digniſſimam cōtinet materiam definitionis. Suarez. Vaſquez. Egidius. Soſa. Salazar. Canus.*

BReuiter me ab hac expediam quæſtione pro certo ſtatuendo, digniſſimam illam in ſe materiam continere definitionis. Huius opinionis omnes illi ſunt, qui hanc quæſtionem diffinibilem ſupponunt, ſic Suar. de vita Chr. diſp. 3. ſect. 6. Vaſquez ibidem diſp. 117. c. 14. Egidius tractatu de Cōceptione lib. 3. q. 8. ar. vnico §. 2. Reuer. Soſa Epiſc. Oſſonenſis in epiſtola de hac re ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem. Salazar in tractatu de Conceptione c. 46. §. 6. qui omnes contra Canum lib. 7. de locis Theologicis c. 3. com. 4. illud defendunt.

Primum huius opinionis fundamentum conſtat ex alijs ſimiliter Virginis myſterijs, quæ ab Ec- C cleſia vti de fide definita fuerunt, quibus omnibus non inferius eſt hoc de quo tractamus, vti ſine peccato originali fuiſſe ex vtero natam, ſine omni extitiſſe peccato actuali, & ſimilia: ecce ergo num dignam de fide materiam continebit conceptam eſſe ſine peccato originali? eo vel maximè cùm, vt inquit Suarez, hæc veritas ſit ſupernaturalis, & plurimum ad Chriſtianam pietatem referat, immò eſt de illis quæ ad diuinum pertinent cultum, vt patet in celebratione huius feſti authoritate Eccleſiæ inſtituti Romanæ.

Suarez.

Secundum fundamentum eſt, quia digna defenſionis materia eſſe poteſt dubius ſcripturæ ſenſus, & quomodo ſcriptura intelligi debeat, nam vt rectè ait Canus lib. 12. de locis, *Cum diuina ſcriptura ſenſus fuerit obſcurus, tunc Eccleſiæ intelligentia eadem eſt germana ſcripturæ intelligentia*. Quod etiam D conſtat, exc. per venerabilem qui filij ſint legitimi. Et ex extrauag. Ioan. 22. *ad conditorem*, & ex illa, *cùm quorumdam* de verborum ſignificatione, vt adnotat Azor tom. 2. moral. inſt. lib. 5. & 4. Decalog. Præcepto c. 6. Ergo cùm in hac controuerſia infinita ſint ſcripturę loca in vtramque adducta partē, vtruſque eius ſenſus ignoretur, digna erit deciſionis, & definitionis materia, horum locorum verum ſenſum aperire, & quomodo illa intelligenda ſint ſemel determinare.

Canus.

7. *Eccleſiæ de ſcripturis intelligentia quomodo dubiè eſt vera intelligentia. Azor.*

Tertiò cùm hinc inde ſint Patres, & varię Scholaſticorum ſententiæ, conſtantiſſimè ſingulæ affirmantes ſenſum ſuum eſſe Eccleſiæ patrumque ſenſum, inſuper & multa ex vtraque parte afferantur miracula, ac reuelationes, digniſſima equidem omnia hæc definitionis ſunt materia, & quæ ab Eccleſia definiantur, ad hoc vt legitimus ſimul pateat Patrum ſenſus, verarumque reuelationum.

Quartò denium abſque controuerſia hoc efficitur, quia illud ſanctiſſimi ſupponunt Pontifices in ſuis diplomatibus vt Sixtus IV. Alexād. VI. Pius V. & nouiſſime Paulus V & Gregor. XV. qui omnes aiunt, *Donec articulus huiuſmodi à ſancta ſede Apoſtolica fuerit definitus*; ergo ſupponunt dignum vt definiatur, materiamque dignam definitionis continere.

§. II.

Vtrum Eccleſia ſancta poßit hanc veritatem in fauorem Conceptionis immaculatæ definire.

8. *Aliquorum opinio materialiter iam hanc quæſtionē eſſe de fide. Egidius. Salazar.*

NOn me latet hac noſtra tempeſtate eruditiſſimos aliquos ſcripſiſſe viros non ſolum hanc noſtram opinionem poſſe de fide definiri, ſed impoſſibile, ſemel ad articulum definitionis peruentū vt non ipſa definiatur, cùm æſtiment contrariam non poſſe de fide definiri. Sic Egidius de Concept. lib. 3. quæſt. 8. §. 3. qui latè de hac re. Salazar in eodem tractatu cap. 43. circa finem & alij, ducuntur, quia ſupponunt Phyſicè noſtram opinionem materialiter veram eſſe, quod doctiſſimis confirmant argumentis.

At quia, vt dixi, mihi in animo firmiter hæreat nec tantillum Eccleſiæ præire definitionem: nam quicquid dicatur ex parte noſtra certiſſimum eſt non excedere maioris probabilitatis, ac certitudinis ſcientiam, contra quam determinare poteſt Eccleſia, & rationes quæ adducuntur, non ſunt ita C efficaces, quod ſolum non poſſint, immò cùm antiquitus ante Scotum, ferè omnes eam tenebant Scholaſtici, & putabant quod ſimiliter & Patres, ideo Doctoribus contrariæ ſententiæ idem, quod nunc noſtris ſimiliter viſum fuit, ſcilicet impoſſibile vt contra ſuam Eccleſia aliquid definiret. Quod apertè ait Caietan. in tract. de Concept. quia vt ipſe inquit, *In vtero ſanctorum Patrum noſtra conſiſtit opinio.* Et tamen quàm hoc falſum ſit, præſens determinat Eccleſiæ ſenſus. Et licet non negandum maiori nunc probabilitate, & efficacioribus illud noſtros affirmare authores argumentis, cùm nobiſcum nunc ſancta ſit Romana Eccleſia, non equidem iam ſub obſcuro, ſed reuelata facie: tamē quia ipſa etiam apertè expreſſiſque verbis, ſibi iu- D dicium de hac re reſeruat, liberum ei equidem dandum eſt, nam aliàs verbis tantum illud ei concederemus, re autem negaremus: ideo omnino nihil præcurrens, titulum quæſtionis ſic propoſui rationes tantum afferre ſtatuens, quibus ego conuincor contra aliquos etiam ex noſtris, qui putant, & ſi verum ſit, conceptam eſſe Virginem ſine peccato: tamen cùm quæſtio ſit de facto, & nullum efficax & euidens adſit argumentum, illam definiri non poſſe, quòd quàm falſum ſit ex dicendis patebit.

Caietan. 9. *Antiquorū & pręcipuè Caietani deceptio.*

10. *Opinio affirmans & vera. Caiet. Canus.*

Dicō ergo ſufficientiſſima adeſſe Eccleſiæ ſanctiſſimæ fundamenta ad definiendum de fide Virginem ſanctiſſimam Conceptam abſque peccato originali. Hæc aſſertio eſt contra Caietan. in 2. tom. opuſc. tr. 1. cap. 5. Et Canum lib. 4. de locis c. 4. & lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. ducuntur, quia putant noſtram opinionem eſſe contra Canones generales ſcripturæ, & Patrum torrentem, quodquàm fal-

pulſum, cùm antequam eam Virgo reciperet, iam peccatum non erat. Ergo verè nec poterat dici quod eſſet redempta; quòd ſic tenet ſanctus abſurdum, vti reuera eſt, vt potius velit quod dicatur conceptam eſſe in originali, quàm Chriſtum illa gloria priuari; quod equidem omnes nos dicèremus ſi alius non eſſet modus illam opinionem abſque Chriſti redemptionis præiudicio defendendi. Pro noſtra ergo eſt D. Thomas, ſicut Caterinus, Viguerius, Vtinus, & Thaulerius citati à Iuſtiniano vbi ſupra §.18. Quibus addendum, vt inquit Sobrinus in tractatu de Conceptione, Vincentius Valuacenſis, Hugo Cardinalis, Robertus Holeth, Guillelmus Pipinus, Sanchus Oporta, Aloyſius Granatens. Ioãnes de la Penna, Lopes Monopolitanus, Aloyſius Cabrera, immo Enriques tom. 1. Sacrament. lib.3.c.11. affert Sotum, & Mãtium, & Pater Oieda è ſocietate Ieſu in ſua de Conceptione informatione refert Raymundum, Sanctum Vincentium Ferr. Abrahamum Biſcouium, Mauritium de Villa probata. Quibus addendus Holkot in hunc Sapientiæ librum lect.160. litt.c. vbi expreſſè affirmat Virginem ſine peccato originali conceptam, licet teneat per emundationem ſeminis antequam conciperetur, quod omnino falſum. Quæ opinio ſic communis olim in hac ſacra extitit religione, vt in eius manuali refert Sobrinus & Oieda Hiſpali impreſſo anno 1524. in vltimo cap. de contraria talia dixerit opinione, *Ordo Prædicatorum ſuſtinuit huiuſque opinionem quòd beata Virgo fuit concepta in originali, ſed de hoc non eſt curandum, cùm ſit materia nullius vtilitatis, & valde ſcandaloſa, præſertim cùm tota fere Eccleſia, cuius vſus, & authoritas ſecundum B. Thomam præualet dicto Hieronymi, & cuiuscumque alterius doctoris, iam aſſerat quod fuit præſeruata.* Immo in Martyrologio eiuſdem ordinis Salmanticæ impreſſo anno 1579. approbato à Magiſtro Ioanne Gallo, & ordine Reuerẽdiſſimi Generalis Seraphini Caualli recõpilato, hæc aſſeritur feſtiuitas. Prætermitto modernos, & qui adhuc extant, qui, vt inquit idem Iuſtiniaous, hanc populo prædicarunt opinionem, eoſque qui pro viribus, vt eam omnino amplecteretur contrariam ablegarũ à ſua procurarunt Religione, vti fuit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Pater Aloyſius Aliaga Philippi 3. Hiſpaniarum Regis meritiſſimus Confeſſor, & Generalis Hiſpaniarum Inquiſitionis digniſſimus Præſes. Vade nunc lector, & dum hæc audis & inſpicis, iudica, ſi potes, aut minus deuotionis erga ſanctiſſimam Virginem extare, aut alicui ex reliquis religionibus plures tribuendas in hac re partes, quàm huic ſacratiſſimæ, licet imperitum aliter cenſeat vulgus, aut imperitè, ſeu, vt melius dicam, imprudenter aliqui ex eadem familia (& non equidem ex primis) anſam huic prebuerunt phantaſiæ.

A B C D

Caterin. Viguer. Vtinus. Thauler. Sobrin. Valuac. Hugo. Robert. Holeth. Pipin. Oporta. Granata. Penna. Lopez. Cabrera. Sotus, Mantius Raimũd. S. Vinc. Ferr. Biſcouius, Villa probata Holkot Sobrin. Oieda.

68. Opinio de immaculata Cõceptione communis antiquitus apud Dominicanos *Iuſtinian.*

Hinc licet colligere quàm innumeri ſint ex reliquis religioſorum familijs, qui conſtanter hanc aſſerãt opinionem, cùm tanti ſint ex Dominicana, vnde ex illis vix qui contrariam teneãt reperitur.

69. Carmelitana familia pro nobis. *Baccon Martin. Incognit. Lezana.*

Quapropter ex Carmelitana ſunt Baccon in 4. d. 2. q. .. 1. Franciſcus Martini, Anguianus, aliàs Incognitus, Manticenus & alij quàmplurimi inſignes Theologi, quos refert Lezana eiuſdem Ordinis in Apologia pro immaculata Conceptione cap.2. affirmans anno 1306. trecentis & amplius abhinc annis in Capitulo eiuſdem Ordinis in Gallia celebrato, mandatum vt hoc feſtum pro toto celebraretur Ordine, immo quod Baccõ vbi ſup. art.4. affirmat ab antiquis temporibus Romæ præſentibus Cardinalibus in eorum conuentu hoc feſtum colebatur, cuius verba ſunt. *Et hoc publica, & diuturna conſuetudine, & hæc durauerunt tempore multorum Pontificum vſque in præſens tempus, & conſtat quod tanquam diuturnam, & veterem ſolemnitatem bene nouerant.* 70. Romæ quã antiquè hæc celebrabatur feſtiuitas.

71. Auguſtiniana etiam. *Egidius.*

Ex Auguſtiniana etiam familia quàm plurimi recenſentur à viro doctiſſimo huius noſtræ ætatis Egidio eiuſdem familiæ lib.3. q.1. §.2. qui (ſit ſine inuidia dictum) exactiſſimè hanc, & rectiſſimè tractauit quæſtionem, ipſe enim ex ſuis citat Argentinam in 3. d. 3. Carnotenſem, qui floruit anno 1080. annis centum & octoginta ante ſanctum Thomam, & alios quàm plurimos, tum ex eius familia, tum ex reliquis, qui omnes ad ſummam aſcendunt ampliorem quàm centum & triginta. *Argẽtin. Carnot.*

72. Et Ciſtercienſis. *Bloſius Lorca Hector Pintus.*

Stat etiam pro Ciſtercienſi familia Ludouicus Bloſius in dictis aureis ſanctorum c. 5. & nunquam ſatis laudatur Magiſter Lorca in 1. 2. q.81. ar.3. ad iſtos pro Hieroſolymitana addendus Hector Pintus in c.14. Ezechiel.

73. Et Hieroſolymitana.

74. Et omnis ſtatus regulat s 1. Theatini.

De ſtatu monachali progredior ad regularem, in quo audeo dicere nullum penitus extitiſſe, qui contrarium vnquam ſenſerit, & qui aut typis hanc noſtram opinionem non mandauerit, aut verbis eam ſummiſque non inclamauerit votis. Sic reperio in præclara clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Religione inter mille typis eam mandaſſe Ghiſlerius in Cant. c.1. vers. 6. in 4. expoſition. Vincentius Silibert. in lib. de Ciuitate Dei, & præcipuè in Pſal. *Magnus D…*, vbi diffuſè, Paulus Aretenſis Tortonæ Epiſcopus in libro cuius titulus *ſacrate impreſ.* & in alio cuius titulus, *tribala…ionis leccio…s* Benedictus Mandinus in duo 1. capita Hierem. ſuper illa verba, *Virgam vigilantem ego video.* Prætereo viros qui eam è ſuggeſtu inclamarunt, omnes in prædicatione ſtrenuos, in ſanctitate ſummos, vti Paulus Toloſa Bouinenſis Epiſcopus, Placitus Mirtus, & alij quàm plurimi, vt interim meum taceam fratrem Petrum nempe Antonium eiuſdem ſanctiſſimæ Religionis Prædicatorem, qui quàm huic addictus fuerit opinioni ipſa eius quæ apud me ſunt ſcripta teſtantur. *Ghiſlerius Silibert. Aretens. Mandin. Paulus Toloſa. Mirtus. Petrus Antonius*

75. Secundò & Ieſuitæ. *Salazar.*

Venio & ad præclaram Ieſu Societatem, quæ etſi in omnibus theologicis quæſtionibus inſignem mereatur coronam, in hac verum ſit dicere quod ſummam, nec minoris eius eſt laudis præclaros illos ſuos decem Patriarchas huic opinioni ſic fuiſſe addictos, vt omnes vno ore tanquam ſacramento aſtricti eam profiterentur, nec vnus ex ea, qui vel leuiter quidem contrariæ vnquam ſuſpicionem admiſerit, reperietur; quadraginta ex illa doctiſſimos numerat viros Pater Salazar in eius quem ſcripſit libro de Conceptione cap. 43. in ſeculo 16. poterat ſiquidem & quadringentos, cùm omnes (nemine excepto) qui typis ſcripſerunt, aut verbo docuerunt, eam tenuerint, amplexatique ſint, breuitatis cauſa eos prætermitto, vide apud ipſum.

76. Tertio & authoris.

Meam prætereo religionem vt pote adhuc vix è faſcijs egreſſa; vnum tamen dico ex multis viris doctrinæ qui in ea iam ſunt, quique ad fœtus parturiendos iam accinguntur, nullum extare qui huius non ſit opinionis, nullum qui huius non educetur lacte.

77. Academiæ omnes noſtrã amplexatæ ſunc opinionẽ;

Deuenio ad orbis præclaras Academias, & Collegia, hanc enim paulominus annis abhinc ducentis Pariſienſis amplexata eſt illuſtris Vniuerſitas, hanc Louanienſis, Salmanticenſis, Complutenſis,

A Conimbricensis, Ossunensis, Valentiana, Hispalensis, Leridensis, & Barcinonensis, & si quæ alia in orbe existit terrarum, illam totis defendit viribus, totis amplectitur visceribus. Ex quo licet colligere quòd non solum scholastici, tum ordinis monachalis, tum regularis, sed omnes etiam sæculares, ac docti viri eam amplectantur: ex quo fit vt etiam omnes Parrochi, omnesque Ecclesiarum dignitates: nam, vt benè inquit Iustinianus, cùm ex istis

Iustinian.

graduati assumantur fere omnes, & hac ab incunabulis imbuantur doctrina, euenit vt omnes eam teneant, profiteantur ac edoceant; vnde meritò hoc Ludouicus considerans Blosius vbi supra, non satis admiratur adhuc aliquos inueniri qui eam non amplexentur, *Modo, ait, in orbe Christiano Catholici secuti sunt ipsam Romanam Ecclesiam, festum illud iam olim receptum, alacri lataque deuotione celebrant, recolentes exordium nostræ fœlicitatis,* B *quando scilicet nobilissima anima Maria à Deo creata, & ipsius sanctissimo corpusculo citra originalis culpæ contagionem infusa fuit: quapropter mirum sane est adhuc in nostro æuo inueniri aliquos, qui in hac parte non satis illuminati puritatem Conceptionis eiusdem beatissimæ Virginis vocent in dubium, & suam opinionem in ea re obstinatius tueantur.*

Blosius.

78. Mirandum cur nunc aliqui ad sinsqui eam non amplectantur.

Omnes ergo eam amplectuntur scholastici, vt vidimus, omnes religiones, omnes Vniuersitates. Quid ergo nunc remanet super, nisi vt dicamus & omnes etiam Dynastas, Reges, Imperatores, omnesque demum Principes cum omnibus suis populis, omnes enim isti eam amplectuntur: de qua re videndus est Pineda in aduertentijs ad priuilegium Ioannis 1. Regis Aragoniæ aduert. 16. & Oieda in sua informatione c. 8. & vt aliqua hîc dicamus, C illam totis est amplexus viribus Imperator Emanuel, vt refert Theodorus Balsamon in suis Commentarijs tit. 7. cap. 1. illam omnes Hispaniarum Reges, vt Sismandus, Sindasuindus, Bamba, Iamnes, Ioannes 1. Rex Aragoniæ, sicut & secundus. Ferdinandus, & Elizabetha, Carolus V. Philippus II. & tandē tanquam ex hæreditario iure Philippus III. eius filius, cuius pietatis præclarū apud Illustrissimam Dom. Ioannam de Pernestan Villæ hermosæ quæ dicitur Ducissa, extat testimonium, quòd vidi, summaque inspexi deuotione, in dorso enim sanctissimæ imaginis Conceptionis à pijssimo Rege illi præstitæ, manu ipsius hæc reperiuntur obsignata verba. *Hac est virga in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.* Philippus S. id est seruus, quam sanctissimam imaginem illi D contulisset, eaque in firmissimum suæ opinionis documentum præstitisse mihi retulit ipsa Ioanna Ducissa. Addam & Galliæ Reges omnes, de quorum deuotione in hanc nostram non est addubitandum opinionem, cùm Parisienses sint patroni scholæ, in qua hæc defenditur, ac singulariter propugnatur sancta opinio. Hinc ergo est quod verè Pineda dixerit, *Quod à primis Ecclesiæ sæculis nullus fuit Imperator, nullus Rex, nullus Princeps, nullus vir sanguine, & statu illustris, qui hanc piam, hanc sanctam de immaculata Virginis Conceptione opinionem non sit professus.*

Pined.
Oieda.
Balsam.
Pined.

79. Pro nobis etiam sunt Pontifices & Concilia.

Ad sensum deuenio Conciliorum, summorumque Pontificum, vt nihil ad hunc communem probandum desit sensum; multi illud probant ex nomine *immaculatæ*, quod in pluribus inuenitur Concilijs Virgini tributum, vt in 3. Synodo Gener. vt refert Photius Patriarcha Constantinop. in Epist. de septem Synodis ad Bulgariæ Principem. Similiter in 6. Synodo Generali in epist. Sophronij Mariam dicitur sine labe fuisse, vbi marginator aduertit sermonem esse à labe originali. Septima etiam Synodus quæ fuit 2. Nicex act. 3. hoc etiam Virgini tribuit nomen; refertur etiam Cantuariensis, & aliæ, vt in recentioribus est videndū. Ex quo nomine quia vim habet negatiuæ vniuersalis, putant authores illa Concilia huic multum fauere opinioni, sit vt desiderant. Duo tamen ego inuenio explicitè huic nostræ absque controuersia fauorem præstare opinioni. Primum Basiliense anno 1439. quod licet quoad hanc partem non sit legitimum, tamen ex authoritate Patrum, & sanctorum qui in illo astiterunt, vt refert Pius 2. in sua Europa c. 42. in quo præfuit Cardinalis Aloysius Aleman Arelensis Episcop. qui post ipsum miraculis coruscauit Concilium, vt refert Guido Papa decis. 44. immo Iacobus Meyerus in annalibus Belgarum affirmat Nicolaum V. anno 1449. ipsum in sanctorum retulisse numerum, magnam habet in re opinabili æstimationem, & licet quoad articulum non faciat definitionem, tum quia non legitimum, tum quia (mea sententia) nec ipsum tunc eam definire intendit, quod notandum, nec hoc sine Dei Sacramento: noluit enim Deus sanctissimus sanctissimæ suæ genitricis arcanum gloriæ, vt Concilium illegitimum quoad definitionem attentaret tantum, indignum maiestati tanti Sacramenti reputans vt ab illegitimo determinaretur Concilio: tamen nullomodo negandum ex illo hunc vniuersalem Ecclesiæ non posse colligi sensum, cùm Patres in illo congregati hanc opinionem vt piam, *Cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæque rationi, & sacræ scripturæ consonam esse intelligant.* Sed hunc communem Ecclesiæ sensum nullum exantea actis Concilijs sic vt sacrum œcumenicum declarauit Tridentinum, sess. 5. decreto de peccato originali, quod Concilium cùm sine dubio totam Ecclesiam tunc repræsentabat Catholicam, & omnes in illo Patres affirment non esse suæ intentionis Virginem comprehendere in decreto peccati originalis, sed obseruandas constitutiones Sixti 4. apertè dicunt; ipsos etiam piè hoc credere mysterium, immo amplius quid ex illo deducitur decreto, nempe ab eo definitum omnes scripturæ generales locutiones non necessario Virginem includere, sed posse ab illis excipi vti ipsum pro tunc probabiliter illam excipit. Ergo generalis Ecclesiæ sensus tunc piè hoc credidit mysterium, hoc amplexatus est sacramentum, quod tantum nunc elicere intendo.

Photius.
Sophron.
Pius 2.
Guido Papa.
Meyerus

80. Tridentinū piè credidit hoc mysterium, & à generalibus locutionibus virginem exemit sanctissimā.

Venio ad Pontifices. Ex his à Sixto IV. (qui floruit prope annum 1471. centum & quinquaginta quatuor ab hinc annis) omnes qui posthac fuerunt excepto Pio 3. Marcello 2. Vrbano 7. qui paucis vixerunt diebus, omnes inquam, nemine excepto, huic impensè fauerunt opinioni, sic reperio Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. Pium IV. & supra omnes Pium V. Gregorium XIII. Sixtum V. Gregorium XIV. Clementem VIII. qui omnes simul cum gratijs ab ipsis concessis hanc colentibus festiuitatem continuata serie à recentioribus connumerantur, & præcipue à Reuerendissimo Sosa vbi supra, quibus vltimo annectendi sunt Paulus V. & Gregor. XV. de quorum diplomatibus inferius redibit oratio.

Vt

27. Spiritus sanct. finis primarius in lib. canticorum.

Sed primo stabiliendum est in lib. Canticorum iuxta communem Patrum sententiam, finem Salomonis primarium extitisse, nuptias, amoremque inter Christum, Ecclesiamque canere, ita tamen vt quodlibet eius peculiare membrum non excludatur, hoc est pia anima, & inter has quæ principem teneat locum sit beata Virgo; hoc doctissimè probat Del Rio in sua Isagoge ad Cantic. cap. 3. Hinc factum vt de beata Virgine integrum aliqui in hunc scripserint librum commentarium, vti Guillielmus Paruus, Honorius Augustodunensis in sigillo Mariæ, Rupertus Tuitiensis non paucis libris, Alanus de Insula, Hailgrinus Cardinalis, & alij quos numerat del Rio vbi supra. Ergo ex hoc dicto remanet firmum, indubitatumque, primarium in hoc Spiritus sancti libro sensum de Ecclesia esse, secundarium de ipsa Virgine, ita vt quod Ecclesiæ semel dictum conueniat, simul & ipsi Virgini, absque vlla dictum dubitatione asseratur. Quod argumentum doctissimè, & perquam eruditè continuato prosequitur Hylo Gisterus.

Del Rio. Guilliel. Paruus. Honorius Augustodunens. Tuitiensis. Alanus. Hailgrinus. Gisterius.

Hoc ergo supposito, iuxta hunc duplicem nobis exponenda sunt verba sensum, vnde primò videndum, in quo sensu iuxta communem Patrum sententiam hæc quadrent Ecclesiæ verba, vt inde eliciamus secundò quomodo Virgini.

At prius videndum, an hæc verba de Ecclesia intelligenda sint triumphante, an de militante: nam multi ex Patribus illa de triumphante intellexerunt, vt Hieronymus lib. 3. aduers. Pelagian. Augustin Retractation. libro 1. cap. 19. & lib. 2. c. 11. Beda super hunc locum. Bernard. serm. 38. in Cant. in finem, & alij. Quod & si verum sit, nulli tamen dubium esse potest quòd principalius de militanti intelligi debeant. Nam vt bene aduotat Guisterius, non sponsæ dicitur quòd erit, sed in præsenti, *Tota es pulchra*, vnde sermo est de pulchritudine præsenti non futura. Ob hoc quamplures etiam Patres illa de militanti intellexerunt, sicidem Hieronymus lib. 8. in Ezech. Augustinus vbi suprà, & lib. 5. de Baptism. contra Donatistas, Theodoretus hic, Iustus Orgelitanus, & alij.

Hierony. Augusti. Beda. Bernard. Guisterius

28. Verba Cātic. supra adducta intelliguntur de Ecclesia militanti.

Hierony. Augusti. Theodore. Iustus Orgelitā.

29. Ecclesia militans quomodo dicatur tota pulchra.

Hoc ergo supposito, videndum quomodo Ecclesiæ militanti hæc conuenire possint, cùm multæ, grauesque in ea reperiantur maculæ. Aliqui dicunt hoc intelligi per synecdochen, quatenus iustos & sanctos continet, & perfectos. Sic Sotomaior hîc, cui accinit Guisterius, hæc intelligens de consensu singulorum statuum quibus Ecclesia componitur, deque perfectis in singulis statibus personis. Alij, vt Salazar, hæc intelligunt de emundatione peccati originalis per baptismum, qua ablutus vt sit antequam Ecclesiæ quis fieri membrum necesse est; ex quo fit vt sic Ecclesia considerata in renatis pulchra sit, & absque omni ruga. Quod confirmat ex illo ad Ephes. 5. scilicet, *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta, & immaculata.* Nam ait ad hunc locum Salomonis respexisse Paulum, qui in eluis per Baptismum complectur, cuius signum, nam præmittit Apostolus, *Vt illam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ*: quam expositionem quàmplurimorum affirmat esse Patrum: omnes expositio-

Sotomayor. Guisterius Salazar. ad Ephes.

A nes optimè, & vltima suprà cæteras accipio, tum authoritate Apostoli, tum Patrum, tum ratione. Nam vt sic accepta militante Ecclesia, verè & propriè est sine ruga, & macula, omnis expers peccati tum originalis, tum actualis, siue mortalis, siue venialis.

Ex dictis ergo vnum euidenter colligitur in omnium Patrum expositione, siue de triumphante, siue de militante dictum sit Ecclesia, verba illa intelligi debere de totali ac omnimoda pulchritudine, sine vlla penitus macula. Quod patet ex illa dictione *Tota pulchra es*, vbi verbum illud totum, plenitudinem significat pulchritudinis, nec augmentum, aut diminutionem admittens: nam plenum idem significat quòd omnibus numeris absolutum. Vnde Baldus Conf. 295. n. 3. vel 4. ait quod *plenum dicitur cui nihil potest* B *addi, & à quo nihil potest minui: vnde quando facultas conceditur pleno iure, intelligitur integrè sine diminutione.* Ergo dum sponsus de Ecclesia totalem asserit pulchritudinem, de perfecta, integra, absolutaque intelligit. Et insuper notandum, vti diximus, sermonem hic esse non de futura, sed actuali pulchritudine, & emundatione, ita vt non intelligantur verba de Ecclesia mundanda, sed mundata, non extergenda, sed extersa, de qua verè & propriè dicitur quòd tota pulchra sit, sine macula, & ruga.

30. Plenū quid significat.

Baldus.

De Ecclesia ergo militante sic acceptis Salomonis verbis, ad Virginem nūc translatis, ex multorum Patrum opinione, æque illa de Virgine intelliguntur, ac de Ecclesia. Sic Guillielmus, Honorius, Rupertus, Alanus suprà citati. Videatur Hugo de sancto Victore sermone 9. institut. Mon. & in festo Assumptionis, qui est in fine C tum. 2. operum eius.

Guilliel-mus. Honorius Rupertus. Hugo de sancto Victore.

Intellecto autem hoc loco de Virgine, simulque stabilito, de ipsa etiam æque principaliter Spiritum loqui sanctum, cùm constans sit opinio Doctorum aliqua scripturæ loca plures sensus litterales simul habere. Sic Augustin. 2. Confess. cap. 30. & 31. 1. super Genes. ad litt. cap. 19. & 30. de doctrina Christiana c. 27. S. Thomas 1. p. quæst. 1. art. 10. & quæst. 4. de poten. ar. 1. Lyra in prologo 2. & 3. Bibliorum, & Burgens. additione 2. ad ipsos, Driedo 2. de dogmatibus c. 2. Sixtus Senens. lib. 3. Biblioth. & alij, quod clarè etiam patet ex Psal. 2. in illis verbis, *filius meus es tu.* Quem locum Apostolus ad Hebræos 1. ad litteram de externa Christi generatione intelligit, & Act. 13. de eius resurrectione. Nūc videndum superest quomodo de ea intelligendus, an scilicet possit verificari si cum macula intelligatur originalis, an necesse sit ad D hoc vt de Virgine exponatur, vt prorsus sine omni macula ipsa concipiatur.

31. Aliqua scri. pturæ loca plures continent sensus litterales.

Augusti. S. Thom. Lyra Burgen Driedo. Sixtus Senens.

Hoc secundum apud me sic euidens est, vt ni fallor nulla possit tergiuersatione eludi, si semel quæ dicta sunt de Ecclesiæ sensu, sincero applicentur affectu. Nam cùm translatio, & similitudo de Ecclesia ad Virginem, intelligi debeat de illa pro vt mundata, sancta, sine vlla ruga, aut macula, ita vt hîc & nunc; sic Ecclesia concepta ad Virginem transferri debeat & puritati apponi, pulchritudo pulchritudini, illibatio illibationi, cùm actu Ecclesia sine ruga, sine macula concipiatur, tota pulchra, & hoc Virgini applic[illegible] inquacumque differentia tēporis, quomodo tota pulchra si cū macula?

Dixi in quacumque differentia temporis, quia

non solum affirmatiuè de ea dicitur quod sit tota A pulchra, sed etiam negatiuè non esse maculatam, *Et macula non est in te*, quæ est negatiua vniuersalis omne tempus negans, vt egregiè de hoc Cardinalis Tuscus tom. 1. Concil. 26. num 13. fol. 878. dicens: *Quod negatiua vniuersalis omne tempus negat, quia fortior est ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmandum, ideo excludit omne tempus quod excogitari potest.* Inmmò num. 5. addit, *Quod negatiua trahitur ad omnia quæ procedunt quoquo modo ex facto negato.* Ex quo deducitur quòd dicta propositio non solum omne tempus excludit, sed etiam omnem penitus maculam, nam etiam *sine macula*, propositio sit indefinita, sensum constituit vniuersalem, qui nunquam etsi in minimo lædi potest. Nam constans apud Iurisperitos est conclusio, quòd si vniuersalis negatiua in minimo deficiat omnino B falsa constituitur l. si is qui ducenta §. vtrum. ff. de rebus dubijs. l. 2. §. finali ff. de verborum obligation. Carolus Ruyn Cons. 49. num. 6. & 7. volum. 2. Crauerius con. 809. volum. 5. & Tuscus vbi suprà. Ergo cùm Ecclesia semper & in quacumque differentia temporis fuerit sine macula, pari modo de Virgine asserendum, in quacumque differentia temporis etiam sine macula extitisse.

Tuscus.
32. Negatiua vniuersalis omne tempus negat.
33. In nullo deficere debet vt sit vera.
Carolus Ruyn. *Crauer.* *Tuscus.*

Effugium.

Dices, bene Virgini quadrare illa posse verba etiam si in peccato concepta sit originali, sicut Ecclesiæ, cui adaptantur etiam, si concipiatur à peccato emundata originali, immò si æque res cōparanda, sic deberet esse, vt patet.

Precluditur.

Eluditur hoc effugium manifestè, nam iuxta omnes suprà allatas expositiones, sic Ecclesia militans pulchra intelligitur, vt nulla nec præterita C in ea intelligatur macula. Nam si iuxta priorem expositionem intelligas, id est per synecdochen, quatenus de singulis perfectis personis, certissimè illud verificatur, quia virgo inter illos intelligitur sine peccato originali, nam cùm omnes, quantumuis sancti, non tamen sine originali extēt labe, immò cum venialibus, omnimodè tota actu pulchra Ecclesia, nisi in illa ponas saltem aliquam quæ vlla sit peccati contagione aspersa, intelligi non poterit. Omnimodè ergo erit pulchra, omnimodè sine ruga, & macula, nam verè, & propriè in vna verificari potest propositio, nempe in Virgine.

Hoc etiam non minus in secundo patet sensu, namqui cum peccato originali sunt, adhuc non sunt de Ecclesia, neque eius membra, ergo verè, D & propriè, vt sic dicamus, peccatum originale extra Ecclesiam concipitur, & Ecclesia vt sic, sine vllo prorsus peccato originali, nec quidem præterito. Nam qui eum contraxit cum eo existente extra Ecclesiam dicitur, nulloque prorsus modo Ecclesiæ membrum. Ergo quando in Ecclesia eiusque membrum iam purus est, mundatus, omnique labe extersus, ita vt in nullo temporis instanti dici possit vt in Ecclesia fuerit cum labe originalis, à quo postea mundatus, etiam si vt mundandus ad eam accesserit. Ergo quando Ecclesia tota pulchra dicitur, concipi debet sine vlla macula, tam præsenti quàm præterita, tam originalis quàm actualis peccati, nam hîc & nunc hoc membrum Ecclesiæ, vt iam eius membrum, nunquam intra Ecclesiam originale habuit, vnde nunquam, & in quacumque differentia temporis valebit dicere quod Ecclesia fuerit contaminata, sed semper A pulchra, semper ab omni præseruata labe, hoc enim modo exemplum Virgini applicandum, sicque intelligenda sunt verba suprà allegata, quomodo graues & perantiqui senserunt Patres & Doctores: sic Idiota in contemplatione Virginis cap. 3. hunc intelligit locum dum ait, *Tota pulchra Virgo gloriosissima, & macula non est in te, tota pulchra es in tua Conceptione, ad hoc solum effecta vt templum esses Altissimi.* Et infrà, *Tota igitur pulchra es Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquam fuit, nec erit.* Sic etiam aliqui contendunt ad hunc locum respexisse D. Iacobum in sua lyturgia, *Dum omnibus modis irreprehensam* hanc nominat Virginem, & Diuum Marcum quando B in sua eam dixit *immaculatam.* Et Canon Æthiopum, & lyturgiam Græcorum, quando, similiter eam immaculatam dixerunt. Quæ omnia videre licet in Bibliotheca Patrum in tomis de hac re, immò Galatinus lib. 7. de arcanis cap. 4. docet hæc verba inter Hebræorum Magistros constantiss. accepta fuisse de Matre Messiæ, ac per illa immunitatem ab originali significari; sed de hac re fides sit, apud authorem. Inter recentiores autem propè modum infiniti sunt, qui hæc verba de Virgine intelligunt quatenus sine originali concepta; præcipuè Alex. Alens. in libello quem de pura Conceptione morbo correptus conscripsit. Hic Doctor, qui ab hinc quadringentis propè scripsit annis, in 3. dist. 3. quæst. 9. sententiam de immaculata tenuit Conceptione, quam cùm mutasset, pararetque contrariam di- C ctare, morbo subitaneo percussus in meliorem ipsum redegit sensum, ita vt ab eo recreatus libellum de pura Conceptione super hæc edidit verba, cui sententiæ sic deinceps extitit addictus, vt referant in hæc animam exhalasse verba, *Maria Domina mea, tota pulchra es & formosa, & macula originalis aut actualis in te nunquam fuit.* Huius miraculi, nec non & libri ab Alexandro editi mentionem faciunt Guillelmus Borillonius in 3. d. 3. Bern. de Bustos serm. 4. de Concept. Palbartus in lib. 4. stellarij. Mauritius de Villa probata, de corona serm. 5. Cuecarus in 2. part. Elucidarij. Ioann. de Celaia in 3. dist. 3. In hunc etiam sensum hæc verba accipiunt Dionys. Cartus. de Virginis excellentia, Gerson in vno, atque altero serm. de Concept. Prætermitto nouissimos D huiusque Doctores ætatis, nam infiniti, ita vt hîc, & nunc propè modum dici possit, quod tota ferc Ecclesia hæc de sanctissima & illibata Dei genitrice, immaculata Cōceptione accipiat verba; ergo cùm sic sentiant antiqui, sic moderni, sic nunc totius ferme Ecclesiæ sensus, perspice an sit irrefragabilis hic locus authoritatis, ad Dei genitricis illibatam probandam Conceptionem? & an si nunc quis calculum in Concilio laturus, non ex illo efficax erueret argumentum, ad illum pro Conceptione ferendum?

Idiota. *S. Iac.* *S. Marc.* *Galatin.*
34. Alexander Alēsis percussus infirmitate quia opinionem de sanctissima Concept. mutauerat.
Borillon. *Bustos.* *Palbart.* *Villa probata.* *Cuecar.* *Celaia.* *Cartus.* *Gerson.*

Effugium.

Vnum superest, vt occludamus cauillum, quo occluso nil aliud remanet super. Nam quis nimis insolens dicere posset, illud etiam & verificari posse de qualibet pia anima, nam cùm hunc locum multi ex Patribus etiam de fideli accipiant anima, pari modo, sicut de Virgine illud asseritur, sic etiam & de qualibet anima sancta, vnde dici posset eadem

extitisse puritate ac ipsam Dei Ecclesiam.

Præcluditur.

Pudet sanè respondere. Ergo æqua lance ponderandum cuiuslibet sancti meritum ac Virginis, & non singulariter aliquid Virgini tribuendum quod nemini? & quasi comparatio sit hoc casu Virginis cum Ecclesia, Patrum non fulciatur authoritate, & præclaris, innumerisque authoribus, & æquè leuiter dicatur, ac leuissimè diceretur, immò hæreticè, de qualibet alia anima, vide indignam responsione obiectionem iudicans, ad tertium gradum facio scripturæ locum.

35. Tertius scripturæ locus. S. Thom.

Tertius locus sit hic nostri Sapientis, de quo nos actu tractamus, nempe, *In maleuolum animam non introire sapientiam, nec habitare in corpore subdito peccatis.* Quem locum pro Virgine assumit sanctus Doctor 3. part. quæst. 27. art. 4. ad probandam eius ab omni actuali peccato immunitatem, vbi inter cætera argumenta ex hoc loco vnum sic deducit, *Tum etiam quia singulari* B *modo Dei filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitauit, non solum in anima, sed etiam in vtero: dicitur autem Sapientiæ 1. in maleuolum animam, &c.* Vt autem vis argumentandi sancti Thomæ intelligatur, & simul quomodo à fortiori ex hoc loco immunitas Virginis eruatur ab originali,

36. Quodlibet peccatum corpus inficit. *Iac. c. 3. Paul ad Rom. 8.*

Supponendum est quodlibet peccatum, & si directè, & prius inficiat animam, tamen ex redundantia per effectus suos etiam corpus ipsamque carnem. Sic Iacobus c. 3. de lingua maledica ait, *Quæ maculat totum corpus*: & Paul. ad Rom. 8. *Corpus quidem mortuum est propter peccatum.* Quod præcipuè de peccatis carnalibus euenire

37. Sed originale præcipuè, & cur.

abundè in superioribus diximus, & etiam dicemus infrà. Hoc autem etsi omnia efficiunt peccata, à fortiori concedendum peccatum efficere originale, cùm instrumentum quo ipse communicetur, generique infundatur humano, sit ipsa generatio, vnde vbi instrumentaliter ipsum includitur ipsa est caro, ipsaque materialis corporis humani compactio; quam dum anima ingreditur, contrahit, & veluti contactu quodam maculatur, & fœdatur, licet pura à manu euaserit diuina. Quod sic verum est, vt si daretur aliquem non humana nasci generatione, aut non ex Adamo originale non contraheret peccatum, cùm hoc radicaliter in illa consistat, quatenus ipsa ex se est generatiua filij Adami qui in Adamo peccauit, & qui actu contrahit culpam quam in Adamo commisit, quæ immunditia licet non sit naturalis & physica, sed solum moralis, tamen ingens maximaque est, ita vt hinc fiat quod caro sic infecta dicatur, *Caro peccati*, hoc est peccato obnoxia, fœdata, ac deturpata, & omne in anima instrumentum fœdationis, ac deturpationis, prauos in se peccati experiens effectus. Hinc Paulus ad Rom. 7. *Cùm essemus*, inquit, *in carne, passiones peccatorum, quæ per carnem erant, operabuntur in membris nostris.* Et suprà cap. 6. *Hoc autem scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati.* Vbi peccati corpus, corpus appellat ex peccato originali vitiatum, & violatum, ex quo fit vt peccatum originale suprà cætera dicatur peccata carnem inficere, maculare, ac deturpare. Hinc Iob. 14. ad hanc respiciens immunditiam admirans ait, *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Quasi dicat, nullus nisi Deus, vnde & subdit, *Nonne tu qui solus es?* æstimans, & dignè, talem in semine esse infectionem ex peccato primi originatam parentis, vt solus ipse Deus, sua qua pollet potentia, ipsam extergere possit, quę infectio cùm, vt diximus, in eo sita sit, quia est via ad generandum Adami filium corruptum, & maculatum, ac vndequaque deturpatum, sequitur, sic Deum suum abhorrere plasma ratione peccati, vt simul ac impensè abhorreat radicem eius productiuam quæ est semen. Qualis ergo erit huius macula dum talem in Deum causat effectum? Vnde egregiè hoc magistri considerantes Hebræorum super illa verba Psalm. 102. num. 14. *Ipse cognouit figmentum nostrum*; vbi Paraphrastes, *Ipse cognouit fomitem prauum qui peccare fecerit*: sic aiunt, *Triste vel tenebrosum est fermentum, contra quod testimonium perhibet qui creauit illud, quòd ipsum est malum: tristis est planta contra quam plantator suus testimonium perhibet, quòd est mala.* Vnde Hierem. 2. *Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum, & istud figmentum malum datur in homine ab hora qua formatus est.* Ergo etsi omnia peccata carnem deturpant ac inhonestant, præcipuè hoc asserendum de peccato originali, quatenus per ipsum illa caro, quæ si ipsum non adesset fuisset transfusiua omnis Dei doni, & charismatis; nunc ratione ipsius, inuenitur instrumentum transfusionis omnis maculæ, & contagionis, omnis infirmitatis, peccatorumque fomitis.

38. Vnde contrahatur.

39. Immunditia eius ingens.

ad Rom. 7.

Ibid. c. 6.

Iob. 14.

A

40. Odiũ Dei in creaturam causat.

Psal. 102. n. 14.

B

Hierem. 2.

41. Turpius inuenitur quã mortale.

Secundò etiam supponendum, quòd etsi peccatum actionis mortale maius plerumque sit C quàm originis, si grauitas spectetur, tamen si turpitudo, macula, & dedecus obseruetur, quodammodo turpe magis, & indecorum est peccatum originale, ratione transfusionis maculæ, & turpitudinis, quàm mortale. Vnde meritò Gregor. magn. in Moral. lib. 6. cap. 5. culpam originalem, *Matrem omnium peccatorum actualium nominauit.* Quomodo etiam eam appellat Augustin. de Ciuit. lib. 22. cap. 22. ex quo præclaram illam habemus regulam lib. 5. contra Iulian. nullum sine actualibus extare peccatis, quia nullus sine originali. *Propterea*, inquit, *nullus est hominum qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum præter Christum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu.* Qualis ergo erit macula illa quæ ab ipso mundi nascentis exordio in infinitos transfusa semper maculat, & vsque ad eius exitum eadem intentione & reliquos semper ma- D culabit. Hinc siue antiquam Synagogæ Ecclesiam inspicias, siue nouam à Christo institutam, etsi in illa multos cum actualibus Deus permiserit, cum originali autem nullum, vnde & in antiqua Circumcisionem instituit, & in noua Baptismum iusserit, ad hoc vt nullus in censum prius annumeraretur, qui à tali mundatus non esset labe, indignum quasi eius reputans maiestatis vt tali fœdatus macula in eius ascriberetur Ecclesia, in eiusque peculiare diceretur peculium, quod non sic de actualibus peccatis dictum reperimus.

S. Greg.

S. Aug.

42. Est omniũ peccatorum fons.

43. Cur omnes homines non sine actualibus reperiantur peccatis.

44. Cum originali in nulla Ecclesia siue antiqua, siue noua admissus.

Ex dictis in hoc notabili constat, nullam prorsus esse comparationem inter maculam originalis & venialis, nam cùm, vt diximus, turpior sit illa

quàm mortalis, quanto amplius turpior erit respectu venialis, quod leuissimam inducit? Nulla

45. Peccati mortalis effectus.

ergo fieri poterit inter talia comparatio peccata, quia in infinitum inter se distant, infinitamque includunt improportionem, vt ex se patet, cùm primum omnino Dei amicitiam disrumpat, ius filiationis amittat, extorrem è cœlo faciat, potentias prorsus inficiat, seruum tandem diaboli hominem constituat, bellumque inter Deum, & hominem indicet, quod horum nihil efficit veniale, cùm ipsum non contra Deum militet, sed contra eius dilectionis fauorem, non contra charitatem, sed contra feruorem charitatis. His ergo sic dispositis,

Ex dictis in primo notabili constat quàm efficax sit ratio Diui Thomæ ad probandum Virginem sanctissimam sine omni peccato existere actuali, nam cùm omne actuale peccatum corpus inficiat, non solum animam, indigna eius corporis fuisset talis macula in quod diuina habitatura erat sapientia. Vbi notandum secundùm sancti doctrinam, hanc procedere rationem, non solum post Conceptionem Christi in vtero Virginis, sed ante Conceptionem, quia indignum eius esset corporis ad Christum portandum destinatum aliquando infici vel venialiter, quæ ratio ex hoc sapientiæ loco desumpta, sic potens sancto visa est, vt inter cæteras sufficientem iudicauit, ad determinandum Virginem sine vllo extitisse actuali peccato. Vnde licet locus non solum de Beata Virgine intelligatur, sed de quacumque anima, tamen ex doctrina sancti, primariè de Virgine intellectus, in qua corporaliter habitauit Dei sapientia, efficax inde deduxit argumentum ad determinandam ab omni actionis peccato Virginis immunitatem; vt exinde intelligamus quàm efficax desumi potest ex scriptura, ex sensu mystico argumentum; dum ex illo concludit sanctus Virginem sine vllo peccato extitisse actuali. Quod cùm sit:

Sic nunc argumentor, si huius loci tanta est vis, secundùm Diuum Thomam, vt sufficiens sit ad concludendum Virginem nec venialiter peccasse, cur non erit etiam ad concludendum nec originaliter? cùm inter maculam originalis, & venialis, vt suprà dictum est, infinita prorsus reperiatur distantia; etsi ex hoc loco concluditur, ita vt sit fidei definitio indignum fuisse venialiter maculari illud corpus, in quo Dei filius erat habitaturus; cur etiam hic locus non sufficiens erit si articulus definitionis tractaretur ad similiter determinandum de fide non esse sanctissimam Virginem conceptam cum originali? Et similiter si hic locus scripturæ de Virgine intellectus, implicitè eius puritatem ab omni actuali peccato includit, cur non dicendum & etiam ab originali? cùm huius maior sit macula, & quo ad animam, & quo ad corpus? locum euidentem petere temerarium est, vt diximus, qui implicitè illud dicant propè modum infiniti sunt, cur ergo firmum non remanebit ex scriptura sufficiens desumi posse argumentum ad determinandum de fide Virginem sanctissimam sine peccato conceptam?

46. Probatur

Supersedere decreueram scripturæ figuris, quæ hoc indicant, cùm ex illis non sit efficax, ac ex

A locis desumi possit argumentum, tamen breuissimè vnam impossibile sit vt non attingam, non alia ratione, nisi quia ad literam eam reperio de immaculata Conceptione intellectam à Ioanne Episcopo Hierosolymitano quadragesimo quartu, qui mille & ducentis propè abhinc vixit annis, vt semel quàm sit hæc opinio antiqua constet, ne dum nouam quis dixerit à mendacio impunè abeat. Hic enim sanctissimus Pater de institutione Monachorum Carmelitarum, cuius ipse extiterat Religionis, ad Caprasium scribens, cùm de ortu eiusque dixerat incremento, & quemadmodum ab Elia instituta, in Dei seruitio perseuerans vsque ad Apostolorum tempora peruenerit; deinde assumens dicere quomodo ad fidem Christi per prædicationem Ioan-

opinio ex S. scripturæ figuris.

Ioan. Hierosol.

B nis peruenit Baptistæ, inter eos in deserto commoratus, tandemque ab Apostolis totaliter conuersi, & ab ipsis baptizati, vltimò cap. 31. post sacrum susceptum baptisma, ait tunc sensum eos intellexisse scripturarum, & quæ sub litteræ cortice sacrum latebat mysterium. *Habebant quoque*, ait, *tractatus sacrorum voluminum, leges Patrum in allegoricam intelligentiam deducentes, quoniam omnis lex vetus eis videbatur animali esse similis, eo quòd extrinsecè nihil, nisi vt corpus habeat ipsam litteram, & ea quæ secundum litteram designantur, intrinsecè autem sub littera tanquam anima cuiusdam profundi, diuinique mysterij sensus inuisibilis, & spiritualis, quem illi ab Apostolis edocti sublimius, & nobilius velut per speculum inspicientes, & ex ipsis littera nominibus admirandas quasdam species intelligentia concipientes, diuina & profundiora sapientia sacrorum voluminum tanquam copiosis*

C *dapibus imbuebantur.* Hæc Ioannes. Vbi adnotandum non proprio marte allegoricos ipsos scripturæ intellexisse sensus; sed ab Apostolis edocti; vnde valebit dicere quod ab eis depromptus non tantum ipsorum, quàm Apostolorum sit sensus. Quod valde notandum propter illa quæ inferius §. 5. de traditione dicemus. Quo supposito cap. 32. ait hos sanctos Eliæ discipulos tunc, *Plenè intellexisse mysteriũ illud esse impletum, quod per Deum fuerat Prophetæ Eliæ in monte Carmeli reuelatum.* Scilicet de nube paruula, de mari ascendente, cuius intrinseci reuelationem mysterij affirmat Eliam tunc non palàm, sed secretius consortibus reuelasse. *Quid autem sacramenti rerum futurarum præter historiam*, ait, *visio illa intrinsecus contineret, & quod iugis mysterij Deus Eliæ tunc statim prono per eam portenderet, dignatus fuit Elias aperire non palam hominibus, sed secretius*

D *consortibus.* Ergo præter Apostolorum sensum & Eliæ habebant vt in ore plurimorum securus, & certus Spiritus sancti sensus intrinsecè latens haberetur. Quatuor ergo inquit nubeculam illam, in se inclusisse mysteria, primum cuiusdam infantulæ natiuitatem ab omni peccato mundam. *Primò*, ait, *quod quædam infantula nasceretur, quæ ex vtero matris suæ, ab omni peccato munda nasceretur; Secundò tempora in quibus hoc adimpleretur; Tertiò quod hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplecteretur; Quartò quod Deus iungens naturam suam humana, de Virgine illa homo nasceretur.* Quibus dictis incipiens ea enarrari sic prosequitur; *Per hoc namque quod ille puer Eliæ vidit de*

A *mari nubeculam paruam oriri, reuelauit Deus Eliæ, quod quædam infantula (ſcilicet beata Maria) per illam nubeculam ſignificata, & inſtar illius nubeculæ per humilitatem parua naſceretur de humana natura peccatrice, deſignata per mare.* Notanda ſunt hæc verba, nam non dixit naſceretur de matre peccatrice, ſed de natura peccatrice, ad denotandum ipſum non loqui de natiuitate ex vtero matris, ſed de conceptione ex humana natura peccatrice, vbi per matrem, humanam intelligit naturam, ex qua virgo concepta; quod etiam ſatis liquet ex ſequentibus. Vnde ſubdens ait. *Quæ infantula iam in ſuo ortu*, hoc eſt in Conceptione, nam ortum ſumit pro principio, vnde tantum eſt ac ſi dixiſſet, *in ſuo principio, eſſet munda ab omni peccatoria ſorde, quemadmodum nubecula illa fuit de Mari amaro, ſine tamē aliqua amaritudine.* Quid clarius? fuit inquit de mari B amaro, hoc eſt concepta, compacta & ex aquis eruta amaris, ly enim (fuit) non quidem natiuitatem ex vtero, ſed in vtero ſignificat, hoc eſt primam efformationem, primumque conceptum: & quia videbat hoc ſecundùm naturam impoſſibile, immo etiam ſecundùm allegoriam, cùm omnes filij naſcamur iræ, quaſi hæc præuidens ſubiungit, *Licet namque nubecula illa eſſet originaliter eiuſdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriuſque proprietatis: mare quippe ponderoſum eſt & amarum, ſed nubecula illa leuis fuit, & dulcis: ſic quamuis in quolibet alio homine natura humana inſtar maris ſit in ſua origine* (notandum verbum) *in amaritudine peccatorum, & vitiorum pondere preſſa, vt fateri cogatur, iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Beata tamen Maria de* C *hoc mari, id eſt natura humana, aliter fuit orta, quia in ſuo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum, ſed inſtar illius nubecula fuit leuis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem charismatum.* Quid clarius?

Habemus ergo ex reuelatione Eliæ, Apoſtolorum confirmata ſenſu, nubeculā illā eſſe virginem in ſuo cōceptu ſine vlla peccati contagione. Quid ergo ex ſcriptura amplius deſiderari poteſt ad ferendum de hac re calculum in huius fauorem articuli?

Effugiū. Dices, hoc non eſſe certum, quia intelligi omnia poſſunt de Natiuitate, & ſanctificatione in vtero.

Præcluditur. Reſpondeo primò hoc omnino negari, nam niſi vis verbis inferatur vllomodo illud dici poteſt, vt D vidimus; & ſecundo dato quod illud poſſit intelligi, & ſimul de conceptione, & quod ad vtrumque paratus ſit ſenſus, cur mihi, dū de deciſione huius quæſtionis tractatur, non erit licitum eruere præſeruationem? ſi tu inde præſeruationem ab omni actuali macula etiam veniali, cur mihi non etiam licebit ab originali?

Ex his ergo conſtat firmiſſimum ex ſcripturis hanc opinionem habere fundamentum, optimèque ex illis concludere poſſe Eccleſiam, Virginem ſanctiſſimam, ſine peccato eſſe conceptam originali.

§. IV.

Probatur ex ſenſu Eccleſiæ.

SEcundus locus ex quo determinationem de fide ſancta eruit Eccleſia, eſt eius communis præcipuuſque ſenſus; nam cùm pro certo ſit Deum non permiſſurum Eccleſiam ſuam errare, hinc fit, vt quando omnis illa, aut maior eius pars aliquid ſenſerit, ſenſu adiuncto Pontificio, vt infra dicemus, illud pro ſenſu Dei habeatur, ac infallibilis veritatis, vt infra latius.

Hic autem ſenſus ex his ſcaturit fontibus, aut ex traditione in Eccleſia Dei accepta, aut ex Pontificū decretis, aut ex Cōcilijs, aut ex Patribus, ſcholaſticorūque ſententijs. Ex his ergo communis coaleſ- B cit ſenſus, quo ſemel probato nil reliquum ſupereſt vt articulus definiri non poſſit. Quàm abundè hæc ſuppetant fundamenta, niſi malitioſè profecto, negari non poteſt, ad quæ antequam accedant aliqua prius prælibanda.

Primùm adnoto, non ſimul omnia Patribus Deum reuelaſſe, nec ſimul eos omnem ſcientiam habuiſſe, ſed Patrum ſcientiam incrementa obtinuiſſe, poſterioreſque prioribus ſapientiores aliquando fuiſſe, hoc eſt plus de myſterijs intellexiſſe diuinis, per partes non iunctim, Deo ſuam illuſtrante Eccleſiam. Vnde fit vt quo mundus ad extremum vergit, eo largius Dei ſcientia imbuatur. Hæc eſt apertè Magni ſententia Gregorij hom. 16. in Ezech. vbi poſtquam dixiſſet Hebræorum antiquam ſynagogam niſi inter paucos expreſſam de Trinitate fidem non habuiſſe, rationem huius rei C aſſignat, per incrementa ſcilicet Patrum creuiſſe ſcientiam, cùm non omnibus ſimul eam totam Deus communicauerit; vnde ait, *Qua in re hoc quoque nobis ſciendum eſt, quia & per incrementa temporum creuit ſcientia ſpiritualium Patrum, plus namque Moyſes quàm Abraham, plus Prophetæ quàm Moyſes, plus Apoſtoli quàm Prophetæ in omnipotentis Dei ſcientia eruditi ſunt.* Quod egregiè ex ſcripturis probans, tandem ſic concludit. *Impleta itaque eſt quæ ſuperius diximus Danielis ſententia, quia pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia, quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æterna aditus largius aperitur.*

Ex hoc dicto colligitur, non ideo quod multi ex antiquis Patribus hoc Myſterium ignorantes nihil de illo ſcripſerunt, aut quod in Dei Eccleſia D antiquitus non ſic manifeſtè vt modò reperiatur, illud non eſſe, aut quod extremis his temporibus apertè reuelari non poſſit, aut ſciri, quaſi nil amplius Deus Eccleſiæ ſuæ expreſſius reuelari non poſſit, quòd antiquitus non reuelauit, nam hoc falsò aſſumeretur, & contra ſanctorum, vt vidimus, doctrinam: Nam etſi Dei Eccleſia non poſſit aliquid de nouo definire de fide, quod non ſit à Chriſto, & Apoſtolis eius traditum, vt conſtans eſt omnium ſcholaſticorum opinio cum Sancto Thoma 2. 2. q. 1. ar. 7. vbi omnes illius interpretes. De qua re videndus eſt Bellar. 3. tom. controuerſ. lib. 1. de verbo Dei c. 10. §. *itaque nos dicimus.* Tamen non inde eſt quòd noua perfuſa luce quod prius obſcurum & implicitum explicare non poſſit, & quòd iniuria temporum dubium infallibilis poſtea non efficiat Veritatis; hoc enim extra controuerſiam eſt, & hoc modo Patres ſubſequentes aliquando

50. In Dei Eccleſia quomodo nouę adſunt reuelationes de diuinis Myſterijs.

S. Thom. Bellarm.

51. *Largiorem Deus de hoc mysterio secētioribus infudit lucem quàm antiquioribus.*

antiquioribus maiorem accepisse lucem credendum est, hoc est magis explicitam de implicitis scientiam; sic ergo in extremis his temporibus secundùm D. Gregor. largius nobis fatendum, ad hoc Diuinum quòd patefactus sit aditus Mysterium, & non quia antiquitus non fuit manifestum aut Patribus, aut Doctoribus, ideo posterioribus negandum est, quando bene antiquissimi ex Patribus, & Doctoribus deessent, vti non desunt. A

52. *Consilium diuinū sanctissimum in prolatione declarationis huius mysterij vsque huc.*

Secundò pressius ad hanc quæstionem deueniendo, notandū est diuino factū esse consilio vt vsque ad hæc huius mysterij prolata scientia sit tempora, quando hæreses, aut de Virginis conceptu, & natura, aut de peccato Originali penitus abolitæ inueniuntur. Fuerunt enim aliqui, qui Virginem non ex matrimoniali concubitu inter Annam & Ioachim, sed ex Spiritu Sancto fuisse conceptam asseuerarunt, dum ipse Ioachim & Anna in porta templi, quæ dicebatur aurea, post Angeli reuelationem, tātum se prospexerunt. B

53. *Errores de Virginis conceptione & natura.*

Robertus de Licio. Cuius erroris meminit Robertus de Licio dolens suo tempore ex imperitia deuotorum Virginis multas huius rei picturas extare, in ipsis clarè, distinctequè scriptum Virginem conceptam ex SpirituSancto. *Epiphan.* De qua re meminit etiam Epiphan. aduersus hæreses lib. 3. c. 79. vbi refert Collyrianos hæreticos hanc habuisse opinionem, siuè potius hæresim, & videtur quòd insinuat Bernard. epist. illa ad Legionenses: *Bernard. Baronius.* videndus est Baron. tom. 1. & lib. 1. apparatus ad Annales Ecclesiasticos pagina 11. lit. B. Similiter & alij fuerunt, qui dum hæreticè asseuerabant Christum non verum, sed phantasticum, aut cæleste imbuisse corpus, consequenter dicebant Mariam non fœminam veram, sed Angelum fœminea imbutum figura extitisse, *Paulus.* contra quos pugnauit Paulus dum dixit, *factum ex muliere.* Ad hæc peccati originalis hæresim iam vsque ad nostra durasse tempora satis compertum est, dum totale eius iugulum in sancto agnoscimus Concilio Tridentino. C Hinc factum vt sapienter hoc diuina sapientia præmens silentio mysterium, nō clarè aperteque, sicut nunc, sed veluti sub obscuro aliquibus tantum antiquitus hanc irradiauerit lucem, non secus ac de mysterio Augustiss. Trinitatis in antiqua vsus est Ecclesia, secundùm Gregorium vbi supra, semper in dies eum ipsa Ecclesia proficiens, quæ dum ætatum incrementa suscipiebat, sic & de hoc mysterio & clarioris lucis, & certitudinis maioris cui Dei mori sancti obsequentes ipsi, sic stricti, dissimulatique in hac re fuerunt, vt ideo etiamsi

54. *Sancti cur in scriptis hoc mysterium non euulgarūt.*

illud scirent, illud aut in seipsis præmebant, aut paucis indicabant, aut etiam contrarium asserebant in scriptis, præmentes id quod in pectore sentiebant, ne hæreticis ansam darent. *Fulber. Carnot.* Quòd totum egregiè attestatur Fulbertus Carnotensis in Serm. 2. de ortu Virginis, vbi sic ait, D *Sane si qui sollicita mente, & studiosa inuestigatione perquirant, cur sanctorum præcedentium memoria huius præfatæ Virginis temporanea initia* (hoc est conceptionis, nam de ea sermonē habebat) *sequacibus enucleate non exornauerunt, vt ad omnium notitiam euulgarent, nouerint non ignaros extitisse hæreseos, quæ pro insigni, & admirando huius puellæ præconio exoritura erat, & ob id si quid ex eius ortu protulerunt, sagaci industria celandum æmulis, & infidelibus decreuerunt, ne inueniret cæca garrulitas perfidorum vnde maternum sinum Ecclesiæ verberaret sua multiplici fallacia.*

Dixi ratione facta sæpe Sanctos aliud scripsisse, A typisque mandasse, quàm quòd in pectore habebant, non quod mentitos illos fuisse asseramus, absit, sed cùm ex duabus opinionibus vna pro tunc poterat ansam hæresibus dare, & simul nec esset ita certa, & communis, immo contra sensum videretur alteri scripturæ, & Virginis Redemptionis à Christo priuilegium tulli, & quod caput erat, adhuc non viderent eam ab Ecclesia receptam Romana, licet ipsam probabilem crederent, priuatimque tolerandam esse ducerent, vt apertè S. fatetur Bernar. Epist. illa 174. ad Canonicos Lugdunenses, tamen ipsos de ea palam scribere palamque admittere quod Sancta adhuc non admiserat Ecclesia Romana indignum eis, eorumque prudentiæ iudicabant: vnde se ei conformantes publicè asserebant quod tunc vulgariter asserebatur, licet piè intus, & illam etiam vt probabilem extimassent.

55. *Aut cur contrariū scripserint etiam si aliud senserint.*

Bernard.

B Ad hoc probandum duo mihi adsunt argumenta, primum, quod vix sanctorum aliquis reperitur qui sibi constans sit in contraria sententia, immo quin semper cum timore contra hanc nostram scripserit. *Catarin.* Quòd obseruauit Catarin. lib. 2. §. ad hæc sic. *Bernard.* Sic inuenio Bernard. qui licet Epist. illa ad Canonicos contrariam asseruerit opinionem, sicut & alibi serm. 2. de Assumptione, tamen sermone 4. de Salue Regina inuenio illum contrarium asserentē,

56. *Contrarium asserentes nunquam sibi constātes extitere sunt.*

Libanus mons, ait, qui dicitur dealbatio, altá præ omnibus designat innocentiā tuā, innocens fuisti ab originalibus & ab actualibus peccatis, nemo ita præter te: vnde authoritas Augustini cū de peccatis agitur nullā de beata Maria volumus fieri mētionem. Et in Epistola illa ad Canonicos, cùm hanc nostram opinionem errorem dixerat & superstitionem, nimirum se fuisse prospiciens, ac seuerius censurasse, quasi intus perculsus sic ait. *Quæ autem dixi absque præiudicio sane dicta sint, sanius* C *sapientis Romanæ præsertim Ecclesiæ authoritati, atque examini totum hoc, sicut & cætera quæ huius modi sunt vniuersa, reseruo, ipsius si quid aliter sapio paratus iudicio emendare.* Vbi adnoto non solum Bernardum se iudicio sanctæ remisisse Ecclesiæ Romanæ, sed voluisse dicta esse absque præiudicio sanius sapientis, quod quid aliud quæso est, quàm timere oppositam partem? & cum formidine suam asserere opinionem, & intus intelligere esse aliquem sanius sapientem, cui præiudicium ipse inferre non intendat? Quòd si hoc intellexit, quis dubitat intus Bernard. nobiscum sentire tanquam sanius sapientibus, nullumquè velle ex dictis eius nobis præiudicium inferre, tantumque illum pro contraria tunc apertè stare, quia adhuc consulta de illa non erat re Ecclesia Romana. Vnde ait. *Nam si hoc videbatur, consulenda prius erat Apostolicæ* D *sedis auctoritas, & non ita præcipitanter, atque inconsultè, paucorum sequenda simplicitas imperitorum.*

S. Thom. Canisius. Salmeron. Turrecremat.

Sic etiam reperio sanctissimum doctorem, totiusque Ecclesiæ Catholicæ facem Diuum Thom. diuersa in hac re sensisse, primo pro conceptione in 1. senten. d. 44. q. 1. artic. 3. ad 3. & disp. 17. q. 2. art. 4. & citatur in expositione salutationis Angelicæ, vbi ait, vt refert Canisius lib. 1. de Deipara c. 6. Salmeron in epist. ad Rom. disp. 51. cui assentit Turrecremata, recognoscitque verba esse D. Thomæ, vnde optimè ait quidam rectè putasse opusculum à contrarijs vitiatum, ægrè ferentibus toties sanctum nostræ adstipulari opinioni. Verba autem sunt sancti, *Ipsa* (scilicet Maria) *purissima*

fuit quantum ad omnem culpam, quin nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Contrarium tamen tenuit in 3. diſt. 2. q. 1. ar. 1. & videtur quod in 3. p. q. 27. art. 2. & inſinuat 1. 2. q. 81. ar. 3. vbi docet, *Originis peccatum in omnes homines præter Chriſtum deriuaſſe.*

57. S. Thomas anceps in opinione,

In quibus omnibus locis adnoto nunquam priorem retractaſſe ſententiam, ex quo licet inferre dato quod ſecundò contrariam Conceptioni tenuiſſet, non ob id primam retractaſſe, ſed in ſuo reliquiſſe robore: nam hæc duo valde differunt, retractare priorem ſententiam, & duas vt probabiles accipere. Vnde licet ex eo quod quis vltimè tenuit liceat inferre, poſteriori addictus, non tamen ſuperiorem retractaſſe, nam ad hoc affirmandum expreſſa debent adeſſe verba authoris.

58. Noſtram amplexatus eſſet ſi Eccleſiæ ſensũ Romanæ vidiſſet.

Cùm ergo Sanctus priorem de Cõceptione non retractauit, ſed tantum ſecundam contrariam aſſeruit, non inde dicendum non ſtare pro Conceptione, ſed adhuc ancipitem manere voluiſſe, Eccleſiæ ſanctæ Romanæ de hac re B expectans iudicium; cuius in hanc noſtram propenſionem ſi ſemel vidiſſet, vt Beat. ait Ludouicus Beltrandus, & Vincentius Iuſtinianus Dominicanorum antiſtes in notis in vita Beltrandi, & Ioannes à Fenario eiuſdem Ordinis Generalis, & ſimul omnis nunc Theologorum ſchola, nunquam contrariam ſententiam ſtatuiſſet: licet aliqui contendant, & inter cæteros idem Pater Iuſtinianus D.

B. Ludou. Beltrand. Vincent. Iuſtinin. Ionn. à Feanrio.

59. Ipſum de iure locutũ non de facto.

Thomam intelligendum eſſe de iure, non de facto, verba eius placuit in ſuo integre idiomate vt clarius pateſcant, enarrans eum S. Thomam ob reuerentiam Eccleſiæ Romanæ, quæ tunc hanc explicitè non tenebat opinionem, in contrariam aliqualiter declinaſſe, ſic ait. *Pero no de manera que ſi eſte lagar lo permitieſſe no me atreuieſſe yo à probar que conſideradas muchas coſas que el S. Dotor dize en las partes, ſe puede muy bien gloſſar ſu ſentencia con la miſma diſtincion que gloſamos muchos lugares de la ſagrada eſcritura, que quanto à la Virgen no ſe entiende de hecho, ſino ſolamente de derecho.* C

60. Cur noſtrã non ſit amplexatus.

Ex quibus dictis non ſolum elucet Diuum Thomam omnino pro contraria non eſſe ſententia, ſed etiam rationem cur poſteriorem ſcripſit, etiam ſi ipſe priorem non reſpuebat, durum quippe ei viſum fuit aſſerere ſimpliciter, quod adhuc Eccleſia non aſſerebat Romana; immo penitus inſpicienti articulos in 3. & 3. partis manifeſtè apparebit ſanctum ancipitem in hac re fuiſſe, & vtramque vt probabilem aſſeruiſſe. De qua re iterum infra.

At quid ex alijs ego ad hoc probandum aſſumo argumenta? ad conſcientiam cuiuſque ſanè ſapientis, prudentiſque Doctoris appello, quod eſt ſecundum argumentum, videat ſi ſæpe ne contra D communem ſcribat, affirmat in ſcriptis aliud quod in verbo cõſulit. De me ſcio conſultus, an princeps ſubditis alterius rebellibus auxiliari poſſit, vnum verbotenus conſului, quod ſi ſcriberem contrarium dicerem. Et cùm contra aliquos Romanos cenſus doctiſſimus ſcripſiſſet Carthagena, à me percunctatus cur ſic ſcripſiſſet, cùm illi iam vt liciti ab omnibus admittebantur, eo vel maximè ſummo ſciente, & non reprobante Pontifice, reſpondit ſe illud ſcripſiſſe ne ianuam illicitis aperiret contractibus, licet verbotenus aliter conſuleret, & in praxi nil hoc communius, nil certius. Ergo cùm hæc noſtra opinio antiquitus vt noua haberetur, & putaretur ſcripturas contra eam ſtare, & à Sancta Romana Eccleſia videretur pro tunc non ſuſcipi, A ideo viri doctiſſimi licet intrinſecus eam approbarent & non reijcerent, tamen palam illam aſſerere non ſunt auſi, & ſic modò eam negabant, modò affirmabant.

Ex hoc dicto colligitur nobis non obſtare Sanctos qui pro contraria afferuntur, & ſimul cum ipſi aut confusè, aut variè ſint locuti, potius pro nobis quàm contra nos eſſe. His ergo ſic ſtatutis,

Antequam etiam ad ſenſum Eccleſiæ ſtabiliendum accedam, placet adnotare ad hoc vt omnem præcludam ſcrupulum; me non loqui de ſenſu antiquo, ſed recenti, non de ſenſu qui fuit, ſed de illo qui nunc eſt, cùm certum ſit hunc eſſe neceſſarium, & ſufficientem ad ſtabiliendum aliquid de fide; & ne aliquis eum nimis recentiorem diiudicet, illũ à Sancti Thomæ Aquinatis ſumo temporibus; qui vixit anno 1265. trecentis & ſexaginta ab hinc annis, à quo tempore clarius & apertius cœpit B hæc opinio agitari, & controuerti hinc inde à Doctoribus, immo tunc vt pote noua, in auditaque à quàm plurimis iudicata, contraque ſcripturæ canones ab illis oppugnata; nam etſi anno 1080. & Diui Bernar. anno 1130. immo & Magiſtri ſententiarum anno 1140. aliquo modo hæc quæſtio fuerit agitata, tamen propriè more ſcholaſtico rigidè, & exactè non cœpit exquiri niſi à tempore S. Thomæ, à quo tempore, vt dixi in principio, vſque ad tempora præclariſſimi doctoris Ioannis Scoti, qui poſt D. Thomam triginta floruit ann. nempè anno 1290. contraria aliquo modo viguit, caputque erexit, non ſine magno diuinæ Prouidentiæ conſilio, vt ſcilicet contrarius vires reſumeret, fieretque ad reſiſtendum potens, vt maior deinde illuſtriorque eſſet victoria: nam à tempore Scoti vſque ad noſtrum ſic illa fuit decreſcens, ſic dimi- C nuens, ſic ſemper victa, ac debellata, vt ipſam fugiens lucem, in angulos, ne dicam ſpecus, ſe includeret, totum ad ſe hæc noſtra orbem attrahens terrarum, ita vt verè inſignis Pater Iuſtinian. Prædicatorum Ordinis clariſſimum ſpeculum c. 1. ſuarum additionum ad vitam Beltrandi §. 14. dixerit contrariam aſſerere nil prorſus eſſe niſi, *Cantar mal y porfiar*, quod eſt dicere peſſimè modulari & ad modulandum inſiſtere; cuius rationem addens ſequitur, *Tal es la opinion contraria que à penas ſe halla oy quien la defienda ſino maſcando, ya le faltan las Catedras, los pulpitos, los confeſſionarios, las impreſſiones, los cetros, las diademas de Reyes, las mitras, los capelos, y aun los Concilios, pues el Tridentino particularmente ha proteſtado no ſer ſu intençion comprehender à nueſtra Segnora de baxo del decreto del pecado original lo qual ningun* D *Concilio Ecumenico inmas hauia hecho.* Quod ad verbum eſt dicere. *Nam in eis nunc ſe reperit opinio contraria terminis, vt vix reperiatur qui niſi muſſitando illam defendat, cùm iam illi deficiant Cathedra, ſuggeſtus, confeſſionary, impreſſiones, ſceptra, diademata Regum, pilei, thyaræque inſignes immo & concilia, cùm Tridentinum præcipue ſit proteſtatum ſuæ non eſſe intentionis, ſub peccato originalis decreto Virginem comprehendere ſanctiſſimam, quod nullum ex Oecumenicis vnquam antea egerat Concilium.* Cui annuens Ferrerius Lochrius Epiſcopus Atrebaten. inferioris Germaniæ diœceſis recens etiam author. li. 6. c. 1. de communi huius opinionis receptione ſcribens ſic ait. *Eccleſia Romana iudicio, & authoritate accedente non modo in Lugdunenſi Diœceſi, ſed Gallia, ſed*

61. De quo ſẽſu Eccleſiæ loquatur author.

62. A quo tempore propriè more ſcholaſtico hæc quæſtio cœpit agitari.

Iuſtinian.

63. Status in quo nunc ſe reperit noſtra opinio in Dei Eccleſia.

Lochrius.

Germania, Italia, Hispania, Europa ipsa denique tota, immo integro Christiano orbe eiusmodi solemnitas Conceptionis Beatæ Virginis obseruari capta est, & hactenus perseuerat. Quòd adeo tantum verum extat vt cùm paucis ab hinc annis nempe anno 1615. nescio quo malo suo fato ex abditis contraria exiliens, audensque iterum erigere caput, & veluti è graui exurgens lethargo, quo oppressa iacuerat, viuam adhuc se ostendere, verbaque depromere præsumpsisset, sic subitò contra eam toto orbe pugnante terrarum à sanctissimis Dei Pontificibus, Christique in terris Vicarijs quibus Dei gregis cura incũbit, obiurgata, reprehensaque extitit, vt summa Beati Petri authoritate vtentes ipsi nunc, sicut prius Doctorum omnium consensus, vt iterum se includeret, vellet nollet, imperarunt, ita vt nec in priuatis colloquijs, aut scriptis, aliquomodo agere, seu tractare contra hanc nostram præsumeret sententiam. In hoc ergo nunc se

B reperit statu nostra opinio, ad quẽ expressius elucidandũ primò breuiter referam scholasticos authores qui trecentis ab hinc annis vsque huc eam tenent: secundò quàm hoc prudenter, quamque firmo nitantur fundamento, dum primò probabo eos in euidentissima niti Apostolorum traditione, secundò in Sanctorum Conciliorum ac summorum Pontificum authoritate, & 3. demum in firmissimis sanctorum Patrum testimonijs.

64.
Franciscana Religio tota pro nobis.

Sit ergo huius antesignanus opinionis, & meritò eius vexillifer, præclarissimus, ac subtilissimus Ioan. Duns Scotus in 3. d. 3. q. 1. quem omnes Franciscanæ familiæ alumni pleno ore ad vnum sunt secuti, vti Lichettus ibidem. Mayoronius q. 2. Bassol. q. 1. ar. 3. Orbel q. 1. Melchior Flaccus q. 1. Franciscus Ouand. ibidẽ prop. 6. 7. & 8. Ioã. Ouand. in com. ad 3. Scoti d. 3. q. 2. dub. 6. ad 1. q. Scoti, Nicolaus de Nissa in sua resolutione Theologica tract. 4. q. 1. portion. 5. q. 1. Antonius Cordubensis lib. 1. qq. q. 44. Con. 6. Viega lib. 7. in Trident. c. 6. Ioan. Medina in lib. de oratione q. 7. fol. 181. & 191. & de pœnitentia q. 6. p. 20. Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 8. Franciscus de Pittagianis in sum. ad 3. Scoti d. 3. q. 1. art. 5. & tandem omnes simul, ita vt dicere liceat, quot ex illis præclari sunt Religiosi, tot esse huius sanctæ opinionis assertores.

Scotus. Lichet. Maioron. Bassol. Orbel. Flaccus. F. Ouãd. Io. Ouãd. Nicolaus de Nissa. Antonius Cordub. Viega. Ioan. Medina. Castro. Pittagiã.

65.
Ex Dominicana præcipui & plurimi.

Piaculum me facturum iudicarem si hac priuarem gloria, & ab hac pia amandarem opinione præclaram, illustremque Dominicanorum familiam, quæ etsi tanquam propria Virginis sanctissimæ peculiarisque eius famula, dum filij partes putant agere, liberius, rigidiusque aliqui ex ea contra hanc nostram innehant opinionem, putantes quia matri addicti, seruique eius peculiares (quibus aliquando hanc sumere licet audaciam) quod alijs prohibitum, ipsis esse concessum: tamen non sic ea deserit vt præcipui illustrique ex illa viri ac heroes eam non sint amplexati, ita vt merito doctissimus, ac reueren. Susa in deffensione orationis Doctoris Mexiæ de la Cerda, Pintiæ habitæ in fauorem Conceptionis anno 1616. dum fauores, quos sanctissimus Pontifex Pius V. supra reliquos huic indulsit opinioni considerat, inquit, *Non sine ratione aliquem putaturum huius articuli definitionem altero eiusdem ordinis sancto Pontifici esse reseruatam.* Quod ego eius quo sum animo & deuotione erga sanctissimam ac præclarissimam hanc religionem in honorem eiusdem sanctissimæ Virginis ac eius sic præclarissimæ familiæ spero sic futurum. Ex illa

Sosa.

A ergo indubitanter, ac intrepidè pro hac agnosco opinione D. Thomam vbi supra, quòd his secundũm me constantibus probo rationibus, ad quas antequam deueniam,

D. Thom.

66.
Sanctus Doctor est pro nobis non contra nos.

Adnota aliud esse quærere, An Virgo sanctissima fuerit à peccato reseruata originali, aliud, an fuerit ante Cõceptionem in parentibus, vel post Conceptionem ante animæ infusionem; hæc enim duo valde inter se differunt: nam prima quæstio ad substantiam pertinet, secunda verò ad modum. Nam bene quis potest concedere fuisse sine peccato originali conceptam, sed non ante Conceptionem, vel ante animationem, vt quidam autumarunt. Vnde bene quidam defendunt Alexandrum de Ales non esse contrariæ opinionis, quando 3. p. qq. mẽbro 1. artic. 1. 4. & 5. dixit beatam Virginem nec ante Conceptionem in vtero, nec post eam ante animationem potuisse sanctificari, fuisse tamen sanctificatam post animæ infusionem: nam hæc opi-

Alexand. de Ales.

B nio bene potest constare cum sanctificatione in primo instanti præseruando virginem à peccato originali; hoc enim constituto, quòd sanctus contra nostram non fuerit opinionem, aut si aliquando fuit, postea aut ancipitem, aut pro nostra fuisse, sic probo.

67.
Duobus probatur euidentissimis argumentis.

Primò ex titulis quæstionũ, nã in 3. d. 3. q. 1. art. 1. vbi ex professo de hac re titulus est. *Vtrũ Beata virgo fuerit ante sanctificata quàm conceptio eius finiretur* & in 3. p. q. 27. ar. 2. *Vtrũ Beata virgo fuerit sanctificata ante animationem.* Neutra harum quæstionum ad substantiam pertinet quæstionis, sed tantum ad modum, ergo contra modum tantum pugnauit sanctus, & non contra substantiam.

C Secundò ex ipsumet ar. 3. p. nam in sententiarijs vbi supra in responsione ad secundam quæstionem, nempe si Virgo potuerit sanctificari ante animationem; reperio sanctum apertè non solum dicere non fuisse ante animationem, sed nec etiam in ipso instanti infusionis per gratiam infusam præseruatam, vt nos dicimus; verba eius sunt, *Sed nec in ipso instanti infusionis, vt scilicet per gratiam tunc sibi infusam cõseruaretur ne culpam originalem incurreret*, vbi apertè videtur contra nos stare (si tamen verba sunt sancti, & non suppositilia, sicut & quæ in responsionibus in 3. p. de qua re videndus est vltimus Poza, in elucidario lib. 4. tractatus:) at quando postea reperio eandem quæstionem à sancto agitatam in 3. p. vbi supra, nullomodo inuenio sanctum repetere idem quòd supra in sententiarijs, nam ibi ait, *sed nec in ipso instanti infusionis*, in art.

D verò 3. p. idem non repetit, nec vllomodo prorsus de eo facit mentionem. Ergo sanctus aut intellexit postea illud posse fieri absque præiudicio Redemptionis Christi per præseruationem, quæ fuerat eius ratio motiua in sententiarijs, vt assereret nec in instanti infusionis animæ fuisse præseruatam, vnde & probabilem hanc etiã nostram tenuit opinionem, aut correxit in 3. p. quod dixerat in 3. & quoad substantiam quæstionis pro nobis stetit: quam clare affirmauerat in 1. d. 44. q. 1. ar. 3. ad 3. vti diximus. Nec me mouet quòd etiam in 3. p. dixit, si Virgo ante animationem fuisset sine peccato originali, non fuisset à Christo redempta, nam ex illa opinione quam ibi confutat sanctus, certissimè sequebatur Virginem sanctissimam non esse à Christo redemptam, cùm si ante animationem à peccato liberata originali, non equidem peccatum esset per gratiam Christi, & iustitiam inhærentem ex-

Non supponũt fratres Dominicani verba, sed fideliter doctrinam hanc norũt & scribũt & docẽt. Poza bene eruditus, malus autem theologus, audax, procax & præcipitosus.

fulcitur, aut vnanimis interpretum sensus illi adiungitur, efficax ex illo deduci potest argumentum ad dogma fidei probandum, nam tunc ex sensu Patrum, aut Scholasticorum consensu recipit certitudinem, cui si semel authoritas Ecclesiæ accedat, eam facit infallibilem: sic ex mystica rubi Moysis interpretatione efficax educitur argumentum ad probandam perpetuam Dei genitricis Virginitatem, quia ex communi Patrum intelligentia illud canit Ecclesia dicens, *Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem Virginitatem.* Sic etiam ex sensu mystico illorum verborum Exech. nempe, *Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam.* eadem sanctissimæ Mariæ Virginitas efficaciter probatur, adiuncta Patrum intelligentia, qui communiter illud de perpetua Dei genitricis Virginitate intelligunt, vt Augustin. serm. 2. de Natiuitate, Bernard. serm. 2. super Missus est, Cyrillus Hierosolymitanus cap. 12. Hieronym. in hoc Exech. loco, Ambros. lib. de Institut. Virgin. Epiphan. de Laudibus Virginis, Cyprianus, vel Rufinus in expositione Symb. Chrysostom. hom. de Ioan. Bapt. & alij. Vnde efficacissimum ex illo desumitur argumentum ad illam contra Ebionem, Cherintum, Iouinian. Heluidium impurissimos hæreticos de fide stabiliendam, sic etiam ex illo Exod. 12. num. 46. scilicet, *os non comminuetis ex eo*, mystica interpretatione probauit Ioan. cap. 19. Christi corporis integritatem.

Ezech. 44. 2. — August. Bernard. Cyrillus. Hieron. Ambros. Epiphan. Cyprian. Rufin. Chrysost.

Hoc ergo semel pro certo statuto, quòd nescio qua via commodè negari possit, tanta sunt scripturæ loca quæ à modernis ad hanc sanctissimam illibatamque Conceptionem afferuntur probandam, vt maiorem expertus sim difficultatem ex illis solidiora eligere, quàm aliqua reperire. Vno ergo vel altero contentus ero, ad summum tertium adiungam, vtpote ex propriis.

18\. *Primus script. locus quo hæc probatur opinio.* — *Gen. 3. n. 15.*

Primus ergo & præclarissimus secundùm me est ille ex Gen. 3. num. 15. nempe, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Ad huius vim loci demonstrandam quatuor elucidanda erunt, primum Vulgatam optime legisse (ipsa): secundum per ipsam, Virginem sanctissimam intelligi: tertium per caput serpentis ipsum originale peccatum: quartum, quod caput conterere omnimodam significat victoriam, plenam, omnibusque absolutam numeris.

Chrysost. Ambros. August. Alchim. Mar. Victor. Picus Mirandul. Hōkala. Castro. Delrio.

Quoad primum ergo (ipsa) legerunt Chrysostom. hom. 17. in Gen. & hom. 49. in Matth. Ambros. lib. de fuga seculi, cap. 7. Augustin. lib. 2. de Gen. contra Manichæos cap. 18. & lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 36. Alchim. lib. 2. in Gen. Marius Victor lib. 1. in Gen. & quod sic legi possit contendunt Picus Mirandulan. in epist. Antonius Honkala hoc loco in Com. in Gen. Leo Cast. lib. 3. Apolog. fol. 358. Martinus Delrio lib. Adag. 6. qui acerrimè hoc defendit, hosque omnes citat authores. Quod autem sic legi à quolibet Catholico debeat authore, ipsamque summis lectionem apprehendere votis, alterique quæ (ipse) legit præferre, præter Vulgatæ authoritatem est, quod à perfidis, fanaticisque multis impugnatur hæreticis: de qua re vide Delrio vbi supra, doctissimè contra hos inuehentem, acerrimèque Vulgatæ lectionem defendentem.

Chrysost. Ambros. Alchim. Victor. Serapion. Cyprian.

Quoad secundum autem, infiniti propemodum adsunt Patres, qui per Mulierem sanctissimam intelligunt genitricem. Sic Chrysost. Ambros. Alchim. Marius Victor, locis suprà citatis. Serapion à Lipomano relatus, Cyprianus, qui etiam hoc eleganti comprobat argumento his verbis, *Ponam inimicitias inter te & Mulierem, non dicit, pono, ne ad Euam pertinere videretur, sed ponam, id est suscitabo Mulierem quæ repudiata facilitate credendi, non solum te non audiat, sed ab ipso etiam Gabriele deferente verbum, rationem de promissorum exigat nouitate.* Epiphan. lib. 3. aduers. hæres. vbi idipsum ex eo probat, quia subijcitur *inter semen tuū, & semen illius, Nusquā autē*, inquit, *reperitur semen solius Mulieris nisi in Maria, proinde non potest totum in Eua compleri.* Rupert. lib. 2. de Victoria Verbi Dei, vbi sic, *Principaliter Beata Virgo Maria, Mulier est illa inter quam, & serpentem inimicitias se positurum dixit, & posuit Deus.* Et tandem, vt vnico dicam verbo, omnes propemodum sunt Patres, omnisque eorum torrens, qui sanctissimam Virginem per hanc intelligunt mulierem, licet aliqui aut appetitum sensitiuum, aut fœminas etiam sanctas intelligant, at paucissimi sunt, cùm communis illorum sententia sit de Virgine.

19\. *Virgo sanctissima intelligitur in illis verbis Gen. inimicitias ponam &c.* — *Epiphan. Rupert.*

20\. *Diabolus serpens qui Euam tentauit.* — *Pererius. August. Beda. Rupertus. Victorin. Gaetan. Bernard. Cartage.*

Ad tertium accedo, per caput nempe serpentis originale intelligi peccatum: hoc constabit, quia vt innumeri habent Patres, quos refert Benedict. Pererius in Genes. lib. 6. disputation. *qualis fuerit serpens qui tentauit primos parentes*, quæst. 4. per serpentem ipse intelligitur Diabolus, sic Augustin. Beda, Rupertus, Victorinus, Gaetanus, aliique quos ipse adducit. Pulchrè Bernard. relatus à Cartagena lib. 1. hom. 3. ipsum appellat Diabolum serpentem, in vtero homines strangulantem, *Omnes*, inquit, *nascimur morituri, & tanquam absorpti nascimur mortui, quia in vtero matris sumus à serpente strangulati.* Ergo quale eius erit caput nisi originis peccatum? cum ex communi sanctorum phrasi, peccatum originis sæpe caput ipsius appelletur Sathanæ. Sic Iræneus lib. 4. c. 78. Cyprian. lib. 2. ad Quirin. c. 9. Chrysolog. ser. 173. immo aliqui volunt Augustino commune esse per caput serpentis originale intelligere peccatum, sic Lecana in libro Apologetico de immaculata Conceptione c. 3. Ioa. Eckius serm. de Concep. qui hæc Augustini refert verba, *Subiectum esse peccato originali est caput Diaboli, eo quod principium illud est, quo diabolus hominem in suam adducit potestatem.* Et Bern. de Busto in Officio de illibata Cōcep. quod approbauit Sixtus 4. deuotisque recitandum permisit, vt patet in Bulla quæ in principio apponitur Officij, in sexta die octauæ lect. 1. sic ait, *August. exponens illud Genes. 3. ipsa conteret caput tuum, sic B. Virginem commendat dicens, cùm subiectio originalis peccati caput sit diaboli, tale caput Maria contriuit, quia nulla peccati subiectio ingressum habuit in animam Virginis, & ideo ab omni macula immunis fuit.* Vbi lectorem admoneo, Bustum non citare August. super Genes. sed tantū expositionem eius super illa verba, quod alibi sic, vt Bustos, ait exposuisse August. non est cur dubitemus. Hoc dixerim ne aliquem scrupulus inuadat, si apud Genesim illa nō inueniat. Caput ergo serpentis pecc. orig. sæpe Patres intellexerūt, & hoc equidē non incongruè, sed proprissimè: nam cùm etiam ipsum peccatū sit serpēs, vide Syra. c. 21. n. 2. *Quasi à facie colubri fuge pecc.* quid erit caput, seu initiū huius ser-

21\. *Originale peccatum caput Sathanæ.* — *Iraneus. Cyprian. Chrysolo. August. Lecana. Eckius. Busto. — Eccl. c. 21. n. 2.*

D

A Vt vidimus ergo (vidimus dixi, namſic quæ diximus clara ſunt, vt, niſi cæcus, nemo ſit qui ea non videat, cùm nollo vſi argumento ſimus, neque authoritate niſi euidenti, conſultò probabilem, & dubiam relinquentes) hanc nunc noſtram opinionem omnes amplectuntur Religiones, & ſi vna tantum deſit, tamen ex illa plures nobiſcum, immo, neſcio an dicam quod intrinſecè omnes ſcolaſtici, omnes etiam ſi non Religioſi, omnes Reges Primatesque, omnes eorum populi, inſuper & ſacrum Tridentinum Concilium, & cum illo omnes Pontifices à Sixto IV. vſque huc: quis ergo audebit negare hunc nunc totius non eſſe Eccleſiæ ſenſum?

Hoc ergo ſic ſtabilito, antequam ad probandum accedamus quam firmo hic adhæreat fundamento ſenſus, placet hic ad litteram rationem ſanctiſſimi inferre Bernardi, qua doctiſſimi orationem Petri Piſani euincens coram Rogerio Rege ſic eum tacitum mutumque reddidit, vt à ſancta vita eius, prudentia, ſimplicitate, veritatem recognoſcens ſtatim à partibus Pſeudopontificis Petri Leonis ad verum Pontificem Innocentium ſe conuerterit: hic enim cùm poſt elegantem Canonum orationem probaſſet contra Innocentiũ, cuius partes fauebat Ber. Petrum Leonem eſſe verum Põtificẽ, ſummam eius ſapiẽtiam hac vnica vicit Ber. ratione, vt refert Ber. Bonæuallis li. 2. in vita ſancti ca. 7. *Vna eſt fides, vnus Dominus, vnum Baptiſma, nos neq; duos Dominos, nec geminã fidẽ, nec duo Baptiſmata nouimus: & vt ab antiquis ordiar vna arca tempore diluuij fuit, in hac octo animæ, cæteris omnibus pereuntibus, euaſerũt; & quotquot extra arcam inuenti ſunt perierunt. Arcam hanc typum habere Eccleſ. nemo eſt qui ambigat. Arca alia nuper fabricata eſt, & cùm ſint duæ, alteram neceſſe eſt eſſe adulteram & in profundum demergi. Arca quã regit Petrus ſi ex Deo eſt, neceſſe eſt vt Arca quam regit Innocentius obruatur. Peribit ergo Orientalis Eccleſia, peribit Occident totus, peribit Francia, peribit Germania, Iberi, Angli & Barbara Regna in profundum pelagi demergentur, Religio Camaldulenſis, & Charitaſienſis, & Cluniacenſis, & Grandimontenſis, & Ciſtercienſis, & Pramonſtratenſis aliaque innumerabilia ſeruorum, & ancillarum Dei Collegia neceſſe eſt vt ſub vno turbine corruant in abyſſum, Epiſcopos, & Abbates, & reliquos Eccleſiæ Principes collo præcipiti mola aſinaria ligata pelagus vorax excipiet, ſolus ex Principibus mundi arcam Petri intrauit iſte Rogerius, & cæteris omnibus caecatis ſolus ipſe ſaluabitur; abſit vt totius mundi religio pereat, & ambitio Petri regnum cælorum obtineat.* Hæc Ber. Ex cuius doctrina antequam argumentum deſumam, oportet te recolere quæſtionem de qua nobis eſt ſermo, nẽpè de definitione huius articuli vt nunc ſtat, & vt nunc in ſenſu reperitur Eccleſiæ, vnico ſcilicet, & vniuerſali omnem illam penitus amplectentem, quod nullo modo nunc tergiuerſari poteſt. Quod vſque huc non ſic extabat, ideoque nec de illa in Concilijs actum in ordine ad definitionem: in qua re admirabilis Dei prouidentiæ ſuauitas admirari libet, nunquam ſcilicet antea in cordibus indidiſſe humanis huius definitionis articuli efficax deſideriũ, quàm in eum toti ſint animi totiuſque Eccleſiæ ſenſus. Hoc ergo ſic notato,

Bernard. Bonæuallis.

B

C

D

Nunc ſic ex doctrina argumentor Bern. vna iſtius articuli eſt veritas hanc noſtram piè nunc tenet Eccleſia præter paucos, ergo aut in naui Petri, quæ infallibilem continet veritatem, nunc tãtummodo illi pauci ſunt, totaquè extra illam Eccl. aut hæc in illa foraſque pauci illi. Maior eſt certa, minor ex dictis euidẽs, ergo conſequentia neceſſaria; *Abſit* ergo, vt cum Bernar. dicam, *vt totius mundi Religio pereat paucique tãtum ſaluentur.* Hìc ſiſto. Nam quę ex his colligere poſſem, quamque admirari vt adſit nunc, qui oppoſitam ſuſtinere audeat conſulto prætermitto, non enim mihi in animo eſt niſi bene de omnibus ſentire; ſolum addam quod ſicut audito Bern. vt inquit idem author, *vltro non ſe poterant qui præſentes aderant cohibere, ſed abominati ſunt & vitam Petri. & cauſam.* Ego etſi contrariorum vitam non abominer, quia ſancta, cauſam tamen recuſo.

84. Nefas eſt ab hæreticis hanc aſſumere veritatem.

Tandem in calce huius diſcurſus adnotare libet, & alicui occurrere, cur ego hunc communem non probaui ſenſum etiam ex inimicis nempè hæreticis, vt aliqui faciũt, immo (ſi Deo placet) ex Mahumeto, in qua re puduit videre eum inter centurias Patrum annumeratum, licet cum ſcommate rationem affero quia reperi in Euangelio dæmonibus Chriſtum comminantem, imperantemque vt eius tacerent laudẽ Marc. 1. n. 24. *Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene veniſti perdere nos, ſcio quia ſis ſanctus Dei, & cõminatus eſt ei Ieſus dicẽs, obmuteſce & exi de homine.* Et inf. n. 34. *Et curauit multos & dæmonia multa eijciebat, & nõ ſinebat ea loqui, quoniam ſciebãt eũ.* Peiores ſunt quã ipſi Dæmones hæretici, peior quã ipſemet Beelzebuth Mahomet, nolo ab ipſis veritatem, nec vt laudẽt puriſſimam impuriſſimi, Angelicam diabolici, vnde etſi pro contraria à contrarijs afferantur Mathias Illiricus, Tillemannus, Hes Huſſion, & Martius Kemnitius; accipiant etiam & Lutherum, Eraſmum, & tandem impium Mahometum qui pro noſtra afferuntur.

Marc. 1. n. 24.

Ibid. n. 34.

§. V.

Quam firmo nitatur fundamento Eccleſiæ ſenſus.

COmmunem ni fallor aſtruimus Eccleſiæ ſenſum, nunc quàm firmo adhereat fundamento aſtruendum eſt; quatuor autem hæc eſſe poſſunt, traditio Eccleſiæ, Patrum authoritas, veræ reuelationes, veraque miracula, quæ ſi adſint, vt Deo duce probabimus, quatuor his firmata angulis domus inconcuſſa contra omnem ventorum firmiter manebit impulſum. Duo ergo præcipua in hoc §. adducam, traditionem nempè Apoſtolorum, Patrumque antiquorum ſententias; altera duo in ſequenti, reuelationes ſcilicet, & miracula.

85. Fundamenta quatuor quibus innititur Ecc. ſenſus.

Sed antequam ad traditionem probandam accedam placet adnotare ex Bellarmin. libro 4. cap. 9. de verbo Dei non ſcripto, regulam in ordine ſecundam, in qua tradens modum veras dignoſcendi traditiones à falſis ſic ait, *Quando vniuerſa Eccleſia aliquid ſeruat quod nemo conſtituere poteſt niſi Deus, quod tamen nunquam inuenitur ſcriptum, neceſſe eſt dicere ab ipſo Chriſto & Apoſtolis eius traditum.*

Bellarm. 86. Regula traditiones agnoſcendi.

Fundamentum huius regulæ euidens eſt, nam vt bene ipſe ait, & probat ex Aug. Epi. 118. Eccl. Dei non ſolum non poteſt errare in credẽdo, ſed nec in

Auguſti. 87. Eccleſia nõ

potest errare nec in credendo, nec in operando.

A operando, & præsertim in ritu, & cultu diuino; ex quo fit vt secundũ omnium Theologorum sententiam non solum infallibilem in se contineant veritatem quæ Eccl. de fide definit, & fidelibus vt credẽda proponit, sed etiã quæ absque fidei definitione ab ipsa iudicantur & censentur, aut in fide certa, aut fidei pietati consona, aut cũ fidei principijs valde consentientia: Nã hæc est eius excellentia, vt nõ solum non possit aliquid falsum de fide definire, sed in ordine ad fidem, neq; falso alicui inhærere principio; quòd inde hoc emanat. Nã cum sup. Christi Apostolorumque fundamentum innixa sit, nulloq; modo decipi possit, fit vt etiamsi formaliter factũ cui inhæret infallibilem non habeat veritatem, cõtineat eam tamen materialiter, etsi materialiter factum illud verum, quatenus supponi debet aut ex Christo, aut ex eius Apostolis veritatem illam emanasse, etiamsi ignoretur: ergo vt benè infert Bellar. cùm ipsa non possit rectè seruari nisi quę à Deo in-
B stituta sunt, & videmus quod ea seruat, credendum ea à Deo instituta etiamsi nusquam legatur, sic paruulos baptizat, etiamsi nusquam tale Dei mandatũ legatur, sed quia ab ea fit, traditio credẽda est Apostolorum, vt inquit Aug. li. 10. de Genes. ad litterã c.

Augusti. 22. vbi ait. *Consuetudo matris Ecclesiæ in baptizãdis paruulis nequaquam spernenda est, neque vllo modo superflua deputanda, nec omnino credẽda, nisi Apostolica esset traditio.* Tale etiã idem iudicauit Aug. esse Baptismũ hęreticorum, quòd scilicet reiterari nõ deberet. Firmum ergo remaneat Apostolicam esse traditionem illud quod Ecclesia vniuersalis seruat, quòd à nullo alio fieri potest nisi à Deo. Quo semel statuto

Sic nunc argumentor, præseruatio à peccato originali in Virgine, & sanctitas inde proueniens à
C nullo alio fieri potest nisi à Deo, hanc nunc cõmunis Ecclesia seruat, colit & veneratur, ergo credendũ ab Apostolica manasse traditione: Maior huius syllogismi est certa, minor nescio quo modo tergiuersari possit hoc tempore, & precipuè post bullam Gregor. 15. expeditam anno 1622. vbi mandat, omnibusque strictim præcipit vt festum Concept. sub hoc nomine, & non sanctificationis amplius celebrent, verba sunt. *Et insuper eadem Sanctitas sua, cũ sancta Romana Eccl. de Beatissima Virginis Cõc. festum solemniter & officium celebret, omnibus & singulis personis Ecclesiasticis tam secularibus quã cuiusuis ordinis & instituti regularibus, mãdat, & præcipit, vt in sacro sancto Missæ sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publice quàm priuatim non alio quàm Concep. nomine vti debeant.* Quibus
D verbis omnes prorsus contrariorũ solutiones reijciuntur, cùm iam non sit amplius ambigẽdi locus, sanctam scilicet Romanam Ecclesiam, & cum ipsa simul omnes festum celebrare Concep. quatenus à peccato originali fuit præseruata, & non quatenus fuit in vtero sanctificata, nec vt quid præuium ad sanctificationem, nec in gratiarum actionem quia futura erat Christi mater, vt ad effugiendum dicebant aduersarij, sed clarè, & distinctè festum celebrat Conceptionis, præseruationem intelligens.

Effugium

Dices verum esse Ecclesiã celebrare festũ Concep. intelligens præseruationem; sed tamẽ hoc celebrat non vt quid infallibile, sed vt magis pium, ergo pari modo ex eius celebratione non potest educi infallibiliter esse traditionẽ Apostolicam, sed tantum probabiliter illud coniectari.

Penitius meum inspiciens argumentum, & quid

A contrarij respondere possint vndequaque considerans, nulla alia subuenit obiectio, cùm inficere nunc intentionem celebrationis Ecclesiæ esset iam ridiculum. Ergo si illam occluserimus nil aliud remanebit super. Quod antequam præstemus

Præcluditur.

Adnotandum ex præcitata regula, & ex ijs quę ibi diximus, infallibilitatem alicuius veritatis in Dei Eccl. duplicẽ esse, materialẽ, & formalẽ, materialẽ, quando in se, etsi factum aut propositio infallibilẽ contineat veritatem, tamen quia adhuc Ecclesia de illa clarè non est edocta, ideo vt talem eam nõ proponit, quomodo sunt omnia illa quibus ipsa inhæret tanquã principijs fidei conformia, & pio cultui valde vtilia. Altera infallibilitas dicitur formalis, quando factum aliquod non solum materialem aliquam continet veritatem, sed etiam ita ab Ecclesia cognitam vt eam talem declaret & teneat, con-
B tra quam, iam amplius opinari non licet, quæ doctrina communis est & eam suppono ex materia de fide. Hoc ergo supposito

88. Infallibilitas duplex, formalis & materialis.

Primò respondeo nunc vt status est præsentis quęstionis, licet Eccl. formaliter non dedit celebrationi festi Cõcep. infallibile veritatẽ formalẽ, dedit tamẽ materialẽ, quia ei firmiter vt magis pię, vt principijs fidei cõsona, vt sanct. Patrum sententijs conformis, vt pio fidelium vsui magis conducens adhęsit: ex quibus omnibus fit vt materialiter infallibilem in se hic cultus contineat veritatem, & per consequens materialiter infallibiliter existimandum traditionem esse Apostolorum.

Nollem vt hæc responsio amplius probaret quàm vellem, vt enim supra dixi, liberum meæ intentionis fuit iudicium Ecclesiæ relinquere vt in
C vtramque partem determinare possit, ideo animaduerto quod etsi verissima sit responsio, cùm hoc tamen & liberum etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicium relinquitur, quod quomodo sit possibile infra dicam.

Secundò respondeo quod vis illius regulæ allatæ non stat in propositione Ecclesiæ, vt scilicet tanquam de fide illud proponat, aut tanquam magis fidei consonum. Sed stat in communi obseruatione eius rei quæ à nullo alio institui potest nisi à Deo, qualis est pura Conceptio, ergo siue infallibiliter illud sit, siue non, sed tantum opinabiliter; certum tamen videmus eam communiter obseruare quod nisi à Deo effici non potest. Ergo credendum iuxta regulam allatam ab Apostolis eam illud accepisse, & consequenter traditio-
D nem esse Apostolicam.

Probatur, nam vt infra dicemus, quando maior pars Ecclesiæ in vnam consentit propositionem ad fidem spectãs, tantum opinabiliter infallibilem ipsa continet in se veritatem, quod pro nunc supponimus, ergo cùm Dei Ecclesia celebret hoc mysteriũ, quod fieri nõ potest nisi à Deo, saltẽ opinabiliter credit à traditione illud emanasse Apost. Ergo hæc opinio, scilicet traditionẽ esse Apost. dũ totius est Ecclesiæ, aut saltem maioris eius partis, infallibilem in se continere debet veritatem, vt infra dicemus, ergo infallibilis erit traditio Apostolorum.

Dices verũ hoc esse si daremus in Eccle. Romana immemorialem huius festi, nam tunc diceremus esse traditionem Apost. iuxta quintã regulam traditam à Bellarmino vbi supra, dicens, *sine dubio credendũ esse ex Apost. traditione descẽdere, quod pro tale habetur in illis Ecclesiis vbi est integra, &*

cōtinuata successio ab Apostolis, quæ cōtinuata successio nunc non inuenitur nisi in Romana Eccles. ergo cùm hæc non immemorabiliter, sed tantum à Sixto IV. hanc accepit festiuitatem, non concluditur ab Apostolis eam accepisse.

Præcluditur.

Hæc nimis prolixam requireret responsionem obiectio, si exactè ad illam nobis respondendum esset, cùm de antiquitate huius agendum esset festi, quam nullomodo breuitatis ergo præstare possumus, vnde necessarium erit ad authores remittere lectorem, qui de hac re tractant; & præcipuè ad Baron. in annot. ad Martyrol. ad diem 8. Decembris litt. A. Patrem Ojedam in sua informatione, qui præclarè de hac re. Egidium li. 3. q. 4. ar. 3. §. 2. num. 8. & latius q. 6. ar. 1. §. 4. num. 14. Salazarum cap. 35. de huius festi antiquitate, reliquosque recẽtiores. Vnum tamen hic aduertere libet, facili negocio obiectiones Patris Salazari resolui posse, quas nimis scrupulosè (etsi ingenuè) contra probantes hanc festiuitatem ab Apostolis incepisse conficit, & simul quòd si attentè authores moderni & veteres legantur, ad minimum certissimè colligi incertum pœnitus esse quando hæc festiuitas inceperit, tum in Ecclesia Græca, tum Latina, cùm certissimè constet in Latina ab aliquibus Ecclesijs celebrari, teste Bernar. Ep. 174. qui vixit anno 1140. immo in Anglia tempore Diui Anselmi, qui floruit anno 1000. Ergo cùm de antiquitatis principio non constet, & obseruatum videmus ab Ecclesiis antiquissimis, & postea à Romana acceptum, cur apud illas traditionem non recognoscemus Apostolicam?

Baron. Ojeda. Egidius. Salazar.

89. Incertum quando festũ sanctissimæ Cõceptionis inceperit.

Adde ad hæc, multorum esse opinionem Apostolos ipsos sanctissimos hoc mysterium prædicasse, quod probant ex eorum liturgiis, vt ex illa Iacobi Minoris, vbi Virginem sanctissimam appellat, *Immaculatam, semper beatam, & omnibus modis irreprehensam*. Et ex illa Marci vbi appellat Virginem, *intemeratam*, hoc est immaculatam, & ex dicto sancti Andreæ Apostoli morti proximus dum ait, *Sicut primus Adamus formatus fuit ex terra antequam esset maledicta, ita secundus formatus ex terra virginea nunquam maledicta*. De quorum Doctorum fide, & authoritate consulendi sunt Doctores vbi supra, qui ab omni eos exactè vindicant iniuria. Ex his ergo traditionibus piè ab Ecclesia Romana pro nunc creditis, moueri potuit ad festum celebrandum, etiamsi illud ab aliis non accepisset Ecclesiis: ex quibus sequitur, quod etiamsi immemorabiliter illud non celebrauerit, non inde sequi quod ipsa celebrans de nouo non possit traditio esse Apostolorum, quod in ipsa singulare est, & nulli alteri concessum Ecclesiæ deficiente immemorabili successione; quod notandum, & ratio est, quia sola Romana Ecclesia potest iudicare de traditionibus, illasque à falsis distinguere, & veras aut antiquas à tempore abolitas admittere, populisque vt tales proponere. Ergo cùm ipsa cæpit hoc festum celebrare, omnibusque celebrandum proponere, immo iniungere, vt fecit Pius. V. credendum est ex traditione illud habuisse Apostolica, etiamsi implicitè, aut explicitè non inueniatur scriptum, quod negamus.

90. Romana Ecclesia de nouo celebrans aliquod festũ etiamsi non immemorabiliter potest talis celebratio Apostol. esse traditionẽ, & huius ratio.

At mirabitur forsitan aliquis cur hîc mentionem non faciam dicti Sancti Cecilij, & Thesiphontis, librorumque Granatensium, quos vti Apostolicos ab aliquibus allatos reperi ex nostris. Firmum mihi in animo hæserat nullum ex nostratibus argumentum infringere, at

91. Librorum Granatensium Authores suspecti & non recipiendi.

A hoc prætermittere non potui, ne ex præclaris his authoribus plus æquo illi dignitatem accipiant: breuiter suspectissimi, non solum suspecti mihi sunt, vehementerque de eorum dubito doctrina, an sincera sit. De qua re duo mihi ad sunt valida argumenta.

Primum, quia viri eruditissimi, & in Arabica lingua non solum edocti, sed nati, de cuius etiam sanctitate nullo poteram addubitare modo, vocati, & accersiti ad eos legendos, examinandos & approbandos, immo authoritate Regia missi, magna ad hoc Petri de Castro & Quiñones Granatens. Archiepiscopi interueniente diligentia, secreto à me expostulati dixerunt, aliquos ex eis continere doctrinam hæreticalem, & Mahometanam, nec apud me magni ponderis est approbatos esse à Prouinciali Concilio; aut multos pro eorum authoritate scripsisse, omnesque soluisse quæstiones, quæ aut ex B chronologia temporum, aut ex inconuenientibus proponuntur: nam eorum difficultas non pendet nisi ex vera intelligentia, & lectione eorum; quam cùm multi viri in lingua, vt iam dixi, Arabica eruditi peruersam illam esse dixerint; nescio quã prudenter dictum ab aliquibus de eorum veritate iam dubitari non posse sine cæcitate, aut proteruia, non extãte adhuc sanctæ Romanæ Ecclesiæ assensu, nec vniuersalis, immo nec nationalis Ecclesiæ, lubricè enim loquuntur: nec mirum si Concilium Prouinciale illos approbauerit, cùm versiones ex Arabico non nisi fauorabiles oblatæ fuerunt. Prudentissimè Luzerus discu. 2. sumens ex illis doctrinã, de eorum tamen authoritate inuentioneque iudicium suspẽdit, etsi ipse Ecclesiæ Granatensis Canonicus. Nec parum animaduertendum Patrem Salazarum in linguis eruditum, quẽ sup. in li. de Conc. c. 33. scruC pulosissimè dum de antiquitate huius festi agebatur, vidimus radices perquirere verborum; cap. 42. quasi inscium fidem authoritatemque horum aliis remittere explorandam.

Luzerus.

Salazar.

Secũdò nescio quid falsi redolet phrasis illa, nẽpè, *illa virgo, illa Maria, illa sancta præseruata fuit ab originali peccato, & ab omni culpa immunis, & qui aliter senserit salutem æternam nõ consequatur*. Quam veritatem dicunt fuisse definitam in Concilio Apostolorum, coactum viuente adhuc Virgine, si adhuc viuebat, vnde illa virgo, illa Maria? quæ phrasis tempus valde præteritum indicat, & seculis illam præcessisse denotat. Secundò ingeminationes illæ valde distant à grauitate verborũ Apostolorum, quæ in alijs Cõcilijs reperimus. 3. Comminatio in re ad necessitatem fidei nõ pertinente mirum videri debet, cum sic non sint comminati in Concilio habito in re grauissima, vt fuit illa de neD cessitate Circumcis. 4. in altero li. adsunt hæc alia verba, *Mariam non tetigit primum peccatum*. Fere eadem impius dixit Mahomet. in lib. qui dicitur, *Alchora*, verba sunt: *Nullus de filiis Adã nascitur quem non tangat Sathan, ideo plorat vociferans ex eius tactu, præter Mariam & filium eius*. Verbum tango adnoto in vtroque, vnde credibile fit à Mahometano aliquo confectos eos libros, & vt authoritatem haberent, nomine insignitos Martyrum sanctorum. Quòd facile fuit tempore quo Mauri Hispaniam possidebant inuentis sanctis corporibus, in eorumque thecis inclusis libris, ex quo fit possibile, vt reliquiis veris extantibus libri sint falsi.

Secundum argumentum, & apud me efficacissimum est, nunquam summum Christi in terris Vicarium, cui de hac re integrum

est iudicium, efficere potuisse vt prototypa Romam mitterentur varijs adductis excusationibus; immo apertè mihi constat ex aliquibus actionibus, omnino iudicium reformidare Romanum, vnde semper ob hoc suspectos eos habui, nec vnquam assensum eis præbui; ex hinc edicens, quòd si aliquando à sancta approbati fuerint Sede, inde certissimè irrefragabile sumetur argumentum ex Apostolica traditione hoc emanasse mysterium.

Hoc etiam (mea sententia) clarè elicitur ex his quæ supra ex Ioanne Patriarcha Hierosolymitano diximus §.3. vbi apertè probauimus illum asserere Eliæ discipulos hoc mysterium tenere, & credere, & figuram illam nubeculæ; quam interpretationem non ex proprio marte, sed ex Apostolorum habebant authoritate, vide ibi: ex ratione ergo, & B ex authoritate hanc esse Apostolorum traditionem constare videtur.

92. Probatur sententia immunitatis Virginis ex Patribus. Ad secundum accedo fundamentum ex Patribus, quos in duas placuit distribuere classes, in prima ponam in terminis illam affirmantes, quos aut vidi, & qua potui examinaui ingenuitate, aut ab alijs relatos reperi, exemplaque ad conferendum non suppetierunt, in secunda verò tangam tantum ab alijs relatos, qui aut illam insinuarunt, aut argumentatione ex illis deduci potest.

S. Athã. Primo ergo loco tanquam omnium antiquiorẽ in hac serie afferã sanctum Athanasium, qui floruit anno 340. in sermone de sancta Deipara tom. 3. pagin. 323. in noua impressione Parisijs anno 1608. apud Claudium Chapletum; vbi tractans quomodo Spiritus sanctus Virginem repleuerit, alio, differentique quã Apostolos modo: clarissimè affirmat talem Spiritus sancti gratiam nõ per tempus Virginem habuisse, sed semper; verba huius, *Ita quoque Spiritus sanctus in Virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus quæ illi per rationem principatus adsunt* (Notanda singula verba, nam clarè ex illis deducitur Athanasium loqui de prima descensione Spiritus sancti in vtero ad sanctificandam Virginem) *imbuens eam gratia, vt in omnibus gratiosa esset, atque idcirco gratia plena cognominata est, eo quod adimpletione Spiritus sancti omnibus gratijs abundaret, quam virtutem per omnia tempora conceptus* (hoc est Christi) *eam habuisse confido, & post conceptum etiam retinuisse, neque id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse, quemadmodum nunc in præsentia, & in æternum vsque habet hæc Virgo sibi obumbrantem virtutem Altissimi, & superuentum Spiritus sancti, & virtutem Altissimi vt sit gratia plena.* Per omnia tempora dixit gratiam & protectionem habuisse Virginem Spiritus sancti, sicut nunc eam in cælis habet, ergo nullum exclusit, ergo & Conceptionis instans.

S. Ioann. Hierosoly. Secundò pro hac sententia clarissimè stat Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus sanctissimus, qui floruit anno 400. verba eius supra §.3. retulimus.

S. Ildefonsus. Tertiò certissimè stat pro hac sententia sanctus Ildefonsus, floruit anno 660. in libro contra eos qui disputant de Virginitate, & parturitione sanctæ Mariæ, habetur 7. tomo Biblioth. Patrum nuper impressæ pagina 448. litt. H. eius verba sunt, *Aiunt autem quomodo Spiritu sancto eam replente non fuit peccato originali? cuius etiam natiuitas gloriosa Catholica in omni Ecclesia Christi ab omnibus fœlix & beata prædicatur: cùm verò si non* A *beata esset & gloriosa, nequaquam tam festiuè celebraretur vbique ab vniuersis; sed quia tam solemniter colitur constat ex authoritate Ecclesiæ, quod nullis quando nata est subiacuit delictis, nec contraxit in vtero sanctificata originale peccatum.* Quid clarius? Vbi adnotandum Ildefonsum ex Natiuitate Virginis immaculata elicere immaculationem, vt sic dicam, Cõceptionis: & insuper verbum, *non contraxit*, ita ex se clarum est, vt nisi ei vis inferatur nequaquam aliter intelligi potest, immo nec debet. Videndus est Egidius de Conceptione lib. 3. q. 4. ar. 1. §. 1. n. 10. qui Ildephonsum ab omni vindicat iniuria. Egidius.

Quartò pro hac opinione sanctissimus & vetustissi. stat Idiota, qui floruit anno 800. in libro de Conceptione Virginis, habetur in Bibliotheca Patrum tomo 8. cap. enim 2. sic ait. *Pulchra es Virgo* B *gloriosissima, non parte sed in toto, & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis, non est in te, nec vnquam fuit.* Et c. 6. *Inuenisti*, ait, *Virgo Maria gratiam cælestem, quia fuisti ab originali labe præseruata.* Idiot.

Quinto loco est Fulbertus Carnotensis relatus à Glossa loco infracitando, qui in salutationem Angelicam sic ait, *Aue Maria electa, & insignis inter filias, quæ immaculata semper extitisti ab exordio tuæ creationis, quia paritura eras creatorem totius sanctitatis.* Floruit hîc author anno 1000. Fulber. Carnoten.

Sexto loco est Basilius Seleuciensis Episcopus sermone de Annunc. relatus à Carthagena lib. 1. de Beata Maria Ho. 19. vbi sic ait. *Hæc est quæ fuit in vtero matris absque originali peccato cõcepta & generata*, quæ verba in illa oratione quæ est in ordine 39. tom. 5. BB. PP. nouiter impressæ ego non C reperi, possibile vt in altera ipse reperisset. Basilius Seleucien.

Septimo loco est Anselmus, floruit anno 1080. aut alter vetustus author, si eius non sunt Commentaria 2. ad Corinth. 5. super illa verba omnes, *Mortui sunt*, vbi sic, *Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, dempta matre Dei, siue originalibus, siue voluntate additis.* Afferuntur etiam & alia clarissima Anselmi testimonia à Glossa ordinaria loco statim citando, quæ ego in meo inuenire non potui, forsitan quia antiquus, si vera sunt clarissimè Anselmus est pro nobis. Anselm.

Octauo loco est sanctus Bruno Anselmo contemporaneus, qui in psalmo 101. super illa verba, *Dominus de cœlo in terram aspexit*, ait, *Hæc est incorrupta terra illa cui benedixit Dominus, ab omni præterea contagione peccati libera,* D *per quam vitæ viam agnouimus, quæ quia digna fuit, Dominus de cælo in terram aspexit.* S. Bruno.

Nono loco est Iuo Carnotensis, floruit anno 1090. relatus à Coccio in suo Thesauro lib. 3. articu. 1. pagina 267. & à Glossa ordinaria Lugduni impressa anno 1590. in cap. 5. epistol. Pauli ad Roman. super illa verba, *In omnes homines mors pertransiit*, qui in sermone de Natiuitate sic ait, *Quomodo matrem carnis suæ sanctificauerit audiamus, vt inde lætetur Catholicus, immundus confundatur hæreticus, omne quippe nœuum tam originalis, quàm actualis culpæ in ea deleuit, sicque carnem de carne eius sumens eandem in diuinam munditiam transformauit.* Iuo Carnotens.

Decimo loco est Bernard. vel si mauis alter Bernardo contemporaneus, vt omnis tollatur S. Bern.

ſcrupulus, qui floruit anno 1130. in ſermone enim 13. de cœna Domini ſic ait, *Non eſt in filijs hominum magnus vel paruus qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrē immaculati peccatū nō facientis, ſed peccata mundi tollentis, de qua cū de peccatis agitur nullā prorſus volo habere quæſtionem.* Et expreſſius ſermone 40. ſuper Salue Regina, vbi ſic, *Innocens fuiſti ab originalibus & actualibus peccatis, nemo ita præter te, vnde authoritas Auguſtini cùm de peccatis agitur, nullam de beata Maria volumus fieri mentionem.*

Thauler. Vndecimo loco eſt Thaulerus, qui floruit anno 1350. quiq; clariſſimè illud affirmat in feſto Purificationis, vbi ſic, *Beata Virgo ab omni fuit præſeruata peccato, & hanc inſuper habuit decorem, quod culpæ originalis perpetuo expers fuit, ita vt ne momento quidem temporis vel iræ filia, vel vas immundum, vel diabolico ſicut nos omnes ſubiecta dominio fuerit; præuenit enim hoc ſapientia æterna, nolens electiſſimum templum ſuum aliqua labe aſpergi.*

S. Laur. Iuſtin. Duodecimo loco clarè pro nobis eſt ſanctus Laurentius Iuſtinianus, qui floruit anno 1430. lib. de caſto connubio Dei & animæ. c. 7. vbi ſic, *Hæc eſt originalis pœna delicti, à qua nemo quamuis eximia polleat caſtitate, liber exiſtit; quot quot enim ex ipſa nati ſunt propagine, exceptis duntaxat mediatore Chriſto Ieſu, & eius Matre, ſub hac peccati lege ſunt conditi.* Et clarius libro de gradibus perfectionis cap. 1. poſt medium, vbi ſic, *Ab originali delicto nullus excipitur præter illam quæ genuit Saluatorem.*

S. Bernar. Senenſ. Decimo tertio loco eſt ſanctus Bernardinus Senenſis, qui clariſſimè illud affirmat multis in locis, vt tom. 1. ſerm. ſermone 52. in medio, qui eſt de ſalutatione Angelica art. 1. ca. 1. & tom. 4. ſerm. ſermone 49. de Paſcha p. 1. in medio: à verbis eius ſuperſedeo, cùm certiſſimè conſtet eum huius fuiſſe opinionis, & nullomodo tergiuerſari poſſit, hic ſanctus floruit anno 1430. Poſt quæ tempora infiniti propemodum ſunt authores illud affirmātes, quos conſultò prætermitto, quia obuij, & nullus in illis adeſt ſcrupulus: ex antiquis etiam infinitos prætermiſi ab alijs adductis, cùm aut verba non reperi, aut non illos illud affirmare æſtimaui.

Auguſt. Tandem aduerto in hac claſſe optimè adnumerari poſſe Auguſtinum de natura & gratia ca. 36. vbi affirmat, *Sua eſſe intentionis cùm de peccatis agitur nullam de Virgine fieri velle quæſtionem*, vbi, vt apertè patet ibi, Aug. non de peccatis agit actualibus tantū, ſed generaliter de omnibus, ſicque omnes Auguſtinum intelligunt recentiores, vt Bellar. tom. 4. in 2. contr. lib. 4. de omiſſione gratiæ & ſtatu peccati c. 15. §. *habemus* 3. Suarez 2. tom. ad 3. partem ſect. 5. §. *in ſecundo ordine.* Valentia 4. tom. diſput. 2. q. 1. punct. 2. Vaſques 2. tom. ad 3. partem diſput. 117. c. 3. n. 28. 29. & 30. Egidius de Conceptione q. 4. art. 1. §. 4. vbi ex profeſſo de mente Auguſt. ai.

Bellarm. Suarez. Valent. Vaſques. Egidius.

Ad ſecundam accedo ſeriem ſanctorum & authorum, qui aut illam inſinuarunt, aut argumentatione ex illis deduci poteſt à modernis pro hac ſententia relatis: hi equidem propemodum infiniti ſunt, ita vt dici poſſit ſic diligentes modernos extitiſſe authores vt totam faciant in hanc conſpirare ſententiam Dei Eccleſiam tum antiquam, tum modernam.

Galatin. Primò ergo ſecundùm eos ſunt Rabbini ante Chriſti aduentum, qui hoc myſterium tenuerunt, vt refert Galatinus lib. 7. Hanc autem traditionem duraſſe vſque ad Chriſti tempora probat Petrus de Ojeda in ſua informatione c. 1. fol. 3. p. 1. qui citat Paleodorum lib. 1. antiquitatum Eremitarum montis Carmeli c. 5. & 6. Ioſephum Antorchæum in lib. de perfecta militia primitiuæ Eccleſiæ ca. 12. Gilbertum Gerablatenſem in Chronic. Hieroſolymi. Ioannem Hieroſolym. vbi ſupra; ex quo etiam habetur anno Chriſti 83. diſcipulos Heliæ in eodem monte & loco, vbi Helias vidit nubeculam, in honorem huius myſterij ædificaſſe Capellam.

Ojeda. Paleodor. Antorch. Gilbertus. Ioann. Hieroſol.

S. Cecilius. S. Maxi. Morales. Sedulius. Adam de S. Victor. Petr. de Biga. Vin. Valua. Linconië. Genuens. Vtinas. Caſan. Appolli. Pipin. Sanch. de Porta. Mantua. Budæus. Vida. Beltrand. Poſt Chriſti aduentum afferunt ſanctum Ceciliū ex laminis Granatenſibus, quas nos omnino reijcimus, S. Maximum qui floruit anno 420. relatum à Petro Morales, de Chriſto, & Virgine lib. 3. tract. 1. pag. 280. Sedulium, qui floruit anno 430. lib. 1. operis Paſchalis, qui habetur tom. 8. BB. PP. Adam. de ſancto Victore anno 1180. in Proſa de Aſſumptione. Petrum de Biga eiuſdem temporis in Euāgelio, Vincentium Valuacenſem anno 1230. in ſpeculo hiſtoriali c. 121. Rupertum Linconienſem anno 1240. Iacobum Genuenſem anno 1280. ſermone 3. de Aſſumptione. Bernar. de Vtino anno 1345. in ſermone de Conceptione, Nicolaum Cuſanum 1450. lib. 5. exercitationum. Petrū Appolin. anno 1480. in feſto de Natiuitate Virginis, Guillelmum Pipinum in lib. de imitatione ſanctorum, ſermone de Conceptione, Sanchium de la Porta eodem anno in lib. de laudibus Virginis. Mantuanum eodem anno lib. 1. Parthenopeæ, Guillelmum Budæum anno 1520. lib. 3. de tranſitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum, Hieronymum Vida anno 1560. in hymno, quē de hac re compoſuit, tandem Beatum Beltrandum relatum à Iuſtiniano in eius vita.

Andr. Apoſt. Author Comm. Ambroſ. Sofronius. Germ. Conſtan. Damaſc. S. Vinc. Fer. Hos authores ſic ab aliquibus annumeratos reperi vt clariſſimè affirment illud aſſerere, qui ſequuntur afferunt, aut quia ſine dubio putantur ſtare pro Conceptione, quatenus aſſerunt nunquam fuiſſe maledictam, neque in tenebris vnquā extitiſſe, aut maximè illi fauere. In prima ſerie præter Andream Apoſtolum, afferunt Authorē Comment. in pſal. apud Diuum Hieronym. tomo 7. anno 380. in pſal. 77. ſuper illa verba, *eduxēt eos in nube diei.* Ambroſiū eiuſdem temporis cum Hieronymo, ſermone 22. in pſal. 118. in illa verba, *erraui ſicut ouis.* Sophronium anno 400. epiſtola ad Sergium Patriarcham Conſtantinopolit. 3. tomo Conciliorū pagina 307. Germ. Conſtantinop. circa annum 710. in tractatu de adoratione venerandæ Zonæ Beatæ Virginis. Ioannem Damaſcen. anno 730. in oratione 1. de Natiuitate, & oratione 1. & 3. de Aſſumptione. S. Vincent. Ferrer. anno 1420. in ſermone de Conceptione Virginis in 3. part. ſerm. fol. 7. col. 1. & in ſermone de Natiuitate Virginis fol. 112. colum. 2. & in 2. eiuſdem feſti.

Origenes. Cyprian. Chryſoſto. Hierony. Ex his autem qui maximè fauent afferunt Origenem anno 230. quatenus eam appellat, *immaculatam immaculati*, hom. 1. ex varijs, *& nec ſerpentis perſuaſione decepta, nec venenoſis eius afflatibus infecta.* Cyprianum anno 250. in ſermone de Chriſti Natiuitate, quatenus eam appellat, *inſignem corporis & mentis integritate, & quòd à cæteris differens naturam communicabat non culpam.* Chryſ. anno 400. in lyturgia, quatenus eam appellat, *ſemper beatiſſimā, & penitus immaculatam.* Sanctū Hieron. Chryſ. contemporaneum in Eccleſiaſt. 10. ad illa verba, *Væ tibi terra*, quatenus ait Mariam à Prophetis & ſanctis propagatam, *nullum habuiſſe fruticem, nullum germen ex latere, ſed totus fructus*

A *eius erumpens in florem.* Et in sermone de Assumptione Virginis tom. 5. pagin. 91. ait *in Mariam venisse plenitudinem totius gratiæ, quæ est in Christo, quamquam aliter.* Sanctum Fulgentium ex anno 500. in sermone de duplici Natiuitate, quatenus dicit Virginis gratiam, *mentem eius integram seruasse & carnem*, Aratorem ex anno 540. quatenus ait, *Mariam fugare Euæ malum*, Petrum Damianum anno 1060. in sermone de Natiuitate Virginis, quatenus dicit, *vitia nullum locum habuisse in corpore, & mente Virginis.* Et in sermone de Ioanne Baptista, vbi ait, *altiori genere sanctificationis virginem in vtero mundatam, ac Ioannem, & Hieremiam.* Esychium ex anno 400. quatenus ait, *Beatam virginem audaciam dæmonis contriuisse.* Beatum Dominicũ ex anno 1200. quatenus dicit, *Christum genitum ex Maria nunquam maledicta*, librumque in quo hæc scripta reperiuntur esse diui Dominici acerrimè defendunt omnes recentiores. B

S. Fulgentius. *Arator.* *Damian.* *Esychius.* *S. Domin.*

Tandem omnes eos Patres afferunt qui Virginem esse immaculatam dixerunt *& ab omni contagione liberam.* Vt præter Iacobum Apostol. in lythurgia 7. dictæ synod. act. 3. & Concil. Francofordiens. in Epist. ad Episcop. Hisp. Effrem, Arnobius, Origen. Andreas Cretens. Euthim. Theodoret. Fulbertus, Gregor. Neocæsariens. Ambros. Hieronym. Sophronius, Brunus, Damianus, Cyprianus, Rupertus, sicut etiam & illi afferri possunt qui omnibus Angelis eam puriorem clamitant.

Jacob Apost. *S. Effrem.* *Arnob.* *Origen.* *And. Cretens.* *Euthim.* *Theodore.* *Fulbert.* *Neocæsariens.* *Ambros.* *Hierony.* *Sophron.* *Brunus* *Damian.* *Cyprian.* *Rupertus.*

Hos ergo omnes patres moderni afferunt, sicque eos nunc præsens intelligit Ecclesia, ex cuius sensu nunc vt ipsa eos intelligit clarè perspicitur quàm fota sit à Patrum sinu hæc opinio, quamque verè nostri affirment hanc nostram opinionẽ apud Patres esse antiquiorem, & communiorem, cùm C pro contraria non amplius sint expresse quàm quatuor tantum, & simul elucet quàm falsò nitantur contrarij fundamento, dum asserunt omnes simul Patres cum eis esse; vt verè possit timere Caietanus sanctæ Ecclesiæ contra ipsum definitionem, cùm iam diligenti modernorum solertia, acurique trutina, indagationeque, non solum sua in vtero sanctorum non inueniatur, sed tanquam supposititia, nec vix in eorum pedibus.

§. VI.

Probatur firmitas Ecclesiæ sensus, ex reuelatione, & miraculis.

Suar.

AD secunda deuenio fundamenta, & primò ad reuelationes, ad quas antequam accedã D placet prælibare vnum cum Suar. in lib. de vita Christi d. 3. sect. 4. scilicet quod ad definiendum hanc veritatem non esse simpliciter Ecclesiæ necessariam nouam & explicitam reuelationem: nam aliunde Ecclesia potest habere sufficientia motiua ad hanc rem definiendam ex implicita & tacita Dei reuelatione, quam tacitam reuelationem ipse existimat esse supernaturalem veritatem traditione, vel scriptura implicitè contentam, per Ecclesiam communi crescente consensu explicatã, & explicitè per definitionem nobis propositam, quæ vim habet respectu nostri cuiusdam reuelationis, propter infallibilem Spiritus sancti assistentiam. Hæc doctrina digna tanti est authoris, supra firmum stabilitum fundamentum, non enim Dei Ecclesia nouis simpliciter indiget reuelationibus, & vt nouè Deus loquatur, cùm semel loquens in filio, & suis per eum Apostolis, omnia simul, aut implicitè, aut explicitè sit locutus, & ad implicita intelligenda non equidem indiget reuelatione, cùm ex consensu Patrum, Doctorumque suorum, ex alijsque principijs humano sumptis discursu Dei spiritu assistente veritatem illam elicere possit: vti exemplis manifestis hoc probat idem author, scilicet de habitibus infusis, de canonica authoritate aliquorum librorum sacræ scripturæ, adde & de præuia Sacramentali Confessione ante sumptionem sanctissimæ Eucharistiæ, quando conscientia adest peccati mortalis. Quod collegit Tridentinum sess. 13. c. 7. ex illo loco Pauli 1. ad Corinth. c. 11. num. 18. *Probet autem semetipsum homo*, vbi per probationem declarauit intelligi debere sacramentalem Cõfessionem, quæ occultè, immo occultissimè stabat prius ante Concilium in illis verbis, vnde multi putabant non esse necessariam, sed tantum contritionem sufficere. Ergo, vt constat ex dictis, sic æstimandum nos hic reuelationes adducere, nõ vt quid simpliciter necessarium, sicut nec miracula, sed ad maiorem abundantiam, de quibus breuiter.

93. Ad hoc mysterium definiendum tacita & implicita sufficit reuelatio & quæ dicatur.

Trident. 1. ad Cor. 11. nu. 18.

Ad quas etiam antequam accedam, placet adnotare, quòd, sicut improbandi sunt qui leuiter quascumque recipiunt reuelationes, cùm, vt rectè inquit Sanctus Antoninus 3. p. Summæ theologicæ n. 8. c. 2. & 3. *Non omnia etiam sanctorum hominum visa, aut somnia, reuelationes, indubitatæ fidei, & veritatis esse, quia nonnunquam viri pij hallucinantur.* Sic etiam reprobandi qui præcipitanter quascumque respuũt, & damnant, nam idem Spiritus qui in Ecclesiastico c. 19. dixit, *qui cito credit leuis est corde*; & Ioan. 1. c. 4. *Nolite omni spiritui credere.* Idem per Paul. 1. ad Thessal. 1. ait, *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere, omnia autem probate, quod bonum est tenete.* De qua re videndus est Chrysostom. & D. Anselmus in expositione huius loci, ex quo cõmunis Theologorum emanauit sensus, ne reuelationes quæ in Ecclesia multis fiunt præcipitanter damnemus, nec imprudenter illas recipiamus, sed probemus vtrum à Deo sint, an à Dæmone, an à propria imaginatione, vel somno.

94. Reuelationes nec leuiter credendæ nec statim reprobandæ.

S. Anto. *Eccl. 19.* *Ioan. 1. c. 4* *ad Thessal. 1. c. 5.* *Chrysosto.* *Anselm.*

Fit ergo ex hoc, vt quando reuelatio authentica est & à magnis approbata viris, (quæ tanquam conditio necessaria ab aliquibus exquiritur) magnam in se contineat authoritatem, eo vel maximè si à sancta Sede adducatur approbata, quod etsi de omnibus dicendum, præcipuè de eis quæ ad Beatam attinent Virginem, cùm certum sit in Ecclesia Dei, vt sanctus inquit Amadeus libro 4. Episto. ep. 9. relatus à Canisio lib. 1. de Deipara ca. 8. numquam reuelationes defuturas vsque ad finem mundi. *Sciendum certissimè*, inquit, *quod creberrima miracula, spirituales visiones, cælestes reuelationes, sublimes consolationes almæ parentis Domini, orbi terrarum assiduè coruscabunt, donec finem mundus iste senescens inueniat.* Ex quo mirum non fit si præcipuè de hac re plurimæ afferantur reuelationes, ita vt per diuinam reuelationem festum eius dicatur incœpisse, vt asserit D. Bonauent. in 3. d. 3. quas ipse reprobare non audet, *Verumtamen sunt quidam*, ait, *qui ex speciali deuotione celebrant Conceptionem Virginis sanctæ, quam nec omnino laudare, nec simpliciter audeo reprehendere.* Causamque paulo post adducens ait, *Nec tamen audeo omnino*

S. Amadeus. *Canisius.*

95. Reuelationes de Virgine numquã in Ecclesia deficient vsque ad finem mundi.

S. Bonau.

96. Eius dies festus per reuelationẽ cœpit.

illos reprehendere, quia, vt aliqui dicunt, ſolemnitas iſta non capit inuentione humana, ſed reuelatione diuina, quod ſi verum eſt, bonum eſt ſine dubio ſolemnizare in eius Conceptione. Immo tempore D.

Bernard. Bernard. vt patet ex eius Epiſt. ad Canonic. Lugdunenſ. de hoc myſterio etiam reuelatio circumferebatur, qua moti Canonici illi ad celebrandum Conceptionis feſtum ſe induxerunt, *Sed profertur ſcriptum*, inquit Bernard. *ſuperne, vt aiunt, reuelationis.* Quam etſi Bernard. non recipit, cauſam aſſignans ait, quia nulla inuenitur certa fulciri authoritate, *Ipſe*, ait, *mihi facile perſuadeo ſcriptis talibus non moueri, quibus nec ratio ſuppeditat, nec certa inuenitur fauere authoritas.* Ergo vbi certa adeſt authoritas, & præcipuè ſi ſedis eſt Apoſtolicæ, pertinacis erit incredulitatis aſſenſum non præbere. Quo ſic ſtatuto vnam tantum hîc afferemus (& ſi multæ afferantur) omni exceptione maiorem, & de qua vllo modo addubitare licet.

97. Quæ reuelatio omnino accipienda.

B Reuelationem ergo de Sanctiſſima & immaculata Dei Genitricis Conceptione ſanctiſſimæ factam Brigidæ Scoticæ viduæ affero, vt ipſa in ſuo libro Reuelation. multis in locis teſtatum reliquit. In primis lib. 1. cap. 9. vbi ſic ait *Maria carnem ex patris matriſque congreſſu procreatam, ſed haud ſine ſingulari diuina charitatis virtute compaginatam fuiſſe, Deum verò animam à ſe peculiariter creatam illi corpuſculo indidiſſe, moxque animam vna cum corpore ſanctificatam fuiſſe, quam Angeli poſtea, ſedulè & aſſiduè cuſtodierint.* Clarius lib. 5. *Maria*, ait, *de radice Adæ preceſſit, & de peccatoribus nata eſt, licet ſine peccato concepta, vt filius Dei de ea ſine peccato naſceretur.* Clariſſimè lib. 6. c. 49. vbi Deipara Brigidæ alloquens, ait, *Veritas eſt quod ego concepta fui ſine peccato originali & non in peccato.* Immo rationem ipſa addens Virgo

S. Brigid.

C cur hæc fuerit tanto tempore occultata veritas, ſubdens ait, *Scito quod Conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus quod ſicut ante legem ſcriptam preceſſit lex naturalis, & electio voluntatis boni & mali, & poſtea veniret lex ſcripta quæ cohiberet omnes inordinatos motus, ſic placuit Deo, quod amici ſui piè dubitarent de Conceptione mea, & quilibet oſtenderet zelum ſuum, donec veritas clareſceret tempore praordinato.* Mira, & notanda verba. in quibus & ſuauis Dei aduertenda eſt diſpoſitio, & ſecundo cur liberum ſinit de hoc myſterio iudicium, vt ſcilicet zelum cuiuſlibet probaret, quem zelum profectò non alium, niſi de Chriſto, dum putant iniuriam ei inferri ſi matris redemptio ab eo eripiatur, profectò non alium, niſi de ſcripturis, dum æſtimant contra ipſas hanc pugnare veritatem. Hinc quia talis zelus non Deo

D ingratus, ideo placuit vt non quilibet, ſed ſui amici non ex odio, & maleuolentia ſed (piè) addubitarent, vſque dum veritas hæc clareſceret tempore prædordinato; ergo etſi malam tueantur cauſam, intelligamus hoc ex pio eis promanare affectu, & ex Dei zelo, digni potius compaſſione, quàm indignatione.

Turrecre. Dixi hanc reuelationem eſſe omni exceptione

98. Reuelatio de puriſſima Conceptione ſancta Brigittæ omnino recipienda & cur.

maiorem: addo nunc & credendam, immo quod non ſine temeritate negari poteſt. Fundamentum huius dicti ſumitur ex his quæ affert Cardinalis Turrecremata in prologo in libris Reuelationum huius ſanctæ, vbi aſſerit primò reuelationes iſtas examinatas in Baſilienſi Concilio, in quo examine ipſe interfuit, & approbatas ſecundò à Gregorio XI. & Vrbano VI. præcedente examine multo-

A rum Cardinalium, & Epiſcoporum, à quibus etiam approbatæ extiterunt. Quæ omnes approbationes iterum in Canonizatione eiuſdem ſanctæ diſcuſſæ per Bonifacium VI. & Martinum V. iterum confirmatæ fuerunt, approbante Martino V. & iterum ſanctam Canonizante, quod fecerat prius Bonifacius dubius Pontifex, ne de ſanctæ Canonizatione, aut de eius reuelationibus aliquis remaneret ſcrupulus: ex quibus, omnia quæ obijcere poſſunt contrarij reſoluuntur, & iuxta ea quæ ſupra diximus, elicitur temerarium eſſe illis poſt tantorum Pontificum confirmationes aſſenſum non præbere.

Ad illud autem quod de ſancta Catharina Senenſi affertur, ſcilicet contrariam habuiſſe reuelationem, Chaterinus eiuſdem Ordinis, quem ſequitur Suar. 2. tom. ad. 3. p. d. 3. ſectione 5. §. 3. augetur. Vaſquez 2. tomo ad eandem 3. p. d. 117. nu. 79. ſuppoſititiam aſſerunt, & meritò, quoniam nec Fra-

Chaterin. *Suarez.* *Vaſquez.*

99. Sicut reijcienda quæ affertur ſanctæ Catharinæ Senenſis tanquam ſuppoſititia.

B ter Raymundus, nec Stephanus Chartuſienſis, nec Thomas Senenſis, nec Diuus Antoninus qui vitam ſanctæ ſcripſerunt, ſimilis reminiſcantur reuelationis. Et quando illa eſſet vera, dum à ſancta Sede non approbata, non credenda, quia ſe decipi potuiſſet ſancta, vt ſanctiſſimi alij aliquando ſe inuincibiliter deceperunt: nam iuxta ſuperius dicta à ſancto Antonino, *nonnumquam viri pij hallucinantur.* Quod equidem ſufficit dicere abſque alia in contrarios inſultatione: Nam me iudice, & ſi ſemper inſultando, aut notando nunquam æquum extitit diſputare, poſt tamen emanata ſanctorum Pontificum diplomata, in quibus omnino ora obturantur aduerſariorum, non ſolum non æquum, ſed vile.

Ad miracula accedo, magna equidem prouincia, ſi ſingula, immo ſi aliqua enarranda, innumera af- *Chartage.*
C feruntur à noſtris. Videndus eſt Chartagena, Lecana, Lucerus, Egidius, Salazar, Pineda, Oxeda, qui omnes, etſi multa referant, tamen ſatis prudenter ad tria illa quæ Diuus Anſelmus Cantarienſis Archiepiſcopus ad Præſules Angliæ ſcripſit omnes ſe referunt. Primum eſt de Helſino Abbate à Dacia redeunte, cui in mari iactum iam facturo, apparuit quidam infula Pontificali decoratus, qui intimauit ſi incolumis euadere cuperet, proponeret diem ſanctiſſimum Conceptionis octauo Decembris die celebrare; votoque emiſſo ſtatim ſedata tempeſtate ad littus appuliſſe. In hoc miraculo adnoto apparuiſſe virum infula Pontificali decoratum, & pondero, quod cùm Anglorum gens ſub ſpeciali eſſet D. Petri protectione, vt ſpeciale tributum ab Ina eorum Rege, ſeu Adelulfo, vt vult Carolus Sigonius lib. 5. ſuæ hiſtoriæ ad annum 851. Sanctiſſi-

Lecana. *Lucerus.* *Egidius.* *Salazar.* *Pineda.* *Oxeda.* *D. Anſel.*

100. Anglorum gens ſub ſpeciali D. Petri protectione.

Carol. Sigonius. *Sanderus.* *Boterus.*

D mo Leone Papa Eccleſiam regente ſingulis impoſitum domibus, Romano Pontifici teſtatur, ſicut refert Sanderus, & poſt eum Boterus in ſuis relationibus 3. p. lib. 2. pag. 34. & ex conſecratione Eccleſiæ ſuo nomini dicatæ, quam ipſemet ſanctiſſimus Apoſtolus miraculosè conſecrauit, oleoque vnxit ſancto. De qua re cùm ſanctus addubitaret Melitus Londrenſis Epiſcopus, & an ipſe eam iterum conſecrare deberet, reuelatione non obſtante, ſanctum conſuluiſſet Pontificem Bonifacium VIII. qui ſimul cum Concilio, quod Romæ tunc habebatur determinauit non amplius eſſe conſecrandam, pro vero ſtatuendo à Diuo Petro conſecratam. De qua re videndus eſt Beda lib. 2. hiſtoriæ Anglicanæ c. 4. Surius tom. 1. in vita ſancti Ianuarij. Baron. tomo 8. anno 610. num. 12. 13. 14.

Beda. *Surius.* *Baronius.*

101. Piè credi potest sanctissimum Apostolum Petrum in Eccles. Lat. authorem festiuitatis sanctissimæ Concept.

Non erit quippe his consideratis incongruum, immò piè credi potest hunc Beatum extitisse Apostolum Petrum, vt à summo primoque Christi Vicario, vt potè suæ partis res, hæc sancta institueretur festiuitas in Ecclesia Latina, sicut prius extabat in Græca, in qua primam ipse collocauerat sedem: vnde dignum equidem etiam erat, vt tali non fraudaretur festiuitate Ecclesia illa, ad quam ipse transmigrans, & in qua obiens, caput omnium effecerat Ecclesiarum.

Secundum miraculum, est de quodam sacerdote in peccato mortali mortuo, recitante tamen Virginis officium, quem cùm Virgo ad vitam reduxisset, similiter imperauit vt suæ festum Conceptionis celebraret.

Tertium de quodam Diacono Regis Hungariæ Germano, qui præcinctus ad sponsam ducendam, apparuit ei Beata Virgo, incusans cur ipsam relinqueret: cui expostulanti quid vellet vt faceret, respondit, vt Monachus factus festum Conceptionis & prædicaret, & celebraret; videndus est Chartagena, hom. 19.

Chartag.

At quid narro miracula? ad se vnusquisque redeat huiusmodi sancti deuotus mysterij, & suam imploro fidem, vt dicat quid in hac re expertus sit, quantam deuotionem, quale in rebus auxilium difficillimis, & dum in se reperit magna, credat cæterorum admirabilia.

Ex dictis ergo, ni fallor, probatum manet in fauorem Conceptionis quatuor illa extare quæ proposuimus fundamenta, ex quibus Ecclesiam sanctissimam suam elicere posse definitionem clarè intrepidéque affirmamus. Nunc ad tertium progredior quæstionis sensum.

§. VII.

An prædicta fundamenta ita sint disposita, vt nullo alio expectato medio possit de facto ad definitionem Sanctissima Dei procedere Ecclesia.

Salazar.

Hanc quæstionem, eiusque resolutionem in Conceptionis mundissimæ fauorem, nobilem gloriosamque appellauit P. Salazar, in suo libro de Conceptione cap. 43. §. *Sed vlterius*: nobilis etiam & ipse qui ad illam deducendam me iudice exactissimè laborauit. Cuius sententia in duobus consistit. Primò, hanc assertionem in nullo sancta Pontificum Diplomata offendere, & secundò ad eum statum hanc de Virginis immaculatione opinionem redactam, vt ita inueniatur expedita & præparata quod ad vltimam peruenerit definitionis dispositionem, ita vt nullo congregato Concilio summo sit liberum Pontifici, si velit, illam actu definire, cuius opinioni in omnibus per quam libentissimè assentior.

102. Opinio affirmatiua vt verissima defenditur.

Dico ergo ad eum statum opinionem affirmatiuam de Virginis immunitate à peccato originali peruentam iam esse, vt summus in terris Pontifex, si velit, non solum nullo expectato Concilio, sed statim potest illam definire ac determinare, an verò consentaneum illud sit infra dicam.

Sosa.

Huius opinionis præter Salazarum est Reuerendissimus Sosa in Epist. ad Regem Hispaniæ Philippum III. quatenus asserit non esse necessarium ad eam definiendam Concilium, & à fortiori debent esse omnes illi, qui affirmant hanc opinionem à parte rei infallibilem continere veritatem, vti Egidius lib. 3. q. 6. ar. 1. §. 9. num. 54. & simul illi qui tenent non esse ipsum credere in celebratione festi Conceptionis Ecclesiam errare posse. Sic Suarez vbi supra, disp. 3. sect. 5. Corduba q. 44. Petrus Morales, & Bellarminus, dum ait ex celebritate festi se nihil dubitare Conceptionem fuisse sanctam; nam si materialiter & physicè hæc opinio infallibilem continet veritatem, quid amplius desiderari potest vt ad vltimam perueniat dispositionem definitionis? Similiter nec nostram conclusionem negabunt omnes qui hac tempestate de sanctissima & immaculata scripserunt Conceptione; ad illam autem euidentissimè probandam, aliqua prius certissimè supponenda sunt, & de quibus nulla potest esse inter Catholicos controuersia.

Egidius. Suar. Cordub. Morales. Bellarm.

103. Pontifex definire potest absque Concilio.

Primum Pontificem summum ex se suppositis requisitis diligentiis posse definire aliquid de fide nullo expectato Concilio. Hæc assertio tantum ab hæretico verti potest in dubium, cùm inter Catholicos nulla de ea adsit dubitatio. Vnde grauiter S. Basilius Epist. data Diacono cum summo loquens Pontifice sic ait, *Dignam est illa excellentissima voce qua te Christus beatam prædicauit, quod pietati tuæ à Domino donatum est, vt quod adulterinum est à legitimo & puro discernas, ac fidem Patrum sine vlla substractione confirmes.* Vnde egregiè Theodoretus ad Leon. PP. à maiori ad minus eliciens argumentum, omnes de veritate indagandas ad summum accurere Pontificem debere euidentissimè concludit dicens, *Si Paulus prædicator veritatis, & Spiritus sancti tuba ad Petrum accurrit, vt ijs qui Antiochiæ de viuendo secundum legem Moysi disceptabant, definitionem, & explicationem ab eo ferrent, multo magis nos qui pusilli sumus, & viles, ad solium vestrum Apostolicum accurremus, vt à vobis medicinam vlceribus Ecclesiarum feramus.* Notanda hæc postrema verba, (inferius enim nobis deseruient.) Hinc Petro dictum, *duc in altum*, hoc est in profundum disputationum, vt inquit Ambros. lib. 4. in Luc. cap. 5. & quia ipse solida petra, huic ipsi dictum, Luc. 22. *Confirma fratres tuos*, tanquam omnium caput, cui vacillantes attinet confirmare, solidare, stabilesque in infallibili reddere veritate.

S. Basil. Theodor. Ambros.

104. Ecclesia in ijs quæ sunt de fide, vel ad fidem pertinent, errare non potest. 1. ad Timoth. 3. n. 15. Ioan. 14. & 17. Idem 1. Canon.

Secundò etiam tanquam certissimum statuendum est, vti fidei dogma, Ecclesiam in ijs quæ sunt de fide, vel ad fidem pertinet, errare non posse, adeo *columnam & firmamentum veritatis*, eam appellauit Paulus 1. ad Timoth. 3. n. 15. de qua re firmas à Deo habet sponsiones. vt Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Et rursus c. 17. *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est, & ego pro eis sanctifico me ipsum, vt sint ipsi sancti in veritate.* Et iterum idem Ioan. in 1. Canon. *Sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia.* In quibus omnibus firma Dei Ecclesiæ suæ sponsio continetur, quòd non sinet eam vnquam labi aut errare in ijs rebus quæ ad fidem pertinent.

Hoc autem etsi authoritate constat, hoc vrgenti concluditur argumento: nam cùm quæ ad fidem pertineant necessariam supponant diuinam reuelationem, si certior Ecclesia nun esset, nunquam suum permissurum sponsum ipsam adulterina decipi posse voce, ac pro voce diuina non posse dia-

bolicam transfiguratam in diuinam accipere, nil certum, ac pro infallibili ipsa determinare ac tenere posset, nihil sine formidine alterius partis, nil tandem de fide vnquam stabilire, nihil non solum quoad fidem, sed neque quoad mores pro certo ordinare, vnde tota ipsius prorsus corrueret gubernatio.

105. Ecclesia vt accipiẽda. Tertiò stabiliendum est nomine Ecclesiæ non totam simul Mathematicè, vt dicitur, accipiendam esse, itavt omnia eius indiuidua ad vnum in vnam debeant coire propositionem; sed intelligendam moraliter, itavt sufficiat quod maior pars respectu cuius pauci dicantur qui desiderant, in vnam conspiret propositionem; tunc enim isti Ecclesiam repræsentabunt, de qua asseritur omnino errare non posse; & rursus hæc Ecclesia non solum intelligitur in Concilio generali actu congregata & collecta, sed etiam extra Concilium, quatenus ex omnibus fidelibus constat.

106. Ecclesiæ sensus medium ad definiendũ sufficiens. Quartò pro certo stabiliendum, & euidenter sequitur ex dictis, hunc Ecclesiæ sensum esse medium infallibilis veritatis ad determinandum aliquid de fide; ita vt dum constet huius sensus, nil aliud remanet super ad definiendum, siue hic sensus medio Concilio legitimè, & ritè congregato, & ritè ac iuxta Pontificis directionem procedenti eliciatur; siue extra Concilium. De Concilio non est dubium, nec extra Concilium: solum dubium esse potest, si extra Concilium possit Pontifici hũc

Salazar. constare sensum, & de hoc etiam cum Salazaro, vbi suprà, & Valentia 2. 2. disput. 1. q. 1. punct. 7.

Valẽtia. certissimum est quod constare potest, verba sunt

107. Extra Cõcilium Põtifici constare potest. Valentiæ. *Si quando de re aliqua in materia religionis controuersa constaret fidelium omnium concordem esse sententiam, solet autem id constare vel ex ipsa praxi alicuius cultus communiter apud Christianos populos recepta, vel ex scandalo, & offensione communi, quæ ex opposita doctrina oritur, meritò potest, & debet Pontifex illo uti, vtpote quod esset Ecclesiæ sensus infallibilis.* Vbi aduertendum terminos illos communes, omnes, cunctos, vniuersos, iuxta regulam suprà traditam accipiendos, nempe non Mathematicè, sed moraliter, hoc est multo plures, & maiorem partem, respectu cuius contraria quasi pro nihilo reputetur, id est pauca, & nimis extenuata. Hoc dixerim, quia nec Mathematicè etiam est intelligenda, maior pars, itavt

108. Maior pars Ecclesiæ in materia definitionis vt intelligi debet. si vno aut altero excedat, dicatur maior pars respectu definitionis fidei: sed necessarium, vt etiam moraliter hæc maior pars intelligatur, hoc est, vt ita sit maior, quòd respectu eius minima, & quasi pro nihilo reputetur contraria.

Obiectio. Sed contra hanc doctrinam obijci potest, ergo si daretur, vti & dari videtur, maiorem partem Patrum, & scholasticorum in vnam coire sententiam extra Concilium, & cum ipsis etiam maiorem cõsentire partem Ecclesiæ, illam opinionem continere infallibilem veritatem, ac consequenter non posse contra illam opinari. At cõtrarium videmus, multos scilicet ex principiis aliis intrinsecis ductos contra communem stare, nullâque digni esse reprehensione, immo quòd in dies sua sic accreuerit opinio, vt ad se maiorem attrahat postea partem Ecclesiæ, vti factum videmus prorsus in hac nostra opinione, contra quam à principio quasi omnes scholastici steterunt, cùm processu temporis mutatam videmus Ecclesiam. Ergo ex illo communi sensu Ecclesiæ extra Concilium non licet colligere infallibilem veritatem.

A Ad huius solutionem argumenti supponendum est, aliud esse aliquid in se continere infallibilem veritatem, aliud non posse opinari contra hanc infallibilem veritatem, nam ad primum sufficit cõmunis Ecclesiæ sensus, ad secundum verò minimè nam ad hoc vt aliquis non possit opinari contra illum, necessaria est summi Pontificis determinatio, quæ proponat populo illum esse communiorem Ecclesiæ sensum, ac proinde infallibilem, & vt talem decernat sequendum, qua declaratione, & propositione facta vllo modo amplius licebit contra eam opinari. Vnde hic communis Ecclesiæ sensus non cuiuslibet potest expendi marte, cùm ad Pontificem tantum illum esse communem attineat, declarare, bene tamen quilibet opinari potest esse communem, at definire solius tantum summi Pontificis, qua definitione non accedente, pro certo nec communis formaliter, nec pro communi infallibiliter habendus. *Præcluditur.* 109. Quando non licet, opinari cõtra Eccles. sensum.

B Quod sic verum est, vt etiam in Concilio, etsi maior pars, immo etsi totum ipsum vni consenserit opinioni, nisi summi Pontificis cõfirmatio accedat numquam illa Concilij determinatio, etsi materialiter infallibilem in se contineat veritatem, pro tali reputabitur, vsquedum Pontificis confirmatio & assensus accedat: nam hoc accedente, tunc infallibiliter & legitimè constabit de maiori consensu Ecclesiæ, & per consequens de propositionis infallibilitate, contra quã non licebit amplius opinari. 110. Eccles. sensus etiam in Concilio, vt communis non habetur vsq; dum summi accedat Pontificis authoritas.

Ex dictis soluta manent argumenta, simulque declaratum quomodo quis contra communem sensum possit opinari, & ad confirmationem omnino negamus quod assumit: nam nunquam inuenietur Ecclesiam sanctissimam determinasse aliquid in fauorem minoris partis sensus Ecclesiæ, ne- 111. Nunquam reperietur Ecclesiam determinasse in fauorem sensus minoris partis Ecclesiæ.

C que vnquam in rebus fidei (de his enim loquimur) inueniemus maiorem partem consensisse in id quod non erat verum, neque aliquem scripsisse contra communem in rebus fidei, qui aliquando secutus sit, etiam si sanctus fuerit, vt patet in Cypriano de renouando baptismate ab hæretico collato, in Bernardo de consecutione gloriæ non statim post mortem, in Nazianzeno de processione Spiritus sancti à solo Patre, qui etsi sancti summèque docti, tamen nunquam Ecclesiæ maior pars eos secuta, vnde id quod assumit de nostra opinione prorsus falsum est, cùm nunquam maior Ecclesiæ pars positiuè in contrariam facta discussione consentit, immo totum oppositum, vt vidimus, immo si ad Ecclesiæ sensum standum esset, potius contrarium desumi deberet, cum ex antiquis Patribus vix expresè quatuor reperiantur pro contraria, cùm plusquam viginti expresse pro nostra. *Cyprian.* *Bernard.* *Nazian.*

D Vnde mera deceptio est affirmare antiquitus Ecclesiam pro hac stetisse opinione, quod sic verum est, vt quando contrarij hoc moti fundamento ausi sunt nostram nota inurere hæreticali, statim Dei Vicarius in terris Sixtus IV eos inhibens, ac censurans, satis declarauit se decipi, dum communiorem illum sensum Ecclesiæ dicebant, ac proinde infallibilem. Quapropter nec vnquam communior fuit, licet apud scholasticos tantum pro aliquo tempore communior, sed non apud Patres, neque apud maiorem Ecclesiæ partem. Opinari ergo potest aliquis licet contra communem in rebus fidei citra hæreticalem notam, non dico citra temerariam: nam in hanc incurrere nisi aliàs Ecclesia licentiam opinandi dederit, pro certo æstimem. *Sixt. IV.* 112. Bulla Sixti IV. in contrarios cur expedita.

Ex dictis liquet, quomodo nonobstante quòd nos 113. Qua ratio-

ne contra hanc opinionem, licet etiam nunc opinari.

teneamus non solum pro nobis maiorem Ecclesiæ partem nunc stare, sed penitus totam (exceptis paucis) licet contra nos opinari, & simul quomodo cùm à parte rei secundùm nos physicè, hæc opinio infallibilem contineat veritatem, tamen contraria nulla possit, nec debeat inuri nota, nec opinionis nomen amittat, & securè pro illa stare possint, & contra nostram opinari: quia etsi nos ita nunc teneamus, tamen cùm hoc adhuc Ecclesia non declarauerit, sed suspenderit iudicium, nec hunc esse maiorem Ecclesiæ sensum adhuc definierit, semper nostra opinio de maiori sensu Ecclesiæ limites non excedit probabilitatis, contra quam opinari potest donec Ecclesia illud declarauerit: immò cùm ad Pontificem hæc spectet declaratio, & nunquam pro infallibili haberi possit, in vnam partem maiorem concurrisse Ecclesiæ sensum, cùm etiamsi illud ego supponam, & quamplurimi mecum, tamen omnes decipi possumus & ratio est, quia super speculam non sumus constituti, quis enim ex nobis scit quæ Pontifex aliàs scire potest ad quem omnes accurrunt? quis scit si sensus multorum illi pateant, qui nobis occultantur? quis scit si secreto multi Pontifici reuelant, quòd publicè, & in scriptis non faciunt, quia non conuenit, ideo semper hic communis Ecclesiæ sensus sub opinione manet, donec à Pontifice fuerit declaratus.

114. *Potest Ecclesia contra nos definire, etiã dicamus Physicè hanc nostram opinionem infallibilem continere veritatem.*

Ex hoc etiam elicitur, quòd etsi piè, & probabilius credendum, si peruentum fuerit ad definitionem ipsam pro nobis futuram, immo moraliter non credendum rebus vt nunc stantibus Ecclesiam contra nos definituram: tamen nullo modo venire possum cum eis, qui asseueranter dicunt contra nos iam Ecclesiam definire non posse, non quod optima non sint eorum argumenta & in re, & veritate, ita ego existimem, scilicet à parte rei hanc opinionem, hîc & nunc infallibilem continere veritatem. Quod confirmant omnes rationes supra adductæ, & præcipuè illa quæ affirmat Ecclesiam non posse errare in propositione pij cultus, vt supra diximus, tamen quia Ecclesia expresè declarauit dispensatoriè tantum ipsam pro nunc hûc tribuere cultum, adhærens opinioni magis piæ, & probabili, itavt si aliquando contrarium illi euidenter constet saluis suis iuribus illum auferre possit, & simul cùm ipsa adhuc non declarauerit, sed expressè dixerit, nolle adhuc declarare hunc esse maiorem partem Ecclesiæ sensum, quod inclusiuè in illis habetur verbis scilicet *per huiusmodi tamen prouisionem Sanctitas sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus praiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis in quibus reperitur.* Quibus verbis quid aliud insinuat, nisi quod adhuc sub iudice lis est, an scilicet ad eum sit peruentum statum, vt ipsa determinare possit maiorem partem Ecclesiæ contra opinionem illam stare, ac proindè contra illam definire, eamque reprobare, nam cùm supra dixisset, *ex assertione eius in populo Christiano scandala, iurgia, & dissentiones oriri*, & videretur apertissimè ex hoc sequi contra illam maiorem partem extare Ecclesiæ, eium in animo non habuisset adhuc hanc rem definire, ideo illa verba subdit, in quibus non solum ait ipsam eam non condemnare, sed nec vllum præiudicium inferre, relinquens eam in terminis quibus nunc reperitur; quæ postrema verba sanè obseruanda, cùm ex illis satis suam declaret Pontifex mentem, se omnino à censura contrariæ abstinere, nec pro, nec contra illam statuere aliquid, quod ad materiam definitionis fidei attineat, quòd illi præiudicium aliquod inferre posset, nullum autem esset maius quàm hanc nostram esse maiorem Ecclesiæ sensum. Ex quo fit, vt etsi ego, & mecum omnes pro certo habeamus nostram esse communem Ecclesiæ, & firmissimis hoc stabiliamus argumentis, tamen nunquam rationem opinabilis excedimus, hinc fit vt adhuc contra nos in rigore loquendo possit sancta determinare Ecclesia, licet credibilius sit nunc pro statu præsenti certissimè pro nobis illam determinaturam.

Ex dictis ergo tanquam certa hæc omnia habemus primum Pontificem summum absque Concilio posse definire, secundum Ecclesiam in ijs quæ sunt de fide, vel ad fidem pertinent, non posse errare: tertium pro Ecclesia maiorem illius partem non Mathematicè, sed moraliter intelligendam: quartum sensum maioris partis Ecclesiæ siue in Concilio, siue extra Concilium infallibilem in se continere veritatem, esseque medium infallibile ad cognoscendam infallibilem veritatem: quintum Pontifici extra Concilium constare posse hunc maiorem Ecclesiæ sensum.

115. *An sensus Eccles. in ordine ad definitionẽ debet esse sine formidine alterius partis.*

In istis omnibus nullum video esse posse dissidium, nisi in vno, an scilicet hic sensus Ecclesiæ ad hoc, vt inde infallibilis colligatur veritas, debeat esse certus sine formidine alterius partis, an sufficiat tantum probabilis, itavt si maior Ecclesiæ pars probabiliter tantum reputet vnam opinionem, possit inde elici eius certitudo, an verò necessarium sit vt pro certo illud teneat.

1. Sententia affirmans.

Aliqui putant necessarium esse assensum Ecclesiæ certum, itavt non solum illud ex principijs intrincecis æstimet verum, sed etiam existimet certum reuelatum à Deo atque assensu indubitato teneat.

Fundamentum efficax est, quia ex assensu probabili non potest vllo modo erui conclusio certa, & infallibilis, cùm premissæ non possint in conclusionem maiorem infúdere certitudinem quam ipsæ contineant, ergo cùm assensus tantum sit probabilis ex præmissis probabilibus, quomodo possibile vt inde elici possit veritas infallibilis?

Hoc argumentum Philosophicè consideratum sine fidei lumine ita efficax est, vt vllo modo me iudice esset solubile, cùm euidentem in se contineat conclusionem; at quia in materiis similibus ita nos vti Philosophia debemus, vt semper fidei aliquid demus, itavt etsi secundùm rectam Philosophiæ rationem aliquid deduci non possit, credamus supra illam aliquid nobiscum stare quod illud efficiat, ideo hac re motus, & simul Theologica ratione contrariam perlibentissimè sequor.

116. *2. Sent negans & vera. Valent. Canus.*

Secunda ergo sententia est assensum tantum probabilem Ecclesiæ esse sufficientissimum ad inde infallibilem veritatem eruendam. Sic Valentia 2.2. disp.1.q.1.punct.7.§.45. Canus lib.7. de locis Vualdens. lib.2. doctrinalis fidei antiquæ c.22. & 23. & recentiores.

Fundamentum certum huius sententiæ sumitur ex promissione assistentiæ Spiritus sancti Ecclesiæ facta, quæ non solum limitari debet ad res quas ipsa pro certo æstimat, aut pro certo reuelatas tenet: Quid enim præclarum, quid præcipuom, quid gloriosum in hoc Deus Ecclesiæ suæ dedisset? si tantum in rebus fidei ei promisisset non se deccepturam, quæ aut ex principiis infallibilibus fidei, aut ex euidenti & certa eius reuelatione inde deduceret, non equidem hoc magnum eum ex se con-

sentaneum rationi illud esset, sed quòd magnum, quòd præclarum, & excelsum, & quòd maximè nostram nobilitat sanctam Ecclesiam illud est, sic illi sanctissimum sponsum suam promisisse assistentiam, vt nec in rebus fidei in quibus ipsa opinabiliter, & cum formidine concurrit vnquam se decipiat, vnde ex opinabili tantum eius discursu virtute eius assistentiæ certa & infallibilis erui possit veritas, quòd infra ex dicendis amplius patebit.

Ex hoc solutum manet contrariæ sententiæ argumentum: nam licet secundùm rectam philosophiam ex assensu probabili non possit deduci conclusio certa, negatur hoc de Ecclesia in rebus fidei, & quæ ad fidem pertinent, ratione peculiaris assistentiæ Spiritus sancti.

117. Ecclesi ex consensu probabili quando cũ suo capite certissimam elicere possit conclus. non dubit.

117. Hæc opinio, vt dixi, summopere mihi placet, valde enim ad gloriam nostræ conducit Ecclesiæ, eiusque doctrinæ, & illi aliquid insuper addendo B dicerem, quod etsi verum sit opinabile esse quando maior pars Ecclesiæ probabiliter in vnam consentit fidei propositionem, vt inde infallibilis possit elici veritas, tamen hoc esse absque vlla disputatione, neque vertere in dubium posse, quando cum Ecclesia sic opinante summus adsit Pontifex.

Ratio huius dicti est, nam cùm Ecclesia opinatur aliquid sine suo capite, cum tanta formidine alterius partis opinatur, vt potius eius opinio problematica, quàm verè vnius partis assertiua dici debeat: quapropter nec in illam verè Ecclesiam propendere dici possit, ac proinde nec inde infallibilem eruere veritatem. Quis enim Theologorum extra aut intra Concilium opinabiliter tantum aliquid sentiens, & probabilibus principiis ductus, dum secum adhuc suum non videt caput, ita illud non formidet, vt in ipsamet sua opinione adhuc in- C tra limites opinionis certum assensum præbeat, nullo assensu ex peccato Pontificis? Quod amplius confirmatur, nam etiam in Concilio Patres vbi decisiuum ipsi suffragium habent, semper cum hac reseruatione suam pronunciant opinionem, ergo quanto magis extra illud quilibet hoc efficiet in re opinabili: at secus dicendum quando iunctim cum capite opinatur: nam tunc in illa opinione probabili sic firmiter hæret, sic assentit, vt etsi cum formidine alterius partis pro nihilo hæc duci possit, & hoc præcipuè modo intellecta opinione secundùm me, non video quomodo non sit certa, supposito

Turrian. 118. Pontifex errare non potest in propositione probabilioris opinionis in rebus fidei.

vno quod affirmat Pater Aloysius Turrianus 2.2. disp. 56. num. 5. scilicet Pontificem aberrare non posse circa veritatem dogmatis quod definit, & D proponit Ecclesiæ, vt magis probabile, quòd probat ex inconuenienti euidentissimo: nam, inquit, possibile extare totam Ecclesiam illam recipere opinionem, quam vt magis piam illi proponit Pontifex, & sic simul totam errare in illo dogmate, quod omnino negandũ. Verba eius: *Existimo non posse Pontificem errare circa veritatem propositionis, quam declarat esse probabiliorem (loquimur autem de materia quæ possit ad mores, vel ad fidem pertinere, licet res non sit de fide) nam si in hoc posset Pontifex errare, magnam detrimentum posset sequi Ecclesia, omnes enim amplecterentur, & defenderent eam opinionem, & putarent veram, & eius probabilitas in dies cresceret, ac proinde tota Ecclesia falleretur, quod nulla ratione est admittendum.* Si ergo Pontifex non potest errare circa veritatem dogmatis fidei, quam vt magis probabilem proponit, quod sic verum esse concluditur ex illo inconuenienti, vt ego nesciam quid responderi possit.

A Ergo ex illo euidenter concluditur nulli dubium esse posse. Quod si probabili opinioni Ecclesiæ simul adiungatur summus Pontifex eam probabilem declarando, vt inde ratione assistentiæ Spiritus sancti infallibilis veritas elici non possit, hoc dixerim vt sine disputatione hunc efficerem punctum: nam cùm aliqui requirant suffragium Pontificis in Concilio, vt quid conferens infallibilitatem sententiis Patrum, aut saltem tanquam vltimum robur, ideo vt in omnium sententia verum esset ex assensu opinabili Ecclesiæ posse educi infallibilis veritas in rebus fidei, adiũxi cum Ecclesia ipsum summum Pontificem: adde ad hæc quod si vera non esset hæc opinio nullum posset ab Ecclesia certum statui fidei dogma, cùm vix sine formidine ante Pontificis definitionem aliquid statuit, & decernit.

119. Hæc quæstio partim ad mores pertinet, partim ad fidem.

B 119. Tandem vltimò addam hanc quæstionem esse de illis quæ partim ad mores pertinent, partim ad fidem; ad mores, quatenus decernit cultum pium, & sanctum huic mysterio exhibendum ab omnibus: ad fidem autem, quatenus est causa discussionis multarum Theologicarum quæstionum, & dogmatum fidei, vt de transfusione peccati originalis, de Christi redemptione, de motiuo incarnationis, de regulis, & modo intelligendi scripturas, & similibus. His ergo sic statutis;

120. Prob eiud. Pontifici constare posse, nunc Eccles. sensum communem in fauorem esse Concept. sanct.

120. Probo Pontificem summum nullo expectato Concilio posse statim ad definitionem procedere, quia sic res nunc stat, & ad id peruentum est, vt faciliter, immo certè illi constare potest Ecclesiæ de hac re communis sensus, ergo.

Antecedens probatur ex assertiua eorum rescriptuum, immo ex ratione promanationis, vbi sanctissimus Dominus Paulus V. & Gregorius XV. C primus publicas de hac re disputationes & publicos sermones prohibens; secundus verò etiam priuatos pro ratione assignant, scandala, iurgia, & dissentiones, quæ oriuntur in populo Christiano ex affirmatiua opinione, quod valde notandum. *Nihilominus*, ait Paulus V. ex *occasione assertionis affirmatiua in publicis concionibus* &c. *Quod eadem Beata Virgo fuerit cum peccato originali concepta oriuntur in populo Christiano cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones.* Et eadem ratione ad priuata colloquia prohibitionem extendens Gregor. XV. ait, *Ex eisdem causis ad euitanda scandala, dissentiones, atque discordias in populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, & vt accepit, iam orta sunt, ex sermonibus priuatis, oc-* D *casione assertionis affirmatiuæ.* Ergo non oriuntur scandala ex vtriusque affirmatione opinionis, sed ex affirmatiua tantum, quod non equidem in aliis inuenitur rescriptis: Nam cùm hæc opinio nunquam sic in animis insideret omnium, scandala quæ prius oriebantur ex vtraque erant parte, vnde conuenit, vt ad vtramque partem lex promanaretur, quatenus neutra notaret contrariam, quæ tunc erant scandala, vt fecit Sixtus IV. at nunc, quia iam hæc opinio totos Ecclesiæ vniuersalis obtinuit animos; hinc tantum ex assertione contrariæ oriebantur scandala; & valde notandum quòd non solum hoc ex publicis sermonibus, sed etiam ex priuatis colloquiis, quia iam tota Dei Ecclesia, & omnis populus nec mussitare contra illam amplius sufferre potest. Si ergo non vnus, sed duo hoc testificantur Pontifices, scilicet in populo Christiano ex assertiua opinione oriri scandala, ergo ex illis euidenter colligere potest summus Pontifex com-

munem Ecclesiæ sensum, ergo & definire.

Immo valde notanda sunt verba illa decreti Pauli V. vbi hoc scandalum populi Christiani non perfunctoriè asseritur, sed post magnam discussionem, & auditis votis Cardinalium Sanctæ Inquisitionis. *Sanctissimus Dominus noster*, ait, *post longam & maturam discussionem, re diligenter & accuratè perpensa, proindè considerans*, ergo assertio scandali populi Christiani ex longa processit & matura discussione, ex re diligenter & accuratè perpensa, quæ vtique nulla alia esse poterat nisi fundamentum talis scandali, nempe assertiua contrariæ opinionis, contra communem sensum totius populi Christiani, qui communis sensus simpliciter supponitur dum generaliter de omnibus asseritur, & non de aliquibus, nam non, inquit, *oriuntur inter aliquos*, sed *in populo Christiano*, quod similiter affirmat Gregor. X V. Ergo sanctitates istæ scotiunt totum populum Christianum contra illam conspirare assertionem, & hanc de immaculata tenere Conceptione.

Secundò hunc sensum euidenter colligere potest Pontifex ex celebratione festi, quod iam per totam Ecclesiam sine vlla tergiuersatione sub titulo immaculatæ Conceptionis celebratur, sicuti Gregor. mandat X V. nam cùm certissimum sit omnes prorsus Dei Ecclesias, tam Cathedrales, quàm non Cathedrales, eam nunc celebrare, sicut ipsa celebrat Ecclesia Romana, & in ipso die saltem in omnes Cathedrales Ecclesias sermonem de immaculata haberi Conceptione, in quo cum Episcopo præsenti conuenit omnis populus, & certissimè æstimandum non fictè asseri tunc cum prędicatore Virginem sanctissimam esse sine peccato originali cooceptam. Euidentissimè hinc colligere potest omnes Ecclesiæ Prælatos hanc tenere opinionem; sed hoc tenent iunctim cum ipso, & vt diximus. Dei Ecclesia in hoc vllo prorsus modo decipi potest, ergo statim, & euidenter potest Pontifex hunc communem Ecclesiæ colligere sensum, & sic ad definitionem procedere.

Obiectio. At dices, cur Paulus V. & Gregor. X V. qui hunc communem intellexerunt sensum, non eam definierunt?

121. Cur Paulus V & Gregor. XV hunc non definierunt quæstionē.

Respondeo primum, *Quis cognouit sensum Domini, & quod nosse tempora vel momenta non sit in nostra potestate* Et secundò respondeo, quod si coniectare licet, hoc non sine magna Dei factum prouidentia vt determinatio & decisio huius quæstionis reseruetur Pontifici qui facultatis sit Theologicæ, & non vtriusque Iurisprudentiæ. Pro qua re

Adnoto in huius determinatione quæstionis, duo posse considerari, vnum quod ad substantiam eius pertineat, alterum quod ad modum, scilicet vt prudenter sine iurgio, & sine scandalo procedatur, vt contradictores arceantur, refrænentur. Primum sine dubio ad facultatem Theologicam spectat, quod est, an Virgo sanctissima sit concepta sine peccato originali, & licet possit Pontifex qui non sit Theologus ex assistentia Spiritus sancti, auditis Theologorum votis, illud determinare, tamen cum hoc ab illo semper ac fier erit non ex principiis intrinsecis propriis, propriæque facultatis, sed ex intrinsecis alienæ facultatis, ideo ad suauissimum Dei prouidentiæ modum spectat, qui omnia suauissime gubernat, vt huius resolutio quæstionis ad Pontificem facultatis Theologicæ reseruetur. Secundum vero, quod est modus procedendi, proprium est Iurisprudentiæ, quæ facultas si bene inspiciatur à Sixto I V. vsque hoc, sic huic deseruit opinioni, vt iam ad maximum quod sit eius debiti, & posse peruenerit: nam quid maius efficere potuit, quàm omnino ora occludi aduersariorum, tum in publicis, tum in priuatis colloquiis? & cõtrauenientes Inquisitoribus hæreticæ subdidere prauitatis. Ergo cùm Iurisprudentia totum effecerit quod sui erat iuris, nec ei amplius remaneat faciendum, congruenter coniectare licet determinationem puncti substantialis Pontifici Theologo esse reseruatam.

Tertiò hic sensus communis Ecclesiæ elicere clarè potest Pontifex ex Bulla Clementis V I I I. Ferrariæ emanata, per quam Catechismum à Cardinale Bellarmino confectum approbat, mandatque vt ab omnibus recipiatur Ecclesiis tanquam à Sede sanctissima approbatum, in quo in expositione salutationis Angelicæ, illa verba, *gratia plena*, sic exponit, *Quia quo ad primum gratiæ effectum scilicet peccati deletio, Virgo sanctissima nunquam maculam habuit peccati originalis, aut actualis, mortalis, vel venialis*. Hoc ergo Catechismo nunc vtitur Ecclesia, ergo nunc in tota illa pueri hac imbuuntur opinione, ergo tota illa hanc tenet, immo vt sic teneant ex ordine procedit sanctissimi, ergo euidentissimè Pontifici constare potest nunc de facto simul, cum ipso piè, vt ipse totam hanc opinionem tenere Ecclesiam, & eam vt magis piam magisque probabilem cum ipso habere, quod tantum sufficit ad hoc vt definire possit, & statim nullo amplius expectato Concilio.

§. VIII.

An expediat & conueniat, vt quam primum ad definitionem sanctißimus accedat Pontifex.

BOnam patrocinans causam sententiam non timet, recolenda sunt verba ex Theodoreto superius adducta, quæ huc reseruauimus, nempe, *ad solium Apostolicum pertinere medicinam vlceribus præbere Ecclesiarum*. Quæ vlcera, quæ scandala, quæ peccata Dei passa est Ecclesia ex non resolutione huius quæstionis, legantur authores moderni, præcipuè Pineda in priuilegio Regis Aragoniæ aduerten. 15. & perspiciet quis quanta ea sint. Ergo iustum æquumque erit, vt statim & quã primum succindantur, ad hoc vt sicut Nestorius, vt refert Socrates lib. 7. cap. 33. à veritate victus clamauit, *Dicatur Maria Deipara, & offensiones animorum sedentur*, dicant omnes, *sine originali concepta*, & populorum sedentur animi Christianorum. 122. *Theodor.* *Pined.* *Socrat.*

Secundò iam in eo statu hæc opinio peruenit, vt labore recentiorum inconuenientia quę formidabantur non adsint, iam enim periculum non adest determinare contra communem sanctorum, vt aduersarij autumabant, cùm vix tantum pro parte quatuor sint contraria vti facta omnium discussione qui adducuntur, latè probat Egidius libro 3. q. 4. art. 2. §. 1. & 2. neque etiam contra Diuum Thomam, quam authoritatem merito tanti facit omnis Dei Ecclesia, neque contra opinionem iam alicuius roboris, aut æstimationis, ergo non est cur amplius remoretur. *Egidius.*

Tertiò saluo meliori iudicio, cùm iam in hoc

omnium

omniũ populorũ omniũque principũ aspirent vota, & cũ omnes pro certo hoc teneãt, nescio an populis vis inferatur, immo & ipsi sanctissimæ Dei Genitricis propensioni, quæ vt ex impressione talis cultus, ex eius deuotione, & miraculis, ex reuelationibus constat, non vult vt amplius huius decisio sacramenti differatur.

A

Tandem vt vltima huic manus digressioni imponatur, necessarium erat obiectiones contrariorum dissoluere, sed hæc penitus ex dictis solutæ manent: nam cùm præcipuè sint ductæ à generalibus scripturæ, aut Patrum locutionibus, & authorit. Tridẽt. omnes cum exceptione assumi possint, nullam posthac ipsæ habuerũt, nec habent efficaciã.

Secunda obiectio ex multitudine Patrum adducta, quibus probare conabantur suã omniũ esse Patrũ sententiã, ex dictis satis superque soluta manet.

Tertia quæ ex rationibus, aut ex detrimento Redemptionis Christi, dum ab ea sua excludebatur mater, aut ex inconuenienti, sic nunc communiter sunt soluta, vt & solutiones iam in ore inueniantur infantiũ ac lactẽtiũ, ideo ab eis supersedere decreui.

B

Numero 5. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PRosequitur Salomon sapientiæ contra fictos, vafrosque discipulos odium, affirmans eatenus talium esse inimicam, vt longè ab eis effugiat, ab eorumque cogitationibus auolet, qua semel elongata, miseri in barathrum illabuntur iniquitatum.

1. Sanct. de quibus hũc intelligunt versum

Athanas. *Bernard.* *August.*

Sancti Ecclesiæ Doctores ad variorum genera peccatorum hunc versum, seu hanc applicant sententiam. Athanas. ad peierantes, serm. de Passion. & Cruc. Bernard. ad incontinentes serm. 1. in Cantic. August. ad Hæreticos sacramenta administrantes, quæ non deserit Deus, etiamsi elongetur ab eorum cogitationibus, contra epist. Parmeniani c. 11. Adde quod etiam applicari possit malis Catholicis, qui in peccato administrant, idem ser. 11. de Verb. Do. qui ficto corde omnibus Christi miscentur, Vrbanus II. ad Simon. Mag 1. q. 3. c. *Sulnator*, Hesych. 2. in Leuit. c. 18. ad agentem simulatam pœnitentiam.

C

Vrban. 2. *Hesych.*

Spiritus sanctus, &c. id est Deus, non tantũ tertia Trinitatis persona, sic Lorinus, & Castro, nam (vt optimè adnotat ipsemet Castro) Hebraismus est, & supponit *pro Spiritu*, hoc est Deus, nam Spiritus est Deus, instruens, informans, ac tradens sapientiæ Spiritum, licet Hieronym. lib. 7. in Isa. c. 63. & Idacius contra Vatimaclum, tertiam accipiãt personã.

Lorinus. *Castro.* *Hieron.* *Idacius.*

Disciplina &c. Aliqui hoc coniungunt cum Spiritu sancto, vt sensus sit Spiritus sanctus disciplinæ, id est author omnis disciplinæ, effugiet fictum, id est dolum: sic Castro cum multis. Alij coniungunt cum posteriori nomine, nempe cum ficto, vt sit sensus, Spiritus sanctus effugiet fictum disciplinæ, id est simulatam, dolosam, fictam sanctitatem. Vterque sensus verus & vtrumque amplectitur Olkut. lectione 5. licet secundum magis indicet Græca scripta, quæ sic habent. *Sanctus enim Spiritus disciplinæ fugit, quod fictum est.*

D

Castro.

2. Spiritus sanctus simulatæ disciplinæ inimicus.

Olkot.

Effugiet &c. id est, se transferet, non solum deseret. Lorinus optimè adnotat, ob talem vafritiem, & calliditatem, qua mali, & dolosi Principes omnia miscent, & conturbant, fugere solere Deum, secumque transferre ad alias gentes regnum. Vt semel aduertant Politici, quantum à vero errent, qui technis, machinis, dolis, gubernanda esse omnia ducunt, amittens, non tenebunt imperium.

Lorinus.

3. Regnum transfertur per dolositatem, contra politicorum sensum.

Auferet &c. id est exurget, eriget se, à cogitationibus scilicet stultis, sic Hieronym. in c. 63. Isa. & vanis, vanisque rebus occupatis, vt Bern. tract. ad fratr. de monte Dei. nam istæ sunt, secundùm Bern. sine intellectu, & prorsus irrationales, cogitant namque sicut equus & mulus, Ps. 31. n. 9. vnde non mirum, *si cum in honore essent non intellexerunt*; vnde comparantur *iumentis insipientibus, & similes illis fiunt*, Psal. 48. num. 13.

Hieron. *Bernard.* *Ps. 31. n. 9.* *Ps. 48. num. 13.*

Et corripietur &c. Hîc diuisi sunt Authores. Aliqui suppositum verbi corripietur faciunt Spiritũ sanctum, vt Iansenius, & sic legit *confutabitur Spiritus sanctus*. Sic etiam Hugo, & placet Pinedæ in 35. c. Iob. n. 6. & 7. intelligens correptionem pro tristitia, & Castro, & sic sensus secundum istos erit, Spiritus ob superuenientem iniquitatem confutabitur, & tristabitur. Alij verò suppositum verbi corripietur, faciunt hominem fictum, sic August. cont. Adamant. c. 7. Gloss. & alij: & sic secundùm istos erit sensus, Spiritus sanctus auferens te à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, tunc homo fictus, corripietur, flagellabitur à superueniente iniquitate sua, nam, vt vult Lyra, propter alia priora peccata, adde & peculiariter propter fictionem, & hypocrisim, subtracta Deus gratia sua, permittet talem in maiora labi & grauiora: vtraque expositio vera, & accõmoda. Placet etiam adnotare cum Castro, quod cùm verbum *corripietur*, ex Græco significet, arguere, demonstrare, argumento conuincere, coercere, refellere, aut reprimere, sumendo subiectum correptionis, hominem fictum, hunc etiam potest facere sensum; scilicet. quòd superueniente hominibus istis, fictis, ac vafris, hypocritis nempè, iniquitate, tunc conuincentur, clatoque tunc demonstrabitur argumento, Spiritum eorum fuisse fictum, & falsum, nam ex operibus malis cognoscentur, conuincenturq; spiritum eorum fuisse spiritũ malum dæmonis, & non sancti Dei. Talis est spiritus omniũ hæreticorũ, à superueniente enim iniquitate, qua infecti viuunt, & vixerunt, demonstratur apertè eorum spiritum fuisse diabolicum, non diuinum. Vide Lorinum sup. vers. 2. in princ.

4. Quid intelligatur per corripi Spiritum sanctum.

Iansen. *Hugo.* *Pineda.* *Castro.* *Aug.* *Gloss.* *Lyra.* *Castro.*

5. Hypocritarum Spiritus vt di gnoscẽdus.

6. Sicut & hæreticorum.

Lorinus.

Sensus ergo erit, quòd Deus author omnis disciplinæ, effugiet, seque ab homine elongabit ficto, & hypocrita, & simul à cogitationibus vanis, stultis, & vafris, & quæ sunt sine vllo sano intellectu: elongato autem Deo à tali homine, statim ipse corripietur à superueniente iniquitate, ita vt in maiora, grauioraque incidat peccata. Vel si Spiritum sanctum velis intelligere, erit sensus, quòd semel admissis in homine vanis illis cogitationibus, Spiritus sanctus corripietur, id est instabitur, & à superueniente expelletur iniquitate, quæ vanas illas sequetur cogitationes.

HOMILIA IX.

Hypocritæ quantum detestabiles.

S*Piritus sanctus disciplinæ effugiet fictum*, inquit noster Sapiẽs, simulatã scilicet ac dolosã sanctitate, cũ enim Deus omnẽ in vniuersũ malitiã detestetur, vtpote *iniquitatẽ nõ volẽs* (iuxta Psalmistam Psa. 55.) quia sũma bonitas, specialius tamen hypocrisim effugit spiritus eius, vt magis infensam, magisq; sibi oppositã. Nã si attẽtè inspicias, dum hypocrita homines, & (si dici potest) Deũ, simulata prætendit sanctitate illudere, mentemque decipere, Deo quasi practicè denegat infinitæ sapientiæ perfectionem, qua omniũ inspector secretorũ cordis, omniumque cogitationum, sũma veritate, ac perspicacitate rimator est, cum omnia iuxta Paulum

Psal. 55.

1. Hypocrisis summopere Deo infensa, & eius.

Paulus.

Apoc.c.3. num. 1.

nuda & aperta sint oculis eius. Vnde Apoc.c.3.n.1. A Episcopo Sardiniæ loquens hoc hypocrisis morbo laboranti, se non solum vnum spiritum habere fatetur, sed, & septem, septemque stellas, vt acutè notauit Richard. de S. Vict. quasi diceret, inquit, *Tu qui coram hominibus per hypocrisim bonũ facis, sed in occulto malum sitis, dum me audis sepiẽ spiritus habere, animaduerte, me per sapientiã, non solũ manifesta, sed etiã occulta opera, immo & intimas cogitationes intueri.* Putat enim hypocrita se quodãmodo Deũ fallere posse, vnde maximã illi iniuriã infert. Hinc plusquã nimis Deo Saul iniuriosus extitit, falsò existimans, auaritiæ vitiũ, quo intus erat infectus, simulata posse pietate deaurari, vnde externa sacrificij appellatione, internam impietatem insigniuit, opumque auiditatem colorauit: verùm quid profuit, dum omnia diuinæ fuerint veritati manifesta, quæ nec irrideri, nec falli potest? Hinc B aduersus tale fallaciam, acris Samuelis reprehensio insurgit dicentis. 1. Reg. 15. n. 22. *Nũquid vult Deus holocausta, & victimas? & non potius vt obediatur voci Domini? Quoniã quasi scelus idololatria, est, nolle acquiescere*, id est ex animo non obedire, sincerè, ac purè, sed fallaciter, & captiosè: nam qui sic acquiescunt, quasi idolis deseruiunt, qui aures habent, & non audiunt, oculos, & non vident, talem Deũ reputantes, viuũ sic eum colunt, quasi qui colerent lapideum, ergo hypocrita idololatra est, idololatriamque in suo exercet cultu, quod maximum omnium est scelerum.

Richa. de S. Vict.

2\. Deus ob hypocrisis septem habere oculos dicitur.

3\. Saül cur Deo nimis iniuriosus.

1. Reg. 15. nu. 22.

4\. Hypocrita cur idololatra dicitur.

5\. Idololatriæ deformitas in quo cõsistit.

Ad Coloss. 3. 5.

6\. Auaritia cur simulachrorum seruitus.

1. Ad Timot. 6. num. 10.

Ps. 105. num. 10.

Ad Rom. 1. n. 23.

Hieron.

Enimuero si quæras in quo idololatriæ consistat deformitas, in nullo alio reperies, nisi in eo, quòd cultus, qui vero Deo debetur, datur idolo, Deusque deseritur propter idolum. Hac ratione Paul. ad Coloss. 3. n. 5. appellauit auaritiã, simulachrorũ seruitutẽ, *Quam quidam appetentes errauerunt à fide.* 1. ad Timo. 6. n. 10. quia scilicet cõmutatur verus Deus, pro auro, argentoque, sicut in idololatria. vnde Dauid. Ps. 105. n. 10. *Comutauerunt gloriã suã in similitudinẽ vituli.* Et Paul. ad Rom. 1. n. 23. *Mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* In idololatria ergo verus commutatur Deus pro falso idolo, sic in auaritia. Vnde rectè Hieronymus ep. 1. *Negat*, inquit, *auaritiã esse idololatriam, qui potest triginta argenteos Dominũ venditum appellare iustitiæ.* Ergo cùm C in cõmutatione Dei pro idolo, aut argento, idololatria consistat, nonne omnes etiam hypocritæ idololatræ, qui ob propriam gloriam, propriumque lucrum etiam Dominum commutant, illud Domino anteponentes. & seipsos magis quàm Deum D æstimantes, in sacrificio, operibusque bonis, seipsos non Deum colentes, ob hoc summè à Deo inuisi, ideo, & si contra suam naturam, in eos animaduertit, castigans, flagellumque immittens, sic Isa. 28. n. 10. inquit, *Peregrinum est opus eius ab eo*, hoc est castigare, at si peregrinum, quis eum cogit? hypocrita nẽpe, dum in cultu Dei, non Deum, sed se colit. Vnde Caldæus, sic ait, *Colunt cultum idolorũ in cultu suo.* Pulchrè ergo, quasi diceret, ob id castigauit, deperdiditque Deus populum illum, & si peregrinũ sit illi castigare, quia colebant ipsi in cultu suo, cultũ idolorũ, dũm ostendebant colere Deum, sed verè idola colebant, hoc est seipses: quid ergo mirũ, quòd ob hoc peregrinũ opus à se Deus cũ illis faciat, non miserendo, sed castigando? Vnde meritò Glos. in c. 16. Isa. in illis verbis. *Auferetur gloria Moab*, ait, *quod in cõparatione duorũ malorum leuius peccatũ est aperte peccare, quã sanctitatem simulare.* Ex quo nõ mirũ, quòd Deo adeò odiosus sit hypocrita, vt contra ipsum armetur, eum sapientia sua intelligentiaque priuando, insipientes plusquam dici potest in hypocrisi sua eos faciens, vnde corrupti, & abominabiles.

Isa. 28. nu. 10.

Caldæus.

7\. Hypocrita ad castigãdum, Deũ contra suã naturam, impellit.

Glos.

8\. Leuius peccatum aperte peccare, quàm sanctitatem simulare.

Dixit insipiens in corde suo, inquit Dauid, Ps. 13. n. 1. *Non est Deus* qualis est iste insipiens? scio Doctores idololatrã intelligere, scio alios Iudæos negãtes Christũ esse Deũ, sed placet cũ Chrysost. infra citãdo, hypocritã intelligere, qui dũ laborat, & se affligit, gloriæ auidus propriæ, gloriæ amittẽs coronã, durũ quod est in opere virtutis patiens, leue verò, & iucundũ amittẽs, insipientissimus est, vt infra dicam. Hic ergo insipiens dũ Deo se præfert, & vult magis gloriã suã, quàm Dei, & hoc palliato zelo, in corde profecto suo inquit, quod *non est Deus*, se pro Deo cõstituẽs miser quod cũ dicit, cũ agit, cũ sic operatur, quid aliud ex talis sua cõsequi potest operatione, nisi corruptio, & abominatio: & corruptũ abominabileq; totũ corã Deo apparere? vnde rectè sequitur *Corrupti sunt, & abominabiles facti sũt in studiis suis, non est qui faciat bonũ.* Abominabiles in studiis suis, inquit, quæ studia? rectè Symmachus interpretatur, artes, & machinas, astu adinuẽtas, in suis abominabiles sũt, corrupti, & plusquã dici potest fœtidi, insipiẽtesq, haurietes abominationẽ. vnde venerationẽ exquisierũt, merito sapientia & intelligentia à Deo priuati. Quod rectè describitur in Iob. ca. 39. nu. 16. sub figura struthionis, propriũ symbolum hypocritæ, vbi sic dicitur, *Penna struthionis similis est pennis Herodij, & accipitris, quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? obliuiscitur, quod pes conculcet, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos, quasi non sint, frustra laborauit, nullo timore cogente, priuauit eã Dominus sapientia, nec dedit illi intelligentiã.* Singula digna notatu sũt pennã namq; struthionis, seu *Pauonis*, vt Pagnin. seu *Lecanim Herlasse*, hoc est, gloriosa, letabũda, exultãs, à radice Ehalas, *quod est exultari & latari*, vt 70. (quia præter pennas in quo exultet, nil amplius habet struthio.) dicũtur hypocritæ habere similẽ pẽnã Herodij: nã cũ hoc animal se in altũ erigẽs in arduis ponat nidũ, è cõtrario vero struthio licet pennas Hærodii similes habeat, nũquã à terra surgit, suamet grauitate press⁹; sic hypocritæ sãctitate ficta ad cælũ vsq; extolli videtur, sed nũquã à terra subleuantur, vnde Greg. *Struthio*, inquit, *pennã accipitris, & Herodij similitudinẽ habet, sed volatus eorum celeritatem non habet, à terra quippe eleuari nõ valet, & alas quasi ad volatũ specie tenus erigit, sed tamen nũquã se à terra volando suspẽdit: sic hypocritæ alas per figuram extendunt, sed curarũ secularium põdere prægrauati, nullatenus à terra subleuantur.* Notanda postrema Gregorij verba, radicẽ enim fictionis innuũt hypocritarum, quia nimiũ curarũ sæcularium põdere sunt grauati, ideo eis necessariũ sãctitatẽ fingere, *derelinquit oua sua in terra*, quia hypocritæ bona, quæ faciũt, in terrã abscõdũt, per illa terrã ambiẽtes, vnde quasi illusis dicitur, *Tu forsitã in puluere calefacies ea?* Aptissimè hoc hypocritis, qui dũ operũ calorẽ bonorũ ex puluere putãt laudis venturũ humanæ, fructus, & pullos ex ea expetũt, obliuiscẽtes miseri, quod conculcabit illa *pes pauperis*, idest humilis, *& bestia agri*, nẽpe dæmones, ex quo frustra inaniterque laborauerũt, ob quod merito priuati à Deo sapientia dicũtur, & intelligentia, quia vt inquit noster Sapiens, *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum.*

David Ps. 13. n. 2.

9\. Insipiens à Dauid nominatus qui sit.

10\. Hypocrita homo insipiens & cur.

11\. Pro Deo se habet verũ Deum negans.

12\. Totus hic corruptus & abominabilis.

Symmachus.

13\. Studia hypocritarũ, quæ.

Iob. c. 39. num. 16.

14\. Sunt struthioni similes, & cur.

15\. Hypocrita cur pennas dicatur similes Hærodij habere.

Gregor.

16\. Homines cur hypocrisim sectantur, vndeque hypocrisis originem ducit.

17\. Bona in terra abscondunt hypocritæ, & cur.

18\. Eorum conatus fiunt manes.

19\. A Deo merito omni priuati sapientia.

Et meritò quidẽ, nã pleni omni dolo sunt & fallacia, vnde Petr. Chrys. inquit; *Hypocrisa mentitur affectu, oculis fallit, aspectu illudit videntes, decipit audientes, seducit turbas, trahit populos, fumum vendit, amit clamores.* Hoc adnoto postre-

Petrus Chrysol.

20. Emuot clamores. *Chrysost.* mum sanguinis enim pretio verborum emit sonos, vltra quod nihil: vnde meritò Chrysostomus ser. 163. ait, *Verè ab antiquis gloriam huius vitæ inanem vocatam, quia inanis est, intus nil continent vtile, sed, vt larnæ videntur splendida, & amabiles, intus vere sunt inanes, etiamsi veris vultibus elegantiores; neminem tamen vnquam ad sui amorem videndo attraxerunt, talis quidem est, & multo miserius quæ à vulgo datur gloria.* Hanc emunt hypocritæ, ob hanc desudant, & affliguntur, ex quo vanissimi, vnde merito cùm sic vani, pondus sapientiæ in se habere non possunt.

21. Gloria humana inanis.

21. Hypocritæ vani.

At non solum sunt vani, sed apud Deum viles, & tamquam vile fœnum reputati, licet apud homines magni, pretiosique habeantur, & ideo pabulum sunt Diaboli, Deus enim Iob c. 40. num. 10. loquens de dæmone asserit, *Quod fœnum vt bos comedet*, vbi Sanctus Gregorius, postquam dixisset per fœnum sanctos intelligi, quos valde appetit Diabolus comedere, *Neque enim*, inquit, *se eos gaudet rapere, quod prauis ac sordidis actionibus in imis secum respicit voluntariè iacere, sed fœnum etiam vt bos comedere appetit, quia suggestione suadente, conterere mundam vitam spiritualium contendit.* Dicit deinde, per fœnum vitam hypocritarum etiam assignari quatenus foras velut aliquid pretiosum apparent, sed intus coram Deo immundi sunt, & nunnisi immundum fœnum: *Sunt nonnulli hominum*, inquit, *qui apud Deum fœnum sunt, & apud homines sanctitatis nomine censentur, eùm & ante humanos oculos aliud ostendit vita, & ante diuina iudicia aliud ostendit conscientia: ij itaque, & apud humana iudicia electi sunt, sed apud subtile Domini examen fœnum.* Fœnum ergo cùm sint, pabulum erunt Behemot, id est Diaboli, & sic in ipsius substantiam veluti conuersi, quomodo cum sapientia simul stare poterunt?

12. Et homines viles.

23. Pabulúq; Diaboli. *Iob. c. 40. num. 10.* *S. Gregor.*

24. Diabolus sanctos apprime comedere desiderat.

25. Hypocritæ in substantiam dæmonis quodammodo conuertuntur.

Hæc equidem est causa, cur tales numquam erũt Dei ciues, sed seper tamquam hospites, & aduenæ ab ipso reputabuntur: egregiè hoc dixit idem sanctus vbi supra, super illa verba Eccl. 29. n. 33. *Transi hospes, & orna mensam, & quæ habes ciba ceteros*, vbi sic ait: *Transeundo namque hospes, ornare mensam dicitur, quia si ad altare Dei quis positus, per bona opera gloriam propriam quærit, & de ostentatione sanctitatis eius laus alteri extenditur, ipse tamen apud Deum in numero ciuium non habetur. Aliis eius opinio proficit, & tamen à Deo extraneus ipse pertransit.* Mira stoliditas, aliis proficere, sed sine profectu efficere, alios ciues æternæ constituere patriæ, se ab illa extorres constituere, & hoc non equidem placidè sed magnis immensisq; laboribus.

26. Nunquam Dei ciues, sed semper hospites. *Idem. Eccl. 29. num. 33.*

27 Aliis iuuãt, sed non sibi.

Hinc tales non Dei, sed Diaboli martyres sunt, cuius figura est Eleazarus in suamet victoria victus. 1. Mach. 6. vbi Glossa. *Potest*, inquit, *& non inconuenienter, hæc res ad hypocritarum significationem transferri, dum enim hypocritæ contra luxuriam, aut contra gulam, aut contra corporalia delicta per abstinentiam confligunt, carnemque per ieiunium, seu vigilias, & cætera abstinentiæ opera domantes, non se à spiritalibus vitiis benè obseruant, ita, vt ab elatione, aut ab inuidia, aut cupiditate non caueant, quasi vincendo vincuntur, quia dum alia vitia superant, in ipsa victoria incauti ab aliis conteruntur.* Pulchrè, *vincendo vincantur*, quia dũ aliqua vitia superãt, ab aliis superantur, & dum victores existũt, ipsamet victoria opprimuntur. Est etiam taliũ figura Bos à Prophetis Baal sacrificatus 1. Reg. c. 8. & Iezabel 3. Reg. 11. quæ Naboth occidens, ieiunium indixit. Vide Vatablum.

28. Martyres Diaboli. *1. Mach. 6.* *Glossa.*

29. Vincendo vincuntur.

1. Reg. c. 8 *3. Reg. c. 11.*

Hinc taliũ sacrificia, & orationes Deo odiosæ, quas cùm effundunt, quodammodo laborat eas audiendo. Is. 43. n. 22. *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel, non obtulisti mihi arietẽ holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me, non emisti argento calamũ, & adipe victimarũ tuarum non inebriasti me, verumtamen seruire me fecisti in pec. tuis, præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis.* Mirũ, vt de illo cõqueratur Deus populo, quòd nõ offerat ei sacrificium & holocaustum victimarum, & incensum, cùm à summo mane vsque ad vesp. nil aliud in templo offerretur, & innumerabilia essent sacrificia. Potuitne fieri vt in tota illa multitudine sic prægrandi, & numerosa, nullum Deo offerretur sacrificium, itavt dicat Deus, *Non obtulisti mihi arietem*, nec etiã vllus esset, qui ad eũ recurreret, & inuocaret? *Non me inuocasti Iacob.* At cùm hoc sit impossibile, & verè infinita propemodum Deo offerebantur sacrificia, quomodo conqueritur Deus, quod nullũ ei præstaretur sacrificiũ, sanè quia tãquã nõ oblata illa reputabat, non enim ei, sed sibimetipsis ea offerebãt, ob lucrũ, simulationẽ, & hypocrisim, externè tantum verũ cultũ præferentia, intrinsecè autẽ vacua, & inania, vnde potius laborabat Deus ea sustinendo in domo sua, dũ talia sacrificia magis eum ad indignationẽ, quàm ad misericordiã prouocabant: ob hoc enim ait, quòd non sacrificia, sed peccata erant, & iniquitates, quæ dum offerebantur, ipse Dominus laborabat sustinendo, *Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis:* & rationem reddit, quia *seruire me fecisti in peccatis tuis.* Vnde Deo seruitium? sanè quia dum pallio, & quasi vmbra diuini zeli cooperiebant iniquitates suas, Deum vt instrumentum, & seruum assumebant ad illas patrãdas, ex quo fiebat, vt ad scelera sua deseruiret illis Deus: vnde nõ mirum si laborabat, dum ea offerebant, iuxta illud quod supra cap. 1. de iisdem dixerat sacrificiis, *laboram sustinens*, ex quo illi molesta, & prægrauia, quia sacrificia simulata, & ficta, quales offerentes ea, ex quo fiebat, vt nullum onus maius Deo esset, quàm populum sic hypocritam sustinere. *Si ergo*, inquit per Hierem. 23. num. 33. *interrogauerit te populus iste, vel Propheta, aut Sacerdos dicẽs, Quod est onus Domini? dices ad eos, Vos estis onus;* in quo tolerando, secumque Deus disceptando, an puniat, laborem sustinet, vt præclarè Hieronymus in ipsamet Is. verba, quæ cum 70. legens, nempè, *sed in peccatis defendi te*, ait, *Labor enim est Dei, & lassitudo, defendere peccatores, quare, inquit Dominus, laborare me fecisti in peccatis tuis & onera iniquitatum tuarum portare vix potui.* Vnde ei lassitudo? ex labore quippè, quem in defendendo peccatores sustinet, dum tota eius reclamante iustitia, vt pater defendit, quos, vt iudex, perdere debebat, qui tamẽ si diù multumq; in peccãdo perseuerant, tãquã lassus oppugnata veluti à iustitia eius misericordia, põdus deponit, onus abiicit. Hinc terribilis vox illa, quã sequẽs Propheta pronũciat, *Proyciam quippe vos*, derelinquẽdo scilicet, vnde 70. *Derelinquã vos*, effugiẽdo ab illis, vt inquit noster Sapiẽs.

30. Deo laborem præstant in eorum sacrificijs. *Isa. 43. num. 22.*

31. Deus, cur quæritur quod nullum ei offerebatur sacrificiũ.

32. Qui Deum in peccatis seruire faciunt.

33. Hypocrita intolerabile Deo onus. *Hier. 23. num. 33.*

Hierony.

34. Vt sustinet laborem in defendendo peccatores.

35. Quando eos abiicit.

Quapropter meritò, tãquã homines, qui nõ solũ ei, sed sibimetipsis dissimiles non cognoscet Deus, vnde in illo tremendo iudicij die eis dicet, *Nescio vos vnde sitis.* Luc. 13. n. 25. nã sicut laruatã, vt sic dicã, habẽt hic virtutẽ, sic etiã, & laruatã animã, dissimilitudine coopertã, tã Dei quãsimet, quapropter dissimilitudo hypocrita, & ficta, qua coopertã est in

36. Hypocritæ sibi dissimiles à Deo nõ cognoscentur in iudicio. *Luc. 13. num. 25.*

37. Laruatam habent animam

A

anima similitudo Dei, facit vt ipsa Dei similitudo non cognoscatur in eis, vnde & ipsi nec à Deo cognoscantur, quando signa cognitionis illi proponere curabunt, dicentes, *Nonne in nomine tuo prophetauimus?* Matth. 7. nu. 23. Quibus Dominus, *quia numquam noui vos.* Non noui, ait, in præterito, non in præsenti, hoc est, nec tunc, quando ea faciebatis, nec modo, nec agnoui, nec agnosco, quia dissimiles sunt Deo & sibi. Pulchrè hoc Bernardus serm. 82. in Cant. inuehens in hypocrisim, quia per illam anima, quæ prius, simplicitate sua, ante peccatum Deo simplicissimo erat similis, post illud dissimillima Deo est reddita, quia dissimilitudinem per hypocrisim superinduit, quapropter licet sub ea Dei lateat imago, non perspicitur, dissimilitudine hypocritæ obruta, *Non deleta est*, inquit, *similitudo, sed alia superinducta, non planè anima natiuam exuit formam, sed superinduit peregrinam; illa addita, non ista perdita est, & quæ superuenit obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare. Manet ergo in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minimè apparet duplicitate operta humana calliditatis, simulationis, & hypocrisis: ergo vnde anima dissimilis Deo, inde dissimilis est sibi; inde cõparata iumentis insipientibus, & similis facta est illis.* Psl. 48. n. 13. *Inde homines tamquam vulpes duplicitatis & fraudis foueas habent, & qui pares vulpibus se fecerunt, partes vulpium erunt.* Optimè, non agnoscit tales Deus, quia sui dissimiles, quia laruati, *Non est enim*, inquit idem Bernard. ser. 66. in Cant. *apud hypocritas virtutes colere, sed vitia colorare quodam quasi virtutis minio*; nil melius. Vitiosi sunt, & si exterius virtuosi appareant, hinc verè coram Deo dissimiles, & vnde dissimiles Deo inde fiunt etiam sibimetipsis, quia ex hominibus rationalibus, per hypocrisim fiunt irrationales, bestiisque similes, vulpibus nempè, vt inquit Bernardus: quo semel posito, quid mirum si eos non agnoscit Dominus, si ab eis elongatur?

Matth. 7. n. 23.

Bernard.

B

Psal. 48. n. 13.

38. Vitia colorari.

Bernard.

C

39. Irrationalibus fiunt similes.

40. Homines sunt stolidissimi.

Sũt ergo hypocritæ idololatræ, sunt Deo onerosissimi, sunt bestiæ, quid amplius? sunt denique (vt vno verbo dicam) stolidissimi homines, quia in opere bono cum duo adsint, alterum laboriosum, alterum iucundum, laboriosum eligunt, iucundo derelicto; opus pœnitentiæ faciunt, quod laboriosum est, at coronam, præmiumque, quod ei debetur, si rectè fieret, derelinquunt, de eo non curantes. quid stolidius? Grauiter hoc ponderauit Chrysostomus hom. 217. in cap. 6. Matth. super illa verba, *Cùm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes*, cõsiderauit enim sanctissimus Pater Christum Dominum nostrum, vt discipulorum ieiunium ab hypocritarum secerneret, non addidisse onerosum aliquid, sed tantum quod in illo leue, & iucundum. *Neque enim*, inquit, *extendens dierum continuatione ieiunium, longius illud fieri iubet, sed admonet, ne ipsius ieiunij corona depereat, itaque quod solum videtur onerosum, hypocritis, nobisque commune est; nam & illi vtique ieiunant, quod verò est leuissimum, ne scilicet laborantes mercede priuemur, hoc nobis Dominus imperauit, laboribus quidem nostris addens nihil, mercedem verò nobis cum omni congregans cautione, neque incoronatos sicut hypocritas abire permittens.* Nil aptius dici potuit, tum ad hanc dissuadendam pestem, tum ad manifestandam eius stoliditatem, laborant, sed sine præmio, sine corona, sed tantum vt videantur. Ergone inedia, carniumque consumptio, & medullarum, ob vnam fumẽda est oculorum inspectionem, & hæc

Chrysost.

D

A

digna tanti æstimatur corona laboris? stulti, & insensati, meritò sine intellectu dicuntur, bellus similes, meritoque ab eis sapientia elongatur diuina, vt inquit noster Sapiens. Vide de hac re Origen. in Psal. 37. Basilium hom. 24. ex variis, Chrysostom. hom. 45. in imperf. vbi præclarum illud hypocritis dictum, scilicet, *Aut esto quod appares, aut appareas quod es.* August. lib. 12. de Trinitate, & lib. 7. de ser. Dom. in mont. tom. 4. Gregorium multis in locis, & præcipuè lib. 8. in Iob. cap. 16. Bernard. ser. 40. in Cantic.

Origen.
Basil.
Chrysost.
August.
Gregor.
Bernard.

HOMILIA X.

Cogitationes bonæ quàm necessariæ, malarumque detrimentum.

B

NOn solum Deus aufugit, & se à simulatis aufert cordibus, sed etiam, vt noster inquit Sapiens, ab impuris mentibus, quæ malarum cogitationum sentinæ omnino videntur: res enim uotarũ digna, salutem nostram ab vna cogitatione pendere, & tamen hoc plurimi paruipendunt, quo spreto totum deperditur, vnde meritò quælibet appellari potest cogitatio, momentum, vnde pendet æternitas. Ad cuius intelligentiam

1. Salus nostra ab vna pendet cogitatione.

Attendendum, quòd & si fortiter semper suum sapientia attingat finem, tamen adeo suauiter diuina Prouidentia disponit omnia simul, vt semper suauitas cum fortitudine coniuncta sit, & è contra: vnde & si ita fortiter aliquid apprælendat, vt infallibiliter voluntas illa diuina finem suũ, quem semel præfixit, assequatur, tamen simul ita suauiter, vt in causis liberis voluntariisque agentibus, semper liberum voluntariumque, ita intactum illibatumque relinquat, vt quàm longissimè ab omni actione abeat coactio, violẽtaq; deductio, Quod non intelligentes quidam ausi fuerunt asserere, melius in causa hominis fuisse, si bonum etiam coactè ab illo fieret ita vt malum nequaquam patrare posset. Contra quos eruditè sanctus inuehit Dion Areopag. de diui. nom. c. 4 p. 4. dum asserit, Deum non destructorem, sed naturæ esse conseruatorem, sic enim inquit, *Non est prouidentia diuinæ violare naturam, sed est cuiusque naturæ conseruatrix, eis, quæ per se mouentur, & libero aguntur arbitrio, conuenienter prouident, omnibusque & singulis, propria, vt omnium singularumque natura capit, pro modo cuiusque prouidentissimas bonitates impertiens.* Notanda postrema verba, nam Dei prouidentiam, eiusque mediorum ordinationem ad finem, non simpliciter prouidentiam, sed bonam appellauit prouidentiam: nam dans tibi Deus media ad consequendum finem, vtitur prouidentia sua ad te regendum, sed ad media adiungens suauitatem, proportionemque illorum cum natura, supra prouidentiam addit bonitatem, efficitque vt sint illa media *prouidentissima bonitates*, quo nihil suauius remanet, ergo quòd Deus vim non inferat naturæ liberæ, sed suauiter illam in omnibus disponat, regitque.

2. Fortitudo Dei semper cum suauitate coniuncta reperitur.

C

3. Deus nunquam tollit libertatem.

Dionys. Areop.

4. Non est naturæ destructor, sed conseruator.

D

5. Prouidentiæ Dei suauitas in quo consistat, simul & eius bonitas.

Sed quo medio hoc efficit? medio sane admodum proportionato humanæque naturæ consentaneo, cogitationibus nempè, sanctam cogitationem immittendo, ab impiis nos præseruando, & defendendo, nam quid

6. Cogitationes sunt media, quibus Deus liberam gubernat & regit creaturam.

aliud est prima gratia, nisi *sancta cogitatio*? si ex parte intellectus illam consideres, vt colligitur ex Augustino. *Atque motus ille voluntatis subitus sine nostra libertate ex pia illa cogitatione ortus, si ex parte voluntatis, quo deterremur à malo, & ad bonum prouocamur, & hanc Deus operatur in nobis sine nobis*, quia Christi gratia illam nobis promeruit. Hanc primam tolle gratiam, tolles & prædestinationem, tolle à Deo cogitationes, inspirationesque sanctas, tolles à Deo medium, quo totam humanam regit gubernatque naturam, tolles & suauitatem.

7\. Prima gratia quid.

8\. Hinc ratio nostri expetenda est dicti; cogitationem nempè esse momentum, vnde pendet æternitas, & quod si Deo eam semel non damus, impossibile videri quod ab ipso seruari possimus, immo & gubernari; quia cùm ipsius gubernationis modus, quo humanum fortiter, suauitérque gubernat genus, fit per primas cogitationes, qui modus consentaneus est, naturæque quasi connaturalis humanæ, eiusque libertati, si hanc à Deo tollis, sanctamque simul cogitationem non admittis, sed impuras, obscænasque, quomodo te Deus gubernabit, ad gloriamque diriget? impossibile equidem fiet.

Cogitationis momenta, vnde pendet æternitas, & nostra salus.

9\. Hoc deplorabat Deus per Oseam Prophetam 15. n. 4. dum dicebat, *Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus à me: fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel*: statimque addit quod grauius, *non dabunt Deo cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum*. Hoc maius malum, quia plaga incurabilis facta, quia occlusum est iter, detruncatum medium, quo Deus eos ad se reducere posset, fornicatus est, contaminatus est Ephraim, ad hæc cogitationes non dat, vnde ei emundatio, ad Deumque reuersio? cùm hæc ad eum sit, ad quem cogitatio dirigitur; simulque impossibile sit, vt cui ea non detur ad illum sit eius attentio.

A Deo cogitationes eripere, & ab eo media tollere nostræ saluationis. *Oseæ 15. num. 4.*

10\. Hoc prospiciemus si cur Ephraim non dedit Deo cogitationes suas semel aduertamus. Propheta ait, quia *Spiritus fornicationum in medio eorum*. Sanctus Hieronymus per spiritum fornicationum spiritum intelligit idololatriæ, quia idolis eas dederant, ideo Deo non dabant; idola colebant, hæc pro Deo habebant, ad hæc cogitationes dirigebant; hinc non ad Deum, & consequenter nec ad eum eorum esse poterat conuersio.

Impossibilis est conuersio ad Deũ quãdo ad eum nõ sunt cogitationes nostræ.

11\. Spiritus fornicationum quem Ephraim possidebat, quid. *Hieron.*

Et similiter si mundum colis, si honorem pro Deo habes, si voluptatem, si aurum, & argentum sequeris, si isti sunt Dij tui, quid mirum si cogitationes Deo dare non possis, nec ad eum conuerti? Pulchrè Sanctus Nilus in Ascetico, cogitationes quæ de rebus mundi habentur, idola dixit, quæ intus homo abscondens, turpiter cadit. *Omnis enim*, ait, *turpis cogitatio quæ in animo figitur, sculptile est absconditum, quod pudor vetat in medium proferri.* Intus ergo idolum latens, vti extraneum prohibet Deus, & dum homo intus habet, quem adoret, pro Deo ipsam suam habens voluptatem, nec Deo poterit suas dare cogitationes, nec ad ipsum conuerti. Ephraim ergo non dedit cogitationes suas, quia spiritus fornicationum, hoc est idolorum, in medio eius: sic nec homo, quia in corde, & mundi, & superbiæ, & luxuriæ abscondita idola habet.

12\. Homines cur ad Deũ non conuertuntur. *S. Nilus.*

13\. Cogitationes sunt idola.

14\. Theodoretus, & Theophilactus, per spiritum fornicationum, impetum ardoremque animi intelligunt, quo quis abstractus, totam vim ponit suam in fine acquirendo, quem sibi proposuit malo; ex quo fit, vt omnem in illum cogitationum suarum impendat conatum, qui dum totus in malum datur, impossibile fit vt aliò cogitationes

Spiritus fornic. impetus dicitur conatúsque, quo mali ad malum currunt.

A diuertantur, & consequenter vt Deo dentur. Ex quo patet vnde principium damnationis in homine, ex conatu nempè, quem in rebus huius mundi ponit, ex affectu, & calore; cùm enim talis affectus attrahat, omnésque hominis absorbeat cogitationes, cor suffocans eius, vt inquit Dominus, Matth. 13. num. 21. fit, vt numquam reuertatur ad Dominum, cùm ex malis cogitationibus opera sequantur pessima, vnde aptè Pagninus, vbi nos *non dabũt cogitationes suas*, legit, *non sinent opera eorum, vt reuertantur ad Deum suum*, cogitant mala, faciunt pessima, non amplius reuertentur, peribunt.

15\. Principium damnationis in homine, vnde. *Matth. 13. nu. 21.* *Pagnin.*

16\. *Initio, prauis cogitationibus non est patefaciendus aditus ad animum*, inquit idem Nilus vbi supra, *neque permittendum vt in Ægyptum reuertatur: nam si ad tenebrosas immunditia angustias animum demiserit cogitatio, vt deinceps, à cupiditatibus ad vitia*

Cogit. malarum initius resistẽdum. *Idem S. Nilus.*

B *pertransitur*, pulchrè semel si admittatur cogitatio, & cupiditas, animumque possederint, à cogitatione ad opus, à cupiditate ad vitia, vi quadam impellente, miser deinde trahetur homo.

17\. Quomodo homo vi trahitur ad vitia.

Ex quibus sanè licet perspicere, quomodo ex cogitationibus nostra pendeat salus, & quòd ex iniuria earum fons omnium malorum emanat, simulque ex negligentia, qua quis malam expellit cogitationem, à prima enim illa mala, immissa, & non fortiter excussa, ab illo fonte, omnium peccatorum flumina.

18\. Pecc. flumina à fõte malæ primæ cogitationis.

Audi sanct. Iacob. cap. 1. n. 13. *Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus autem intentator malorum est, ipse autem neminem tẽtat*, ad malum scilicet faciendum, nam ad experiẽdum alicuius virtutem benè aliquando tentat, &c. vnde ergo tentatur homo? *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus*, ergo nostra concupiscentia est, quæ nos tentat, impellit, &

Iacob. c. 1 num. 13.

19\. Deus quomodo dicitur tentare.

C ad malum allicit, sed quomodo? *Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consumatum fuerit generat mortem*: concupiscentia ergo est, quæ primò impellit, sed quomodo petit August. lib. 2. in Gen. cont. Manich. *Per cogitationẽ*, inquit, *siue per sensus corporis*. Cùm ergo concupiscentia per cogitationem delectabilis pulsat, tentat, & illectat, & nisi citius expellatur, cõcipit delectationẽ, quæ ex illa cogitatione retenta oritur, quæ delectatio peccatum ab Apostolo nominatur, sed veniale, quia adhuc plenus non adest consensus, quo accedente, plenum facit peccatum, quod generat mortem.

20\. Concupiscentia est quæ primo hominem ad malum impellit & qua medio. *August.*

21\. Delectatio quomodo fit peccatũ.

En ordo, & series, qua peccatum fit; nunc ergo perspice vnde nam fuit peccatum? qualis eius origo? quale principium? attende

D quod à concupiscentia, sed media cogitatione, tolle cogitationem, tolles à concupiscentia medium, tolles arma, quibus te debellat: nam licet & sensu corporis aliquando vtatur, ad cogitationẽ tandem deueniendum est, nam per sensum corporis imaginatiua expergiscitur, cogitatio immittitur, quæ ergo fuit causa, vt peccati concept. fieret? retentio illius malæ cogitationis, vnde factum vt retenta in imaginatione, fœta à concupiscentia, creuit in mentis vtero, & grãdis effecta, nõ valẽs amplius intus morari; vtpote fœtus iã prægrandis, foras exiit, & scindẽs vterũ, peperit opus pecc. quod patrauit mortẽ, aut saltẽ vulnerauit animã, quod egregiè dixit Aug. de hon. mulier. c. 5. *Quomodo si aliquis, ait, ea bones apprehẽderit, si cito eos proiecerit, nihil ei nocebunt, si verò diutius eos tenere voluerit, sine vulnere abire nõ poterit; ita & qui ad cõcupiscẽdũ oculorũ defixerit intuitũ, & libidinis malũ in corde susc ipiẽs, morari in corde suo permiserit, excutere se siue animu plaga nõ*

22\. Peccati conceptio per malam crescit cogitationem retentam non excussam.

August.

poterit, ideo ingiter semper clamemus cum Propheta, Ps. 24. Oculi mei semper ad Dominum; vide ipsum lib. de salutarib. docum. cap. 34. retentio ergo malarum cogitationum origo est omnis peccati.

Psal. 24.
Idem.

23. Exemplo probatur retentionẽ malar. cogit. omnis extare originẽ pecc.

At, vt exemplo semel hoc constet, primi attende lapsum parentis, nam equidem casus mulieris origo, negligentia in mala expellenda cogitatione extitit, quæ in ipsam verba immiserant serpentis, persuasa namque semel muliere à dæmone, *vidit*, vt inquit scriptura, *quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile*, & *tulit de fructu illius, & comedit*. Gen. 3. num. 6. Quomodo videndo bonum esse lignum intellexit ad vescendum? hoc enim experimentum non est oculorum, sed gustus: an quia videns mulier fructum, in concupiscentiam ipsius exarsit? Con- **B** cupiscentia per cogitationem immisit apprehẽsionem delectabilis & suauis, hæc cogitatio non excussa, sed fœta concepit delectationem, delectatio consensum, consensus protulit opus exterius, extẽsionem manus, posuit esum, mortem animæ, generis damnationem humani, totius massæ corruptionem: vnde ergo tanti mali principium? à cogitatione illa non statim excussa, in corde absconsa, non in terram defossa. Hinc Eua maledicta; quia, vt inquit lex Deut. 27. nu. 15. *Maledictus homo qui facit sculptile, & conflatile, ponetque illud in abscondito*, & Iacob benedictus, quia non abscondit, *sed illa infodit subter therebintum*. Gen. 25. n. 4. Hic infodit vt perderet, illa abscondit vt adoraret, ideo hæc maledicta, ille benedictus. Nam vt egregiè S. Nilus vbi supra in hunc locum ait, cogitatio mala in corde absconsa nisi funditus auellatur, ad priora attrahet hominem mala, etiamsi per pœnitentiam sint deleta, cùm aliud sit in terram aliquid defodere, aliud in abscondito ponere, *Neque enim idem* **C** *est in terra defodere in perpetuum, ait & in abscondito ponere, nam quod in terra defossum est, & à sensu remotum, tempore ipso deletur etiam à memoria; at quod in abscondito positum est, eos fortasse qui foris sunt, latet, sed cùm ab eo, qui posuit, assiduè cernatur, memoriam sui renouat, & circumfert*: vbi postquam dixisset, tale simulachrum absconsum, cogitationem esse malam, non statim eiectam, sed in corde retentã, sic sequitur, *Periculosum igitur est ponere simulacrum in abscondito, sed multo periculosius sequi, & exquirere formas iam obliteratas*. Loquitur de eis, qui post peractam pœnitentiam, ac semel emundato corde, negligenter se ad expellendas cogitationes habentes, iterum ad priora redeũt mala facta, quod periculosius esse affirmat: cuius rationem subdens ait, *Cogitatio enim non facile expulsa vitia repetit, & voluptatis lancem ad ter-* **D** *ram vsque deprimit, nam virtutis habitus celeriter admodum vertitur, in contrariaque propendet, si negligatur*. Nil melius, nilque, experientia teste, verius. En tibi prima in exemplum parẽs, vt dicebamus, quæ, etsi habitibus plena virtutum, quia tamen negligens in prima expellenda extitit cogitatione, misera, in contrarium eius deflectentibus habitibus, sibi, & nobis ruinam peperit, à sua decepta imaginatione, sicuti & nunc eadem omnes etiam simul decipit homines.

Gen. 3. n. 6

24. Eua quomodo ex visu intellexit bonum esse lignum ad vescendum.

25. Eua maledicta, quia primam nõ eiecit malã cogitationem.

Deut. 27. num. 15.
Gen. 25. nu. 4.
S. Nilus.
Idem.

26. Virtutis habitus si negligentia adsit facile in contrarios reuoluuntur.

27. Homines vnde depereunt.

Cur namque homines depereunt? quia bonum credunt, vbi non est bonum, & ideo ad acquirendum ipsum vires consumunt, qui si scirent quid miserum in illis rebus includitur, forsitan propter illa nõ deperissent. Sit tibi in exemplum Aman; sit Amon, qui omnes imaginantes se fœlices si deside-

28. Principium

A riis, suisque potirentur votis, in illis mors eorum stetit & ruina, qui si principia concupiscentiæ cum eius fine prudenter coniunxissent, caudasq; eius simul alligassent, segetes quidem aduersariorum cõburẽtes, extremam de illis reportassent victoriam, non secus ac Samson, Iudic. 15. n. 4. qui à Philistæis delusus, de ipsis vindictam expetens, *cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succendens dimisit, vt huc illucque discurrerent*, quæ in segetes pergentes Philistinorum, sic eas combusserunt, *vt vineas quoque, & oliueta flamma combureret*. Sic qui de cõcupiscentia victoriam reportare desiderat, finem quẽ ipsa illi proponit, cum fine qui ipsam sequitur alligare debet; quod si prudenter fecerit rationis lumine, perfectam semper reportabit de inimicis victo- **B** riam. Quod eleganter considerauit idem Nilus vbi sup. in hoc Samsonis facto, dum ideo asserit inimicis insultasse, quia statim acceptis vulpibus, caudas coniunxit, capita inter se earũ disiungens, quod mysticè interpretãs, sic ait, *Nostrum vero studium in eo vigere debet, vt primum voluptatis impetum repellamus, quo quidẽ confracto, vis actionis est imbecilla, nec Samson fortasse alienigenarum segetes combussisset, nisi conuersis vulpium capitibus, earũ caudas colligasset: qui enim rationum fallaciam ex principiis non potest conijcere, insidias, atque initia contemnens, quæ illi gratia machinantur, vt finem assequi valeant; is ex mutua terminorũ comparatione, caudam cum cauda deuinciens, & iudicij facem in medio ipsarum ponens, argumentorum poterit absurditatem redarguere*. Quod exẽplis manifestans, sic ait, *Gula voluptatem pro fine propositam habet, voluptatis autem finis est dolor, dolor enim & molestia statim eos sequitur, qui ab huiusmodi cu-* **C** *piditatibus victi sunt: qui igitur pugnat, non ciborum oblectamenta, nec libidinis suauitatem considerat, sed fines ipsos, nempe dolorem, atque molestias, atque ita caudam cum cauda ligat, & recta iudicij face segetes alienigenarum comburit*. Nil melius, quod homines non facientes, initiáque cogitationum delectabilium intra se recludentes, finemque non respicientes, in operibus ob hoc erumpunt prauis, quorum radix ipsa mala extitit cogitatio.

concupiscentia sẽper cum fine ad nectendum, si victores esse cupimus vitiorum.

Iudic. 15. nu. 4.

Idem Nilus.

29. Samsonem caudas vulpium alligare mysticè quid significet.

Quæ etiã ab anima Deũ excludens ipsum quodãmodo ad hominem flagellandũ impellit, quia dum ipsũ malis perspicit cogitationibus vndequaq; imbutũ ac possessũ, quasi desperata cura, eius profectũ nõ sperat, cũ impossibile fiat, vt *habeat bona facta, qui habet malas cogitationes, & è contra mala facta, qui habet cogitationes bonas*, vt inquit August. *Facta enim de cogitatione prodeũt*; semẽ enim operũ est cogitatio, iuxta qualitatẽ seminis erit fructus **D** operis, noli irrideri, põdera quæ cogitas, nam secũdũ ea operaberis. *Nolite errare*, inquit Paul. ad Gal. 6. n. 7. *Deus non irridetur, quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ, qui autẽ seminat in spiritu, de spiritu metet vitã æternã*; semen est cogitatio, Deus nõ irridetur: nã iuxta quæ quis seminauerit, iuxta ea metet, si bonas semines cogitationes, bona opera præmiaq; metes, si malas, mala, & pœnas; hæ autẽ quando in corde posita sunt, Deũ irritãt, & ad castigandũ impellũt. sic Gen. 16. n. 12. tunc Deus homines decreuit delere, quãdo vidit cor eorũ malis cogitationib. repletũ: *Videns autẽ Deus, quod multa malitia hominũ esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malũ omni tẽpore, delebo*, inquit, *hominem, quem creaui à facie terræ*,

30. Cogitationes malæ Deum ad flagellandũ impellunt, & cur.

31. Semen operum cogitatio.

August.
Paul. ad Gal. 6. n. 7.

Gen. 16. num. 12.

32. Diluuium immissum, quia omnis cogitatio hominum corrupta.

delet, quia cuncta cogitatio ad malum. Vnde

Pagninus.

Pagninus, *Quòd omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantummodo esset ad malum omnidie,* pulchrè, imaginatio cogitationum: non dicit, *imaginatio operum*, sed cogitationum, non solum

33. Hominum aliquorum peruersitas quanta.

appetebant mala facere, sed mala cogitare, imaginabantur quomodo mala cogitarent, vt quando apertè adimplere malum non possent, saltem imaginatione, & quando opere non delectari, saltem cogitatione, vnde totum spiritum, cordisque sensum eorum, tales absorbebant cogitationes, vndequaque ac medullitus corruptæ. Vnde Chaldæus,

Chaldæus.

Et omnis sensus cogitationis cordis sui esset malus omni tempore, non dixit sensus cordis, sed cogitationis, nam qualis hic, talis erit & cordis, corruptus ille erat, ergo & cor, ita vt nihil amplius appositè, ardenterque cogitarent, quàm malum facere,

70.

& sic 70. *Et vnusquisque cogitabat in corde suo diligenter super maligna, omnibus diebus.* Hinc terra

B

ab ipsis corrupta; *Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate.* Ex quo totalis eius desolatio, cuius principium cogitationes malæ, dum ipse, vt Deus hominem deleret, quodammodo impulerunt, viderat prius malafacta. *Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ acceperunt, &c.* Sed hoc non effecit vt Deus hominem deleret, fecit tamen vt pœnitentiæ tempus assignaret, *Nõ permanebit spiritus meus in homine, quia caro sunt, eruntque dies illius centum viginti annorum.* At quando ad malafacta se cogitationes adiunxerunt malæ, tunc Deus actum esse de ho-

34. Spiritus sãctus deserit cor malis cogitationibus occupatum.

mine extimans, contra illum sententiam pronunciauit, hinc Spiritus sanctus à talibus aufugit cordibus, vt pote contaminatis, horroremque incutientibus, maximè si turpia inhonestaque sint, quod aptissimis probat similibus Cæsarius Arelat. hom.

C

Cæsarius Arelat.

3. de fugiendis cogitationibus turpibus, vbi sic. *Si quis flegmata in nostram vestem, & sputa proijciat, qualem nobis horrorem incutit: quod si hæc sine peccato incussa, talem horrorem nobis causant, qualem causabunt cogitationes impuræ Deo in animabus nostris? Item si in templis quis manufactis, porcos, vel canes, aut lutũ immittat, contra eum valde indignamur, quid faciet Deus cùm in animabus nostris, quæ templa Dei sunt viua, dum peiores res immittimus, nempè cogitationes immundas?* Vide

Cassianus

Cassianum collat 14. cap. 11. ab immundis ergo purganda mens cogitationibus, quòd si secus, Spiritum contristantes sanctum, à nobis aufugiet, iuxta illud *& auferet se,* &c.

HOMILIA XI.

D

Vnum peccatum pœna grauißima alterius, & de malo reincidentiæ in peccatum post iustificationem.

AVfert se Deus à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, inquit Sapiẽs, & semel ablato, quid inde sequi potest, nisi quod in pœnam talis demeriti, *corripiatur homo à superueniente iniquitate?* & vnum Deus, altero corripiat peccato.

1. Vnum peccatum alterius pœna, & quomodo.

Doctrina indubitata est, & in confesso apud omnes Theologiæ professores, vnum peccatum esse alterius peccati pœnam & flagellum. In controuersiam autem venit, an secundum eãdem ma-

A

litiam, qua vnum peccatum cõstituitur in esse peccati, secundùm eandem sit etiam pœna, quod alijs verbis eam proponunt, An scilicet eadem malitia culpæ, quæ est in vno peccato, possit esse malitia pœnæ respectu alterius. Nos cæteras derelinquentes opiniones cum sancto Thoma 1. 2. q. 87. ar. 7.

S. Thom.

semel asserimus, peccatum, vt peccatum est, seu malitiam culpæ, perquam peccatum constituitur in esse peccati, nullomodo posse esse alterius pœnã, tum quia hæc debet esse inuoluntaria, at illa malitia est voluntaria, tum quia si talis malitia habere posset rationem pœnæ, per se posset intendi à Deo, & eius esse iustitiæ vindicatiuæ obiectum, quod non est concedendum, vt optimè adnotat Vasquez in quæstione citata disputatione 140. erit ergo peccatum pœna alterius per accidẽs, vt inquit sanctus

Vasquez. S. Thom.

Thomas, non ratione malitiæ, sed quatenus prius peccatum priuat gratia, qua homo posset passionibus, & diaboli resistere tentationibus, & in peccatum non cadere: talis ergo priuatio gratiæ pœna est, & vt pœna à Deo infligitur.

2. Quot modis vnum peccatum est pœna alterius.

Secundò inquit sanctus, quod vnum peccatum est pœna alterius, non solum secundum priuationem gratiæ, sed etiam secundum actum eius, quatenus in ipsomet actu peccati est dolor: & pœna, & ipsemet actus est laboriosus, & dolorificus. Vnde

August.

August. lib. 4. Confess. ca. 12. tom. 1. ait, *Iussisti Domine, & sic est, vt omnis animus inordinatus, pœna sua sit sibi ipsi.*

3. Animus inordinatus sui pœna.

Et tertiò tandem vnum peccatum est pœna alterius per id quod consequitur peccatum, & per eius effectus. Ex his ergo constat, quod vnum peccatum est pœna alterius quatenus gratia efficaci priuat ad resistendum, vt non labatur in alterum: est etiam pœna secundùm dolorem & laborem, quem infert, & tandem secundùm malos

C

effect⁹, quos in anima corporeque producit. Vt ex hinc semel perpendas, quantum malum sit hominem in peccato perseuerare, & non citius pœnitere, cùm ob talem duritiem inpœnitentiamque, in profundum incidat malorum & in abyssum peccatorum, quia, vt inquit August. in psa. 119. vel 109.

4. Perseuerãtia in peccato est eius reincidẽtiæ causa.

tom. 8. *Omnis peccator perseuerans in peccatis suis, addit peccata peccatis,* quasi vnum altero puniẽs. Quæ sententia adeo vera est, vt etiam lumine tantum naturali ipsi ducti Gentiles hoc agnoscerent.

Idem.

5. Gentiles cognouerunt pœnã peccati esse alterum.

Alexander enim, vt inquit Curtius lib. 8. cùm malè & peruersè, meroque calens occidisset Chytum, vnum ex intimis amicis, & cui vitã debebat, digesto vino, ob dolorem penitus deperiens, *Cœpit scrutari,* inquit Curtius, *num ira deorum id tantum nefas actum esset, & subiit anniuersarium sacrificium Libero patri non esse redditum statuto tempore, itaquè inter vinum, & epulas eandem culpam cõmissam fuisse iram Dei manifestam.*

Curtius.

D

Putauit ergo Gentilis iste non aliunde tale processisse flagitium, quàm ex ira Dei, in pœnam peccati contra ipsum Deum patrati, & vnum peccatum posse esse pœnam alterius ex Dei ira, vindictaque iustissima.

Sed licet omnes illi modi, quibus vnum peccatum alterius asseratur pœna, satis eius indicent grauitatem, primus tamen maiori indiget consideratione, cùm tantum sit malum vnum peccatum, vt inter cæteras eius pœnas, à diuino illo iudice iustè ei ascriptas, vna possibilis priuatio gratiæ sit

6. Pœna priuationis gratiæ efficacis maxima quæ.

efficacis, qua si non priuaremur, in bono statu in quo iam sumus persistentes, in peccata non laberemur, quod magnum est malum, attẽde quod dico; Si enim priuatio gratiæ efficacis, tunc tantum esset

A quando homo in vno perseuerans peccato, & tẽtatus, gratia priuaretur ad resistendũ, & sic in aliud incideret, minus hoc malũ esset, licet malũ, quia malũ est, ex malo fieri pessimus: at nõ est hoc quod põdero, sed illud scilicet, quòd licet homo peccata sua deplorauerit, & in gratiam restitutus sanctè aliquando vixerit, ob peccata tamen præterita licet deplorata, potest in pœnam illorum, vt recentiorum aliquorum est opinio, gratia in aliqua occasione priuari efficaci, & iterum cadere, & in peccatis ruere, iterumquè Deum placatum irritare, & vt inimicum habere, qua maior nulla pœna, nullumque maius malum.

Suarez 1. p. lib. 5. de reprobatione. Machin. in 1. S. Th. disp. 50. sect. 1.

7. Peccata præterita condonata possunt mereri priuationẽ gratiæ efficacis; & quomodo hoc intelligi debeat.

Quòd ergo peccata præterita hoc efficere possint, & in pœnam illorum, Deum post semel acceptam iustificationem, priuationem gratiæ destinare efficacis, satis apparet, cùm talis pœna etiam ob venialia infligatur. Dauid enim ob remissionem cecidit, & negligentiam, non perrexit ad bellum, B dum tempus erat regium bellandi, domi mansit, cùm non debuisset, curiosius quàm par erat inspexit, ob hoc gratia, & auxilio priuatus efficaci deliquit, & cecidit: quid ergo mirum, si etiam talis pœna ob peccata infligatur præterita? nam licet Deus remittat culpam, non tamen totam peccati pœnam, *Deus*, inquit Raban. *delictum delet, sed inultum non deserit, aut enim homo in se pœnitens punit, aut Deus hæc cum homine vindicans percutit, sic Dauid audire meruit, Deus transtulit, &c.* & tamẽ multis postea fuit cruciatibus afflictus; delet ergo Deus culpã, sed reseruat pœnã, at cũ priuatio efficacis auxilij inter cæteras peccati pœnas vna sit, vti diximus, hinc fit vt etiãsi remissum sit peccatum, possibile fiat vt remaneat talis pœna, qua maior nulla excogitari potest. Vnde valebit dicere, quod pec- C catũ non solum Dei gratia habituali priuat, quando actu est, sed etiam post transactum, & dilutum per gratiam, ratione pœnæ ei debitæ, quæ adhuc vt soluenda remansit, & in causa sit vt priuet Deus iterum hominem gratia efficaci in aliqua occasione, ita vt post peractam pœnitentiam, & lacrimarum fontes effusos, post iustitiam acquisitam, peccatum patratum in causa sit, vt iterum iusto Dei iudicio, iustaque eius permissione in peccatum ruamus, & iterum inimici Dei efficiamur, & per modicum hoc fermentum pœnæ in nobis relictum, tota massa iterum corrumpatur. *Ne contemnas*, inquit Origenes hom. 23. in lib. Num. cap. 28. *si videris paruum intra te fermentari malitiam, quia modicum fermentum totam massam corrumpit, & ideo neque de paruo peccato negligas, quo-* D *niam vnum peccatum aliud gignit peccatum. Peccauit Hierusalem*, inquit Hiere. 1. Thren. num. 8. *vnde propterea instabilis facta est, in fluctuationem facta est.* 70. hoc est non perseuerans in bono, fluctuans in virtute, excidens ab illa, iterum in peccatum reincidens, etiamsi iustitiam accepisset, non alia ratione, nisi quia peccatum peccauit, quod equidem magnum, quod maximum malum est. Nam etsi omne peccatum animæ malum sit, peccata tamen reincidentiæ maxima sunt, quæ absolutè, & reduplicatiuè trahunt sibi (væ) & quibus *væ væ*, conuenit: talia erant peccata illius, cui per Ezechielem cap. 16. num. 23. dixit Deus, *væ væ tibi dicit Dominus:* Reincidit enim post acceptam semel iustificationem, post emundationem factam, post amicitiam contractam, post ornamenta accepta, innumeraque beneficia illi exhibita num. 6. *transiens per eo vidi te concul-*

8. Peccata venialia merentur priuationem gratiæ efficacis.

9. Dauid ob venialia ea priuatus.

Rabanus.

Origenes.

Hierem.

70.

10. Peccata reincidentiæ maxima duplex secum trahunt væ.

Ezech. 16. 23.

A *cari in sanguine tuo*, hoc est in peccatis tuis, vt inquit Origenes hom. 6. in hoc cap. cui ad gratiam erigens dicit, *In sanguine tuo viue*, & in gratiam acceptam, *multiplicatam dedit illam quasi germen agri*, omnibus fructibus affluentem: at sic se videns ista, hanc gloriam paruipendens, grandis effecta, iterum lapsa, iterum in peccata ruit, & peccando, *Vbera eius intumuerunt, & pilus germinauit* peccatorum, amplius ex hoc fœdata, quàm prius ex sanguine extiterat, vnde facta est, *nuda & confusione plena:* sed denuo per eam transiens Deus, eamque oculis misericordiæ suæ perspiciens, amictum expandens super eam, eius operuit ignominiam, lauit, mundauit, vnxit, vestiuit, calceauit, ornauit, faginauit, insuper & honorauit, ita vt, *Nomen eius egressum esset in gentes propter speciem suam, quia perfecta erat in decore Domini, quẽ posuerat super eã.* Quis diceret hanc B iterum casuram? & in grauiora crimina ruituram quàm antea? reincidit in peiora, & casus eius ita mortalis, *vt væ væ* illi annunciet Deus: *Et habeas fiduciam in pulchritudine sua, fornicata es in nomine tuo, quapropter væ væ tibi ait Dominus.*

Origenes.

In quo loco duo animaduertenda: primum originem reincidentiæ fuisse complacentiam in pulchritudine, erectionem, superbiam, fornicationem tandem in nomine suo, quod non aliud sonat, nisi in gloria fornicatio virtutum, quas Deus in anima ponit, & laudem quæ Deo debetur, sibi ascribere, suamque facere, in nomine tuo fornicata es, idest cum nomine tuo, glorians de te, te mihi præferens, gloriam pulchritudinis tuæ tibi ascribens, non mihi, faciens temetipsam idolum tui, & C tecum metipsa fornicans, in cuius pœnam, à summo virtutum fastigio, iterum in peccatorum barathrum ruens, statim cum omni postea transeunti per viam exposuit fornicationem, vt eius fieret, & omnino Deũ dereliquerct: Pulchrè Augustinus lib. de sancta Virginitate tom. 6. ponderans illud psal. 2. num. 12. nempe, *Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta*, adnotat non dixisse, ne vobis non ostendam viam iustam, sed ne faciat de via perire iusta, ratione disciplinæ non apprehensæ, hoc est humilitatis non custoditæ, *Nõ ait*, inquit, *nequando irascatur Dominus, & non nobis ostendat viam iustam, aut non nos introducat in viam iustam, sed iam illic ambulantes sic terrere potuit, vt diceret, ne pereatis de via iusta: vnde? nisi quia superbia in ipsa via iu-* D *sta cauenda est, ne homo, dum quod Dei est deputet suum, amittat quod Dei est, & redeat ad suum.* Nil melius, suum fecit non suum, ad alienam accessit cum illa fornicans, sibimetipsi complacens, iustum equidem est vt ad suam redeat, & amittens quod Dei erat, iterum miserè ruens discat non extolli, nec, vt inquit Origenes, *in crastinum gloriari, quia non scit quid pariat adueniens dies.* Pr. 27. Lætus de euasione, securus de flammis, liberatus ab incendio, plus æquo alacer, effusè potauit Loth. Gen. 19. at in ipsa sua securitate, alterum passus incendium, documentum cæteris præbuit, vt suo addiscerent casu numquam sibi de securitate fidendum, quia & post extincta vitiorum incendia, post decursos virtutum campos, post superatos perfectionis montes, ex nobis oriri potest, cum quo fornicantes, misereque labentes, fructus parturiemus maledictioni obnoxios: quod egregiè ponderauit in hunc locum ipsemet Origenes,

11. Reincidentia in peccatum vnde proueniat.

12. Quid sit fornicari in nomine suo.

13. Superbia, & vana gloria reincidentiæ causæ.

Augusti. sup. psa. 2. nu. 12.

Orig. sup. ps. 27.

Pr. 27.

14 Homo dũ in hac vita nunquam securus de lapsu.

Gen. 19.

Idem.

hom. 5. per duas Lothi filias superbiam, vanamque intelligens gloriam, quas dum secum incautus asportauit pater, tunc minus extitit securus, quando in monte, *Obseruare debes*, ait, *ne fortè cùm effugeris flammas saeculi & incendia carnis euaseris, etiam cùm pusillam ciuitatem Segol, qui est medias quidam & ciuilis profectus, superaueris, & ad scientiae altitudinem, velut ad quadam cacumina montis ascenderis, vide ne tibi insidientur duæ filiæ istæ, quæ à te non discedunt, sed sequantur te, etiam cùm ascendis in montem, id est vana gloria, & maior soror eius superbia, vide ne te istæ filiæ sopitam, ac dormientem, dum tibi nec sentire nec intelligere videris, complexibus suis astringant, quæ idcirco filiæ dicuntur, quia in nobis extrinsecus superueniunt, sed de nobis, & de actuum nostrorum velut quadam integritate procedunt: vigila ergo quantum potes, & obserua, ne de his generes filios, quia qui de his nati fuerint, non intrabant in Ecclesiam Domini:* Sic equidem misera illa, dum in nomine suo gloriabatur, fidens de pulchritudine sua, miserè postea labens, non cum vno, sed cum quolibet transeunte fornicata est per viam, suo nos edocens exemplo quantum sit malum sibi complacere, confidentiamque in operibus ponere suis.

15. Vana gloria & superbia hominis filiæ cur dicantur.

A

16. Homines in peccatis reincidentes post acceptam iustificationē, nō in quælibet, sed in enormissima prolabūtur peccata.

Secundò notandum, quantum sit peccati reincidentiæ malum, quòd attentè Prophetam legenti clarè apparebit, cùm enim illa anima non semel in iustificatione, sed sæpè in peccata reincidit, ad eam promptitudinē peccandi, seu, vt verius dicam, ad eam effrænationem, immanitatemque prolapsa est scelerum, vt dicat Deus, nullum ex perditissimis vnquam hominibus talia operasse, nec operaturum, *Et fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est*, seu vt legit Pagnin. *& fornicata et eis, non futura sunt similia, & non erit populus qui talia faciet.* Mirum, & non erit populus qui talia faciet, ergo ne maiora mala fecit Hierusalem, quàm populus Gentilis, qui in reprobum datus sensum, horribilia patrauit, qualia Paul. enumerat ad Rom. 2. num. 24. maiora equidem. Nec dubitandum eos qui semel spiritum Dei degustauerunt, & spirituales fuerunt, cùm iterum ruunt, ad eum statum deuenire, vt non sit amplius genus peccatorum in quod non illabantur, aut peccata quæ non operentur, ita vt potius desit genus peccati pessimum, quàm voluntas illud patrandi: vnde tales non peccant sicuti cæteri peccatores, qui numquam Deum cognouerunt, communioribus scilicet peccatis, sed grauioribus, sed selectioribus ps. 37. num. 5. *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ.* inquit sanctus Dauid, *à facie insipientiæ meæ*; seu vt Pagnin. *Propter stultitiam meam*, vbi stultitiam meam, casum dixit in peccatum, à sublimitate status perfectionis, in quo manebat, insipiens quia cecidit, sed insipientior, quia statim non surrexit, vnde putruerunt, & corruptæ sunt eius cicatrices; malumque effectum est incurabile.

Pagninus

Ad Ro. 2. nu. 24.

17. Hominis spiritualis casus enormissimi.

Psal. 35. num. 5. Pagnin.

18. Dauid quia spiritualis & cecidit, enormissimè peccauit.

B

C

D

Sed sic cadens, quia spiritualis homo, non communiter peccauit, vnde & sequitur, *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.* Quid est & curuatus sum vsque in finem, nisi, vt inquit Agellius, *vt amplius curuari non possim*? hoc est ita cecidi, & ea peregi, vt maiora efficere non possem, quia maiora non erant. Adulteratus est insuper & occidit, quinimmo proditoriè, & simulate, & extremum addens, vt inquit Procopius de quo nos infra, vxorem duxit adulteram; numquid aliud maius, & iniquius agendum in peccato adulterij, ideo *incuruatus sum vsque in finem*, quasi diceret, malum egi, quo maius facere non potui. Quod exemplis illustrans Macharius Senior hom. 21. apud me 2. tom. Bibliot. Patrum narransque spiritualium hominum casus, affirmansque semper non in quælibet illos incurrisse flagitia, sed grauia, sed infinita, ait, *Ego verò profiteor me vidisse viros omnium charismatum genere praditos, ac spiritus participes, qui propterea quod non peruenerant ad perfectam charitatem, lapsi sunt. Quidam enim è nobilibus cùm renunciasset, prudens, & sana mentis bona sua vendidit, ac seruos libertate donauit, splendore vita alioqui celebris, interea de se ipso quippiam sentire cœpit, & arrogantia laborare, tandem in flagitia, & infinita mala delapsus est. Alius tempore persecutionis corpus suum tradidit, & cùm esset confessor, inita pace postea solutus est. Hic alioqui gloria illustris, eò redacta est mens eius, ac si numquam audisset verbū Dei. Alius qui adeo locuples erat, vt inter orandum iuxta me compungeretur, cui donata erat gratia sanitatum, Dæmones expellebat, affectos grauibus morbis curabat, negligenter postea se ingerens, in superbiam elatus delapsus est in ipsa profundissima peccata*, Vbi vt vides semper omnes isti in infinita, in grauia, in profundissima tandem, vt sanctus ait pater, quia spirituales, inciderunt.

Agellius.

Procopius

Macharius senior

19. Saul in profunda cecidit flagitia, quia spiritualis.

Miser Saul sic bonus erat, vt melior non esset in toto Israëlis regno, & sic perfectus, vt à Deo spiritualibus gratijs auctus, in familiaritatem, amicitiamque eius esset ascitus, repleuit enim eum statim ac in Regem elegit, prophetiæ spiritu, toto admirante Israele, ac proclamante, *quænam res accidit filio Cis? namquid & Saul inter prophetas.* 1. Reg. 10. num. 12. at dum semel peccare cœpit non equidem communibus peccauit flagitiis, nec communia eius fuerunt scelera, sed horrenda, grauibus semper vndequaque cincta conditionibus, nam peccauit ex malitia, ex inuidia, ex hypocrisi, ex obstinatione, ex sanguinibus, vnde *Domum eius domum sanguinum vocauit Deus*, 2. Reg. 2. & tandem non semel, nec bis, sed sæpius in ea reincidit, quod sic vnicè Deo displicuit, vt penitius si inspicias, tunc inuenies de eius electione se Deum pœnituisse quando de nouo in peccatum reincidisse prospexit; semel enim miser peccauit, quando sacrificium, contra quod ex præcepto Domini inter ipsum & Samuelem statutū erat, obtulit, & licet malè egisset, etsi iratus, tamen non nimis Deus: vnde eum pœna tantum mulctauit priuationis regni post mortem suam, signaque doloris non ostendit: at quando post gratiam acceptam in peccatum iterum reincidit, iterumque in inobedientiam, sic doluit Deus vt Samueli diceret, *pœnitet me quod constituerim Saul Regem.* ibi cap. 15. num. 11. pœnitet dixit, quasi malè aliquid egisset, & quasi homo qui extra se fuisset, quando illum elegit, vnde animaduertens factum ab illo se reuocans, in aliud commutare illud desiderat, vnde Septuaginta legunt, *Reuocaui me, quia regnare feci Saul in Regem.* Vt semel videas quantum Deo displiceant reincidentiæ peccata, vt si possibile esset, ad pœnitudinem reducerent ipsammet impœnitudinem, *Si Deum*, inquit Ambrosius, *possibile esset pœnitere, pœniteret salem hominem fecisse, & tales gratias ei impertiisse, & etiamsi possit.*

1. Reg. nu. 10. nu. 12.

1. Reg. 2.

Ibi. cap. 15 num. 11.

70.

20. Reincidentiæ peccata quantum Deo displiceant.

Ambrosius.

sibile esset contra se ipsummet irasci, & ad medum dolentis hominis se vacare, & planè confiteri, quod tunc extra se erat, quando illud fecerat contra se ipsum irasceretur, & talem reuocaret. Talis est Dei sensus, quando homo in peccata reincidit, & præcipuè quando amicus, & dilectus, de eoque benemeritus.

21. Deus in scriptura bis tantum dixit, pœnitet me, & quando. *Gen. 6. n. 11.*

Enimuero bis tantum in scriptura inuenimus hunc modum loquendi, scilicet *pœnitet me.* Primò quando peccata hominum sic increuerant, vt omnis caro corruperat viam suam, Gen. 6. num. 11. *Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate.* tunc dixit Deus, *pœnitet enim me fecisse hominem:* & secundò nunc, in hoc Saulis peccato, nam nunc etiam dixit, *Pœnitet enim me, quod constituerim Saul Regem.* Ergo ne tantum malum ante Dei conspectum peccatum apparuit Saulis, quantum tunc totius generis peccata humani? & B sic indoluit Deus de vno Saulis peccato, ac tunc de totius mundi peccatis, mirum est hoc, nec est, quod amplius addi ad perpendendum possit, quantum Deo reincidentia in peccatum displiceat, vt æqua lance totius orbis ponderet peccata, ac vnum hominis reincidentiæ amici, vt sic dicat, quòd se pœnitet creasse hominem, quia erat corruptus, ac creasse in Regem Saulem, quia iterum cecidit, quia iterum voci Domini inobediens extitit.

22. Peccatores in peccatis reincidẽtes grauissimè puniuntur. *Origenes.*

Ob hoc euenit, vt sicut horum peccatum graue est, grauis etiam pœna illi respondeat, & non ac cæteri puniantur isti peccatores, sed atrocius, ita vt ipsi soli coaceruatim pœnas portent, quas simul omnes merentur peccatores. Hoc acutissimè adnotauit Origenes hom. 5. in cap. 14. Ezech. ponderans, quòd quando Deus pro- C mittebat supplicium terræ illaturum, sigillatim & alternatiuè nominauit pœnas, at quando Hierusalem, omnes pœnas simul. *Quod etsi quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Hierusalem*, inquit Propheta, vbi Origen. *Terra enim si puniatur, sufficit ei vna correptio, si autem corripitur Hierusalem, super quam inuocatum est nomen Domini, quatuor ei cruciatus pariter inferuntur, multo enim nobis vtilius fuerat diuino non credidisse sermoni, quàm post credulitatem adhuc rursum ad peccata conuerti, qua ante commisimus.* Melius fuisset, quia saltem minus puniremur, immo spem duræ remissionis sententiæ conciperemus, quam difficulter semel ob peccata prolata reincidentiæ reuocare solet Deus; hinc Sauli dictum, *Porro triumphator Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiam*, 1. D Reg. 15. nu. 29.

23. Sententia ob peccata reincidẽtiæ non sic facilitet rescindit Deus *1. Reg. 15. num. 29.*

Hoc melius, & simul, quia minorem Deo dolorem intulissemus, si ante contractam peccassemus amicitiam, nam etsi de singulorum doleat peccatis, tamen de illis, quæ post acceptam gratiam committuntur, amicitiamque contractam, non solum dolet, sed super illa quasi vlulat.

24. Deus dolet de peccatis reincidẽtię, eatione amicitiæ, ex quo supra cætera contra eaindignatur. *Mich. c. 1. num. 8.*

Super hoc plangam, & vlulabo, inquit Dominus per Michæam Prophetam cap. 1. num. 8. *vadam spoliatus, & nudus, faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum:* cuius vlulatus causa? *quia desperata est plaga eius*, scilicet Samariæ, *quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Hie-* A *rusalem.*

25. Ea vlulare Deum faciunt.

Desperata erat Samariæ plaga, dolebat de hoc Deus, at quando Samariæ peccata Hierusalem attigerunt, quæ erat amica, dilecta, ac sponsa, & hæc sanctitatem derelinquens, & à Deo secedens, facta erat diaboli, vnde discedere coactus, quia arcem iam possederat inimicus, supra dolorem, addidit vlulatum, quasi draconum, & luctum quasi struthionum.

26. Cur Deus de peccatis reincidẽtiæ plangat vt draco, & lugeat vt struthio. *Hieronymus.* *Petrus Gellius.*

Sed cur planctum istorum & non aliorum animalium? optima equidem ratione, nam vt hîc inquit Hieronymus, *Iuxta historias eorum qui de Physicis scripserunt, Dracones cùm ab Elephantis vincuntur, terribili sibilo personant, & matres struthionum, similiter dum sauciatæ moriuntur.* Scribit enim Petrus Gellius in historia animalium lib. 14. cap. 21. Struthionum non omnia oua fouere, sed quædam, venatores autem nidum cum pullis obsidere peracutis ex ferro cuspidibus, per quas tamen mater omnia prius speculata, & durissime, ac tristissimè lamentans, vbi aliàs ingredi non datur, in nidum se inijcere cupiens, cuspidata ferro, transfixa enecatur, quapropter sic transfixa, & sauciata tristissimè postea lamentatur.

27. Struthio mater filiorum amore cuspidata interit & eur.

Planctum ergo Draconum facit Deus, quia victus ab anima excidit, & luctum quasi struthionum, quia sic vndique acutissimis cuspidibus reperit obsessam animam semel à gratia sua excidentem, vt etsi ad eam redeat, vt iterum seruet & ad se eam reuocet, nullum reperiat aditum: immo multoties euenit, vt ex noua hac gratia & accessu, per renouatam ingratitudinem, iterum nouis ipse saucietur cuspidibus, nouiterque necetur, vnde intensè vlulet C & contristetur. Ex quo etiam apparet quàm difficilis sit talis animæ conuersio, cùm vndique statim cingatur acutis peccatorum cuspidibus, ita vt nullus Deo amplius aditus pateat iterum ingrediendi, cuius ruinam sic dolet Deus, vt dicat Origenes vbi supra, *Quod omnes lamentationes, quas legimus in Hierusalem, omnes querimoniæ quibus eum plangit Deus, ad nos pertinent, qui gustauimus sermonem Dei, & postea mandatis eius contraria fecimus.*

Orig. vbi supra.

28. Orandum semper, ne Deus nos gratia sua priuet, etiamsi in pœnã illud mereamur.

Ob quod ne in tantum incidas malum, accipe consilium; inter cæteros tuæ pœnitentiæ fines, hunc præcipuè intende, nempè Deo pro hac peculiari satisfacere pœna, pro efficacis gratiæ scilicet priuatione, & pro illa semper continuis ora precibus, instans, illachrimans, ac dolens, continueque petens, *Et ne nos inducas* D *in tentationem:* cùm pro certo sit nullum maius esse malum, quàm in peccatum iterum incidere, & vt à Sapiente dicitur, *à superueniente iniquitate corripi, &c.*

Num. 6. *Benignus est Spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labijs suis, quoniam renum illius testis est Deus: & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

PRosequitur Sapiens amplius odium declamare sapientiæ contra maledicos, vafrosque, & affirmat nunc sapientiam non solum tales odio habere, quia directè contra ipsius sunt conditionem, & naturam, sed etiam quia ipsa summè homines diligit iniquos, benignum habet, humanumque spiritum, vt optimè ait Cantacuzenus, vnde non permittit vt aliàs iniuriam patiantur, etiamsi pati velint, & sic tales scelestos, qui humanum persequuntur genus, mulctat, punit, castigat ex amore zeloque, quem de humano habet genere.

Cantacuzenus.

Benignus, *&c.* Idest humanus, amator hominis.

1. Deus esti benignus iustus.

Non liberabit, *&c.* Non declarabit esse innocentem, immunem, indemnem, melius, *non desinet multi eri.* licet sit benignus, nam etiam iustus, quia, vt inquit Gregorius lib. vltim. in Reg. cap. vltim. *Crudelis benignitas, qua parcitur vni, cum plurium damno.* Vnde Iob. cap. 9. 28. *Sciens quod non parceres delinquenti.* Quapropter consultum semper Regibus, vt cum benignitate iustitiam misceant, nam vt inquit Tullius lib. 3. de nat. Deor. *Respublica, quæ benè regitur, pœna ac præmio stabilitur*, quæ duo Reipublicæ fundamenta præcipua appellauit Isocrates orat. 1. de regn. gubernat. & quæ sic à Deo diliguntur, vt cùm semper in tota scriptura pro pauperibus stet, tamen Exod. 23. num. 3. Moysi mandat, *vt pauperis non misereatur in iudicio*: quapropter multum misericordia destituitur, si sine disciplina teneatur. Ob id Henricus quartus Angliæ Rex, vt scribit Herosçus lib. 1. emblem. cap. 10. insignium præferebat malogranatum, inscriptione, *acra dulcis*, ad ostendendum, non ad rem esse, solam dulcedinem, sed iunctim acritatem cum dulcedine mixtam. Quapropter Philo Iudæus lib. de præm. & pœn. tria requirebat in Principe, maiestatem, grauitatem, & beneficentiam, *Hæc tria*, inquit, *plurimum faciunt ad constabiliendum imperium, maiestas, grauitas, & beneficentia.* Nam maiestas parit reuerentiam, grauitas metum, beneficentia verò amorem, benignus ergo est Spiritus sapientiæ, sed non liberabit, &c.

Gregorius.
2. Crudelis benignitas quæ.
Iob. 9. 28.
3. Reges cum benignitate misceant iustitiam.
Tullius.
4. Præmium & pœna duo reipublicæ fundamenta.
Isocrates.
5. Deus quantum iustitiã amet.
Exod. 23. num. 3.
Herosçus.
6. Iustitiæ & misericordię iunctim insignium in logranatum
Philo Iudæus.

Maledicum, *&c.* Optimè adnotat Lorinus accipi non solum pro verbis quibus Dei fama læditur; sed etiam quibus hominum quoque omnium vindex erit Deus.

7. Tria principi necessaria, maiestas, grauitas, beneficentia.

A labijs suis, *&c.* Idest à culpa, vel delicto, quod labiis suis patrant, vel à labiis suis patratum est.

Renum, *&c.* Id est appetitionum, & cogitationum, sæpè enim in scriptura scrutationes renum, & cordis coniunguntur, sumpta metaphora, quia sicut in renibus est libido, quam semper secretam esse cupiunt homines; sic in corde sunt cogitationes, quas occultare semper intendunt, vtrorumque autem verus scrutator est Deus. Hieremias 13. num. 10. *Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum*, id est, ab interiori affectu cordis eorum, vnde renes sæpè in scriptura pro interiori affectu, & cordis secreto accipiuntur.

8. Cordis, & renũ scrutationes in scriptura eus sæpè iunguntur.
Hieremias. 13. n. 10.

Testis, *&c.* Idem, quod conscius, iuxta illud Martialis lib. 14.

Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Tantam rerum nostrarum scientiam habet Deus, quamuis internarum ac absconditarum, vt si per impossibile, præter ipsum, alius esset nostrarum iudex actionum, nullo modo ipsum effugere, aut tergiuersari possemus, vt bene adnotat Lorinus; & adeo nostra curat, & attendit, vt omnium nostrarum actionum, & cogitationum, etiam minimarum, sit vnicus, assiduus, singularisque inspectator, ac exarator.

9. Renes in scriptura sæpè pro interiori affectu.
Martialis.
10. Deus nostrarum actionum testis accuratissimus.
Lorinus.

Scrutator, *&c.* Inspector, speculator, superintendens solus ipse, quia solus intima scit cordium; vnde quando Spiritus dicitur scrutator vt à Paul. 1. ad Corint. 2. 10. non denotat ideo scrutari, quia non scit, sed ideo quia totum optimè comprehendit, & nil latet, vt adnotat Basilius, contra Eunom. & Idacius contra Varimond.

11. Deus vt dicitur scrutator cordium.
1. Ad Corinth. 2. 10.
Basilius.
Idacius.

Linguæ, *&c.* Idest sermonis eius, loquelæ, verborum, syllabarum, denotat inperscrutabilem Dei scientiam.

Sensus ergo est, perseuerans in supradictis, scilicet Spiritum sanctum corripi à superueniente iniquitate, corripietur enim, inquit, quia benignus est hominumque amator, nec maledicũ sustinere potest, attamen cùm benignus sit, non ob id liberabit, *maledicum*, idest insontem relinquet, qui labijs suis peccat, & malum dicit, quia omnium interiorum ipsius est testis, & scrutator, sermonumque eius subtilissimus auditor.

HOMILIA XII.

Non peccandum, quia Deus nostrarum actionum verissimus testis.

QVoniam renum illius testis est Deus, *&c.* Eminentis sapientiæ vir ille Dauid, vt cùm Basilio dicam hom. 10. in examer. Dei infinitam scientiam ex summet affirmatione admirans, supra se eleuatus, ad immensitatem diuinæ præsentiæ deueniens, quæ omnia replet & implet, exclamando prorupit, *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiã?* ps. 138. n. 7. *Vox peccatoris est*, inquit Incognitus, *à facie Dei fugere volentis, quærens ad quẽ locũ fugere possit, vt Dei præsentiam, potestatemque euadat.* Sed ad quid? cùm, vt inquit Mag. Gregorius 16. moral. cap. 5. *Sic exteriora circundat, vt interiora repleat, sic interiora implet, vt exteriora circundet, sic summa regit, vt inferiora non deserat, sic imis præsens est, vt à superioribus nõ recedat; sic latet in sua specie, vt tam cognoscatur in operatione, sic cognoscitur in suo opere, vt tamẽ cõprehẽdi*

Basilius.
Psal. 138. num. 7.
Incognit.
Magnus Gregorius
1. Deus omnia circundat, vnde in vanum ab eius fugere præsentia satagunt peccatores

nō valeat à cognoſcētis æſtimatione, ſic adeſt, vt videri nequeat, ſic videri nō valet, vt tamē eius præſētia ipſa ſua iudicia teſtētur, ſic ſe nobis intelligēdū præbet, vt tamē ipſū in nobis radiū ſui intellectus adūbret. Optimè quidē. quò ergo effugere peccator nō habet, etſi velit, quia exteriora interioraque Deus implēs, ſumma regens, inferioraque non deſerens, nil occultum, nil ſecurum, nil abſconditum oculis eius eſſe poteſt, quin omnia, vt inquit Apoſtolus, *nuda & aperta*, vnde teſtis omnium actionum cùm adſit, internarum externarumque, omniaque ſimul ſumma maieſtate gubernans ac regens, iudex etiam omnium exiſtit, vnde ipſe teſtis eſt ipſemet iudex, proprium ipſius, nulli alteri conceſſum. In humanis enim nemini quantumcumquè excellenti, hoc ſimul permittitur, ſcilicet vt ſit iudex ac teſtis, ſed ſemper diſtincta eſſe debet perſona, alioquin iudicium nullum: quod ideo factum, vt fragilitas humanæ conditionis in iudicio aliqualiter ſubleuaretur, quia ſi idem eſſet iudex, idem etiam teſtis, nullū accuſato relinqueretur refugium, aut ad veritatem iuſtitiæ ſuæ defendendam, ſi falſus eſſet, aut ad veritatem delicti ſui occultandam, ſi verus, ſicquè prorſus remaneret miſer ſine defenſione ac patrocinio ex vna parte, ſineque remiſſione ex alia. At in diuinis idem qui iudex, idem etiam eſt teſtis, ſic ipſe per Hierem. cap. 29. num. 23. *Ego ſum iudex, & teſtis.* Vbi ergo, & ad quem effugiēdum? & quomodo euitandum, ſi ipſe eſt, qui contra nos deponit, & quale iudiciū nobis remanet, quia corā ipſo? Exclamet ergo ſapientiſſimus Rex, & dicat in peccatoris perſona, *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?* Terribilis cōſideratio, quā ſi continuè in animo verſaremur, non ita libenter in peccatis rueremus. Vnde Baſilius in reſp. 5. interrogationis, de cohibenda mentis euagatione, ſic inquit, *Cùm enim firmiſſimè in animis noſtris hæret perſuaſio hæc, ſcilicet ea, quæ rectè geruntur iudici, & remuneratori actionum noſtrarum placere, & quæ flagitioſe condemnari, perpetuus in nobis timor permanebit.* Quis enim ſi ſemper Deum, vt teſtem aſpiceret ſuum, malum contra illum agere præſumeret? immo non ſolum malum non auderet, ſed nec bonum, quod facit, non recta perpetrare intētione. Quod idem Baſilius ibidem hoc adnotat, dicens quòd ſi quis ſemper Deum, vt præſentem ſibi, omniumque ſuarum conſcium meditaretur actionum; ita illum vt finem earum ſibi proponeret, vt nullomodo actionibus ſuis alium daret, *Ex quoquidem*, inquit ipſe, *illud ego etiam neceſſario exiſtimo ſequi, vt qui ità ſit animatus, is ne mandata quidem Domini ad gratiam hominum exequi poſſit: neque enim eſt quiſquam qui vbi verè præſtantiorem adeſſe aliquem ſibi perſuaſit, eo ſpreto, ſe ad minus præſtantem cōuertat.* Quod etiam aptiſſimè dixit Chryſoſtomus in ep. 1. ad Corinth. cap. 14. hom. 12. vide apud ipſum. Si ergo nec minus decentem finem bonis ſuis actionibus aliquis conſtitueret, Deum vt teſtem cogitans, quomodo malas ageret, ad illumque offendendum vires haberet? Vnde rectè idem ſanctus Baſilius interrog. 21. concludit, *Quod ſi nec eorum quidem quidquam, quæ etſi ſuapte natura bona ſunt, ad fidei tamen ædificationem non pertinent, aliquid ſcilicet non audebit facere, quanto magis non faciet ea, quæ vetita ſunt, & Deo non placent?*

2. Deus teſtis, & iudex proprium eius tātum.

3. In humanis cur non idē iudex, & teſtis.

Hierem. c. 29. n. 23.

Baſilius.

4. Si Deū noſtrarū teſtē actionum ſemper inſpiceremus, nunquam peccaremus.

5. Immo nec bonum non recta operare intentione.

Chryſoſtomus.

Baſil.

Veritas hæc ſic ex ſe perlucida eſt, vt etſi Gentilis Laban eam tamen ſit aſſecutus, ita vt ratione tantum duce ductus, etiamſi homines A teſtes habere poſſet, non tamen illos attendit, ſed Deum, vt pote magis ſeuerum, magiſque actionum humanarum formidabilem teſtem, & iudicem. Audiamus eum cum Iacobo pacta firmantem Geneſ. 31. num. 50. *Nullus*, inquit, *teſtis eſt ſermonis noſtri abſque Deo qui præſens reſpicit.* Quomodo nullus teſtis, ſi ad actionem illam omnes fratres Iacob, omnes ſerui Laban aderant? nullus equidem. *Propter teſtificationem Dei*, vt inquit Interl. *quam ita habere debent, tamquam nemo eum eis eſſet, qui teſtis eſſet.* Nullus aderat, quia nullum ex eis requirebat Laban, ſed ſolum Deum, ad denotandum, quod nullus humanus teſtis ſecuritatem, quam ipſe à Iacob petebat, ſibi afferre poſſet, ſicut Deus: intellexit enim Gentilis, quòd ſi ſemel Iacob teſtem Deum illius actionis eſſe comperiſſet, non ipſum fractu- B rum pacta, nun ſponſiones deſerturum: Si ergo Gentilis exiſtimat, vbi Deus eſt teſtis, malum fieri non poſſe, quid Chriſtianus, qui firmiter credit omnium ſuarum actionum Deum eſſe teſtem, qui, vt loquitur Baſilius, *Vbique intuetur eos, & motus omnes diligenter explorat, diligenter ille omnia rimatur, & diſcutit, non ea ſolum, quæ mortalibus parent obtutibus, ſed quæ in intimis animæ receſſibus latent, ipſiuſque oculos nulla peccatricis conſcientia latebras vnquam effugere poterit.*

6. Labanus potius Deū quā homines teſtem deſiderauit, etſi Gētilis. Gen. 31. n. 50.

Interl.

Baſilius.

Quapropter benè hoc magnus perpendens Gregorius lib. 21. Moral. cap. 4. de ſanctis viris aſſerit, quòd à conſideratione continuæ Dei moti inſpectionis, ſemper pauidi viuunt ac trementes, ſuam quotidie regentes, conſiderante ſque vitam, *Vnde ſancti viri*, inquit, *tanto ſe ſubtilius in cogi-* C *tatione conſtringunt, quanto à ſuperno iudice diſtrictius conſiderari perſpiciunt; mentem quippe diſcutiunt, inuenire ſi quæ deliquerint quærunt, vt tantò fiant irreprahenſibiles iudici, quanto ſemetipſos quotidie, & ſine ceſſatione reprehendunt; nec tamen hac de re iam gaudia ſecuritatis ſumunt, quia ab illo ſe videri conſiderant, qui in eis & illa videt, quæ videre ipſi in ſemetipſis non valent.*

Sanctus Gregorius

7. Sancti ſemper pauidi viuunt, quia Deum præſentem aſpiciunt.

Notanda poſtrema verba, intrinſecam includunt rationem, cur Deus à nobis ſit pertimeſcendus? quia nempè, ſic ipſe eſt noſtrarum actionum teſtis, vt de quo nos ipſimet teſtes eſſe non poſſumus, etſi eius auctores, ipſe tamen teſtis eius erit: nos equidem teſtes eſſe non poſſumus, quia multoties videre iniquitatem non valemus, Deus teſtis eſt, quia eam videt, nihilque mundum antè ocu- D los eius apparet, nam, *qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem*. Iob. 4. 19. & ante cuius conſpectum nec, *ipſi cæli mundi ſunt*, ibi 15. num 15. quis enim talem non formidabit teſtem? Vnde meritò illum ſanctus Propheta Hieremias 32. num. 19. ob hoc appellat fortiſſimum, magnum, formidabilem, *Fortiſſime*, inquit, *magne & potens, Dominus exercituum, nomen tibi magnus conſilio, incomprehenſibilis cogitatu.* Cur omnia hæc? in promptu ratio eſt, *Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundùm omnes vias ſuas, & ſecundū fructū adinuentionum manuum eius.* En ratio magnitudinis, & Dei potentiæ, ideoque timoris eius, quia omnia videt, & luſtratur, omniumque actionum noſtrarum oculatiſſimus eſt teſtis. Quod deuotè in lib. Soliloquiorum tom. 9. expendens Aug. hunc idē Hieremiæ locū ponderans, ſic ait, *Tu Domine videt,*

8. Deus teſtis earum noſtrarū actionum, quarū nec nos ipſi eſſe poſſumus.

Iob. 4. 19. 15. nu. 15. Hierem. 32. 19.

9. Deus cur magnus & formidabilis.

Auguſtinus.

10. Quam subtilis animæ inspector.

vides, vnde veniat Spiritus, vbi sit, & quò vadat, quia tu es omnium Spirituum ponderator, & vtrum radix sit dulcis, an amara, de qua foris pulchra folia emittantur, vt iudex internus, melius ipse nosti, & etiam medullas radicum subtilius perscruteris, & non solum intentionem, sed radicis eius medullam intimam, disertissimè tuæ lucis veritate colligis, numeras, contueris, & consignas, & reddis vnicuique non solummodo secundùm opera, vel intentionem, sed etiam secundùm ipsam interiorem absconditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis. Nil subtilius dici potuit. Opera videt Deus, & intentionem simul, fortassis & nos hæc etiam indagare valemus, at vltro se Deus extendens, intimiusq; penetrans, & radicem, & occultū semper videt intentionis, ad quod vix nobis aliquando datur accessus.

11. Occultum nostræ intentionis aliquando nos latet. *Idem.*

Ad quod tendo cùm operor, sequitur Aug. *quidquid cogito, in quocumque delector, tu vides, oculi tui vident, & considerant, signas, attendis, notas, scribis in libro tuo, siue bonum fuerit siue malum.* O ingēs hinc filijs hominum timor! quis non pauebit te Domine Deus exercituū? Vnde meritò pergens Aug. ait, *Cumque hæc diligenter considero Domine Deus meus terribilis, & fortis, timore pariter, & ingenti rubore confundor, quoniam nobis magna est indita necessitas iustè, rectèque viuendi, quia omnia facimus ante oculos iustè cernentis, vnde per Hieremiā dicitur, fortissime, &c.* nil magis ad rē.

Hierem.

12. Necessitamur ad malum non operādum quia Deus testis.

Necessitamur ad bene viuendū, quia Deus nos intuetur, videt, penetrat, & insuper non exteriora, interioraq; tantū, sed interiorū medullas aspicit, inspicit, signat, & notat, omniū ipse exactissimus scrutator, & inspector.

13. Peccata Deo displicent ob id maximè quia in eius præsentia perpetrantur. Et hoc ob duas rationes.

Quod cū sit, ex hac etiā fit ratione, vt peculiariter illi nostra displiceant peccata, quatenus corā ipso perpetrantur, & eorū est testis, tum ob amorem in nos, tū ob ipsius irreuerentiā: nam cùm sūmè amet nos, hac ratione præcipuè nostram sentit ruinam, quia in oculis eius morimur, & ruinæ nostræ dum peccamus, ipse est testis. Iudas audacter Iosepho loquens, inter cæteras rationes, quibus persuadere illū conatus est se absque puero Beniamin ad patrē redire non posse, hanc vnam potissimam iudicauit, ne præsens proprijs cerneret calamitatē patris oculis, Gen. 44. 34. *Non possum redire ad patrem meum absque puero, ne calamitatis, quæ oppressa est patrē meum, testis assistam.* Quod fuit dicere, non valeo, nec vires mihi ad tantum malum suppetunt patrādum, nempe vt præsens, & testis videam patris mei dolorem; præsentia enim mea me torquebit, & calamitas patris mei me vita priuabit, quia vt testis, & præsens eam intuebor. Sic Deus noster ita dolet super nos, quia vt testis videt calamitatem, quæ nos opprimit, ac vexat, & ideo nos in peccatis cernens obuolutos & oppressos, quæ maxima omnium est calamitas, dolet, quia præsens cernit, & vt testis assistit, nō enim tantū doleret, si præsens nō adesset.

Gen. 44. 34.

August.

14. Peccator vt peccet prius debet quærere locum vbi non sit Deus, ne in impietatem incidat.

Vnde egregiè Aug. ser. 46. de verbis Domini, peccatori consulit, vt antequā peccet locum quærat, vbi eū Deus non videat, *Quære vbi te non videat, & fac quod vis.* Nil melius. Impietas est, ante oculos velle occidi summi parentis, hinc aut à peccatis abstinēdum, & Deus timendus, quia siue in publico, siue in secreto procedis, vt inquit idē sanctus, à Deo videris, aut si peccare audes, quære vbi te non videat, & paternorū eius compatere oculorū, nec hos minus habeas quia Dei, cū hominis non minus haberes & si vilissimi: vnde etsi Christianus es, fidemq; tenes verā, noli Ethnicis cedere, noli suprà Gētiles vecordē esse, isti enim, vt inquit D. Cyrill. cathec. 4. ideo à vero Deo aberrarunt; vt nouos inuenirent Deos, qui aut in tenebris non viderēt aut per diem cæcutirent, vt peccātibus ipsis, testes Deos non haberēt, nefandum coram ipsis peccare extimātes, *Cum*, inquit, *aberrauerint quidam ab vno Deo, alij quidem solem ponebant, vt occidente sole, noctis tempore, sine Deo essent, alij verò lunam vt in die Deum non haberent.* Hinc peccare audebant, quia iam Deum non videntem putabāt. At tu Christiane, qui firma credis fide, Deum te videre, quomodo peccare audes? eiusq; offendere oculos, oculos inquā patris amātis, ac pro te, vt sic dicam, dépereuntis, hinc ipse dolet.

S. Cyrill.

15. Gentiles cur Deos inuenerint.

16. Deus irritatur ob peccata quia præsens.

At, etsi dolet, etiam irritatur, quia audemus præsente illo facere quod præsente abiectissimo nō auderemus, & *insuper me præsente vult opprimere Reginā in domo mea*, inquit *Assuerus*, Ester. 7. n. 8. nota illud *me præsente*, ob quam causam appensus fuit Aman. Sic, qui effrænatè peccant, dum corā Deo se peccare contemnunt, in irā ipsius ob hoc præcipuè incidunt, vnde non mirum si ipse eos puniat, & flagellet, in Deut. enim cap. 27. n. 6. præceptū, primos esse ad occidendum idololatriam, qui contra ipsum testes extiterāt, *Manus testium prima interficiet eū*, cur hoc? nisi quia, etsi Deum, totumq; ipse populū offendisset, tamen præcipuè testes, quatenus coram ipsorum oculis rem malā, iniquamque perpetrasset, & ideo ad illos præcipua cum occidi actio pertinebat.

Ester. 7. num. 8.

Deut. 27. num. 6.

17. Cur in veteri lege testes primi erant ad lapidandum.

Hoc senes illi poscebant iniqui innocentem contra Susannam, vt primi ipsi contra eam immittere lapides possēt, vtpote facinoris eius oculati testes: ex quo clarè infertur, quòd actio occidendi testibus præcipuè cōpetebat secundùm leges, tāquam peculiariter offensis; qualis ergo erit illa, quæ Deo cōpetet, qui omniū nostrarum actionū verissimus, oculatissimusque, vt sic dicā, est testis? Verissimè ergo S. exclamat Chrys. vbi sup. dicens, *Hoc vniuersū orbem cōturbat, quod ad homines aspicientes omnia agimus, & despecto Deo homines formidamus, præsēte quidem homine, nemo voluerit scortari, sed etiamsi millies malo vtatur, vincitur tyrannis vitij, ac perturbationis, à pudore hominum: Deo autē vidente, nō solum adulteriū admittitur, & scortatur, sed etiam alia multa grauiora multi admittere ausi sūt, & audent; hoc enim solum, an non sufficiet ad mille è cœlo deijcienda fulmina?*

Chrysost.

18. Homines ad peccandum veretur at non Deū, summæ inuersio, omni digna supplicio.

Cui accinens Ambr. ser. 1. in Ps. 118. inquit, *Intēperantissimus* (nēpe peccator) *quāuis inueniat pacatam occasionem, explorat diligēter omnia vndique oculos suos, iniuriosus instītiæ, sollicitus famæ, detorquet frequēter, erubescens testimoniū erroris, qui nō erubescit errorem, at si quem fortè spectatorem cognouerit facinoris sui, verecundia sequestrat intemperantiā.* Quod attentè Sanctus cōsiderans, in huius admirationem rei adductus, potius æstimauit peccantem Deum præsentem non credere, quàm præsentē æstimādo peccare audere.

Ambr.

19. Peccatores dum peccant Deum præsentem nolunt credere.

Vnde paulò post supradicta, ait, *Hominē vereris præsentē, Dei Patris, & Filij non vereris præsentiā, sed non vis credere, ne possis cauere.* Nil melius. Nolūt credere; cur? quia si crederent, impossibile æstimarēt à peccatis se nō cauere, ideo non credūt ne possint cauere. Ergò qualis eorū erit impudentia, qui & credūt, & tamen peccare audent: qualis cōtra hos Dei existet ira? Meritò ergo Chrys. fulmina ob hoc è cœlo timet, & nos etiam, & Deū timere ob hoc debemus iratum, quia & ipse iudex, & simul ipse omniū nostrarū viarū oculatissimus testis. Quod cum ita sit, verè dicitur à Sapiēte, & verissima ab illo ratio adducitur, cur scilicet maledicus non liberabitur à labijs suis, quia scilicet renum ipsius, id est, vt vult Aug. in Psal. 7. *affectionum, seu delectationum, & cordis secretorum*, est verus testis, & scrutator Deus.

August.

G

DIGRESSIO III.

An solus Deus scrutator sit cordium? & cur solus ipse.

1\. De fide est solum Deũ scrutatorẽ esse cordis.

CORdium scrutatorem cùm dicat Sapiens esse Deum, placuit hîc hanc de re perdifficili inserere digressionẽ, ex ea enim rationem dicti Sapientis colligentes, quàm certum sit Deum nostrarum esse testem actionum simul intelligemus.

Tituli ergo prima pars vt iacet intellecta, extra telam est, cùm dogma sit fidei Catholicæ, solum Deũ corda hominum intelligere, vt ex multis scripturæ locis patet Hier. 17. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? ego Dominus*: q. d. nullus præter me: & idem Propheta c. 20. *Tu Domine vides renes & cor.* Ps. 7. *scrutans corda, & renes Deus.* 1. Par. 28. *Omnia corda scrutatur Deus.* Ad Rom. 8. *Qui scrutatur corda Deus ipse scit, quid desideret spiritus.* Ad Heb. 4. *Discretor est cogitationum, & intentionum cordis*; 1. ad Cor. 2. *Quæ sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis, qui est in ipso.* id est præter ipsum nulla alia creatura; sed expressius 2. Paral. 6. n. 30. *Tu reddes vnicuique iuxta vias suas, quas nosti habere in corde suo, solus enim tu nosti corda filiorũ hominũ.* Et in Euangelijs, sæpissimè tamquã signum diuinitatis Christi, ponitur cognouisse hominũ cogitationes, vt Luc. 5. *videns cogitationes eorum.* Ioan. 3. *Non opus erat vt quis ostẽderet ei, ipse enim sciebat quid esset in homine.* In qua sententia conspirant etiã omnes Patres, vt Orig. l. 1. in Iob. ante med. Athan. q. 27. ad Ant. Chrys. ho. 23. & 30. in Matt. Cyril. l. 1. in Ioan. c. 19. & 37. & l. 3. c. 3. Damas. 2. de fide c. 3. Hier. ep. 40. Aug. c. 81. tract. 32. in Ioan. ante mediũ, & 12. super Gen. c. 17. vbi ait, *Si veritatem animi daemon ipse prospiceret, nõ tentaret nos.* Et Amb. super Luc, & in illud Pauli 1. Cor. 2. vbi ait, *Nullus est vel homo vel Angelus qui cognoscat ea quæ sunt hominis, id est, quæ in eius potestate constituta sunt intra cordis penetralia.* Quã veritatem etiam definiunt Clemens summus Pontifex, & Anacletus, in suis epistolis, quo tamquam de fide supposito, tota quæstionis difficultas in secunda tituli consistit parte, scilicet cur solus Deus, & non alius scrutator sit cordiũ? Quæ res vt dilucidius innotescat, tria examinanda sunt, quæ inter scholasticos validissimè disceptantur: Primum, quid intelligendũ per cordis secretum soli Deo notum, & non alteri. Secundum, an Angeli illud ignorẽt natura sua, non valentes illud assequi, an verò Deo propter finem aliquem suæ prouidentiæ prohibente, vel subtrahente concursum suum. Et tertium tandem in assignanda ratione huius impossibilitatis, cũ multis nõ satisfaciat illa D. Thom. quam tradit 1. p. q. 57. ar. 4.

Hier. 17. Idem c. 20. Psal. 5. ad Rom. 8. ad Heb. 4. 1. ad Cor. 2. Paral. 6. n. 30. Luc. 5. Ioan. 3. Origen. Athan. Chrysost. Cyrill. Damasc. Hieron. August. Ambr. Clemens & Anacletus PP.

2\. Difficultates quæ hic tractantur.

S. Thom.

3\. Quid secretum cordis? Prima opinio. *Herueus.*

Circa primam ergo difficultatem variæ fuerunt opiniones, quas breuiter referam, ne nimis iusto protrahatur hæc digressio.

Prima fuit Herui in 2. dist. 8. q. 3. qui secretum cordis, non ipsas cogitationes intellectus, nec ipsas affectiones voluntatis intelligit, sed tantum intentionem earũ. itaut asserat bene ab Angelo cognosci ipsas cogitationes, non modo quid sint, sed circa quid sint, hoc est circa quod obiectum, vtrũ etiam sint per modum fugæ, an prosecutionis, affirmationis, aut negationis, at verò circa quod obiectum intensius, aut cogitet intellectus, aut voluntas feratur vnius hominis, aut alterius Angeli, hoc solum Deo esse cognitum.

Non placet.

Hæc sententia merito ab omnibus reijcitur, vtique vt contraria manifestis scripturæ, & Patrũ testimonijs; nam omnes in hoc conspirãt, cogitationes hominũ à solo Deo cognosci, quòd si etiam ab Angelis, non certè esset solius Dei encomium, vt bene adnotat Vasquez in 1. p. disp. 209. cap. 1.

Vasquez. Secunda sententia. *Thomas de Argentin.*

Secunda sententia est Thomæ de Argentina disp. 7. q. 1. art. 1. qui asserit, secretum cordis soli Deo reseruatum, esse compositionem, & diuisionem terminorum. Vnde asserit Angelum, natiua virtute cognoscere quid alter cogitet, aut appræhendat sed vtrum assensu, aut dissensu, propositione affirmãte, aut negante, non discernere; similiter philosophatur de actu voluntatis, illum nempe ab Angelo cognosci de qua re sit, sed vtrum sit complacentiæ, aut displicentiæ, non cognosci.

Hæc placet.

Hæc etiam sententia non placet, & meritò ab aliquibus impugnatur, nam assumit vnum, vt impossibile, in philosophia, nempe posse cognosci totam substantiam & quidditatem vnius cogitationis, quæ non sit simplicis appræhensionis, sed compositionis, & diuisionis, absque eo, quod cognoscatur ipsa diuisio, & compositio, quod prorsus impossibile videtur, quod similiter dicendum de actibus voluntatis; displicet etiã, quia etsi per illã possint intelligi omnia scripturæ loca, tamen multũ eneruatur Dei priuilegium, & quasi ad nihilum reducitur.

Tertia sententia. *Henricus.*

Tertia sententia est Henrici quodlib. 3. q. 3. qui asserit secretum cordis esse directionem cogitationũ intellectus, aut affectuum volũtatis in aliquem finẽ, vnde secundùm ipsum, Angelus bene cognoscit substantiã ipsam cogitationis, & voluntatis affectũ; & simul cõpositionem, & diuisionem, & vtrũ sint affirmationes, vel negationes, prosecutiones, an fugæ; non tamẽ intensionem ad finem, ad quẽ directè sunt, quia vt ipse inquit, *Supra actus voluntatis est relatio ad obiectum*, quam ipse appellat intentionem voluntatis, & hanc affirmat esse cordis secretum, soli Deo cognitum.

Reijcitur.

Hæc sententia parum differt à præcedenti, & eadem ratione non placet, & optimis argumẽtis impugnatur à Doctoribus, tum quia intentio voluntatis nil aliud videtur esse quàm affectus voluntatis complacentiæ, amoris aut odij, tum quia commentitia videtur, vti reuera est, relatio illa, quam Henricus adinuenit, tum etiam quia hæc sententia magnopere priuilegium extenuat diuinum.

Quarta & vera sententia. *D. Thom. vbi suprà. Caiet. Ferrar. Capreol.*

Quarta ergo & vera sententia est D. Tho. vbi sup. & aliorũ Thomistarum vti Caiet. hîc. Ferrar. 2. contra Gent. c. 145. & Capreoli in 2. disp. 8. & aliorum, asserentium secretum cordis esse cogitationes intellectus, & affectiones voluntatis, soli Deo cognitas, licet de cogitationibus intellectus hoc asserant quatenus subsunt imperio voluntatis, vt dicemus, ratio autem huius sententiæ infrà discutietur.

4\. Secunda difficultas an Angeli Deo prohibente non cognoscant cordis secretum. *Scotus. Okam. Gabriel.* Prima opinio.

Quoad secundam vero Scotus in 2. disp. 9. & in 4. dist. 10. Okam in 2. q. 13. Gabriel in 3. disp. 9. q. 2. & in can. q. 13. asserunt, Angelum, natura sua, posse cogitationes, & affectiones, vel alterius Angeli, vel hominis cognoscere, sed à Deo prohiberi, vel subtrahendo concursum, vel alio modo.

Fundamentum huius opinionis est, quia cognitio, & affectus siue naturalis, siue liber, est quoddam ens naturale creatum, verum, ac proinde intelligibile, ergo nulla ratio obstare potest, quin minus ab Angelo cognoscantur; cùm substantiam quamcunque spiritualem, etiam quidditatiuè ipse cognoscat, & secundò etiam, quia nulla sufficiẽs ratio adduci potest vt dicatur, cur in potestate voluntatis Angelicæ, aut hominis, positum sit, vt quando velint sint manifestæ cogitationes, & affe-

ctiones quãdoverò nolint, occultari ab alio Angelo.

Reijcitur.

Hęc ſententia omnino non placet, tum quia vim infert ſcripturæ locis; tum quia validiſſimæ contra eam ad ſunt rationes.

Primò enim vim infert locis ſcripturæ, nã apud illam, & ſanctos, ita dicitur eſſe Dei proprium cognoſcere cogitationes, & intẽtiones cordis humani, ſicut & pręſcire futura, ſicut homines iuſtificare, & mortuos ſuſcitare; ſed hęc nulli creaturæ propria virtute poſſunt conuenire, ergo. Confirmatur hæc ratio, nam ſi Angelis propria virtute conueniret ſecreta cordis cognoſcere, non ſumeretur efficax argumentum ad probandã diuinitatem Christi, quia cognoſcebat ſecreta cordium, vt ſumit Paulus 1. ad Cor. 14. dum ait, *Si infidelis, aut idiota intret in Eccleſiam, occulta eius manifeſta fiant, vnde & cadens in faciem adorabit Deũ, pronuncians quia verè Deus in vobis ſit.* Vnde & ibid. cap. 2. cùm dixiſſet. *Quæ ſunt hominis nemo nouit niſi ſpiritus hominis*, ſtatim ſubiungit, *Et quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi Spiritus Dei*, ergo ſicut nulla creatura natura ſua poteſt cognoſcere quæ ſunt Dei, id eſt cogitationes Dei, ſic nec quæ ſunt hominis, id eſt, cogitationes hominis.

1. ad Cor. 14.

Secundò valida ratione impugnatur, nam ſi natura ſua Angeli poſſent cognoſcere ſecreta cordiũ, tria ſequerentur valde inconuenientia. Primũ continua vis Dei eorum naturæ, quod non eſt aſſerendum. Secundum, quando ſecreta ſcirent, non eſſet miraculum, nec mirum, immo ſolutio miraculi, vt ſic dicam, non ſecus ac dicitur de gloria Christi in Transfiguratione. Tertium, quòd non eſſet naturalis allocutio vnius cum altero Angelo, nam cũ hæc ordinata ſit ad manifeſtationem cordium ſecretorũ, ſi Angelus ea natura ſua poſſet cognoſcere, contra naturam fieret quando loquens vnus Angelus ea aperiret, & diceret alteri Angelo; patet, nam ſi cõtra naturam eſt eclatio, quia violenta, contra naturam etiam eſſet allocutio, quatenus vnus Angelus alteri manifeſtaret quod ipſe ex ſe aliàs, niſi eſſet impeditus, poſſet cognoſcere.

Ad fundamenta vero ex dicendis patebit ſolutio; ex eis enim conſtabit qualiter, & ſi ſint ordinis naturalis cogitationes, & affectiones, tamen ab Angelo cognoſci non poſſint, & ſimul ratio, quare vnus Angelus, vel homo, alteri Angelo occultare, aut manifeſtare poſſit ſua volũtate propriũ conceptũ.

5\. Vera ergo ſententia eſt S. Thomæ, & reliquorum Thomiſtarum; Cogitationes ſcilicet cordis, & affectiones voluntatis, tum hominum, tum Angelorũ, ita eſſe ſecretas, & occultas alteri Angelo, vt natura ſua, nullo modo alter Angelus eas cognoſcere poſſit, niſi aut Deo reuelante, aut voluntate alterius Angeli vel hominis volentis ea manifeſtare. Quæ ſententia vt patet, conformior eſt & ſcripturæ ſanctæ locutionibus, & Patrum dictis, & multum priuilegium magni facit diuinum.

Vera ſentẽtia Angelũ natura ſua non cognoſcere ſecretum cordis.

6\. Difficultas ergo tota cõſiſtit in aſſignanda huius rei naturali ratione: nam, vt diximus, aliquibus quã tradit S. Doctor ſufficiens non videtur, & multis eam impugnant, quam nos, vt ſufficientiſſimam iudicamus, & qua nulla alia melior inueniri poteſt. Sed antequam ad eam veniamus, aliqua prius præmittenda ſunt.

Tertia difficultas, qualis ſcilicet ſit naturalis ratio, cur Angeli natura ſua ſecreta cordium non cognoſcãt.

Primum notandũ.

Primò quòd quando dicitur cogitationes intellectus, & affectiones voluntatis, tũ Angeli, tũ hominis, ſoli Deo eſſe notas, ita hoc intelligendum eſt, vt loquẽdo de cogitationibus intellectus illas eſſe aſſerimus occultas non vt ſic, id eſt nõ ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſed inquantum imperio voluntatis ſubiacent. Nam ſi ſecundum ſubſtantiam ſuam cõ-

A ſiderentur vt ſic, cognoſcuntur ab Angelo, licet an ſint imperatæ à voluntate, aut liberę, prorſus ignoret; quæ eſt aperta ſententia S. Thomæ in corpore, dum dicit, in tantum cogitationes eſſe occultas, in quantum à voluntate ſola dependent: nam ipſe vt axioma aſſumit, ſcilicet, *Ea quæ ex voluntate ſola dependent, vel quæ in voluntate ſola ſunt, ſoli Deo ſunt nota*: manifeſtũ eſt autẽ, quod cogitationes, tũ naturales, tũ liberæ, à voluntate ſola non dependẽt, nam naturales prouenire poſſunt ab aliqua alia potentia, & liberè, nec ab ipſa ſola dependent, nã præter liberum quod ab illa habent, quoad ſubſtantiam ſuam, nõ pendent niſi ab intellectu. Hoc autẽ quod aſſeritur de cogitationibus intellectus, à fortiori etiam dicitur de actionibus appetitus ſenſitiui, phãtaſiæ, & motus localis, nam omnes iſti actus ſecundum ſubſtantiam ſuam ſunt Angelo noti, tamen illi ignoti vt ſubſunt imperio voluntatis; videt enim Angelus aliquem, v. g. progredientem, & ambulantem, ſed an deambulatio ſit imperata à voluntate nec ne, aut ad quem finem ordinetur; nec ipſum liberum, quod eſt in ea, nullo modo videt, nec videre poteſt aut ſcire: quæ res ſæpè in humanis etiã accidit, dum ſcilicet videmus aliquem nobiſcum colloquẽtem, & ſtatim ex abrupto proſiliẽtem, diſceſſum illius videmus, ſed cauſam penitus ignoramus, & an fuit illa motio violẽta, & neceſſaria ab aliquo intrinſeco, aut extrinſeco, aut libera, à voluntate imperata, nec perſpicimus, licet ſi non ſit libera, ſed violenta ab aliquo extrinſeco, ab Angelo perſpici poteſt, ut qua re hominem præcedit.

7. Intellectus cogitationes non ſũt occultę ſecundùm ſubſtantiã ſuam, ſed vt imperio ſubſunt voluntatis.

8. A fortiori aſſerẽdum de actionibus appetitus ſenſitiui, reliquarumque potentiarum.

B

Secus autem philoſophandum eſt de affectionibus volũtatis, nam iſtæ ſimpliciter ſecundum totã ſubſtantiam ſuam ſunt Angelis incognitæ, & ſoli Deo reſeruatæ, quia iſtæ à nullo alio principio naturaliter agente procedunt; niſi ab ipſamet volũtate liberè operante, in quo differũt à cogitationibus intellectus, & licet aliquando procedant à voluntate, vt à cauſa naturali, ſicut etiam cogitationes, non ob id negandum eſt eſſe de genere liberorum, tamen ſi accidentariè defectu conſiderationis plenæ, in vtramque partem, naturaliter, & neceſſario eliciantur nã cùm idem prorſus affectus voluntatis, in nullo ſubſtãtialiter mutatus, poteſt eſſe neceſſarius, & liber, neceſſarius in principio, liber in proſecutione, accedente aduertentia, cùm hoc ſit quid illi extrinſecum, (quod nunc ſupponimus) impoſſibile videtur, vt accedente tantũ aliquo extrinſeco, denominatione namque prouenientc ex attẽſione, aut incõſiderantia, modo dicatur liber actus ille, modo non liber, in quo, quoad hoc, differunt à cogitationibus, nam cùm iſtæ ſecundum ſubſtantiã ſuam non ſint à principio libero, omnino naturales ſunt quando ab illo tantum procedunt, at affectiones volũtatis, cùm ſint ſemper à principio libero, & per accidens aliquando procedant ab illo, vt principium naturale, ſemper erunt de genere liberorũ, & omnino naturales dici poſſunt, quod ſufficit ad huc, vt totaliter, & penitus ſint ignoti ſecundùm totam ſubſtantiam ſuam.

C

D

9. Voluntatis affectiones ſimpliciter ſecundùm totam ſuã ſubſtãtiam ſunt occultæ.

10. Etiamſi procedant à voluntate naturaliter operante.

Secundum notandum eſt, cogitationes cordis, & affectiones voluntatis, licet ſint ordinis naturalis, & non ſupernaturalis, tamen ita eſſe intra limites ordinis naturalis, vt ſint altioris, & eleuatioris ordinis in illo; quo fit, vt licet ſint talis ordinis, non ob id neceſſario ſint obiectum intellectus Angelici, nam non omne creatum eſt obiectum naturale intellectus Angelici, vt patet de futuris. Ex quo fit, vt optimè aſſeri poſſit, abſque vllo præiudicio intellectus Angelici, illos cogitationum libe-

Secundũ notabile.

10. Cogitationes cordis intra limites ordinis naturalis ſupremi ſũt ordinis.

11. Nuo omne creatum est obiectum intellectus Angelici.

rarum, vt liberarum, & affectionum; aut non habuisse species inditas, aut si habuerint, nõ esse illarũ repræsentatiuas, quod secundũ mihi magis placet.

12. Angeli cogitationum & affectionum habuerunt inditas species, sed nõ repræsentatiuas.

Tertium notabile.

Tertium notandũ, totam formalitatem occultationis horum actuum à S. Thoma positã esse in esse liberi, quod habent, aut sub quo stant, & sic dicit, *Quòd quæ aut in voluntate sola sunt, aut ab illa sola pẽdent soli Deo sũt cognita*. nã vt sic, aut sunt libera, aut sub libertatem. Sed aduertẽdum, quod hoc liberum accipiendum est secũdum totam suam latitudinem; id est vt nõ solum sit liberum, quatenus procedit à voluntate libera potens elicere actum, aut non elicere, sed etiam quatenus sunt ab illa, vt potens occultare illas, aut non occultare, manifestare, & nõ manifestare: nam talis naturæ est voluntas, & sic à Deo constituta essentialiter in genere libertatis, vt non solum fecerit illam liberam quoad productionem actuum, sed etiam quoad occultationẽ illorum, & manifestationem, itaut ipsi actus ex genere suo subsint, quoad manifestationẽ, etiam post productionem, libertati voluntatis, & non solum hoc quoad suos, sed etiam quoad alios cæterarũ potentiarum, quatenus subsunt eius libertati, eo modo quo diximus, & formaliter vt liberi accipiuntur.

13. Formalitas occultationis cogitationum & affectionũ, & in esse liberi, & quomodo hoc intelligendum.

Vnde prouenit quod ipsi actus, quia à tali potẽtia, ex natura sua sint occulti, & nulli manifesti, nisi Deus, aut voluntas ipsa velit eos manifestare: vnde quando dicimus cogitationes cordis, vt subsunt, & affectiones voluntatis, vt procedunt à potentia libera, soli Deo esse cognitas. Per potentiam liberam intelligimus, nõ solum vt liberam ad producendũ, sed etiam liberam ad manifestandum, & celandum actus suos, & alterius potentię, vt tamen illi subsũt: nec vltra hoc est aliquid petendum, nam si aliquid aliud peteretur, non secus esset ac petere, cur homo est animal rationale, seu, cur Deus fecit hominẽ animal rationale? Immò addo optimam rationem cõuenientiæ posse reddi huiusmodi naturæ voluntatis, signum scilicet supremi dominij Dei, tum respectu eius, dum cõueniens erat vt aliquid in homine, & in Angelo sibi soli esset reseruatum, in ostensionem sui supremi dominij, tum respectu & hominũ, & Angelorum, nam in nullo tantum se recognoscere possunt creaturæ, & Deum summum omniũ Creatorem ac dominum, quantũ perspicere Angelos supremos, & altissimos, sicut & infimos, quòd licet sint dispares inter se in potentia & dignitate, & in infinitum quasi distet vnus ab altero; tamen quo ad hoc pares sunt, & æquales, ita vt supremus Angelus nihil possit cum inferiori, quoad cordium secreta, ex qoo recognoscunt imperium, & summũ Dei dominium; quòd amplius intelligunt considerantes hoc respectu hominum, quibus ipsi ita superiores sunt. Vnde sicut creando Deus hominẽ, licet omnium eum fecisset dominum, tamen conueniẽs fuit vt in signum supremi sui dominij, interdiceret ei vnam arborem, constituens eam nõ debitam hominis esui, etsi intra ordinẽ illius esset: sic pari modo etiam conuenientissimum fuit, vt in constitutione hominis & Angeli, vnum quid esset, ex vi suæ constitutionis & naturæ sibi soli reseruatũ, & nulli debitum, quamuis spiritus supremus esset, etiamsi intra ordinem rerum naturalium illud esset, vti sũt affectiones voluntatis, & cogitationes cordis.

14. Liberum voluntaris quomodo intelligi debeat à Deo constitutum.

15. Voluntas essentialiter est potentia libera, non solũ ad producendum actus, sed etiam ad illos occultandus.

16. Optima ratio conuenientiæ constitutionis voluntatis in esse liberi.

17. Sufficiẽtia rationis sãcti Doctoris ostenditur.

Hæc ergo doctrina sic constituta, ex illa euidenter colligitur sufficientia rationis S. Thomæ, quæ supra omnes alias, quæ adducuntur, se eleuat, quæ talis est. volũtas rationalis creata, soli Deo subiacet; & ipse solus in eã operari potest, ergo ea, quæ ex voluntate creata pẽdent, soli Deo, cui subditur ipsa vo-

A luntas, nota esse possunt, huiusmodi sunt affectiones, & cogitationes, ergo cogitationes cordis soli Deo notæ sunt.

Hæc ratio sufficientissima est, vti diximus, supponendo doctrinam traditã in tertio notabili, quam supponit etiam Sanctus, libertatẽ nempe voluntatis, tum in agendo, tum in occultando, aut manifestando, qua cõcessa, quod remanebat probare erat, quomodo ex natura sua quia libera erat voluntas ad occultandum, & non occultandum, tamen non erat libera respectu Dei: & inquit Sanctus hoc prouenire, quia Deus, vti prima causa, cõcurrere debet cum ipsa ad actus suos, & sic impossibile, vt possint ab illo tales actus, etsi liberi, abscõdi, vnde ideo à solo ipso cognoscuntur. Quę ratio optima est, nec vlla alia melior excogitari potest, vt asseratur has affectiones naturaliter Angelis esse occultas discurrendo per singulas: nam immaterialitas adduci non B potest, cùm immaterialior sit ipsa substantia Angeli, & eam Angelus intelligat: nec adduci potest, quia non subsistunt, quia neque potẽtiæ ipsæ, aut species subsistunt, neque quòd sunt actiones quędam in fieri, & conseruari dependentes à suo principio, quia etiam sensationes omnes & intellectiones hoc ipsũ habent; neque quia causa ipsa est omnino indeterminata ad vtrumque, antequam hoc aut illud operetur, quia hoc etiam habent futura omnia contingentia, quæ antequam sint, in seipsis omnino indeterminata erant in sua causa, quòd tamen nihil obstat, quo minus eo ipso quod sunt, actu repręsententur in speciebus Angelicis, quæ sunt omnes rationes à cæteris adductæ.

Obiectio contra sancti Doctrinam.

At contra rationem sancti vnicum tantum est argumentũ Durandi, quod valde dicunt vrgere Tho- C mistas, scilicet quòd si illa vera esset, & ratione liberi, essent occultæ cogitationes, & affectiones, etiam naturaliter esset occultũ quidquid à Deo procedit, quia liberè ab eo procedit, & sic materia prima, Angelus ipse, & homo naturaliter essent occulti, quia pẽdent à libera Dei volũtate, quod est absurdũ.

Soluitur. *Ferrariensis. Caietan.*

Ferrariensis, & Caietanus huic argumento respõdent, quorum responsio impugnatur à Vasquez, vbi suprà cap. 6. & 7. & reuera non est negandum aliqua addere hos Authores ad Sancti authoritatẽ. Quapropter relictis eorum responsionibus, facili negotio respondetur ad argumentũ ex supradictis negando consequentiã, nam Sanctus non vniuersaliter assumit liberum; sed tale liberum talis voluntatis sic à Deo constitutæ, & similiter Sanctus non assumit omne productum liberum, sed tale, scilicet per modum actus, & à tali potentia, & sic non licet D argumentari ex tali libero, & inferre aliud quod non sit ei omnino simile, nec contra hanc responsionem video aliquid quod vrgere possit.

18. Dignũ esset asserere etiam cogitationes intellectus, quoad substantiam suam soli Deo cognitas, si sufficiens ratio disparitatis inter ipsas, & appetitus sensitiui inueniretur.

Dictis tamen non obstantibus, addam vnum; me libenter iturum libenterque asserturum, non tantũ affectiones voluntatis secundùm totam substantiã suã esse cordis sectetum, sed etiã ipsas cogitationes intellectus, non solũ quatenus liberas, sed etiã quatenus naturales, itaut nullo prorsus modo ab Angelis cognosci possint semper; ac mihi detur sufficiẽs disparitatis ratio, cur eas Angelus cognoscere non debeat secundùm suam substantiam, dum sub libero stant; cùm motum progressiuum cognoscant, etiamsi sub libero sit, actionesque appetitus sensitiui, imaginationisque, seu phantasiæ: nam dicere quia eleuatioris sint ordinis, quia secretum non esset inter Angelos, quia secundùm naturalia Angelus consideratus decipi non posset; non mihi multum satisfacit, nam eleuatio

ordinis, secundùm se tantum considerata, non extrahit tales cogitationes suprà ordinem naturalem, vnde non faceret vt ex se secretæ Angelo essent, cùm respectu illius, eodem modo essent euidentes, ac actiones appetitus sensitiui cæterarumque potentiarum, sed tantum vt ratione huius eleuationis quod Deus voluntate sua eas constituisset extra obiectum intellectus Angelici, quod est incidere in opinionem Scoti. Neque illud de secreto placet, nam & si Angelus cognoscit cogitationis substantiam, non tamen liberum in ea, ex quo patet solutio ad tertium, nam non cognoscendo liberum decipi posset, quoad hoc. Vnde ingenuè fateor sufficientem disparitatem vsque nunc me non aspicere, quam si aliquis inueniet, illud libenter asseram, cùm verè multum decoris, multumque majestatis priuilegio ex illa accedat diuino.

Quapropter firmum remanet, secretum cordis esse affectiones voluntatis, & cogitationes cordis, prout subsunt eius imperio, naturaliter Angelo esse incognitas, soli Deo notas, & optimâ esse rationem sancti. Ex quibus simul patet, quomodo secúdùm nostrum Sapientem, Deus solus verus dicatur cordis scrutator, cum prima sit causa, quæ ad actus concurrere debeat voluntatis, sine cuius concursu eos ipsa elicere non potest, vnde fit vt nullo prorsus modo ab illo se occultare possit. Ex quo rectè Ambros. serm. 1. in Psal. 118. insipientiam illorũ arguit peccantium, Deum ipsos non videre putantes, quia in abscondito, quia si corda prospicit, quomodo non corpora prospiciet? *Et si verum*, inquit, *audire vis, quomodo te in lupanari non videt Christus, quando te vidit, qui adulterando in corde tuo teipsum lupanar esse fecisti?*

Ambros.

Num. 7. *Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum; & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, &c.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

COnfirmat Sapiens superius dictum, nempe renum & cordis Deum esse scrutatorem, & linguæ auditorem, quia replet totum terræ orbem, & scit omnia idiomata; vnde neque à distantia loci, nec ab ignorantia idiomatis impediri potest, quin omnia medullitus non scrutetur.

Lorinus.

Spiritus Domini, &c. id est Deus, vel tertia persona per attributionem, sic Lorinus.

Basilius. Athanas. Origenes. Cyrillus Alex. Philo. Gregor.

1. Immensitas Dei, ex hoc loco probant sancti.

Repleuit, &c. id est nil vacuum relinquens in quo ipse non sit. Ex huc loco Basilius ep. 141. Athanas. epist. ad Serap. Orig. lib. 7. in cap. 9. ep. ad Rom. Et Cyrill. Alex. 7. de Trin. probant immensitatem, ac proinde diuinitatem Spiritus sancti, accipiendo Spiritum pro tertia persona. *Replet ergo*, vt inquit Philo lib. 7. Allegor. *implet, & penetrat omnia, nihil omnino relinquens seipso vacuum.* Pulchrè Gregor. 2. mor. 16. *Est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, suprà omnia non elatus, infrà omnia non depressus.*

Augu t. Origen.

Et hoc quod continet, &c. Aug. in specul. cap. 2. de symbol. ad Catech. cap. 4. interpres Orig. in 7. lib. epist. ad Rom. 9. legunt, pro eo, & hoc quod, & hic qui, referendo ad spiritum: nam mos est scripturæ interpretis, sæpè in Latino retinere genus nominis

A linguæ, quã interpretatur. Vide Lorin. hîc qui multa affert exempla. Alij, hoc, non referunt ad spiritũ, sed ad orbem, vnde faciunt sensum: *Spiritus Domini repleuit orbem, &c.* qui orbis à Spiritu sancto illuminatus, & repletus, omnia in se continens, visibilia, scientiã habet vocis, quatenus veluti magister quidam docet, hominesque ducit ad Deum laudãdum. Alij vt Glos. & Bonau. per illud, *quod continet omnia*, hominem interpetrantur, qui est omnis creatura, & omnes habet rerũ gradus, qui scientiã vocis cõsecutus est per donũ linguarũ. Allegoricæ, & morales expositiones tamen non ad litterã, & sẽsum. Prior ergo sensus est verus, & litteralis; Spiritũ sanctum scilicet, siue Deum, omnia continere, & omnibus præsentem esse. Nec displicet qui dicit, replere omnia ad modũ aeris, qui omnia penetrat, & sine illo formari nõ potest vox sic & Deu omnia penetrare, ex quo fit, vt nil prorsus eloqui possit, quin ab illo non audiatur, vnde & scientiã habet omniũ.

2. Interpres scripturæ ret et genus nominis linguæ quam interpretatur.

Glos. Bonauentura.

3. Spiritus sanctus vt replet omnia.

B *Vocis, &c.* id est, maledicæ contra Deum, proximumque, seu cuiuscumque, vt Cantacuzenus.

Cantac.

Sensus ergo est, quia suprà dixerat, non liberari maledicum à labijs suis, quoniam renũ illius testis & cordis scrutator est Deus; nunc probat cur scilicet sit scrutator, quia nempe est immensus, vnde ait, ideo cordis Deum esse scrutatorem, quia ipse totum terræ replet & penetrat orbem, & replendo insuper scientiam habet cuiuscumque vocis.

Lorinus. Glos. Bonau.

Per allegoriam autem, vt benè adnotat Lorinus, sumitur hic locus de aduentu Spiritus sancti in die Pentecost. vt sumunt eum Glos. Bonauent. & ipsemet Lorinus in Acta cap. 2.

Occasione ergo acceptionis allegoricæ horum de aduentu Spiritus sancti hunc locum intelligentium, qui profectò de cœlo ad terrã adueniens per suam diuinam præsentiam terræ repleuit orbem, & C per potentiam omnium non solum sermonum, sed vocum, habet, & insuper habere fecit sciẽtiam. Placet hîc aliqua de sacratissimo, & arcano hoc adnotare mysterio, eo vel maximè cùm huc in hac nostra Spiritus eiusdem sancti domo, eius vt spero afflatu, hunc inceperim laborem; & sic primò dicam de necessitate aduẽtus sancti Spiritus, secundò de modo eius aduentus: tertiò de eius promissione: quartò de fructu. Quæ quatuor ex suprà dictis colligi possunt verbis: si enim ipse continens orbem, replet illum præsentialiter in omnibus assistens, necessarium erat vt ad opus tam grande, quale Apostolis inerat, præsẽtialiter adesset, & si adfuit, cùm sit ipse purus spiritus, necessariũ etiam fuit vt aliquo modo visibilem se præberet, quòd si visibilis, consequenter nõ vacuus adesse debebat, sed cum fructu; & tandem quia etiam si adest ex se, non tamen illo D peculiari modo, quo venit, & ideo promissus, &c.

HOMILIA XIII.

De necessitate Aduentus Spiritus sancti.

SPiritus ergo Domini repleuit orbem terrarũ. Et quidem necessarium, ad hoc vt simul cum Apostolis de Christo testificaretur, ex eiusque testimonio, (vt sic quodammodo dicam) ipse viuificaretur Christus, ipsique mortificarentur Iudæi, qui læti in eius extabant morte. Hoc equide ipse patri suo per os Dauid petijt, Ps. 34. n. 19. *Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.* Iudæi enim, qui inimici erant Christi, & Pharisæi, qui huius pa-

1. Spiritus sanctus necessarius ad viuificandũ Christum.

Psal. 34. num. 19.

troni inimicitiæ, vnde in Hebr. *Nō lætetur super me* A
patroni inimicitia mea. Lætati in morte fuerunt
ipsius, dum ipsum viderunt extinctum; at si post
mortem eum non ressuscitatum, nec gloriosum,
nec honorificè testatum, & prædicatum audissent:
Incognitus. profectò non solum gauisi, sed supergauisi essent:
vnde rectè Incognitus hic: *Non superg udeant,*
inquit, *id est, non gaudeant super me, adimplendo*
voluntatem suam de me, qua volant nomen, & fidem
meam delere. Quod ne fiat petit ipse Dominus
dicens, *Non supergaudeant, &c.* Quod profectò
factum, quando Spiritus sanctus, & Apostoli
testimonium reddiderunt de Christo, non Apostoli
soli, nec Spiritus sanctus solus, sed Apostoli, &
Spiritus sanctus, vt Actor 5. num. 31. *Nos sumus te-*
Actor.5. num.31. *stes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem*
dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Et D. Paul.
Ad Rom. 8.num.16 ad Rom. 8. num. 16. *Ipse Spiritus testimonium*
reddit conscientiæ nostræ, &c. vt sic veritas in B
ore esset duorum. Apostoli ergo, & Spiritus sanctus
testimonium de Christo reddiderunt. Quod
quàm necessarium, vt scilicet Apostoli non soli, sed
cum sancto Spiritu, simul testificarentur nunc considerandum.

2. *Christi testificatio difficillima ob quatuor.* Enimverò ob quatuor, difficillima erat Christi
testificatio, primò ob laborem; erat enim laboriosissima,
vt testatur Paulus in multis locis: secundò
ob difficultatem; quia prædicanda mysteria
illius erant supernæ scientiæ incarnationis Christi:
tertiò ob obscuritatem, quia tota sub figuris, &
velamine latebat legis: & quartò demum ob supernaturalitatem,
(vt sic dicam) nam suprà captum
humani erat intellectus, & suprà id quod credi potest.
Ob quatuor ergo ista difficillima necessarium
fuit talem dare illis adiutorem, qui omnia illa explanaret,
illosque ad omnia adiuuaret: vnde loquēs C
Dominus de huius missione Spiritus, sic de eo disserit
Io.15. n.26. Io. 15. num. 26. *Cùm venerit Paraclitus, quem*
ego mittam vobis à patre Spiritum veritatis, ille
3. Spiritus sancti aduentus quatuor difficillima in prædicatione Christi penitus absoluit. *ves, &c.* Attende quæ dicit, antidota enim inuenies
ad quatuor illa: erat Christi Domini testificatio
laboriosa, & ærumnis plena, adiungat se consolator,
qui cruces eleuet: & ideo *Paraclitus*: erat
difficillima ob eminentem sciētiam Christi, adeat,
qui missus, & procedens ab illo omnia illius non
solum sciat, sed diiudicet, *quem ego mittam*:
erat obscurissima, quia tota sub figuris; adeat,
qui Spiritus sit veritatis, qui omnia inferiora, superioraque
replens illam enucleet sub illis manentem:
Spiritum veritatis, & tandem erat creditu
difficilis, quia supra naturam, & ideo sit testis tantæ
authoritatis, vt maioris esse non possit. Quid maius,
quàm à summo, altissimoque patre procedere? D
qui à Patre procedit.

Paraclitus ergo, qui est consolator in tribulationibus
prædicationisque Apostolorum laboribus,
qui magni, & strenui nimis fuerunt, quos etsi in
1. ad Cor. 4. n. 11. multis enumerat locis Paulus, tamen 1. ad Corinth.
4. num. 11. *Vsque in hanc horam, & esurimus, in-*
4. Labores prædicationis Apostolorum immensi. *quit, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur,
& instabiles sumus:* seu vt Syriacè, *nec domum
stabilem habemus.* Quid ergo amplius restat
ex huius vitæ afflictionibus? non esum, non
potum, non domum, non salem, non ignem, vt dicunt,
habent, & insuper ad hæc cæduntur, percutiuntur,
flagellantur, nonne hos potius mortuos,
quàm viuos homines diceres? Sic mortuum se semper
2. ad Cor. 1.num.8. æstimabat Paulus, semper præ oculis sententiam
præferens mortis, *Supra modum*, inquit 2. ad
Corinth. 1. num. 8. *grauati sumus supra virtutem,*
ita vt tæderet nos etiam viuere. Adeo, vt quasi vile
quid ipsam desiderarent vitam abigere: vnde
Syriacè, *Adeo, vt vita nostra prope abijcienda
fuerit.* Quod enarrat Apostolus sanctissimus, non
quasi ei nouum aliquid, aut diuersum, ac quando
prædicationis sumpsit officium, aliud speraverit,
nam dum Christus suum prædicatorem eum efficit,
*Ostendit ei quanta pro nomine eius oportebat
illum pati.* Actor. 9. 16. & sic ipse prosequitur, *Act. 9. num. 16.*
Sed ipsi in nobismetipsis sententiam mortis accepimus.
sed illud dicit, vt tribulationes ostenderet ingentes,
quas in prædicatione patiebatur, ne vile existimarent,
quod eis tanto sudore elargiebatur. Vide
ergo qualis erat Apostolorum vita, dum etsi in
summa omnium rerum huius mundi constituti
egestate, ac indigentia, itaut videretur quòd ignis
& aqua eis interdicta fuissent, tamen ad hæc semper
sententiam mortis, immo omnium terribilium
vltimum, ante oculos mortem ipsam præseferebant;
necesse ergo fuit inter tot tantasque tribulationes
& angustias, consolatorem illis adiungere
talem ac tantum, qui eos animaret, erigeret, et foueret,
& qui, dum illi in medio tantarum existerēt
flammarum, consolaretur, & vento sui Spiritus eos *5. Spiritus sanctus perpetuus consolator Apostolorum in eorum afflictionibus.*
refrigeraret: quod semper effecit Spiritus sanctus;
vt planè Paulus confitetur dicens vbi suprà num. 5.
*Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis,
ita & per Christum abundat consolatio nostra*;
id est spiritus, qui per Christum consolatur nos.
Vnde ob hoc deuotè adnotat Bernard. serm. 5. de *Bernard.*
natali Domini in hunc locum; Paulum ideo suprà
Deum non nominasse patrem misericordiæ, *6. Deum cur nominet Paulus patrem misericordiarum.*
sed misericordiarum, quia cùm non vna tantum
eorum esset tribulatio, & miseria, sed multiplex,
ideo pater erat non vnius, sed multarum misericordiarum,
multarumque consolationum, *Patrem
dicis*, inquit Bernard. *non vnius tantum misericordiæ,
sed misericordiarum, & Deum non vnius, sed
totius consolationis, qui consolatur, non modo in
hac, vel illa, sed in omni tribulatione*, quia sicut istæ
abundabant, sic & illæ, & tunc maximè quando *7. Deus tunc magis suos consolatur, quādo amplius tribulatio viget.*
amplius ipsa vigebat tribulatio, nam equidem tunc
præcipuè Deus apparere solet, quando magis tribulatio
viget: quod considerandum in facto illo
admirabili trium puerorum Dan. 8. n. 49. dicitur
enim ibi, quod *Angelus Domini descendit in for-* *Dan. 8. 49.*
*nacem, vbi erant tres pueri, & fecit medium fornacis,
quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos
omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam
molestiæ intulit.* In quibus verbis placet aliqua
prius adnotare.

Primò enim adnoto tempus quando hoc præcepit
Nabuchodonosor, quando scilicet paulò ante
vt cap. 3. num. 46. *Cecidit in faciem suam, & Cap.3.46*
*Danielem adorauit, & hostias, & incensum præcepit
vt sacrificarent ei, & in sublime extulit, & munera
multa & magna dedit ei.* Quē cùm sic honorasset, *8. Principibus quam parū fidendum.*
postea vna tantùm sociorum eius inobediētia,
& in vna tantum re offenso, ita eis efferbuit
ita vt fornax iusserit septuplum succendi, & in
eam illos mitti, quos paulò antè vt Dei socios habuit;
vt semel intelligas, quàm parum fidendum in
voluntate Principum, dominorumque, nunc enim
adorant, nunc spernunt, nunc extollūt, nunc deprimunt,
nunc magna tribuunt, nunc vitam adimunt.

Secundò adnoto, quàm citò, & facilè, quamque
abundantius iussio executa est Regis; ille enim dixerat;
Vt mitterent eos in fornacem. Sed priuati

ipsius confestim, & vti sic stabant, cum thyaris, & A calceamentis, & vestibus proiecerunt eos in medium fornacis; vt semel etiam apprehendas conditiones priuatorum Regis, aulæque ipsius professorum, & quàm parum in istis sit fidendum. Isti enim paulò antè quanti faciebant Danielem, sociosque eius? quomodo eum honorabant, dum à Rege adoratum videbant? sed quando postea Nabuchodonosor tantum faciem immutauit suam super eos, *Aspectus faciei illius immutatus est*: illico omnes, & Danielem, sociosque eius dereliquerunt, immo & in ignem miserunt, nullo Regem pro illis interpellante, nullo rogante, quia fallax omnis amicitia, priuatorumque familiaritas; in tribulatione enim, & in occasione deficient.

9. Amicorum & Aulicorū conditio.

Tertiò demum adnoto id quod dicebamus, tunc nempe Angelum descendisse, & consolatorem adfuisse, quando maximè fornax incensa, & B ira magis efferuescebat tyranni: tunc enim descendit Angelus, & fecit *quasi ventum roris*. Pulchrè appositum, ventum roris, ros enim de manè descendit, vnde ventus roris est ventus antelucanus, ad denotandum diuini auxilij celeritatem, immo & opportunitatem, dum propius adest, quando tribulatio crescit intensius. Quod Dei serui scientes, hoc sancto Spiritu, & igne repleti, in ipso sperant, etiam si eos occidat, sic hic Spiritus eos roborat, animat, & erigit, *Deus*, dixerunt Regi pueri isti, *quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis liberare: quòd si nolueris notum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Mira confidentia, immo mirum amoris experimentum in Deo sperare, etiam si occidat. Sic Iob 13.17. *Etiam si me occideris, in ipso sperabo.* Hebr. *Vadam pro auxilio à te ad te, abscondar sub alis misericordiæ tuæ in die tribulationis, & ab ira tua curram vsque ad vmbram tuam.* Pulchrè, ab ira tua, vsque ad vmbram tuam, ipse irascitur, ipsemet est, qui defendit, & protegit, ipse iudex, ipse pater: vnde quidam, contra quem iratus Cæsar, ad ipsummet appellauit dicens. *Appello à Cæsare irato, ad Cæsarem benignum.* Hinc sancti, hinc Apostoli tali confidentia repleti, & tamquam de auxilio certi, ibant gaudentes in medijs tribulationum, fidentes fluctibus, gloriam suam æstimantes in varias incidere tribulationes, iuxta illud Apostoli Iacobi 1. num. 2. *Omne gaudium æstimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.* Immo, & si corporis mole premantur, gloriantur tamen de corpore, quia per illud passibiles fiunt. Vnde perbellè D sanctus Cyprianus, postquam dixerat in carne non esse gloriandum. *Neminem Christianum decet, & maximè virginem non decet claritatem vllam computare carnis, & honorem*: post quæ subdit quando in carne nobis gloriandum; *Aut si in carne*, inquit, *sit gloriandum, tunc planè, quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior fœmina viris torquentibus inuenitur, quando ignes, aut cruces, aut ferrum, vel bestias patitur, vt coronetur. Illa sunt carnis pretiosa monilia; illa corporis ornamenta meliora*: Nil melius. Gloriantur ergo sancti de carne, sed quando in illa patiuntur, & tunc in illa gaudent, quando sensum doloris experiuntur; tota ipsamet natura de hoc reclamante, & admirante. Quis ergo hoc tam mirum, & supra humanū efficere potuit captum, vt amarum esset dulce, inglorium gloriosum, laboriosum suauitate plenum? nisi consolatio huius Spiritus, qui Paraclitus dici-

10. Angelus in fornacem descendit quando amplius incensa, & eut

11. Diuini auxilij celeritas ad auxiliandum.

12. Spes sociorum Danielis maxima.

13. In Deo sperandum etiam si necidat.

Iob. 13. 17 Hebr.

14. A Deo irato, ad ipsum confugiendum misericordem, & non ad alterum.

Iac. 1. n. 2

15. De corpore gloriandum, & cui?

S. Cypr.

56. Cato ad quid deseruire homini deberet.

A tur, qui Apostolis suis adfuit per præsentiam eorū interiora dulciter replendo, ob quod nec prædicationis labores refugerunt, nec tormenta inhorruerunt, immò nec amarum quid in illis perceperunt?

Hæc equidem fuit mira Dei prouidentia, magnaque eius potētia, amarum scilicet dulce reddere, si enim quando eos misit, vt testimonium de ipso perhiberent, præmia, & consolationes promisisset, quid mirum? at non sic; sed ad testimonium ipsius tormenta, & cruces annuntiauit. Sic Ioannis 15. num. 26. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis.* At quomodo? vos patiendo, sufferendo, tandem & moriendo. *Absque Synagogis facient vos, &* B *omnis qui interficit vos, putabit obsequium se præstare Deo.* Et Spiritus sanctus etiam testificabitur, sed confortando, consolando, & vos ad illa sufferenda animando: cur hoc? nisi quia plus Spiritus sancti virtus splendet in morte contemnenda, quàm impedienda; in sustinendis læto animo afflictionibus, quàm in auertendis: nam equidem plus est, in medio ignis, flare ventum roris, quàm nullum ignem permittere, nec est, quòd ad seruitium Dei accedens aliter præsumat; nam delicati valdè sunt, qui amicitiam Dei non nisi in delectationibus spiritualibus ponunt. *Delicata est amicitia*, inquit Hieronymus, *quæ amicorum fœlicitates, & diuitias sequitur; isti insmodi homines non mihi videntur amicos, sed seipsos diligere; nam qui propter aliquid est amicus, non tam amicus eius est, quem amare se simulat, quam eius rei,* C *quam diligit. Aduersis probatur amor*, inquit Chrysost. hom. 6. de sancta Feria Passionis, *affectio pensatur periculis, pœnis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur.* Nil pulchrius. Vnde fallit equidem se ipsum, qui alio modo ad regnum peruenire intendit, quàm eo, quo Christus ipse filius Dei peruenit, ob hoc enim ipse Apostolis suis dixit, *Et ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi Pater meus.* Luc. 23. num. 29. Nota illud, (sicut) per labores, per ærumnas, per cruces mihi, per labores, per ærumnas, per cruces vobis: in quo quid magnum facimus? *Pro amicitia etenim hominum sæpè periclitamur, ô mira res!* inquit Chrysost. hom. 13. in epist. ad Hebr. *pro Dei autem amicitia, nec pecunias patienter amittimus.* Non est ergo quid magnum pro Dei amicitia pati, nec ob quod D aliter speret, qui eam appetit, sed quod sperare debet est, vt dolor pro non dolore, & crux pro non tormento sit, immo vt eam summis votis summisque appetat desiderijs, qui fructus eminentissimus istius est Spiritus, qui Paraclitus dicitur, qui semper suis in afflictionibus succurrit.

Attende quæ dico, semper dixi quod suis succurrit Deus in afflictionibus, nam refugere mens debet Christiana putare quòd Deus suos in tribulatione non subleuet, & eripiat, gaudijs eos replendo, hoc enim & si Gentilis quidam, tamen illud est assecutus. Danieli enim in lacu leonum posito sic Rex est affatus, Dan. 6. n. 10. *Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putâsne valuit te liberare à leonibus.* Vbi notandum, Regem non voluntati Dei dubium, sed potentiæ posuisse, putâsne valuit? sed non putasne voluerit? quasi si de aliquo esset dubitandum, potiùs de Dei potentia, quàm de voluntate illud existimandum, itaut

Ioan. 15. nu. 26.

17. Apostoli testificati de Christo patiendo, Spiritus sanctus eos cōsolando.

18. Spiritus sancti virtus splendet in tolerantia laborum, ob quod Deus eos non tollit.

19. Delicati sunt, qui in consolationibus amicitiam Dei reponunt.

Hieron.

20. Amicitia probata quæ.

Chrys.

21. Ad regnum Dei non peruenitur, nisi vt ad eum peruenit Christus.

Luc. 23. num. 29.

Chrysost.

22. Dei seruus in Dei via quid sperare debet.

23. Homo Christianus fideliter credere debet Deū suis semper auxilium laturum in tribulatione

Dan. 6. num. 10.

si non succurreret, esset, quia non potuit, non quòd noluit; at cum primum impossibile, ideo & secundum; quod tamen intelligendum, si sic Dei seruo expediens reperiatur, vti tunc Danieli. Quam veritatem & ipse etiam agnoscens Regi respondens ait, *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Causamque addens ait, *Quia coram eo iustitia inuenta est in me,*

24\. Qui vult sibi omnia subdere, Deo ipse subditus sit.

quasi quid esset impossibile affirmans, vt iustus ipse coram Deo existens simul à leonibus noceri posset, quia vt egregiè August. tract. 8. in ep. 5. Ioann. tom. 9. eo quo quis Dei est seruus, eo suprà omnes se erigit, infrà se ea habens, quia ipse infrà Deum se constituit, *Subdere*, inquit, *ei qui suprà te est, & infrà te erunt illa, quibus præpositus es: quia verò per peccatum homo deseruit eam, sub quo esse debuit, intendite quid dicam, Deus, homo, pecora, suprà te Deus, infrà te pecora, agnosce eum qui suprà te est, vt agnoscant te, quæ infrà te sunt, ideoque cùm Daniel agnouisset suprà se Deum, agnouerant illum suprà se leones.* Nil melius. Vnde etsi in tribulatione positus, opprimi tamen non potuit, quia superior: hunc, quia iustus, misit Deus in auxilium Angelum, immo & Angelos aliquando suis mittit, eos confortantes, adiuuantes, consolatione replentes, etiam si foras vrantur, & concremẽtur. Quod pulchrè considerauit Origenes in Psalm. 36. super illa verba, *Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* vbi sic: *Hoc de interiori homine sentiendum est, alioquin secundum exteriorem hominem. Sic derelinqui à Deo putandus est iustus, cùm ægritudo corporis aduenit, cùm tribulatio, cùm paupertas, & singula quæque huius vitæ molestiæ generantur, hæc maximè iustis accidere solent, quibus & persecutionem pati pro nomine Dei solemne est, sed non derelinquuntur, cùm patientes hæc omnia, & tolerantes dicunt; quis nos separabit, &c. Denique Prophetæ qui circuiebant in deserto per cauernas petrarum, & speluncas, egentes, tribulati, & afflicti, licet in desertis oberrarent, & essent ab hominibus derelicti, multitudo tamen Angelorum eos circundabat.* Sic Eliseus 4. Reg. 6. *Nunquam enim solus est iustus, sed nec vnius quidem, aut duorum, vel trium tantummodo Angelorum societate subnixus est, sed exercitus ei cœlestium virtutum præsto est.* Nil melius.

25\. Leones cur Danieli nocere non potuerunt.

Origen.

26\. Iustus nunquam interius derelinquitur, & si exterius secundum corpus illud videtur.

27\. Eum non vnus, sed multitudo associarunt Angelorũ.

4\. Reg. 6.

28\. Sed notandum Origenis dictum, dum ait non de exteriori, sed de interiori intelligendum hominem, nam hic est, qui gaudio superabundat, dum exterior in tribulatione totus reperitur immersus, ac veluti vndequaque perfusus. Pulchra enim figura huius vellus est Gedeonis, qui cum in medio terræ siccæ staret, ipsum tamen ita rore plenum erat, vt, sicut inquit scriptura Iudic. 6. num. 36. *Conchan rore ipsias impleret Gedeon.* Quis considerans terram non diceret siccissimum vellus? quis considerans labores illos, quos Paulus enumerat ad Cor. 1. cap. 4. *Esurimus, & sitimus, &c.* non putaret afflictissimam esse Apostolorum vitam? at non sic, quia rore pleni erant diuino, ita vt omne gaudium existimarent in varias incidere tribulationes, iuxta illud Iacobi: *Suprà omne gaudium existimate fratres, &c.*

Sancti dum foras tribulantur intus toti consolationibus replentur.

29\. Gedeonis vellus rore madens, quid significet.

Iudic. 6. num. 36.

Ad Cor. 1. c. 4.

Iacob. 1. n. 2.

Bernard.

Pulchrè Bernardus serm. 45. in Cant. super illa verba, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, ponderat, myrrham amaram rem, tamen eam sponsam vt fasciculum dulcissimum habere; quia Sancti & amarum Dei, dulce æstimant, & hoc amarum, & si grande nimis, tamen paruum semper dicunt:

30\. Sancti labores amãt paruosque semper iudicant.

A *Myrrha amara res est*, inquit Bernard. *dura & aspera tribulationum significat, ea sibi dilecti causa imminere prospiciens, gratulabunda id loquitur, confidens se omnia viriliter perpessuram. Quapropter illa omnia quæ pro Christo dilectissimo patitur, non fascem, sed fasciculum vocat, quia leue pro ipsius amore ducit omne, quod imminet sibi.* Pro ipsius amore dixit: nam iste est in causa, vt amarum dulce reputetur, & vis amoris efficit vt tribulationis molestia non percipiatur: *Fasciculum autem dicit*, inquit idem Sanctus, *non absolutè, sed mihi amanti, & quẽ diligo, vnde dilectum nominat, ostendens dilectionis vim, omnium amaritudinum superare molestiam.* Nil melius. Immo non solùm molestiam superat, sed ipsammet molestiam iucunditatem dicit.

31\. Amor sensum non permittit sentire dolorem.

32\. Immo dolorem, dulcorem æstimat.

Assumpsi mihi duas virgas, per Zachar. cap. 11. n. 7. dicitur, *vnam vocaui decorem, alteram funiculum*: Pagninus, *Vnam vocaui iucunditatem.*

Zach. 11. n. 5.

B Pagnin.

Quid quæso cum virga iucunditas? multum sanè, quia Dei famulis ipsa virga, nempe tribulatio, maxima est iucunditas, iuxta illud Psalm. 22. num. 24. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Nam tribulationes ipsæ, quantæ quantæ sint, sanctorum sunt gaudia & consolationes. *Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt*, dicitur in Prou. 3. 10. vbi Pagn. *Scientia eius abyssi rupti sunt, & cœli distillauerunt rorem.* Quid per nubes, quid per cœlos, nisi sanctos Apostolos? Vide huius rationem apud Sanctum Thomam ad Heb. 12. lect. 1. Quando ergo abyssi contra eos constipantes in damnationes eruperunt, eorumque tormentum, tunc ipsi rore diuinæ maduerunt consolationis.

Psal. 22. n. 24.

Prou. 3. 10

Pagnin.

S. Thom.

33\. Tunc sãcti consolatione replentur, quando amplius tribulãtur.

C Sed notandum quod dicitur, *Nubes rore concrescunt*: nubes enim non rore, sed aqua concrescunt, ros enim est vapor subtilissimus ad altitudinem nubium non pertingens, quomodo ergo dicuntur rore concrescere? optimè, locutio enim est seruorum Dei, iuxta id, quod experientia comprobant: nam quod mundialibus est aqua tribulationis, Dei seruis est ros consolationis, quorum impleto vellere, anima scilicet eorũ tota madefit, & veluti liquefacta in dulcedine manet; vnde ab hac dulcedine omnino absorpti non solum de passionibus gloriantur, sed ad ipsas passiones plus aliquid exquirentes, ignominiam addere optant, ita vt non simpliciter passiones, sed ignominiosæ sint passiones, sic in amore ardentes, vt gloriam suam ipsammet dicant ignominiam, sicut dulcedinem ipsammet amaritudinem. Quod excellenter considerauit Chrysostomus hom. 52. in Act. tom. 3. exponens verba illa 2. ad Timotheum 2. nempe, *Memor esto*

34\. Aqua tribulationis eis est ros consolationis.

35\. Sancti pro Deo non solum pati, sed ignominiosè pati desiderant.

Chrysost.

D *Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundùm Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans. Vide*, inquit Sanctus, *non solum vincula, sed etiam quod vt malefactor habitus amplificauit vinculorum gloriam; nam si quidem vinctus esset, vtpote bene agens, consolationem quandam habuisset, nunc autem vt in malis deprahensus gloriatur.* Gloriatur equidem, quia amat, amorque Dei erat in causa vt nihil hæc curaret, quia non secus ac Gedeonis vellus, & si extra se totus siccus apparebat, extremis addictus, & ignominiosis vinculis, intus tamen totus rore madefactus extabat, superni consolatione spiritus. Sed cur in secundo signo (vt interim hoc dicam) quod Gedeon petijt, siccitas tantum in sicco vellere, madefacto autem in tota ex-

36\. Paulus vt ignominiosè pati pro Deo optabat.

37\. Cur in secundo signo Gedeonis siccitas tantũ in vellere extitit.

38. Christus solus passus absque cõsolatione, eius discipuli illa repleti.

titit terra? Sanè ad denotandum inter Christi prædicationem, Apostolorumque differentiam, interque Christi passionem, suorumque discipulorum, isti enim sic prædicabant, sic patiebantur, vt rore dulcedinis replerentur: Christus autem sic prædicabat, sic patiebatur, vt replendo cæteros dulcedine ipse solus in sola remaneret siccitate. *Calix in manu Domini*, inquit Dauid, *vini meri plenus mixto*, Psal. 74. num. 1. si merum, quomodo mixtum? & si mixtum, quomodo merum? an quia merum sibi absque consolatione, mixtum alijs ob consolationem? *Dederunt ei myrrhatum vinum, quod cùm gustasset, noluit bibere.* Matth. 27. num. 23. cur noluit? quia si bibisset, dolores non sensisset, habebat enim vim vinum illud ad potentias damnatorum sopiendas, & ideo noluit, putè volebat pati: sed cur gustauit, an ad infundendam illi suauitatem nobis relinquendam? vt si postea tribulationis vina gustaremus, dulcedine illius, consolationisque infusę consopiti maneremus, nam verum est, quòd numquam iustis apparet tribulatio quin simul veniat consolationis manna Num. 11. num. 9. *Cumque descendebat per noctem super castra ros, descendebat pariter & Manna*, simul descendebant ros, & Manna, tribulatio, & consolatio, *vbi afflictio*, inquit Chrysost. hom. 26. in ep. 2. ad Cor. *ibi & consolatio, ibi & gratia; tunc maiori fruitur auxilio, cùm ampliore eget subsidio.* Vnde verus cibus seruorum Dei, immo eorum panis est tribulatio 3. Reg. 22. n. 27. *Dixit Rex: tollite Micheam, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ.* Insanus putabat sic Prophetam torqueri, nesciebat enim quòd talis panis verè erat panis, quo ipse pascebatur, quia nimirum Dei seruis hoc, quod alijs tribulationis, ipsis panis est consolationis, virtute tamen non sua, sed hujus spiritus, nam aliàs ex se aridissimi essent, & nonnisi terra siccissima. Quod egregiè dixit Bernardus hom. 2. super Missus est, ostendens quomodo si Christus rore suæ dulcedinis sanctos suos non infunderet, siccissimi in se remanerent: *Quid illud Gedeonis vellus significat*, inquit, *quod vtique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc quidem area rore perfunditur, nisi carnem assumptam de carne Virginis, & absque detrimento virginitatis? cui vtique distillantibus cœlis, nobis se infudit plenitudo diuinitatis, adeo vt ex hac plenitudine omnes acceperimus, qui verè sine illa non aliud, quàm terra arida sumus.* Optimè, Cui etiam adaptans sanctus illud Psalm. 71. *Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram*, in stillicidio agnouit mysteriorũ Christi prædicationem, sicut in pluuia eius incarnationem, *Per pluuiam*, inquit, *idem datur intelligi, quòd per inuentam rore madidam aream, pluuia quippe voluntaria, quam segregauit Deus hereditati suæ, placidè prius, & absque strepitu operationis humanæ suo se quietissimo illapsu virgineum demisit in vterum, postmodum vero vbique terrarũ diffusa est per ora prædicatorum, non iam sicut pluuia in vellus, sed sicut stillicidia stillantia super terram, cum quodam vtique strepitu verborum, & sonitu miraculorum.* In quibus Bernardi postremis verbis, quibus & strepitum verborum, & miraculorum coniunxit sonum, difficultatem licet prædicationis agnoscere Apostolorum, cùm vanus fuisset verborum Apostolorum strepitus, nisi adiunctus ei esset & miraculorum sonus: loquebantur quidem varijs linguis, sed ad strepitum linguæ so-

Psal. 74. num. 1.

Matth. 27. 23.

39. Christus cur myrrhatum vinum bibere voluit.

Num. 11. n. 9.

40. Tribulatio sanctis, nũquam sine consolatione.

3. Reg. 22. num. 27.

41. Tribulatio, seruorum Dei panis.

42. Virtute tamen sancti Spiritus.

Bernard.

Psal. 71.

43. Incarnatio verbi Dei pluuia voluntaria.

num miraculorum addebant, roborati, & confortati à spiritus huius virtute, immò & consolatione, cum quo simul Christum prædicabant, & annunciabant, & ideo eis adiunctus; vnde dicitur Paraclitus, &c.

§. II.

De secunda difficultate.

44. Mysteriorũ Christi prædicatio difficillima, & cur?

SEcunda difficultas prædicationis erat cognitio mysteriorum Christi, ob idque fuit necessarium talem mittere spiritum, qui vti missus à Christo, & ab ipso procedens, omnia eius sciret; difficillima quippe erat mysteriorum Christi prædicatio.

Primò ob Crucis scandalum; quis enim suaderi posset ipsum, quem viderat crucifixum, simul esse Deum? Hoc sanè Paulum in magno constituebat timore, ac tremore, ad Corinth. 1. c. 2. *Et ego cùm venissem ad vos fratres non in sublimitate sermonis, & sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi*: cuius causam assignans sequitur, *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum*: quod cùm ita esset subiungit. *Et ideo in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos.* Cur in tanto tremore? quia quod ipse prædicabat ita absconditum à sensibus humanaque erat æstimatione, vt vix in alicuius mentem cadere posset, Deum nempe crucifixum. *Sapientiam enim loquimur non huius sæculi, neque principum huius sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam nemo Principum huius sæculi cognouit, sicut scriptum est, Quod oculus non vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum.* Quomodo enim cor hominis illud cogitare poterat? aut quando vmquam oculus tale viderat? aut auris audierat humana? immo & audire poterat, Deum nempe propter homines crucifixum; quis vnquam tam audax fuisset, vt tale quid à Deo summopere auderet? quis à supremo patre tale postularet? scilicet vt daret filium suum vnigenitum dilectum eo modo, quo dedit? vnde talis sapientia, & altissimus Dei modus scandalum erat hominibus, absconditusque, adeo vt si ipse spiritus talia non enuclearet, impossibile esset vt crederent. Ob quod hanc cognoscens Paulus difficultatem, manifestè edixit sermonē, prædicationemq; suam. *Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ consistere verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis*, quasi diceret, vt inquit Origenes lib. 6. contra Celsum, ipsum non humana ad persuadendum, sed diuina vti demonstratione, cùm illa ad ignominiæ Crucis demonstrandam sublimitatem impar reperiretur: *Disciplina nostra*, inquit, *propriam quandam habet demonstrationem diuiniorem quam sint Græcorum demonstrationes, quam Apostolus nominat demonstrationem spiritus, & virtutis*, à qua, & Paulo, & prædicatoribus cæteris persuadendi deuenit vis, sicut ipsemet adnotauit Origenes lib. 6. contra eumdem Celsum super hæc eadem verba, vnde ait, *Hæc verba quid aliud sibi volunt quàm non satis esse, vt verum sit & notum ad mouendos animos hominum quod dicimus, nisi Doctori diuinitus concessa sit vis quædam, & dictis eius adsit gratia cœlestis energia, vti in Paulo, & hoc est illud quod ait Dauid Psal. 67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Ergo ad verborum

Ad Cor. 1. 2.

45. Paulus cur cum tremore prædicabat.

46. Mysterium Crucis humanis sensibus abscõditum.

Origen.

47. Sapientia humana impar ad altitudinẽ Crucis demonstrandam.

48. Verba prędicantium vim à sãcto habent Spiritu.

Idem Origen.

Psal. 67.

49. *Clarificatio nomi nis Christi digna vt à sancto fieret Spiritu.* sonum, ad prædicationis tubam, hic adiungendus erat Spiritus vt homines crederent hominem illum crucifixum esse Deum. Cuius Dei hominis clarificatio par erat, vt non ab alijs fieret, nisi ab illo, qui solus nouit quæ sunt Dei, hoc est ab eius Spiritu, iuxta illud Ioan. 16. num. 14. *Nemo nouit quæ* *Ioan. 16. num. 4.* *sunt Dei, nisi Spiritus eius.* Vnde & subdit, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.*

50. *Apostolis necessarius Spiritus sācti aduentus, vt quæ erant Christi intelligerent.* At quid hoc mirum, necessariam scilicet huius assistentiam Spiritus ad gentibus mysteria enucleanda Christi, cùm & ipsismet Apostolis, qui lac eiusdem suxerunt Christi, adeo idipsum erat difficile, vt dixerit illis Dominus, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Ioann. 16. num. 12. at quando? *Cùm venerit Paraclitus, ille vos docebit omnia.* Quem locum explanans *Idem 16. n. 12.* Didymus Alex. de Spiritu sancto Biblioth. PP. tom. 9. sic ait: *Ex his enim sacramentorum* *Didymus Alex.* *verbis edocemur, quòd cùm multa docuisset discipulos suos Iesus, dixerit, adhuc habeo plurima dicere vobis, quia verbum istud, adhuc habeo multa dicere vobis, non ad nouos quoslibet, & penitus Dei gratia vacuos dirigitur, sed ad eos qui auditores verborum eius, nec dum fuerant omnia consecuti, quæcumque enim sufficere poterant tradens eis, in futurum tempus reliqua distulit, quæ sine disciplina Spiritus sancti scire non poterunt.* *Paulus vbi suprà.* Quæ attendens Paulus vbi suprà ait: *Nobis autem reuelauit Dominus per Spiritum suum*, cuius ratio, quia *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Quid enim babemus per hæc pro- *S.Thom.* funda? nisi, vt inquit Sanctus Thomas, sacratissi- 51. *Opus Incarnationis, & Redemptionis Dei profunda.* mum opus Incarnationis, & Redemptionis, quod cùm totum sit opus amoris, ideo merito profundum dicitur, iuxta illud Paul. ad Ephes. 3. 18. *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum.* Quod profundum nisi à Dei Spiritu edocti non comprehendemus, quia, vt inquit Chry- *Chrysost.* sost. hîc hom. 7. *Res Deo erat tanto studio, & tanta cura, vt ea esset in arcanis, quamobrem opus ha-* 52. *Sine Spiritus sancti lumine cognosci non possunt.* *buimus doctore, qui ea apertè sciret.* Quod euidenter conuicit Pauli argumentum, dum sequitur; *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei* *1. Cor. 2. 12.* *sunt nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.* Vnde fit, quòd si à Paulo inquiras, quomodo ipse quæ Dei sunt, cùm homo esset, agnouit? respondebit non aliunde, nisi quia Dei habebat Spiritum. *Nos autem non Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo data sunt nobis.*

In India Orientali infinitos propè esse thesau- 53. *Christus Orientalis India.* ros audisti sæpè, sed quamuis hoc scias, si ad Indiam ieris, non ob id thesauros inuenies, quia absconditi; opus ergo ductore, qui tibi illos ostendat. Quæ autem maior Orientalis India, quàm Christus Ie- *Zac. 6. 12* sus? *Cui oriens nomen eius.* *Zachar. 6. 12.* Vbi *Eph. 3. 6.* maiores thesauri? audi Apost. Ephes. 3. 6. *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc,* quæ? *in gentibus euangelizare.* quid? *inuestigabiles diuitias Christi*, Syriacè, *diuitias illas Mescico, quæ sunt inperuestigabiles.* Et alibi ad Coloss. *ad Col. 2. num. 2.* 2. num. 2. *Instructi in agnitione mysterij Dei Patris, & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* Sic absconditi, 54. *Supremæ Angelorū potestates* vt nec supremis ipsis cælestibus potestatibus à principio reuelati multorum sit Patrum opinio. Sic Hieronymus, in magnis commentarijs epist. ad A Ephes. tom. 6. super illa verba, *Mysterij absconditi à sæculis.* Ambr. lib. de Inst. Virginum cap. 5. *multa Christi mysteria ignorarūt.* & 4. & lib. de fide cap. 1. Iustin. in dialogo cum Triphon. contra Iudæos. pag. 27. Chrysost. apertè in *Hieron.* cap. 3. ad Ephes. super illa verba: *Vt innotescat* *Ambr.* *principibus & potestatibus.* Immò præfatione in *Iustin.* Euangelium Ioann. longè ante medium affirmat; *Chrysost.* Ioannem Euangelistam loqui ea quæ neque Angeli, priusquam ille diceret, nouerunt; vnde sentit, 55. *Ioannes Euangelista Angelos docuit.* Angelos ex Ioannis Euangelistæ prędicatione mysteria didicisse. Clarissimè Nissenus hom. 8. in Cant. post medium, vbi sic loquitur: *Etenim superioribus* *Nyssen.* *temporibus potestates illæ super mundum hunc positæ solum illam simplicem, ac vniformem Dei sapientiam norunt, conuenienti quadam ratione miracula rerum in natura perficientem: at de specie illa sapientiæ varia, quæ ex rerum sibi aduersantium nexu constant, nunc per Ecclesiam clarissimè* B *sunt edoctæ.* Explicans autem quæ fuerint edoctæ, 56. *Sicut & Ecclesia, & quomodo hoc intelligendum.* subiungit: *Quo nimirum sermo caro fit, quæ vita cum morte misceatur, quo pacto vibice proprio vulnus nostrum sanat.* Quorum Patrum authoritate aliqui moti hanc sententiam non esse improbabilem affirmant, quæ etsi de substantia ipsa Incarnationis intellecta, communiter à Doctoribus non recipiatur, tamen de aliquibus eius circumstantijs, & de diuitijs in Christo absconditis, nulli remanet dubium, sic supremis illis potestatibus illas occultas extitisse, vt earum illuminationem, & à Christi anima, & ab Apostolis acceperint; vt semel videas, quàm abstrusi, quàm reconditi thesauri illi extabant, dum & ipsam supremorum spirituum aufugerant aciem, ideoque impossibile, vt sine ductore, qui apprimè illos nouerat, reuelarentur; hic autem quis? nisi diuinus hic Spiritus, qui Dei omnia C penetrat, cui nil ipsius Dei occultum, qui profunda eius rimat, & scrutatur? hic equidem necessarius fuit Apostolis adhiberi, qui eos instrueret, ac Orientales hos occultos ostenderet thesauros, *Alijs generationibus non agnitos*, vt inquit Apost. ad Ephes. *ad Ephes. 3. n. 5.* 3. n. 5. sed ipsis reuelatos Apostolis *in spiritu* hoc est *per spiritum*, ex quo simul difficultas patet mysteriorum prædicationis Christi, & huius diuini Spiritus necessitas, ob quam missus, Apostolisque coniunctus; *Quem ego mittam.*

§. III.

De tertia difficultate.

57. *Doctrina Christi Incarnationis obscurissima.* TErtium impedimentū erat obscuritas doctrinæ, quia latebat tota sub figuris, quarum scientia hominum omnium superabat ingenia. vnde cū D rudes, & indocti eas reseruare debuissent, ideo adiungitur eis *Spiritus veritatis*, qui eis explicet, & simul indoctis illis det Spiritum vitæ, vt intelligentes sint, & in sacra Theologia consumati.

58. *Spiritus sāctus cūr dictus Spiritus veritatis.* Variant Doctores in assignanda ratione, cur Spiritus sanctus dictus sit Spiritus veritatis. Cyrillus lib. 9. cap. 44. quia *procedit à filio*, qui veritas dicitur, iuxta illud, *Ego sum veritas.* Iustinus, quia *vnius est essentiæ cum filio, qui est veritas.* Basilius de Spiritu sancto 18. quia *Christum manifestat, qui est veritas.* Euthymius quia *per antonomasiam ad differentiam aliorum spirituum veluti Angelorum & animarum dicitur spiritus veritatis*: sed melius Chrysostomus hom. 74. & 76. *quia figuras, & vmbras antiquæ legis declarat, & enucleat.* Vnde non solum dicitur veritas, sed Spiritus veritatis. *Cyrillus. Iustin. Basil. Euthim. Chrys.*

59. Tres veritates circa Christi doctrinam. *Ioan. 18. num. 37.*

A Pro quo notandum, tres veritates circa Christi doctrinam considerari posse; primam figuratiuam, quatenus sub figuris latebat; secundam promissam, quatenus in varijs scripturæ locis promissa; tertiam quæ iter cœlorum pandebat, & viam demonstrabat ad supera, iuxta illud Ioan. 18. n. 37. *Veni, vt testimonium perhibeam veritati.* Quod testimonium nil aliud erat, nisi illud, quod supra dixerat cap. 17. *Hac est vita aterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Jesum Christũ.* Hæ autem tres veritates, seu veritas Christi tribus his modis intellecta, tota in euangelio explanatur nam Euangelium figuras legis veteris declarat, promissa adimpleta demonstrat, immò & implet, & demum viam, & iter cœlorum ostendit. Hinc factum, vt

60. Euangeliũ cur dictum veritas. *ad Eph. 1. ad Gal. 5.*

per antonomasiam dicatur ipsum Euãgelium, *Veritas*, iuxta illud Pauli, ad Ephes. 1. *cùm suscepissetis verbum veritatis*, id est Euangelij, & ad Gal. 5. *quis vos impediuit obedire veritati*, id est Euãgelio. B Euãgeliũ ergo erat veritas, hanc ergo prædicaturi erãt Apostoli, homines rudes, & idiotæ, vt infrà dicemus, quid ergo effecissent, si prius in se huius veritatis Spiritum non accepissent? quo ipsi quodammodo viuificati verba haberent viua & efficacia, quibus figuras explanarent, iter cœlorũ panderẽt, cordaque inflammarent hominum. Ob hoc adiunctus eis spiritus, vt viua haberent verba & nõ mortua, vt essent tamquam sagittæ corda penetrantes hominum, *Postquam Dominus ascendit in cœlum*,

August. 61. Spiritus sãctus viuos reddidit Apostolos efficaciaq; eorum verba.

inquit Aug. hom. 5. in Apoc. *& aperuit vniuersa, misit Spiritum sanctum, cuius verbo prædicatores, tamquam sagitta ad corda hominum pertingerent, & vincerent incredulitatem*, misit Spiritum sanctũ inquit, vt quasi sagittæ pertingerent, aliàs non pertingerent, & vt Apostolorum verba tamquam ab C hominibus spiritum vitæ habentibus procederent, quo & ipsimet erant viui. Ezech. enim 1. nisi Spiritus vitæ esset in rotis, non certè se eleuassent. Rotæ

Ezech. 62. Apostoli rotæ Ezech. sicut Christus animal.

enim, Apostoli sunt qui sequuntur illa quatuor animalia, seu illud animal Christi figuratiuum, ad cuius eleuationem ipsi eleuabantur, quia imitatores facti vitæ ipsius vbicumque ipse, ipsi fuerunt. Sed vnde hoc eis, nisi à Spiritu vitæ, qui erat in eis, & ideo

63. Viuos per Spiritum sanctum. *Joan. 6. num. 63.*

verba illorum non erant mortua, sed viua, iuxta illud Ioan. 6. n. 63. *Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quidquam.* Vnde sicut Spiritus primum viuificauit hominem, sic Spiritus etiam secundum, iuxta illud, *Spiritus Domini vnxit me, euangelizare pauperibus misit me*; & quia hoc spiritu erat repletus, ideo verba ipsius Spiritus & vita

Idem Ioan.

erant, iuxta illud Ioan. vbi suprà, *quæ ego locutus sum vobis Spiritus & vita sunt.* D Christus ergo veniens

64. Verba Christi spiritus, & vita, & cur.

in mundũ, hoc viuens spiritu, ad reformandum illũ, sicut Deus pater ad colendã terram, nouos formauit Adamos, Apostolos scilicet, vnde sicut si Deus in faciem non sufflaret Adami, non amplius, quàm cadauer extaret, sic si Christus in hos nouos etiam nõ inspiraret Adamos: vnde ne veluti mortua existerẽt

65. Cur in Apostolos insufflauit. *Ioan. 18. num. 22.*

cadauera, *Insufflauit in eis dicens: accipite Spiritũ sanctum*, Ioan. 18. n. 22. quo flatu statim insurrexerũt *in animam viuẽtem*, non secus ac ille primus Adã, cuius in faciem aspirationem rectè huic Spiritus sancti insufflationi adaptat Origenes l. 1. Periarch. cap 3. tom. 4. quatenus sanctis, Deiq; electis datur,

66. Inspiratio in faciem Adami quid significet. *Origen.*

& infunditur. *In Genesi scriptum est*, ait, *insufflauit in faciem eius spiraculum vita, & factus est homo in animam viuentem: quòd si generaliter est, in omnes homines qui habent participium Dei, si vero de Spiritu sancto dictum intelligendum est, iam non generaliter, sed sanctis quibusque datam accipi potest.*

67. Apostolorum verba Spiritus & vita, & cur.

A Apostolis ergo insufflauit Christus, vt in animam illos redderet viuentem; hinc verba illorum postea, sicut & verba Christi, *Spiritus, & vita erant.* Obscura illuminantia, dubia declarantia, scripturarum figuras aperientia, & hoc non humanis, sed diuinis argumentis, non à magisterio Platonis edocti, sed ab huius spiritus vnctione. Quod est illud mirandũ in hac re, vt inquit Chrysost. hom. 7. in epist. 1. ad *Chrysost.* Cor. cap. 7. super illa verba, *Quæ etiam loquimur nõ in humanæ sapientia verbis, sed in doctrina Spiritus sancti, spiritualia spiritualibus comparantes:* vbi Chrysostomus, *Vide quò nos deduxerit ab authoritate magistri, tantum enim nos sumus illis sapientiores, quantum interest inter Platonem, & Spiritum sanctum, illi enim externos oratores habent magistros, nos autem Spiritum sanctum.* Post quæ

68. Suos edocebant discipulos nõ doctrina terrena, sed cœlesti. *Chrysost.*

B declarans sanctus quomodo isti, huius discipuli Spiritus cæteros edocebant dubios, rerumque spiritualium ignaros, non aliunde affirmat, hoc est externa philosophorum scientia, sed ex ipsis scripturarum figuris, à sancto edocti Spiritu illos erudiebant. Quod ait intelligi per illa Apostoli verba: *Spiritualia spiritualibus comparantes*, hoc est, inquit Chrysost. *Quando Spirituale fuerit dubium, ex spiritualibus ducimus testimonia, vt exempli causa dico Christum resurrexisse, natum esse ex Virgine, adduco testimonia, typos, ac figuras, & demonstrationes, Jonæ in ceto moram, & quam postea extitit liberationem, sterilium partus, Saræ, & Rebeccæ, arborum in paradiso germinationem, non deiectis seminibus, non demissis imbribus, non sulco proscisso, futura enim effingebantur, & describebantur tanquam in vmbra prioribus, vt ea crederentur, cùm* C *aduenissent, & in spiritualibus spiritualia comparo, & nunquam externa egeo sapientia, nec rationibus, nec confirmationibus.* Ergo cùm ad prædicandam Euangelij doctrinam, animosque imbuendos humanos non externa adhibenda essent argumenta, sed interna, non humana, sed diuina figurisque probanda, in quibus inclusa portabatur; quomodo hoc illi soli homines efficere poterant, nisi cum eis hic adiungeretur Spiritus, cuius est dubia declarare, obscura illuminare, figuras adaperire, ideo adiungatur eis Spiritus, qui Spiritus sit veritatis; hoc est figurarum, vt sic dicam, intellectiuus.

69. Christi doctrina probari aliunde non debet nisi ex scriptura, immo nec potest.

§. IV.

De quarta difficultate.

D QVartum impedimentum, seu quarta difficultas ex imbecillitate oriebatur testimoniorum, cùm enim res tam arduæ proponendæ essent, necessarium erat vt credi possent, eas proponere, qui in se authoritatem haberet magnam: quam autem authoritatem habere poterant pauperes quidam & piscatores? ad rem quippe magnam testandam, non solum multi, sed graues debent esse testes; *Nec enim refert quàm multi sint, sed quàm graues testes*, inquit Socrates apud Laërtium lib. 2. cap. 5. propterea ipsemet philosophus deridebat eos, qui multitudini imperitæ fidem habebant, ex hoc ergo necessarium fuit illis adiungere talem personam, quæ tantæ esset authoritatis, quantæ ipsemet Deus, hic fuit Spiritus sanctus, qui, vt à patre filioque procedens, eiusdem est naturæ cum ipsis, æqualis etiam in authoritate, & potentia;

70. Graues testes non solum multi necessarij ad rẽ grauem testãdam. *Socrates.*

71. Spiritus sanctus eiusdem cum Patre authoritatis.

Vnde ſicut multoties filius authoritatem à teſtimonio accepit patris, vt quando deſcendit vox de cœlo, *Hic eſt filius meus* Matth. 3. 17. Sic etiam dignum, vt etiam talem authoritatem per teſtimonium acciperet Spiritus ſancti, qui ab ipſo procedit, vt ſic doctrina eius teſtata à duabus maneret perſonis ſummæ & infinitæ veritatis; ita vt vltra amplius non relinqueretur hominibus quod deſiderari poſſent, & inexcuſabiles fierent, ſi non crederent, *Quis eſt, qui vincit mundum*, inquit Ioan. Apoſt. 1. cap. 1. num. 5. *niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei*, at ſi credit, quibus teſtimonijs fides eius innititur? aut quæ teſtimonia ad ſe probandum adducit Chriſtus? certè maxima, & quibus maiora nullo modo excogitari poſſunt, *Hic eſt*, inquit, *qui venit per aquam, & ſanguinem Ieſus Chriſtus; non in aqua ſolum, ſed in aqua, & ſanguine, & ſpiritus eſt, qui teſtificatur quoniam Ieſus Chriſtus eſt veritas.* Aquam ergo pro ſe attulit in teſtimonium, & ſanguinem, & ſpiritum. Eunomius in Ioan. 17. per aquam, & ſanguinem, vocem patris intelligit; quæ bis de diuinitate filij teſtificata eſt in aqua baptiſmi, quando baptizatus eſt, & in ſanguine, quando propè ſuam paſſionem dum Chriſtus rogans Patrem, vt ipſum clarificaret, venit vox de cœlo dicens, *Et clarificaui, & iterum clarificabo*, Ioan. 12. num. 28. at non ſolum pater teſtificatus eſt, ſed vt in ore duorum ſtaret ſumma veritas, Spiritus etiam ſanctus: vnde inter duos iſtos tam præclariſſimos teſtes extitit Chriſtus Dominus noſter, & nulla amplius remanſit dubitatio, quin eſſet verus Deus, veruſque homo, dum & ſummus pater illud affirmauit, & Spiritus ſanctus ſua potentia, virtuteque confirmauit.

Matth. 3. 17.

72. Cum patre teſtificatus eſt de Chriſto, ad hoc vt homines inexcuſabiles fierent.

1. Ioan. c. 5. n. 5.

73. Teſtimonia quæ Chriſtus ad ſuam probandam diuinitatem adduxit quæ.

74. Vox patris per aquam & ſanguinē intelligitur teſtificans, de Chriſto.

Eunomius in Ioan. 17.

Ioan. 12. num. 28.

Ex qua potentia, & efficacitate, quam in ſe ferebant Apoſtoli, & in cuius virtute, & oſtenſione prædicabant, vt ſuprà dicebat Paulus 1. ad Corinth. 2. num. 10. dum aiebat: *Sermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis*, licet pauperes, abiecti, & infirmi, hominemque crucifixum adorandum proponerent, licet vitam ſic carni contrariam perſuaderent, creditum tamen eſt eis, & hoc non ab indoctis, & plebeijs tantum hominibus, ſed à ſummis, & qui tunc regni gubernacula poſſidebant. Quod admirandum tantopere extollit & meritò ſanctus Chryſoſtomus hom. 2. in epiſt. Paul. ad Rom. ſuper illa verba, *Quoniam fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Conſidera*, inquit, *prædicationis Euangelicæ vim, vt breui tempore publicatur, ac piſcatorum opera in ipſum vrbium caput inuaſerit, vt homines Syri Romanorum præceptores, atque inſtitutores extiterint, qui faſtu multo turgebant, tamquam orbis Domini in delitiis, ac diuitiis vitam agentes; Euangelium autem ipſum piſcatores Iudei ferebant, & quidem ex Iudæis gens, quam omnes oderant, atque abominabantur, quin & crucifixum adorare iubebant, iam & vna cum ipſo dogmate, duram vitam agendam præſcribebant, magiſtri hominibus, quibus ſemper curæ fuerunt delitiæ, quique rerum vitæ præſentis aſtricti eſſent. Adde quod qui hanc annunciabant, pauperes erant, & priuati, ignobiles, & ex parentibus ignobilibus orti, ſed tamen nihil horum impediuit ſermonis Euangelici curſum, tanta erat crucifixi, & Spiritus ſancti potentia.*

1. ad Cor. 2. n. 1.

75. Mira efficacia Spiritus ſancti in prædicatione Apoſtolorum expenditur.

Chryſ.

Notanda Chryſoſtomi ſententia, & non curſim legenda, omnes enim ſimul Euangelicæ prædicationis difficultates in ſe continet; tum ex parte

76. Difficultates prædicationis Apoſtolorum expenduntur ex Chryſoſtomo.

A prædicationis, tum ex parte prædicatorum, tum eorum, quibus prædicabatur. Si prædicationem aſpicias, inquit Chryſoſtomus, duo continebat duriſſima, crucis prædicationem, & hominis crucifixi adorationem, & ſimul duriſſimam vitam, totam carni contrariam. Si prædicatores aſpicis, hos reperies Iudæos, gentem odioſam, & à Romanis abominatam, & ſecundò ex Iudæis non præſtantiores, non doctiores, non elegantiores, ſed infimos, ignobiles, indoctos, pauperes piſcatores. Si auditores demum aſpicis, reperies fuiſſe Romanos, orbis dominatores, omnium deſpectores, faſtu, & ſuperbia plenos, vitam totam in delitijs agentes. Deus Sancte, quales difficultates, quàm grandes, quàm immenſæ, & tamen tales viri, talia prædicantes, talibus viris, cruci eos ſubegerunt, & omnem mundi ſapientiam ſtultitia crucis ſuperantes eam humiliauerunt, hominemque crucifixum

B adorare, & quod caput eſt, imitationem eius arripere fecerunt, vitam commutantes delitioſam in ærumnoſam, delicatam in aſperā, diuitem in pauperem. Illi tanti viri, ſic delicati, ſic ſapientes, ſic ſuperbi, & hoc non quomodolibet, nec ſuperficialiter, ſed ita tenaciter, vt potius mortem, & mille ſubirent tormenta, quàm ſemel deſerere quod illi Iudæi, abominati, viles & pauperes eorum magiſtri eis prædicauerant, ac ſuaſerant. Quid mirabilius? aut qualis potentia maior? ſeu vbi maior neceſſitas infinitæ cuiuſdam potentiæ? numquid poſſibile viribus humanis illud, nec attingere quidem? at quid dico poſſibile attingere, nec imaginabile quidem fuiſſet, *Niſi in oſtenſione*, vt inquit Apoſtolus, *Spiritus, & virtutis*. Quod opus tale fuit, ac tantum, vt ex ſe ſolo, quando cætera deeſſent, diuinitatem Chriſti efficaciſſimè teſtatam relinqueret: nā

C ſi non Dei Spiritus cum Apoſtolis, ſi non ſimul cum ipſis Spiritus ſanctus teſtificatus, vnde ipſi mundum ſubieciſſent, aut ſubigere potuiſſent? Neceſſe ergo fuit talem Spiritum eis adiungere, qui talia, ac tanta patraret, cuius authoritas quia irrefragabilis, ſub ſe, ac ad ſe omnem humanum ac ſupernum attraheret intellectum. Veniat ergo Spiritus, & repleat horum corda, & teſtificetur ſimul cum ipſis, quod faciet conſolando, ſcientiam infundendo, vitam dando, authoritatem præſtando, quibus omnibus ita mundum replebit, vt amplius nil deſiderandum ſit. *Spiritus ergo Domini repleuit, &c.*

HOMILIA XIV.

De modo quo venit Spiritus ſanctus.

D

Repleuit ergo, ſed quomodo? Sanctus enim Lucas Act. 2. num. 5. modum nobis deſcripſit, dum inquit, *Quod cùm eſſent Apoſtoli congregati, factus eſt repentè de cœlo ſonus, tamquam Spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes, & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, ſeditque ſuprà ſingulos eorum.* In tribus ergo inuolutus ſymbolis deſcendit, in vento, in linguis, & igne. Repleuit ergo mundum, & deſcendit, emittens ventum, diſpertiens linguas, infundens ignem.

Act. 2. n. 5.

1. Spiritus ſanctus tribus inuolutus ſymbolis deſcendit.

Aduenit Spiritus ergo ſanctus emittens ſonum, inſufflans ventum: quid ventus cum igne? quid aer mollis cum ſancti huius Spiritus virtute? multum equidem. In vento venit, quia cito venit, quia cum

2. Cur in vento.

Dei

3. Mos Dei promissum cito implere.
Dei esset promissum, necessarium fuit vt cito veniret, vt sumeret venti pennas, quia mos profectò Dei est, vt quod semel promittit illico impleat.

Hierem. 1. nu. 12. Pagninus idem.
Quid tu vides? dixit Dominus Hierem. cap. 1. n. 12. *Virgam vigilantem ego video*, respondit, Pagninus, *virgam ex amygdalo celeriter florentem*: cui Dominus, *bene vidisti, quia ego vigilabo*, Pagn. *accelerabo super verbo meo, vt faciam illud*. Pronunciauit Deus verbum, dixit quod faceret, sufficit, statim flores producet, & fructus. Num. 17. 8. In

Num. 17. 8.
vna nocte sacerdotis Aaron virga germinauit, quod Moysi Deus promiserat, protulit flores, fecit fructus; *Sequenti die*, ait scriptura, *quod regressus Moyses inuenit germinasse virgam Aaron, & turgentibus gemis eruperunt flores, qui foliis dilatatis, Amygdalus deformati sunt*. Citò, & plus dedit, quàm pollicitus, non nisi germina promisit, ac dedit fructus & non duros, sed maturos, protulit Amygdala ex Heb. *Ablactauit Amygdalas*. Sumpta metaphora ex perfectione infantulorum, quando ablactantur: hodie promisit, sequenti compleuit die, dedit germina, dedit flores, dedit folia, dedit fructus, & fructus maturos. Mira acceleratio: non mireris, quia Deus est, qui promisit, & sic vigilat super verbum, vt inquit Propheta, vt faciat illud. Et ne aliquis putet, quòd hoc solum de supplicij intelligatur promissione, vt videtur loqui Dominus loco allegato, c. 31. n. 28. idem Dominus per eundem Prophetam quasi hoc declarans dicit, *Et sicut vigilaui super eos, vt euellerem & demolirer, sic euigilabo vt ædificem, & plantem*. Quam celeritatem in dando recognoscens Propheta Rex ps. 103. nu. 5. Dominum laudat, & benedicit exultans, vnde ait, *Benedic anima mea Dominum, &c.* Cur? *qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum*. Vbi sanctus August. petens cur ambulat Dominus super vẽti pennas, respondet, *quia velociter currit sermo eius, cito implens quidquid vult*.

4. Deus cito, & plus dat quàm promittit.

Hierm. c. 31. 28.

Psal. 103. num. 5.

August.

Hierony.
5. Deus impatiens moræ in dando expansas manus tenet.
Quam summam Dei celeritatem in dando considerauit etiam Hieron. lib. 18. in ca. 65. Isa. super illa verba, *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum*. In manuum enim expansione celeritatem ponderauit auxilij, expansas tenet, ne ad dandum mora apertionis intermittatur, *Nihil petentibus deneget*, inquit sanctus, *sed statim tribuit, sic roganti leproso reddidit sanitatem, & cæcus à natiuitate accepit oculos*: apta exempla: *Leprosus dixit*, Matth. 8. 2. *Domine, si vis, potes me mundare; & Dominus extendens manum tetigit eum dicens, volo, mundare, & confestim mundata est lepra eius*. Nota celeritatem, aduota causam, celeriter aduenit, quia ad extendendum manum liberam habebat, promptam, expeditam, vnde tangens eum non sic cito sermonem protulit, ac confestim mundatus est. Similiter & cæcus ille, Ioan. 9. vidit eum, & adhuc nil petentis liniuit oculos, misit ad natatoria, *Abijt, lauit, venit videns*: Mira celeritas, non mireris: Deus erat, qui celeriter dat quod semel promittit, & sic visum præbens huic orbato, pro ratione dedit ipsum esse lucem, *Quamdiu sum in mundo lux sum mundi*: Proprium lucis est in instanti operari, sanauit ergo sine mora, quia lux, & quia ad modum operatur lucis, statim, illico, nec ad momentum retardans, quia vt grauiter dixit Augustinus in libr. de Spiritu & anima, *Plus eum cruciat passio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui*. Vnde sumit veluti pennas ad

Matth. 8. 2.

Joan. 9.

6. Christus est lux.

August.

7. Deus hominis amplius compatitur, quã ipse met sui.

volandum, vt succurrat, & auxilium ferat, & quod semel promisit, attendat.

8. Homo incertus, & inconstans in promissis.
Non sic homines; nam aut eos pœnitet promissi, aut numquam promissa adimplent; *Est qui promittit*, inquit Sapiens Prou. 17. num. 18. *& quasi gladio pungitur conscientiæ*. oon secus ac si peccatum patrasset, ex quo illorum promissa vana: sicut aër promittens pluuiam, & postea illam non præstans. *Nubes, ventus, & pluuia non cadentes*. Quod euenit, quia multoties promittunt quod præstare non possunt, *Illi enim, qui promittebant timores & perturbationes se expellere ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant*, inquit noster Sapiens infra cap. 17. num. 18. Quod cùm sit, quando aliquid promittunt, satis erit consultum, illico ex eorum ore colligere verbum, immò & factum, si est possibile, nam alioquin euanescet: cùm dum Principes promittunt, verbum potius casu ex lingua scinditur, quàm verè pronunciatur, vnde si non cito sumitur, exarescit. Sic serui Regis Syriæ, vti prudentes 3. Reg. 20. 33. cùm enim Rex Israel dixisset eis do Benadab eorum domino, *Si adhuc viuit, frater meus est acceperunt*, inquit scriptura, *viri pro domino, & festinantes rapuerunt verbum de ore eius, atque dixerunt, frater tuus Benadab*. Adnoto illud, *festinantes rapuerunt*; si enim parum aliquid intermisissent, iam cor Regis immutatum esset, vnde illicò dixerunt: *frater tuus, &c.* Vnde promittunt isti multa, laboribusque magna se daturos vocitant: sed multoties, immo & semper vani remanent labores, & inania seruitia, & tandem si non mortui, vel pauperes, aut sine honore post multa non reperiantur annorum curricula, miraculum dici potetit. Belisarius sit tibi in exemplum, qui post tantos deuictos Reges oculis priuatus eleemosynam petere coactus est dicens, *Date obolum Belisario, quem virtus erexit, inuidia depressit*. Quapropter Philosophos percontanti cuidam, quæ maior esse poterat gratia quam præstare possent Dij Regis famulo? respondit vnus, quam *vrsus passeri*, qui ex eius ore cũ os clausisset postulãs mercedem, respondit, *quæ maior, quàm ex ore vrsi incolumem exijsse*. Vana ergo eorum sunt promissa, nunquam ea obseruant. At nõ sic Deus, promittit, implet, immò & festinanter, & non sic aër currit, ac Deus in suo promisso adimplendo, ob idque in aëris symbolo Spiritus sanctus, quia Dei promissum, factus est, &c.

Prou. 17. num. 18.

9. Promittit quod præstare non potest.

Sap. c. 17. num. 18.

10. Principes dum promittunt, casu potius, quam verè illud pronuntiant.

3. Reg. 20. 33.

11. Principes multa promittũt, nulla attendũt:

12. Immo si nõ occidunt post præstitum seruitium ad miraculum te. putari potest.

13. Spiritus sãctus in aëris symbolo ad homines sanandum.
Venit etiam emittens aërem, quia aër est qui cœlum purificat, infirmitatesque expellit, quando sanos, è contra infirmitates originantur, quando infirmus: homo enim per aërem infestum se perdiderat, dum illum superbus spirans Dæmon eis persuasit, *eritis sicut Dij*. Gen. 3. 5. ratio ergo requirebat, vt alter sanus reficeret, quod infirmus deperire fecerat: per vnum enim aërem ad Ægyptum locustæ venerunt, depopulantes illum Exod. 10. num. 19. *Dominus induxit ventum vrentem, &c.* Sed per alium illæ fugatæ ad Moysi orationem. *Orauit Dominum Moyses, qui flare fecit ab occidente, ventum vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum: non remansit nec vna quidem in cunctis finibus*. Apta equidem figura, singula eius attentione digna. Ad petitionem Moysi flauit

Gen. 3. 5.

Exod. 10. num. 19.

H

ventus, & misit illũ Deus ad petitionẽ Christi missus est Spiritus sãctus, *ego rogabo patrẽ, &c.* Ventus flauit, non quilibet, sed vehementissimus: in vento veoit Spiritus sanctus, non molli, sed vehementissimo, adeo vt sonum redderet. *Factus est de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis.* Flauit ille ventus ab occideote, flauit etiam spiritus ab occidente, nisi enim Christus mortuus ad patrem ijsset, Spiritus non descendisset sanctus, *nisi ego abiero, &c.* Per illum locustæ in mare proiectæ sunt rubrum: quid per locustas nisi peccata? & quid per mare, nisi Christi sanguis? in quò nostra non solùm lota, sed immersa sunt scelera. Et tandem ne vna quidem remansit locusta in Ægypto, postquam ventus missus à Domino flauit, quia post aduentum

14. Vis Spiritus sancti ad peccata purganda & ad hominem renouandum. *Gregor.*

huius spiritus, non solum peccata, sed imperfectiones etiam, per virtutes ipsius immersæ, ablutæ, immo & pessundatæ, *Cùm per gratiam suam,* inquit Gregorius lib. 2. cap. 2. lib. 2. Reg. 2. *Spiritus sanctus electorum corda visitat, ab omni peccatorum immunditia potenter purgat, quia vt se menti infuderit, eam protinus in vitiorum odia, & in virtutum amorem ineffabiliter excitat: facit enim statim odisse quod amabat, & quod odio habuerat ardenter diligere, atque in vtroque valdè ingemiscere, quia & mala, qua odit, se damnabiliter amasse recolit, & bona qua diligit, odisse: quis enim audet dicere, licet omnimoda peccatorum sarcina pragrauetur, quod perire possit aliquis visitatus gratia Spiritus sancti?*

Venit iterum in vento, quia ventus est qui aquas exsiccat, & vbi prius pes requiescere non poterat ambulantis, postea requiescit; metumque abrumpit transeundi.

15. Spiritus sanctus in aëris symbolo ad tollendũ Apostolis metum. *Exod. 14. num. 21.*

Filij Israel metu perculsi rubri vadare vndas desperabant; at postquam Moyses extendit manum, & eleuauit virgam, illicò, *Abstulit illum Dominus flante vento vrente tota nocte, & vertit in siccum,* Exod. 14. num. 21. Vnde audaces facti sicco pede intermutantes transeuntes vndas, qui prius formidolosi iacebant, læti postea in altera canebant ripa. Vnde tantum bonum à vento vrente, qui flauit, &c. tanquam enim imbelles, & sine armis pauidi remanebant Apostoli, vndas persecutionum huius metuentes mundi, sic vt hoc ipse prospiciens Dominus eis præcepit, vt sederent, quousque,

August.

Virtute induerentur ex alto. Vnde sanctus Augustinus Serm. 1. in 2. die Pent. tom. 10.

16. Apostoli ante aduentum Spiritus sancti quam timidi.

Apostolos ante aduentum huius spiritus considerans, inquit, *Erat quidem in eis fides, sed fiducia constantia deerat, ante aduentum huius spiritus iam quidem Christum per vniuersum poterant prædicare, sed adhuc pro Christo vsque ad mortem certare non poterant.* Vide alia in illo,

Basilius.

& sanctus Basilius hom. 8. super psal. 32. super illa verba, *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum,* sic ait, *Spiritu itaque sancto firmata est omnis virtus cœlestis, hoc est firmitatem, soliditatem, ac confirmationem in sanctitate & omni virtute, quæ sacras deceant potestates ex Spiritus sancti auxilio habent.* Pauidi ergo extabant, at postquam extendit ille Diuinus Moyses manus suas,

17. Post illum quæ fortes

& eleuata virga, cruce nempè, orasset Dominum, ventus iste inductus est vehementissimus, qui tribulationis huius feruescentis pelagi aquas vertens in siccum, fecit, vt animati, & plusquam

A dici potest audaces facti Apostoli sancti, foras prodirent mundo, & diabolo terrorem incutientes, ac ipsum in admirationem ducẽtes: narrãte Luca, *quod conuenit multitudo, & mente confusa est, &c.* Vnde, *qui olim mulierum verba timebant,* vt Diuus inquit Gregorius in 1. Reg. super illa verba, *Arcus fortium superatus est, postea auctoritatem principum libertate frangebant.* Quod eleganter etiam expendens Diuus Chrysostomus hom. 5. in Acta cap. 2. super illa verba, *Stans autem Petrus cum vndecim leuauit vocem suam,* adnotat, tunc Petrum leuasse vocem, quando inter furentes consistebat, quando inter conuiciantes, irridentesque Iudæos. *Iam mihi Petrum considera,* ait, *ac repute timidum ille, adeoque timidus, vt nec muliercula vilis percontationem tulerit, qui vir factus sit, post accessionem, & largam suppeditationem spiritus.* Quod prosequens sanctus argumentum,

Gregor.

Chrysost.

18. Petri fortitudo post aduentum Spiritus sancti.

19. Apostoli post aduentum Spiritus sancti inter inimicos quasi homines ignei inter stipulas extiterunt.

B virtute spiritus sic constitutos ait Apostolos inter mundi certamina, ac si hominem igneum inter campi stipulas; mira equidem, sed apta similitudo, vnde qui prius absente hoc Spiritu metu trepidantes, quasi agni inter lupos, postea ipso repleti, quasi ignis extiterunt inter stipulas, inimicos vrentes, in cinerem superbas reducentes potestates; *Quemadmodum enim,* ait sanctus, *igneus homo, si in medias incidat stipulas, nihil læditur, sed magis vim exeret suam, nec enim ille quidquam patitur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipsos perdunt. Ita nunc euenit, videlicet Apostoli illi adorsi sunt (conuiciantes nempè, & irridentes) multa cum fiducia: quid enim obsecro læsit illos tanta multitudo, nunc illis cum egestate & fame fuit conflictatio, nunc cum ignominia, & infamia, nunc*

C *impostores esse credebantur, nunc irrisionibus & conuitijs impetebantur, nonne tota ciuitates furoribus & insaniis illos impetebant? nonne seditionibus & insidiis obiecti sunt? nonne igni, ferro & bestiis, nonne illos innumera bella vallabant, ad quæ nonne perinde fuerunt affecti, quasi insomnis vidissent hac mala, aut in pictura.* Egregiè, Considera pericula, bella, inimicos, & passiones quas sanctus enumerauit, post quæ attende, sic virtute huius spiritus eas Apostolos pertulisse, ac si in somnis, aut in picturis vidissent, post quod quantu sint induti robore, non solum admirare, sed expauesce; immo, quod maius, sic animiquiores facti, vt à se omnem expellentes timorem ipsis suis eum incuterẽt inimicis. Quod egregiè considera-

20. Apostoli virtute Spiritus sancti sic sustinebant mala, vti insomniantes.

21. Suis inimicis timorẽ incutiebãt. *Actor. 5. num. 28.*

D uit Sanctus super illa verba Actor. ca. 5. n. 28. quando principes sacerdotum timentes Apostolis allocuti sunt dicentes, *Præcipiendo præcipimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem istum,* In quibus verbis eorum timorem agnoscit Chrysost. discipulorumque audaciam, dum Petrus intrepidè respondens ait: *Obedire oportet Deo, magis quã hominibus, audi enim,* inquit, *illos dicentes, vultis inducere in nos sanguinem hominis istius? nonnè periclitabantur, formidabant ac tremebant?* Quod mirandum amplius crescit, si personas semel considerauerimus Apostolorum, vnde sequens Chrysostomus ait, *Atque illud interim mirabilius, quod Apostoli nudo corpore consistebant aduersus armatos, aduersus principes, qui publicum in ipsos ius habebant, imperiti, & elingues ac simplices idiota, aduersus impostores, & circumuentores, aduersus Sophistarum, Rhetorum, ac Philo-*

Idem.

sophorum turbam, qui in Academia Platonis & Aristotelis deambulationibus exercitati, depugnarunt, & Stoicorum porticibus fuerant occupati, hos insuperauit Petrus, quasi cum mutis piscibus certamen fuisset. Nil melius. Quod equidem, vt est videre, non hoc à se ipsis, qui timore prius perculsi, nec audebant quidem in publicum exire, sed à superna huius virtute spiritus, qui ab alto, magno descendens fragore, impetuque multo, sic efficaciter in corda insufflauit eorum, vt ob omnem repellens timorem, fierent robustissimi, forasque prorumpentes, totum confunderent mundum.

22. Spiritus sanctus in vento descendit, vt odorum Apostolorum fragrantia, per totum perciperetur, mundum. *Cant. 4. num. 16. Bernard.*

Et tandem in vento descendit, vt sicut per ventum fragrantia effunditur odoris, sic per totum mundum, florum Apostolicarum virtutum fragrantia, hortorumque, quos in ipsis Christus Dominus plantauerat, perciperetur, iuxta illud Cant. 4. num. 16. *Surge Aquilo, veni Auster, & persla in hortum meum, & fluant aromata ipsius. Auster, qui ventus est calidus, significat Spiritus sanctus*, inquit Bernardus de onerib. serm. 11. Apostolorum enim virtus, virtute Christi ab ipsis in se retenta, mundo adhuc ignota erat, nec eam sciebat: at postquam factus est iste sonus vehementis Spiritus, *Sicut in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum:* Sic etiam per omnem illam, odor, & virtutum fragrantia eorum diffusa est, ita, vt singulariter de hoc Deo Paulus ingentes referat gratias 2. ad Corinth. 2. num. 4. *Deo autem gratias, qui semper triumphat in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus.* Quod eleganter considerauit Hieronymus lib. 8. in cap. 3. Abacuc tom. 4. super illa verba, *fluuios scindes terræ*, quia ipse cum 70. legit *fluuiis scindetur terra*, per quæ Apostolos intelligens latentes, antequam per aduentum Christi terra concuteretur, manifestati post illam concussam, quod quidem extitit in huius aduentu Spiritus, *Cerno*, ait, *omnes Apostolos, & iam non quatuor flumina, sed duodecim flumina intelligi exire de paradiso: isti fluuij, antequam terra commoueretur, latebant, & cum essent in terra venis, sitientibus pocula non præbebant, postquam verò ad aduentum Christi omnis terra concussa est, subito proruperunt.*

2. ad Corint. 2. num. 4.

23. Apostoli Christi odor in omnem terram diffusus. *Hierony. 70.*

24. Paradisi flumina.

25. Spiritus sanctus cur in sono, & tonitruo descendit.

Descendit ergo in venti symbolo, at non in quolibet, sed vehementi, adeo vt sonum ederet. *Factus est repente de cælo sonus.* Sonus hic veluti tonitruum extitit, per quod totus terrarum concussus est orbis, dignum equidem, vt non solum in vento Spiritus descenderet sanctus, sed in sonitu, hoc est in tonitruo, simile enim appetit simile, tonitrua erant Apostoli sancti. Mar. 3. sic eos appellauit Dominus, & August. de ciuit. Dei lib. 17. cap. 4. super illa verba matris Samuelis 1. Reg. 1. nu. 10. *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos tonabit.* vel vt 70. *Ascendit in cælum, & sonuit*, ait Apostolos fuisse illa tonitrua, per quæ Dominus post ascensionem suam in vniuerso tonuit orbe, quo percusso factum est, vt verum Dominum agnoscentes falsos reliquerunt, exterminarentque Deos: cum ergo ipsi tonitrua, dignum fuit vt descendens Spiritus sanctus non solum per ventum, sed per tonitrua appareret.

26. Apostoli tonitrua. *Mar. 3. num. 17. Augustin. 1. Reg. 1. num. 10.*

Sed vt vera fateamur, talis sonus non tantum tonitruum, quantum amoris extitit signum, amoris, inquam, illius, qui in Dei pectore flagrabat, Hierem. 2. num. 24. scribens de Onagri affectu, sic inquit, *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ, attraxit ventum amoris sui, nullus auertet eam.* Attraxit ventum, hoc est rugijt. Rugitus autem, seu, vt sic dicam, ruditus fit, cùm ex visione rei concupitæ, aut ex olore per aerem gustato, animo exhilarato animalis, auram intra se attrahit rei à se concupitæ, quæ animum exhilarans, præ gaudio intra se illam retinere non valens, foras magno impetu erumpens lætus rudit, seu rugit. Attraxit ergo Onager, *Ventum amoris in desiderio animæ suæ*, id est, videns obiectum amatum, rugijt, exhilaratus, tanto impetu cursens, vt nullus eum auertere possit: sic infinitus Dei amor, sic tota sanctissima Trinitas, cuius dies festus est, vt inquit Gr. li. 9. Mor. c. 15. quando in cælis perfectum sacrificium videt in Beatis oblatum, salutem nempè ipsorum, *Cõstituite diem solemnem in condensis*, inquit Dauid psal. 117. n. 21. *vsque ad cornu altaris*: vbi Greg. *Solemnem Domino diem constituit, qui se assiduè in eius desiderio affligit, quo tandiu necesse est vt duret, quousque ad superni sacrificij altitudinem, hoc est ad æterna gaudia perueniat.* Hæc ergo S. Trinitas assueta prius in solitudine (in cœlo nempè absque hominum societate) æstuans tamen illam cùm primum in illo vidit, quod summopere concupierat, Christum scilicet hominem factum, multitudinemque simul cum illo sanctorum, nostro modo cõcipiendi, vt sic dicã, animu verè exhilarata, intra se ventum amoris attraxit humani, & ex præcordiis, in Christo, & cum Christo congaudens, ad amoremque hominũ amplius se incendens, ita animo est lætata, vt foras prorumpens emiserit ruditum, & rugitum, currens ad dilectum, tam vehementi affectu, vt nullus euertere posset ipsam, vnde foras inflammans corpora Apostolorum, *Apparuerunt dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* Intus fecit corda ardentia, & sic veluti possessor rei amatæ fortiter rugit, emittens, vt inquit Lucas, sonum: factus est, &c.

27. Tonitruum in die Pentecostes, Dei moris signum. *Hier. 2. n. 24.*

28. Ruditus quomodo fit.

Gregor. Ps. 117. n. 27.

29. Dei dies festus, animarum salus.

At non solum in venti, sed in linguarum symbolo descendit Spiritus sanctus, *Et apparuerunt eis dispertitæ linguæ.* Sed quid linguæ cum Spiritus sancti aduentu? lingua enim belli est symbolum: *ignis flamma, quæ facit duplicem apicem, significat dissidium*, inquit Brixianus, ergo linguæ ignitæ dissidium significant: at Spiritus sanctus author est pacis, non belli, non dissidij: adeo vt vbi non est pax non descendit, ideo Lucas de huius loquens descensu, inquit, *erant omnes pariter*, hoc est vnum cor & vnam animam habentes, quòd inferius clarius, dum dicitur, *multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* quod dum vidit Deus, illicò eius descendit Spiritus. Sic Ezech. 37. num. 7. postquam ossa illa coniuncta non ante intrauit in eis spiritus vitæ, *& accesserunt ossa ad ossa vnusquisque ad iuncturam suam.* Quod cùm factũ illico vidit, *Et ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt, & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt.* Sic cùm iunctim starent Apostoli, illicò descendit spiritus, quod notauit Chryso. hom. 3. in Acta dum dixit: *Illud autem considera, quod cum instant deprecationi, cùm charitatem inter se habent, tunc aduenit Spiritus sanctus.* Immo hoc necessarium dum templa Deo destinata Altissimo 1. Para. 24. n. 8.

30. Spiritus sanctus cur in linguis ignitis.

31. Lingua belli symbolũ. *Brixian.*

32. Spiritus sanctus author pacis fugit bellum.

Chrysostomus.

1. Paral. 24. nu. 8.

33. Salomon, & non Dauid cur ædificauit Domino templum.

dixit Deus Dauid, *Multum sanguinem fudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domum nomini meo.* At si non Dauid, quis? *Salomonem filium meum elegit Dominus*, ait, *puerum. & tenellum, opus enim grande est.* Mirum, quod eligatur ad opus grande puer quis, & tenellus, at cesset admiratio, quia respondet Dauid, *nõ homini præparatur habitaculum, sed Deo.* Qui cùm sit princeps pacis, qui pacificus debet ei præparare domũ, quod cùm ita sit, cur veniens eius Spiritus non pacis, sed in belli descendit symbolo in linguis apparens ignitis?

34. Bellũ Spiritus sancti fundamentum pacis.

Non equidem inficias eam, ignitas linguas dissidium præferre & bellum, sed ex tali bello pax summa, & ideo in illis descendit: vnde attendendum, quod ad pacem consequendam, pacem, inquam, non mũdi, sed Christi, bellum necessarium, & bellum crudum, ita vt inimicus foras eijciatur, alioquin impossibile vt pax teneatur: duo enim in vna domo inimici considere non possunt, eo vel maximè si super dominium rei est bellum, etsi ambo fieri volunt hæredes. Duo ergo sunt in nobis ambo inter se ita aduersi & contrarij vt simul consistere vnquam possint, amor Dei, & amor terrenus: vnus ergo eijciendus, si pacem habere velimus. Hinc dilectus ille discipulus, tamquam expertus, consulit dicens: *Nolite diligere mũdum, neque ea quæ in mundo sunt.* Cuius rationem addens, ait, *Quia siquis diligit mundũ, nõ est charitas patris mei.* 1. Ioan. c. 2. n. 15. quia duo simul amores in vno esse corde nequeunt, de qua re preclarè Greg. lib. 18. Moral. c. 8. in ca. 27. Iob. hunc Ioannis exponens locum ait, *Ac si apertè dicat, vtique amores in vno corde non capiunt, nec in eo sedes superna charitatis pullulat, in quo eam spina infima delectationis necant: delectari ergo in Deo homo malus non valet, quia in eius mente desideria superna non prodeunt, quam pro sectio spina terreni amoris premunt.* Hinc Sara à superno ducta spiritu Gen. 21. n. 10. viro ait, *Eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.* Et hoc quia vidit filium Agar ludentem cum Isaac filio suo; quem ludum persecutionem nominauit Apost. ad Hebr. 11. num. 18. *Sed sicut tunc is, qui secundum carnem persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc,* Quod admirans Orig. hom. 7. in cap. 21. Gen. ponderans hunc ludum non fuisse nisi, *solum ludum infantiæ*; agnoscit mysterium in huius significato ludi, nam cùm per Ismael caro, per Isaac spiritus significetur, per Saram autem virtus, malè semper hæc de ludo carnis cum spiritu sentit, *Superius loco virtutis*, ait, *posuimus Saram, si ergo cuius personam geris Ismael, qui secundùm carnem nascitur, spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptionibus agat, si delectationibus illiciat, voluptatibus molliat, huiusmodi ludus carnis cum spiritu, Saram maximè, quæ est virtus, offendit, & huiuscemodi blandimenta acerbissimam persecutionem indicat Paulus.* Hinc multorum fert opinio, vt alibi dicemus iterum, vt ludus quem intentabat Ismael, mors erat Isaac. Vnde aliqui illud, *vidit ludentem*, legunt, *vidit percutientem, digladiantem, pugnantem, occidere volentem.* Quale ergo remedium ad pacem in domo consequendam? bellum, eiectionemque Ismaelis, bellum cum amore terreno, tam crudum, vt non desistamus vsque dum foras illum eiecerimus. Licet hoc doleat, licet penè ad extremum ipse deducatur Abraham; *Durè hoc accepit Abraham pro filio suo.* Attamen non sic, sicut nec hoc quod dicimus, videri debet, vnde ei Dominus: *Non tibi videatur asperum super puero. & super ancilla tua,* Cur non asperum? nonne filius, &c. filius, sed adulterinus, sed ancillæ, sed carnis, & non spiritus, & ideo eijciendus, quia non in illo, sed vt dixit Dominus, *In Isaac vocabitur tibi semen.* Semen dixit vitæ æternæ, qui non est nisi ab amore Dei, nam amor carnalis non nisi semen æternæ mortis: vnde quando Dominus dixit Abrahamo, *In Isaac vocabitur tibi semen*, idem fuit ac si diceret, desiderium generationis, & posteritatis, quod tantopere te affligit, adimplebitur tibi, non in Ismaelis generatione, quæ sola carnalis, sed in Isaac, quæ spiritualis: tu ergo non debes spem in carnis reponere generatione, sed in spiritus successione: eijce ergo ancillam de domo, & contra te ipsum, filiumque tuum, sume arma, & bellare, quia ex tali bello pax domui tuæ, & ex illa semen promissum. Bellandum ergo, vt pax summa possideatur, qui est Deus benedictus, iuxta illud Isa. 66. n. 12. *Declinabo ad eam vt fluuius pacis.* Vnde sine bello non solum Deum attingere non valebimus, sed lucrabimur pro vita mortem.

Origenes.

35. Amor Dei & terrenus simul consistere non possunt.

1. Ioan. 2. num. 15.

Gregor.

36. Desideria supernorũ non prorũpũt in corde à terrenis possesso.

Genes. 21. num. 10.

Ad Heb. 11. nu. 18.

37. Virtus semper ludus abhorret carnis.

38. Ludus Ismaelis cum Isaac qualis.

39. Bellum crudum cum carne gerendum.

40. Semen vitæ æternæ in Isaac non in Ismaele, hoc est in Dei amore, & non carnali.

Isa. 66. num. 12.

Iudic. 13. num. 12.

41. Sine bello mors, non vita.

Gen. 31. n. 30.

42. Iacob cur videns Deũ non timuit sicut cæteri.

Ambros.

43. Pax summa quæ.

44. Victoria ex spirituali bello præclarior, quã ex corporali.

45. Cum Deo luctari quid.

Hoc attendendum Iudic. 13. num. 12. quando Manue ad vxorem dixit suam: *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* Et Gedeon, licet esset virorum fortissimus, exclamauit, *Heu mi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem*: è contra verò Iacob, non solum non putauit se moriturum, sed dixit, *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea,* Gen. 31. num. 30. Vnde hoc? cur timuerunt illi? non timuit autem Iacob; sanè quia Iacob bellum habuit prius, *Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane.* & ex illo pax consecuta summa, immo, vt Diuus inquit Ambrosius lib. 2. de Iacob & vita beata, pax sublimior, nempè pax non exterior, sed interior, cùm illa aliunde, hæc à nobis non ab externo, sed ab interno comparatur hoste, *Grande est*, ait sanctus, *intra se aliquem tranquillum esse, & sibi conuenire. Foris pax, aut Imperatoris sollicita prouidentia, aut manu militum quæritur, aut bellorum prospero cedit euentu, aut internecione Barbarorum; interior verò si in se hostili motu arma conuertant. In ea pace nulla nostra virtus, sed euentus est, certe gloria pacis illius ad Imperatorem refertur, istius pacis fructus nobis est, quæ est in mentibus singulorum, quæ tenetur affectibus: ista pax sublimior, quæ corporalium passionum excludit illecebras, perturbationesque mitigat, quàm ea, quæ barbaricos sedat incursus: plus est enim clauso intra se hosti resistere, quàm remoto.* Quam non aliunde, ait sanctus, consecutum Iacob, nisi ex bello cum Deo priori, *Itaque Iacob*, ait, *qui cor suum ab omni simultate mundauerat, vt pacificum affectum gereret, postquam præmisit omnia, solus remansit, & luctatus est cum Deo: quid est enim luctari cum Deo, nisi virtutis suscipere certamen, & cum superiore congredi, potioremquè cæteris, imitatorem fieri Dei?* Hinc postea, etsi Deum vidisset, lætus canit, quia dimicauit, dum Manue, & Gedeon timent, mortemque reformidant, quia non bellarunt: præliandum ergo, vt pax consequatur, quòd cũ sanctus intẽdat Spiritus, ideo licet pacificus, pacisq; amator, ad significãdũ, quod per bellũ talis consequenda sit pax, nõ solũ in igne, sed in linguis belli symbolo venit ignitis.

46.
Spiritus sā-ctus in linguis ignitis quia bellum erat amoris.
Isa. 31. n. 8.

Secundò in ignitis descendit linguis, quia amoris erat bellum, & amoris armis erat dimicandum, non verò ferri, & chalibis. Isa. 31. num. 8. *Cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius vectigales erunt.* Cadet ergo Assur in gladio non viri, ergo in Dei, cuius proprium est deuorare, *Cùm lingua sit pradicansis, & verbum ipsius,* vt inquit Procopius, & palati, & linguæ est deuorare, non gladij: deuorabit ergo iuuenes Deus gladio linguæ, sed cuius linguæ? ignitæ quidem, quod colligitur ex eo quod dicitur, *& iuuenes eius vectigales erunt,* nam vbi nos, *vectigales*, ex Hebræ. legitur, *liquefactiones erunt*, liquefactio enim non est gladij, sed ignis, liquefient ergo, quia gladius est ignitus: nonne liquefacti sunt animi illi ad duo tantum Petri verba, Actorum 2. num. 37. vix descendit Spiritus sanctus, vix duo tantum protulit verba Petrus, vt inquit Lucas: *His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres?* Et ne vnus tantum putaretur, aut duo, infra appositè ait, *Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Et, vt sentit Chrysostom. hîc, nec non Cyrillus Hierosolym. Cathec. 17. *hi ex crucifixoribus fuerunt*, quapropter merito Chrysost. exclamat, *Vbi nomen Athenarum? vbi nunc Græcia fastus? vbi Philosophorum deliramenta? vere a hac mutatio dextera Excelsi.* Nec mirū, gladius enim Petri, gladius erat ignitus, hinc non tantum comedebat, sed in instanti deuorabat, non coquens, sed liquefaciens carnes, hominumque mentes.

Procop.

47.
Dei verbum animos liquefaciet cur?
Actorum 2. nu. 37.

48.
A Petro cōuersi ex Christi fuerunt crucifixoribus.
Chrysost.
Cyrilus.

49.
Spiritus sā-ctus in linguis ignitis vt intelligi posset.

Sed vlterius in linguis ignitis, quia ipse ignis, & vt intelligeretur, linguæ necessè ignitæ, immo vt & corda inflammaret; vox enim duplex, articulata, & non articulata: articulata intelligitur, non articulata minimè, cùm pura sit vox, sonusque, non loquela: insuper, vt articulata intelligatur, necessaria est cognitio linguæ, & loquelæ, alioquin tantum erit non intelligenti, ac si articulata non esset, & ideo non solum verba illa amorem non reconciliabunt, quin potius timorem incutient: *Loquere tu nobis, dixerunt filij Israel Moysi.* Exod. [illegible]. 18. *ne forte loquatur nobis Dominus, & moriamur.* Cur hoc? sane quia audiebant voces Dei loquentis, sed non intelligebant eas: *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumigantem.* Appositè autem dictum, videbant voces, non audiebant, quia licet vocem Dei auribus perciperent, timore tamen percussi, non attendebant, & sic audientes sonum tantùm, non verborum significationem timidi expauescebant, & non intelligebant; non sic Moyses: *Cum quo Deus loquebatur, sicut solet amicus ad amicum*: Quia cum propè staret, verba intelligebat, ideo non pertimescebat: lingua ergo loquentis, quæ non percipitur, timorem potius parit quàm amorem. Ad conciliandum ergo hunc, illud vnicè præstat, cognitionem infundere vocis; hoc ergo effecit Spiritus sanctus; *qui scientiam habet vocis.* Homo enim Dei non intelligebat loquelam, quæ amoris, ipse enim cùm non amaret, amoris linguam non capiebat; *Lingua amantis barbara est non amanti.* inquit Augustin. & Apost. ad Corinth. 14. n. 11. *Si ergo nescivero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus & qui loquitur mihi barbarus.* Vt ergo homi-

50.
Vox quæ non intelligitur nec est articulata, timorem incutit.
Exod. 29. 18.

51.
Populus cur audiens Deum pertimuit, non vero Moyses.

52.
Homo non amans Dēū non intelligit.
August.
1. Ad Corinth. 14. num. 13.

A
nes Dei intelligerent loquelam, necessarium fuit linguis eos instrui ignitis, vt virtuté diuinæ loquelę intelligerent, quod fuit indumētum illud, ob quod Dominus Apostolis præcipit, vt sederent, & ne loco cederent, donec illud induerent, *Sedete, donec induamini virtute ex alto* idest donec induamini virtute diuinæ illius vocis, qua & Deum intelligere possitis, & simul hominum corda inflammare: quod est 1. vt diximus, vnde Bern. ser. 1. in Pent. *Venit tūc super discipulos in linguis ignitis, vt verbis igneis loquerētur, & legem igneam lingua ignea prædicarent.* Quomodo, quæso, Apostoli ignita facerent corda credentium, si linguas non haberent ignitas? aut quomodo ignem illum Christi, quem venit ipse Dominus mittere in terram, in cordibus accenderēt hominum, nisi verba haberēt ignita? sic Christus Dominus corda accendit, quia verba erāt ignita, iuxta illud Lucæ 24. 32. *Nonne cor nostrum ardens erat cùm loqueretur nobis, & aperiret nobis*

53.
Vox ignita Apostolorū e. rum indumentum virtutis, & roboris.
Bernard.

54.
Verba Christi ignita.
Lucas 24. 32.

B
scripturas? Ideo dum ad talem ignem accendendum ad vnam tantum gentem mitteretur Isaias, prius calculo lingua eius tacta ignito, ad præstanda illi scilicet verba ignita, *Et volauit ad me vnus de Seraphim*, ipse totus ignis effectus, vt inquit Hieronymus epist. 2. ad Damascenum Papam in hunc Isa. locum, *Ille ignis mittitur*, ait, *quem Hieremias ferre non poterat, qui cùm anima nostra arcana penetrarit, ita nos dissoluit, ita à veteri homine in nouum excoquit, vt in illam vocem possimus erumpere, Viuo autem iam non ego, sed viuit in me Christus.* Quod si hoc cum Isaia, qui ad vnam tantùm mittebatur gentem, æquum quidem erat, vt Apostoli, qui totum orbem in Dei amorem incensuri mittebantur, non sicut Isaias ab Angelo, & calculo tantum lingua eo-

Isai. 6. n. 6.

55
Isaias cur calculo tactus ignito.
Hieronymus.

56.
Ignis Dei vis.

C
rum tacta, sed vt ipse supremus munerum dator, qui media finibus adaptat, linguam ipsis daret ignitam, qua ad se vniuersum attrahentes orbem, clarè homines perspicerent, non ipsos, sed Dei spiritum in eis loqui, rationabilemque in eorum ore apponentem sermonem, quo corda mouerentur, affectus attraherentur, vt grauiter dixit Ambros. ep. 33. ad Demetriadem tom. 5. *Implet igitur*, ait, *Spiritus sanctus organum suum, & tamquam fila chordarum tangit digitus Dei corda sanctorum, qui ideo cùm die Pentecostes in Apostolos, plebemque credentium, sicut à Domino fuerat promissus, influeret, in specie linguarum apparuit ignearum, & loquelis omnium nationum, eos super quos insederat, fecit affari, vt dubium non esset, per ipsius inspirationem vtilem affectum, rationabilemque*

Ambros.

D
sermonem animæ fidelium ministrari. Pulchrè dictum vtilem affectum per linguas illas Apostolis subministratum; quia cùm non otiosus in ipsia tantum sistebat, sed foras prorumpens totum ad Christum attrahebat orbem, corda vrens, affectus inflammans audientium, vtilis erat, & proferenti, & audienti, illi, quia inflammatus ignem foras prodebat, isti, quia ex illo accensus eumdem recipiebat, hinc ipsa admirante natura totum accenderunt orbem, quia ipsi ignes, & eorum verba ignita.

57.
Spiritus sā-ctus in ignitis linguis vt Apostoli paradisi reserarent portas.

Sed licet hoc totum verum sit, alia etiam mihi subest ratio, cur in ignitis descēdit Spiritus sanctus linguis, easque ignitas Apostolis dedit, vt scilicet talibus linguis paradisi reserarent portas, obstaculumque tollerent quò ingressuri præpediebantur, pro quo recolendum est illud Gen. 3. n. 24. Dominum népè collocasse antè Paradisum, *Cherubim &*

Gen. 3. n. 24.

A *flammeum gladium, atque versatilem*, hoc est, volubilem ad omnem partem. Necessarium ergo erat ad hoc tollendum obstaculum, vt Deus aliud poneret gladium etiam flammeum, versatilemque, & hoc non in vno, sed in multis Cherubinis, vt sic, & multitudine, & efficacitate vinceretur ille vnus, quod & factum: nam descendens hic Spiritus linguas præbens ignitas, eo illos gladio armauit, nempè Dei verbo, *qui viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagũ quoque ac medullarum*, ad Heb. 4. n.12.

Ad Heb. 4.num.12

quo ipsi armati fortes inuincibilesque effecti, infernum debellantes, in vnum conuiuentes, vnum cor, vnaque effecti anima, quasi bene ordinata castra vim regno intulerunt cælorum, vnde gladium gladio opponentes, & flammam flammæ, antiquam illam expugnantes igneam rompheam, sua paradisum reseruarunt, vt eleganter dixit Cyrillus Hierosolymitanus Cathe. 17. dicens, *Gladius igneus antea prohibebat ingressum paradisi, ignea vero lingua salutarem præstitit gratiam*, quæ maior autem gratia, quàm aditus liber ad cælestem paradisum? B

Cyrill. Hierosol.

57.
Spiritus sanctus in linguis igni tis vt corda transformaret.
Chrysost.

Venit tandem in linguis ignitis, quia igni proprium per colliquefactionem; transformationem efficere, sic cùm Apostoli in viros transformandi essent alteros, iustum fuit vt in igne Spiritus veniret, transformans illos, quia, vt inquit Chrysostomus hom. 74. in Ioan. cap. 3. *Qui enim prius timebant, ac formidabant, post Spiritus sancti acceptionem, in medio prosilierant, per ferrum, ignem, bestiam, pelagus, & ad omnem calamitatem se intrepidi exposuerunt, & illiterati, & idiotæ, audenter disputabant, ita vt auditores in admirationem adducerent, ex luteis ferreos, & in cælum erigens, nulli humano affectui subiectos. Talis fuit illa gratia quæ mœrorem soluit, malas cupiditates consumis, formidinem pellis, nec sinit amplius hominem esse eum, quem afflat: sed tamquam in ipsum cælum translatus, omnia quæ illic sunt contemplatur.* Nil melius. C

58.
Ignis Dei effectus admirabiles.

De qua etiam spiritus virtute intellexit Basilius lib. de Spir. sanct. illud Paul. 2. ad Cor. 3. nu. 18. scilicet *Gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Ait enim hanc trãsformationem propriè opus esse Spiritus sancti, nam eius virtute lucis, & veritatis, quã in animam infundit, fit vt ipsa in eandem trãsformetur lucem, nouum acquirens splendorem, nouamque claritatem, *Sicut enim*, inquit, *quæ iuxta floridos colores positæ sunt, à splẽdore promanante colorantur & ipsa: sic qui euidenter tendit oculos in spiritum, illius gloria quodammodo transformatur, vt fiat illustrior, dũ veritate à spiritu promanante, seu luce, cor illuminatur, & hoc est transformari à gloria spiritus ad propriam gloriam: haud parcè, neque tenuiter, sed in tantum, quantum par est illustrari eum, qui à spiritu illuminatur.* D

Basilius. 2. ad Cor. 3. 18.

59.
Gloria Dei virtute eius spiritus in gloriã transit nostram.

Notanda postrema Basilij verba, scilicet, *hoc est transformari à gloria spiritus ad propriam gloriam*, nam totum oppositum videtur quod dici debuerat: scilicet, vt transformatio esset à propria gloria ad gloriam spiritus, & nõ è contra, cum bonitas transformationis pendeat ex melioratione: tunc enim in melius transformamur quando gloria nostra transit ad gloriam spiritus, & non è contra: sed optimè illud sanctus apposuit, vti expertus, duo ostendens simul, & transformationẽ, quam in nobis spiritus efficit, & bonitatem eius,

60.
Transformatio nostra in bonũ cedit nostrum.

A quatenus in bonum nostrum, & pro nobis illud facit, quod fit, dum semel per gratiam ipsius iustificati, & clari iam facti, per virtutem, claritatemque ipsius, per dies in claritatem crescimus, quod est illud Pauli, *à claritate in claritatem*, idest à claritate spiritus, in nouam propriam claritatem, vnde quotidie virtute huius spiritus sese renouans, nouiterque clarificans anima, ad eum statum deuenit, vt à claritate per gratiam illius consecuta alter videatur spiritus, & ad se, & in se ipsummet transformasse spiritum, & hoc est, secund. m Basilium, *Transformari à gloria spiritus ad propriam gloriam*: Nam vt ipse inquit, *oculos ad spiritum intendens anima, illius gloria transformatur, vt fiat illustrior.* Illustrior, quia similis, & in dies similior, ad se similitudinem illam attrahens diuinam, & faciens eam propriam sibi, & sic à gloria spiritus transformatur ad propriam gloriam, ipsius scilicet, quia quò B vniformior, eo gloriosior, adeo vt non amplius homines, sed dij appareant in terris, *Vitam diuinam, ac cælestem possidentes, ab eodem spiritu deriuatam, vt Deos decet*, sicut ait idem sanctus, *nam per hunc quilibet sanctus Deus est.* lib. 5. ad Eun. &, vt vno verbo dicam, ita afficiuntur, vt non solum spiritu afflati, sed ipsemet spiritus appareant, sic igniti, sic ardentes, sic lucidi euadunt, quod omne, virtute ignis huius sancti fit spiritus, qui descendens in linguis, descendit & ignitus.

61.
Homines quomodo dij efficiuntur.

HOMILIA XV.

De promissione aduentus Spiritus sancti, cur scilicet in aquæ symbolo promissus? C

AT si in igne descensurus, cur toties in aquæ promissus symbolo? Is. 44. n. 3. *Effũdã aquas super sitientes, & fluenta super aridã.* Quod quasi declarans adiecit, *Effundã spiritũ meum super semen tuum.* Ioel. 2. 29. *Effundam spiritum meum.* Ezech. 36. n. 25. *Effundã super vos aquam mundam.* Immo ipse Dominus noster Ioan. 7. 33. *Si quis sitit veniat ad me, &c. flumina de ventre eius, &c.* Quod declarans ipse Euangelista ait, *hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant*, & alibi sæpe: quod cũ sit, cur in igne venturus sub aquæ symbolo promissus?

Is. 44. n. 3
1.
Spiritus sanctus in aqua sæpe promissus & cur.
Ioel. 2. nu. 29.
Ezec. 36. n. 25.
Ioan. 7. n. 33.

Non desunt rationes, & multæ ad huius rei demonstrandam conuenientiam: Aqua enim ægrotum refrigerat, sic ignis diuinus animam amantem, & æstuantem, quæ dum penè lassa, & emortua, viribus destituta languet, adueniente tali spiritu refrigeratur, viresque recuperans nouiter viuit: nam sicut deficiunt, absente hoc spiritu, sic renouantur & viuunt eo præsente. D Vnde Dauid psal. 103. num. 29. *Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur: emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Animæ equidem deficiunt sanctæ, & penè in puluerem reuertuntur, dum se elongat talis spiritus ab eis, siccantur flores, decidunt folia, marcescunt fructus, aresit terra, in cinerem propè redigitur; qualis sit hic languor, qualis hæc defectio expertus sciet, at si aqua hæc diuina iterum surgit, iterum terram hanc inebriat suam, Deus bone! quomodo omnia reuiuiscunt, & rident, faciesque terræ omninò renouatur, nam, vt inquit Chrysostom.

2.
Animarum vnici in refrigerium Spiritus sãcti ignis.
Ps. 103. n. 29.
Chrysost.

serm. de Spirit. sanct. de hoc spiritu, *Ipse est spiritualium oculorum nostrorum Sol, interni nostri hominis Lucifer, Lucifer in pectoris cælo, ipse opulentia filiorum Dei ipse æternorum bonorum thesaurus, ipse cibus diligentium Christum, quo numquam satiantur, ipse potus animarum filiorum Dei, copula vnionis nostræ in Christo, animarum exultatio, mæstitudinis depositio, mentis requies, sapientiæ communicatio.* Tolle hunc Spiritum, qui omnia illa operatur, tolles etiam & illa, quomodo ergo infelix remanebit anima, quàm debilis, quàm demissa, quàm arida? *Ossa mea, vt cremium aruerunt*, inquit Dauid Ps. 101. n. 4. quem locũ explicans Bern. in serm. cuius titulus est, de cute & carne, sic ait. *Tunc hoc fit, cùm omnem delectationem boni prorsus amisisse videatur anima, solumque sibi aridam intentionis fortitudinem reseruasse: & vide, ne forte tale aliquid pateretur Iob, cùm diceret, pelli mea consumptis carnibus, adhæsit os meum. vt scilicet corrupta affectione, vix solam sibi intentionem spiritalis cogitatio vindicaret* vnde licet inter hostes bellans, etiamsi vincat, & superet, defessa tamen ac quasi esset victa, madet.

3. Eius in animæ effectus.

4. Anima languescit absente spiritu.

Ps. 101. num. 4.

Bernard.

5. In ariditate animæ status, quid remanet.

6. Anima arida, etsi victrix, vt victa se habet.

Vincebat Ionathas, etiam debellauerat inimicos 1. Reg. 14. 27. ac lassus, & viribus destitutus, iam præ lassitudine non perspiciebat: gustauit parum mellis. *& illuminati sunt oculi eius.* Quod si non gustasset penè iam defecisset, nec amplius insequi inimicos potuisset. Quomodo non eos est insecutus populus, nec funditus deleuit, quia Saül comedere eos non siuit, de quo valde ipse conquestus dixit. *Turbauit pater meus terram, vidistis quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit, nonne maior plaga facta fuisset in Philisthiim?* Maior equidem, immo penitus deleti, quod non factum, quia mel non comederunt. Sic animæ sanctæ, licet vincant, licet fortiter dimicent, licet inimicos debellent, tamen in bello ita defatigantur & lassantur, vt vsque ad animæ veniant deliquium: at si semel de hoc diuino melle degustant, licet parum, reuiuiscunt, illuminantur, vires resumunt, renouantur ad bellum, ad pugnam, pessumdant omnino inimicos, quia sicut prius infirmæ, & lassæ, sic nunc melle hoc confortatæ diuino, omnino corroborantur, de qua re pulchrè Hieronymus, *Cum enim nos Dominus*, ait, *suo nos rore resperserit, & siccitatem pectoris nostri suis pluuijs irradiauerit, germinabimus*, immo florebimus.

1. Reg. 14. 27.

7. Ignis diuini in arida anima effectua.

Hieron.

Pari etiam modo Samson Iudic. 15. num. 16. vicerat hostes, debellauerat, occiderat, immò victoriam iam cantauerat, *in maxilla Asini*, cecinit, *In mandibula pulli Asinarum deleui eos, & percussi mille viros*, vicit, occidit, sed tamen ita lassus, ac fessus remansit, vt penè siti moreretur. *En siti morior, incidamque in manus incircumcisorum.* Ergo, si Deus illi fontem non dedisset vnde biberet, nulla fuisset victoria, in manus ab ipso incidisset occisorum, quod videns Deus dedit illi aquam, & bibens ita refocillauit spiritum, vt vires recuperauerit, quas in bello consumpserat, *quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit*, seu vt 70. *reuertit spiritus eius & reuixit.* Tolle hanc aquam, en mortuus, captus, in manusque inimicorum suorum; victor Samson, quia etsi vicerat bellando, tamen vires amiserat, siccitateque vsque ad mortem premebatur. Sic animæ sanctæ fortiter dimicantes, vincunt sæpe, ac in humilitate Christi confisæ debellant, inimicos trucidant, occidunt, sed in hoc defatigantur bello, siccantur, ad deliquium vsque rediguntur, sitiunt, & sitiunt valde, itavt si Deus hunc fontem spiritus perennem eis non aperiat, morientur, immo, quod peius, in manus dabuntur incircuncisorum, ruent, superabuntur: at si Deus illis hanc diuinam det aquam, illicò reuiuiscunt, iterum vires resumentes, fortiores euadunt quàm antea, iterum, vt inquit Hieronymus, *germinant ac florent*, quia, vt inquit August. tract. 19. in Ioan. tom. 9. *Vita animæ est Deus, quomodo cum ipsa est in corpore, præstat illi vigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum, sic cùm vita eius Deus in ipsa est, præstat illi sapientiam, pietatem, iustitiam, charitatem, nam veniente Verbo, resurget anima à morte sua, ad vitam suam.* Pulchrè à morte ad vitam resurget anima veniente Verbo, accedente spiritu: nam quæ prius, hoc absente, per sensibilem consolationem, quasi pœnè emortua languebat, postea Diuino hoc accedente spiritu ad vitam rediés, vigorem, decorem mobilitatem, nouosque iterum spiritus recipiens, tota reficitur & consolatur, non secus ac qui siti deperiens, aquam epotans in nouum videtur quod resurgat hominem, hinc etsi in igne descensurus Spiritus, in aqua promittitur.

Judic. 15. n. 16.

8. Samson refocillatus ab aqua, figura animarum sanctarum à sancto confortatæ Spiritu.

70.

August.

Hieron.

9. Deus animæ vita.

Item in aqua promissus, quia sicut per aquam incognitæ patescunt regiones, sic per hunc spiritum nobis Christus, eiusque diuinitas, vnde quæ prius incompræhensibilia, nec in vllius cor ascenderant, postea à nobis compræhensa huius sancti Spiritus gratia. Hoc certe voluit Paulus significare, 1. ad Corinth. 2. num. 18. quando dixit. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei*, de qua re suprà actum est. Hom. 13. vide ibi.

10. Spir. sanct. in aqua promissus vt Christũ eiusque diuinitaa patefaceret.

Cor. 2. nu. 18.

Tertiò promissus in aqua, quia sicut per aquam cõmunicantur regna, etiam si distantia, sic mundus hic inferior cum superiori, & Angeli cum hominibus per virtutem huius sancti Spiritus, itavt verè dicat Paulus huius Spiritu repletus ad Philipp. 3. 2. conuersationem eius potius in cælis, quàm in terris existere: vnde Chrysostomus, vbi supra, post acceptum hunc Spiritum Ecclesiam plenè cælum factam inclamat. *Quem Ecclesia Christiana, immo cælum hodie suscipit*, inquit, *facta est reipsa cælum, & cælestes homines efficit, qui cælestem Spiritum intra se ferant.* Quod amplius declarans, & elucidans, in alio sermone de Pentecost. elegantissimè sic ait. *Hodie nobis terra facta est cælum, non stellis de Cælo in terram descendentibus, sed Apostolis ad Cælum ascendentibus, quia effusa est copiosa gratia Spiritus sancti: & vniuersum orbem operata est, cælum non immutans naturam, sed voluntatem emendans, inuenit namque publicanum, & Euangelistam effecit, inuenit persecutorem, & Apostolum reddidit, inuenit meretricem, & Virginibus coæquauit.* Nil melius. Vnde non mirum, si tãquam cælestes, licet viuentes in terris, semper tanquam noui Dei Angeli in cælis conuersarentur, & tanquam stellæ fixæ in cælo manerent, immo his meliores, vt inquit idem, *Quid enim tales stellæ, sicut Apostoli? Stellæ in cælo, Apostoli super cælos, stellæ de igne insensibili, Apostoli de igne intelligibili, stellæ in nocte lucent, in die obscurantur, Apostoli in die, & in nocte suis radiis, hoc est virtutibus, effulgent, stellæ in resurrectione cadent, sicut folia,*

11. Et vt regna inferiora cum superioribus comunicarentur.

Ad Philipp. 3. 2.

Chrysost.

12. Eccles. per Spir. sanct. cælum facta.

Idem.

13. Apostoli stellæ, immo eis præclariores.

Idem.

Apostoli in resurrectione repericatur obuiam Chri-
14. *sto in aëra.* Si ergo adueniente hoc spiritu, terra
Communicatio hominum. & Angelorũ ingens post Spir. sancti aduentum. facta est cælum, & homines ex carneis cælestes,
quid mirum, si sicut isti ad supernum cælum ex hoc
infimo, sic cælestes Angeli è supremo ad hoc infi-
mum etiam euolarunt, ex quo facta sit talis, qualis
nunquam antea fuit, cælestium, terrenorumque re-
gnorum communicatio: quod equidem dixit Do-
Ioa. 1. nu. minus noster. Ioan. 1. num. 50. quando in præroga-
15. tiuam status illud affirmauit: Euangelici dicens.
Angeli post natũ Christum frequentissime ad terrã descendebant, &c. *Amen, amen dico vobis, videbitis cælum aper-*
tum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes
supra filium hominis. Vt diuinum illud prospice-
rent spectaculum, Deum scilicet hominem fa-
ctum, vt inquit Chrysost. serm. de Ascens. tom. 3.
Descendebant frequenter, ait, *quod proprium est ca-*
Idem. *pientium videre inopinatum spectaculum.*

Vnus equidem tantum erat homo, qui licet iu-
stus, non tamen Spiritu sancto repletus, & tamen
quia à Deo singulariter dilectus, ac prælectus, ad
eum statim ascenderunt, descenderuntque Angeli
Dei. *Vidit Iacob scalam, Angelos quoque Dei as-*
Gen. 28. *cendentes, & descendentes per eam.* Gen. 28. num.
nu. 12. 12. Qui è somno postea euigilans, huius ascensionis
descensionisque Angelorum assignans rationem,
ait, quia ibi erat, *Domus Dei & porta cæli*, vel vt in-
16. quit Cald. *è regione loci huius est porta cæli.* Porta
Angelos cur vidit Iacob ascendentes, & descendentes. ergo erat in cælo, seu è regione tantùm terræ illius
stabat cælum, & tamen illicò cum iusto illo, statim
se communicarunt Angeli, contulerunt Archan-
geli, quia, vt inquit Chrysostomus, vbi suprà, *No-*
stra bona suas vtilitates arbitrantur, & tamen
cælum tunc non erat reseratum, non vndique
Chrysost. vbi sup. apertum, immo non disruptum, sicut nunc, quan-
17. do desuper intonans Dominus, cælos disrumpens
Bona nostra vtilitates suas reputant Angeli. in terram descendit, sanctissimos replens, & im-
plens Apostolos. Qualis ergo erit nunc sanctorum
communicatio Angelorum, quando in terra iam
non solum aperta sit cæli ianua, neque è regione il-
lius sit cæli porta, sed ipsamet terra per huius ad-
uentum Spiritus cælum sit facta? & in illa non vnus
tantum iustus, sed multi, & tales iusti, huius omnes
repleti Spiritu, in quem ipsimet desiderant An-
geli prospicere?

18. Quarto promissus in aqua, ad demonstrandam
Spir. S. in aqua promissus ad denotandũ eius abundantiam. abundantiam, qua hic sanctissimus descensurus
erat Spiritus in hominum corda. Hanc notauit
Hieronymus in Epist. ad Edibiam super illa verba
Ioël 2. scilicet, *effundam de Spiritu meo super om-*
nem carnem. Verbum effusionis, inquit, *significat*
Hieron. *gratiæ largitatem, & idipsum sonat, quod Domi-*
nus repromisit, vos autem baptizabimini Spiritu
sãcto, non post multos hos dies, in tantũ enim Spiritu
sancto baptizati sunt, vt repleretur tota domus. En
qualis largitas talis ac tanti doni? tam largiter si-
quidem effusus, vt immersi sint Apostoli, vnde
19. pro *baptizabimini*, alia littera *immergemini.* Tam
Deus effusus in dando. copiosè dat Deus dona sua, & talia dona, sicque ea
diffundit, ac si essent aqua, & non liquores. *Chari-*
tas Dei diffusa est in cordibus nostris, inquit Paulus
Ad Rom. 8. num. 5. ad Rom. 8. num. 5. quod adnotans Chrysostomus
Chrysost. hom. 9. sic ait. *Non dixit data est, sed effusa, largi-*
tatem ostendens, quod enim maximum erat donum,
hoc dedit, non cælum, non terram, non mare, sed quod
his omnibus antiquius pretiosiusque erat, Spiritum
enim sanctum, & hunc dedit, non sensim, ac pedeten-
tim, sed cumulatè, ac plena manu bonorum fontem
effudit. O quàm liberalis est conditio Dei nostri!
Idem. talis est Dominus noster, inquit idem hom. 18. in

A cap. 4. Genes. *Vt largus dona sua nobis eroget*, ta-
lis vt dando plenè se euacuet, itavt amplius dare 20. Flaue se euacuat.
non possit, Cantic. 1. num. 13. *Oleum effusum nomen*
tuum. vbi 70. *Oleum euacuatum, seu exinanitum.* Cant. 1. 3.
Quod considerauit Ambr. in Ps. 37. vers. 7. hanc 70.
olei contra ponens effusionem, cum illa calicis iræ Psal. 37.
Dei de qua in Psal. 74. num. 9. vbi dicitur quòd 7.
Calix in manu Domini, vini meri plenus mixto, ve- Ps. 74. 9.
rumtamen fæx eius non est exinanita. Ponderat Ambr.
enim Ambrosius, quòd cùm esset calix iræ, ideo 21.
non est exinanitus, *ad terrendum*, inquit, *plenus est* Ira Dei nõ
calix, ad feriendum non est exinanitus. Vnde addit tota effũditur, ex Dei bonitate.
Dei Ecclesiam exinanitionem non solitam expe-
riri in Dei ira, sed in Dei donis, quia dando Deus 22.
ita dat, vt quasi se exinanire videatur, *Ecclesia Chri-* Ecc. Dei nõ
stianorum, inquit, *calicem iræ exinanire non nouit,* in ira, sed
sed exinanitum vnguentum, propter quod se Chri- in donorũ
B *stus exinaniuit, vt vbique peragraret.* effusione

Enimuero seruus ille, qui decem millia domino experitur Deum exinanitum.
debebat talenta, Matth. 18. num. 26. non habens
vnde redderet, cùm iussisset dominus vxorem, fi- Mat. 18.
lios, & omnia quæ habebat venundari vt redderet, num. 26.
nil aliud inuenimus rogasse, nisi patientiam, non
debiti relaxationem, *Patientiam*, inquit, *habe in*
me, & omnia reddam tibi. At Dominus quid? nũ-
quid tantùm patientiam, immo & misericordiam,
& personæ liberationem totiusque debiti remissio-
nem, *Misertus dominus serui illius, dimisit eum, &*
debitum dimisit ei. En quantum effudit, prorsus
se euacuauit, totum dedit, nil sibi reseruauit. Non- 23.
ne sufficeret tantum partem aliquam relaxare? Et Deus semel
satis superque erat, dum tantum erat debitum, suf- dando totũ
ficiebat, si homo esset, qui dimitteret, at non, quia das.
Deus, qui dum dat & nescit parum, & totum dat,
nam vt eleganter dixit Cyprianus in epist. ad Do- Cyprian.
C natum, *In capessendo munere cælesti mensura nulla,* 24.
vel modus est. Profluens largitur Spiritus, nullis fi- Nulla me-
nibus premitur, nec coercentibus claustris intra sionum
certa metarum spatia refrænatur, manat iugiter, mensura.
exuberat affluenter, nec mirum, si totum, quod
extra se, det, si seipsum dando, totum se dedit, itavt
amplius quod daret, non haberet: quid ergo mul-
tum, si postea dando cæteras, ita det, vt penitus se 25.
euacuet, dato enim illo antecedenti, consequens Deus dum
est vt cætera omnia profusè etiam det. semel sei-

Hoc voluit concludere Paulus ad Rom. 8. 32. psum dedit, & simul
quando dixit: *Qui proprio filio non pepercit, sed* omnia cum
pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non illo.
etiam cum illo omnia nobis donauit, seu vt exem- Ad Ro. 8.
plaria Græca, & Ambrosius legit, *donabit*: vbi no- n. 31.
D tandum est verbum *pepercit*, significat enim hanc 26.
Dei in dando profusionem, nam semel ad dandum Profusa Dei
accinctus, ita dedit, vt non ei terram, cælum, An- largitio
gelos, Paradisum sufficeret, & quidquid tandem quando fi-
infra ipsum erat homini dare, sed nec filio peper- lium dedit.
cit. dum potens illum dare, etiam illum dedit, nil
sibi retinens, nil prorsus reseruans, totum dans, pœ-
nitus se euacuans, ita vt amplius quid daret non
haberet. Quid ergo mirum, si largiter postea, non
tantum det, sed dona effundat sua, qui seipsum sic
pro nobis effudit, primum equidem fuit admiran- Chrys.
dum, quòd seipsum daret, quod postea fecit, non 27
mirum, quia ad illud, vt diximus, quid consequens Post incar-
est: quod admirabiliter notauit Chrysost. in cap. 12. nationis
Matth. dum dixit, *Illud est admirationis omnimodo* beneficiũ,
plenum, quòd ille, qui erat Deus, homo fieri voluit, reliqua tã-
iam vero alia iuxta rationis ordinem consequuntur, quam ex
ex illo enim antecedente, quod & natus, & datus consequen-
est nobis filius Dei rectè infertur, cætera omnia, fa- ti sequuntur.

cillimo negotio donaturum, qui à tanto beneficio non abstinuit. Nil melius, totú se dedit, nec filio pepercit, totum se effundit, quid mirum, si eum cætera det, etiam profundat, & nesciat parum dare?

28. Dei profusa largitas notatur in Samsone.

Samson, vt supra vidimus, siti æstuans, aquam ad se refocillandum petiit, at Deus numquid paтum aquæ, quantum ad se refocillandum? fontem equidem aquarum, perennem, lacum, aquas, non aquam ei dedit, ita vt non solum bibere, & se refocillare, sed lauare, sed se immergere in illis posset, si vellet, Iudic. 15. num. 19. *Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla Asini, & egressa sunt ex eo aqua.* vbi 70. *& rupit Deus lacum, & exiit ex eo aqua.* Lacus, vt inquiunt Grammatici, est locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, efficiens riuos & flumina, ad differentiam stagni, quia hoc ad tempus habet aquam stagnantem, quæ plerumque hyeme colligi solet, æstate siccari. Vnde Virgilius 4. Georg.

Iudic. 15. 19.
70.
29. Lacus quid.
Virgil.

B

Iamque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes.

Rupit ergo Deus Samsoni lacum, ex quo riui, ex quo flumina, vt sic dicam, quod etiam noster innuit vulgatus, dum nō simpliciter ait, quod egressa est aqua, sed quod *egressa sunt ex eo aqua*, ad denotandam copiam, sufficientiam, abundantiam, immo aquarum superabundantiam, quas Deus Samsoni, dum ipse tantum aquam ad se refocillandum petiit, largiter effudit, immo quas, miser, nec ausus est petere: sic angustum cor est hominis; tantum dixit, *en siti morior*, nam dum fons ibi non aderat, nec vnde posset aquam haurire, inopia hac oppressus, impossibilia non ausus est petere, sed tantum dixit quod siti moriebatur, miser homo, & verè parcus, nesciens Domini sui largitatem, potentiamque, ideo parum petit, angustoque corde, hinc, & si ipse aliquid Deo dat, aut pro Deo facit, magnum reputat, & statim mercedem requirit: audi Petrum dicentem. *Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo dabis nobis?* Matth. 19. 27. at qualia erant illa omnia? tu scis, sic Abraham vix de terra exiens sua cum filiis, parentibus, vxoribus, totaque substantia, ac illico dixit, *Domine Deus quid dabis mihi?* Gen. 15. 2.

30. Homo in petendo adeo angustum habet cor.
C
31. Sicut, & ei dando.
Mat. 19. 27.
32. Mercedem illico ab eo requirit.
Gen. 15. 2.

Immo, etsi Deus homini infinita det, si vnum tantum ad votum desit, quasi pro nihilo ea omnia ducit, & sic reputat ac si nihil accepisset: quod in istis considerandum Abrahami verbis, si tempus spectes quo ea dixit, fuit etenim, postquam reuersus de Ægypto, sic diuitiis onustus simul cum fratre, vt dicat scriptura, *quòd eos simul capere non poterat* terra, Gen. 13. 6. & specialiter de Abrahamo, *quod erat diues valde, in possessione auri, & argenti,* & tamen cùm hæc omnia ei dedisset Deus, quia tamen filios non dederat, quos desiderabat, quasi pro nihilo illa reputans, ait: *quid dabis mihi?*

33. Indignatur & si multa acceperit, si vnum ad votum non succedat.
D
Gen. 13. 6

Quinimmo, etsi illicò non dat, etiam si infinitum prius dedit, statim omnium illorum obliuiscitur homo, & quasi nihil Deus dedisset, de eo obmurmurat, & contra eum latrat. Exod. 16. 3. *Filij dixerunt Israël, vtinam mortui essemus per manum Domini in Ægypto, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate.* Laborum, ærumnarum, ac seruitutis obliti, à qua Deus tantis eos miraculis, tantisque prodigiis eripuerat, bonorumque insuper omnium obliti, quibus illos repleuerat, Ægyptum omnem propter ipsos spolians, quo nonobstante, quia illicò panem non de- A dit (& tamen vix farinula Ægypti defecerat) illico de Deo murmurarunt, omnium obliti, pro magno reputantes de Ægypto exiisse: non mireris, quia homines sunt qui paruum, qui angustum possident cor, qui sicut petere à Deo nesciunt, sic nec dare. Vnde non mirum si Samson, qui homo, non ausus fuerit petere aquam. At Deus, qui magnum, latum, & infinitum habet cor, qui mare magnum, & spatiosum in se magnificentiæ continet, & largitatis, dum aquam semel dare constituit, non ad refocillationem, non ad sitim extinguendam, sed ad abundantiam, ad immersionem vsque eam dedit, vti nunc daturus Spiritum suum, ita dedit, vt penè in illo immergerentur, immo & submergerentur Apostoli *Baptizabimini spiritu Sancto, immergemini*: quod cùm ita sit, quid mirum si in igne venturus in aqua promissus, dum talem de se copiam exhibiturus erat.

34. Omnium acceptorũ obliuiscitur, si statim quod iterum petit non accipiat, impatiens moræ.
Exod. 16. 3.

B Tandem in aquę symbolo promissus, licet in igne venturus, quia sicut aqua sitim extinguit, sic diuinus iste ignis rerum sitim mundanarum, & insuper ita animam exsatiat, vt nō sitiet iterum, immo nec in æternum Ioan. 4. 16. Quod non sic in his qui huius mundi sitiunt res, nam licet eas possideant, non solum sitim non extinguunt, immo augent, dum animam non exsatiant. Hoc considerauit sanctissimus Pater Augustinus in expositione Psal. 21. super illa verba, *Edent pauperes & saturabuntur.* vbi sic ait, *Beati pauperes, quia ideo edunt, vt saturentur, qui autem diuites sunt, non saturantur.* Cur illi non saturantur illi saturantur? quia illi Dominum quærunt, isti non quærunt, sed temporalia, quæ sitim potius augent, quàm extinguunt, *Illius enim purpura, & byssus,* inquit idem in Psal. 3. super illa C verba; *Gloria, & diuitia in domo eius, & epulæ splendida, cùm præsto sunt transeunt, & cùm ad finem venerint, aquæ guttam è digito stillantem, desiderans ardens lingua, clamabit.* At Deus nō sic, exsatiat equidem, quia totus est quod anima desiderat, *Eorum, qua diligis,* inquit idem tract. 13. in Ioan. *totus est Deus*, quod explicans sanctus Pater sequitur; *si visibilia attendis, nec panis est Deus, nec aqua est Deus, nec lux est Deus, nec vestis est Deus, nec domus est Deus, omnia hae enim visibilia sunt, & singula sunt, quod est panis, non est aqua, quod est vestis, non est domus, & quod sunt ista, non hoc est Deus, visibilia enim sunt, Deus sibi totum est, si in tenebris es, lumen sibi est incorruptibile, si nudus es, immortalitatis vestis sibi est, si esurieris, panis tibi est, si sitieris aqua tibi est.* Egregiè. Ergo si totum est Deus, licet vnus, & non multiplex, in illo quidquid anima desiderat, habet: ergo si ex illo fonte bibit inebriabitur, & exsatiabitur, fons iste Spiritus eius D est, vt inquit Ioan. qui ergo ex hoc Spiritu hauserit exsatiabitur, implebitur, omnino sitim suam extinguet, ita vt fastidiens omnia hæc, protinus ea abhorrens statim ad superna aduolet.

35. Spir. sanct. in aqua promissus, quia mundi sitim eiusq; rerum extinguit.
Io. 4. 16.
Augus.
36. Res mundi sitim augēt non extinguunt.
Idem.
37. Deus eur satiat.
Idem.
38. Deo gustato statim omnia fastidiunt.

Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis, ait sponsa, Cantic. 1. n. 1. *Quid per vbera,* inquit Rupertus lib. 1. in hoc cap. *nisi dulcedinem Dei intelligimus, & quid est dulcedo eius, nisi spiritus Sanctus, qui dum animam infundit, illico rerum huius mundi fastidiens clamat, meliora sunt* &c. Cuius dulcedo tanta ac talis est, sicq; ab ea anima inebriatur, vt nec ipsamet, quæ accipit, & qui eam sentit, explicare possit. *Aspiratio sancti Spiritus*, inquit Greg. lib. 5. Mor. explicans illa verba cap. 4. Iob. *Porro ad me dictum est verbum absconditum, sentiri potest, sed exprimi per verba*

Cant. 1. num. 1.
Rupertus.
39. Dulcedo Dei, nec quid sit ab ipsa degustata anima percipi potest, quinimo eloqui.
Greg.

non potest. Immo nec ipsa eam percipit anima, nisi illi, quid sit, Deus reuelet, vnde in Apoc. cap. 2. nu. 17. *Vincenti* dicit *dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit:*

Apoc. 2. num. 12.

40. Manna absconditum Dei dulcedo.

Bernard.

Quid per manna absconditum, nisi hæc Spiritus sancti dulcedo? vt ait Bernard. de conuers. ad Clericos cap. 11. sicut & per nomen nouum, ipsa reuelatio diuina, quæ gustanti, quid sit ipse dulcedo insinuat, cùm ipsamet anima, quæ accipit, ita extra se sit, vt nec ipsa attingat quid sit illud; *Nō illud* (scilicet nomen) inquit Bernardus, *eruditio, sed vnctio docet, nec scientia, sed conscientia comprahendit.*

Exod. 16. num. 15.

41. Man degustatũ, quid esset ignorabant filij Israël, hinc nec nomen ei imponere potuerunt.

Vnde Exod. 16. num. 15. licet filij Israël ederent, gustarent, perspicerent (Man) tamen nunquam nomen illi imponere valuerunt, sed semper illud (Man) appellarunt, quod interpretatur hoc *donum*, aut *munus*, & *quid est*? Sciebant illud esse donum, esse munus, sed quid esset penitus ignorabant, nec nomen imponere poterant, quia licet vnum, cùm in se omnium gustus & sapores contineret, plenè appetitum exsatians; hinc quo illud nomine insignirent penitus ignorabant, cùm omnia saperet degustatum.

42. Animæ sanctę delectatione ebriæ nomen dilecto imponere nesciunt, nisi diuina accedat reuelatio.

Sic animæ sanctæ dum hanc Spiritus dulcedinem degustant, sic reficiuntur, exsatiantur, & inebriantur, omnia simul in illa degustantes, vt licet sciant donum esse, tamen nec ipsæ illi nomen imponere possunt, nec de illa diiudicare, & ideo, vt plenè eas Deus exsatiet, reuelatione sua diuina, dat eis calculum, & in eo scriptum nomen, scientiam scilicet huius dulcedinis practicam, quam degustantes, & nomen aspicientes eo dilectum vocant, varia quidem pro diuersitate delectationis appellatione:

43. Vt vocant sponsum accepta reuelatione.

aliæ enim eum sponsum, quia ad sponsum sapit delectatio, aliæ amorem, quia ad amorem, alię vitam, quia ad vitam, aliæ redemptorem, quia ad redemptionem, aliæ pinguedinem, quia ad satietatem, & vbertatem, vocant, inquam, sed intra se, & in illo mentis excessu, lingua Spiritus, & verbis ipsiusmet Spiritus, at si postea extra excessum factæ, velint nomen illud exponere, nec possunt, nec debent.

44. Extra illam nec valent, nec possunt sponsum nominare.

2. ad Co. 12. nu. 24.

Cornel.

Cant. 4. 11.

Audiui arcana verba, inquit Paulus ad Cor. 2. 12. num. 24. *quæ non licet homini loqui*, cur non licet? *Tum quia prohibitum*, inquit modernus quidam hîc, tum quia *fando, & explicando adæquare non possumus. Fauus distillans labia tua sponsa: mel, & lac sub lingua tua*, inquit sponsus Cantic. 4. 11. Sub lingua, non super linguam dixit, quia etsi distillet fauus, melle lacteque manet in contemplationis actu, extra ipsum tamen sub lingua manent explicatu impossibilia.

45. Mel sub lingua spōsæ, quid significet.

Bern.

Non est hic sermo, inquit Bernard. in libro sent. hunc exponens locum *in lingua, sed sub linguam*, hoc est affatu impossibilis; vnde sequitur, *Idem enim auris non audit, quia nec lingua protulit, quod præparauit Deus his, qui diligunt.*

Exod. 4. 10.

Origen.

Moyses enim Exod. 4. num. 10. licet eloquentissimus, dum moraretur in Ægypto, vt inquit Origenes in Glos. immo tantæ eloquentiæ, vt ob hoc ipsum tota veneraretur Ægyptus;

46. Moyses in Egypto eloquentissimus.

Dum esset Moyses in Ægypto, ait, *non erat gracili voce, nec tardus lingua, nec profitebatur se ineloquentem*: At tunc primo se mutum, ineloquentemque agnouit, quando cum Deo affatus impossibile reperit verba inuenire, quæ quod senserat explicarent:

47. Post Dei locutionē ineloquēs, & cur.

Idem.

prius eloquens, quia terrena, & cum hominibus loquebatur, postea mutus, quia cum Deo, de Deo loqui tenebatur. *Mutis enim labiis*, assignans rationem, inquit idem Origenes vbi supra, *quamuis indoctus homo comparetur, eloquens videbitur; si vero eruditis & eloquentibus, stultus, & mutus.* Maior equidem distantia est, quæ inter Deum & hominem, quàm quæ inter ignorantem intercedit & doctum, immo infinita. Si ergo homo indoctus, mutus apparebit coram erudito, quanto magis coram Deo? Vnde non mirum, si ad locutionem Dei, Deique conuersationem clamet Moyses, dicens. *Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum.* Quod videns Deus, primo prouidit ei de ore, fratrem nempe suum, & cùm nec hoc sufficeret, impar enim ad quæ sunt Dei fanda humana inuenitur lingua, ipsemet Deus seipsorum oribus coniunxit, vt sic non hominum, sed ipsius Dei lingua, quæ eius erant explicarentur. *Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum.*

48. Animę sanctæ ex Dei conuersatione obmutescunt.

Antioch.

Mutus ergo fit Moyses ex Dei consortio, & mutæ etiam animæ ex Dei consolatione, foris eam non volentes explicare, vnde intus penitus exsatiatæ, & ad quæ foris sunt emortuæ, intus totæ in dilectum transferuntur; *Quisquis perfectam in Deo dilectionem semel possedit*, inquit sanctus Antiochus serm. de Charit. tom. 1. *in hac etiam nunc sic adest vita, quasi non sit, extorrem enim se, & proinde computat alienum ab ijs, quæcumque oculis subiacent, admirabili constantia, ad inuisibilia suspirans, totus enim felici alteratione à se transiuit in dilectionem Dei.*

49. Totæ in dilectionem Dei transferuntur, per amorē.

Optimè, totæ transeunt, nil sui relinquunt, quia totum se illis dat, & confert Deus, non per partes, non parcè, non paulatim, sed tanquam aquæ eis se infundens, & effundēs, exsatians, extinguens, penitusque explens eorum sitim, vnde non mirum si in igne venturus, in aquæ symbolo sit promissus, quod est elementum, terram circumdans, & replens, totam per riuulos, secretosque tramites eam madefaciens, vt sic intelligas aptè per aquam præfiguratum esse Spiritum illum sanctum, tantæ virtutis, vt repleat orbem terræ, ita omnia penetrans, vt nil vacuum à præsentia eius relinquat, ita corda madefaciens, vt totaliter dulcedine ineffabili repleat, vnde merito dicitur de hoc Spiritu, vt inquit noster Sapiens: quod orbem repleuit terrarum &c. immo & replet.

HOMILIA XVI.

De fructu aduentus Spiritus sancti.

REpleuit ergo, sed cum fructu, nulli enim dubium esse potest quin fructus ex aduentu huius Spiritus hominibus exhibiti, propemodum infiniti fuerint, quos si aliquo modo numerare vis, vide Paulum ad Galatas 5. num. 22. vnum tamen nos hîc attingemus, nempè scientiæ, quam cordibus indidit hominum, expellendo ignorantiam, memoriamque confortando, ob quod Dominus noster dum de eo loqueretur; sic inquit: *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* Ioan. 14. 26. *Docebit* primus fructus, *suggeret* secūdus: docebit, illuminando intellectum; suggeret, confortando memoriam. Pro qua re

Ad Gal. 5. nu. 22.

1. Fructus scientiæ à Spir. sancto Apostolis infusus expenditur.

Ioā. 14. 26

Aduertendum, duo præcipuè mala peccatum in

2. Spir. S. da-

tus ad memoriam Apostolorũ confortandam.

A nobis operatum, primum offuscationem intellectus;ita,vt quod prius sciebat, postea nesciret, & debilitatem memoriæ,tantoperè, vt præteritorum omnino,& præsentium multa obliuisceretur. *Sapientiam enim prætereuntes*, inquit noster hîc Sapiens cap.10.num. 8. *in hoc lapsi sunt, vt ignorarent bona*, quod est primum malum, *non est priorum memoria, sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio*, quod est secundum. Vnde factum,vt homo ex vna parte non intelligeret, & quando postea intelligebat, obliuisceretur.

3. Peccatum duo in nobis mala patrauit intellectus offuscationem,&memoriæ debilitatem.

Sap.10.8

Hoc totum Dominus noster cum discipulis expertus fuerat suis, cùm ex vna parte vidisset eos non capere,quæ ipse dicebat, immo nec capere posse. *Multa habeo vobis dicere,sed non potestis portare modo*. Ioan. 16. 12. immò incredulos aliquando eius stetisse dictis: *Durus est hic sermo,& quis eum potest audire?* Ioan.6. 60. Ex altera vero,cùm proposuisset tam multa,& dicta,& facta,perspexit impossibile,vt memoria ea retinerent,tam enim multa erant,vt Ioan. dicat. *Sunt alia multa, quæ fecit Iesus,quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos,qui scribendi sunt libri*. Ioan.21.25.

4. Illa Apostoli patiebantur.

Io.16.12.

Io.6.60.

5. Infinita à Christo facta.

Ioan.21. 25.

Ob quod factum,vt duobus extremè necessariis indigerent Apostoli, illustratione nempè intellectus, memoriæque confortatione: illustratione intellectus ad doctrinam Christi,eiusque mysteria intelligenda: confortatione memoriæ,ad illa infinita rememoranda,& retinenda,quæ dixit,fecitque Dominus Iesus. Hæc autem duo doctor hic præstitit diuinus,aperuit intellectum omnium infundendo scientiam mysteriorum docendo eos, *Ipse vos docebit omnia*, & confortauit memoriam,dum illa multa quæ fecit,dixitque Dominus noster memoriæ eorum suggessit, *& suggeret omnia quæcumque dixero*. Græc. *quæcumque dixi vobis*. Hoc autem,quod semel Apostolis fecit ipse Spiritus,quotidie cum sanctis facit suis, nam ideo mentes eorum illustrantur & memoria eorum vigens manet,quia eis hic sanctus adest Spiritus, vnde quibus non adest, mirum quantum hæc duo ipsis damnum pariant: nam quid homini damnabilius,quam Verbum Dei,doctrinamque eius non intelligere?

6. Spiritus S. & intellectum illustrauit discipulorum, & memoriam fœcũdauit.

C

7. Quod & quotidie cum sanctis operatur.

8. Nullum homini maius malum, qvàm verbum Dei non intelligere.

Peioris equidem conditionis hoc facit hominem, quàm ipsa animalia, *Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit*. Isa.1. num. 3. Magna væcordia, vt quod non solum animalia,sed inter illa stolidissima, vt adnotat Hieronymus,agnoscebant, homo non agnosceret. Quare meritò,vt notauit hic Basilius. *Qui è tanta dignitate exciderunt, aut non cognouerunt in quo essent ordine, autorique tot beneficiorum,aut in amore præstando, aut habendis gratiis non respondernnt,asinis comparantur, iuxta illud Ps. Homo cùm in honore esset &c.*

Is.1.n.3.

Hieron.

Basilius.

D

9. Homo ingratus bestijs peior.

Bos cognouit, hoc est cognoscere solet possessorem suum,& gratum se exhibere arando,triturando,&vehendo eius onera, immo si cum Foterio, per Bouem taurum admissarium intelligere velimus, admiratio crescit,qui armenta præit,velut dux,ferusque est,& iugi impatiens, tamen cognoscit dominum suum, non calce,non cornu illum impetens,immo libentissimè gregem domini sui, in fidem suam veluti cõmissum, in possessoris sui caulas reducit, asinus etiam,præsepe domini sui,hoc est dominum præsepis sui,qui se in præsepio alit,agnoscit, eique seruit,& obedit:attamen cùm Deus verus sit possessor hominis,vereque eum pascat, nec eum agnoscit, nec intelligit vocantem, iubentem, minantem,obsecrantem; vnde stolidior, insipientiorque illis,dum vocem Dei sui non audit,non percipit.

Forerius.

At licet bestiis stolidiores talis ignorantia homines efficiat,maius tamen quid præstat malum, nempè vt Deus talem ignorantem ea pœna mulctet, qua maior excogitari nequeat, lapsus scilicet permissione in peccatum. Ose.4.num.14. *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras,cum adulterauerint*. Non visitabo,inquit,quod tantum sonat,quantum non puniam,siue non flagellabo, *quod fiebat*, vt inquit Lyra. *non impediendo eas à malis suis*. Nam quando Deus castigat, simulque à peccato impedit, talis flagellatio potius misericordiæ est opus, quàm iustitiæ,at quando desinit flagellare permittendo casum,vltimũ est, quod immittere potest flagellum.

10. Lapsus in peccatum pœna,Dei ignoratio. *Ose.4.nu. 14.*

11. Deum non flagellare vltimum est malum. *Lyra.*

B

Quod tantum à Deo hominibus malum,ob duo inuenies immissum, 1. num. 13. *Quia Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo, ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & spōsæ vestræ adulteræ erunt*. En causa totius infamiæ domorum, familiarumque,fornicaris à Deo,permittet Deus, vt fornicatio sit in domo tua, adulteraris à Deo, vt adulteratio fit in familia tua. Interlinear. inquit, *Quia vos filij mei fornicati estis,& quod mihi Patri,& Sponso fecistis,in vxoribus, & filiabus patiemini*. Perbellè equidem; dignum quippe est,vt qui Deum Patrem,& sponsum inhonorat, inhonoratus in domo,familiaque sua maneat, & quòd Deus fornicationem illam,aut adulterium, quod flagellando impedire poterat,ob iustum iudicium suum, hominisq; demerita, nõ flagellando permittat.

N. 13.

12. Domorum infamiæ per adulteria, & fornicationes vnde. *Interlinear.*

Secundum autem est, quia *populus non intelligens vapulabit*.non intellexit Dei verbum, ac doctrinam monitionesque,vapulabit. Sed quid per non intelligere? omnes equidem Christiani intelligunt,omnes verbum Dei audiunt, omnes doctrinam Christi, eiusque præcepta sciunt, quid ergo est non intelligere? qualisque hæc est ignorantia, quæ tantum Deo displicet?

C

13. Christiani quomodo verbum Dei non audiunt.

Celebris est illa quæstio,tum inter Philosophos, tum inter Theologos, semel supposito, quòd omnis,qui peccat, habet aliquem in intellectu defectum,qualis ille sit,multi enim multa dicunt. Aliqui affirmant esse errorem practicum, quo qui peccat dicit hîc & nunc secundum rationem practicè licere actionem illam,& conuenientem esse. Alij esse errorem particularis conclusionis de re operanda,existente perfecta scientia, & cognitione in vniuersum, vt licet malum sit peccatum mæchiæ,verbi gratia,sic generaliter loquendo, tamen hîc & nunc mæchiam ob delectationem esse appetendam. Alij errorem agnoscunt in imperio intellectus, qui malè imperat voluntati. Alij illum agnoscunt non in iussione intellectus, sed in propositione,quia scilicet voluntati proponitur, quod non debet. Alij verò aliter. Sed, vt verum fatear, mihi semper arrisit opinio illa Arist. quam sequitur Vasquez. 1. 2.disp.1:8. Philosophus enim subtiliter hoc perquirens in 2. Ethic.cap.1.& 10. dicit talem in intellectu errorem,neque esse falsitatem practicam,neque falsam conclusionem particularem,quia bene scit qui peccat, quòd malum agit, neque imperium, intellectusve propositionem, quia licet malè proponat, scit tamen quòd malè proponit,& sic non est ignorans,sed errorem consistere in propositionis modo,quo intellectus bonum proponit, & malum, aut rationes verorum

14. Defectus in intellectu peccãtis qualis sit.

D

Arist.

Vasquez.

que, nam frigidè & remissè absque viuacitate proponit quæ incitant ad bonum honestum, efficaciter autem, & ardenter, quæ ad delectabile; vnde fit, vt voluntas sequatur rationes efficaciter propositas, deserat autem quas remissè, verba Aristotelis
15. Incontinētes vt bonū consideratr̄ honestum.
sunt: *Cùm autem vltima propositio rei sit sensibilis opinatio, atque actuum domina, hanc incontinens, aut non habet, dum est in perturbatione, aut sic se habet, vt in habendo non sit scire, sed dicere*, perinde, *atque dormiens, & temalentus Empedoclis carmina proferret*. & cap. 10. *Hæc incontinens se habet, non vt is, qui scit, & contemplatur, sed vt is, qui dormit, aut est vinolentus, & sponte sua agit, scit enim quomodo & quid, & cuius gratia facit.* Defectus ergo seu intellectus ignorantia in peccante, secundum Aristotelem in frigida consistit, molli, remissaque cogitatione actionis bonæ, cùm hanc ardentius, viuaciusque proponere deberet, quòd non sic agit, sed è contrario turpem proponit efficaciter, honestam inefficaciter, hinc peccata, &
16. Ignorantia Christianorum in quo consistat.
mala, hinc orbis perditio: hæc Christianorum ignorantia, & hoc modo est populus Dei non intelligens.

17. Vt somniātes bonum faciunt.
Vnde quæso putandum, quòd Christiani Dei scientes legem eiusque præcepta, tanta mala perpetiétur? ab hac equidē radice, quia veluti dormientes eam intelligunt, ac veluti somniantes faciunt, &
Ps. 125. num. 1. Pagn.
considerant bonum. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Psal. 125. n. 1. Pagn. *veluti somniantes.* Tanta erat lætitia, vt videretur eis somniare, & tanquam somniantes illam reputabant liberationem, ita, vt nec crederent, sic bonum, sic à misera diaboli seruitute per Christum liberationem considerant homines tanquam somniantes: nam vt inquit Augustinus serm. 77. de
August.
18 Delectatio sācta, cum carnali simol existere non possunt.
tempore. *Praeoccupatum desideriis sæcularibus animum, delectatio sancta*, adde & cogitatio, *declinat, nec misceri poterunt vana veris, æterna caducis, spiritualia carnalibus, vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ super terram, sed discernenda sunt, & separanda, quæ humana sunt, & extra velum relinquenda ei, qui ad Sancta sanctoram accedere intendit.* Nil melius, ideo vt somniantes quæ sunt
19. Seculares cur spiritualia efficaciter cōsiderare non valent.
Dei considerant, quia vana veris, æterna caducis, spiritualia carnalibus misceri, simulque retinere appetunt, at cùm hoc impossibile, à carnalibus abstracti, spiritualia vti insomnia eis fiunt; hinc tanta mala, immo & ipsius terræ desolatio, vt sensatissimè plorauit Hierem. 12. num. 11. dicens. *Desolatione*
Hier. 12. 11.
desolata est terra, quia non est qui recogitet corde.

20. Quomodo diuina cogitanda.
Recogitare necesse est, non cogitare, hoc est non semel in anno bonum cogitare, & se confiteri, nec etiam sufficit, & si millies recogites, nisi addas illud *corde*, id est efficaciter, viuaciter, non molliter, & remissè. vnde fit, quòd etsi verum, Christianos intelligere, Deique scire legem, ac eius præcepta, quia tamen proinde illam sciunt, ac si dormientes, & veluti vinolenti, non intelligentes sint, & ideo vt populus non intelligens, & ignorans vapulabit, cui vt occurratur malo, veniat doctor quidam, qui hunc suppleat defectum, & faciat vt intellectus expergiscatur, & non dormiat, ita vt boni propositiones ita efficaciter voluntati proponat, vt infallibiliter eas voluntas assequatur.

At nullus ad hoc potens, nisi Spiritus hic sanctus, qui simul docens inflammat corda, accendit
21. Spis. S doctrina
voluntatem, illustrat intellectum, & illustrando simul viuacem reddit & ardentem, & ideo doctrina talis Spiritus ignea, & est ipse ignis, vnde in igne descendens, illustrauit quidem discipulorum mentes, sed non solum illustrauit, vt scirent, sed accendit, vt arderent (quod proprium huius doctrinæ
ignea eiusque effectus
est:) ex quo factum, vt nō amplius veluti somniantes, aut ebrij, vt inquit Petrus Actor. 2. num. 15. præcepta custodirent diuina, sed veluti fortes viri,
Act. 2. num. 15.
strenuè, & hilariter, ac sobrij currerent ad ardua, impleterent difficilia, quod omne ex doctore, quem misit illis Iesus, qui & eorum mentes docendo illustrauit, & ardendo accendit. Vnde Ber. serm. 1. in Pentecost. *Spiritus in Apostolos in igne apparuit*, inquit, *propter lumen pariter, & ardorem, quos enim repleuerat, & Spiritu feruere & veritatem cognoscere fecit.* Fecit ergo cognoscere veritatem,
Bernard.
quia in luce descendit, & doctor lucis est, descendens etiam ipse à Patre luminum, & spiritu eos feruere fecit, quia eorum mentes ita accendit, vt non amplius remissi, sed ardentes, præcepta, quæ sciebant, implerent.

Sed quo medio talis ignis illud effecit, vt ardentes scilicet operarentur? quis audebit edissere?
12. Quomodo ardere facit mentē.
vix enim capit illud mens, aut cogitare potest intellectus. Augustinus enim lib. 2. de peccator. merit. cap. 17. petit cur homines peccant? respon-
August
23. Homines cur peccāt.
det, quia *nolunt sine peccato manere.* Petit iterum, & cur nolunt? respondet. *Nolunt homines, sine quia latet quod iustum est, sine quia non delectat, tanto enim aliquid vehementius volumus, eo quod delectamur.* Delectatio ergo est causa efficacitatis in opere. Si ergo vis scire quo medio Apostolorum corda accendit Spiritus sanctus, respondeo, immo & respondet Augustinus, delectatione & gaudio ea replendo. Etsi inquiras adhuc, quale, aut de quo erat hoc gaudium? Bernardum tibi adijciam, qui
Bernard.
Apostolis in persona loquens Christi, de eius consolans eos absentia, sic inquit serm. 2. in die Pent. *Ne de absentia mea vel murmures, vel contristeris; mittam tibi Spiritum Paraclitum, qui tibi*
24. Gaudium Spir S. maximum quod.
donet pignus salutis, & robur vitæ. hoc est gaudium habere in seipsis pignus salutis, & robur vitæ: sed quid per pignus salutis, & robur vitæ? audi eundem. *Pignus salutis, vt ipse Spiritus reddat testimonium Spiritui tuo, quod filius Dei sis, qui certissima signa prædestinationis tuæ cordi tuo imprimat, & ostendat, qui donet lætitiam in corde tuo, & de rore cæli, si non continuè, tamen sæpissimè mentem tuam impinguet, robur autem vitæ, vt quod per naturam tibi est impossibile, per gratiam non solum possibile, sed etiam facile fiat, ita vt in laboribus, in vigiliis, in fame, & siti, & in omnibus obseruantiis, quæ nisi farinula ista dulcerentur, prorsus mors in olla appareat, delectabiliter intendas, sicut in omnibus diuitiis.* En gaudium, en delectatio, spem vitæ intus habere, externæ, & laboriosa lætanter sustinere, immò cum delectatione. At quanta fuerit hæc delectatio, quale illud gaudium, quæ lingua, aut quis intellectus capere illud poterit, dulciter idem Bernardus hom. de duobus discipulis
Idem.
euntibus in Emaus, super illa verba, *Nonne cor nostrum ardens erat*, ait, *Clausula ista non est exponenda, sed ruminanda.* Et ratio est, quia ardor ille,
25. Dei delectatio ruminari potest, exponi non potest.
ille splendor & amor, qui in corde sentitur amantis, dum illud visitatio implet diuina, gustare potest, exprimi non potest, ardet, splendet, confortat. vnde Bernardus. *O dulcis ardor, dulcis splendor,*
Bernard.
dulcis amor, ardor confortans, splendor illuminans, amor inebrians, quàm dulciter ardes, quàm mirabiliter splendes, quàm sufficienter totum cor hominis imples? At quomodo ardeat, splendeat, confortet

fortet, ruminari poteſt, exponi minimè, hinc quanta, & qualis illa ſuperni huius fuerit delectatio ſpiritus, in corda diſcipulorum, ruminanda, non exponenda.

26. *Lex Dei in corde per virtutem Spiritus ſancti.* *Hierem. 31. n. 33.*

Ex hoc poſtea factum, vt non ſolum ſemel Dei cogitarent legem, ſed recogitarent, & non ſimpliciter, ſed toto corde, tutaque anima, ita vt in corde & penetralibus legem Dei haberent, ex quo impletum illud quod promiſit Dominus per Hieremiam 31. n. 33. ſcilicet, *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi mihi erunt in populum.* Nota illud, dabo, & ſcribam, non enim ſufficeret donatio, niſi adeſſet ſcriptura: dat Deus legem in viſceribus, quando præſtat voluntatem operandi efficacem: ſcribit in corde, quando intelligentiam dat operationis, quando declarat quid operandum. Tunc ergo hanc dedit legem in viſceribus, quando deſcendit in corde Spiritus ſanctus inflammans ad illius obſeruantiam, & tunc ſcripſit, quando idem Spiritus ſuggeſſit omnia quæ Deo erant placita, *& ſuggeret vobis omnia.*

27. *Quid ſit Deum dare legem in viſceribus, quid in eis eam ſcribere.*

28. *Auguſt.* *Dauid qualem legem petebat cum dicebat, legem pone mihi Domine.*

Quod præclarè dixit Auguſtinus in Pſalm. 118. exponens illa verba, *Legem pone mihi Domine,* Concion. 1. vbi aduertit nouam Prophetam petiſſe legem, quæ non in tabulis, vt prius, ſed in corde exarata exiſteret, iuxta hoc Hieremiæ promiſſum, quæ ſimul & ſcientiam præſtaret, & vires ad operandum ſuppeditaret, qualis hæc Dei ſpiritus erat futura; *Ecce quomodo*, ait, *voluit iſtam legem poni ſibi à Domino* (nempe legem in corde & in mente) non *ſicut iniuſtis, & non ſubditis ad vetus teſtamentum pertinentibus, poſita eſt in tabulis lapideis, ſed ſicut ſanctis filiis liberam, filijs promiſſionis, filijs hæreditatis æternæ, quæ à ſancto Spiritu tanquam digito Dei in mente datur, & in cordibus ſcribitur, non quam memoria teneant, & vita negligant, ſed quam ſciant intelligendo, faciant diligendo in latitudine amoris, non in timoris anguſtijs.* Vnde factum, vt qui talem in cordibus poſſidebant legem, non amplius alio indigerent doctore, ſed omnes, vt idem inquit Propheta, eſſent docibiles Dei, *Et non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum dicens, Cognoſce Dominum, omnes enim cognoſcent à minimo vſque ad maximum.* Hinc omnis ignorantia ablata, omnis populus factus intelligens, omnis intellectus illuſtratus, & prima peccati pœna, ſeu damnum remotum, quod erat intellectus ignorantia.

29. *Obliuio diuinorum magnum malum.* *Iſa. 44. num. 18.*

Sed quid? ſi memoria labilis fuiſſet, & non recordaretur? ad nihilum equidem notitia profuiſſet intellectus. magnum equidem eſt malum obliuio, & non minus damnabile, quàm intellectus offuſcatio. Vnde Iſaias 44. num. 18. contra obliuioſos imprecans, ſic inquit, *Ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo,* inſaniam ſanè, quam operabantur, cultum ſcilicet idolorum, quæ ab ipſis compacta, & fabricata, non intelligentes, *quod medietatem eius combuſſit ignis,* & ante truncum ligni concidit. Mira ſtultitia, & pluſquam mirandum, vt in ea non Gentiles, ſed in lege Dei docti, & qui verum agnoſcebant Deum, inciderent. Cuius rationẽ admirandi ſequens Propheta addit, quia Dei mandatorum obliti neſcierunt, neque intellexerunt, & ideo non intellexerunt, quia obliti ſunt, vnde & ſequitur, *Obliti enim ſunt.* Radix ergo tanti mali obliuio præceptorum Dei, eiuſque legis, vnde illis Deus cæcitatem permiſit oculorum, intellectuſque ſtuporem vſque adeo, vt veri Dei adorationem derelinquentes, ante truncum procidentes, opus manuum ſuarum adorarent, non conſiderantes, neque reminiſcentes, quod trunci medietatem, ex qua factum erat idolum, combuſſit ignis, & fragmenta deſeruierunt carnis coctioni, & ex reliquo fabricatum idolum; omnia hæc intellectus prætermiſit, nec mens cogitauit, nec attendit vnquam, hac væcordia meritò pœnas luentes obliuionis. Sic nunc cur aliqui diuitias adorant? quæ ſunt mundi idola, quia mandatorum Dei obliuiſcuntur; cur non conſiderant quia diuitiæ eodem modo ſunt vanæ, ſicut erant idola illa, de quibus dicebat Iſaias, quod *medietatem eius combuſſit ignis, &c.* & de *medio eius carnes coquuntur.* 30.

Peccatoribus vnde euenit, vt quæ ſunt mundi adorent, & præcipue diuitias.

Illa eſt ratio, quia & ipſi ad Dei mandata obſtupeſcunt; diuitem equidem eſſe, non ſolum eſt neceſſaria habere, ſed ſuperflua, & quod adoratur in diuitijs, illud eſt ſuperfluum, nam neceſſarium habere non magni ducitur, ſuperfluum homines adorant, ſicut quod de trunco adorabatur, quod de igne ſupererat: miſeri non attendunt quòd medietatem diuitiarum conſumunt famuli alteram victus neceſſaria, vnde & ante truncum, quod reliquum, genua flectunt: quid enim eſt hoc? niſi cæcitas, & in tantam deueniunt cæcitatem, quia mandatorum Dei obliuiſcuntur, quia mente non retinent quæ eis præcipit Dominus. Sic ille, qui honorem adorat, & ante nobilitatem generis ſui genua flectit, ante truncum miſer cecidit, prædeceſſores enim ſui cineres ſunt, quod etiam ipſe paulò poſt futurus 31.

Honoris vanitas, & proſapia.

eſt, reliquum miſer adorat, illud ſcilicet nunc, quòd reliquum eſt, qui paulò poſt non erit, nonne hæc cæcitas, & vt inquit Propheta, inde deriuata, quia mandatorum Dei obliti ſunt? Veniat ergo qui memoriæ ſuggerat, & tanto damno prouideat, & hoc non ſemel, aut bis, ſed quotidie, ſed ſemper intus manens in corde, numquam diſcedens, ita memoriæ fixus, vt nihil aliud niſi de amato, & de ijs, quæ ad illum pertinent, cogitare ſinat. Hic eſt 32.

Amoris proprius effectus de amato ſemper cogitare. *Bernard.*

proprius amoris effectus, vt adnotauit Bernardus in ſerm. 77. in Cant. ponderans illa, *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* cap. 3. *O amor,* inquit, *præceps, vehemens, flagrans, impetuoſe, qui præter te aliud cogitare non ſinis, faſtidis cætera, contemnis omnia præter te, & contentus captiuam ducis rationem, & intellectum mirabiliter triumphum agens omnium rerum. En omne quod cogitat iſta, quæ loquitur, te ſonat, te redolet, & aliud nihil: ita tibi ipſius cor vendicaſti, & linguam, num quem diligit anima mea vidiſtis? quaſi verò hi ſciant quid ipſa cogitet, ideo non explicat verbis ſponſi nomen.* Nil melius: non ſinit aliud cogitare, nec ad aliud intendere, ſemper cor expoſtulans, & pulſans, & hoc non bis, ſed ſemper in corde manente.

Auguſt.

Vnde non ſine cauſa de hoc ſancto dixit Spiritu Chriſtus Dominus, quod nobiſcum erat manſurus in æternum, *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.* Quod notans Auguſtinus ſerm. 2. de Pentecoſt. inquit, *Spiritus ſanctus in corda diſcipulorum venit, non tam viſitator ſubitus, ſed perpetuus conſolator, & cohabitator æternus.* Ex quo factum, vt tali conſolatore repleti, pleni gaudio, & ſpe, illuſtrato intellectu, & memoria fœcundata, non ſolũ quæ Dei erant intelligerent, ſed ſemper viuaciter meditarentur, ita fortes facti, vt nihil impoſſibile eis videretur. At quomodo erat poſſibile vt obliuiſcerentur, ſi intra ipſos, infra ipſos, circum ipſos,

Bernard. A supta ipsos, vt inquit Bernardus, astabat ille Spiritus, *Qui replet orbem terrarum, & omnia continens scientiam habet vocis.* Illius nempe, qua scit quomodo pulsare debeat animum ad hoc, vt consentiat, quomodo vocare, vt respondeat, quomodo loqui, vt intelligat, quomodo ipsas voces imprimere, vt inflamment, repleuit ergo linguis, repleuit totum igne mundum; vnde merito dicitur, Spiritus Domini &c.

Num. 8. *Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium.*

COMMENTVM LITTERAE.

Connexio Capit. HIc versus est veluti conclusio antecedentis, nam cùm Deus replens orbem omnium habeat scientiam vocum, ob hoc fit, vt loqoens contra illum, siue contra proximum, latere ipsum non possit, adeo vt in manus iudicij eius iocidens, corripiatur.

Iniqua &c. id est contra Deum, & proximum.

1. Deo nihil latere potest. *Non potest latere* &c. Tùm quia multoties Deus permittit, vt occulta peccata in publicum proferantur, de quo infra; tum quia Deus vbique, & nihil ei latere potest, nec ab eo abscondi. *Hier. 23. num. 23.* Hier. 23. nu. 23. *Putasne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longè! Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum?* *Vat.* Vatab. *non occultabit se quispiam in occultis, & ego non videbo eum.* Cuius ratio, quia *cælum, & terram ego impleo.* Videt, etiamsi in absconditis, ibi adest eius oculus.

2. Ephrem Syrus vt conuertit impudic. fœminam. Feliciter hoc experta fœmina illa impudica, ad quam cùm accessisset Ephrem Syrus, vt in eius vita ab authoribus Græcis, & anonymis scripta, fingens peccandi desiderium, & locum secretum exposceret, cùm multa ipsa illi obtulisset, & ipse non acquiesceret, tandem in abditum & profundum specum subtus domum deuenerunt. Sed quid? statim se illi obtulit oculus tanquam Sol perlucidus, cuius visu terrefacta quasi mortua cecidit, quam eleuans Sanctus vir, fœliciter ad Deum conuertit; vbique ergo adest. Adeo vt hanc veritatem etiam Ethnici cognouerint ipsi, vnde Poëta.

——*Iouis omnia plena.* Et alius.

Virg. egl. 3. *Et quæ Dei sedes, nisi terra, & pontus & aër,*
Et Cælum, & virtus, superos quid quærimus vltra?

Lucanus. *Iuppiter est quodcumque vides, quocumque moueris.*

Arist. Xenop. Vide Aristotelem de partibus Animalium quæst. 1. cap. 5. Xenophon. 1. Cyri.

HOMILIA XVII.

Peccata occulta sæpe Deus permittit vt in publicum proferantur.

QVi *loquitur iniqua non potest latere*, inquit noster Sapiens, sicut nec qui facit ea, non solum inquam Deo, sed multoties iusto Dei iudicio nec hominibus, cuius contrarium sæpe eis persuadere conatur inimicus. Vnde efficax ratio, qua serpens ille antiquus ad malum incitare aliquando solet homines, vna illa præcipua, secretum & illius occultatio, non, inquit, scient factum, impunè delinqueris, aufert cum hoc metum, adimit pudorem, incitat ad malum. B *Peccatum quamdiu quidem occultatur*, inquit Chrysostomus, in comm. in ep. ad Ephes. super illa verba, *Omnia quæ arguuntur à lumine manifestantur, velut in tenebris intrepidè, & cum magna securitate committitur.* At si scirēt homines, quod *nihil occultum, quod non reueletur*, non ita facilè peccarent. Placet ergo occasione præsentis textus, *non posse scilicet latere qui iniqua loquitur*, adnotare multoties voluisse Deum scelus, quod occultum, & reuelatu impossibile quis existimauit, vt in publicum postea emergeret, & in conspectu solis ostenderetur, vt vel sic edocti homines, non fallantur, nec falsa opinione decipiantur, nam de murmurationis malo quod esset proprium infra num. 11. aptius differemus. 1. Dæmon peccatum sæpe persuadet, quia futurum occultum. *Chrysost.*

Sit ergo dux huius propositionis sanctissimus Rex Dauid, qui si sciuisset publicationem sui C futuram peccati vtique non peccasset. Pro quo notandum, potius eum timuisse peccati sui publicationem, quàm Dei offensam, magisque homines quàm Deum erubuisse timuit, inquit Chrysostomus hom. 31. in Epist. ad Hebr. *Homines erubuit magis, quàm Deum, oculum autem Dei viuentis non fuit reueritus, sed coram hominibus verecundatus est, propterea in hoc ipso punitus fuit, & redargutus, ponens Deus ante oculos omnium peccata sua.* Quid ergo non fecit ad peccatum occultandum? at non potuit, quia vnde minus timebat, inde ei venit propalatio. Attēde eius in secreto confidentiam, expauesce, vnde manifestatio, secreto mulier ad domum accessit, quæ vicina palatio, maritus absens, quis illud scire, aut quomodo re- D uelari poterat? sed ecce casus, quem non aduerterat ipse, immo quem passio aduertere non fecerat, fit prægnans mulier &c. *Reuersa est in domum suam concepto fœtu*, & mutus venter manifestauit, quod loquax lingua præter vsum occultare tantopere gestiebat: hoc non prouidit Dauid passione cæcus, quòd si præuidisset forsitan non peccatum commisisset. 2. Dauid magis homines quàm Deum erubuit. *Chrysost.* 3. Eius pecc. manifestatur vnde minus ille cogitauit. *2. Reg. 11.*

4. Matrimonium cum Vriæ vxore magis Deo displicuit quā adulterium. Sed videamus quæ mala fecit ad peccatum suum tegendum; occidit Vriam, & vxorem eius duxit in vxorem, quod sanè magis quàm adulterium Deo displicuit. *Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem*, inquit Nathan ad Dauid 12. cap. vbi notandum non fecisse mentionem adulterij. Quod acutè ponderans Procopius dixit. *Obscurè significatur Deum plus hoc coniugio offensum esse, quàm adulterio.* Cuius rationem perbellè assignat dicens. *Adulterium enim cupiditate victus commisit, coniugium* *Idē nu. 12.* *Procop.*

autem deliberationis assensum habet, cumque propter adulterium, & homicidium plangere deberet, ipse matrimonio contra leges contracto cum ea vitu consuetudinem habuit, quæ etiam habet Theodoretus. Peccauit Dauid adulterio, siluit Deus, occidit Vriam, etiam siluit, vxorem postea eius duxit, illicò

5. inquit Scriptura, quod *displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid coram Domino*. Vt semel intelligas, quod etiamsi peccata summè Deo displiceant, tamen quòd maior peccati est contemptus in pœnitentia, & post peccatum securitas, & sic vitam hominem degere, ac si non peccasset, de qua re vide supra nu. 5. hom. 7. Quid amplius, quæso, fecisset Dauid si Vriam non occidisset? & cum eius vxore fornicatus non esset? ob quod magis Deo displicens, dum paruipendens quòd peccasset, ad facinus suum occultandum vxorem occisi in vxorem sibi duxit, quod cum fecisset nihil tamen profecit; quia quod hominum oculis occultare poterat, Dei oculis impossibile: nam, vt egregiè Ambrosius in

Peccati contemptus amplius Deo displicet quam ipsũ peccatum.

B

Ambros.

6. Ps. 118. de similibus ait, *Quomodo te in lupanari non videt Deus, quando te vidit, qui adulterando in corde tuo, te ipsum lupanar esse fecisti.* Immò qui hoc satagunt, non se Domino, sed sibi Dominum abscondunt, vt egregiè diuus adnotauit Gregor.

Homines carnales lupanaria sunt.

7. lib. 22. Mor. cap. 13. in primi parentis absconsione, *In ea occultatione*, inquit *non se Domino, sed Dominum abscondit sibi, agit quippe ne omnia videntem videat, non autem ne ipse videatur.* Et sic quando magis Dauid securus de publicatione, gaudens in domo manebat sua, tunc per Prophetam accusatus, & obiurgatus audiuit, *Tu fecisti abscondite, ego autem faciam istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis.* Iustum quippe erat, vt quod malitia humana occultauerat, diuina iustitia reuelaret, vnde factum, vt vnum tantum

Non se à Deo abscondunt, sed sibi Dominum.

Gregor.

C delictum quærens Dauid tegere, & ne adulter haberetur, innocentem occideret, iusto Dei iudicio non solum adulter proclamatus est, sed homicida, & innocentis sanguinis effusor, vnde ob tale peccatum malè occultatum, duplicem postea ipse impœnitens subiit famæ ruinam, ex quo effectum vt à Deo, cui nihil occultum, semel publicato eius delicto, emeritas pateretur pœnas, & super eum veniret corripiens eius iudicium: nam Deus illi & filium occidit, & de domo sua malum illi suscitauit, filium nempè suum, qui cum in vxoribus dehonorauit, qui bellum suscitauit, qui è domo, & ciuitate eiecit, qui demum regnum auferre conaretur. Hoc Dauid dum passione irritatus peccare intendit, non considerauit, nec præ oculis habuit, sed putauit totum semper occultum, & impossibile esse illud sciri, ignorans talis esse con-

8. D ditionis peccatum, vt statim admissum in altum se erigat, vt omnibus palam fiat. Hoc insinuatur in illa admirabili Zachariæ visione cap. 5. num. 9. in qua inter alia vnum notandum, quòd eo ipso, quòd impietas occlusa fuit in medio amphoræ, eo ipso duæ mulieres leuauerunt amphoram, *inter cælum, & terram*, vt ab omnibus videri possit. Sic dum semel peccatum consumatur, & perficitur, non est fidendum, quia occlusum, ac vndequaque obtectum veluti massa plumea videatur, nam eo ipso ab ipsismet mulieribus, siue à casu, siue à iusto Dei iudicio statim in altum erigitur & omnibus propalatur. *Dei*, inquit Hieronymus, aduers. Luciferian. *scelera non latent, & cicatrix male obducta in cocta cute disrumpitur.*

Peccatum admissum statim se erigit vt ab omnibus videatur.

Zachar. c. 5. n. 9.

9. Cain, cùm fratrem occidit, putauit delictum

Cain putauit peccatũ suum Deo occultum fore

A occultum fore, quia terra eum contexit, & quod oculis humanis eripiebat, diuinis etiam posse eximabat; & ideo respondit; *Numquid custos fratris mei sum ego?* Gen. 4. num. 10. *O insaniam detestabilem! ô audaciam singularem!* inquit Ambrosius lib. de pœnit. cap. 4. tom. 5. *Fidens negat quod sine teste commiserat, & credidit sine conscio crimen publicari non posse, cùm ipsa negatio reatum magis proderet conscientia. Quid agis Cain infelix? non habes vllum hominem testem, ecce habes effusum sanguinem proditorem; ipse te publicat, & accusat, vox eius aduersum te interpellat authorem, & facit cruor diffusus inuidiam, ne latentem prætereat vltio parricidam.* Pulchrè dictum, cruorem nempè diffusum facere inuidiam; quid per inuidiam, nisi

Gen. 4. num. 10.

10.

Pecc. occul. quanta coram Deo damna eriginet.

B maleuolentiam, iram, rancorem, abominationem, ac tandem summam detestationem? quæ omnia peccatum, etsi latens, originat apud Deum, clamans vt vindicet in publico, quod secreto est commissum. Quam delicti publicationem attestans Caino Deus, ne ex secreto ansam peccandi sumeret; ex illa exaratum nobis reliquit, nihil prorsus fore occultum quod non reueletur; *Nonne si malè egeris, statim in foribus peccatum tuum aderit?* Quid enim est peccatum in foribus adesse, nisi vt inquit Interlin. *Omnibus patere, & illo innitore, vbicumque quis fuerit, comitari.* Interlin.
Vnde Rupertus lib. 4. Gen. 3. *Aderit*, inquit, *vt quocumque te verteris, quidquid agere volueris, totum sit comes in itinere, princeps in opere.* Rupert.
Vnde quando magis quis cogitat secretum suum minus sciri, tunc magis propalatur.

Sic qui Regulam auream ex Anathemate suffuratur, Iosue 7. & in terra, ac in medio taber- *Iosue 7.*

11.

Scripturæ exempla quibus prob pecc. occultum non futurum.

C naculi absconderat, quando sustulit, putauit euentum numquam in lucem proditurum. Sic etiam 2. Reg. 13. Amon secreto confisus sororem suam violauit, impossibile enim putauit per ipsammet sororem peccatum suum publicaturum: at illicò post factum, *Verbum hoc auditum est in toto Israele.* proclamante ipsamet passa, & quod alieni scire numquam potuissent, iusto Dei iudicio, domestica ipsa reuelauit: nam vt inquit Chrysostomus, vbi supra, *Non enim ad Dauid solum dicebat Deus, quæ tu secreto fecisti ego cunctis manifestabo, sed etiam hoc ad nos dicitur.*

2. Reg. 13.

Chrysost.

Ruben etiam Genes. 35. num. 22. peccatum suum patri occultum fore putauit, dicens vt alter ille apud Eccles. cap. 23. num. 6. *Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me, quem vereor?* At Patrem

Gen. 35. num. 22.

Eccl. c. 23. n. 6.

D minime latuit, vt inquit Scriptura, vnde maledictus, & velut aqua effusus imperio meruit non crescere, sed fundi. Sic etiam ipsi Iacob filij fratricidium secretum fore crediderunt, sed licet hædi sanguine, & secreto scelus cooperire studuissent, tandem prodiit, & sceleris sui emeritas pœnas dederunt, propalante Deo occultum eorum scelus, & palam de illis vltionem exigente, qui occultè se peccasse crediderunt.

Quid de Susannæ scelestibus senibus dicam? testimonia contra pudicam mulierem non dixissent, si illud latere non posse considerassent, impossibile scitu illud duxerunt, vnde contra eam audacter criminati sunt: at suscitauit Deus Spiritum pueri, qui eos confunderet, & faceret publicum malum, quod ipsi secreto commiserunt. Sed notãdum, iisdem mediis hos fuisse manifestos,

quibus secretos se fore putabant, *Ecce ostia pomary clausa sunt*, dixerunt sanctissimæ Susannæ, *& nemo nos videt, quamobrem assentire nobis*. Dan. 13. nu. 20. Considerabant ergo in secreto pomarij, vbi A

Dan. 13. num. 20.

11.
Senes Susannæ publicati per id in quo magis ipsi fidebant secretos fore.

præter mutas arbores, nil aliud loquax, & tamen iusto suo iudicio voluit Deus, vt per easdem arbores, manifesta, immo & conuicta esset eorum malitia, effrænataque libido, dum per earum differentiam eos conuicit Daniel. *Nunc si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes: sub schino*, dixit vnus (seu lentisco:) sub Pino, seu ilice, dixit alter; à qua varietate conuicti, ab ipsismet arboribus veluti denudata eorum extitit malitia, à quibus se prorsus securos putabant. Vt ex hoc semel attendamus secreto non fidendum ad malè operandum, nam & inanimata loquentur, quando animata non aderint, proclamante Habacuc, *Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua: lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit* ca. 2. nu. 11. B

Habac. 2. num. 11.

Dan. 14. num. 12.

Non minus Beli Sacerdotibus aduenit Da. 14. nu. 12. qui in secretis absconditis sub mensa existentibus confisi securè comedentes, Danielem Dei Prophetam irridebant. *Contemnebant autem quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea.* Et verè quis eorum vnquam putaret tale secretum cineris tantùm aspersione reuelandum? cùm potius ex illa occultandum. Prouerbialis enim locutio est, cùm aliquid occultatur, *Impositus cinis super illud*. At contra naturam cinis manifestauit, quod ex se occludere solet, sic Deo ordinante ac mandante, vt quod illi perpetuò silendum iudicarunt, in momento propalaretur, vt ex ipsomet opere confusi, ac confessi, secreti delicti C publicas pœnas darent, *Tunc Rex apprehendit Sacerdotes, & vxores, & filios eorum, & ostenderunt ei abscondita ostiola, per quæ ingrediebantur, & occidit illos Rex.*

13.
Beli Sacerdotes manifestati per cinerē contra eius naturam.

14.
Peccatum occultum si alienus desit ad manifestādum, ipsemet eum manifestabit patrator.

Immo si hæc desint, nec alius à foris ad pandendum occultum existat peccatum; ipsemet patrator stimulis conscientiæ, immo internis agitatus furiis, ipsum occultum palam faciet, impatiens secreti, quia conscius est delicti. *Audite vocem meam vxores Lamech*, occisor clamauit Cain Gen. 4. nu. 23. *Auscultate sermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.* Quis obsecro talem ad confessionem adegit? merito petit Chrysostomus hom. 20. in Gen. occiderat, neminem viderat, silere at non potuit, *Nam simul ac in peccatum declinauerat*, sequitur Chrysost. *& opere perfecerat malum conatum, statim insurrexit conscientia, inclamansque, & ostendens peccatorum magnitudinem, omnibus seipsam pœnis obnoxiam fecit.* Pul- D chrè, omnibus seipsam pœnis obnoxiam fecit, inter quas, & ipsius manifestatione, tanquam principem obtinens locum, vnde, & si cætera desint, ipsemet, tanquam suæ executor pœnæ se pandet peccator, inclamans publicè quod secreto patrauerat; iudicante Deo, iusto suo iudicio, delicta abscondita, quia etsi homo ea non videt, est in cælo, qui audiens iniqua loquentem, facit, vt inquit noster Sapiens, vt eum non prætereat corripiens iudicium.

Gen. 4. nu. 23.
Chrysost.

Num. 9. *In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonum autem eius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.*

COMMENTVM LITTTRAE.

Connexio Capitis.

1.
Deus cogitationum perfectissimus cognitor.

Ps. 5. n. 11.
Iob. 42. num. 20.

Sicut de verbis, sic nunc de cogitationibus concludit noster Sapiens, affirmans, omnium tum verborum, tum cogitationum Deum esse perfectissimum cognitorem. *Cogitatio hominis confitebitur tibi*, dicebat Dauid Ps. 5. n. 11. id est *non latebit te*. Hinc Iob. 41. n. 20. *Nulla Deo latet cogitatio, & ideo eam interrogabit.* Vnde interrogatio hæc sumitur pro illa, quam Deus in extremo faciet iudicio; non solum enim interrogabit de operibus, sed etiam de cogitationibus.

2.
In iudicio eas examinabit.

Auctor imperfecti hom. 21. in Matth. intelligit de interrogatione interiori, affirmat enim intus in corde Spiritum scientiæ boni & mali nobis à Deo inditum, vt quoties peccamus, ille increpet factum, sed prior sensus melior.

3.
An peccata remissa pādentur in die iudicij.

Olcot.
Magist.
Ad Cor. 5. nu. 10.

Olcot lect. 7. mouet quæstionem, an peccata remissa pandentur in die iudicij, & contra Magistrum in 4. dist. 43. cap. 7. tenet partem affirmantem, & rationabiliter, nam vt Apostolus inquit 2. ad Cor. 5. n. 10. *Omnes enim nos oportet manifestari ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.* Nec timenda est erubescentia, quia, vt ipsemet inquit, sicut Deus potest ignem approximare combustibili sine combustione, sic potest facere notitiam peccatorum sine verecundia: & secundò Angelus custos & anima Christi certum est, quòd peccata nostra scient, & tamen non pudebimus; similiter ergo etiamsi & alij scirent; tertiò certum est quòd dæmones ad accusandum nos, sciunt nostra, & tamen non pudebimus tunc, ergo multo minus si alij, & præsertim si sunt amici.

HOMILIA XVIII.

Cogitationes hominum à Deo exactè examinantur, & cur? quaue ratione exterminari possunt.

1.
Ratio cur cogitationes strictius iudicantur quā facta.

INterrogatio erit, inquit noster Sapiens, *in cogitationibus impij*. Quid per interrogationem nisi iudicium? & non quodlibet, sed Dei formidabile, & tremēdum, facta enim exteriora possunt ab humano puniri iudice, vt ab isto semel punita iudicium Dei effugiant, vnde mitius ob hoc iudicantur: at cogitationes cùm sub hominum iudicium cadere non possint, hinc fit, vt solius Dei reseruentur iudicio, ac per hoc strictius, seueriusque iudicentur, tanto quanto seuerius est Dei, quàm hominis iudicium, quis hoc non timebit? *Omnia tanquā in oculis illius agere debemus, & cogitare*, inquit Basilius in resp. quintæ interrogationis, cuius rationem addens subdit, *Hac enim ratione & perpetuus in nobis timor manebit, odio habens ini-*

Basilius.

quitatem, animique elationem, & superbiam, cùm hac firmissimè in animis nostris hæreat persuasio, & quæ rectè cogitantur, ea iudici, ac remuneratori a-

2. Sancti non solum timent mala facta, sed malas cogitationes, immo istas multo magis.

ctionum nostrarum placere, & quæ contra flagitiosè ab eodem condemnari. Vnde sancti Dei strictum hoc iudicium attendentes, non tantum eum reformidaot, mala sua acta considerantes quantum cogitata, tum quia & à iusto iudice iudicanda esse sciunt, tum etiam quia quæ illa sint ignurant, *Conuersus autem quisque sibi*, inquit Greg. lib. 24. Mor. cap. 7. *si cautè sollicitus, tacitè secum considerare*

Gregor.

non cessat, æternus iudex quàm districtus adueniat, & ante seueritatem tantæ iustitiæ, quas rationes vitæ suæ sit positurus attendit, & si cuncta praua opera, quæ intelligere potuit deuitauit, venturus tamen

3. Et etiam peccata ab ipsis occulta.

coram stricto iudice, illa magis, quæ in seipso non intelligit pertimescit. Quis enim considerare valeat quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetremus? Faci-

4. Difficilius est cor ab immundis custodire cogitationibus, quã mala facta non perpetrare.

le est enim opera peruersa vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere, & tamen scriptum est, væ vobis, qui cogitatis inutile. Et merito quidem cogitationum iudicium pertimescendum, nam non ab eo, quod in opus non exeant minus Deo displicent cùm si rectè attendamus, Deus mundum semel perdidit, quia tale iudicium requirebant cogitationes hominum, quæ licet secretæ, & in publicum non prodibant, ante conspe-

5. Deus mundum semel perdidit nõ tantum ob mala facta, quantum ob mala cogitata.

ctum tamen Dei manifestabantur, & vt peccata valdè apud illum clamabant; vnde non tantum malitia ipsa externis consumata, quantum ipsæ malæ cogitationes interius admissæ ad pœnitentiam reduxerunt ipsam in pœnitudinem, vt sic dicam, Deum nempè, qui videns, *Quod cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum.* dixit, *Pœnitet me fecisse hominem.* Gen. 6. n. 8. quem locum expen-

Gen. 6. n. 8.

C

dens Caet. inquit, *Magna, ingensque corruptio interius significatur, dicendo, quod solummodo malũ, nihil habens boni admixtum, intenderent, & quod amplius est, nulla hora præstabat eis sapere, sed omni, seu tota die vniuersa cogitatio eorum formabatur ad malum.* Quod perspiciens summus ille iudex, vnicè à cogitationibus offensus, tanquam singulariter illas videns, vti rem soli suo iudicio reseruatam, dignum earum supplicium, iudicauit totius generis perditionem humani, & diluuio illuuiem cogitationum pariter malarum emundare. Et vt semel videas quantum malum peruersæ parturiant

Caet.

6. Moyses in malis hominibus amplius ponderauit mala cogitata quàm mala facta.

cogitationes, attende quod conatus Moyses omnino Dei causam iustam astruere, non tantùm mala hominum facta protulit in medium, quantum mala cogitata: nam loquens de malitia externa, *multam* eam dixit, at de cogitatione, *cunctam esse malam, & omni tempore* protulit. Nec hoc tantummodo malæ cogitationes effecerunt, sed sicut aquis mundum perdiderunt, sic etiam & eum iterum

D

7. Turpes cogitationes, causa confusionis linguarum.

confuderunt, cùm potissima causa confusionis linguarum turpitudo extitit cogitationum; *Ecce vnus est populus, & vnum est labium omnibus, cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant, venite ergo descendamus, & confundamus.* Gen. 11. n. 7. Causa ergo confusionis fuit cogitationum peruersitas; malè enim, & superbè cogitabant, quod cogitabant opere implere desiderabant; vnde se animantes, dixerunt *Venite faciamus* &c. prodẽtes lingua quod mente conceperãt. nã, vt inquit Phi. lib. quod det. pot. insidiatur.

Gen. 11. num. 7.

Philo.

A malo dæmone suggeruntur impura, & nefaria, deinde mens concipit, & parturit cogitationes, quas

A *volens parere per linguam vox eas excipiens obstetricis more producit in lucem.* Sic isti, dum peruersè cogitabant, per linguam interiorem sensum exprimentes, turrim vsque ad cælum pertingentem eleuare contendebant, nec poterant, at licet exterius ad perfectum, opus adducere nequissent, interius tamen, & ante Deum, superba cogitatione perfectum erat, quod Deo valde displicebat, vnde delicti qualitatem discutiens, & cogitationes eorum punire decernens, perdidit, & confusione perdidit, non opus tantum, quantum cogitationes.

8. Lingua obstetrix impurarum cogitationum.

Ad quarum remediũ tantopere Deus laborauit, vt præuidens omne malum à cogitationibus pẽdere iniquis, populum suum admonuit, vt ab ipsis se præcauentes de bonis & sanctis sibi prouiderent: cuius præcepti ne obliuisceretur, voluit, vt perpetuum memoriale ante oculos haberent, vnde sic ad

9. Deus suos admonet, vt à malis se præcaueãt cogitationibus.

B Moysè locutus est Nu. 15. 38. *Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vt faciãt sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cũ viderint recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum Domini, faciant ea, sintque sancti Deo suo.* Tãti enim fecit Dominus cogitationis malum, vt ad illud expellendum, non soli præcepto fiderit, sed etiam memoriale addidit, vt dum bonæ cogitationes in corde essent, malæ expellerentur, cùm vnicum medium ad futiles malasque cogitationes repellendas illud sit, si bonis imbuatur cor, instruaturque mens. *Sed forte dicet aliquis,* inquit S. Pater Cæsarius, Arelat. Episcop. hom. 10. de fugiendis turpibus cogit. tòm. 2. Biblioth. PP. *Ita fecere malæ consuetudines, & turpes cogitationes in corde meo, vt eas à me nulla possim ratione repellere; omnibus enim notum est respondet, quia amor amore vincitur, incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim nos ab illis, quæ malæ sunt Dominus dignabitur liberare, locum quem in corde libidinosa, & sordida cogitatio tenebat, castitas occupet, quem auaritia vastabat, misericordia reparet, quem superbia destruebat, humilitas readificet, quem malitia, vel inuidia tanquam vipereo veneno percusserat, charitatis, vel benignitatis dulcedo componat.* Quibus semel homo instructus, immobilis perseuerabit, etiamsi & à peruersis appetietur, nam vt inquit sanctus Ephrem tom. 2. Paræt. 4. *Illum malæ cogitationes de loco tranquillitatis non dimouent, nec ipsum vincunt tanquam aliqua catena vinctum, qui piis cogitationibus est perfectus.* Sed insuper notãda sunt verba illa, *Sintque sancti Deo suo:* Demonstratur enim nobis, quòd nulla alia aptior via, ac breuior esse potest ad sanctitatem acquirendam, quantum cogitationes sanctæ, & mundæ, vbi è contrario nulla ad perditionem promptior, quàm malæ, immo quòd tunc sanctum, hoc est impollutũ, & à peccatis liberum se quis æstimare potest, quando à cogitationibus malis se solutum senserit. *Quis dimisit onagrum liberum in solitudinem,* inquit Iob, *& vincula eius quis soluit?* c. 39. nu. 8. vbi per onagrum hominem intelligens S. Greg. lib. 3. Mor. cap. 12. spiritualem, ab vrbibus semotum, tũc ait liberũ, & si in solitudine fieri, quãdiu cogitationũ pessimarum nodos Deus soluit, *Soluit,* ait Deus, *onagri vincula, quando ab electi vniuscuiusque animo infirmarum cogitationum nodos rumpit, & propitius dissipat omne, quod inferius mentè tenebat, ac ligabat.* Nil verius. De qua re egregiè Basilius in Reg. fusius disp. to. 2. in responsione quintæ interrogationis,

Num. 15. 38.

10. Remedium contra malas cogitationes sunt bonæ.

S. Cæsar.

11. Bonarum cogitationum effectus in bono perseuerantia.

S. Ephr.

12. Signum extremæ sanctitatis pollutas non pati cogitationes.

Iob. 39. num. 8.

Greger.

13. Animus hominis quando fit liber.

Basilius.

de cohibenda mentis ad futiles cogitationes euagatione, vbi postquam variis probauit exemplis, neminem peritum in qualibet posse euadere arte, qui inconstans firmus in illa non permaneat, tandem sic concludit. *Quocirca ipsa etiam, quæ ex Euangelio est pietatis cultura, studiumque ineunda apud eum gratia, in eo tota posita est, si quis animum suum ab omni prorsus mundi huius sollicitudinibus euocauit, sesèque funditus ab quauis re, vnde animo mentone distrahi possit, abduxerit.* Ergo

14. Perfectio non solum illicitas excludit cogitationes, sed etiam distractas.

ad sanctitatis gradum non pertingit fœdis qui polluitur cogitationibus, immo etsi non fœdas, sed eas patiatur quæ ab illa vnica, simplicique in Deum intentione eum abstrahunt: nam vt inquit idem sanctus, licitas matrimonij cogitationes Dei affatibus opposuit Apostolus, nec prius Dominum Apostolos suos iam de mundo non esse asseuerasse, quin ab omni distractionis intemperie purgatos eos vidisset; quapropter ait Sanctus, *Apostolus* 1. ad Cor. 7. n. 32. *occupationes matrimonij, quod benedictione dignum est, veris his, quæ propter Deum suscipiantur opposuit, perinde quasi hæc inter se cohærere nō possint, his verbis, Qui sine vxore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. Simili etiam modo Dominus discipulis suis vbi sinceram illā, & ab omni distractionis intemperie expurgatam affectionem fuerant adepti, asseuerans dicebat, vos de mundo non estis.*

1. ad Cor. c. 7. n. 32.

Ex quo rectè infra concludit, vt qui sanctus coram Deo apparere desiderat, summa conari debet diligentia, impollutum, immaculatumque cor à vanis seruare cogitationibus, vnam semper impressam de Deo cogitationem retinens; vnde ait, *Omni custodia custodiendum est cor nostrum, neque patiendum vt assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur, neve eorum, quæ mirabiliter ab eo facta sunt memoria coinquinetur per futiles & vanas cogitationes, contraque illud agendum assiduè, vt ex perpetua, ac purissima recordatione, impressam in animis nostris piam de Deo cogitationem, velut indelebile aliquod signum circumferamus.*

15. Cor impollutum seruandum, si Deo placere velimus.

Ergo ad sanctitatem promerendam, vanæ expellendæ cogitationes, sanctæ admittendæ, vt sancti esse possimus. Quò, vt diximus, respiciēs Dominus, memoriale præcipiebat suorum præceptorum ob oculos circumferri, vt ea mens cogitaret: quæ oculus videret, hinc eius infutiles cogitationes malasque acre iudicium, ac inquisitio: cùm enim tantum nostram appetat sanctitatem, intolerabiles ei malæ, ac futiles fiunt cogitationes, quæ eam omnimodè impediunt, vnde eas diiudicans durè contra eas insurgit.

16. Omnino q; attendum vt vni Deo solum vacet.

17. Dei odium contra malas cogitationes, vnde

Hinc amplius huius rei ratio patebit, si plasmationis hominis attenderimus finem, cùm si rectè res expendenda sit, inueniemus, Deum hominem non creasse nisi vt in cogitationibus suis præcipuè eum confiteretur; nam non tantum Deus exterioribus operibus, quantum cogitationibus internis honorificatur, cùm harum sacrificium sic sibi soli vendicauit, vt alteri vllo cōmittere nunquam voluit, *Recedant vetera de ore vestro*, inquit Sācta Anna Samuëlis mater 1. Reg. 2. num. 3. *quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* Innuens ex hoc rationem, cur Deus internis cogitationibus, magis quàm exterioribus glorietur operibus, quia propria Dei laus, eiusque præcipua confessio est cogitationibus eum confiteri: homo enim, & quælibet alia

18. Hominem ad hoc creauit, vt sanctis cum cogitationibus confiteretur.

19. Propium Dei sacrificium sanctæ cogitationes.

1. Reg. 2. num. 3.

creatura, signo exteriori laudabilis est, solus Deus interiori laudari potest, cùm secretum cordis ipsi soli sit notum, nullique alteri etiam ex supremis concessum.

Ob quod nulla via expeditior à Deo aliquid obtinendum, quàm ad eum cogitationes dirigere, & cogitationibus sanctis eum confiteri. Audi Rupertum in 1. Reg. cap. 3. *Ipsi Deo scientiarum Domino, ait, cogitationes præparantur pro munere* (ad obtinendum scilicet munus:) *si enim ab illo promereri, vel impetrari scientiæ donum vis, non multæ oblationes arietum, & taurorum, sed sanctæ cogitationes eius rei præparatoriæ sunt.* Optimè, quia scilicet Deo offertur, quòd maximè ipsum delectat: scriptum quippè est, *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.*

20. Facilior via à Deo aliquid obtinendum ad eum totas dirigere cogitationes.

Rupert.

Quomodo autem cogitatio hominis Deo confitetur, & reliquiæ eius diem festum agent illi, rectè explanat modernus quidam in Psal. 75. dicens, *Quia vbi ipsa vis cogitandi vitiosam cogitationem expulerit, quæ reliqua fuerit sancta cogitatio in animo Deo festum agit.* Adde & Eusebium, qui hoc etiam declarans sic inquit, *Cogitatio est absconditum hominum, quisquis illud purgatum habuerit, confitebitur Deo, & purgata ratio tunc diem festum aget Deo, quando Regni cælestis suo tempore pollicitationem acceperit.* Constat ergo quod cogitatio hominis est, quæ Deo confitetur, & qua maximè delectatur, vtpote laus eius peculiaris, & cum nullo alio communis; vnde non mirum quòd tantopere eam Deus exposcat, & contra eam quando mala, tantam inquisitionem faciat, & de qualibet in die iudicij rationem exposcat exactissimam.

21. Cogitationis reliquiæ quomodo diem festū Deo agent.

Agellius.

Eusebius.

Vnde bene per Salomonem fideli animæ sapientiæ studium consulitur ad custodiendas cogitationes. *Fili mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam.* Cur hoc? *vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent.* Prou. 5. n. 1. En fructus. Sciebat enim Sap. quanti ponderis erat cogitationum custodia, & ideo ad eam obtinendam, præuidit necessariam esse, non solum sapientiæ attentionem, sed prudentiæ obedientiam, & ideo eam tantopere inculcat dicens, *Fili mi* &c. Cùm certo certius sit, odibile Deo illud cor, quod immunda semper cogitatio fœdat (intellige voluntariè,) inter illa sex Deo odibilia non mirum, si principem locum cor teneat, *Machinans cogitationes pessimas*, quia ex talibus cogitationibus sequitur secundum illud odibile, nimirum *pedes veloces ad currendum in malum.* nā radix omnis mali impura est, & obscæna cogitatio: quia vt inquit Greg. lib. 21. Mor. c. 2. *per cogitationem ad explenda opera peruenitur.* Et quos serpens antiquus in opere luxuriæ vincere non valuit, polluere procurat cogitatione, scit enim semel cogitatione imbutam mentem, & ad delectationem attractam, non facile se extricaturam, non secus ac difficile serpens extrahitur, si semel caput in foramen contraxit. quod eleganter explicauit Nyssenus ho. 4. in Eccl. dicens, *Sed quomodo non potest serpens attrahi ab extrema parte spinæ dorsi, nempè à cauda, cum squama naturaliter contra resistit: ita non licet ab vltimo incipere, pellere ex animo id quod serpentinum est voluptatis, & libidinis, nisi à malo primum ingressum intercluseris. Quamobrem caput eius obserare iubet præceptor virtutis, initium vitij scilicet, cogitationem caput nominans, quo non admisso, id quod restat est irritum, & inefficax.*

22. Sapientia attendendā ad cogitationes custodiendas.

Prou. 5. num. 1.

23. Radix omnis mali obscæna cogitatio.

Gregor.

24. Dæmon quantum procuret animam fœdis turbare cogitationibus, & cur.

Egregie. Hinc, vt aiebat Salomon, cor machinans cogitationes malas, easque non expellens, statim pedes ad malum veloces fiunt, cùm isti famuli sint, illa domina, quæ dum admittitur incautè, & ad consentiendum voluntatem impulit, quæ libera, vi quadam postea & pedes, hoc est exteriora impellit, quæ non libera. Quapropter merito fit, vt non solum Deus malam cogitationem odio habeat, sed abominetur, sic enim scriptum est, *Abominatio Domini cogitationes malæ*, Psal. 15. num. 26. vbi notandũ verbum, *Abominatio*, quid esse absolutum, quasi dicere velit Sapiẽs, si scire desideras quid sit Dei abominatio, intellige, cogitationes malæ, quia cùm istæ Deo solo deseruire debeant, & ad hoc homini datę sint, non solum hæc pro Dominio stant, sed contra eum armantur, & non solum deseruiunt: sed malignantur: vnde non mirum esse debet, quod sic Deus contra eas inquirat, vt dicat noster Sapiens, *In cogitationibus, &c.*

25. Deus abominatur cogitationes malas. *Psal. 15. num. 26.*

A cap. 10. vide de hac re Lorin. in Eccles. cap. 10. nu. 20. Rhodigin. lib. 22. cap. 17. Tiraqu. lib. 4. cap. 22. Cochier in suo thesauro Polit. lib. 6. cap. 9. Talis est Dei nostri auris, qui ideo semper stat post parietes, prospiciens per cancellos Cant. 2. 9.

Tacit. Senec. Loria. Rodig. Tiraquel. Cochier. Cant. 2. 9. Castro. Lorinus.

Et tumultus murmurationum, &c. Cantacuzenus intelligit de sono, & sibilo cum perturbatione, trepidatione, & tumultu coniuncto. Castro de grũnitu veluti porcorum. Lorinus de strepitu tumultuario, quod mihi placet; estque magis ad literã: nã cùm Sapiens totus sit ad demonstrandã Dei inquisitionis solertiam, & quomodo nihil illum latere potest, & voces tumultuosæ sint veluti voces inarticulatæ, quæ ab hominibus non percipiuntur, ideo ne aliquis putaret, similiter, nec Deũ tales tumultuarias voces audire, aptè tumultum murmurationum posuit: quasi dicat, tantam esse Dei solertiam in intelligendo, vt non solum penetret, & B interna intelligat, & distincta, sed etiam quæ tumultuaria, & confusa, & quæ hominibus videntur auditu imperceptibilia, immo impossibile vt ab eo abscondantur.

5. Auris Dei quam perceptibilis & solers.

Num. 10. *Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

DIxerat Sapiens, Deum cogitationes, & locutiones interrogaturum, exquisiturum, iudicaturũ, nunc affert rationẽ sic exactæ inquisitionis: quia scilicet aurem habet zeli, atque summopere zelotes; ita ad instar hominis zelotis nil illum prætetire potest, immo nec ipsi possibile sit, vt patiatur aliquid præterire, vt mox dicemus.

1. Auris zeli quæ.

Quoniam auris zeli, &c. Idest auris æmulationis, zelosa, vel zelantis, quæ est acerrima & acutissima, ad audiendum auida, & nil præteruolare sinit, vti solet esse amantium, aut eorum, qui natura suspiciosi, quales sunt Reges qui in angulis, & occultis, ac locis obscuris semper auscultant, putantes de ipsis semper agi. *Rex*, inquit Chrysostomus hom. 1. op. imperf. in cap. 2. Matth. *quidquid aduersus regnum patauerit, totum verum existimat, animus eius semper in suspicione versatur, regni Zelo repletus, dum omnia timet, omnia suspicatur, sicut si Zelet vxorem, aut vxor virum, omnem auditionem turpem credit de illo, etsi non sit auditio digna, & idonea vt credatur, tamẽ fides auditionis zelus cõmendat.* Ob hoc tyrãni delatoribus, calũniatoribus auscultatoribus, nunciatoribus, & similibus his hominum generibus vtebantur, vti Darius, & Dionysius, sicut affirmat Plutarchus ad finem libri de Curiositate. *Tyrannus*, inquit, *quibus omnia cognoscere necesse est, inuisissimũ reddit hoc genus hominum, qui à asculatores, & delatores appellantur.* Primus Darius minor auscultatores vsurpauit sibipsi, non credens, omnesque habens suspectos, atque metuens, delatores, quos ipsi prosagogidas nominabant, Dionysij inter Syracuzanos sparserunt, quorum ministrorum genere vsi sunt quoque Alexander Seuerus, vt apud Lampridium, Tiberius vt apud Sueton. cap. 58. Tacit. lib. 5. Ann. Senec. de beneficiis lib. 3. cap. 26. Domitian. vt apud Sueton.

2. Reges zelotę ac suspecti. *Chrysosto.*

3. Tyranni primi delatorum inuentores. *Plutarch.*

4. Qui principes eis vsi sunt. *Lampridius. Sueton.*

HOMILIA XIX.

Deus noster cur Deus zelotes.

QVoniam auris Zeli audit omnia, ait Sapiens. En ratio cur in cogitationib⁹ impij interrogatio erit, quia nempè Deus aurem habet zeli, quæ sicut ex vna parte omnia scrutatur, & scire intendit, sic ex alia de facili indignatur, & irasci- C tur. Deus namque noster Deus est zelotes, immo propter maximum animarum zelum, non solum zelotes, sed, vt Cartusianus inquit, ipsemet *Zelus*, vocari potest in abstracto, cuius ratio attendenda.

1. Deus noster non solum zelotes, sed ipsemet zelus.

Zelus enim, vt inquit sanctus Thomas prima secundæ quæst. 28. ar. 4. est passio procedens ex intentione amoris in amatum: amor enim, vt inquit August. in lib. 83. quæst. q. 35. & 36. tom. 4. *Est motus in amatam.* Vnde quanto quis intensius in amantem tendit, tanto fortius repellit omne id, quod ei contrarium est, & repugnans: hoc autem variè contingit, vnde sicut varius est amor, sic varius etiam est zelus.

S. Thom. August.

2. Zelus quid.

3. Est varius vt amor, aut enim est, cõcupiscẽtiæ, aut amicitiæ.

Amor enim, aut est cõcupiscẽtiæ, aut amicitiæ, & sic varius etiã est zelus, qui ab vtroq; oritur: nã zelus, qui ex amore oritur concupiscentiæ, mouetur contra omne id. quod repugnat, aut consecutio- D nem retardat, vel quietam fruitionem eius, quòd intensè concupiscitur, vnde cum singularitas amoris in vxore intensè ab omnibus appetatur, ideo communiter dicuntur viri zelare vxores suas. Zelus autem, qui ex amore oritur amicitiæ, mouetur contra omne id quod retardat, aut contra bonum est amici, & sic zelant, & inuehunt contra illud, quod amicum offendit aut offendere potest: hinc, vt inquit sanctus doctor, aliqui pro Deo zelare dicuntur, *Quando ea quæ sunt contra honorem, vel voluntatem Dei repellere secundùm posse conantur.* Ex quibus fit, vt zelus formaliter, & propriè non solum sit amor vehemens, & intensus, vehementissimè tendens in rem amatam, sed amor suspiciosus, vt sic dicam, qui tristatur de deficientibus sibi, & amicis, sibi quidem quando deficit ei, aut singu-

4. Zelus in viris respectu vxorũ vnde nascatur.

5. Zelus Dei vnde nascatur in aliquibus.

6. Zelus, suspiciosus amor.

latitas in amato, aut quies, & fruitio, aut excellentia in aliqua re: amicis vero quando videt, aut deficere aliquod amico bonum, cuius est dignus, aut ab illo tolli, de quibus omnibus indignatur, & contra illud, quod tanti mali est causa, mouetur tanto acrius, quanto vehementior fuerit amor.

7. Cur nos Deum non zelamus etiã si nobiscum & alia amare sciamus.

Sed hic duo quærenda veniunt, primum, vnde proueniat vt zelus respectu nostri inueniatur obiectiuè in creaturis, non autem in Deo; quid enim causæ esse potest, vt cùm singularitas in amore summè expetatur, nullo modo de Deo zelum habere possimus? licet sciamus illum alio etiam nobiscum amore, quam in creaturis hoc ferre nullo modo possemus. Secundum autem vndenam in Deo nascitur zelus quem de Creaturis habet? Pro quo

8. Bonum vt amatur.

Notandum, quod vt inquit sanctus Thomas, vbi supra ad 2. *Bonum amatur in quantum est communicabile amanti; vnde omne illud, quod perfectionem* B *huius communicationis impedit, efficitur odiosum*, Et sic ex amore boni oritur zelus, perfecta autem communicatio tunc est, quando totum bonum amati, quidquid est, perfectè, & integrè, communicatur amanti, quòd si quid minus est, à perfectione communicationis boni deficit, & amatus totus non possidetur, quod est contra intensionem amoris, amoris inquam concupiscentiæ, vnde statim zelus oritur: creaturæ autem, vt optimè adnotat hic sanctus doctor, ex defectu bonitatis, non possunt integrè possideri à multis, & sic si in pluribus dispertiantur minus fiunt ad vnum: vnde cùm ipsæ multis simul supplere non possint, fit vt deficiant in illa totali communicatione, quam amans desiderat, & sic tristatur, & zelo æstuans, inuehitur contra illũ, qui huius defectionis est causa: at Deus C cùm integrè ab omnibus simul possideri possit, infinitam in se continẽs bonitatem, fit, vt de eo nullo modo zelum habere possimus, quia totus est omnibus sicut cuilibet: hinc creaturas zelamus, quia deficiunt in bonitate, & consequenter in communicatione Deum non zelamus, quia infinitè bonus, infinitè communicabilis.

9. Zelus de bono creato vnde nascatur.

10. Cur Deus tantũ creaturas zelet.

Hoc primo intellecto, ex illo simul sciemus secũdum, nempè cur Deus tantum creaturas zelet: sciemus, inquam, si attentè exiguitatem bonitatis in creaturis ex vna parte, debitum amoris erga Deum ex altera, & tandem ipsius Dei dignitatem consideremus: nam quamuis totam bonitatem, quam habent creaturæ, Deo tribuerent, ad debitum iustitiæ, & ad infinitam dignitatem eius non solum non pertingerent, sed nec attingerent quidem. Vnde si quidquid sumus totaliter Deo non tribuimus, D iniustitiam committentes, bono quod ex iustitia ei debetur illum priuamus: vnde cùm intensè Deus nos amet, & vicissim repetat à nobis amorem, non gratuitum sed debitum, fit vt quando videt secum nos alia amare, aut æquè, aut plus, indignetur, & zelo ardens æstuet, vtpote de grauissima iniuria sibi illata. Quapropter bene Diuus Augustinus ad Adamantium ca. 13. definiens quid sit zelus in Deo, inquit, *Quod est voluntas custodiens castitatem, & corruptionem vindicans coniugalem, hoc enim zelo*, inquit idem sanctus, *vocamur ad coniugium Dei, & non vult nos turpi amore corrumpi, & punit impudicitiam nostram, & diligit castitatem.* Optimè dictum, zelum in Deo esse voluntatem custodiens castitatem, vindicantem corruptionem coniugalẽ: nam quælibet anima est Dei sponsa, & matrimonij vinculo arctissimè Deo coniuncta, vnde cùm vni-

Augus.

11. Zelus in Deo quid sit.

12. Quælibet anima Dei sponsa.

A ce in matrimonio desideretur singularitas amoris, hinc fit vt de qualibet anima Deus zelum vehemẽtissimum habeat, & contra omne id quod hanc singularitatem, quietéque perturbat aut tollit, insurgat acriter, hinc in hominibus fons tribulationum, & calamitatum, ex zelo nempè Dei, ex hoc vox illa sanctorum, immo ipsius Spiritus sancti, per Paulũ prolata, nempe, *quod Deus amat, corripit, & castigat*, non enim ardentissimus ille Dei amor socium patitur, immo nec pati potest, etiam si vellet, quia ipse contra se iniustitiam committeret: vnde etiam si per impossibile Deus ad creaturę desiderium implendum vellet in amore socium, socium inquam æqualem, admittere non posset, cùm ex iustitiæ rigore debeatur illi totus & integer primus creaturarum amor, & ex iustitia nobis illum exposcat, non tantum rationem obligationis habendo nostræ erga ipsum, quantum ad ipsius attendendo dignitatem meritumque: vnde non mirum quod præceptum exhibens amoris sic illud imponat, seu, vt melius dicam, declaret, cùm ad Deum amandum imponere non necessarium sit præceptum, benè tamen qualiter sit amandus declarare, vnde ait, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis.* Deu. 6. num. 5. Totum quærit, quia ex iustitia totum ei debetur, vnde ob hoc nec socium, ęqualemque admittere in amore potest, nec minus quàm toto hominis se amore satisfacere, vnde cùm nullus alius ita se amet sicut seipsum Deus ideo nullus ita de se zelum habet ac ipse: ex quo fit vt sicut amor quo se amat infinitus sit, ita & zelus eius, quo gloriam zelat suam, & sicut Dei amor essentialis non distinguitur, sed identificatur cum ipso, ita vt verè ac propriè dici possit, C quòd Deus charitas, & amor sit, sic etiam dici potest de eius zelo, quòd cũ ab ipso non distinguatur, sicut Deus dicitur amor, sic etiam dicatur zelus ipse, vt Carthusiani verbis vtamur. Quod cùm ita sit, quid mirum si non solum externa facta interroget hominis, vt inquit Sapiens noster, sed totum hominem quærens etiam internas cogitationes, nullum penitus secum admittens socium, nullum æqualẽ, sic zelans & in zelo feruens existens, vt nec paleam intra cor sustineat hominis quin illam zeli nõ exurat igne ac consumat, *Spiritus sanctus*, inquit magnus Grego. *mouet, mouet, docet; mouet memoriam, mouet voluntatem, docet rationem, nec minimam paleam intra cor quod possidet, residere patitur quã non igni circumspectionis exurat.* Vnde Bernard. *Delicata*, inquit, *res est diuina cõsolatio, quæ nõ datur admittenti aliena.* Ex quo inquit Hieronymus, D *impossibile esse vt præsentibus quis, & futuris fruatur bonis.* Quia Deus, Deus zelotes est, socium, & æqualem non patiens, quem si videt, occidit, perdit, detruncat.

13. Fons & scaturigo tribulationũ in hominibus vnde.

14. Deus in amore sociũ pati non potest etiã si vellet.

15. Dignitati suæ attendens ex iustitia à nobis totum exposcit amorem.

Deut. 6. num. 5.

16. Zelus Dei nec paleam sustinet in hominum corde.

17. Consolatio diuina delicatares.

Bern.

Hierony.

Tulerunt Philisthijm, inquit scriptura 1. Reg. 5. *arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon.* Simul isti adorare volebant Deum, & Dagon, & sociũ Dei Dagon facere, & sicut ipsi in corde vtrũque admittebant, sic vt sub vno essent tecto, Deum & diabolũ & vt amicitia confęderarẽtur ambiebant; vnde D. Prosper Aquitanicus 2. p. de promissionibus & prædicationibus c. 24. *Arcam*, inquit, *Dei quam ceperant hostes ea veneratione colendam esse crediderunt, vt in templo Dei sui collocandam arbitrarentur.* Miseri & vęcordes Dei nescientes naturam, qui sic cõsortem non patitur, vt prius aduersarius excludendus, quàm ipse admittendus Matth. 9. n. 23. non prius ad

1. Reg. 5.

S. Prosper

18. Philisthinorum vęcordia in collocatione arcæ, cum Dagon.

Matt. 9. 23.

19. Prius ex corde aduersarius excludendus, quàm Deus admittendus.

A puellam resuscitandam Christus in domum introire voluit, quàm turba eiecta esset, *Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat, secedite, nō est enim mortua puella, sed dormit.* Cur quæso miraculum operaturus, suique nominis claritatem ex illo ostēsurus turbam eiicit è domo, cùm potius aduocari debuerat, Chrysost. hom. 32. Hilar. & Theoph. quia indigna, quia tumultuabatur, quia fidem nō habebat, quia Christum dicentē non esse mortuam, sed somno oppressam deridebant, quia tandem peccatrix, & ob id Dei inimica, ergo prius ista eijcienda, quàm Dominus intraret, vnde non ante pedem in domum intulit, quàm ista eiecta, *Et cum eiecta esset turba intrauit.* Pulchrè Ambros. de Cain, & Abel lib. 2. cap. 4. adnotat non ante sibi Deum primogenita vendicasse populi Israël, quàm Ægypti occisa: *Meum est enim omne primogenitum,* inquit, *ex quo percussi primogenita in terra Ægypti.* Num. 3. n. 13. *Ergo non ante, quia cùm interficitur impius,* inquit Ambros. *Christus infunditur, & vbi abominatio aboletur, sanctificatio cumulatur, cùm enim renunciatur improbitati, statim adsciscitur virtus.* Egressus *enim malitia, virtutis operatur ingressū, eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur* Nil melius. Hinc cùm iam cor teneret diabolus Iudæ, & in illud ingressus, possideret arcem, statim à sua eum Christus, qui, *non venerat iustos, sed peccatores vocare,* expulit præsentia, tanquam impatiens consortij, simulque consistere sufferre non valens, vnde cum expellens, ait, *quod fac, fac citius,* Ioan. 13. nu. 27. Quod considerans idem Ambrosius vbi supra ad rem nostram grauiter ait, *Eijcitur itaque, & excluditur, eo quod iam cum Domino Iesu esse nō possit, quia ceperat esse cū diabolo, vnde statim imperio expulsus abscessit, sicut legimus in Euangelista, qui cùm accepisset buccellam, exiuit continuo, erat enim nox, non solum exiuit, sed continuo, & nocte exiit.* Vbi adnotandum non solum expulsum, sed continuo expulsum, quia simul esse, pacemque sustinere, nec ad momentum, diuina illa suffert maiestas. Quapropter Origen. hom. 16. in cap. 13. Num. & Chrysost. lib. vno contra Gētes, deiectionē Dagonis, tanta celeritate commissam volunt, vt nec ad momentum simul cum arca in ara steterit, sed statim eiectus in terram pronus concidit: quem cùm perfidi iterum in locum restituissēt, non amplius pronum, sed iacentem, nō Dagonem, sed truncum inuenerunt, sine manibus, sine capite, ne scilicet amplius intellectum haberet, ad hominē fruendum, nec manus ad illum apprehendendum, vt inquit Georgius Venetus tom. 1. de histo. sacra sect. 8. problem. 446. *Caput, ait, & manus Dagō abscinduntur, vt innuatur, intellectualis, & operatiua virtus illius idoli à facie Dei esse penitus collisa & ablata.* Vt semel videant, quàm impatiens sit Deus consortis, qualeque supplicium sumat de riuali, dū æque ipsum in vna cordis ara, & alterum simul constituere attentant, socium ei tradentes in amore, ac æqualem.

20. Christus prius non suscitauit puellā quā turba esset eiecta.

Chrysost. Hilar. Theophil. Ambros.

21. Deus cur non ante primogenita sibi vēdicauit Israëlis, quā Ægypti occisa.

Num. 3. num. 13.

22. Christus sociem sollicitauit vt è sua exiret præsentia, & cur.

Joan. 13. num. 27. Idem.

23. Deus nec ad momentum patitur consortem.

Origenes. Chrysosto.

24. Dagon cur truncus iacuit sine manibus & capite.

Gregorius Venetus.

25. Deus quomodo detruncat suū riualem.

26. Amor etsi ordinatus infra Deum à viris perfectis extraneus.

Socium dixi & æqualem, nam si & alia amentur, at non ita, sed ordinatè, ac par est, etsi perfectorum non sit, quia tandem amor est idolorum, à viris perfectis prorsus extraneus; vnde Dauid psal. 138. nu. 23. *Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est & vide,* inquit Hieronymus, *si via Idoli in me est.* Timens, nè etsi ordinatè, tamen in corde aliquod esset idolum, quod amaret, ali-

Ps. 38. nu. 23.

27. Potest quodāmodo dici idolum.

Hierony.

A quod bonum, quod extra Deum concupisceret, cui perfectio repugnet: nam vt pulchrè August. lib. 33. qq. q. 9. tom. 4. *Caritatis venenum,* inquit, *est spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium, nutrimentum autem eius est imminutio cupiditatum, perfectior nulla cupiditas.* Ergo imperfectorum ille est amor, qui si adsit, dummodo, vt dixi, ordinatus sit, non ita indignatur Deus, vt destruat, perdat ac detruncet. Quod adnotandum in facto Dagonis, nam primò permisit Deus Dagō in templo manere, sed tamen prostratum, & in terra pronum cum adorantem, vt vult Ioseph. li. 6. antiqu. capite primo, Theodoretus quæst. 13. Lyra Abulensis & alij, & sic iacens non cum truncauit: at quando in malitia perseuerantes, æqualem Deo omnino ipsum facere præsumpserunt, tunc non solum deiecit, sed amputauit, sed truncauit, sed suspendit, in centumque disjecit partes ad victoriam

August.

28. Charitatis venenum nutrimentū & perfectio.

29. Amorē ordinatum creaturæ Deus sustinet.

30. Dagon cur prima vice non truncatus.

B consectans amoris zelotes palmas, & caput, pessimè riualis sui, *Crastina die fractus ad limen,* inquit Auctor mirabilium sacræ scrip. lib. 2. cap. 7. *in centum partes capite & manibus, spina dorsi eius truncata, reperitur.* Ob hoc sancti hunc Dei zelum pertimescentes, ab amore etiam alioquin licito valde sibi timent, psal. 40. num. 5. *Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam,* inquit sanctus Dauid, *auferendo à me,* ait hic Augustinus, *etiam amorem licitum rerum secularium:* nā vt ibi ipse inquit, *Omnis anima infirma in hac vita, quærit sibi aliquid terrenum vbi requiescat, velut sunt ista, quæ diligunt etiam homines innocentes, neque enim de cupiditatibus malorum nunc loquendum est: delectatur enim quis in domo sua, in familia, in coniuge, in filiis, in prædiolo*

Joseph. Theodore. Lyra. Abulens. Autor mir. S. script.

Psal. 40. num. 5. August.

31. Dauid amorem licitum verū huius vitæ à Deo poscebat vt a se eriperet.

C *suo, in horto suo: sed tamen volens Deus amorem non habere nisi vita eterna, istis delectationibus miscet amaritudines, & vt in his patiamur tribulationes, vniuersum stratum nostrum vertit in infirmitate nostra: docetur enim amare meliora per amaritudinem inferiorum, ne viator tendens ad patriam, stabulum amet pro domo sua.* Nil melius. Vnde argumētans à minori ad maius talem sanctus prosequens conficit illationem: at si ex isto amore tanta damna sequuntur, quanta & qualia consurgent nocumenta ex malo amore, si tantum zelat Deus æqualem, quomodo zelabit superiorem, sanè non solum detruncabit, sed consumebit & vsque ad cineres, vt sic dicam, rediget. Hoc considerandum in facto illo Moysis contra vitulum, Exod. 32. num. 20. *Arripiensque vitulum, quem fecerant,* inquit scriptura, *combussit, & contriuit vsque ad puluerem.*

32 Deus cur in rebus huius vitæ amaritudines misceat.

33. Riualem in puluerem redegit.

D seu vt Pagninus, *& molliuit donec in puluerem redegit.* Fecerunt quippe isti Deum, & non tantum socium dare, ac æqualem supremæ illi attentarunt maiestati, sed superiorem derelinquentes ipsum, quid mirum, si zelo ardens maiestas illa diuina, non solum truncauit, sed & combussit, contriuit, ac in puluerem redegit obiectum æmulationis ipsius, impatiens æmuli, & societatis, etiamsi iste illam libenter admitteret. Cuius differentiam perspiciemus, si semel attendamus intrinsecam huic rei rationem ex superioribus petendam: nam cùm Deus noster sit verè amans, immo sit ipse verè sponsus, parensque noster, nullo modo sufferre potest vt simul cum illo & alium Deum habeamus, cùm amor verus vnitatem diligat in amato, vti diximus. At humani generis hostis, cùm non sit noster parens, nec nos verè diligat, ita amo-

Exod. 32. num. 20. Pagnin.

34. Amor humanus, seu diaboli, libenter societatem amoris admittunt, secus autem diuinus amor, & cur.

35. Diabolus vnitatem amoris à nobis non vult, & cur.

tem expetit nostrum, vt dum ipsum amemus, etsi alia simul cum ipso, parum curet. Hinc fit, vt iste & societatẽ admittat, & nos non zelet, neque à nobis alia eripere curet, aut contra illa inuehere, vt pote non nos amans, immo abhorrens adeo, vt nec solus vnquam velit in anima esse, etiamsi ipsa vellet. Hoc adnotandum in Deo isto, quem sibi finxerunt miseri isti, nam cum vnus esset vitulus, non permisit illis diabolus vt dicerent, *Hic est Deus tuus Israel*. sed, *hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*. Deos dixerunt & non Deum, cùm vnus esset vitulus, quia cùm non esset verus, sed falsus Deus, non verus, sed falsus parens, non amans eos, sed abhorrens, noluit vnitatis nomen, quod amantis, sed multiplicitatis, quod abhorrentis, vnde non Deus voluit appellari, sed dij, expetens societatem, ita nos abhorrens, vt nec vocabulum permiserit vnitatis sibi imputari, quia vocabulum amoris.

36. Vitulus cũ vnus esset cur non Deus, sed dij dictus.

Quod etiam considerandum in admirabili illo Salomonis iudicio, 3. Reg. c. 3. n. 26. nã verè cognouit matrem Rex sapientissimus, ex eo, quòd non est passa diuidi filiũ, nec voluit filium dipartitum; *Obsecro Domine*, dixit, *date illi infantem viuum, & nolite interficere eum*. reclamante altera non vera, sed ficta, *nec mihi, nec tibi, sed diuidatur*. Diuisionem volebat, ex qua consecutura infallibiliter mors, contenta parte tantum, totum renuncians; quia cùm vera non esset mater, sed falsa, verè non amabat, sed potius oderat, & sciens ex diuisione mortem subsequuturam, parte erat contenta, & sociam in toto admittebat; at non sic quæ vera erat, vnde exclamauit, *date illi infantem viuum*, potius contenta absque filio manere, quàm in possessione rei amatæ sociam admittere, & viuum infantem totum non possidere, vnde quia vera erat mater, iussit Rex vt illi adiudicaretur infans. *Respondit Rex, date huic infantem viuum, & non occidatur*.

3. Reg. 3. num. 26.

37. Mysterium in Salomonis iudicio expenditur.

Hoc etiam inter Deum, diabolumque quotidie interuenit iudicium, diuidatur, inquit diabolus, cor: nec mihi, nec Deo, sufficit mihi pars, quia serpens malignus, cùm ex diuisione mortem statim subsequuturam sciat, parte contentus semper remanet, & quia non ipse fecit nos, nec ipse peperit nos, ideo de morte nostra non curat, immo eam appetit. At Deus, qui verè parens qui verè nos in vtero portauit, ac peperit, non vult partem, sed totum, vult infantem viuum, non mortuum, immo si totum non damus, potiusquàm partem accipiat, totũ ipsi dæmoni relinquit. Pulchrè hoc Amb. expendit, in annotationibus in Exodum ad Iustũ tom. 1. super illa verba Matt. 22. n. 17. quando subdola interrogatione, interrogantibus Pharisæis, vtrum censum dari Cæsari deberet, respondit Dominus, *Ostendite mihi numisma census, at illi obtulerunt denarium in quo erat imago Cæsaris*. Et Dominus post illum acceptum, interrogans de imagine, statim illum reddens dixit, *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*. In quo facto adnotat sanctus, ideo illicò Christum repudiasse numisma, quia erat denarium, hoc est ex multiplicitate aggregatum, hinc in illo tanquam quid diuisum, nõ Dei, sed Cæsaris imago insculpta: quando è contrario Matt. 17. n. 27. mandat Petro, vt vadat ad mare, mittat hamũ, & inuentum in ore piscis staterem sumat, & soluat pro Domino, & pro se exigentibus didrachmam, Cuius rationem reddẽs ait, quia didrachma non est denarium, non quid aggregatum ex multiplicitate, sed quid indiuisum, vnde in illo Dei imago, non

38. Diabolus cur parte tantum hominis contentus.

Ambros.

Matth. 22. nu. 17.

39. Christus cur denariũ statim repulit, cur ve in denario imago reperitur Cæsaris, & non Dei.

Idem nu 17. nu. 27.

40. Didragma cur Christ. non renuntiauit, vt denarium.

A Cæsaris. *Bona ergo didrachma, ait, quæ Deo soluitur, non est drachma denarius, sed diuersum est, denique in denario imago Cæsaris est, in drachma imago Dei, quia vnius est Dei, ad imitationem ipsius ab vno incipit, & in infinitum diffunditur, & iterum de infinito numero in vnum quasi in finem omnia reuertuntur, quia Deus principium, & finis omnium est, vnde nec numerum monada, sed elementum numeri, quibus ea cura est, appellauerũt.* Nil subtilius. Detecit illicò denarium, quia quid diuisum, illicò renũciauit, quia imago Cæsaris in illo, potius totũ Cæsari tribuẽs, quã vt partẽ sibi assumeret, vt dicebamus, at didrachma accepit, quia vnus, quia indiuisus, vnde & eius in illa imag. Ex hoc verè noster parens, qui integros, qui vnos, qui viuos nos desiderat, hinc verè animæ sponsus, qui non partẽ, sed totum ambit. Vnde ex hoc eius furens zelus, nõ solum contra riualem, sed contra ipsammet inuehens tem amatam: quod est illud mirandum in amore, B cùm, si iste tantum in riuales fureret, nõ esset quid admirabile, sed quòd & in ipsam rem impẽsè amatam, & dilectam sic excandescat, vt eam perdat, destruet ac discerpat, hoc mirãdum. Cuius equidem ratio omnino indaganda, vnde scilicet hoc euenit, vt etsi pro vxoribus viri depereant, si tamen in suspicionem veniant riualis, violatæque fidei, sic in instanti excandescunt, vt illicò commutato amore nõ solum riualem, sed ipsas occidãt; cuius furorem si semel iustum, rationabilem que demus, quàm iuste in animam adulteram Deus animaduertat, extemplo animaduertemus.

41. Deus verus parens qua totos nos vult, non partem tantum.

42. Vnde euenit, vt amãs in zelum adductus, obiectum occidat amatum.

Notandum ergo zelum appellari, non solum, *agritudinem, sed furiosam*. Sic appellauit eam Salomon pro. 6. 34. quando ait, *Zelus, & furor viri non parcent in die vindictæ neque quiescent cuius-* C *quam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima*. Vbi simul coniunxit cum zelo furorem, significans zelum esse ipsum furorem, ipsamque iram. Vnde Caldęus legit. *Quia Zelus est ira viri*, & 70. *plenus enim zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij*.

43. Zelus ęgritudo furiosa.

Prou. 6. 34.

Caldæus.

Secundò notandum vxorem adulterantem non solum contra fidem peccare debitam, & ex hac parte maritum grauiter offendere, sed etiam grauissimè illum inurere infamia, vehementissimeque dedecorare, quæ infamia non ex genere illorum est, quæ sic sunt, non quia verè in se talia sint, sed quia ea sic homines concipiunt, sed falsa æstimatione, vti quàm plurima in mũdo; non enim inquam ex hoc genere est adulterium, sed ex illo, quod pro infamia æstimatum, verè talis est, ac digna æstimatione, vt tale iudicatur. Ad cuius rationem indagandam

44. Adulterium verè infamia, & verè vti dignũ ex illo infamia.

1. ad Cor. 6. nu. 18.

D Notanda, & exponenda sunt verba illa Apostoli 1. ad Corint. 6. n. 18. nempè. *Omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat*. Duo enim sunt hic enodanda, quomodo scilicet omne peccatum præter fornicationem extra corpus sit, & tantum fornicatio in corpore, & secũdò quale sit illud peccatum, seu illa macula, qua corpus afficit suum fornicator.

45. Quomodo omne peccatum præter fornicationem extra corpus sit, qualisque sit macula fornicationis qua corpus afficit.

Aliqui dixerunt, peccata in duplici esse genere, alia spiritualia, vt superbia, auaritia, acedia, quæ nõ in carnali, sed in spirituali consummantur delectatione, ac propterea extra corpus sunt. Alia esse carnalia, vt fornicatio, & gula, quæ ad fornicationem redigitur, quatenus ad ipsam ordinatur, & hæc dum delectatione consumantur carnali in corpore vi-

46. Peccata spiritualia & carnalia quæ.

dentur esse,& sic spiritualia esse extra corpus, carnalia autem in corpore.

Sanctus Thomas. Sed vt benè aduertit sanctus doctor hîc, Apostolus non dixit, qui fornicatur corpore suo peccat, sed in corpus suum peccat, idest contra corpus suum, corrumpendo,& inquinando illud, & sic aliter videtur dicendum, nempè cætera peccata prętet fornicationem extra corpus esse, quę tantum animam inficiunt, non corpus, etsi aliquando corpus hoc raro,& per accidens: at fornicatio primò, & principaliter,& per se, non solum animã inficit, sed etiã corpus, maculando,& fœdando illud, vnde & contrà animam,& contra corpus est.

At qualis sit hæc fœditas ac macula, & quale sit hoc peccatum, quod in corpus committit fornicatio, à variis variè exprimitur.

Nyssenus. Nyssenus in hâc Apostoli sententiam ait fornicantem peccare in corpus, quia illud polluit, fœdat, ac maculat adeò, vt sicut ait Chrysostom. ipsimet car-

Chrysosto. nales hoc intelligentes à discursu tantum rationis

Theodore. ducti, post fornicationem ipsum corpus abluebãt,

47. *Ita turpiorem*, ait, *quandam existimationem ex hoc peccato habet conscientia.* Ex quo deducit Theodoretus, quòd post factum, etiã ipsimet carnales corpus abhorrent suum sic maculatum, ideoque illud lauant, *Ipsum corpus abhorrent & aduersantur*, ait, *& ideo lauacris etiam vtentes, corpus purgant, ea ratione se probrum eijcere existimantes.*

Carnales post patratũ luxuriæ peccatum ipsũ abhorrent corpus.

Sanctus Athana. Sanctus Athanasius, vt apud Oecume. ait fornicãtem peccare in corpus, quia fornicando, *debilitat, exhaurit, & lue Venerea inficit illud.*

Hierony. Sanctus Hieronymus ep. ad Adamantum ait for-

48. nicantem in corpus suum peccare, quia fornicando tales Veneris stimulos in corpus infigit, vt etiam si post peccatum velit pœnitere, titillationes, durissimumque sentiat bellum. *Alia peccata*, inquit, *forinsecus sunt quæ post factum pœnitudinem habẽt, & licet inuitet lucrum, mordeat conscientia, sola libido etiam in ipso tempore pœnitendi præteritos stimulos patitur, & titillationem carnis, & incentiua peccati, vt per hæc quæ corrigi cupimus, cogitanti rursum sit materia peccandi.* Ex quo sanè constat

Luxuriæ peccatum patratum acres Veneris in corpus stimulos relinquit.

49. huius peruicacitas vitij, nam cætera si ad iudicium adducantur, pauida, trementiaque accedunt, sola libido audaciter,& insultans, ita vt ipsomet iudicio quo eam corrigere intendimus in ipso nobis illudat,& prouocet.

Indolens, etiã ad pœnitentiam aduocatũ.

Augusti. Melius meo iudicio Augustinus, vt in Glos. hîc, *In corpus suum peccat*, inquit, *quia anima eius totaliter carni in illo actu subijcitur, ita quod non possit aliud ibi cogitare.* Cuius rationis vis vt concipiatur,

50. Notandum, nobilitatem corporis nostri supra cæterorum animalium corpora se erigentem, non esse vires, aut alias dotes, vt inquit Augustinus 8. de Ciuit. Dei cap. 55. Nam in multis animalium corpora nostra præcedunt, natura fortius est Leo-

Corporis humani nobilitas in quo consistat.

Idem. nis, magis sanum equi, diuturnius serpentis, qui renouatur, sed nobilitatem eius stare in eo, quod sit instrumentum animæ coniunctum rationali, non irrationali, vt sunt animalium reliqua corpora: Vnde fit vt nullum maius peccatum, seu nullum

51. malum, infamiamque maiorem in corpus suum committere quis possit, quàm si ex corpore animæ rationalis faciat illud irrationalis animæ, & corpus bestiæ: nam hoc faciens totam suam ei adimit nobilitatem, præter maculam, & fœditatem qua eum deturpat. Tale peccatum, inquit Augusti-

In quo eius maxima iniuria.

August. nus, cõmittit in corpus fornicator, dũ fornicatio-

A ne peccat: nam in eo tunc veluti bestia quædam facit, vt anima sic corpori agglutinetur, vt totaliter in illo actu, ac si esset anima alicuius bestiæ, carni subijciatur, ita vt non possit pro tunc aliud cogitare, nec ratione vti; vnde agglutinata anima corpori fit sicut anima equi aut muli, iuxta illud David Psal. 48. num. 13. *Homo cùm in honore esset non intellexit*, peccando scilicet, *ideo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*, fornicando. Quod sanctus considerans Petrus Chrysologus, serm. 2. super illa verba filij prodigi, tiẽpè, *in se reuersus*, ac ponderãs vnde iste exierar, affirmat per fornicationem, non solum è domo, sed à se exijsse,& totum è rationali in bestiam se transmutasse; *A se migrat*, inquit, *& ab homine totus transit in bestiam, paterna pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus.* Ergo corpus illud, quod supra cæterorum animalium corpora se

Psal. 48. 13.

Petrus Chrysolo.

52. Filius prodigus per luxuriã in bestiã transiuit.

B erigebat, hac ratione sola, quia animæ erat rationalis, hoc priuilegium per fornicationem amittens factum animæ corpus bestialis, totam suam eminentiam deperdit, & fit corpus quolibet corpore vilissimo cuiuslibet animalis infimius; & hæc est macula, quam sibi inurit in corpus suum peccans fornicator, præter immunditiam, corporalemque fœditatem, quam etiam in corpus inducit, vt alij dicunt.

Maculat ergo corpus suum fornicator, fœdat, deturpat, ac dehonestat, & infamia afficit, dehonorans illud, quatenus ex corpore rationalis creaturæ, facit illud corpus irrationalis bestiæ, quod malum cùm in omni excessu repetiatur carnali, qui præter rationis fit vsum, maximè inuenitur in adulterio: nam cùm sint maritus & vxor duo 53.

C in carne vna,& cùm sint non duo, sed vnum corpus in actu illo generationis, & vniantur in illo, vt inquit sanctus doctor loc. cit. ep. Apostoli: fit vt non solum vxor quando fornicatur, maculet, & in corpus peccet suum, sed etiam maculet, & in corpus peccet mariti: sicut etiam quando vir peccat, non solum corpus maculat suum, sed etiam vxoris corpus. Quomodo etiam sanctus intelligit Hieronymus, vbi supra authoritatem Apostoli, fornicantem scilicet, in corpus suum peccare, hoc est ait, *in vxorem.* Quam expositionem approbat sanctus doctor hîc, quatenus inquit quod vxor dicitur, *corpus viri.* Et sic intelligit illud eiusdem Apostoli 1. ad Thessalon. 4. n. 4. scilicet, *vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, hoc est vxorem suam.*

Adulteriũ non solum maculat corpus proprium, sed alterius etiã coniugis.

S. Thom.

Hierony.

1. ad Thes. 4. num. 4.

D Ex dictis ergo, si rectè expendantur, clarè ratio deducitur infamiæ, iustæque hominum æstimationi infamari virum ex adulterio reputantium vxoris, nam eo ipso quo adulter corrumpit, maculat, fœdat, ac vxoris corpus ipsa consentiente deturpat, videtur etiam corrumpere, maculare, ac fœdare mariti corpus, & sic grauiter eum offendere in fama, & honore, in quod malum dum ipsa consentit, semel à viro intellecto, zelus excitatur, tum ob inuidiam riualis, tum ob deturpationem acceptam, quod cùm sit furor, totus in vindictæ accenditur desiderium; vnde passionem superans amoris, quia vehementius, & efficacius, occidit, detruncat, & perdit, etiam si impensè vxorem diligat, ac prorsus pro ea depereat.

54. Ratio cur vir infamatur ex adulterio vxoris.

Quod cùm sit, ad supernum nunc attendentes sponsum, ex dictis clarè ratio elicitur, vnde etsi impensè nos Deus amet, tamen contra adulte-

55. Dei zelus quando accenditur, cur hominẽ perdit alias à Deo dilectum.

rantem animam sic excandescat, & in furorem vertatur, vt eam occidat & perdat, nam cùm per fidé charitatemque, *vnus fiat Spiritus cum illa*, vt Apost. inquit vbi suprà, vel eque per vnionem Spiritus matrimonium cum illa contrahat spirituale, nō secus ac vxor, & vir carnale; ex quo sicut isti per illud vnum fiunt corpus, sic Deus cum anima vnus Spiritus, quod erat illud sic à Christo intentū quan-

Ioan. 17. num. 21.

do Ioan. 17. n. 21. Patrem orans aiebat, *vt sint vnum in nobis*, hoc est vnitate spirituali, per fidem & charitatem, *sicut nos vnum sumus.* Hinc fit vt quilibet Christianus peccans, & animam deturpans suam,

56\. Peccator ex se peccans Deum inhonorat, & deturpat, ac infamat.

quantum est ex se, talem turpitudinem, maculam, fœditatemque in Deum refundat, infinitam illam, simplicemque dehonestans, ac fœdans pulchritudinem: ita, vt nisi Deus aliunde omnino esset impassibilis, & inalterabilis, quantum est ex se, peccator, qui semel eius violauit amicitiam, ac desponsatione, illum infamauit, deturpauit, ac fœdauit. Quod cōsiderans summus ille Iudex excandescens ex hoc, quasi infamatum, deturpatum, ac fœdatum se iudicans; sic castigat, sic punit, vt ad nihilum quasi redigat creaturam; totus zelo ardens, ac vindictæ desiderio; tum ob malum patratum in se, vindicta dignum, tum ob immensam & infinitam eius pul-

57\. Deus contra peccantem irascitur ob suam pulchritudinem, quā peccans deturpare intendit.

chritudinem, quam ipse considerans, dum postea perpendit, peccatorem, quantum ex se, attentasse eam maculare, ac fœdare, ita vt fecisset, nisi aliunde sibi prouisum, magnis accenditur iræ stimulis, in puluerem, & in cinerem redigens audentem talia attentasse. *Si in tabula, aut lignea, aut lapidea*, in-

August.

quit August. serm. 244. de Tempor. tom. 1. *faceres imaginem tuam, & aliquis impudens homo vellet eam imaginem, aut lapidibus frangere, aut aliquibus sordibus inquinare, velim scire, si contra eum non moueretur animus tuus? Rogo te si imaginem pictam in tabella mortua sic zelaueris, putas qualem Zelum patitur Deus, quando in nobis imago sua per peccatum sordidatur?* Qui ergo non imaginem, sed ipsummet Deum attentauerit fœdare, qui ipsam summam pulchritudinem, qui ipsum ineffabilem decorem, nonne meritò excandescet Deus, & zelo ardens acriter inuehet contra præsumentem? Concludam ergo cum Augustino, *Ideo si no-*

58\. Ratio cur non peccandum.

bis non parcimus propter nosmetipsos, parcamus nobis propter imaginem Dei ad quam facti sumus. Parcamus addam, & propter pulchritudinem Dei, nec velimus in zelum eius incidere, ac in ardentem eius furorem; nam non solum Deus noster zelotes est, sed ipsemet zelus, *Omnia audiens*, vt inquit noster Sapiens.

Num. 11. *Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: Os autem quod mentitur, occidit animam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

Dixerat Sapiens Deum autem habere zelotypam, omnia audire, etiam secreta, & abscondita: quo posito monet nunc, vt cùm ita sit nolint obmurmurare contra illum. Cuius rationem addit, quia talis murmuratio nihil prodest, immo animam perdit: nam si semel Deus, aut castigare, aut misereri decreuit, ad quid murmuratio? cum consilium eius nullo modo immutare tu poteris. Vnde & ait:

1\. Murmuratio, detractio, & susurratio in quo differunt.

Custodite ergo vos à murmuratione, &c. Non solum hîc est sermo de murmuratione contra Deum; sed de ea etiam, quæ est contra homines; murmuratio autem, susurratio, & detractio eum differant penes secretum, & non secretum, nam murmuratio secretior videtur, fit vt in idem quasi incidant, murmuratio, detractio, & susurratio, licet sanctus Doctor velit detractionem tendere ad denigrandam famam proximi, susurrationem autem ad dissuadendum bonum amicitiæ inter aliquos 2. 2. qu. *S. Thom.*

2\. Susurrator Deo abominabilis & quantū.

74\. quæ amicitia si inter fratres sit, & maximè si inter viros religiosos vnius moris, in vna habitantes domo; qui eam susurratione rumpit, ac scindit, exterminabitur, ac scindet eum Deus, vtpote in conspectu eius abominabilis, imò detestabilis, Prou. 6. *Prou. 6.*
num. 16. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius*, id est maiori odio prosequitur, quod septimum est, eum qui *seminat inter fratres discordias.* Mirum hoc, si sex alia consideres, quis enim non crederet amplius Deum abhorrere oculos sublimes, & alios despicientes, linguam mēdacem, & mendacijs proximum lædentem, manus sanguinem innoxium effundentes, cor machinans cogitationes ad proximum subuertendum, pedes, & affectus promptissimos ad malum perpetrandū, & testem tandem fallacem, falsitate sua proximum subuertentem? quis vnquam non crederet Deum optimum maximum non magis hæc abhorrere, quam *seminantem inter fratres discordias?* seu vt

3\. Cur Deus susurrationem super cætera abominetur vitia.

Hebraicè, *mittentem iurgia inter fratres*? Sed, vt bene aduotat hîc modernus quidam, hoc non mirum, quia cætera vitia hominem lædunt, vel in fama, vel in facultate, vel in vita; at, qui discordias seminat lædit animum in charitate, & amore fraterno, quo nihil Deo amabilius. Quod qui facit, quid quæso aliud sperat, nisi vt, sicut ipse discindit inter *Salazar hic.*

4\. Susurrator inter fratres scindens amicitiam scindes illum Deus.

fratres charitatem, sic ipsum Deum discindat, & perdat. *Prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat*, inquit idem vbi suprà num. 14. seu vt 70. *peruersum cor fabricatur mala in omni tempore, qui talis est turbationes affert ciuitati.* Optimè, non solum seminans iurgia potens est vt charitatem scindat inter fratres, sed etiam vt totam turbet ciuitatem, imò & regnum; at videamus *Idem n. 14.*

5\. Quàm sit nociuus.

pœnam. *Huic extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltro medicinam.* Similitudo ducta est à vase fictili, quod extemplo solet excidi, & subito conteri, cui vltra mederi non potest. Vnde Sept. *Propter hoc extemplo venit perditio ipsius, intercisio, contusio insanabilis.* At cur tantum malum? quia (respondet) *Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum* (quod est iurgia seminans) *detestatur anima eius.* Quod aliter legentes Septuag.

6\. Eius extrema malitia ob quam cum tantopere abhorret Deus.

mirè extulerunt Dei odium contra tales. *Quoniam*, inquiunt, *gaudet omnibus, quæ odit Deus, conteritur autem propter immunditiam animæ.* Diuinus sensus, ideo talis susurrator à Deo scindetur, ac irremediabiliter punietur, & conteretur, quia gaudet, lætatur, ac tripudiat, & pro summa ducit lætitia, efficere id quod super omnia enarrata odit Deus; quòd qui ad hunc statum deuenit, vt scilicet de hoc gaudeat, nec possit se benè habere, nisi rixas inter fratres suscitet; iam tamquam de vase aliquo, ita immundo,

immundo, vt vllo modo emundari possit, ob quod A
frangitur, & eijcitur. Iudicium ferri potest simile,
à Deo enim conteretur propter immunditiam a-
nimæque suæ sordes. Eo inuento tales animam
7. Animam possidet fordidam. possident immundam, fœdidam, putridam, &
prorsus insanabilem, macie vndique infusam, ita
per actus, & medullas liuor maleuolentiæ vndique
perfusus, nesciant viuere inter fratres, nisi susur-
rando murmurando, ac referendo, ignem, flam-
mam, incendium, discordiam seminando, peiores,
quàm ipsemet diabolus, potius ad claustra apti in-
ferni, quàm ad religiosorum domus. *Modicum
fermentum sunt*; sed *totam massam corrumpunt*, vt
ad Gal. 5. 9. inquit Apostolus ad Galatas 1. num. 9. quapropter
tamquam turbantes fratres, portabunt iudicium
quicumque illi sint, vnde licet illis cum sanctissi-
mo Apostolo imprecari, *vtinam abscindantur. &
penitus pessumaentur.* Sed de hac re iterum hic
infrà. B

Quanihil prodest, &c. id est inutilis, vel vt Ca-
8. Quod valde nocet dicitur inutile. stro, quæ maximè nociua, nam quod valde no-
cet dicitur inutile: sicut quod obest, non prodesse;
iuxta illud 1. Reg. 12. 21. *Nolite declinare post ma-
la, quæ non proderunt vobis*, id est maximè noce-
1. Reg. 12. 21. bunt. Malos etiam, & perniciosos homines sæpè
in scripturis reperies inutiles dictos Psalm. 13. 13.
9. Mali inutiles. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.*
Hebraicè, *Abominabiles putruerunt, fœtuerunt.*
Psal. 13. num. 13. Chaldaicè, *deturpuerunt*. Alij *contemptibiles fue-
runt*, vel *immundi*. Quod tunc maximè, quando
quis in malum sic processit, vt totus videatur ma-
lus, tunc inutilis verè dici potest. Tales sunt, *qui
Iob. 15. num. 16. bibunt iniquitatem, sicut aquam*. Iob. 15. num. 16.
Murmuratio ergo inutilis est, nociua tota, in se ma-
la, & fœtida, ideo cauenda. C

A detractione, &c. quæ murmurationi germa-
na, quadam propinquitate affinis, vt dicebat An-
Antioch. Abb. tiochus Abbas in Pandectis n. 29. de hoc sanctus
S. Thom. Doctor 2. 2. q. 23. & Olkot lect. 9. est enim quando
Olkot. aliquis clam malè de alio, & iniustè loquitur, vitiũ
superatu difficillimum, vt mox dicemus, natura-
10. Detractio quid. le quasi hominibus factum, ita vt potius sine cibo vi-
deas aliquos permansuros, quàm sine detractione,
ita sapida, ita ordinaria in Regum aula degentibus,
at suauis, vt nostris temporibus interrogata puella
quædam in ea existente, vix quartum annum attin-
gente, quid esset detractio, paululum suspensa res-
pondit, *rem esse cælestem*.

Os autem, quod mentitur, occidit animam, &c.
animam scilicet mentientis, audientisque, aduer-
11. Mendaciũ quantum malum sus quem fit detractio, seu murmuratio, si grauis
est. Vt semel videas quantum malum sit mendaciũ, D
vt optimè dicat Augustinus lib. de mendac. cap. 6.
August. non esse mentiendum, etiam si mendacio à morte
12. aliquem liberare possimus: quod intelligendum,
Non mentiendum etiam ad liberandum aliquem à morte. etiam de leuissimo mendacio; quod peccatum ve-
niale sit, quia licet tale non occidat animam; ta-
men est dispositio ad occisionem, vnde mendaces
propriè filij sũt diaboli, qui eius pater. Quapropter
optimè in quodam sermone qui est 33. ad Eremi-
13. Mendaces filij diaboli. gum. Cæsarius dixit Arelatens. *Mentientem ad-
mittere in animam, diabolum interfectorem ipsius.*
Abstinendum ergo à murmuratione, abstinendum
à detractione, & præcipuè à mendacio.

Cæsarius Arelat. *Parcite linguæ, &c.* id est abstinete, ne loquami-
Lyra. ni, prohibete procliuitatem ad loquendum, seu
Olkot. murmurandum. Lyra. Olkot, & Carthusianus *par-
Carthus. cite linguæ*, id est labori, & iniuriæ, quæ linguæ in-

A fertur ob murmurationem; sensus moralis, primus
ergo litteralis.

Sermo obscurus, &c. Vatabl. *sermo clandesti-* 14.
nus. Impunè non ibit, id est absque pœna, quia Nil quod
etsi obscurus, tamen scietur, nam etsi homo deerit loquitur
qui reportet, reportabunt aues, Eccles. 10. num. 20. occultum remanet.
*In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto
cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cœli
portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annun-
ciabit sententiam.* Hyperbolica locutio, sed veram
continens doctrinam: nam sæpè euenit, vt inquit
Titelmanus hîc, omnino videndus, vt quæ soli ami- Titelm.
cissimo nobis in sinum effundimus, tamen, neque
illo mussitante, neque nobis reuelantibus, in publi-
cum emergant.

B

HOMILIA XX.

Contra Deum non murmurandum.

C*Vstodite ergo vos à murmuratione*, inquit no-
ster Sapiens, vtpote à re perniciosissima. Mi-
randum valde quanti Salomon murmurationis fa-
ciat damnum; & præcipuè illius, quæ contra Deũ.
Hoc enim ferè in omnibus semper superioribus
agitat versibus, & in sequentibus repetit, sed non
mirum, si damnum, huiusque vesaniam perspexe-
rimus vit j.

Murmuratio ergo, de qua loquimur, est de Deo 1.
querela cum impatientia, in his quæ homo patien- Murmuratio hic accipitur pro
ter ferre, & sustinere debet. De quatuor ait Olkot in
sua sapientia, quod homines ordinariè contra Deũ querela cũ
C murmurare solent. Primò, quod anni tempestates impatientia de Deo.
non procedant feliciter. Secundò quod non vi- Olkot.
deantur aduersa, prosperaque hominibus iuxta eo-
rum merita distribui. Tertiò cùm nimiæ adsint 2.
tribulationes, & tandem quartò, quando rerum Homines
opprimit egestas. Sed siue de his quatuor, siue de de quibus
alijs, contra Deum murmurare magna est vesania, contra Deũ murmurare solent.
quia, vt inquit Seneca ep. 14. *Optimum est pati quod* Seneca.
*emendare non possis, & Deum, quo auctore cuncta
proueniunt, sine murmuratione comitari, malus* 3.
enim miles est, qui imperatorem gemens sequitur. Murmurãtis de Deo
At quid, si ad gemitum quærelam addas, & mur- vesania.
murationem, quasi malè illud factum, numquid Ad Rom.
hoc non est illa vesania de qua loquitur Paulus ad 9. nu. 20.
Rom. 9. num. 20. figmenti scilicet, qui diceret fa-
ctori suo, *quid me fecisti sic*? quid vesanius? nam
tali murmuratione tanti se magni facit homo, vt
D suprà Dei se sapientiam, prouidentiamque consti-
tuens, illam taxet, & dijudicet; certè, vt inquit idẽ Olkot.
author vbi suprà, *Subtiles artifices multum indi-
gnantur, & meritò, quando corripiuntur, & instruũ-
tur ab inscijs, & ignaris artis suæ.* Quod cùm ita
sit, quid nobis ignorantius in mũdi regimine, ideo
vt inquit idem, *Quicumque contra diuinas ordina-* Idem.
tiones, & dispositiones murmurat, ostendit se esse fa- 4.
tuum, & indisciplinatum. Vnde meritò contra Contra eũ
tales irritatur Deus, & furor eius iustè accenditur, multum
quod sancta illa declarauit vidua Iudith Bethulia- indignatur Deus.
nos repræhendens presbyteros, qui terminum
ponentes misericordiæ, prouidentiæque diuinæ,
ciuitatem dare statuerunt, nisi auxilium intra quin-
que illis Deus præstasset dies. *Non est iste ser-
mo*, inquit, *qui misericordiam prouocet, sed
potius, qui iram excitet, & furorem accendat.*

K

Iudic.8. num. 12. Vnde accensio? necessitas vrgens aderat, res penè ad extremum deducta, consuetum in bellis ciuitatem tradere, quando spes non adest auxilij, verum, sed malum traditionis in eo erat, *Quia posuistis vos*, inquit, *tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei.* Eo causa indignationis, tempus prouidentiæ, misericordiæque constituere diuinæ, & consilium Altissimi, arcanumque Dei sanctissimum iudicare, & io arbitrium ponere nostrum, & vt sic dicam, arbitrio, seu iudicio nostro, diuinæ vias metiri prouidentiæ: nam, vt inquit Hieronymus lib. 1. in cap. 3. Mich. tom. 5. super illa verba, *Non est vestrum cognoscere iudicium, non meretur homo scire Dei iudicium, quod est abyssus multa, & profundum iustitia eius mens praua non inuenit.*

5. Prouidentiæ diuinæ consilium indagare, aut coarctare, iram Dei prouocat.

Iudic. 8. num. 12.

Hieron.

B Sed duo hîc obiter notanda. Primum hos legitimè, non vanè, aut sine fundamento Domini sperasse auxilium, nam Deo seruiebant, & alieni ab illo non erant, cùm, vt inquit Hieronymus in cap. 2. Hierem. super illa verba, *Transite insulam. Impudens est postulatio temporis necessitatis, & angustia, ab eo petere auxilium, quem in pace contempseris.* Ad quod attendens ipsamet sancta vidua, ait, *Quoniam non sumus sequuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt Deos alienos: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum: & ideo expectemus humiles consolationem eius.* Ex quo constat, non in falsa spe horum malum, sed in limitatione consistebat temporis misericordiæ diuinæ, eiusque auxilij. Hoc enim ideo dixerim, vt exinde intelligas quòd si isti repræhenduntur, etsi benè sperant, quia limitatiooem diuino ponebant adiutorio; quid de illis, qui malè sperantes, vaneque de Deo confidentes, quia inimici, non solum tempus miserationi eius præfiguut; sed contra diuinam obmurmurantes prouidentiam, iustumque iudicium, veluti infidi canes oblatrant, cooquirentes de eo, aut quia tardat, aut quia plus pœnæ irrogat, quàm ipsi merentur? Sic pessimus oblatrauit Caim, dum dixit Genes. 4. num. 13. *Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear.* Quod ab Hebræis, vt notat hîc modernus quidam, per interrogationem legitur sic, *Numquid est maior iniquitas mea? quàm vt veniam merear?* seorsum explicantia conquerentis de pœna, qua Deus peccatum plectebat, quasi esset suprà peccantis meritum. Quod etiam non longè abest ab alia interpretatione, ducta ex lectionis Hebraicæ proprietate, nempe maiorem illam esse pœnam, quàm quod viuens ipse portare posset. Vnde sic ex Hebræo, *Magna est iniquitas mea à portare*, vbi omnes, verbum *iniquitas* prò pœna à Deo Caim inflicta sumunt, & sic Pagninus, *Maior est punitio mea, quam vt feram.* Oblatrabat iste contra Deum, eiusque diuinam iustitiam, quasi iniustum iudicans, qui eum vltra vires, vltra posse, immo vltra meritum castigabat; vnde meritò à facie Domini eiectus, condignas luit pœoas murmurationis suæ, sicut & luent omnes illi, qui sicut Caim, infidi, ac perfidi, mole obruti peccatorum, Deique inimici, contra eius diuinam oblatrant prouiden- A tiam, eam taxantes, aut quia non succurrit, aut quia plus pœnæ infert, quàm ipsi merentur.

Idem.

6. Inpudens oratiu que.

C

7. Caim similes qui contra Deum obmurmurant.

Gen. 4. 13

8. Existimauit maiorē esse pœnam quàm suum delictum.

D

Pagnin.

Secundò in supradicto scripturæ loco notandus modus, quo in Deo sperandum, hoc est humilis, & constans, sic firmiter in illo animatus sperans, vt limitationem temporis in eo non ponat. Vnde fit vt etiam si multum auxilium tardet diuinum, & quasi ad vltimum res redacta sit, non ob hoc desperandum; nam mos Dei est, ad animum, fidemque experiendum, ad patientiam fundandam, & spem subleuandam, ad meritum augendum, & tandem ad animam perficiendam, non cito auxiliom præstare, sed post aliquod succurrere tempus, Deuter. 5. num. 10. *Ego Dominus*, ait ad Moysem, *faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea.* Communis expositio illa est: ita suos Deum diligere, & eos qui illum diligunt, vt non solum personis benefaciat ipsorum, sed etiam eorum generationibus: quem sensum clarè indicat Paraphrasis Chaldæa, quæ sic, *Et faciens misericordiam in mille generationibus diligentibus me:* At Galathinus ex Hebræorum traditione alium affert sensũ, nempe, talem misericordiam non præbere Deum illicò, ac statim, sed post longum tempus, post multa anoorum millia, vt semel videas quàm constãs, quàm firma debet esse Christiani longanimitas in sperando Dei auxilium, quod etsi certo certius veniet, tamen non illico, vnde qui eam non habet, & illico quod Deus promittit vult compleri, pessum ibit, immo verum Deum abnegans ad idola se conuertet.

9. Modus quo in Deo sperandum.

10. Deus cur aliquando auxilium tardat.

Deut. 5. n. 10.

11. Longanimitate in Deum sperandum, nisi idololatrare velimus.

Galathinus.

Vnde quæso putas odũ, populum in deserto idololatrando Deos qui sibi præcederent petijsse? Exod. 32. ex impatientia dicam detentionis ingressus in promissionis terram, ardebat desiderio, moram sustinere non valens, deserto Deo vero, ad falsos recurrit, qui eum introducerent. *Videns autem populus quod moram faceret Moyses descendendi de monte, congregatus aduersus Aaron dixit, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Derelicto Deo ex impatientia sperandi, sic hæc eadem nunc facit, vt homines Deo derelicto, quando aliquid sperant, ad homines, falsosque recurrant Deos, Principes nempe sæculi huius, vt eos ducant, & præcedant: hoc malum, hoc damnum facit impatientia, Deum non sustinent, & noo sustinendo spem ab eis auferet & confidentiam, qua semel ablata, alios Deos necesse est vt inquirant homines, in quibus spem reponãt Deo derelicto, cùm impossibile sit, vt inquit Origen. hom. 5. in Psal. 36. tom. 7. in duobus simul sperare. *Sicut nemo, ait, potest duobus dominis seruire, ita nemo potest in duobus dominis sperare, nemo potest in incerto diuitiarum sperare, & in Domino, nemo potest sperare in Principibus, & in Deo, nemo potest sperare in viribus equi, & in Deo, nemo potest sperare in sæculo & in Deo, vnum ergo relinquendũ.* Impatiens ergo moræ, cùm Deum sustinere nequeat, aliò se conuertens, spemq; in illo reponens, Deum necesse est vt deserat, quia in doobus sperari non potest, ex hoc deorum multitudo vno vero Deo derelicto, idololatrans in illis, quia patienter Deum sustinere nequiuit. Sperãdum ergo, sed cũ patientia, cum longanimitate, absque murmuratione, quando ex ea nil aliud proficisci possit, nisi indignatio, iraque diuina, cùm certum sit, nulla alia re tantum Deum indignari, quantum quòd homo contra eum obmurmuret.

Exod. 32.

12. Populus in deserto cur idololatrauit.

13. Impatientiæ damna.

14. Impossibile in Deo, & hominibus sperare.

Origen.

15. *Deus murmurationis peccatum cōtra eum ſemper punit, parcens aliquando & diſſimulans cum reliquis.*

Mirandum equidem, quod licet Deus multa populo condonaſſet peccata, immo ſępè aliquando ea diſſimulaſſet, eo vel maximè quando publica non erant; tamen quando murmurationis contra ipſum, ferè ſemper eum puniuit. Vt inde intelligas quantum tale peccatum ei diſpliceat. Sic murmurantes ob concupiſcentiam carnium occidit, Num. 11. ſic etiam & illos, ex exploratorum relatione murmurantes, terram dicentium Chananæam eſſe inexpugnabilem, quam multitudinem ſic occidit, ac perdidit, vt ex ſexcentis millibus, ſolus Ioſue, & Chaleb, qui crediderunt, eam ingreſſi ſint. Num. 14. 29. Sic etiam ſeueriſſimè puniuit murmur Core cum ſuis, cùm è contrario eis pepercit, quando animum deſpondentes, & Pharaonem timentes, piguit ex Ægypto exiſſe: nec mirum, nam etſi cætera peccata Deum offendant, non tamen improperant, ſicut murmuratio. Vnde bene ſanctiſſima Iudith murmurationem Dei appellauit improperium, dicens cap. 8. num. 24. *Illi autem, qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt*, & meritò quidem.

Num. 11. Ibid. 14. 29.

Iudic. c. 8. n. 24.

16. *Murmuratio contra Deum eius dicitur impropetiū, & quantum ſit malum*

Philo.

Nam quale maius abſurdum quàm mordaces in prouidentiæ vberibus diuinæ, dentes infigere murmurationis & vnde lac tibi emanat, inde te ſanguinem elicere? Pulchrè Philo in lib. de ſpecialibus legibus propè finem, ob hoc inter alia aſſeuerat infantibus à natura dentes non additi, ne fontes vberum vexarent inter ſugendum, & ſanguinem elicerent, à quibus lac propinabant, *Quapropter*, ait, *ille rerum parens, & conditor, cuius nullum opus eſt ſupernacaneum, dentes non vt cætera membra naſcenti ſtatim addidit, ne infantem lacte nutriendum grauarent inutiliter, & fontes vberum, per quot alimenta deriuantur, vexarent inter ſugendum, innaturale enim illud indicauit, creaturaque indignum rationali, hinc quod animalibus conceſſit naſcentibus ab illis ademit, & voluit ſine dentibus naſci, ne ingrati vbera ferirent.*

17. *Infantibus dentes cur non dati.*

Hoc ergo malum, à quo ſic ipſa abhorret natura, committunt de Dei prouidentia murmurantes, dum ab illa, tamquam à genitrice, ſuſtentati, lac vitæ ſugunt, tamen contra ipſam dentibus armati inſurgentes, eam improperant, & dilacerant: meritò ergo, vt ſancta inquit Iudith, exterminati, hoc eſt radicitus extirpati, ac extincti, tāquam homines natura indigni humana, ſanctiſſimum eius improperantes authorem ſuo murmurationis improperio. Hinc Paulus 1. ad Corinth. 10. num. 10. ad tales terrendum ait, *Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore*, hoc eſt, vt vult Anſelmus, ab Angelo percutiente.

1. ad Cor. 10. n. 10.

Anſelm.

18. *Deus contra murmuratores non ſolum terreſtria, ſed cæleſtia armat.*

Quod peccatum, cùm in murmuratione Core cæterorumque filiorum Iſrael contra Moyſem, Deumque obmurmurantium aduenisset, notandum, ſic Deo hoc vitium inuiſum, vt contra eum, non ſolum terram deſciuerit, ignemque accenderit, ſerpentes armauerit, ſed ipſas etiam ſupremas adijciens poteſtates cōtra eum inuexerit, ad eum omnino exterminandum, ſic eum abhorret, immo vt ſic dicam, timet.

19. *Murmurationem timet.*

Hinc ac ſi alter eſſet homo, ſic murmurationem expaueſcit, vt potius iudicet ab incepto deſiſtendum ſibi conſilio, quàm contra ſe murmurationem admittere; ita vt aliqua deſinat facere, aliàs facturus, niſi murmurationem extimeſ-

A ceret. Quam Dei conditionem ſanctus callens Moyſes, vtpote Dei domeſticus, volens eum ab occiſione cohibere, quam populo ob murmurationem intenderat, nulla alia ipſum ratione repreſſit, niſi aliam illi proponens ab inimicis futuram, vt *audiant Ægyptij*, inquit Num. 14. 13. *de quorum medio eduxiſti populum iſtum, & habitatores terræ huius, quòd occideris tantam multitudinem, tamquam vnum hominem, & dicant, non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in ſolitudine.* Quod audiens Dominus illico reſpondit; *Dimiſi iuxta verbum, viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuerſa terra.* Quaſi diceret, non ſic nolo vt illi obmurmurent; immo potius quod me glorificent, & ſic dimittam, & non occidam; ne contra me maledici oblatrent, timens quodammodo, noſtro modo loquendi, ipſam murmurationem, qui nullum timet.

Num. 14. 13.

B Quod pulchrè obſeruauit Chryſoſtomus homil. 6. in Geneſim, dum acutè adnotat, non ſemel tantum de creaturis ſuis Deum protuliſſe eſſe bona, ſed ſtatim ac eas produxiſſet, illico in quolibet addidiſſe die, quòd eſſent bonæ, Geneſ. 1. à num. 3. quod ideo feciſſe æſtimat Sanctus, ne cui licitum eſſet illas taxando contra ipſum impiè obmurmurare. Vnde quaſi illud timens, laudationem præuertit, os obſtruens murmurantium; *Vide, ait, quod ſingulis diebus oſtendit diuina ſcriptura Deo placere creaturas, vt omnem amputet occaſionem eorum, qui accuſare audent, quæ ab illo facta ſunt; quod ex conſequentia manifeſtum eſt: ſufficiebat enim de omnibus creaturis ſemel dicere, quòd omnia quæcumque fecit ſunt bona valde, ſed ſciens*

Chryſoſt.

20. *Deus cur ſtatim ac creaturas ſingulas creauit protulit eſſe bonas.*

Gen. 1. n. 3

C *quanta ſit mentium noſtrarum infirmitas, particulatim hoc facit.* Nil melius. Occurrit homini murmuranti; ne integritatem ſuæ accuſet ſapientiæ, ſic murmurationem timet, etſi ab ignorantia, aut infirmitate tantum, quid ergo quando à malitia hinc hanc exterminat, quia maieſtati eius nil ducit indignius.

21. *Murmuratione Dei maieſtati nil magis indecorū.*

Enimuerò quid altiſſimæ illius maieſtati magis indecorum excogitari poteſt quàm de operibus eius diuinis, deque altiſſimo prouidentiæ eius arcano vilem murmurare creaturam? nonne hoc eſt diuinitate, ac ipſa ſuprema eum expoliare poteſtate? immo inferiorem homini illum conſtituere? nam murmurans contra creatorem ſuum ſe erigit, & opera eius dijudicans defectum in illis reperit, & dum Dei opera ſugillat, ipſum Deum repræhendit, & veluti inferiorem dijudi-

22. *Deum homini inferiorem cōſtituit.*

D cans ſupra ipſum ſe extollit, Deum ſe conſtruens, putans melius ſe recturum, aut melius futurum, quod ipſe proponit, quàm quod Deus facit. Exodi enim 14. num. 12. dicebant murmurantes filij Iſrael, *Multo enim melius erat ſeruire Ægyptijs, quàm mori in ſolitudine.* Et Num. 14. 3. *Nonne melius eſt reuerti in Ægyptum?* Hoc equidem melius contra Dei bonum opponitur, bonum eſt quod fecit Dominus, at melius eſt quod facere nos intendimus. Si ergo horum opus melius quàm illud Dei, nonne ſuprà Deum ſe conſtituebant, & meliores Deo ſeipſos faciebant? hoc autem quid aliud eſt, niſi illius maieſtatem in terram deijcere, & infrà creaturas ipſum conſtituere? cuius ſemper iudicia inperſcrutabilia, ita vt multoties iuſta iniuſta nobis videantur, & è contra. Quod

Exod. 14. n. 12.

Num. 14 n. 3.

23. *Iudicia Dei inſcrutabilia iuſta ſua multoties iniuſta nobis videntur, & è contra.*

[*Hieron.*] satis eleganter adnotauit Hieronymus in epist. ad Anticum, quem instruit in scientia diuinæ legis tom. 9. vbi sic, *Saul, & Iosaphat Reges fuerunt*, ait, *populi Israel, & dum misericordiam ijs, quos Deus oderat, præstiterunt, Dei offensam in opere pietatis incurrunt; è contrario Phinees, filijque Leui gratiam Dei humana cæde, & suorum parricidio meruerunt. Vides quantum ab humanis sensibus per nostram imperitiam discrepat diuina sententia, vt nobis interdum cælestis iudicij dispensationem nescientibus, iniusta videantur, quæ per causarum scientiam iusta satis, & rectè facta probantur; rursus ea, quæ nostro iudicio bona probantur, apud Deum plerumque reproba, & ingrata videntur. Quis hodie patris Abraham exemplo, innoxium volens filium trucidare, humano iudicio non crederetur insanus? è contra, quis in tactu arcæ diuinæ imitatus Ozam hominum sententia damnaretur?* Nil melius. Facta Altissimi multoties nobis videntur iniusta, cùm iustissima sint, quia iustam causarum nescimus scientiam, & quæ Deus summus videt, & scit, non videmus, nec scimus. Qualis ergo impudentia factum creaturam taxare ignorantem omnia scientis? *Ipsa rationes*, inquit Basilius homil. 8. in Psalm. 33. super illa verba, *ponens in thesauris abyssos, quæ de diuino sunt iudicio, arcana quidem illa, nec vlla humanæ menti comprehensibiles, hi vocantur abyssi; propterea quod rationes hæ diuinæ tantum cogitationi reseruata sunt, quibus singula dispensantur.* Egregiè, quas cùm assequi impossibile sit, nonne stultum est de illis iudicare?

[*Basil.* 24. Rationes diuinæ imperscrutabiles.]

[25. Probatur in venditione Iosephi.] Vendiderunt fratres Iosephum puerum, innocentem, & simplicem, & venditus, dum in Ægypto degeret, vidit se in carcerem intrusum, abiectum, & ab omnibus derelictum, domi manentem, in delitijs adulterantem, ac dominantem, dic mihi nunc, rectè ne egisset Ioseph, si iustitiam, Deique incusans iudicia, contra illa oblatrans obmurmurasset? quia venditus & insuper falsò accusatus, quis quæso penetrare poterat quale erat Dei consilium in illius venditione, nisi Deus ipsi Ioseph reuelasset, vnde & fratribus ait; *Præmisitque me Deus, vt reseruemini super terram, & escam ad viuendum habere possitis.* Genes. 45. num. 7. *vnde non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum.* [*Gen. 45. n. 7.*] Vade nunc, & penetra diuinum consilium in alijs, & secundùm euidentiam iudica, aut cùm te videris non peccasse, texe querimoniam, quia in tribulationibus manes, cùm certè innocentior, ac purior Iosepho nunquam eris: etenim ille dicitur prudens, qui futurorum habet prouidentiam, pars enim prudentiæ est prouidentia, secundùm Ciceronem lib. 2. Rhetor. prudentia autem secundùm Augustinum de Spirit. & littera, *est notio futurorum, tractans euentum, cuius officium est ex præsentibus futura perpendere, & aduersus aduenientem calamitatem se consilio præmunire.* Ex quo fit, vt qui extensiorem futurorum habet prouidentiam, & amplius prudens, & cordatus dicatur: quis vt Deus prudens? qui tam è longinquo res præuidet, vnde qualis dementia de illius facto murmurare nos, qui faciendorum nihil cognoscimus futurorum?

[26. Prudens quis dicatur.] [*Cicero.* *August.* 27. Prudentia quid sit, eiusque officium.] [28. Deus cur prudentissimus.]

Abrahamo Deus statim ac è domo sua egressus, terram peregrinationis suæ promisit, *Semini tuo dabo terram hanc*, Genes. 12. num. 7. & cap. 13. num. 15. *Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum.* [*Gen. 12. 7. c. 13. 15.*] Quam promissionem cùm Deus differret, vidissetque Abraham quod non ad effectum perueniret, fidelis ipse percontatus est à Deo vnde illud scire posset, quod possessurus esset eam, Genes. 15. num. 8. [*Gen. 15. 8*] cui Deus declarans promissum dixit, non prius complendum, quàm quadringenti præterirent anni. Quis hoc audiens contra tale non mussitaret? Dei decretum promittit se daturum, sed post quadringentos annos, post mortem amici, post longam generis sui afflictionem. Cur non modo? cur non illico? cur non statim? cùm esset Dominus, & posset? Sic humana discurreret ignorantia, sed se deciperet, quia ei scitu impossibile, quod Deus sciebat, nempe post quadringentos annos, & non ante, illius terræ dominos ad pondus mensuram completuros peccatorum suorum; quibus exigentibus iustè expoliatione terræ, eiusque priuatione dominij punituros, *Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus*; seu vt Pagninus, *quia non est perfecta punitio Amorrhæi vsque huc.* [*Pagnin.*] Vidit ergo Deus post quadringentos annos futurum, & iuxta huiusmodi scientiam ordinauit seriem factorum. Miser ergo homo, cùm tu nec futurum post vnum videas instans, immo nec præsens, quomodo audebis de Deo murmurare, ac contra diuinam mussitare ordinationem, iudiciumque de illa ferre, cùm illius prouidentiæ rationem penitus ignores? Quis quæso, inducias promissi ad Abrahamum scire, aut quis penetrare eas posset, cùm à quadringentorum futuro annorum penderent? Vnde tu nunc qui vix natus, & moreris, & factum diiudica diuinum, & contra illud obmurmura, cuius ratio à tam longa pendet serie annorum. Vera ergo dementia est, veraque fatuitas, contra quam bene iudex ille irascitur diuinus, & sic tales omnino detruncat, & perdit. Quod satis perpendens noster Sapiens consulit à tali murmuratione cessandum, dicens, *Custodite vos, &c.*

[29. Abrahamo cur statim terram non dedit promissionis.]

HOMILIA XXI.

Contra homines non murmurandum.

NOn murmurandum ergo contra Deum factumque eius, nec contra homines: vitium superatu difficile, ita iam naturæ insitum, vt quasi connaturale sit. Vnde sanctus Pater Hieronymus [*Hieron.*] in sua epist. ad Celantium de murmurationis vitio, ita sentit, vt dicat vix ab aliquo quantumuis sancto totaliter deuictum, verba eius sunt. *Pauci admodum sunt, qui ita vitam suam irreprehensibilem esse velint, vt non libenter reprehendant alienam; tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit, vt etiam qui procul ab alijs vitijs recesserunt, in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant.* Ex quo maximè elucet necessitas tale euitandi vitium, quia eo periculosius, quo communius, quo superatu difficilius: vnde non sine causa tantopere illud dissuadet noster Sapiens,

[1. Murmurationis vitiū superatu difficile vix à sanctis deuictum.]

A vtpote Deo maxime infestum. Quapropter Gentium prædicator vitia recensens de nullo Dei odium affirmauit, ac de murmuratione, & detractione, *Susurrones, detractores Deo odibiles*, ad Rom.cap.1.num.3. Nec mirum, nam si ad eius grauitatem attendamus, inter linguæ vitia est maximum, principemque obtinet locum. Pro qua re

Ad Rom. 1. n. 3.

2. Inter vitia linguæ maximum.

Notandum ex sancto Thom. 2.2. quæst. 74. art. 1. inter illa tria linguæ vitia, contumeliam scilicet, detractionem, & susurrationem, differentiam esse: Nam contumelia est publica iniuria contra famam proximi, detractio autem & susurratio, est secreta proximi famæ denigratio, sed inter detractionem & susurrationem discrimen esse in fine, conuenire autem in materia, & modo loquendi: nam ambo secretè obmurmurant, & malum proximi ostendunt; at verò in fine differunt, B nam detractor intendit denigrare famam proximi, susurrator autem, siue murmurator, amicitiam, quam cum proximo quis habet, vnde in Prou.26. num.10. dicitur, *Susurrone subtracto iurgia conquiescunt*. & Eccles. 28. num. 11. *Vir peccator conturbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam*. Ex quo postea concludit Sanctus art. 2. grauius peccatum esse susurrationem, quàm detractionem, & contumeliam, quia scilicet priuat maiori bono, nempe amicitia: nam vt inquit Sanctus; *Honor, & fama, quæ illis duobus amittuntur, ordinantur ad habendos amicos, sine quibus viuere quis non potest*. vt rectè Aristot. 8. Ethic. Cùm ergo susurratio, siue murmuratio priuet maiori bono, quod homo habere potest in hac vita, loquendo de bonis externis, quæ sunt extra corpus, fit vt susurratio sit maius peccatum, quàm contumelia, & detractio. C Quo semel posito:

S. Thom.

3. Quæ differentia inter contumeliam, detractionem, & susurrationem.

4. Murmuratoris finis ac detractoris qui.

Prou. 26. num. 10.

Eccles. 28 num. 11.

Arist. 8. Ethic.

5. Ratio Dei summi odij cõtra murmuratonẽ.

Quis non videt murmurationis grauitatem, rationemque quare Deo tantum displiceat? cùm enim summus ille pater ita obnixè diligat, immo vnicè inter homines charitatem appetat, fraternamque dilectionem, qui hanc dirimit, & direptionis est author, summopere illum offendit, vtpote causa, odijque seminarium inter fratres, & illius scissionis charitatis, sine qua nec ipsum Deum diligere possumus. Ob quod sanctus ille Dauid Psalm. 100. num. 5. præcipuum contra hos odium exercebat inquiens, *Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar*. Iustè quidem, quasi facinorosum hominem, qui pretiosius, quod inter homines esse poterat è medio D auferebat, amicitiam nempe, fraternamque dilectionem, siue charitatem, qua semel sublata, tollitur simul omne bonum, & quasi omnis lex: nam murmurantes totam destruunt charitatem, necant, occidunt. Quod apprimè dixit Bernardus sermone 28. in Cantic. *Hoc enim vitium*, inquit, *præcipuè destruit charitatem, quæ Deus est, & cæteris armis eam impugnat, & prosequitur: nam omnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate, deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in odium & contemptum his, apud quos detrahit?* Ferit ergo charitatem in omnibus lingua maledica, & quantum in se est necat funditus, & euertit, ex quo, & totam Dei legem. Vnde pulchrè Isichius in Leuitic. lib. 5. cap. 18. super illa verba, *Turpitudinem patris*

Psal. 100. n. 5.

6. Dauid summopere murmurãtes odio habebat.

7. Destruunt totam charitatem.

Bernard.

Isichius.

A *tui, & turpitudinem matris tuæ ne discooperias*, obseruat iuxta Septuag. decies hoc in illo capite inculcari, quem numerum cum illo præceptorum conferens, qui etiam denarius, recognouit mysterium in murmurationis malo, quasi decies prohibitum, quia ipsum, etsi vnum, totam tamen simul destruit Dei legem, *Quia quisquis*, ait, *turpitudinem spiritualium, vel carnalium cognatorum reuelat, totius legis inuenitur transgressor, quare? quia alienum est à charitate quod agit, quæ est legis plenitudo*. Nil melius. Discordias ergo seminantes, totam Dei legem confundunt, animas fratrum perdentes, charitatem auferentes.

8. Murmuratio totam Dei destruit legẽ.

9. Et non solũ fratrũ animas, sed corpora.

Quibus nec etiam satis, cùm non minus faciant de corpore, nam ipsas hominis carnes comedit, & destruit, qui murmurat, vnde cùm occidit, B & interficit, non secus ac si canes morsibus cum ac dentibus occiderent, *Appropiant super me nocentes*, Psalm. 26. num. 2. Regius conquerebatur vates, id est, *murmurantes*, vt Hieronymus & Augustinus intelligunt, *vt edant carnes meas*. Sic etiam Gregorius atque Nyssenus illud Iob, *Carnibus meis saturamini*, de murmuratoribus intellexerunt, sicut & sanctus Hieronymus de Doeg detractore illud Psalm. *Dilexisti omnia verba præcipitationis*, vbi ait, *verba ad deuorandum*, & Chald. *voracitatis*. Deuorant ergo isti proximorum carnes, quibus deuoratis, nonne mors statim sequetur? Occidunt ergo animam, occidunt etiam corpus, abscindunt ergo vitam totaliter, vnde non sic gladius vitam adimit, ac lingua. De qua re præclarè Bernard. serm. de triplici custode. *Lingua maledica*, ait, *vipera est* C *ferocissima plane, quantam lethaliter tres inficiat flatu vno, illum qui loquitur, & de quo loquitur, & quem verbis suis scandalizat. Numquid non lancea est ista lingua? profectò & acutissima, quæ tres penetrat ictu vno, lingua eorum gladius acutus* Psalm. 56. *immo triceps est lingua detractoris*. Vnde sic malam eam æstimat Sanctus, sicque Christo infensam, vt crudeliorem eam, quam ipsemet in Christum lancea iudicet, immo & ipsismet spinis, & clauis, *Nec vero*, ait, *eiusmodi linguam ipso etiam mucrone, quo Dominicum latus confossum est, crudeliorem dicere verenur, fodit enim hæc quoque Christi corpus, nec iam exanime fodit, sed facit exanime fodiendo*. Pulchrè, in Christum occisum mucro sæuit lanceæ, at lingua maledica in viuum, illa tantum sanguinem, ista & dolorem, illa cum aqua mixtum, D hæc cum amaritudinis felle, meritò crudelior, quæ sæuit in viuum. *Ipsis quoque*, sequitur Sanctus, *nocentior est spinis, quas illi tam sublimi capiti furor militaris imposuit, seu etiam clauis ferreis, quos sanctissimis manibus illis, & pedibus consummatio Iudaicæ iniquitatis infixit*. Cuius rationem addens subiungit, *Nisi enim huius, quod nunc pungitur, & transfoditur, corporis sui vitam illius vita corporis prætulisset, numquam illud pro isto mortis iniuria, crucis ignominia tradidisset*. Cùm ergo murmuratio sic Christi corpus tractet, vt secundùm Bernardum plus ei inferat doloris, quàm lancea, claui, & spinæ, meritò Deo super omnia vniuersa vitia, tamquam originarium mortis, instrumentum infamiæ. Ad hæc & alia subest ratio, quare Deo sic super omnia infensa, nam detractio in sola malignitate habet fundamen-

Psal. 26. n. 2.

Hieron.

August.

Greg.

Nyssen.

10. Lingua maledica vitã adimit sicut gladius.

Bernard.

11. Tres simul vnico mactat ictu.

12. Crudelior cõtra Christum quàm ipsa lancea ipsique claui ac spinæ.

13. Detractio quasi sẽper ex malignitate proficiscitur nõ ex infirmitate, ideo Deo odibilis super cæteravitia

tum, cætera namque vitia, vel ex imbecillitate naturæ, vel ex vehementi aliqua passione rationem præoccupante, facile oriuntur: at detractio, quæ non casu, non ex leuitate, sed ex malitia fit, ferè semper, imò & semper ex malignitate proficiscitur:

August.

quod notauit sanctus Augustinus in Psalm. 49. super illa verba, *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum*, vel vt ipse legit, *ponebas detractionem. Quod dixit*, ait Augustinus *sedens, ostendere voluit, quod non transitorie detraxerit, nec ei surreptum sit passione quadam subita, vt malum de proximo loqueretur: sed sedens, id est ex odio, quasi ad hoc vacans, vt derogaret proximo suo*, non enim fragilitate quadam ducti, susurrones murmurant, sed data opera vt fratrem interficiant. *Hoc enim intendere videtur detractor*, inquit sanctus Doctor 2. 2. qu.

S. Thom.

14\. Filij Israel vt malitiosè peccarũt in adoratione vituli.

73. in corp. *& ad hoc conatur detrahens, vt eius verbis credatur, lædens, & proximi famam denigrans*, quòd summè Deo est odibile, nam peccata, quæ fragilitate contrahuntur, minorem malitiam habent, at quæ non fragilitate, sed data opera, Deo odibiliora. Cõflauerunt filij Israel vitulum, confessi sunt illum eorum Deum, altare construxerunt, victimas occiderunt, siluit Deus, at quando illos vidit sedere ad manducandum, & bibendum, & lætanter clamare; *Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: seu vt ex Caldæo, *hi sunt timor tuus Israel.*

Cald.

illico iratus, dixitque Moysi, *Vade, descende, &c.* quia tunc quando populus sedit, idolum acclamando, malitiosè, & data opera peccauit: nam malitiosè & non ignoranter affirmarunt illos esse Deos, qui eos de Ægypto eduxerunt, quia ex signis præmissis, ex Ægypti portentis, & Dei oraculis, ex ipsa Dei locutione quam audierunt, ignorare non poterant Deum cœli esse eorum ex Ægypto deductorem. Vnde ignotarunt, quia voluerunt, & malitiosè peccantes Deum optimum maximum valde irritarunt, non tantum irritassent, si ignotanter peccassent. Sic etiam Aaron peccauit quidem conflando vitulum ex timore, sed tunc magis peccauit, & tunc amplius Deum offendit, ita vt occidisset eum, nisi Moyses pro eo stetisset, Deut. 9. num. 20.

Deut. 9. 20

15\. Aaronis peccatum maximũ processit ex ambitione.

Aduersus Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. Quando ex ambitione Pontificatus, ne populus eo illum priuaret, ædificauit illi altare, attribuens illi Dei nomen ineffabile, *tetragrammaton*, voce præconis proclamans, *Cras solemnitas Domini est*, hoc grande fuit peccatum, quia non ex timore, sed ex malitia, non ex fragilitate, sed ex ambitione illud vitiosa commisit.

16\. Quàm facile sit ex vno peccato licet ex fragilitate cõmissum in aliud transire quod sit malitiæ.

In quo vnum obseruandum, quàm scilicet facile sit post vnum peccatum ex fragilitate commissum, ad peccatum transire ex malitia, & similiter quàm pronum post vnum peccatum, licet velut coactè peractum, ad aliud transire ex animo, nullo incitante & simul in barathrum incidere malorũ. Coactè, & timore ductus vitulum conflauit Aaron, sed postea non coactè, sed sponte ædificauit altare, & quòd horrendum, vitulo fœnum comedenti, imò non comedenti, sed insensibili ineffabile applicauit nomen Dei altissimi *tetragrammaton*. Vt hinc videas quàm aptè Cyrillus dixerit Hierosolymitanus Catechef. 2. principijs resistendum peccatorum, nam semel eorum suscepto semine, incisũ redduntur difficilia: cùm enim dixisset omnino ostium peccato occludendum, iterum ait, *Si*

Cyrill. Hieros.

A *verò neglectè susceperis concupiscentiæ incitationem per ratiocinationes*, (notandum verbum) *radices in te figet, & mentem tuam ligabit, & te detrahet in foueam malorum*: postea sic arguit, *sed fortè dices, fidelis sum; non me apprehendet concupiscentia, etiam si aliquid concupiero obscurius.* Egregiè respondens ait, *An ignoras quod etiam in petra quandoque radix agitur, & sæpè manet? suscipias semen, quoniam perdet tuam fidem, priusquam floreat, radicitus erue malum, ne si ab initio neglexeris, postea nequicquam incidas, & ignem magis excites.* Pulchrè, nequicquam incidas, & ignem magis excitabis, semel enim peccando, etsi ex fragilitate, non putandum singulare illud futurum peccatum; nam etsi velimus postea non incidemus, imò & ignem, & ampliorem excitabimus flammam, non secus ac Aaron,

17\. Peccatorũ principijs obsistendũ.

B qui primu fragilitate peccans, sic postea fœdè est dilapsus, vt se continere non valens, maiorem perfidiæ excitauerit flammam, & ex peccato fragili ad peccatum peruenit malitiæ, quod Deus summoperè abhorret. Vnde si ad rem de qua agimus hoc explicare libet, caue, ne aut casu, aut fragiliter in murmurationis lapsum etiam leuiter te inducas, reputans non inde in grauius ruiturum: nam si semel murmurationis vitium in te radicem fixerit, & ab initio eum neglexeris, postea (vt cum Cyrillo dicam) nequicquam incidas, sed maiorem excitabis ignem ex murmuratione fragili ad malitiosam deueniens, qua nihil Deo odiosius, vtpote fundamentum habens ferè semper in malignitate.

18\. Murmurationis vitiũ Deo displicet quia assiduum.

Accedit & alia ratio ex eius ducta assiduitate, displicet valde Deo, quia assiduè committitur, & numquam emendatur, itaut sicut nullus cibus

C absque pane; ita nullus sapit sermo absque murmurationis condimento. Sic Augustinus super illa verba Psalm. 52. *Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. Cætera*, inquit, *quæ manducamus possunt modo ista, modo illa manducari, non semper hoc olus, non semper hanc carnem, non semper hæc poma edimus: cùm ergo ait, deuorant plebem meam, sicut cibum panis, quia semper panem manducamus, significat nos sine intermissione deuorare murmuratione plebem Domini.* Continnè ergo murmuratur, continuè ex hoc Deus offenditur, singulis horis, singulisque momentis. Quid mirum ergo si validè Deus indignatur contra id, quod sæpius eum offendit: si ergo gutta cauat lapidem, quamuis illa sit mollis, lapis autem durissimus, & hoc non bis, sed sæpè cadendo, quid magnum? Deum valde indignari, & lapidem illum diuinum magnæ suæ iustitiæ non à

August.

D gutta sed à ferro perforari murmurationis.

19\. Deus pro[illegible] bene f[illegible]ndum bene de proximo loquentibus & qui non murmurant.

Hinc fit vt sicut Deus ex huius odio vitij, maximè contra murmurantem indignatur, sic erga bene loquentem, & qui à murmuratione præcipuè se abstinet, proximique famam semper curat, maximè afficitur, ingentibusque insuper eum cumulet gratijs Isa. 58. n. 9. *Si abstuleris de medio tui catenam*, inquit, *& desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest.* Septuag. *Si abstuleris à te colligationem, & ordinationem, & verbum murmurationis, orietur in tenebris lux tua*, hoc est gratia excitans in medio tenebrarum peccatorum, *& tenebræ tuæ erunt sicut meridies*, ex peccatore scilicet fies sanctus, *& requiem dabit tibi Dominus semper*, hoc est perseueranter manebis in sanctitate, *& replebit splendoribus animam tuam*, diui-

Isa. 58. num. 9.

20\. Gratiæ quibus eos cumulat.

A nis abundabis fauoribus, *& ossa tua liberabit*, virtutes tuas proteget custodiendo à malis incursibus, *& eris sicut hortus irriguus*, semper, nempe de nouo fructificando, *& ædificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis, & generationis suscitabis*, hoc est antiquis repleberis virtutibus, similet is magnis illis patribus, facta Heroum suscitabis, eris innocens vt Abel, obediens vt Abraham, continens vt Ioseph, mansuetus vt Dauid, patiens vt Iob, fortis vt Iacob, zelo feruens vt Isaias; ex quibus tandem, *vocaberis ædificator sepium*, hoc est præclarum, illustre, gloriosum accipies nomen. En quanta, quæ præcipuè murmurationis cautelæ sanctus ascribit Hieronymus, qui cum Haimo, & sancto Thoma, per digiti extensionem, irrisionem, ac detractionem intelligens, sic ait, *Si ergo tuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, vt non solum malum ipse non cogites, & non facias, sed ne detrahas quidem proximo tuo, & singulos, quasi digito notes, & loquaris quod non prodest animæ tuæ, non tua mala, sed aliorum errores considerans, accipies quasi sequens sermo subnectit.* Et meritò quidem, nam cùm non murmurare de proximi vita ex eius procedat charitate, & amore, & verum sit, quod qui proximum diligit, Deum etiam diligit & amat, meritò talibus gratijs eum replet Deus, dum ipsum, & proximum diligit, in qua dilectione tota lex pendet, & Prophetæ, seu vt Paulus loquitur ad Rom. 13. 9. *Omne Dei mandatum in hoc verbo restauratur.* quo semel obseruato, tota simul lex adimpletur, vt idem inquit Apostolus ibidem, dum ait, *Plenitudo legis est dilectio.*

Hieron. Haimo. S. Thom.

Ad Rom. 13. 9.

21. Murmuratio homini Christiano indigna res. *Iob. 27. num. 2.*

Murmurare ergo non debemus, quia valde Deo displicet, & quia ingentia nobis inde eueniunt bona, adde quia homini Christiano indignum, & creaturæ Dei improprium. Iob. 27. num. 2. *Viuit Deus*, inquit, *qui abstulit iudicium meum, & omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam, quia donec superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem.* Pulchra, dulcis, & vrgentissima ratio, tanto digna viro, non loquendi iniquitatem, non proferendi verbum, quod Deo displicet, *quia Spiritus Dei erat in naribus eius.* Quasi diceret patientissimus homo, quomodo possibile vt eodem Dei Spiritu, & flatu, quo ipse me sustentat, & ego sustentor, eodem prorsus loquar mala, & quæ ei displicent? & eodem medicamento, quo ipse ad me subleuandum, & in vita sustentandum, eodem ego vtar ad illum, & me occidendum, ita vt Spiritus vitæ, quem Deus mihi tribuit ad respirandum, ego in Spiritum vertam mortis ad me occidendum, & ipsum offendendum. Nil certè amplius addi potest, nec efficacius excogitari argumentum. Vnde meritò Hieronymus in epist. ad Principiam, in expositione super illa verba Psalm. 44. *Eructauit cor meum.* hoc considerans, grauiter ait, sic linguam, sic os nostrum præparare nos debere, vt Deo consecratum ipsi deseruiat; vnde ait, *Eructauit cor meum in laudes Dei, sermonem meum ipsi purissimum consecraui, debeo ergo & linguam meam quasi stylum, & calamum præparare, vt per illam in corde, & auribus audientium scribat Spiritus sanctus; meum enim est quasi organum præbere linguam, illius quasi organum sonare quæ sint sancta.* Nil melius. Proprium hominis est Deo adaptare, & præparare linguam, vt os eius Deus aperiat, nam pudet equidem vt diabolo deseruiat instrumentū illud, quod à Deo accepimus, vt ei seruiamus. *Su-*

Hieron.

22. Proprium hominis Deo adaptare linguā.

23. Lingua hominis organum debet esse Dei.

A *surronum, & detractorum os diabolus aperit*, inquit Origenes hom. 3. in cap. 3. Exodi tom. 1. *Sicut qui loquuntur mendacium, qui falsum testimonium dicit, qui scurrilitates, ac turpitudines & cætera huiusmodi.* Non diabolo ergo, sed Deo consecranda est lingua. Quòd vt faciamus, consilium accipiendum est Dauidicum Psalm. 36. legem scilicet Dei in corde proferre, *Os iusti*, inquit, *meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius*, hoc est, quia lex Dei eius in corde ipsius: vbi idem Origenes hom. 5. in hunc Psalm. tom. 2. *Non solum*, inquit, *iustus in ore meditabitur sapientiam, & lingua loquetur iudicium, sed in corde suo legem Dei gerit, quia lex velut radix quædam, in profundo cordis posita, germinat verba iustitiæ, verba sanctitatis*, Deum laudans, non contra eum, nec homines murmurans, custodiens se à murmuratione, vt inquit noster Sapiens, *Custodite vos, &c.* B

24. Cuius os diabolus aperit. *Origen.*

25. Contra murmurationis vitiū remedium.

Idem.

Num. 12. *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ; neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Os mentiens dixerat Sapiens, quòd occideret animam, nunc illud confirmans hortatur, ne dato studio velint accire sibi mortem, falsa vitæ opinione, qua putant conseruaturos sibi vitam, si C famæ, & aliorum honori detrahant.

Connexio capitis.

Zelare, &c. id est vehementer appetere. Licet sit malum mors, tamen ob vehementem, & acrem animi passionem appetitur, dum homo non vult à peccato cessare, nam dum acri desiderio, & vehementi persequitur ea, quæ mortem pariunt, eodem videtur etiam mortem desiderare.

1. Peccatores vt mortem vehementer desiderant.

In errore, &c. id est damno vitæ vestræ. Triplex error malorum assignatur hîc à Lorino. Primò, inquit, quòd errant malè in conseruatione vitæ, dum putant conseruari etiam per damnū alienum. Secundò errant, dum per peccata subeunt mortem. Tertiò quia frustrantur semper sua spe. Et quartò demum, dum ipsum corpus vexant in malè agendo.

2. Error malorum triplex. *Lorinus.*

Acquiratis, &c. Græcè *attrahatis perditionem.* Lorinus notat peruersitatem peccati, quod attrahit D & violenter trahit, tum perditionem animæ, tum Deum ad castigandum etiam inuitum. Vide ipsum cap. 27. Actuum. Sunt hæc postuma verba, vt benè adnotat Castro explicatio præcedentium. Suadet ergo Sapiens, quod supra dixerat, vt contra Deum ne obmurmurent, quia eadem efficacitate, qua contra ipsum murmurant, eadem sibi asciscunt mortem errantes si contrarium pensitent.

Idem.

3. Peruersitas peccati quæ. *Castro.*

HOMILIA XXII.

Peccatores malo proximi bonum suum procurantes errant, sicut & in itinere virtutis.

NOlite zelare mortem, inquit noster Sapiens, *in errorem vitæ vestræ*, decipiendo scilicet vosipsos peccando, cùm ex absurdissimis erroribus, in quibus peccatores degunt, ille potissimus sit, putare viam illis iustitiæ esse inutilem, vitiorum autem proficuam, imò ipsos scire quid agant, iustos autem ignorare, in quo, sicut & in cæteris, valde errant, cùm nulla alia via magis difficilis sit, & errans, quàm vitiorum, de qua re ipsimet impij præclarũ in extremo die testimonium reddent, dum infrà cap. 5. n. 7. differentes dicunt, *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* At licet in hoc errent, de hoc modo loqui non intendimus, cùm infrà de eo sermo redibit. De illo ergo nunc errore loquendum, scilicet de falsa illa æstimatione, dum putant vitæ suæ, imò & fœlicitatis augmentum ex damno pendere alieno, & ideo sæpè obmurmurãt contra proximum, fauorem eius, amicitiamque cum aliquo scindere cupientes; putantes ob hoc ad superiora ascensuros, & gradum, quem à proximo rescindunt, sibi asciscere: sed decipiuntur æstimantes damno se alieno fœlices euasuros, cùm potius ex damno fratris sui infeliciores sæpè constituti, iusto Dei iudicio descendunt, non ascendunt, gratiam amittunt, non acquirunt.

Sap. 5. n. 7.

Sit ergo primum huius rei exemplar pessimus Caim, antesignanus quidem huius pessimæ cogitationis, quæ tantopere nunc per totum vagatur mundum, & in omnium ferè corda dominatur: putauit enim fratricida pessimus, inuidiæ liuore percitus, ex fratris prælatione, Deique in ipsum fauore; nam vt inquit Chrysostomus hîc, *Duplex illi tristitia facta est, & quod solus ipse repudiatus fuit, & quod fratris donum acceptum fuit*, quòd sublato fratre necessariò ad ipsum Deum respecturum. Quòd inde colligitur, quia cùm soli essent in mundo, eius inuidiæ sublato fomite, atqui maiorem adinuenerat gratiam, ipso deinde offerẽte ad ipsum tantum respecturum, ac ipsum tantum honoraturum Deum, & sic ex morte fratris gratiam se adepturum illam, quam, vt ipse putabat, fratris vita Deo grata ademerat. *Putabat enim*, vt inquit Chrysostomus hom. 19. in Genes. *ex respectione Dei ad Abelis munera, Abelem ipsi præferẽdum, cuius exaltationi, & erectioni infœlix inuidebat.* Sed quantum ipsum hæc sua imaginatio fefellit, ipse probauit euentus, non enim solum gratiam non accepit quam desiderabat, sed insuper supplicium, mortemque inuenit, & maledictionem. *Nunc ergo maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, &c.* Et non tantum Dei gratiam perdidit, mortemque inuenit, sed emolumentum, quod prius habebat, etiam infœliciter amisit; fructus nempe terræ, *Cùm operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos.* His viuente fratre, fruebatur, licet non Dei fauore, ad hunc acquirendum, eius inuidia fratrem occidit, & ex alieno damno se fœlicem euasurum putauit, occiso fratre, non solum quod desiderabat non obtinuit, sed insuper quod possidebat perdidit, & ex

1. Caim cur fratrem occidit, & qualis eius finis in occisione.
Chrysost.
Idem
2. Quantum se decepit peccando.

A suomet ore confessus est miserabiliorem se omnibus propemodum esse; hoc enim significant verba illa, *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis ergo, qui inuenerit me, occidet me.* Quis enim occidet? seu vt petit Ambros. lib. 2. de Caim & Abel. c. 9. *à quo timebat occidi, qui solos parentes habebat in terris?* à bestijs, miserabilior namque bestijs ipse effectus, *Nam sicut magnum, & venerandum est rationabile hoc animal*, inquit Chrysostomus hom. 19. in Gen. *& maximè quando in virtutis via contendit; ita quando in malum declinat truculentam bestiarum imitatur crudelitatem, & multis nominibus illarum superat ferociam.* Adde & bestialitatem, vnde ipsis factus miserabilior iure eorum timet incursus, prout Caim illos timebat, vt ait Ambrosius dicens, *Potuit quidem incursus bestiarum timere, qui legis diuina iura violauerat,* B *nec præsumere de subiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi.* Ipsis animalibus ergo peior factus est Caim ob fratris illatum malum, dũ è contrario se putauerat potius adacturum. Perdidit ergo Dei gratiam, bona perdidit, fœlicem amisit viuendi modum, acquisiuit miserabilem, & insuper non solum animæ, sed corporis vitam infœlicissimè amisit exinde, vnde ipse eam fœlicissimam habituram putarat. Egregiè hoc argumentum prosequitur idem Ambrosius vbi suprà cap. 8. ponderans locũ, quo Caim. *Fratrem adduxit, Quid sibi vult*, inquit Ambrosius, *quod ait, Eamus in campum, nisi quia locus nudus gignentium elicitur patricidio? vbi enim frater habebat occidi, nisi vbi fructus deesset, meritò dicit eamus in campum; non dicit eamus in paradisum, vbi poma florent, non in aliquem cultum, & fructiferum locum, ipsi par-* C *ricida indicat fructum se sceleris habere non posse, nec penè eos fructum manere, qui tantæ impietati præbuerint officium.* Nil melius. Fructu steriles manent, bono nempe illo, quod prætendunt, immo in maiora ruentes mala, vti pessimus iste fratricida, in se easdem experiens pœnas, quas antea ipse tulerat princeps suus, diabolus nempe, qui ex aliorum ruinis se gaudium eripere gestit: *Nam cùm tribulati desperauerimus*, inquit Basilius hom. 5. in Psalm. 29 tom. 1. super illa verba, *nec delectasti inimicos meos super me, & cogitationes nostræ ad angustias redactæ fuerint, ad afflictionum multitudinem animum despondentes, tunc plaudunt dæmones, & exultant.* Ex casu enim Adami exultauit dæmon, magnum quid se fecisse iam reputans, socium scilicet suæ hominem addidisse maledictioni, vnde ex D damno alieno impiè gaudens exultabat, at ipse nõ Adam maledictus, cùm quantum ad maledictionem non Deus Adamum, sed serpentem maledixit Gen. 30. 14. *Maledictus es inter omnia animantia.* Vnde maledictionem, quam Adamo ipse intendebat in caput suum tremendè decidit. Sic occidit Caim fratrem, vt à Deo respiceretur, & benedictionem fratris eriperet, iste semper remansit benedictus, ipse verò pro benedictione maledictionem reportauit. Nunc *ergo maledictus eris super terram*. Gen. 4. n. 11. ita maledictus, ac serpens ille antiquus *in hoc sæculo scilicet, & in futuro*, vt inquit Chrysostomus vbi suprà, qui *& grauitatis peccati cunctis in exemplum formidabile fuit.* quia non tantum in corpore, quantum in anima maledictus, hoc est in æternum à Deo, sicut ipsemet diabolus, quondam reprobatus, & eiectus. Damno ergo fratris fœlicem se euadere sperauit, & eo damno

Ambr.
Chrys.
3. Homo peccator omnibus animalibus ferocior.
Ambr.
Idem.
4. Caim cur ad campũ adduxit Abel.
5. Dæmon exultat ex nostra desperatione.
Basil.
6. Vt illusus in casu Adami.
7. Ipse maledictus non Adam, sicut & cæteri qui causa similiter sunt peccati.
Gen. 30. 14.
Idem 4. n. 11.
Chrysost.

miserrimus factus; non mirum quia ertant peccatotes, malo proximi bonum suum procurantes.

Ad quod attendens sanctissimus Iob, breuibus dicta exprimit, & appositè, de spe enim hypocritæ loquens, quamque frustra ipse sperat, sic inquit

Job. c. 28. 18. cap. 28. num. 18. *Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum.*

8. Inuidi & qui damno alieno bonum procurant vt tinea domum ædificant. *Gregor.*

Tinea enim ædificat sibi domum, inquit Gregorius hîc, qui hæc ad hæreticos applicat, corrodendo pannum, mordendo lignum: panni ergo damno, & ligni detrimento quærit ipsa commodum suum, at infœlix non percipit, quod ipsamet astruendo sibi domum, exitium molitur suum, corroso namque panno, & consumptu ligno, corruit domus, excutitur ipsa, vel opprimitur, & commoditatem, quam ex damno quærit alieno, noo solum amittit, sed ruinam, immo mortem acquirit. Sic impij, dum

9. Dæmon damnũ hominum lucrum dicit suum. *Chrysol.*

B sibi alicoo damno bona in hac vita acquirere satagunt, immo dum damnum aliorum suum computant lucrum, ad instar dæmonis, cuius proprium est damnum hominum lucrum dicere suum, vt egregiè obseruauit Chrysologus sermone 97. ad illa verba, *Venit inimicus homo, & superseminauit Zizania. Vt quid*, ait, *vt periret Dominica messis? & hoc ad lucrum quid pertinet inimici? nisi quod inuidia spiritus hominum damnum suum computat lucrum, & quod perierit hominibus, hoc se æstimat acquisiuisse: diabolus hoc tenebris celantibus est molitus, vt adulterata messis noxa redundaret ad seruos, & hinc pœnam sumerent vnde sperauerant palmam.* Nil

10. Inuidi diaboli imitatores.

melius. Hinc tales diaboli imitatores effecti, dum lucrum æstimant alienum damnum, & insuper putantes non secus ac tinea, præclaras sibi domos ex aliorum constituere ruinis, non domus eis, C sed sepulchra conflabunt, & miseriam dum aufugere cupiunt, augent. Vnde sanctissimus se-

11. Eorũ pœna & damnum. *Amos c. 6 n. 30.*

quens Iob ait, *Et sicut domus tinea corruent res illorum*, vel vt Septuaginta, *euadet autem domus eius, sicut tinea, & sicut aranea*: quod etiam dicitur per Amos Prophetam cap. 6. num. 30. dum ait, *Qui separati estis in diem malam, & appropinquatis solio iniquitatis.* Attende verborum significationem, qui separati estis in diem malum, ait ex Hebræo, *Separantes, aut elongantes diem malum.* Septuag. *venientes in diem malum.*

12. Impij quomodo ad diem malũ veniunt putantes se ab illo elõgare.

Quæ namque connexio, separare diem malum, & venire in diem malum? In humanis quidem hæc contraria, nam qui à se diem elongat malum, procul abeo recedit: at in diuinis contraria non sunt, cuius mysterium agnoscendum in illo, quia dum mali veluti tinea, damno alieno procurant à se diem elongare malum, D in ipsum potius incidunt, & cadunt, vnde ideo sequitur, *Et appropinquatis solio iniquitatis*, id est iuditio, aut tribunali pœnæ, oppressionis, &

Ribera.

iniuriæ, vt vult Ribera hîc, in momento enim cadent & suismet opprimentur ruinis, & dum putabant ad Sabbatum peruenire exultationis, incident in luctum tristitiæ, & doloris. Quod eleganter exprimit lectio Septuag. dum pro eo quod nos legimus, *Et appropinquatis solio iniquitatis*, ipsi legunt, *& tangitis Sabbata mendacia*, id est falsa & derisoria. Dum falsè putatis, peccatis, malisque operibus ad fastus, & Sabbata peruenire, experieotia enim discetis mendacia

A esse illa Sabbata, quæ vobis finxistis, & non ad Sabbata, sed ad solium vos iniquitatis, afflictionis, & pœnæ venisse, & meritò quidem, nam domus eorum domus tineæ, quæ damno alieno compactæ suum fabricatorem postea ipsæmet destruunt, ac perdunt.

Vnde licet talium domus perpetuæ videantur, fortunaque eorum diuturnissima, sciendum tamẽ nihil aliud in se penitus contioere nisi infirmitatem, nilque prorsus esse, nisi aranearum domus.

13. Inuidorum domus in firmissima.

Vnde meritò Septuag. tineis in hoc loco araneæ coniunxerunt, dicentes, *Euadent domus eius sicut tinea, & aranea*, cuius domus licet latebrosæ, infirmissimæ semper inueniuntur. Sic ponderat in hoc loco Augustinus. *Domus dixit, munimenta, quibus se protegunt, verum astuta, & latebrosa, sed inualidissima, sicuti tinea folliculus, quo se abscondit, & aranea cauerna, in qua se recipiendo cooperit, & claudit eam.* Hinc eodem medio, quo ipsi proximum deijcere cupiunt, eodem ipsi deijcientur, & eodem laqueo, vt sic dicam, suspendentur. *August.*

Idem.

14. Inuidi eodẽ laqueo se suspendunt quo proximum intentabãt.

Præclarè hoc ab eodem Augustino in expositione illorum verborum Psalm. 100. *Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam.* Vbi postquam dixit homines malignos, iouidos, ac superbos, malis alienis pasci, nec tamen satiari, subiungit, quod talis eorum machinatio, siue talis pastus, quo se saturare cupiunt, in laqueum eis sit, & in perditionem, vnde eo ipso cibo intereunt, quo se alere, & feliciter viuere autumabant. *Sed quid dictum sit de mensa talium audite*, inquit Psalm. 69. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in retributionem, & in scandalum, pasti sunt, capti sunt.* Egregiè, pasti sunt, capti sunt, malo alieno pascuntur, & eo se liberè, gloriosèque viuere prætendunt, sciant quod eodem momento, in quo pascuntur in eodem capiuntur. *Pasti sunt, capti sunt*, quia eadem mensa, eadem prorsus, quæ coram ipsis stat, hoc est adhuc illis sedẽtibus, & in illa adhuc vescentibus, adhucq; illa non sublata, fit illis *in laqueum*, quo capientur, *in retributionem*, qua punientur, *& in scandalum* in quo incident, & cadent, vnde & illaqueantur, pasti ergo sunt, capti sunt. *Quomodo aues ad muscipulam*, ait Augustinus, *& pisces ad hamum, non pascuntur, sed capiuntur*; sic & ipsi, non pascuntur, sed capiuntur, non est talis eorum machinatio medium ad fœlicitatem, sed ad infelicitatem, non ad pastum, sed ad captionem, & dum edere se credunt, & malo proximi sustentari, immo & crescere, miseri decepti consumuntur, & decrescunt, *& in errore vita sue*, hoc est in deceptionem exaltationis suæ, vt inquit noster Sapiens, *Zelant sibi mortem, &c.* *August.*

Num. 13. *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Suprà dixerat Sapiens, vt nollent acquirere, hoc est violenter attrahere mortem, id est perditionem in operibus manuum suarum, nunc dat ra- *Connexio capitis.*

tionem, cur violenter illam attrahant, quia scilicet Deus nec mortem fecit, nec lætatur in perditione viuorum, immo quantum est ex se, omnes vult saluos fieri, omnesque lætari & viuere.

A

1. Pelagianorum error.

Quoniam Deus mortem non fecit, &c. Confutatur ex hoc loco error Pelagianorum, qui asserebant mortem esse nobis penitus naturalem, non pœnalem, ne minus moriendum fuisse, quamuis Adam non peccaret, cuius peccatum in nos deriuari similiter negabant. Confutatur, quia, *Deus mortem non fecit*, hoc est non condidit hominem morti obnoxium, sed concessit, vt si vellet posset non mori non naturaliter, quia ex elementarijs principijs compactus naturaliter esset moriturus, sed ex dono Dei, quo ea lege qua promissum si seruatū fuisset, homo non moreretur, peccatum ergo, quo illud amissum donum mortis causa, non Deus. Vnde Prosper. lib. senten. ex August. num. 303. *Creando*, inquit, *non instituit Deus hominem mortalem, iudicando punit peccatorem.* Ex quo etiam deducitur, pessimè sensisse illos qui asserunt mortem transisse in omnes homines, non verò peccatum, quasi Deus puniret aliquem sine peccato, & absque culpa. Vnde optimè Concilium Arausicanum can. 2. *Iniustitiam Deo dare conuincitur, ait, qui mortem, quæ est pœna peccati, sine peccato, quod est mortis meritum, ad nos transisse dicit.*

2. Peccatum mortis causa.

Prosper.

B

3. Pessime putant, qui cogitant mortem in homines transisse nō peccatum.

Conc. Aransican.

Olkot.

4. Peccatum in tribus cum morte conuenit.

Olkot per mortem tropologicè peccatum intelligit, & in tribus assimilat peccatum morti, ex quo verè peccatum mors dici potest. Primò, quia eodem modo, quo mors introducitur in corpus, eodem peccatum in anima. Secundò quia producit consimiles effectus, quos mors in corpus. Et tertiò *similem aspectum*, vt ipse ait, primo eodem modo introducitur: nam primò corpus distemperatur, secundò infirmatur, tertiò moritur, quartò extra domum fertur, quintò sepelitur, sextò à vermibus consumitur, *Sic anima*, ait, *primò distemperatur per tentationem, secundò infirmatur per delectationem, tertiò moritur per consensum, quartò asportatur de domo, & elongatur ab hominibus, & à Deo per culpa sua abominationem, quintò sepelitur per malam consuetudinem, & sextò à vermibus consumitur, scilicet à stimulis malæ conscientiæ.*

C

Secundò vocatur peccatum mors per consimiles effectus; primò quia mors facit corpus frigidum; secundò fœtidum, tertiò putridum, quartò horridum, quintò terreum, & sextò ponderosum. Sic peccatum facit, *Hominem frigidum per superbiam, & charitatis priuationem, fœtidum per luxuriam, putridum per gulam, horrendum per iracundiam, terreum per auaritiam, ponderosum per accidiam.*

D

Tertiò vocatur peccatum mors per consimilem aspectum, nam per mortem quantumuis corpus sit pulchrum, & amabile, fit horridum, & abominabile; sic peccatum, *Animam pulchram, & amabilem facit horridam, & abominabilem.* Vnde optimè peccatum mors dici potest, moralis tropologia, & per quam optimè ad peccatum dissuadendum discurri potest.

Ezech. 5. num. 13.

Deut. 28. 63.

Nec lætatur in perditione viuorum, &c. Quomodo non lætatur? cùm ipse per Ezechiel. cap. 5. num. 13. ait, *Complebo furorem meum & requiescere faciam indignationem meam, & consolationem accipiam.* Et Deuteron. 28. 63. *Sicut antea lætatus est Dominus benefaciens, vosque multiplicans, sic lætabitur dispergens vos, atque subuertens.* Sed licet hoc verum sit, lætari nempe Deum quādo castigat, distinguendum tamen, lætari quidem de fructu pœnæ, & supplicij, de gloria diuinæ ipsius iustitiæ, de amotione eorum, quæ ipsius impediunt gloriam, & bonum nostrum, non autem lætari de ipsa pœna nostra, quatenus est nostrum malum, nam vt sic, ægrè ducitur ad puniendum, & verè, vt inquit noster Sapiens, *Non lætatur in perditione viuorum*, vt mox dicemus.

5. Deus quomodo lætatur de pœnis.

HOMILIA XXIII.

Deus ægrè ducitur ad puniendum.

1. Deus ægrè mortem infligit.

Q*Voniam Deus mortem non fecit*, inquit Sapiens, vnde & consequens, *quod non lætatur de viuorum perditione*, ac malo; ex quo fit, quod quando punit, ægrè, ac difficili illud animo faciat, quod liquidò constat, non alia ratione, nisi illa Sapientis, nempe *Quia ipse mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Immo mortem infligens contristatur, *Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo*, inquit, *hominem*, &c. Genes. 6. num. 6. Dolet, quia quasi inuitus cogitur in malum vti nostrum armis, quæ ipse non fecit, morte nempe: *Quasi diceret*, inquit Chrysostomus hom. 22. in Genesim, *non volebam tanta pœna plecti, ipsi me peccatorum immanitate, in tantam inuexerunt indignationem.* Sic nec mors exstaret, neque nostri dominaretur, nisi peccatum esset, peccauimus, mors inualuit, & vires ipsa accepit ex peccato nostro, non ex voluntate Dei, *Addiderunt*, inquit scriptura Iudic. 3. num. 12 *filij Israel facere malum coram Domino, & confortauit Dominus aduersus eos Eglon Regem Moab, qui percussit eos, atque destruxit.* Confortauit, inquit, quid enim est *confortauit*, nisi animum, robur, vires illi Deus addidit, quæ antea non habebat, & hoc non voluntate sua, sed à peccatis veluti coactus, & obstrictus? *En non vides*, inquit Origenes, *quia peccata vires hostibus præbent, & quando nos facimus malignum in conspectu Domini, tunc confortantur à Domino inimici nostri, tunc vires contrarijs virtutibus dantur, valdè enim infirmus est aduersarius noster, nisi nos eum fortem peccando faceremus.* Peccauimus, vires ei adiecimus nos, non ex se tantum Deus, imbellis enim erat Eglon, contra Israelem præualere non poterat, peccauit Israel, confortatus est aduersus eum. Sic mors ante peccatum non solum imbellis, sed nec erat: peccauimus, adfuit mors, & crescente peccato confortata est, præualuit non voluntate Dei, antecedente scilicet, sed peccato nostro inuitus eam induxit, vnde inuitus etiam eam confortat, vt præpotens sit; inuitus, inquam, quia cùm mors non sit creatura sua (vt sic dicam) quatenus vt ait Sapiens, *ipse eam non fecit*, ad illā sustentandam non tenetur, quanto minus ad illam confortandam? filia quippe est peccati, per illud intrauit, per illud sustentatur, & crescit, nutritur & confortatur, illam Deo infligente, *necessitate cogente*, vt inquit Chrysostomus vbi suprà, quia ipse eam non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, imò dolet, de cuius dolore nulla quidem ratione

Genes. 6. num. 6.

Chrys.

Iudic. 3. 12.

2. Peccata nostra fortes faciant aduersarij nostri.

Origen.

3. Cur Deus inuitus mortem conseruat.

4. Qui eam confortat.

Ionæ 4. num. 10.

5\. De Dei dolore, in nostra puntione non ambigendum.

ambigendum; quod voluit, me iudice, Ionæ Dominus dicere cap. 4. num. 10. licet subobscurè, quando de hædera sua dolebat. *Tu doles super hæderam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte peryt, & ego non parcam Niniuæ ciuitati.* Mysterium latet in verbis; non enim videtur recta loquutio, *Tu doles*, inquit, *super hæderam.* Ad hanc locutionem non erat consequens dicere, *Et ego non parcam*; sed cùm comparatiuus esset sermo, debebat dicere, *Et ego non doleam*, & non, *& ego non parcam*, sed ideo dictum, quia Ionæ Dei dolor in castigando satis quippe erat notum; nam vt ait Hieronymus hîc super illa verba, *Obsecro Domine nunquid non hoc est verbum meum?* Ideo Prophetam prius à facie Domini fugisse, quia sciebat ipsum misericordem, ac proinde inuitum castigare, de morte dolere peccatorum, non B esse seuerum nec truculentum, *Nunquid non hoc est verbum meum*, ait Hieronymus, *quasi diceret Ionas, cùm essem in terra mea, non ignorabam te misericordem, propterea seuerum, & truculentum nunciare nolebam, ideo fugere volui in Tharsis.* At de quo Ionas dubitabat erat de condonatione, sperabat enim animaduersurum Deum, & si dolenter: hinc argumento à minori ad maius ipsum arguens, quod notum erat relinquens, nempe eius in castigando sensum, assumit quod Ionæ dubium, & sic ait, *Et ego non parcam*, quasi diceret, tu doles super hæderam, vt ei ignoscerem voluisses, & ego dolens de Niniue ciuitate sic prægrandi, velles tu vt non parcerem.

Hieron.

Origen.

6\. Deus vt lentè procedit ad castigandum, vtque sententiam immutare procurat.

Sed cùm iam in Niniuitis incidimus, placet amplius quid in isto adnotare facto; acutè etiam C ab Origen. aduotatum homil. 1. super cap. 1. Hierem. nempe ita Deum inuitum punire, vt etiamsi semel ob delicta contestata sit sententia, & prolata, itaut facto iudicio & iam discussa causa, reus inuentus sit homo, & à diuina illa iustitia iam condemnatus, (intellige non absolutè) tamen non ob id statim executioni suam mandat sententiam, sed misericordia sua, immo naturali ac infinita sua bonitate illam impediens, & suspendens, procurat media, quibus hominem ab illa eripiat; *Deus*, inquit Origenes, *ad benefaciendum promptus est, ad puniendum autem eos, qui pœna digni sunt, dissimulat, cùm possit quippe tacens sine contestatione venturi punire eos, quos simul dignos supplicio iudicat.* Potest Deus castigare absque eo, quòd venturum indicet supplicium, & non facit, immo & D illud prædicit, & prædicare facit. Quid aliud quæso hoc est, nisi indicare, quàm ægrè castigat, & quàm ex animo vellet, si possibile esset, datam non exequi sententiam: suspendit ergo, vt parcat, quærit ansam vt non puniat, quod in Niniuitis satis perspicuè apparet. Niniuitæ enim peccatores condemnati iam erant, immo prolata sententia in consistorio diuino, conclusum enim erat, & signatum, *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Ad quid enim postea eos admonere? sententiam indicecere? Ionam mittere prædicare pœnitentiam? nisi quia inuitus puniebat, & contra eius voluntatem: noluit enim eos cum silentio punire, etiamsi damnatos, vt videret, si per pœni-

A tentiam quodammodo eripere posset, contritos eripuit, sententiam rescidit, condemnatos soluit, lætatus est, quia ipse mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Immo non solum hoc facit quando sententia conditionalis, vt Niniuitica, sed etiam quando absoluta, quod equidem amplius admirandum; contra pessimos enim Sodomitas prolata quippe erat sententia, & non solum prolata, sed etiam executioni mandata, apparitores, (vt sic dicam) iam à Regis aula expediti, Sodomam versus ambulabant, sed numquid silere potuit Deus? non potuit quidem, vnde & dixit, *Numquid celare potero Abraham quæ gesturus sum?* Genes. 18. 18. vt videret, si aliquo modo dirimere sententiam, decretumque posset. & saluare iam condemnatos, etsi non omnes, aliquos saltem. Vnde Angeli Loth, *Habes hic quempiam tuorum, generos, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt educ de vrbe hac.* Genes. 19. num. 12. Pulchrè enim petit hîc Origenes, cur illud Angeli petierunt, nonne illud sciebant? at si sciebant, ad quid dubitanter quærere? & insuper ad quid Dei consilium propalare? *Delebimus enim*, dixerunt, *locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, vt perdamus illos.* Si enim misit vt perderent, cur permisit vt monerent? nisi quia nolebat perditionem eorum, & ideo antequam sententiam executioni mandaret, voluit prius modum tentare, si fortasse aliqua via impediri posset, vel saltem vt non omnes perirent; vnde Origenes, *Quod erat suum fecerunt Angeli, volentes eos saluari, qui se indignos salute indicauerunt, neque verò ignorabant non esse eos secuturos Loth, sed ostenderunt suam pariter, & eius, qui eos miserat, benignitatem in homines, & amorem.* Optimè, cùm verè nulla in re sic Dei amor ostendatur, quantum in præuentione, qua hominem præuenit ante supplicium, ita vt eodem prorsus momento, quo Deus eum inferre decernit, eodem prorsus præuentionem statuat & monitionem. Enimuerò multam Deus videns malitiam hominum Genes. 6. num. 3. illicò ac sententiam protulit, eodem momento simul, & monitionem inuuit: *Non permanebit*, inquit, *spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* Hæc fuit sententia, sed in ipsomet etiam puncto protulit. *eruntque dies illius centum viginti annorum*, hoc est erit terminus pœnitentiæ, in quo pœnitere poterunt, centum viginti annorum. Vnde & legit Paraphrasis Chaldæa. *Et terminus dabitur ei centum & viginti annorum, si forsè conuertantur.* Deo consilium, decretumque suum Noe reuelante, vt moneret, prædicaret, instaret, ac efficeret si posset, ne executioni sententia mandaretur, immo, vt Chrysostomus inquit homil. 25. in Genesim, non solùm Deo sat fuit mandare Noe vt prædicaret, sed insuper, vt arcam illicò struere inciperet, vt non solum ex loquela, sed etiam ex facto mouerentur ad pœnitentiam, vnde ait, *Et non solum contentus fuit centum & viginti annorum promissione, sed iusto præcepit, vt arcam construeret, quo & ipse aspectus arcæ ijs sufficientem memoriam suggereret, vt nullus ignoraret inferendam pœnæ magnitudinem*, immo, vt vult Berosius Chald. lib. 1. non solum Noe, sed cum Noe multi etiam prædicarunt, dicens, *Tum multi prædicabant, & vaticinabantur, & lapidi-*

7\. Misericordia Dei in Sodomitarum punitione.

Gen. 18. 18.

Gen. 19. num. 12.

Origen.

8\. Semper præuenit antequam puniat.

Genes. 6. num. 3.

Chrysost.

9\. Deus cur Noe mandauit tanto ante diluuium arcã struere.

Berosius.

bus excidebant ea, quæ ventura erant orbis perditione. Sed enim illi assueti, corridebant omnia, cælestium illis ira, & vltione perurgente, pro impietate, atque sceleribus. A

Quod etiam obseruandum in transmigrationis sententia, quam summus Deus contra Hierusalem, eiusque populum, ac Regem protulit iratus, nam eo ipso, quo eam tulit, illico Hieremiam misit, qui tanto ante eam prædiceret, eosque non semel, aut bis, sed continuè, semperque moueret.

10. Deus quãto ante Israelitas de eorum admonuit destructione.

Quod manifestissimè patet ex tempore, quo incepit, quoue eius desinit prædicatio; non enim sine mysterio in eius principio annotatur tempus quando incepit, & quando desijt, sic, *Factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon Regis Iuda, in tertio decimo anno regni eius, & factum est in diebus Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda, vsque ad consumationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ Regis Iuda, vsque ad transmigrationem Hierusalem in mense quinto.* Hierem. 1. num. 1. Prophetare ergo incepit Hieremias in diebus Iosiæ in tertio decimo anno Regni eius, qui regnauit in Hierusalem annis 31. post hunc Regem, immediatè cœperunt captiuitates Hierusalem, eiusque Regum transmigrationes, & mortes. B

11. Hieremias quo tempore prædicare incepit, & cur *Hierem. 1 num. 1.*

12. In transmigrationis populi sui pœna, quã misericorditer se gessit Deus.

Nam Ioatham filius eius ductus est à Pharaone captiuus in Ægyptum, qui regnauit tantum tribus mensibus, & ideo de eo non fit mentio in scriptura, vnde post eum frater eius *Eliacim*, quem constituit Pharao Regem, & vocauit *Ioachim*, regnauit annis vndecim, post quos reliquit filium eius Ioachim. Hic tantum regnauit tribus mensibus, post quos abductus est captiuus à Nabuchodonosore in Babylonem cum matre, filijs, & principibus, relictis solum pauperibus in terra 4. Reg. 24. & relicto ibi Rege Mathania eius patruo, fratre nempe *Eliacim*, & Iosiæ filio, cui nomen imposuit *Sedeciam*. C

4. Reg. 24

Hic regnauit annis vndecim, qui cùm à Nabuchodonosore rebellasset, anno vndecimo regni eius, captus est, & effossis oculis, ductus est in Babylonem captiuus, simul cum omni populo, prophetante semper Hieremia, vsque ad ipsum transmigrationis punctum, qui fuit in mense quinto vndecimi anni Sedeciæ. Vnde patet, quod licet firmasset Deus captiuitatis sententiam, & semel deliberasset eos captiuos ducere, tamen imminente sententiæ executione, antequam omninò executioni demandaretur, per spatium annorum 19. misit Prophetam ad eius intimandum iudicium, sententiamque, vt si D vellent, pœnitentiam agerent, & duram seruitutem effugerent. Immo nec hoc pietati suffecit diuinæ, sed paulatim incessit, nunc captiuum ducendo vnum Regem, constituendo alium, nunc partem populi deserendo aliam, si fortè experimento damni alieni, ipsique reliqui prudentiores facti, mutando vitam, & pœnitentiam agendo, aliquo modo sententiam effugerent. Sed tandem cùm ob duritiam populi, vidisset, quòd nihil proficeret, executioni dedit quidem sententiam, populumque captiuum duxit, sed tamen semper prophetante, vsque ad vltimum instans Hieremia. Cur hoc, inquit Origenes, nisi vt clementiam amoremque suum ostenderet; vt videret scilicet, & si executio sententiæ incœpta esset, si tamen in ipsomet puncto, & in medio eius, aliquo modo cessare, & sustolli posset.

Origen.

Verba eius sunt, *Condemnauerat Deus Hierusalem propter peccata, quæ fecerat, & hæc erat extrema sententia, vt captiuitati relinqueretur, veruntamen cùm hominum sit amator, nec quemquam velit perire, antequam depopulationis tempus instaret, misit & hunc Prophetam, vt per sermones eius ad pœnitentiam conuerterentur, misit eundem, & sub secundo Rege post primum, misit quoque sub tertio. Quid plura? captiuitas iam imminebat, & adhuc adhortabatur Deus, tribuens, vt ita dicam, & ante vnam diem locum pœnitentiæ, vnde scriptum est, vsque ad captiuitatem Hierusalem, & vsque ad quintum mensem prophetasse Hieremiam. Iam hostium vincula restrinxerunt manus, & nihilominus hæc quodammodo dicebat Deus, ecce captiui facti estis, agite licet serò pœnitentiam, rogate me, & parcam vobis, possum eruere de captiuitate, quò tradidi.* Nil melius.

13. Peccator ipse sibi pœnã quærit, nõ Deus illum quærit ad eam infligendã. *Amos. c. 6. n. 3. Ribera.*

Quapropter sibi imputet peccator pœnam non Deo, nam ipsemet se illi obtulit, non Deus ipsum ad eam infligendam requisiuit, ipse ad eam iuit, ipse pedibus suis eam adinuenit, *Væ*, inquit Amos cap. 6. num. 3. *qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis: qui venitis in diem malum*, legunt Septuaginta, vt suprà diximus: vnde optimè Ribera, *Quasi dicere velit*, inquit, *non venit ad vos dies malus, neque enim Deus de vobis supplicium sumere appetit, sed vos vltro venitis in diem malum, & diuinam potentiam, alijs atque alijs malis prouocantes, nemine impellente ruitis in mortem. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea*, inquit ipse Dominus per Moysem Deuteronom. 32. num. 44. *reddam vltionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me retribuam.*

Deut. 32. 44.

14. Deus gladium non habet acutum ad feriendũ, nisi peccator illũ acuat.

Vbi notandum, quod ad sumendam Deus de suis hostibus vltionem, & dandam retributionem ijs, qui eam oderant, ait, quod incensurus, siue acuturus sit, quod in idem reincidit, gladium suum, sicut fulgur. Ergo ex se gladius eius non est incensus, nec acutus, tu incendisti, & acuisti, siue tu illi materiam præbuisti, vt ipse illum incenderet, & acueret, peccatis nempe tuis.

15. Fulgur quid, & quomodo efficitur.

Fulgur, vt volunt Philosophi, est exhalatio quædam accensa in nube, producta accensione ex vehementi spiritus collisione, quæ accensio non semper inuenitur, quia non semper materia exhalationis apta reperitur; at quando talis est, vt sufficiens sit ad incendendum, illico accenditur & fit fulgur: materia ergo fulguris è terra est, & terra eam cælo subministrat, non erit ergo fulgur, si terræ exhalatio deerit, non cælum accendit; sed terra illi materiam subministrauit, vt accenderetur, & fulgur, ac tonitrua mitteret. Sic Dei ira, & gladius iustitiæ eius, acutus non est, incensus non est ex se, tu materiam illi præbes, vt accendatur, sicut fulgur. *Si acuero, vt fulgur.* Notanda conditionalis, (si) in dubium posuit etiam ipsam actionem, & si peccata extent, etsi materiam præbeant, adeo ægrè ducitur ad puniendum.

Hoc

Philo.

16\. Deus itam, & vindictã obsignatam tenet, ne statim contra peccantes exeat.

Hoc acutissimè considerauit Philo, ponderans illa verba huiusmet Cantic. nempè, *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* In quo loco animaduertit, quod cùm ibi conquereretur Deus de peccatis iam contra illum factis, & quæ in dies fiebant, tamen loquens de vindicta, & pœna, affirmat illam obsignatam, & reconditam ne in publicum statim prodiret, *Moyses enim*, inquit Philo, *exgagerans etiam Dei liberalitatem, & gratificandi studium, non solum reliquo tempore*, ait, *thesauros malorum obsignatos, sed & cùm omnia lapsa fuerint in via rectæ rationis, quando meritò pœna digna videri poterant, in die vltionis obsignatos malorum thesauros: docente diuino eloquio, quod in peccantes quidem confestim Deus animaduertit, sed indulget tempus ad pœnitentiam, & erroris curationem.* Nil melius. Tanta enim est Dei nostri bonitas, & tam ægrè ducitur ad puniendum, vt non solum gladium suum & fulgur non accendit, quando materia ei non præbetur, nec adest, sed nec etiam quando adest; obsignans, illumque recondens, & veluti ab igne exhalationis peccatorum elongans, & in misericordiæ suæ thesauris illum reponens, & veluti immergens, ne inflammetur, qui ob hanc rationem optimè ab ipso vocantur thesauri niuis, & grandinis, dicente Iob capite trigesimo octauo, num. vigesimo secundo, *Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?*

• 17. Deus gladium vindictæ in thesauris misericordiæ abscondit.

Iob. 38. n. 22.

18\. misericordia diuina cur dicatur niuis & grãdinis thesaurus.

Enimverò misericordia ipsa diuina, thesaurus niuis, & grandinis dupliciter appellari potest, primò quatenus in se peccatores includit, qui sunt veluti grandines, charitate frigidi. Sic thesauros grandinis, & niuis, magnus vocat Gregorius Moral. vigesimo nono, capite vndecimo, *Dura ac frigida peccatorum corda*, non simpliciter, sed quatenus obiecta sunt misericordiæ diuinæ, vasaque præparata ad sanctitatem, & iustitiam, quæ Deus ex malis reddit bona, & ex vasis contumeliæ vasa iustitiæ, ac sanctitatis. *In niue vel grandine*, ait, *frigida vel dura accipimus corda peccatorum, sed quia omnipotens Deus Sanctos suos de talibus eligit, aptè thesauros niuis, & grandinis habere se perhibet.* Ergo peccatores ad sanctitatem destinati, thesauri sunt niuis, quod cùm opus immensæ Dei sit misericordiæ, optimè ipsamet Dei misericordia, & thesaurus niuis, & grandinis dici potest, quatenus immensa sua bonitate in se includit, amplectitur, omnesque fouet peccatores.

Gregor.

19\. Peccatores thesauri grandinis & niuis, qui ad sanctitatem sunt destinati.

20\. Thesaurus quid.

Nam quid aliud est thesaurus nisi conditorium secretum cuiuscumque rei, non solum pecuniæ, per synecdochen enim pecuniæ appropriatum est thesauri nomen: non quod etiam & aliis rebus non conueniat, quod affirmat Gellius libro secundo capite octuagesimo, ex sententia Valerij Serani, quando dixit, *Quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos flauissas dixisse, idest cellas quasdam, & specus ad custodiendas res veteres religiosas.* Plinius etiam hiatus, & recessus oris Satyrorum thesauros dixit; *Thesauros maxillarum in quos Satyrorum, & Sphingiorum genus cibum condit.* In sacris etiam cellæ vinariæ, & apothecæ olei, nomine originali, *thesauri*, dicuntur secundo Par. vigesimo primo num. tertio, secundùm Septuaginta thesauri agri, vini, olei, & cauernæ, quibus ingens aquæ marinæ continentur thesauri sunt psal. 31. num. 6. thesaurus ergo conditorium secretum cuiuscumque est rei. Ergo cùm in se misericordia ipsa diuina includat, amplectatur, & peccatores foueat, qui niues sunt, & grando, optimè thesaurus niuis, & grandinis dici potest, appellet ergo eam Deus, & dicat Iob: *Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?*

21\. Non solum de pecunia dicitur sed de quacumque alia re.

Gellius.

Plinius.

2. Par. 21. num. 3.

Ps. 31. n. 6.

22\. Misericordia thesaurus dicitur niuis, quia gladium iustitiæ recondit, ne accendatur.

Secundò etiam thesaurus niuis dici potest, quatenus in se gladium diuinæ recondit iustitiæ, & non sinit eum calefieri, nec acui, ac accendi, etiamsi ingens sit materia, accensionisque occasio, frigidus quippe hic diuinus manet gladius, cùm tanta sit accensionis materia; non alia equidem ratione, nisi quia immersum eum tenet Deus in misericordiæ suæ thesauris niuis, & grandinis, sua superantes frigiditate peccatorum incendium, quo iustè incendi deberet: vnde quasi immersus & vndique aquis veluti muro septus, ac inclusus, impossibile fit, vt ad eum propè malæ peccatorum exhalationes accedant, & eum inflamment. *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur*, inquit Dauid psal. 114. num. 5. Vbi notandum iustitiam vndequaque misericordia circumsepsisse Prophetam, *Misericors Dominus, iustus & miseretur.* Ergo in illa veluti immersa iacens, vndequaque septa, nisi illa permittente, egredi vnquam valet. Quod etiam ponderauit sanctus Ambrosius, oratione de obitu Theodosij in hæc eadem Prophetæ verba dicens, *Bis misericordiam posuit, semel verò iustitiam gemino septo inclusa misericordia.* Hinc semper super iustitiam se misericordia exaltat diuina, iuxta illud Iacobi secundo num. decimo tertio, *Superexaltat autem misericordia iudicium*, Vbi Græcè, *exaltat aduersus iudicium*, hoc est exsuperat, & veluti obruit illud, quia super illud. Ergo tantum abest, vt Deus acuat, & gladium incendat iustitiæ suæ aduersus peccantes, quin potius quantum est ex se, illum abscondit, frigidumque tenet: tu incendisti, tu eum discooperuisti, tu acuisti, non Deus, quia Deus, vt inquit noster Sapiens, *Mortem non fecit, nec lætatur.*

43\. Iustitiã septam a misericordia tenet Deus & vndequaquam cinctam.

Ps. 114. n. 5.

Ambros.

Iacob: 2. 13.

Num. 14. *Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non est illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra.*

COMMENTVM

LITTERAE.

Connexio Capitis.

PRosequitur Sapiens assignans rationem, quare dixerit mortem Deum non fecisse, nec lætari ipsum in perditione viuorum, quia scilicet creaturas omnes condidit, vt hominem conseruarent, ac tuerentur, ob quod

nullam veneficam fecit, immo inferorum regnum, siue dominatus, ob hoc subtus terram constituit, ne quid damni homini inferre posset; vnde & dicit

Creauit vt essent omnia, &c. Scilicet, non vt deperirent, sua culpa postea ad defectum venerunt per mortem. Argumentum est à minori ad maius, nam si cœlum, terra, elementa & animalia, quæ homini inferiora sunt, creauit, vt essent, quanto magis hominem, qui omnia hæc includit. Creauit Deus hæc omnia de nihilo, & ad nihilum etiam ea redigere potest, pari potestate, parique potentia contra impietatem Vuiclefi à Valdense, qui ineptè illud negauit tom. 1. cap. 18.

1. Vuiclephi error. *Vuiclef.*

Hierony.

Et sanabiles, &c. Hieronymus in 12. Zacha. legit, *& salutares generationes mundi*, Vulgatus enim sanabile, pro salutare accepit, quod frequenter in scripturis, vt, *Sana animam meam quia peccaui tibi*, idest salua ps. 4. nu. 5. *Numquid qui non amat iudicium sanari potest*, idest saluari, Iob. 34. num. 17.

2. Sanabile pro salutare sæpè in scriptura à vulgato acceptum.

Ps. 4. n. 5. Iob. 34. 13.

Castro. Lyra. Hugo. Dionysi. Gen. 2. 4.

Nationes, &c. Idest res natæ in mundo, vnde sensus est, res in mundo à Deo creatæ, omnes salutares sunt, & homini salubres: sic Castro & Lyra, Hugo, Dionysius, & alij, moraliter hoc intelligunt de homine à Deo creato libero prædito arbitrio, ita vt licet peccasset, tamen sanari posset, moralis sensus, non litteralis. Alij *Nationes*, accipiunt pro natalitiis, hoc est natales, origines mundi, seu ornatus mundi, vt Gen. 2. n. 4. *Hæ sunt generationes cœli, & terræ*, hoc est dies natalitij, in quibus editi sunt cœli, & terra, & sic sensus erit, mundus initio creatus, vt nihil in eo esset mali, bonus sensus, sed primus planior.

Hierony.

Medicamentum exterminij, &c. Græcè, *& non est in eis pharmacum exitij*, Hieronymus in 12. Zach. *Et non erit eis venenum mortiferum.* Hebraismus est, medicamentum exterminij, pro exterminans. Nomen Græcum, *Pharmacum*, quod Latinè medicamentum, seu venenum, notandum, esse nomen medium ad bonam & malam partem: sic Caius Iurisconsultus in *C. qui venenum ff. de verbor. significat.* vbi asseruit, quod qui venenum dicit, addere debet, an malum, an bonum sit: sic etiam affirmat Gellius lib. 12. cap. 9. quamuis vsu factum, vt pro medicamento mortifero sumatur: hac ratione Sapiens non simpliciter dixit medicamentum, seu venenum, sed quia pro medicamento malo supponebat, adiecit medicamentum exterminij; vnde sensus est, ita Deum omnia cõdidisse, vt nil perniciosi, & mali, quòd contra hominem esset, illis inesset, vti est venenum & alia nociua. Alij pro exterminio mortem intelligunt, tum corporis, tum animæ, & sic affirmant, nullum tale medicamentum in creaturis reperiri, quod ab vtraque liberet, sensus moralis, non litteralis.

3. Pharmacũ seu venenũ nomen mediũ ad bonam & malam partẽ. *Caius Iurisconsf. Gellius.*

D

Nec inferorum, &c. Græc. *Nec Orci, nec inferni regia in terra.* Sunt qui existiment per Orci regia intelligi mortis regia, quæ est infernus ipse, ad quem descendunt damnati, & sic sensus secundùm istos erit, Deum non fecisse regiam mortis in terra, sed subtus terram: sed contra hoc est, quia Salomon non dixit, nec, *mortis regia*, sed nec, *inferni regia*, cuius princeps diabolus, qui rectè orcus dici potest, quatenus homines ad

4. Diabolus orcus dicitur.

A illum vrget. Orcus enim, vt Festus ait, ab vrgendo dictus, ex quo & diabolus Orcus dici potest, quia ad mortem, & infernum vrget: vnde verus, germanusque sensus erit, non solum Deum mortem non fecisse, sed nec ipsum potestatem, per quam regia inferni intelligitur, dedisse diabolo, vt inferno, & terræ dominaretur, sed sicut per peccatum mors intrauit in orbem, sic per eundem & potestas diaboli, quæ prius in inferno tantum limitabatur, extensa in terram, diuinam præter voluntatem.

Festus.

5. Per peccatum potestatem accepit in terram.

Sensus ergo est, Deum non fecisse mortem, nec in perditione viuorum lætari, cuius signum, quia ipse fecit vt omnia essent, & vitam haberent, & ideo omnes generationes salutares fecit, & nullam in eis miscuit mortis causalitatem, nec regnum, hoc est potestatem mortis, & diaboli, ipse immisit in mundum, sed homines sua culpa fecerunt vt illud in mundo dominaretur.

B

DIGRESSIO IV.

An Deus in principio fecerit aliquam creaturam veneficam, an omnia sine veneno.

RAtio dubitandi sumitur, tum ex verbis illis, quæ hîc affert noster Sapiens, nempè non esse, *in creaturis medicamentum exterminij*, seu vt legit Hieronymus, *venenum mortiferum*: tum ex illis Genes. 1. vbi Dominus Adamo, C & Euæ dixit, *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam & cunctis animantibus terræ, vt habeant ad vescendum.* Ex quibus verbis venerabilis Beda in suo Hexamero collegit antè peccatum hominis nullum fuisse venenum, nullam venenatam ac nociuam herbam, sed omnia Deum condidisse sine veneficio, sine veneno; verba eius sunt; *Iam hinc patet, quòd ante reatum hominis nil noxium terra protulit, nullam herbam venenatam, nullam arborem sterilem, cùm manifestè dictum sit, quòd omnis herba, & vniuersa ligna data sint hominibus, ac volatilibus, terræ quoque animantibus cunctis in escam.* Cùm ergo ante peccatum nil nociuum deberet esse homini, nec ipse infirmitates, aut alia incommoda subire deberet: non erat D cur venenum in serpentibus, aut venenata essent in campis; nullum ergo erat tũc veneficium secundùm Beda. Quam sententiam sequuntur Rupert. Alban. & Alucinus, & ex consequenti videtur eam sequi debere S. Basilium, dum hom. 5. in Hexameron cum sancto Ambros. lib. 3. Hexam. cap. 11. affirmat antè Adæ peccatũ rosam fuisse sine spinis, vide Corneliũ in ca. 1. Genesis vers. 11. Sed nihilominus vera sententia est ante peccatum venena fuisse, & herbas venenosas Deũ condidisse, sic Sanctus Basil. & S. Ambros. locis cit. cap. 9. licet affirment rosam tunc spinas non producturam: adde Damascenum lib. 2. de fid. cap. 10. cum Sanctis etiam moderni conueniunt vt Castro, Cornelius, & Pererius, aliique.

Gen. 1. 29.

1. Prima sententia affirmans nullũ antè peccatum extitisse venenum. *Beda.*

Rupertus. Albanus. Alucin. S. Basil. Cornelius.

2. Secunda sententia & vera ante peccatum fuisse venenata. *Castro. Pererius. Cornelius.*

3. *Hominis naturalia post peccatum nō immutata.*

Ratio illa est, quia post peccatum, sicut Deus naturalia hominis non mutauit, sic nec animalium, cæterarumque rerum inanimatarum; vnde sicut ipsum liberum hominis arbitrium, & rationem, cæteraque intacta in homine reliquit. sic etiam in cæteris rebus tum animatis, tum inanimatis, & sic cùm venenum naturale quid sit in serpentibus, & in herbis aliquæ natura sua sint venenatæ, non est asserendum, aut antè peccatum venenum eas non habuisse, aut post peccatum naturam immutasse, hoc enim gratis, & sine fundamento dicitur.

4. *Venenum proficuum aliquibus vsibus.* *Ambros.*

Secundò venenum tum serpentum, tum herbarum, etsi hominis vitæ sit nociuum, semper tamen aliquibus vsibus proficuum tunc fuisset: nam vt inquit sanctus Ambrosius, *Quod tibi putas inutile, alius vtile est, immo ipsum tibi frequenter alio est vsu vtile.* Cicuta homini noxia est, vaccis autem in deliciis, vnde licet homo non infirmaretur, ac proinde ad pharmaca venena non essent necessaria, tamen ad alios proficuos deseruire possent vsus, & sic non essent venenata superflua, nec sine magna prouidentia condita.

5. *Venenum factum homini nociuum, ex culpa sua.* *Rupert.*

Quod autem nunc nociua sint homini, culpa sua illud euenit, quia, vt inquit Rupertus libro tertio in Genes. capite 20. *Quid miram hoc malum permitti homini, cùm & ipse homo ad interfectionem proximi serpentum sese armet venenis, & quod non habet natura virus, acquirat pernicacia, comparet pecunia?* Et paulo infra, *Proinde quia homines ipsi quodammodo serpentes fiant, dum non tantum spiritualiter venenum aspidum sub labiis eorum: sed realiter quoque venenum aspidum in fistarciis eorum, patiantur ipsi nec murmurent, quod venantur, & intereunt tot homines pestibus serpentum.*

6. *Homines serpentes facti ex malitia.*

Ambros.

Nec mirum nec culpabile videri debet, vt inquit Ambrosius in Exam. lib. 6. cap. 6. *venenata Deum creasse. Nec hoc quisquam reprehendat, quod Creator serpentes creaturis suis aliaque, vel animantium, vel herbarum genera venenata miscuerit.* Nam vt ipse prosequitur, *Nata sunt enim hæc ad correptionem nostram, non ad deformationem. Nam qua ignauis, aut infirmis, aut impiis pleramque offensioni, aut terrori sunt, aliis vsui: sic & serpentes flagella sunt eorum, quibus infirmi animi atas, & quædam puerilis mentis est virtus, ceteram fortioribus nocere non possunt.* Quo circa optimè concludit Basilius in Exam. hom. 7. de venenatis herbis agens. *Horum nihil otiosè, nihil inutiliter generatam, nam aut alicubi brutorum generi alimentum exhibent, aut etiam nobis ipsis à medica arte in aliquod malorum solatium inuenta sunt.* Quod argumentum egregiè prosequitur Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum, tom. primo, in quo reprehendens illum affirmantem nihil distare inter vescentem cibo, & ieiunantem, si eum gratiarum actione comedatur, eruditissimè profert infinita propemodum exempla Iouiniani, arguens rationem qua suam fulciebat, nempè omnia animalia Deum creasse, vt ad vsum essent hominis, & ad esum, *Quis nostrorum*, inquit Hieronymus, *leonem, quis viperam, quis vulturem, quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in litteribus vermiculos vnquam comedit? Sicut igitur hæc proprios vsus habent, ita possumus dicere & cæteras bestias, pisces, aues, non ad esum, sed ad medicinas creatas. Carnes viperæ vnde theriaca conficitur, quantis rebus apta sint, norunt Medici, segmenta eboris in medelas varias assumantur, fel hyene oculorum restituit claritatem, & stercus eius, & canum, putrida curat vulnera, & quod forsitan legenti mirum sit, hominis fimus quantis curationibus proficiat Galenus docet. Aiunt Physici quod pellis colubri qua exuitur, decocta in oleo mirè dolorem aurium mitiget, quid ita inutile videtur nescientibus vt cimices? si sanguisuga faucibus hæserit fumo eius excepta statim euomitur, & difficultas vrinæ huius appositione laxatur, Paui fimus podagræ feruorem mitigat, &c.* quæ ibi sanctus adducit, quibus probatur, non inaniter Deum aliquid condidisse, etsi ignorantibus eius ratio non pateat, & quòd similiter venenata in principio creauit, quia etsi in aliquibus nociua, in cæteris proficua esse poterant; vt aiebat Basilius. Vnde affirmandum, quòd creauit Deus venenata à principio, non ad hominis destructionem, sed conseruationem, vnde benè per Sapientem dicitur, quod, *Non erat eis medicamentum exterminij*, seu, vt inquit Hieronymus, *venenum mortiferum.* Hoc scilicet intellecto, quòd ante peccatum nil horum nocere poterat homini, quæ hîc adiungenda essent, de admirabili diuinæ prouidentiæ benignitate in prima hominis efformatione, de omnibus illi sic abundè, ac regaliter prouidente, quæ ad eius delectabilem conferre possent vsum, infra hom. sequenti commodius dicemus quando de dono disseremus immortalitatis.

7. *Serpentes, & venenata ad correptionem hominū nata.*

Basilius. 8. *Nil in mūdo inutiliter generatum, nam quod vni nocet, alteri prodest.* *Hierony.*

9. *Nō omnia animalia ad esū creata, sed aliqua ad medicinam.*

10. *Hominis fimus ad curationem optimus.* 11. *Pellis colubri decocta in oleo aurīū dolores mitigat.* 12. *Cimicis fumus proficuus & ad quæ.* 13. *Paui fimus podagræ dolorem mitigat.* *Basilius.* *Hierony.*

Num. 15. *Iustitia enim perpetua est, & immortalis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PErsistit probare Sapiens Deum non fecisse mortem, etsi mortalis esset homo natura sua, tamen dum dono Iustitiæ originalis eum ornauerat, illo immortalis factus fuisset, & perpetuus, si illud conseruasset.

Iustitia, &c. Græcè tantum est, *Iustitia enim immortalis est.* Aliqui de iustitia intelligunt originali, quæ immortalem faciebat hominem: alij de vera iustitia morali, qua obseruata, etiam immortales facit homines. Primus sensus magis ad litteram, estque sensus, vti diximus, reddens rationem cur Deus mortem non fecit, quia nempè creando hominem, & iustitiam originalem illi infundens, immortalem eum effecit, quam ipse perdidit peccando, vt infra mox dicetur.

Perpetua, &c. Desideratur hoc in Græco, vti diximus, sed benè adnotat Lorinus addidisse vulgatum hoc epithetum, vt intelligeremus immortalitatem, quæ propriè rebus animatis conuenit, esse perpetuam, & significare perpetuitatem. *Lorinus.*

Olkot, qui per iustitiam moralem intelligit, *Olkot.*

quâ seruata Dei gratia, immortalem reddit hominem, his, & prioribus versibus ait retundi peccantium excusationes. Sic lect. 12. quatenus ad peccata sua alleuianda inculpant creaturas quasi pulchritudine sua impellentes ad malum, fragilitatem carnis quasi necessitatem ad peccatum, diabolum quasi vim inferentem, retunduntur, inquit, duæ priores excusationes per illa verba, *Non est illis medicamentum exterminij*, quatenus in creaturis Deus non posuit venenum ad peccatum causandum; ex quo nec creatura exterior, nec ipsa nostra caro nos impellere potest. Vnde Augustinus de vera relig. ca. 38. *Nec aqua malum, nec aliquid, quod in aëre viuit, stylus ferreus alia parte quà scribimus, alia quà deleamus, fabricatus est, in suo genere pulcher, & ad vsum nostrum accommodatus. & si quisquam ea parte scriberet, quâ deletur, & ea velit delere, quâ scribitur, nullo modo stylum malum fecerit, sed ipsum factum iure vituperaret*; &, vt inquit Apostolus 1. ad Timotheum 4. *Omnis creatura bona est, & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione percipitur.* Creaturæ ergo malæ ex se non sunt, sic nec ipsa nostra caro: nam secundùm Gregorium lib. 9. c. 4. Mor. *Ad ima trahit caro, ne extollatur spiritus. & ad summa trahit spiritus ne prosternatur caro, spiritus leuat ne iaceamus in imis, caro aggrauat ne extollamur ex summis*, potius adiuuat, si ea bene vti velimus. Nec etiam dæmon inculpandus, ait Olkot, quia, *Inferorũ regnũ non fecit Deus in terra*: non ipse fuit, vti diximus, qui potestatem dedit diabolo, sed homo peccando, sic & modo, pro quo pulchrè Bernardus in cant. ser. 86. *Impulsor hominis*, ait, *diabolus est, impulsor mundus, impulsor homo; quis est iste homo, si quæris, quisque homo sui, noli mirari, vsque adeo impulsor sibi est, & suimet præcipitator, vt non sit quod in altero impulsare formidas, si ipse à se proprias cõtineas manus, manus tua, consensus tuus.* Nil aptius, nil melius.

1. Peccatorũ excusationes ad peccandum quomodo retunduntur.

August. 2. Creaturæ non impellunt hominem ad peccandum.

A

B

1. ad Timoth. 4.

Gregorius 3. Neque ipsa caro.

4. Neque dæmon.

Olkot.

Bernard.

5. Homo ipse impulsor ad peccatũ plusquam dæmon, & mundus.

C

Quærit etiam Olkot lect. 13. an virtutes morales in alia sint vita permansuræ, occasione quod hîc dicitur, quod, *iustitia est perpetua virtus.*

6. Virtutes morales an in alia permansuræ vita.

De hac re Augustinus 14. de Trinitate ca. 9. & S. Thomas 2. 2. quæst. 6. ar. 6. Tullius dicebat, vt vult Augustinus quòd non manebãt, *Quid enim*, inquit, *indigemus fortitudine, cùm nullus labor futurus sit, vel periculum, de quo fieret iustitia, cùm nullus appeteret alienum, ad quid temperantia, quando nulla est libido, quid esset prudentia, cùm nulla esset electio boni, vel mali?* Sed placet sententia Augustini affirmans manere, & præcipue iustitiam, *Nam*, inquit, *tunc erit opus prudentiæ nullum bonum Deo præponere, vel æquare fortitudini, ei fortissimè inhærere, & cohærere, temperantiæ nullo noxio delectari, iustitiæ, Deo subiectum esse.* Immo, & amorem Deo reddere super omnia, & proximo secundùm voluntatis mensuram diuinæ, cuius iustitiæ actus perfectior erit tunc, quàm actus, quem nunc exercet, scilicet reddere vnicuique quod suum est, & ideo inquit Olkot quod de ea peculiariter dicitur, quod sit, *perpetua, & immortalis.*

Augusti. *S. Thom.* *Tullius.*

7. Quomodo in alia vita manent secundùm Augustin.

D

8. Iustitiæ actus in patria perfectior quàm nunc in via.

Olkot.

HOMILIA XXIV.

Bonitas Dei relucet maximè ex consideratione doni immortalitatis quod homini dedit.

IVstitia, inquit noster Sapiens, quod *immortalis est virtus*, & de originali intellectum certissimum est, immortalem enim faciebat hominem, vti diximus. Cuius occasione adnotandum quatenus noster sit Sapiens in probando Deum mortem non fecisse, nec esse eius authorem: non enim sat ei fuit dixisse, Deum mortem non fecisse, nec ipsum in perditione lætari viuorum: non ei suffecit dicere, quòd omnia creauit vt essent, & vt viuerent, omnia ad hominem conseruandum produxisse, nullum in creaturis inseruisse malum ad eum damnificandum, Diaboli tyrannidis non fuisse eum authorem; sed vltimo tandem addere placuit, tantum abesse, vt Deus hominem mortalem fecerit, quin, licet ex se, quatenus terrestris, esset mortalis; tamen sic Deum abhorruisse mortem, vt tum gratia iustitiæ ornans originalis fructu arboris vitæ immortalem eum reddidit, & sempiternum. Quod profecto ideo tantum noster inculcat Sapiens, vt ex hoc nobis innotescat, quanta fuit Dei bonitas in homine creando, cùm etsi eum tam miris summisque bonis ornasset, insuper nequid ei deesset, & vt perfectissimè in hac vita beatus esset (beatitudine, quæ in illa esse potest) cùm ex natura sua mortalis existeret, dono suo fecit illum immortalem, quod est veluti complementum beatitudinis, immo de eius essentia, si vera sit, & non ficta: nam, vt inquit Aristot. pri. Ethic. cap. 7. *Ver nec vna facit hirundo, nec vnus dies & beatum hominem*, & nos infra capite 6. num. 16. Cùm ergo cumulasset eum bonis miris, & magnis, nequid ad desiderium ipsius deesset, æternum etiam noluit ipsum constituere, etsi non natura, gratia tamen sua. *Deus*, inquit Augustinus 2. de Genes. ad litt. cap. 1. *cùm primum hominem condidit, ei dedit immortalitatem, non tamen vt naturæ eius debitam, sed vt supernaturale donum gratiæ suæ, gratuitò ei concessum*, quòd infinita extitit bonitas, signumque vehementis Dei in hominem amoris: nam si cætera dedisset, & æternum eum non fecisset, beatus non esset in terris, cùm vnum ei defuisset summè appetitum, intensiusque semper in votis habitum, æternum scilicet stare, in æternum viuere. Ex quo patet quanta fuerit hæc bonitas, quantum hoc donum, quàm grande, quàm mirandum, cùm cætera omnia si illi præstitisset, vt præstitit in statu illo, si hoc non addidisset, non perfecta, immo verè magna non essent, dum constituere illum beatum non possent.

1. Cur sapiens tantus sit ad probandum Deum non fecisse hominẽ mortalem.

B

C

2. Immortalitas de essentia beatitudinis.

Arist.

3. *August.* Homo non natura, sed gratia esset immortalis.

D

Mirum hoc, si semel considerabimus, qualis fuit ille status, quæ illa dona à supremo homini collata opifice. Quod vt clarius innotescat, & exinde colligamus quantum fuerit perpetuitatis donum, & quàm magnum, æternum

4. Bona à Deo homini in statu innocentiæ collata quæ.

esse in felicitate, placet paululum immorari in donorum consideratione, quæ summa illa bonitas in illo fœlicissimo homini contulit statu.

Sciendum ergo quod septem numerantur præcipuè res, quæ innocentiæ statum summopere decorabant, quarum tres erant, habitatio terrestris Paradisi, fructus arboris vitæ, & singularis Dei cura circa ipsum, quæ semper omnem pellebat animi, & corporis languorem: quatuor aliæ erant, sapientia, qua præditus ignorantiæ effugiebat miseriam, gratia gratum faciens, qua peccati malum, iustitia originalis, qua bellum viriumque deordinationem, ac peccati fomitem, & tandem tanquam corona omnium, immortalitas, qua mortem.

5. Paradisi terrestris habitatio quā magnum donum.

Basilius.

6. Eius structura quam admirabilis.

Mira singula, magna, maxima, & primò quàm magnum illud donum, Paradisi scilicet habitatio. Quis, quæso, illam, vt fuit, concipere B vnquam poterit, si oculus non vidit? inquit Basilius in orat. de Paradiso, *Quis est qui hæc enarret, si auris non audiuit, quomodo tua excipies, si in cor hominis non ascenderunt, quomodo illa mens nostra capies?* Non poterit equidem, nam supra res omnes, quæ videntur, aut cogitantur, locus ille erat felicissimus, adeo supra res cæteras creatas se erigens, quantum supra illa in formationis modo, & essentia ipsemet se homo erigit, vt inquit idem Sanctus, *Quemadmodum enim Deus hominem à cæteris animantibus*, ait, *discreta, ac singulari dignatus est formatione, itidem & homini apparauit, suaque condidit manu peramœnam ac delitijs omnifariam difluentem mansionem, locum vtique, omnem exuperantem creaturam, visenda pulchritudine suspiciendum, & admirabilem, locum dico præastrum, & spectatu dignissimum.* Quibus consonans Sanctus Ioan. Damascen. lib. 2. de fide orthodoxa cap. 11. sic ait, *Paradisus est locus Dei manibus in Edem ad orientem mirabiliter consitus, omnis lætitiæ, ac voluptatis promptuarium, omni terra excelsior, optima temperie cœli, aere subtilissimo, ac purissimo, plantis semper virentibus, suauissimumque odorem spirantibus, plenus lumine, vniuersæ sensilis venustatis, & pulchritudinis excellens intelligentiam.* Notanda postrema hæc verba, talis nempè erat vt omnis venustatis, ac pulchritudinis possibilis imaginationem excellat; vnde, etsi consideres, immò, etsi possibilem fingas pulchritudinem, supra illam se erigit Paradisi illius venustas, ac gratia: talis ergo erat ille locus felicissimus. De quo, si plura videre vis, lege Basilium loc. cit. Tertul. li. de Iudic. Domini ca. 8. Athanas. Sinaitam Hom. 9. in Alexan. Mosem Barcepham lib. de Parad.

S. Ioan. Damasce.

Basilius. Athan Sinayta. Barceph.

6. Arboris vitæ effectus admirabiles in homine.

Nec minus erat secundum donum, Arbor scilicet vitæ, qui præter vitæ longæuitatem, quam homini tribuisset, tria alia afferebat maxima, scilicet continuatam sanitatem, continuam iuuentutem, & demum continuam hilaritatem, ita vt omnem tristitiam expelleret & omnem malum humorem. *Cibus aderat homini in Paradiso*, inquit Augustinus 4. de Ciuit. cap. 26. *ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne illum senectus dissolueret, nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore, vllas molestias vllis eius sensibus ingerebat, nullus intrinsecus* A *morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus.* Cui adstipulans Moses Barcepha, vbi supra cap. 26. sic ait, *In vera enim voluptate, atque infinitis partibus maiore, quàm ea est, qua hodie mortales fruuntur maxima, in Paradiso ætatem agitassent, vt pote omnis laboris, perturbationis, doloris, morbi denique, atque ægritudinis expertes, edissent enim de Paradisi arboribus, & suauissimum ex maxime illo, dulcissimoque Paradisi flumine potum bibissent, non enim essent illæ voluptates, ac illa, quibus modo homines fruuntur, nam ijs, quibus iam mortales fruimur voluptatibus, sua cuique molestia cohæret, veluti cibo largiori, cruditatis malum, potui copiosiori nausea, bonæ valetudini aduersa, robustæ imbecillitas, bonæ formæ deformitas, atque ita in alijs quoque. At in Paradiso nulla fuisset huiusmodi rerum vicissitude, mera illic voluptas fuisset, molestia verò prorsus nulla: maioribus ergo delitiis ex cibo arboris vitæ potuque illic affecti fuissent, quàm quibus hodie mortales demulcentur.*

August.

Moses.

8. Dei cura hominis in paradiso qualis quāque mira operabatur.

Ad hæc si addas tertium, singularem nempè Dei curam assistentiamque, omnino beatum dices fuisse hominem in illo statu; sex enim mira, vt volunt Doctores, in homine operabatur talis assistentia. Primò seruabat intellectum ne deciperetur circa singularia, & futura contingentia, quæ humana ratione certo cognosci non possunt. Secundò continebat voluntatem ne eliceret actus inordinatos, vt verbum otiosum, mendacium iocosum, aut officiosum, risum intempestiuum, aut superuacaneum, vt potè venialia, quæ illi statui contraria, nec vllo modo admittenda, vt ait Sanctus C Thomas prima secundæ quæst. 89. Tertiò arcebat à phantasia omnia, quæ eam confundere, perturbare, & contaminare potuissent, coercendo dæmonis potentiam, ne visa obscæna, aut tristia ei ingereret. Quarto cohibebat appetitum sensitiuum, ne antè iudicium rationis ad aliquid appetendum, vel fugiendum commoueretur, etiam præsente obiecto admodum delectabili, & ad alliciendum acerrimo. Quinto seruabat corpus, non solum à rebus mortiferis, sed etiam ab omnibus quæ ei noxia, & molesta possent accidere. Et demum sextò expleto tempore vitæ, quod Deus præfinisset, summa delectatione, absque mortis medio in cælestem patriam hominem transtulisset.

S. Thom.

Fœlix status, mira Dei nostri bonitas, ingens amor, qui sic erga creaturam se habuit: quid quæso amplius excogitari potest, ad vitam in D terris beatam? continua sanitas, continua iuuentus, nulla tristitia, nullus peruersus humor, ætas semper florida, semper virens, locus, vt vidisti, Dei cura, vt nuper diximus, quid amplius desiderandum? diceres nihil, & tamen verum; quod si ad hæc æternitas defuisset, perfectè beatus homo in hac vita non esset. O magnum, ô mirum donum, quod omnia illa beata facit, & sine quo beata non sunt, licet sint maxima, sint ingentia, quòd etiam amplius patebit, si quatuor reliqua, quæ intra hominem erant considerauerimus. Scientia ergo erat primum donum, quæ licet in posteris Adæ non fuisset tanta, sicut in ipso, vt adnotat Pererius in Genes. lib. 5. quæst. 5. tamen ita

9. Scientia hominis in paradiso qualis fuisset.

Pererius.

homines nascebantur compacti, & viribus ad sciẽdum potentes, vt nullus in illo statu esset ignorans, nullus indoctus. Cùm enim, teste Aristo. duplex sit ignorantia, altera negationis, altera prauæ dispositionis, qua quis non solum nescit, quia non ei conuenit, nec ei talis scientia debetur: sed quia non potest, eo quod malè habitus sit, & prauè dispositus: hæc nullo modo in illo felicissimo aderat statu, & sic omnes cùm ad maturam, congruentemque deuenissent ætatem, doctissimi fuissent & in scientia consumatissimi.

Arist.
10. Ignorantia duplex.

11. Decem gratiæ homini in paradiso inessent ad hoc vt consumatissimus in sciẽtia euadere posset.

Nec mirum, nam decem illis inerant, quibus impossibile fiebat vt omnes tales non euaderent. Prima res erat summa docilitas, & aptitudo ad dicendum. Secunda præstantia omnium sensuum tam exteriorum, quàm interiorum. Tertia ingens copia doctorum, qui omnes peritissimi, ac optimi. Quarta vitæ longitudo, Quinta valetudo firmitasque corporis. Sexta nulla sollicitudo eorum quæ ad victum erant necessaria, sed summa omnium rerum abundantia. Septima opportunitas accipiendi rerum experientiam. Octaua perfecta animi moderatio, ac sedatio ab omnibus perturbationibus. Nona singularis Dei prouidentia in eo statu, ad præstandum concurrens auxilium ipsi homini, vt doctus euaderet, immò sæpè illustrans illum, aut per se, aut per Angelos suos. Et tandem decima, quia in eo statu nullum esset dęmonis impedimentum, quo detineri posset homo ad insistendum studijs, & continuè non studere; doctissimi ergo omnes essent, & cõsumatissimi prorsus in scientia, tum naturali, tum supernaturali, per quam beatissimè viuerent. Quod vt clarius pateat, paululum immorandum in primi parentis scientia, & vita, quam in Paradiso exiguo illo tenuit tempore, & quam etiam cæteri eius filij tenuissent, nisi ipse peccasset: colligemus enim ex illa, quàm fœlicissimè, quàm beatè ex hoc dono vitam transegissent filij, si eorum parens contra Deum se non erexisset.

12. Adamus cõsumatus in omni extitit scientia.

Concors ergo, & indubitata omnium est Theologorum sententia, Adamum primum nostrum parentem consumatissimum in omnium rerum extitisse scientia, & doctrina, tum naturalium, tum supernaturalium, & hoc non temporis spatio, sed in ipso ortu suo, ac in ipso instanti, in quo creatus. Sic S. Thom. 1. par. quæst. 94. Magister sent. lib. 2. disp. 23. Pererius lib. 5. in Gen. quæst. pri. & alij. *Disciplina intellectus*, hoc est, scientiæ, *repleuit illos*, inquit Eccles. cap. 17. num. 5. *Creauit illis scientiam, Spiritus sensu impleuit cor illorum, & mala, & bona ostendit illis, addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos, magnalia honoris eius vidit oculus illorum.* Ex quo factum, vt quia omni scientia naturali repletus erat, ideo ita propriè omnibus nomina indidit animalibus, vt nihil vltra quid adderet haberet Deus, qui quasi experimentum sumens de hac Adami scientia, adduxit animalia ad illum, *vt videret*, idest, vt attenderet, & experimentum sumeret, *quid*, idest, quomodo, *vocaret ea*, an scilicet rectè eis nomina imponeret Gen. 2. num. 19. nam cùm impositio nominum à perfecta procedat naturæ cuiusque cognitione, fit vt sine tali cognitione impossibile vt aliquis alicui rectè nomen imponat. Quod benè callens Plato ob id in dialogo, qui Cratylus inscribitur, dixit, primum omnium mortalium, qui nomina rebus imposuit, sapientissimum fuisse, *Non ergo*, inquit, *triuiale quiddam est, ô Hermogenes, recta nominis impositio, sed doctissimorum, atque præstantissimorum virorum.* Cui Cratylus, *Rectè*, inquit, *ais duce natura nomina rebus accommodata, nec quemuis hoc facere posse, sed illum tantummodo, qui ad rei naturam respiciens, ad eam nomen ipsum rectè accommodare potest.* Naturam ergo singulorum respiciens Adamus, singulis apposita nomina imposuit ita propria, & conuenientia ad naturam illorum exprimendam, vt dicat scriptura quòd, *Omne quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius*, hoc est, ipsum est proprium, & conueniens eius nomen, exprimens eius naturam, ita vt aliud non sit nullo modo ei conueniens, ex quo apparet omnium mortalium generaliter loquendo sapientissimum fuisse.

S. Thom.
Magister Sent.
Pererius.
Eccles. ca. 17. nu. 5.

13. Nominum impositio ex perfecta rei naturæ emanat cognitione.
Gen. 2. 19.
Plato.

14. Adamus aptissimè nomen imposuit animalibus.

15. Christus Dominus quatenus homo Adamo sapientior.

Excipimus tamen ab hac vniuersali, Dominum nostrum Iesum Christum, qui non solum Adamo extitit sapientior, quatenus Deus, sed etiam vt homo, & similiter in aliquibus etiam alij excipiuntur, qui sapientiores Adamo, vt Sanctissima, & Beatissima Virgo in sapientia diuina, à gratia, gratum faciente procedens, quod est donum Spiritus sancti, Apostoli in mysterijs fidei, & Salomon noster in populi regimine, vt benè adnotant & affirmant Doctores.

16. Et Beata Virgo in sapientia diuina.

17. Et Apostoli in mysterijs fidei, ac Salomon in populi regimine.

Sapientissimus ergo fuit Adam, tum naturalium, tum supernaturalium rerum, & quod mirum, ac magnum est, de rebus supernaturalibus, nempè de Paradiso, ac inferno, Deo, ac Sanctissima Trinitate, Angelis, dæmonibus, fide, spe, & charitate, de quibus clariorem obtinuit notitiam, quàm nos habemus ex fide, licet inferiorem euidenti Angelorum visione, vnde medium quid inter scientiam fidei erat nostræ, & Sanctorum Angelorum in patria. Cuius ratio est modus, quo talium notitiam habuit, illustratio nempè interna ipsius Dei, vnde non percepit illam per auditum exteriorem, sicut nos, ex quo factum, vt ipsius notitia illustrior, clarior, ac euidentior esset, quàm fidei scientia, quam nos habemus, & hoc, vti diximus, ex modo, & ex allocutione Dei, adeo vt dicat Aug. li. 11. de Gen. ad litt. cap. 33. paulominus clarè Deum instruxisse Adamum, ac ipsos Angelos, *Intrinsecis, ac ineffabilibus modis*, ait, *Deus cum primis hominibus antea loquebatur, sicut etiam cum Angelis loquitur, ipsa incommutabili veritate illustrans mentes eorum, vbi est, intellectum nosse simul quæcumque etiam per tempora non fiunt simul, fortè, inquam, sic cum eis loquebatur, etsi non tanta participatione diuinæ sapientiæ quantam capiunt Angeli, tamen pro humano modulo, & quantumlibet minus, sed illo ipso genere visitationis, & locutionis, fortassis etiam in illo, qui fit per creaturam, siue in statu spiritus corporalibus imaginibus, siue ipsis sensibus corporis aliqua specie repræsentata, vel ad videndum, vel ad audiendum, sicut Angelis suis solet videri Deus, vel sonare per nubem.* Quid clarius?

18. Adamus in supernaturalium sciẽtia, amplius scientificus quam nos, huiusque rei ratio.

Augustin.

19. Deus mentẽ illustrauit Adami, paulo minus quam Angelorũ.

Illustrior ergo fuit illa notitia Adami fidei rerum, ac supernaturalium cognitionum, quàm ea quam nos nunc habemus; vnde factum, vt ex tali illustratione intellectus paruo illo tempore, quo in paradiso extitit, ita voluntas eius in Dei amore inflammaretur, vt totus propemodum ignis amoris esset, vnde gaudia ingentia comparans, plus quàm Angelicam in terris degebat vitam, ducturus eam continuè, si inde non laberetur.

20. Voluntas Adami in paradiso quàm ardens in Dei amore.

21. Vita hominis in Paradiso qualis fuisset.

Ex quo clarè deducitur, quòd cùm filij ipsius, tali, consimilique illustratione, aut paulominus essent fruituri, vitam propemodum beatam ex tali scientia consecuturi essent in terris, sicut eam habuit ipse parens dum in Paradiso stetit, nam raptus & extases in illo felicissimo statu continui, & quasi perpetui essent, vnde sicut Sancti, & Angeli in cælo visione clara semper Deo fruuntur, in illa absorpti manentes, sic in illo felicissimo statu semper, in ænigmate tamen, & obscura visione manerent, & mansissent homines, aliquando totaliter absorpti, & à sensibus alienati, aliquando ipsis sensibus Deum laudantes, & adorantes: nam, vt inquit S. Thomas 1. p. q. 94. art 1. *Primus homo non impediebatur per res exteriores sensibiles, à clara, & firma contemplatione rerum intelligibilium, quas ex irradiatione primæ veritatis perspiciebat, siue naturali cognitione, siue gratuita.* Vnde beatissima illa vita nil aliud fuisset, nisi quædam perpetua, continua, ac indefessa sublimium rerum contemplatio, & per consequens continua interiorum gaudiorum emanatio, in quo statu permansit, dum in Paradiso stetit infelix noster Adam paruo illo tempore, cōtinuè illustrationibus diuinis afflatus, semper in extasi affluentissimè diuinis consolationibus repletus, totus in amore Dei ignitus, à quo tamen cecidit vnius mulieris amore, & suasione.

S. Thom.

22. Qualis fuit Adami.

23. Mulierum consortia quantum homini nociua.

Mirum, & mirandum (vt hoc obiter dicam) vt ex tali caderet statu tantus homo per vnius mulieris consortium. Quis ergo nō timebit? aut quis totus non trepidat? hoc audiens, & considerans, si ex consortio mulieris à Deo datæ, sanctæ, & iustitia originali præditæ, & ex necessario consortio, quia vxor talis, ac tantus vir, tanta sanctitate præditus, tali illustratione, tali doctrina, talibus gaudiis repletus, sic in amore feruens, vt prorsus non homo, sed Seraphim esset; cecidit, & miserabiliter illaqueatus est, qui non Adam, qui non ea sanctitate, non ea illustratione, non ea doctrina, non illis repletus gaudiis non ita in amore feruens, immo frigidus, aut tepidus quomodo stabit? cum muliere conuersans non necessariò, non sibi à Deo data, non sancta, non iusta? si sancta, & iusta causa fuit ruinæ, quid erit peccatrix, & non sancta? si consortium sanctæ mulieris vitandum, quid non sanctæ?

Eccl. c. 42. n. 13.
S. Thom.

Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, inquit Eccl. ca. 42. num. 13. Quem locum explanans diuus Thomas in cap. 6. epist. 1. ad Titum. lect. 2. super illa verba. *Adolescentiores autem viduas deuita*, inquit. *Quantum ad consortium, & familiaritatem, quia inquit Sapiens, melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, id est securior ad commorandum, hoc est securior quis cum homine aliquo peccatore commoratur, quàm cum muliere aliqua sancta.* Nil melius, & nil magis ad sensum Sapientis, vt ex antecedentibus, & consequentibus patet. Nam immediatè dixerat. *In medio mulierum noli commorari, de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri*: & postea, *melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium.* Pannus ergo licet sit bonus, licet perfectus, ab ipso tamen procedit tinea: sic licet mulier sancta, licet bona, ab ipsa, & à consortio ipsius viri ruina, quòd non sic à viri iniqui amicitia, nam, etsi cum peccatore quis cōsortium, amicitiamque teneat, non proinde ita facilè sequitur vt ab illo sanctus deperdatur, & confundatur, immo multoties contrarium euenit; vnde *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Id est

24. Melior & securior est viri peccat. familiaritas, quàm mulieris sanctæ & bonæ.

A securius consortiū peccatoris, quàm mulieris sanctæ. Quod si hæc, vt dixi, euitanda, quid dicendum de non sancta? Si Eua sancta Adamum sanctum perdidit, quid facient reliquæ? si totus, vt sic dicam, ille homo, qui deificatus erat, ex Deo in terris factus est totus carnalis per mulierem, quid non efficiet ista, & consortium ipsius? licet sit sanctus quis, licet Deus in terris (vt sic dicam).

Sed iam reuertamur ad nostra. Beatissimam ergo ducerent homines in illo statu vitam propter scientiæ donum, vt vidimus: at adde nunc ad hanc beatitudinem, gratiam gratum facientem, iustitiamque originalem, & eam equidem cumulabis per gratiam eius gratum facientem, si tamen à iustitia originali erat quid diuersum. Primus homo Deo iungebatur non vt fini suo naturali, sed supernaturali, & ab ipso fruendo, faciebatque ipsum verè gratum, & Dei amicum, & quod maximum, eius filium, & æternæ vitæ hæredem, & quod amplius, ex B illa ius obtinebat ad vitam æternam, quod quàm magnum Dei donum, alibi dicemus. Vnde semper intus in corde, virtute huius doni habebant homines fixum, & firmum testimonium, quòd essent filij, regnique hæredes, & intra se *Spiritum continentes adoptionis filiorum*, semper fidentes, summa repleti lætitia clamassent, *Abba Pater*, vt inquit Apostol. ad Rom. 8. num. 16.

25. Gratiæ gratum facientis, & iustitiæ origin. in Paradiso effectus.

Per iustitiam autem originalem habebant, vt non solum mens eorum Deo authori suo esset subiecta, sed sensus, siue externus, siue internus rationi, & corpus animæ; ex quo fiebat, vt promptissimè, firmiter, ac delectabiliter mens cum Deo coniungeretur, ita vt cessante illo bello, quod infelicem reddebat Apostolum, in summa pace viuentes, & C simul pacificè habitantes, tùm homo interior, tum exterior, nullum malum paterentur, nullo bono priuarentur: nam, vt inquit Augustinus 14. de Ciuit. cap. 10. *Iustitia originalis in illo felicissimo statu ita constituebat hominem, vt nullum bonum illi abesset, quod recta voluntas optare posset, nullumque malum adesset, quod hominis fœliciter viuentis carnem, vel animum offenderet.*

Ad Rom. 8. nu. 16.

August.

Recole ergo dicta, & simul iunctim ea considera, & vide, si aliquid aliud possibile sit ad fœlicissimum statum obtinendum imaginari, & ad summam, possibilemque beatitudinem, quæ in hac vita esse potest, fruendam, aut si Deus hæc non reuelasset possibile fieret ea concipi, aut vt in mentem hominis venirent, & tamen cum hoc ita sit, si immortalitatem Deus non addidisset, & sciret homo in istis donis, & in illa vita perpetuum se non futurum, beatus non foret, factus satis nōn esset; quia quod summopere ex omnibus illis donis gratum D habuit æternitas extitit vitæ, & eius fuit perpetuitas, adeo vt licet omnia illa amiserit per peccatum, & eiectum se vidisset à Paradiso, sententiamque audisset mortis, ita in eius animo perpetuitas inhæserat viuendi, vt sicut voci Dei non obediuit, quando ei præcepit, ne comederet; sic eidem non credidit, quando post lapsum in puluerem soluendum ei prædixerit. Quod acutè collegit Rupert. lib. 3. de Trinitate cap. 16. ex nomine *Euæ*, quod vxori suæ imposuit Adam, *Nomen* ait, *viuentis posuit suæ consorti, Euam eam appellans, id est viuens, & mater viuentium: quid insanius? quàm in illo talis causæ iudicio illam nuncupare Euam, id est vitam, quæ vitam in se non habebat, eamque dicere matrem cunctorum viuentium. Mirabile itaque est, quod vbi mortis corporea sententia ferebatur, iam*

26 Adam Deo non credidit quando post peccatum in puluerem ipsū solutum Deus prædixit.

spirituali morte mortuus, & postea corporali esset moriturus; illic vxorem suam Euam, id est vitam appellauit. Sed hoc, nam quemadmodum superius dicenti Deo, In quacumque hora comederis ex hoc ligno morte morieris, non credidit, sed comedit, quia mulierem, quæ prior comederat, non statim corporaliter mortuam esse vidit: sic & dicenti Deo, Quia puluis es, & in puluerem reuerteris, adeò non credidit, vt è contrario vocauit vxoris suæ nomen Euam, id est vitam. Miserabiliter deceptus, non considerans post peccatum, miserrimum futurum, æternum esse, vnde æternitatem vitæ ab eo ademptam, opus misericordiæ non iustitiæ fuit.

Iren. 27. — Mors Adami, & eiectio à Paradiso opus in eũ misericordiæ.

Hoc considerans Irenæus lib. 3. aduers. Hæres. ca. 37. affirmat ideo Adamum à Paradiso eiectum, ne gustando de ligno vitæ immortalis in miseriis fieret, & ærumnis, vnde eiectio ab illo, non tantum pœna, quantum Dei extitit misericordia. *Quapropter eiecit eum, ait, à Paradiso, & à ligno vitæ longè transtulit, non inuidens ei lignum vitæ, sed miserans eius, vt non perseueraret semper transgressor, neque immortale esset, quod esset circa eum, & malum interminabile.* Quod etiam affirmat Athan. (*Athanas.*) in Ps. 68. super illa verba, *Quem tu percussisti persecuti sunt.* Ex qua Iræn. sẽtẽtia non solum colligitur Dei misericordia eijciendo à Paradiso Adamum, ne perpetuùm in miseriis corporalibus foret, sed ne perpetuus in spiritualibus peccando, quod summa est, & indicibilis miseria. Quod etiam expresse habet Chrysostomus (*Chrysost.*) hom. 18. in Gen. dum ait. *Non post hac in Paradiso reliquit Adam, sed exire inde iubet, monstrans, quòd propter nil aliud hoc faciat, quàm propter misericordiam, qua illum prosequebatur: Nam quia magna intemperantiæ indicia exhibuit præuaricando mandatum, mortalis factus est; ne nunc & lignum, quod vitam præbeat continuam attingere audeat peccaturus perpetuo; satis fuit hinc ipsum eijci, ita vt magis prouidentiæ, quã indignationis fuerit illa eiectio.* Quod etiam expressè habet Theodoretus (*Theodor.*) quæst. 40. in Gen. dicens, *Deum Adamo prohibuisse lignum vitæ, non quod inuideret homini vitam æternam, sed vt peccati cursum cohiberet.* Pœna ergo illa medicina fuit, non mors. At Adam hoc non considerans, sic desiderio perpetuitatis tenebatur, vt licet in miseriis semper futurus, dummodo æternus, non curabat, tale bonum est æternitas in hominis conceptu, & tale fuit illud, quod homini Deus contulit, dum æternum in bonis illum, immortalemque fecit. Vnde meritò noster Sapiens hoc considerans, quasi pro Deo pugnans, homini ascribit mortem, non Deo, & tantus est in hoc probando, vt semel homines scirent, ipsos mortis causam fuisse, non Deum: nam quantum ex parte Dei, licet ipsi ex natura mortales essent, tamen ex dono gratiæ immortales ipsos effecit, tales constituens illos iustitia, quæ, vt ipse inquit *perpetua est, & immortalis*, hoc est faciens, & constituens homines perpetuos, & immortales.

DIGRESSIO V.

An Paradisus terrestris adhuc extet.

OCcasione eorum, quæ diximus, de loco in quo Deus posuit hominem, placet hanc inserere digressionem, ne sanctorum Patrum opinionem antiquatam aliquis plus nimio audax nominet. Contra quam primus qui contrarie ausus fuerit, August. Eugubinus (*Aug. Eugubin.*) fuit, cùm ad illa vsque tẽpora, nemo nouum hoc assertũ in medium proijcere attentarit, quod à rectæ fidei regula, & communi Patrum omnium consensu repugnare clarè affirmat Sixtus Senens. (*Sixtus Sen.*) lib. 5. Biblio. ann. 36. & temeritatis nota eum inurit Franciscus Zumel (*Franc. Zumel.*) in 1. part. quæst. 102. art. 2. & inclinat Pater Maluenda (*Maluen.*) tract. de Parad. cap. 83. in fine, sed quoad hoc plenum sit apud alios iudicium.

1. Sentent

Recentiorum ergo prima sententia est; Paradisum statim à peccato Adę aboleri cœpisse, paulatim deturpatum, ac tandem diluuij aquis penitus deletum, corruisse; sic August. Steuc. (*August.*) in notis ad 2. Gen. post eum Iacobus Haclantus (*Iacobus Haclant.*) in Medulla sacræ Scripturæ, in explicatione sex dierum in 3. portione ex 1. cap. Gen. Hieronymus Oleastrius in 2. Gen. Iansen. (*Iansen.*) cap. 143. in Concordiam Euang. Genebrard. (*Genebr.*) lib. 1. Chronograph. pag. 5. Petrus Galesinus (*Galesin.*) in notis ad sacram Historiam Sancti Seueri Sulpitij num. 213. Maldonatus (*Maldon.*) in ca. 27. Matth. ver. 44. Pererius (*Pererius.*) lib. 3. in Gen. qu. 5. de Paradiso, Suarez (*Suarez.*) dat eam probabilem tom. 2. in 3. par. disp. 55. sect. 1. & vt talem eam æstimat Viegas (*Viegas.*) in com. Apocalypsis. cap. 11. Sect. 5. Eam etiam defendere tenentur, qui Paradisum in Mesopotamia conditum asseruerunt, vti sunt Vatablus (*Vatabl.*), Clarius (*Clarius.*) in Scolijs ad 2. Gen. Annius (*Ann.*) in lib. 1. Chaldaicæ deflorationis Berosi, Laurentius Ananias (*Laurent. Anan.*), in Mundi fabrica tract. 2.

Fundamenta huius sententiæ sunt primum verba illa Gen. 7. num. 18. 19. & 20. (*Gen. 7. n. 18. 19. 20.*) vbi dicitur. *Vehementer inundauerunt aquæ, & omnia repleuerunt in superficie terræ, & præualuerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi, sub vniuerso cælo, quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.* Paradisus pars terræ erat, ergo aquis diluuij immersus.

Secundum, si Paradisus intactus remanere debebat, ad quid vel fabricare Arcam vt in ea seruaretur? poterat enim in Paradiso saluari.

Tertium, cùm ex Scriptura constet aquas diluuij quindecim cubitis supergressas altissimos omnes sub cælo montes, ergo absque miraculo non esset vt etiam in Paradisum non ingrederentur, fingere autem miraculum sine ratione, ac auctoritate, absurdum videtur.

Quartum, Paradisus conditus ob statum innocentiæ, ergo cùm hic deperditus fuerit, superuacaneum videtur quod amplius conseruaretur; destructus ergo fuit, seu demoliri cæpit statim post Adæ peccatum.

Ad quatuor hæc capita omnia quæ recentiores istos mouerunt, reducuntur, quæ quàm infirma & inualida sint infra satis liquidò apparebit.

2. Sententia quæ Paradisum extare affirmat vera.

Secunda ergo sententia est, Paradisum adhuc extare, & vsque ad finem mũdi duraturum. Rationes autem quibus hæc sententia fulcitur, si rectè expendantur, ita validæ sunt, vt nullo modo in contrariam sinant aliquem declinare, qui & antiquitatis, & Sanctorum Patrum venerator existat. Ad quam confirmandam

Primum fundamentum est authoritas, sensusque communis omnium Sanctorum Patrum antiquorum, quorum sensus tam magni momenti in pectore debet esse Christiano, vt nisi ex aduerso, vt alibi diximus, alter stet sanctorum chorus, nullo modo eis contraire deberet. Isti sunt in primis

Irenæus Martyr.
3.
Enoch & Elias in Paradiſo aſſeruantur.

Sanctiſſimus Martyr Irenæus, Sancti Policarpi, S. Ioannis Apoſtoli auditor, diſcipulus, qui lib. 5. aduerſ. Hæreſ. cap. 5. apertè fatetur Paradiſum adhuc extare, & in eo viuos adhuc aſſeruari Henorh, & Eliam, verba autem eius ſunt *Henoch placens Deo in quo placuit corpore tranſlatus eſt, tranſlationem iuſtorum prædemonſtrans, & Elias ſicut erat in plaſmatis ſubſtantia, aſſumptus eſt, aſſumptionem Patrum prophetans, & nihil impedit eos corpus in tranſlatione, & aſſumptione eorum, per illas enim manus per quas initio plaſmati ſunt, per ipſas & aſſumptionem, & tranſlationem acceperunt: Aſſuetæ enim erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare ſuum plaſma, & ferre, & ponere vbi ipſæ vellent; vbi ergo primus poſitus eſt homo ſcilicet in Paradiſo, quemadmodum Scriptura dicit, Et plantauit Deus Paradiſum in Ædem contra Orientem, & poſuit ibi hominem, quem plaſmauit, & inde proiectus in hunc mundum non obediens. Quapropter dicunt Presbyteri, qui ſunt Apoſtolorum diſcipuli, eos qui tranſlati ſunt illuc tranſlatos eſſe, (iuſtis enim hominibus & Spiritum habentibus præparatus eſt Paradiſus, in quem & Paulus Apoſtolus aſportatus, audiuit ſermones inenarrabiles, quantum ad nos in præſenti) & ibi manere eos, qui tranſlati ſunt, vſque ad conſummationem coauſpicantes incorruptelam.* Hæc Irenæus, cuius authoritas tanti ponderis eſt, vt non erraret qui diceret ex illa, hanc eſſe Apoſtolorum traditionem, nam & Policarpus, à quo ſatis probabile eſt illud accepiſſe Irenæum, vt infra dicam, auditor Ioannis extitit Apoſtoli.

4.
Rationes contra Irenæi authoritatem.
August. Celestius.

Pondus huius authoritatis bene contrarij perſpexerunt, vnde ad eam eneruandam, vt ſemel nouum hoc commentum ſtabilirent, tria contra illam obiecerunt. Primum Auguſtinum lib. 2. contra Pelagium, & Cæleſtium cap. 2I. affirmare, incertum eſſe quod pro certo hîc Irenæus ſupponit, nempe Henorh, & Eliam in Paradiſo manere. 2. Eſſe dogma damnatum ab Eccleſia in Concilio Florentino, animas detineri à viſione diuina in Paradiſo terreſtri vſque ad finem iudicij, quod affirmat Iren. Tertium abſonum eſſe dicere Paulum raptum eſſe ad terreſtrem Paradiſum.

5.
Diluuntur.

Verùm hæ obiectiones nullius prorſus ponderis ſunt. Nam ad primam reſpondetur ab aliquibus, Auguſtinum non affirmare illud omnino incertum eſſe, ſed tantum quæſtionem non eſſe ad fidem pertinentem, ſed quidquid ſit de hoc, damus Auguſtinum illum dixiſſe, quid inde? ergo ob hoc Irenæi authoritatem euacuauit? non vidit Iren. Auguſt. contra illum ergo non ſenſit: nam ſi legiſſet, vt inquit quidam, *Haud dubie fuiſſet exoſculatus, & non calce abieciſſet Irenæum.*

5.
Authorit. Sanctorum eneruare indignum viro Cath.

Ad 2. antequam reſpondeam, peto quis fructus, qualevè ſeruitium ſanctæ Dei Eccleſiæ, qualeq; e documentum elicitur? vt ſemel noſtram opinionem defendamus, ſanctorum authoritatem eneruare, & falſa dogmata illis impingere: *Non enim vt nos inter nos ſtructa acie confligamus*, inquit Chryſoſtomus hom. 12. in cap. 4. 1. ad Cor. *nati ſunt nobis Doctores, ſed vt omnes inter nos coniungamur.* Videat, an hoc faciat, qui non ſolum contra Doctores, ſed etiam contra ſanctos confligit, & quos charitate cooperire ſcientia diſcooperit: nam hæc inflat, charitas autem ædificat. Apelles ille pictorum ſtupor, ſic prudens, vt in pictura excellens, caput Antigoni depicturus, qui vno orbus erat oculo, non integrum, ſed obliquum illud depinxit,

Chryſoſt.
6.
Doctores ad quid nobis dati, ſecundum Chryſoſt.
7.
Apelles vt caput pinxit Antigo,

vt *quod corpori deerat*, inquit Plinius lib. 35. cap. 10. *pictura potius deeſſe videretur, tantumque eam partem e facie oſtendit, quam totam poterat oſtendere.* Iudicauit enim prudens, & excellens homo, indignam cordati viri rem, defectus non abſcondere principis: at quid Antigonus cum Irenæo? Serapis etiam, vt refert Auguſtinus de Ciuit. lib. 18. cap. 5. etſi pro Deo illum venerebantur ſui, hominem equidem illũ fuiſſe ac cæteros, optimè callebant, tamen *vt hominem eum fuiſſe taceretur*, in eius templo, ſimul cum illo & aliam reponebant ſtatuam, digito ore ſuppreſſo, ſecretum indicens, ac prohibitionem, ne quis audax eos homines fuiſſe propalaret, *immo conſtitutum*, ait Auguſt. etiam de illo, *vt quiſquis eum hominem dixiſſet, capitalem penderet pœnam.* Quid Serapis eum ſanctis? numquid ergo qui etſi homines illi, & humaniter aliquando lapſi, homines publicat, lapſoſque fuiſſe, Dei tremendum effugiet iudicium, capitalique pœna non plectetur? Sed pergo ad obiectionem.

Auguſt.
8.
Apis hominé fuiſſe, vt antiqui etſi illud ſciuerẽt prohibuerunt.
9.
Grauiter punientur Sanctos taxantes.

Primo enim quoad notam hæreſeos Feruadentius in notis ad lib. 5. cap. 31. Bellarmin. lib. 1. de Sanctorum beatitudine cap. 4. Coccius tom. 1. theſaur. lib. 5. art. 2. Irenæum ſanctiſſimum, quem Tertullianus lib. aduerſ. Valentin. cap. 5. *omnium doctrinarum accuratiſſimum exploratorem vocat.* & S. Epiphan. Hæreſ. 24. & 31. *Sanctiſſ. priſcumque Theologum, & ſucceſſorem Apoſtolorum appellat*, ab illa calumnia prorſus defendunt. 2. Verba illa, *iuſtis enim hominibus, & Spiritum habentibus* &c. per parentheſim lecta, vt legenda ſunt, & legit Maluenda, tract. de Paradiſ. cap. 83. de cæleſti Paradiſo ſunt intelligenda; comparans ſanctiſſimus Martyr terrenum Paradiſum cæleſti, ſicut comparauerat tranſlationem corpoream Henoch, & Eliæ, tranſlationi ſpirituali iuſtorum, faciens Paradiſum terreſtrẽ typum cæleſtis, ſicut fecerat corporalem tranſlationem Henoch, & Eliæ, ſpiritualis ſanctorum aſſumptionis; vnde inquit, *iuſtis hominibus præparatus eſt Paradiſus*, nempe cæleſtis, ſicuti Enoch & Eliæ terrenus &c. Etſi alicui magis placeret dicere, Irenæum illa locutum, non ex propriis, ſed referens tantum quid Preſbyteri illi dicerent, licet contrarium ipſe ſentiret, non credo quòd malè diceret: nam vt legenti patet, duo ibi affirmat Irenæus 1. Henoch, & Eliam in Paradiſum terreſtrẽ extare, & hoc ex propriis, quod poſſibile eſt, vti diximus, accepiſſe eum à Sancto Policarpo eius magiſtro. Aliud refert non ex propriis, ſed tanquam opinionem illorum preſbyterorum, Apoſtolorum diſcipulorum, quod ipſe non affirmat, ſed tantum refert; à quibus etiam & alia audiuit non probanda. Ex quo etiam patet reſponſum ad 3. obiectionem, de raptu Pauli, cum aut verba intelligi debeant de cæleſti Paradiſo aut vt tantum à Sancto relata. Ergo cùm hoc ſit, nullum efficax argumentum cõtra Irenæum ſumitur ad eius authoritatem eneruandam; quæ vti prope Apoſtolorum tempora, magnum habet momentum, vti diximus.

Feruad. Bellarm. Coccius.
10.
Irenæ. ſanctiſſ. defenditus.
Epiphan.
Malu.

Irenæum ſecuti ſunt Sanctus Theophilus Antiochenus Epiſcopus lib. 2. ad Autolicum, Sanctus Athanaſius q. 48. ad Antioch. Philoxenus Mabugenſis Epiſcopus, vt apud Barcepham lib. de Paradiſ. cap. 17. idem Barcepha ibi cap. 13. citans pro ſe Baſilium, Nyſſenum eius fratrem, & Seuerum, affirmans aliorum quamplurimorum ſententias idem tenere. Tertullianus libro de iudicio Domini, Lactantius carmine de Phœnice, Marius Victor lib. 1. Carm. in Gen. Sanctus Alcimus, Sanctus

S. Theop. S. Athan. Philoxen. Barceph. Baſilius. Nyſſen. Seuerus. Tertull. Lactan. Mar. Vi. S. Alcim. S. Iſidor.

S. Dama. S. Atha. S. Cyill. Philostor. S. Aug. Theodir. Hug. de S. Vict. Rupert. Chaterin. Sistus Senens. Zumel. Bagnes. Valēcia. Bellarm. Feuard. Bosius. Bellarm.

A Isidorus lib. 14. Etymologiarum cap. 13. Sanctus Damascenus lib. 2. de Orthodoxa fide cap. 11. Sanctus Athanasius, Sanctus Cyrillus, Philostorgius, August. Theodoretus, Hugo de Sancto Victore, Rupertus, & alij quamplurimi, quos longum esset enarrare.

Ex Scholasticis verò post Eugubinum contra eum hanc Patrum opinionem defendunt Ambro. Catherina in 2. Gen. Sistus Senens. vbi supra, Franciscus Zumel, Bagnes in 1. p. quæst. 102. art. 2. Greg. de Valentia tom. 1. disp. 7. quæst. 6. puncto 2. Bellarminus lib. de Gratia primi hominis cap. 12. Feuardentius in notis ad cap. 30. lib. 45. Irenæi, Thomas Bosius lib. vltimo de signis Ecclesiæ, & alij recentiores quam plurimi. Ex quibus enumeratis, perpenditur quàm congruè dixerit Bellarminus sibi opinionem Steuchi non probari, quia noua, & repugnans communi Doctorum consensui, non solū Patrum, sed etiam Scholasticorum. B Cùm ergo communem Patrum antiquorum, & Scholasticorum consensum habeamus, qui nihil de hac re dubitarunt, nec in dubium verterunt, nescio equidem quàm prudenter factum, noui aliquid asserere in hac re. Et licet aliqui dicant ita rationibus hanc nouam sententiam fulciri, vt non sit dubium quod in dies crescendo nouitatis notam exuat, parum enim hoc refert, nam licet vetustissima euadat, numquam tamen perueniet ad momentum grauitatis antiquæ, cùm non solum eam fulciant doctrina, & dictis suis, sed sanctitate, & vitæ integritate. Vnde de prima nō solum asseritur, Doctor dixit, sed sanctus locutus est, quod apud virum Catholicum maximi ponderis meritò esse debet.

11. 1. Ratio veræ sentent.

Secundò probatur rationibus hæc sententia, C quarum prima sumitur ab eiectione Adami è Paradiso, si enim statim post peccatum Paradisus aboleri cœpisset, funditus postea euertendus, ad quid ab ipso Paradiso ejcere Deum Adamum in pœnam, si ipse Paradisus simul cum reliqua terra venerat in Dei maledictionem, vnde non rediturus esset semen Adamo, sed spinas, & tribulos, & in illo etiam cum sudore vultus esset operaturus? Ad quid ergo, inquam, eum ab illo ejcere in pœnam peccati sui, cùm post paucos dies non fuisset terra illa amplius Paradisus, sed mutata facie deuenisset sicut reliqua. Signum ergo fuit, cùm Deus ab illo eiecit Adam post peccatum, illum locum destinatum esse statui innocentiæ, & Sanctorum, & Sanctos tantum, ac innocentes ibi victuros, vt postea dicemus. Qui locus cùm post peccatū, sicut à Deo cōditus fuerat, remansurus erat, ideo in pœnam cessit Adamo eiectio ab illo, quia se vidit priuatum illo bono, quod possessurus erat, si non peccasset, vsque D adeò, vt eijciens illum Deus à Paradiso, non longè ab illo ipsum, sed è regione posuerit illius, iuxta lectionem 70. qui sic legunt illud vulgatæ. Gen. 3. n. 24. *Eiecitque Adam, & collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim*: vbi ipsi, *& eiecit Adam, & collocauit eum contra Paradisum voluptatis, & ordinauit Cherubim.* vt ex visione Paradisi magnitudinem peccati sui semper præ oculis haberet, & vnde exciderat deploraret.

11. Adamus eiectus è regione contra Paradisum. Gen. 3. n. 24.

12. Effugium occluditur.

Sed dices, eiecisse eum Deum, ne forte sumeret de ligno vitæ, vnde posuit Cherubim ad custodiendum vitæ lignum, sicut apertè constat ex Scriptura. Optimè quidem, sed hinc sumitur argumentum ad hanc sententiam magis confirmandam, ergo donec Adam vixit, cuius anni fuerunt nongenti & triginta, intactus, & illæsus permansit Paradisus. Probatur, quia si post eiectionem Adami, statim Paradisus mutata facie desertus & incultus efficeretur, non esset necessaria ipsa custodia Angeli, vt Adamus non iret ad sumendum vitæ lignū, sed sufficerent ipsæ spinæ, aquæ, & cætera infortunia, vt vortices terræ, qui ab aquis deuenirent, vt Adam ad lignum vitæ peruenire non posset; ergo cùm semper ibi steterit Angelus ad custodiendam viam ligni ab Adamo, signum est Paradisum non mutasse splendorem suum toto tempore vitæ Adami. Si ergo per nongentos, & triginta annos seruel datur Paradisum extare, vti à Deo crearus, quid ergo causæ erit ad affirmandum postea deletum?

Dices, ob id, quia inquit Scriptura de aquis diluuij. Gen. 7. num. 11. scilicet, *Et aquæ præualuerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo quindecim cubitis* &c. Quæ erat prima ratio contra hanc opinionem. Sed præterquam quod ad hoc optimè respondet Maluenda, particulam (omnem) hyperbolice sumendam, scilicet pro omni terra habitata, & pro montibus eiusdem partis terræ habitatæ, qui sub cœlo erant: Respondemus nos, quod etiam infra dicitur num. 22. quod, *Mortui sunt vniuersi homines, & remansit solus Noe.* Ergo Henoch, secundùm illius particulæ rigorem etiam mortuus est. At dices minimè, quia particula (vniuersi) per sensum accōmodum intelligenda est, id est vniuersi, qui morituri erant; nam miraculosè Deus saluauit Henoch: & similiter ergo dico de particula *omnes montes*, id est omnes illos, quos operturos Deus destinauerat, & etiam sicut miraculosè Henoch seruauit Deus, sic etiam miraculosè seruauit Paradisum.

Gen. 7. nu. 11.

Maluend.

Secunda ratio sumitur ex verbis illis Eccles. cap. 44. num. 16. *Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum.* Si ergo ibi translatus Henoch vsque ad finem mundi, ibi mansurus, consequens etiam est vt & Paradisus sit vsque ad finem mundi duraturus. Nec hoc mirum alicui videri debet, aut quasi superuacaneum, ob solum Henoch Deum conseruasse Paradisum, quando alia ratio non adesset, vt infra dicemus. Nā peto, si Abel natus fuisset ante peccatum Adæ, post peccatum genitoris eiecissetne Abelem Deus? non equidem, cùm innocens esset, & locus ille statui innocentiæ debebatur, ergo solus Abel incola esset Paradisi, & ob illum tantummodo conseruaretur, sed poterat Abel viuere vsque ad finem mundi, ergo vsque ad finem mundi ob Abelem solum Paradisus conseruaretur. Quod si hoc faceret Deus ob Abelem respectu status innocentiæ, cur quæso, non dicendum fecisse ob Henoch, virum sanctissimum, qui eius iussu, & amore, ad dandum gentibus pœnitentiam, tanto tempore eius diuina fruitione libentissimè caret?

Eccl. c. 44. n. 16.

12. 2. Ratio.

At dices, rectè hoc dici, quando certa esset illa opinio, Henoch scilicet, & Eliam manere in Paradiso terrestri, & locum Eccles. intelligi deberet de Paradiso, sed cùm opinio illa certa non sit, & aliqui ex modernis dicant locum Eccles. non intelligi de Paradiso, sed aut de loco quodam amœno, aut de Limbo Patrum; ideo non esse necessarium illud asserere, nec euidenter ex loco Ecclesiastici illud concludere, eo vel maximè quod in Græcis codicibus non adest particula illa, *Paradisum*; sic ad obiectionem respondent, qui negant adhuc extare Paradisum.

13. Effugium occluditur.

Sed contra, nam licet verum sit non esse de fide Henoch, & Eliam esse in Paradiso terrestri, nec vti

res de fide ex loco Eccleſ. illud definiri, ob varias acceptiones verbi Paradiſi, tamen non eſt negandum minus bene ſentire qui locum Eccleſ. non intelligunt de Paradiſo terreſtri.

Pro qua re recolenda eſt regula illa Scripturæ quam ſupra prolegom. 3. num. 33. ex Auguſtino poſuimus, ſcilicet verba Scripturæ accipienda eſſe vt ſonant quando aliud non adeſt inconueniens, & illum eſſe verum ſenſum litteralem, quem prima fronte præ ſe ferunt, qua ſuppoſita, cùm Scriptura dicat Henoch tranſlatum in Paradiſum, & infiniti ſint propemodum tum Patres, tum expoſitores ſacræ Scripturæ, & Scholaſtici, qui illum locum de Paradiſo terreſtri intelligant, ad quid recurrere ad improprios ſenſus? immo ad abſurdos? nam dicere per Paradiſum intelligi eo in loco Limbum Patrum, & ibi Henoch tráſlatum, præter quàm quòd res abſurdiſſima eſt, indigna cordati viri, vtpote contra communem omnium Patrum, cùm primus qui tale commentum inuenerit, fuerit Robertus Stephanus imperitus Nugator, meritò ab omnibus Catholicis viris tanquam futilis æſtimari debet.

Robert. Stephan.

Nec eſt alicuius momenti, quod in Græcis codicibus non inueniatur verbum illud *Paradiſum*, tum quia, vt Feruadent. dicit, inueniuntur aliqui codices qui illud habent, tùm quia Vulgatæ ſtandum, quod verbum appoſuit vulgatum, aut quia tunc temporis ſic in Græcis extabat, aut diuino impulſu ſecutus, vt inquit Ianſenius, exponens hunc locum, *receptam ſemper in Eccleſ. opinionem, qua Henoch ſine morte creditur tranſlatus in Paradiſum, ſicut Elias.*

Feruad. *Ianſen.*

Nec etiam ſatis dicitur, quia non eſt de fide certum Henoch, & Eliam in Paradiſum extare; ob id licitum eſſe ab illa ſecedere: nam prætetquam quod, vt inquit Ianſenius, recepta eſt in Eccleſ. talis opinio, & ita communis, vt & pueris, & fœminis etiam ſit nota, & indubitata, tamen tanti ſunt Patres, & authores, qui illam affirmant, vt neſcio an cautum ſit contra illam ire. Patres, & authores ſunt, Irenæus vbi ſupra, Author nomine Sancti Iuſtini Philoſophi, & Martyris quæſt. 85. ad Orthodoxos, Sanctus Victorinus Martyr com. in Apoc. Sanctus Athanaſ. Ep. quod Nicæna Synodus ſit recipienda, Sanctus Ephrem Syrus, vt apud Barcepham lib. 1. de Paradiſu, cap. 1. Sanctus Hieronymus ep. 62. Sanctus Alcimus, lib. 1. de mundi initio cap. 9. Sanctus Iſidorus lib. de vita & morte, S. c. 3. Comeſtor in Hiſt. Gen. c. 30. Sanctus Th. 3. parte quæſt. 49. ar. 5. ad 2. & alibi. Lyran. in 5. Gen. Toſta. ibidem., Sanctus Antoninus 4. parte Theolog. titul. 13. cap. 4. ſeſſione 3. Ambroſ. Catherin. in 2. Gen. Siſtus Senenſ. lib. 5. Biblioth. an. 36. Feruadentius in notis ad 30. cap. lib. 4. Sancti Irenæi, Victorinus in Scholiis ep. 61. Sancti Hieronymi num. 51. Capitonius 1. parte Catholicatum explicar. explicar. 5. Acoſta lib. 3. de nouiſſimis temporibus cap. 6. Cumel 1. par. quæſt. 102. art. 1. con 3. Bellarminus, lib. 1. de gratia primi hominis cap. 12. & 14. Ribera in 11. Apoc. num. 13. Enriquez de fine hominis cap. 19. & 13. Sotus in 4. ſent. diſp. 46. qu. 1. art. 1. Bagnez 1. par. quæſt. 102. art 1. Valentia tom. 1. diſp. 7. quæſt. 6. puncto 2. ad 3. Boſius lib. 24. de ſign. Eccleſ. c. 6. Pineda lib. 1. Monarch. Eccleſ. cap. 13. ſeſſione 1. & alij quamplurimi. Vade nunc Lector, & dum tot, & tantos aſpicis Eccleſiæ ſanctiſſimæ faces, & luces, attende ſi conſultum erit ob vnum Steucum, tales ac tãtos præclariſſimos ſanctos, doctiſſimoſque viros derelinquere, & contra receptam ab Eccleſ. opinionem, Henoch, & Eliam à Paradiſo explodere, & eos in Limbum detrudere, aut in neſcio quam imaginariam partem proiicere?

S. Iren. S. Iuſtin. S. Victor. S. Atha. S. Ephr. S. Hieron. S. Alcim. S. Iſidor. Comeſtor. S. Thom. Lyranus. Toſtatus. S. Anton. Bruinus. Siſtus Senenſ. Feruad. Victorin. Capiton. Acoſta. Cumel. Bellarmi. Ribera. Enriqu. Sotus. Bagnez. Valẽtia. Boſius. Pineda.

14. Tertia demum ratio, quæ etſi non conuincit, tamen apud me tantam congruentiam obtinet, vt nil amplius ſit, quod deſiderare poſſim: nam non ſine ratione, nec temerè diceret quis, immo magna inſtructus pietate, ſi affirmaret, Deum Patrem omnipotentem conſeruaſſe Paradiſum intactum, & illæſum, vti in ſua primæua efformatione extabat, præuidens ſanctiſſimum, & dulciſſimum filium ſuum, etſi mortis vincula, & inferni clauſtra rupiſſet, & opus redemptionis conſumaſſet, tamen ad animos ſuorum diſcipulorum confirmandos, roborandos, & conſolandos per quadraginta adhuc dies in terris amplius conuerſaturum. Quod præuidens ſapientia illa diuina, iure optimo decreuit, vt talis eſſet locus in terris, qualis humanitati illi ſanctiſſimæ, ac glorioſæ decebat. Vnde ſicut quando illa erat paſſibilis, diuina diſpenſatione congruit illi locus paſſibilis, & mortalis, qui illam multis calamitatibus, & miſeriis affecit; frigore nempè, calore, fame, & ſiti: ſic quando poſtea erat impaſſibilis, decens quippe erat vt locum impaſſibilem, vt ſic dicam, haberet, dignam habitationem tanti principis & Domini, vt ſicut non ſolum homines humanitatem illam ſanctiſſimam afflixerunt, dum in terris viuebat, ſed Sol ipſe, Luna, aſtra, & elementa, ſic pari modo adhuc in terris glorioſa agens, non ſolum ab hominibus ſanctis, ſanctiſſimiſque ſuis alleuaret Apoſtolis, ſed etiam ab ipſa terra, eo modo quo ipſi poſſibilis erat; ſi ergo in terris Chriſtus illis diebus, cur non in Paradiſo? aut quis melior locus?

3. Ratio.

15. *Parad. terræ reſeruatus ob Chriſtũ hoſpitãdũ poſt ſuam Sanctiſſ. reſurrect.*

Quod amplius confirmatur ex Sancto Thoma in 3. ſent. d. 22. quæſt. 3. art. 2. quæſtiuncula 3. ad 3. qui affirmat poſſibile eſſe animas Sanctorum Patrum per illud tempus in Paradiſo diſpenſatiuè extitiſſe, cur ergo non animam Chriſti, & per conſequens eius ſanctiſſimam humanitatem? cui magis congruebat illi locus, vtpote corporalis. Et licet idem ſanctus dicat, in 3. parte, incognitum eſſe illum locum, in quo fuit Chriſtus per illud tempus, tamen, vt optimè adnotat Suarez in commentario illius articuli, hoc intelligitur de cognitione certa, & indubitata, certo enim hoc affirmare, cùm nullibi in Scriptura reperiatur, non licet, ſed piè illud credere non ſolum exiſtimo licitum, ſed laudabile, & congruum, tum maieſtati Diuinæ, tum pietati Chriſtianæ. Hoc idem docet Bonau. in medit. vitæ Chriſti: vide Suarium vbi ſupra. Cùm ergo ſancti hoc non improbabile iudicent, & ex aſſertione nullum ſequatur inconueniens, non eſt cur illud affirmare dubitemus, cùm res ſit pia, & deuota.

Suar. *Bon.*

17. Ex dictis ſoluta manent aduerſariorum argumenta, vt patet. Ad primum enim deſumptum ex verbis Scripturæ, reſponſum ſatis eſt, verba illa accipienda per ſenſum accommodum, & non eſſe neceſſarium vt vniuerſaliter intelligantur.

Reſoluuntur contrariorum argumenta.

Ad ſecundum de Noë reſpondetur, multis rationibus Noe non ſeruatum in Paradiſo, ſed in Arca, tum ob figuras quas & Arca, & ipſe Noe exprimebant, vt eſt videre apud authores, tum ob documentum, vt & ipſe & filij eius oculis perciperent Dei iuſtitiam, & peccare non auderent, tum etiam quia licet ipſe ſanctus, non tamen omnes filij eius, Paradiſus autem ſolis ſanctis debebatur, vti diximus.

Ad tertium reſpondetur, aut aquas diluuij non

attigisse montes Paradisi, quod secundum me, verius affirmatur: nam cùm diluuium ordinatum esset ad perdendos homines, & animalia, quæ ob ipsum erant creata, illa montium inundatio necessaria erat, quæ esset sufficiens ad perdendos homines, & animalia, & per consequens illorum montium, in quibus homines, & animalia morabantur. Aut si hoc non placet, miraculosè dicimus saluatum, & quod non absque ratione factum sit miraculum ex supradictis patet; si enim ad liberandum populum suum æquum duxit Omnipotens, vt in modum muri exurgerent maris aquæ, & vt Iordanem pertransiret in montes leuarentur, cur non etiam iustam miraculi causam non dicemus, ob id Deum aquis inhibuisse ne illum locum destruerent, in quo iam extabat amicus, & ad illum peruenturus, vt diximus aliquando, dilectissimus filius erat suus; etsi contrarij ad suam tantum asserendam opinionem, etiam miraculosè Henoch custoditum necesse est vt affirment, cur ob reuerentiam antiquorum Patrum etiam, & miraculosè Paradisum seruatum non admittent?

Ad quartum autem ex dictis satis superque responsum est, dum asseruationis Paradisi, etsi deperditus esset status innocentiæ, multas assignauimus causas, tum pœnæ Adæ, tum inhabitationis Henoch, & Eliæ, tum vltimò Domini nostri per quadraginta illos dies &c.

Num. 16. *Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam, & æstimantes illam amicam defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt, qui sunt ex parte illius.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio Capitis.

DIxerat Sapiens in hominibus à Deo creatis, nullam fuisse mortis necessariam causam: immo immortales gratia sua illos constituisse, núc tacitæ cuidam obiectioni respondet, seu inquisitioni, vnde scilicet euenit, vt homines mortem incurrissent: cui satisfacit asserens hoc euenisse propter iniustitias, quas commiserunt, vnde cùm Deus rectum, ac immortalem creasset hominem, ipse tamen morti se subiecit, voluntariè peccando, in quá tam citò, & statim ac peccauit, incurrit, vt videretur manibus, ac verbis eam accersisse, quod tamen fecit deceptus, quia existimauit mortem non futuram, qualem postea expertus est, tantorum scilicet malorum originem, sed amicam, immò nullum putauit ei malum allaturam: sed defluxerunt, id est se deceperunt, primi scilicet parentes, defluentes, id est ruentes in mala, quæ pati numquam crediderunt, æstimantes habere eam amicam, ita vt si sponsiones cum illa fecissent de eis non nocendo; sed quantum à vero errarunt. ipsa mors, & mala, in quæ incurrerunt, plenè testãtur; vnde non mirum talia mala ipsis euenisse, quoniam peccando, & ex parte mortis se efficiendo, digni sunt, & fuerunt vt talia paterentur.

Manibus, & verbis accersierunt illam, &c. Græc. *aduocauerunt*. Per manus intelligere possumus iactationem, extensionem, siue gesticulationem: nam manibus etiam quis vocatur, maximè si remotior sit, & vox audiri non possit. Quid ab homine morte remotius? at ipse manibus, & verbis vocauit eam, quod est vocare diligenter, sedulò, magna cura; vix creatus, ac in mortem incidit, ita vt propè videretur manibus, ac verbis eam aduocasse.

1. Peccatores manibus & verbis aduocant mortem.

Sic etiam vocant mortem qui sponte in peccata ruunt, qui laxatis frænis, summa quadam licentia quiduis audent, quidlibet aggrediuntur. Quod ex argumento à minori ad maius satis inferre licet: si primi parentes manibus dicuntur, & verbis mortem accersisse ob vnum patratum peccatum, quid qui infinita operãtur mala? vnde quid mirum si vix nati homines intereunt? si in iuuentute? si dum adhuc tela orditur, succiditur? Isai. 38. num. 12. decurtant eam ipsi, & amittunt spontaneè residuum, quod viuere tenebantur. Pulchrè 70. illud, *Generatio mea ablata est, & conuoluta est*, sic legunt. *Deficit ex cognatione mea, dereliqui residuum vitæ meæ.* Dereliqui, hoc est voluntariè laxaui peccando, residuum vitæ meæ, nam suæ ipse causa mortis, & ipse sibi eam asciuerat, non Deus illi eam inferebat, dum voluntariè spontèque peccauerat: peccant ergo summis peccatores votis, summisque etiam asciscuut mortem, peccant verbis, peccant manibus, malè loquendo, pessimè operando manibus, & verbis etiam aduocant mortem.

2. Cur in iuuentute dereunt. *Isa. 38. n. 12.*

3. Voluntariè amittunt vitam.

Æstimantes illam amicam defluxerunt &c. Germanus sensus, locutionem esse de primis parentibus, qui decepti illa serpentis sponsione, *nequaquam moriemini*, nullum malum putarunt etiam ex morte eis euenturum: immo futuros Deos, *Scientes bonum & malum*. Sed defluxerunt, hoc est contabuerunt, seu tanquam cera à statu colliquefacti immortalitatis, ad statum fluxerunt mortalitatis, sicut & ad moriendi necessitatem. Alij defluxerunt, sumunt à statu gratiæ ad statum peccati: alij ad reatum gehennæ, alij à statu iustitiæ stabili ad defluxum iniustitiæ; primus sensus germanus.

Et sponsiones posuerunt ad illam &c. Sponsiones, hoc est pacta & fœdera: at quomodo homo pacta, sponsionesque conficit cum morte? Aliqui dicunt illum sponsiones cum morte fecisse, qui eius metu à malo non retrahitur, quasi nunquam moriturus, quasi alios mors, non ipsum percussura. Quod proprium est dominantium, principumque, qui cùm à malo in terris patrando nulla adsit potestas quæ eos refrænet, nisi mortis metus, si húc deperdunt, effrænatè in mala ruunt, quasi pactiones cum morte primas habentes, per eorum domum, scilicet, non transituram, de qua te infra in hom. sequenti.

4. Peccatores quomodo sponsiones cum morte agunt.

Alij illos aiunt cum morte fœdus iniisse, qui semel statuerunt diligere ea, quæ morti coniuncta sunt, eamque afferunt, dum iniquitati adhærere omnino volunt.

Alij eos, qui sub dominatu viuunt mortis, Principis, cui famulantes pacta cum illo, & sponsiones videntur fecisse, numquam scilicet eum deserendi, ac semper pro eo contra Dominum standi, falsè ab illo decepti, sicuti primi nostri parentes, putantes se Deos futuros. Taliter equidem viuunt aliqui, sic Dei, mandatorumque eius obliti, sic mundo, & eius delitiis addicti, sic per peccatorum scatebras ruentes, vt verè dixeris, pactiones cum Diabolo firmasse

firmasse, & ab illo beatitudinem sperare non à Deo. Primus sensus germanus & verus.

Quoniam digni sunt, qui sunt ex parte eius &c.

Lyran. Hugo. Carthus. Bonau.

Lyranus, Hugo, Carthusianos, Bona. qui pro morte non corporis, sed iniustitiam intellexerunt, interpretantur, dignos esse mortis æternæ, qui sunt ex parte iniustitiæ, vnde Complutenses, Regij, & alij legunt, *quoniam morte digni sunt*.

Castro.

At verissimum, sermonem hîc esse de morte corporis, vt bene adnotat Castro, vnde verus est sensus eos qui mortem accersierunt, & cum ea fœdus inierunt, dignos esse vt sint eius participes, & morte moriantur; ipsi enim eam aduocarunt manibus, & verbis, ipsi tanquam amicam eam habuerunt, quia cum voluptate, & cupiditatis satietate coniũctam repererunt, ob quod potius hanc subire, quã Domini præceptum obseruare maluerunt, ob hoc cum ea sponsiones, & pacta fecerunt, mortem promittendo illis, delitias, luxus, & voluptates, & è cõtra, illos semper sub illam se mancipatos mansuros, & sub illius futuros ditionem, digni ergo sunt, vt experiantur omnia, quæ mortem consequuntur, cùm ex parte eius stare voluerunt. Adam siquidem non seductus, mulier seducta, sciebat quòd fallax promissio illa dæmonis, *Eritis sicut dij*, & similiter illa, *nequaquam moriemini*; Sciuit mortem, si comederet, se subiturum, attamen quia vidit eam cũ voluptate, ac desiderio vxoris coniunctam, potius ipsam voluit, quàm vitam à Deo sibi promissam, *Ne delitias suas contristaret*, vt inquit August. ex tunc vt amicam habuit, pactiones cum illa confirmans, se eam libenter subiturum, dummodo voluptates ipsa impartiretur suas; dignus ergo morte, & morte digni omnes qui illum sequuntur.

August.

HOMILIA XXV.

Principum, & Potentum deceptio & fallacia, in terrena felicitate degentium.

ÆStimantes illam amicam, mortem nempe, inquit noster Sapiens, *defluxerunt, & sponsiones posuerunt*, quasi nunquã illam subituri, vt diximus. Cum his siquidem videtur loqui Sapiens, qui plus, quàm cæteri Adamo similes, plusquam alij etiam de eius deceptione participãt. Adamum velim consideres in maiestate status innocentiæ, quando placens Deo anima illius, ita ab illo eleuatus, super omnia existebat, vt infra se ea esse posita cernens, Deum totius orbis se existimaret, vti erat, participatione tamen diuina. Considera ergo sic Adamum, in tali statu sic fœlici, omnium Dominum, omnia sibi parentia, & ad nutum eius obedientia, & sciens sic semper se futurum, quòd nil timebat, nil horrebat; vnde securus de sua gloria, magnitudineque, qua pollebat, tantis bonis vallatum se videns, mortem equidem, quam ei minatus fuerat Deus, non timebat, æstimans impotẽtem supra illum, vnde cum infra se eam conspiceret, à longe eam considerabat, pro certo æstimans accessurum ad eum non sine eius licentia, quin dominator orbis, & tam augustæ maiestatis, nullo modo contra se aliquem audere putabat. Sed se decepit, & minus æstimans mortem, quàm par erat, defluxit, vt inquit noster Sapiens, ac veluti mollis cera ad ignis calorem se, & bona illum concomitantia colliquit, & liquefactus experimento tandem didicit non se esse Deum, sed hominem mortalem, ac dignas suæ deceptionis pœnas luit, factus verum exẽplar, ac vnicus prototypus, vt sic dicam, Potentum, Principum, Regum, dominantium, supremorum Iudicum, illorum, inquam, quorum capita flagellis huius mundi, & malis non subduntur; hi equidem, in maiestate, & dominatu degentes, solam voluntatem, & iussum pro ratione habentes, nulla mala patiẽtes, ac veluti alteri Adami sub pedibus omnia tenentes mortem in illos dominari non credunt.

1. Principes sub mortis imperium esse non credunt, nec se morituros recordantur.

De istis enim Dauid ait Ps. 72. n. 4. *Non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur*. Pulchrè non est respectus morti, id est non attendunt, non recordantur mortis, nullus mortis sermo inter Principes, nulla mortis recordatio: in aula Regia præceptum, quòd si forte quis intra illam moriatur, silentio cadauer extrahatur, nullo strepitu, nullo Ecclesiasticorum cantu, ne terreantur, & tristentur. Vnde & Caldæa Paraphrasis *Quoniam non terrentur, nec conturbantur propter diem mortis eorum*, quia veluti eam non esse existimãt. Symmachus, *Non cogitauerunt de morte sua*, vt ne minimã quidẽ molestiã, aut horrorẽ de mortis consideratione caperent, sic eam horrent, *Vno verbo*, inquit Chrysost. lib. de comparatione Reg. & Monach. to. 5. *mors Regis terribilis est, eadem Philosopho minimè molesta; cùm enim qui diuitias, voluptatem, delicias, quorum gratia vitam agitare multi concupiscunt, despicit, necesse est migrationem ab hoc orbe haud ægre ferre: at Rex tyrannum aliquem, eum qui imperium affectat iugulatorem suũ habiturus est, miserabile, idemque horrendũ post cædem spectaculum*. Hinc vt sine doloribus, sine angustijs vitam degant, mortis obliuiscuntur; vnde in bonis dies ducentes suos nil sentiunt doloris, quem si aliquando accidit vt experiantur, non durat, nec firmus in eis manet, citoque euanescit: hinc sequẽs Propheta ait, *Non est firmamentum in plaga eorũ*. Duo enim significat, & quod plagæ, si quando illis infligantur, non sint validæ, nec multum affligẽtes, & secundum, quod non sunt diuturnæ, & cõsequẽter non magnæ molestiæ. *In labore hominum non sunt*. Non quæritant victũ sicut pauperes, in sudore vultus, & sicut cæteri ipsi nõ flagellãtur: vnde sine molestia viuẽtes, in summa rerũ copia Deos verè se existimãtes putãt in æternũ se victuros, ac supra ipsã mortẽ regnaturos. Quapropter supra omnes iã erecti, vt alteri Adami, cæteros velut animalia quędã reputantes omnia irridẽt, omnes paruipendũt, & cũ ipsã mortẽ non timeãt, nec homines, nec Deũ ipsũ verentur, sine metu ad mala ruẽtes ab ipsamet oppressi felicitate, vt egregiè S. dixit Hier. in hunc Psalmi locum super illa verba, *Ideo tenuit eos superbia, & operti sunt iniquitate. Quia*, inquit Sanct. *per arrogãtiam felicitatis, multiplicata iniquitate premũtur*. Vnde merito tales viri illusores ab Isaia vocãtur, quatenus monẽtibus sibi irridẽt, ac subsãnãt. *Propter hoc audite verbũ Dom. viri illusores*, ait Propheta, *qui dominamini super populum meũ*: illudũt, quia fœdus cum morte putãt se habere. *Dixistis enim, percussimus fœdus cũ morte, & cũ inferno fecimus pactũ, flagellũ inundãs, cũ trãsierit, non veniet super nos*. Is. 28. 14. Cuius rationẽ assignãtes dicunt, quia *Posuimus mendacium, spẽ nostram, & mendacio protecti sumus*. Quid hîc per mẽdaciũ, nisi idola? sic ea appellat Hier. in illud Ose. c. 7. n. 1. *Quia operati sunt mẽdaciũ*. Et indicat Haymo, dũ in mendacio diabolũ intelligit, in istis ipsi fidebãt, quæ vocãtur

Ps. 72. n. 4

Paraphr. Chald.

Symmac.

Chrysost.

2. Reges, Principesque ab ipsa opprimuntur felicitate.

Hieron.

3. Sunt viri illusores, & cur.

Is. 28. 14.

4. Idola dicũtur mendacium.

Hieron.

Haymo.

5. Principes omnes in mendacio fidunt.

mendacium in sensu Prophetarum, quasi dicant, ideo non timemus, quia fidimus in illis, nempe idolis, quæ vos mendacium vocatis. Confidentiæ ergo ratio, idola erant falsa, propterea non timebant, quia cum morte pactum inierant, & in idolis sperabant. Sic principes, sic summi Reges Deum non timent, homines non verentur, quia immortales se esse fingunt, & insuper in potentia, diuitiis, regnis, & imperiis, quæ sunt eorum idola, fidentes, flagellum inundans contemnentes, subsannant monentibus, & non secus ac Adam spernunt Dei mandata, & iussa, & veluti se Deos æstimantes nil metuunt mali, nil damni timent: sed falluntur, quia quando *Veniet Dominus*, vt ait Propheta, *ponere in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, subuertet tunc grando spem mendacij, & protectionem, aquæ inundabunt, & tunc delebitur fœdus eorum cum morte, & pactum eorum cum inferno non stabit, & flagellum inundans cùm transierit eritis etiam in conculcationem.* Vbi aduertendum non dixisse peccata Regum, ac Principum Deum positurum in pondere, neque iniustitiam, aut eorum mala; hoc siquidem non fuisset mirum, sed inquit, iustitiam eorumque iudicium in pondere, & mensura Deum positurum, quod mirum.

6. Eorum iustitias Deus ponderabit.

Potentum ergo, Regum, Principum peculiaria peccata, & si in districto illo examine iudicare non desinet Deus, tamen talium iudicium non magni facit, neque ex illorum condemnatione nimis Dei iustitia extollitur, sed quod ad Dei iustitiam, quam in Principes exercet Deus, in illa die mirificè exaltandam valde conducet, illud erit quando non solum eorum peccata, sed ipsa eorum opera bona, ipsa in subditis iudicia, & iustitias ipse iudicans, strictissima mensura, & æquissimo pondere, iniustitias inuenerit. & iudicia non sana, sed peruersa, hoc equidem Dei iudicium exaltat, hoc terribile illud efficit, non solum mala, sed bona iudicare, & non solum in mala, sed in bona animaduertere, & in Angelis etiam suis reperire prauitatem.

7. Dei iustitia in principũ iudicio, nõ sic exaltatur eorũ iudicans peccata, quantum iustitias eorumque iudicia.

8. Cur Ioanni tantum calamus, Angelo vero calamus, & funiculus dati.

Apoc. 11. num. 1. *Ezech. 4. num. 3.*

Et datus est mihi calamus, inquit Ioan. Apoc. 11. num. 1. *similis virgæ, & dictum est mihi, surge, & metire templum Dei, & altare.* Vbi notandum calamum tantum ad metiendum datum esse Ioanni, quando & Angelo Ezech. 40. num. 3. funiculum, & calamum, *Et ecce vir, cuius erat species, quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius.* Cuius mysterium agnoscemus, si ad quid in ædificiis calamus, ad quid funiculus deseruiant intelligamus; cùm enim in qualibet fabrica aliqua sint quæ solidam mensuram desiderent, aliqua quæ flexibilem, aut angulorum flexiones, ideo ad ædificij rectitudinem metiendam, & calamus necessarius est, & funiculus iste, vt angulos, & quæ recta non sunt, sed obliqua dimetiatur ille, vt etiam & quæ recta videntur ad pondus diiudicet. In iudicando ergo Deus, & calamum, & funiculum adhibet, funiculum ad mala, calamum ad ipsamet bona: vnde quia Angelus non tantum venerat ad metiendum templum, sed vrbem, non tantum sancta, sed communia, ideo, & calamum, & funiculum habere dicitur at quia Ioanni tantum vt templum Dei metiatur & altare iubetur, in quo nonnisi bona facta supponuntur, ideo illi tantum calamus tribuitur, non funiculus, quasi bona tantum iudicaturus non mala, quæ districto diuini iudicij calamo iudicata bona non apparebunt. Loquens enim sanctus

9. Calamus, & funiculum ad quid in ædificio deseruiunt.

Ps. 98. n. 7 Propheta Dauid Psal. 98. num. 7. de tribus illis summis principibus, qui Dei populum rexerunt, Moyse nempe, Aaron, & Samuele, postquam dixit ita eos cordi Deo fuisse, vt in omnibus desideratis eos exaudiret, *Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos*, cum eis familiariter alloquebatur *in columna nubis loquebatur ad eos*, ipsos omnia eius mandata custodisse, *Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis*: tandem adiecit, *Domine Deus noster, tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.* Mirum hoc, inquit Augustinus in hunc Psal. super hæc verba: nam etsi Moyses, & Aaron, aliquid fecerint, *Samuel quid fecit? infans ad templum datus; omnes ætates suas inter sancta Sacramenta Dei peregit, ab ineunte ætate famulus Dei, nihil vnquam dictum est de Samuele, nihil ab hominibus*? Cui dubitationi respondens Sanctiss. Pater ait. *Nouerat ibi forte Deus aliquid quod purgaret, quia & quod perfectum iam videtur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectum est.* Quod exemplo artificum comprobans, sequitur, *Pleraque faciunt artifices, & ostendunt imperitis, & cùm iam iudicauerint imperiti esse perfecta, expoliunt illa artifices, qui nouerunt adhuc quid illis desit, vt mirentur homines tantam expolitionem rebus accidisse, quas iam perfectas pronuntiauerant: nam aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula: sic & illi sancti versabantur ante oculos hominum tanquam sine culpa, tanquam perfecti, tanquam Angeli, nouerat autem quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones eorũ.* Nil melius. Recta in illis coram hominibus, distorta coram Deo, impolluta polluta apparebant, & purgandum in illis oculus inuenit diuinus, quod non perspiciebat humanus. Ex quo licebit equidem sic argumentari, Si in principibus, & rectoribus sic iustis, sic sanctis, sic Deo charis, aliquid Deus reperiebat distortum, non in eorum malè, sed benefactis; quid ergo inueniet in illis Principibus, rectoribusque, qui non boni, nec iusti, nec sancti? Tunc sane videbunt Reges iudicia sua, & tabescent, tunc iudices iustitias suas, & marcescent, cùm supra eorum iudicium, aliud fiet strictius, & rectius, & tunc grando diuinæ sententiæ spem subuertet mendacij ipsorum, in qua confidebant, & aqua diuinæ iustitiæ ac tormentorum, protectionem in qua sperabant.

August.

10. Sancti qui coram hominũ oculis sine culpa apparẽt in eis quid purgandũ reperit Deus.

At hoc ipsi modo non intelligunt, patientem Deum aspicientes, quia adhuc tempus ponderationis non adest, vnde putantes nil illis mali euenire posse, prorsus securi degunt, sed decipiuntur, quia quãdo minus cogitabũt, & securiores viuent, tunc ex tempore super illos summi cadet Dei sententia. Daniel Nabuchodonosor calamitates prophetauerat, iusto Dei passuro, ob peccata patrata iudicio, irrisit sic, impossibile illud reputans; sed tunc, quando magis in palatio securus, quandoque ei videbatur impossibile à Daniele prædictum, tunc horrendè in sententiam incidit, deambulans enim aiebat: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, in gloria decoris mei?* Daniel 4. num. 27. Attende dictum, verbaque turgentia, *Nonne est hæc Babylon magna*, ait, magnam vocauit: nam teste Herodoto lib. 1. habebat in ambitu murorum stadia 480. muri crassi erant quinquaginta cubitos, alti 200. in his centum portæ æreæ, vndè Diodorus

11. Principes, quãdo amplius securi diuina eos apprehendet iustitia.

Dan. 4. 27.

12. Babylon quam magna.

Herodot. *Diodor.*

lib. 3. sic latos fuisse muros addit, vt per eos sex currus simul præcedere possent, & Arist. 3. Politicorum 2. ait, sic ingentem fuisse, vt capta ab hostibus, per triduum incolæ alterius partis vrbis, eam esse captam non senserint.

Arist.

Hāc ergo superbus iste contemplatus, sequens ait, *quam ego ædificaui*, ergo non Deus, sed ipse, *in robore fortitudinis suæ*, ergo ipse Deus fortis, qui talem absque alio ædificauerat ciuitatem Deo, hinc securus degebat, nulla ex parte aliquod timens malum: at nunc quando hæc dicebat, iustitia cecidit super illum diuina, dicente Scriptura, *Cumque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cælo ruit, Tibi dicitur, Nabuchodonosor Rex, Regnum transibit à te, & ab hominibus eiicient te, & cum bestiis feris erit habitatio tua, fœnum quasi bos comedes.* O mirabilis Dei sententia! ô magnum Regum, ac Principum documentum! tu iste superbus, qui ob superbiam supra humana se erexerat, repentè mutatur in bestiam, immo, vt sic dicam, in bestias; dum foras similitudinem multarum explicuit, quibus prius ipse similis per vitia extitit intus, vt egregiè dixit Paulinus epist. 4. ad Seuerum, *Nabuchodonosor*, ait, *non solum a regnis, sed etiam à sensibus exulabat humanis, coma tristis leonem, vncis vnguibus vulturem, sensu, & pabulo bouem referens, ne vnius tantum belluæ similitudinem ferret in pœnis, qui multarū similis fuisset in moribus.*

13. Nabuchodonosor moratus in similitudinem non vnius, sed multarum bestiarum, & cur.

Paulinus.

Et hoc quando magis securus: vndique militiis cinctus, vndique muris tectus, at inde ei malum aduenit, cui superbè non subderat mentem. & dum regni amissionem non timebat, amisit intellectum; & hoc non per temporum interualla, sed in instāti. *Cumque sermo adhuc esset in ore Regis*, notāda verba, *vox de cælo ruit dicens, Tibi dicitur amittes regnum, homines te eiicient, in bestiam commutaberis, & eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosore*, quando amplius de bonis delectabatur, quando actu in eorum erat contemplatione, siue enumeratione.

14. Et tunc quando magis securus amplius que de sua gloriabatur potentia.

Gregor.

Quod grauiter sanctus cōsiderauit Gregorius Alex. 34. cap. 18. dum ait, *Quia tumor mentis vsque ad aperta verba se protulit, patientia iudicis protinus vsque ad sententiam erupit, tantoque hunc districtius percutit, quanto eius superbia immoderatius illam erexit, & quia numerando bona dixit, in quibus sibi placuit, enumerata mala, in quibus feriretur, audiuit.* Egregiè. Tunc percussus est Nabuchodonosor, tunc quando bona enumerauit, quando enumerando eleuabatur, & in ipsis fidebat, tunc deiectus, tunc regno priuatus, cum Regibus mundique potentibus Scriptura hæc loquitur, vt Deum timeant, & sciant, quod *dominator excelsus est in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud?* vt numquam securos se esse existiment: nam vnde minus, & quando minus cogitant, superueniet illis calamitas quam non sperabant, & tunc defluent, quando magis securos se putant. & tunc inglorij quando magis erecti.

Aristeas.

Ptolomæo Regi interroganti, quare quis inglorius fiet, vt refert Aristeas in hist. 72. interpr. in Biblioth. Patr. tom. 7. col. 26. respondit vnus ex illis. *Si quando superbia quis ductus exasperetur, vituperationes tunc abeunt, & gloriæ priuatio: nam Deus totius gloriæ dominator eam quò vult declinat.* Optimè: tunc equidem vituperationes, tunc regnorum subeunt scissiones, quando magis Principes eriguntur, & impossibilem casum existimāt.

15. Humiliatio, quando homini aduenit.

Mira Regum dementia, Deum non timere, securos se reddere à malis, quia vndique potentia, & militibus, subditisque se stipatos vident, quasi

16. Deus vt solos constituat Reges, quando vult absque strepitu, & sonitu.

A Deus potens non esset absque bello, & absque gladio, sine milite, & absque subditis eos constituere. Oseæ 9. num. 11. gloriabatur Israël in multitudine hominum, quā possidebat, *Gloria eorum*, inquit Propheta, *à partu & ab vtero, & à conceptu.* Ob quod fiebat, vt nullum malum timens, contra Deum cornua erigeret, *quasi auis ab illo auolans*, ac ad nihilum redegit illum Deus, non bello, non armis, sed in eo ipso, in quo confidebat.

Os. 9. n. 11.

17. Id ipsum instrumentum funestum in quo magis confidunt.

Da eis Domine, inquit Propheta, *Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia.* Pagnin. *Da vuluam, quæ orbet eos.* Non equidem Deo necessarium extrinsecum fuit bellum, non hostis, & inimicus, vt eos destrueret, sed eo ipso illos annihilauit, in quo magis confidebant, & in quo magis gloriabantur, in vtero, & in vul-

B ua, ab hac se protegi sperabant, in hac confisi Deum non timebant; sic eadem protectio, eadem eorum confidentia, eadem vulua, quæ destruet, pessundet, ac orbet eos. *Da vuluam, quæ orbet eos.* Vnde *percussus est Ephraim*, sed in quo, *radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam faciet.* Excidit ergo Ephraim, vnde minus cogitabat, & vnde magis gloriabatur, & securum se tenebat, à nullo hoste adueniente, nullo bello contra se moto, quia etsi in terris à terrena securus degebat potestate, non equidem extabat à diuina, vnde orbitate percussus, qui in multiplicatione gloriabatur, solus remansit peccator ille Rex, qui in multitudine se extollebat.

18. Regnorum desolatio, & orbitas vnde.

Regna desolantur, annihilantur, & absque habitatoribus constituuntur, ignoratur causa, & mirantur vniuersi, ne mirentur, Regum est supplicium, quos Deus castigare vult, qui dum in multitudine suorum populorum gloriantes, Deum derelinquunt, securos se æstimantes, nullam

C contrariam, aut æqualem potestatem in terris timentes, iusto Dei iudicio, orbitate, ac suorum desolatione regnorum plectuntur, vt discant summum timere vindicem, altiorem illis in cælis existentem, iustè Regum peccata per populorum ruinam vindicantem.

19. Reges per populorum ruinā plectuntur.

Iustinus.

Quod egregiè dixit Iustinus Martyr q. 138. ad Orthod. *Sicut*, inquit, *homo ex anima & corpore constituitur, ita regnum ex Rege, & eis qui reguntur, coagmentantur: & quemadmodum si homo, manibus peccatum committent, tergo pœnas pendat; non inique qui in eam animaduertit agit: ita non iniustè Deus facit, principum delicta populi pœna coercens.*

Quàm securus degebat Salomon in suo regno; pax summa erat, nullus forinsecus hostis, nullus intrinsecus, ipse summè diues, ac præpotens, vnde factum, vt sicut homines non timebat, sic etiam nec Deum: quapropter impunè reputans se pecca-

20. Salomon, quando magis securus in regno, tunc ei inimici insurrexerūt.

D turum, ita malum gessit in terris ac si Deus non esset in cælis, vnde & Deos sibi constituit, & fana eis erexit, at eo ipso quo peccauit, eo ipso & aduersarium illi Deus suscitauit, vnde minus ipse cogitabat 3. Reg. 11. num. 15. *Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni, Adad Idumæum de semine Regio, qui erat in Edom.*

3. Reg. 11. num. 15.

21. Adad Salomonis inimicus quis fuerit.

Mirum si quis fuerit hic Adad consideres, hic fuit, vt ibi narratur, Regis Idumææ consanguineus, qui fugiens in Ægyptum tantam gratiam inuenit coram Pharaone Ægypti Rege, vt non solum dederit ei domum, & cibos constituerit, & terram delegauerit, sed etiam dedit ei sororem vxoris suæ, educans eius filios cum filiis suis; hunc suscitauit Deus contra Salomonem, quia ipse contra Deum se erexit, putabatque se esse securum. Mirum numquam

hoc: nam iste est ille Adad de semine illius regis, cuius vrbes, terras, populosque ita percussit ac contriuit Dauid, vt per sex ibi moratus se Ioab menses, non prius inde recesserit ac omne occidisset masculinum 16. num. 16. ex quibus hic vnus effugit, vt suo tempore par pari reddens, Dei iniurias vindicaret in Dauidis filio, qui eas percusserat in eius Patre. O mira Dei iustitiæ preuentio! contra se peccaturum, & à sua fide discessurum Salomonem præsciens antequam cóciperetur, iam inde præparauit ei hostem, quando Pater eius vniuersos Idumæos occidebat, è quorum medio vnum & paruulum, *erat enim Adad*, inquit Scriptura, *puer paruulus*, eripuit, qui tempore suo cultor Salomonis filij sui esset, ac perpetuus eius inimicus; quem sic custodiuit, vt, & domum, & cibos, & terram, & vxores, & filios regios, & regiè educatos ei daret, sic eum educans, vt vesaniam illius Regis castigaret, qui dum securus se æstimabat, & vndique munitionibus circumdatus, ac veluti Deus in terris nulla tribulatione pressus, tunc Deum dereliquit, quando magis eum timere debuerat: vt semel videant, quantum malum, seu quantorum malorum occasio sit felicitas in Regibus, dum ideo Salomonem cecidit, quia nullum timebat, nullaque flagellabatur disciplina. Quod adnotans Gregor. Pastor. 3. p. admonit. 27. sic ait, *Admonendi sunt, qui in hoc mundo prosperantur, vt considerent, quia Salomon, qui post tantam sapientiam vsque ad idololatriam cessisse describitur, nihil in hoc mundo prius quàm caderet, aduersitatis habuisse memoratur. sed concessa sapientia funditus corde seruit, quod nulla vel minima tribulationis disciplina custodiuit.* Ad castigandum ergo hunc Regem tanto antea Deus flagellum parauit, gladium dolauit, inimicum inpinguauit. Quando hoc crederet Salomon? aut quando talem ipse timeret? quis diceret Deum, qui regnum Salomoni parabat, simul, & semel etiam ipsi parare inimicum, & hostem, & tineam, quæ eum consumeret? sed parauit, & iustissimo, ac æquissimo iudicio, præuidens ipsius casum, & peccata, vt simul appræhendant Reges, ne quantalibet potentia se videant circumdati, fidant sibi, & impunè se peccaturos æstiment, quia vnde minus cogitant, inde vt alteri Adami affluent, & fluent.

22. Iustitia diuina contra peccantes, quanto ante præuenit flagella.

23. Felicitas in Regibus magnæ eis occasio ruinæ.

24. Salomon cecidit, quia nulla flagellabatur disciplina.

Gregor.

25. Adamum securitas eius sit eius vt fefellit.

Liceat iterum primi nostri parentis in Paradiso securitatem ponderare, sine timore illic erat, quia nullus aderat homo, qui maior esset, ipse solus dominus, cætera animalia sibi subdita, in Paradisi medio vndequaque sibi sine periculo videbatur, vnde securè peccauit, & post peccatum, quia non vxorem nec se mortuum vidit, securitatem auxit, sed quid, & si homo, qui eum conturbaret, non aderat, ad fuit Deus humana specie, vt inquit Moyses Barcepha, & adfuit terribilis ac formidabilis. *Audierunt vocē Dei*, inquit, *deambulātis, Deus humana specie formidabilis, turbidus, difficilis, ira tumens, & suo incessu concutiens, terrens, atque adeo ipsas Paradisi arbores pressis vestigiis tumefaciens visus est Adamo.* Quando hoc cogitare potuit Adamus? Fefellit ergo ipsum suamet securitas, & experientia didicit securum non esse, qui contra se Deum iratum habet, *nam excelso excelsior est alius*: & tamen nō erat nisi vnum peccatum. Ergo si tam terribilis, si tam formidabilis, si tam tremendus descendit ipse, dum alius non erat ad vnum tantum peccatum puniendum, nunquid non tremendus, formidabilis, ac terribilis descendit ad regum, non peccatum, sed peccata castiganda, quando in terris nullus qui illud parrare possit appareat?

26. Deus quā terribilis Adamo apparuit, & cur.

Moyses Barceph.

Ex quo facto attendant etiam Principes animaduertant Reges, respectu punitionis peccatorum, peioris ipsos conditionis, quàm subditos cæteros esse suos, ob quod magis ipsis peccatum est formidandum; cuius ratio, quia si subditi peccant, necessarium non est vt ad eos castigandos descendat Deus: nam eis suas remittens vices, per illos eos punit, ex quo fit, vt mitius sit supplicium, minor pœna, tum quia homines sunt, tum quia sæpe, aut beneuolentia, aut pietate mouentur: at ipsos qui supra se nullum habent superiorem; cogitur Deus immediatè per se corrigere, & eos castigare, cogitur descendere, & per seipsum iustitiam exercere, *quod terribile*, &, vt inquit Apostolus ad Hebr. 10. n. 31. est *horrendum*. Peccauit Adam, superiorem, à quo puniretur, non habebat; descendit Deus ad puniendum modo, vt sup. diximus, cōsidera pœnam, considera supplicium, & expauesce, quam pœnam misero non inflixit Adamo? quid boni Euæ reliquit? quomodo serpentem castigauit? quid ipsi terræ reseruauit quod non sub maledictione?

27. Principes respectu peccatorū punitionis peioris cōditionis inueniuntur, quam subditi eorum.

Ad Hebr. 10. n. 31.

28. Deus terribilis in castigando, quando per se illud efficit.

Peccauit Cain, occidit fratrem, etsi superiorem habebat, tamen Patrem, & Patrem non magis viribus potentem quàm filium, vnde potentia superior, quæ eum castigaret, non aderat, descendit Deus, considera supplicium, & admirare, tale extitit, vt potius Cain mortem appeteret, quàm illud ferre maluerit. Hic enim est sensus verborum illorum secundum multos. *Omnis qui inuenerit me, occidet me.* Gen. 4. n. 14. id est faciam, vt occidant me. In hoc sensu hæc verba intellexit Tertullian. 2. contra Marcionem, c. 25. *Cain maledixit*, ait, *& cupidum morte, vt lueret delictum, mori interim vetuit, vt præter admissum, negationis etiam exemplo oneraret, vnde non beneficium, sed pœna fuit illi prolongatio vitæ*, cui attestans Ambr. lib. 2. de Cain, & Abel c. vlt. ait, *Cain longæuitas indulta, vindicta est, eo quod viuit in metu, & prolixum spatium multò cucurrit, & infructuoso labore, qua pœna nil grauius, quàm vt quis ipse sibi maiorum causa pœnarū sit.* Cui interpretationi insistens Diuus Basilius. *Lucrum*, dixit, *& liberatio à supplicio, est mors ijs qui peccauerant.* In quo etiam loquens Procopius, ait, *Noluit Deus, vt Cainus continuo capitali afficeretur supplicio: nam his, qui supplicio afficiendi sunt, mors lucro est: Deus autem extendit pœnas ad vitæ spatium, pro merito expetens pœnas.* Prolongatio vitæ, & signum, quod in eo Deus posuit, negatio fuit gratiæ, & petitionis, quam exposcebat miser. Expauescenda ergo illa extitit punitio, dum ne cùm illa viueret pro gratia mors ipsa (terribilium vltimum) exposcebatur, nec mirandum, quia Deus ipsemet descendit ad castigandum.

29. Cain mortem desiderabat, vt Dei supplicium non sustineret.

Gen. 4. nu. 14.

Tertull.

30. Longæuitas vitæ ei in pœnam concessa.

Ambro.

Basilius.

Procop.

Superbia peccarunt etiam illi, dum turrim ædificare præsumpserunt, cuius culmen cælum attingeret, non alio fine, quàm ad nominis celebrationem. Gen. 11. n. 4. *Faciamus ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersa terra.* Superiorem non habebant, qui eos refrænaret, ac eorum superbiam supprimeret, *Descendit Deus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam.* Considera supplicium, & expauesce, isti talem, ac tantum laborem susceperant ad nomen celebrandum in generationibus suis, & Deus, vt adnotat August. lib. de mirab. sacr. Script. lib. 1. cap. 9. perpetua infamia, ac nota eos puniuit, tali pœna eos afficiens, vt non per tempora duraret, & an-

Gen. 11. num. 4.

31. Dei suppliciū in turrim ædificantes quam magnum.

August.

A nos,sed in sempiternum,& æterna esset,non solum vsque modo,sed vsque ad finem mundi duratura. Quid seuerius? & hoc ait Augustinus. *Non ipsis tantum patribus fiebat, quod euenerat, sed per omnes filiorum propagines, salus conditio vindicta pertransiuit, vt qui æternam sibi posteritatis famam quærerent mansuram, in illis posteritatibus ipsius præsumptionis per vniuersi venturi sæculi tempora animaduersionem inuenirent.* Quod etiam adoctans Diuus Chrysostomus ait, *Confundamus dicit Deus, &c. hoc est, pœna hac quasi perpetua nata sigillabo illos, qua eos omni sæculo comitabitur, neque huius vllo tempore obliuiscantur: nam quia abusi sunt vocis vnitate, ideo vocis vniuersitate castigare volo.* Diuisione ergo eos puniuit, confusione, perpetua oota, perpetuaque pœna, quàm terribile iudicium! Non mirandum, quia ipse descendit ad puniendum, quod valde timendum, & descendit semper quando superior homo non adest, qui castiget. Superiores ergo, Reges, & Principes cùm non habeant, immediatè supplicio ipsius Dei subduntur, quod tremendum, quod terribile. Paueant B ergo dum peccant, securos se non æstiment, dum malefaciunt, & exemplo Adami primi parentis edocti, non dicant sibi amicam esse mortem, & pactiones cum illa habere, nam diffluent, & effluent, vt diffluxerunt, & effluxerunt primi nostri parentes, dum vt inquit noster Sapiens, *Æstimantes mortem amicam, defluxerunt.*

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.*

O Reges, & Principes, ad quos meus sermo, à quibus pendet populi salus, & quorum proprium iustitiam administrare, diligite iustitiam, omnem scilicet virtutem, vt omnes vobis necessariæ, & rectam habete de Domino fidem, simulque sentite illum esse defensorem viduarum, pupillorumque patronum, & toto, ac sincero corde, non abstracto, & diuiso, quærite illum.

Num. 2. *Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum.*

Quoniam inuenitur ab his, qui præsentientes de eo, & in illum credentes, non animo tentandi, experimentumque sumendi, ad illum accedunt; apparet autem eis, qui firmiter credunt, & fidunt in illum.

Num. 3. *Peruersæ autem cogitationes separant à Deo, probata autem virtus corripit insipientes.*

Nam cogitationes tentantium illum, & de eo diffidentium, peruersæ cùm sint, separant, & elongant hominem à Deo, vnde ipsius virtus, & potentia tales insipientes vanosque corripit, & castigat.

Num. 4. *Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

Quia namque in animam vafram, malorumque inuentricem non intrabit sapientia; sic nec in homine habitabit, peccatis seu carnalibus, seu vafris habitualiter venundato.

Num. 5. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.*

Quia Deus author omnis disciplinæ, non solum non habitabit, sed effugiet hominem fictum, & simulatum; simulque se à cogitationibus auferet inanibus, & stultis, quæ dum hominem possident, Spiritum contristant, & exturbant sanctum, ita vt derelicto tali homine, ipse à superueniente corripietur peccato.

Num. 6. *Benignus est Spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis suis, quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor.*

Corripietur enim, quia licet benignus Spiritus sit sapientiæ, non liberabit tamen, nec sine digna animaduersione, maledicum derelinquet, ob culpam labiis suis commissam, cùm & cogitationum ipsius scrutator, & testis sit verus, vnde merito, & interiorum, ac exteriorum hominis acutissimus dicitur inspector, & inquisitor.

Num. 7. *Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.*

Nec mirum cùm ipsemet Deus, vel Spiritus sanctus eius orbem impleat, & repleat terrarum, & ille ipse, qui in se continet omnia, omnium linguarum, immo & vocum habet plenam, infallibilemque scientiam.

Num. 8. *Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium.*

Ob hoc euenit, vt iniqua, & iniusta loquens contra Deum, vel homines, latere minimè possit nec præterire corripiens, & redarguens Dei iudicium, hominem iniquum, iniquaque loquentem.

Num. 9. *In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.*

Non latent quidem impij sermones Deum, quia nec cogitationes ipsę latere possunt, quin rumor earum, & sermonum etiam ad Deum ascendant, ad correptionem quidem, & condignam pœnam.

Num. 10. *Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur.*

Quomodo enim præterire poterunt, cùm Deus aurem habens ea sit zeli, & æmulationis, ob quod omnia audiens indignatur, & licet inconfusò, & tumultuariè contra eum blasphemiæ dirigantur, non possunt tamen vnquam abscondi, quin omnia audiat, & sentiat.

Num. 11. *Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, os autem quod mentitur occidit animam.*

Cùm ergo verissimum sit, Deum habere aurem, omnia audientem, nilque inultum relinquentem, custodite vos à murmuratione, siue contra Deum, siue contra homines, linguamque continete vestram à detractione, pro certo æstimantes, quòd talis sermo, licet absconditus, non trãsiet absque pœna, quodque os mentiens occidit omnem animam, tam mentientis, quàm audientis, quamque eius contra quem detrahitur, ac murmuratur.

Num. 12. *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.*

Cùm ergo in locutione deperdatur animæ vita, nolite, ô homines, zelare, id est vehementer ob passiones vestras malas appetere mortem, in tantum damnum vitæ vestræ, vos multifariè decipientes, neque operibus vestris malis vestram velitis appetere perditionem, violenterque Dei attrahere iustitiam, qui semper quasi inuitus castigat.

Num. 13. *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.*

Castigat enim inuitus, nam ipse nec mortem fecit, nec in perditione viuorum lætatur & gaudet.

Num. 14. *Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non est illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnũ in terra.*

Non gaudet quidem, nam sic omnia creauit, vt viuerent, & præcipuè homo, ideoque saluciferas res omnes fecit, nullamque homini nociuam, eique veneficam, & insuper, licet inferni iam esset regnum, tamen illud subtus terram condidit, ac inclusit, nec ipse fecit vt dominaretur in terra.

Num. 15. *Iustitia enim perpetua est, & immortalis.*

Quod equidem clarè patet: nam creans hominem, iustitiam illi originalem indidit, quæ immortalem, perpetuumque illum faciebat.

Num. 16. *Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam, & æstimantes illam amicam defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt, qui sunt ex parte eius.*

At homo summo non credens Deo, & in ipsum peccans, summo studio videtur mortem accersisse, deceptus siquidem, æstimans illam amicam, quodque nullum malum ab illa acciperet, sed fluxit in mala, licet ipsi videretur sponsiones cum morte fecisse, ei scilicet non nocendi, sed nocuit, & mala intulit, quibus digni fuerunt, cùm ex parte mortis stare voluissent.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT II.

Capitis Argumentum, & Diuisio.

POstquam Sapiens mortem suasit fugiendã, eiusque rationem reddidit, addendo quod impij non solum eam non fugiunt, immo & accersunt, *Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam*; in hoc capite dat rationem, causamque assignat, cur impij mortem clamitẽt, & sapientiam paruipendant. Et sic hoc caput in tres diuiditur partes, in prima assignat impiorum ratiocinationes, quibus ducti, Sapientiam spernunt, & ad mortem currunt, iuxta illud, *Dixerunt enim cogitantes, &c.* In secunda impiorum cogitationes pandit, quæ diuiditur in duas, in eam, in qua explicat quid ipsi facturi sint, vt bonis fruantur, iuxta illud, *Venite ergo & fruamur bonis, &c.* & in alteram, in qua cogitant de remotione impedimẽtorum eius vitæ, quam agere decreuerant, hoc autem impedimentum cùm esset iusti vita, eius occisionem determinant: iuxta illud, *Circumueniamus ergo iustum, &c.* In tertia deceptionem huius fallacis considerationis explicat, & assignat, iuxta illud, *Hæc cogitauerunt, & errauerunt.*

Num. 1. *Dixerunt enim cogitantes intra se, exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

IN hoc capite, vt diximus, Sapiens illorum aperit rationes, qui accersantes Sapientiæ studium, determinatos semel se totos voluptatibus dare: ne absque rationabili illud facere credantur discursu, proferunt rationes, quibus ipsi suasi ad voluptatis vitam se deuoluerunt, &

A sic rationem eorum multis similibus constatam præmittit.

Prima ergo eorum ratio est: vitam hanc esse breuem, & molestam; secunda, mortem esse ineuitabilem: & tandem, quod radix est omnium malorum, animam esse mortalem, & post hanc nullam esse vitam; quòd sibi persuaserunt, ad hoc vt absque freno, vlloque sine timore, aut conscientiæ remorsu, voluptuosè viuere possent; ob qood, vt diximus, determinant iustum occidere, qui operibus illorum contrarius, diuersa ab illis sentiens, effrænatæ illorum libidini, turpissimæque vitæ obstaculum præbebat.

1. Malorum rationes ad se delicandum.

B *Dixerunt cogitantes intra se, &c.* Alij, vt Compluten. & Regij, *sibi ipsis*, fuit hic discursus interior, & interius sibi ipsis dixerunt: non fuit foras prolatus, sed vnusquisque eorum illum intra se confecit, sua persuasus ratiocinatione. Augustinus tract. 6. in Ioan. legit. *Dixerunt impij apud semetipsos*, indeque probat, dicendi verbum vsurpari etiam quando non profertur vox, immò nec nutus. Fuit ergo discursus & assensus impiorum interior,

2. Dictio etiã est sine voce.

August.

quo semel concluso, ad actionem exteriorem processerunt.

Discursus talis fuit. Omnia nostra, etiam anima ipsa cum morte finiuntur, & nihil est futurum, quòd nos sollicitet, ergo vitæ præsentis bonum curandum, voluptati solum indulgendum, resistendum, immò occidendum, quis nobis obstaculum ad hoc præstabit?

3. Voluptas humana vellet Deum non esse.

Discursus hic si benè attendamus à voluptate emanauit, nam quia hæc liberè euagare volebat, & reddere rationem in altera timebat vita, ac Deum pertimescebat, cogitauit alteram persuadere vitam non esse, animam mortalem, Deû cognitionem, & curam humanarum rerum non habere, immo & Deum non esse, quod totum in votis habebat. At si bene consideres, quilibet peccator iam nunc & illud in votis habet, licet voce non promat, & quia Christianus, mente contraria credat. Nam si à peccatore exposcis dum peccat, quid vellet, respondebit, vt Deus illud peccatum nesciret, nollet ergo sapientiam in Deo; quòd si hanc tollere non potest, vellet non posse illud castigare, & sic aufert potentiam: quòd si nec hanc tollere potest, vellet, vt ipse nollet scire, quòd circa cardines cœli ambularet, quòd nostra non curaret, & sic tollit prouidentiam: quòd si nec hæc & semel videt, impossibile esse, vt Deus peccata nesciat, vt non ea castiget, vt nostra non curet, vellet tandem non esse Deum, non aliam vitam, omnia simul interire, vt semel videas in quale barathrum homines voluptas inducat humana.

4. Sic etiam & quilibet peccator, dum peccat.

5. Hæresum fons, & scaturigo.

Hæc miseria, (vt alibi dicemus) siue hic carnis appetitus, qui hos ad hunc formandum coegit discursum, & ad sibi mortalitatem persuadendum animæ, aliamque non extare vitam, nec Dei prouidentiam, cogit nunc, & coegit etiam hæreticos, ad formandum discursus huic similes, & ad blasphemias, quas asserunt: nam dum, si quod Ecclesia asserit sancta ipsi crederent, stimulos sentirent conscientiæ, vnde liberè obscœnas suas implere volitiones, astusque, non possent, sicut isti, & ipsi intra se discurrunt, cogitantque quomodo sibi persuadeant diuinas sanctæ Romanæ Ecclesiæ veritates non esse veritates, ad hoc vt sine metu, nulloque interius admonitore peccare possint; durum est peccare cum onere confitendi, non sit confessio, durum fornicari, sciens esse peccatum, non sit fornicatio peccatum, clarus est cœlibatus votum castitatis profitenti, non sit votum, dura est quadragesima, & ieiunium, non sit ieiunium, & tandem durum est operari ad vitam æternam promerendam, non sint opera, sufficiat fides: peiores hominés quàm isti, turpiusque discurrentes, nam isti mala facta sua non dicebant bona, non enim adeo iudicium amiserant, & ideo è medio tollere Deum gestiebant, qui eorum mala facta nun puniret: at isti pessimi, & scelerati mala sua facta bona dicunt, & quod horrendum est, suis malefactis acquirere cœlorum Regnum prætẽdunt, magis stolidi quàm isti; ex quo fit, vt licet ore non dicant Deum non esse, factis tamen illud affirment, & corde suo, vt inquit Augustinus in Ps. 52. super illa verba, *Dixit insipiens in corde suo non est Deus*, illud asserant. *Vnde istos cõuinco*, inquit Augustinus, *tales esse: factum suum Deo placere arbitrantur*; respondet, *qui nutem putat Deo placere malefacta, non eum putat Deum, si enim Deus est, iustus est, displicet ei iniustitia, & iniquitas: tu autem cùm putas ei placere iniquitatem, negas Deum.*

6. Hæretici stolidissimi homines Gentilibus, & Athæis peiores.

August.

7. Deum esse factis negant.

8. Errores de animę mortalitate qui asseruerũt.

A Prouidentiam Dei non esse, alteram vitam non subesse, mortalem esse animam, à principio ipsius mundi non defuerunt qui voluptuariam vitam sequi volentes illud assererent. Cain à fide defecisse, & primus omnium in hunc incidisse errorem ostendit Philo libro, *quod deterior potiori insidietur*. & talem vitam illum egisse, vt factis hoc ostenderet, docet Iosephus lib. 1. antiquit. cap. 30. & Ambrosi. lib. de Cain, & Abel cap. 9. Nembroch tyrannus post Cain cum vita errorem etiam tenuit, cuius meminit Iob cap. 22. num. 17. Dauid psal. 13. num. 1. filius eius noster Sapiens, Ecclesiast. cap. 3. num. 19. Samaritani etiam in illum inciderunt, vt notat Epiphanius hæresi 9. Philastrius hæresi 7. & Damascen. lib. de hæresib. & vltimò Saducæi, vt scribit Iosephus Antiq. lib. 18. cap. 5. & 7. de bello Iudaic. c. 7. contra quos Christus locutus est B Matth. 22. 13. Mar. 12. 18. Luc. 20. 27.

Philo. Ioseph. Ambros. Iob. 22. 17. Psal. 13. Eccl. 3. 19. Epiphan. Philast. Damasce. Ioseph. Math. 22. 13. Marc. 12. 18. Luc. 20. 27.

Ex Ethnicis, primos hunc tenuit errorem Democritus, vt refert Eusebius in Chronic. Plutarchus lib. 4. de placitis Philosophorum cap. 7. & tandem omnium vltimus, qui celebriorem hunc fecit errorem Epicurus, ob quod fœlicitatem in voluptate ponebat, sic Plutarchus vbi supra, Gellius lib. 17. noct. Atticar.

Euseb. Plutar. Gellius.

Exiguum & cum tadio, &c. Alij, *breuis est vita nostra, & molesta.* Ad leuandam ergo molestiam tradunt se delectationibus, & quia breuis est, nolunt amittere diem sine voluptate, vnde medium quod sumunt ad se subleuandum est contra Deum peccare, seu perniciosis voluptatibus se tradere, ex quo postea in reprobum incidunt sensum, vt mox videbimus.

9. Mali ad se subleuandũ peccatum sumunt.

C Duo epitheta, vita breuis, & molesta, ita breuis vt pugillaris dici possit, & digitis metiri: Psal. 38. 6. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* Hebr. *pugillares.* Chald. *leuet.* Symmachus, *sicut extensiones palmarum.* Alij, *veteres.* Alij, *palastrales*, vt Nazian. 5. orat. in Cæsar. frat. omnia significant breuitatem & vitæ ærumnas. Præclara de hac re scripserunt Philosophi, & Poetæ. Quid est homo, ait Aristoteles, *nisi, imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, inuidia, & calamitatis trutina, reliquum verò pituita, & bilis*, ex Stobæo. *Si molestias huius vitæ æstimes*, ait Seneca lib. 16. ep. epist. 100. *etiam puero longum tempus huius vitæ, si velocitatem etiam senis angustum.* In quo loco acutè probat, omnem longæuitatem cuiuscumque vitæ esse breuissimam. *Transeamus, ait, ad eum, qui consenuit quando vincit infantem? Propone profundi temporis vastitatem, & vniuersum complectere, deinde hoc, quod D ætatem vocamus humanam, compara vniuersum, videbis quàm exiguum sit, quod optamus, quod extendimus.* De calamitatibus vitę vide Bellarm. tom. vlt. qui differit de peccati originalis effectibus & eundem Senecam lib. de breuit. vitæ.

10. Vitæ breuitas quanta. Psa. 38. 6. Nazian.

Arist. Stobæus. Senec.

Bellarmi. Senec.

Et non est refrigerium in fine hominis, &c. Alia lectio. *Nec est remedium contra obitum hominis.* Sic Vatabl. Alij, *nõ est medela in obitu hominis.* Alij, *non est medicatio in extremo.* Tam ineuitabilis est mors, vt nullo remedio vnquam euitari potuit; tertium malum vitę, ad finem enim dum pertingit, nullum est medicamentum, nulla pecunia redimi potest. Sic Iansenius, & Osorius, estque sensus litteralis.

Vatab.

Iansen. Osorius.

Glosa Interl. Lyran. Hugo, Bonauen. Carthusianus, & Olkot, aliam afferunt expositionem, nempè, asserere impios post hanc vitam nullum esse

Glo. inter. Lyran. Hugo. Bonauent. Carthus. Olkot.

præmium. Nō improbanda expositio: nam cùm in ea fint isti sententia, animam esse mortalem, consequenter asserunt, præmium in altera non subesse, sicut nec supplicium. Ex qua conclusione magis suam ad peccandum, & ad vitam fruendam stabiliunt libertatem, nulla est pœna, nullum post hanc vitam præmium, fruamur ergo ista.

Et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, &c. Quatuor isti assumunt ad probandam suam conclusionem. Primum vitam esse breuem. Secundum calamitatibus obnoxiam. Tertium, mortale: plana sunt hæc. Quartum non ita, scilicet nullum reuersum esse ab inferis. falsum enim est, vt con-
3. Reg. 17. 22. stat ex 3. Reg. 17. 22. in filio Sarephtanæ 4. Reg. 13.
4. Reg. 13. 21. 21. in illo, quem ossa Elisei suscitauerunt, 4. Reg.
Ibi. 35. 36. 35. 36. in filio Sunamitidis; immò Plutarchus in lib. de sera numinis vindic. ad probandam animi immortalitatem, admirandam Solei Tespesij resurrectionem adducit, & admirandam eorum, quæ viderit narrationem.

10. Quomodo verum nullum reuersum ab inferis. Sed dicendum, quod si secundùm legem generalem hoc impiorum dictum sumatur, verum illud est, si secundùm particulare, vel extraordinarium, falsum: vt patet ex locis allegatis.

11. Voluptas, nec miracula nec mortuis credere permittit. Sed vnum in hoc considerandum, scilicet, quàm futilis sit horum excusatio, ad hoc vt legitimè se alteram non esse vitam credidisse dicantur, quia nullus est reuersus ab inferis, qui eis scilicet enarraret, & alteram affirmaret esse vitam, quasi si reuersus esset, voluptas illorum, cui ipsi, vt serui addicti, fineret, vt crederent ab inferis rediuiuo. Liberet Deus peccatorem, ne semel in potestatem se tradat peccati, & sub dominium voluptatis animam, corpusque submittat suum, nam si semel seruus erit eius, ac voluptatis, nec si à mortuis quis
Luc. 16. 19. resurrexerit credet, vt inquit Dominus Luc. 16. 19. nec si miracula è cœlo pluant. Lazarus è mortuis
Ioan. 11. 12. surrexit Ioan. 11. 12. multa corpora Sanctorum surrexerunt, vt inquit Matth. 27. 53. & tamen non
Matth. 27. 53. crediderunt mortui illum esse Christum, & Dominum cœli, terræque, nec Pharao Moysi credidit,
Cæsarius. etiamsi infinita miracula vidisset. Cæsarius lib. 12. cap. 1. de Guillelmo Comite Iuliacensi narrat ad eum conuertendum aliquid gloriæ suæ ei Deum demonstrasse, cantusque eum audiuisse Angelicos, nec sic tamen peccata deseruisse, immò ad vltimum ad inferna descendisse.

HOMILIA XXVI.

Impiorum error dum peccant, quia breuis eis videtur hæc vita ad voluptates capiendas: cùm contrarium potius elicere deberent.

1. Mali perpetuos se in peccatis esse vellent. *Origen.* EXiguum est tempus vitæ nostræ, aiunt impij, non ad pœnitentiā eliciendam, sed ad voluptates capessendas, breuis est vita, exiguum tempus, fruamur ergo bonis; & tam exiguum eis videtur, vt etsi à principio mundi vsque ad finem essent duraturi, totum hoc tempus exiguum eis videretur ad peccandum, quia quātum ex se perpetui, & æterni vellent in peccatis manere. *Plerique hominum,* inquit Origen. lib. 3. in Iob. in illa verba, *Maledicta dies, in qua natus sum, sub cœlo, carnalem hanc*

A *solam delectantes vitam, ac sola terrena, quæ sunt in corruptione respicientes, diem natiuitatis suæ delectabiliter celebrare studeant: nam hanc existimant portionem suam, & hereditatem, ac per hæc sperant diutius se viuere in corpora, diem verò mortis, nec nominari patiatur,* nec nominari, quia æterni esse vellent, vnde exiguum, & quasi momentaneum totum hoc tempus ad peccandum eis videtur. 2. Exiguum eis totum videtur vitæ tempus ad peccandum.

Væ terræ, & mari, Ioann. in Apoc. 12. num. 12. audiuit vocem clamantem, *Quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.* Quod modicum à principio est suæ eiectionis è cœlo, vsque ad finem mundi, & totum hoc tempus modicum dicit, modicum iudicat ad malefaciendum, ob quod ira repletur, & furore, sic impij, & peccatores membra diaboli etsi pro tempore, mundi haberent durationem, parua ipsis videretur, & exigua ad peccandum, adeo vo- *Apoc. 12. 12.* 3. Diabolus de quo irā habet magnam.
B luptas eorum occupauit corda, eorumque mentes, vt penitus ipsorummet obliti, & in voluptatibus cōsopiti, nunquā ad æternam, alteramque consurgere vellent vitam, *Hanc fundi filijs diffidentiæ,* inquit Bernar. ser. de nimia quadam fallacia huius *Bernar.*
vitæ, qui totos se corporeis voluptatibus, & proprijs voluntatibus tradiderant, fiducialiter fallat vita breuem sese esse fatetur, vt carnaliter doleat quod istar principij sui modicum tempus se habere cognoscant. Pulchrè tales filios appellauit diffidentiæ, quia cùm ad superora peruenire diffidāt, semper hic manere, hic viuere, se hic æternos efficere vellent si possent, non ob aliud vitam appetentes nisi ad voluptates. 4. Peccatores filij diffidentiæ.

Hoc expressit Salomon Prou. 23. num. 31. dum de homine loquens carnali, eiusque fruendi desiderio, *Pr. 23. 31.*
sic ait. *Et eris sicut dormiens in medio maris, & quasi*
C *sopitus gubernator amisso clauo, & dices, verberauerunt me, sed non dolui, traxeraus me, & non sensi, quando vigilabo, & rursum vina reperiam?* Dormiunt ad bonum, consopiti manent ad virtutes, Dei verbera non dolēt, Altissimi monitiones non sentiunt, hoc vnum desiderant vigilare ad vina reperienda, hoc est ad delectationes huius vitæ capiēdas. Quod eleganter expressit Hieronymus siue Beda hic, vbi sic ait, *In medio mari dormit, qui in mundi huius tentationibus positus prauidere motus irruentium vitiorum, quasi imminentes vndarum cumulos negligit, & quasi sopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, studium sollicitudinis perdit, & dicit, verberauerunt me & non dolui: mens quippe à cura sollicitudinis dormiens verberatur, & non dolet; nam sicut imminentia mala non prospicit, sic neque qua perpetrauerat agnoscit,* 5. Cur viuere desiderant. *Hierony.* 6. Peccatoris miser status.
D *trahitque, & nequaquam sentit, qui per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur, qui quidem euigilare optat, vt vina rursum reperiat, quia quamuis somno stuporis sui à custodia premat, vigilare tamen ad curas sæculi nititur, vt semper voluptatibus inebrietur, & cùm ad illud dormiat, in quo solerter euigilare debuisset, illud appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset.* Quæ sententia expressis etiam verbis *Gregor.*
est apud Gregorium pastor. 3. cap. 33. Ad bonum ergo consopiti manent impij, ad vitia vigilantes, viuere vellent, vt voluptatibus inebrientur, volunt viuere, vt delicientur, nollent vitam, si sine voluptate esset, & ideò breuis illis videtur, quia desiderium fruendi immensum in eis cùm sit, exsatiari à voluptatibus vitæ

cùm non possit, eo quo desiderium crescit voluptatis, eo vitæ appetitus, & eo breuis illis hæc videtur, quo sitis delectationum augmentatur, cùm proprium voluptatis sit humanæ non extinguere, sed ad lere sitim.

Eccle. 1. 8.

7. Rerũ hoīus mundi ad explendum desiderium hominis inanitas, vt probauit Salomon.

Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur, inquit noster Sapiens Eccle. 1. num. 8. In quibus verbis argumentum conficit vanitatis rerum huius mundi, seu vt dicam, inanitatis, ad hominis explendum desiderium; nam si in sensibus aliquis extaret, qui exsatiari posset, oculus esset, & auditus, cùm oculus semper videat, & hoc quasi sine repassione, vt sic dicam, cùm in omnibus sensibus ad eorum obiecta fruenda sit aliquid amplius difficultatis, vnde magis reperiuntur. Quòd obseruauit Olympiodorus in hunc locum.

Olympio.

8. Oculi, & auditus sẽsus inter cęteros nobiliores & cur.

Audiendi sensus, ait, *ac videndi, principales, regijque sunt, ac cæterorum sensuum maximè rationales: proprias namque operationes humanæ vitæ per vtiles, ac necessarias, sine vlla satietate efficiunt, gustus autem, odoratus, & tactus citius fatigantur, ac tædio afficiuntur.* Nec mirum, cùm in agendo magis per extraneas reperiantur qualitates, & ideò citius defatigantur; at sensus visus, & auditus, non sic, quia minus corporales. Vnde semper sine defatigatione vident oculi, audiunt aures, & hoc non solum in operando, sed etiam in eorum obtinendo obiecta, cum nihil auditu facilius, nil magis ad manum quàm videre, & tamen cùm hoc ita sit, nec oculus satiatur visu, etiamsi omnia videat, nec auris auditu, etiamsi omnia intelligat, quia impossibile vt quòd videtur, & quod de humanis intelligitur, mentem exsatiet. cum vt inquit Gregorius, *In rebus sensibilibus appetitus placet, experientia displicet.* Et Augustinus serm. 23. de verb. Dom. *Temporalia bona non cessant nos inflammare ventura, corrumpere venientia, torquere transeuntia, concupita inardescant, adepta vilescant, amissa vanescunt.* In quibus Augustini verbis notanda sunt illa, *Non cessant nos inflammare ventura, corrumpere venientia*: nam sicut ventura inflammant, sic venientia, hoc est possessa non satiant, sed corrumpunt, idest putrefaciunt sensum; hinc non saturatur oculus visu, quia nunquam ad quietem peruenit: vnde alia littera. *Non peruenit ad septem*, qui numerus quieti in scriptura attribuitur.

Gregor.
August.

9. Bona huius vitæ nõ satiant sed corrumpũt sensum.

10. Hominis mentis latitudo magna, illã adeo quare bona huius non possunt vitæ.

Nec mirum hoc, cùm talis sit hominis mens, vt etiamsi totas mundi, totas, inquam, delitias possideat, ac voluptates, ita magnos in se contineat sinus, vt quasi non sint, sic deuorabit illas, obæso ipso semper homine permanente, ac propemodum fame pereute. Pulchrè hoc insinuatur Genes. 41. 20. quando enarrans Iosepho somnium Pharaon, sic ait, *Septem boues conscenderant de amne pulchræ nimis, & obesis carnibus, has sequebantur aliæ septem ita deformes, & macilentæ, quæ deuoratis, & consumptis prioribus nullum saturatis dedere vestigium.* Vbi 70. *Et intrauerunt in ventres earum, & non fuerunt manifestæ quòd intrarunt in ventrem earum.* Seu vt Pagninus, *& non est cognitum, quod venissent ad interiora eorum.* Mirum, qualibet vacca deuorante sua, quæ duplo, aut triplo maior erat quàm ipsa, dum qualibet deuorata obæsa, & pinguis, ipsa autem, quæ deuorabat macilenta, & difformis, & tamen licet tales essent deuoratæ non apparuerunt in ventre, nec potuit cognosci quòd venissent in

Gen. 41. 20.

11. Pharaonis vaccæ, desiderij peccatorum symbolum.

A ventrem earum, manente insaturitatis macie, imò aucta etiam, vt inquit Philo li. de Ioseph. Ne mireris, symbolum peccatoris, & mundani est, qui ex vna parte macilentissimus, obæsusque desiderio est voluptatum: ex altera cùm habeat animam extensissimorum sinuum, ac propemodum infinitæ capacitatis, fit hinc, vt si totas mundi delitias, ac voluptates deuoret, ita arida remaneat, vt in ea nec vestigium quidem earum appareat, vnde semper macilentus, semper obæsus, semper sitibundus, semperque magis sitiens maneat, *Comedent & non saturabuntur*, inquit Oseas cap. 4. num. 10. *& fornicati sunt, & non cessauerant, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo.* Vbi Hieronymus tom. 1. *Voluptas*, inquit, *insatiabilis est, & quanto magis capitur, tanto plus vtentibus se famem creat, vana comedentes fame deludit, & vteros deuorantium vacuos derelinquit; fornicati sunt, & non cessauerunt, vires in fornicatione deficiant, & fornicandi desiderium non quiescit.* Nil melius. Quod cùm ita sit, & nunquam voluptatibus, quibus inhiat, expleatur peccator, quid multum? quod breuis ei ad voluptates videatur hæc vita, & de hoc conquæratur.

Philo.
Oseas. 4. 10.
Hierony.

12. Voluptas insatiabilis, famẽ semper excitat.

B

13. Alas habet, quibus volando transit.

Adde, quod cùm voluptates mundi ita transeant, vt volare potiùs eas, quàm ambulare dicas; fit, vt ex hac parte etiam breuis videatur illis ad fruendum vita. *Fratres*, inquit Ioan. 1. cap. 2. 15. *nolite diligere mundũ, neque ea quæ in mundo sunt.* Cuius ratio, *quia mundus transit, & concupiscentia eius*, ita velociter, vt nec si fuerit eius amplius memoria extabit, cùm abundantiæ insitum sæculari mutatio, extranea ei sit duratio. Quòd cõsiderauit Ambrosius lib. de Ioseph. cap. 7. in allato Pharaonis somnio, vaccarumque succidiuo, *Verus somniũ*, ait, *res recentes, posterioribus priora consumpta sunt, & vbi erat ante vbertatis copia, ibi rerum omnium facta est indigentia.* Priorem absorbens abundantiam in eodem temporis momento, cùm non sic voluptas adest, ac iunctim simul non sit miseria; nam & ipsemet Pharao, non in diuersis, sed in eodem simul, bonas, & malas vidit vaccas virentibus, *Aliæ quoque septem emergebant de flumine fœdæ, confectæque macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus.* Vnde simul pascentes, dum pingues virentia carperent, eodem momento à macilentis ipsæ carpebantur: & hoc velociter, cùm huius mundi voluptates eius sint naturæ, vt non ambulare, sed volare potius videantur, *Dies mei*, hoc est felices, patientissimus inquit Iob cap. 9. num. 26. *velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum, pertransierunt, quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam.* Mira voluptatum festinatio, non equidem solum transeunt vti cursor, sed vti quĩ fugit, cuius cursus præceps, impetuosus, timidus, anxius, & insimul vti naues poma portãtes, quas, vt inquit Iob. velocissimas oportet esse, propter periculum putrescendi, si diuturnior sit nauigatio, vnde potius volant, quàm nauigant. hinc Symmachus vertit, *quasi naues festinantes*, & in originali, *sicut naues volantes*: sic præterit, sic transit mundus, sic concupiscentia & delectatio eius, vix attingit, ac præterit, est quasi non sit. *Quo magis festinat, vt sit*, inquit Augustinus, *eò magis festinat, vt non sit*, vix adest, & transmutatur: *Sicut opertorium mutabis eos, & mutabantur*, inquit Dauid psal. 101. 28. vbi Genebrardus. *volabis eas*, volat

Ioan. 1. cap. 2. 15.

14. Abũdantiæ rerum huius mundi nõ cõpetit duratio.

C

Ambros.

15. Iocunditas, & molestis semper in hoc mundo iunctim reperiuntur.

D

Iob. 9. 26.

16. Velocitas, qua bona huius transeunt mundi quanta.

Symmac.
August.
Ps. 101. 28
Genebr.

Aristo.
17. Voluptates vt contemplandæ.

voluptas, vix in puncto sistit, ac illicò deficit, marcescit, consumitur: vnde benè ait Aristoteles. quòd *voluptates contemplandæ sunt non venientes, sed abeuntes*: tum quia abeuntes tristitiam relinquunt: tum quia cùm tam citò transeant, potius abeuntes dici possunt, quàm venientes. Pulchrè Philo lib. de Ioseph. *Vigilantium imaginationes,* ait, loquebatur enim de inanitate vitæ hominis, *somniis sunt simillimæ, veniunt, abeunt, occurrunt, resugiunt, priusquam comprehendantur, auolant.* Quod apprimè callentes impij, ideo de breuitate vitæ causantes, miseri inde argumentum sumunt ad bona fruenda, & ad delectationes, voluptatesque percipiendas, vnde totum elicere deberent oppositum, non esse scilicet mundo vtendum, ac fruendum, quia tempus eius breue est, quia cito præterit. Quæ ratio sic præpotens est apud bonos, vt sicut impios ad fruendum, voluptatesque capescendas inuitat, sic bonos ad eas derelinquendas, ita vt in hoc mundo sint, tanquam non essent. Hinc Paulus 1. ad Corint. 7. 29. *Qui habent vxores tanquam non habentes sint*, ait, *qui flent tanquam non flentes, qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur*: cuius ratio, *quia tempus breue est, & quia præterit figura huius mundi.*

18. Hominum imaginationes somnio simillimæ.

19. Vitæ, vt voluptatis breuitas sicut malis argumentū ad peccandum, sic bonis ad vitia fugienda. 1. ad Cor. 7. 29.

Duas equidem rationes assignat, temporis nempè breuitatem, & cursum, seu figuræ huius mundi celeritatem, ambæ potissimæ: tempus breue est; seu vt syriacè, *tempus omnino contractum est*, seu vt Tertullianus, *in collecto est*. Facit enim allusionem ad tempus quo antiqui viuebant, quod propè mille annorum spatium attingebat, quasi dicat Paulus aliqualem excusationem illi pertendere poterant huius mundi fruendi rebus, nam tempus vitæ largum habebant: at nunc quando ita breue, ita contractum, collectumque est, vt vix aliquis natus, ac mortuus, cur vti hoc mundo? cur de eo gaudere? cur possidere quod emit, cùm si hodie quis emit, cras quod emerat relinquet? ergo secundum Tertullianum breue tempus nostrum dixit Apostolus respectu antiqui, quo patres viuebant. At melius Ambrosius, qui per tempus breue intelligit totum hoc spatium vitæ vsque ad diem iudicij, quod innuere ait affirmasse Apostolum vt timorem incuteret, *Breuiatum tempus, & reliquum*, dicens, *finem mundo imminere significauit, quamuis sciret adhuc tempora superesse, sed aliter scribere non debuit, propter hos qui lecturi hac sunt, cùm perbreue superrit tempus, ne semper dum longè esse putaretur dies iudicij, aut non timeretur, aut falsum esse æstimaretur, terrorem enim incutit ad meliorem vitam agendam hominibus.* Breue ergo secundum Ambrosium totum spatium vitæ mundi nominauit Apostolus, ob quod possidendum tanquam non possideatur, & vtendum tanquam non vtatur: quia totum hoc spatium breue veluti pugillare est, etiamsi vsque ad finem mundi quis viueret: quanto ergo minus rebus nunc erit vtendum, & fruendum, cùm sic pauci sint dies cuiuslibet, & ita breue eius spatium, vt mundi spatio comparatum, vix est, aut esse dici possit.

Tertull.
20. Tempus vitæ quàm breue.

Ambros.
21. Apostolus quod tempus vitæ intelligit quādo dixit tēpus breue est.

22. Mundus præterit sicut repræsentatio alīqua.

Secunda Apostoli ratio est, transitus huius mundi, præterit figura mundi huius, seu vt Erasmus, *Præterit habitus huius mundi.* Sumpta metaphora à repræsentantibus, qui alienis vestibus induuntur, non plus cum eis incessuris, ac repræsentatio durat, vnde transacta, non amplius remanet memoria, nec eius vestigium qui repræsentauit. Cùm mundus tam cito (inquit Paulus) & sicut figura prætereat, ad quid bonis vti? ad quid mundo frui? vxorari ergo viuant, tanquam vxores non habentes. Vbi notandum mundo Apostolum non tribuisse formam, sed figuram: nam illa constantior, ac solidior, figura autem fugax, euanida, & hanc perire affirmauit, non substantiam, nam vt inquit Ambrosius, *Ideo præterit quia quotidie senescit, nunquam fixa & in vno statu permanens, nec sibi constans. Nolite*, ait Anselmus, *constanter mundum diligere, quando ipse quem diligitis non potest constare incassam, cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse quem amatis.* Pulchrè. Quod ideo à summa illa sapientia factum, *vt rerum primarum stabiliumque amore, ac desiderio inardescamus*, vt inquit Nazianzenus tract. de vitæ itinerib. qui extat sub finem operum eius, *vtque discamus à fluxa carnis cogitatione mentem abrumpere, imaginemque illam, quam diuinitus accepimus, puram, atque integram conseruare, vitam ab hac vita alienam ducere, ac denique eam altero mundo, mundum hunc commutando, difficultates omnes huius vitæ, molestiasque forti animo perferre.* Si ergo figura, habitusque mundi præterit, consequenter & nuptiæ, & omnia quæ mundo clauduntur, & si tam cito prætereunt, ad quid illis frui? si tempus ita breue, ad quid eis vti? Ex breuitate ergo durationis mundi sumpsit Apostolus argumentum ad mundum derelinquendum, cuius contrarium eligunt impij, vt semel videas, quàm dispar sit vtrorumque sensus, & quomodo ex vno eodemque flore alij mel carpunt, alij venenum. Sic sanctus Iob cap. 10. num. 20. hoc etiam argumento vtebatur, vt Deus spatium sibi vitæ daret: *Numquid non*, aiebat, *paucitas dierum meorum finietur breui? quid ex hoc? dimitte ergo me, vt plangam paululam dolorem meum*: vt plangam dixit, non, vt delitier, è contra mali.

23. Quomodo dicatur figuram huius mundi præterire.
Ambros.
Anselm.
24. Cor huius mundi tebus cur non figendum.
Nazianz.
25. Deus cur instabiles res fecit.

Job. 10. 20.
26. Iob ad quid tempus expetebat vitæ.

Vocabit Dominus, ait Isaias cap. 22. 27. *Deus exercituum ad fletum, & planctum, ad caluitiem*, & ad cingulum sacci; at peccator quid præstat? *& ecce gaudium*, ait Propheta, *& lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum*: cuius facti rationem assignantes aiunt, *comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Breuitatem vitæ assignant pro ratione luxus, cùm potius miseri assignare eam deberent pro ratione fletus; peccatum sic grande vt ad summam indignationem pertrahens Deus præter morem, naturamque suam, nunquam se illum demissurum spondeat ac promittat, *Et reuelata est*, inquit Propheta, *in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum. Incensus furor*, ait Hieronymus, cuius rationem assignans ait. *Nam nihil sic offendit Deum, quàm post peccata anima erecta ceruix, & ex desperatione contemptus*: Pulchrè, *ex desperatione contemptus*. Vbi per desperationem intelligit Sanctus alterius desperationem vitæ: desperant namque alteram esse vitam, & ob hoc peccare contemnunt, & ex hac desperatione sequitur Sanctus, *Pro fletu, & planctu gaudium habuere, atque lætitiam, & quasi morte omnia finirentur,*

Isa. 12. 29
27. Deus quantum indignatus ex breuitate vitæ aliqui occasionem sumant peccandi, & deflendi.

Hieron.
28. Peccatores eff. enati non credūt aliam esse vitam.

occidentes vitulos, arietesque iugulantes, vt co-
mederent carnes, & biberent vinum, locuti sunt
verba blasphemantium; dum in præsenti sæculo su-
mus, delitijs affluamus, crastina enim dies, hoc est
futurum tempus sine sensu erit, omnem sensum vi-
uentium morte finiri putantes, Ob quod habenas
effrenatis eorum desiderijs laxãtes, per abrupta vi-
tiorum, iniquitatumque disrupta prouentes, in
profundum malorum deuenerunt, cuius radix, as-
sumptum illud pessimum, breuem esse vitam, &
29. Resurrectionis articulus mortuus in peccatoribus iacet.
post hanc nullam aliam superesse. Vt semel videas
quantotum malorum sit origo, negatio articuli
resurrectionis mortuorum, quam isti ore, facto-
que negabant: cùm hodie multi sint, qui licet non
ore, facto tamen illud negant, sic extinctum, si-
uè mortuum eum habentes in corde, sicut & fi-
dem.

Iac. 2. 17.
Fides, inquit Apostolus Iacobus 2. 17. *si non*
habet opera, mortua est in semetipsa. Quomodo
mortua? non secus ac arbor autumnalis, quæ licet
habeat radicem, tamen quia nec folia, nec fructus,
30. Fides vt dicitur mortua.
qui sunt eius vita, mortua dicitur. Sic fides in ho-
mine fideli sine charitate, eiusque operibus, mor-
tua est, licet radicaliter sit in illo, quia nec virtus
theologalis est absque charitate, nec vera virtus,
31. In peccatore nec virtus theologalis, nec vera virtus.
quæ duo à charitate habet. Non est virtus Theo-
logalis, quia non perficit habentem ad vltimum fi-
nem, non facit illum bonum, nec opus bonum fa-
ctum ab illo est perfectum: nec etiam est virtus,
quia licet perficiat intellectum ad cognoscendum
verum supernaturale reuelatum, tamen sine chari-
tate non habet firmitatem in operando in omni
D. Thom. 2. 2. q. 14. ar. 5.
euentu, quæ necessaria est ad hoc vt sit virtus; vide
Diuum Thomam 2. 2. quæst. 14. ar. 5. Informis
ergo est, & licet sit, tamen mortua est, arbor est, sed
Iud. n. 12.
autumnalis, sine frondibus, sine fructu, quæ mor-
32 Hæretici arbores autumnales, bis mortuæ, fideles autem sed peccatores non nisi semel.
tua dicitur, & mortuam eam appellat Iudas Apost.
in sua canon, num. 12. vbi nominat hæreticos arbo-
res autumnales, bis mortuas, quia & radicem fidei
amiserunt, & folia, bonique fructus operis. At fi-
deles sine charitate semel arbores mortuæ dici
possunt, quatenus folia, & fructus non habent,
Plin.
quas Plinius lib. 16. cap. 26. *Infelices, damna-*
tasque arbores appellat. Mortua ergo est fides sine
August.
operibus, inanis est & vacua. Corpus est absque
anima, cadauer prorsus, *Qui rectè amat*, inquit Au-
33. Fides absque charitate inanis.
gustinus libro sexto contra Iulianũ cap. 17. *procul*
dubio rectè credit, & sperat; qui vero non amat,
inaniter credit, etiam si vera sint quæ credit. Simi-
Iren.
liter habet Irenæus libro quarto capite vigesimo
Cypria.
quinto, Cyprianus serm. de zelo & liuore, Ambro-
Ambros.
sius libro secundo Offic. capite secundo & in psal.
Bernard.
1. *Mortua fides est*, ait Bernardus ep. 42. *quæ non*
operatur ex dilectione, quasi non habens animam
ipsam, scilicet dilectionem, qua vegetetur, & mo-
ueatur ad opera. & sermone vigesimo quarto in
cantic. *Qui diuidis actum à fide, iniquè diuidis fi-*
dem, perimis tuam, nam fides sine operibus mor-
tua est, munus mortuum offers Deo, credis in Deum,
fac Christi opera, vt viuat fides tua, fidem tuam
34. A dilectione animatus.
dilectio animet, probet actio. Nil melius. Animat
dilectio fidem, sine dilectione inanimata consi-
stit, mortua sine operibus, at quis eam occidit? o-
pera siquidem mala, tu eam occidisti, quando ma-
35. Quomodo occiditur.
lè egisti; occidisti eam, quando animam ei ab-
stulisti, charitatem nempè, ergo malis operibus oc-
ciditur, necatur, interimitur fides. Vnus equidem
ex eius articulis est resurrectio mortuorum, ergo

A si hic occisus in te manet, sicut eius parens, tu
eum occidis, quando malè viuis: & licet ore dicas
eum credere, facto tamen eum negas, & sic viuis
acsi omnino illum non crederes: ore dicis credo
aliam vitam, & resurrectionem esse, factis negas,
ob hoc culpabilior factus quia credis, & non sicut
credis operaris, & magis culpabilis, quàm isti. nam
etsi isti mala agebant, voluptatibusque se addice-
bantur, tamen aliam esse vitam non credebant:
at tu qui dicis credere aliam esse vitam, immor-
talem esse animam, rationem reddendam, Deum 36. Mali Christiani duplicem merẽtur supra eos qui nõ sunt pœnam.
esse iustum iudicem, & tamen sicut illi, & tu
viuis, immo peiora operaris, nonne duplo peior
es, quàm illi, duplumque mereris infer-
num?

Hoc adnotauit Origen. hom. 3. in Hier. expli- Origen.
cans illa verba cap. 50. *Aperuit Dominus thesau-*
rum suum, & protulit vasa iræ suæ. Thesaurum
B *Domini*, ait, *ego confidens dicam esse Ecclesiam*
Dei, & in isto thesauro sæpe homines latitare, qui
sunt vasa iræ. Et infra, *In thesauro Dei vasa iræ*
sunt, extra thesaurum vasa peccantia; non sunt va-
sa iræ, sed vasis iræ minora sunt, serui enim sunt
ignorantes voluntatem Domini sui, & non facien-
tes voluntatem eius: vnde minori digni pœna,
quàm is, qui scit, & non facit. Ergo peiores hodie
qui animam esse credunt immortalem, & sic vi-
uunt ac isti, qui illam esse dicunt mortalem, & in-
super vitam esse breuem, immo breuissimam, ob
quod miseri cruciantur, & dolent, stultissimeque
ex breuitate illius impiam sumunt, stolidamque
rationem voluptatibus se tradendi ac in illis pror-
sus se sepeliendi, dicentes, vt inquit noster Sapiens,
exiguum, &c.

C

HOMILIA XXVII.

Impij ad leuamen molestiæ huius vitæ sumunt in ea delitiari, & contra Deum peccare, sed falluntur.

E*Xiguum esse tempus vitæ*, aiunt impij, ob
quod ea fruendum, nunc alterum peccandi
addunt incitamentum, nempè molestiam. *Exiguũ*
tempus, & cum tædio, idest molesta, plena dolori-
bus, & anxietatibus, quapropter ad earum subleua-
men, delitiandum, animoque fræna laxanda, quid
D turpius? miseri sunt, & ad subleuamen miseriæ alte-
ram maiorem sumunt, peccatum nempè, vnde non 1. Peccatorũ insania dum ad effugiẽdum miseriam, alterã assumunt peiorẽ, peccatum nẽpè, quo miserrimi euadunt.
mirum si miserabiliores euadant.

Hoc præclarè dixit Augustinus in psal. 32. con. 2. August.
exponens enim illa verba psalmi, *Beata gens, cu-*
ius est Dominus Deus eius, sic ait. *Cùm sit malitiæ*
indiuiduus comes miseria, peruersi non solum mali
esse volunt, & miseri nolunt, quod fieri non potest, sed
ideo volunt mali esse, ne miseri sint. Considerate hoc
paululum in omnibus hominibus, qui malefaciunt,
beati semper esse volunt, furtum facit, quæris qua-
re? propter famem, propter necessitatem, ergo ne
miser sit, malus est, & ideo miserior, quia malus est.
Depellendæ ergo miseriæ causa, & acquirendæ
beatitudinis faciũt omnes homines quidquid mali
faciunt,

faciunt, vel boni, & cùm ita sit decipiũtur sanè, quia addit, *Non continget omnibus, quod omnes esse voluerint.* Quod manifestissima probat ratione sic argumentãs, Qui appetit esse beatum, ex vno appetit transire statu misero ad alium fœlicem, ad alium meliorem, sed est impossibile vt sit beatus peccator per illud obiectum, quo appetit ad se beatificandum v. g. per diuitias, per honores, &c. ergo est impossibile vt beatus euadat. Probat hoc Sanctus, quia ad hoc vt beatus quis fiat, debet hoc operari per obiectum melius ipso, & quod beatificare illum possit; sed quidquid homo ex istis rebus appetit, non est ipso melius, sed deterius, ergo ipsum efficere meliorem res istæ non poterunt, ergo nec beatum. *Beatus esse vis,* inquit Augustinus, *ex pecunia, & prædijs, fundis, domibus, mancipijs, pompa sæculi, honore volatico, & perituro, habendo aliquid ex istis, volunt beati esse, quære ergo quid habet, vt beatus. Cùm enim beatus fueris, melior vnquam eris, quàm cùm miser es. fieri autem non potest vt res deterior faciat te meliorem. Homo es, deterius te est quidquid cupis, quo beatus esse desideras, aurum, argentum, qualibet corpora, quibus inhias, acquirendis, possidendis, fruendis inferiora sunt, tu melior es, tu fortior es, & vtique vis esse melior te, & ea quæ ad hæc perquiris deteriora sunt te.* Nil melius. Deteriora sunt omnia ista, ad perfectionem non attingunt humanam, seu hominis, in statu fœliciori & perfectiori nos sumus, eò quòd homines sumus, & tamẽ statu nostro non contenti altiorem quærimus, & sublimiorem, beatum nempe, quo perficitur, & perfectionatur ipsa natura, & ex statu hominis humani, volumus transire ad statum hominis diuini, vt sic dicã, bonum equidem appetimus, optimamq; rem, immo illud appetimus, quod impossibile est vt non appetamus, nam desiderium beatitudinis sic insitũ à natura nobis, vt nemo sit, licet barbarus, licet ignorans, dummodo ratione non careat, qui enixè non appetat beatum esse, & fœlicem, & ad statum meliorem transire, quod est illud, vt inquit ipsemet August. 13. de Trin. c. 3. quod si omnibus diceretur, omnes assentirent, & licet voluntates omnium sint occultæ, & quid quisque appetat ignoretur, tamen quod omnes beatos esse velint, nemo est qui ignoret. Vnde cùm non placuisset Augustino dictũ illud mimi, qui promisit se in theatro dicturũ, quid quisque in sua voluntate haberet, & dixisset, *Omnes velle vili emere, & carè vendere* cùm enim hoc consurasset Augustinus, quia aut ex virtute, aut ex malitia, aliqui sunt qui nolunt aut vili emere, aut carè vendere, subdit postea, *At si dixisset, omnes beatos esse vultis, miseros esse non vultis, dixisset aliquid, quod nullus in sua non agnosceret voluntate.* Ex qua propositione firmiter postea deducit, quòd quisquis aliquid appetit, ex voluntate beatitudinis appetit, ex desiderio nempe essendi beatum, vnde subdit. *Quidquid enim aliud quisquã latenter velit, ab hac voluntate, quæ omnibus hominibus satis nõ est, nõ recedit.* Omnes ergo beatos esse volunt, & appetũt, & hoc omnibus insitum est: sed errorin eo, quia ad beatitudinem consequendam assumunt media, quibus miserabiliores fiunt, seu obiectum beatitudinis in eo reponunt, quod acquisitum miserabiliores eos constituit.

2. Res huius mundi non beatum facere hominem non possunt.

August.

3. Omnes beatitudinẽ appetunt.

Idem.

Hoc equidem non solum Christianus, sed etiam ipse Gentilis cognouit. Cicero enim reprehendens quosdam Philosophos, qui beatitudinis reponebãt statum in viuendo, vt quisque vellet, seu in possidendo totum id, quod quisque appeteret, inquit, *Falsum id quidem est, velle eum quod non deceat, id ipsum miserrimum est. Nec tam miserũ est non adipisci quod velis, quàm adipisci velle quod non oporteat.* Quam doctrinam confirmans Aug. ait, *quòd nudus sit, nisi qui mente cæcus est, qui hoc nõ videat.* Et tamen cùm ita sit ad subleuandam miseriam homines peccatum assumunt, quo nihil potentius ad miseros eos constituendos, & vt vnam miseriam leuent, alteram addunt miserabiliorem, alteram nequiorem.

4. Velle, & consequi quod non decet miserum est.

Idem.

Peruersus Caim, vt suprà diximus c. 1. n. 12. hom. 1. miserrimũ se existimabat prospiciens Abelem sibi prælatum, vnde tristis, & concisus sic incedebat, vt & ipsemet Deus eius compateretur, cuius delinire desiderans dolorem ait illi, *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* seu vt legit Chald. *quare ceciderunt vultus tui?* aptè dictum: nam peccator cùm in rebus huius sæculi voluntatem ponat, & non in Deo, qui vnus, fit vt non vnum vultum habeat, sed plures, tantos scilicet quantæ sunt illæ, ex quo fit vt multiplices vultus habeat, mutatis illis, ac concisis ad mutationem, concisionemq; rerum quas amat, & diligit. Quòd egregiè dixit Orig. in 1. c. Reg. super illa verba, *Erat vir vnus. Pertinet ad laudẽ iusti, ait, quod dicitur de eo, erat vir vnus, nos qui adhuc peccatores sumus non possumus istum titulum laudis acquirere, quia vnusquisque nostrum non est vnus, sed multi: intuere namq; alicuius vultum nũc irati, nunc iterum tristis, paulò post rursum gaudentis, & iterũ turbati, & rursum lenis, in alio tempore de rebus diuinis, & vita æterna actibus consulentis, paulò post, vel quæ ad auaritiam, vel quæ ad sæculi gloriã pertinent molientis, vides quomodo ille qui putatur vnus esse non est vnus, sed tot in eo personæ videntur esse quot mores.* Nil melius. Hinc Caini vultus multiplices, ad vnam fratris concussi, siue excissi prælationem, summam ipsius miseriam eius æstimans fauorem, ad illam subleuandam, fratricidium cogitauit, & vnam altera maiori subleuare miseriam, ex qua postea infelicissimus euasit: ad cuius instar, & cæteri sunt peccatores, qui multiplicibus se molestijs huius grauati vitæ, dũ delectationibus indulgere ad illas subleuandas pertendunt, in maiores incidunt, & ipsis carnis illecebris grauati gemunt sub onere, quòd sæpè, & ipsamet defatigata caro excutere præsumit, vt eleganter dixit Ambros. in cap. 16. Lucæ super illa verba. *Erunt enim ex hoc quinque in domo vna,* vbi tractans quomodo non solum anima, sed ipsamet caro suis defatigatur cupiditatibus sic ait; *Caro quoque grauium laborum defœnerata sorte, vt vsuræ iniuria miserabilis fatigata, vbi se cupiditatibus suis quas sibi ipsa generauit, tanquam sensibus mundi doluit esse confixam* (notanda verba) *veterem hominem festinat exuere, vt se sibi auferat, ne improuidam parentem successio peritura destruat.* Nil melius. Vbi notandum, sentem Ambros. cupiditates vocasse carnis, quibus configitur, dum delectatur, hinc cõsecutio appetitus doloris est augmẽtum, & ibi dolere incipit vbi delitiari pertexit, miserabilior suamet effecta cõsecutione.

Gen. 4. 14

5. Peccator multos obtinet vultos.

Origen.

6. Peccatores sub onere gemunt.

Ambr.

7. Caro ipsa peccatis defatigatur.

8. Cupiditates sentes sunt & spinæ, pungũt dum obtinentur.

Miserabilior inquam, nam nulla alia miseria maior, quàm quod Deus in manus hominem desideriorum tradat suorum, permittens in peccati pœnam, vt desiderijs potiatur suis. Hæc fuit illa, qua Gentiles puniuit, qui in reprobum abierũt sensum, vt inquit Apostolus ad Rom. 1. num. 24. *Propter quod tradidit Deus illos in desideria cordis*

9. Desideriosũ malorũ consecutio, vltima pœnarum inflictio.

Ad Rom. 1. 24.

eorum, seu vt Syriacè, *cupiditatibus impuris cordiū ipsorum tradidit*, hoc est permisit, vt peruenirent ad ipsa sua desideria, *Subdēs*, vt inquit S. Thom. hîc, *rationem appetitui, quod est contra naturam*. Vnde cupiditatibus subditi impuris dum cum voluptate hæc connubunt, vt subtiliter dixit idem Ambros. vbi suprà dum ait: *Rursus cupiditatem irrationabilis motus quasi cuiusdam forma decore fucato, voluptas lenociniis illectans, eam sibi tanquam in vsum societatis asciuit, ita velut quædam corporis, atque animæ nurus voluptas motui praua cupiditatis innubit* miseri ex vna in aliam deuenientes cupiditatem, in nullaque sistentes, in omnes eas simul miserias inciderunt, quas ibi narrat Apostolus, & dum per sua deteriora, vt inquit August. appetierūt euadere meliores, peiores effecti, in barathrū omnium inciderunt miseriarum. Vnde sapienter August. vbi suprà, ostendens medium quo ad statum peruenire possimus meliorem, ait, *Quære ergo quod melius est, vt efficiaris melior te, melius autem animo tuo est Deus tuus, quia cùm fueris perfecta, & incompatibilis natura, æquabitur Angelis, hunc ama, hunc posside, & beatus eris.*

S. Thom.

10. Peccatores vnum quid fiunt cum iniquitatibus, cum eorum cupiditate voluptas nuptias cōtrahens.

11. Deus appetendus vt beati fiamus.

Ex quo Augustini dicto clarè elucet quantum decipiantur illi, qui ad subleuandas huius vitæ augustias, Deo derelicto peccata assumunt, quia cùm in se Deus omnes includat delitias, quid insanius, quàm extra, immo & contra Dei voluntatem eas quærere? vnde non mirum si semper mali famelici sint, & fame moriantur; immo ipsis voluptatibus obruti, non effugiant miseriam, sed commutent, augeantque, cùm non solum anima, sed ipsummet corpus opprimat voluptas, quam expetunt. *Estque non menti solum*, inquit Chrysostomus hom. 39. in 1. ad Cor. *sed ipsi etiam corpori inimica, & infensa voluptas, ex forti debile reddit, è solido eneruatum, morbidum è sano, tenue ex compacto, ex florente, & formoso, deforme, olidum ex flagranti, ex mundo, & puro, immundum, ex vtili inutile, ex recenti vetus, ex robusto flaccidum, ex celeri tardum, ex recto claudum.* Vnde de istis dici potest, quòd dum vitam per delicias iucundè procurant, per ipsasmet mortem acquirant antequam moriantur: nam homo delitijs addictus, etsi viuat, & vt viuens degat, & operetur, tamen melius mortuus quā viuus dicitur, *Vidua*, inquit Apost. 1. ad Tim. 5. n. 6. *quæ in delicijs est viuens, mortua est.* quasi dicat, viuens non viuit, sed vitam corporis obruit animæ morte, *Cupiditas*, inquit August. in Psal. 5. in illa verba, *qui exaltas me de portis mortis, porta mortis est, quia mortua est vidua in delicijs viuens, ad quas delicias per cupiditates tanquam per portas mortis peruenitur.* Vita enim corporis est anima, qualis ergo erit vita corporis, si vita eius, quæ est anima non degit viuens, sed mortua; vnde in talibus anima, non vt in viuo corpore, sed vt in sepulchro quodam fœtido ac puttido degit, & viuit: *Immodicæ delitiæ*, inquit Theodoretus, *rationem obruunt, & efficiunt, vt in corpore tanquam in aliquo sepulchro iaceat*, & D. Chrysostomus vbi suprà glosans Apostoli verba, quæ diximus, inquit, *Vidua in delitiis est mortua, quia velut sepulchrum corpus mille malis deuinctū circumfert.* Egregiè, & quod quotidie experimur, homines scilicet carnales, & deliciosos, corpus ita fœtidum, marcidumque habere, sicque male olere, vt potius mortuorum sepulchra dicas, quàm viuorum corpora: ex quo fit, vt tantum absit, quod subleuamen miserijs peccando inueniant, vt potius

12. Voluptas non tātum animam sed corpus perimit

Chrys.

13. Homo sensualis viuēs mortuus dici debet.

1. ad Tim. 5. 6.

August.

14. Corpus peccatoris animæ sepulchrum fœtidum in quo mortua ipsa iacet

Theod.

Chrysost.

A ad vltimum deueniant miseriarum, quod est mors, & mors viua, quæ eos semper cruciet, torqueat, & affligat.

Infelix Amnon 2. Reg. 13. n. 14. miserè iacebat in lecto, & plusquam dici potest miserrimum se æstimabat ita vt penitus macie consumeretur, quod videns amicus dixit, *Quare sic attenuaris macie fili Regis per singulos dies?* nec mirū, nam inquit scriptura, *quod deperiret valde propter Thamar sororem suam*. seu vt Pagnious, *& angustiis afficiebatur*, seu vt Sept. *& tribulabatur ita vt ægrotaret.* Ad subleuandam ergo hanc suam miseriam, hanc suam angustiam, hanc suam tribulationem, mediū, quod sumpsit, sororis extitit violatio, desiderij expletio, se fœlicem post potita reputans futurum. at quàm miser postea effectus sit, quis explicet? sensit domui suæ ignominiam, sororis vituperium, & odium, patris afflictionem, fratris inimicitiam, suam B denique infamiam, & expertus est maius hoc vltimum esse malum, quàm primum, maiorem hanc vltimam miseriam, quàm priorem, *Et exosam eam habuit Amnon*, inquit scriptura, *odio magno nimis, ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat.* vbi Sept. *Et odit eam Amnon odio magno valde, quoniam magnum fuit odium quo odit eam, super amorem quo amauerat eam.* Postrema verba notanda, denotant enim maius fuisse malum vltimum, quàm primum, maiorem miseriam, maiorem afflictionem, maius tormentum, & vnde miser subleuamē sperabat, inde maius tormēti onus sustinuit, & vnde effugere mortem, inde vitæ perditionem, immo mortem reperit vitalem; non solum peccatum, sed ipsam etiam peccati abhorrens materiam, quæ ante illud in tantis habebatur delicijs. C Vt egregiè dixit Bachiarius epist. ad Ianuarium de recipiendis lapsis hanc considerans Amnonis pœnitudinem post lapsum, *Amnon*, ait, *Dauidis filius, cùm in sororis suæ stuprum illicita flamma caluisset, post modum eam magis exosus est, quā amauerat ante, & pro hoc facto occisus est à fratre, & agnita culpa erroris non mansit in crimine, sed materiam ipsius peccati vehementer exosus est.* Pulchrè, non dixit peccatum, sed materiam peccati, quia peccatum abhorrere non multum, at materiā post illud, mirum, quia peccatum nunquam ex se concupitum, nūquam per se malum intentum, nisi ratione eius materiæ, hanc ergo odisse sic, post talem, tantamque eius concupiscentiam, post talem amorem, mirandum, quod equidem non aliūde, nisi quia post peccatum patratum, transactaque concupiscentiæ insania, materia illa non amplius D vt obiectū delectationis, sed doloris aspicitur, prius enim vt delectabile quid apprehensum auidè expetiebatur, experientia accedente nullam veram reperiens homo voluptatem, abhorret, quod prius diligebat. nam vt inquit Chrys. hom. 22. in ep. Pauli ad Cor. nulla in opere existit malo voluptas, *Vitiū autem*, ait, *nomen tantum voluptatis habet, re vera autē omni caret voluptate, nam antequā finiatur insania est non voluptas, postea verò quàm eam consecutus quis est, quā primū & ipsa extinguitur: si igitur neque in principio, neque post modum huiusmodi videre voluptatem licet, vbi apparet, & quomodo?* Quod exemplo illustrās quasi Amnonis factum indigetans, sic sequitur, *Vt autem apertius quod dico intelligas, exemplum sermoni nostro adducamus, amauit quispiam mulierem pulchram, hic quousque amore suo non potitur, furentibus, & insanientibus*

2. Reg. 13. num. 4.

15. Amnon dū vnam fugit miseriam, in alteram incidit maiorem.

Bachiarius.

16. Peccatores post peccatum ipsam materiam abhorrent peccati in pœnam eis cedentem.

Chrysost.

17. In vitio nulla vera voluptas.

similis est, càm potitus est, cupiditas illa extinguitur, quod si nec in amoris principio latatur, insania enim id est, neque in fine, coitu enim furor dissoluitur, vbi iam eam voluptatem inuenienus? nullibi equidem, immo amaritudinem: nam vt inquit August. lib. 1. q. ad Simplicianum tom. 4. super illa verba Paul. ad Rom. 5. *Peccatum fefellit me. Occasione accepta per peccatum, non legitimè vtens lege, ex prohibitione aucto desiderio dulcius factum est, & ideo fefellit, fallax enim dulcedo est, quam plures, atque maiores pœnarum amaritudinem consequuntur.* Hinc post transactum furorem in suo esse sensu reddito, quòd prius amens non viderat percipit, suisque punctus deformitatis stimulis, abhorret quam amauerat, odit quam diligerat, fugit quam prosequebatur.

18. Desiderium peccandi dulce reddit peccatum, eo transacto eius percipitur amaritudo.

Hoc quod semel Amnon, quotidie nunc peccatoribus euenit, dum peccatum suæ subleuamen miseriæ faciunt, immò sic in dies miseriores euadunt, vt per continua crescentibus desiderijs momenta, cùm ea explere non possint, non quòd nolint, nec quòd materia desit, sed quia ipsamet caro defessa iam impotens ad ea inuenitur, in eorũ ipsummet voluptatis desiderium, ipsamet peccandi prompta materia cedit tormentum, *A vigore enim proprio deficit caro*, inquit Greg. Mor. lib. 17. c. 24. super illa verba, *Pauit sterilem & viduae non bene fecit, & tamen adhuc transitoria concupiscere non desistit; iamque à pristino robore lassata, pene ab ipso, quem diligit mundus repellitur, & tamen adhuc reprobo obtinere temporalia conatur, agere iam peruersa sufficit; sed tamen cogitare vel qua non facit, nequaquam desistit.* Nil melius. A mũdo repellitur ipse peccator, quia iam caro pristinum robur non habens, tanquam senem, defæcatamque seruam ad seruitium amplius non valentem eam repellit mũdus, immo ipsamet tamquam impotens, senilisque ætatis vltro seruire non desiderat, sed tamen cogitur; quia etsi vires ad peccandum malis deficiant, non deficit voluntas, vnde sub onere infelix ipsa succumbens non amplius ad delicias, & voluptates, sed ad tormentum, & miseriam peccatori deseruit, quem iam ab ea nõ subleuat, sed grauat, sed premit, emeritas suæ insaniæ luens pœnas, dum deceptus putauit, subleuamen miseræ huius vitę desideriorũ esse expletionem, & voluptatis complementum, vnde ex eo, quod sperauit felicitatem, inuenit defatigationem, & vitium, immo & vitæ consumptionem.

B

19. Caro ipsa peccatoribus cedit in tormentum. *Gregor.*

20. Peccati fastidiens, peccandi tamen desiderium augetur.

21. Caro ipsa etsi inuita à peccatoribus aliquando cogitur peccare.

C

Nec mirum, nam cùm huius infelicitatem vitæ mali non superna, ac cœlesti, sed terrena ac inferiori redimere desiderent felicitate, fit, vt cùm hęc nũquam sine defatigatione acquiratur, & bello, in ipsamet felicitatis acquisitione defatigentur: & sæpè sæpius in ipsamet deficiant acquisitione. Vnde dum ad subleuamen suæ miseriæ appræhendunt vt medium, voluptatis acquisitionem, in ipsamet acquisitione defatigari multoties antequam ad optata perueniant, deficiant, & in miseriarum summum deueniant. *Ciuitas malorum*, inquit August. lib. 15. de Ciu. de progressu duarum ciuitatum, *hic habet bonum suum, cuius societate latatur, qualis esse de talibus rebus lætitia potest; & quoniam non est tale bonum, vt nullas angustias faciat amatoribus suis, ideo ciuitas ipsa aduersus seipsam plerumque diuiditur, litigando, bellando, atque pugnando, & aut mortiferas, aut certè mortales victorias acquirendo:* apprimè dictum, *mortiferas, & mortales victorias acquirendo.* Infelix semper peccator, siue optata acquirat, siue eis careat, miser ante voluptatem, miserrimus post illam, infelix victus, infœlicissimus victor existens, quia ipsius victoriæ mortiferæ, & mortales sunt: & insuper infelix, quia in istis optans pacem infimis, perspiciensque hanc acquiri non posse nisi bellando, miser, & infelix, ipsummet optat & expetit bellum. *Concupiscit*, sequitur Augustinus, *terrenam quandam pro rebus infimis pacem, ad eam namque desiderat peruenire bellando.* Ex quo miser amplius factus, tædio vitæ huius, addit ipsemet tædium, & dum illud euitare vult, peccando accersit, suamet voluntate praua deceptus, quæ peccatũ, vt medium, vult assumere ad subleuamen miseriarum, laborumque huius vitæ, quam mali affirmant esse breuem, & cum tædio, dicentes, *Breuis, &c.*

D

22. Peccator in ipsa voluptatis acquisitione misserimus *August.*

23. Peccator semper infœlix, siue optata acquirat, siue non.

A

HOMILIA XXVIII.

B

Peccata, malaque opera in quale barathrum faciunt hominem incidere.

BReuis est vita, aiunt, & cum tædio, lætandum ergo; tertiam insuper addunt rationem, nempe quia, *Non est refrigerium in fine hominis*, nullum post hanc vitam præmium, nulla pœna, nulla beatitudo.

Attende quæso gradus. Prima ratio ad fruendum fuit breuitas vitæ, videbatur non sufficiens, quia poterat esse breuis, sed iucunda, sed non molesta, addunt molestam, breuis, & cum tædio, hoc etiam nec sufficiens videbatur; quia si breuis, si molesta, remanebat altera, diuturna, & æterna, bona, aut mala, remanebat præmium, remanebat pœna, obstaculum hoc voluptati erat validum, quid ergo? non sit prœmiũ, non sit pœna, non sit refrigeriũ in fine hominis: ergo delitiandum in hac vita, in hoc barathrum eos deiecit voluptatis desiderium, pessimaq; quæ faciebant opera hoc promeruerunt, vt tandem amitterent fidem, qui charitatem deperdiderãt. Quod licet obiter attigimus hom. 1. nunc ex professo, necessaria enim doctrina hisce præsertim tẽporibus, quando fræna vitijs laxantur, & putant actum, dummodo eredãt, imò se stabiles in fide sperant futuros, etiamsi pessimè viuant: falluntur, quia certa, vera, ac infallibilis propositio est, quod petit tandem fides, quæ operibus non fouetur. Vnde D. Paul. scribẽs ad Tim. 1. c. 3. n. 9. *De diaconis*, inquit, *vt habeant mysteria fidei in conscientia pura*, id est, vt inquit Theodoret. & Theophilactus, *vt teneant puram fidem, & simul vitam para fidei conformem*; quia, vt inquit Oecumenius hoc loco. *Neq; vnguentum in capsula reconderetur, quæ luto plena esset, neque in homine impuro fides immitteretur*; adde tu, *neque conseruaretur à Deo.* Vnde Augustinus, *Gratis simus ex eo quòd habemus, vt addatur quod non habemus, & non perdamus quod habemus.*

1. Gradus quibus ad perditionẽ peccatores peruenjũt, ex voluptate.

C

2. Perijt fides vbi non adsunt opera. 1. ad Tim. 3. 9. *Theod. Theoph. Oecum.*

D

August.

Enimuero fides nostra est illud lumen in nobis, quod omnia opera nostra illustrat, est quidem lumẽ in lampade animæ nostræ, quod ante Deum splendens grata facit opera, sine quo lumine nullus Deo placere potest: sed tamen opera sunt oleum quo illud alitur, & quo deficiente necessarium est vt & ipsum deficiat, *Extinguitur lampas hominis*, inquit Chrysostomus in imperf. *quando fides eius deficit, & quemadmodum subducto oleo, minuitur*

3. Ipsa est lumen, opera oleum, hoc deficiente deficit ipsa. *Chrysost.*

lumen lacernæ; sic malus consideratione operum suorum malorum semetipsum confundit; vnde Paulus, habentes fidem, & bonam conscientiam, quam quidem repellentes naufragauerunt circa fidem. Vide eundem hom.13. in ep. ad Ephes. & hom. 26. in
4. Christianus à se amouẽs opera Deus ab illo tollit fidem. Ioan. & hom.13. in imperf. Naufragauerunt circa fidem, idest iacturam fecerunt iusto Dei iudicio, qui videns operã Christiani fidei contraria, dum non viuit secundùm illam, amouet ipse ab illo fidem, dum ipse à seipso opera elongauit. Hoc est illud A-
Apoc.2.5. poc.2.5. quod ad Angelum Ecclesiæ Ephesi scribens pronuntiat Deus. *Prima scilicet opera fac, sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum de loco suo*, id est, *mouebo te de societate fidelium*, vt in-
Haym. quit Haymo. *& extra Ecclesiam te faciam.*

5. Ephes. Episc. amissio minatur fidei, si opera nõ faciat perfecta. In qua sententia notandum, quod Ephesi Angelus, seu Episcopus ille per Angelum significatus, opera bona faciebat, sed nõ prima, id est nõ ita feruorosa, charitate ardentia, sicut prius; quod inde elucet. quia superius dixerat ei Dominus, *Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam re-*
Richar. *liquisti.* Ex quo argumentatur Richardus de Sãcto Vict. quod hic Episcopus in gratia perstitit accepta, sed nimis securè vixit, & quædam nimis oscitanter egit, vnde de summo perfectionis gradu ad miseriorem per suam incuriam descendit: agebat ergo opera, sed non ita prima sicut erant priora, & tamen minatur illi Deus, quòd ab illo mouebit candelabrum, id est extra Ecclesiam eum constituet. Quid ergo faciet illis, qui nulla opera bona, immò multa operantur mala? nonne iusto iudicio suo aget, vt qui gratiam eius deseruerunt, ipsa Dei gratia, quæ est eius fides, eos etiã deserat: Vnde aptè per S. Greg. 25. Mor. c.10. dicitur, quod qui fidem malis operibus insequuntur, iusto Dei iudicio ipsam etiã
Greg. fidem perdunt. *Nõnulli*, inquit, *medullitus ipsam fidem tenent, sed viuere fideliter nullatenus curant, insequuntur enim moribus, quod credulitate venerantur.* Notanda verba, *Quibus diuino iudicio sæpe contingit, vt per hoc quod nequiter viuunt, & illud perdant quod salubriter credunt, & sæpe cùm benè*
6. Peccat. nullo persequẽte amittent fidem, & cur. *viuere negligunt, etiam persequente nullo vsque ad perfidiam dilabantur.* Ponderanda singula verba, primò illa. *Nonnulli medullitus ipsam fidem tenent*, secundò, *insequuntur moribus*, & tertiò demum illa, *nullo persequente vsque ad perfidiam dilabantur.* Ex quibus innotescet quàm periculosus status hodiernus sit Christianorum, medullitus credunt. moribus fidem insequuntur; cur securi de fide stant? quia persecutorem non vident infidelem, nullo equidem persequente eam amittent, *Qui propter voluptatem carnis*, inquit Sanctus Pater
S. Max. Maximus centur. 3. c. 18. *seipsam assuefacit*, non obtemperare Deo, *occasione dictante ipsam quoque Deum negabit, præferens Deo vitam carnalem, cuius solius voluptates pluris fecit, quàm voluntatem diuinam.*

Nec mirum, nam si aliquis domum aliquam funditus destruere velit, si cætera omnia quæ super terram sunt semel destruxit, contra quod aliud insurgere potest, nisi cõtra ipsa fundamenta, cùm nil aliud remaneat? vox certè, vox dæmonum est illa
Ps. 136. n. 7. Hierusalem, id est animam nostram destruere conãtium, quæ per Prophetam dicitur, nempè, *Exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea.* Psal.
7. Dæmones, quando contra fidẽ hominis insurgunt. 136. n.7. id est destruatur quidquid virtutis, quidquid ornatus, quidquid molis positum est supra fidei fundamentum, remaneat sola fides nulla, quæ est fundamentum: at postquam vident sic animam

A desolatam, sicut prius cõtra domum ipsam contra parietes, & tecta, contra culmina & ornatus inuehebantur, quando postea totum istud destructum abolitumque viderint, contra ipsa fundamenta se armabunt, vt ea destruant, vnde non mirum si destructa domo, ipsam postea funditus euellant, nil penitus in ea remanente, quod est non solum destruere, sed etiam exinanire. Hoc dixit Sanct. Greg. Greg.
vbi supra. *Inimici destruentes, ait, vsque ad fundamentum, Hierusalem exinaniant, quando peruersi Spiritus à corde fidelium destructo prius ædificio boni operis, soliditates quoque exhauriunt religionis vsque ad fundamentum: ergo exinanisse est euerso* 8.
bene viuendi opere, etiam robur fidei dissipasse. Vnde ob hoc, proh dolor! videmus nunc in tam paucis veram fidem remansisse quia, vt dixit Hieron. in
B ep. ad Gal. c. 4. n. 3. *Cùm dilectio procul abfuerit, & fides pariter discedit.* Fides discedit dilectione absente. Hieron.

Veniens enim Dominus noster esuriens ad arborem fici, vt inquit Math. 21. n. 19. & non inueniens Mat. 21. 19.
in ea nisi folia tantum, eam maledixit, & protinus exsiccata est. Fides est hęc arbor, vt aiũt communiter Doctores hîc, plantata ab initio in anima nostra, cuius folia sunt præclara eius dogmata, ac mysteria, de quibus nos tantum gloriamur: sed ad quid sunt hæc, nisi habeant fructus secum suos? opera scilicet, quibus pasci possit Dominus ficulneæ, qui æstuat. & esurit ob fructus, non ob folia, quos cum non inuenerit. eam maledicet, & protinus quæ viridа exsiccabitur, hoc est ipsa fides à nobis statim 9. Fides est arbor ficulneæ à Domino exsiccata.
abscindet. Præclarè hoc Orig. hom. 10. in c. 21. Mat. Origen.
to. 3. dum ait. *Quamdiu non venit Iesus ad aliquam ficum, nec quærit fructum eius, sed patienter agit & sustinet, si fortè proferat fructum non exsiccatur, si autem venerit esuriens, & fructum requirent, &*
C *inuentus fuerit aliquis nil iustitiæ habens, nisi professionem tantammodo fidei, quod est folia sine fructu, mox exsiccatur, etiam hoc ipsum quod videtur fidelis amittens, & est multus in Ecclesia videre tales, qui multo tempore portauerunt fidei nomen, ostẽ-* 10.
dentes tantummodo, quia viuant, omninò autem sunt sicci, quos quia non fructificabant, videmus recedentes à fide, & siccos. Quid clarius? hoc merentur, & tali pœna digni sunt, qui fidem habent, & non vt fideles viuunt, qui fideles sunt, & an sint fideles minimè cognosci possunt. Fides vt amittitur.

Hoc deplorabat Sanctus Chrysostomus hom. 4. Chrysost.
in c.1. Matth. dum dicebat fidelem ab infideli nullatenus se cognoscere posse, nisi ex segregatione mysterij. *Solo enim hoc celebrandi mysterij tempore dignosci potest, cùm videlicet alios excludi videris, alios verò intus teneri: præter hoc in alio se fidelem aliquem esse, ait, cognoscere non posse. Quibus te indi-*
D *ciis, inquit, ego fidelem potero cognoscere? an quia sacratis aquæ fontis ingressus es? at hoc ipsum quod tibi datum fuerat ad salutem fit tibi grauio-* 11.
ris causa supplicij, nam fidelem non ab his tantum, quæ accepit à Deo, verum etiam ab his, quæ obtulit ipse Deo, conuenit refulgere, & vndique esse notam, & manifestum, & ab incessu, & ab aspectu, & à veste, & à voce. Nunc verò vndequaque voluero te dignoscere, inuenio te à contrariis publicari, si te ex loco scire curauero, procaldubio in circo te, theatroque prospiciam, totos prorsus dies in vanissimis illis cætibus exigentem, vel in foro corruptis hominibus, pestiferisque coniunctam, sin verò ex ipsis moribus corporis notitiam tui habere voluero, video te horrentibus cachinnis, & fœdissima iucunditate resolutam: sin autem te à veste considerem, nihil te à scænico ha- Homo fidelis secũdum Chrysost. quis.

bitu distare cognoscam. Iam si te voluero à comitibus addiscere, inueniam te adulatoribus stipatum, atque parasitis, si à sermone, nihil in te audio omnino sanum, nihil serium, si à cibo, maior hinc professò materia accusationis orietur. Vnde ergo, responde mihi, fidelem te esse potero cognoscere, & quid dicã, vtrum fidelis? nec si homo verè sis possum euidenter cognoscere; si verò te hominem appellare nequeo, quo tandem modo potero fidelem vocare? Chrysostomo nil prorsus addendum, nisi solum animaduertendũ, an quæ sanctus de illis temporibus asserit, conueniant nunc nostris: quod si videris omnia conuenire, timendum ne propè sit securis ad radicem, & quòd arborem fidei non fructificantem Dominus rescindat, & abscindat.

Matt. 25. 29. Origen.

12. Christianus malè operans cur amittet fidem.

Omni habenti dabitur, inquit Dominus noster Matt. 25. n. 29. *& abundabit, qui autem non habet*, hoc est opera, secundùm Origen. vbi suprà, *auferetur ab eo, & ipsum quod habet*, quod est fides, *vt non sit otiosa*, vt inquit idem. *& non fructificans*. Ergo si fides non fructificans tollitur, fides illius, qui non solum non fructus, sed spinas producit & tribulos, numquid non eradicabitur? si in præceps ruens peccator, laxarisque ad malum frenis, nullam sibi inferens contra appetitum vim, sed semper ipsum secundans, voluntatem bonam deperdit, numquid quando contra fidem hic ipse insurget appetitus, putabit se contineri posse, & etiam, quod cõtra fidem non ibit, pessumque etiam dabit non intellectum? Mirum si consideres attentè rationem descissionis à fide illius populi, quem tam potenter Deus eduxit ex Ægypto, tantaque pro eo fecit magnalia. Exod. 32. n. 1. *Videns autem populus*, inquit scriptura, *quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Impatientia ergo præstolationis Moysis, illiusq; moræ, fuit causa vt à fide discederent, vt Deum negarent, vt fidẽ perderẽt. Quod si attentè consideres scripturas, inuenies hoc peccato impatientiæ, præstolantiæ, moræue sæpè antea peccasse hunc populum, ita vt vix aliquid ei defuerit, ac protinus impatiens, nulla expectata mora, in murmurationes, & iurgia inciderit, Exod. 14. n. 12. vix exercitum viderunt Pharaonis, ac illico nulla expectatata mora Moysi dixerũt. *Multo enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine*: vix aqua defecerat, ac illico, nec paululũ expectato, *& murmurauit populus contra Moysen dicens, quid bibemus?* ca. 15. nu. 24. vix post 15. diem mensis secundi egressionis defecerat Ægypti farina cap. 16. ac contra Moysen murmurantes dixerunt, *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti*, quod iterum fecit in deserto Sin, illico ac aqua defecit c. 17. Nulla ergo erat patientia, nulla sustinentia, illico ac appetitui aliquid deficiebat, ad murmurationem, & ad iurgia, laxatis concurrebant habenis, nulla eis resistentia, nulla tolerãtia.

13. Populi Israelitici origo amissionis fidei in Deum.

Exod. 32. 1. Ibid. 14. 12. Ibid. 15. 24. Ibid. 16. Ibid. 17.

14. Idem peccatum quod aufert charitatẽ, erit instrumentum ad auferendam fidem, nisi deleatur.

Quid ergo mirum, si tandem impatientes ob moram Moysi, desiderio æstuantes ingressus promissionis terræ, desertum fastidientes, Deos peterent, qui eos conducerent & ab illo loco eleuarent; cùm iam Deum eos sibi detinentem amplius sustinere non possent, ob quod Deum quærebant, qui eorum appetitui satisfaceret. Impatientia ergo moræ in deserto abstulit ab istis fidem, quæ sæpè aliàs abstulerat charitatem. Illud ergo peccatum interemit fidem, quòd sæpè occidit charitatem, & ille idem appetitus malè moderatus, & dominus iam animæ factus, qui prius charitatẽ abstulerat, ille idẽ abstulit & fidem, sic impotentes se isti reperientes ad illum, quando contra fidem exarsit, ac culpa sua fuerunt, quãdo contra alias virtutes. Vt ex hinc discant hodie fideles non blanditi ex fide, quam sine operibus tenent, immo cum magnis peccatis, nam hæc eadem ipsam penitus abscindent, quæ ab anima charitatem abscissam habẽt, & idem appetitus, qui eos ad peccãdum impellit culpa eorũ, quia moderare illum neglexerunt, ac reprimere, idem ipse iusto Dei iudicio impellet etiam eos ad fidem deserendam, *etiam si nullus adsit persecutor*, vt inquit Gregor. non secus ac isti peruersi, qui dum desiderio voluptatis tenebantur, nec appetitum subiugare rationi consueuerant, ad eum statum deuenerũt, vt contra ipsam rationem recalcitrãtes, rationes inuenire procurarunt ad deliciandum, ex quibus cùm nec vitæ breuitas, nec eius molestia eis videbatur sufficiens, tandem ab effrænato impulsi appetitu, ad infidelem, & impiam deuenerunt, asserentes non superesse præmium, nec pœnam: vnde & dixerunt *non est refugium, &c.* vt semel etiam homines discant in quale barathrum eiecit eos voluptas humana, in amissionem scilicet fidei, quo nihil maius, nullum profundius.

Num. 2. *Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquã non fuerimus; quoniam fumus flatus est in naribus nostris, & sermo scintilla ad commouendum cor nostrum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

PErgunt isti suam probare sententiam, nullã scilicet post hanc esse vitam, nullã Dei prouidentiam, animam esse mortalem, hoc de nouo arguentes ex duplici coniectura, vt mox videbimus.

1. Error eorũ qui omnia à casu fieri affirmabãt.

Ex nihilo, &c. vis verbi Græci significat idem quod *vltro, temerè, casu, fortuitò, absque vlla Dei prouidentia, aut consilio.* Fuit hic multorum error Philosophorum, vt Democriti, Chrysippi, & Epicuri, & eorum sectatorum, qui omnia casu, aut necessitate quadam fieri dixerunt, absque vllo Dei consilio, & prouidentia: vnde isti sic argumentãtur; Casu sumus nati, ergo & casu moriemur, ergo & post hanc nulla amplius erit vita, & sic erimus tanquam nõ fuerimus. Error & blasphemia manifesta.

2. Perfecta animalia non gignũtur cum putri materia.

Cardan. Arist. S. Thom.

At ex Catholicis non defuerũt qui assererent hominem oriri posse ex putri materia quoad corpus; sic Cardanus apud Scal. exercit. 1. q. 3. quod negat Aristot. sect. 10. in probl. int. 64. & cum eo S. Thomas p. 1. qu. 45. ar. 8. & qu. 41. ar. 2. & cont. Gent. cap. 69. qui omnes affirmant perfecta animalia non gigni nisi ex coitu.

3. An corpus humanum efformari possit absque fœminæ coniunctione.

At an sine fœminæ ministerio, sed semine tantum humano, aliqua industria adiecta, vt affirmat factum Camillus de Camillis in suo theatro, posito semine in vaso vitreo, temperato calore paulatim cadente sanguine, efformatum ait embrionem, & immissam esse animam, & paululum vixisse.

Certè video experimẽtum, sed si semel daremus mulieris semen non esse necessarium, sed tantum hominis, vt infiniti habent, & calorem artificialem ad gradum attingere naturalem, sangui-

nemque eadem immitti proportione, pondere. & A qualitate, ac in matrice, credere sic efformari posse hominem absque muliere, & ad talem formationé creare Deum animam, cùm verus perfectusque sit ille embrio, omnes habens partes requisitas, & adsit perfecta organizatio corporis humani, ad cuius requisitionem, vltimamque dispositionem Deus creat animam, sed cùm existimem illud impossibile, ideo etiam & experimentum.

4. *Antiquorũ Patrũ opinio de hominum generatione in statu innocentiæ. Nyssen. Damasc. Chrysost. Procop. Euthim. August. Perrer.*

At antiqui etiam fuerunt Patres, qui asseruerunt in statu innocentiæ homines non multiplicaturos per copulam carnalem, vt nunc, sed eodem modo, quo in cœlo Angeli: sic Nyssenus lib. de hom. cap. 28. Damascen. de fid. orthod. lib. 4. cap. 27. & lib. 2. cap. 30. Chrysostomus hom. 18 in Genes. super illa verba Gen. 4. *Adam cognouit vxorem suam*. Procopius Gazæus, & Euthimius super Psal. 50. Augustinus lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 19. & lib. B 1. de serm. Dom. in mon. exponens illa verba, *Quicunque dimiserit vxorem suam*. quos omnes citat Perr. in Genes. lib. 4. disp. de propag. hum. gener. in stat. innoc. qu. 1. qui etiam defendit Augustinum non fuisse huius opinionis, & re vera nec Chrysostomum, vt satis patebit curiosè legenti.

5. *Sancti quãtum puritatis amatores.*

Hoc ideo apposui, vt semel lector perspiciat quanti faciebant sancti puritatem, quantique longè erant ab obscœnitate, vt talia cogitarent, indignissimum præclarissimi illius status omnem turpem putantes motum etiam etsi ob generationem. Ex quo perspiciemus quãtum sanctitas horum ab impuritate distet istorum, quorum obscænitas eos ad asserendum impulit aliam non esse vitam, & casu, aut fortuito animam esse creatam:

6. *Libidinis peccatum maximi ponderis.*

quod perspicientes, & simul animaduertentes libidinem talis causam fuisse erroris, non eam paruum æstimemus peccatum, nec, quia naturæ fragilis, non originem omniũ malorũ. C

Et post hac erimus tanquam non fuerimus, &c. si de hac vita intellexissent, non malè dixissent. Sic multi, & præclari sunt nunc in illa qui erunt, ac si nunquam fuissent, *In imagine pertransit homo*, loquit Psaltes Psalm. 38. num. 7. & alibi, *præterit memoria eorum cum sonitu*. Psalm. 8. num. 9. ob quod ridiculi, qui hîc memoriam sui tantopere æternam efficere curant, quòd pura vanitas, sed de hac re infrà cap. 8. num. 13.

Psal. 38. num. 7. Psal. 8. 9.

Gloss.

Fumus flatus, &c. Glossa, *fumus & flatus*, Pro flatu intelligunt mali vim animæ nostræ, per quam expirat, comparantque eam fumo, qui statim dissipatus euanescit, qua comparatione intendunt probare similiter, vt fumum animam nostram euanescere.

7. *Philosophorum error de animæ essentia. Pythag. Heracl.*

Fuit multorum error Philosophorum, animã hominis aëream esse. Sic Pythagoras eiusq; asseclæ, vt Plutarchus ait. Stoici dixerunt eam esse spiritum calidum. D Heraclitus humorũ respirationem; quæ quia in naribus maximè apparet, idcirco flatum animam nominarunt. Sic isti animam flatum dixerunt euanescentem, vt fumum. Quòd si sic, rectè arguunt mortalem esse animam, & post hanc nullam esse vitam, sed decipiuntur.

8. *Cur impij eam vocarunt scintillam.*

Et sermo scintilla, &c. Græcè, *& scintilla in motu cordis nostri*. Variant multum Doctores, & expositores in acceptione illius particulæ, *& sermo*. nam per sermonem varij varia intelligunt. Alij asserunt, phrasi Hebræa per sermonem intelligi *rem*, & sic sensum esse, Anima nostra est res quædam veluti scintilla data nobis ad commouendum cor nostrum, quæ ita citò transit, ac perijt veluti scintilla.

Gloss.

Glosa ordinaria pro sermone accipit animam, & inquit sensum istorum esse; Anima nostra est veluti A scintilla, citò fit, & statim perijt. Lyranus intelligit pro sermone, rem, quæ dici potest scintilla, nempe calor naturalis ad commouendum cor, qui veluti scintilla citò perijt. *Lyran.* Hugo pro sermone animam ipsam intelligit, & nectit hanc sententiam cum priore, nempe cum fumo, seu animam esse fumum, & scintillam; at alij aliter. *Hugo.*

Mihi multum acceptio arridet Lorini, qui pro sermone non accipit animam, sed orationem ipsam ore prolatam, cum qua impij isti comparant animam nostram ad probandum eam non esse immortalem. *Lorin.* Vnde sicut prius ipsam compararunt fumo, sic nunc sermoni, & sic dicunt animam esse veluti sermonem, qui sic breuis est, ac transitu facilis veluti scintilla quædam, sic mouens subitò cor, aut metu, aut spe, sicut mouetur quædam scintilla, videlicet leuiter, celeriterq;. Quapropter accipienda est secundum hunc sensum lectio illa, B quæ legit, *sermo scintillæ*, & non *sermo scintilla*. quia cùm sermo hic comparatiuè accipiatur ad scintillam, melius declaratũr per lectionem *scintillæ*, quàm *scintilla*.

Sensus ergo istorum est, animam nostram esse immortalem, & præter hanc nullam aliam esse vitam. Quod probant primò, quia casu nati sumus. Secundò, quia anima nil aliud est quàm flatus, fumo similis, qui citò euanescit, & ad nihilum redigitur. Tertiò, quia est veluti sermo comparatus scintillæ candenti, quæ leuiter, & celeriter desinit, licet ciet cor, illudque inflammet, ac moueat: quibus rationibus adducti, animam asserunt esse omnino mortalem, ac sic nullam aliam superesse vitam, ac propterea hîc fruendum, vt infrà videbimus.

C Num. 3. *Qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër, & transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, & calore illius aggrauata.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

PErgunt se amplius offirmare in proposita assertione, & sic nunc effectus assignant extinctionis animæ, nempe corporis incinerationem. Vnde D & dicunt

Qua extincta cinis erit corpus nostrum, &c. Alij legunt, teste Burgens. quia *extinctus cinis erit cor nostrum*. Alij, quia *extinctus cinis erit corpus nostrum*. Retinenda est vulgata lectio. Anima extincta, aũt, quæ est sicut ignis, corpus resoluetur in cinerem, sicut quælibet alia materia ab igne exusta, à qua hæc ducta est translatio.

1. *Animam esse ignem qui affirmarunt. Democr. Hiparch. Diogen. Arist. Cicero. Varr.*

Animam nostram esse ignem, multi ex antiquis dixerunt, vt Democritus, & Hiparchus, seu Diogenes, vt vult Aristoteles 1. de Anima tex. 32. de qua opinione meminit Cicero Tuscul. 1. & Varro ca. 4. de lingua Latina, sed errarunt, licet verum sit, remota ea, corpus in puluerem, & cinerem reduci.

Ob hanc causam, pœnitentis & demissi animi est cinerem se agnoscere, & cinere se aspergere vt

2. Cinere caput aspergi cur pœnitentis signum. *Gen. 18. 17.* *2. Reg. 13.* *Iudith. 4. 16.*

A Abraham Genes. 18. 17. qui cinerem se vocauit, & alij, qui cinere consperserunt capita sua; illa enim protestatione quodammodo fateri videbantur se redactos in vilitatem pristinam, ac interitu, & flãmis se esse dignissimos. Sic Thamar 2. Reg. 13. cinere caput suum aspersit, quasi protestans se crematione, & morte dignam, dum virginitatem amisisset, etsi coactè, sic Iudith. 4. 16. Et vt Dominum placarent etiam qui sacrificia offerebant, cinerem capiti imponebant, quod signum animi humiliati, ac demissi, ob quod multoties placari solet Deus.

3. Antiquorũ corpora cur cremabantur. *Olkot.*

At cur extinctus cinis asserunt futurum corpus, cùm potius in puluerem, & elementa redigatur? optimè Olkot lect. 15. propter antiquam consuetudinem, qua humana corpora comburebantur, & maximè nobilium, ne in elementa viliora reuerterentur. Addit & aliam rationem, *Propter ignem,* scilicet, *concupiscentiæ carnalis, id est fomitem, quæ corpus accendit, propter quam corpus humanum in elementa resoluitur ad huius infectionis purgationem.*

4. Corpora cur in cinerem resoluantur.

B Notanda postrema verba, scilicet *ad huius infectionis purgationem*, reducitur enim corpus in elementa, ex his alia, & alia mixta generantur, aliæ, & aliæ generationes fiunt, transmutata, & patiente materia illa corporis infinitas propemodum transmutationes, in corporibus equidem beatis ad purgandam infectionem corporis à fomite concupiscentiæ polluti, non secus ac pannus quidam, qui, vt ad pristinum candorem redeat, sæpius lauatur, ac colatur.

5. Colantur ad infectionem carnalem emundandam.

Ad hoc sunt transmutationes illæ, vt per illas veluti per colationes quasdam ipsummet corpus, seu ipsius prima materia coletur, vt digna postea corporis euadat gloriosi.

D. Thom.

Ac per hoc placet sententia D. Thom. in addit. qu. 78. art. 2. & in 4. dist. 43. art. 4. quæst. 2. omnes scilicet homines per ignem conflagrationis incinerandos esse, & comburendos, de qua re vide Suar. C tom. 2. in 3. p. disp. 50. sect. 6.

Suar.

6. Omnes homines incinerandi, & cur.

Dignum quippe est, vt per ignem colentur & purificentur corpora illa, quæ ignis concupiscentiæ combussit ad hoc vt apta, hoc est pura, & immaculata reperiantur, ad gloriosas, purissimasque recipiendas animas, ita vt sicut hic ab infectione corporum fœditatem etiam ipsæ acceperunt, sic etiam à purificatione, & puritate ipsorũ quodammodo & ipsæ tunc puritatem ac dignitatem accipiant, quod sicut in gloriam cedit beatorum animabus, sic in pœnam, condemnatorumque vituperium, dum per tales purificationes putrificata non manent, immo fœtidiora.

Spiritus diffundetur tanquam mollis aër, &c. Spiritus, vel vitalis, vel animalis, vel anima ipsa, quam iudico accipi debere, quia isti de huius interitu loquuntur, non autem de spiritu vitali, nam si de isto loquerentur, benè sentirent, cùm vitæ nostræ D corporea omnia congruant, quę isti dicunt. Sic Iob. c. 7. n. 7. *Memento quòd ventus est vita mea.* Sic David Ps. 101. n. 4. *Defecerunt sicut fumus dies mei:* & alibi, *Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui.* Et Iacob. 4. 15. *Quæ est vita nostra vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.*

Iob. 7. 7. *Psal. 101. 4.* *Iacob. 4. 15.* *Olkot.*

7. Vita humana in scripturis numquam fixis comparatur rebus.

Vnde vnum valde notandum, vt notat Olkot, numquam in scripturis vitam nostram cum fixis comparari rebus, ac permanentibus, sed mobilibus, & fluxis, vt herba, flore, fœno, nebula, rore, hospite, cursore, fumo, vento, fluctibus, nuncio, naue, calculo, arena, & similibus, vt breuitatem huius vitæ omnino indicarent. Tropologiè Castro per spiritum intelligit feruorem charitatis, cuius scintilla extincta in officina cordis, extinguuntur & ipsi spiritus feruentes, ac euanescunt, vide apud ipsum. *Castro.*

Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, &c. Sicut enim vestigium propriè est quod relinquitur ab impresso pede; sic vestigium nubis est pars eius minima, quæ vti magis crassa, & condensa relinquitur, ex qua argumentatur fuisse nubem, quod tamen vestigium citò perijt, & vanescit: vnde notanda est assimilatio, seu ponderatio inanitatis vitæ humanæ, nam noluerunt isti eam nubi assimilare, sed nubis vestigijs, quasi multum esset cõparare eam nubi, quæ aliquando per spatium temporis solet durare, at eius vestigium subitò perit, & euanescit.

8. Nubis vestigiũ quid.

In nube etiam, quæ est ex materia molli, äërea, & diaphana, varias imagines subinde solent spectari, quæ cum nube transeunt; transitus symbolum ipsius hominis, vt meritò dici possit cum Dauide, *In imagine pertransijt homo.* Psal. 38. 7. id est sicut nubis imago sic pertransijt, nam molli vento infortunij, aut infirmitatis agitatus, sic euanescit; vt nec vestigium remaneat, & multoties in aquas tribulationis resoluitur. 3. Reg. 18. 44. Eliæ nubecula parua apparuit, quasi vestigium hominis, signum aquæ venturæ.

9. Homo res subtilis & inanis. *Psal. 38. 7.* *3. Reg. 18. 44.*

Et sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata, &c. Cantacuzenus opinatur hîc tradi nouum modum desinendæ nebulæ, scilicet quando paruo solis calore, per antiperistasim condensatur, & ex nebula transit in nubem, vel rorem, vt in hieme sæpè experitur. Alij hoc negant, sed affirmant resolutionem nebulæ, non constipationem significari, parum refert, siue vno, siue altero modo accipiatur. *Cantac.*

10. Obstinationis peccatorum optimum symbolum.

Solum adnoto ex primo modo intelligendi optimam tropologiam erui posse obstinationis scilicet peccatoris, qui in principio quando incipit peccare tanquam nebula apparet, at cùm postea sufficienti gratiæ sua culpa non respondeat, calor ipse diuinus, & sancti Spiritus ignis ad constipationem potius quàm ad dissipationem ipsi deseruit, vnde miser ex nebula in nubem transit densissimam, & sæpè in petram durissimam, & fulmen è cœlo cadens, ad stagnum ignis aptum ardentis.

Sensus ergo est, vitam humanam, & simul animam ipsam, & spiritum extingui, & corpus in puluerem reuersurum, & ipsam animam postea euanescere, non secus ac mollis & laxus aër, aut sicut nubis vestigium, aut sicut nebula à radijs solis fugata: quod cùm pro certo ipsi statuant, meritò secũdùm illos animantur ad hic deliciandum bonisque fruendũ. Vnde equidem vnũ mirum hîc adnotandum, quàm scilicet sint impij, acuti, & perspicaces ad rationes indagandas, quibus animum ad assequendum quod desiderant obfirment, & simul ne videantur in actionibus suis stolidi, sed prudentes, scutumque cõtra ipsam rei veritatem habeant, difficiliusque se à voluptatibus eripiant, immo ad eum statum deueniunt aliquando, vt penitus intellectus eorum obcæcatus, impossibile quasi illis fiat reditus ad salutem, & sic cum suam obfirmare de animæ interitu sententiam intendant, mirum est quantis comparationibus, quamque dilucidè, & eleganter hoc faciant. Quòd si de corporea vita illud dixissent, nil melius, nil aptius, nil dilucidius dici posset; verè etenim vita nostra est veluti vestigium nubis, & veluti nebula, quæ citò euanescit,

11. Impij in malo agendo quam perspicaces.

vt infrà disseremus. Sed quia quod de vita corporis, de animæ vita asseruerunt, ideò toto cœlo aberrarunt, & in suo errore persistentes confusi sunt, infrà ipsimet illud confitentes, quando dixerunt: *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis.* Sed de hoc iterum.

HOMILIA XXIX.

Prudentia carnis stolida, Dei inimica, in miserrimum attrahit hominem statum.

EX *nihilo nati. Ergo erimus tanquam non fuerimus, fumus, & sermo est anima*, inquiunt isti, ergo transit, qua simul, & corpus, non secus ac nebula, vestigiumq; nubis, vnde à suismet persuasi rationibus, æquum dicunt hîc deliciari, & vt delicias, corporisque voluptates semel attingerent, acutas, vt diximus, inquisierunt rationes, non equidem à prudentia emanatæ superiori, sed inferiori, nō à ratione spirituali, sed carnali, vnde ab ipsamet carnis decepti prudentia in turpem deuenerunt stoliditatem, in brutalem, vt sic dicam, sensum. *Dum diabolus hominem sibi subiugauit*, inquit Hieronymus in epist. ad amicum ægrotum de viro perfecto tom. 9. *ne amissam sapientiam quæreret, sic cunctis fucis suæ artis infecit, & stultitiam sapientiæ colore vestiuit, vt mala non fugerent qui non cernerent opposita meliora.* vnde stultitia pro sapientia habita. Magni prædicantur qui illa affluunt, dicente Psalmista Ps. 9. n. 24. *Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Vbi adnotandum, non dictum in operibus, sed in desiderijs, quasi gloriosum sit non solum mala agere, terrenisque frui, dum habentur, sed etiam non habita, etiam ea desiderare, summisque inhiare votis, qua decepti prudentia, *Diuitiæ non secutura*, inquit Hieronymus, vbi suprà, *post hominis mortem amantur, iniuria fecisse virtutis est, aliena possidere, potentia est, innocentem circumuenire, astutia est, non Christum sapere, sapientia est: sic plena sunt omnia erroribus, sic infusa per hominum mentes caligine, alium alio incursante mundus inuoluitur, & ad hoc vsque veritas obscuratur, vt in mortis gremio iacuisse beatitudo dicatur.* Nil melius. Hoc ipsa prudentia promerente carnes, quæ dum nimis sibi fisa, non obsequens, neque vt ancilla diuinæ deseruire vult, suismet implicata cauillationibus, in profundum ruit malorum, in barathrum insensibilitatis, clamante Paulo ad Rom. 6. n. 8. *Prudentia carnis mors est*, cuius rationem reddens subdit, *quia inimica est Deo*, cuius inimicitiæ radix, *quia non est Dei legi subiecta.* Hinc suo sese ducens lumine, suisque inducta rationibus, dum nil altum sapit, in profundum descendit, & dum acquirere intendit bona, miserè ea deperdit.

Hieron.
1. Homo carnalis semel diabolo subiectus luce amittit intellectus.
Psal. 9. num. 24.
2. Quàm cæcus in suis desiderijs, & bonorum æstimatione.
3. Vitia virtutes mali dicunt.
4. Prudentia carnis mors.
Ad Rom. 6. n. 8.
5. Vt se decipit alia petens in ima semper ruens.

Ingratus Ieroboam per Dei potentiam ad regnum euectus, nullo alio sibi ex iure debitum, nisi ex Dei voluntate, à Dei prouidentia deficiens, humanè, carnaliterq; discurrens, in illud incidit insipientiæ barathrum; vt ad custodiendum sibi, perpetuandumque regnum, vero Deo derelicto, falsos asciceret, & loco viuentis, infiniteque sapientis Dei, insensata adhiberet animalia. 3. Reg. 12. 26. *Dixitq; Ieroboam in corde suo*, attende dictum, hoc est cogitauit, discurrit, ac prudentia motus carnis indagauit, qua scilicet ratione possibile futurum, vt regnū acquisitum amitteret, & ex illa inuenit, si populus ad adorandum in Hierusalem coiret, *Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid*, ait, *si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificium in domo Domini in Hierusalem, & conuertetur cor populi huius ad Dominum suum Ieroboam Regem Iuda, interficientque me, & reuertentur ad eum.* In quibus verbis illud adnotandum, regulariter, re considerata, humanaque tantùm prudentia, discursum fuisse efficacissimū; templū in ditione Ieroboam extabat, qui verus Dominus, ter in annis singulis, eum obire totus tenebatur Israel, maiestas, cultus, eiusque sanctitas, mirificè animos allectabat, hinc facilè coniunctio oriri poterat animorum, & amare incipere, quem tunc oderant, immo & ipsius Regis sollicitatio, quam certissimè interuenturā putabat, facilè, quòd ad se corda attraheret Israëlis, ad interimendum ipsum meritò suspicabatur. Hinc miser cōclusus, & à carnali deuictus prudentia, cùm nullū aliud ad tantam euitandam ruinam medium superesset, nisi templi euersio, *Excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis; Nolite vltra ascendere in Hierusalem, ecce Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Consultum iam sibi reputans, & simul sibi, posterisque suis stabilitum regnū. O stulta prudentia! ô infelix prouidentia! ô fatuus discursus! qui dum impiè pluris corpus, quàm Deum fecisset, & regnum amisit & domum. *Propter hanc causam*, inquit scriptura, *peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ* Ibid. cap. 13. num. 34.

3. Reg. 12. 26.
6. Ieroboami prudentia carnalis quā fallax & contra seipsum.
Ibid. c. 13 34.

In quo facto illud summopere indagandum, vnde de amissione regni Ieroboamo inuexerit cogitatio, cùm promissionem à Deo ædificaturum ei domū fidelem acceperat: non secus ac Dauid, si voci eius obediens, mandataque fideliter custodisset; quòd fuit æternum, vt sic dicam, nō secus ac Dauid ei promittere regnum, ibid. c. 11. n. 37. *Te autem assumam, & regnabis super omnia, quæ desiderat anima tua, erisque Rex super Israel: si igitur audieris omnia, quæ ego præcipio tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea, & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus, ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domū, & tradam tibi Israel.* Nec de hoc dubitare poterat, cū primum promissum impletū, & se Regem factum vltra omnem suam videret expectationem. Ergo cùm à Deo acceperat regnum, Deumque sciebat à filio eum scidisse Salomonis, Deum insuper eius sibi æternitatem promisisse, vnde ergo acer? quare dubitauit? cur firmiter in Deo non sperauit? dicā, quia tantum prudentia carnis vsus, cùm ex accessione populi ad templum, clarè sui eliceret destructionem; non ad diuina recurrit subsidia, dans Deo aliquid posse, quod sibi non concessum, in illo fidens, sed omnia sua metiens ratione, non æstimans aliquid sine illa fieri posse, sicut de Deo non fidit, sic media, quæ contra Deum erant, ad status rationem, vt credebat, conducentia assumere non erubuit: nam vt egregiè Ambrosius in illum locum Pauli: *Prudentia carnis mors est*, ait, *Prudentia carnis mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri, quod mundi careat ratione.* Hinc miser, sicut ex illa malum contra se possibile præuidit, sic ex illa, remedia nulla Dei habita ratione, tanquam si non esset, elicuit; sic cæcus, sic fatuus, vt ea assumeret ad regnum

7. Ieroboam cur de status excissione dubitauit, cùm æternum fore illi Deus promisisset.
Ibid. c. 11 37.
8. Homines ex status ratione se, & sua gubernantes ea amittūt.
Ambr.
9. Prudentia carnis non nisi carnales sapit rationes.

media conseruandum quibus sciebat à Salomone eum Deum scidisse. Vt semel videant, attendantque Reges, Principes, omnisque simul Politicorum turba, ad qualem hominem prudentia carnis proijciat cæcitatem. *Ecce ego sciadam regnum de manu Salomonis.* Huic ex præcepto Domini dixit Ahias

Vbi supra cap. 11. 31.

Propheta, vbi supra cap. 11. num. 31. *Et dabo tibi decem tribus, eo quod dereliquit me, & adorauit Astartem Deam Sidoniorũ, & Chamos Deũ Moab, & Moloch Deum filiorum Ammon.* Et tamen cùm hoc iste scisset, à sua victus ratione, ab illa consiliũ, auxiliumque petens, sic errauit, vt ad custodiẽdum regnum, vero, omnipotenteque Deo relicto, vitu-

10. Impossibile vt Deo sit subiecta & cur.

los, seu, vt malunt alij, vitulas adhibuit, summam Deo ex hoc inferens contumeliam. Vnde verè asserit Ambrosius vbi supra, impossibile talem carnis prudentiam Deo subiectam esse posse, quia nihil sublimius, nil altius de Deo, quàm de aliqua ei subiecta cogitat creatura, *O prudentes mundi,* ait, *qui putant Deum non debere aliter facere, quàm ab eo*

11. Quod ipsa facere nequit Deo etiam credit impossibile.

facit condita creatura, vt ipse similis creaturis putetur, sic cæcati sunt, ne videant qualem contumeliam Deo faciant: opus enim, quod in laudem suam prædicandam facere dignatus est, isti vituperantes incredulum, & stultum asserant. Vbi per opus, partum intelligit Virginis, resurrectionemque mortuorum, quam aliqui, quia supra naturam, non credebant, vnde sequens ait: *Ac per hoc Dei legi sab-*

12. Semper studia sua contra Deum acuit.

iecta esse non potest ista carnis prudentia: ad hoc enim studium suum acuunt, vt Deo agentes repugnent. Hæc vltima adnoto verba: tales esse, qui prudentia tantum carnis reguntur, vt ea se, suaque gubernantes, studia acuant, non vt Deo obsequantur, sed vt illi repugnent, non secus ac fatuus iste Ieroboam, vnde merito & se, suaque deperdens è superficie deletus est terræ; audi sententiã Dei: *Idcirco ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum Israel, & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet fimus vsque ad purum.*

Et merito quidem, sicut & dignum etiam est vt similiter pereãt, decidantque, qui tali vtuntur car-

13. Sẽper mendax, fuitantum bonũ curãs, nihil de Deo.

nis prudentia, quæ tota posita in maligno, nil penitus nisi malignum eructat, cùm in circumuẽtione, supplantationeque posita sit fratris, vnum tantum intendens bonum sui, ad quod adipiscendum, non honesta, sed tantum vtilia media excogitans: si hæc inuenerit, parum de Deo, rationeque curans enixè illa appræhendit: ideoque in machinationibus, ambagibus, velaminibusque versans, tota in ementita sapientia consistit. Vnde egregiè eam describens

Anselm.

14. Vera eius descriptio, & essentia.

Anselmus in ep. Pauli ad Rom. cap. 8. super illa verba: *Prudentia carnis mors est.* sic ait, *Prudentia carnis est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt, fallacia demonstrare, honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cùm vires suppetunt, nullis resistentibus cedere: cùm virtutis possibilitas deest, quicquid explere per malitiam nõ valet, hoc in pacifica bonitate simulare.* Nil melius. Hinc talium corda ad vnum tantum regnandi appetitum tendentia, illud sapidum, prudentumque reputant, quod ad status sui conseruationem pereat licet frater, consumatur subditus, nullusque etiam sit Dei respectus, immò contra ipsius decretum potentia armetur humana. *Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est,* suis dixit

Princeps Pharao, Exod. 1. num. 10. Quid ergo? *Venite sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, et si ingruerit cõtra nos bellum addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.* *Exo. 1. 10.*

15. Pharaonis iniquitas in populi oppressione.

Mira iniquitas, timet multiplicationem, ne fortè inimicis addatur, & hoc non vt ei malum inferat, *sed ac expugnatis nobis egrediatur de terra.* Ergo causa oppressionis timor extabat, non mali inferendi, sed egressionis populi in terram à Deo sibi promissam: ergo Dei sciens promissum, vt inquit hîc Cornelius, Abrahæ factum de terra Chanaam, *Cornel.* gẽtem fœcundatam prospiciens, ad illud euacuandum, & ne contra status bonum exeat Israël de terra, sapidè opprimatur, seu vt Septuaginta, *Callidè agamus contra eos.* voluntas Dei irrita fiat: & quia aliter fœcunditati populi nisi per immensos occurri non potest labores, opprimamus per labores, dicente scriptura, *Quod præposuit eis magistros operum vt affligerent eos oneribus,* homines crudelissimos, & immitissimos, vt inquit Philo de vita

Philo.

16. Eius oppressio quanta.

Moysis, quorum extremos describens labores, ait: *Operabantur autem partim lutum formando in lateres, partim comportando paleas, alij iussi sunt publica, & priuata ædificia statuere, fossasque fodere, dies, noctesque conuehẽdo materiam sine intercessione, ne tantisper quidem permissi quiescere, dum somno se reficerent ipsi, & opificum, & ministrorum præstantes opera, vt breui primum animi suorum, & corpora deficerent.* Hoc autem eo intuitu, vt viuere dum tardet, voluptatis cõiugalis non libeat: nullo habito

17. Hospitibus iniuriam ferre illicitum cũ nil differant à ciuibus.

respectu, vt inquit idem autor, *Quia hospites, & inquilini, socij, honore ciuibus iam proximi, & vicini, minimum differentes ab indigenis hos Rex in seruitutem vindicabat, quasi belli iure captiuos, aut emptos de lapide, adigebatque ad opera seruilia, nil veritus numẽ, cui exosa sunt id genus iniuriæ.* Quin videns ex hoc nihil proficere, cùm, vt inquit scriptura, *Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Crudele excogitans flagitium in vltimum, profundumque deuenit impiæ Tyrannidis, mandans primo ab obstetricibus occidi infantes, deinde cùm hæc impium nollent exequi mandatum, vt in flumen proijciantur, & tanquam non esset in cælis vindex, nullaque lex naturalis, dummodo consultum ne egrediantur liceat quodlibet, assumatur profuturu, etsi impium; vt semel videas, in quale barathrum hominem prudentia humana proijciat, quam ve verum sit, quod sanctus dixit Apostolus Iacobus cap. 3. nu. 16. hanc *Iac. 3. 16.*

18. Prudentia humana cur diabolica.

sapientiam non esse desursum, *Descendens a Patre luminum, sed terrena, animalis, & diabolica:* hoc est, terrenæ gloriæ cupida, terram sapiens, pietatem prætermittens, voluptuosa, carnalis, æternorum oblita, diabolica tandem, quia, vt inquit quidam,

19. Politici nõ homines sapientes, sed callidi & cur.

suggestione, dæmonumque instincta habetur, ex quo afflatu versipelles, callidi, astutique effecti, totam confundunt, generationemque deperdunt humanam, non homines sapientes, sed callidi merito nuncupandi.

20. Serpens quando ex sapiẽte callidus factus.

Sic equidem serpentem Moyses nominauit sanctissimus, qui etsi bonâ prius præditus erat prudentiâ, naturalique rectâ imbutus scientia, tamen postquam hæc cum Dæmonis actu ad perniciem, vt sic dicam, generis coniunxit humani, illam non prudentiam, sed calliditatem placuit appellare dicens: *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Gen. 3. num. 1. quod adnotans Rupertus ait, *Gen. 3. 1.* *Antequam serpens fieret organum diaboli ad perditionem hominis, sapiens, vel prudens poterat dici,*

cuius prudentiam discipulis suis imitabilem ipse Christus ostendit dicens Matthæi 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ: est autem in serpente naturalis prudentia, siue sapientia, quòd caput tegit corpore exposito, postquam autem prudentia eius malitia diaboli coniuncta est, callidus, & nequam, siue versipellis rectius potest nuncupari.

Matt. 10

Sic equidem isti sciunt; intelligunt, acuteque discurrunt, magnoque præditi ingenio præclarè ratiocinantur, non secus ac impij isti, de quibus Sapiens loquitur. At quia hoc ingenij acumen, hanc suam prudentiam organum diaboli faciunt, terrena tantum sapientes, carnaliaque cogitantes, hinc eam deperdunt, nomenque amittens sapientiæ, calliditas, fictio, astutiaque meritò nuncupari debet, quia tandem & se suaque, statumque, & coronam perdunt, & non secus ac alteri Pharaones in ipsorummet astutia depræhensi, dum iamiam fructus apprehendere suæ præsumunt calliditatis, demerguntur, in profundumque iaciuntur abyssi.

21. Politici tūc bonū amittunt quod intendunt quādo iam apprehendisse se reputant.

B

Dixit inimicus, lætabundus cecinit Moyses, *persequar, & comprahendam, diuidam spolia, implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Exod. 15. num. 9. decantans iam victoriam, quia contra imbelles fisus extabat in armis, curribus, equis, Principibus: quære iustitiam in his verbis, nullam inuenies, ipse dimiserat quos iniustè retinebat, immo ad egrediendum cōpulerat. *Surgite: egredimini à populo meo vos, & filij vestri, ite, immolate Domino, sicut dicitis, vrgebantque Ægyptij populum de terra exire velociter.* Exod. 12. 33. liberi enim isti non serui, ergo cur persequi, comprehendere, spoliare, & insuper interfici vis? & potestate nō in bonum, sed in malum vti? *Numquid*, vt inquit Bernardus epist. 347. *potestatem tantum habes persequi, comprahendere, euaginare gladium, percutere, & occidere, & nequaquam sanare, parcere, beneficia largiri, & perenntibus subuenire?* Ne mireris, prudentia vtebatur carnali, politicam imbuerat rationem, sua tantum quærēs, suumq; tantum prospiciens emolumentū, & dum hoc consequatur, siue iure, siue iniuria, ius sit in armis comprehendatur, diuidatur, occidatur.

Exod. 15. 19.

22. Pharao tūc demersus quando victor.

Ibid. 12. 33.

Bernard.

23. Politici nō in bonum, sed in malū subditorū suam obtinent potestatem.

C

Nunciatum est Regi Ægyptiorum, ait Scriptura ibid. 14. num. 5. *quod fugisset populus, immutatumque est cor Pharaonis & seruorum eius super populum, & dixerunt, quid voluimus facere? vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis, iniunxit ergo currus, &c.* Mirum, vt tam repentè isti mutarentur, cùm paulò ante, vt diximus, nō solum exire, sed ad exeundum etiam compellerent: sed de hoc inde ratio petenda, attendendumque non pietate, non iustitia, non à Dei moti præceptu Israelem dimisisse, sed à timore proprij coerciti mali. *Vrgebantque exire velociter dicentes: Omnes simul moriemur.* Ergo dimiserant ob proprium bonum, ob politicam rationem; quid ergo mirum hac eadem nunc intercedente, reputantesque nunc in malum eis concedere populi dimissionem, si statim mutato consilio ad persequendum dimissos se accingerent, nulla habita iuris, sed tātum status ratione. Vt hinc discas quàm parum in politicorum iustitia fidendum, dum non ipsam pro obiecto habentes virtutē, sed tantum ipsorum commodum, & lucrum, ad exigentiam istius illam exhibent, mutant, & obseruant. Hinc iniustitiæ, fallaciæ, dolique, quibus plena hæc serpentina inuenitur calliditas, tot semper

Ibid. 14. 5

24. Pharao cur mutatus illico post dimissum populum.

D

25. Apud politicos nulla fides stabilis, & cur.

A

varias sumens figuras, quot apprehensiones proprij sibi effingit boni.

Dixit inimicus, ait Moyses, hoc est Pharao verè sic dictus, nam dum perdere, destruere, occidere conabatur subditos, non Rex, non Princeps, sed inimicus verè dici poterat: hic enim suam tantum prospicit vtilitatem, dum contra verus Princeps non suam, sed subditorum. Certus de sua salute, de suo securus principatu extabat Moyses, quando contra scelus populi indignabundus ei dixit Dominus: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam*, Exod 32. 10. & non solum magnam, sed fortiorem. vnde alibi Num. 14. n. 12. *Quousque non credet mihi populus iste in omnibus signis, quæ feci coram eis, feriam igitur eos pestilentia, atque consumam, te autem faciam Principem super gentem magnam, & fortiorem, quàm hæc est.* At quid? Moyses orabat Dominum malens cum populo mori, quàm sine illo regnare, immo dum saluti subditorum consultum, moriatur ipse, instanter clamando, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti*, vbi suprà num. 32. Quam dignam Principis vocem admirans Bernard. epist. 78. exauditione dignam inde reperit, quia non quærentem quæ sua sunt, obseruauit. *Annon liquido certus erat Deo policeate Moyses*, ait, *siquidem perijsset populus, cui præerat, se non solum pariter periturum non esse, sed insuper, & missum iri in gentem magnam, & tamen quo affectu, quo studio, quibus pietatis visceribus irritantibus subuenit, obuiat irascenti? Denique & se obyciens pro delinquentibus, ait; Si dimittis, dimitte, sin autem dele me de libro tuo, quem scripsisti: fidelis aduocatus, qui quoniam non quærit quæ sua sunt, facilè obtinet omne quod quærit, planè benignus, qui tanquam caput vnitum membris genti suæ firma charitate cohærens, aut illa saluabit secum, aut non potest, nisi idem cum illis subire periculum.* Nil melius. Ideo hic verè Princeps, at Pharao qui sua tantum quærens, nil aliud nisi occidere, ac mactare intendebat, non Princeps, sed inimicus, quia, vt egregiè dixit Nissenus libro de opificio hominis cap. 5. mutuo deficiente semel amore, deperditaque proximi charitate, simul & priores notæ immutatæ extabunt, & sic qui prius amicus, postea erit inimicus: *Si tantus amor, ait, in nobis desideretur, totius imaginis notæ mutatæ erunt, vt scilicet is, qui homo, & per consequens amicus dici debet, dicatur potius inimicus.* Hinc non amplius Princeps, non Rex Pharao, sed inimicus. Hic ergo cupiditate ductus, concupiscentia allectus, damno stimulatus, ad prædam inhians, nullo iure, nullaque iustitia, iam se deprehendisse putat, quia populo velocior, diuisisse spolia, quia fortior, occidisse, quia armatus, & præpotens, populus inermis, & imbecillus, *Persequar, comprahendam, diuidam spolia, interficiet eos manus mea.* Hinc cupiditate cæcus per medium profundi sicco prætereuntem vestigio, etsi vidisset Israelem, nil timens, nil animaduertens, strenuè insequens, vt bonum assequeretur concupitum, in ipsam non dubitauit descendere abyssum: sic fatua, sic cæca, immo, vt verius dicam, sic fatuum, sic cæcum quem semel imbuerit, prudentia facit humana. Hinc eadem, qua ipse ad concupiscentiam explendam in abyssum facilitate descendit, eadem Deus in ea ipsum immersit, suomet astu com-

26. Verus princeps non suam sed subditorū prospicit salutem, è contra vero falsus, & malus.

Exod. 32. 10.

Num. 14. 12.

27. Moyses verus Princeps non sua, sed populi bona quærens.

Num. 32.

Bernard.

28. Cur à Deo meruit exaudiri.

29. Pharao nō rex, sed inimicus populi.

Nissen.

30. Mutuo amore deficiēte nomina amoris mutantur & qui prius amicus, inimicus dicitur.

31. Prudentia humana fatuum & cæcum reddit hominem.

præhensus, suametque potentia delusus, vnde sequens Moyses Sanctus ait, *Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Tunc Deus gladium ab

32. Deus impio aufert vires & potentiam ad innocentiã defendendam. *Hieron.*

hoc eripiens impio, quando iam occidisse se Sanctos putabat. Vt semel ex hoc discamus exemplo impio potenti non tantas semper assistere vires, quantos habet conatus, ne innocentia pereat, vt egregiè obseruauit Hieronymus Apolog. eootra Ruffinum lib. 2. dicens: *Bene quidem malitia non habet tantas vires, quantos conatus, periret innocentia, si semper nequitiæ iuncta esset potentia, & totum, quod cupit nequitia praualeret.* Vt exinde edocti Deo

33. Politici nullo modo timẽdi, nec æstimandi.

fidentes, prudentes istos non timeamus, nam ad eos in profundum deijciendos, non armis, non machinis, non bellicis opus est Deo instrumentis, sed sufficit vt eius flet Spiritus, nam eo flante operientur, submergentur, & à suæmet prudentiæ plumbo aggrauati in aquis suffocentur immensis.

34. Prudentia humana cæca & insensata. *Ambr.*

Ex quibus manifestè etiam apparet quàm simul stolida hæc prudentia sit humana, quàm cæca, & insensata, quæ tantum ad profutura prospiciens, nocitura non aspicit. Quod eleganter obseruauit Ambrosius lib. 2. in caput 3. Lucæ, super illa verba Ioannis: *Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* vbi acutè asserit talem Pharisæorum

35. Profutura tantum prospicit, noxia non declinat.

præuentionem, siue prouidentiam, non à se, sed à diuina accepisse prouidentia. *Ostenditur his,* ait, *Dei miseratione infusa prudentia, vt gerant suorum pœnitentiam delictorum, cùm humana prouidentia, licet futura videat, noxia tamen non declinat.* Vnde licet eos serpentibus comparauerit, qui prudentes, tamen, inquit Sanctus, non ea induti erant prudentia, qua futura mala euitare, sed ea quæ tantum bona prosequi scirent, nam illa desursum est, hæc naturalis, & humana, vnde ait Sanctus, *Aut fortasse, iuxta quod scriptum est, estote prudentes sicut serpentes, ostenduntur habere prudentiam naturalem, quo profutura videant, & spontè deposcant, sed adhuc noxia non relinquant.* Nil melius. En tibi Pharao in exemplum, qui ea imbutus, emolumenta tantum prospexit, damna autem inde possibilia non vidit, ad prædam accurrit, sed vndas non animaduertit, deletionem intentauit inimicorum, sed suam non præuidit. Hinc insipiens, quasi plumbum

36. Politici ascendentes descendũt, & eorum ascensus est descensus.

non ascendit, sed descendit, sicuti & omnes illi, qui Deo derelicto, ea tantum vti satagunt, nullumque Dei respectum habentes, cæca securitate ad gubernandum media assumunt, dummodo vtilia, etiamsi Deo displicentia, etiamsi fallacia, omnique dolo plena.

Hinc veste induti peregrina, alienamque semper induentes formam, speciem induunt multiformem, omnia omnibus facti, non ad eos

37. Multiformem speciem inducunt ad decipiendum.

lucrandos, vt Paulus, sed ad eos decipiendos, vt diabolus, quod primum in hac scientia præceptum, verè, omnique cum proprietate Polypo ab eodem Ambrosio similati, qui ad similitudinem loci, cui adhæret, colorem immutans,

38. Polypo similes. *Ambr.*

incauta carpit aquatilia, simplices deuorat pisces. *Fraudulentum illud*, ait Ambrosius, lib. 5. Exameron. cap. 8. *polypi ingenium non præteribo, qui vadoso in littore petram nactus affigitur ei, atque eius nebuloso ingenio colorem subit, & simili specie terga obductus plurimos piscium, sine vlla suspicione fraudis illapsos, dum notum non præcauent, & saxum opinantur casibus furtiuæ artis includit, & sinu quodam suæ carnis intercipit: sic spontanea venit præda, & talibus capitur argumentis, qualia sunt eorum, qui ingenium suum sæpè commutant, & diuersas nocendi artes mouent, vt singulorum mentes, sensusque pertentent, cum continentibus continentiam prædicantes, in cœtu intemperantium, tanquam deuij à studio castitatis, & demersi in intemperantiæ volutabris, vt qui eos audiunt, aut vident, incauta facilitate se credant, eoque citius labuntur, dum distinguere non norunt, nec cauere quod nocet, dum grauior sit, & magis noxia improbitas benignitatis obumbrata velamine.* Nil melius. Tales sunt isti, nunquam vnam præ se ferentes speciem, ad omnia promptam eam habentes, vt incautos appræhendant simulati, & ficti, ad hoc vnum sui viuacitatem dirigentes ingenij.

Hoc licet admirari in vafro illo consiliario Achitophel sic prudens, sic cordatus æstimatus, vt de eo sacer dicat textus: *Quòd erat quasi si quis consuleret Deum*, & quod mirum *hoc & cum esset cum Dauid, & cum esset cum Absalon*, 2. Regum 16. numero 23. Quid Absalon cum Dauid? quid serpens cum agno? quid simplex cum versipelli? meritò quærit Procopius: cui respondens dubitationi, ait: quia cùm versipellis esset, ad vtrorumque ingenium se accommodabat, cum bono bonus, cum malo pessimus. *Certum est*, ait, *Achitophelem se rebus præsentibus accommodasse & pro vtriusque ingenio, & moribus consilium dedisse erga bonum malitiam celans, erga prauum ostendens.* Quapropter meritò dæmonibus eum assimilans Theodoretus quæst. 33, ait, ad instar illorum se gessisse, qui celant cum bonis malitiam, dum malis eam aperiunt. *Sceleratissimi dæmones*, ait, *celant suam nequitiam conuersantes cum bonis, sed si inuenerint aliquem, qui eorum delectetur studijs, eam aperiunt, & ea loquuntur, quæ conferunt audientibus.* Iste quoque *erat talis, nam & diuino Dauidi eas adhibebat suasiones, & consilia quæ optimo eius scopo conuenirent, & ea Absaloni consulebat, quæ eius congruebant moribus:* Et hoc equidem, vt ad suum omnia trahens commodum, & filius armaret in patrem, & pater in filium, ad hoc vt inter istos ipse discordes securus regnaret; immo & suas vindicaret iniurias, & quas propria non poterat manu vlcisceretur aliena.

39. Achitophel versipellis nunquam vnam induens formam politicorũ prototypus. *2. Reg. 16. 23. Procop.* *Theod.*

40. Dæmoni similis, sicut & politici.

41. Cur incestum suaserit Absaloni. *Hieron.*

Hinc impium, scelestumque eius emanauit eoosilium, quod Absaloni de deturpatione Dauidis præstitit vxorum; nam offensus de iniuria Bersabeæ, cuius, ex traditione Hebræorum iuxta Diuum Hieronymum, erat neptis, deque morte offensus Vriæ, non ausus Dauid in sua stante potentia interiorem ostendere rabiem, immensumque intrinsecus liuorem, simulato affectu illum colens, consilia præstabat veluti diuina; ac quando occasio sese obtulit, foras prorumpens virus latens, vt par pari redderet, & deturparet Dauid in vxoribus, quæ fuerat in nepte, nulla Dei, nulla naturæ habita ratione, dummodo iniuria inulta non maneat, ingrediatur

filius & deturpet patrem, *Impurior nescias, an cruentior filius*, vt dixit Saluianus lib. 2. de Prouidentia. *Saluian.* O nefanda prudentia carnis, in quale barathrum miserum eijcit hominem! ó infanda politicorum ratio, quæ dum regnum stabiliatur, neque ipsam veneratur naturam! *Et ait Achitofel*, *Ca.16.11* facer inquit textus cap. 16. num. 11. *ad Absalon, ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum*; cuius tam nefandi sceleris ratio, *vt cùm audierit omnis Israel, quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum*, id est, vt inquit Iosephus, Abulensis, Lyra, *Ioseph. Abulens. Lyra.* & alij, ex hoc securi sint te numquam amplius in gratiam rediturum patris, sed perpetuum ex hoc cum ipso bellum habiturum; hincque non timeant, aliquando te consilium fore mutaturum; ergo cùm proficuum, etsi turpe, etsi inhumanum, etsi bestiale, etsi crudele, assumetur: & quod amplius, non in occulto, sed toto spectante Israele, vt quod auditu etiam esset horribile, oculis inspiceretur subditorum, *Tetenderunt ergo Absalon tabernaculum in solitario, ingrefsiuque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel.*

42. *Politici ad honestum nunquam respiciunt.*

Saluian. Quod meritò expauens Saluianus ait: *Quia interficere patrem non potest, parricidio fœdat incesto, & quidem iniusti nefas per industriam accumulandi sceleris elato, cum vtique factum, quod etiam secretò abominabile facerent, persecutor parentis publicè perpetraret, scilicet, vt sordidissimo crimine aon pater tantam absconsit deformaretur, sed oculi etiam totius orbis publico fœdarentur incesta.* Vt hinc videas, quàm perniciosa sit hæc prudentia, quàm vesana, simulque brutalis, vt non solum particulares aliquando deturpet domos, sed communes, immo & totum ipsum inficiat mundum. Miser Absalon ab illa deceptus, non solum patrem, vt inquit Saluianus, sed totum simul fœdauit orbem, & dum gloriam ex dominatu præsumpsit, amisit, non perspiciens infelix, quod deturpando eo patrem incestu, seipsum fœdè etiam deturpabat. At nil horum sapientia prouidet carnis, sed tantum proprio consulens bono, dummodo regnum confirmetur, parentum non sit ratio, honestati non sit respectus, ipsa demum ablegentur iura naturæ. *Bestiæ, & mutæ pecudes*, meritò exclamat Chrysostomus *Chrysost.* tom. 1. homil. de Absalone, *pietatis iura conseruant, & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem, innocentem perimere nefas est, patrem occidere scelus, Prophetam iugulare facinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa iam ab isto scelere, cessa, cessa, inquam, ne te boni horreant, ne audaces ex te, quod non nouerant, discant. Cessa, inquam, ne qui post te tantum facinus perpetrauerit, te vtatur authore, cur mundo nouum facinus tradis? cur doces quod natura non nouit? cur audes perficere, quod nouo supplicio cogatur Deus vindicare?* Pro Absalone Chrysostomo respondeo, vt regnem, vt imperem, vt meo consulam imperio, hinc omnia illa perpetro, etiamsi contra naturam. O immanis, ó turpis prudentia!

43. *Totum orbem inficiunt & maculant, confundunt, & inuertunt.*

44. *Seipsos tandem perimunt, & occidunt.* Hinc meritò tamquam Deo inimica, semper infelici se perimit exitu, & dum alterum à statu deturbare cupit, seipsam deludit. *Porrò Achitophel videns quod non fuisset factum consilium suum, disposita domo sua suspendio interijt.* facer inquit textus ibid. cap. 17. num. 23. iustum in eum Dei ca- *Ibid. c. 17. 23.*

A dens iudicium. Vbi adnotandum, suspendij causam spretum fuisse consilium, vt inde occideretur, vnde vsq; ad Deitatem, vt sic dicã, se extulerat: Consiliũ suum tãquam Dei habebatur, hinc fas omne, quod ipse consulebat, consilio ad propriam respiciens vindictam Dauidem deturpauerat. Sit ergo consilium etiam, quòd eum suffocet, & suspendat, & eisdem proditor armis occidatur, quibus offenderat. *Dedit Achitophel pœnas illius impiæ & nefariæ suasionis*, inquit Theodoretus quæst. 53. *& quoniam in patrem armauit filium, ipse rursus in se armauit manus, & ijs laqueum collo inijcient miserrimum sustinuit finem*: sicut & sustinebunt omnes, qui simul ac iste consimili imbuti carnis prudentia contrà Deum se armabunt, contraque veritatem, subtilitatem ingenij non ad bonum, sed ad malum applicantes, vti impij isti, qui vt semel suum de animæ mortalitate errorem constituerent, miris illum similitudinibus ornarunt: dicentes,
B *quia ex nihilo, &c.*

45. *Achitophel consilio elatus, consilio etiam occisus in politicorũ exemplar.*

Theod.

Num. 4. *Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

NOuam nunc rationem adducunt impij ad suam, vt laxatis habenis in peccata ruant, turpique vita fruantur, firmandam sententiam. Multi enim se à malis, timore infamiæ, malique se abstinent
C nominis, quod post se definent, si mala faciant, & multi ad bonum amore impelluntur famę boni nominis, memoriæque, quam post se relinquere ambiunt. Vt ergo iniqui absque fræno delicijs, peccatisque dare se possint, auferunt infamiæ timorem dicentes, siue bonam, siue malam famam omnia cum tempore perire, tempusque omnia cõsumere, & sic operum, siue bonorum, siue malorũ, nulla amplius erit recordatio. Quod quàm falsum sit, non est quòd probemus, cùm luce clarior hæc res existat; erit quidem malorum, impiorumque memoria, at nõ laudabilis, sed odibilis, & ingloria, quam timere deberent ipsi si saperent, sed eorum hoc non sustinet imprudentia: vt enim possint deliciari infamiam non timent, ad hunc enim statum deueniunt miseri, à delicijs, & voluptatibus obcæcati.

D *Per tempus*, Bonauentura, hoc est *per temporis diuturnitatem*, Carthusianus, *paulatim*. Hugo, *cito*. Vatablus: *lapsu temporis*.

Bonau. Carth. Hugo. Vatabl.

HOMILIA XXX.

Peccatoris inter alias vna est illa miseria, infamiam non timere; indeque miserè labitur.

ET *nomen nostrũ obliuionem accipiet per tẽpus*, inquiunt isti, *& nemo memoriam habebis operũ nostrorum.*

noſtrorum. Vnde non eſt cur famam pertimeſcamus,ſiue enim bona,ſiue mala illa ſit, cum tempore equidem peribit. In quantam ergo iſti deueniunt dementiam,ſiue in qualem miſeriam ob voluptatis effrænatum deſiderium. *Nemo eſt*, inquit

Plato.

Plato, *qui non deſideret perpetuum apud poſteros nomen habere.* in Dialogo quarto de Legibus. Hoc

1. Deſiderium apud poſteros famæ homini innatum.

fuit primum,vt ſic dicam,effrænatum deſiderium, quod poſt diluuium inſanire fecit homines,ob hoc illam inſanam turrem,ciuitatemque ædificare cæperunt,Geneſ. vndecimo,quarto, *Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælũ, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.*

Geneſ. 11. 4.

Ob hæc etiam omnia ipſi mundo addicti operantur: *Omnes qui huic ſæculo*, inquit Gregorius 2. Mural. cap. 18. *cogitatione terrena conformantur, per omne quod agunt, huic mundo, relinquere ſui nominis memoriam conantur, alij bellorum titulis, alij ædificiorum manibus altis, alij deſertis doctrinarum ſæcularium libris inſtanter elaborant, ſibique memoriæ nomen ædificant*, & tamen iſti minus quàm homines, vt ſic dicam, nullum nomen deſiderant habere, vt voluptuentur, immo vt volutentur.

Gregor.

2. Bono nomine nil præſtantius.

Prou. 22. 1.

Quid enim, quæſo, carius? aut quid bono nomine, bonaque fama præſtantius in hac vita? *Melius eſt nomen bonum*, inquit Sapiens, *quàm diuitiæ multa*, Prou. 22. num. 1. *Super argentum enim, & aurum eſt gratia bona.* Pereunt enim diuitiæ, & cum vita amittuntur, perit & ipſa vita omnibus, & ſuper omnia charior, nomen tamen bonum, famaque nunquam perit, etiamſi vita amittatur, & tranſeunte homine, non tranſit ipſa: vnde licet mortuus viuit, & tamen cùm hoc ita ſit, ita voluptas peruerſa obcæcat homines, vt de fama nil curantes, inſani, & miſeri, in perpetuam infamiam incidentes non ſentiunt, nec curant.

3. Illud repudiantes in ſe ipſos crudeles.

Auguſt.

Iſti homines imprudentes. & in ſe ipſos crudeles merito appellari poſſunt, ſic tales appellauit Auguſtinus lib. de bono viduit. tom. 4. repræhendens eos qui conſcientia tantum bona contenti nil de cætero curant, etiamſi aliqua in publico faciant, quibus fama lædatur ipſorum, imprudentes tales dicit, & crudeles. *Non audiendi ſint*, inquit, *ſiue viri ſancti, ſiue fœmina, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longè abeſſe ſciant, dicunt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiam, tales enim exiſtimationem hominum non imprudenter ſolum, verùm crudeliter contemnunt.*

4. Cõſcientiæ tantum bonæ aliquid bonum non apparens perpetrare nõ licitum.

Et merito quidem, nam malâ famâ non ſolum ſe ipſos interimũt, ſed alios: *cum occidunt*, inquit Sanctus vbi ſupra, *animas aliorum blaſphemantium viam Dei.* Vnde ſic liceat ex hoc Auguſtini dicto argumentari: Si boni viri, & ſancti, optimam habentes conſcientiam, famam non æſtimantes ſuam, imprudentes ſunt, & crudeles, quales erunt hi, qui malam eam habentes, coram Deo, hominibusque turpia agentes, in paſſionibus ſuis ſic vincti degunt, vt famam, honoremque ſuum negligant, & paruipendant? Nonne imprudentiſſimi dicendi, & crudeliſſimi? vt pote homines fœtidi, maléque olẽtes, fama enim eſt odor operum noſtrorum, *habens enim mores*, inquit Bern. ſer. 1. in Cant. *colores ſuos, habent & odores.* Color enim eſt bona intentio, & bona conſcientia, odor verò bona opinio, & bona fama, inquit idem. Ergo peſſimum mittemus odorem, ſi mala perpetrabimus, optimũ, ſi bona: quem bonum odorem ſpernere non ſolum animi arro-

5. Fama odor operum.

Bern.

6. Animi diſſoluti eſt ſignũ, negligere quid alij de ſe ſentiant.

A gantis eſt, ſed diſſoluti, vt inquit Cice. 1. de Officiis. *Negligere enim, ait, quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis, ſed etiam omnino eſt diſſoluti.* Et Plato 12. de Legib⁹ circa medium, cauet ne quis vnquam paruifaciat, *probusne aliis videatur, an improbus.* Lege Lorinum in Eccle. c. 7. verſu 2. Ergo diſſoluti ſunt, qui talem ſpernunt odorem, immo inſani: nam qualis maior veſania eſſe poterit, quàm illorum, qui bene olere cùm poſſint, & non fœtere, de bono odore nil curantes, fœtere etiam paruipendunt, nõne inſanos iſtos iudicabimus? immo & imprudentes, cùm cordatorum hominum ſemper fuerit ſuprà ipſam vitam bonam æſtimare famam.

Cicer.

Plato.

Lorinus.

7. Cordatorũ hominum eſt ſupra vitam æſtimare famam.

Vnde non parum ponderanda ſunt verba illa ſeniorum Iſrael de Moyſe, Aaroneque conquerentium. *Videat Dominus, & iudicet, quoniam fætere feciſtis odorẽ noſtrũ corã Pharaone, & ſeruis*

Exo. 5. 21.

B *eius.* Exod. quinto num. vigeſimo primo. Mirum, infinita iſti tunc mala patiebantur, labore opprimebantur, flagellis cędebantur, iniuriam ſuſtinebant, duriſſimè ſeruitutem tolerabant, & tamen de nullo conqueruntur, niſi de malo nominis eorum odore coram Pharaone, eiuſque miniſtris, ac de mala fama ipſis per Moyſem, Aaronemque originata; cur ergo non conqueruntur de oppreſſione, de flagellis, de ſeruitute, & iniuria? niſi quia apud cordatos, quales iſti erant, homines, plus æſtimatur bonæ odor famę, & pluris ducunt bonę famę amiſſionem, quàm ipſa flagella, immo ipſam mortem, *Bonum eſt mihi magis mori*, inquit Paulus primo ad Corinth. 9. 15. *quàm vt gloriam meam quis euacuet*, ſeu vt ſyriacè, *Satius mihi fuerit vt moriendo moriar, quàm vt quis gloriationem meam*

8. Senes Iſraelis plus infamiam doluerunt quã labores.

1. ad Cori 9. 15.

9. Paulus malebat mori quàm infamiam perpeti.

C *inanem reddat.* Et Eleazarus ille famoſiſſimus, maluit mori quàm inglorium viuere, immo maluit mori, quàm maculam ſenectuti ſuæ inferre: *Et per hoc maculam, atque execrationem meæ ſenectuti acquiram*, ſecundo Machabæorum ſexto, vigeſimo quinto, immò ipſemet infirmus muliebris ſexus, plus infamiam ſentit, quàm ipſam mortem, *Ob hoc ingemuit ſancta illa Suſanna*, inquit Sanctus Hieronymus capite trigeſimo Daniel. num. vigeſimo quarto, ob dolorem ſcilicet infamiæ, & non mortis, *Ingemuit Suſanna, & ait; anguſtiæ mihi ſunt vndique:* vbi ſanctus, *Anguſtia erat illa non imminentis mortis, ſed opprobrij, & ignominiæ, qua perfundenda erat illis accuſantibus, anguſtiabaturque, quoniam cura illi erat non modica de conſeruando bono nomine.* Et Sara etiam malebat mo-

2. Math. 6. 25.

Dan. 13. num 24.

Hierony.

10. Suſanna ingemuit non ob mortem ſed ob infamiam.

D ri, quàm improperata viuere. *Peto Domine, vt de vinculo improperij huius abſoluas me, aut certè deſuper terram eripias me.* Tob. 3. num. 15. Etcùm hoc ita ſit, tamen in tantam deueniunt peccatores dementiam, ſicque eos dementat voluptas, vt timorem perdant infamiæ, & inglorios viuere non curent.

Tob. 3. 15.

Ad quem ſtatum cùm quis deuenerit, eius equidem ad Deum conuerſio perquàm difficilis efficitur, quia impudenter contra Deum peccando, impudenter etiam monitiones eius reſpuunt, ac monitorem ſpernunt. *Domus autem Jſrael*, inquit Dominus Ezechielis capite tertio num. ſeptimo, *nolunt audire te, quia nolunt audire me, omnis quippè domus Jſrael attrita fronte eſt, & duro corde*, fronte attrita Deum non audiebant, eademque nec Prophetam, vnde irreparabilis caſus erat eorum: vt ſemel videas in quale barathrum frons impingit hominem attrita, & inuerecunda,

11. Peccator famam non curans difficile ad Deum conuertitur.

Ezechiel. 3. 7.

& quod malorum omnium extitit extremũ. Multa enim peccata & mala de Hierusalem enumerauit Dominus per Hieremiã Prophetam cap. 3. n. 9. *Hier. 3. 9.* *Leua*, inquit, *oculos tuos, & vide vbi non prostrata, his in viis sedebas expectans eos quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.* Magna & multa erant hæc, in malum ceciderat statum Hierusalem, sed in priorem deuenit, quia timorem infamiæ amiserat, & licet à Deo castigata, *prohibita enim sunt stellæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit*, non tamen se emendauit; neque Deum audiuit, nec ei obtemperauit, cuius ratio, *quia frons mulieris meretricie facta est tibi, noluisti erubescere: Qui enim vincuntur à peccato*, inquit Origenes homil. prima in caput 16. Ezech. *& peccantes latere desiderant, similia faciunt meretrici erubescenti: qui verò cum omni procacitate delinquũt, nihil curantes de Episcopo, de Presbytero, de fratribus, similes fiant, meretrici cum fiducia prostitutæ.* Nil melius. Non veretur Episcopum quis, non Presbyterum, non fratrem, per quos conuerti, & ad Deum redire stimulatur, vnde ei conuersio. Hinc verum, vt cùm homo ad illum deuenit statum, vt honorem paruipendat, & de infamia nil curet ad desperationis barathrum descendens, sicut homines non veretur nec audit, sic nec Deum ipsum auscultat. Vnde Regius Psaltes psal. sexto num. duodecimo, exauditus ipse à Deo, obtentaque peccatorum venia, in virtute proficiens, eandem inimicis suis precans, vt ad eam perueniant, & eorum Deus misereatur, primum quod eis optat, verecundia est peccatorum, quasi impossibile iudicans verecundari aliquem, & non se pœnitere. *Erubescant*, inquit, *& conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur, & erubescãt valdè velociter. Orat pro inimicis anima exaudita*, inquit Gregorius Magnus hunc Psalmum exponens, *& orat vt eodem rubore perfundantur, quo ipse quondam: ergo, inquit, quia propter peccata, quæ perpetraueram erubui, erubesceas vero, vt ea diluerem, in gemitu meo laboraui, exauditus veniam impetraui, & vtinam meo exemplo erubescat quicumque, quòd ad imaginem, & similitudinem Dei sit factus, intelligit, & qualiter illam peccando fœdauit, agnoscit; nam si se circumspiciens consideret, & decorem, quem perdidit, & obscanitatem, qua se velut quodam teterrimo colore perfudit, de operum suorum qualitate, nisi sit lapis, erubescet: Nam nobilis anima signa aliquando peccati notas admiserit, verecundiam tamen à se funditus non repellit, nam & illud verum est aperta desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum, vnde sub Iudeæ specie contemnenti anima dicitur: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Nil melius. Indicium desperati animi, hoc est totaliter salutem suam contemnentis, est peccando erubescentiam simul, & pudorem amittere, & sic frontosè peccare, vt neque hominem reuereatur in terris, nec Deum in cœlis. Sic peccabant illi de quibus Paulus ad Ephesios quarto nu. 15. dixit, *quod desperantes semetipsos tradiderant impudicitiæ*: vbi Hieronymus, *Quod autem, ait, qui desperantes*, lectio Græca habet, *indolentes*, siue *indolorios, hi sunt, qui postquam peccauerint, non dolent, qui nequaquam sentientes ruinam suam feruntur in pronum, vt bestia.*

Origen.

12\. Peccator prælatum non timẽs, meretrix dici potest.

13\. Ad inuerecundiã prolapsus Deũ amplius nõ audit.

Psa. 6. 10.

14\. Principium peccati delenonis est de illo verecundari.

Gregor.

15\. Anima nobilis quæ dicitur.

16\. Desperati animi signũ in malitia non verecundari, & de ea non dolere.

Ad Eph. 4. 15.

Hierony.

17\. Peccatores inuerecundi iniqui dicendi.

Luc. 18. 6

Tales enim sic peccantes, non solum peccatores, sed iniqui peccatores dicendi sunt, vt pote ipsa iniquitate pleni, & quodammodo totaliter re-

A

pleti: *Audite quid iniquitatis iudex dicit*, Luc. 18. num. 6. *inquit*, Dominus quem iniquum appellauit, quia de eo dixerat, *quod nec Deum timebat, neque homines reuerebatur*, quod fuit dicere hominem esse ita attritæ frontis, vt non timens Deum, nec quid de eo etiam homines dicturi essent formidabat, quapropter totaliter, quia timorem infamiæ amiserat iniquitatis, non amplius iustitiæ iudex erat. Sic certè isti frõtones, & inuerecundi, non solum dici possunt mali, quia peccant, sed etiam iniqui, quia nec Deum, nec homines reuerentur, immo sepulchra patentia, vt inquit Origen. lib. 3. in cap. 3. epistolę ad Romanos explicans illa verba psalmi adducta à Paulo, scilicet, *Sepulchrum patens est guttur eorum.* horrendè fœtidissimum odorem exhalantia. *Omne sepulchrum*, inquit Origen. *immunditiam defuncti cadaueris contegit: videtur autem Paulus in hoc loco maius aliquid in istis de quibus sermo est, ostendere criminis, cùm eos sepulchrum non tectum, nec coopertum, sed patens appellat: clausa enim sepulchra dicuntur ij, quos aliquantulum pudor cohibet palam delinquere, & proferre in publicum crimina sua: patens verò sepulchrum dicuntur ij, qui immunditias suas, & impuritates in propatulo habent, quibus assiduitas, & vsus scelerum, quod est in malis vltimum, etiam commissorum verecundiam sustulit, vnde & propriam infamiam suam non formidant, in cuius causa est ipsum turpitudinis vitium, quod stultos eos facit, ac detestabiles, etiamsi præclari sint, dum maculas inferre gloriæ suæ paruipendunt.*

18\. Christus eũ iudicem iniquũ appellauit.

Origen.

19\. Peccatores infamiam non timentes sepulchra malè olentia, nõ coopertæ, sed detecta.

B

20\. Peccatores qui clausa sepulchra dicuntur quales.

Mira in libro Ecclesiastici, & magnifica de Salomone enarrantur, attamen vltimò stultum eum denominat Sidrac. Eccles. 48. num. 11. *Prophanasti*, inquit, *semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam.* Vnde ergo tantus ille Rex sic mirificè laudatus, ita postea deturpatur? nisi quia non erubuit dare maculam gloriæ suæ, *Inclinasti mulieribus fœmora tua*, inquit, *potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua:* Quasi diceret: maculam non erubuisti gloriæ inferre tuæ, honorem despexisti tuum, ac famam ob delectationes vendidisti tuam: quid tibi præclara illa seruierunt? quid sapientia tua? stultus es, quia honorem tuum maculasti, & incursionem infamiæ non curasti, sic equidem ad tale barathrum voluptas homines immergit sibi subditos, vt malos iniquos, & insuper stultos eos faciat, non curantes famam, non infamiam nominis sui, vnde meritò cæcus depingitur cupiditatis amor, cæcaque ipsa voluptas. *De luxuria*, inquit sanctus Gregorius lib. 7. moral. cap. 17. *Quod cæcitas mentis, inconstantia, inconsideratio, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror autem, vel desperatio futuri generatur.* Postrema notanda verba: desperationem nempè futuri ex luxuria generari, desperant enim tales aliam esse vitam: vnde præsentem solum videntes, immo appetentes, futuram minimè inquirunt, immo & eam non esse credunt, sic isti, vt supra vidimus, qui simul cum desperatione vitæ futuræ, de perpetuitate etiam nominis, famæque suæ desperant, quapropter nihil de ea amplius curare statuunt, vnde & dicunt, *& nomen nostrum obliuionem accipiet.*

Eccle. 48. 21.

C

21\. Salomon stultus dictus, quia infamiam nõ curauit.

22\. Amor cupiditatis cæcus.

Gregor.

D

23\. Luxuriosi desperant futura.

Num. 5. *Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertitur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. 1. *Comparatio vitæ cũ vmbra frequens in scripturis.* *Paral. 29. 15.* *Psal. 101. 102. & 143.* *Iob. 8. 9.* 2. *Eius ratio, & in quãtis vita cum vmbra conueniat.*

PErgunt impij similitudinibus explanare inanitatem vitæ, quam nunc vmbræ comparant.

Vmbra enim transitus, &c. Comparatio vitæ nostræ cum vmbra frequens est in scripturis, vt B Paral. 29. num. 15. *Dies nostri, quasi vmbra super terram; & nulla est mora*: & in Psalmis. *Dies mei sicut vmbra declinauerunt*. Psal. 101. num. 102. & 143. *Dies nostri sicut vmbra prætereunt*: Iob. 8. num. 9. *Vmbra dies nostri super terram*, & alibi sæpè. Neque caret ratione, nam nihil aptius vitæ nostræ comparari potest, aut è contra. Primò enim vmbra cito euanescit, sic vita. Secundò ad motum corporis mouetur, & non amplius durat, sicut & vita. Tertiò nunquam in eodem statu permanet, modo parua, mox maior, mox ad nihilum reducitur, ita vita nostra. Quartò pergens ad occasum sol, vmbra fit maior: sic potentum vita tunc illustrior, quando ad occasum vergit. Quintò nil habet solidi, sic & vita nostra quid soliditatis habet? apparentia tantum bona sunt. Sextò est obscura, sicut vita hæc ab obscuritate fidei obscura dicitur. C Septimò est frigida, & similiter hæc vita ad defectum charitatis frigidissima. Octauò anteit hominem, si hic solem post se habet, præit post ipsum, si ante oculos; sic si homo Deum intuetur, spernit omnia hæc, & post terga ponit, at si in minus ante se illam habens, magni ea facit. Vide Olkot lect. 18. *Vmbra ergo est vita humana*, immo vt Pindarus dixit, *vmbra somnium*, vt refert Plutarch. orat. consolatoria ad Apolonium.

Olkot. *Plutarc.*

Et non est reuersio, &c. Alia lectio, *Et non est impedimentum finis nostri*, idest nullus est, qui eum retardare possit. Vatablus. *Non est reuocare pedem ab interitu*, quod difficile, nam difficilis reditus à morte ad vitam, vnde Poëta Æneidos 6.

Vatab.

Facilis descensus Auerni,
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est. D

Quoniam consignata est, &c. Obfirmata, stabilita, sigillata; videtur ducta similitudo à lapidibus impositis sepulchris ad obsignandum, & à sigillo eis impresso, vt de Christi sepulchro dictum est Math. 27. 66. *signantes lapidem*, & de laco Danielis cap. 6. num. 17. Sensus est, vnicuique obsignatum esse, horamque stabilitam sui finis, à qua nulla cùm sit reuersio neque pedem quis retrocedere possit, impossibile fit vt omnes non currant quotidie ad illam.

Math. 27. 66. *Daniel. 6 17.*

Quæ hìc tractanda erant de breuitate, vanitate, & inanitate huius præsentis vitæ, consultò distulimus vsque ad caput quintú, nam e[illegible] m ibi mali dolore pœnarum oculos habeant apertos, verè, quod ibi intendunt, est nobis aperire quid sit hæc vita, quam tanti fecerunt ipsi, quòd nunc non in-A tendunt, sed voluptatibus decepti, quòd ambiunt est probare, animam esse mortalem, & post hanc nullam aliam esse vitam, vt consequentiam, quam prætendunt, elicere possint, nempè hìc fruendum, vt mox videbimus, ideo ne scopo eorum dissentiremus, suspendimus de breuitate vitæ nostræ in rectum sensum hìc tractare.

Num. 6. *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. 1. *Virtus æstimãda esset, etiamsi alia non esset vita* *Scotus.*

COnclusio falsa, immo falsissima, ex veris positionibus, vt sæpè faciunt mali, & impij, in quo etiam decipiuntur, etiamsi post mortem nulla esset vita, nam virtus per se æstimanda esset, & appetenda, & vitium odiendum. Vnde aptè Scotus 4. distinct. 43. quæst. 2. affirmat virum Politicum exhibere vitam pro patria debere, etiamsi animam esse immortalem vel nesciat, vel non credat.

Bonauen. 2. *Nulla delectatio sine socio iucũda.*

Venite, &c. Notat Bonauent. hoc dici, quia nulla delectatio sine socio iucunda: vnde ob hoc se inuicem inuitant mali, vide Olkot lectio. 9.

C *Bonis, quæ sunt, &c.* Quæ videmus, ac manibus pertractamus, nam futura nulla existimant, aut esse putant, & ideo præsentia tantum inquiruut.

Tanquam in iuuentute, &c. Idest, vtique *dum sumus in iuuentute, & libet voluptatibus vti*, sic Iansenios. Alter sensus est: cùm creatura est in iuuentute sua, & adhuc viget, & nos recreare potest: Vatablus. *Rebusque creatis simul, ac iuuentute vtamur*. Alij, *dum est iuuenta*. Hugo, *Sicut iuuentus exigit*. Mihi primus sensus magis arridet, nam ad deliciandum nullum tempus magis aptum, quàm iuuentutis.

Iansen. *Vatab.* *Hugo.*

Celeriter, &c. Idest studiosè, strenuè, grauiter, summa cura, nullam occasionem prætereundo, mira diligentia.

D Sensus clarus est, suam consequentiam ex præmissis colligunt mali, voluptatibus nempè vacandum, quia vita breuis, & post hanc in nihilum omnia verti, vnde se ipsos inuitant ad deliciandum.

HOMILIA XXXI.

Diligentia malorum in malè operando negligentiam condemnat seruorum Dei in benefaciendo.

V*Tamur*, inquiunt isti, *creatura tanquam in iuuentute*, idest fruamur ea omnimodè

dum in flore sumus, & hoc, *celeriter*, id est studiose, strenuè, summa cura, summaque diligentia, nullam occasionem prætereundo, nil omittendo, non dormitantes, aut oscitantes, sed strenuè. Admirari equidem licet diligentiam malorum ad suas capessendas voluptates, sicut è contra negligentiam bonorum ad supernas felicitates adipiscendas. Mali enim occasionem peccandi non expectant, vltro eam inquirunt si non adest: dum boni, etsi adsit, eam respuunt, & fugiunt. In peruerso illi agendo non defatigantur, boni vix incipiunt, & iam lapsi retrocedunt. Mali die, noctéque etsi actu non peccant, de peccati tamen delectatione semper inter se confabulari cambiunt, Boni è contra multoties, dum bonum negligunt, de eo etiam loqui renuunt.

August.
1. Malorum solertia in male agendo.

Sunt multi, inquit Augustinus, lib. de vera, & falsa pœnitent. tom. 4. *qui vt peccent non solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt, neque expectant tentationem, sed præueniunt voluptatem, & pertractant secum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent.* Mira malorum diligentia in male faciendo, præueniũt malũ, secundum Augustinum, & non solum præueniunt, sed in male faciendo non vincuntur, etsi occasio peccandi non adest, ipsi eam perquirunt. Hinc de talibus profundè lamentatur Hieremias capite tertio num. primo

Hier. 3. 1.

dicens: *In viis sedebat expectans eos quasi latro in solitudine.* Quid est in viis sedere, nisi occasionem peccandi præcurrere, & dũ domi non adest, foras eam perquirere? clauduntur in claustris si homines, seris, cancellisque obseruntur, si mulieres, vndique occasio tollitur: at diligentia omnia superante, nec claustrum proficit, sera cancellique reseruntur. *Polluentes terram in fornicationibus suis, & in malitiis suis*, die noctuque terrena cogitantes, modosque ad peccandum exquirentes peregrinos, terrenis cogitationib⁹ absorpti, etsi in claustris, immo vt sic dicam & deuorati. *Extendisti*

C

Exod. 15. 12.

manum tuam, de talibus sanctus ait Moyses, Exod. 15. num. 12. *& deuorauit eos terra.* In quo loco eleganter Origenes homil. 6. tom. 1. ait: *Impios qui-*

Origen.
2. Peccatores quos terra deuorat qui.

dem, & hodie deuorat terra: an non tibi videtur terram deuorare illum, qui semper de terra cogitat? qui semper terrenos habet affectus? qui de terra loquitur? terram desiderat? de terra litigat? & omnem spem suam ponit in terra? qui ad cœlum non respicit? qui futura non cogitat? qui iudicium Dei non timet? nec beata eius promissa non desiderat? sed semper de præsentibus cogitat, & terrena suspirat? talem cùm videris dicito, quia deuorauit eum terra. Nil melius. Quod si deuorauit, ergo in suam conuertit substantiam, omninoin terram conuersi: hinc horum ariditas spiritus, & bonorum operum abscissio, hinc eorum obstinatio, & in malum peruicacia.

3. Ariditas spiritus hominum spiritualiũ vnde, sicut & in peccatis obstinatio quando labuntur.

D

Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit, & frons meretricis facta est eis, noluntque erubescere, idem dicit Propheta: digna pœna, vt infrunitè, & induratè peccent qui peruersè peccatis vltro se obtulerunt, & negligentissimi inueniantur ad conuersionem, qui diligentissimi fuerunt ad lapsum. Horum diligentia condemnabit negligentiam bonorum, dum isti non solum bonum multoties non præueniunt, sed occasionem eius fugiunt, pigri ad debita, dum diligentissimè mali sint ad indebita.

4. Mali bonos condemnabunt, quia in male faciendo nũquam defatigantur.

Præuentione ergo mali æquè condemnabunt impij bonos, at non solum præuentione, sed inde-

A fatigatione, vt sic dicam, id est non solum quia diligentiores malum præueniunt, sed etiam immò multo magis, quia in malè agendo numquam defatigantur. Quod significauit Paulus ad Ephesios 9. num. 55. dum de gentium in peccando indefessione ait: *Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam: desperantes*, inquit, hoc est, nullam aliam expectantes vitam, neque [illegible] futuram sperantes gloriam semetipsos tradiderunt omni impudicitiæ, & hoc in *auaritiam*, hoc est insatiabiliter, numquam defatigati: quod eleganter explicuit Hieronymus hîc dum ait: *In auaritiam peccant, dum numquam luxuriando satiantur, nec terminum habet eorum voluptas.* Hæc insatiabilitas, ac indefessio malorum ad peccandum, condemnabit fastidium, ac defatigationem Dei seruorum in benè operando, qui vix vnum opus agunt, ac fastidiunt, & licitam occasionem putant quia heri ieiunarunt, hodie epulari.

Ad Ephe. 9. 15.

5. Peccatores peccantes in auaritia qui.

Hierony.

B

In omnibus mundi studijs, inquit Hierony. epist. 1. ad Demetriadem Virginem tom. 5. *profectò non satiantur homines, in virtute tantum cœpisse sufficit, feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cælestibus sumus, & summam in rebus paruis exhibẽtes alacritatem ad maiora torpescimus, considerare pudet quantus sit feruor in sæculo, quanta cura, singula quæque studia hominum quotidie ad perfectum nituntur, litterarum ardor prorsus ætate extinguitur: diuitiarum amor insatiabilis est: expleri nescit honorum cupido, celerem habitura res finem, sine fine quæruntur. Nos diuinam sapientiam, cælestes diuitias, immortales honores pigra quadam dissimulatione negligimus, & spirituales diuitias, aut ne attingimus quidem, ut si leniter degustauerimus continuo nos putamus esse satiatos.* Quid ad rem magis, propriusque dici potest? vix virtutis iter arripimus, & deficimus, vix diem vnum facimus, & mox ad sæcularia conuertimus. similes illis, de quibus Dauid dicebat psalmo 77. num. nono, *Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.* Non enim dixit in diebus, sed in die; primum quidem diem sustinere noluerunt, licet paratum, intensumque haberent arcum, armisque ij abundarent, quibus offenderent inimicum: tamen cito exanimati in ipsomet die, siue in ipsomet belli defecerunt principio.

Idem.

6. Mali via diligentia bonos superant in male agendo.

Psa. 77. 9.

7. Hominum spiritualiũ inconstantia in bono operãdo admirabilis.

Quid est aliud tendere arcus, & mittere, inquit hîc Augustinus, *& conuerti in die belli, nisi attendere, & promittere in die auditionis verbi, & deserere in die tentationis, armis quasi proludere, & ad horam certaminis nolle pugnare?* Subtilia prædicant, mira de scripturis ad virtutem insequendam proponunt, sed postea cùm ad opus perueniunt, pectus opponere nequeunt. Quomodo etiam de talibus hunc intellexit locum Gregorius homil. vigesima prima in Ezechiel. *Intendunt arcum*, ait, *atque sagittas mittunt, qui scriptura sanctæ sententias proponunt, & verbis rectis auditorum vitia feriunt, sed conuertuntur in die belli, quia post semetipsos redeunt, in tentatione vitiorum & pectus opponere non volunt, quia in tentationum certaminibus non resistunt.*

August.

8. Prædicatores dum dicunt & non faciunt, intendunt arcũ, sed conuertuntur in die belli.

Gregor.

Quod equidem contrarium reperitur in malis, qui strenuè promittũt, strenuissimè obseruant etsi difficilia, quod admiratur Augustinus libro de patientia tomo 4. ex illis, inquiens, quod nos

9. Mali in male faciendo strenui plus operantur quã dicunt, dum è contra iusti.

August. ediſcere deberemus, quomodo vitam nobis parare æternam debeamus. *Verumtamen*, inquit, *cùm pro libidinibus, vel etiam ſceleribus, cùm denique pro iſta temporali vita, ac ſalute multa homines horrenda mirabiliter ſuſtineant, ſatis nos admonent quanta ſufferenda ſint pro vita bona, ita vt etiam poſtea poſſit eſſe æterna, & ſine vllo temporis termino, ſine vtilitatis vllius detrimento, vera felicitas, ac ſecura. Dominus ait, In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, non ait, vitas veſtras, laudes veſtras: ſi ergo tanta ſuffert anima, vt poſſideat, vnde pereat, quanta debet ſufferre ne pereat? ſi tanta ſuffert pro carnis ſua ſalute, inter manus ſecantium, ſiue vrentium medicorum, quanta debet ſufferre pro vita anima?* Et tamen cùm ita ſit,

10. Deus leuiora iubet quàm mundus, & nullus eum ſequitur.

nullus pro anima laborat, omnes negligenter ſalutem operantur, cùm autem è contra mali diligentiſſimè, quæ corporis ſui ſunt agunt, & tamen verum, quod leuiora Deus iubet, quàm mundus. *Clamat Deus*, inquit idem Auguſtinus, in pſalm. 128. num. 8. *Quid vis ab auaritia poſſidere, dura iubet, leuia iubeo, onus eius graue, ſarcina mea leuis eſt, noli velle ab auaritia poſſideri, iubet auaritia vt mare tranſeas, & obtemperes, iubet vt te ventis, procelliſque committas, iubeo ego, vt ante oſtium tuum ex eo quod habes des pauperibus, piger es ad faciendum opus bonum, & ſtrennus es ad tranſeundum mare.* Nil aptius.

Idem.

11. Iacob quæ mūdi quam difficulter obtinuit, quàm vero facile quæ Dei.

Hoc perpendendum in illis, quos ſanctiſſimus perpeſſus fuit Iacob laboribus in domo Laban auunculi ſui, ad hoc, vt vnam Rachelem ab iſto acciperet, quantas moleſtias perpeſſus eſt? quales labores, quale frigus, quales æſtus, quales noctes, quales glacies? Geneſ. trigeſimo primo, trigeſimo octauo, *Viginti annis fui tecum*, *dixit Labano*, *die, nocteque æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis.* En quanta ob vnam tantum largitionem, ob vnum datum, & tamen cùm à Deo ipſemet Iacob benedictionem, tutelam, fortitudinemque peteret, vix vnius noctis laborauit ſpatio, & obtinuit ibi, capite trigeſimo ſecundo, *Et ecce colluctabatur cum eo vſque manè, & benedixit ei in eodem loco.* Compara benedictionem cum benedictione, fructum cum fructu, rem, quam Deus Iacob, & quam Labanus, quæ pro iſta pertulit; quæ pro ea, quam dedit ei Deus, & pudeat videre quantum laborant mundani pro mundo, quantum ſpirituales pro Deo, & quàm multa ob vile illud vnum dandum mundus exquirat, quàm parum Deus ob illud multum. Quod meritò ſanctus conſiderans Bernardus ep. 341. exclamat dicens: *Nonne malorum inſatiabilia deſideria arguunt nos negligentia, & tepiditatis, pudeat certè nos ſpiritualium bonorum minus cupidos inueniri: erubeſcat anima conuerſa ad Dominum minori affectu ſectari iuſtitiam, quàm iniquitatem antea ſectaretur, pudeat proinde negligentius nunc in vitam, quàm prius in mortem ire, & minori ſtudio ſalutis accipere quàm perditionis augmenta.*

Geneſ. 31. 38.

Ibi. 32.

12. Spiritualiū pudor qualis deberet eſſe.

13. Boni non ſoli laborant, ſed Deus cum ipſis ſecus è contra in malis, ſoli, nullam eis opem diabolo proferente.

Immò in hoc Iacobi facto amplius quid notandum, nam conſiderandum quòd ad obtinendam à Labano Rachelem, ſic eum deſudaſſe, ac labores ſuſtinuiſſe, vt ſolus eſſet in illis, ita vt dormiente Labano, in deliciiſque degente, nihil de Iacob curante, ſolus Iacob erat in vigilia & ſudore, ſolus æſtu vrebatur, & gelu. Non ſic autem quando à Deo benedictionem exquiſiuit, nam ſi ipſe vigilabat, & Deus cum ipſo, etſi luctabatur, & Deus cum ipſo, ita vt non ſolus eſſet ad laborem, ſed etiam Deus cum illo, non obſiſtens, immo illum ipſamet ſua adiuuans obſiſtentia, & fortem eum gratia ſua conſtituens, ac veluti adamantem in nullo cedentem; quod equidem non aliunde, niſi quia & ipſe cum illo. quod egregiè conſiderauit Hieronymus libro tertio in caput ſeptimū Amos tomo primo, ſuper illa verba, *Ecce Dominus ſtabat ſuper murum litum*, quæ ipſe cum Septuaginta legit, nempè: *Ecce vir ſtabat ſuper murum adamãtinum, & in manus eius adamas.* Vbi ait Chriſtum Dominum hunc eſſe adamantem, adamantinos, fortes, inuincibiles ad bella ſuos conſtituentem, in ipſis, & cum ipſis fortiter ſtantem: vbi poſtquam de fortitudine dixerit adamantis ſic ait: *Talis eſt Chriſtus Dominus noſter, qui ſtat ſupra murum adamantinum, ſuper Apoſtolos, qui donauit vt & ipſi adamantes vocarentur, & à nullo ſuperati dicerent. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? &c. Hic ergo vir qui ſtabat ſuper murum adamantinum, habebat in manu ſua adamantem, vt ſic illis ingens ineſſet fortitudo, & dicatur, ſi tranſieris per ignem, flamma non comburet te, quantoque magis tentationibus caditur tanto fortior fit.* Ergo & ipſe adiuuat, & cum laborantibus aſſiſtit ne cedant, & vt obtineant, cum ipſis etiam laborat: quod non ſic mundus, ſolos ſuos laborantes relinquit, immo obſiſtit, impedit, coronamque repugnat, & tamen tanta libenter pro mundo ſuſtinemus, pro Deo autem, ac pro eius virtute, propemodum nihil.

14. Iacob in lucta ab ipſomet contra quē pugnabat adiutus. *Hierony.*

15. Chriſtus Dominus adamas adamãtinos ſuos conſtituens.

De hoc equidem obſtupuerunt cœli, & vehementer admirati ſunt, vt inquit Hieremias Propheta capite ſecundo num. vndecimo, *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer*, ſeu, vt legunt Septuaginta, *obſtupuit cœlum ſuper hoc, & inhorruit extra modum vehementer*: cùm videret ſcilicet homines derelinquere Deum, à quo vera bona, & ſequi mundum, vt falſa, vana, perituraque magno cum labore acciperent, vnde ſequens ait: *Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Rationalis equidem Domini querela, conqueritur enim primò de ſui derelictione, & ſecundò de ciſternarum, non quarumlibet, ſed talium effoſſione, in qua re grauiſſimè ſe offenſum aſſerit, nam eo magis quis offenditur, quò pro obiecto altero mutatur viliori, aut inaniori, creſcit enim iniuria, quò vilitas creſcit obiecti: me dereliquerunt, inquit Deus, & me commutauerunt pro ciſternis, & non quibuslibet, ſed *diſſipatis*, Septuaginta, *contritis*, Pagninus, *confractis*. Vbi notandum has ciſternas non fuiſſe nouas, ſed veteres, derelictas, vt pote inutiles, & vanas, quæ continere non valebant aquas, ob quod obrutas, ac terræ plenas; pro his ergo commutauerunt iſti Deum. Et hæc erat deformitas, de qua cœlum obſtupeſcebat, vt Deum verum fontem omnes aquæ fontem vitalem, vt ait hîc Hieronymus, pro ciſternis commutarent diſſipatis, obrutis, ac derelictis, quæ maior dementia? malum certè eſſet ſi pro ſanis Deum commutaſſent, malum ſi pro aliis non effoſſis, putantes bonas ſe effoſſuros. At Deum commutare pro ciſternis iam effoſſis & de

Hier. 2. 11.

16. Cœlum obſtupeſcit de veſania hominum Deū derelinquentiū, mundum vero ſequētium & cur.

17. Dei de hoc querela iuſtiſſima.

18. Peccator pro quibus Deum cōmutat.

Hierony.

quibus sciebant, quòd continere non valebant aquas, hoc est malum horrendum, super hoc obstupescit cœlum, & vehementer admiratur. Si homines equidem vanitatem rerum huius mundi nescirent, experientiamque inanitatis non haberent earum, sicut & quod verum bonum, veramque lætitiam in se non continent, nec continere possint, minus certè malum esset pro illis Deum commutare, etsi malum: at Deum pro illismet commutare rebus, quas esse sciunt vanissimas, & quas ob fastidium, siue ob mortè alter dereliquit, & terra jam plenæ sunt, ob has Deum derelinquere, & insuper ob has desudare, immensosque sufferre dolores ad iterum eas fodiendum, sibique aperiendum, hoc est horrendum cœlo, *& maximè admirandum, hoc, inquam* scilicet quod, *nemo ad breuitatem temporis*, vt inquit Hieronymus in epistola ad amicum de scientia Diuinæ legis, *nemo ad naturæ respicit conditionem, nemo considerat vana esse omnia, quæ aliquo fine clauduntur.* Quod si hoc, qui Christum non cognoscunt, facerent, minus esset malum: at quòd Christiani, hoc horrendum. *Ambiant terrena Gentiles*, inquit idem Sanctus, *quibus cælestia non debentur, concupiscant præsentia, qui futura non credũt: Christianus diuitiæ, & hæreditas sit Diuinitas Christi.* Nil melius. Iu quibus verbis adnotanda ratio, qua probat Hieronymus Christianis diuinitatem Christi debere esse hæreditatem, quia scilicet credunt, quasi diceret Sanctus, quòd Gentiles hæc ambiant terrena, non mirum, cùm futura non sperent: at quod Christiani, qui futura attendunt, qui cœlestia spectant, quibus illa debentur ambire terrena, pro his desudare hoc mirum, & magnum.

19. Christianis hæc terrena ambire quàm sit horrendum.

20. Eorum hæreditas solus Christus deberet esse.

Hæc certè erit Christianorum magna in illa die confusio, quòd credentes, sic propter hæc desudanerunt terrena, quando tam parum pro cœlestibus, & quod negligentiores ad vitam, quàm ad operandam mortem fuerunt: hæ enim est illa Domini sensitissima querela, quando Luc. 16. num. 8. dixit, *Quia prudentiores sunt filij huius sæculi in generationibns suis, quàm filij lucis.* O magnum! ô mirum! vt ad quæ sunt Dei obtinenda non amplior requiratur diligentia, quàm ad ea quæ sunt mundi, neque Apostolus sanctissimus maiorem expetat ad bonum consequendum, quàm ad malum adhibuimus perpetrandum, & tamen nullus sit, qui sic expeditus, animatusque inueniatur ad bonum obtinendum, sicut fuit ad malum perpetrandum. *Humanum dico*, ait Paulus ad Romanum 6. 19. *propter infirmitatem carnis vestræ, sicut exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ, & immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Quem locum sanctus expendens Gregorius lib. 19. Moral. cap. 16. super illa verba Iob. cap. 29. *Et sicut palma multiplicabo dies*, ait. *Procul dubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur, si nequaquam amplius potestis, saltē tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores nos habeat sancta libertas charitatis, quàm in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.* Et tamen cùm hoc sit, nec hoc præstare vult homo ad superna adipiscenda, quæ ad infima præstitit obtinenda. Quod admirans idem sanctus ait vbi supra: *Omnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles, pro terrena gloria vsque ad supremum desudare appetunt, & pro spe perpetui nec parum quidem, in labore subsistunt.* Pulchrè nec parum quidem in labore subsistunt, vix incipiunt, & deficiunt, quando pro mundanis adhuc & ante labores laborant, vt sic dicam, & antequam patiantur, patiuntur, præuenientes labores, maturantes dolores. Quod egregiè considerauit Augustinus in psalm. 128. num. 9. vbi labores mundanorum pro his terrenis considerans, ac stupens tanta illos pati, immò & passiones præuenire ipsas, sic ait. *Nonne de quodam nobilissimo patriæ parricidio, Catilina nempè, sæcularium litterarum loquuntur authores, quod famem, sitim, frigus ferre poterat, eratque eius corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ, supra quàm credibile est. Quid de latronibus dicam, quorum omnes cùm insidiantur viatoribus, noctesque perpetiuntur insomnes, atque vt transeuntes excipiant innocentes, sub qualibet cœli asperitate nocentem animum, corpusque desigunt, quidam verò eorum inuicem torqueri perhibentur, ita vt exercitia contra pœnas nil distēt à pœnis, non enim tantùm fortasse excruciarentur à iudice, vt à dolentibus veritas inquiratur, quantum à suis sociis, vt à patientibus non prodantur.* Egregiè quidem. Ad quod, ni fallor, respexit Paulus, quando supra dixit: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ.* Quasi dicat: sic aptate membra vestra ad laborem virtutis, sicut aptastis ad malitiæ sustinendum. Vnde Syriaca legit, *Vt quemadmodum parastis membra vestra ad seruitutem immunditiæ, & iniquitatis, ita etiam nunc apparetis membra vestra ad seruitutem iustitiæ, & sanctimoniæ.* Et tamen cùm hoc sit, nullus sic pro virtute adaptare membra sua satagit: nullus, qui sic diligenter ipsas præuenire difficultates gestiat. Hoc ergo erit iudicium, hæc nostra tunc erit condemnatio. *Surget tunc Regina Austri contra nos, quæ à finibus terræ venit sapientiam audire Salomonis*, & negligentiam nostram condemnabit, surgent latrones, qui horrenda patiuntur ad malum agendum, & impatientiam nostram condemnabunt, ad toleranda ob virtutem mala: surgent tandem impij, ac mali isti, qui non quomodolibet vti creatura satagunt, sed celeriter, strenuè, nulla interposita mora, vnde & dicunt: *vtamur ergo, &c.*

Luc. 16. 8.

21. Pro Christo rebusque æternis non ita laborare ac pro terrenis res admiratione digna.

Ad Rom. 6. 19.

Gregor.

A

Aug.

22. Mundani quanta pro mundo patiuntur.

B

C

D

Num. 7. *Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Facta iam determinatione deliciandi, nunc pergunt enumerare mali delicias, quibus vti intendunt, & quibus hæc vita abundat, quarum principem locum tenent conuiuia, vt mox dicemus. *Connexio Capitis.*

Vino precioso, &c. Benè Lorinus per vinum intelligit conuiuij lautitiam etiam in cibis, nam conuiuium quasi conbibium. Notat Olkot excessum horum in vino duplicem fuisse, primum preciositatem, non enim quolibet

Lorinus. Olkoth.

contenti vino,sed quod charum,& pretiosum ambiebant: secundum,abundantiam, nam non dicunt, *Bibamus*,sed,*nos impleamus*,excessus autem

1. Moderatus vini vsus laudandus contra Eocratistas. *Hieron.* *Augus.* *Philast.* *Boet.*

horum reprahendendus: nam moderatus vsus vini,contra Encratistas,& Seuerum,tenendus est, qui eius vsum non esse licitum exemplo Nazaræorum affirmabant, contra quos scribit Hieronym. in cap. 1. Amos,& Augustinus tom. 6. de hæres. c. 24. & Philastr. contra hæres. Vide Olkot vbi sup. Superfluus ergo vsus reprahendendus: nam moderatis contenta est natura, vt inquit Boët. 2. consolatione Pros. 5. *Paucis*,ait, *minimisque natura contenta est,cuius satietatem si superfluis vrgere velis, aut iniucundum quod superfuderis fiet, aut noxium.*

2. Paucis natura contenta.

3. Vnguenta ab Orientalibus in cõuiuiis exhibita. *Plin.*

Et vnguentis &c. Gustum vino, tactum vnguentis pascere volunt,in lautis conuiuiis adhiberi solita,maximè ab Orientalibus,teste Plinio lib. 12. cap. 25. & lib. 16. cap. 32. Olkot intelligit adhibita B etiam ob gustum, dum per vnguenta, electuaria etiam sumit,quibus suauius bibitur,sed impropriè. Per vnguenta enim tantùm suaueolentia intelliguntur apta ad leniendam, & suauem præbendam carnem, benèque olentem.

Castr.

Flos temporis &c. Alij,*flos aëris*, vel *aura vitalis*:alij,*flos vitæ*,vel *ætatis*, accipientes aërem, quo viuimus, pro vita. Vera, me iudice, sententia est Castri, vt scilicet pro temporis flore accipiatur quicquid delitiosum,floridumque est in vita: vnde secundùm istos tantùm sit dicere, *Non prætereat nos flos temporis*, ac dicere, nulla sit voluptas, nullæ deliciæ, nulla occasio, nulla opportunitas, in qua,dum nobis conceditur occasio fruendi, non illa vtamur.

C

HOMILIA XXXII.

Miseria malorum illa vna, & maxima, vsus malus temporis.

V*ino pretioso*, inquiunt, *& vnguentis nos impleamus*,&c,quod caput est, *non prætereat nos flos temporis*. En in quibus mali, peruersique tempus absumunt,& qualis est illorum temporis huius sollicitudo, ne scilicet illud transeat absque voluptate,& gustu; ob hoc tempus, spaciumque viuendi ambiunt, vt occasio peccandi eis suppetat, & quod illis datum est ad vitam, ipsi ad suam assumunt perditionem: hi equidem sic tempus terentes, verè non dies in bonis ducunt, sed in malis, etsi D contrarium eis videatur, vnde meritò insipientes dici possunt: nam qualis maior insipientia, ac rem tam pretiosam, quale tempus, insipienter terere?

Ad Eph. 5.15.

Videte,inquit Paulus ad Ephesios cap. 5. num. 15. *quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes,sed vt sapientes,redimentes tempus,quoniam dies mali sunt.* Sapientiam ergo vocauit temporis redemptionem,sicut è contrà insipientiam eius amissionem. At quid est redimere tempus? Anselmus:

1. Quid sit tempus redimere. *Anselm.*

Anteacta vita peccata flere, & pœnitere. Alij tempus vitæ ob peccata decurtare emeritum, operibus bonis redimere, ac implere omnes à natura dies definitos, cùm sæpè, vt aliàs dicemus, ob peccata soleat Deus tempus decurtare vitæ. Egregiè Augustinus serm. 29. de verbis Apostoli, tempus redimit,qui id à secularibus aufert negociis,vt Deo va-

August.

A cet. *Quando aliquis,ait,tibi infert litem,perde aliquid,vt Deo vaces,non litibus, id enim quod perdis pretium temporis est;sicut enim das numos, & panem emis,ita aliquid amittis, & aliquid acquiris,sic perde numos,vt emas tibi quietem. id est tempus vacandi Deo,hoc est enim tempus redimere.* Tãdem Hieronymus propius ad rem nostram, tunc tempus nos redimere ait, quando id in bonis insumimus operibus, quod veluti captiuum tenetur,quando in malis: in manibus enim malorum tempus coactè, & vt venditum, & vi retentum permanet, dum illud frustrà assumentes possidere non deberent,ita vt si sensus in ipso esset,ploraret, videns se in manibus eorum,qui vti insipientes, & ipsum non cognoscentes terunt, & deperdunt. Paulus ergo optans Philippenses sapientes, non insipientes,eis suadet ad hoc, vt sapientes fiant redimere tempus è manibus scilicet insipientium, B qui tempus,vti par est, benè impendere nesciunt, & sibi ipsum accipere,vt optimè illud impendant, sic enim tempus redimitur: nam dùm eodem tẽporis momento,quo quis ad peccandum, eodem & alius Deo inseruiendum vtatur; tempus à manibus redimitur impiorum, & ad quod creatum est, consumitur, *Quando tempus*,ait Hieronymus, *in bono consumimus, eruimus illud, & propriam facimus,quod malitia hominum venditum fuerat, sicque dies malos in bonos vertimus,& facimus illos non præsentis sæculi,sed futuri.* Quod etiam videtur ab Apostolo exprimi, dùm sequens ait: *Quoniam dies mali sunt*: causam ergo redemptionis malos esse dies assignat. Quid enim est dies esse malos,nisi dies totos in deliciis huius vitæ esse consumptos,qui in Dei seruitio consumi debuissent?

2. Negotiis & litibus non vacandum, vt tempus redimatur. *Hieron.*

3. Homo spiritualis, quomodo tempus è manibus impiorum redimere potest.

4. Dies mali, qui sint.

Origen.

C *Dies malos habemus*,inquit Origenes homil. 1. in libr. Iudicum, *quando carnalia pro spiritualibus quærimus,si quando ergo huiusmodi desideria videris exoriri,scito te in diebus malis, & pessimis positum,& ideo insiste orationibus, & sicut dicit Apostolus, redime tempus.* Nil melius. Vbi aduertenda ratio cur orationibus insistendum,vt scilicet adsit, qui tempus redimat,& Deo præstet,quod mali diabolo,& sint in mundo sapientes, dum tanti adsunt insipientes qui sic insaniter, vt isti, tempus terere proponunt.

5. Orationibus cur insistendum.

6. Hominum Christianorum vesania.

Hierony.

Insaniter dixi, nam quis quæso illum insanum non putaret,qui dùm esset tempus seminandi, illud in dissipando semenq; insumeret consumendo, &, quod maius est, expectaret posteà tempus metendi,& fructus colligendi, quæ maior hac vesania? Tempus sementis, tempus est præsens,& vita quam viuimus, inquit Hieronymus lib. 3. in cap. 6. epist. Pauli ad Galat. in hac licet nobis D quod volumus seminare, colliges equidem, si seminasti, at si non, quæ colliges? nihil;quod si expectas tamen colligere, prorsus insanus eris. O equidem mirum,quòd sperent homines colligere vbi non seminarunt! & recumbere dum non laborarunt! Et, quia tantùm Dei filij, ac Christiani, quod iure eis debeatur absque vllis hæreditas operibus,quasi non essent serui, non famuli. Pulchrè Ambrosius in Lucam cap. 17. super illa verba nu. 7. *Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem,qui regresso de agro dicat illi statim,trãsi,recumbe.* adnotat, nullum prius recumbere, nisi antè transierit,hoc est,perfecerit,laborauerit, ac in hac desudauerit vita. *intelligitur, ait, quia nullus recumbit,nisi antè transierit, denique Moyses ante transiuit,vt magnum videret: sicut ergo tu non*

Ambros. *Luc. 17. num. 7.*

A *solùm non dicis seruo tuo, recumbe, sed exigis ab eo aliud ministerium, & gratias ei non agit, ita neque in te patitur Dominus vnias vsum esse operis, aut laboris, quia dum viuimus, semper operari debemus: ergo agnosce te esse seruum plurimis obsequiis defaeneratum.* Seruum dixit, & consultò: nam etsi filij, ob quod ad hæreditatem nobis ius, tamen & serui etiam, ob quod non absque operibus eam consequemur; vnde sequens Sanctus ait: *Non te praeferas, quia filius Dei diceris, agnoscenda gratia, sed non ignoranda natura.* Nil melius, natura seruus, gratia filius, vt seruus nil es operatus, & vis tamen, vt filius recumbere? vt seruus nil seminasti, & vis tantùm colligere vt filius? immo quod nec naturali filio permissum, vis vt tibi adoptiuo. Et cùm Christus verum Dei granum, non prius multiplicatum, quàm seminatum, & mortuum, tu tamen sic vis multiplicari vt ille etsi non seminatus, B neque mortuus, quæ maior insipientia?

7. Vt filij sperare debemus gloriã vt serui ad eam obtinendam laborare.

Quæ etiam augetur, crescitque, si non solùm eos colligere, quæ non seminarunt reputantes, attenderimus, sed ita sollicitos ad dissipandum, contrariaque colligenda, quæ ad perditionem, non ad vitam deseruire possunt, nunquam in vno consistentes desiderio, sed ex vno in aliud leuiter auolantes. *Non prætereat*, inquiunt, *flos temporis*, hoc est, nulla sit hora, nullum sit momentum sine deliciis, sine luxu. nunquam se saturantes, ex vna in aliam, vt sic dicam, auolantes delectationem. *Plures fecisti negociationes tuas, quàm stellæ sunt cæli*, incriminans Niniue dixit Propheta Naum. cap. 3. num. 16. *Bruchus expansus est, & auolauit.* Vbi pulchrè post multiplices negociationes brucho eos comparauit, qui dùm citò, leuiterque ex vno in aliud transit, consistentiæ nescius, nec sublimis volatus, ma- C los designat in suis peruigiles negociationibus, ac luxibus, diligenter ex vna in aliam discurrentes, in terram defixi nullatenus se in altum subleuantes. *Dabnare non poteris*, inquit Hieronymus hic, *multitudinem hominum, quæ per latam viam pergens versatur in mundo, bruchum dicere, cùm videris eos totos terræ deditos, sententia leuitate huc illucque discurrere, & ad sublimiora volare non posse, & totum populum vitiis inhærentem leuitate sua, & per momenta mutatione sententiæ huc illucque volitare, tunc bruchus impetu abijt, & auolauit*, solliciti ad mala, impigri ad nouas semper exquirendas delicias, temporis auidi, nil eius intermittentes sine deliciis. *Quem ambitiosum*, Diuus ait Bernardus, epist. 341. *vidimus aliquando contentum adeptis dignitatibus ad alias non anhelare,* D *sicut curiosi cuiusque non satiatur oculus visu, neque auris impletur auditu. quid eorum, qui auaritiæ seruiunt, aut amatores sunt voluptatis, seu vanas sectantur hominis laudes, nonne ipsorum insatiabilia desideria arguunt nos negligentiæ, & tepiditatis?* Optimè, tepiditatis nos arguunt, quia dum tanti illi tempus faciunt, vt doleant si sine aliqua prætereant delectatione, nos neque ad illud attendimus quidem. *Titus filius Vespasiani*, inquit Hieronymus vbi suprà, *cùm quadam nocte serò recordaretur in cœna, quod nihil boni in illa die fecisset; amicis dolens dixit: hodie diem perdidi:* & tamen bonum non illi profuturum erat ad vitam; quid dixisset, si malum fecisset? quid si dimisisset æternæ virtutis facere bonum? *Et nos putamus*, inquit Hieronymus, *non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cùm otiosum verbum loquimur? pro eo quod reddituri sumus rationem de eo in*

8. Solicitudo malorum in malo operando quanta
Naum. c. 3. nu. 16.
9. Brucho dicuntur similes
Hieron.
Bern.
10. Malorum solertia ne tẽpus prætereat in malo agendo, negligentiã condemnat bonorum in eam retendo bonum non operãdo.
Hieron.
11. Titus vt dolebat bonum nõ operans, tempusque terens,

A *die iudicij. Quod si hoc Titus sine lege, sine Euangelio, sine Saluatoris, & Apostolorum doctrina naturaliter & dixit, & fecit; quid nos oportet facere, in quorum condemnationem habet & Iuno vaiaires, & Vestales virgines, & alia idola continentes?* Pulchrè: in die enim illa iudicij, & ante illud tribunal iusti iudicis, cura malorum, ne tempus ad eorum voluptates capiendas deperdatur, condemnabit negligentiam nostram, & temporis otiositatem, sicut mulieres continentes Iunonis incontinentes Christianas; & virgines Vestales, & aliorum idolorum, condemnabunt in illa die incontinentiam nostram, quia quod illi pro falsis, nos pro vero Deo operari neglexerimus: plus, vt sic dicam, illis nos insipientes, nam illi à falsa decepti deitate, nos neque à vera stimulati bonum operamur; sed tempus inaniter consumimus, dum impij sic de eo B solliciti sunt ne prætereat, aut occasio deliciandi abeat.

In qua re miseri in eo decipiuntur: nam dum timent ne prætereat tempus, sicque in tempore ipsi existere satagunt, vt se in illo si possent æternos esse cuperent, dum malè illud terunt infelices nesciunt, quod extra tempus fiunt, & ante mortem, vt sic dicam, mortui. Mirabile siquidem est considerare in scripturis Moysis in describenda ætate, qua antiqui illi Patres vixerunt, sollicitudinem, & tamen nunquam inueneris apud illum annotatum tempus malorum, quod casu factum non est credendum: vidit enim sanctissimus legislator malorum tempus non esse tempus ante Deum, & sic ipsos extra tempus viuere, vnde non erat cur in illa sua diuina historia temporis eorum mentionem faceret. Quapropter optimè adnotat Diuus Gregorius lib. 5. in cap. 13. 1. lib. Reg. cap. 3. quod etsi C Saül per plurimos annos regnasset, in scriptura duobus annis tantum regnasse asseritur, *Quia*, inquit, *licet multis annis regnauerit, illis solis regnasse dicitur, in quibus innocens, & humilis fuisse perhibetur.* Vnde etsi postea fortiter multa gessisset, omnia ea tempora, in quibus ea gessit, vtpote malus homo, in regni eius tempore deputanda non sunt, quia etsi coram hominibus, non tamen coram Deo viuebat; vnde benè idem Sanctus vbi suprà concludit dicens: *Illo ergo solùm tempore nos vixisse gaudeamus, quo innocenter, & humiliter viximus: nam illa tempora, quæ in sæculi vanitate, & fluxa carnis vita consumpsimus, quasi perdita minimè memorantur.* Hinc malorum dies breues dicuntur, non longi: nam vt egregiè inquit Origenes in ca. D 2. Iudic. homil. 1. Sanctorum tantùm dies sunt longi, cùm benè viuant, & benè operentur; cuius rationem assignans ait: *Cum enim ipsi sint lux, iuxta illud, Vos estis lux mundi,* Matth. 5. num. 14. *quo aliquis fuerit maior lux, & plus durauerit, eò longiorem possidebit, & faciet diem:* vnde concludens sequitur. *Longaui autem sunt, & multi temporis & grandis quodammodo spacij dies boni, in quibus Domino seruimus.* Ex quo intelligitur illud de iusto dictum, *Quod consumatus in breui expleuit tempora multa.* Quomodo si breui mortuus? quia scilicet sanctè vixit tempore quo vixit, & sic sanctè viuendo non fecit dies breues, sed longos, neque paruum tempus, sed multum, ita vt superans tempus impiorum, qui diù vixerunt, ipsi dicatur quòd vixit diu; non peccator, qui dum in malis, ac peccatis dies ducit suos, non facit dies longos, sed breues, nec dici debet, quòd habeat tempus, sed quòd sit extra tempus, vnde deceptus amittit totaliter illud,

12. Mali extra tempus sunt.
13. Moyses cur malorum tẽpus quo vixerunt non adnotat.
Greg.
14. Saül cur dicatur duobus annis regnasse.
15. Malorum dies breues, bonorum longi, & cur.
Origenes.
Mat. 5. 14.
16. Iustus quomodo in breui expleuit tempora multa.

quod tantopere optat, ne transeat, hæc est ergo talium vesania, & vecordia, quia cùm tantùm optét, ne tempus prætereat, sic viuunt, vt nullum dici possit eorum tempus, & quòd non in tempore, sed extra sint tempus.

17. *Damnati quantum tempus facerent.* *Bernard.*

Sed quando hoc non esset, qualis erit illa insipiétia, terere, & dissipare illud, quod si semel concessum foret damnatis, libenter ob illud crudelissimas tolerarent pœnas, multiplices dolores, immò & mortales. *Cogita*, inquit Bernard. lib. de formula honestæ vitæ, *de temporo quod perdis, quòd illi qui in inferno sint darent totum mundum, si haberent, pro eo:* & tamen certum est, quod tale tempus eis non permittetur. *Nemo vestrum fratres*, idem ait serm. de triplici custod. *parui æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis, volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, neque aduertit insipiens quid amittat, libet confabulari, aiunt, donec pertranseat hora, donec pertranseat tempus, quod ad agendum pœnitentiam, ad acquirendam gratiam miseratio conditoris indulget.*

18. *Verbis otiosis tépus non terendum.* *Doroth.*

Hinc etiam & grauiter Sanctus admonet Dorotheus doctrin. 11. cauendum nobis à temporis amissione, quia eius irremeabilis iactura: *Labi tempus*, ait, *& periro nobis aduertimus, vixque timemus: an non venit in mentem sententia illius, quæ frequens erat in ore senis, dum diceret: Aurum, vel argentum, si amiserie homo, posse eum, vel idipsum, vel tantumdem recuperare: tempus autem si pereat, neque ipsum amissum, neque aliud pro eo posse aliquando restaurari.* Nil verius.

19. *Temporis amissio irreparabilis.*

Hinc & Dei indignatio contrà eos crescit, qui sic malè tempus terunt, tùm quia illud amittunt, quod nullomodo amplius recuperari potest, tum etiam, quia quod ipse ad vitam dedit, ipsi ad mortem insumunt acquirendam, quod semel prospiciens, dum desperat hominem aliquando benè tempore vsurum, totumque actu esse in malo eius vsu, tamquam de re iam acta, desperataque, totaliter eum consumit, & perdit.

20. *Deus hominẽ perdit dum desperat malè tempore vsurum.* *Gen. 6. 5.* *Caet.*

Videns autem Deus, inquit Scriptura Gen. 6. num. 5. *quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Vbi acutè Caet. hîc obseruat duplicem diluuij extitisse causam, & omnimodam hominum malitiam, & malum temporis vsum. *Magna*, inquit, *ingensque corruptio interius significatur, dicendo: quod solummodo malum nihil habens boni admixtum, nisi relatiuè ad malum, & quod amplius est, nulla hora præstabat os sapere, sed omni, sed tota die vniuersa cogitatio eorum formabatur duntaxat ad malum.*

21. *Diluuij causa malus temporis vsus.*

Hoc quippè erat pessimum, non solum agere malum, sed tempus, sed singulos, & omnes dies, & horas, immò & momenta consumere cogitando quomodo illud agerent, ne præteriret hora aliquando sine malo: vnde licet nunc actu peccarent, hoc illis non sufficiebat, sed amplius, dum exterius peccabant, intus cogitabant, quomodo postea, & tempus sequens consumere possent in peccatis; sicque totum tempus, quod illis Deus dederat ad bonum operandum, totum illi insumebant ad operandum malum; ita vt vno eodemque temporis momento malum agebant, & simul actu de malo cogitabant futuro, præueniẽdo malum futuri temporis vsum, cùm præsente iam malè vtebantur. Quod facinus sic apparuit pessimum in Altissimi conspectu, vt æstimaret delendum esse totum genus illud humanum, ita malè tempus terens, non solùm in malè agendo, sed in malè cogitando. Perdidit ergo Deus tunc malos, quando ipsi totum amittebant tempus, & tunc corporis, animæque iacturam fecerunt, quando ipsi totum tempus in malis consumebant, tum mala patrando, tùm mala cogitando. Hoc equidem, quod tunc generali, etiam & nunc summus Deus particulari faciet iudicio, perdet, destruet, occidet animam, & corpus illius, qui totum tempus ad pœnitentiam sibi datum, ad peccandum, & ad deliciandum consumit.

22. *Stoliditas eorum qui malè tempus terunt in quo consistit.* *Prou. 7. 9.*

Hinc fatui, qui hoc non considerant, miseri, ac stolidi, & etiam quia cùm tempus præbere, & in seruitium impendere illius possent, qui remuneraturus eum, relicto illo, dant non solum non remuneraturo, sed crudeli, & inimico. *Ne des alienis honorem tuum*, inquit Salomon Prou. 7. num. 9. *& annos tuos crudeli, & gemas in nouissimis.* Quid enim est annos crudeli dare, nisi tempus preciosum vitæ, quod Deo dare debemus, illud mundo, carnisque illecebris, & voluptatibus dare? qui ideo crudeles dicuntur, quia non solùm non remunerant, neque gratificant consumptos in eorum obsequium annos, sed in extremam miseriam adducentes, illis obtemperantes, animam, corpusque deperdunt eorum, dum illud infirmitatibus obnoxium reddentes, tandem doloribus, & morte illud consumunt, ac mactant: ex quo merito in *nouissimis*, vt inquit Salomon, postea *gemunt* attriti doloribus, & consumpti infirmitatibus, quo quid miserabilius? sed hoc multi non cognoscunt à voluptatum desideriis excæcati, sicut illi, qui dicebant, nil de amissione temporis cogitantes: *vino precioso* &c.

Num. 8. *Coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

Gustum vino, tactum vnguentis, nunc olfactum delectare volunt impij rosis, floribusque suaueolentibus, vt nullus eorum sit sensus luxuriæ, & delectationis expers, vnde & dicunt

Plutarch. *Lorinus.*

Coronemus nos rosis, &c. Græcè; *Coronemus rosarum caliculis.* Sunt enim caliculi inuolucra florum; seu flores clausi, nondum aperti, vnde non rosis apertis, quæ cùm odorem emittunt, cito marcescunt, vt inquit Plutarch. 3. syn. 9. 1. sed rosarum baceis volunt isti coronari. In qua re cognouit Lorinus satis aptè impatientiam, quam impudici habent ad delectationes suas capessendas, dum non fructum, immo neque floris maturitatem expectaut, sed ipsam præueniunt, sicut isti, qui non rosas, sed rosarum caliculos expetunt, quibus volunt coronati ad conciliandum amorem, gratiamque mulierum, vt inquit Carthusianus, ad captandam voluptatem, vt inquit Castro, immo ad eam protestãdam, quatenus rosa Veneri dicata est.

1. *Malorum impatientia ad voluptates fruendas.* *Carthus.* *Castro.*

Dum conuiuantur ergo sicut vino se replere gestiebant preciosissimo, & gustum delectare, sic nunc rosarum coronis, & floribus alios sensus suos explere delectatione cupiebant, visum scilicet, & odoratum, & visum tum ipsorummet, tum amasiarum, quibus

placere summopere expetebant: vnde & inquiunt A *Coronemus.*

2. Mos Gentilium rosis conuiuantes coronari, & cor. Rhodig. Athen.

Apud Gentiles mos fuit conuiuantibus rosis coronari, vt constat ex Aristotele citato à Rhodigino lib. 27. cap. 26. quod variis de causis fiebat. Primò ad significandum, augurandumque felicitatem annonæ. Secundò ad temperandam vini violentiam, dum odore suaui florum pori aperiebantur, & exhalabant vini calorem, sic Athenæus lib. 5. quæ coronæ non solum capitibus imponebantur, sed etiam fronti, temporibusque. Tertiò vtebantur florum corona ad fugandum tetrum odorem accubantium, lege Clem. Alexandrin. 2. Pedagogiæ cap. 8. *Clem. Al.*

3. Idem mos apud Hebræos. Tertull. Clem. Al. Lorin.

An autem idem mos fuerit apud Hebræos, negat Tertullianus, sicut de antiquioribus Græcis Clem. Alexandr. vbi suprà, sed Lorinus affirmat, & satis rationabiliter, ad quorum morem respiciens Salomon in persona istorum illud dixit. B

Rob. Step. Hieron.

Robertus Stephanus in defensione rosarij Virginis, cap. 13. ponens rosas virginitatem denotare, vt etiam docuit Hieronymus in cap. 3. Ioëlis, intelligit hunc locum de puellis, & virgunculis, quasi mollibus illarum amplexibus vellent impij frui, & colligari. Iucundus sensus, vt ait Castro, sed non ad litteram, germanus, & litteralis est de rosis vti omnes dicunt, ad odoratum, & visum simul delectandum. *Castro.*

Idem. *Nullum pratum* &c. Desiderantur hæc verba in Græcis, sed, vt ait Castro, ponuntur, quia ab interprete inuenta in aliquo codice antiquiore. Aristot. 3. Ethic. cap. 10. negat intemperantes esse, qui odoribus malorum, rosarum, suffimentorum gaudent, sed potius qui vnguentorum, aut obsoniorum: nam, vt ipse inquit, *Circa eas voluptates temperantia, & intemperantia versatur, quæ cæteris quoque animalibus communes sunt seruilesque ob id, & ferina habentur, quæ sunt voluptates tactus, & gustus, & præcipuè tactus, cuius fruitio per tactum tota effunditur in cibis, in potibus, & in iis, quæ Venerea nuncupantur.* Sed licet hoc verum sit, tamen non est negandum accuratum horum studium arguere intemperantiam, immo & animi mollitiem, lege Cælium Rhodiginum lib. 24. cap. 25. de qua re & aliqua etiam nos statim. Olkot lect. 21. refert Ludouicum Franciæ Regem inhibuisse sextis feriis in honorem spineæ coronæ Domini nostri, gestari rosas, aut aliquid simile. C

Arist. 4. Non sunt intemperantes secundum Arist. qui odoribus delectantur.

Rhodig. Olkot. 5. Ludouicus Rex prohibuit odores in sexta feria.

HOMILIA XXXIII.

Vanitas, & intemperantia eorum, qui odoribus superfluè sunt dediti.

Coronemus nos rosis. Ad carpendum scilicet odorem, ad delectandum olfactum, ita vt sicut ex conuiuij lautitia sensus tactus lætificatur; sic etiam odorum fragrantia olfactus lætificetur. Contra primum malum, intemperantiam nempè, nil diximus, cùm superiori versu ratio id postulabat, sed consultò prætermisimus, cùm sit res adeo ab omnibus reprobata, vt non sit scriptor prius, qui contra eam non inuehat, consulet eos lector, si lubet, & præcipuè Diuum Chrysostomum, & Hieronymum. Nos autem contra secundum, id est contra nimium illud studium, accuratamque odorum diligentiam, quæ satis abundè in his miseris temporibus, aliqua differemus: nam vt suprà diximus, olent odores mollitiem, & mollis animi signum est incedere odoriferum, cùm interiora per exteriora demonstrentur, vt rectè Seneca epist. 52. dum ait: *Omnia rerum, omnia indicia sunt, si obseruentur, & argumentum morum ex minimis quoque licet capere, impudicum, & incessus ostendit, & manus mota, & vnum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum improborum, risus insanum vultus, habitusque demonstrant, illa enim in apertum per notas exeunt.* *1. Interiora hominis per exteriora monstrantur. Senec.*

Quod similiter Eccles. dixit cap. 19. num. 26. & 27. in illa sententia, nempè *ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annunciant de illo.* Hinc nimium odoramentorum studium dissoluti animi ac mollis clarum est indicium. *Odorum inanitas,* inquit Diuus Hieronymus, *& diuersa thimiamata, & amomum, & muscus, & peregrini muris pellicula, quòd dissolutis, & amatoribus conueniant, nemo nisi dissolutus negat.* immo mulieres sapiunt: Zeno namque Philosophus, vt scribit Laertius in eius vita lib. 7. cum aliquibus conuersans, vt sensit vnum ex illis, qui aderant, odores ferre, indignatus erupit dicens: *Quis hic mulierem olet?* Ob hoc viri fortes, & qui mollis animi non erant, semper odoriferum hominem spreuerunt. Sic Vespasianus Cæsar, vt inquit Suetonius in eius vita, dum quidam ad eum accederet, vt gratias referret pro accepto officio, sentiens odorem, quo apprime olebat, & gratiam negauit, & cum à se repulit dicens: *Vellem, vt oleres allia, & capas quam muscum, & cinamomum, infimi siquidem animi indicium est.* Vnde Chrysostomus de Lazar. Conc. 1. *Quis enim præclarum aliquid,* inquit, *aut bene frugis opinabitur de eo, qui spirat vnguenta, qui mulieribus gaudet, qui saltatricularum elegit vitam?* Perditorum namque est talis vita, licet sint Christiani, & nomine Christiano delectentur. *Ista cura,* inquit Chrysostomus, *est meretricis amoribus implicaterũ, ac perditorum scenicorum, mentisque deplorata hominum.* Bene quidem dixit huiusce modi vitam esse amoribus meretricis implicatorum: nam vnguenta, preciosaque odoramenta, numquam in propria sciunt domo consistere eius, qui illis delectatur, sed in domuio aduolant meretricis, seseque cum tota simul substantia perditi luxuriosique transferunt hominis.

Eccl. 19. 26. 27. Hieron. Laërt. 2. Odoriferi mulieres olent. Sueton. 3. A fortibus viri spreti. Chrysost. 4. Sunt homines perditi infimæque spei. 5. Odoramenta semper de domo propria ad domum aduolant meretricis.

D Inclitus Rex Ezechias inter cætera, quæ nunciis Merodach Regis Babylonis ostendit, varia fuerunt odoramenta, quæ in thesauris suis habebat. 4. Reg. 20. 13. *Ostendit eis domus aromatum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vasorum suorum:* sed illicò audiuit: *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæcumque condiderunt patres tui, vsque in diem hanc in Babylonem non remanebit quicquam, ait Dominus;* quia ad complacendum Merodach ostendit ea vnguenta varia, quæ habebat. Quid est *Merodach,* nisi amara procacitas? vt inquit Beda, sic enim interpretatur: & qualis est ista, nisi meretricia? quæ licet dulcedinem promittat, omnia tandem procacitate sua amara reddit: *Inueni amariorem morte mulierem,* inquit Salomon, Eccl. 7. num. 27. Mira amplificatio, quid morte amarius? quæ quicquid

4. Reg. 20. 13. 6. Ezechiæ pœnæ ob odoramenta. 7. Meretrix amara res amarior morte. Beda. Ecc. 7. 17.

8. Mors amara. acerbum, acre, & igneum est complectitur? sic amara, vt proprium eius peculium sit amaritudo, & cum illa semper in Scriptura iunctum reperiatur.
Eccl. 41. 1. 1. Reg. 15. 32. Isa. 38. 17. 4. Reg. 4. 40. vt Eccles. 41. 1. Reg. 15. 32. Isai. 38. 17. 4. Reg. 4. 40. vnde amarum dicunt Scripturæ quicquid mortiferum, aut mortem, quia amara est; & tamen super hanc amara est mulier, hoc est meretrix, vt vult Moryngus, & Arboreus, vel adultera, vt Olympiodorus, & Albinus: amarior equidem, quia infert
Moryng. Arbor. Olympio. Albin. non solùm mortis amaritudinem corporis, sed animæ; amarior, quia mors meretricia, vt sic dicam, id est, quam cum fœmina commercium infert, solet esse amarissima, ac doloribus, acerbitatibusque plenissima, & demum amarior, quia ex dulcore
9. Mors meretricia est amarissima. prouenit; dulcia enim omnia facilè reuertuntur in bilem, facileque amarescunt: vnde facilè quo dulcius eo amarius. *Fauus distillans labia meretricis*, inquit idem Prou. 5. num. 4. *Nouissima au-*
Pro. 5. 4. *tem amara, quasi absynthium*. Vnde non mirum, si gustâs eius peccator dulcedinem in nouissimis gemat, quando consumpserit carnes suas, & corpus suum, & tunc in seipsum iratus, & excandescens dicat: *Cur detestatus sum disciplinam?* ibi num.
Ibi 4. 4. amara ergo cùm sit meretrix, merito vnguentis cùm delectaretur Ezechias, in domum Merodach, hoc est, amaræ procacitatis, trãsuolarunt: *Nam ta-*
Plut. *lium est*, vt inquit Plutarchus, in Num. & in Problem. cap. 28. *cubiculum, & cubile habere intextum funibus, stratum tapetibus pictis ex Ægypto, aspersum aromatis, odoribusque*. Conueniens quippe erat, vt mollis Regis suauia in domum illius transportarentur, cuius propria, auolarentque ab illa, cui indecentia. At nunc sic liceat arguere: si ob ostensionem tantùm Merodach vnguentorum, sic Deus contra sanctum fuit indignatus Regem, quid fecisset, si illa propter illum haberet, retineret, & procuraret? Transtulit Deus omnia vnguenta, quæ fuerunt Ezechiæ, quia tantum ostendit ea Merodach, & simul cum illis omnia alia; & non in domum transferret meretricis omnia luxuriosi, odoriferique hominis, cùm vnguenta habeat, non ad ostentationem, sed ad seruitium Merodach, id est meretricularum, pellicumque.

Verè equidem homines, qui talibus delectantur, possunt dici, quòd animum intus habent malè olentem, vnde corpus procurant, vt benè oleat, quod cum Diabolo illud mancipauerint, non mi-
10. Odoriferi corpus cubile est dæmonis. rum si ille veluti commodum stratum suum, vt benè oleat, satagit. *Corporis enim, ac vestium fragrantia*, ait Chrysostomus, vbi suprà, *arguit intus latere animum graueolentem, & immundum: cùm*
Chrysost. *enim Diabolus aggressus deliciis excitauerit animam, omnique vitiorum genere compleuerit, tunc & in corpore suæ corruptionis lectum oblinit vnguentis*. Egregiè dictum, *Lectum oblinit vnguentis*. Nam quid aliud est peccatoris corpus nisi Diaboli lectus, in quo veluti accubans cum infelici anima associatur: vnde non mirum, si odoriferum illud procurat: nam sicut idem corpus dum mortificationibus obtritum, horridum cilicium induens, sine victu, & vestitu propemodum degens, catenis cinctum, ac totum squalore, & horrore circum-
Origen. datum nil nisi pellem ad ossa habens floridum cu-
11. Corpus mortificatum cubile spõsi. bile est sponsi: iuxta Orig. hom. 2. ex duab. & homil. 3. ex quatuor qui humanum corpus lecti vocabulo designatum asserit, ad quem inuitat illum sponsa dicens: *Lectulus noster floridus*. De qua re
Hieron. pulchrè Hieronymus in cap. 31. Prou. in illa verba: *Byssus, & purpura indumentum eius*, vbi per bys-

A sum, purpuramque, mortificationem intelligit Sanctorum: *Bysso, ait, induetur Ecclesia, cùm castigant corpora sua electi, & seruituti subyciant, purpura autem cùm continentiam, sed hic virtutum habitus in præsenti videtur contemptibilis, at in futuro qualis fuerit manifestè apparebit*. Corpus ergo mortificatum cubile est *sponsi*. Sic pari modo corpus crapula, vino, & cibis saginatum, splẽdidis vestibus ornatum, nil aliud est, nisi dæmonis cubile; vnde non mirum, si floridum eum appetit, 12.
& vnguentis delibutum, quod corpus, non corpus virile, sed meritò muliebre dixeris, mulieres gignens, non homines, hoc enim præstant vnguenta, & odores; non solùm enim animum induunt muliebrem, sed etiam corpus ex virili, & forti, muliebre reddunt, & delicatum, ita vt procreans filios, non filios viriles, sed muliebres gignat, iusta Dei Odoriferi muliebre mulieres gignens.
B sententia hoc exigente, vt qui muliebriter viuit, mulier quodammodo ipse, & posteritas eius fiat.

Enimverò valdè notanda est pœna illa, quam Deus eidem Ezechiæ Regi inflixit, quia thesauros suos Regis Babylonis legatis ostendit: nam inter alias, vna hæc, *de filys tuis, qui egredientur ex te, quos genueris tollent*, (nempe Babylonij) *& erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis*. Cur hac pœna mulctatur Ezechias? nonne sufficiens erat, quia peccauit ostendens thesauros, illos ab eo eripere? nonne sufficiens ab illo non solùm thesauros, quos ipse congregauerat, sed quos patres etiam eius abstulere? sic enim ei prædixit Esai. 29. num. 7. *Sed & quæ thesaurizauerant Patres tui vsque ad diem hanc*. sufficiens equidem videbatur: at cur contra 13. Cur in Ezechiæ pœnã filios spadones futuros prædixit ei Deus Isa. 29. 7.
filios eius insurgit Deus, volens vt ex virili sexu in muliebrem, vt sic dicam, deueniant, & fiant Eunu-
C chi, & spadones, & medij, qui integri homines? non alia equidem ratione ni fallor, nisi, quia sicut Ezechias mollem animum habens, non solum vnguenta habebat, & odores, sed etiam thesauros ex eis congesserat, plenasque domos, ex quo quasi non homo deuenerat, cùm, vt inquit Ambros. lib. 6. in 6. cap. Luc. *Luxuriosi enim hominis, vel potius non hominis est olere vnguentum*. Iusto Dei iudicio punitur in filiis, vt amisso robore virili in muliebrem Ambro.
redigerentur mollitudinem; & sic pater mollis, filios generaret, non viros sed mulieres, id est destinatos non ad officia viri, sed mulierum. Ex quo rectè colligere possumus, videnam in hac nostra 14. Homines nunc cur filios procreent & habeant molles, & effœminatos.
euenit ætate, vt viros non viros iam videamus, sed prorsus mulieres, sic enim apparent si ornatum, si ingressum, si odores attendas, ita molles, & effœmi-
D nati vt amplius ex fœmina non exposceres. Hoc equidem euenit, quia effœminati patres fuerunt eorum, & molles, muliebriaque agentes, non virilia: vnde non mirum, si eorum filij mulieres euadant, cùm vti mulieres compti incedant, vt inquit S. Basil. ep. 7. ad Gregor. Theologum, *Etenim in veste pigmentorum lautitias consectari perinde est atque si muliebrem comptum nobis accommodemus*. Basilius.

Quapropter benè Augustinus, cùm ad Deum conuersus viriliter iam ageret, & non muliebriter, de odorum concupiscentia ita victorem sciam inueniebat, vt eos tanquam res nullius momenti, neque appetebat, neque respiciebat. *De illecebra odorum non satago nimis*, inquit, *cùm absunt, non requiro, cùm adsunt, non respuo, paratus etiam eis semper carere*. Confess. lib. 10. cap. 32. tom. 1. quæ vtique Christi est perfectio, qui sic vnguenta accipiebat, vt minimi faceret, sic ea respuebat, vt nul- 15. Augustinus victor de passione odoramentorum.

lius momenti. Hinc cùm bis vnguento perfusum A eum inueniamus, quādo vnctus dicitur, quod pro-
16. Christus Dominus nec respuebat, nec magnifaciebat vnguenta. Luc. 7. 38. ptium suaueolentium est, non nisi ad pedes, minimam eorum significans acceptationem. Luc. 7. 38. quando verò caput, vt Math 26. nu. 6. non vnctum, sed super illud effusum vnguentum reperimus. *Accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis*, totalem ipsius significans contemptum.
17. Cur super caput eius vnguentum effusum dicatur. quod acutè adnotauit Ambrosius, vt suprà, vbi postquam dixerat non hominis esse olere vnguentum, adnotat ideo Christum perfusum, non vnctum dici, quia, *ipsi quiolent*, ait, *vngere se, non perfundere solent*, in precio ea habentes, hinc illius murmuratio, *Vt quid perditio haec? poterat enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus.* Multi illud faciebat, ideo eius crimi-
18. Odoriferi à Dei amandantur regno. B nabatur effusionem, quia latro, & fur, quia tandem à Dei regno extortis, cùm vt plurimum, tales odoratorum, perfumatorumque hominum filij à Dei amandentur regno. Abraham enim munera tantùm dedit filiis Cethuræ eius concubinæ, non autem hæreditatem; immo è domo eius eiecit: *Cethura* autem, *odoriferam* significat, vt inquit Sanctus Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel. cap. 6. Cùm ergo filij eius essent filij odoriferæ, quid mirum si ab Abrahamo Patre eorum hæreditate priuentur, vtpote filij odoramentorum vanorum, & filij carnis, & non spiritus, tantum ad opera carnis dediti, ad luxuriam, ad crapulam, & luxum, & tandem ad odoramenta, sicut isti viri vecordes, & molles, ac protsus non viri, sed fœminæ, dum vino, & crapula in superiori vestu, se dederant, in isto odoramenta expetunt, dicentes: *Coronemus nos rosis* &c. Vnde non mirum si sic incedentes toti sint luxuria pleni, adeo vt nullus locus sit, qui eorum sceleribus immunis inueniri queat: ob quod etiam dicunt. *Nullum pratum sit, quo non pertranseat luxuria nostra.*

Ambros.

Num. 9. Nemo nostrûm exors sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra.

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. D Solitudo perfectæ officit lætitiæ; nemo solus lætatur, ideo vt vndequaque perfectè lætentur isti, societatem nunc adhibent, & seipsos inuitant.

Nemo nostrûm &c. alij *vestrûm*, quasi non contenti impij sua voluptate, ad illius complementum alios sibi socios adhibere curant, & hac voluntate viam parant ad renuentes opprimendos, vt inquit Castro. Lorinus autem affirmat *nostrûm* legi debere, quia sic emendatiores libri: parùm refert siue vno, siue alio modo legatur, cùm in vnum recidant sensum, impios nempè voluptuosos ad complementum suæ voluptatis associatos esse cambire, & solos non degere.

Castro. Lorinus.

1. Malorum petulantia *Luxuriæ nostræ*, id est strenuitatis, insolentiæ, petulantiæ, ac ferociæ nostræ, nam qui luxu effluit, petulans, & insolens est: hoc totum exprimit verbum Græcum: non tantùm enim significat libidinis voluptatem, quantum in peccatis petulantiam dissolutam, insolentemque intemperantiam, ac in conquirendis voluptatibus, superandisque impedimentis strenuitatem; quod fit quando non solùm peccare delectat, sed cùm de peccato etiam glutiari libet, & pudet dicere non peccasse, malumque fecisse, sicut de se affirmat Sanctus August. 2. Confess. cap. 3. *in peccando quanta.* *August.*

Signa lætitia, vel liberalitatis, vt inquit Castro, quasi diceret: neminem inueniamus, quem ad nobiscum congaudendum non allectemus; vbique signa nostræ lætitiæ, luxuriæ nempè, conuiuiorum, & cæterorum derelinquentes, quibus moti ea videntes tùm nostri memores fuit, tùm ad nos sequendum alliciantur. *Castro.*

Quoniam hæc est pars nostra. Sors, & pars synonyma sunt, vt benè Lorinus. Conclusio est impiorum, qua pro absoluto habentes non aliam, superesse vitam, sortem suam, seu partem delicias ab ipsis fruendas affirmant: nam post mortem in sensu ipsorum nil aliud supeteest: malè concludunt, sed eti nescientes veritatem affirmant, partem scilicet, & sortem ipsorum hîc esse, nam verè, qui in hac vita lætatur, & fruitur, hic accepit partem suam, vt mox dicemus. *Lorinus.*

HOMILIA XXXIV.

Inordinata bonorum huius vitæ fruitio, signum euidens fruentem suam hîc accepisse partem.

C Quoniam hæc est pars nostra, & sors nostra, inquiunt, ex ore suo se condemnant isti in iudicio, vnde non mirum si sibi eis, ac diuiti illi dicetur: *Recepisti, fili, mercedem tuam.* Cùm hæc veritas ita sit in confesso apud omnes, vt non solùm boni, sed etiam eam asserant mali, fruentem nempè huius vitæ bonis, non fruiturum alterius; vnde, qui ea hic inordinatè appetit, sollicitat, & possidet, dicat, hæc est mea sors, neque fruiturum etiam in alia se decipiet vita.

Qui inuenit animam suam perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Matth. 10. num. 39. inquit Rex ille noster. Vbi notandum valde verbum illud *inueniendi*, inuenitur enim aliquid quod prius amissum fuerat, & priusquàm inueniatur, diligentia opus est, & perquisitione. quod enim inuenitur prius perquiritur, & post perquisitionem dicitur inueniri, nam vbi non est perquisitio, non est inuentio: vnde inter Latinos aliqua agnoscitur differentia in verbis inuenio, & reperio, quòd inuenire sit rem quæsitam offendere, reperire casu, vnde Ouidius 2. Metam. *sic non inuenta reperta es.* Inuenitur ergo, quod diligenter perquiritur, quia amissum omnes enim in peccato primi parentis animas amisimus nostras, omnes filij nascimur iræ, filij vindictæ, cuique opus est perquirere, & inuenire animam suam, sine qua durum est stare, molestum est, pœnale est. Mali vt animam suam inueniant, eam perquirunt, at in quibus in honoribus, in diuitiis, in delectationibus; in bonis tandem huius vitæ, perquirunt eam in istis, & c m eorum anima similibus delectetur bonis, inueniunt eam in eis, sed in eo quòd eam inueniunt, quia est anima *Matth. 10. 39.*

1. Mali quomodo inueniunt, & in quo habent animã suam.

anima eorum in illis, eam perdunt, & quoad bona alterius vitæ amittunt, quia in illis non est hîc eorum anima; hinc beati hîc, infelices tamen in altera

Basilius. *Ps. 48. 17.* vita: quod egregiè dixit Basilius homilia 13. in Ps. 48. tom. 1. *Cùm videris iniustum ditescentem*, inquit, exponens illa verba, num. 17. *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo; iustum verò egentem, ne timeas apud te ipsum, ne consterneris animo tanquam non sit prouidentia Dei, nam nulla est vtilitas diuiti morienti, cùm non possit diuitias secum afferre, qui tantùm ex earum fruitione lucratus est, vt solum anima ipsius in hac vita ab adulatoribus beata predicata sit, vbi autem moritur vix indumentum capiet, quod ipsius velet pudenda, atque hoc tandem si visum fuerit, famulis ipsam aspicientibus: ne sis ergo pusilli animus erga præsentia, sed expecta beatam illam, & perpetuam vitam, videbis enim tunc quòd in commodum iusto datur paupertas, & ignominia, & priuatio deliciarum, & ne conturberis nunc ob ea, quæ putantur bona, tanquam* B *iniustè sint diuisa, audies enim, quomodo diuiti dicetur: Accepisti bona in vita tua, vnde dolore excruciabitur.* & consequenter tunc non in bonis, sed in malis anima erit eius. At iusti, cùm hîc non fruantur, neque animam suam in bonis huius perquirant vitæ, quia non est in illis hîc, dicuntur eam perdere, & non inuenire, inueniendam postea in bonis alterius, vnde hîc sine anima degunt, & ideo

2. *Iustorum anima non est in hac vita, ideo afflicti viuunt.* afflicti viuunt, angustiati, & miserabiles, quia cùm anima eorum non sit in huius vitæ bonis, non delectantur; ex quo fit, vt hîc in morte sint, non in vita, futuri tamen posteà in vita. Quod cùm ita sit, & ex ore Altissimi procedat sententia, pro certo equidem stare debet, quod qui hîc fruitur, partem hîc habet suam, dum in bonis hîc gaudet anima sua, C gaudet, inquam, quia turpiter in illis inuenit eam, vnde non est illi operandum in altera, recepit enim mercedem suam; immo partem suam, ex paternis ei contingentem substantiis; attende quæ dico.

Quicquid Deus creauit tum supernè, tum infernè, tum terram, tum cælum, tum bona spiritualia, tum temporalia; omnia substantia Dei sunt, quam in filios communicare statuit, sed cum hac differentia: nam alia est substantia, quæ dicitur hæ-

3. *Bona Dei in duplici sunt differentia, alia maioratus, alia libera.* reditas Dei, & est veluti maioratus eius, alia verò est substantia bonorum liberorum, quæ non sunt bona maioratus, quæ dare potest cui vult, etiam extra mortis tempus, & ea alienare à se, & veluti aliena habere. Regnum ergo cælorum, & bona, quę in illo sunt, bona maioratus dicuntur, & beatitudo hæreditas Dei, sic eam appellat Paulus ad Ephes. 1. D n. 18. dum orans pro eis ait: *Non cesso gratias agere*

4. *Beatitudo, Dei hæreditas.* *pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius; illuminans oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis.* Hæreditas ergo Dei beatitudo est, cætera autem bona extra beatitudinem veluti bona huius vitæ, licet sint bona Dei,

5. *Bona huius vitæ, bona sunt libera, & non Dei maioratus.* non tamen sunt bona maioratus vinculata filiis tantum, & hæredibus, sed bona libera, vnde paterfamilias alienare ea, & dare cuilibet potest, etiamsi extraneus, & non futurus hæres, etiamsi peccator, & non hæres, quia bona libera sunt, & liberè cui vult dare potest: ob hoc bona ista sinistra dicun-

6. *Sinistra nō dextera.* *Augus.* tur, non dextera, sic ea appellauit Augustinus in Psal. 43. explicans illa verba: *Quorum filij sicut nouellæ plantationes. Bona sunt*, inquit, *sed sinistra,* A *quid est sinistra? mortalia, temporalia, temporaria, nolo illa diffugias, sed neque dextera esse putes.* Ob hoc illis, qui hæreditatem salutis expectare nolunt, sed hîc partem suæ petunt substantiæ, dat eis Deus de terrena substantia, quæ sinistra est, partem suam, filiis autem, qui hîc nihil quærunt, sed in altera hæreditatem appetunt, eis reseruat ibi portionem substantiæ, quæ est dextera: ergo malis dat de substantia sua Deus, licet mali sint, at non de illa, quæ est maioratus, sed de illa, quæ in bonis liberis consistit, vnde istis posteà non competit amplius ius ad maioratus hæreditatem, acceperunt enim in bonis liberis partem suam, in bonis nempè huius vitæ, quæ non sunt bona perpetua, non stabilia, non certa, non in æternum duratura, vnde nec de hæreditate maioratus: bona autem maioratus sunt bona alterius vitæ, quæ sunt stabilia, certa, perpetua, & sic illa dicuntur bona hæreditatis æternæ; quæ filiis debentur, qui hîc nil acceperunt. Videat ergo

7. *Malis qui bona hîc acceperunt, cur ius eis in bonis alterius non competat.*

B qui hîc bona accepit libera, an ibi, & altera accepturus sit, nam scriptum est: *Domus impiorum delebitur, tabernacula iustorum germinabunt.* Prou. 14. num. 11. in quo loco Hieronymus: *Domus*, inquit, *in mansione, tabernaculis vti solet in itinere. Domus igitur impiorum delebitur, quia habitationem vitæ præsentis, in qua semper viuere desiderabant, perdent in morte reprobi, & hoc, quod non præuidebant, exilium perpetuæ damnationis habebunt. Tabernacula autem iustorum germinabunt, quia præsens eorum conuersatio, in qua incolæ sunt apud Deum, & peregrini, crescentibus sine cessatione meritis ad fructum vsque suauissimum patriæ cælestis pertingit.* Ad quem non equidem mali, qui vti hîc non incolæ, sed habitatores, bona eis distribuit

8. *Mali hîc domum habent, iusti tabernaculum, & cur.* *Hieron.*

C supernus Pater: de Abraham, vt suprà dixi, dicitur, quod *cuncta, quæ possederat dedit Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera, & quod separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viueret.* Gen. 25. num. 5. Si dedit munera filiis concubinarum, non ergo cuncta, non omnia dedit Isaac: quomodo ergo *cuncta dedit*? At si mysterium perpendimus, inueniemus, quòd quia Isaac erat hæres verus, & filius dilectus, vti omnium bonorum maioratus hæres, dedit illi pater omnia bona maioratus substantialia, quæ post mortem suam possessurus erat Isaac filius suus, ac per hoc, cùm in vita nil possideret patris, ideo è domo non decessit paterna: at cæteri filij, qui in bonis maioratus non possessuri partes, hæredes futuri non erant, bona dedit eis libera, munera scilicet, & simul ea dando,

Gen. 25. num. 5.

9. *Abr... ham filiis concubinarum cur munera in vita dedit.*

D eos è domo expulit sua, tanquam non hæredes: ex quo factum est, vt post mortem Abrahæ nil eis amplius de substantia contingeret hæreditatis, quia partem receperunt suam. *Dantur munera filiis concubinarum*, inquit Isidorus, *id est carnalium, sed non perueniunt ad regnum promissum, quia carnalia lucra sequuntur, solus Isaac est hæres, quia non filii carnis existimantur in semine, sed promissionis.* Nil melius. Sic equidem, eodemque prorsus modo summus ille se habet Pater cum bonis, malisvè, qui enim non sunt filij, neque futuri hæredes, hîc, in hoc mundo, dum adhuc viuunt, dat eis dona, & munera, sinit scilicet eos hîc lætari, & exsaturari, affluenter eis de huius vitæ bonis dando. At quibus sunt filij reseruat hæreditatis suæ bona, æternæ nempè hæreditatis, & numquam perituræ: vnde licet peccatores mali sint, hîc tamen eis bona tribuit, quia alterius eis præbere non potest vitæ: quod egregiè dixit Chrysosto-

Isidor.

10. *Deus cur malos hîc remunerat.*

Chrysost.

P

mus lib. 1. de Prouidentia tomo 5. vbi sic ait: *Si post diuinam illius curã, ac prouidentia rationem noluerint homines meliores fieri, veritatemque cognoscere, nec sic quidem illos deserit, sed quoniam æterna vitæ participatione, ipsi se sua sponte priuarunt, præsentis vitæ bona illis omnino largiuntur,*
11\. Sponte sua mali bonis cedunt alterius vitæ.
solem suum oriri faciens super malos & bonos, aliaque præstans, quæ ad præsentis vitæ constantiam pertinent.

In quibus verbis notandum valde illud, malos nempè, dum hîc quærunt bona, sponte sua participatione æternæ se vitæ priuasse: nam pro certo stabiliendum difficile, ne dicam impossibile, hîc simul, & in altera frui vita, & inueniri hominem aliquem, cui duæ diuinarum substantiarum contingant partes, nempe bonorum liberorum, & maioratus, vti diximus: quapropter meritò iusti hoc scientes, portionem suam in alia, non verò in ista optant vita, semper cum Propheta dicentes: *Portio mea sit in terra viuentium.* (Ps. 141. 6.) Psalm. 141. num. 6. contra verò mali, nonnisi in hac vita partem desiderant suam, totos se deliciis huius consecrantes vitæ, nil de futura sperantes, hîc radices figentes suas.

Greg.
12\. Duo fuerunt qui Enoch in Scriptura nominantur, quæve inter illos differentia.

Acutè siquidem aduotat Sanctus Gregorius libro decimosexto Moral. cap. 1. in scriptura duos fuisse Enoch, qui (*dedicatio*) interpretatur, alterum filium Cain, alterum verò filium, seu pronepotem Sethi, cum hac tamen differentia, vt Enoch filius Cain in prima tantum generatione sit habitus, *Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Enoch.* Gen. 4. 18. at verò Enoch filius Seth, nonnisi in septima. *Cur hoc?* inquit Sanctus, *nisi quia videas plurimos temporalia sola cogitare, honores quærere, ambiendis rebus inhiare, nihil post hanc vitam requirere: quid itaque isti, nisi in prima se generatione dedicant? videas electos nihil præsentis gloriæ quærere, libenter inopiam sustinere, mala mundi æquanimiter perpeti, vt possint in fine coronari, vnde electis Enoch in septima generatione nascitur, quia sui dedicationem gaudij in extrema retributionis gloriam requirunt.*

13\. Mali omnes Caini filij.

Nil melius, primus Enoch, qui dedicatio, qui Cain filius, illico nascitur, & illico mundi dedicatur delitiis, & fruitionibus. Secundus autem nonnisi post septimam generationem, id est post mundi cursum expletum, post vitam transactam, vnde meritò primus, tanquam Cain filius ab hæreditate expellitur Dei, secundus verò admittitur. Quòd cùm ita sit, quid in altera vita sperare possunt impij? & ideo cùm etiam hoc notum apud ipsos sit, hîc figuot, vti diximus, spes, desideriaque sua.

Mirum enimuerò est videre cur Cain tantis appetitus maledictionibus, ita vt ipsummet viuere tæderet, ac propterea mortem expeteret, tamen licet peregrinus, primus fuit, qui ciuitatem ædificaret: ad quid enim ciuitatem erigere, in quam ipse inhabitare non posset? ad quid delicias quærere infinitis ipse oppressus malis? ea equidem ratione, cùm eius enim fruitionem miser possessionemque æternæ desperasset patriæ, sciens se illam

14\. Cain cur ciuitatem primus ædificauit.

non possessurum, vti à facie Dei electum, *Ecce eiicis me hodie à facie tua, & à facie tua abscondar.* Gen. 4. 14. ex eo radices hîc figere curauit, sciens hanc portionem esse suam. Quod egregiè dixit idem Gregorius vbi suprà, dum ait: *Iniqui, dum corde transire ad æterna negligunt, & cun-*

Gen. 4. 14.
Greg.

A *cta præsentia fugitiua esse non intuentur: mentem in amore præsentis vitæ figunt, & quasi longæ habitationis in ea sibi fundamenta construunt, quia in terrenis rebus per desiderium solidantur.* Sic equidem Caio licet peregrinus in terris, magis autem peregrinus à cælestibus, fundamentum in terris posuit, *quia exclusus se videbat à soliditate æternæ patriæ*, inquit idem Sanctus. Vnde aperta ex hoc elici coniectura potest, terrenis inhiantem, à cælestibus exclusum, & bona hîc possidentem, non possessurum ea in futurum, firma remanente Chrysostomi sententia homil. 14. ad populum Antiochenum tom. 5. *Quia non licet secundum mundum gaudentem pariter & secundum Deum gaudere*; aut hîc, & non ibi, aut ibi, & non hîc, mutandæ sunt sortes, eædem vtrobique mane-
B re non possunt.

Chrysost.

Enimuero mortem appellauit Sanctus Iob cap. 14. num. 14. immutationem, *Expecto donec veniat immutatio mea.* Si ergo mors immutatio, necesse est vt sortes in iustorum morte impiorumque immutentur, vnde qui hîc gaudebat, crucietur, & qui hîc cruciabatur, gaudeat, iuxta illud, *Fili recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, vnde hic lætatur, nunc tu cruciaris.* Luc. decimosexto num. 25. morte sortem immutante eorum, & faciente, vt qui lætabatur, amplius non lætaretur, & è contra, qui cruciabatur lætaretur, quia primus hic recepit bona, & partem suam, Lazarus verò non nisi mala, cùm partem suam sibi in altera reseruasset vita: *Dixit Abraham diuiti*, inquit idem Chrysostomus homil. 5. in Luc. tom. 2. *Recepisti bona tua in vita tua; vide quid dicat: bona tua: cæterum bona non sunt, quæ putabat bona, recepisti, non potes in terra regnasse, & hic re-*
C *gnare: & Lazarus similiter mala, si pauperes sumus, si frigore conficimur, si hospitium non habemus, gaudeamus, accipiamus mala in vita.* Gaudeant ergo nunc isti mali, lætentur, & bonis repleantur omnibus, dum hîc dicunt, & hanc nominant partem suam dicentes, *quia hæc est pars nostra*, iusti autem, quia pars illorum non est hîc, non tristentur, neque ob id nimium se affligant, quia bona portio illis est reseruata, iuxta illud Prophetæ Esai. 3. 10. *Dicite iusto, quoniam benè*, quod bonum? aut quale? non enim videmus nos: nam quis dicere potest illud bonum, & illud benè? *Potius totum mare in arctissimo claudetur vasculo*, inquit Hieronymus Augustino, dùm post mortem illi apparuit, cùm de gloria beatorum componere tractatum gestiebat, vt ipse scribit ep. 205. quæ est de laudibus Hieronymi: *Potius terrarum orbem paruulus teneret pugillus, potius cælum à motu con-*
D *tinuo desisteret, quam gaudiorum, & gloriæ, quibus beatorum animæ sine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi vti ego experientia docereris, impossibilia facere ne coneris.* Impossibile ergo est hîc scire quod iusto reseruatum in altera est vita, cùm tam magnum sit, vt in corde cadere non possit humano, licet nunc totum hoc bonum existat in spe; sicut è contrà malorum in possessione; quod bonum tanti ipsi æstimant, & faciunt, vt miseri apertè dicant illud esse partem, sortemque suam, *quoniam* &c.

15\. Mors immutatio, & cur sic dicta.
Iob. 14. nu. 14.
Luc. 16. 25.
Chrysost.
16\. In morte sortes immutantur iustorum, & malorũ.
Isa. 3. 10.
17\. Præmium iusto reseruatum ineffabile.
August.

Num. 10. *Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PEtulantes isti, luxuriosique, ex vno illo principio, scilicet quòd anima cum corpore extinguatur, sicut totaliter animum ad cupiendas corporis voluptates, & ad omnimodè in hac vita fruendum, sic efficaciter ad remouenda inducunt quælibet obstacula, quæ ipsos impedire possint ad non fruè- B dum, & quia maxima, sunt ipsimet homines operibus eorum contrarij, ideo è medio eos tollere imprimis deliberant. Hi autem in triplici sunt genere:

1\. Pauper iustus apprimè malis inuisus, & cur.

nam aut sunt iusti, & non diuites, sed pauperes, vnde fit, vt liberiores ad eos arguendos euadant, cùm hoc sit paupertatis effectus, libertas scilicet in arguendo; cùm enim nil, quod ab eis eripiatur, timeant, neque in aliquo est affectus eorum, ideo contra impios inuehunt, eique liberius exprobrãt.

2\. Iusti senes, & viduæ semper malis personæ inuisæ, & cur.

Aut sanctæ viduæ, quæ vti à rebus mundi abdicatæ filios acriter repræhendunt, quando prospiciunt in malis degere, quod vtique viduarum est officium. Aut sunt senes; nam senes insolentiam iuuenumque obiurgant petulantiam, quod maximè ipsi dolent: quapropter omnia hæc obstacula è medio eripere desiderantes, contra ea se armantes, pauperem C iustum, quia validius, & acrius obstaculum, occidere, & omnino vita priuare determinant; viduas vero, & senes, quia non ita valida, neque ita acriora ea pro nihilo habere decernunt, & sic dicunt

August.

3\. Carnales homines crudelissimi, & cur.

Opprimamus &c. Augustinus, *Occidamus*, vi redigamus in potestatem nostram, qui ■nam optimè ponderat in Ps. 52. homines carnales crudelissimos esse, licet iucundi appareant; *lenia videbantur*, inquit Augustinus, *iamdudam loqui, coronemus nos rosis, quid delicatius? quid lenius? & tamen ex hac lenitate, vt vides, gladij erumpunt.* Quid Nerone crudelius? quia nullus in lasciuia petulantior. Nonne Herodes inter epulas caput amputauit Ioannis. Matth. 14. & fœmina lasciua, dum delusa, post concupitum iuuenem trucidare eum appetiit. Gen. 39. 5. sanguinolenti ergo cùm sint, & biliosi, vt docet Aristoteles 2. Ethic. c. 22. non mirum si crudeles.

Matth. 14.
Gen. 39. 5.
Aristo.

Multi ex Patribus, vt infrà, transferunt hanc, & D sequentes sententias ad Christi interfectores, necnon ad hæreticos, & Christianorum persecutores, quibus omnia accommodè dicunt, vt infrà videbimus.

Pauperem iustum &c. Benè siquidem coniunxerunt pauperem, & iustum, cùm vnum sine altero vix stare possit, nec ipsi timerent: nam si pauper, & non iustus, nil contrà eos talis faceret, iustus autem & diues vix inuenitur. *Diuitem iustum difficilius reperies*, inquit Hieronymus ep. 150. tom. 1. *quia vel est iniquus, vel iniqui heres.* Paupertas ergo cum iustitia iungenda, ad hoc vt sanctus quis formidabilis existat, & liberè impios increpare possit.

4\. Diues iusti vix inueniuntur.

Hieron.

Lorinus.

Lorinus, qui existimat hoc impios dicere eo fine, A vt pauperem iustum ea expilent miseria, quam habet, vt ipsis ad voluptates suas suppetat exercendas, benè adnotat hos oculos iniecisse in pauperem iustum, & non in diuitem iustum, nam iste se ab eis defendit, ex quo elicit, quòd cùm hoc faciant, qui Domini sunt, qui Principes, merito latrones dici possunt; sed honestiori vocabulo, vt Alexandro quidam dixit pyrata, apud Augustinum. 4. de Ciui. cap. 4. & apud Curtium lib. 7. Orator Scytharum. *At tu*, inquit, *qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium quas adisti, latro es, Lydiam cepisti, Syriam occupasti, Persidem tenes, Bactrianos habes in potestate, Indos petiisti, iam etiam ad pecora nostra auaras, & insatiabiles manus porrigis.*

5\. Principes cur latrones.

August.
Curtius.

Non parcamus viduæ &c. Non solum contrà pauperem iustum, sed & inuehunt etiam contra viduas, vt diximus, quarum proprium officium iuuenes filios luxuriantes arguere, admonere, immò & castigare. Ferinam adnotat Olkot lect. 22. horum crudelitatem: nam naturali lege quatuor personarum generibus, quilibet, etiamsi crudelis, ac inhumanus, parcit; pauperibus scilicet propter impotentiam, iustis propter innocentiam, viduis propter clementiam, & senibus propter reuerentiam. At isti pessimi, obscænique homines contrà ipsum naturæ lumen, nulli horum parcunt, vnde & pauperem, & iustum, & viduam, & senem opprimunt; vt videas in quale barathrum iniiciat hominem voluptas, voluptatisque desiderium.

Olkot.

6\. Genera personarum omni digna commiseratione, quæ.

Nec veterani reuereamur canos multi temporis, &c. Alia lectio, *Nec senis reuereamur canos annosos.* Duabus isti contra senes rationibus insurgunt, prima, quia senes obiurgare solent iuuenes, & secunda, quia, vt adnotat Lorinus, senes vt plurimum cogendis pecuniis sunt intenti, & vt ipse inquit, *Eo plus colligunt viatici, quominus illis est via.* vnde auaritia propria senum est: contra hos ergo se armant isti impudici, tùm ne monita eorum magnifaciant, tum vt substantiam eorum eripiant.

Lorin.

7\. Senes auari.

Magnum scelus, siue effrænata res libido, cùm contrà id insurgit, quod sacrum est apud omnes etiam Barbaras gentes, canitiem nempe, ex quo S. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 3. senes parentes morum appellat, & ob hoc aliqui eorum venerationem reducunt ad præceptum de honorandis parentibus. Vide Paleologum de bono senectutis, Theatrum vitæ humanæ volum. 18. lib. 4. pa. 3388.

De nomine autem *Senioris* pro Principe, vel Domino sæpe vsurpatum, vide Lorin. in Act. ca. 4. n. 5. hìc autem non accipitur nisi pro ætate. Sed ex eo quod nomen senior denotet maiestatem, & principatum, optimum argumentum sumitur venerationis, quæ senibus debetur, cùm ita venerari debeant, ac venerantur ipsi Principes, ipsique Domini, qui licet iuuenes, seniores appellati sunt, non alia ratione, nisi quia exhibetur eis eadem, quæ senioribus, veneratio, quæ antiquiori, & ex iure gentium: puero enim Principi, etiamsi nos ætate senes, omnia illa præstamus, quæ suaptè natura præstaremus, si seniores essent. Damus senibus priorem locum, primam sententiam, primam venerationem, damus obsequium, damus imperium; omnia hæc Principi, etiam si puero, deferimus, ob id senior appellatur, quod Hispanicè *Segnor*, Italicè autem *Signore*.

8\. Seniorum veneratio sub quo præcepto reducitur.

Lorinus.

9\. Principes cur seniores dicti.

10\. Seniorum veneratio ex iure gentium.

HOMILIA XXXV.

Pauperes iusti diuites non timent superbos, immò è contrà, diuites iustos pauperes.

OPprimamus, inquiunt isti, *pauperem iustum.* Benè, vti diximus simul hæc coniunxerunt duo, scilicet paupertatem, & iustitiam, quia homines, quos impij timent, pro muro se iniquis eorum desiderijs opponentes, non solum sunt iusti, sed pauperes iusti: nam iustus diues vix inuenitur. Anaxagoras enim sæpè dicebat, vt inquit Laertius, *Quod nemo simul & virtutes, & diuitias possidere poterat*: quapropter amplum patrimonium suis sponte concessit, etsi inuenitur non stabit pro muro, non se opponet, quia timebit.

1. Virtus & diuitiæ vix simul reperiuntur. *Laert.*

Mirum equidem videri potest, electurus Dominus Moysen in populi sui Principem, increpandumque Pharaonem, eumque insuper percutiendum, prius eduxisse eum ab Ægypto, extorremque eum constituisse à fratribus suis: nonne melius, vt inter eos degens, in eorum amore quotidie crescens, è medio eorum tolleretur ad liberandum populum, & ad increpandum, castigandumque Pharaonem? Melius siquidem fuisset, nisi considerasset, quod quia Moyses in Ægypto erat diues, vtpotè filius habitus Pharaonis, multasque habebat diuitias, repræhensurus Pharaonem, licet esset iustus, nequaquam ita exactè illud perfecisset munus, ac si omnibus spoliatus, nil habens rerum in Ægypto, pauper in omnibus esset, & sic prius voluit, vt solus, sine diuitiis ex Ægypto exiret, totaliter pauper effectus. Immo amplius notandum, quod illuc postea ex præcepto rediens Diuino, tantummodo cum vxore, & filiis, cætera in Madian relinquens, neque vxorem, neque filios ei permisit, vnde occasionem rixæ inter ipsum, vxoremque permittens, ipsa derelinquens virum suum in domum patris rediit, & dimisit eum, postquam dixit, *Sponsus sanguinum mihi es*, Exodi quarto, vigesimosexto: Ex quo non solum sine rebus extitit, & diuitiis, quando ad Pharaonem intrare debuit, & eum increpare, sed etiam absque muliere, & liberis, contrariumque intentans; mole scilicet vxoris filiorumque, mandata explere periculum mortis subijt, quia, vt inquit Augustinus serm. octuagesimosexto de tempore, & Eusebius Emissenus, ac Cæsariensis, *Impedimenta ad mandata exequenda secum asportabat. Ex hoc loco*, inquit Augustinus, *possumus intelligere, quod displicuerit Deo, quod Moyses tanta facturus mirabilia, vxoris impedimentum secum ducere voluerit in Ægyptum.* Nobis significans, seu nos ob hoc instruens Deus, quòd illi tantum iusti sunt, qui diuites, & potentes non timent, immò qui ab istis timentur, qui sine rebus, sine domo, sine familia viuentes, nil prorsus in mundo habent, immò nil à diuitibus expectant, vnde isti verè magnanimi, immo & quod omnibus dominentur. Quapropter rectè Chrysologus sermone vigesimosecundo: *Non potest omnibus dominari*, ait, *nisi is qui propriis non tenetur*: & Clemens Alexandrin. 2. pædagog. 3. *Vera diuitiæ sunt, paupertas diuitiarum, & vera animi magnitudo est non propter diuitias sibi placere, & magnos spiritus sumere, sed eas despicere.* Qui enim has despicit, & contemnit, liber equidem existit, adeo vt ex tali animi sui libertate, liberam etiam ad increpandum, iniustitiamque insectandam habeat linguam.

2. Deus cur Moysen ab Ægypto prius fugauit quàm populum liberaret.

Exo. 4. 26

3. Moyses in Ægyptum cum vxore rediens oppugnatur à Domino, & cur.

August. Emissen. Cæsar.

4. Pauperes magnanimi

Chrysol.

Clem. Al.

5. Paupertas vera.

Quid enim, dic mihi, inquit Chrysostomus hom. 2. ad populum Antiochenum circa fin. tom. 5. *Helia pauperius? sed propterea omnes diuites eum timebant, quoniam pauper hic erat: ipsam verò paupertatem ex mentis opulentia elegit: quoniam enim omnem pecuniarum copiam animi sui magnitudine putauit esse inferiorem, nec philosophia sua dignam, ideo tantam pauperiem amplexatus est.* Rectè equidem, omnes diuites timebant Heliam, omnes ipse paupertate sua vincebat, ob quod sub pedibus suis, vt sic dicam, ipsum Regem Israëlis habens, fecit, vt non solum ad inquirendum eum è domo prosiliret sua, sed etiam validè contra faciem Regis insistens à se iniuriam illatam propulsauerit, iustè in ipsummet Regem illam conuertendo. *Et cùm vidisset Achab Heliam*, inquit Scriptura Reg. 3. decimooctauo, duodecimo, *quod ait, Tu ne es ille qui conturbas Israel, & ille ait: Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.* O virum omni laude dignum! ô libertas super omnem veneranda libertatem! nec præsentiam Regis timuit, neque eius potentiam, ac crudelitatem expauit, sed his omnibus superior, potentissimum humiliauit, compescuitque lingua: quid non aliunde, nisi quia liberum à cunctis terrenis animum habens, liberam etiam habebat & linguam, &, vt inquit Chrysostomus, *Propterea omnes diuites vincebat, quoniam pauper hic erat.* Mirum equidem apparebit, si quæ Dominus Prophetæ Ieroboamo increpaturo præcepit, semel considerauerimus, scilicet, vt neque in illo loco comederet panem, neque aquam biberet, etiamsi lassus, & ex itinere fatigatus, & hoc ita strictè, vt quia etsi deceptus bibit, & comedit, non minori eum mulctauerit pœna, quàm mortis 3. Reg. decimotertio. Ad quid ergo præceptum sic seuerum? an quia Regem repræhensurum sic à terrenorum affectu se denudatum oportebat reperiri, vt non solum ipse ad superflua, sed neque etiam esset ad necessaria extentus, ad hoc vt promittens illi Rex munera, sic illa despiceret, vt neque panem diceret illi permissum ex illo sumere. *Et ait Rex ad virum Dei, Veni mecum domum, vt prandeas, & dabo tibi munera, respondítque vir Dei ad Regem; Si dederis mihi mediam partem domus tuæ non veniam tecum, neque comedam panem, nec bibam aquam in loco isto: sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis.* Hinc fortior Rege, quia omnino iustus, & pauper, & cum ipso bellum quodammodo gerens victoria pro sua parte stetit, quia virtute, fortitudineque sola contentus, nil Regis, immo nil huius ambiebat vitæ. Quod pulchrè cōsiderauit Sanctus Nilus Abbas in suo ascetico Biblioth. Patrum tom. 5. hoc considerans factum. *Reprehendebat*, ait, *olim Regem Propheta, quod iniquè ageret exer-*

Chrysost.

6. Helias propter paupertatē diuitibus tremendus.

3. Reg. 18. 12.

7. Liberum à rebus terrenis animū possidens liberam ideo habebat linguā ad increpandum. *Chrysost.*

8. Deus cur præcepit Prophetæ Regem repræhensuro, ne gustaret panē in eius ciuitate.

3. Reg. 13. num. 7.

S. Nilus.

9. Paupertatis virtus vincit diuites Reges.

citu stipatum vniuerso, qui ea reprehensione irritatus, cùm manum aduersus Prophetam extendisset, neque illum cepit, & manum ad se aridam retrahere non potuit: erat inter virtutem, atque potentiam Regiam certamen, & victoria virtutis fuit, non pugnabat Propheta, & virtus repulit bellum, cessabat pugnator, & fides opus perficiebat. Milites Regis erant certaminis præfecti, & manus stetit, virtutique victoriam adiudicauit. Hæc illi gesserunt cum neglecto corpore corporisque necessitatibus, solo se animo viuere iudicarent, ideo erant omnibus superiores, quia nulla re indigebant, malebant enim corpus relinquere, quam virtutis prodere dignitatem, aut cuipiam diuiti propter inopiam adulari. Pulchrè. Hoc postremum voluntariam insinuat sanctorum paupertatem, in quo eorum consistit perfectio, non enim necessitate sunt pauperes, sed voluntate, & diuitibus non adulantur, etsi inopes, quia inopiam amant, eorumque diuitias spernunt, hinc in eos dominium, hinc actis repræhensio, quòd secus in his, qui etsi pauperes, non tamen voluntate, hi nulla animi præditi fortitudine, & bonum malum dicunt, & malum bonum, non repræhendentes, sed suspicientes diuites, in quos grauiter inuehens idem Chrysostomus vbi supra, ait: *Nos autem cùm aliqua re indigemus, abiecta animi fortitudine, qua in rebus angustis, & asperis vti debemus, more canum, qui cauda motu blandiore ossa, eaque sæpius sine carne, aut panis micas proficientibus adulantur, ad diuites accurrimus, eosque vt quod cupimus impetremus, benemeritos, & Christianorum patronos appellamus, omnesque illis virtutes inesse dicimus, quamuis in summa vitiorum fœditate volutentur.* Nil melius, nilque huius tempestatis proprius, hinc hodie nulla in diuitibus repræhensio: nulla in illis animaduertio, nullusque seruorum Dei in illis dominatus; hinc eorum diminutus animarum fructus, nullaque ad Deum talium attractio.

10. Sanctorum paupertas qualis, & cui cum hominibus omnipotens.

11. Pauperes voluntarij non adulantur, inuoluntarij secus. *Chrysost.*

11. Adulatores canes.

12. Diuites cur hodie non repræhenduntur.

Enimvero grauiter satis ad rem nostram considerauit Bernard. serm. 21. in Cantica, tunc scilicet Christum ad se attraxisse omnia, quando à terra exaltatus, non solùm omnia reliquit, quod semper fecit, sed etiam vestimenta, se perficiens, vt sic dicam, in paupertate, ad eiusque summum maximumque fastigium superueniens, ita vt amplius se denudare non posset: quod cum fecit, tunc omnia ad se traxit, quia tunc omnia ipsi resistere amplius non valuerunt. Sic pari modo, inquit Bernardus, tunc seruus Dei dominus efficitur omnium, omnes ad se trahens, quando exaltatus à terra ad similitudinem Domini, nil de terra amplius possidet, neque ipsa vestimenta. *Arbitror, inquit, illum sermonem, quem dixit de se Vnigenitus, videlicet, si exaltaretur à terra, omnia attrahere ad seipsum, cunctis fratribus eius posse esse communem; his vtique, quos Pater præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, & ego igitur si exaltatus fuero à terra (audacter dico) omnia traham ad meipsum, neque enim temerariè mihi vsurpo, fratres mei, vocem, cuius me induo similitudinem.* Nil melius. Vbi notandum, quod per omnia, non solùm spiritualia, sed etiam temporalia intelligit sanctus,

Bernard.

13. Christus ad summum perueniens paupertatis tunc omnia ad se traxit.

14. Dei prædicatores quando ad se mundum attraheant, animas lucrando.

A dominum omnium ipsum effectum, super illa exaltatum, vnde subiungit. *Non putent diuites huius sæculi, fratres, Christi sola possidere cælestia, quia audiunt dicentem; Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: non eos æstiment sola cælestia possidere, quia ea sola audiunt in promissione, possident & terrena, & tanquam nihil habentes, omnia possidentes, non mendicantes, vt miseri, sed vt domini possidentes, eo pro certo magis domini, quominus cupidi.* Digna Bernardi sententia, *Magis domini, quo minus cupidi.* Crescit eorum dominatus, vt decrescit cupiditas, vnde hac penitus extincta, omnino ipsi omnium domini efficiuntur, hinc est quod nullum pertimescere possunt, neque valent, ac proinde semper isti libertatem plenam, perfectamque possidentes liberè loquuntur, liberè increpant.

15. Pauperes voluntarij non solum cælestia, sed terrena etiã possident.

16. Cupiditate decrescente crescit dominatus sanctorum in hæc inferiora.

Cur, quæso, putandum Ioannem Baptistam tam liberè loquutum, tàm liberè increpasse, & in faciem Regis restitisse, obiurgans illum, & contrà eius impudicitiam acriter inuehens, non sinens eum pacificè amicam possidere suam, nisi quia non solum erat iustus, sed pauper, & ita pauper, vt non solùm vestitum non haberet, sed neque victum? *Non manducans, neque bibens*, supra ipsam se erigens Apostolorum paupertatem, ac proinde perfectionem, vt egregiè notauit Bernardus in sermone octauo Natiuitatis eiusdem sancti. *Considera*, inquit, *hominem Angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorem, victum, & vestitum habentes*, ait Apostolus primo ad Timotheum 6. *his contenti sumus*, C *Apostoli perfectio ista est, sed Ioannes etiam hæc contempsit: audi Dominum in Euangelio: Venit*, inquit, *Ioannes non manducans, neque bibens, planè neque vestiens, sicut enim non est locusta cibus, nisi aliquorum forte irrationabilium animalium, sic neque pilus cameli humanum est indumentum.* Hinc quasi Angelus in terris, suprà eam se erigens, Regem non timuit, neque peccatum dissimulauit. Ob hoc malus ille libertatem eius sustinere non valens, è medio eum tollere festinauit, occidens, & opprimens, vti isti pauperem iustum, non valebat enim eum sustinere, quia potentior erat illo, ac subtus pedes eum habebat suos, ligatus licet, & in carcere inclusus.

17. Baptistæ paupertas vltra Apostolorum paupertatem. *Bern.*

18. Herodi cur tremebundus.

D Quod non mirum, cùm pauper iustus non solùm sit supra Reges, Principes, Potestatesque, sed etiam supra ipsam talium parentem naturam: quod eleganter adnotat Augustinus sermone vigesimo secundo, illud confirmans exemplo Petri Actor. 3. numero sexto, de quo etiam nos alibi, à quo cum mendicus peteret eleemosynam, dixit: *Aurum, & argentum non est mibi: quod autem habeo hoc tibi do*; vbi Augustinus. *Si aurum non habuit, sanitatem dedit, surge, & ambula, non potuit sustinere iussionem pauperis regibus dominans, pauperis imperium natura non pertulit, debilitas, quam ei innexerat natura, vi paupertatis iubentis exclusa est, quid potenti paupertati non cedat? quæ rebus omnibus sæculi cedit, diues attamen remanendo.* Pulchra quidem ratio, quia pauper iustus rebus omnibus cessit, ideo iustum est

19. Pauper supra ipsam naturam. *August.*

vt omnia ei cedant, vt omnia sub pedibus eius sint subiecta, vt nullum timeat, vt liberè loquatur, tanquam Dominus omnium. & cùm nihil appetat supra cardines cæli se extollat.

20 Supra cardines cæli ambulat. *Greg.*

Nil autem in hoc mundo appetens, inquit Gregorius ep. 7. lib. 1. epi. dum eleuationem suam à statu priuato ad Pontificatum deplorat summum, *nil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice, itavt in me penè crederem impletum, quod pollicente Domino ex Propheta didicissem, Sustollam te super altitudines terræ: super enim altitudinem terræ sustollitur, qui & ipsa, quæ alta, & gloriosa præsentis videntur sæculi, per meritis despectum calcat.* Egregiè. Gloriosa præsentis vitæ calcat iustus pauper, & gratia suæ paupertatis super omnem altitudinem residet terræ, in qua cùm Principes sint, Reges, supremique Monarchæ, fit vt eos etiam calcet, & vt nullum eorum amplius timeat, ac per hoc, quasi pro nihilo eos ducens, liberè increpet, liberè repræhendat.

21. Vmbras omnia æstimat mundi & figuras.

At quid mirum, liberè Reges, liberè Principes pauperem iustum increpare, cùm tam ipsi Reges, quàm omnia quæ ipsi possident, coram ipsius oculis non amplius appareant, quàm vmbræ, quam figuræ? quis figuram timebit? quis vmbram æstimabit? quis contra figuram aliquam, etiamsi Principis, & præpotentis, loqui non audebit? Pro talibus equidem eos existimat pauper Sanctus, hinc liberè, acriter, immo & cum imperio eos repræhendit, & arguit.

Chrysost.

Saucius amore Diuino, inquit Chrysostomus hom. 35. in Genes. differens de abnegatione rerum Abraham *futurorum desiderio tenetur; alys oculis videt præsentium statum, & videt quòd omnis præsens vita figura est, & deceptio, & à somnys nihil differt, ideo Beatus Paulus dicebat* 1. ad

1. ad Co. 7.

Cor. 7. *præterit figura huius mundi, monstrans quòd omnia humana in figura tantùm sunt, & sicut vmbra, & somnium transeunt, nihil solidum, nihil verum habentia.* Figuram ergo cùm omnia existimet pauper iustus, & sicut figuram præpotentis magnitudinem, nil ab eo quærens, pro vili æstimans sua, quid mirum si liberè contrà eum loquatur? Hinc, vt Sanctus adnotat Pater

S. Nilus.

Nilus vbi suprà, etsi pauper Eliseus, etsi magnus Naaman Syrus, tamen hic ad eum accedens, sic parui eum fecit, vt nec sua eum dignatus sit præsentia.

22. Elisæus cur ad Naamā non occurrit quando ad petendā salutem accessit.

Venit quondam, ait, *ad Eliseum dux Naaman Syrus, multaque munera secum attulit, quid igitur Propheta, num illi processit obuiam? statimne illi occurrit? an per puerum causam, propter quam venerat, aperuit? ne ad præsentiam quidem suam illum admittens, ne muneribus, quæ attulerat, illum curasse videretur.* Quod equidem non faceret, si ea æstimaret, & si pro veris ea habuisset, si pro magnis.

23. Homo quo prope Deū fit, eo parua & viliora hæc illi apparent, sicut è contra quo longe eo grandiora. *Greg. Isa. 58.*

Dixi si pro magnis: nam omnia hæc quæ videntur, ante seruorum Dei oculos magna non sunt, immo quo isti in Dei amore crescunt, eò despectiora ipsis videntur, sicut è contra malis, qui à Deo longè sunt, eò semper maiora. Egregiè hoc Sanctus Gregorius lib. 5. Moral. cap. 34. exponens illud Esai. cap. 58. scilicet, *Extollam te super altitudinem terræ.* vbi, postquam dixit inferiora terræ esse damna, altitudines verò bona, affirmat, hæc, altitudines videri malis, non bonis, *Quasi quædam*, inquit, *inferiora terræ sunt damna, contumelia, egestas, abiectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi dum per latæ viæ planitiem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terræ sunt lucra rerum, blandimenta subditorum, diuitiarum abundantia, honor, & sublimitas dignitatum, quæ qui per ima adhuc desideria incedit, eo ipse alta existimat, qui putat magna, at si semel cor in calestibus figitur, mox quàm abiecta sint cernitur, quæ alta videbentur.* Optimè, siquidem fixo semel in cælis corde, statim hæc omnia, quæ videntur, nescio quo modo ad infima descendunt, itavt quasi an sint, & an esse habeant, Dei seruus addubitet, ita parua, ita inania coram eius oculis apparent, vt nec quod esse nomen mereantur, eam amplius concedere velit, hinc eius libertas, hinc omnium despicientia, etiamsi Reges sint, etiamsi Principes.

Dan. 3. 16.

24. Trium puerorum libertas admirabilis, & vnde processit.

Enimvero si consideremus libertatem, qua in faciem summi Principis Nabuchodonosoris tres illi restiterunt pueri sanctissimi, Sydrach nempè, Misach, & Abdenago. Daniel. 3. num. decimosexto, admirabimur constantiam, & hærebimus animo ad factum. Tres soli, extranei, serui, in medio nationis extraneæ, coram Principibus, Satrapis, Magnatibus, Regeque eorum, præsente supplicio, ac fornace ardante, ita liberè, & audacter restitere, vt nulla priori venia petita, nulla præmissa ratione absolutè, liberè, ac intrepidè Regi dicerent: *Non oportet nos de hac re respondere tibi: Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberare: quod si noluerit, notum tibi sit Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam quam erexisti, non adoramus.* Mira libertas. duo eis dixerat Rex, primum, si non adorarent, immissurum se eos in fornacem, & secundum, quisnam esset Deus, qui eos è manu sua eripere posset. Iustè ad hæc respondentes, intrepidè contra illum dixerunt, Deum quem ipsi colebant, & eripere à fornace, & à manibus ipsius eos liberare posse: & insuper hoc non contenti, ne si Deus illud non fecisset, putaret Rex impotentiam fuisse, adiecerunt, *quod si noluerit*, quasi præmonentes, quòd si cremarentur, non erat, quia Deus impotens, sed quia noluisset: notum illi esset, Deos suos eos non colere, & statuam quam ipse erexerat, non adorare: vbi notandum illud *tuos*, & *quam erexisti*, despicientis animi verba esse, & pro nihilo ducentis & Regem, & quæ eius erant. Vnde istis hæc libertas? nisi ex iustitia, & simul ex paupertate, quam in medio illius profitebantur nationis: nam si benè consideremus, reperiemus viros istos nil prorsus possedisse, etiamsi socij Danielis essent, munera enim Danieli tantùm data fuerunt, non istis, vt capite vigesimoquarto numero octauo dicitur. *Tunc Rex Danielem in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit eis.* Quapropter nil habentes, nilque possidentes, quid mirum si supra omnia erecti sub pedibus habentes, & Regem, & auream ipsius statuam, liberè eum admonerent, ac liberè responderent, non respectantes personam, neque incendium metuentes. *Ibi. 2. 48.*

Nec prætereundum, quod cùm isti socij essent

25. Cur Deus Daniele relicto socios elegit ad regem increpandum & obsistendum.

A Danidis, & simul conuiuerent, simulque statuam non adorarent, voluisse Deum vt Daniel non simul accusaretur, &, vt inquit Lyra, alibi tunc esset, & licet esset Daniel inter eos, veluti Princeps, tamen ad liberè Regi loquendum, obsistendumque, hoc elegit Deus, relicto Daniele, quod profectò non aliunde nisi quia iusti erant, & pauperes, nihilque habentes, Daniel autem licet iustus, tamen diues: ob hoc ergo hos elegit, ob hoc fornacem non timuerunt, quia pauperes, ob hoc supra Regem, supra statuam magis ipsi honorati, quàm eorum Rex. Hoc admiratur Chrysostomus hom. 4. in Mathęum, quòd cùm isti sic pauperes essent, sic supra Regem, statuam se erexissent, *Siquidem*, inquit, *cùm adhuc adolescentes essent, & peregrini, immo etiam serui atque captiui, ac necessariarum rerum penitus indigentes, multo his clariores fuerunt,* B *quos omnis copia rerum, simulac pompa comitabatur, & illi quidem Babylonio Regi, nō illa ingens, & auro fulgens imago, non præfecti Regionum, ducesque militia, non innumerabilis ac bellatorum exercitus, non auri, argentique stipenda congestio, non aliud quicquam quod excogitare potuis eius ambitio ad magnum illum officiendum, aliquid prodesse potuerunt: his verò canctorum saluum possessione nudus sola Philosophia sufficit, & hac admirum fuit, qua illis omnibus non diuitibus solam, verùm etiam Diademate purpuraque fulgentibus tanto reddidis clariores, quantò amplius teterrimo aliquo cano solis flamma respondes.* Mirum Chrysostomi dictum, paupertas, asserit quod hus tanto amplius clariores Rege effeecerat quanto teterrimo clarior est solis flamma cæno, nil amplius equidem addi potest.

Lyra.

Chrysost.

26. Pauperes solis flāma, Reges respectu eorū cænum.

Rex ergo comparatione iusti pauperis cænum, pauper autem iustus solis flamma, quid ergo C mirum, si dum causa illud exposcit, vt cænum eum habeat, vt vile quid, vt liberè contrà eum insurgat, & liberè contra eum loquatur, ac proinde timeat eum præpotens, ac diues. *Herodes enim metuebat Ioannem*, inquit Marc. 6. num. 20. *sciens eum virum iustum, & sanctum.* Non Ioannes Herodem, sed Herodes Ioannem, non pauper diuitem, sed diues pauperem, non subditus Regem, sed Rex subditum timebat, quia pauper, & sanctus, quia nihil in hoc mundo habebat, quia Rex lutum, & fænum, Ioannes autem solis flamma, *lucerna ardens, & lucens*, vnde non mirum si hunc Rex timebat, licet esset Rex, & veluti leo respectu Ioannis, qui agnus, nam isti sunt, qui leonem deeerpunt, Principes nempè superbos, isti, inquam, qui non solum iusti, sed pauperes iusti, qui nil prorsus habent, nil possident.

Marc. 6. 20.

27. Herodes cur timebat Ioannem.

D Valde equidem notandum est quòd ait scriptura de Samsone Iudic. 14. 19. *Dilaceraait*, inquit, *Leonem, quasi hædum in frusta discerperet.* Magnum hoc, sed non tā mirū, quātum illud quod sequitur, scilicet, *nil omnino habens in manu sua:* non gladium, non cultrum, non lignum, nihil propemodum: hoc mirum, sed non magnum si mysterium consideretur sub hac latens figura, dilacerauit leonem, & discerpsit quasi hædum, nil habens in manu sua, ideo dilacerauit, quia si habuisset, non dilacerasset, encomium paupertatis est: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem*, inquit Apostolus ad Ephes. 6. num. 12. *sed aduersus Principes, & potestates.* Notandum verbum, *colluctatio*, non enim dixit gladiorum certamen, sed luctam: in lucta enim nudos ingredi oportet eos qui vincere cupiunt, nam vt inquit sanctus Gregorius

Iud. 14. 19.

28. Sanson dilacerauit leonē, quia nihil habebat in manibus.

Ad Eph. 6. 12.

29. Nudè luctandum cum demone, si victores euadere cupimus.

A homil. 32. in Euangelia: *Si vestitus quispiam cum nudo luctatur, citius ad terram deiicitur, quia habet vnde teneatur.* Vnde rectè obseruauit Diuus Chrysostomus fortius bellum sāctissimi Iobi cum diabolo reseruasse Deum summum, quando iam nudus erat, & sine bonis extabat, *Spoliauit eum bonis suis, nec praualuit*, inquit Chrysostomus, *causam in Deum reiecit, quia vetuit eum in carne tangere Iobum, pellem pro pelle, & cuncta, qua habet homo dabit pro anima sua, accepit potestatem, vulnerauit eum à planta pedis, vsque ad verticem eius, grauis pugna, sed victor euasit Iob, nimirum, quia iam nudus luctabatur.* Occidit ergo Samson leonem, & quasi hædum in frusta eum discerpsit, quid mirum, si nil in manibus habebat? si quasi egenus existebat, Reges, Principes, Dynastę, Leones B sunt, quis neget? dilaecrantur in frusta, cæduntur, repræhenduntur, & obiurgantur, non equidem ab aliis nisi à nil prorsus habentibus, à iustis tandem, sed pauperibus, qui nil omninò habent in manibus, ab his in frusta cæduntur, licet leones, nam ipsi Samsones fortissimi ex eo quod nihil habent, ideo eos non timent, quia, vt inquit Augustinus in Psal. 21. super illa verba, *Edent pauperes, nec copiam variae saculi concupiscant, nec timent inopiam*, vnde neque eos, qui abundant, immo è contra ipsi timentur. Vnde non mirum, quòd sic eos isti abhorreant, vt è medio tollere festinent dicentes, *Opprimamus, &c.*

Gregor.

Chrysost.

30. Deus fortius bellum Iobo cum demone seruauit quando iam nudus.

31. Principes à quibus dilacerantur & in frusta cęduntur.

August.

HOMILIA XXXVI.

C *Viduæ & Matres filios austerè enutrire, eosque malè viuentes acriter repræhendere debent, deque filiarum educatione.*

ET *non parcamus viduæ*, inquiunt mali isti, illa ratione, quia si vidua mater talis est, qualis esse debet, malam vitam filiorum sustinere non poterit, reprehendet, austeréque eos tractabit.

Mira equidem scriptura profert de sancta vidua Iudith. *Erat*, inquit, *in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, neque erat qui loqueretur de illa verbum malum*, cap. 8. num. 8. Notandum hoc verbum posterius, vix enim reperies D mulierem pulchram, vti erat Iudith, de qua aliquid siuè verum, siuè falsum non sit dictum: tam facilis lingua est humana, tam velox ipse homo ad iudicandum, siuè bonum, siuè malum, ita vt vix reperias aliquem à murmuratione immunem. *Difficile est*, inquit Hieronymus, ep. 16. in epitaphio Marcellæ viduæ, *in maledica ciuitate, & in vrbe, in qua orbis quondam populus fuit, & palma vitiorum, dum honestis detraherent, & pura, ac munda macularent, non aliquam sinistri rumoris fabulam contrahere. Vnde quasi rem difficilem, & penè impossibilem optat Propheta potius, quàm præsumit dicens: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: immaculatos in via huius saculi appellat, quos nulla obscani rumoris aura maculauit, qui opprobrium non accepit aduersus proximos suos, de quibus Saluator, ait, esto beneuolus, sciat benè sentiens de aduersario tuo, dum es in via cum illo.*

1. Iudith sanctissima laudatur & cur eū pulchra nulla de ea erat suspicio, nec verbum diecebatur malum.

Cap. 8. n. 8.

2. Lingua quā facilis ad murmurationem.

Hierony.

3. In magnis vrbibus nullus à murmurantis immunis lingua.

A Pro miraculo ergo erit scripturæ dictum de sanctissima ista, quod non erat scilicet qui loqueretur de illa malum: at si viuendi eius rationem inspiciamus, admiratio cessabit, dum taliter ipsa viuebat, vt procul ab eius vita omnis esset mala suspicio: qualis enim murmuratio in illam cadere poterat, quæ, vt inquit scriptura, *In superioribus domus suæ*

4\. Judith quã-ta adhibuit ad sui custodiam, & ne suspicionem sui daret.

fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. Vbi notandum, quanta ipsa adhibuit, vt se tuto custodiret. Primò cubiculum sibi fecit in superioribus, vt scilicet, non facilis ad eam esset accessus. Secundò non solum in superioribus, sed secretum cubiculum in illis, quod denotat nulli ibi vnquam hominum patuisse accessum. Tertiò neque hoc illi suffecit, sed insuper solam ibi remanere non est passa, vnde cum puellis suis ibi morabatur, vt nullum posset suspicionis indicium malitia sumere humana, cùm semper secum haberet suæ pudicitiæ testes. Et demum neque his contenta carnem suam cilicio, ieiunioque domabat, ad hoc, vt sicut exteriori reclusione linguam compescebat murmurantis, sic interiori virtute, & perfidi dæmonis ausus, ne ad murmurationem impelleret, quos ipsa vita refrænabat.

5\. Viduæ hodiernę acriter repræhenduntur & cur.

Repræhenduntur ex hoc illæ viduæ, & satis illis indicitur quod sine iustitia conqueruntur de mala ipsarum æstimatione, sic diuersimodè viuentes, vt non in superioribus, sed in plateis, non in secreto cubiculo, sed in fenestris, non cum puellis, sed cum hominibus habitant, non ieiunantes, sed comessantes. Istæ quidem non sunt illæ viduæ, quas Apostulus discipulo præcipit honorandas, quia istæ non sunt veræ viduæ;

6\. Verę viduæ quæ & vera Christiana viduitas.
Hierony.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt, inquit: quæ verò sint istæ explicat sanctus Hieronymus, vbi supra, laudans ipsam Marcellam de qua sic scribit: C *Ab hac primùm confusa est Gentilitas, dum omnibus patuit quæ esset viduitas Christiana, quam & conscientia, & habitu promittebat, illæ enim solent purpurissa, & cerussa ora depingere, sericis nitere vestibus, splendere gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis rubri maris preciosissima grana suspendere, fragrare musco muræ, maritos ita plangere, vt tandem dominio eorum se caruisse lætentur, quærantque alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant, sed quibus imperent, vnde & pauperes eligunt, vt nomen tantum virorum habere mereantur, qui patienter riuales sustineant, si mussitauerint, illico proiiciendi. Nostra vidua talibus vsa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret, aurum vsque ad annuli signaculum repudians, & magis in ventribus egenorum, quàm in marsupiis recondens, nunquam sine matre, nullum clericorum, aut monachorum vidit absque arbitris, semper in comitatu suo virgines, ac viduas, & ipsas graues fœminas habuit.* & cætera, quæ ibi prosequitur sanctus: hæc verè vidua erat, hæc pudica, & sancta, quæ quibus foras erant placere non desiderabat.

Chrysost.
7\. Mulieres honestę secretũ amãt, quibus foris sunt placere non ambiunt.
Ambros.

Sibi his, quæ foris sunt, inquit Chrysostomus in Ioannem capite duodecimo homilia sexta, *placere vis, & ab illis laudari, minimè pudicæ mulieris hoc desiderium. Castitas*, inquit Ambrosius libro de viduis. *solitudinem quærit, pudica secretum, impudica conuentum:* Viuunt vt vanæ, & haberi postea volunt vt sanctæ, & honestæ, de murmuratione conquerentes, de dicteriis stomachantes, cùm ipsæ sint in causa. Viuant ergo, si de eis vt non loquantur verbum tantùm appetunt, vti sancta hæc vidua, quæ, vt inquit Ambrosius libro de viduis tom. quarto, fortis sua reddita virtute, sexus transgrediens infirmitatem, hostem meruit vincere, ciues liberare: *Hæc enim*, ait,

Idem.
8\. Fortitudo Judith viduæ.

vera est fortitudo quæ natiuum vsum, sexus infirmitatem, mentis deuotione transgreditur, qualis illa fuit cui nomen Judith, quæ viros obsidio fractos, perculsos metu, tabidos fame, sola potuit à colluuione reuocare, ab hoste defendere. Cuius excellentis virtutis rationem addens, prosequitur dicens: *A diebus enim viri sui, quibus ille defunctus est, vestem iucunditatis deposuit, mæroris assumpsit, per omnes dies intenta ieiunio; diuturnis igitur mæroribus, & quotidianis roborata ieiuniis, quæ sæculi oblectamenta non quæreret, pericula negligens, mortisque contemptu fortior, vt commentitium strueret dolum, vestem illam iucunditatis quam viuente viro, vestiri solebat, se induit, quasi placitura viro, si* B *patriam liberaret.* Pulchra hæc verba postrema,

9\. Viduæ etiã mortuis viris eis placere debẽt, & quæ eis erant placitura obseruare.

sic casta, sic sancta, sic viro, etsi mortuo, addicta, vt non viuentibus placitura, sed ipsi, vestes resumpsit iucunditatis, liberans ciues, quia viro iudicabat placitura, etsi mortuo: qualis ergo huius debebat esse castitas, quæ viuentes non respiciens, tantum ad suum aspiciebat defunctum? Viuant ergo sic viduæ, si bonum desiderent nomen: viuant non solum in domibus, sed in superioribus domus, non solum ab extraneis, sed ab ipsis domesticis separatæ, viuant in secreto, viuant nunquam solæ, & insuper actionibus virtutis intentæ, carnem suam mortificationibus lacerantes, sic enim nullus obloqui audebit, quia, vti de ista sanctissima, *Virtus linguas obstringet, quas vitium aperit.*

10\. Quid in Judith magis admirabile.

C At licet hæc admiranda, tamen illud me in admirationem ducit, valor nempè, eiusque animus, non equidem muliebris, sed totaliter virilis, Dei offensam non sustinens, vix enim malum sensit, ac contra illud se armauit, illud repræhendens, eiusque autores obiurgans: cũ audisset enim, quod Ozias summus sacerdos promisisset traditurum se ciuitatem, nisi intra quindecim dies Dominus auxilium mitteret, illicò hoc audiens, ad Presbyteros misit, eosque repræhendit, obiurgauit, ac increpauit. *Hæc itaque cùm audisset, quoniam Ozias promisisset, quoniam transacto quinto die traderet ciuitatem, dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, & qui estis vos, qui tentatis Dominum? nõ est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius, qui iram excitet.* Vnde sermonibus eius confusi, suam agnoscentes culpam, *Dixerunt illi Ozias, & Presbyteri, Omnia, quæ locuta* D *es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprahensio, nunc ergo ora pro nobis.* O verè sancta vidua, quæ sic Dei abhorrebat offensam, vt non timeret in faciem sacerdotis, Presbyterorumque etiam resistere, quid putandum hanc facturam, si filium vidisset malè operantem, & contra Deum peccantem? si ista talem, ac tantum virum non timuit repræhendere, quid fecisset, si filios peccantes vidisset? & tandem, si sancta hæc vidua, sacerdotem, & Presbyteros repræhendens non ob hoc, quasi superba, aut nimium audax notatur, immò, & laudatur, cur non dicendum æquali, maiorique ratione, viduam matrem non solum debere, sed teneri filios suos repræhendere, & obiurgare, eosque quomodo oporteat educare?

1. ad Tim. 5. 9. Chrysost.

11. Quod primum testimonium bonum de viduis exposcebat Apost.

Vidua eligatur, inquit Apostolus 1. ad Timoth. quinto num. nono, *in operibus bonis testimonium habens*: at videamus quod primum testimonium? *si filios educauerit*, inquit: vbi Chrysostomus hom. vigesima quarta tom. quarto, adnotat non de qualibet educatione, sed de sancta, bonaque loqui, *Non parui profectò momenti est, enutrire filios*, inquit, *id verò non de alendis tantum filiis dicitur, sed sicut oportet, alendis*: vt scilicet eos alat feruentea in dilectione, obedientes Deo, obseruantes eius mandata continuè, bona consilia eis inspirans, & quod impedimentum eis est, omnino & illicò tollens.

12. Sara quàm sollicita ad filio occasionem imputandum peccati.

Enimverò sancta mater Sara, licet non vidua, sed mater, semel tantum vidit Isaac filium suum cum Ismaele ludentem, & ita rigida extitit, vt statim voluerit filio amputare occasionem peccati, licet patri, filioque talis priuatio occasio esset doloris. Quid putandum fecisset hæc, si vidua, & sola dominaretur in domo, cùm viuens vir eius, qui erat dominus, Ismaëlisque parens, sic pro filij salutè spirituali exarsit? vt patrem ipsum ad proprium eiiciendum filium, matremque coëgerit eius? adeo ipsi res ingrata, vt dicat scriptura, *Quod durè accepit Abraham illud pro filio suo*, Genesis vigesimo primo, duodecimo, & tamen hoc non obstante, nil timens malum, à viro suo forsan illi euenturum, sollicita tantum pro salute filij spirituali, determinatè, & audacter dixit marito, *Eijce ancillam, & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Et tamen verum est, quod nonnisi semel ludentem illum vidit, & sic exarsit, quid fecisset sancta ista mater, si peccantem, si Deum iniuriantem, si delicijs vacantem vidisset? Vndè meritò Chrysostomus homilia quadragesima sexta in Genesim eam laudans ait: *Non immeritò Sara rem hanc egit, sed oppidò decenter, vt Deus collaudarit eius dicta.* Et meritò quidem, nam sic diligentes in extirpandis filiorum vitiis matres se exhibere debent, vt vix pullulantia euellere ea sollicita debent intentione curare; quia vt inquit Hieronymus in ep. septima ad Lætam, *Citò flores depereunt, citò violas, & crocum pestilens aura corrumpit.* Parentum equidem flores sunt filij, vt Clemens vult Alexandrinus libro secundo pedagog. capite octauo, *Matrimonij*, inquit, *flores liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola.* Hinc si matres præstò non sint, attentamque non adhibeant custodiam, cito marcescēt, corrumpenturque, eò vel maximè quia nescio qua vi amplius ad vitia, quàm ad virtutes ea prona sit ætas. Quod egregiè considerauit Ambrosius libro primo de interpellat. Iob. capite septimo, tom. secundo super illa verba: *Consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ*, Iob. 13. num. 26. vbi sic: *Pulchrè id ætatis arripuit ad querelam, quæ magis ad vitium lubrica esse consueuit: habet enim pueritia innocentiam, senectus prudentiam, ipsa vicina adolescentiæ iuuentus bonæ existimationis intuitum, & verecundiam delinquendi, adolescentia sola est inualida viribus, infirma consilijs, vitio calens, fastidiosa monitoribus, illecebrosa delicijs.* Nil melius. Meritò ergo prudens Sara secundum filij non spectauit erratum, sed statim omnem peccati præscindens occasionem, non solum Ismaelem, sed & matrem è domo eiecit, vt suæ tantùm doctrinæ addictus filius, talis euaderet, qualis euasit; diuina eum semper imbuens lege, diuinisque mouens preceptis, proprium matris munus, iuxta illud Salom. Prou. primo num. octauo, *Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.*

Genes. 21. 12.

Chrysost.

13. Matres quã sollicitè esse debent ad vitia filiorũ extirpanda.

Hieron.

14. Filij parentum flores.

Clemens Alexan.

15. Iuventus ad vitia magis quã ad virtutes prona.

Ambros. Job. 13. 26

Prou. 1. 8.

16. Matrum proprium officium quale.

Vbi notandum quòd patri Sapiens disciplinam, hoc est eruditionem, matri verò legem dedit, idest præcepta seruanda: Nam proprium matrum officium est filios præceptis imbuere diuinis, ita vt altius cordibus infigantur eorum, & quod semel à recentibus imbuerint annis semper posteà firmius retineant. Sic ait Salom. Prou. quarto num. tertio, secum matrem fecisse suam; *Nam & ego*, inquit, *filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat.* Vndè infixa sic ista matris præcepta manent, vt amplius aboleri non possint.

Pro. 4. 3.

Philo.

17. Moyses prius in domo matris educatus quã in domum sublatus Pharaonis & cur.

Hinc illa Dei admirabilis elucet prouidentia, sicut inquit Philo de vita Moysis, vt anteaquam ad palatium educeretur Regale, splēdideque crearetur, in domo educaretur matris, ad hoc vt prima ab ea sumeret cum lacte documenta, Exod. secundo num. nono. *Accipe puerum istum*, matri filia dixit Pharaonis, *& nutri mihi; suscepit mulier, & nutriuit puerum, adultumque tradidit filia Pharaonis. Deo prouidente*, ait Philo, *vt prima educatio contingeret infanti domi apud hos ipsos, ex quibus procreatus fuerit.* Hinc quia prima præcepta sic apud sanctum illum præpotentia fuerunt legislatorem, vt licet in domum Pharaonis subleuatus, & per quadraginta circiter annorum curricula inibi demoratus, vt inquit sanctus Stephanus Actor. 7. 23. magis, & amplius cùm ipso præualuerunt, quia semel ab adolescentia imbuta, quàm domus Regiæ mores, præceptorum suasiones, imperij ac dominatus cupiditas, regales deliciæ, ac honores. Quapropter grandis iam effectus, suæ recordatus matris præceptorum, ac institutionis, hanc solam amplectens, & in animo habens, respuit omnia, calceque Regiam abiiciens vitam, domumque Pharaonis, apertè negauit, *Se esse filium filiæ Pharaonis, & elegit magis cum populo Dei affligi, quàm temporalis peccati habere iucunditatem*, ad Hebræos 11. vigesimo secundo, hoc est, in domo Pharaonis manere, tam potens cum illo matris extitit educatio, tam efficacia in eius animo eius præcepta, quæ semel recens ipsius imbiberat animus.

Exod. 2. 9.

Act. 7. 23

18. Moyses cur grãdis effectus maluit cum populo affligi, quàm in palatio existere regis.

Ad Heb. 11. 22.

19. Matrum est intimius peccata dolere filiorũ.

Hinc ergo euenit, vt matres bonæ, & sanctæ, amplius filiorum contra Dei præcepta, legemque doleant peccata, vtpote contra eam, quam ipsæ tenuerunt, & quam filios docuerunt: & ideo cùm proprium earum munus hoc sit, similiter proprium erit eos arguere, reprehendere, & castigare, quando malè se habent, & de malitia filiorum mæstas se exhibere, iuxta illud Prou. primo, numero primo, *Filius sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mæstitia est matris suæ.* Quia vt alibi ipsemet Salomon inquit, Prou. quinto num. vigesimo, *Stultus homo despicit matrem suam*, vti isti, qui dicunt: *& non parcamus, &c.* Vnde benè tales ignominiosos dicemus iuxta illud ibi decimo nono, vigesimo sexto, *Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominiosus est, & infelix.* Infelix equidem, quia perdet se, bonaque sua, non custodiendo matris suæ præcepta: & ignominiosus, dum matri iniurius, à cunctis hominibus bonis pro viro non laude digno reputabitur, &, vt inquit Philo de Decalogo, ex homine, *mutatus in feram*, cùm enim dixisset illos, qui de hominibus non benemeren-

Prou. 1. 1.

Ibi. 5. 20.

20. Filij ignominiosi qui matres despiciunt.

Ibi. 19. 26

Philo.

21. Feræ non homines.

tur, de alienis non lætantes prosperitatibus, nec A condolentes de miseriis, posse videri mutari in ferarum ingenium, de filiis parentibus infestis sic ait, *Inter quos primas ferent, qui parentes suos negligunt, vtriusque partis hostes, tum eius qua Deo,*
22. Cōdemnati apud diuinum hominumque tribunal. *cum eius quæ hominibus: sciunt igitur se damnatos pro duobus tribunalibus, quæ sola sunt naturalia, impietatis apud Diuinum, quòd secundos post Deū autores vitæ suæ non tractant ex officio, inhumanitatis verò apud humanum, cui enim benè facient, qui proximos, & optimè de se meritos vilipendunt? quibus nulla potest referri gratia non inferior acceptis beneficiis.* Pulchrè hoc postremum, nam
23. Impares sē per ad patribus beneficĩ retribuēdum. quomodo natus poterit genitorem suum vicissim gignere? Hinc dum nullum huic simile beneficium, nulla equidem etiam erit par gratia vnquam: fenimergo sunt, qui matribus gratiam negant, qui obedientiam, qui earum legibus non subduntur, B quarum proprium officium in omni Dei timore filios procreare.

Chrysost. *Peperisti puerum*, inquit Chrysostomus sermone vigesimo primo, in ep. Pauli ad Eph. tom. 5. ad matres, *imitare Annam, quæ mox illum obtulit templo, non sinens eum domi deliciari, & delicatè enutriri, malens filio curare, præsentiaque eius, quàm illum Deo non dicare optimeque instrui.* Vn-
24. Filij cur sancti non euadunt. dè non mirum si postea in Samuelem euasit. *Quis vestrûm*, sequitur Chrysostomus, *non innumeris modis mallet filium suum Samuelem fieri, quàm totius orbis Regem?* Quod enim dixisset, obiecissetque sibi huius rei impossibilitatem, matribus ait: *Ideo est impossibile, quia non vis, & non tradis eum illi, qui talem eum facere potest*, Deo nempè, cui tradidit Anna filium, etsi solum fide illum in sanctum educans, sicut in hominem genuit: quam C enucleatè describens sanctus sequitur, *Primum peperit hunc, & solum, nec sciebat an reliquos esset paritura, nec dicebat, Expectabo donec crescat puer, vt rebus mundanis antea vtatur, permittā, vt paululum puerili ætate immeretur, sed relictis his omnibus mulier vnum dumtaxat intendit, quomodo*
25. Filij tempestiuè Deo consecrandi, si in bonos eos euadere cupimus. *statim ab ipsis exordijs spiritualem imagunculam Deo fingendam offerret.* Vnde non mirum si hæc faciendo talis mater, talem haberet filium, quòd si semel matres, si semel patres facerent, tanta equidem mala nunc mundum non inundarent, nec tot perditissimos numeraremus homines, simul ac fœminas.

26. Filiæ cur impudicæ. Cur putandum puellam euadere impudicam, nisi quia mater eius nullam, aut paruam de ea curam habuit? & non solum non benè, sed malè eam D educauit, *Quid enim potuit filia de adultera matre*
Ambros. *dicere, nisi damnum pudoris*, dixit Sanctus Ambrosius libro secundo de virginitate, cui adstipulatur diuinè, & egregiè, vt assolet, aureum illud os
Chrysost. homilia nona, in ep. Pauli primā ad Timotheum. *Quid ergo*, inquit Chrysostomus, *si mater pessima fuerit, atque innumeris sceleribus plena, ex hac liberorum educatione lucrabitur? nempe eas similes sibi necessario faciet.* Vnde exhortans matres ad curam filiarum habendam sic eas alloquitur: *Matres*, inquit, *filiarum vobis curam assumite, curate solicitè vt domi iugiter sint, ante omnia pias esse,*
27. Aurea tria Chrysostomi præcepta ad opu- *religiosasque, docete aspernari pecunias, exteriorisque ornatus contemptrices esse, atque ita demum nuptiis tradite.* Nil aptius ad filiarum educationem dici potuit, ac præcipi. Placet namque paululum in his tribus immorari: nam si tria hæc præcepta sanctissimi altè matres filiarum cordibus mā filiarum educationē expedantur, & enucleantur. insigerent, & à pueritia tenacius ea obseruare docerent, vix audeo dicere, quod aliqua filiarum mala euaderet, si eas instruerent, vt domi manerent, si vt pecunias contemnerent, si vt ornatus paruifacerent, certè omnis occasio, & peccandi stimulus mulieribus præscinderetur. Aufer namque à mulieribus per ciuitatem euagationem, auferes simul peccandi occasionem. *Gen. 34.* Genes. trigesimo quarto, memento Dinæ filiæ Iacob, semel tantum exiit, & virginitatem amisit, non eam amisisset, si domi mansisset. Da mulierem egredi 28.
renitentem, & do tibi pudicam: nam impudicæ Signū impudicæ fœminæ per plateas euagare.
signum est per plateas euagari: *Mulier præparata ad decipiendas animas*, inquit Spiritus sanctus Prou. septimo, numero decimo, *garrula, & vaga, quietis impatiens, neque valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.* Da mulierem eis, qui foris sunt, placere desiderantem, & do tibi eam impudicam, vt supra ex Chrysostomo diximus, vti & *Pro. 7. 10.*
Theophrastus de mulieribus sic edisserit. *Mulier nec alios videre, nec ipsa videri debet, præsertim quæ eleganter ornata fuerit, vtrumque enim ad res inhonestas incitamentum est.* Stobeus serm. 29. Se vidēdum mulier præbere non debet & eur.
72. etsi demus quòd illa pudica sit, impudicæ tamen videbitur. *Stobæus.* *Dina*, inquit Bernardus tractatu de gradibus humilitatis, gradu primo. *Bernar.* *quid necesse est vt videas mulieres alienigenas, qua necessitate? qua vtilitate? an solu curiositate? etsi tu otiosè vides, sed non otiosè videris, tu curiosè spectas, & curiosius spectaris.* Cui sanctus adstipulatur Cy- *Cyprian.*
prianus, de disciplina, & habitu virginis sic præclarè alloquitur: *Ceterum*, inquit, *si tu te sumptuo-* 30. Compta incedens est gladius & venenum.
C *sius comas & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis allicias, suspirium adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspirandi fomenta succendas, vt si ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te, & venenum videntibus præbeas, excusari non poteris, quasi mente casta sis & pudica.* Notanda postre- 31. Impudica & vana.
ma verba, ad quid excusatio, quia pudica, quia casta, si vt impudica, & minus casta viuit, & degit: vnde fit, vt multoties castæ tales exeant è domo, & impudicæ redeant, & dum sine periculo domi manebant, cum illo ad eam redeant, vanè postea gementes exitum, dum vanissimè exierunt.

Sed vlterius da mihi mulierem auri contemptricem, non cupidam, non desiderantem, & sine dubio eam dabo castam, & pudicam: nam si D malè agit, desiderio auri illud agit, quo omnes premuntur, & angustiantur. sic eius cupidæ, vt onera non onera, vincula non vincula, immo & ipsa vulnera non vulnera æstiment, dummodo auro onu- 32. Mulieres auri cupidæ quantū illud æstiment.
stæ incedāt. Quod elegantes expressit Ambrosius libro de Naboth, capite quinto, dum sic de mulierum cupiditate loquitur. *Delectantur in compedibus mulieres, dummodo auro ligentur, non putant onera esse, si pretiosa sunt, non putant vincula esse, si in his thesauris coruscent, delectāt & vulnera vt aurum auribus inferatur, & margarita dependeant.* *Ambros.* Nil melius dici potuit, nec quod amplius mulierum extollat cupiditatem, quàm affirmare sic eas cupidas auri, vt dummodo aurum adsit, ipsis miseriis, ipsis doloribus, ipsis vinculis ipsismet delectari compedibus. *Passar quodnis*, inquit Thamar Iudæ Genes. 38. num. 17. *si dederis mihi ar-* *Genes. 38. 17.*

rhabonem, annulum, armillam, & baculum, quem A *manu tenes.* Iuratem quamlibet passuram rem mulierem, dummodo annulum acciperet, & armillam dummodo aurum, & argentum. Hinc Holophernes in concupiscentiam totus Iudith sanctissimæ, primum quem mouit lapidem ad eius emolliendam voluntatem, aurum extitit, vnde, *Et iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius, & iussit il-*

Iudith. 12. *lic manere eam,* Iudith. 12. post quæ, non ante, famulo præcepit vt suaderet illam sponte cum illo consentire, *Et dixit ad Vaguo eunuchũ suum, Vade, & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat*

Num. 10. *habitare meecum,* Num. 10. Non coactum, sed vo-

33\. Holophernes vnde sperauit Iudith sanctissimæ voluntatem attrahere.

luntarium concubitum contendit, non solum corpus, sed voluntatem ambiens, sciens hanc ex se liberam etsi corpus captiuum, hinc hanc desiderans suasionem inhibuit, fissus dicam in loco, erat enim inter eius thesauros, inter gemmas, aurumque: quid B ergo non speraret? aurum aufer, inuincibilis erit mulier, aufer eius desiderium, & hominem, immo

34\. Mulier sine auri cupiditate inuincibilis hominem fugiet & fornicationem.

& ipsam fugient fornicationem. *Mulierum cupiditas tunc cessat,* inquit Chrysostomus hom. 86. in Ioan. *cum rebus omnibus amantem spoliauit*, vt caperet enim amant, & ideo amant, vt illis detur: munera tantum exquirunt, nunc artib. nunc blanditiis, nunc verbis, nunc persuasionibus, nunc tandem tristitia simulata, & luctu.

Chrysost.

35\. Amor mulierum tantum durat, quantum auri adest spes.

Exemplum mulierum cupiditatis sit tibi vna fixa quæ *lasciuiens*, interpretatur, filia Caleb, cui cùm pater eius sufficientem dedisset dotem, nil minus contenta, suspirando ampliorem extorsit, *Suspirauitque vt sedebat in asino: cui Caleb, Quid habes, inquit, at illa respondens: Da mihi benedictionẽ, terram australem, & arentem dedisti mihi, iunge*

36\. Quantis artibus aurũ procurant.

& irriguam, Iosue 15. num. 18. terram arentem dedisti, inquit, non equidem minus diceret, cùm mu- C lierum mos sit ita insatiabilis, vt semper ad hoc

Jos. 15. 18.

vt ampliora accipiant, data minuant, & dona sugillent priora. Sic ista, terram, inquit, mihi dedisti arentem, hoc est, nullius valoris, iunge ergo & irriguam, quam vt extorqueret suspirauit, & languidam se simulauit, vti lasciuientes mulieres, vsquedum irriguum capiant superius, inferiusque, portionem scilicet superiorem, & inferiorem, animam videlicet, & corpus: tolle ergo ab eis hanc cupiditatem, simul tollis libidinem. *Duæ sunt res,* inquit

Tullius. Tullius lib. 2. rethor. ad Herenn. *quæ omnes ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia,* illa scilicet homines, hæc autem fœminas. Quapropter benè Sãctus consulit Basil. ep. ad Chilone discip. *Au-*

Basil. *rum maximopere, vt animæ tuæ blandissimum insi-*

37\. Aurum quantopere fugiẽdum.

diatorem, vt parentem peccati, vt denique diaboli administrum modis omnibus fugito. Patentem pec- D cati, aurum Sanctus appellat. & benè quidem, nam

38\. Est peccati parens & quomodo.

cùm peccatum filius sit mulieris, & quando hæc homini iungitur, non equidem cum illo, sed cum eius potius auro iungatur, hinc fit vt simul aurũ & mulier pariant peccatum. & aurum. vt inquit Sanctus, parens sit peccati; aufer aurum, & sterilis erit ipsa mulier, casta scilicet, & pudica, non peccabit. Tolle ergo auri concupiscentiam à muliere, disce eam, vt inquit Sanctus, aurum spernere, casta erit, sancta, & pudica.

Sed etiam vlterius aliquid aliud requirit Sanctus, quo adiuncto, simul & ipsius desiderium auri au-

39\. Ornatus mulieris venenum.

feretur, ornatus nempè contemptus, qui si semel mulieribus persuaderetur, infinita propemodum euitarentur in mundo mala. Quid enim est mulieris ornatus nisi venenum, quod ab oculis homi- A num semel potum ipsummet hominem occidit. *Mulier suo ornatu,* inquit Hieronymus ad Deme- *Hierony.* triadem, *oculos hominum ad se trahens, & si nullum inde sequatur damnum, supplicium tamen æternum meretur, quia venenum attulit, si fuisset qui biberet.*

40\. Diaboli inceptum & inuentũ.

Quod cùm ita sit, & tantopere desideret diabolus vt tale venenum homines potent, hinc fit, vt ingens infundere gestiat mulieribus ornatus, compositionisque exterioris desiderium; adeo vt Cy- *Cyprian.* prianus de habitu virginis dicat, ornatum mulieris, eiusque comptionem, inuentionem fuisse diaboli, & ex inferis eam processisse, diabolos etiam instruxisse mulieres ad se ornandas, cùm prius nil tale *Gen. 6.* cogitarent: quod elicit sanctus ex illo Gen. 6. *Videntes,* scilicet, *filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ.* Ad hoc enim vt sancti homines in amorem fœminarum exardescerent, inuenit diabolus mulieris ornatum. *Quæ omnia,* inquit Sãctus, *pec-* B *catores, & Apostatæ Angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia veluti à cælesti vigore recesserunt, illi & oculos circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris, & capitis veritatem corruptelæ suæ impugnatione docuerunt.* Diaboli ergo inuentum

41\. Virtus verum muliebre mundum.

fuit, cùm aliàs verus earum ornatus virtutes esse deberent. Crates enim Philosophus dicebat, mundum muliebrem esse, quod ornat fœminam, ornat autem, quod eam compositiorem reddit, ac *Crates.* modestiorem: *Verum id non præstat,* inquit, *neque* *Philo.* *smaragdus, neque purpura, sed quæcumque adderent vim, ac speciem honestatis, ac verecundiæ.* Vnde benè Philonis vxor in complurium fœminarum

42\. Mulieris ornatus viri virtus.

cætu interrogata cur sola ex omnibus aureo non C vteretur ornatu? *Satis,* inquit, *vxori magnus ornatus viri sui virtus.* Hinc Aristippus dicebat. *Mulierem os exornantem animam deformem habere.*

43\. Domi ad maritum, foras autem quando se ornat non ad illũ, sed ad extraneos spectat.

Et aptè ad rem dixit Hyperides, *Domi scilicet coram viro liceat vxori ornare se vt libet: ornamenta autem quæ sumit egressura domum, non ad maritum, sed ad alios spectant.* Vnde fit, quòd cùm summopere hominibus, licet extraneis, placere ipsę desiderent, ex consequenti inteosiori desiderio comptionem appetant, & ornamenta, ob quæ, quæ non facit mulier? quod malum non audet perpetrare? quale, vel ob talem immoderatum ei non euenit *Chrysost.* cultum? *Quot inde nascuntur mala,* inquit Chrysostomus hom. 37. in Genes. *non possum nunc sermone complecti, sed satis est, vt relinquam conscientiæ eorum, qui in his occupati sunt, quantas inde quotidianas molestias experiantur.* Cùm ergo hoc tantum malum sit, & eo à mulieribus dempto, necessario etiam ab eis auri dematur desiderium, & fo- D ras euagandi, ex consequenti necessario concluditur, quod si semel ornatus desiderium mulier à se depulerit, illam nõ futuram cupidam, neque è domo vagantem, vnde castam, & pudicam. Quapropter cum Chrysostomo concludendum, quòd si matres filias docerent quæ ipse dixit, nulla esset fœmina mala, nulla impudica at sunt, quia matres earum non sic filias suas, non sic filios educant suos, & ideo isti etiam mali, & peruersi euadunt, in tantum, vt si quando eos postea corrigere appetant, non possint, ita inuerecundi, & insiuniti, ac isti, qui pro nihilo ducentes viduarum matrum consilia dicunt: *& non parcamus, &c.*

HOMILIA XXXVII.

Seniorum, patrumque officium est iuuenum vitam corrigere inordinatam, illisque non conniuere.

NEc veterani reuereamur canos multi temporis, dicunt pessimi isti contra senes, & patres se armantes, vt liberius vitam suam malam malè traducere possint, cùm res certè sit penè contra naturam, senes, & canos non venerari, ob idque in primis illud Deus præcepit populo suo dicẽs Leuit. 19. 32. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time Dominum Deum tuum.* Vbi notandum, coniunxisse Dominum timorem sui cum reuerentia, & honore senibus deferendo, quia scilicet qui Deum non timet, per consequens nec senes reuerebitur: sic isti, qui dum Deum non timebant, illicò nec senes, impudens malum, cùm ex iure gentium, naturæque, senibus honor debeatur, quod & barbaræ nationes, sola tantum natura duce, illud intellexerunt.

Leuit. 19. 32.

1. Seniorum honor iure naturæ adeo strictè præceptus populo.

B

2. Barbaræ nationes in pretio etiã habebant senes.

Herodot.

Apud Arabes enim maximus natu, & ætate maior, in omni re cæteros præcedit, vnde Herodotus libro septimo scribit quod Ægyptij Lacedęmoniis in hoc conueniebant, in eo scilicet, *Quod minores maioribus natu obuiy de via cederent, aduenientibusque assurgerent, vnde ex instituto Lycurgi, Lacedæmonij senes non minus quàm patres reuerentur,* inquit Gellius lib. 2. cap. 4. idem mox apud Romanos: vide Valerium Maxim. libro secundo cap. primo: idem apud Spartiatas, vt inquit Plutarchus, quorum iuuenes semper senibus assurgebant: cuius rei causam cùm sciscitaretur Telecretus Spartianus, respondit: *Vt in his, quæ nihil attinent honorantes, ita se gerentes, magis honorent parentes.*

Gell. *Valer. Max.* *Plutar.*

C

Rectè equidem, honorabit enim parẽtes, qui propinqui, dum honorat senes, etsi extraneі. Vnde etiam licet colligere, quod qui parentes non honorat, nec senes honorabit. Patet hoc in istis, nam cũ viduæ, & matri nõ parere statuissent, illico irreuerenter tractare senes, neque eos venerari proponunt, dicentes: *nec veterani, &c.* ea scilicet ratione, qua supra diximus, quia scilicet senes, quando verè senescunt, infensissimi iuuenibus inueniuntur, quando verè senes sunt, inquam, nam sunt aliqui senes ætate tantum, non moribus, quos senes dicere non debemus. *Nihil autem interest*, inquit Aristoteles, *iuuenis ætate, an moribus iuuenilis aliquis sit, non enim defectus pœna tempus est.* Ergo secundùm Philosophum senes ob morum maturitatem dici debent, non verò ob temporis longitudinem, vnde propterea dixi, si verè senes sint, sed de hac re infrà cap. 4. n. 8. Abhorrent ergo isti senes, quia proprium senum, patrumque officium est filios increpare iuuenes, & arguere, & hoc non mediocriter, sed validè, immo in principio, quando ætas excrescere incipit.

3. Parentes non honorans nec senes honorabit.

D

4. Senes aliqui non verè senes.

Arist.

Enimverò optimè patrum ponderat ignauiam sanctus Chrysostomus homil. 68. in Matth. tom. 2. qui pueros crescere siuunt sine obiurgatione aliqua, ac sine doctrina: *Domiteres equitum*, inquit, *cogunt vt studiosissimè sibi equos domitent, nec iuuen-*

Chrysost.

A *ria committunt ad firmiorem indomitos ætatem peruenire, sed frænum, ac cætera, quibus opus est incipientes, adhibent: liberos autem suos longè prouectos absque castigationis negligant fræno, & dimittunt circaire, scortis, aleis, & obscænis spectaculis inhiãtes.* Vnde non mirum si postea grandes effecti pessimi, animoque irreuerenti euadant, ac infrunito, culpa senum est patrum, qui negligentes in correptione, animaduersioneque existunt puerorum.

5. Acriter reprehenduntur à Chrysosto non bene educantes filios.

Dignum equidem omni est consideratione factum Heli Sacerdotis, iste enim cæteris erat admirandus, quadraginta annis Israelem rexit, & vt inquit Chrysostomus lib. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ tom. 5. *Nihil in eo reperit iustitia diuina, quòd accusare potuit, nisi quod illi cura non fuerit, & diligentissima, & vehemens salutis liberorum*, 1. Reg. 3. & tamen vsque eò hoc displicuit Deo peccatum, vt non obstante eius vita, in reliquis sancta, & inculpabilis, sacerdotium ab eo, domoque eius abstulerit, & filios cum ipso simul interfecerit, & quod maius, totam eius domum, cognationemque, immo quod admirabilius videri debet, ita Deo contra hoc peccatum irascente, vt dicat, quòd nullo sacrificio nullaque hostia vnquam expiabitur. *Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in æternum.* 1. Reg. 3. 14. & quod magis animaduertendum Heliam increpasse filios suos. *Quare facitis res huiusmodi*, dixit illis, *quas ego audio res pessimas ab omni populo, nolite filij mei, non est enim bona fama, quam ego audio, vt trãsgredi faciatis populum Domini, si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* ibi 2. n. 23. Quid, quæso, amplius à sene dici potuit? vt filij exterrerentur eius, & peccare desisterent, sed quia post obiurgationem alia non adhibuit remedia validiora, pœnam scilicet, & supplicium, non strenuè contra filios se gerẽs, ideo ipse, filij, domusque eius tota vno die periẽrũt. Vnde benè exclamat Chrysostomus vbi suprà, *Qua tandem nos animaduersione puniemur, qui barbaris omnibus immaniores contra nates nostros sumus, qui lasciuientes sufferimus, qui malos non punimus?* Ob quod contra Dominum delinquimus putantes filiorum curam in illo tantùm consistere, si diuites illos post nos reliquerimus. *Nulla alia ratione*, inquit idem, *peruersi vt fiant liberi contingit, nisi quod eorum patres circa vitæ præsentis commoda æquo amplius incumbunt, & ferè dixerim insaniunt.* Ad quæ cùm totaliter attendant, quoad animam eorum curam paruipendunt, cùm enim solummodo illa inquirũt, nihilque illis præferendum censent, *& suam pariter, & liberorum animam negligere coguntur*, sequitur idem, qua neglecta, quid mirum, si spinas postea tribulosque germinet, at si negligerent tantum minus esset malum. *Sed proh dolor!* inquit idem sanctus, *vtinam hoc tantum culpæsset, nihil vtile parẽtes liberis consulere, posset id, etsi sit grauissimum, aliqua fort asseratione tolerari, nunc verò ad ea, quæ saluti suæ sunt aduersissima omni studio impellitis. Audiat patres miris modis filios ad humanam gloriam prouocantes.* Notanda verba (nullus enim est patrũ ab hoc peccato immunis) *ad domus amplas construendas, cœlestis verò conuersationis, cœlestiumque bonorum nulla omnino fit mẽtio.* Nil melius, neque amplius dixisset sanctus si mundi præsentem intuitus esset statum: cur quæso putandum, ita vanissimos nũc cupidissimosque esse homines, nisi quia à teneris annis vanitate, cupiditateque

Idem.

6. Heli vt castigatus ob incuriam circa filiorum educationem, 1. Reg. 3.

B

Ibi. n. 14.

C

Ibi. ca. 2. 23.

7. Correctio lenis sola non excusat à peccato superiorem, quando grauiorẽ adhibere debet.

Chrysost.

8. Filij mali vnde euadunt.

D

piditateque animi implentur puerorum? subministrantibus illis eorum patribus vanitatis cupiditatisque materiam, & in captiuitatem redigentibus, turpissimisque vitijs tenellum obligantibus puerorum animum. *Cùm ergo initio iuuenis*, inquit idem, *ad hunc statum adducitur seruitutis, quando iam liber esse, quando vndarum molem poterit euadere ventis impellentibus, atque mergentibus*. Iter siquidem vitiorum planum est, ac delicijs refertum, virtutis autem arduum, ac molestiarum plenum: si à teneris puer annis ad ardua non animatur, credendum quòd animabitur postea, quando iam grandis, & vit. *Dura*, inquit idem

9. Consuetudo à teneris imbuta annis quàm potens.

Sanctus, *dura, ac penitus acuta, ac violenta res est consuetudo ad vincendam, capiendamque animam*. Quod si experientia probandum, considera, quæso, quid dulcius, & delicatius manna? quid rusticius cæpis, & allijs? B & tamen hoc non obstante filij Israel respuentes manna, suspirauerunt ob cæpas, alliaque. Cuius ratio petenda à consuetudine inueterata, quam in Ægypto contraxerant; hæc enim non sinebat eos gustare mannæ dulcedinem, in mente semper habentes cæpas, licet in gutture manna. Sic præpotens est consuetudo, semel à teneris imbuta annis, vt ipsum malum, & naturæ inconueniens appetere faciat, cui si semel ipsi patres non contradicant, arguentes, increpantes, obiurgantes, & seuera disciplina filios plectentes, actum equidem erit de eis, nullum prorsus extabit remedium, quin grandes postea effecti senum irrideant consilia, patrumque subsannent monita.

C Miranda sanè, & satis cunctis patribus spectanda diligentia illa, seu paterna cura, quam sanctissimus Iob erga filios gerebat suos, licet iam

10. Iobi cura erga filios quanta. *Iob. 1. 5.*

essent adulti. *Cumque in orbem transissent dies conuiuij*, inquit scriptura Iob. 1. num. 5. *mittebat ad eos, & sanctificabat illos, consurgebatque diluculo, & offerebat holocausta pro singulis*. Vbi Septuaginta, *offerebat pro eis victimas secundùm numerum eorum, & vitulum vnum pro peccato, pro animabus eorum*. Cuius tantæ diligentiæ illa vna ratio, *Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis*; seu vt Septuaginta, *Ne fortè filij mei in mente sua cogitauerint mala contra Deum*. Mira diligentia! admiranda filiorum cura! in qua multa notanda.

Primùm verbum illud, *Ne fortè*, & *in corde suo*. de dubijs trepidat, quid fecisset de certis? D de occultis formidat, quid egisset de manifestis? *Quomodo permitteret*, inquit Origenes lib. 1. in cap. 1. Iob. *vt aliquis mali filiis suis in verbis, atque operibus euidentioribus eueniret, qui pro occultis, & absconditis, aut omnino forsitan non existentibus, ita nimium sollicitus erat, atque curam gerebat, vnde metuens dicebat: Ne fortè, &c.* De peccatis dubijs, de occultis filiorum trepidabat, & in dubio eos sanctificabat, victimas occidebat, holocaustum offerebat, quid amplius fecisset, si apertè peccassent? Discant parentes, quantum solliciti pro salute debeant esse filiorum, quantumque in ipsos euigilare, vt expectare non debeant publica filiorum peccata, quinimo timere incerta, &

Origen.

A occulta; & ne fortè hæc adsint, eos sanctificare, & dirigere. *Vitulum vnum*, inquit idem Origen. vbi suprà, *coram filiis suis pro peccatis eorum singulabat Iob, vt videntes ipsi filij, metuentes, ac pauentes ab omnibus peccatis, quæ animos perimunt, declinarent, & iuuentutis ignorantias à se mortificarent*.

11. Cur vitu. pro eis quotidie sacrificabat.

Secundò notandum est hoc illum fecisse, etsi filij adulti, & benè disciplinati, vt optimè adnotat idem Origenes, *Ne fortè filij mei*, ait, *qui in disciplina nutriti sunt, qui in eruditione creuerunt, qui in Dei timore exercitati sunt, in quibus viuus ego gaudeo, si ipsi vixerint Deo, si ipsi à Creatore non recesserint*: & tamen tantum de illis sollicitus erat, vt etsi publicè peccare eos non vidisset, quia boni, quia benè educati, quia cum timore Dei lactati, tamen ne occultè peccarent, timebat, & anxius viuebat. Quomodo ergo timere deberêt patres, quorum filij non sic educati, non ita timorati? qualis eorum deberet esse anxietas pro salute filiorum adulterorum? qualis eorum cura in creandis paruulis cùm etsi talem, ac tantam de suis habuisset sanctissimus parens, adeo vt perfecti iam euasissent, tamen timet de peccatis, *Ne fortè peccent in corde*. Quantum ergo non solum filiorum debent patres timere peccata, quia sic filios non educarunt, sed tremendi diuini iudicij furorem? Nam vt inquit idem Origen. *Qui patres non erudiunt, neque corripiunt filios, & ipsorum animas igni inextinguibili tradunt, & semetipsos in furorem iudicij demergunt: Omnia enim quæ deliquerint filij de parentibus requiruntur, qui non erudierint, neque corripuerint filios suos*.

Idem.

12. Anima patrum erit pro anima filiorum si ipsos rectè non educauerint.

Tertiò notanda sunt verba illa secundùm Septuaginta, *Ne fortè filij mei cogitauerint mala in mente sua*: in quo loco licet cum Origene exclamare. *O sinceritas patris! ô dilectio parentis! ô studium genitoris!* Quis ex patribus talem sollicitudinem vnquam adhibuit, vt non solum esset de operibus sollicitus filiorum, sed de cogitationibus? & non solum curaret vt benè operarentur, sed etiam vt benè cogitarent, *Ne fortè cogitauerint mala*, inquit, non solum opera, sed cogitationes in filijs exquirebat puras, ita Dei amans erat pater, & ita sollicitus de filiorum, filiarumque animarum cura, vt etiam quod occultum, quod ignotum, quod soli Deo reseruatum, purgare, & emendare curaret, *Ne fortè*, inquit Origenes, *de impudicitia cogitauerint, ne fortè ad impietatem declinauerint, ne fortè illicita meditati fuerint, ne fortè iniusta concupierint, ne fortè aliqua radix amaritudinis exorta in animis eorum ipsis nocuerit*. Quid ergo mirũ, si filij eius postea, vti pater, sancti, ac verè dicebantur sanctorum filij: sicut è contra filij malè educati, & qui peruersi euadunt, licet pater sanctus, & bonus, non dicuntur filij hominis sancti, sed hominis pessimi, sed dæmonis, tali enim dignus nomine pater, qui licet bonus, malè tamen filios educauit.

13. De cogitationibus filiorum cur anxius erat Iob.

Idem.

14. Pater malè educans filios dæmõ dici potest, etsi alias bonus.

Fas sit nunc sic intelligere illud scripturæ, *Filij Heli filij Belial*, hoc est diaboli, hoc est Heli: ergone Helias diabolus, qui, vti diximus, Sãctus erat homo? dicam, quia malè filios educauerat, ideo licet respectu sui Sanctus, respectu tamen filiorum diabolus, & Belial, *Eorum animas*, vt suprà ex Origene diximus, *igni inextinguibili in interitum tradens*, quod proprium diaboli est. Quid ergo mirum, si diabolus pater dicitur?

Q

quia male filios educauit, dum cooperator diaboli existit ad filiorum animas perdendas, nam contra filios adultos diabolus non posset, si ex consuetudine mala, quam ex pueritia pueri habent, patres ipsi diabolo eos non subderent. *Ex mala cura, quam patres filiorum educationis habent, omnia mala nascuntur*, inquit Chrysostomus homil. 19. in Genesim, *consuetudo enim malitiæ processu temporis incalescens tantum facit malum, vt postea non possit aliqua vinci monitione, & cùm semel à malitia fuerint occupati, quasi in captiuitatem essent adducti quoquo diabolus ingerit, eunt; ille enim eis imperat, & perniciosa eis dat mandata, quæ iuuenes libenter perficiunt, præsentem tantum voluptatem spectantes, & futurorum dolorem non cogitantes.* Si ergo diabolus præualet, si cogit, si subdit homines ad malum, consuetudo ex pueritia ducta, est in causa, mala eorum educatio est origo. Fundamentum ergo dæmonis potestatis erga homines adultos, mala fuit educatio patrum, dum adhuc pueri essent, vnde pro certo stabilire debent patres, quia non posset contra hominem dæmon adultum, nisi ipsi in pueritia malè filium educassent, & dæmonis subiectioni non disposuissent. Ex quo, vt hoc addam vnum, & valde notandum, fit, patrem maiorem partem in filiorum habere damnatione, quàm ipsum dæmonem, & magis illos perdere filios, quàm ipsum hostem. Quale ergo erit eorum iudicium, cùm tantæ sint causæ ruinæ? & quid mirum, si postea adulti canos eorum non venerentur, sicut isti pessimi, dum dicunt, *Nec canos, &c.*

Chrysost.
15. Diabolus cur potens in viros adultos.

B

Num. 11. *Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ, quod enim infirmum est, inutile inuenitur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

CVm ergo isti peruersi & mali semel statuissent pauperem iustum opprimere, viduæ non parere, veteranos canos non vereri, consequenter se contra aliud armant obstaculum, quod esse poterat ad eorum delicias, & effrænatas consequendas voluptates, nempe diuinæ, humanæque sanctiones, quæ hominem à malo cohibentes, & ad bonum dirigentes, fræna laxioribus imponunt, ne malum vndequaque agere possint, ita eos coercentes, vt velint, nolint, etsi non amore, saltem timore à malo se cohibeant; quod cùm isti optimè sciant, ideò contra eas se armantes, nullam aliam legem recognoscere volunt nisi potentiam, & valorem, quod proprium tyrannorum, impiorumque est hominum: Principis enim Christiani partes sunt submittere sè legibus, & secundùm eas viuere, licet sit supremus dominus, ac superiorem non recognoscat; sicut malorum Principum partes sunt contrarium peragere, sicut isti, qui dicunt: *Sit autem fortitudo nostra, &c.*

1. Principis boni partes, legibus se submittere.

Lex iustitiæ, &c. Complutenses, & Regij: *lex* A *iniustitiæ*, sed melius lex iustitiæ, nam per hanc intelligunt mali robur, fortitudinem, vires potentiam, vnde ipsi nullam aliam legum ordinationem intelligunt, & sciunt, nisi potentiam, quapropter totum ius eorum est in armis; vnde is, qui minus potest, id est infirmus, & pauper, pro nihilo ab ipsis reputatur, nulla alia ratione nisi quia impotens, & vires non habet: hæc est politicorum lex, ad hoc tendunt rationes status, quas vocant, nempe qui plus potest, plus acquirat, sit brachij fortitudo, lex iustitiæ.

2. Politicorũ lex fortitudo.

Inuenitur, &c. arguitur, conuincitur, axioma mundi sapientum, inutile scilicet, quod infirmum, quod non validum, ob hoc quondam Christiani inutiles æstimati, vt Tertullianus ait; ob hoc lex de dilectione inimicorum à multis derisa, vt affirmat Augustinus in Psalm. 118. concion. 7. B & 9. Hieronymus in caput 5. Matthæi, & Aristotel. 4. politic. cap. 11. edocit à contrariis; quod si amicis benefaciendum, consequens, vt inimicis malefaciendum.

3. Inimicorũ dilectio cur à multis derisa.
Tertul.
August.
Hieron.
Arist.

HOMILIA XXXVIII.

Principis Christiani partes secundùm leges viuere, & vt subditi idipsum faciant curare.

SIt autem fortitudo nostra lex iustitiæ, aiunt isti, C nullam recognoscere supremam legem volentes, adeo efficax est libertatis desiderium, & sic homines liberos esse desiderant, vt nil magis offensius illis, quàm subiectio, & superioris recognitio; vnde multi sunt, qui non solum homines superiores recognoscere nolunt, sed neque ipsam naturam, ita infestum, infaustumque subiectionis nomen habent. Omitto Apostatam Angelum, qui nec Deum suum creatorem recognoscere voluit, & ipsum piguit intelligere ipsius esse superiorem, & ab illo dependisse: omitto etiam inferiores quosdam, qui pressi seruitutis iugo libertatem desiderant, considero solum Reges, supremosque Monarchas sæpius in tantam deuenire demẽtiam, desiderio, appetituque libertatis, vt licet se videant nulli hominum subditos, hoc pro nihilo ducentes, D contra ipsum ius naturale, ac contra ipsam rationis conuenientiam insurgentes, ab ipsis legibus se solutos putant, ipsisque non esse subiectos æstimãt, cùm certum sit ita Principes quoad vim directiuam, non vero coactiuam suis legibus esse subiectos, ac ipsosmet subditos, & præcipuè in his legibus, quæ bonum vniuersale, & communitatis attingunt. Vnde bene sanctus Ambrosius lib. 7. epist. 13. ad Valentinianum scribens, *Dedisti legem*, inquit, *ne cui esset liberum alium iudicare, quod cùm præscripsisti, aliis præscripsisti & tibi. leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat.* Hoc inquam ipsis infensum, molestum, ac perquam graue est, ita vt cùm velint quòd ad amussim eorum leges obseruentur, ipsi nec quidem eas attingere volunt; cùm verò certo certius sit nullum aliud medium efficacius ad leges à subditis obseruandas, quàm Principis exemplum, custodiat

1. Subiectio quantũ hominibus infensa.

2. Principes legibus quo ad vim directiuam sunt subiecti
Ambr.

ipsas primus, si vult, vt à subditis custodiantur suis, exemplum enim hac in re validissimum est præceptum, vnde quod Imperator suam legem seruet, summam æquitatem vocauit Vlpianus in lib. 1. *Quis enim*, ait, *aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixerit.* Ex quo Isidorus in capite iustum est, distinctione 9. & lib. 3. sentent. cap. 51. dixit: *Iustum est Principem legibus obtemperare suis*, vsque adeo. vt ipsamet lex proferat; nil maiestati aptius, nil Principem dicere, & eloqui melius, quàm fateri suismet se obligatum esse legibus: *Digna vox maiestate regnantis est, legibus obligatum se Principem profiteri*, lege digna vox, capite de legibus.

3. Æquitas summa Imperatorem legem seruare.

Vlpian.

Isidor.

Nam quæ maior ipsi Principi contumelia inferri potest, quàm sua inobseruantia legum, & quod ipsemet destruat in se, quod semel prudenter in alijs iussit. *Legislatori contumelia est*, inquit Basilius in Psalm. 28. *despectio legum, atque contemptus.* Vnde in vanum ipsi ad eas ferendas elaborant, si primi sunt in earum contemptum. *Quid attinet leges ferre*, inquit Fabius Maximus, vt refert Liuius lib. 10. dec. 1. *si per eosdem, qui tulissent, frans fieret, iam regi leges, non regere esset.* Optimè dictum, quando enim à Legislatore ad libitum, & in casu lex non obseruatur suo, tunc equidem nun potest dici quòd lex regat, & gubernet, sed quòd regatur, & gubernetur. Quod si hoc verum est, proh dolor! quàm parum hodie leges gubernant, ac regunt, sed verè possumus dicere quòd regantur ipsæ, ac gubernentur; sic vnusquisque ad proprium illas sensum adducit, vt in causa propriè contra eos non alloqui faciant; ob quod Anacharsis Philosophus, vt inquit Valerius Maximus lib. 7. *eas aranearum telas vocauit.* Nam sicut per istas paruissima quæque tenentur animalia, & grandia eas abrumpunt, & scindunt: sic leges pauperes tantum astringunt, potentes verò minimè, cùm potentia ipsorum, vt isti dicunt, sit eorum lex.

4. Contumelia Principū inobseruātia legum.

Basil.

Liuius.

5. Lex quādo regit & quando regitur.

Valer. Max.

6. Lex aranearum tela, & cur.

At verò sancti, & iusti Reges non sic: rigorem enim legum sicut in subditos, sic etiam in seipsos desiderant. Tenes enim fundator regni Tenorum, quem vt Deum sui adorabant, vt Cicero inquit 3. in Verr. olim statuit mortis pœna adulterum mulctari si contigisset in adulterio esse depræhensum, in quo cum proprius delicto filius inueniretur, ita in se rigidus extitit ob legis obseruationem, vt amplius hanc desiderans. quàm proprij filij vitam, morte eum damnauit, immo & exequutus est.

7. Exempla Principum legum obseruatorū.

Cicero.

Saül etiam, etsi malus, tamen suarum ita rigidus extitit obseruator legum, vt sine dubio Ionatham filium suum occidisset, nisi populum illum à suis manibus eripuisset, Reg. 1. num. 14. Et Darius Rex, etsi summopere, & quasi animam suam sanctum diligeret Prophetam Danielem, ita vt contristatus quòd eum contra legem à se latam Deum reperissent orare, inquit scriptura, *quod posuit cor, vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret illum.* Dan. 6. num. 14. tamen vt audiuit legem esse Medorum, atque Persarum, vt quod omne decretum semel à Rege constitutum non licebat immutare, illicò protulit Danielem contra eum, etsi inuitus proferens sententiam. Digna equidem Regis actio,

1. Reg. 14.

Dan. 6. 14

8. Darius ne contra leges faceret Danielem pretulit, etsi dolens.

A præclarum Regibus documentum, in quo aliqua digna animaduersione veniunt.

Primum, quòd Rex ad liberandum Danielem non potentia, non vi vtebatur, non coactione, sed labore, intercedendo, obsecrando, promittendo, indagando an aliqua esset legis interpretatio, quæ ipsum Danielem eripere à morte posset, quod in maximam obseruantiam, legumque venerationem incidit, potius elaborare elegit, quam semel legem infringere.

9. Principes quomodo sua tractare cum subditis debent negotia.

Secundum, sic venerari Darium legum obseruationem, vt licet ipse naturalis Rex Persarum non esset, sed bello regnum obtinuisset, vnde ad libitum nouas condere leges poterat, & antiquas abrogare, tamen ita tenax antiquarum regni legum obseruator voluit videri, vt potius intimum amicum tradere, quàm eas infringere maluerit. Vt semel Reges, & Principes naturales B discant quanti facienda in suis est legum obseruantiæ regnis, cùm tanti fecisset eam Darius in alieno, vt sic dicam, semel considerantes verum ius non esse in armis, non in potentia, sed in iusta, & vera ratione per leges. sanctionesque sanctas expressa. Quapropter illud equidem summopere obseruandum, quòd cùm tantopere lex præcipiat obedientiam filiorum erga patres, tamen ob hoc vnum tantum eis obedire non liceat, si contra ius legesque præcipiant. Vnde antiqui illi laudare numquam finiunt Agesilai responsum ad patrem suum, cùm enim iste aliquid ab eo peteret contra Lacedæmoniorum leges, filius sic ei respondit: *Abs te à puero didici parere legibus, quam ob rem nunc quoque tibi obtempero, cauens, ne quid faciam contra legem.* Plutarchus in mor. lib. de vi- C tios. verecund. Ex quo neque inobediens visus est filius, nec fuit cur de eo pater dolere posset. Quapropter vellem, vt semel Reges, vt semel Principes intelligerent nihil illis derogari, nil contra suam effici libertatem, nil ob hoc summam eorum minui in terris maiestatem, immo augeri, si summam semel statutis legibus venerationem apponunt, &, vt inquit sanctissimus Gregorius lib. 8. epist. 6. tanto eos magis Deo placere, à quo regna eorum pendent, quanto se minus in hac parte posse existiment. Sic enim habet Sanctus ad Childebertum Francorum Regem admonens illum de administratione regni. *Benignum*, inquit, *se excellentia vestra suis subiectis semper exhibeat, etsi qua sunt, qua eius animum offendere valeant ea indiscussa non sinat, tunc enim verè Regi Regum, id est omnipotenti Domino, am-* D *plius placebit, si potestatem suam restringens, minus sibi crediderit licere quàm potest.* Aurea verba, & præcipuè postrema, quæ si Reges, si Principes semel fixa in animo haberent, voluntatem scilicet suam non cum potentia, sed cum ratione metiendam, & è contra ipsam potentiam non cum ipsorum voluntate, sed cum recta ratione mensurandam putantes, non omnia quæ possunt sibi licere, profectò & ipsi sine tumultu, ac sine mali suspicione, & subditi in multa pace viuerent, summaque quiete.

10. Quantum antiquarū legum facere obseruātiam.

11. Filij contra leges obedire nō tenentur parentibus.

Plutarch.

Greg.

12. Principes summe Deo placent quando minus contra leges se posse æstimabunt.

13. Potestatem quomodo moderare debeant.

Sed si obseruare leges summos Principes decet, vti diximus, quid de inferioribus dicendum? quid de Principis obligatione, vt inse-

14. Quanta cura vt sui leges obseruent attendere debeant.

riores sui leges seruent, & non sint veluti aranearum telæ, & quòd pene nunc promulgentur, & statim præscindantur: nam, vt inquit Chrysostomus homil. 40. in Matthæum, *Si statim à principio, quando feruntur leges, ac fermè à promulgatione ipsa contemnuntur, nullo modo possunt custodiri.* Legibus autem non custoditis, nulla est Respublica, nullum regnum, immo tale vbi leges non custodiuntur, non hominum, sed animalium, & non quorumlibet, sed pessimorum. Nam vt bene inquit Aristot. in Politic. *Sicut optimum animalium est homo lege fruens, sic pessimum animalium est homo à lege, & iustitia separatus.*

Chrysost.

15\. Legum custodia vbi non adest, regnum nō hominum erit, sed animalium.

Arist.

16\. Cur, quæso, putandum regna non stare, & aut forensibus, aut ciuilibus perimi bellis? legum inobseruantia est in causa, & quòd potentia est sola lex; non verò iustitia, sine qua facinorosi viuunt, potentesque non castigantur. Audi Gregorium ad Reginam Franciæ: *Si quos ergo violentos*, inquit, *si quos adulteros, si quos fures, vel alijs prauis actibus studere cognoscitis, Deum de eorum correptione placare festinate*, notanda verba, *vt super vos flagellum perfidarum gentium, quod quantum videmus ad multarum nationum vindictam excitatum est, non inducat, ac si, quod credimus, diuinæ vltionis iracundia sceleratorum fuerit actibus commota, belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.* Sanè egregiè dictum.

Regna deperduntur ob legum inobseruantiam.

17\. Duæ enim sunt personæ, quibus delicta Reipublicæ, peccataque vindicare incumbit, aut Princeps, aut Deus; peccata namque impunita manere non possunt, nec ipsa clamare desistent, vsque dum in peccatorem animaduersum fuerit. Princeps non punit, non castigat, segnior est ad peccata vindicanda, cuilibet licet quod vult, Deus equidem accipit,

Bella regnis inferuntur quando delicta impunita manēt, & huius ratio.

18\. seu de manu eripit Principis gladium, & belli peste interimit, quos Princeps interimere debebat. Dixi quòd Deus eripit à talibus gladium, quem ipsi portant, vt inquit Apostolus ad Roman. 13. num. 4. *Ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum*, quia dum in ipsis otiosus existit, & sine fructu eum portant, iusto Dei iudicio fit, vt inermes, inualidique constituantur inter inimicos, ad quos eorum gladius, iusta Dei sententia sic ordinante, transiuit. Vnde postea Rex sic constitutus, factus totaliter inermis, & regnum perdit & vitam, gladio non inimicorum, sed suo, in manibus tamen inimicorum.

Deus quando gladium à principe eripit.

Ad Rom. 13.4.

19\. Enimuerò mysterio non vacat, quòd reprobans Deus Saülem, eumque abijciens ne regnaret, quia Agag Regem Amalechitarum, & populum eius non occidit, gladium portans ad vindictam malorum, otiosum statim gladium ab eo eripuit, ad inimicos eum transferens, vt eo de ipso vindictam sumerent, qui segnis in Dei vindicandis inimicis extiterat. *Et induit Saül Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica; accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, &c.* 1. Reg. 18. num. 39. Mirum vt Rex in medio exercitus, immo in medio inimicorum inermis constituatur, absque armis, absque gladio, qualis hæc est dementia?

Saülis gladius ad inimicos trāsiuit & cur.

1. Reg. 18. 39.

forte deerant gladij, & necessarium esset sic Regem discingere, & gladio Dauid accingere suo, non deerant, sed quia otiosus in eo iam erat ille gladius, *Qui*, vt inquit Diuus Hilarius, *instrumentum non sæuitiæ, sed iustitiæ est*, & iuxta Dei voluntatem, non vltus eius iniuriam fuerat; ideo ab eo eum Deus abstulit ad inimicos transmittens illum suos, qui eum iam inermem, imbellemque constitutum, & regno, & vita priuarunt, dum ipse falsa motus pietate in eos non vindicauit. *Incomposita pietas*, inquit Petrus Damianus epist. 6. *procul dubio meretur iram Dei, dum non promulgat in reos sub districti iuris æquitatem censuram, meritoque debet superni iudicis subire vindictam, qui neglexerit in subditos exercere disciplinam*: ob quod stultum, & infelicem eum nominat Theodoretus in hunc locum quæst. 33. *Oportebat*, inquit, *stultum intelligere, quia vna gutta diuinæ benignitatis, & clementiæ, vincit omnem humanam bonitatem: sed infelix, cùm Deus iussisset perire, misertus est, & cùm Deus morte damnasset, ipse vt existimauit, vitam tribuit.* Cuius desidiam in castigando cæteris eius vitijs imparem non fuisse idem author prosequendo affirmat: *Tantum*, inquit, *eum condemnauit ea qua præter legem vsus est misericordia, quantum auaritia, & plura habendi insatiabilitas, & amor pecuniæ, cui seruiens transgressus est mandatum.*

Hilar.

20\. Gladius instrumentum iustitiæ nō sæuitiæ.

Damian.

21\. Pietas in principe incomposito iram meretur Dei.

Theod.

22\. Principes stulti qui dici possūt.

23\. Dixi gladium Saülis ad inimicos transisse suos, non verò ad Dauid, & iure quidem, cùm enim iste experimentum fecisset an armatus posset incedere, cernens quia non posset, arma abiecit. *Induitur Saülis armis*, inquit Chrysostomus homil. de Dauid, & Goliath tom. 1. *Dauid sanctissimus puer, vt quasi potentibus armis Rex potentissimus vinceretur; sed tam ista arma vt puer gestare non potuit, quàm Goliath suis armis non meruit interire: quamobrem istis armis abiectis nouæ, & inopinati generis Dauid arma conquirit, quinque lapides elegit, fundam sumit, situlam pastoralem arripuit, contra Goliath debellandum exiuit.* Ergo non solum arma grauia, sed quod mirum, & ipsum gladium abiecit. Quid quæso ponderis poterat esse gladius? & quale iudicium procedere ad bellum sine ense? benè postea defectum expertus est illius, nam volens caput amputare Philistæi, *vidit se sine gladio*: cur ergo eum dereliquit? Non equidem sine Dei iudicio, cùm enim qui occisurus erat Saulem non futurus Dauid; sed eius inimici, meritò gladius Saülis, quo interficiendus, deferendus erat à Dauid, derelinquendus inimicis, qui suomet gladio eum occiderent, ac perderent.

Dauid cur gladium abiecit Saülis.

Chrysost.

24\. Sed illud in hac re est miserabile, Saülem nō alijs occisum manibus, nisi illis, quibus ille contra Dei præcepta pepercerat, & de quibus vindictam, vti Deus præceperat, non sumpsit: Dixit namque illi Deus: *Vade & percute Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus eius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem.* 1. Reg. 15. num. 13. At ille & stulta misericordia commotus, & inepta auaritia, & Agag pepercit, & Amalech non destruxit, sed seruauit in damnum capitis equidem sui dum

Saül quo occisus gladio quibusque manibus.

1. Reg. 15. 13.

vnus ex illis, quos immerito reliquit, iusto Dei iudicio eum occidit, & perdidit. O admirabilis Dei iustitia! bellum habet Saül contra Philistæos, contra istos pugnat, ac certamen init, eum isti debellant, & insequuntur, & tamen vult ipsa, vt non manibus pereat Philisthinorum, sed Amalechitæ, quia Dei decretum contra istos adimplere tenuit, & quod Deus præceperat stultè contempsit; imò vt non solum manus Amalechitarum occiderent eum, sed insuper: *Et diadema à capite eius auferrent, & armillam de brachio*, indignum diademate eum iudicantibus ipsismet manibus occisione dignis, quibus dum otiosè pepercit, contra Dei mandatum, ad occisionem, & vituperium sui eas custodiuit, & moriens miser in augmentum doloris sui, perspexit non Israelitam, vt ipse concupierat, *Dixitque Saul ad armigerum suum, euagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi, & noluit armiger eius*. 1. Reg. 31. num. 4. sed Amalechitam esse, quem, vt ipsum occideret, rogabat, *Quisnam es tu*, ait, *morti iam proximus*, 2. Reg. 1. num. 8. & ait ad eum: *Amalechites ego sum, & locutus est mihi; sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustia, & adhuc tota anima mea in me est*. Mirum, rogat prius armigerum, vt eum interficeret, ne manibus interficeretur incircumcisorum, super gladium suum irruit, ne incircumcisi eum illuderent, & nunc rogat incircumcisum, vt occidat eum, & illudat. Cur, quæso, hoc? nisi quia audiuit Amalechitam eum esse, & sui reminiscens reatus, dignum se ab illo occidi æstimauit, ob cuius reseruationem & regnum amittebat, & vitam, vnde factum, vt nolens vti gladio, ad vindictam malorum, contra ipsum conuersus sit ille met gladius, quem otiosè ferebat, in manibus translatus inimicorum, sicut & regnum in illius personam, quæ tunc Amalechitas demolitus erat quando isti eum occidebant.

25\.
Cur Amalechita eum interfecit.
1\. Reg. 31. 4.
2\. Reg. 1. 8

Factum est autem, postquam mortuus est Saul, inquit scriptura 2. Reg. 1. *vt Dauid reuerteretur à cæde Amalech*. In quo loco affirmat Iosephus prædictum Saulis prælium gestum esse eadem qua Dauid victis Amalechitis reuersus est in Sicelег die pro Deo de eis vindicante Dauid, quibus miser ipse pepercit Saul, ad coronam ipsius perueniens, iustam exercens vindictam, dum miser Saül eam amisit, quia stulta vti voluit misericordia. Timeant ergo Principes, qui gladium sine causa gestant, quia in eis otiosus existit, qui iniurias Dei non vindicant, qui leges obseruare, & vt obseruentur negligunt, *Quia belli pestis*, vt inquit Gregorius, *eos absumet, & corriget, quos præcepta Dei corrigere non valuerunt*. Et gladius eorum intrabit in viscera ipsorum, & tunc equidem videbunt regnum non vi, non armis, non potentia, sed sanctis custodiendum legibus, maiorumque Sanctionibus, & has esse iustitiæ leges, non verò potentiam, & vim, vt isti dicunt: *Sit autem, &c.*

26\.
Regnum translatum ad Dauid tunc quando actu Amalechitas destruxerat.
Ioseph.

Num. 12. *Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

Concors est sententia Patrum, hunc locum, & sequentes esse insigne vaticinium odij Pharisæorum in Christum Dominum nostrum, & transisse authorem ex narratione aliquarum propositionum malorum hominum, ad vaticinium Christi, quod est Prophetis familiare. Sic Tertullianus lib. 3. aduersus Marcion. cap. 22. & lib. de patient. cap. 5. Cyprianus lib. 2. contra Iudæos cap. 12. Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromat. cap. 6. Lactantius lib. 9. de vera Sapientia cap. 16. Cyrill. in ca. 18. Isaiæ. Ambrosius lib. 2. Officior. cap. 7. & Hieronymus in 3. Isaiæ. Augustinus lib. 7. de Ciuit. cap. 20. Isidorus lib. 1. de Officijs cap. 12. & ferè omnes expositores, immo ex hoc testimonio Lactantius lib. 4. cap. 16. vrget vehementer Iudæos, & videtur quod propè eadem verba sunt in Isaia Propheta cap. 3. num. 10. iuxta Septuaginta, in quo vbi nos legimus, *Quoniam reddita sunt eis mala, dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet*, Septuag. sic habent, *Quoniam consiliati sunt consilium meum contra semetipsos, dicentes, ligemus iustum, quoniam inutilis est nobis*, aut, vt Hieronymus vertit, *iniucundus*, lege Leonem de Castro.

Connexio capitis.
1\.
De quo iusto loquatur hic Sapiens.
Tert. *Cyprian.* *Clem. Alexand.* *Lactan.* *Cyrill.* *Ambr.* *Hieron.* *August.* *Isidor.* *Lactan.* *Isai. 3. 10*

At licet hæc intelligentia verissima sit, & ob tantorum Patrum venerationem amplectenda; tamen, vt verum fatear, mihi magis ad sensum litteralem accedere videntur illi, qui asserunt Salomonem in vniuersum hîc describere capitale odium, quod mali in iustos habent, licet sub huius metaphora comprehendat, immo & intendat capitalissimum illud quo Iudæi peruersi, & sceleratissimi hominum, Christum Dominum nostrum insecuturi erant, qui omnium hominum, & Angelorum fuit iustissimus, sic Augustinus, sic Hugo, Osorius, Lyra, Iansenius, Castro, & Lorinus hîc, & alij etiam expositores.

August. *Hugo.* *Osorius.* *Lyra.* *Jansen.* *Castro.* *Lorin.*

Moueor, quia non video rationem, cur filum descriptionis morũ hominum perditorũ abrumpere debeat author, & sic transire ad vnum tantum Christum, cùm sub historiali sensu optimè, & graphicè poterat de Christo omnia dicere, & prophetisare. De perditorum ergo hominum moribus loquitur, & sub tali narratione Prophetiam de Christo intendit, quem insecuti fuerunt Iudæi ob duodecim rationes, vt obseruat Olkot lect. 23. quas hîc enucleare Salomon insequitur, vti videbimus.

2\.
Iudæi ob duodecim rationes Christum insecuti sunt.

Circumueniamus ergo, &c. Græcè *Insidiemur autem iusto, quoniam incõmodus est nobis*. Tertull. vbi supra: *Auferamus iustum quia inutilis est nobis*: Hieron. *alligemus iustum*. Placet mihi lectio

Olkot. *Tertul.* *Hieron.*

vulgata: Nam propriè circumuenire est captiosis A
3. Circumuenire quid propriè sit. Job.19.28
verbis alloqui cum aliquo, vt in sermone capiatur, sicuti dixerunt iniqui illi apud Iob.19.num.28. *Et radicem verbi inueniamus contra eum.* Quod proprium est malorum hominum, qui cùm in vita iusti nihil habeant quod offendant, procurant offendiculum inuenire in verbis.

Mos est hic aulicorum, insitus in eorum medul-
4. Aulicorum mos pestilens.
lis, radicem verbi semper in priuato considerare, vt referentes postea quod simpliciter dictum Principi, è loco eum eijciant, & simul è Principis gratia. Iudæi etiam hoc intenderunt, quando Christo dixerunt, *Licet censum dari Cæsari, an non?* Matt.
Matt.22 13.
22.num.13. sicut & quando ante eum constituerũt mulierem adulteram, & istomet infra vers.17. in
5. Pharisæi verba Christi intendebant ad eũ calumniandum.
illo, *Videamus si sermones eius veri sunt.* Mos enim impiorum est, vti diximus, occasionem ex verbis captare, quod est radicem illius considerare, vti Iob dicebat: in quo loco Beatus Grego- B
Gregor.
rius ait: *Peruersi quique, qui malo studio benè prolata audiunt & in lingua iusta accusationis aditũ inuenire appetunt, quid aliud quàm contra eum*
6. Mali verbũ semper obseruant iustorum ad eos perdendos. *Chrysost.*
verbi radicem quærunt? ex qua scilicet loquendi originem sumunt, vt ramos prauæ loquacitatis in accusationem dilatent. Et in catena Græcorum ait Chrysostomus, *Eorum more, qui radices perquirunt, meos inuestigatis sermones, quo me captare possitis, & peccatum meum aliquod palam coarguere.* Quod passim, vt dixi, mali agunt, immo aërem ipsum, & modulationem vocis obseruant, ad hoc, vt aliquid, quod detrahere possint, inueniant, si in substantia aliquid aliud inuenire nõ possunt: sic isti desiderantes causam inuenire, vnde malignari possint iustum, dicunt, *Circumueniamus,* id est captiosis verbis cum illo alloquamur, vt si C possibile fiat in sermone eius aliquid vnde eum accusare inueniamus.

Circumueniamus, inquiunt. Mira concordia, cùm semper inter se isti dissiti, & discordes esse so-
7. Mali semper inter se discordes. *Idem.*
leant, tamen nunc vniuntur; sed hoc mirum videri non debet, cùm inter se summopere sint mali dissiti, & nunquam colligantur, non secus ac arenæ grana, vti obseruauit Chrysostomus homil. 10. super illa verba Matth.7.num.7. *Omnis qui non facit verba mea similis est viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. Carnales homines,* inquit, *ac infideles, ideo arena dicuntur, non terra: quoniam terra quidem fructum facit, arena autem sterilis manet: deinde quia terra quidem vnita est, & in seipsam constricta, arenæ autem grana non conueniunt sibi, neque adhærẽt ad inuicem. Sic sunt* D *omnes, qui sub diabolo sunt, non sunt vniti, neque vnum sapiunt, sed sunt per diuersas opiniones dispersi,* non secus ac hæretici, qui, cùm sub diaboli po-
8. Hæretici cur semper diuersa sentiant.
testate sint, per diuersas semper sunt opiniones dissiti, tamen in hoc solum mali semper vniti inueniuntur, in persequendo scilicet iustum, de qua re vide Augustinum conc.2. in Psalm.36. Lyram in
9. Quando mali vniuntur. *August. Lyra. Chrysost. Bernard.*
cap.24. Genes.num.25. Chrysostomum homil. 8. in Matth. super illa verba, *Tunc milites præsidis suscipientes Iesum,* & Bernardum serm. 5. de Assumptione, & 24 in Cantic. vbi sic ait: *Videas illos ambulare, seorsum conuenire sibi, & sedere pariter; moxque laxare procaces linguas in detestandum susurrum, vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis, ineuns familiaritatem ad malè dicendum, concordes ad discordiam, conciliant inter se inimicas amicitias, & pari consentanea malignitatis affectu celebratur odiosa collatio.*

A *Iustum, &c.* proprium Christi nomen, tum in 10.
veteri Testamento, tum in nouo, Isaias ca.1. num. Christi
26. ait, *Ciuitatem esse vocandam ciuitatem iusti,* & proprium
cap.45.num.8. *propè est, vt veniat iustus meus:* & nomen iustus.
cap.51.num.3. & cap.62.num.1. *Egredietur vt splendor iustus eius, & videbunt gentes iustum* *Isa.1.26.*
tuum, & alibi sæpè, vt cap.4.num.2. & 10. cap.48. 45.8.
11. & 53.11. cap.57.1. Hieremias similiter cap.23. 51.3.
56. *Suscitabo Dauid semen iustum.* & cap.38. 62.1.
15.16. *Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Zachar.9.num.9. *Ecce Rex tuus* 4.2.10. 48.11.
veniet tibi iustus, & saluator, &c. Melchisedech 53.11.
typus Christi etiam in nomine hoc significauit; 57.1.
nam Hebraicè idem valet Melchisedech, quòd *Hier.23.*
Rex meus iustitia, vel *Rex iustitiæ.* In nouo etiam *56. & 38.*
Testamento hoc nomen multoties inuenitur, sic *15.*
vocauit eum Iudas proditor Matth.27.4. vxor Pi- *Zach.9.9*
lati ibid.num.14. Pilatus ibid. Centurio Luc.23. *Matt.27*
B 45. Ioan.cap.2.num.1. Ananias Actor.22.num.14. *4.14.*
Stephanus in sua concione Actor.7.52. & super *Luc.23.45*
omnes Paulus ad Rom.3.num.26. *vt sis ipse iustus,* *Ioan.2.1.*
& iustificans eum, qui ex fide est Iesu. Cuius omniũ *Act.22.14*
ratio, quia cæteræ iustitiæ Christi iustitiæ compa- *7.52.*
ratæ, omnes sunt, *veluti pannus menstruatæ,* & *Ad Rom.*
omnes iusti Christi comparatione, iniusti possunt *3.26.*
dici, & ante illam perlucidam, diuinamque iustitiã prorsus non comparere, vnde per antonomasiam propriè Christus Dominus noster iustus dicitur, & Dei iustus singulariter, cùm hæc sola iustitia fuerit, quæ tantùm Deum oblectauit, vt consideratione eius omnes nostras nobis iniustitias dimiserit.

Inutilis, id est, *difficilis, incommodus, intra-* 11.
ctabilis. Incipiunt nunc impij afferre rationes, Mali inutilem iustum æstimant, sicut Iudæi Christum.
C quare persequantur iustum, vt non videantur sine causa in illum excitare persecutionem, & sic primum affirmant eum esse hominem inutilem, non proficuum, & insuper intractabilem, & insuauem. Sic impij Iudæi de Christo conquerebantur, primum quod esset inutilis, infructuosus, vtpote fabri filius, & ideo meritò è regno expellendus, vt 12.
Galli fecerunt Pontificis auctoritate expellentes, Childericus a regno cur expulsus.
ne regnaret Childericus eorum Rex, quia inutilis, vt asserit Lorinus hic, & Carolus Sigonius in sua historia ad ann.750. Secundò habebant eum infaustum, molestum, nulla ratione se eis accommodantem, in nullo cum eis conuenientem. *Lorin. Carolus Sigonius.*

Sed quàm vtilis fuit persona Christi, quàm 13.
etiam tractabilis, lege Euangelistas, qui nil, nisi Christus Dominus vtilissimus homo.
vtilitatem eius, & mansuetudinem redolent; nam non solum ipsa persona erat vtilis, sed vt optimè
D Lorinus, saliua, digiti, tactus, vestis, immo & ipsa fimbria: sed hoc intelligere noluerunt peruersi illi, *Lorin.*
ac proinde de illo conqueruntur afferentes ratio- 14.
nes, quare dignum erat, vt pro Messia non haberetur, & hæc est prima persecutionis Christi ratio, Prima ratio Christi persecutionis falsa eius inutilitas.
quam falsò prætexerunt impij, inutilitas scilicet eius, malaque conditio, vt sic dicam, aspera, & immitis.

Sed cur isti ad persequendum iustum ratio- 15.
nes protendunt, cùm odium malorum contra Mali iustos abhorrent non alia nisi quia iusti sunt ratione.
iustos iam inde à principio mundi incepit? non ob aliam causam, nisi quia iusti. Caim odio habuit Abel Genes.4. *Quia opera eius mala erant, fratris* *Gen.4.*
autem iusta, vt inquit Ioan. epist.1. cap.3. num.12. *Ioan.1.3.*
& Sodomitæ cur iustum Loth persequebantur? nisi quia iustus, 2. Petr. 2. num.7. Esau autem pro- *12.*
phanus vir, Iacob persequebatur, vt etiam cogita- *2.Pet.2.7*
rit illum occidere Genes.27. & hoc, quia Iacob iu- *Gen.27.*

stus; hanc etiam rationem inuenies in odio Labani cootra Iacob, fratrum Iosephi contra ipsum. Genes.37. Achab contra Eliam 3. Reg.18. & contra Michæam 3. Reg. vlt. Iudæorũ contra Isaiam, vt refert Hieronymus in cap.1. illius. Frustra ergo rationes apparentes ponunt, cùm innatum eorum odium sit contra iustum, & sicut impossibile fiat, lucem cum tenebris, aut è contra, tenebras cum luce conuenire, sic vt boni cum malis, aut mali cum bonis simul conueniant.

Gen. 37. 3. Reg. 18. Ibid. cap. vltim. Hieron.

16. Secunda ratio, Iudæorum cõtra Christum contrarietas.

Et contrarius est &c. Hæc est secunda ratio impiorum contra iustos, & Iudæorum contra Christum, *Contrarietas*, & *oppositio*, non solum operũ, sed cogitationum, quod summopere ipsi dolent, vnde eos abhorrent, & fastidiunt, ob hoc specialiter Iudæi Christum Dominum nostrum insequebantur: opera enim illorũ cùm essent mala, Christo placere noo poterant, & ideo semper contrarius erat illis, vnde summum eorum odium in se excitabat: nec mirum, *Nam contra malum bonum est, & contra mortem vita*, vt inquit Ecclesi. 33. num. 15. & *contra virum iustum peccator.*

Eccles. 33. 15.

17. Tertia ratio, exprobratio peccatorum.

Peccata legis, &c. Aliqui per *legem*, Dei legem intelligunt, ita vt sit sensus, Et exprobrat in nobis peccata cõtra legem Dei commissa. Alij per legem intelligũt, *impiorum legem*, quam suprà diximus esse eis legem iustitiæ, nempe potentiam, & vim, quod mihi placet, & sic est sensus, Improperat nobis, & exprobrat nostra delicta crudelitatis plena, & violentiam, qua supra omnes nos erigimus. Quæ est tertia ratio, ob quam impij iustos persequuntur, & Iudæi Christum; exprobratio scilicet peccatorum.

Et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, &c. Augustinus, *infamat*, id est, *celebrat* diuulgat contra nos peccata disciplinæ nostræ, id est, vt vult Vatablus, *negligentiam nostram*, quam erga Dei legem tenere nos publicat; melius Cantacuzen. *Hypocrisin nostram, qua internum omnino relinquentes, externum tantum curamus*, vt ipse inquit, & *quod maiora deserentes, minora tantum magnifacimus.* hoc infamat, & contra nos diuulgat. Quarta ratio est hæc, qua mali contra iustos, & Iudæi contra Christum Dominum nostrum prætexont, libertatem scilicet prædicationis, & increpationis, qua Christus Dominus noster in Iudæos, & quilibet iustus exercere debet in impium ob publica peccata; quæ libertas non est infamatio, sed veritatis publicatio, necessaria, & debita; prædicatio enim libera debet esse, nullam respiciens hominum personam, vt mox dicemus.

18. Quarta ratio, diffamatio eorum, hypocheisis & prædicationis libertas.

HOMILIA XXXIX.

Prædicatio sit libera, & prædicator liberè admoneat & increpet.

QVatuor, vti diximus, in hoc versiculo impij contra iustos objiciunt, vt verisimiliter asserant contra eos se armasse, meritoque insecutos fuisse, primum inutilitatem; secundum oppositionem cum eis tum operum, tum etiam cogitationum; tertium exprobrationem, correctionemque, &, vt sic dicam obiurgationem in faciem eorum operum: quartum verò, &, quod eis prorsus intolerabile, publicam, & liberam increpationem, ac ipsorum diffamationem operum; quam diffamationem ipsi pro crimine habent, & licet nullam prorsus in aliquo, in vltimo tamen penitus neque vmbram rationis attingunt, cùm certum sit prædicationem debere esse liberam, absque conniuentia, alioquin Dei non erit, cùm Dei prædicatio non possit non esse clamorosa, etiamsi mors immineat, etiamsi opprobrium; immo si Dei est, etiamsi ipsimet prædicatores clamare nolint, non poterunt, nec valebunt.

Hieremias enim Propheta Sanctus cap. 28. num. 8. difficultate victus prædicandi, molestijsque illum opprimentibus, firmiter statuit amplius non clamare, aut prædicare, vt inquit Chrysostomus conc.1. de Lazaro tom.2. *Hieremias*, ait, *cùm Iudæis multa minitans, malaque imminentia prædicens ab audientibus subsannaretur, totoque die rideretur, cogitabat ab illa Prophetia desistere, nimirum humano quodam affectu victus, conuitia illa perpeti non valens: Olim loquor*, inquit, *vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die.* Quod cùm expertus esset (nam Phasur Princeps domus Domini ob talem prædicationem in neruum, & in carcerem eum iniecit) firmiter statuit deinceps amplius non prædicare. *Et dixi*, inquit, *non recordabor eius*, nempe sermonis Domini, *neque loquar vltra in nomine illius.* Sed vix hoc semel statuit, quando viscera eius igne combusta, ita vt nullatenus intus manere amplius inclusus ignis posset; *Et factus est*, sequitur, *in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.*

Hier. 38. Chrysost.

1. Hieremias cur, amplius non prædicare statuit.

Vbi notanda sunt verba, ait enim quòd factus in corde soo fuit ignis æstuans, & quòd talis ignis clausus extitit in ossibus; cur non in corde, vbi æstuabat? nisi quia os, cùm sit materia dura igni obsistens, ex eius obsistentia fiebat vt cum fragore, & strepitu foras prorumperet, quando ab illo ignis exibat: sic in machinis experimur bellicis, sic in minis, quæ dum suppressum habent ignem obsistentes eius exitum, tanto cum ampliori fragore erumpit, quanto pressius tenebatur. Validam ergo obsistentiam sanctus Propheta Dei verbo faciens, ideo ignis erat in ossibus inclusus, ex quibus erumpens primò cor incendebat, secundò verò foras progrediens, non equidem silenter, sed magno strepitu, magnoque fragore aures concutiebat audientium, liberè clamitans, liberè prædicans, alta, & magna voce vitia repræhendens, calamitatesque, & Dei iudicia indicens, vti decebat sanctum Prædicatorem, & verbi Dei præconem. Vnde & iniurias paruipẽdens. periculumque mortis spernens, oil Principes timens inimicos, valenter clamabat, ad eorum confusionem Prædicatorum, qui non persecutiones extimescentes potentum, neque populorum ludibria, sed tantum diminutum formidantes concursum liberè prædicare non audent. *Quod si Propheta*, inquit Chrysostomus vbi suprà, *qui quotidie ludibrio habebatur, quotidie cõuitijs incessabatur, sic discruciatus est, eo quod statuerat silere, qua tandem nos venia digni censebimur, si qui non tale quippiam perpessi sumus, tamen ob quorumdam negligẽtiam deijcimus animum, & ab exhibenda illis doctrina cessamus?* Nil melius, nilque hac tempestate vsitatius cessant liberè

2. Ignis cur in ossibus & non in corde Hieremiæ extabat.

3. Prædicatores taxãtur liberè non prædicantes diminutum ementes cõcursum.

loqui, acriterque reprehendere, quia negligentiam timent accessus, & ne eum paucis inueniantur libera supprimunt verba, liberosque recondunt sensus, contra id, quod prædicatorem decet, qui liberè prædicare, liberè increpare debet.

Isai. 58. 1.

4. Isaiæ cur vt quasi tuba exaltet vocem præcipiat Deus.

Augnst.

Hinc enim Isaiæ indicitur cap. 58. num. 1. vt quasi tuba exaltet vocem suam, & clamet: *Clama, ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Quasi tuba, inquit, vt exaltet vocem suam, duplici ratione; primò, quia vt ait Augustinus, prædicatio debet esse non ad oblectationem, sed ad terrorem: *Scitis*, inquit serm. 106. de tempore, *quia tuba non tam oblectationis esse soleat, quàm terroris, non tam delectationem præferre, quàm inferre formidinem.* Et secundò, quia proprium est hominis tuba canere, & non mulieris, cùm mulieres flatum non habeant conuenientem, & vim ad tubam canendam: vnde tantum hoc fuit Prophetæ dicere, quantum ei præcipere, vt B prædicet vti homo, viriliter strenuè, fortiter, & nō vti mulier placentia tantum loquens.

5. Prædicator placentia tantum prædicans mulier non vir.

Prædicator namque, qui strenuè non prędicat, qui liberè non reprehendit, qui dulcia tantum loquitur, non vir, sed potius mulier dici potest, vt infrà latius dicam cap. 7. num. 15. ad quem statum cùm venerit respublica, in vltimo est malorum. Sic sanctus Propheta Isaias cùm ruinam descripsisset Hierusalem: *Ciuitas munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum:* causamque tantæ assignans ruinæ, sequitur, *quia mulieres erant docentes eam.*

6. Eorū causa Respublica deperditur.

Vbi per mulieres interpretes omnes communi intelligunt consensu prædicatores effœminatos, qui placentia tantum loquuntur, ex quo fit, vt populus non fiat sapiens, ac eius non misereatur Deus. ideo & sequitur Propheta: C *Non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum, & qui formauit eum, non parcet ei.* Formidanda prædicatori sententia, ergo sui Deus non est misertus plasmatis, neque suo pepercit fœtui, quia prædicator, vt debuit non clamauit, & verecundiæ parcens, perdidit peccatoris salutem: nam vt inquit Augustinus vbi suprà: *Clamare iubemur, & vehementer clamare, ne tacendo pereat peccator, & dum verecundiæ eius consulis, non consulas sanitati, ne vulnera illius, quæ clamando resecare poteras, reticendo in peius enutrias. Tuba peccatoribus necessaria est, qua non solum aures eorum penetret, sed & cor concutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosque hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis.*

7. Prædicatoris iudiciū salutaria nō prædicans quàm terribile.

Hinc, quia non sic prædicator inclamauit, nec sic reprehendit, sapientem populum non constituit, peccatorem non conuertit, & Deus sū- D mus parens culpa sua ipsos suos amisit fœtus, ipsos suos perdidit filios, quale ergo huic remanet prædicatori iudicium. *Fili hominis, vaticinare ad Prophetas Israel, qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo*: imperauit Dominus Ezechieli cap. 13. num. 1. *Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, ideo ecce ego ad vos dicit, Dominus Deus, & erit manus mea super Prophetas*; vbi Chaldæus, *& erit plaga potentiæ meæ*: adnotans non quàlibet eos concussurum plaga, sed eâ, quæ à sua solet potentia manare, quæ terribilis, inaudita, vltima: *In concilio*, sequitur, *populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, neque in terram Israel ingredientur.* Perdi-

Ezech. 13. 1.

A tionem, reprobationem, è cœlo exclusionem, vltionem, in infernum detrusionem verba sonant: quid acrius? quid horribilius? in concilio populi mei, id est, in congregatione sanctorum, *sed magis in congregatione damnatorum*, inquit Glossa moralis hîc, & in scriptura domus Israel, *id est in libro vitæ, in quo scribantur electi*, eadem ait Glossa, imò Interlinearis nescio quid, vt sic dicam, maius autumat; in concilio populi mei, hoc est, *in Ecclesia, sed in Synagoga sathanæ*, quasi veræ fidei amissionem intendat, & in barathrum prolapsum hæresum fœdissimarum, vt hinc discas quàm horrendū prædicatoribus immineat iudicium, qui, vt idem inquit Propheta, *Consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas*, ibid. num. 18. Quem locum grauiter exponens Origenes ho. 3. sic ait: *Per istiusmodi figuram eos culpas magistros, qui per vaniloquentiam, & beatas quasque repromissiones multitudinem audientium libidini, vitys, voluptatique permittunt: cùm ergo aliquis aptus moribus populi, vt placeat eis, quibus aures pruriunt, loquitur, quæ grauanter accipiunt, quæ vicina sunt voluptati, talis magister consuit ceruicalia sub omni cubitu manus, item cùm aliquis docueris ea, quæ aurem populi mulceant, & strepitū potius laudatorum, quàm gemitum moueant, si blādus palpauerit potius quàm secuerit vulnera, talis homo amictus contexis in caput.*

Gloss. moral.

Interlin.

8. Prædicator lenis, inutilia prædicans sæpè in hæresim prolabitur in eius pœnam.

Ibid. n. 18

Origen.

Post quæ sic tales iudicat Origenes, talique eos censura dignos, vt & ipsi eos comparare Antichristo non reformidet, vnde sequens ait: *Quomodo enim faciet signa, & portenta ad decipiendos si fieri potest etiam electos falsus Christus, & falsus Propheta, similiter hi, qui ad voluntatem meditata deportant, & ista semper inquirunt, quæ delectant potius audientes, C quàm conuertant à vitys, faciunt velamen super caput, vt omnes decipiant.*

9. Antichristo dicitur similis.

Hinc tales verba sapientum non loquuntur, sed, vt sic dicam, insipiētum. *Verba sapientum sicut stimuli*, inquit Ecclesi. 12. 11. *& quasi claui in altum defixi.* vbi Hieronymus: *Notandum*, inquit, *quod dicantur verba sapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciuiam, sed errantibus, &, vt diximus, tardis pœnitentiæ dolores, & vulnus infligere. Si cuius ergo sermo non pungit, sed oblectationem facit audienti, iste non est sermo sapientis, verba quippe sapientis vt stimuli.*

10. Insipientiū verba loquitur, & cur.

Eccl. 12. 11.

Hieron.

Quibus dictis apprimè, & eleganter interpretatur verba eiusdem Ecclesiast. immediatè sequentia, scilicet; *Quæ per Magistrorum consilium data sunt à Pastore vno*, ait enim, quòd verba prædicationis, quæ vt stimuli, sunt verba à sanctis subministrata, & à Pastore D data prædicatoribus. Ex quo licet inferre, quod alia quæ demulcent, nec sunt sanctorum, neque à Christo Pastore prædicatori exhibita, sed vel à seipso inuenta, vel à malo in ore eius immissa Spiritu. *Benè*, inquit Hieronymus, *subdit quæ per magistrorum consilium data sunt à Pastore vno, id est, quoniam quæ ad conuersionem prouocant delinquētem, & firma sunt, & à concilio sanctorum data, & quæ ab vno pastore cōcessa, & solida radice fundata sunt.*

11. Quæ prædicatorum verba à Christo, & à sanctis subministrantur.

Optimè quidem, nam qui ea intentione prædicat, vt pungat, non vt delectet, huic Sancti administrant verba, huic omnis prorsus Sanctorum labor, qui in scriptis suis reperitur, hunc Sancti adiuuant, & ad intelligendum quæ scripserunt, Spiritum ei suum infundunt. Hunc

12. Sancti quibus prædicatoribus Spiritum impendunt vt eorum intelligant scripta, eaque prædicent.

omnes, & vnusquisque vt sua prædicet hortantur, & impellunt, vnde rectè quæ prædicat, à concilio habet Sanctorum, & vt habeat, à Christo pastore vno gratia sua ei est concessum: è contra vero, qui placentia, qui vt aures demulceat, non sanctorum verba, non à Christo concessa loquitur, vnde non mirum, si nihil proficiat, si animas non lucretur, si ob hoc mundus deperecat totus.

Thren. 1.2 Sanctus quidem Hieremias, Thren. 1. num. 2. calamitatem deplorans ciuitatis suæ Hierusalem, tantam esse illam asserit, vt cui comparet non inueniat: *Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Sion, magna est, velut mare, contritio tua.* Nil

13. Hierusalem afflictio cur mari comparet Hieremias. amplius dici potest ad afflictionis magnitudinem exprimendam, quam mari comparat, tum ob vastitatem, tum ob desperationem remedij: nam sicut impossibile est vt mare redundet in flumina, licet omnia redundent in ipsum, sic erat impossi- B bile vt destructa Hierusalem, iterum ad priorem reduceretur nitorem & secundum, sicut est impossibile, vt sine fluctibus mare, sic etiam sine pœna Hierusalem, afflictione, & tormento reperiretur. Magna ergo erat afflictio eius, & veluti mare, defecerat paruulus, & lactens in plateis, matres succurrere non poterant, vnde in eorum oculis depereunte infante, duplici cor eorum concutiebatur tormento, ipsi senes iugulati, ipsæ matres interemptæ, virgines occisæ, & inhonestatæ, & tandem tota terra destructa. Mira calamitas, dirum supplicium, cuius causam si inquiras, dicet tibi sanctus Propheta: *Quia Prophetæ eius viderunt falsa, & stulta, neque aperiebant iniquitatem suam, vt eam ad pœnitentiam prouocarent.*

14. Malorum omnium in republica origo vnde. *Hieron.* En tantarum radix calamitatum, inquit Hieronymus hîc, en omnium origo malorum in Republi- C ca, non aperire per prædicationem sanctam eius iniquitatem, sed assentationis oleo crudelem mulcere plagam, vnde ipsa cute superinducta, eò fit putridior, quò foris videtur sanior; & putris quæ foras excaturens sanum intus relinquebat cor, intus existens putridum illud effecit, ac proinde emortuum, & vermibus scatens. Sic equidem dum prædicatores vulnus non aperiunt iniquitatum, ipsi occidunt, ipsi statum interimunt publicum. *Nec dubium*, inquit Paschasius in hoc loco, *quin culpa magistrorum, & sacerdotum ruina sit populus, docent enim falsa, & stulta, quasi viderint visionem, & populi palpant iniquitatem.* *Paschas.*

15. Prædicatores quando falsa vident. *Quasi viderint visionem*, inquit, quid est visionem videre, nisi mendacium fingere, & ipsos D quod Dominus non loquitur prædicare? Hæc erat falsa illa visio, de qua tantopere Dominus in scripturis de falsis conquerebatur Prophetis, sicut & nunc de prædicatoribus. Nam equidem tunc prædicatores visionem vident, & falsò se loqui iactant ex ore Domini, quando sanctæ sensus scripturæ, quos ad instruẽdos hominum mores Deus inspirauit, & verba illius, quæ verba Domini sunt, ad placentia extorquent, mulcendo aures, & non medicando vulnus, silendo vera, prædicando falsa, somniant enim tunc, videntque in scriptura quod illa non includit, & vt sanctus inquit Propheta Hierem. cap. 23. n. 16. *Dum visionem cordis sui loquuntur aiunt his qui blasphemant, locutus est Dominus.* Et mentiuntur, cùm talia non dixerit, nec sit Dominus locutus; quòd cùm fit tunc

A Respublica perit, quia vox prædicantis non est hominis vox, & tubæ, vti diximus, sed musici instrumenti, timens palam dicere, & in publico repræhendere, vti Apostolus Timotheo discipulo præcipiebat, *Peccantes*, inquit, *coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* 1. ad Timoth. cap. 5. *1. ad Tim. 5. 20.* num. 20. Vnde dum ipse strenuè non prædicat, & fortiter, sapientes populos non constituit, sed insipientes, ex quo meritò postea ira Dei populos perfundat ipsos, quod non fieret si vti faciebat iste noster iustus, quem tantopere insequebantur pessimi isti, ipse faceret, diffamans nempe peccata eorum, vti decet prædicatorem, & verbi Dei præconem. Sed de hac re iterum, cap. 7. num. 13.

Num. 13. *Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat.*

COMMENTVM LITTERÆ.

QVintum, & sextum crimen, quod Christo obijciunt impij, ambitionem scilicet cognitionis, & scientiæ, & insuper superbiam secũdùm ipsos, eò quod se filium Dei nominabat, similiter & contra reliquos iustos hoc dicere possunt, nam & isti scientiam Dei se profitentur habere, vnde prophetæ semper liberè dicebant, *Hæc dicit Dominus, hæc mandat Dominus.* Et de Daniele C dicebant omnes, quod scientiam & Spiritum Dei haberet, & Paulus de se asserit, quod *Spiritum Dei habeat.* ergo hoc crimen, quod capiti obijciunt, & membris, etiam obijcere possunt, & non minus secundum, cùm apertè dicat Apostolus meritis Christi Domini nostri euenisse; *vt filij Dei nominemur, & simus* licet ipse Dominus noster natura filius, nos autem adoptione.

Connexio capitis.

1. Quintum & sextum crimen ab impijs in Christum obiectum, & in eius seruos.

Sed quàm longè abest vt hoc sit crimen, & quòd non per superbiam Christus de se illud affirmauerit, scilicet, & quòd scientiam Dei haberet, qua hominem informabat ad omnem Dei cultum, & quòd filius Dei esset, satis declarat Apostolus ad Philippenses 2. 6. quando dixit, *Non rapinam fecisse Christum*, dum arbitrabatur se esse filium Dei, & ipse Pater in monte hoc declarauit, & ipsum esse Patris Sapientiam omnes simul Pro- D phetæ, & Apostoli prædicarunt, & prædicant, vnde temerariè isti occasionem quærunt ex his, & merè calumniatores dici debent. *Ad Phil. 2. 6.*

Num. 14. *Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

IN *traductionem, &c.* Græcè, *in redargutionem*, nam coram iusto, etiam ipso tacente, redarguũ-

A tur cogitationes impiorum, dum ex sola ipsius compositione exteriori, & sanctis sermocinationibus, punguntur, & exasperantur iniqui, intus accusante eorum conscientia suas malas cogitationes: ideo Baptista dicebatur, *Vox*, quia tota eius vita vna vox erat, vestitus, victus, incessus, & locutio, omnia vox erant, admonens, docens, redarguens, quem sustinere, nec videre, vt isti, impius non potuit Herodes, quapropter vti illi gratis in carcere eum detinebat, ac tandem occidit.

1. Baptista cur totus vox.

2. Traducere verbum & omnibus repræhendendum exponere.

Vulgatus autem noster solet verbum *traducere* vsurpare, pro, in publicum ducere, aut proferre, aut in omnibus *reprahendendum exponere*, quo sensu, vt existimo, hîc accipi debet, & est septimum crimen, quod impij Christo objiciebant, cùm ipse Dominus noster, non solùm erat intimè cognitor omnium cogitationum, sed etiam exprobrator, & criminator, vti in illo, *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris*, vide Matth. 9. n. 4. 12. num. 25. Luc. 5. num. 22. 6. num. 8. 9. nu. 42. 11. num. 17. 24. num. 38. Quod etiam multos fecisse Sanctorum in eorum vitis apertè conuincitur, ex qua manifestatione summum impiorum odium excitauit in se Dominus noster, tum etiam eius serui, adeo, vti mox sequitur, vt neque videre eum paterentur. Nec mirum, cùm enim iustus sit lux, malus verò ipsamet obscuritas, ante lucem enim se sistere non potest obscuritas, quin redarguatur, & pandatur, ex quo *qui malè agit, odit lucem*, quia opera eius diiudicat: vnde alia versio apud Castrum sic legit hunc locum, *Hic cogitationum nostrarum index existit*. Iudex quippe, quia ex oppositione vitæ; mala opera eorum iustus diiudicat, & coarguit, &c. B

3. Septimum crimen cōtra Christū eiusque seruos.

Mat. 9. 4 12. 25. *Luc.* 5. 22. 6. 8. 9. 42. 11. 17. 24. 38.

4. Pharisæi Christum insequebātur, quia eorum malas traducebat cogitationes.

Num. 15. *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

EN quàm molestus est malis iustus, vt nec videre eum possint, vnde dicunt, *grauis est nobis etiam, &c.*

Ad videndum, &c. Græcè, *etiam visus*, ex odio, & inuidia hoc oritur, *oculis ægris odiosa lux*, inquit Augustinus 7. Confess. 16. *Affectus animi apparent in oculis, vnde illos dissimulare non possunt*, inquit Lorinus hîc. D Melius dixisset, si rationem duceret ex antipathia, quam contrahit oculus vnius inimici cum oculo alterius ratione specierum, aut emissarum, aut receptarum, vt potè sibi disconuenientium, & infestarum, & ideo, cùm eas ingratanter recipiat, aut infundat, ideo non libenter aspicimus, quos non amamus, & visum auertimus à quibus odio habemus. Sic isti cū inimici essent iusti, omniumque eius actioonum, contradictionem reperiebant eorum oculi in aspiciēdo eum, actionesque eius, quia species earum contrariæ, infestę, duræ videbantur, eosque improperabant, ac reprælendebant, vnde ne hos stimu-

August.

1. Oculi cur inimicum aspicere non possunt.

2. Christus cur morsus a Pharisæis.

A mulos sentirent, & ne pudore afficerentur, non amplius videre eum poterant, & sic grauis, id est molestus, & amarus, vt sic dicam, eis erat ad videndum: sic Saul non rectis oculis aspiciebat Dauid 1. Reg. 18. n. 9. postquam factus ei inimicus, ex inuidia contra eum concepta, vnde & occidere eum tantopere procurauit. *1. Reg. 18. 9.*

Quoniam dissimilis est, &c. Hæc est octaua ratio persecutionis Christi, & sanctorum, dissimilitudo vitæ, quod tam certum est, vt quasi sit impossibile, vt vbi est disparitas morum, sit vnitas voluntatum; *Qui viuit in multitudine, vel similis multis, vel si dissimilis, ijs exosus est*, Senec. epist. 7. ob id Cain contra Abel, Esau contra Iacob, Ismael contra Isaac: nam vt aiebat ipse Dominus, non mirum mundum odio habere Apostolos, quia ipsi, cùm de mundo non essent, secundùm ipsum non viuebant, & ideo non poterat eos diligere. Tacitus refert non ob aliam causam Neronem occidisse Trasea m senatorem, nisi quia homo virtutis, B & valdè ab illios moribus dissimilis: & vt inquit Seneca, *Argumentum recti est malis displicere*, Vide illum 2. de benef. cap. 21. Dissimiles ergo sunt boni in omnibus cum malis, vnde impossibile, vt cum eis possit esse amicitia, & quod mali eos non abhorreant.

3. Octauum crimen cōtra Christū eiusque seruos à malis oppositum.

4. Dissimilitudo morū voluntatū scissio.

Senec. *Tacit.*

5. Argumentū bonitatis malis displicere. *Seneca.*

Lorinus adnotat hanc etiam dissimilitudinem in bonis quoad sanctitatem, ita vt nullus sit in sanctitate alteri similis; ex quo fit, vt verè de quolibet sancto dici possit, *quod non sit inuentus similis illi*. Eccles. 44. num. 2. sed talis dissimilitudo propter conceptum, quem Ecclesia affert prouocat beneuolentiam in sanctis, vt ipse ait, non maleuolentiam. Vide apud illum.

Lorin.

6. Sancti in sanctitate omnes sūt dissimiles. *Eccl.* 49. 2

Et immutatæ sunt viæ eius, &c. hoc est, differentes, & diuersæ sunt vitæ rationes, & ab alijs dis- C crepantes, ita tenaciter ab illo apprehensæ, vt nullo modo eas differere velit; nec cum illo effici potest paululum eas immutando, vt ad mores aliorum se accommodet.

Num. 16. *Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditijs, & præferre nouissima iustorum, & gloriatur Patrem se habere Deum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

PErseuerant afferentes rationes odij, & abominationis, quam contra iustum habent impij isti: vnde in hoc versu quatuor contra ipsum criminationes exponunt, prima est paruus cōceptus, ac æstimatio, quam de impijs iustus habet: secunda separatio eius à conuersatione impiorum: tertia vilis eius æstimatio de eorum vita, & pretiosa de morte iustorum plos hanc in infinitum æstimans, quàm illam: quarta demum gloriatio filiationis diuinæ.

Nugaces, &c. Græcè *insipurios, fictos, hypocritas*, & veluti *rem adulterinam, & fucatam.*

Jansen. *Cantac.* *Vatabl.*

Sic Iansenius, Cantacuzenus, & Vatablus. Hoc est A nonum crimen, à malis, peruersisque aduersus Christum Dominum, sanctosque eius congestum, æstimationem nempe, de ipsis à Christo Domino nostro habitã, dum eos hypocritas, fictos, & vt sepulchra æstimabat dealbata. Hieron. in c. 3. Sophoniæ super illa verba: *Nugas, quæ à lege recesserant, congregabo*, inquit, *Sunt nugæ, res nullius precij, & homines ipsi voce hac abstracta cognominantur, qui leuissimi sunt, vani, mendaces.* Hypocrita autem quid, quæso, aliud est, nisi nuga? cùm non vanus, sed ipsa vanitas, & mendacium dici possit: & ipsi Iudæi quid aliud erant cùm de lege gloriabantur contra legem facientes? vnde meritò nugaces à Christo Domino æstimabantur.

1. Nonũ crimen aduersus Christũ sanctosque eius.
Hieron.
2. Mali nugæ & vanissimæ res, sicut & omnes hypocritæ.

Nugas etiam elegantissimè vocauit quoque August. 8. Confession. cap. 11. impedimenta illa, quibus retrahebatur à virtutis via. *Retinebant me*, inquit, *nugæ nugarum, & vanitates vanitatum*, B *antiquæ amicæ meæ, & succutiebant vestem meam carneam, & submurmurabant; dimittis ne nos?* Optime equidem sic appellat omnia impedimenta, quæ à via Dei nos retrahunt, quòd etsi quãdo peccator conuertitur, respectu rerum omniũ, quæ in mundo sunt, dici possit omnia nugas esse, & mirari quòd tantam in animo faciant resistentiam, tamen multo magis respectu personarum spiritualium, & ad perfectionem tendentium hoc mirari libet, in quo lubet etiam paululum immorari.

August.
3. Impedimẽta quibus homo à virtutis via retardatur nugæ, & tur.

Mirum equidem, & mirandum videri debet, quales sint illæ res quibus homo retinetur spiritualis, ne ad perfectionem ascendat; reperientur enim si attentè considerentur verè nugas, immo nugarum esse nugas, vnde post tam egregia facta, C post mũdum derelictum, post parentes conculcatos, post delicias contemptas omnes, & dimissas, post domum, patriam, suosque calce abiectos, & tandem post voluntatem volũtariè totaliter amissam, videas post hæc ad gradum perfectionis talem non ascendere, & illum ictum, ac fluminis impetum, quem tot, ac tanta detinere non potuerunt, quin omnia dirumperet, & transiliret, parua chartula, & vt sic dicam, leui pinna sistere, & quodam velut repulsu retrorsum pelli, mirum certè, & mirandum, vnde fit, vt quod graue est, spiritus sustineant, quod verò delectabile minimè degustent, onera portant religionis sicut reliqui, sed releuamina non sentiunt, vt ipsi, quo fit, vt sicut cæteri, qui boni, qui perfecti in religione viuentes, quasi in paradiso quodam sint, ipsi miseri his nugis detenti in quodam propemodum sint inferno: *Sunt*, D inquit Bernardus serm. 3. de Ascens. *multi inter nos, qui de vno pane comedunt, nobiscum dormiunt, nobiscum cantant, nobiscum laborant miseri, & miserabiles, vtpote socij tribulationis, consolationis non item; huiusmodi autem, si ita diu permanserint sub onere, aut succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt, vt nunquam ad plenum respirẽt in luce miserationum Domini, neque in libertatem spiritus, quæ sola facit iugum suaue, & onus leue.* Cuius tanti mali assignans causam, sic sequitur, *Quia amãt in carne sua terrenas consolatiunculas, siue in verbo, siue in signo, siue in facto, siue in aliquo alio, etsi hac interrumpunt aliquando, non tamen penitus rumpunt.* Nil melius, nec magis ad rem. Vbi notanda sunt duo illa verba, *amant consolatiunculas*, denotant enim tales affectum, voluntatem, & voluptatem ponere & addicere in illis, vnde illas pro-

4. Mirandæ valde sunt nugæ quæ hominem spiritualem à profectu retardant perfectionis.
5. Religiosi imperfecti, sunt vti in inferno in religione, & qualis huius rei sit causa.
Bernard.

A curant, ac delectantur in ipsis; mirum, cùm sint consolatiunculæ, id est næniæ, & tamen his nænijs impediuntur, detinentur, remorantur, ne ad perfectionem ascendant post talia, tantaque patrata.

Dilexit Salomon Dominum, ait scriptura 3. Reg. 3. num. 2. ambulans in præceptis *Dauid patris sui.* Quid amplius dici potuit de Salomone, quàm pleno enuntiari ore ipsum diligere Dominum, & obseruare patris præcepta? Quid ergo ei defuit, ne ad perfectionem ascenderet, aut quid fuit in causa, ne perfectionem attingeret? appetitus immolandi in excelsis, non contentus immolare in Hierusalem, vbi erat arca: *Excepto, quòd in excelsis immolabat, & accendebat thimiama.* Quem locum exponens Lyra inquit, quòd licet esset licitum, tamen melius erat talia offerre in loco, vbi erat arca Dei. dilexit ergo Salomon Deum, præcepta patris B obseruauit, sola hæc nænia eum detinuit, ne perfectus euaderet, mirum sanè.

3. Reg. 3. 2.
6. Salomon cur perfectionem non acquisiuit, immo in peccata ruit.
Lyra.

Sic pari modo miranda fecit Aza, rectum fecit in conspectu Domini, 3. Reg. 15. num. 11. licet filius pessimi esset patris, effœminatos abstulit, terram ab idolis purgauit patris sui, matrem à dignitate amouit, specum subuertit Priapi, confregit, ac eius combussit simulachrum, quis nõ diceret post tanta, iam nil amplius possibile eum à perfectione detenturum, remansit vna nænia, & perfectus non fuit: *Excelsa autem non abstulit*, timore forsitan populi; vnde post tanta, quod eum detinuit, vnum tantummodo vanum quid fuit, vna tantum nænia.

3. Reg. 15. num. 11.
7. Aza rex cur perfectionem non attigit post tanta patrata.
8. Næniæ in vita spirituali quantũ nociuæ.

Sed in his duobus adnotare libet exemplis, quãrum in se hæ næniæ periculum includãt, quæ profectum retardant spiritualium, cùm ex negligen- C tia, & voluntaria admissione earum, iusto Dei iudicio ad eum statum postea perueniunt spirituales viri, vt miserabiliorem prorsus non inuenias; ex tepidis fiunt frigidi, ex frigidis frigidissimi, ex Religiosis irreligiosi, & tandem ex Christianis, dicam propemodum, non Christiani, vnde præter habitum nil aliud prorsus retineant. Ecce tibi Salomon, & Aza in exemplum. Prior non curauit in excelsis vero immolare Deo, hanc contempsit næniam, deuenit tandem, vt idolis in excelsis immolaret, & parua hæc nænia monstrum parturijt sic horrendum. Secundus verò, relicta confidentia, quam in Deo habere debuerat, fœdera coniungens cum idololatra Ægypti Rege. 2. Paral. 16. 10 tantam demum deuenit dementiam, vt in carcerem sanctum detruderet Prophetam Ananiam, cum ob- D iurgantem, ita in peccato obstinatus, vt etsi à Deo dolore percussus pedum, varijs lacessitus bellis, numquam tamen Deum recognouerit, vnde miserabiliter mortuus pœnam luit insipientiæ suæ, non confisus in Deo, timens populum, excelsa non abstulit, hæc nænia fecit, vt etiam non Deo confideret, & cum Dei inimicis fœdera iungeret, vnde & se, & regnum postea miserabiliter deperderet: tanti enim mali si petas originem, nænia illa fuit parum æstimata, nimis contempta.

9. Religiosi vnde in profundum veniunt malorum.
2. Par. 16.

Et abstinet se à vijs nostris, &c. Crimen decimum contra Christum, & eius seruos, dissociatio eorum à malorum societate, vtpote res tam necessaria, quid enim magis Dei seruum inficere potest quàm malorum societas? Nazianzenus in oratione de laudibus Basilij sic ait: *Nec cum flagitiosissimis sodalium consuetudinem habeamus, sed cum optimis, & honestissimis; nec cum pugnacissi-*

10. Decimum crimen cõtra Christũ eiusque seruos.
Nazian.
11. Societas malorum bonis pessima.

A *mis, sed cum tranquillis, iisque, quorum consuetudo magnos fructus afferat, illud exploratum habentes, multo facilius vitium contrahi, quàm virtutem communicari, quemadmodum facilius morbus contrahitur, quàm sanitas impertitur.* Ob hoc reprehensus Iosaphat, licet bonus, & sanctus, quia amicitias, & fœdera inierat cum impio 2. Paral. 19. num. 2. *Impio præbes auxilium, & qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris.* Ob hoc Israelitis præceptū, ne cum Chananæis amicitiam iungerent, Exod. 34. 12. *Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam.* Pagninus, *Ne fortè sint in laqueū in medio tui.* Hinc Principes Catholici, & in fide feruentes, vt tandem hoc addam, semper amicitias, fœderaque totis effugerunt animis cum hæreticis iungere, quocumque quæsito colore, quocumque prætextu, vt pote gens omni digna odio, omni fuga cauenda, B ne simul cum illis in die furoris igni mancipentur inextinguibili. Quod grauiter dixit Origenes in Iob. lib. 1. tom. 2. vbi super illa verba, *Chaldæi fecerunt turmas tres*, tractans, quomodo diabolus nunc Dei Ecclesiam infestare per hæreticos multipliciter intentat, sicut per Chaldæos sancti Iobi camelos, sic ait: *Nomen Christianorum habent, atque speciem pietatis, & erroribus, & impietatibus, atque seductionibus referti sunt, isti sunt ianua mortis, & via inferni, isti sunt, qui à veritate plurimos præuaricantur, & à fide aberrare faciunt, isti sunt ministri maligni diaboli, atque mensis veritate carentes, isti sunt cæci, & duces cæcorum, isti sunt nubes sine aqua, nebulæ à tempestate fugatæ, istos odio habeamus, atque infidelitatem, & errorem, qui in eis est, velut flammam ignis declinemus, pro eo, ne cum illis flammæ inextinguibili in die furoris, atque reuelationis iusti iudicij Dei mancipemur.* C In quibus Origenis verbis, si rectè attendamus, rationem animaduertemus, cur præcipuè inter omnes impios hæretici cauendi, quia scilicet, nullum sic perniciosius, nullum sic aptius ad animas perdendas medium, quàm ipsi. Nomen, non Turcarum, non Gentilium, non Iudæorum, sed Christianorum habent, hinc quia eodem nobiscum insigniti nomine, eodemque infusi baptismate, dum cautè non cauentur, perniciosius inficiunt, intellectumque dementantes, crudelius animas necant. Quod eleganter dixit Chrysostomus homil. 19. in cap. 7. Matth. tom. 2. super illa verba: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* D Vbi sic, *Hi sunt hæretici, oues enim propriè Christiani dicuntur, vestimentum autem, ouile, est species Christianitatis, vide quia de hæreticis Christianis loquatur Christus fugendis, qui afforis in schemate Christiani videntur, ab intus autem confessionis efficacitate Gentiles, & isti multo periculosiores sunt, quàm Iudæi, quia illi quidem reiecti ab Apostolis, & notati extra conuentum Christianorum erratici vagabantur, & furtim quosdam corrumpebant incautos; isti autem quasi fundati Christiani, & Ecclesias suas habentes, palam cum libertate subuertunt, & furtim quosdam corrumpunt incautos.* Nil melius.

12. Iosaphat repræhēsus quia fœdera cum malis iungebat.

2. Par. 19. 2.

13. Principes Catholici amicitiam cum pessimis non debent iungere hæreticis.

Origen.

14. Hæretici cur inter omnes malos præcipuè cauēdi.

Chrysost.

A Hæc ergo Principes considerantes Catholici, Deique in eos odium, sic eos abhorrere debent, sic euitare, vt nulla vnquam ratione inire cum eis fœdera, amicitiasque coniungere debeant, vnum pro certo stabilientes, quòd si in hoc remissi inueniantur, experimento discent quàm perniciosa eorum fuerit amicitia, quamque inutilis, futilisque, immo vnde se lucrari, regnaque stabilire reputant, inde eis damnum eueniet, & excidium. Nam dum Deo non fidentes, prudentiaque vtentes humana, aut quia ad suos sic conducere res reputant, aut quia timent aliquod ab eis damnum, aut sperant aliquod bonum, cum eis fœdera iungunt, iusto Dei fit iudicio, vt bonum concupitum non obtineant, & damnum, quod formidabant, patiantur. *Caue,* populo præcepit Dominus, vt suprà diximus Exod. 34. num. 12. *ne vnquam cum habitatoribus* B *terræ illius iungas amicitias, ne ineas pactum cum hominibus earum regionum, neque vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis:* immo Deuteron. 20. num. 16. non solum ne ineant pactum, sed vt omnes omnino pereant, interficiantque strictè præcipitur. *De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladij.* Hoc autem cùm superuacaneum prudentia iudicasset humana, consultiusque ad status rationem iudicasset, si subijciendo tantum eos tributarios effecisset, non eos occidit, sed viuere permisit, hinc eius nata ruina, hinc vrbis, & regni excissio, hinc totalis eorum perditio, quam sic eis testatam esse summus voluit iudex, vt medio non vtens humano, nec per hominem eam edicens, ad grauitatem offensæ pertinere iudicans, Angelum è summo misit cælorum, qui eis C hoc exprobrans scelus, prædiceret ruinam, Iudic. 2. num. 1. *Ascenditque Angelus ad locum flentium, & ait; Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita dumtaxat* (notandum verbum) *vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis, & noluistis audire vocem meam, cur hoc fecistis, quamobrem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam.* Nil clarius.

Neque etiam est cur in viribus, cur in equitibus fidamus eorum; tum quia fallaces ipsi, & sicut Deo, sic & hominibus infidi, nullam vnquam seruantes fidem, nisi tantum quando res sic exiget eorum. Quod equidem non mirum, nam D cùm *nulla hæresis*, vt inquit Hieronymus lib. 1. in cap. 3. Hierem. super illa verba, *vade, clama sermones istos, nisi propter gulam, ventremque construitur*, hoc est, propter carnale, propriumque bonum, sic in eis nulla virtus, nulla reperitur fides, nullusque firmus contractus, nisi quando eorum exigit commodum, & bonum: hinc penitus in eorum auxilio non fidendum, neque aduocandum, eo vel maximè, quòd quando hæc deficeret ratio, audacter dico, non solum non lucraturum Principem, neque inimicos horum fissum auxilio debellaturum, quinimmo victum excessurum, fama, honoreque priuatum. Contra Idumæos dirigere reputans Amasias

Rex

15. Principes cum hæreticis fœdera coniungētes damna sibibūt inseparabilia.

Exod. 34. 12.

Deut. 20. 16.

16. Israelitarū regnū excissum quia contra Dei præceptum ob status rationem fœdera cū Gentilibus contraxit.

Iudic. 2. 1

17. Hæretici infidi, nulla apud eos fides.

Hieron.

18. Princeps in illis fidens auxilium ab eis exposcens se suaque perdet.

Rex Iuda 2. Paral. vigesimo quinto, numero sexto, A cùm sufficientem eius non iudicasset populum, centum millia ex Israël mercede conducens, eorum fisus auxilio bellum incipere cogitabat: *Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum centum talentis argenti.* Cui illicò homo ad fuit Dei sic ei alloquens: *O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel, non est enim Dominus cum Israël, & cunctis filijs Ephraim: quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus, Dei quippe est adiuuare, & in*

Num. 7. *fugam conuertere.* numero septimo. Quod cùm Rex fecisset, tantum suos retinens confidenter, vt

Ibi. n. 11. facit inquit textus num. 11. educens populum etsi diminutum; percussit inimicos, debellauit potentes, nouoque modo vincens, non eos gladio occidit, neque dissecuit, sed increpuit, dicente scriptura, quòd, *Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad praeruptum cuiusdam* B *petrae, praecipitaueruntque eos de summo in praeceps,*

Ibi. n. 12. *qui vniuersi crepuerunt*, num. 12. ad Principum exemplar Catholicorum; peiores enim, quàm illi

19\. Haereticorum gens supra Iudaeos Deo abominabilis. Israëlitae sunt haeretici, longè ab illis adest Deus, geus ipsi abominabilis, super quam eius taedet animam, hinc nil in illis fidere Catholici debent Principes, eorumque penitus auxilium respuere, qui in hac re sic se ipsos gerere opus est, vt etiam contra ipsamet rationem iudicantes, Deo fidere debeant,

20\. Deus mirabilia faciet in Principis Catholici fauorẽ, qui contra status rationẽ ob eius obsequium, cũ haereticis foedera iungere recusat. qui sicut ipsos ob eius obsequium, ne foedera cum eius inimicis iungant contra totam status videt gerere rationem, sic ipse supra omnem humanam expectationem, humanarumque rerum cursum eos succurret, adiuuabit, coelum terramque immutando, vt victores ipsi, victor & ipse cum eis extstat.

Et praefert nouissima iustorum. Graecè beatificat, *extrema iustorũ.* Vndecima criminatio, pluris C facere mortem iustorum, quàm impiorum vitam, quod semper sancti, & boni facere solent, cuius rationem affert Nazianzenus orat. in funer. patr.

21\. Vndecimũ crimẽ contra Christũ eiusque seruos. *Quia mors, qua non solum à praesentibus malis vindicat, verùm ad supernam quoque vitam saepe traducit, an scio, an propria mors appellari queat, vt potè nomine magis, quàm re formidabilis*: quia vt bene inquit modernus quidam, *vna vita est oculos ad vitam coniectos habere, vna mors peccatum.*

Nazian.

22\. Iustorum mors impropiè sic dicitur.

Gloriatur Patrem se habere Deum, &c. Graecè, *iactat Patrem Deum.* Vltimum crimen, quod cum sexto conuenit, in hoc tamen aliquo videtur modo dissentire, quia hic aliquid addere, nempè gloriationem diuinae videtur Paternitatis, de qua sola, & ipse Christus, eiusque serui gloriantur. De D quare infra cap. 5. num. 1.

23\. Duodecimum crimẽ cõtra Christum eiusq; seruos.

HOMILIA XL.

Notae aliquae, quibus verus Dei seruus dignosci potest.

Occasione eorum, quae impij. & peruersi contra Christum Dominum, eiusque seruos criminantur, placet adnotare notulas quasdam, sive signa quibus Dei seruitus in aliquo deprehendi possit, & etiam ex quibus quaelibet anima prudenter dignoscere, an verè Christi vestigia sequatur: cùm enim contrariorum eadem sit disciplina, vt inquit Philosophus, & mundus, & Deus ita inter se sint oppositi, ac dissiti, vt nil amplius inter duo extrema contraria desiderari possint, hinc fit, vt necessario, quae malis hominibus in aliquo displicent, eadem Deo sanctissimo placeant, & quae mundus iniusto abborret, ea Deus amet, & sicut à peruersis, vt inimicus, talis habetur, & vt sic ab illis quaeritur occideodus, sic à Deo, vt amicus habeatur glorificandus ab ipso.

§. I.

Prima nota, inutilitas.

Sit ergo prima, qua iustus dignosci potest illa, quam mali contra illum apposuerunt, nempè inutilitas: *Circumueniamus iustum*, aiunt, *quoniam inutilis est nobis.* Haec ergo erit prima nota, qua quis an Dei sit seruus dignosci potest, nempè si respectu omnium, quae mundi sunt, inutilis prorsus inueniatur, ita vt à mundo, mundanisque respectu talium, ineptus omnino aestimetur, nil 1.
aliud vnicè sapiens, nisi Deum: ineptum, inutilemque dico, eo sensu, vt scilicet mortuus ipse ad ea, quae mundi sunt, malis, quo ad haec parum, aut nihil deseruiat, tum quia, malis, vanisque eorum operibus contrarius semper inueniatur, tum quia parum ad ea, quae corporalia tantum eis inseruit; hoc dixerim, nam aliàs nullus sic mundo vtilis, sic proficuus, etiam quoad eius regimen, *1. ad Cor. 2, 12.*
profectumque penitus inscius reperitur, verè hic seruus erit Dei, audi Apostolum prima ad Corinthios secundo, numero duodecimo, *Et ego*, inquit, *cùm venissem ad vos fratres, non in sublimitate sermonis, aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi, non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*: O verè Christi Apostolus, qui licet & multa sciebat alia, doctissimusque in omnibus erat, ita tamen viuebat in mundo, interque mundanos, vt videretur nil aliud scire, nisi vnum fuisse hominem in mundo, & hunc crucifixum. Quae maior ineptitudo humanis obiici potest oculis? quid cum hoc mundo? scientiam non habere nisi vnius hominis, & crucifixi? & qualem aptitudinem habuit Paulus ad ea, quae tantum mundi sunt? cùm nil aliud se profiteatur scire; ob hoc verè Dei seruus, suusque Apostolus: cùm proprium sanctorum illud sit, ita Dei amore feruere, & ab illo sic affici, vt quasi soli essent in mundo; prorsus nihil eius sapiant, *Qui enim igne Christi captus fuerit*, inquit Chrysostomus, homilia quinquagesima secunda in Acta Apostolorum tomo tertio, *talis fit, qualis esset homo solus super terram habitans, adeo nihil cura est ei gloria, vel ignominia, sed sicut si solus habitaret, nihil curaret, ita & talis quoque non curat.* Sic erat Paulus, amore Christi aestuabat, totus ab illo captus, solum se reputabat in mundo, prorsus omnium oblitus, vnde ad ea totaliter ineptus.

Dei seruus quo sensu mundo inutilis.

2\. Paulus Apostolus vnum tãtum sciebat Christũ, hinc verus Dei seruus.

3\. Vere spiritualis homo solum se aestimat in mundo esse tantum cum Deo conuersans. *Chrysost.*

4\. Gloriam & ignomin à non curat.

RR

5\. *Paulus mūdanis ad quæ mundi inutilis qui ea operari non poterat.*

At parum est hoc, non solum enim Paulus inutilis mundo, quia scientiam mundi non habebat, sed quia nec agere, nec operari poterat, quæ mundus desiderat, & operari mandat. Quomodo enim poterat ille operari quæ mundi sunt, cùm continuè, semperque affixus, & crucifixus erat Christo, vt ipse ait ad Galat. 2. 19. *Christo confixus sum cruci, viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus.* Si ergo cruci affixus, si mortuus in se, & in carne sua alter in eo viuebat, quomodo quæ sunt mundi poterat operari? aut quomodo mundo vtilis inueniri? Hinc Deo placebat, quia verè ea, quæ mundus despicit, amplexabatur, eaque magna, quæ mundus vilia, reputans, illa libentissimè Deo sacrificans offerebat. *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro,* inquit Moyses Pharaoni Exod. 8. num. 26. Mirum, vt abominationes dicat velle se Deo immolare, nonne decentius, vt preciosa illi immolaret Ægyptiorum? esset equidem, si verè preciosa illa essent, sed quia Ægyptus pro vili preciosum, vile autem preciosum æstimabat, ideo sanctus legislator non preciosum, sed quod admirabile est Ægypto, Deo tanquam quid sciens ei gratissimum offerre promisit. Quod grauiter sanctus dixit Gregorius lib. 20. Moral. capite decimo sexto, hunc exponens locum, dum ait: *Oues quippe Ægyptij edere dedignantur, sed quòd abominantur Ægyptij, hoc Israelita Deo offerunt, quia simplicitatem conscientiæ, quam iniusti, velut infimam, abiectamque despiciunt, hanc iusti in virtutis sacrificium vertunt, & excolentes rectè puritatem, ac mansuetudinem Deo offerunt, quam abominantes reprobi sanctitatem putabant.* Nil melius; preciosum reputant iusti quod abominabile mali, hinc illi istis inutiles, quia, vt fatui æstimantur: nam vt idem inquit Sanctus. *Ab huius mundi sapientibus puritas vita fatuitas creditur.* Vnde pro fatuis æstimati ab illis derelinquuntur; vicissim ab eis derelicti, ita vt propemodum mundo mortui Deo tantùm viuant.

Ad Galat. 2. 19.

Exod. 8. 28.

6\. *Moyses cur dixit abominationes Ægyptiorū Deo sacrificaturus.*

Gregor.

7\. *Quod mali abominationem, dicunt iusti pretiosum.*

8\. *Ad sanctitatem verā non sufficit esse mundo mortuum, sed crucifixum.*

Mortuos dixi, at non quomodolibet, sed mortuos crucifixos, in quo Dei seruorum perfectio stat: nam qui mundo crucifixus est, non solum mortuus ad ea, quæ mundi sunt, reperitur, sed etiam viuus ad omnia, quæ mundo displicent, ita vt omnia, quæ mundus abhorret amplectatur, omnia, quæ iste prosequitur, respuat: talis erat Paulus, non enim solum mundo mortuus, sed crucifixus: *Mihi autem, ait, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo,* ad Galat. vbi supra. *Non solum,* inquit Bernardus sermone septimo in quadragesima, qui est de peregrino mortuo, & crucifixo, *mortuus erat Paulus mundo, sed crucifixus:* de hominibus enim loquebatur, qui oderant mundum, & solum Deum diligebant, & per consequens mundo, & ad ea, quæ mundi prorsus inutiles reperiebantur. Hi autem in triplici, vt asserit, sunt genere, alij peregrini, alij mortui, alij crucifixi, peregrinus inutilis, quia ad nihil aliud attendit, nisi ad patriam, mortuus inutilior, quia nec sentit quæ mundi sunt, nec sentire potest, crucifixus autem inutilissimus, quia non solum mortuus ad omnia, quæ mundi, sed viuus ad omnia, quæ mundo displicent: illa amplectens, illa amans, & prosequens, sic Paulus, inquit Sanctus, crucifixus est mundo, quia cum omnibus, quæ mundus ode-

Bernar.

9\. *Paulus mūdo non solū mortuus, sed crucifixus.*

10\. *Sācti mundo inutiles in triplici sunt genere perfectissimi qui crucifixi.*

A rat, & pro cruce habebat, se adaptabat. *Mundo crucifixus est Paulus,* inquit Bernardus, *quasi diceret: illi ego pariter, & ipse mihi, omnia quæ mundus amat crux mihi sunt, delectatio carnis, honores, diuitiæ, vanæ hominum laudes, quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu.* Quod cùm ita sit, ad quid Paulus poterat mundo esse vtilis? nisi prorsus inutilissimus, ac propterea malis inuisus, sed à Deo electus, vt vas perfectionis eoram ipso æstimatus. Sic equidem, parique modo de quolibet dicere debemus, & hanc certissimam eius notam sanctitatis æstimare, si viderimus propter Deum ipsum ad ea, quæ mundi sunt, prorsus se inutilem reddere, malosque inutilissimum eum ad desideria sua inuenire exequenda.

B

§. II.

Secunda nota, contrarietas.

SEcunda nota sit contrarietas, quam boni cum malis habent, pro muro se opponentes malis, eorumque desideriis, iniustisque actionibus, quod valdè malis in bonis displicet; vnde nullum aliud maius signum bonitatis alicuius, quàm si viderimus eum contrarium, aduersariumque malorum operibus. *Contra malum bonum,* inquit Sapiens, Eccl. trigesimo secundo, n. decimo septimo, *& contra mortem vita, & sic contra virum iustum peccator.* Quod asserit perspici posse in omnibus Altissimi operibus, *& sic intuere in omnia opera Altissimi, duo contra duo, & vnum contra vnum.* Vnde non mirum, si isti contra iustum armentur dicentes, quia contrarius est operibus nostris, contra malum enim, necesse erat vt esset bonum, vnde quia mali ipsi, bonus contra eorum opera inuehebatur, ob quod inuisus, atque ideo iustus.

Eccles. 32. 17.

C

Sanctus equidem Ioseph Genesis trigesimo septimo, numero quarto, ideo sanctus, quia non solum contrarius fratrum erat operibus, sed etiam criminator, & delator, licet fratres essent, ideo sanctus, dixi, quia criminator apud patrem. Quod equidem non ambigendum, vt hoc propter aliquos plus nimio scrupulosos addam, forte de huius sanctitate delationis addubitantes: nam, vt ait Pererius hîc, & cum eo communiter expositores, non negandum hanc eius ad patrem criminationem optimam eius indolem declarare, maximumque eius virtutis zelum, dum sollicitus de Dei offensa, & de paternæ domus honore, pluris hunc, quàm suum respexit, quod inde prouenire poterat incommodum. Quod eleganter obseruauit Rupertus, adnotans non superfluè post enarratam à Moyse Iosephi ætatem, nempè sedecim annorum, addidisse adhuc esse puerum. *Ioseph cùm esset sedecim annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Satis enim indicata videbatur eius pueritia, dū sedecim esset annorū asserebatur. *Non superfluit,* inquit Rupert. in comm. in Gen. ca. 19. *in hoc loco* sermo *Dei dicēs* Ioseph. *fuisse sedecim annorū, & fuisse adhuc puerū, quasi nō semper talis ætas esset puerilis, sed voluit significare citam, ac celerem iustitiæ, ac meriti Ioseph perfectionem; quæ*

Genes. 37. 4.

11\. *Ioseph Sāctus quia fratrum iustissimus criminator.*

D

Pererius.

Ruper.

12\. *Pueritia Iosephi cur adnotatur à Moyse.*

continuè subtexitur, quocirca signatè vtrumque dictum est, & fuisse sedecim annorum, & fuisse adhuc puerum, continuò enim subditur eum accusasse fratres suos crimine pessimo, hoc nempè puer non fecisset, si non puritatis amorem, zelumque iustitiæ iam tunc haberet, quod quidem in puero, vel adolescente, vt maximè laudandum est, ita rarum, mirumque. Neque etiam dubitandum legitimam hanc non fuisse delationem, quia ei correptio defuit fraterna: ob idque ab aliqui-

Tostat.

bus reprǽhenditur Hebræis, vt refert Tostatus, tum quia, vt inquit idem Tostatus, credendum

S.Thom. 2.2. q.33. art. 7.

est præcessisse, & cum eo sanctus Thom. 2.2. quæst. trigesima tertia, artic. septimo, in respons. ad secundum, tum etiam quia non erat necessaria, duplici ex capite. Primò ex eo qood publica erat fratrum infamia, vt colligitur ex textu Hebræo: nam vbi nos habemus, *accusauit de crimine pessimo*, ipse legit, *& retulit ad patrem eorum malam famam*, quod & sentit sanctus Doctor vbi suprà, dum ait. *De Ioseph credendum est*, quod fratres, *suos quandoque admonuerit, licet id non sit scriptum, quanquam non erat necessaria præmonitio fratrum, cùm esset crimen eorum publicum, & ob id illi iam essent infames, idcirco enim secundùm lectionē Hebræam huius loci dicitur Ioseph mulā fratrum famam detulisse ad suorū patrem.* Et secundò quia tunc correptio adhibenda est fraterna, quando ex ea fructus speratur, aut maius dam-

13\. Correctio fraterna multis ex causis intermitti potest legitime.

num spirituale fratris non timetur, dum ex illa sæpè sæpius peiores euadunt, quod velim notarent aliqui, & præcipuè ex religiosis, dum effrænatius peccant, sub pretextu, quia antè delationem sunt admonendi, ignorantes multis ex causis correctionem intermitti legitimè posse, vt in casu præsenti: nam, vt rectè inquit Pererius, potuit Iosephus suspicari correptionem suā fratribus non modo inutilem, vel etiam perniciosam futuram, quòd illum vel propter ętatem derisuri, & contempturi essent, vel maiori eum odio prosecuturi: quod cùm tale quid ne eueniat veremur, *Tunc charitatis est*, inquit, *omittere correctionem, imprudētiæ, atque temeritatis adhibere.* Quod confirmat ex glos. cap. 9. Prouer. super illa verba: *Noli arguere derisorem, ne oderit te*, & ex Augustino libro primo de Ciuit. Dei capite nono, vide apud illum. Sanctus ergo puer Ioseph, quia contrarius fratrum operibus, sic contrarius, vt etiam ea sufferre non valens cri-

14\. Iustum quo malis abhorrēt eo Deus eum plus diligit.

minaretur. hinc in eum fratrum odium. *Oderant eum fratres eius, nec poterant ei quicquam pacificè loqui:* Sed licet sic eum fratres odissent, tamen à Patre, *præ cæteris amabatur*: hoc dixerim, quia ex eo quod quilibet contrarius est malis, eorumque operibus, vnde maius eorum odium contra eum crescit, inde maior in eum Dei dilectio vires sumit, & inde quis æstimari potest iustus, vnde operibus malorum in nullo assentiens contra ea insurgit, ac inuehit. Herodiæ pessimæ, ac mulierum infamiæ, ideo iustus Baptista inuisus, quia eius operibus contrarius dissimulare non poterat malum, quod perpetrabat. *Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum.* Luc 6.

Luc.6.19.

num. 19. at non poterat misera, quia etsi putido amore feruens, *tamen Herodes metuebat*

15\. Baptista inuisus quia sanctus.

Ioannem, inquit Euangelista, *sciens eum virum iustum, & sanctum*, vnde inuisus, non aliunde nisi quia sanctus: quod maximus dixit Gregorius lib.

Gregor.

16\. moral. capite 25. exponens illa verba: *Si*

A *subita apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis peccati. Aurora*, inquit, *mens iusti est, quæ sui tenebras deserens ad lucem iam erumpit æternitatis, sicut de sancta quoque Ecclesia dicitur: Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens? quo igitur iustorum quisque iustitiæ luce irradians in præsenti vita honoribus sublimatur, eo ante peruersorum oculos tenebræ mortis fiunt, & quia peruersa se egisse meminerunt, corrigi pertimescunt.* Iustus Ioannes, aurora, lux; peccator Herodes, tenebræ, nox, peruersa agebat, & iniqua, correptionem insuper respuebat, quid mirum si vmbram æstimabat mortis lucem illam antesignatam? & odio prosequebatur quem impensè Deus amabat?

Caim etiam Abelem oderat, in tantum, vt occidere eum decreuit. Pete nunc ab Apostolo Ioanne

B tanti odij causam, & respondebit, nullam nisi opera, & vitæ contrarietatem 1. Ioan. 3. 12. *Et propter quid occidit eum? quoniam*, respondet, *opera eius*, nempè, Cain, *maligna erant, fratris autem iusta*, vnde & contraria. *Factum est autem*, inquit scriptura Genes. quarto, numero tertio, *vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.* Ille mala obtulit, hic bona; ille non de melioribus, iste de melioribus; facto suo, etsi non lingua, iustus reprehendit iniustum, & contrarium se ei ostendit, dum imitari eum in oblatione noluit; iustitia ergo Abel odij seminarium in Cain fuit, vt rectè Diuus adnotat Ambrosius, libro secundo de Cain, & Abel. capite septimo, causam odij accepit, non eam præbuit Abel. *Nonne si bene egeris recipies?*

1. Ioan. 3. 12.

15\. Cain odio prosequebatur Abelem quia sanctus, nō alia ratione.

Gen. 4. 3.

Ambros.

C inquit ei Deus, *sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Quem locum sic legit Ambrosius: *Non si rectè offeras, non autem rectè diuidas peccasti? quiesce, ad te conuersio eius, & tu Princeps es illius: omnia docet Deus, inquit, primum ne pecces, secundò, si peccaueris, quiescas, vt in Cain doceris: erubescere enim debemus, & condemnare peccatum, non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulatur, & silendo corrigimur, contentione prolabimur, sit saltem verecundia, vbi non est absolutio, ideo autem, ait, quiesce, quia non habes quòd excuses culpam ipsius, ad te conuersio est, non enim frater ei addicitur, sed error adscribitur, cuius ipse sibi autor est, in te, inquit, reuertitur crimen, quod à te cæpit, non*

16\. Peccatum non defendere debemus, quia defensione cumulatus.

D *habes, in quo necessitatem magis, quàm mentem tuam arguas, in te retorqueatur improbitas tua, tu Princeps es illius.* Nil melius; nil a fratre Cain culpæ addicitur, sed sibi error, dum malè diuisit, adscribitur, contra fratrem miser irascitur, cùm contra se potius debuerat, à bona punctus fratris oblatione, conscientiæ remorsus non sustinens, & emendationem respuens lucem illam extinxit, quam tenebras reputabat infelix: vnde ideo Sanctus Abel, quia contrarius impio, & inde Deo gratus, & acceptus, vnde impio extitit perosus, & inuisus; ex quo licet equidem alicuius argumentari iustitiam, si eum viderimus operibus contrarium esse malorum, & contraria facta habere, vt infra dicemus. Dicant ergo isti, quòd abhorrent iustum, quia operibus eorum contrarius est, quia nos dici-

mus Deum ideo amare iuſtum, quia operibus contrarius eſt malorum, & ſignum iuſtitiæ alicuius contrarietatem eſſe, & factis auerſionem à malorum. A

§. III.

Tertia nota, libera increpatio.

TErtia nota eſt libera increpatio, & in peccatotis faciem obſiſtentia, nullo ad eius perſonam habito reſpectu, quando ſic prudens exigit occaſio, ſiue priuata ſit, ſiue Principis. Hoc grauiter notarunt iſti, & de perſona ſenſerunt iuſti, dum de eo conquerentes dicunt, *Improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ, & factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum.* Sed ſi hoc eis diſplicet, Deo valde placet, & in hoc iuſtus quis cernitur, quando ſilere non poteſt, nec patienter mala tolerare peccatorum; *Obiurgando, hortando, ſuadendo, blandiendo, conſolando prodeſſe quibus poſſumus, feſtinemus*, inquit ſanctus Gregorius lib. 7. ep. 13.

Gregor.

Lingua noſtra bonis fomentum ſit, prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortatu ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur: quia, vt inquit idem ſanctus in 32. Iob. lib. 23. capite octauo, *Inflammata corda iuſtorum, cum non correpta creſcere conſpiciunt acta malorum, eorumque culpæ ſe participes credunt, quod in iniquitate creſcere ſilendo permittunt.*

18. Iuſti quomodo contra malum inuehere debeāt quātaque obligatione.

Vnde licet emendare, iniquorumque facta corrigere non poſſint, neque valeant, & hoc benè ipſi ſciant, ex zelo tamen, ardoreque charitatis non poſſunt non clamare aduerſus ea, licet famæ, vitæque periculum adſit, & immineat, quia ardens intus zelus ex increpatione conſolationem recipit, quam non poteſt ex emendatione; ſic ſanctus Hieremias, ſic ſanctus Helias, ſic Sanctus Ioannes, quod egregiè inquit idem ſanctus vbi ſupra, dum ait: *Charitatis zelus conſolatione admirabili augendo ſe temperat, quando contra iniquorum opera, per vocem correptionis emanat, vt & quæ corrigere non valet, increpare non deſinat, ne ſe participem delinquentium ex conſenſu taciturnitatis addicat.*

19. Conſolantur ex increpatione, etſi non adſit emendatio.

20. Correctio prædicatoris ex charitate oriri debet, non ex elatione alioque fine.

Sed aduertendum, vt ex radice talis procedat zelus charitatis, non verò ex elationis appetitu: nam vt benè idem ſanctus, *Plerumque mentem ad loquendi impetum vana gloria anxietas nequaquam ſe intra ſilentium capiens, quaſi Zelus charitatis inflammat, atque appetita oſtenſionis vis ad effrænationem locutionis impellit, & quaſi ſub ſtudio conſulendi libido erumpit apparendi.* Iuſtus autem non ſic, non enim appetitu laudis foras erumpit, ſed ardore charitatis intus inflammatus, quem ferre non ſuſtinens in vocem increpationis erumpit, nullam perſonam hominis reſpiciens, quia ſolum Deum intendens, hominem non aſpicit, non diſſimulans peccata, neque peccatorem iuſtum dicens.

Iob. 32. 20.

21. Mali aliquando regulas perfectionis bonis oſtendunt in ipſomet ſuo quod peragunt malo opere.

Loquar, inquit Eliu *ad Iob*, 32. nu. 20. *& reſpirabo paululum, & aperiam labia mea, & reſpondebo*, licet enim iſte ſuperbus ſit, regulas tamen nobis tradet loquendi, non multoties inflati quoque, dum arrogantiæ impetu aliqua facere coguntur, ita perfectionis regulas obſeruant, vt perfectioribus ad imitandum eos relinquant exempla, vnde ſicut eorum intentionem omnino refugere oportet, ſic eorum præcepta aſſumere debemus. Eliu autem iſte ſuperbus erat, & arrogans, contra ſanctiſſimum Iob inſurgere intendens, antequam eum increpet, & reprehendat, quomodo ſit locuturus primò aperit dicens: *Non accipiam perſonam viri, & Deum homini non æquabo.* Quem locum Septuaginta vberiori paraphraſi ſic illuſtrant. *Hominem non verebor, ſed neque contra mortalem confundar, non enim nomini admirari faciam.* Loquar, inquit iſte, ô Iob, & ſic loquar, vt veritatem dicam nulla perſonarum acceptione interpoſita, non reſpiciens ad dignitatem, aut ad officium, canos non reuerebor, dummodo veritatem, quam profiteor, tuear.

22. Prædicator quomodo increpare debeat.

B Sed quàm benè ſubiunxit poſt excuſationem libertatis, & quod non eſſet accepturus hominis perſonam, verba illa, *Deum homini non æquabo.* Quid enim eſt Deum homini æquare? niſi Deum homini aſſimilare, & ita hominem tractare ac ſi eſſet Deus, in quo nulla capit, nec capere poteſt iniquitas, vnde benè aliæ tranſlationes habent pro *Deum homini non æquabo, non mutato nomine loquar*, vt Vatablus, vel, *hominem non cognominabo*, vt Pagninus. Quid aliud eſt enim hominem cognominare, quàm homini tacito proprio nomine nomen aliquod imponere honorificum, & præclarum? Vnde tantum eſt dicere Eliu Iob, *hominem non cognominabo*, quantum, propriis te nominibus appellabo, non fictitiis; ſi iuſtus eris, iuſtum, ſi peccator, peccatorem, & ne expectes à me cognomen aliud, quàm proprium tuum erit nomen, non enim te Deum faciam, cùm ſis homo. C

23. Quis hominem Deo æquat.

24. Quid ſit hominem cognominare.

Sic certè iuſti in increpationibus ex zelo procedunt iuſtitiæ, vt iniuſtus iſte ex zelo arrogantiæ, ita in vitia inuehunt, vt nullam reſpicientes hominis perſonam, cognomen non imponant, non enim adulantur, nec crudelitatem, iuſtitiam dicunt, nec tenacitatem, prudentiam, nec effuſionem, liberalitatem, vt faciunt mali, quorum proprium eſt nomina virtutum vitiis imponere, vt ait Chryſoſtomus libro tertio, contra vituperat. vitæ monaſticæ. *Homines perditi & vitia, & virtutes*, inquit, *contrariis nominibus vocant, quippe Circenſibus ludis, & reliquis ſpectaculis intereſſe iugiter, vrbanitatem, & facetias vocant; diuitiis affluere liberalitatem, gloriam amare, magnanimitatem, arrogantiam, confidentiam, prodigalitatem, clementiam, iniuſtitiam, fortitudinem: virtutes* D *quoque vitiorum nominibus nominant, nam pudicitiam, ruſticitatem vocant, modeſtiam, formidinem, iuſtitiam, imbecillitatem, contemptumque faſtus, & gloriæ, ſeruilis eſſe animi æſtimantes, & tandem malorum tolerantiam ignauiam, & infirmitatem.*

25. Mali nomina virtutum vitiis imponunt.

Chryſoſt.

Quod etiam elegantibus verbis proſequutus eſt Baſilius homilia decima quinta ex variis, in pſalmum primum in verba illa: *Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. Multi ſunt*, inquit, *qui pro bonis prauas comprobant actiones, & vitia, virtutibus vicinis honeſtare contendunt, nam ſcurrilia loquentem, vt bonum, ac lepidũ, turpiloquum verò politicum, amarulentum, & iracundum, neutiquam contemnendum prædicāt: paruum verò ac minimè liberalem, vt ſobrium diſ-*

Baſil.

pensatorem commendant, prodigum quoque, vt liberalem, libidinosum verò, & lasciuum, & voluptuarium animi solutioris virum, vtque semel dicam, vitium omne palliant adumbrata nomenclatura è vicino subiecta virtutis, vnde reos æternæ damnationis ob ea, quæ approbant, sese constituunt. Tremenda hæc postrema Sancti verba, ob hoc Sancti non sic, proprijs enim nominibus vitia nominant, cognomen non imponunt peccatoribus, sed liberè loquentes improperant peccata, quæ contra legem Dei fiunt, & liberè diffamant mala, quæ peruersi quique agunt absque vllo timore, fictitioque colore, & licet ex hoc multum malis displiceant, satis tamen Deo placent, vnde iusti meritò reputari possunt & dici.

§. IV.

Quarta nota, dißimilitudo cum malis.

QVarta nota iusti est totalis cum vita malorum dissimilitudo, ita vt in nullo conuenientes, totaliter dissiti in actionibus sint, ita vt quod vni placeat, alteri displiceat, & quod vnus tenet, alter relinquat: & sicut hoc est malis grauissima causa odij, vnde & dicunt, *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutata sunt via eius:* sic Deo est potissima causa amoris, & ideo iustus, quia cum iniustis nil habet commune, quomodo enim commune cum iniustis aliquid iustus habere potest? cùm vita illius tota sit spiritualis, illius autem carnalis.

26. Iustus totus spiritualis, malus totus carnalis.

Hierony.

Vir perfectus, inquit Hieronymus, lib. 3. in cap. 1. ad Galat. *semper viuit in spiritu, spiritui obedit, nunquam viuit in carne, & è contra qui se totum carni dederit, & passionibus deputauerit, nunquam viuit in spiritu.* Quantum autem contraria sint opera carnis, & spiritus, lege Apostolum ad Galat. quinto.

Ad Gal. 5.

Ergo cùm iustus ad hoc, vt iustus sit debeat necessario esse Christi, *& qui Christi sunt*, inquit Apostolus, *carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis*, mali autem nec sunt Christi, neque eorum carnem crucifigunt, quomodo opera, actionesque malorum in iustis inueniri, aut accommodari nunquam poterũt? etsi accõmodantur, dic tales iustos nõ esse, honores malis placent, iustis displicent, mundiales illos concupiscunt, seruus Dei odit, delectationibus mali huius vitæ oblectantur, conuersationibus vanis tenentur, & solatium in his, quæ in inferioribus sunt ponunt: è contra iusti, conuersatio illorum in cœlis est, solatium libri sancti, delectationes diuinæ, quomodo ergo iustus erit, in quo hæc non inueniuntur? Aut quomodo iustum dicemus illum, quem continuo videmus non impellente charitate inter peccatores degentem, ad modum illorum, licet mutato habitu, vestituque viuere? quid habet commune Dei seruus cum sæcularium vita, aut ad quid isti in Principũ palatiis, dicũt vt benè faciant, vt animam lucrentur.

27. Dei seruus quàm impropriè in Regũ Principumque palatiis.

O deceptio carnalis! sensualitatem suam pallio cooperiunt charitatis, & liberare à peccatis animas prætendunt, non eo, quo vtebantur sancti, sed quo ipsorum suadet sensualitas medio,

28. Vana eorũ excusatio obtunditur.

Fide Moyses grandis factus negauit se

A *esse filium Pharaonis*, inclamat Apostolus ad Hebræos capite vndecimo, numero vigesimo quarto; mirum, si ad quæ ipsum electurus erat Deus cõsideres.

Ad Heb. 11. 24.

29. Moyses quia fidelis ad liberandum populum prudẽtia non vsus humana.

Nonne conducibilius ad rem fuisset in domo versari Regia? vt scilicet opitulari, & suæ nationis populis opportunius auxilium præbere posset. Nonne melius non negare se esse filium Pharaonis filiæ? quia sic populi sui libertatem commodius procurare potuisset. Melius equidem prudentia diceret carnis, etsi nunc viueret sanctus legislator sic illi spirituales suaderent hodierni, qui vnà simul includere Christi legem, mundique gestiunt, & ita Deo obtemperare, vt in nullo fiat mundi, & quæ mundi sunt iactura: sed decipiuntur, simulque alios decipiunt, quia, sicut Dominus ait: *duobus dominis seruire non possumus. & duobus dominis seruire conatur*, inquit Augustinus libro secundo de sermone Domini in monte tom. quarto,

30. Qui mundo & Deo simul seruire intendunt.

August.

B *qui & regnum Dei pro magno bono appetit, & hæc omnia temporalia*, Ob hoc ergo decipiuntur, & etiam, quia fidem, sicut sanctus Moyses non habent, ideo illa consulunt, at quia Moyses erat fidelis, vt inquit Apostolus, ideo negauit se esse filium Pharaonis filiæ, & è Palatio Regis illico discessit, opus Dei æstimans consummandum, non humana, sed prouidentia diuina, ac per hoc verus erat Dei seruus, quia in nullo cum malis conueniebat, & dissimilis illis vita erat illius.

31. Dei opus non prudẽtia perficiẽdum humana, sed diuina.

Acutè equidem adnotat Origen. in illo Pauli ad Rom. duodecimo, scilicet, *nolite conformari huic sæculo* Causam odij malorum in bonos esse totalem dissimilitudinem vitæ illorum, cum vita eorũ. *In his verbis*, inquit li. 9. in ep. ad Rom. tom.

Origen.

C 3. *ostendit Paulus esse quandã formam huius sæculi, & sæculi futuri aliam, & si qui sunt qui amant præsens sæculum, & ea quæ sunt in hoc mundo, secundùm formam præsentis sæculi aptantur, qui verò non respiciunt ea quæ videntur, sed æterna, transformantur, & renouantur ad futuri sæculi formam, & inde fit, vt non cognoscat eos hic mundus, sed odio habeat.* Habet odio, quia aliam formam habentes impossibile vt simul consistant, contrarij sunt in omnibus, in lege, in moribus, in vita, in vestitu, & tandem in virtutibus, immo sufficit quòd aliquis bonus sit, vt hæc sola sit potissima causa, vt cum odio habeant mali: quod pulchrè dixit Philo in libro, quod deter. potior insidiatur, super illa Iacobi Genes. trigesimo primo, numero quinto ad vxores suas verba, scilicet, *Video faciem Patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudius tertius, Deus autem patris mei fuit mecũ*; vbi sic.

32. Mũdus seruos Dei odit, quia aliam habẽt formam quàm ipse.

33. Sola iustitia causa odij in malis.

Philo.

D *Aliquis Iacob dicere potest, si tu cum Deo ambulas, & Deus ob virtutes, & animi præstantiam tecum est, quid mirum? si malè affectum ipsum erga te senties, cùm iniquus, & fraudulẽtus idololatra sit, proprium namque iniquorũ est bonos immerito semper odisse.* Adnoto illud, *immerito*, odio habent, non aliunde, nisi quia iusti, in tantum, vt nil melius illis putant accidere, quàm si domi iustum tenentes, ille quacumque ex causa è domo eorum discedat, hoc enim lætanter sustinent, libentique prosequuntur animo.

34. Labanus odio prosequebatur Iacob quia Deus cum eo.

Hoc notandum, & admirandum in illis Labani verbis ad Iacob, quando ad eum peruenit, *Cur ignorante me fugere voluisti?* ait illi, *nec indicare mihi, vt prosequerer tecum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis*,

35. Mali sic iustũ abhorrent, vt etsi eis proficuus, tamẽ à se eliminare eum desiderant.

Gen.31.n.27.

Genesis capite trigesimo primo, numero vigesimo septimo, O certè res admirabilis! quomodo iste talia dicere audet? homo auarus, auri, rerumque cupidissimus; Iacobus in dumo existens eius ditauerat eum, fœlicem eum fecerat, confessus insuper ipsemet, quod Dominus eum benedixerat propter illum, strenuitatem, diligentiam, & fidelitatem eius, simul ac felicitatem in grege pascendo apprimè cognuscebat, & tamen, hoc non obstante, ait, quod si sibi profectionem indicasset, cum canticis, tympanis, & cytharis eum prosequutus fuisset, & iuisset eum abire, nulla interposita mora, nulla precum vi: cur quæso, hoc? & vnde tanta cæcitas, ne dicam dementia? nisi ex iustitia Iacob, ex iniquitate Labani, Iacob iustus, Laban iniquus: dissimilitudo ergo vitæ in causa fuit, vt nequaquam in domo vna habitare simul possent, vnde lætantet, ac gaudenter, cum gaudio, canticis, tympanis, & cytharis eum dimisisset, etiamsi inde infinita ex profectione Iacobi euentura ei incommoda essent, quia nullum maius malis incommodum, quàm cohabitatio, bonorumque aspectus ob vitæ dissimilitudinem. Vnde pulchrè Ambrosius in caput octauum Exod. tom. primo hæc ipsa Labani verba expendens, ideo affirmat, furtim Iacob è domo eius exijsse, ne canticis, tympanis, & cytharis cum prosequeretur Labanus, cùm sic diuersè ab illo in omnibus sentiret, vt quæ ille cantica, ipse mæstitias, quæ tympana, ipse ploratus, quæ cythara, ipse planctus æstimabat in omnibus ei contraria sentiens. *In quo*, scilicet in quibus Labani verbis, *prodidit*, inquit Sanctus, *quid iustus fugeret, ne enim prosequeretur, quemodo enim me dimisisses? an cum lætitia tua, quæ plena est mæstitudinis? enim typanis scilicet, & organis immodulata modulantibus, & sonis tibiarum suauibus insuauia resultantibus, sonis dissonis, erepitibus discrepantibus, vocibus mutis, cymbalis animum ferientibus, his me delecturi posse credidisti? his reuocari? hæc sunt quæ ego fugi, nec vereor verborum tuorum inuidiam, fugi, ne me talia sequerentur, ne quid de meis accipiens abirem.* Post quæ prosequutus Sanctus, grauissimè asserit talibus, qualibus Iacobo Labanus proferebat ad Christum non peruenniri, vnde ait: *Non enim talibus deductoribus ad Ecclesiam Christi peruenitur, ad quam tendebat Iacob, vt eò deduceret populorum copias, inueheret nationum diuitias, posteritatem infunderet, fugiens vmbras omnium rerum, præferens insensibilibus simulachris virtutum spirantem decorem, plausibilibus præponens seria.* Nil melius. Hinc toto dissiti cælo, omninoque contrarij, fit vt nullum maius alicuius sit bonitatis signum, quàm persecutionem sustinere malorum. Quapropter benè Tertullianus in Apologet. capite quinto, asseruit, nullam maiorem laudem Christianis obtigisse, quàm persecutionem à Nerone sustinuisse: *Qui enim scit Neronem*, ait, *intelligere potest, non nisi aliquod grande bonum ab eo damnatum.* Vide de hac re Augustinum concione secunda in Psalmum trigesimum sextum, Lippomanum in catena ad caput secundum Exodi.

Ambros.

36. Iacob cur furtim è domo egredius Labani.

37. Oblectationibus mundanis ad Christum non peruenitur.

Tertull.

§. V.

Quinta nota, Principum contemptus.

QVinta nota iusti est Principum, præsentiumque totalis contemptus, & è contra seruorum Dei, futurorumque sublime precium, ita vt præsentia, & eorum qui ea possident pro nihilo ducat, potiusque affligi, morique cum iusto appetat, quàm iucundari, peccatoribusque conoiuere, hoc sentiunt mali de iustis, de hoc conqueruntur dicentes: *Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum.* Certè sicut nulla res tantæ efficacitatis est apud peccatores, ad eorum quoque animos conciliandos, & gratiam obtinendam quantum veneratio, æstimatio, & vt sic dicam, idolatratio rerum, personarumque eorum; sic è contra nulla tantum eorum excitat odium, quantum paruipensio, eorumque contemptus, vnde in nullo tantum Dei verus cognoscitur seruus, à falsoque distinguitur, quantum in eo quod nullum vult præter vnum adorare Deum super terram.

Verumenimuero, si rectè res æstimanda erit, in eo quòd aliquis peccator est, in eo statim ante seruorum Dei oculos vilescere debet, ac pro nihilo duci, licet magnus sit, & præpotens, *Ne timeas eos* inquit Dominus Ezechieli capite primo, numero sexto, *neque sermones eorum metuas.* Mirum, cùm sit ipse Ezechiel pauper, & solus, domus autem Israel magna, & in ea Principes multi: cur hoc? *quoniā increduli sunt, & subuersores.* Sequitur summa ratio, quia peccatores, quia idololatræ, quia mei inimici, & ideo licet magni, licet multi, licet Principes, nil timendi, omnino spernendi, quia, etsi magni, homines tamen ridiculi: quod egregiè dixit Chrysostomus homilia quarta in caput primum Ioan. tom. tertio, *Quid enim eo turpius*, inquit, *qui assiduè meretricios petit fornices? quid contumelioso, quid maledico, quid inuido? visu dignius?* Etsi hoc non apparet, consuetudo in causa est. *Vnde ideo tales non irridemus, quia eos sic videre assueuimus*, inquit Sanctus, vnde & sequitur; *Sed quamobrem non tam hæc turpia, quàm nudum ambulare videatur, ex consuetudine, vnde nemo vnquam spōte sua nudus ambulare consueuit, illud autem omnes omni tempore, & sanè confidenter audent: quod si quispiam cum Angelis haberet consuetudinem, apud quos nunquam tale quid committitur, certe tūc quoniam ridiculum sit, intelligeret.* Ob id magnus ille Eliseus ad Regem Israël, licet Rex & Princeps, intrepidè, & audacter respondit, pro nihilo eum ducens. *Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat, Regem Iuda, erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem*, 4. Reg. 3. nu. 14. adnota illud, *non attendissem, nec respexissem*, summam quippe denotat despicientiam, etsi Rex, attamen quia idololatra, & malus, ideo vt talis pro nihilo à Propheta reputatus, & pro nihilo ductus.

38. Peccator etsi Princeps ante Dei seruorū oculos vilescere debet.

Ezechiel. 1.6.

39. Homo est ridiculus quantūuis magnus. *Chryso.*

40. Cur hic nō irridetur.

41. Eliseus cur Regem despexit Israëlem.

4. Reg. 3. 14.

Hæc etiam erat causa, cur Mardocheus ille tam parum Principem æstimabat Aman, ante quem cùm omnes genua curuarent, ipse solus immotus permanebat, quia cùm hic incircum-

42. Mardocheus despiciebat Aman quia peccator-

cisus, & peccator, pro nihilo ab ipso ducebatur, qui Iudæus timens Deum, hoc respondit sibi dicentibus, cur genu Aman non curuatet, iuxta Principis mandatum; respondit enim *se esse Iudæum*, ex quo iratus ille, & in magnam exurgens iram, furore excandescens, toto conatu se opposuit, vt eum, ac simul & totam eius perderet gentem, cuius peccatoris ira, ac furor tantum abfuit, vt aliquid in pectore proficeret sancto, vt iam mortis pendens edictum in Susan, non solùm genu non flecteret, sed nec signum motus faceret de loco sessionis suæ, *Cumque vidisset*, nempe Aman, *Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed ne motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde.* Esther 3. nu. 9. A

Esth. 3. 9.

43. Mardoch. quam sanctè processit Aman non adorans contra sensum spiritualium hodiernorum, Deũ, & mundum simul iungere anteman tiũ.

Sed & in hoc facto liceat adnotare, quòd si in hoc tempus incidisset Mardochæus, nullus propemodum esset, qui ipsum non condemnaret. Qualis nunc prudentia contrarium non suaderet? qualis B Theologus, spiritualisque nunc non diceret illum prorsus insanire? qualis nunc non diceret teneri sub peccato genuflectere Mardochæum? cùm illicitum non esset Aman adorare adoratione licita, & honesta, illa nempe, quæ homini excellenti deferri potest. Quapropter attentè notanda sunt verba illa, quæ Dominus noster Diabolo dixit, expellens eum à se dum superbè ab illo adorationem exposceret. Matth. 4. num. 10. *Vade Sathana, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Vbi

44. Dominus cur Diabolo dixit soli Deo seruiendum.

Matth. 4. 10.

solitudinem seruitio tantùm opposuit, non adorationi; adorare enim Principes possumus in protestationem excellentiæ, quam supra nos habent, sed soli Deo seruire: nam, vt egregiè dixit Ambrosius, vbi suprà. *vero Dei seruo, duobus se Dominis mancipare non licet* Hinc ideo Iacobum furtiuè à domo C Labani fugisse asserit quia, vt ait Sanctus, *multorum dominorum mancipio se subijcere non debuit, vt ab eo tanquam seruulus dimitteretur.* Hincque differentia patet inter adorationem, & seruitutem, nam adoratio propriè non dicit superioritatem dominij, sed tantùm excellentiæ; vnde & non dominos adorare possumus; seruitus autem propriè dicit dominij superioritatem, hinc fit, vt duos recognoscere dominos (intellige æqualiter) aut duobus seruire non possimus, hincque fit, quod cùm Aman à Mardochæo non seruitutem, sed tantùm adorationem exposceret, poterat eum adorare, quæ adoratio cùm esset iusta, & ex alia parte tantum genti suæ damnum inferebat, quis non diceret malè illum agere, & peccare? nullus equidem hodiernos, nullus enim illud suaderet, quia tantùm prudentia præditi carnis, nil aliud nisi carnales sapiunt rationes: at qui seruus est Dei, adeo peccatores, eiusque inimicos parui facit, ac vilipendit (intellige quando sic occasio exigit, ac requirit) du ecus illos pro nihilo, vt licet periculum subeat, non ob hoc propositum mutet, sed in Deo suo confisus ab ipso tantùm remedium, solatiumque sperat, qui iusto suo iudicio eodem laqueo suspendit inimicum, quo eius amicum suspendere miser ipse putabat. *Potentes sæculi*, inquit Glossa hîc, *qui beneficiis diuina potestate collatis abutentes, quos consortes habent naturæ, dedignantur habere consortes gratiæ, & honorem, & reuerentiam, quam soli Deo debuerunt in se se transferre contendunt; eos autem qui consentire nolunt, odiis, & cruciatibus persequũtur, sed iusto Dei iudicio in insidiis suis capiuntur iniqui: vnde* Prou. 11. *dicitur: Iustus de angustia liberatur, & traditur impius pro eo.*

45. Adoratio etiam principibus exhiberi potest attamẽ soli Deo seruientem præstandã *Ambros.*

46. Adoratio quam dicit superiositatem.

47. Duos æquales dominos recognoscere non possumus.

48. Deus quomodo pro suis, qui pro eius honore stãt pugnat. *Glos.*

A Sed si homines peccatores, licet magnos, iusti spernunt, multo magis ea, quæ illorum sunt, & quæ ipsi magnifaciunt, quod etiam ipsi valde dolent, vnde est eorum querela dicentes: *Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris, tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum.* Quid enim aliud est nouissima iustorum præferre, quàm anteponere iusti vitam vitæ malorum, & labores, ærumnas, ac illius miseriam, deliciis, ac delectationibus istorum: vnde euenit, vt iustus quispiam, cùm nil eorum, quæ in mundo sunt, appetat, omnia, vti Diuus Paulus, *arbitretur vt stercora.* Magnum hoc virtutis, ac perfectionis eius signum, dummodo ex Dei amore proficiscatur contemptus: nam aliàs ad nihil prorsus, nisi ad demeritum valet, & pœnam. Paulus enim ista spernebat non aliu fine, nisi ad cognoscendum, & ad amplius ipsum Deum, Dominumque B nostrum Iesum Christum possidendum, propter quod non simpliciter dicit quòd omnia detrimenta æstimabat, & vt stercora, sed quòd sic æstimabat, vt cognosceret, ac Christum possideret, vt adnotat Diuus Thomas in cap. 3. ad Philippens. Propter quod dicit: *Existimo omnia detrimenta esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quam omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora. vt Christum lucrifaciam, id est, ad hoc vt adipiscar ipsum, & adiungar ei per charitatem.* Qui enim hoc fine, & ob hanc causam cætera reputat omnia, quæ videntur, vt stercora, quis audebit dicere, quòd Dei seruus non sit, & in sublime non conscendat, dum mundum ipsum calcat? *Calca mundum*, inquit Augustinus serm. 5. de tempore, *vt calcato eo gradum tibi facias, per quem in sublime conscendas.* Talis Dei seruus C mundana calcat, quia omnia, vt stercora arbitratur, & sic in altum ascendens alta petit, & contemplatur: vnde non mirum, si ipsum mali odio habeant, dum calcando mundum eos iustus premit.

49. Dei seruus mundana contemnẽs ob Christum lucrãdum, ea debet contẽnere non alio fine.

50. Paulus quo fine omnia arbitrabatur vt stercora. *D. Thom.*

August.

Sed è contrà, si non sic se habeat res, sed quæ mundi sunt aliquis æstimet, quomodo hunc Dei seruum, & sanctum dicemus, si prius apud se quod preciosum in Ægypto est, non occidit? quomodo ipse sanctificabitur apud Dominum? Acutè enim adnutat Origenes homil. 3. in cap. 13. Numer. tom. 1. non prius sanctificata esse primogenita Israëlis, quàm mortua primogenita Ægyptiorum. *Cum populus Israel*, inquit, *educeretur de Ægypto primogenita Ægyptiorum occisa sunt, & tunc dictum est Moysi: Sanctifica mihi omne primogenitum: hoc est ergo, quod in hoc loco indicatur, quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel, quàm percuterentur primogeniti Ægyptiorum, & quasi cau-* D *sam sanctificationis horum interitum, & necem posuit illorum.* Non ergo sanctificata Israelitica essent primogenita, nisi prius mortua Ægyptiorum; sic certè non prius aliquis æstimandus est Sanctus, iustus, ac sanctificatus, totusque Deo oblatus, nisi Ægyptiorum primogenita, id est, ea, quæ præcipua sunt in mundo, & quæ in precio habentur, prius apud eũ omnino sint extincta, pro nihilo habita, ac totaliter mortua: tunc enim Deo sanctificabitur, & tunc ex Ægypto exibit, mundo verè derelicto: immo tunc eum mundus apud se minimè sustinere poterit: immo nec patietur. Sic Ægyptij, vt viderunt primogenita sua mortua, non solum licentiam, sed exire eos compulerunt, ita vt quæ ad victum necessaria, nec tempus præberent ad præparandum: *Fecerunt subcinericios panes azimos, ne-*

51. Mundana non spernens Dei seruus non erit. *Origen.*

52. Primogenita Ægypti cur prius occisa quã Israëlis sanctificata.

que enim poterant fermentari, cogentibus exire Aegyptiis; & nullam facere sinentibus moram.

Exod. 12. 39. Exod. 12. num. 39. Non enim pati tunc poterant intra se iustos Israelitas peccatores isti, quando viderunt extincta, quæ ipsi magis diligebant.

53. Mundus cur aliquando sanctos insequitur.

Immo nisi ad talem rerum despectum temporalium quis peruenerit, vt nullo prorsus modo aliqua quæ mundi sunt, secum habitare permiserit, sed aliquid conseruat, sciat bellum persecutionemque se mundi passurum, & licet egressum, violenter tamen eum ad se attrahet, quia sua in ipso reperit. Labanus enim Iacobum insequutus præcipuam asserunt insecutionis ansam Deorum suorum furtum.

Gen. 31. 3. Gen. 31. num. 3. *Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus Patris tui, cur furatus es Deos meos?*

54. Labanus cur non potuit Iacobum ad se reuocare.

Quasi diceret: malè egisti furtiuè discedendo, & veluti captiuas filias abducendo meas, sed hoc non tantum est malum, vt inde contra te ego insurgerem, ac te persequerer, cùm hoc desiderium tuorum reuisendi efficere poterat, quod iustum: at cur furatus es Deos meos? cur mea tulisti? hunc certissimè eum reduxisset, in suamque iterum egisset potestatem, si eos inuenisset. Quod eleganter ponderauit Ambrosius, vbi suprà, dicens:

Ambros. *Secutus Sanctum Iacob, & filias suas, ne fortè apud eas suorum vitiorum reperiret aliquid, & reuocandi ad se haberet autoritatem, coarguens iustum, cum ratione esset redargutus, & nihil respondere, ac referre posset, quo eum deberet retinere.*

55. Spirituales viri cur carnales fiunt.

Non ergo retraxit, quia nil inuenit ex suis, retracturus aliàs si inuenisset, ad sæculum spirituales redeunt viri, carnales iterum fiunt, qui prius toti spiritus, eis iterum dominatur mundus, qui prius ab ipsis despectus, videant an in discessu secum aliquid eius attulerint, & nè mirentur, sua reperit, & in suos addicit seruos, qui ea retinent, iure sibi eos exposcens, quia sua furati. Quod benè callens Ægyptius ille astutus, sanctissimi dispensator Iosephi,

Gen. 44. 10. Gen. 44. n. 10. conditionem seruitutis ob furtum admisit, quam ei fratres offerebant, sic tamen, vt tantum seruus remaneret eius, qui furatus, & apud quem sciphus inuentus: *Fiat iuxta vestram sententiam, apud quemcumque fuerit inuentus, ipse sit seruus meus: vos autem eritis innoxij*; si omnes se ad seruitutem addixerant: *& nos erimus serui Domini nostri.*

56. Iosephi dispensator cur conditionem seruitutis non omnium fratrum, sed tantum illius apud quem sciphus inuentus, acceperit.

Cur non omnes accepit, an quia sciebat non posse, quia cùm sua cæteri non haberent nullum in eis ius ipsi comperere poterat, in illum tantum profitens se dominaturum, apud quem sua reperisset, & sic vos innoxij, hoc est liberi, regredi in Ægyptum non tenemini, quia nihil mei regredietur vt seruus, qui mea furatus, secum ea abstulerit, sic serui mundi iterum fient, qui inde egredientes eius secum aliquid attulerint, qui non prius omnia primogenita occiderint Ægyptij, ac his occisis, sic eos mundus, malique abhorrebunt, vt non solum reducere sed nec secum, quippe eos habitare permittent, maximo eos prosequentes odio, sicut è contrà magno Deus amore, quia tunc isti veri eius serui, dum sua tantùm in eis respicit, sua tantùm contemplatur, quæ est vera eius seruitutis nota.

§. 6.

Sexta nota, gloriatio tantum in Dei filiatione.

SExta tandem, & vltima nota est, quando in nullo alio gloriatur, nisi in Dei filiatione, & quòd pro patre Deum habeat, ita vt rememorans se Patrem habere Deum, nihil aliud appetat, nil aliud desideret, ac pro tali tantaque mercede pro omnibus satisfactum à Deo sibi verè, realiterque æstimet; quæ res, sicut malis est causa odij contra iustum, de eo mussitantes, & irrisoriè dicentes: *& gloriatur patrem se habere Deum*; sic è contra, Deo magna est causa amoris, dum affectum filij erga se videt, quodque iustus, licet hîc pressus, & pro nihilo habitus, tamen ita interiori mente excelsum se reputat, vt filium Dei se nominando, glorietur Patrem illum habere, teneroque affectu patrem illum nominet, & amplexetur, hoc tantum sibi sufficiens esse æstimans in omnibus huius vitæ bonis, vt comparatione tanti boni, nec homines, nec mundum, nec ea, quæ mundi sunt aliquid ponderans, solum Deum sufficientiam suam dicat; hoc equidem signum veræ Dei seruitutis est, hoc veri Dei serui encomium, hoc certum totalis in Deum cordis existentiæ documentum, quando præter ipsum respuuntur omnia, quando ipsum solum sufficientiam suam dicunt, verè amantium hoc est, omnino depereuntium. 57. Verus Dei seruus Deum tantum totam sufficientiam suam dicit.

Gen. 45. num. 28. Gen. 45. 28. *Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit*, inquit pater ille amantissimus, *vadam, & videbo illum antequam moriar.* Ad quid sufficit? numquid aliquid aliud ei obtulerunt quod respueret? aut vt in Ægyptum descenderet aliam præter dilecti visionem, rationem addiderunt, & obtulerunt aliud, & aliam adduxerunt, *Venerunt fratres Ioseph*, inquit Scriptura, *& nunciauerunt ei dicentes: Filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti, ipse tamen non credebat eis; illi contrà referebant omnem ordinem rei.* Quem ordinem? illum nempe, quem

58. Iacobi amor erga Iosephum quantus.

Ioseph eis mandauerat, vt patri dicerent: *Festinate, & ascendite ad Patrem meum, & dicetis ei: hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me Dominum vniuersa terra Aegypti, descende ad me, ne moreris, pascam te, ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides.* Dominatum, gloriam, & Iosephi imperium ei proposuerunt, mortis effugium ad hoc vt descenderet, at pater, *cum vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius*, & omnia ait: sufficit mihi, *si adhuc Ioseph filius meus viuit:* Quasi diceret vobis, qui non amatis, sint illa, descendite in Ægyptum, dominatus, & vitæ amore; mihi tamen Ioseph meus tantùm sufficiat, vadam, & videbo illum antequam moriar, ob hoc ergo re-

59. Amanti sola amati præsentia dulcis, cætera amara.

uixit eius Spiritus, & illud cor, quod dominatus, principatusque, ac superbæ diuitiæ lætificare non poterant: dilecti vita tantum lætificauit, quia amāti hæc sola dulcis, cætera sunt amara, sic equidem Sancti cætera respuunt; dulcia eis non sunt dulcia, quando sine Deo, delectabilia tristia, quando sine illo, ita in Deo fixum cor habent, vt præter ipsum lætificare eos non possit aliquid, quod si secus, ac eorum in aliquo extra Deum reuiuiscat Spiritus, cor Deo vnitum non habent; vnde ob id, neque omnino iusti, ac sancti. *Tunc cor hominis Deo datur*, inquit Bernardus, ep. 356. *quando omnis cogitatio terminatur in eum, gyrat, & circumflectitur super eum, & nihil vult possidere penitus præter eum: sicque colligato sibi animo eum diligit, vt sine ipso amarus sit omnis amor.* Pulchrè, *amarus sit omnis amor.* quid amore dulcius? at si sine Deo nil amarius, experiuntur hæc qui aliquando alia præter Deum amarunt, dum ad ipsum conuerti quàm illud dulce fuit amarum intelligunt, & dolent.

Bern. 60. Cor quando verè Deo datur.

61. Dei seruo præter Deū amarus omnis amor.

Ps.72.25

62\. David præ dolore tabescebat alia præter Deum amasse.

Sic David Sanctus, reminiscens aliquando se præter Deum aliqua appetisse, rubore suffusus declamat valdè. *Quid enim mihi est in cælo*, Psalm. 72.num.25. *& à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.* Quorum verborum sensus, vt alibi etiam diximus, est secundùm Augustinum in hunc Psal.7.tom.8. scilicet, cùm mihi talia tu seruasses in cælo, quid est illud, quod more pecudis ego desideraui super terram? pœnitet me valde, ac per hoc deinceps tu Deus eris cordis mei, & tu pars mea solus in æternum. *Cœpis cogitare*, inquit Augustinus, *felicitatem ipsam cælestem, & arguere se, quia pecus fuit, & terrena desiderauit, dicens, quid mihi? Comparauit voluntati suæ terrena præmium cæleste, quod accepturus est: vidit quòd ibi sibi seruaretur, & cogitans, & æstuans in cogitatione eiusdem rei infallibilis, & ineffabilis, quam neque oculus vidit, neque auris audiuit &c. non dixit, illud, aut illud mihi est in cælo, sed, quid mihi est in cælo? quid est illud quod habeo in cælo? quantum est? quale est? quid est? & cum non transit, quod habeo in cælo à te, quid volui super terram? seruas mihi tu in cælo diuitias immortales, teipsum, & ego volui à te in terra quod habent impij, pecuniam, aurum, & argentum, gemmas, familias, quod habent & scelerati multi, quod habent multæ fœminæ turpes, multi viri turpes; hæc pro magno desideraui à Deo meo super terram, cùm seruet se mihi in cælo Deus meus.* Optimè equidem. Ideo in se reuertens David, ac præ confusione tabescens in se ipso propemodum præ dolore, cor, caroque eius defecit, vnde & sequitur: *Defecit cor meum, & caro mea.* Et ex tali dolore, ac confusione in melius proficiens, & in nouum renouatus hominem, terrena hæc despiciens, ac pro nihilo ducens, dixit totius cordis sui Deum, ac totalem partem suam esse in sæculum; vnde & sequitur: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Pars mea dixit, etiamsi hîc, & in hac vita non

63\. Amarum huius mūdi cum Deo, seruis eius dulce.

sit delectabilis, quia sufficit vt Deus sit: ad hoc vt amarum illud fiat seruis eius dulce, vnde sicut omnis amor illis fit amarus si sine Deo, sic omnis amaritudo fit dulcis si cum illo: *Gaudeo*, inquit Paulus ad Coloss. 1. 24. *in passionibus meis pro vobis*: cuius rationem assignans ait, *Et*, (id est) *quia, adimpleo*, patiendo scilicet, *in carne mea quæ desunt passionum Christi*, hoc est, quas Christus passus est, sic Ambros. Chrysost. & Theophylact. Gaudium ergo suum passiones, quas sustinebat, dixit, tribulationes, afflictionesque, de quibus non solum gaudebat, sed & gloriabatur, iuxta illud ad Galat. 6. 14. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Absit, dixit, latenter indicans, malum æstimare sibi præter Christi crucem aliam gloriationem. O verè amans cor! amore æstuans! dum gaudium æstimabat, quæ mundus horret, pœnam quæ ipse amat, dulce, amarum: si sine dilecto, amarum dulce, si cum illo: nonne hunc, qui sic collectum habet cor vt inquit Bernard. verum Dei seruum dicas? & quod verè Deum tantùm partem habeat, sortemque suam.

Ad Col. 1. 24.

Ambros. Chrysost. Theoph.

Ad Gal. 6. 14.

64\. Paulus verissimus Christi discipulus & seruus.

Sic equidem sancti, sic verè Dei serui de Deo patre tantum gloriantur, de filiatione eius tantum gaudent; hoc solum magnum, hoc solum admirandum æstimant: nam, vt pulchrè inquit Cyprianus lib. de spectaculis: *Numquam humana opera mirabitur, quisquis se cognouerit filium Dei, deiicit se de culmine generositatis suæ, qui admirari aliquid post Deum potest.* Hanc equidem dignitatem, hoc supremum donum mundus non cognouit, quia, vt loquit dilectus ep.1.cap.3. *Non nouit patrem*, vnde neque eius filios, neque filiationis dignitatem: ob quod spernentes eos, quòd de Dei filiatione glorientur, subsannant dicentes: & *gloriantur* &c. at, qui verè iustus, de hoc solo gloriatur, gaudet, & tripudiat, patrem scilicet se habere Deum: sed de hac re latius alibi.

Cyprian.

65\. Filiatio Dei sola admiratione digna.

Joan. 1. 3

Num. 17. *Videamus ergo, si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

Determinati iam iniqui contra iustum, & præcipuè contra Christum Dominum nostrum, eius produnt causam mortis: cùm enim Christus Dominus multa disseruisset contra malos, valdè illorum corda pupugerunt, & simul multa dixisset de nouissimis suis, nempe de morte, & resurrectione, & regno: de similibus stomachati prophetiis determinarunt experimentum sumere veritatis verborum ipsius, & hoc nullo alio medio, nisi, afflictione, iustique morte, & consequenter Christi Domini nostri, & sic dicunt: *Videamus*, id est, experiamur, *si sermones illius* &c. scilicet, quibus iactat se esse filium Dei, veri sint, & tentemus nos quæ ventura sunt illi, id est non expectemus, vt aliunde ipsi eueniant, sed nos inferamus illi, & sic: *Sciemus quæ erunt nouissima illius*, quamque diuersa ab illis quæ ipse prædixerat.

Hic, vt opinor, est germanus sensus huius sententiæ: nam sæpè solent iniqui irasci, & ad malefaciendum alicui moueri, immò ad occidendum, non ob aliam rationem, nisi quia stomachantur, dum vident talem firmiter in Deo sperare, & nil timere, bonaque expectare, æstimant enim hanc esse iactantiam contra illos, sicque mouentur ad experimentum sumendum, an in doloribus postea eademmet profert, & in eadem persistat sententia, & an tantùm sint verba cessantia dum peruentum erit ad verbera, vt aiebat Tyrannus ille ad sanctam Virginem Luciam: & isti infrà dum dicunt: *Et erit respectus in sermonibus illius*, vt infrà dicemus.

1\. Spes sanctorum firma in Deo torquet impios.

Tentemus quæ futura sunt illi &c. Græcè. *Experiamur, quæ in euentu*, siue *in exitu eius*, suple *erunt* &c. hoc est, probemus an exitus rei respondeat eius verbis, sic Castro.

Castro.

Et sciemus quæ erunt nouissima illius &c. Desiderantur hæc verba in Græcis, nec ea legit Cyprianus, & Lactantius. sed ea legit cum vulgata Augustinus 17. de Ciuit. cap.2.

Cyprian. Lactan. August.

Num. 18. *Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Verus Filius Dei. Augustinus legit vbi supra cap. 21. *Si enim iustus est Filius Dei*, intelligi-

tur enim de Christo, qui per Antonomasiam iustus A dicitur, vt suprà diximus.

Suscipiet. Succurret, opitulabitur, & vt pater liberabit eum de manibus inimicorum suorum.

Certum est, hoc semper esse malorum argumentum: si bonus est aliquis, inquiunt, Deus eum pro-

1. Mali vt Dei protectionem de aliquo futurā æstimant se decipiētes.

teget, sin malus, minimè: vnde regulam bonitatis, aut malitiæ alicuius sumunt ex protectione Dei secundùm eorum sensum intellecta, nempe ex liberatione malorum huius vitæ, & tribulationum, nil aliud illi cognoscentes, nisi bona præsentia, quòd quantùm errent, sæpè alibi diximus, & nunc iterum dicemus: nam Dei filiorum protectio non

2. Vera Dei protectio in quo cōsistit.

consistit in eo quod Deus in hac vita eos à tribulatione, & à manibus eripiat contrariorum, sed in eo, quod in manibus desinens impiorum, & in ipso tribulationis igne, eis auxilium tolerandi, in bonoque perseuerandi, ac patientiam det, qua vincāt tormenta, vt moriendo de tyrannis triumphent: B vnde non est signum diuinæ filiationis, vt isti inquiunt, à malis liberatio, immo illud, perseuerantia scilicet in eis cum prouentu.

HOMILIA XLI.

Iustum à tribulatione non eripere, sed auxilium ad tolerandum præstare, maximum erga ipsum contra malorum sensum, diuinæ dilectionis, ac filiationis argumentum.

SI *enim est Filius Dei*, inquiunt isti, *suscipiet, ac liberabit eum de manibus contrariorum.* Consequenter & de tribulatione, eadem certè est hæc

Mat. 27. 43. vox, ac illa Mathæi 27. num. 43. *Si Filius Dei est, descendat de cruce, confidit in Deo, liberet eum nūc, si vult, dixit enim, quia filius Dei sum.* Impia vox, & hominum penitus carnalium, qui Dei sensum non percipiunt: & sic credendi signum carnale, sensualeque exierunt, vnde non mirum, si decepti in incredulitate permanserint, habebant sanè credendi signum, si ad illud attendere voluissent potentius, & efficacius, & ex inuictissima Christi patientia in illis doloribus benè arguere ipsi poterant ipsum Dei esse filium.

S. Leo. Enimuero Sanctus Leo, Pontifex summus, serm. de Passione summopere admiratur, cur latro in cruce pēdens, & de Christo male sentiens, sicut cæteri immo in principio secundū aliquos illum blas- D phemans, postea ipsum cognouerit, filiumque Dei

1. Latro vnde Christum Deum cognouit.

confessus fuerit, *Quæ*, inquit, *istam fidem exhortatio persuasit, quæ doctrina imbuit, quis prædicator accendit: non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium curatio, ea ipsa, quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen Dominum confitetur, & Regem, quem videt supplicij sui consortem.* Cui adscribens Cyrillus, cap. 17. ait: *Quæ*

Cyrill. *virtus te illuminauit, ô latro, quæ te docuit adorare contemptum? & simul cruci affixum?* Quorum

Hilar. Chrysost. Theoph. Euth. Patrum dubitationi optimè satisfaciunt Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, asserentes in talem deuenisse cognitionem præter internæ gratiæ lumen, ob eximiam, singularem, ac diuinam, quam in Christo obseruauit, patientiam:

A vnde ex eo iste se lucratus, ex quo Iudæi se perdiderunt: isti, quia viderunt Christum in cruce pendentem, à Patre ibi derelictum, & in manibus positum contrariorum, argumentati sunt ipsum non esse filium Dei, & errauerunt: at latro è contrà lumine imbutus superiori videns illum hominem in tribulatione à Patre derelictum, totaliterque in manibus inimicorum positum: & tamen mira patientia, ac sanctitate omnia sustinentem, illicò eum agnouit filium Dei, & cum, vt talem confessus est: vt semel intelligas potissimum diuinæ fi- 2. Iuxta patiētiæ gradum erit & Dei filiationis.

liationis argumentum sustinentiam esse in tribulatione, non ereptionem ab illa. Ex quo planè deducitur, quòd iuxta tolerantis, patientisque mensuram, erit & filiationis diuinæ gradus: vnde cùm patientia, quam exhibebat Christus pendens in cruce, fuerit patientia plusquam humana, ideo latro meritò putauit illum plusquam hominem, non secùs B ac Moyses, qui posteriora videns Christi, & in illis ligaturas quasdam, hoc est passionis eius insignia, vt historia habet scholastica in cap. 33. Exo. Hist. schol.

& nos infra homil. 42. dicemus; summamque eius admirans patientiam, illicò etsi à posteriori, Deum illum agnouit, statimque Deum suum confitens, exclamauit: *Dominator, Domine Deus.* Sic & la-

3. Patientia Christi magnum eius diuinitatis argumentum.

tro eodem illustratus lumine, interiusque Dei adiutus gratia, super humanam illam aspiciens patiētiam, illicò ac alter Moyses Deum illum, Deique est confessus filium, cùm eamdem, ac Moyses Deo dignam aspexisset patientiam. Quapropter benè Tertullianus lib. de patientia Pharisæis exprobrans Tertull.

dicit: *Hinc vel maximè Pharisæi Dominum cognoscere debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Et Ambros. lib. 7. in Luc.

C cap. 3. *Proditur enim Deus iniuriarum acerbitate.* Pulchrè dictum; considera acerbitatem iniu- Ambros.

riarum Christi, & simul eius patientiam, etsi cæcus non es, Deum ex hoc illicò eum agnosces, & verè Dei filium. Vnde etiam proportionaliter, ex qualitate, nostræque gradu patientiæ quis gradum cognoscet filiationis, quem apud Deum obtinet, cùm eò diuiniores, quo ad diuiniorem Christi patientiæ gradum accedimus. Quapropter tantùm abest, vt ereptio à tribulatione sit Dei filiationis signum, quin potius derelictio in illa, cùm patientia sit talis filiationis argumentum. *Quia acceptus eras Deo*, Sancto Tobiæ dixit Angelus, *necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Tob. cap. 12. num. 13. Tob. 12. 13

4. Boni ex quo Dei protectionis signum educunt.

Tentatus ergo, quia acceptus, ergo signum acceptionis experimentum extitit tentationis, non equidem quomodolibet, sed grauissimæ, mortis periculi, bonorum expoliationis, tandem cæcitatis: quod homines non intelligentes carnales, inde D ipsi argumentum Dei derelictionis assumpserunt, vnde Dei Angelus dilectionis, nam cognati, eiusque parentes, sacer inquit textus, improperabant ei, dicentes: *Vbi est spes tua pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas?* Immò cum eis se eius adiungens vxor similiter exprobrans illi aiebat: *Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ* Ib. 2. 16.

modo apparuerunt. cap. 2. num. 16. ex tribulatione, feroque Dei auxilio arguentes Tobiam Dei filium non esse, quia non eripiebatur à tentatione, sed in manibus derelinquebatur inimicorum, non considerantes miseri, vt inquit Hieronymus in ep. ad Hieron.

Virginem quandam in exilium missam, tom. 4. *Quod arbores ipsa, tanto numerosiore grauantur fructu, quanta acerbioris frigoris violentia reprimuntur, cum præcoces flores opportuna castigatio*

refranando, ad periculum festinare non patitur, & vtile impedimentum pruina, quod reprimit, non obfocat, sed includit. Nil elegantius, serum Dei in tribulatione auxilium, dilecti sui virtutum flores non obfocat, sed includit, vt quo intus in anima ampliori spacio detinentur, eo maiori fructu foras postea erumpant, vnde non statim opitulari, non est ingrati animi indicium, sed dilectionis fomentum, cùm ideo non citius succurrit, vt abundantius erumpat. & cito auxiliom non præstat, ne abundantiori fructu careat: nam si, vt inquit idem Sanctus, vbi suprà, *paulo clementior vis extiterit imbrium, quantò luxuriant prius indisciplinata festinatione, tantò post fructibus deseruntur, cum futura vires importuno tempore consumuntur.* Diu Tobias Sanctus in tribulatione extitit, cito ab ea Deus eum non eripuit: fructuum prouentus inde sequuti, dilectionis, non odij signum fuisse manifestarunt, & eo ipsum Deo magis charum, quo prolixius probatum.

5. Dei auxiliũ serum in tribulatione magni eius amoris indiciũ. & cor Deus illud faciat.

6. Tobias Deo charus, quia non cito à tribulatione ereptus.

Sed in hac re duo notanda sunt, primum, quòd licet Tobias in tanta esset tribulatione, numquam tamen liberationem expetiuit ab illa, immo potius mortem, quàm ab afflictione ereptionem; dum viueret: sic enim illa eius intellige verba: *Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum, expedit enim mihi mori magis, quàm viuere,* Expende illud, expedit: non enim tribulatione pertæsus expetiuit mortem, sed dubius de bonitate vitæ, timens casum, si diu vixisset; & secundò, non enim dixit; *quàm sic viuere,* sed, *viuere;* denotans appetere ipsum mortem, non vt à laboribus euaderet, sed vt meliorem obtineret vitam, nam cùm hîc nil speraret, nilque in hac esset vita quod concupisceret, sed tantùm tanquam ad fletum natus, flere solùm liberet; hinc æternam concupiscens patriam mortem appetiit, sicut & omnes ad eius instar iusti; vt egregiè ait Augustinus, in expositione Psal. 136. in illa verba, *Super flumina Babylonis.* ponderans ciues Sion super flumina esse Babylonis, non in fluminibus: hinc eos plorare, desiderioque æternæ teneri patriæ, dum qui ciues sunt Babylonij, illius non reminiscuntur: *Si sumus,* inquit, *ciues Sion in hac Babylonia, in hac confusione, captiui sumus, & tales oportet, vt non solùm flentes simus super flumina Babylonis, sed ista faciamus affectus cordis pro religioso desiderio æternæ patriæ: habet hæc ciuitas, quæ Babylonia dicitur, amatores suos consulentes paci temporali, & nihil vltra sperantes totum gaudium suum ibi figentes, & ibi finientes: at iusti sunt super flumina Babylonis, hæc autem sunt omnia; quæ hic amantur, & transeunt, sunt officia omnia potentatus, sæculi dignitates, in quæ non se immittunt iusti, sed sedent super flumina Babylonis, & flent, vel alienam miseriam, vel seipsos, qui in Babylonia capti esse meruerunt.* Sic Sanctus Tobias alios, & seipsum etiam flebat captiuus, super flumina Babylonis sedens, in qua diu viuere iam non desiderans, mortem expetebat: non autem à tribulationibus effugium, flens non temporalia, sed spiritualia damna, cùm, vt idem ait August. hæc sola iusti æstiment damna, ideo etsi temporalibus etiam abundent bonis, semper etiam flent. *Multi flent fletu Babylonico,* ait vbi suprà, *qui & gaudent gaudio Babylonico, quia gaudent lucris temporalibus, & damnis: flere debes, sed recordando Sion: si sic fles, etiam quando tibi secundùm Babyloniam bene est, flere debes, vides gaudium, & tristitiam, quæ in ciuibus Sion reperitur in rebus consistere spiritualibus, & animæ, sicut è contrà in ciuibus Babylonis, quam ædificat pessimus amor sui vsque ad contemptum Dei, lacryma, & tristitia, delectatio, & gaudium inchoari, & finiri, in his bonis, quæ temporalia sunt, & caduca.* Nil melius. Hinc Sanctus Tobias flebat damna, sed non temporalia, at spiritualia, his pertæsus mortem cupiebat.

7. Nunquam ereptionẽ ab illa expetiuit.

August.

8. Iusti hîc flere appetunt, & cur.

9. Sunt super flumina Babylonis, & non in fluminibus.

10. Sola spiritualia æstimant damna.

11. Flent, quãdo temporalia prospera cædunt.

Secundum autem notandum est, quòd licet conscientia nullius eum accusaret criminis, sed sciret, quòd ab infantia sua Deum timuerit, tamen vidẽs se tribulatum, non ob id semetipsum contristauit, neque aliquid contra Deum mussitauit: *Nam cùm ab infantia,* inquit scriptura, *Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis eueniret ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Quod non sine mysterio adnotatur, vt semel ad exemplum nostrum innotescat Sanctum Tobiam ideo se non contristasse, nec contra Deum aliquid murmurasse, quia altioribus oculis rem considerans, non metiebatur Dei gratiam ex fauoribus, aut tribulationibus huius vitæ, sed ex spe futuræ, & eo magis filiationis, dilectionisque Diuinæ, quæ in altera vita consumatur, se reddebat securum, quo hîc magis se videbat tribulatum: vnde insultantibus sibi sic respõdebat, immo increpabat, dicens: *Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est ijs; qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Pulchrè; *quoniam filij sanctorum sumus, & vitam alteram expectamus,* quasi diceret Sanctus, quid arguitis ex tribulatione malum, recordamini, quia filij sanctorum, alteram vitam expectantes, eo certius ad illam perueniemus, quò hîc amplius tribulamur, immo si ex illis aliquid elicere licet, non Dei odium, sed amorem, non spei elusionem, vt vos, sed confirmationem, cùm sæpè Deus ex vna iusti diuturna afflictione etiam in hac vita non solùm illum tantùm à tribulatione, sed & suos, immo & ipsum etiam mundum eripere in ipsius gratiam solet: quod eleganter dixit Nazianz. oratione ad 150. Episcopos pro pace à Deo Ecclesiæ reddita; vbi sic ait: *Deus pauperem facit, & ditat, mortificat; & viuificat, ex hieme facit ver, & ex tempestate tranquillitatem, idque plerumque ob vnius iusti orationem, diuturna persecutione vexati.*

12. Tobias cur non contristatus ex tribulatione.

13. Vitæ æternæ spes magnum in tribulatione deberet esse solatium.

14. Tribulatio iusti diuturna benelata, causa sæpè est vniuersalis mundi à tribulatione ereptionis.

Naziãn.

Hinc Sancti non solùm in tribulationibus non tristantur, quin immo in illis gaudent, tùm quia, cùm nullam ipsi aliam pro tribulatione æstiment, nisi Dei offensam; hinc fit, vt cæteræ tribulationes, etsi infinitæ apud ipsos non aliter sint, quàm si esset vna ignis in medio maris scintilla: quod egregiè dixit Chrysostomus homil. 1. in 2. ad Corinth. vbi sic ait, *Nil aliud tam molestum est, quàm Deum habere offensum, id si absit, non afflictio; non insidiæ, non alia res vlla molestiam afferre potest rectè sapienti: sed quemadmodum exiguam scintillam, si in profundam aquam immergas, potius extinxeris, ita quamuis magna animi deiectio, si in bonam incidit conscientiam, perit, facileque euanescit.* Tum etiam quia ex tribulationibus spem vitæ sumunt æternæ, & in eo, quo magis tribulantur, in eo magis firmantur, in spe illius gloriæ, quæ filijs Dei datur, & conceditur. Audi Apostolum ad Rom. 5. num. 8. *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei,* & quasi exponens in quo fundabatur hæc spes subdit: *Non solùm autem; sed & gloriamur in tribulationibus*

15. Sancti omnes tribulationes non amplius æstimant quã vnam ignis scintillam præter Dei offensam.

Chrysost.

Ad Ro. 5. 8.

quasi dicat, non solùm in spe gloriamur, quasi ni-

16. *Sancti in quo suam de gloria spem fundant.*

hil ex parte nostra operantes, sed tantum sperantes, nam vana esset hæc spes, sed cum spei gloriatione, gloriamur etiam in tribulatione: cuius gloriationis causam assignans addit: *Scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem.* Radix ergo gloriæ in tri-

17. *Spes gloriæ fructus tribulationis.*

bulationibus, parturitio est spei illius, quam suprà dixerat, *Gloria nempè filiorum Dei*, propterea gloriabatur in tribulationibus, quia, vti filius, gloriam sibi sperabat, & vnde cæteri tristabantur, vt inquit

Origen.

Origenes lib. 4. in cap. 5. epist. ad Romanos, tom. 2. ipse lætabatur ex gratia Christi: *Cæteris enim in tribulatione tristantibus*, inquit, *nos gratia ipsius virtute roborati in tribulationibus gloriamur, didicimus namque nouam ex eruditione ipsius disciplinam; vt per tribulationes bonum patientiæ capiamus.* Vnde ex eo magis sperabat, ex quo magis tribulabatur, & argumentum spei filiationis Diuinæ sumebat ex tribulationibus, & non sicut impij, ex tribulationibus desperabat: nam vt optimè inquit

Hieron.

18. *Efficacissima Hieronymi ratio cur in tribulatione regnum sperandum æternum.*

Hieronymus, vbi suprà. *Si Deus pacem, tranquillitatem, quietem, prosperitatem, & alia iucunditatum genera seruis, & cultoribus suis tàm in præsenti, quàm in futuro promitteret, esset nobis non immeritò dolendum, si quæ in præsenti visa contraria pateremur, eò quòd, præter insperatum dolorem, cuius eo semper acerbior vis est, quo magis repentinus acciderit, futura quoque promissio esset ambigua, præsentis spei sollicitatione frustrata; at verò cùm è contrario sollicitudines, bella, tempestates, inquietudines, miserias, odia, ac alia quæcumque incommodorum, atque ærumnarum genera esse creduntur in præsenti nos pressuros esse prædixerint contra prædicta comminationis tædium, de promissa erit quis prosperitate securus.* Egregiè seruis suis Deus in hoc mundo pressuram prædixit; in altero verò gaudium, & lætitiam, è contrà vero malis, dixit enim: *Mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium.* Quapropter in eo, quo se vident iusti tribulatos, in eo assignant, spemque suæ reponunt salutis; nam cùm primum vidèt impletum dictum, nempe passuros eos tribulationes, pressuras, & afflictiones, sperant certissimè secundum, quod implendum; quæ spes in cordibus eorum radicata semel, quasi fixa, & immobilis anchora, licet foris, tur-

19. *Tribulatio firmissima spei anchora apud sanctos.*

bantur: intus tamen summa, indicibilique pace fruuntur: quod Dominus illis expressit verbis. *Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in hoc autem mundo pressuram habebitis.* Ioan. 16. vnde acutissimè Diuus Hieronymus vbi suprà; *Quid hoc est, quod dicit, vt in me pacem habeatis, in hoc mundo pressuram habebitis, nisi vt tanta in nobis sit*

20. *Spes futurorũ qualis & quanta in sanctis debet esse.*

eius credulitas pollicitationis, vt cùm mundi mala patimur, futuræ spei fiducia in summa pace nos esse credamus; tantaque sit in nobis spes futurorum, vt omnino non sentiamus nos sustinere illa, quæ patimur, sed ea potius arbitremur obtinere, quæ credimus. Nil melius. Sic certè bellator quispiam vulnerum dolorem non sentit, nec attendit, quia totis viribus ad victoriam est attentus. Sic pari modo Dei serui, licet hic tribulentur, & affligantur, non solùm non tristantur, nec exinde argumentum desperationis sumunt, immò è contrario in spem eriguntur, in spem, inquam, *filiorum Dei*: vnde non sicut impij dicunt: *Si enim verè filius Dei est, liberabit eum de manibus inimicorum.* Immò è contrà arguunt, si verè filius Dei est, hic non liberabit eum de manibus inimicorum, sed faciet cum tentatione prouentum, in manibus hîc desinens eum inimicorum, in altera liberans eum vita, vti propriè de sanctissimo Domino nostro dicendum est, quem isti malè insultare intendunt, dum dicunt: *si enim*; & vide Diuum Hieronymum ad Occeanum de ferendis opprobriis tom. 4.

Num. 19. *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

VEniunt iam iniqui ad exercitium consilij, quod contra iustum conceperunt, & inter se determinarunt, nempè virtutem eius probare, & de illa experimentum sumere, quod cum nullo alio potiore sumi possit medio, quam tribulationibus, ideo ad eas deueniunt, & sic se determinant probare illum, eiusque patientiam mediis contumeliis, & tormentis: nam patientia est, quæ ostendit perfectam, & in summo fastigio collocatam iusti virtutem, ac perfectionem, hac enim deficiẽte nullæ sunt virtutes, nulla in eis soliditas, & stabilimentum.

Lactan.

Contumelia &c. Lactantius lib. 4. cap. 16. legit in pulrali: *Contumeliis, & tormentis.* Quot modis verbis lædatur proximus lege D. Thom. in 2. 2. & Lorinum hîc.

S. Thom.

1. *Crucis mors duo continebat horrenda.*

Et tormento. Duo hæc continebat in se mors crucis, erat quippe tormentum sæuum, & longum, & insuper probrissimum oppositum voluptati, & honori mundano, ad quæ duo extinguenda venerat Christus diruens has veluti columnas, in quibus tota malorum nitebatur domus, non secus ac alter Samson. Iud. 6. 29. 30. vt benè ponderat Lorinus.

Lorinus. Iud. 6. 29. 30.

Interrogemus. Probemus, exerceamus, quæramus, legibus interrogate: sic Lorinus, aut torqueamus illum, vti Castro.

Idem. Castro.

Reuerentiam eius. Id est, mansuetudinem, æquitatem, tranquillitatem; mansuetudinem, quia etiam læsus verebatur vindicare se ipsum, virtus, quæ, vt benè adnotat Castro, mirè facit hominem reuerendum, & omnibus amabilem.

2. *Virtus hominem facit reuerendum.*

Et probemus patientiam. Alij iudicemus patientiam, id est, malorum tolerantiam, & perpessionem.

HOMILIA XLII.

Patientia ac sustinentia veram probat virtutem, hominemque Deo similem constituit.

COntumelia, *& tormento*, inquiunt, *interrogemus eum*, ad probandam iusti virtutem. Cur, quæso, hoc? nisi quia nullo alio credunt signo aliquem iustum melius dignosci posse, quàm mansuetudine, patientiaque, in tormentis, iniuriisque tolerandis,

tolerandis; supra enim contrà sensum probauimus malorum, signum filiationis Diuinæ perseuerantiam esse in tribulatione; nunc probandum, eiusdem filiationis signum, veræque virtutis, patientiam esse in tribulatione: *Patientia*, inquit Sanctus Iacobus 1. num. 4. *opus perfectum habet*; cæteræ enim virtutes habent quidem opus, sed, vt sic dicam, inceptum, ac proinde imperfectum: at patientia nonnisi perfectum, & vndequaque absolutum; relucet enim in ea charitas, quatenus omnia suffert, & spem infractam habet, fidemque firmam; vnde virtutis opus, quod ab aliis initium sumit, & incrementum, à patientia, & probatione perfectionem accipit, & complementum. Hinc Patres illi antiqui perfectionis magistri, vt Sanctus refert Dorotheus Abbas, doctrina 14. patientiam angulum dixerunt domus spiritualis, omniumque virtutum complementum. *Ante omnia autem*, ait, *ex illorum sententia procuranda est patientia, & longanimitas, hæ enim anguli domus sunt, quibus ædificium ipsum construitur, & parietibus paries annectitur, & copulatur, ita vt rescindi, aut decidere, diuellique alter ab altero nunquam queat, absque his etiam nemo potest, ne vnam quidem in se virtutem perficere.* hinc nec perfectionem adipisci, cuius vltima manus patientia.

Iacob. 1. 4

1. Patientia cur opus perfectum habeat.

2. Est virtutũ angulus. *Doroth.*

Huius equidem rei ratio est, quia, vt inquit Apostolus ad Roman. 8. num. 30. *Quos Deus ad gloriam elegit, hos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui.* Hoc est, vt inquit Cyrillus, & Origen. apud Occumen. quos Deus præsciuit, sibi amicos, & dilectos per gratiam suam futuros, hos etiam prædestinauit, vt paterentur, & fierent conformes filio suo in patientia, vtpote qui pro nobis tot labores, ærumnasque sustinuit. Ergo conformitas Christi imagini secundùm Apostolum, est cum eius patientia conformitas: cùm, si bene attendamus, imago Christi in præsenti vita, nulla alia extitit nisi dolorum, afflictionumque, ac totius patientiæ speculum, cuius imaginis perfectio, vt sic dicam, tunc consummata fuit, quando à terra exaltatus, omnis patientiæ, ac consummatissimæ sustinentiæ fuit exemplar. Hinc fit, vt qui tali sunt imagini conformes, sint perfecti, & quo conformiores, eo perfectiores. & sic patientissimi sunt perfectissimi, & regula perfectionis sustinentia dici potest tribulationum, quia eo quo quis est patientior, eo Christo similior, imaginique ipsius, in qua assimilatione totalis perfectionis consistit complementum.

Ad Ro. 8. 30. *Cyrill.* *Origen.*

3. Sanctorum omnis perfectio in conformitate Christi imagini consistit.

4. Christi imago in hac vita qualis extitit, & in quo.

Hinc equidem fit, vt adeo apud Dei seruos laborum excrescat sitis: nam cùm ipsi tantopere conformes fieri desiderent Christo Domino nostro, eotam scientes perfectionem in huiusmodi conformatione existere, perspicientesque nullam aliam virtutem hoc sic præstare, quantum patientia, afflictionumque sustinentia, ex ardore imitationis commoti, & vt sic dicam, propemodum combusti, ardenter, & inhianter, tribulationes, crucesque ambiunt, & tunc se exsaturatos dicunt, quando tribulationibus repletos: sic Dauid Psalm. 106. num. 17. *Satiabor*, inquit, *cùm apparuerit gloria tua*, vbi alij legunt: *Satiabor cùm afflictus fuero ad similitudinem tuam.* Quam similitudinem, hoc est, Christum in cruce pendentem considerantes, ex amore ipsius succensi, & propemodum toti colliquefacti, intus, & foris transformantur in eandem similitudinem, iuxta illud Apostoli. 1. ad

5. Laborum sitis in Dei seruis, vnde.

Ps. 106. 17

6. Sanctorum transformatio vnde, & qualis.

A Corinth. 18. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* Quid enim aliud est gloria Domini, nisi Christus Dominus? vt ait Agellius in Psal. 16. 15. & quando propriissimè fuit Christus gloria Domini, nisi quando in cruce pendens opus perficiens redemptionis, omne in ea Dei consummauit consilium? Quod eleganter expendit Chrysostomus homil. 11. in Ioan. tom. 3. super illa verba, *Et vidimus gloriam eius*, vbi non solùm, inquit, quòd miracula Christi fuerunt gloria, sed eius tormenta, passiones, & ipsa crux: *Neque miraculorum gratia Christum dumtaxat admiramur*, ait, *sed etiam passiones, vt cùm affixus est cruci, flagellis, & alapis cæsus, & insputus ab ijs, de quibus tàm bene meB rebatur, siquidem in his ipsis, quæ probri, & ignominia plena esse videbantur, ipsum rursus Verbum clarissimum apparuit, hoc Ioannes gloriam appellauit.* Cuius rationem reddens Sanctus prosequitur: *Non enim charitatis solum, & amoris fuit, sed immensæ etiam virtutis, tunc enim mors abolita est, maledictum periit, dæmones confusi sunt & de his triumphatum est, & chirographum cruci affixum.* Vnde egregiè Oecumenius ad illud Pauli ad Hebr. 2. *Videmus Iesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum*, affirmat non tam Deum gloriosum fuisse cælum terramque creare, quantum pro hominum salute cruci affigi. *Gloriam & honorem*, ait, *vocat crucem, neque tantùm dignum erat, tamque gloriosum fecisse cælum, & terram, ac hominem, supernasque virtutes, sicut quòd propter nos dignatus est crucifigi.* Hinc Christus, etsi semper gloria est Dei, tamen propriissimè in passione, *cumque transibit gloria mea.* Exod. 33. num. 22. dixit Dominus ad Moysen, *hoc est Christus*, vt inquit Glossa, & cum ea sancti omnes: at C non Christus quomodocumque, sed in cruce, & in tormentis, tunc gloriam suam dixit. Vnde notanda traditio quædam Hebræorum, quam affert Comestor, in historia scholastica in lib. Exod. cap. 75. quæ inquit Moysen tunc vidisse Christi posteriora, non quomodocumque, sed verberata, & plagas, liuoresque in eis, ac ligaturas quasdam, quibus humanum redemptutus erat genus, quas videns Moyses præ stupore, & extasi exclamauit dicens: *Domine Deus miserator, & misericors.* Gloria ergo Dei est Christus in cruce pendens, hanc ergo gloriam, inquit Apostolus, *reuelata facie speculantes*, hoc est absque ænigmatibus, & Scripturarum figuris, contemplantes, considerantesque attentè ardenterque, sic ardore imitationis eius accendimur, vt penè liquefacti desiderio, & amore eius imitationis, intus, forisque transformamur, in eandem amaD ti imaginem, crucifixi, & tribulati cum illo. Quod adeo verum est, vt sine tribulationibus aliquando viuant sancti, tristantur, & in illis positi exsatiantur, vt aiebat Dauid, & sic dum se vident ad similitudinem redactos Christi, nil aliud concupiscunt, quia mediis tribulationibus, & angustiis, patientiaque, & in eis sustinentia ad perfectum se aspiciunt eleuatos. Ex quo patet, quomodo sola patientia habet opus perfectum, & ipsa sola perfectos reddit sanctos, quia ipsa sola facit eos Christo similes, & vt vera eius sint exemplaria. *Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur*, inquit Apostolus ad Heb. 11. 17. *Et vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus; vnde & eum*

7. Gloria Dei Christus. *Agell.*

8. Præcipuè dum in cruce pendit. *Chrysost.*

Oecum.

Exo. 33. n. 22. *Gloss.*

Comest.

9. Moyses vidit posteriora Christi cum ligaturis.

10. Sancti sitiunt si fine tribulatione viuant & cur.

Ad Heb. 11. 17.

S

in parabolam accepit, hoc est, *in figuram Christi*, A
11. Isaac quãdo a patre acceptus in Christi parabolam. *Chrysost. Vatabl. Theoph. Oecumen. Gen. 17. 19. 18. 18. 21. 13.*
vt vult Chrysostomus & Vatablus, hoc est *in exemplam*, vt Theophylactus, & Oecumenius, hoc est, *in typam mortis Christi*, vt alij, vel *in exemplam, & prodigiam omniam sæculorum*, vt recentiores. In multis equidem anteà benè sanctus poterat Patriarcha in typum, ac Christi figuram filium sumere suum; vt quando ei dictum fuerat: *Constitaam pactam meum illi in fœdat aternam*. Gen. 17. num. 19. & alibi: *Benedicentar in illo omnes nationes terræ*. ibid. cap. 18. num. 18. *Et in Isaac vocabitur tibi semen*. 21. 13. at in nullo horum dicitur eum accepisse in parabolam, hoc est, in typum, ac Christi similitudinem, exemplum, & omnium prodigium sæculorum, nisi quando ad instar Christi summum illud dedit obedientiæ, patientiæque specimen: tunc Isaac ad viuum Christi expressit figuram, tunc omnibus fuit memorabile exemplum, tunc in illo quid virtutis, quid, inquam, diuinitatis similitudo fuerit omnes accepimus. *Nisi corpus*, inquit beat. Chrysostom. serm. 32. de patient. Iob. B
Chrysost.
12. Sancti quãdo ad Christi Dei possint similitudinem emicare, quandoue eorum resplendeat sanctitas.
tom. 7. *vulneribus perterebrasset, interiores rady non emicaissent, nisi in stercore constitisset, diuitias eius non noueramus*. Sic equidem, quid patientiæ, quid sustinentiæ, quid summæ perfectionis in Isaac extitisset, nisi ad instar Christi ligaturas, mortemque patienter subire vidissemus, omnino nesciremus, quia tunc vera Christi extitit parabola, verum Christi exemplar, quando totus in patientia consumatus, perfectusque, & ideo ipse posteà vndequaque perfectus, eo quòd vndequaque ad similitudinem Christi patiens, quia, vt inquit Gregor. lib. 2. Moral. cap. 13. exponens illa verba Eliphaz,
Greg.
13. Perfectio patientiæ filia.
Vbi est timor tuus, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Perfectio de patientia nascitur, ideo statim post patientiam, viarum perfectio subinfertur. Vide Tertulli. lib. de patientia, & Chrysostomum vbi supra. Quod cùm ita sit, non equidem mirandum si patientes Dei possident regnum, & patientiæ virtuti debetur corona illa gloriæ. C
14. Gloria patientiæ debetur. *Ambros. Basil.*
Nam, vt inquit Ambrosius in Psal. 43. *Illa vera terra promissionis non in gladio possidetur, neque brachio capitur, sed patientia possidetur, & acquiritur*. Et Basilius in Psalm. 33. optimè hoc explicat, dum ait: *Cælestis illa Hierusalem non est bellatorum spolium, sed longanimiter, & mansuetè omnia tolerantiam sperata hæreditas*. Pulchrè, bellum enim, quo cælestis illa Hierusalem acquiritur, &
15. Bellũ quo gloria adipiscitur quale. *Philo.*
quo eius debellantur hostes, non consistit in inferendo, sed in tolerando vim, nam dum hostis patienter toleratur, deprimitur, ac superatur. *Spectaui aliquando certantes*, inquit Philo lib. 4. Quod omnis probus sit liber, *alterum obtundentem pugnis, totis viribus contendentem ad victoriam, tandem lassum, & incoronatum discedere: alteram tanquam saxeam, ferreamue nihil plagis cedere, solaque patientia superare aduersarium, & ad extremam adipisci victoriam. Huic similem bonum virum censeo, qui validè confirmatus, certo animi proposito efficit, vt aduersarius priùs animo dilassetur inferendo iniurias, quàm ipse quicquam agat præter animi sui sententiam*. Pulchrè dictum; tolerando namque deprimitur hostis, & patienter iniurias tolerando validius superatur; fortior contra nos erit, si resistimus, & oppugnamus, at si patienter molesta sustineamus, deficiet suomet furore oppressus, dum per tolerantiam fortiores euadimus. *Quandiu oues fuerimus, vincimus*, D
16. Victoria inimici Christiano viro vt adipiscenda.
A inquit Chrysostomus homil. 34. in Matth. *etiam si mille circumstent lupi, superamus, & victores sumus, quod si lupi fuerimus, vincimur*. Ad victoriam ergo sustinentia opus est, qua ad cælestem Hierusalem appropinquantes conciues eius efficimur, qui nobis tale regnum per patientiam acquisiuit, iuxta illud Apocal. 5. num. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum*. vbi Græcanica Scholia, scilicet *per tolerantiam afflictionum*. Sic etiam Iacob Angelum superauit perferendo; tunc enim quasi victus, à Iacob petiit vt eum dimitteret, quando *tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit*, Gen. 32. 25. Mirum sanè, claudum cùm effecisset Iacobum tunc validior videbatur Angelus: at non sic, tunc enim fortior Iacob, quando tolerantior; nam in Dei schola sufferendo vincitur, & tolerando superatur: sustulit patienter Iacob fæmoris emarcitionem; sufferendo vicit Angelum, immo & Deum in Angelo, vnde meritò posteà ei dictum est: *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?* Vt semel intelligamu[s] sola patientia nos victuros, non solùm terrena, se[d] cælestia, & nullum aliud aptius esse medium a[d] homines deprimendos, vincendosque, quàm p[a]tientiam, & tolerantiam, per quam cognoscitu[r] & probatur quis verè sit vir. vnde Salomon, ai[t] Prou. 19. num. 11. *Doctrina viri per patientiam noscitur*, id est, vt inquit Gregorius homil. 35. in Euangelia; *per patientiam homo cognoscitur, quòd doctus sit, ac prudens*. & cap. 14. num. 29. idem Salomon ait: *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam*. Quem locum notans Chrysostomus homil. 33. in primã ad Corinth. affirmat ideo illud dici *quia patientia vniuersæ philosophiæ radix est*: vnde benè Oecumenius affirmat probationem, & tolerantiam in afflictionibus non esse opus quorumuis hominum, *sed eorum qui secundum Deum sunt sapientes*. Quapropter licet aliquis sit, & dici possit virtutis vir, si tamen patientia illi deest, nec virtutis dicetur, neque perfectus, immo nec iustus; quod benè scientes isti in fornace patientiæ iustum probare volunt, dicentes: *Contumelia* &c.
Chrysost.
17. Christus per patientiam fecit nos Deo regnum. *Apoc. 5. 10.*

Num. 20. *Morte turpissima condemnemus eum, erit enim respectus ex sermonibus illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.
1. Crucis mors ignominiosa, & dolorosa. *Gretser.*
EN quousque peruenit odium istorum contra iustum, vsque ad mortem, & insuper turpissimam, Crucis nempè, vt mox dicemus.

Morte turpissima &c. hoc est, Crucis. Quàm turpis, ignominiosa, & simul dolorosa fuerit Crucis mors, vide Gretserum 1. de Cruce cap. 38. Ignominiosa enim erat, tùm quia tali supplicio solùm viles plectebantur, tùm ob modum, nudi enim appendebantur, qua de causa prius flagellabantur, vt ait Coster. Matth. 24. de Passione Domini, ne talis nuditas aspicientes ad aliquam fœditatem traheret, & sic turpissima; vnde odiosa Romanis, in tantùm, vt nullo alio potissimo medio cohibuerint homines à vesana illa
2. Cur crucifixi prius flagellabantur. *Coster.*
3. Crucis mors quãtum Romanis odiosa.

rabie se occidendi, quam lata lege suspendi eorum cadauera in cruce post mortem, ad ignominiam, qui etiam ad significandum ignominiosa morte esse dignum eum, qui pro patria non vigilabat, quotannis canem cruci affixum Capitolio deferebant, vt inquit Plutarchus de foro Romano.

4. Canem cur quotãnis crucifigebant Romani. *Plut.*

Erat etiam crucis mors dolorosissima, quatenus pendens ex ea homo, totus propemodum erat in tormentis, itavt nulla eius corporis pars extabat quæ suum particulare non pateretur incommodum, manus & pedes clauis, brachia, craraque ipsa corporis mole; caput tandem, dum nullum reperiebat fulcimentum, sicque totus erat in pœnis.

5. Christus plures passus est dolores quàm omnes homines simul passi sunt & pati possunt.

Hinc elicere liquet, vt hoc obiter hîc addam, quanti, quamue graues dolores fuerint Christi, quos si semel cum internis animi doloribus de hominum peccatis, deque Patris offensa, quos sustinebat, coniungamus, perspiciemus tales illos fuisse, vt plures passus sit Dominus noster in cruce dolores, quàm simul iunctim præteriti, præsentes, ac futuri homines vsque ad diem iudicij simul, de potentia ordinaria pati possunt.

6. Peccata omnium hominum præsentiora Christo, quàm ipsismet hominibus.

Ratio huius dicti est, quia Christus Dominus noster doluit de peccatis omnium hominum, simul sumptis, ac perfectissimè consideratis, non solùm generaliter, sed etiam singulariter, quia cùm pro omnibus, & singulis satisfacere debuisset, pro omnibus, & singulis doluit, satisfactionem Deo Patri offerens. vnde præsentiora fuerunt Christo peccata cuiuslibet, ac cuilibet particulari: ex quo fit, vt simul habuerit dolorem, ac tristitiam peccatorum omnium hominum, qui ab initio mundi de peccatis doluerunt, & simul eorum, qui vsque ad mundi finem de eis dolituri sunt, & insuper eorum qui culpa sua numquam de peccatis doluerunt. Quod autem hæc tristitia in Christo fuerit maior, intensior, ac durior, quàm in omnibus simul iunctim hominibus, euidentissimè patet.

7. Tristitia Christi de peccatis hominum quàm ingens.

Nam, vt inquit Sanctus Doctor 3. parte quæ. 46. art. 6. ad quartum, dolor Christi de peccatis singulorum maior fuit, quàm cuiuslibet contriti, quod patet, tùm ex parte obiecti formalis. tùm materialis: ex parte enim materialis, quia nullus homo sic præsentia habuit omnia peccata sua, itavt sic omnium recordaretur, vt vno ictu omnia inspiciat, & præsertim venialia, vti Christus, qui non solùm cuiuslibet peccata vnico inspexit intuitu, sed etiam, & leuissimas quaspiam, minutasque imperfectiones: ex parte verò obiecti formalis hoc etiam magis patet, quia nullus sic Dei offensionem cognouit, nullus sic ingratitudinem, malitiamque, quæ in peccato existit.

S. Thom. 3.p.q. 46. art. 6.

8. Rationes & motiua efficacissima ad probandum Christum supra omnes doluisse homines peccata.

Quod etiam amplius patebit, si hunc cõsiderare velimus dolorem, aut ex parte cognitionis, aut ex parte principij huius doloris, aut ex parte gratiæ: si ex parte cognitionis, certum est nullũ tam clarè, ac tanta animi intensione omnia, quæ ad peccatum detestandum mouere possunt, sic considerasse ac Christum: si vero ex parte principij, quod est charitas, nullus sic Deum amauit, sic Deum coluit, sic Dei ius illæsum desiderauit: si autem ex parte gratiæ, certum est nullum tantam habuisse gratiam ad peccatum detestandum, vti Christus Dominus noster.

Ad quæ, si addas amorem, quem Christus erga homines habebat, amplius vim huius pa- A tebit doloris, cùm certum sit Christum intensius, efficaciusque quemlibet amare hominem, quàm quilibet seipsum, cùm amor Christi erga homines, sit amor Creatoris erga creaturam, qui intensissimus est. Vnde mihi summopere placet illud quod ait Suar. ad tertiam partem q. 46. articulo sexto disput. 33. sect. 2. hunc scilicet dolorem de peccatis hominum fuisse in Christo vehementiorem, & intensiorem, quàm omnes alij dolores de quibuscumque aliis rebus, vel obiectis, qui in hominibus, vel Angelis sunt, vel secundùm ordinariam potentiam esse possunt. Cuius ratio optima est, nam Christus dolebat de peccatis hominum secundùm totam intensionem gratiæ suæ, & charitatis, quæ intensio erat maior in Christo, quàm in quolibet homine, vel Angelo, ex quo fit, quòd numquam homo, vel Angelus actum aliquem sic intensè operari potest, ac Christus, quia cùm hunc actum à potentia B eorum eliciatur naturali, nulla sic efficacior, ac potentia Christi.

Suar.

Ex his ergo patet, in infinitum Christi dolorem de peccatis cuiuslibet, excedere dolorem, quem quilibet de suis habet: at cùm Christus de omnibus simul omnium peccatis doluit, singulariter, vti diximus, & non tantùm generaliter, fit necessariò, vt sic dolor internus Christi acceptus maior fuerit, quàm omnes hominum simul interni dolores, quibus si externos addas, clarè deduces, in Cruce dolores Domini nostri internos, & externos simul acceptos, fuisse maiores, quàm dolores, quos iunctim omnes homines de potentia Dei ordinaria passi sunt, aut pati possunt, quod equidem mirum, & admirandum, etsi verissimum.

Hinc elicere quis potest quantùm Christus C Dominus noster pro nobis sit passus, & simul, quàm vero dixerit sensu, quantaque ratione, talem dolorem, nisi aliàs à sua impediretur diuinitate, sufficientem extare ad illum occidendum. Vnde dixit Matth. decimosexto numero trigesimooctauo, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, qui in horto, dum illum occidere non potuit, elicuit sanguinem; plorans toto corpore, dum oculi tantùm reperiebantur impares, vt egregiè adnotauit Bernardus serm. de 5. diebus processi. defect. vbi sic ait: *Factus Dominus in agonia orabat, vbi quidem non solùm oculis, sed quasi membris omnibus videtur fleuisse, vt totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius lacrymis corporis purgaretur.* Pulchra ratio, totum corpus Ecclesiæ abluere debebat, quæ tota polluta, singula eius membra singularem obtingebant turpitudinem. Voluit ergo non solùm oculis, sed toto plorare corpore, vt ad singulas discretasque, vt sic dicam, singulorum turpitudines, singula- D ris membrorum, particularisque dolor, singulares particularesque corresponderent lacrymæ, & non equidem aqueæ, sed sanguineæ, qui dolor in cruce posteà non solum diminutus, sed nouis accedentibus doloribus auctus credendus est: vnde verè in Christo crucis mors non solùm extitit turpissima, sed dolorosissima.

Mat. 16. 38.

9. Christus in horto cur sanguinem emisit. *Bernard.*

10. Toto corpore plorauit & cur.

Erit enim respectus &c. Multi multipliciter hoc intelligunt, Iansenius, quòd sensus est: *dum affligetur à nobis, considerabimus, & inspiciemus ex verbis ipsius, qualis sit.* Vatabl. & Sa. *Ratio eius iuxta sermones illius habebitur*, hoc est

Iansen. Vatabl. Sa.

mus Deum ideo amare iustum, quia operibus contrarius est malorum, & signum iustitiæ alicuius contrarietatem esse, & factis auersionem à malorum.

§. III.

Tertia nota, libera increpatio.

TErtia nota est libera increpatio, & in peccatoris faciem obsistentia, nullo ad eius personam habito respectu, quando sic prudens exigit occasio, siue priuata sit, siue Principis. Hoc grauiter notarunt isti, & de persona senserunt iusti, dum de eo conquerentes dicunt, *Improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, & factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.* Sed si hoc eis displicet, Deo valde placet, & in hoc iustus quis cernitur, quando silere non potest, nec patienter mala tolerare peccatorum; *Obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando prodesse quibus possumus, festinemus*, inquit sanctus Gregorius lib. 7. ep. 13.

Gregor.

Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros excuciat, desides hortatu succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur: quia, vt inquit idem sanctus in 32. Iob. lib. 23. capite octauo, *Inflammata corda iustorum, cum non correpta crescere conspiciunt acta malorum, eorumque culpæ se participes credunt, quod in iniquitate crescere silendo permittunt.* Vnde licet emendare, iniquorumque facta corrigere non possint, neque valeant, & hoc benè ipsi sciant, ex zelo tamen, ardoreque charitatis non possunt non clamare aduersus ea, licet famæ, vitæque periculum adsit, & immineat, quia ardens intus zelus ex increpatione consolationem recipit, quam non potest ex emendatione; sic sanctus Hieremias, sic sanctus Helias, sic Sanctus Ioannes, quod egregiè inquit idem sanctus vbi supra, dum ait: *Charitatis zelus consolatione admirabili augendo se temperat, quando contra iniquorum opera, per vocem correptionis emanat, vt & quæ corrigere non valet, increpare non desinat, ac se participem delinquentium ex consensu taciturnitatis addicat.*

18. Iusti quomodo contra malum inuehere debeãt quãtaque obligatione.

19. Consolantur ex increpatione, etsi non adsit emendatio.

C

20. Correctio prædicatoris ex charitate oriri debet, non ex elatione alioque fine.

Sed aduertendum, vt ex radice talis procedat zelus charitatis, non verò ex elationis appetitu: nam vt benè idem sanctus, *Plerumque mentem ad loquendi impetum vana gloria anxietas nequaquam se intra silentium capiens, quasi Zelus charitatis inflammat, atque appetita ostensionis vis ad effrenationem locutionis impellit, & quasi sub studio consulendi libido erumpit apparendi.* Iustus autem non sic, non enim appetitu laudis foras erumpit, sed ardore charitatis intus inflammatus, quem ferre non sustinens in vocem increpationis erumpit, nullam personam hominis respiciens, quia solum Deum intendens, hominem non aspicit, non dissimulans peccata, neque peccatorem iustum dicens.

Iob. 32. 20.

Loquar, inquit Eliu *ad Iob*, 32. nu. 20. *& respirabo paululum, & aperiam labia mea, & respondebo*, licet enim iste superbus sit, regulas tamen nobis tradet loquendi, non multoties inflati quoque, dum arrogantiæ impetu aliqua facere coguntur,

21. Mali aliquando regulas perfectionis bonis ostẽdunt in ipsomet suo quod peragunt malo opere.

A

ita perfectionis regulas obseruant, vt perfectioribus ad imitandum eos relinquant exempla, vnde sicut eorum intentionem omnino refugere oportet, sic eorum præcepta assumere debemus. Eliu autem iste superbus erat, & arrogans, contra sanctissimum Iob insurgere intendens, antequam eum increpet, & reprehendat, quomodo sit locuturus primò aperit dicens: *Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo.* Quem locum Septuaginta vberiori paraphrasi sic illustrant. *Hominem non verebor, sed neque contra mortalem confundar, non enim homini admirari faciam.* Loquar, inquit iste, ô Iob, & sic loquar, vt veritatem dicam nulla personarum acceptione interposita, non respiciens ad dignitatem, aut ad officium, canos non reuerebor, dummodo veritatem, quam profiteor, tuear.

22. Prædicator quomodo increpare debeat.

B

Sed quàm benè subiunxit post excusationem libertatis, & quod non esset accepturus hominis personam, verba illa, *Deum homini non æquabo.* Quid enim est Deum homini æquare? nisi Deum homini assimilare, & ita hominem tractare ac si esset Deus, in quo nulla capit, nec capere potest iniquitas, vnde benè aliæ translationes habent pro *Deum homini non æquabo, non mutato nomine loquar*, vt Vatablus, vel, *hominem non cognominabo*, vt Pagninus. Quid aliud est enim hominem cognominare, quàm homini tacito proprio nomine nomen aliquod imponere honorificum, & præclarum? Vnde tantum est dicere Eliu Iob, *hominem non cognominabo*, quantum, propriis te nominibus appellabo, non fictitiis; si iustus eris, iustum, si peccator, peccatorem, & ne expectes à me cognomen aliud, quàm proprium tuum erit nomen, non enim te Deum faciam, cùm sis homo. Sic certè iusti in increpationibus ex zelo procedunt iustitiæ, vt iniustus iste ex zelo arrogantiæ, ita in vitia inuehunt, vt nullam respicientes hominis personam, cognomen non imponant, non enim adulantur, nec crudelitatem, iustitiam dicunt, nec tenacitatem, prudentiam, nec effusionem, liberalitatem, vt faciunt mali, quorum proprium est nomina virtutum vitiis imponere, vt ait Chrysostomus libro tertio, contra vituperat. vitæ monasticæ. *Homines perditi & vitia, & virtutes*, inquit, *contrariis nominibus vocant, quippe Circensibus ludis, & reliquis spectaculis interesse iugiter, vrbanitatem, & facetias vocant; diuitiis affluere liberalitatem, gloriam amare, magnanimitatem, arrogantiam, confidentiam, prodigalitatem, clementiam, iniustitiam, fortitudinem: virtutes quoque vitiorum nominibus nominant, nam pudicitiam, rusticitatem vocant, modestiam, formidinem, iustitiam, imbecillitatem, contemptumque fastus, & gloriæ, seruilis esse animi æstimantes, & eandem malorum tolerantiam ignauiam, & infirmitatem.* Quod etiam elegantibus verbis prosequutus est Basilius homilia decima quinta ex variis, in psalmum primum in verba illa: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Multi sunt*, inquit, *qui pro bonis prauas comprobant actiones, & vitia, virtutibus vicinis honestate contendunt, nam scurrilia loquentem, vt bonum, ac lepidũ, turpiloquum verò politicum, amarulentum, & iracundum, neutiquam contemnendum prædicãt: paruum verò ac minimè liberalem, vt sobrium dis-*

23. Quis hominem Deo æquat.

24. Quid sit hominem cognominare.

25. Mali nomina virtutum vitiis imponunt.

Chrysost.

D

Basil.

pensatorem commendant, prodigum quoque, vt liberalem, libidinosum verò, & lasciuum, & voluptuarium animi solutioris virum, vtque semel dicam, vitium omne palliant adumbrata nomenclatura è vicino subiecta virtutis, vnde reos æternæ damnationis ob ea, quæ approbant, sese constituunt. Tremenda hæc postrema Sancti verba, ob hoc Sancti non sic, proprijs enim nominibus vitia nominant, cognomen non imponunt peccatoribus, sed liberè loquentes improperant peccata, quæ contra legem Dei fiunt, & liberè diffamant mala, quæ peruersi quique agunt absque vllo timore, fictitioque colore, & licet ex hoc multum malis displiceant, satis tamen Deo placent, vnde iusti meritò reputari possunt & dici.

§. IV.

Quarta nota, dissimilitudo cum malis.

QVarta nota iusti est totalis cum vita malorum dissimilitudo, ita vt in nullo conuenientes, totaliter dissiti in actionibus sint, ita vt quod vni placeat, alteri displiceat, & quod vnus tenet, alter relinquat: & sicut hoc est malis grauissima causa odij, vnde & dicunt, *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius*: sic Deo est potissima causa amoris, & ideo iustus, quia cum iniustis nil habet commune, quomodo enim commune cum iniustis aliquid iustus habere potest? cùm vita illius tota sit spiritualis, illius autem carnalis. *Vir perfectus*, inquit Hieronymus, lib. 3. in cap. 1. ad Galat. *semper viuit in spiritu, spiritui obedit, nunquam viuit in carne, & è contra qui se totum carni dederit, & passionibus deputauerit, nunquam viuit in spiritu.* Quantum autem contraria sint opera carnis, & spiritus, lege Apostolum ad Galat. quinto. Ergo cùm iustus ad hoc, vt iustus sit debeat necessario esse Christi, *& qui Christi sunt*, inquit Apostolus, *carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis*, mali autem nec sunt Christi, neque eorum carnem crucifigunt, quomodo opera, actionesque malorum in iustis inueniri, aut accommodari unquam poterūt? etsi accōmodantur, dic tales iustos nō esse, honores malis placent, iustis displicent, mundiales illos concupiscunt, seruus Dei odit, delectationibus mali huius vitæ oblectantur, conuersationibus vanis tenentur, & solatium in his, quæ in inferioribus sunt ponunt: è contra iusti, conuersatio illorum in cœlis est, solatium libri sancti, delectationes diuinæ, quomodo ergo iustus erit, in quo hæc non inueniuntur? Aut quomodo iustum dicemus illum, quem continuo videmus non impellente charitate inter peccatores degentem, ad modum illorum, licet mutato habitu, vestituque viuere? quid habet commune Dei seruus cum sæcularium vita, aut ad quid isti in Principū palatiis, dicūt vt benè faciant, vt animam lucrentur. O deceptio carnalis! sensualitatem suam pallio cooperiunt charitatis, & liberare à peccatis animas prætendunt, non eo, quo vtebantur sancti, sed quo ipsorum suadet sensualitas medio, *Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium Pharaonis*, inclamat Apostolus ad Hebræos capite vndecimo, numero vigesimo quarto; mirum, si ad quæ ipsum electurus erat Deus cōsideres. Nonne conducibilius ad rem fuisset in domo versari Regia? vt scilicet opitulari, & suæ nationis populis opportunius auxilium præbere posset. Nonne melius non negare se esse filium Pharaonis filiæ? quia sic populi sui libertatem commodius procurare potuisset. Melius equidem prudentia diceret carnis, etsi nunc viueret sanctus legislator sic illi spirituales suaderent hodierni, qui vnà simul includere Christi legem, mundique gestiunt, & ita Deo obtemperare, vt in nullo fiat mundi, & quæ mundi sunt iactura: sed decipiuntur, simulque alios decipiunt, quia, sicut Dominus ait: *duobus dominis seruire non possumus: & duobus dominis seruire conatur*, inquit Augustinus libro secundo de sermone Domini in monte tom. quarto, *qui & regnum Dei pro magno bono appetit, & hæc omnia temporalia*. Ob hoc ergo decipiuntur, & etiam, quia fidem, sicut sanctus Moyses non habent, ideo illa consulunt, at quia Moyses erat fidelis, vt inquit Apostolus, ideo negauit se esse filium Pharaonis filiæ, & è Palatio Regis illicò discessit, opus Dei æstimans consummandum, non humana, sed prouidentia diuina, ac per hoc verus erat Dei seruus, quia in nullo cum malis conueniebat, & dissimilis illis vita erat illius.

Acutè equidem adnotat Origen. in illo Pauli ad Rom. duodecimo, scilicet, *nolite conformari huic sæculo* Causam odij malorum in bonos esse totalem dissimilitudinem vitæ illorum, cum vita eorū. *In his verbis*, inquit li. 9. in ep. ad Rom. tom. 3. *ostendit Paulus esse quandā formam huius sæculi, & sæculi futuri aliam, & si qui sunt qui amant præsens sæculum, & ea quæ sunt in hoc mundo, secundùm formam præsentis sæculi aptantur, qui verò non respiciunt ea quæ videntur, sed æterna, transformantur, & renouantur ad futuri sæculi formam, & inde fit, vt non cognoscat eos hic mundus, sed odio habeat.* Habet odio, quia aliam formam habentes impossibile vt simul consistant, contrarij sunt in omnibus, in lege, in moribus, in vita, in vestitu, & tandem in virtutibus, immo sufficit quòd aliquis bonus sit, vt hæc sola sit potissima causa, vt cum odio habeant mali: quod pulchrè dixit Philo in libro, quod deter. potior insidiatur, super illa Iacobi Genes. trigesimo primo, numero quinto ad vxores suas verba, scilicet, *Video faciem Patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudius tertius, Deus autem patris mei fuit mecū*; vbi sic, *Aliquis Iacob dicere potest, si tu cum Deo ambulas, & Deus ob virtutes, & animi præstantiam tecum est, quid mirum? si malè affectum ipsum erga te senties, cùm iniquus, & fraudulētus idololatra sit, proprium namque iniquorū est bonos immerito semper odisse.* Adnota illud, *immerito*, odio habent, non aliunde, nisi quia iusti, in tantum, vt nil melius illis putant accidere, quàm si domi iustum tenentes, ille quacumque ex causa è domo eorum discedat, hoc enim lætanter sustinent, libentique prosequuntur animo.

Hoc notandum, & admirandum in illis Labani verbis ad Iacob, quando ad eum peruenit, *Cur ignorante me fugere voluisti?* ait illi, *nec indicare mihi, vt prosequerer tecum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis,*

Margin notes:

Ad Heb. 11. 24.

29. Moyses quia fidelis ad liberandum populum prudētia non vsus humana.

30. Qui mundo & Deo simul seruire intendunt.

August.

31. Dei opus non prudētia perficiēdum humana, sed diuina.

26. Iustus totus spiritualis, malus totus carnalis.

Hierony.

Origen.

32. Mūdus seruos Dei odit, quia aliam habēt formam quàm ipse.

Ad Gal. 5.

33. Sola iustitia causa odij in malis.

Philo.

34. Labanus odio prosequebatur Iacob quia Deus cum eo.

27. Dei seruus quam impropriè in Regū Principumque palatiis.

35. Mali sic iustū abhorrent, vt etsi eis proficuus, tamē à se eliminare eum desiderant.

28. Vana eorū excusatio obtruditur.

Gen. 31. n. 27.

Genesis capite trigesimo primo, numero vigesimo A septimo, O certè res admirabilis! quomodo iste talia dicere audeat? homo auarus, auri, rerumque cupidissimus; Iacobus in domo existens eius ditauerat eum, fœlicem eum fecerat, confessus insuper ipsemet, quod Dominus eum benedixerat propter illum, strenuitatem, diligentiam, & fidelitatem eius, simul ac felicitatem in grege pascendo apprimè cognoscebat, & tamen, hoc non obstante, ait, quod si sibi profectionem indicasset, cum canticis, tympanis, & cytharis eum prosequutus fuisset, & siuisset eum abire, nulla interposita mora, nulla precum vi: cur quæso, hoc? & vnde tanta cæcitas, ne dicam dementia? nisi ex iustitia Iacob, ex iniquitate Labani, Iacob iustus, Laban iniquus: dissimilitudo ergo vitæ in causa fuit, vt nequaquam in domo vna habitare simul possent, B vnde lætanter, ac gaudenter, cum gaudio, canticis, tympanis, & cytharis eum dimisisset, etiamsi inde infinita ex profectione Iacobi euentura ei incommoda essent, quia nullum maius malis incommodum, quàm cohabitatio, bonorumque aspectus ob vitæ dissimilitudinem. Vnde pulchrè Ambrosius in caput octauum Exod. tom. primo hæc ipsa Labani verba expendens, ideo affirmat, furtum Iacob è domo eius exiisse, ne canticis, tympanis, & cytharis eum prosequeretur Labanus, cùm sic diuersè ab illo in omnibus sentiret, vt quæ ille cantica, ipse mæstitias, quæ tympana, ipse ploratus, quæ cythara, ipse planctus æstimabat in omnibus ei contraria sentiens. *In quo*, scilicet in quibus Labani verbis, *prodidit*, inquit Sanctus, *quid iustus fugeret, ne eum prosequeretur, quomodo enim me dimisisses? an cum lætitia tua, quæ plena est mæstitudinis? cum typanis scilicet,* C *& organis immodulata modulantibus, & sonis tibiarum suauibus insuauia resultantibus, sonis dissonis, crepitibus discrepantibus, vocibus mutis, cymbalis animam ferientibus, his me delectari posse credidisti? his reuocari? hæc sunt quæ ego fugi, nec vereor verborum tuorum inuidiam, fugi, ne me talia sequerentur, ne quid de meis accipiens abirem.* Post quæ prosequutus Sanctus, grauissimè asserit talibus, qualibus Iacobo Labanus proferebat ad Christum non peruenniri, vnde ait: *Non enim talibus deductoribus ad Ecclesiam Christi peruenitur, ad quam tendebat Iacob, vt eò deduceret populorum copias, inueheret nationum diuitias, posteritatem infunderet, fugiens vmbras omnium rerum, præferens insensibilibus simulachris virtutum spirantem decorem, plausibilibus præponens seria.* D Nil melius. Hinc toto dissiti cælo, omninoque contrarij, fit vt nullum maius alicuius sit bonitatis signum, quàm persecutionem sustinere malorum. Quapropter benè Tertullianus in Apologet. capite quinto, asseruit, nullam maiorem laudem Christianis obtigisse, quàm persecutionem à Nerone sustinuisse. *Qui enim scit Neronem,* ait, *intelligere potest, non nisi aliquod grande bonum ab eo damnatum.* Vide de hac re Augustinum concione secunda in Psalmum trigesimum sextum, Lippomanum in catena ad caput secundum Exodi.

Ambros.

36. Iacob cur furtim è domo egressus Labani.

37. Oblectationibus mundanis ad Christum non peruenitur.

Tertull.

§. V.

Quinta nota, Principum contemptus.

QVinta nota iusti est Principum, præsentiumque totalis contemptus, & è contra seruorum Dei, futurorumque sublime precium, ita vt præsentia, & eorum qui ea possident pro nihilo ducat, potiusque affligi, morique cum iusto appetat, quàm iucundari, peccatoribusque conuiuere, hoc sentiunt mali de iustis, de hoc conqueruntur dicentes: *Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum.* Certè sicut nulla res tantæ efficacitatis est apud peccatores, ad eorum quoque animos conciliandos, & gratiam obtinendam quantum veneratio, æstimatio, & vt sic dicam, idolatratio rerum, personarumque eorum; sic è contra nulla tantum eorum excitat odium, quantum paruipensio, eorumque contemptus, vnde in nullo tantum Dei verus cognoscitur seruus, à falsoque distinguitur, quantum in eo quod nullum vult præter vnum adorare Deum super terram.

Verumenimuero, si rectè res æstimanda erit, in eo quòd aliquis peccator est, in eo statim ante seruorum Dei oculos vilescere debet, ac pro nihilo duci, licet magnus sit, & præpotens, *Ne timeas eos* inquit Dominus Ezechieli capite primo, numero sexto, *neque sermones eorum metuas.* Mirum, cùm sit ipse Ezechiel pauper, & solus, domus autem Israel magna, & in ea Principes multi: cur hoc? *quoniã increduli sunt, & subuersores.* Sequitur summa ratio, quia peccatores, quia idololatræ, quia mei inimici, & ideo licet magni, licet multi, licet Principes, nil timendi, omnino spernendi, quia, etsi magni, homines tamen ridiculi: quod egregiè dixit Chrysostomus homilia quarta in caput primum Ioan. tom. tertio, *Quid enim eo turpius*, inquit, *qui assiduè meretricios petit fornices? quid contumeliosio, quid maledico, quid inuido? visu dignius?* Etsi hoc non apparet, consuetudo in causa est. *Vnde ideo tales non irridemus, quia eos sic videre assueuimus*, inquit Sanctus, vnde & sequitur; *Sed quamobrem non tam hæc turpia, quàm nudum ambulare videatur, ex consuetudine, vnde nemo vnquam spõte sua nudus ambulare consueuit, illud autem omnes omni tempore, & sanè confidenter audent: quod si quispiam cum Angelis haberet consuetudinem, apud quos numquam tale quid committitur, certò tũc quoniam ridiculum sit, intelligeret.* Ob id magnus ille Eliseus ad Regem Israël, licet Rex & Princeps, intrepidè, & audacter respondit, pro nihilo eum ducens. *Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat, Regem Iuda, erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem*, 4. Reg. 3. nu. 14. adnota illud, *non attendissem, nec respexissem.* summam quippe denotat despicientiam, etsi Rex, attamen quia idololatra, & malus, ideo vt talis pro nihilo à Propheta reputatus, & pro nihilo ductus.

Hæc etiam erat causa, cur Mardocheus ille tam parum Principem æstimabat Aman, ante quem cùm omnes genua curuarent, ipse solus immotus permanebat, quia cùm hic incircum-

38. Peccator etsi Princeps ante Dei seruorũ oculos vilescere debet.

Ezechiel. 1. 6.

39. Homo est ridiculus quantũuis magnus.

Chryso.

40. Cur hic nõ irridetur.

41. Eliseus cur Regem despexit Israëlem.

4. Reg. 3. 14.

42. Mardocheus despiciebat Aman quia peccator.

eisus, & peccator, pro nihilo ab ipso ducebatur, qui Iudæus timens Deum, hoc respondit sibi dicentibus, cur genu Aman non curuaret, iuxta Principis mandatum; respondit enim *se esse Iudæum*, ex quo iratus ille, & in magnam exurgens iram, furore excandescens, toto conatu se opposuit, vt eum, ac simul & totam eius perderet gentem, cuius peccatoris ira, ac furor tantum absuit, vt aliquid in pectore proficeret sancto, vt iam mortis pendens edictum in Susan, non solùm genu non flecteret, sed nec signum motus faceret de loco sessionis suæ, *Cumque vidisset*, nempe Aman, *Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde.* Esther 5. nn. 9.

Esth. 5. 9.

43. Mardoch. quam sanctè processit Aman non adorans contra sensum spiritualium hodiernorum, Deû, & mundum simul iungere autumantiû.

Sed & in hoc facto liceat adnotare, quod si in hoc tempus incidisset Mardochæus, nullus propemodum esset, qui ipsum non condemnaret. Qualis nunc prudentia contrarium non suaderet? qualis Theologus, spiritualisque nunc non diceret illum prorsus insanire? qualis nunc non diceret teneri sub peccato genuflectere Mardochæum? cum illicitum non esset Aman adorare adoratione licita, & honesta, illa nempe, quæ homini excellenti deferri potest. Quapropter attentè notanda sunt verba illa, quæ Dominus noster Diabolo dixit, expellens eum à se dum superbè ab illo adorationem exposceret. Matth. 4. num. 10. *Vade Sathana, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Vbi solitudinem seruitio tantùm opposuit, non adorationi; adorare enim Principes possumus in protestationem excellentiæ, quam supra nos habent, sed soli Deo seruire: nam, vt egregiè dixit Ambrosius, vbi suprà. *vero Dei seruo, duobus se Dominis mancipare non licet.* Hinc ideo Iacobum furtiuè à domo Labani fugisse asserit, quia, vt ait Sanctus, *multorum dominorum mancipio se subjicere non debuit, vt ab eo tanquam seruulus dimitteretur.* Hincque differentia patet inter adorationem, & seruitutem, nam adoratio propriè non dicit superioritatem dominij, sed tantùm excellentiæ; vnde & non dominos adorare possumus; seruitus autem propriè dicit dominij superioritatem, hinc fit, vt duos recognoscere dominos (intellige æqualiter) duobus seruire non possimus, hincque fit, quod cùm Aman à Mardochæo non seruitutem, sed tantùm adorationem exposceret, poterat eum adorare, quæ adoratio cùm esset iusta, & ex alia parte tantùm genti suæ damnum inferebat, quis non diceret malè illum agere, & peccare? nullus equidem hodiernus, nullus enim illud suaderet, quia tantùm prudentia præditi carnis, nil aliud nisi carnales sapiunt rationes: at qui seruus est Dei, adeo peccatores, eiusque inimicos parui facit, & vilipendit (intellige quando sic occasio exigit, ac requirit) du censu illos pro nihilo, vt licet periculum subeat, non ob hoc propositum mutet, sed in Deo suo confisus ab ipso tantùm remedium, solatiumque sperat, qui iusto suo iudicio eodem laqueo suspendit inimicum, quo eius amicum suspendere miser ipse putabat. *Potentes sæculi*, inquit Glossa hîc, *qui beneficiis diuina potestate collatis abutentes, quos consortes habent naturæ, dedignantur habere consortes gratiæ, & honorem, & reuerentiam, quam soli Deo debuerunt in se se transferre contendunt: eos autem qui consentire nolunt, odiis, & cruciatibus persequuntur, sed iusto Dei iudicio in insidiis suis capiuntur iniqui: vnde* Prou. 11. *dicitur: Iustus de angustia liberatur, & traditur impius pro eo.*

44. Dominus cur Diabolo dixit soli Deo seruiendum. *Matth. 4. 10.*

45. Adoratio etiam principibus exhiberi potest, at tamē soli Deo seruitutem præstandā. *Ambros.*

46. Adoratio quam dicit superioritatem.

47. Duos æquales dominos recognoscere non possumus.

48. Deus quomodo pro suis, qui pro eius honore stāt pugnat. *Glos.*

Sed si homines peccatores, licet magnos, iusti spernunt, multo magis ea, quæ illorum sunt, & quæ ipsi magnificiunt, quod etiam ipsi valde dolent, vnde est eorum querela dicentes: *Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris, tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum.* Quid enim aliud est nouissima iustorum præferre, quàm anteponere iusti vitam vitæ malorum, & labores, ærumnas, ac illius miseriam, delicijs, ac delectationibus istorum: vnde euenit, vt iustus quispiam, cùm nil eorum, quæ in mundo sunt, appetat, omnia, vti Diuus Paulus, *arbitretur vt stercora*. Magnum hoc virtutis, ac perfectionis eius signum, dummodo ex Dei amore proficiscatur contemptus: nam aliàs ad nihil prorsus, nisi ad demeritum valet, & pœnam. Paulus enim ista spernebat non alio fine, nisi ad cognoscendum, & ad amplius ipsum Deum, Dominumque nostrum Iesum Christum possidendum, propter quod non simpliciter dicit quòd omnia detrimenta æstimabat, & vt stercora, sed quòd sic æstimabat, vt cognosceret, ac Christum possideret, vt adnotat Diuus Thomas in cap. 3. ad Philippens. Propter quod dicit: *Existimo omnia detrimenta esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quam omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, id est, ad hoc vt adipiscar ipsum, & adiungar ei per charitatem.* Qui enim hoc fine, & ob hanc causam cætera reputat omnia, quæ videntur, vt stercora, quis audebit dicere, quòd Dei seruus non sit, & in sublime non conscendat, dum mundum ipsum calcat? *Calca mundum*, inquit Augustinus serm. 5. de tempore, *vt calcato eo gradum tibi facias, per quem in sublime conscendas.* Talis Dei seruus mundana calcat, quia omnia, vt stercora arbitratur, & sic in altum ascendens alta petit, & contemplatur: vnde non mirum, si ipsum mali odio habeant, dum calcando mundum eos iustus præmit.

49. Dei seruus mundana contemnēs ob Christum lucrādum, ea debet contēnere non alio fine.

50. Paulus quo fine omnia arbitrabatur vt stercora. *D. Thom.*

August.

Sed è contrà, si non sic se habeat res, sed quæ mundi sunt aliquis æstimet, quomodo hunc Dei seruum, & sanctum dicemus, si prius apud se quod preciosum in Ægypto est, non occidit? quomodo ipse sanctificabitur apud Dominum? Acutè enim adnotat Origenes homil. 3. in cap. 13. Numer. tom. 1. non prius sanctificata esse primogenita Israëlis, quàm mortua primogenita Ægyptiorum. *Cum populus Israel*, inquit, *educeretur de Ægypto primogenita Ægyptiorum occisa sunt, & tunc dictum est Moysi: Sanctifica mihi omne primogenitum: hoc est ergo, quod in hoc loco indicatur, quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel, quàm percuterentur primogeniti Ægyptiorum, & quasi causam sanctificationis horum interitum, & necem poni illorum.* Non ergo sanctificata Israëlitica essent primogenita, nisi prius mortua Ægyptiorum; sic certè non prius aliquis æstimandus est Sanctus, iustus, ac sanctificatus, totusque Deo oblatus, nisi Ægyptiorum primogenita, id est, ea, quæ præcipua sunt in mundo, & quæ in precio habentur, prius apud eû omnino sint extincta, pro nihilo habita, ac totaliter mortua: tunc enim Deo sanctificabitur, & tunc ex Ægypto exibit, mundo verè derelicto: immo tunc eum mundus apud se minimè sustinere poterit: immo nec patietur. Sic Ægyptij, vt viderunt primogenita sua mortua, non solum licentiam, sed exire eos compulerunt, ita vt quæ ad victum necessaria, nec tempus præberent ad præparandum: *Fecerunt subcinericios panes azimos, ne-*

51. Mundana non spernens Dei seruus non esse. *Origen.*

52. Primogenita Ægypti cur prius occisa quā Israëlis sanctificata.

que enim poterant fermentari, cogentibus exire Aegyptiis; & nullam facere sinentibus moram. Exod. 12. num. 39. Non enim pati tunc poterant intra se iustos Israelitas peccatores isti, quando viderunt extincta, quæ ipsi magis diligebant.

Exod. 12. 39.

53. Mundus cur aliquando sanctos insequitur.

Immo nisi ad talem rerum despectum temporalium quis peruenerit, vt nullo protinus modo aliqua quæ mundi sunt, secum habitare permiserit, sed aliquid conseruat, sciat bellum persecutionemque se mundi passurum, & licet egressum, violenter tamen eum ad se attrahet, quia sua in ipso reperit. Labanus enim Iacobum insequutus præcipuam asseruit insecutionis ansam Deorum suorum furtum. Gen. 31. num. 3. *Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus Patris tui, cur furatus es Deos meos?* Quasi diceret: malè egisti furtiuè discedendo, & veluti captiuas filias abducendo meas, sed hoc non tantum est malum, vt inde contra te ego insurgerem, ac te persequerer, cùm hoc desiderium tuorum reuisendi efficere poterat, quod iustum: at cur furatus es Deos meos? cur mea tulisti? hinc certissimè eum reduxisset, in suamque iterum egisset potestatem, si eos inuenisset. Quod eleganter ponderauit Ambrosius, vbi suprà, dicens: *Secutus Sanctum Iacob, & filias suas, ne fortè apud eas suorum vitiorum reperiret aliquid, & reuocandi ad se haberet auctoritatem, coarguens iustum, cum ratione esset redargutus, & nihil respondere, ac referre posset, quo eum deberet retinere.* Non ergo retraxit, quia nil inuenit ex suis, retracturus aliàs si inuenisset, ad sæculum spirituales redeunt viri, carnales iterum fiunt. qui prius toti spiritus, eis iterum dominatur mundus qui prius ab ipsis despectus, videant an in discessu secum aliquid eius attulerint, & nè mirentur, sua repetit, & in suos addicit seruos, qui ea retinent, iure sibi eos exposcens, quia sua furati. Quod benè callens Ægyptius ille astutus, sanctissimi dispensator Iosephi, Gen. 44. n. 10. conditionem seruitutis ob furtum admisit, quam ei fratres offerebant, sic tamen, vt tantum seruus remaneret eius, qui furatus, & apud quem sciphus inuentus: *Fiat iuxta vestram sententiam, apud quemcumque fueris inuentus, ipse sit seruus meus: vos autem eritis innoxij*; si omnes se ad seruitutem addixerant: *& nos erimus serui Domini nostri.* Cur non omnes accepit, an quia sciebat non posse, quia cùm sua cæteri non haberent nullum in eis ius ipsi competere poterat, in illum tantum profitens se dominaturum, apud quem sua reperisset, & sic vos innoxij, hoc est liberi, regredi in Ægyptum non tenemini, quia nihil mei regredietur vt seruus, qui mea furatus, secum ea abstulerit, sic serui mundi iterum fient, qui inde egredientes eius secum aliquid attulerint, qui non prius omnia primogenita occiderint Ægyptij, ac his occisis, sic eos mundus, malique abhorrebunt, vt non solum reducere sed nec secum, quippe eos habitare permittent, maximo eos prosequentes odio, sicut è contrà magno Deus amore. quia tunc isti veri eius serui, dum sua tantùm in eis respicit, sua tantùm contemplatur, quæ est vera eius seruitutis nota.

Gen. 31. 3.

54. Labanus cur non potuit Iacobum ad se reuocare.

Ambros.

55. Spirituales viri cur carnales fiunt.

Gen. 44. 10.

56. Iosephi dispensator cur conditionem seruitutis non omnium fratrum, sed tantum vnius apud quem sciphus inuentus, accepit.

§. 6.

Sexta nota, gloriatio tantum in Dei filiatione.

SExta tandem, & vltima nota est, quando in nullo alio gloriatur, nisi in Dei filiatione, & quòd pro patre Deum habeat, ita vt rememorans se Patrem habere Deum, nihil aliud appetat, nil aliud desideret, ac pro tali tantaque mercede pro omnibus satisfactum à Deo sibi verè, realiterque æstimet; quæ res, sicut malis est causa odij contra iustum, de eo mussitantes, & irrisoriè dicentes: *& gloriatur patrem se habere Deum*; sic è contra, Deo magis est causa amoris, dum affectum filij erga se videt, quodque iustus, licet hîc pressus, & pro nihilo habitus, tamen ita interiori mente excelsum se reputat, vt filium Dei se nominando, glorietur Patrem illum habere, teneroque affectu patrem illum nominet, & amplexetur, hoc tantum sibi sufficiens esse æstimans in omnibus huius vitæ bonis, vt comparatione tanti boni, nec homines, nec mundum, nec ea, quæ mundi sunt aliquid pondetans, solum Deum sufficientiam suam dicat; hoc equidem signum veræ Dei seruitutis est. hoc veri Dei serui encomium, hoc certum totalis in Deum cordis existentiæ documentum, quando præter ipsum respuuntur omnia. quando ipsum solum sufficientiam suam dicunt, verè amantium hoc est, omnino depereuntium. Gen. 45. 28. *Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit*, inquit pater ille amantissimus, *vadam, & videbo illum antequam moriar.* Ad quid sufficit? numquid aliquid aliud ei obtulerunt quod respueret? aut vt in Ægyptum descenderet aliam præter dilecti visionem, rationem addiderunt, & obtulerunt aliud, & aliam adduxerunt, *Venerunt fratres Ioseph*, inquit Scriptura, *& nunciauerunt ei dicentes: Filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti, ipse tamen non credebat eis; illi contrà referebant omnem ordinem rei.* Quem ordinem? illum nempe, quem Ioseph eis mandauerat, vt patri dicerent: *Festinate, & ascendite ad Patrem meum, & dicetis ei: hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me Dominum vniuersa terra Aegypti, descende ad me, ne moreris, pascam te, ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides.* Dominatum. gloriam. & Iosephi imperium ei proposuerunt, mortis effugium ad hoc vt descenderet, at pater, *cum vidisset plaustra, & vniuersa, quæ miserat, reuixit spiritus eius*, & omnia ait: sufficit mihi, *si adhuc Ioseph filius meus viuit*: Quasi diceret vobis, qui non amatis, sint illa, descendite in Ægyptum, dominatus, & vitæ amore; mihi tamen Ioseph meus tantùm sufficiat, vadam, & videbo illum antequam moriar, ob hoc ergo reuixit eius Spiritus, & illud cor, quod dominatus, principatusque, ac superbæ diuitiæ lætificare non poterant: dilecti vita tantum lætificauit, quia amanti hæc sola dulcis, cætera sunt amara, sic equidem Sancti cætera respuunt; dulcia eis non sunt dulcia, quando sine Deo, delectabilia tristia, quando sine illo, ita in Deo fixum cor habent, vt præter ipsum lætificare eos non possit aliquid, quod si secus, ac eorum in aliquo extra Deum reuiuiscat Spiritus, cor Deo vnitum non habent; vnde ob id, neque omnino iusti, ac sancti. *Tunc cor hominis Deo datur*, inquit Bernardus, ep. 356. *quando omnis cogitatio terminatur in eum, gyrat, & circumflectitur super eum, & nihil vult possidere penitus præter eum: sicque colligato sibi animo eum diligit, vt sine ipso amarus sit omnis amor.* Pulchrè, *amarus sit omnis amor.* quid amore dulcius? at si sine Deo nil amarius, experiuntur hæc qui aliquando alia præter Deum amarunt, dum ad ipsum conuersi quàm illud dulce fuit amarum intelligunt, & dolent.

57. Verus Dei seruus Deū tantum totam sufficientiam suam dicit.

Gen. 45. num. 28.

58. Iacobi amor erga Iosephum quantus.

59. Amanti sola amati præsentia dulcis, cætera amara.

Bern.

60. Cor quando verè Deo datur.

61. Dei seruo præter Deū amarus omnis amor.

Sic Dauid Sanctus, teminiscens aliquando se A præter Deum aliqua appetuisse, rubore suffusus declamat validè. *Quideaim mihi est in calo*, Psalm.

Ps. 72. 25

62. Dauid præ dolore tabescebat alia præter Deum amasse.

72. nom. 25. *& à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea, Deus in aeternum.* Quorum verborum sensus, vt alibi etiam diximus, est secundùm Augustinum in hunc Psal. 7. tom. 8. scilicet, cùm mihi talia tu seruasses in cælo, quid est illud, quod more pecudis ego desideraui super terram? pœnitet me valde, ac per hoc deinceps tu Deus eris cordis mei, & tu pars mea solus in æternum. *Cæpit cogitare*, inquit Augustinus, *felicitatem ipsam calestem, & arguere se, quia pecus fuit, & terrena desiderauit, dicens, quid mihi? Comparauit voluntati sua terrena premium caleste, quod acceptnrus est: vidit quòd ibi sibi seruaretur, & cogitans, & astuans in cogitationes eiusdem rei infallibilis, & ineffabilis, quam neque oculus vidit, neque auris audiuit* &c. *non dixit, illud, aut illud mihi est in cælo, sed, quid mihi est in cælo? quid est illud quod habeo in cælo? quantum est? quale est? quid est? & cum non transit, quod habeo in cælo à te, quid volui super terram? seruas mihi tu in cælo diuitias immortales, teipsum, & ego volui à te in terra quod habeat impy, pecuniam, aurum, & argentum, gemmas, familias, quod habeant & scelerati multi, quod habent multa fœmina turpes, multi viri turpes; hac pro magno desideraui à Deo meo super terram, cùm seruet se mihi in cælo Deus meus.* Optimè equidem. Ideo in se reuertens Dauid, ac præ confusione tabescens in se ipso propemodum præ dolore, cor, caroque eius defecit, vnde & sequitur: *Defecit cor meum, & caro mea.* Et ex tali dolore, ac confusione in melius proficiens, & in nouum renouatus hominem, terrena hæc despiciens, ac pro nihilo ducens, dixit totius cordis sui Deum, ac totalem partem suam esse in sæculum: vnde & sequitur: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.* Pars mea dixit, etiamsi hic, & in hac vita non sit delectabilis, quia sufficit vt Deus sit: ad hoc vt amatum illud fiat seruis eius dulce, vnde sicut omnis amor illis fit amarus si sine Deo, sic omnis amaritudo fit dulcis si cum illo: *Gaudeo*, inquit Paulus ad Coloss. 1. 24. *in passionibus meis pro vobis*: cuius rationem assignans ait, *Et*, (id est) *quia, adimpleo* patiendo scilicet, *in carne mea qua desunt passionum Christi.* hoc est, quas Christus passus est, sic Ambros. Chrysost. & Theophylact. Gaudium ergo suum passiones, quas sustinebat, dixit, tribulationes, afflictionesque, de quibus non solum gaudebat, sed & gloriabatur, iuxta illud ad Galat. 6. 14. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Absit, dixit, latenter indicans, malum æstimare sibi præter Christi crucem aliam gloriationem. O verè amans cor! amore æstuans! dum gaudium æstimabat, quæ mundus horret, pœnam quæ ipse amat, dulce, amarum: si sine dilecto, amatum dulce, si cum illo: nonne hunc, qui sic collectum habet cor vt inquit Bernard. verum Dei seruum dicas? & quod verè Deum tantùm partem habeat, sortemque suam.

63. Amarum huius mũdi cum Deo, seruis eius dulce.

Ad Col. 1. 24.

Ambros. Chrysost. Theoph. Ad Gal. 6. 14.

64. Paulus verissimus Christi discipulus & seruus.

Sic equidem sancti, sic verè Dei serui de Deo patre tantum gloriantur, de filiatione eius tantum gaudent; hoc solum magnum, hoc solum admirandum æstimant: nam, vt pulchrè inquit Cyprianus lib. de spectaculis: *Numquam humana opera mirabitur, quisquis se cognouerit filium Dei, deiicit se de culmine generositatis sua, qui admirari aliquid post Deum potest.* Hanc equidem dignitatem, hoc supernum donum mundus non cognouit, quia, vt inquit dilectus ep. 1. cap. 3. *Non nouit patrem*, vnde neque eius filios, neque filiationis dignitatem: ob quod spernentes eos, quòd de Dei filiatione glorientur, subsannant dicentes: & *gloriantur* &c. at, qui verè iustus, de hoc solo gloriatur, gaudet, & tripudiat, patrem scilicet se habere Deum: sed de hac re latius alibi.

Cyprian.

65. Filiatio Dei sola admiratione digna.

Ioan. 1. 3

Num. 17. *Videamus ergo, si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius.*

B

COMMENTVM LITTERÆ.

DEterminati iam iniqui contra iustum, & præcipuè contra Christum Dominum nostrum, eius produnt causam mortis: cùm enim Christus Dominus multa disseruisset contra malos, validè illorum corda pupugentia, & simul multa dixisset de nouissimis suis, nempe de morte, & resurrectione, & regno: de similibus stomachati prophetiis determinarunt experimentum sumere veritatis verborum ipsius, & hoc nullo alio medio, nisi, afflictione, iustique morte, & consequenter Christi Domini nostri, & sic dicunt: *Videamus*, id est, experiamur, *si sermones illius* &c. scilicet, quibus iactat se esse filium Dei, veri sint, & tentemus nos quæ ventura sunt illi, id est non expectemus, vt aliunde ipsi eueniant, sed nos inferamus illi, & sic: *Sciemus qua erunt nouissima illius*, quamque C diuersa ab illis quæ ipse prædixerat.

Connexio Capitis.

Hic, vt opinor, est germanus sensus huius sententiæ: nam sæpè solent iniqui irasci, & ad malefaciendum alicui moueri, immò ad occidendum, non ob aliam rationem, nisi quia stomachantur, dum vident talem firmiter in Deo sperare, & nil timere, bonaque expectare, æstimant enim hanc esse iactantiam contra illos, sicque mouentur ad experimentum sumendum, an in doloribus postea eadem met proferet, & in eadem persistat sententia, & an tantùm sint verba cessantia dum peruentum erit ad verbera, vt aiebat Tyrannus ille ad sanctam Virginem Luciam: & isti infrà dum dicunt: *Et erit respectus in sermonibus illius*, vt infrà dicemus.

1. Spes sanctorum firma in Deo torquet impios.

Tentemus qua futura sunt illi &c. Græcè. *Experiamur, qua in euentu*, siue *in exitu eius*, suple *erunt* &c. hoc est, probemus an exitus rei respondeat eius verbis, sic Castro.

Castro.

D *Et sciemus qua erunt nouissima illius* &c. Desiderantur hæc verba in Græcis, nec ea legit Cyprianus, & Lactantius. sed ea legit cum vulgata Augustinus 17. de Ciuit. cap. 2.

Cyprian. Lactan. August.

Num. 18. *Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

VErus Filius Dei. Augustinus legit vbi supra cap. 22. *Si enim iustus est Filius Dei*, intelligi-

tur enim de Christo, qui per Antonomasiam iustus dicitur, vt suprà diximus.

Suscipiet. Succurret, opitulabitur, & vt pater liberabit eum de manibus inimicorum suorum.

Certum est, hoc semper esse malorum argumentum: si bonus est aliquis, inquiunt, Deus eum protegit, sin malus, minimè: vnde regulam bonitatis, aut malitiæ alicuius sumunt ex protectione Dei secundùm eorum sensum intellecta, nempe ex liberatione malorum huius vitæ, & tribulationum, nil aliud illi cognoscentes, nisi bona præsentia, quòd quantùm errent, sæpè alibi diximus, & nunc iterum dicemus: nam Dei filiorum protectio non consistit in eo quod Deus in hac vita eos à tribulatione, & à manibus eripiat contrariorum, sed in eo, quod in manibus desinens impiorum, & in ipso tribulationis igne, eis auxilium tolerandi, in bonoque perseuerandi, ac patientiam det, qua vincat tormenta, vt moriendo de tyrannis triumphent: vnde non est signum diuinæ filiationis, vt isti inquiunt, à malis liberatio, immo illud, perseuerantia scilicet in eis cum prouentu.

1. Mali vt Dei protectionem de aliquo futurâ æstimant se decipiẽtes.

2. Vera Dei protectio in quo cõsistit.

HOMILIA XLI.

Iustum à tribulatione non eripere, sed auxilium ad tolerandum præstare, maximum erga ipsum contra malorum sensum, diuinæ dilectionis, ac filiationis argumentum.

SI enim est Filius Dei, inquiunt isti, *suscipiet, ac liberabit eum de manibus contrariorum.* Consequenter & de tribulatione, eadem certè est hæc vox, ac illa Matthæi 27. num. 43. *Si Filius Dei est, descendat de cruce, confidit in Deo, liberet eum nũc, si vult, dixit enim, quia filius Dei sum.* Impia vox, & hominum penitus carnalium, qui Dei sensum non percipiunt: & sic credendi signum carnale, sensualeque exciecerunt, vnde non mirum, si decepti in incredulitate permanserint, habebant sanè credendi signum, si ad illud attendere voluissent potentius, & efficacius, & ex inuictissima Christi patientia in illis doloribus benè arguere ipsi poterant ipsum Dei esse filium.

Mat. 27. 43.

Enimuero Sanctus Leo, Pontifex summus, serm. de Passione summopere admiratur, cur latro in cruce pẽdens, & de Christo male sentiens, sicut cæteri immo in principio secundũ aliquos illum blasphemans, postea ipsum cognouerit, filiumque Dei confessus fuerit, *Quæ, inquit, istam fidem exhortatio persuasit, qua doctrina imbuit, quis prædicator accendit: non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium curatio, ea ipsa, quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen Dominum confitetur, & Regem, quem videt supplicij sui consortem.* Cui adscribens Cyrillus, cap. 17. ait: *Qua virtus te illuminauit, ô latro, quis te docuit adorare contemptum? & simul cruci affixum?* Quorum Patrum dubitationi optimè satisfaciunt Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, asserentes in talem deuenisse cognitionem præter internæ gratiæ lumen, ob eximiam, singularem, ac diuinam, quam in Christo obseruauit, patientiam:

S. Leo.

1. Latro vnde Christum Deum cognouit.

Cyrill.

Hilar. Chrysost. Theoph. Euth.

vnde ex eo iste se lucratus, ex quo Iudæi se perdiderunt: isti, quia viderunt Christum in cruce pendentem, à Patre ibi derelictum, & in manibus positum contrariorum, argumentati sunt ipsum non esse filium Dei, & errauerunt: at latro è contra lumine imbutus superiori videns illum hominem in tribulatione à Patre derelictum, totaliterque in manibus inimicorum positum: & tamen mira patientia, ac sanctitate omnia sustinentem, illicò eum agnouit filium Dei, & eum, vt talem confessus est: vt semel intelligas potissimum diuinæ filiationis argumentum sustinentiam esse in tribulatione, non ereptionem ab illa. Ex quo planè deducitur, quòd iuxta tolerantis, patientisque mensuram, erit & filiationis diuinæ gradus: vnde cùm patientia, quam exhibebat Christus pendens in cruce, fuerit patientia plusquam humana, ideo latro meritò putauit illum plusquam hominem, non secùs ac Moyses, qui posteriora videns Christi, & in illis ligaturas quasdam, hoc est passionis eius insignia, vt historia habet scholastica in cap. 33. Exo. & nos infra homil. 42. dicemus; summamque eius admirans patientiam, illicò etsi à posteriori, Deum illum agnouit, statimque Deum suum confitens, exclamauit: *Dominator, Domine Deus.* Sic & latro eodem illustratus lumine, interiusque Dei adiutus gratia, super humanam illam aspiciens patiẽtiam, illicò ac alter Moyses Deum illum, Deique est confessus filium, cùm eamdem, ac Moyses Deo dignam aspexisset patientiam. Quapropter benè Tertullianus lib. de patientia Pharisæis exprobrans dicit: *Hinc vel maximè Pharisæi Dominum cognoscere debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Et Ambros. lib. 7. in Luc. cap. 3. *Proditur enim Deus iniuriarum acerbitate.* Pulchrè dictum; considera acerbitatem iniuriarum Christi, & simul eius patientiam, etsi cæcus non es, Deum ex hoc illicò eum agnosces, & verè Dei filium. Vnde etiam proportionaliter, ex qualitate, nostræque gradu patientiæ quis gradum cognoscet filiationis, quem apud Deum obtinet, cùm eò diuiniores, quo ad diuiniorem Christi patientiæ gradum accedimus. Quapropter tantum abest, vt ereptio à tribulatione sit Dei filiationis signum, quin potius derelictio in illa, cùm patientia sit talis filiationis argumentum. *Quia acceptus eras Deo*, Sancto Tobiæ dixit Angelus, *necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Tob. cap. 12. num. 13. Tentatus ergo, quia acceptus, ergo signum acceptionis experimentum extitit tentationis, non equidem quomodolibet, sed grauissimæ, mortis periculi, bonorum expoliationis, tandem cæcitatis: quod homines non intelligentes carnales, inde ipsi argumentum Dei derelictionis assumpserunt, vnde Dei Angelus dilectionis, oam cognati, eiusqueparentes, sacer inquit textus, improperabant ei, dicentes: *Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas?* Immò cum eis & eius adiungens vxor similiter exprobrans illi aiebat: *Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tua modo apparuerunt.* cap. 2. num. 16. ex tribulatione, feroque Dei auxilio arguentes Tobiam Dei filium non esse, quia non eripiebatur à tentatione, sed in manibus derelinquebatur inimicorum, non considerantes miseri, vt inquit Hieronymus in ep. ad Virginem quamdam in exilium missam, tom. 4. *Quod arbores ipsæ, tanto numerosiore grauantur fructu, quanta acerbiori frigoris violentia reprimuntur, cum præcoces flores opportuna castigatio*

2. Iuxta patiẽtiæ gradum erit & Dei filiationis.

Hist. schol.

3. Patientia Christi magnum eius diuinitatis argumentum.

Tertull.

Ambros.

Tob. 12. 13

4. Boni ex quo Dei protectionis signum educunt.

Ib. 2. 16.

Hieron.

5. Dei auxiliũ serum in tribulatione magni eius amoris indiciũ. & eus Deus illud faciat.

refranando, ad periculum festinare non patitur, & utile impedimentum pruinn, quod reprimit, non obfocat, sed includit. Nil elegantius, serum Dei in tribulatione auxilium, dilecti sui virtutum flores non obfocat, sed includit, vt quo intus in anima ampliori spacio detinentur, eo maiori fructu foras postea erumpant, vnde non statim opitulari, non est ingrati animi indicium, sed dilectionis fomentum, cum ideo non citius succurrit, vt abundantius erumpat & cito auxilium non præstat, ne abundantiori fructu careat: nam si, vt inquit idem Sanctus, vbi suprà, *paulo clementior vis extiterit imbrium, quanto luxuriant prius indisciplinata festinatione, tanto post fructibus deseruntur, cum futura vires importuno tempore consumuntur.* Diu Tobias Sanctus in tribulatione extitit, cito ab ea Deus eum non eripuit; fructuum prouentus inde sequuti, dilectionis, non odij signum fuisse manifestarunt, & eo ipsum Deo magis charum, quo prolixius probatum.

6. Tobias Deo charus, quia non cito à tribulatione ereptus.

7. Nunquam ereptionẽ ab illa expetiuit.

B Sed in hac re duo notanda sunt, primum, quòd licet Tobias in tanta esset tribulatione, numquam tamen liberationem expetiuit ab illa, immo potius mortem, quàm ab afflictione ereptionem, dum viueret; sic enim illa eius intellige verba: *Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum, expedit enim mihi mori magis, quàm viuere;* Expende illud, expedit: non enim tribulatione pertæsus expetiuit mortem, sed dubius de bonitate vitæ, timens casum, si diu vixisset; & secundò, non enim dixit; *quàm sic viuere*, sed, *viuere*; denotans appetere ipsum mortem, non vt à laboribus euaderet, sed vt meliorem obtineret vitam, nam cùm hîc nil speraret, nilque in hac esset vita quod concupisceret, sed tantùm tanquam ad fletum natus, flere solùm liberet; hinc æternam concupiscens patriam mortem appetiit, sicut & omnes ad eius instar iusti; vt egregiè ait Augustinus, in expositione Psal. 136. in illa verba, *Super flumina Babylonis*, ponderans ciues Sion super flumina esse Babylonis, non in fluminibus: hinc eos plorare, desiderioque æternæ teneri patriæ, dum qui ciues sunt Babylonij, illius non reminiscuntur: *Si sumus*, inquit, *ciues Sion in hac Babylonia, in hac confusione, captiui sumus, & tales oportet, vt non solùm flentes simus super flumina Babylonis, sed ista faciamus affectu cordis pro religioso desiderio æternæ patriæ; habet hæc ciuitas, quæ Babylonia dicitur, amatores suos consulentes paci temporali, & nihil vltra sperantes totum gaudium suum ibi figentes, & ibi finientes: at iusti sunt super flumina Babylonis, hæc autem sunt omnia, quæ hic amantur, & transeunt, sunt officia omnia potentatus, sæculi dignitates, in qua non se immittunt iusti, sed sedent super flumina Babylonis, & flent, vel alienam miseriam, vel seipsos, qui in Babylonia capti esse meruerunt.* Sic Sanctus Tobias alios, & seipsum etiam flebat captiuus, super flumina Babylonis sedens, in qua diu viuere iam non desiderans, mortem expetebat: non autem à tribulationibus effugium, flens non temporalia sed spiritualia damna, cùm, vt idem ait August. hæc sola iusti æstiment damna, ideo etsi temporalibus etiam abundent bonis semper etiam flent. *Multi flent fletu Babylonico*, ait vbi suprà, *qui & gaudent gaudio Babylonico, quia gaudent lucris temporalibus, & damnis flere debes, sed recordando Sion: si sic fles, etiam quando tibi secundùm Babyloniam bene est flere debes, vides gaudium, & tristitiam, A quæ in ciuibus Sion reperitur in rebus consistere spiritualibus, & animæ, sicut è contrà in ciuibus Babylonis, quam ædificat pessimus amor sui vsque ad contemptum Dei, lacrymæ, & tristitia, delectatio, & gaudium inchoari, & finiri, in his bonis, quæ temporalia sunt, & caduca.* Nil melius. Hinc Sanctus Tobias flebat damna, sed non temporalia, at spiritualia, his pertæsus mortem cupiebat.

August.

8. Iusti hic flere appetunt, & cur.

9. Sunt super flumina Babylonis, & non in fluminibus.

10. Sola spiritualia æstimant damna.

11. Flent, quãdo temporalia prospera cedunt.

Secundum autem notandum est, quòd licet conscientia nullius eum accusaret criminis, sed sciret, quòd ab infantia sua Deum timuerit, tamen vidẽs se tribulatum, non ob id semetipsum contristauit, neque aliquid contra Deum mussitauit: *Nam cùm ab infantia*, inquit scriptura, *Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenires ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Quod non sine mysterio adnotatur, vt semel ad exemplum nostrum B innotescat Sanctum Tobiam ideo se non contristasse, nec contra Deum aliquid murmurasse, quia altioribus oculis rem considerans, non metiebatur Dei gratiam ex fauoribus, aut tribulationibus huius vitæ, sed ex spe futuræ, & eo magis filiationis, dilectionisque Diuinæ, quæ in altera vita consumatur, se reddebat securum, quo hîc magis se videbat tribulatum: vnde insultantibus sibi sic respõdebat, immo increpabat, dicens: *Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est ijs, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Pulchrè, *quoniam filij sanctorum sumus, & vitam alteram expectamus*, quasi diceret Sanctus, quid arguitis ex tribulatione malum, recordamini, quia filij sanctorum, alteram vitam expectantes, eo certius ad illam C perueniemus, quò hîc amplius tribulamur, immo si ex illis aliquid elicere licet, non Dei odium, sed amorem, non spei elusionem, vt vos sed confirmationem, cùm sæpè Deus ex vna iusti diuturna afflictione etiam in hac vita non solùm illum tantùm à tribulatione, sed & suos, immo & ipsum etiam mundum eripere in ipsius gratiam solet: quod eleganter dixit Nazianz. oratione ad 150. Episcopos pro pace à Deo Ecclesia reddita; vbi sic ait: *Deus pauperem facit, & ditat, mortificat; & viuificat, ex hieme facit ver, & ex tempestate tranquillitatem, idque plerumque ob vnius iusti orationem, diuturna persecutione venari.*

12. Tobias est non contristatus ex tribulatione.

13. Vitæ æternæ spes magnum in tribulatione debet esse solatium.

14. Tribulatio iusti diuturna beoo lata, causa sæpè est vniuersalis mundi à tribulatione ereptionis.

Nazian.

Hinc Sancti non solùm in tribulationibus non tristantur, quin immo in illis gaudent, tùm quia, D cùm nullam ipsi aliam pro tribulatione æstiment, nisi Dei offensam; hinc fit, vt exteræ tribulationes, etsi infinitæ apud ipsos non aliter sint, quàm si esset vna ignis in medio maris scintilla: quod egregiè dixit Chrysostomus homil. 1. in 2. ad Corinth. vbi sic ait, *Nil aliud tam molestum est, quàm Deum habere offensum, id si absit, non afflictio; non insidiæ, non alia res vlla molestiam afferre potest rectè sapienti: sed quemadmodum exiguam scintillam, si in profundam aquam immergas, potius extinxeris, ita quamuis magna animi deiectio, si in bonam incidit conscientiam, perit, facileque euanescit.* Tum etiam quia ex tribulationibus spem vitæ sumunt æternæ, & in eo, quo magis tribulantur, in eo magis firmantur, in spe illius gloriæ, quæ illis Dei datur, & conceditur. Audi Apostolum ad Rom. 5. num. 8. *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei*, & quasi exponens in quo fundabatur hæc spes subdit: *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus*

15. Sancti omnes tribulationes non amplius æstimant quã vnam ignis scintilam præter Dei offensam.

Chrysost.

Ad Rom. 5. 1.

quasi dicat, non solùm in spe gloriamur, quasi nihil ex parte nostra operantes, sed tantum sperantes,

16. Sancti in quo suam de gloria spem fundant.

nam vana esset hæc spes, sed cum spei gloriatione, gloriamur etiam in tribulatione: cuius gloriationis causam assignans addit: *Scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem.* Radix ergo gloriæ in tribulationibus,

17. Spes gloriæ fructus tribulationis.

parturitio est spei illius, quam suprà dixerat, *Gloria nempè filiorum Dei*, propterea gloriabatur in tribulationibus, quia, vti filius, gloriam sibi sperabat, & vnde cæteri tristabantur, vt inquit

Origen.

Origenes lib. 4. in cap. 5. epist. ad Romanos, tom. 2. ipse lætabatur ex gratia Christi: *Cæteris enim in tribulatione tristantibus*, inquit, *nos gratia ipsius virtute roborati in tribulationibus gloriamur, didicimus namque nouam ex eruditione ipsius disciplinam; vt per tribulationes bonum patientia capiamus.* Vnde ex eo magis sperabat, ex quo magis tribulabatur, & argumentum spei filiationis Diuinæ sumebat ex tribulationibus, & non sicut impij, ex tribulationibus desperabat: nam vt optimè inquit

Hieron.

Hieronymus, vbi suprà. *Si Deus pacem, tranquillitatem, quietem, prosperitatem, & alia iucanditatum genera seruit, & cultoribus suis tàm in præsenti, quàm in futuro promitteret, esset nobis non immeritò dolendum, si qua in præsenti vita contraria pateremur, eò quòd, præter insperatum dolorem, cuius eo semper acerbior vis est, quo magis repentinus acciderit, futura quoque promissio esset ambigua, præsentis spei sollicitatione frustrata; at verò cum è contrario sollicitudines, bella, tempestates, inquietudines, miserias, odia, ac alia quæcumque incommodorum, atque ærumnarum genera esse creduntur in præsenti nos pressuros esse prædixerint contra prædicta commiaationis tædium, de promissa erit quis prosperitate securus.*

18. Efficacissima Hieronymi ratio cur in tribulatione regnum sperandum æternum.

Egregiè seruis suis Deus in hoc mundo pressuram prædixit; in altero verò gaudium, & lætitiam, è contrà vero malis, dixit enim: *Mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium.* Quapropter in eo, quo se vident iusti tribulatos, in eo assignant, spemque suæ reponunt salutis; nam cùm primum vidêt impletum dictum, nempe passuros eos tribulationes, pressuras, & afflictiones, sperant certissimè secundum, quod implendum; quæ spes in cordibus eorum radicata semel, quasi fixa, & immobilis anchora, licet foris, turbantur: intus tamen summa, indicibilique pace

19. Tribulatio firmissima spei anchora apud sanctos.

fruuntur: quod Dominus illis expressit verbis. *Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in hoc autem mundo pressuram habebitis.* Ioan. 16. vnde acutissimè Diuus Hieronymus vbi suprà; *Quid hoc est, quod dicit, vt in me pacem habeatis, in hoc mundo pressuram habebitis, nisi vt tanta in nobis sit eias credulitas pollicitationis, vt cùm mundi mala patimur, futura spei fiducia in summa pace nos esse credamus; tantaque sit in nobis spes futurorum, vt omnino non sentiamus nos sustinere illa, quæ patimur, sed ea potius arbitremur obtinere, quæ credimus.*

20. Spes futurorũ qualis & quanta in sanctis debet esse.

Nil melius. Sic certè bellator quispiam vulnerum dolorem non sentit, nec attendit, quia totis viribus ad victoriam est attentus. Sic pari modo Dei serui, licet hîc tribulentur, & affligantur, non solùm non tristantur, nec exinde argumentum desperationis sumunt, immo è contrario in spem eriguntur, in spem, inquam, *filiorum Dei*: vnde non sicut impij dicunt: *Si enim verè filius Dei est, liberabit eum de manibus inimicoram.* Immò è contrà arguunt, si verè filius Dei est, hic non liberabit eum de manibus inimicorum, sed faciet cum tentatione prouentum, in manibus hîc desinens eum inimicorum, in altera liberans eum vita, vti propriè de sanctissimo Domino nostro dicendum est, quem isti malè insultare intendunt, dum dicunt: *si enim*; & vide Diuum Hieronymum ad Occeanum de ferendis opprobriis tom. 4.

Num. 19. *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

VEniunt iam iniqui ad exercitium consilij, quod contra iustum conceperunt, & inter se determinarunt, nempè virtutem eius probare, & de illa experimentum sumere, quod cùm nullo alio potiore sumi possit medio, quam tribulationibus, ideo ad eas deueniunt, & sic se determinant probare illum, eiusque patientiam mediis contumelijs, & tormentis: nam patientia est, quæ ostendit perfectam, & in summo fastigio collocatam iusti virtutem, ac perfectionem, hac enim deficiẽte nullæ sunt virtutes, nulla in eis soliditas, & stabilimentum.

Contumelia &c. Lactantius lib. 4. cap. 16. legit in pultali: *Contumeliis, & tormentis.* Quot modis verbis lædatur proximus lege D. Thom. in 2. 2. & Lorinum hîc. *Lactan.* *S. Thom.*

1. Crucis mors duo continebat horrenda.

Et tormento. Duo hæc continebat in se mors crucis, erat qoippe tormentum sæuum, & longum, & insuper probrissimum oppositum voluptati, & honori mundano, ad quæ duo extinguenda venerat Christus diruens has veluti columnas, in quibus tota malorum nitebatur domus, non secus ac alter Samson. Iud. 6. 29. 30. vt benè ponderat Lorinus. *Lorinus. Iud. 6. 29. 30.*

Interrogemus. Probemus, exerceamus, quæramus, legibus interrogate: sic Lorinus, aut torqueamus illum, vti Castro. *Idem. Castro.*

Reuerentiam eius. Id est, mansuetudinem, æquitatem, tranquillitatem; mansuetudinem, quia etiam læsus verebatur vindicare se ipsum, virtus, quæ, vt benè adnotat Castro, mirè facit hominem reuerendum, & omnibus amabilem.

2. Virtus hominem facit reuerendum.

Et probemus patientiam. Alij iudicemus patientiam, id est, malorum tolerantiam, & perpessionem.

HOMILIA XLII.

Patientia ac sustinentia veram probat virtutem, hominemque Deo similem constituit.

COntumelia, & tormento, inquiunt, *interrogemus eum*, ad probandam iusti virtutem. Cur, quæso, hoc? nisi quia nullo alio credunt signo aliquem iustum melius dignosci posse, quàm mansuetudine, patientiaque, in tormentis, iniuriisque tolerandis,

tolerandis; supra enim contrà sensum probauimus A malorum, signum filiationis Diuinæ perseuerantiam esse in tribulatione; nunc probandum, eiusdem filiationis signum, veræque virtutis, patientiam esse in tribulatione: *Patientia*, inquit Sanctus Iacobus 1. num. 4. *opus perfectum habet*; cæteræ enim virtutes habent quidem opus, sed, vt sic dicam, inceptum, ac proinde imperfectum: at patientia nonnisi perfectum, & vndequaque absolutum; relucet enim in ea charitas, quatenus omnia suffert, & spem infractam habet, fidemque firmam; vnde virtutis opus, quod ab aliis initium sumit, & incrementum, à patientia, & probatione perfectionem accipit, & complementum. Hinc Patres illi antiqui perfectionis magistri, vt Sanctus refert Dorotheus Abbas, doctrina 14. patientiam angulum dixerunt domus spiritualis, omniumque virtutum complementum. *Ante omnia autem*, ait, *ex illorum sententia procuranda est patientia, & longanimitas, ha enim anguli domus sunt, quibus adificiam ipsum construitur, & parietibus paries annectitur, & copulatur, ita vt rescindi, aut decidere, dinelli que alter ab altero numquam queat, absque his etiam nemo potest, ne vnam quidem in se virtutem perficere.* hinc nec perfectionem adipisci, cuius vltima manus patientia.

Iacob. 1. 4.
1. Patientia cur opus perfectum habeat.
2. Est virtutū angulus.
Doroth.

Huius equidem rei ratio est, quia, vt inquit Apostolus ad Roman. 8. num. 30. *Quos Deus ad gloriam elegit, hos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui.* Hoc est, vt inquit Cyrillus, & Origen. apud Occumen. quos Deus præsciuit, sibi amicos, & dilectos per gratiam suam futuros, hos etiam prædestinauit, vt paterentur, & fierent conformes filio suo in patientia, vtpote qui pro nobis tot labores, ærumnasque sustinuit. Ergo conformitas Christi imagini secundùm Apostolum, est cum eius patientia conformitas: cùm, si bene attendamus, imago Christi in præsenti vita, nulla alia extitit nisi dolorum, afflictionisque, ac totius patientiæ speculum, cuius imaginis perfectio, vt sic dicam, tunc consummata fuit, quando à terra exaltatus, omnis patientiæ, ac consumatissimæ sustinentiæ fuit exemplar. Hinc fit, vt qui tali sunt imagini conformes, sint perfecti, & quo conformiores, eo perfectiores. & sic patientissimi perfectissimi, & regula perfectionis sustinentia diei potest tribulationum, quia eo quo quis est patientior, eo Christo similior, imaginique ipsius, in qua assimilatione totalis perfectionis consistit complementum.

Ad Ro. 8. 30.
Cyrill.
Origen.
3. Sanctorum omnis perfectio in conformitate Christi imagini consistit.
4. Christi imago in hac vita qualis extitit, & in quo.

Hinc equidem fit, vt adeo apud Dei seruos laborum excrescat sitis: nam cùm ipsi tantopere conformes fieri desiderent Christo Domino nostro, totam scientes perfectionem in huiusmodi conformatione existere, perspicientesque nullam aliam virtutem hoc sic præstare, quantum patientia, afflictionumque sustinentia, ex ardore imitationis commoti, & vt sic dicam, propemodum combusti, ardenter, & inhiantes, tribulationes, crucesque ambiunt, & tunc se exsaturatos dicunt, quando tribulationibus repletos: sic Dauid Psalm. 106. num. 17. *Satiabor*, inquit, *cùm apparuerit gloria tua*, vbi alij legunt: *Satiabor cùm afflictus fuero ad similitudinem tuam.* Quam similitudinem, hoc est, Christum in cruce pendentem considerantes, ex amore ipsius succensi, & propemodum toti colliquefacti, intus, & foris transformantur in eandem similitudinem, iuxta illud Apostoli. 1. ad

5. Laborum sitis in Dei seruis, vnde.
Ps. 106. 17
6. Sanctorum transformatio vnde, & qualis.

Corinth. 18. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* Quid enim aliud est gloria Domini, nisi Christus Dominus? vt ait Agellius in Psal. 16. 15. & quando propriissimè fuit Christus gloria Domini, nisi quando in cruce pendens opus perficiens redemptionis, omne in eo Dei consummauit consilium? Quod eleganter expendit Chrysostomus homil. 11. in Ioan. tom. 3. super illa verba, *Et vidimus gloriam eius*, vbi non solùm, inquit, quòd miracula Christi fuerunt gloria, sed eius tormenta, passiones, & ipsa crux: *Neque miraculorum gratia Christum dumtaxat admiramur*, ait, *sed etiam passiones, vt cùm affixus est cruci, flagellis, & alapis casus, & insputus ab ijs, de quibus tam bene merebatur, siquidem in his ipsis, qua probri, & ignominia plena esse videbantur, ipsum rursus Verbum clarissimum apparuis, hoc Ioannes gloriam appellauit.* Cuius rationem reddens Sanctus prosequitur: *Non enim charitatis solùm, & amoris fuit, sed immensa etiam virtutis, tunc enim mors abolita est, maledictum perijt, damones confusi sunt & de his triumphatum est, & chirographum cruci affixum.* Vnde egregiè Oecumenius ad illud Pauli ad Hebr. 2. *Videmus Iesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum*, affirmat non tam Deum gloriosum fuisse cælum terramque creare, quantum pro hominum salute cruci affigi. *Gloriam & honorem*, ait, *vocat crucem, neque tantùm dignum erat, tamque gloriosum fecisse calum, & terram, ac hominem, supernasque virtutes, sicut quòd propter nos dignatus est crucifigi.* Hinc Christus, etsi semper gloria est Dei, tamen propriissimè in passione, *cumque transibit gloria mea*. Exod. 33. num. 22. dixit Dominus ad Moysen, *hoc est Christus*, vt inquit Glossa, & cum ea sancti omnes: at non Christus quomodocumque, sed in cruce, & in tormentis, tunc gloriam suam dixit. Vnde notanda traditio quædam Hebræorum, quam affert Comestor, in historia scholastica in lib. Exod. cap. 75. quæ inquit Moysen tuoc vidisse Christi posteriora, non quomodocumque, sed verberata, & plagas, liuoresque in eis, ac ligaturas quasdam, quibus humanum redemptus erat genus, quas videns Moyses præ stupore, & extasi exclamauit dicens: *Domine Deus miserator, & misericors.* Gloria ergo Dei est Christus in cruce pendens, hanc ergo gloriam, inquit Apostolus, *reuelata facie speculantes*, hoc est absque ænigmatibus, & Scripturarum figuris, contemplantes, considerantesque attentè ardenterque, sic ardore imitationis eius accendimur, vt penè liquefacti desiderio, & amore eius imitationis, intus, forisque transformamur, in eandem amati imaginem, crucifixi, & tribulati cum illo. Quod adeo verum est, vt sine tribulationibus aliquando viuant sancti, tristantur, & in illis positi exsatiantur, vt aiebat Dauid, & sic dum se vident ad similitudinem redactos Christi, nil aliud concupiscunt, quia mediis tribulationibus, & angustiis, patientiaque, & in eis sustinentia ad perfectum se aspiciunt eleuatos. Ex quo patet, quomodo sola patientia habet opus perfectum, & ipsa sola perfectos reddit sanctos, quia ipsa sola facit eos Christo similes, & vt vera eius sint exemplaria. *Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur*, inquit Apostolus ad Heb. 11. 17. *Et vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus, vnde & eum*

7. Gloria Dei Christus.
Agell.
8. Præcipuè dum in cruce pendit.
Chrysost.
Oecumē.
Exo. 33. n. 22.
Gloss.
Comest.
9. Moyses vidit posteriora Christi cum ligaturis.
10. Sancti tristantur si sine tribulatione viuant & cur.
Ad Heb. 11. 17.

S

11. Isaac quãdo a patre acceptus in Christi parabolam. *Chrysost. Vatabl. Theoph. Oecumen. Gen.17. 19.18.18. 21.13.*

in parabolam accepit, hoc est, *in figuram Christi*, vt vult Chrysostomus & Vatablus, hoc est *in exemplum*, vt Theophylactus, & Oecumenius, hoc est, *in typam mortis Christi*, vt alij, vel *in exemplam, & prodigium omniara sæcalorum*, vt recentiores. In multis equidem anteà benè sanctus poterat Patriarcha in typum, ac Christi figuram filium sumere suum; vt quando ei dictum fuerat: *Constituam pactum meum illi in fœdus æternum*, Gen. 17. num. 19. & alibi: *Benedicenda sant in illo omnes nationes terræ*, ibid. cap. 18. num. 18. *Et in Isaac vocabitar tibi semen*. 21. 13. at in nullo horum dicitur eum accepisse in parabolam, hoc est, in typum, ac Christi similitudinem, exemplum, & omnium prodigium sæculorum, nisi quando ad instar Christi summum illud dedit obedientiæ, patientiæque specimen: tunc Isaac ad viuum Christi expressit figuram, tunc omnibus fuit memorabile exemplum, tunc in illo quid virtutis, quid, inquam, diuinitatis similitudo fuerit omnes accepimus. *Nisi corpus*, inquit beat. Chrysostom. serm. 32. de patient. Iob. tom. 7. *vulneribus perterebrasset, interiores rady non emicnissent, nisi in stercore constitisset, diuitias eius non noueramus.* Sic equidem, quid patientiæ, quid sustinentiæ, quid summæ perfectionis in Isaac extitisset, nisi ad instar Christi ligaturas, mortemque patienter subire vidissemus, omnino nesciremus, quia tunc vera Christi extitit parabola, verum Christi exemplar, quando totus in patientia consumatus, perfectusque, & ideo ipse posteà vndequaque perfectus, eo quòd vndequaque ad similitudinem Christi patiens, quia, vt inquit Gregor. lib. 2. Moral. cap. 13. exponens illa verba Eliphaz, *Vbi est timor tuus, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Perfectio de patientia nascitur, ideo statim post patientiam, viarum perfectio subinfertur.* Vide Tertulli. lib. de patientia, & Chrysostomum vbi supra. Quod cùm ita sit, non equidem mirandum si patientes Dei possident regnum, & patientiæ virtuti debetur corona illa gloriæ. Nam, vt inquit Ambrosius in Psal. 43. *Illa vera terra promissionis non in gladio possidetur, neque brachio capitur, sed patientia possidetur, & acquiritur.* Et Basilius in Psalm. 33. optimè hoc explicat, dum ait: *Cælestis illa Hierusalem non est bellatorum spolium, sed longanimiter, & mansuetè omnia tolerantium sperata hæreditas.* Pulchrè, bellum enim, quo cælestis illa Hierusalem acquiritur, & quo eius debellantur hostes, non consistit in inferendo, sed in tolerando vim, nam dum hostis patienter toleratur, deprimitur, ac superatur. *Spectani aliquando certantes*, inquit Philo lib. 4. Quod omnis probus sit liber, *alterum obtundentem pugnis, totis viribus contendentem ad victoriam, tandem lassum, & incoronatum discedere: alterum tanquam saxeum, ferreumue nihil plagis cedere, solaque patientia superare aduersarium, & ad extremum adipisci victoriam. Huic similem bonum virum censeo, qui validè confirmatus, certo animi proposito efficit, vt aduersarius prius animo delassetur inferendo iniurias, quàm ipse quicquam agat præter animi sui sententiam.* Pulchrè dictum; tolerando namque deprimitur hostis, & patienter iniurias tolerando validius superatur; fortior contra nos erit, si resistimus, & oppugnamus, at si patienter molesta sustineamus, deficiet suomet furore oppressus, dum per tolerantiam fortiores euadimus. *Quandiu oues fuerimus, vincimus*,

Chrysost.
12. Sancti quãdo ad Christi Dei possint similitudinem emicare, quandoue eorum resplendet sanctitas.

Greg.
13. Perfectio patientiæ filia.

14. Gloria patientiæ debetur. *Ambros. Basil.*

15. Bellũ quo gloria adipiscitur quale. *Philo.*

16. Victoria inimici Christiano viro vt adipiscenda.

A inquit Chrysostomus homil. 34. in Matth. *etiam si mille circumstent lupi, superamus, & victores sumus, quod si lupi fuerimus, vincimur.* Ad victoriam ergo sustinentia opus est, qua ad cælestem Hierusalem appropinquantes conciues eius efficimur, qui nobis tale regnum per patientiam acquisiuit, iuxta illud Apocal. 5. num. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum*, vbi Græcanica Scholia, scilicet *per tolerantiam afflictionum*. Sic etiam Iacob Angelum superauit perferendo; tunc enim quasi victus, à Iacob petiit vt eum dimitteret, quando *tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit*, Gen. 32. 25. Mirum sanè, claudum cùm effecisset Iacobum tunc validior videbatur Angelus: at non sic, tunc enim fortior Iacob, quando tolerantior; nam in Dei schola sufferendo vincitur, & tolerando superatur: sustulit patienter Iacob fæmoris emarcitionem; sufferendo vicit Angelum, immo & Deum in Angelo, vnde merito posteà ei dictum est: *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?* Vt semel intelligamus sola patientia nos victuros, non solùm terrena, sed cælestia, & nullum aliud aptius esse medium ad homines deprimendos, vincendosque, quàm patientiam, & tolerantiam, per quam cognoscitur & probatur quis verè sit vir. vnde Salomon, ait Prou. 19. num. 11. *Doctrina viri per patientiam noscitur*, id est, vt inquit Gregorius homil. 35. in Euangelia; *per patientiam homo cognoscitur, quòd doctus sit, ac prudens.* & cap. 14. num. 29. idem Salomon ait: *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam.* Quem locum notans Chrysostomus homil. 33. in primã ad Corinth. affirmat ideo illud dici, *quia patientia vniuersa philosophiæ radix est*; vnde benè Oecumenius affirmat probationem, & tolerantiam in afflictionibus non esse opus quorumuis hominum, *sed eorum qui secundum Deum sunt sapientes.* Quapropter licet aliquis sit, & dici possit virtutis vir, si tamen patientia illi deest, nec virtutis dicetur, neque perfectus, immo nec iustus; quod benè scientes isti in fornace patientiæ iustum probare volunt, dicentes: *Contumelia* &c.

Chrysost.
17. Christus per patientiam fecit nos Deo regnum. *Apoc. 5. 10.*
18. Iacob perferendo Angelum vicit. *Gen. 32. 25.*
19. Patientia vincuntur terrena, & cælestia. *Prou. 19. 11.*
20. Quis sit vir per patientiam dignoscitur. *Greg. Prou. 14. 29. Chrysost. Oecum.*

Num. 20. *Morte turpissima condemnemus eum, erit enim respectus ex sermonibus illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

1. Crucis mors ignominiosa, & dolorosa. *Gretser.*
2. Cur crucifixi prius flagellabãtur. *Coster.*
3. Crucis mors quãrum Romanis odiosa.

EN quousque peruenit odium istorum contra iustum, vsque ad mortem, & insuper turpissimam, Crucis nempè, vt mox dicemus.

Morte turpissima &c. hoc est, Crucis. Quàm turpis, ignominiosa, & simul dolorosa fuerit Crucis mors, vide Gretserum 1. de Cruce cap. 38. Ignominiosa enim erat, tùm quia tali supplicio solùm viles plectebantur, tùm ob modum, nudi enim appendebantur, qua de causa prius flagellabantur, vt ait Coster. Matth. 24. de Passione Domini, ne talis nuditas aspicientes ad aliquam fæditatem traheret, & sic turpissima; vnde odiosa Romanis, in tantùm, vt nullo alio potissimo medio cohibuerint homines à vesana illa

rabie se occidendi, quam lata lege suspendi eorum cadauera in croce post mortem, ad ignominiam, qui etiam ad significandum ignominiosa morte esse dignum eum, qui pro patria non vigilabat, quotannis canem cruci affixum Capitolio deferebaur, vt inquit Plutarchus de foro Romanor.

4\. Canem cur quotānis crucifigebant Romani. *Plut.*

Erat etiam crucis mors dolorosissima, quatenus pendens ex ea homo, totus propemodum erat in tormentis, itavt nulla eius corporis pars extabat quæ suum particulare non pateretur incommodum, manus & pedes clauis, brachia, craraque ipsa corporis mole; caput tandem, dum nullum repetiebat fulcimentum, sicque totus erat in pœnis.

Hinc elicere liqoet, vt hoc obiter hîc addam, quanti, quamue graues dolores fuerint Christi, quos si semel cum internis animi doloribus de hominum peccatis, deque Patris offensa, quos sustinebat, coniungamus, perspiciemus tales illos fuisse, vt plures passus sit Dominus noster in cruce dolores, quàm simul iunctim præteriti, præsenres, ac futuri homines vsque ad diem iudicij simul, de potentia ordinaria pati possunt.

5\. Christus plures passus est dolores quàm omnes homines simul passi sunt & pati possunt.

B

Ratio huius dicti est, quia Christus Dominus noster doluit de peccatis omnium hominum, simul sumptis, ac perfectissimè consideratis, non solùm generaliter, sed etiam singulariter, quia cùm pro omnibus, & singulis satisfacere debuisset, pro omnibus, & singulis doluit, satisfactiunem Deo Patri offerens. vnde præsentiuta fuerunt Christo peccata cuiuslibet, ac cuilibet particulari: ex quo fit, vt simul habuerit dolorem, ac tristitiam peccatorum omnium hominum, qui ab initio mundi de peccatis doluerunt, & simul eorum, qui vsque ad mundi finem de eis dolituri sunt, & insuper eorum qui culpa sua numquam de peccatis doluerunt. Quod autem hæc tristitia in Christo fuerit maior, intensior, ac durior, quàm in omnibus simul iunctim hominibus, euidentissimè patet.

6\. Peccata omnium hominum præsentiota Christo, quam ipsismet hominibus.

7\. Tristitia Christi de peccatis hominum quàm ingens.

Nam, vt inquit Sanctus Doctor 3. parte quæ. 46. art. 6. ad quartum, dolor Christi de peccatis singulorum maior fuit, quàm cuiuslibet contriti, quod patet, tùm ex parte obiecti formalis, tùm materialis: ex parte enim materialis, quia nullus homo sic præsentia habuit omnia peccata sua, itavt sic omnium recordaretur, vt vno ictu omnia inspiciat, & præsertim venialia, vti Christus, qui non solùm cuiuslibet peccata vnico inspexit intuitu, sed etiam, & leuissimas quaspiam, minutasque imperfectiones: ex parte verò obiecti formalis hoc etiam magis patet, quia nullus sic Dei offensionem cognouit, nullus sic ingratitudinem, malitiamque, quæ in peccato existit.

S. Thom. 3. p. q. 46. art. 6.

8\. Rationes & motiua efficacissima ad probandum Christum supra omnes doluisse homines peccata.

Quod etiam amplius patebit, si huoc cōsiderare velimus dolorem, aut ex parte cognitionis, aut ex parte principij huius doloris, aut ex parte gratiæ: si ex parte cognitionis, certum est nullū tam clarè, ac tanta animi intensione omnia, quæ ad peccatum detestandum mouere possunt, sic considerasse ac Christum: si vero ex parte principij, quod est charitas, nullus sic Deum amauit, sic Deum coluit, sic Dei ius illæsum desiderauit: si autem ex parte gratiæ, certum est nullum tantam habuisse gratiam ad peccatum detestandum, vti Christus Dominus noster.

Ad quæ, si addas amorem, quem Christus erga homines habebat, amplius vim huius pa-

A

tebit doloris, cùm certum sit Christum intensius, efficaciusque quemlibet amare hominem, quàm quilibet seipsum, cùm amor Christi erga homines, sit amor Creatoris erga creaturam, qui intensissimus est. Vnde mihi summopere placet illud quod ait Suar. ad tertiam partem q. 46. articulo sexto disput. 33. sect. 2. hunc scilicet dolorem de peccatis hominum fuisse in Christo vehementiorem, & intensiorem, qoàm omnes alij dolores de quibuscumque aliis rebus, vel obiectis, qui in hominibus, vel Angelis sunt, vel secundùm ordinariam potentiam esse possont. Cuius ratio optima est, nam Christus dolebat de peccatis hominom secundùm totam intensionem gratiæ suæ, & charitatis, quæ intensio erat maior in Christo, quàm in quolibet homine, vel Angelo, ex quo fit, quòd numquam homo, vel Angelus actum aliquem sic intensè operari potest, ac Christus, quia cùm hunc actum à potentia eorum eliciatur naturali, nulla sic efficacior, ac potentia Christi.

Suar.

Ex his ergo patet, in infinitum Christi dolorem de peccatis cuiuslibet, excedere dolorem, quem quilibet de suis habet: at cùm Christus de omnibus simul omnium peccatis doluit, singulariter, vti diximus, & non tantùm generaliter, fit necessariò, vt sic dolor internus Christi acceptus maior fuerit, quàm omnes hominum simul interni dolores, quibus si externos addas, clarè deduces, in Cruce dolores Domini nostri internus, & externos simul acceptos, fuisse maiores, quàm dolores, quos iunctim omnes homines de potentia Dei ordinaria passi sunt, aut pati possunt, quod equidem mirum, & admirandum, etsi verissimum.

Hinc elicere quis potest quantùm Christus

C

Dominus noster pro nobis sit passus, & simul, quàm vero dixerit sensu, quantaque ratione, talem dolorem, nisi aliàs à sua impediretur diuinitate, sufficientem extare ad illum occidendum. Vnde dixit Matth. decimosexto numero trigesimooctauo, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, qui in horto, dum illum occidere non potuit, elicuit sanguinem; plorans toto corpore, dum oculi tantùm reperiebantur impares, vt egregiè adnotauit Bernardus serm. de 5. diebus processi. defect. vbi sic ait: *Factus Dominus in agonia orabat, vbi quidem non solùm oculis, sed quasi membris omnibus videtur fleuisse, vt totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius lacrymis corporis purgaretur.* Pulchra ratio, totum corpus Ecclesiæ ablucre debebat, quæ tota polluta, singula eius membra singularem obtingebant turpitudinem. Voluit ergo non solùm oculis, sed toto plorare corpore, vt ad singulas discretasque, vt sic dicam, singulorum turpitudines, singularis membrorum, particularisque dolor, singulares particularesque correspondere[illegible] lachrymæ, & non equidem aqueæ, sed sanguineæ, qui dolor in cruce posteà non solum diminutus, sed nouis accedentibus doloribus auctus credendus est: vnde verè in Christo crucis mors non solùm extitit turpissima, sed dolorosissima.

Mat. 16. 38.

9\. Christus in horto cur sanguinem emisit. *Bernard.*

10\. Toto corpore plorauit & cur.

D

Erit enim respectus &c. Multi multipliciter hoc intelligunt, Iansenius, quòd sensus est: *dum affligetur à nobis, considerabimus, & inspiciemus ex verbis ipsius, qualis sit.* Vatabl. & Sa. *Ratio eius iuxta sermones illius habebitur*, hoc est

Iansen. Vatabl. Sa.

Cantac. Glossa. Interlin. Bon. Lyran. Hugo.

tractabitur secundùm eius dicta, vel ironicè, *Deus respiciet illum*, scilicet, vt ipse prædicabat. Cantacuzenus; *erit forsan quod prædixit de sua resurrectione.* Glossa, Interlin. Bonau. Lyranus. *Videbimus, valeatne post mortem seipsum suscitare, sicut aiebat*: Quod si non, hoc pacto, *erit respectus noster*, inquit Hugo, id est, *excusatio nostra*, vt si quæramus cur interfecerimus, respondebimus, quia filium Dei se faciebat.

Osor. Lorinus. Castro.

Mihi tamen sensus planior videtur ille, quem tradit Osorius, & approbat Lorinus, & Castro, videlicet: *Condemnabimus eum etiam morte turpissima, & inspiciemus moriente illo verba ipsius, & qualia illa erunt, taliter iudicabimus de illo, & sic respiciemus eum.* Putabant equidem isti mentitum se esse Christum, dum filium Dei se nominaret, & quod vi tormentorum contraria dicturus erat in morte, ac ea, quæ in vita dixerat, & planè confessurum se esse mentitum; vnde dicunt, quòd in morte sine dubio aperiet veritatem, & sic ex sermonibus illius illum postea respicient, id est iudicabunt, trutinam facient, cùm de veritate illa, an scilicet sit verè filius Dei, tùm de sanctitate eius.

II. Ex verbis homo cognoscitur.

Ex verbis enim ab homine prolatis cognoscitur ipse homo, qualiter enim ipse loquitur, talis erit; sic etiam isti hoc intendebant, non solùm, vti diximus, veritatem, tormentis, & inedia crudelissima erue re morte, sed de sanctitate eius iudicare, & an in tormentis verba operibus respondebant, & sic inquit Castro, quod sensus esse potest: *erit enim respectus ex sermonibus illius*, id est, erit *inspectio*, & videbimus an patientia ipsius, & constantia respondeat orationi, & verbis eius: nam qualia ista, taliter de eo iudicabimus, si patientiam, & tolerantiam, redolent patientem, & tolerantem, at si è contrà impatientiam, & intolerantiam, impatientem, & intolerantem, vera enim trutina mentis & cordis est oris loquutio, talis enim homo erit, qualis loquitur, & præcipuè in tribulatione &c. Vnde sanctissimum erit consilium in tribulationibus silere, silentioque ea superare.

HOMILIA XLIII.

Tribulationes silentio superandæ, & verba quæ in illis proferuntur indicant hominis statum, & virtutem.

ERit enim respectus ex sermonibus illius &c. inquiunt isti, dum eum morte turpissima, crudelissimaque condemnabimus; cuius sensus est, vti diximus, sanctitatem eius expendemus ex verbis eius, dum in tribulatione fuerit: nam certum, & infallibile sanctitatis hominis est signum, si in tribulatione positus, ita constanter, patienter, ac longanimiter in verbis se gerat, ac quando sine tribulatione degebat.

Magoum hoc est sanctitatis specimen, quod præcipuè videmus in sanctis obseruatum: vnde & ex hoc Scripturæ, alicuius sanctitatis, eiusque commendationis signum, gradumque sumunt. Hinc

A appositè adnotat Scriptura de Sancto Tobia dicens: *Quod non sit contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Tob. 2. num. 14. Notanda postrema verba hæc, innuunt enim dictum, omni tempore agebat gratias, vt in tempore prosperitatis, ac in tempore tribulationis, & sic in illis positus, non aliud audiebatur verbum ex ore eius, quàm gratiarum actionis.

1. Tobias probatus ex verbis patientiæ dum esset in tribulatione. *Tob. 2. 14*

Quod quasi ad miraculum adnotat Scriptura, cùm verè tales in tribulatione emittere voces, miraculum sit, opusque non humanum, sed diuinum. Matth. 20. num. 17. post prædictas Apostolis Dominus noster tribulationes ab hominibus ipsis inferendas tandem adiecit: *Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*

2. Verba patientiæ in tribulatione sunt miraculosa & diuina. *Matt. 20. 17.*

B Mirum, vt imparatos eos requirat Deus, nullaque prius præmoniti cogitatione, nullaque prudentia prædíti humana, itavt admiraculum reputetur vox, & miraculosè ipsi, non humana, sed voce loquantur Diuina: contra Dei morem hoc videtur, dum in singulis semper actionibus, & nostrum requirit opus, nostrosque conatus: an hoc, quia sic præclarum, sic magnum, & illustre est, scitè, ac cordatè in tribulatione loqui, vocemque emittere sustinentiæ, ac longanimitatis, vt sit suprà humanum, ac propemodum quid Diuinum, ideo, vt hoc ipsi intelligerent, neque sibi vnquam tale possent ascribere opus, præuentionem interdicens humanam, beneficium promittit Diuinum: vnde subdensait: *Non enim vos estis, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

3. Christus cur Apostolis vetuit non præmeditari quid loquerentur, cùm tradıti essent.

Quasi diceret, talis vox non est hominis digna, sed Dei, prodi ab homine non potest, sed à Deo, hinc & si vos eum proferetis, scitote non vos esse, qui loquimini, sed C *Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Patris dixit, quasi nullum certius signum filios æterni esse Patris, quàm vox patientiæ in tribulatione; hinc nulla sic præclarior: *O quàm dulce*, ait Rupertus, *ò quàm præclarum ea, quæ loquimur talia esse, vt ea prudens auditor nequaquam dignetur ascribere nobis, dicatque, non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

4. Signum Dei filiationis vox patientiæ in tribulatione. *Rupert.*

Hinc Centurio non ex aspectu, sed ex voce Christum esse filium Dei cognouit. *Videns autem, quia sic clamans expirasset*, ait: *verè hic homo filius Dei erat.* Marc. 15. num. 39. Ergo ad vocem credidit, inquit Bern. serm. 28. in Cantic. *Ex voce agnouit filium Dei, & non ex facie.* Cur non ex facie? quia aspectus, quem habebat, noster erat, peccatorem ostendebat: vox autem Deum. *Vox quidem Iacob*, ait Bernardus, *manus autem manus sunt Esau, suum est quod* D *auditur, ex eo quod in eo videtur nostrum, quod loquitur Spiritus, & vita est, quod apparet mortale, & mors*: at quid locutus clamans? *Pater*, inquit, *in manus tuas commendo Spiritum meum.* Hac voce audita, illum Dei esse filium cognouit, & Patrem non alium quàm Deum inuocasse: vnde hoc? *Ex his, quæ fiebant*, inquit Marc. ibid. hoc est, ex terræmotu, ex tenebris: alij ex ipsomet clamore, quia suprà humanas vires: sic Maldonat. alij ex omnibus simul, quæ à principio viderat, ex pœnis, & tormentis, & ex voce, quam in illis emittebat, Patrem rogans pro ipsismet, qui illum crucifigebant, *Pater*, inquit, *dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*, Lucæ vigesimotertio n. trigesimoquarto, &

5. Centurio ex verbis Christi patientiæ cognouit ipsum filium esse Dei. *Mar. 15. 39.* *Bern.* *Maldon.*

nunc, *Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum.* Rectè ergo Diuino illustratus lumine interiorique adiutus gratia, conclusionem elicuit, illum verè Dei esse filium, quia sic clamans expirasset, quasi impossibile iudicans, vt sic clamaret, hoc est, vt inquit Origenes, *Non timidè, sed confidenter*, qui non esset filius Dei, nec possibile vt talis non esset, qui suprà talem patientiam talem emisisset vocem sustinentiæ, rogans pro sumet Patrem crucifixoribus. Hinc rectè elicit Bernardus tractatu de Passione capite octauo, similem & nos apud Patrem confidentiam habere posse, si in tribulationibus similem emiserimus vocem: *Si orauerimus pro inimicis*, ait, *si pœnitentibus, qui in nos peccauerunt ex toto corde remiserimus, si proximis nostris mutuam rependerimus charitatem, si in omnibus tribulationibus nostris sperauerimus in eo, & postremò, si in bonis operibus perseuerauerimus vsque ad finem, poterimus dicere æterno Patri cum Domino Iesu: In manus tuas* &c.

Origen. Bern.

6\. Qui verè Deum patrem nominare possunt.

7\. Falsus Dei seruus induplicem habet linguam, vnam in prosperitate, alteram in tribulatione. Eccl. 5. n. 21.

Hinc à contrario elici potest sensu, non equidem filium Dei, neque iustum debere dici, qui duplicem habet linguam, vnam in prosperitate, illa Deum benedicens, alteram in tribulatione, illum maledicens, mutans se quasi ad aëris cursum. Ob quod suadet Sapiens Ecclesiast. 5. num. 21. dicens: *Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.* Ille enim duplicem habet linguam, qui vnum loquitur in prosperitate, alterum in aduersitate, ac proinde meritò peccator dicitur, & vt talis iudicatur, non sic autem iustus: vnde meritò primùm, quod ponitur in Sancti Iob laudibus est, *quod in omnibus illis tribulationibus, scilicet non peccauit labiis suis, neque stultum quid contrà Deum locutus est.* Iob 7. num. 21.

Iob. 7. 22.

8\. Sanctissimi Iob victoria proclamata ex verbis in tribulatione prolatis.

Vbi notandum, quod non sine valida ratione scriptor vitæ Sancti Iob in principio apposuit Iobum non peccasse labiis suis: nam, si benè perpenditur, signum, quod Diabolus Deo promisit ad ostendendum sanctissimum virum non verè Deum, sed fictè timere, verba fuerunt impatientiæ, semel à tribulatione tactus, quam si semel à sancto dæmon extorsisset, proculdubio victor contra Deum euasisset, & sic ei dixit: *Tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Iob. 1. num. 11. Quasi dicat, tu dicis Sanctum esse Iobum, & iustum; ego è contrà non esse veram talem iustitiam: quod probabo, quia non sic loquitur in tribulatione, ac in prosperitate; nam vix tu tanges eum, ac ille impatientiæ verbum proferet, diuersimodeque loquetur, vnde trutina sanctitatis Iob, quam Deo Diabolus proposuit, nulla alia fuit, nisi verborum eius qualitas in tribulatione, quam Deus ita iustam iudicauit, vt ad manifestandam serui sui sanctitatem optimam dicens, quasi ex condicto cum Diabolo, licentiam ei in omnem eius impertiuit substantiam, profitens è contrà Deus, nullum Iobum prolaturum impatientiæ verbum, ac proinde verum esse illum iustum, ac sanctum, *Cuius petitione callida nequaquam prouocata veritas vincitur, sed ad deceptionem suam hosti conceditur, quod fideli famulo ad argumentum muneris suffragetur*, inquit Sanctus Gregorius Moralium lib. 2. cap. 6. Quod

Iob. 1. 11.

9\. Diabolus verè sanctitatis Iob nullum aliud experimentum expetiit à Deo nisi verba.

Greg.

A cùm sic accidisset in primo conflictu, & victoria contra Diabolum pro Deo stetisset, eam scriptor illicò pronuntiat dicens: *Non peccasse Iob labiis suis*, quod & secundo præstat capite, post secundam vlcerum cladem, iterum dicens: *Non peccasse Iob labiis suis.* In hoc enim tota victoriæ Dei vis erat posita, & tota Diaboli, in prolatione nempe verborum in statu afflictionis: nam si fuissent impatientiæ, fictitia tota fuisset sancti vita: vnde cùm minimè aliquam tedoluisset impatientiam, hunc sanctissimus, & vndequaque perfectus iudicatus, victoque in illo Deus proclamatus. Quod egregiè considerauit Chrysostom. homil. quòd nemo læditur, nisi à seipso, tom. 5. ponderans sanctissimo viro substantiam abstulisse Diabolum, non vt eum pauperem faceret, sed vt impatientiæ verbum ab eo extorqueret, *Sciebat*, inquit, *hunc rerum ordinem Diabolus, nempè, quòd nemo læditur nisi à seipso, & ideo cùm expetiisset beatum Iob omnem substantiam eius, perditum dedit, non vt eum pauperem faceret, sed vt pro B his dolens impium aliquem sermonem proferret in Deum.*

Chrysost.

10\. Vltima hominis perfectio verba patientiæ in tribulatione.

Vnde merito verba patientiæ, & humilitatis, seu resignationis, quæ in statu proferuntur tribulationis, & nullus linguæ lapsus, vltimum sunt ornamentum, & summa operis manus, adeo vt si hæc desint, imperfectum erit perfectionis opus, non secus ac si in statua quadam, licet pulchra, licet absoluta, inscriptio deficeret, aut prototypi, aut opificij, desideraretur equidem vltima hæc perfectio, sine qua tota reliqua eius pulchritudo parùm saperet, parumque C delectaret. Sic pari modo, licet aliquis vir sit virtutis, licet interiùs Deum amet, & optimis sit ornatus habitibus, tamen si in tribulatione positus verbis impatiens sit, erit quidem statua, non absoluta, non vndequaque perfecta; deficiet enim inscriptio prudens, scilicet linguæ vsus; quod optimè idem adnotauit Chrysostomus vbi suprà de Sancto Iob, & pulchrè ait, non illi talem defecisse perfectionem, nec simile ornamentum; *Quemadmodum in simulachrorum crepidine*, ait, *statuarumque basi, solet inscribi; hic, illenos posuit: ita hoc loco libri autor postquam infisti simulachrum verbis absoluit: in crepidine hanc verbi inscriptionem reliquit: in omnibus his non peccauit Iob.*

Idem.

11\. Illa Iob nō defuit.

12\. Qui in tribulatione profecit. Ambros.

Qui Sanctus non solùm non peccauit, aliquid D minus decens loquendo, sed multum profecit; multa bona, sanctissimaque verba proferendo, vt inquit Ambrosius lib 2. de interpellatione Iob ca. 2. *In stercore sedens, ait, in tantis vibicibus, & saui doloris vulneribus totum corpus diris perfusum vlceribus, mysteria loquebatur, nec acquirendo proprium remedium ægritudinis, sed satis vacabat sermonibus: fortiores itaque sermones ægri hominis, quàm illorum, qui non ægrotabant, ideo quòd non carnis gemitus, & corporis infirmitates, sed voces spiritus loquebatur, quibus vrgeret, non quibus cederet.* At vnde illi tanta fortitudo? vnde tanta in tam graui tribulatione verborum sanctitas? Iob fortitudo ex silentio. dicam, ex silentio, quod prius habuit, patienterque in se tribulationis pondus sustinens, nil exteriùs loquens: vnde meritò post tam diuturnum meruit silentium, vt aperiens postea os, *mysteria loqueretur*, vt inquit Ambrosius.

13\.

Idem.

Post hæc, ſacet inquit textus, *aperuit Job os ſuum.* Quid enim aliud ſignificat, *Poſt hæc*, niſi poſt acceptas plagas, poſt amicorum aduentum, poſt ſeptem dies ſilentio tranſactos, poſt vermiculorum famem expletam. vt argutè inquit Origen. nam mos erat Orientalium, Perſarum, Medorum, Chaldæorum inter pocula non loqui. Sic patiens vir morem obſeruans, dum de eius ſanguine conuiuabantur vermes, tacuit, ſiluitque, vnde poſt diuturnam in ſilentio patientiam, poſt illam loqui incepit: vt ſemel intelligamus ad noſtram doctrinam hæc ſcripta eſſe, vt ſi ſanctè, digneque in tribulationis tempore loqui deſideramus, diu priùs ſileamus, patienterque ſuſtinendo, cùm certè non minus Deo ſit gratum hoc in principio tribulationis ſilentium, quàm in eius proſecutione ſancta loquutio; hoc equidem fuit admirabile in Sanctiſſimo Iob, vt talibus obrutus plagis à principio ſiluit, non gemuit. Quod adnotans Origenes lib. 1. in cap. 1. Iob tomo 2. meritò admiratur: *Cùm vnum ex pluribus videretur Iacob filium perdidiſſe, à cæteris omnibus conſolari non potuit, ſed dixit: Deſcendam lugens in infernum: magnanimus autem Iob poſt peculij perditionem, & poſt bonorum omnium direptionem, omnium filiorum miſerabilem interitum, pariter ſimul cùm audiſſet, non ſuſpirauit, non ingemuit, non maledixit, non blaſphemauit, non culpauit.* O mira, & admiranda non ſolùm hominibus, ſed Angelis patientia! ipſiſque dæmonibus tremenda, vt inquit Chryſoſtomus lib. 3. in Iob, quæ ſic tolerauit, ſic ſuſtinuit, ita tacitè, ſic ſilenter: *Non ſolum omnes homines*, inquit Chryſoſtom. *ſed puto, quòd & audeo dicere, etiam ipſos Angelos, atque omnes dæmones perterruit Iob tolerantia, atque conſtantia, cùm terra, & lutum ſuperauit omnem virtutem, ac fortitudinem, atque omnem verſutiam maligniſſimi Diaboli, qui cùm acciperet in eum poteſtatem cuncta hæc in eo exercuit, quæ omnia corda in pauorem deducunt, & omnem animam ſtupere faciunt.* Et tamen illa patiens, non gemuit, non maledixit, non quicquam eſt locutus? immò quietiſſima pace intus in ſe fruens totum negocium Deo dereliquit, nil exterius loquendo: quid ergo mirum, ſi in ſuſtinentia durauit? ſi viuit? ſi Dei auxilium impetrauit? cùm nullum aptius ſit medinm ad tribulationem perferendam, ſicut & ad auxilium Dei præſtolandum, quàm ſic ſilere, iuxta illud Iſai. *In ſilentio & ſpe, erit fortitudo veſtra.* Iſai. 30. cap. 15. In ſilentio, id eſt, in ſuſtinentia, & omnis humani auxilij deſpicientia, & in ſpe, id eſt, in ſolius Diuinæ opis expectatione erit fortitudo veſtra aduerſus omnium malorum incurſus: vnde ſi in ſumma aliqua tribulatione, ob peccatorum noſtrorum pōdera dignè emerita, nobis aliqua poterit eſſe ſpes, à nullo alio potiori ſigno eam elicere poterimus, quàm ſi in tribulatione humiliter ſileamus, nullum prorſus verbum loquenres, neque exteriùs conſolationem aliquam requirenres, ſed quietè, pacificeque collum Diuino tribulationis iugo ſubmittentes.

14. Orientaliū mos inter pocula non loqui.

Origen.

15. Iob cur in principio ſiluit.

Idem.

16. Eius ſilentium admirandum, cæteris exemplar quomodo in tribulatione ſilere debeant.

17. Eiuſque patientia Angelis etiam admirabilis.

Chryſoſt.

18. Silentium in tribulatione medium efficax ad Dei auxilium præſtolandum.

Iſa. 30. 15.

19. Euaſionis ſignum à tribulatione efficax ſilenter & voluntariè eam ſufferre nullam exterius conſolationem requirentes.

Sic equidem populus Iſraël meritò à Deo afflictus, Sanctuſque Propheta Hieremias cum illo, Thren. 3. 28. in nullo poſſibilem eſſe ſpem auxilij cogitauerunt Diuini, niſi in ſilenti dolorum ſuorum ſufferentia: *Sedebit ſolitarius, & tacebit*, inquir, *quia leuauit ſe ſuper ſe, ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes.* Cuius ſenſus eſt, poſt afflictionem à Deo populo immiſſam, ipſe populus *ſedebit*, id eſt, ſufferet onus ſolitariè, nullo adiuncto, neque exquiſito comite ad ſubleuamen ſui laboris, ſed ſolus deſiderans iugum portare Domini, *& tacebit*, tacens, in nullo ſe quæritans, non obmurmurans, non contrà Deum aliquid dicens, *Quia leuauit ſuper ſe*, id eſt, iuxta Septuaginta, *quia tulit ſuper ſeipſum iugum graue.* Quod eſt dicere, tantùm abeſt, vt ſe loris, & iugo ſubtrahat, vt etiam ſponte ſua accedat, & colla ſubmittat: *Ponet in puluere os ſuum*, ita præbebit ſubmiſſam ceruicem, vt ore contingat terram, demiſsè ſimul, atque ſilenter, ſi fortè ſit ſpes, hac ratione putans futuram ſpem in Deo, & non aliter, ſilentio nempe, & patienti ſufferentia: ob quod idem Propheta antea dixerat, *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.* quaſi diceret Sanctus Propheta, in demeritis malis hoc eſt remedium extremum, ſilentio ea ferre, ſpe de Dei bonitate concepta, melius ac commodius eſt cum Deo agere ſilentio, quàm quærimoniis importunis.

Thren. 3: 28.

20. Aptiſſimus modus tribulationes ſufferendi, ad Deum commouendum.

Vnde Sanctus Dauid nullam maiorem rationem ad Dei auxilium reperit implorandum, quàm ante eius oculos ſilentium ponere ſuum, quo inimicorum iniurias ſuſtulit, & intra ſe continuit: *Memor eſto*, inquit, *Domine, opprobrij ſeruorum tuorum, quod continui in ſinu meo multarum gentium*, Pſalmo octuageſimo octauo, ver. quinquageſimo primo, quaſi diceret: tamen in opprobriis, in iniuriis, nil dixi, ſilui; memor eſto huius ſilentij, & illarum iniuriarum, quia ſi memor eris, ſcio quòd ſuccurres. Et alibi deſiderans in tribulationibus patientiam, & eam à Deo præſtolans mandat animæ ſuæ, vt ſileat in eis: *Verumtamen*, inquit, *Deo ſubiecta eſto anima mea.* Hebr. *ſilens eſto, ab ipſo enim patientia mea*, Pſal. ſexageſimoprimo, numero ſexto, quaſi diceret, cùm à Deo mihi deuentura ſit patientiæ virtus, ſi hanc acquirere vis anima mea, ſile, & in tribulationibus tace: immo, ſi auxilium, ſubleuamenque deſideras: vnde ſuprà dicit: *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea?* vti Hieronymus iuxta fontem Hebr. *Attamen apud Deum ſilebit anima mea.* Qua ſilente, & pacificè in Deum ſperante ſine dubio Deo ſubiecta, ab ipſo ſalutare, auxiliumque ſperans obtinebit: vnde & ſequitur: *Ab ipſo enim ſalutare meum.* Quid enim per ſalutare niſi totalem Dei protectionem, firmamque in bono ſtabilitatem intelligit? & tandem non vnam, ſed omnimodam gratiam, vt dixit Baſilius homilia decimaquinta in expoſitione huius Pſalmi ſuper hæc verba: *Quid autem ſit ſalutare declarat*, ait, *Non eſt vnda quædam, aut leuis actio vnum aliquam nobis ſuppeditans gratiam, qua ab infirmitate liberemur, ac temperatam corporis habitudinem adipiſcamur: cæterum quid eſt ſalutare, ipſe enim Deus meus, & Saluator meus, ſuſceptor meus, non mouebor amplius, Deus noſter eſt ex Deo filius, idem & Saluator humani generis eſt noſtram corroborans debilitatem, ac noſtram corrigens per multimodas tentationum ſalebras inclitam animi fluctuationem.* At quomodo corroborat? firmando ſcilicet, vt vnde prius mouebamur à tentatione,

21. Dauid ſilentio tribulationes ſuperabat, auxiliumque à Deo impetrabat.

Pſ. 88. 51.

Pſ. 61. 6.

Hieron.

Baſil.

22. Salutare Dei, quid ſit.

23. Ex ſilentio in tribulatione quantum ſit lucratus Dauid.

postea non moueamur; vnde prius elidebamur, postea non elidamur, sic potens cum Deo est vna humilis, ac tacens sufferentia: vnde sequens Basilius ait: *Non mouebor amplius dixit: fluctuationem sui confitetur animi, humanum morem sequutus, perditionem amplius; impossibile namque est hominis animæ aliquam à tentationum flatibus non excitari commotionem: ait ergo, vt homo commotus sum, amplius autem non commouebor, quoniam dextera manu Saluatoris firmabor.* Quapropter sic immobilis existens, etsi vndequaque tribulatione cinctus; firmiter tamen sperat occasionem, quod tantum bonum illi non aliunde, nisi quia in tribulatione tacuit, sileoterque sustinuit.

24. Populus Israel ad tribulationem superādam silentium indixit. *Hieron. 8. 14.*

Quod populus sciens Dei afflictus ad pœnitentiam posteà adductus, primum quòd condixit, silentium fuit in tribulatione: *Venite*, inquiunt per Hierem. 8. 14. *& egrediamur ciuitatem, & sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis, peccauimus enim Domino.* Cuius sensus est: sileamus ante Dominum, idest, patienter, & cum silentio hanc sufferamus tribulationem, quam nobis Dominus immisit, ita pro peccatis emeritam nostris, vt nihil ex aduerso respondere Domino possimus, *ideo ipse silere nos fecit.* Licet potum dedisset nobis aquam fellis, peccauimus enim, & ideo ex recognitiooe peccatorum nostrotum obmutuimus, attamen cùm ita sit, & silendum nobis sit ob peccata nostra, quia digni morte sumus, tamen si aliqua misericordia aliquo medio erit nobis merenda, silentium erit silensque patientia: *Quapropter, venite, & ingrediamur ciuitatem, & sileamus ibi* Vnde meritò Sanctus Iob prius quàm locutus est, siluit, vti diximus, ad nostram doctrinam, docens nos silendum in tribulationibus, nulloque aptiori medio eas superari, quàm silentio.

25. Silentium in tribulatione Regij animi signum. *Pr. 17, 22.*

Quod signum magni, præclarique est animi, ac propemodum Regij: *Qui moderatur sermones suos*, inquit Salom. Prou. 17. 22. *doctus, & prudens est, & preciosi spiritus*, hoc est, alti, sublimis, ac propemodum Regij. Hinc vir eruditus non cito loquitur, quia latum habet cor: vnde Saluator Luc 6. num. 45. *Bonus homo de thesauro suo profert bonum, ex abundantia cordis os loquitur.* Cor est thesaurum, in quo verba condnntur, concipiuntur, conflantur, aurea, argenteaque, at ista nonstatim proferuntur, nisi aboudent, & superfluant, quia boni hominis est ex abundantia cordis loqui; impij autem ex illius substantia: prius repletum debet esse cur sibi, deinde, si superfluit, alus. Qui ergo nō latū, non magnanimū habent cor, cito replētur explenturque: vnde etsi paruni tribulantur, foras emittunt voces: at iusti, qui latum, amplum id habent, silent, quia non sic cito expletur, oppleturque. *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*, inquit idem Sapiens 12. num. 21. *impij autem replebuntur malo.* At cur non contristabit? nisi quia, vt ex Chrysostom. homil. 1. in 2. ep. ad Corinth. & nos alibi diximus, *Non afflictio, non insidia, non aliud quidquam prudentem animum molestia afficere queat, quin potius, quemadmodum si exiguam scintillam in magnum pelagus iniicias, eam protinus extinxeris, eodem modo molestia omnis, quantumlibet ingens, si in animum benè sibi conscium inciderit, confestim perit, & euanescit.* Mira Chrysostomi comparatio tribulationis cum corde iusti: illam paruam dixit scintillam, hoc pelagus magnum: quando ergo redundabit? ob id in tribulatione positus, loquitur numquam; at cor impij statim repletur, vix illud tangit, ac expletur. *Vt igitur iustus*, sequitur idem Sanctus, *quæ gaudio bonæ conscientiæ suæ mærore arripi non potest, sic qui illud minimè amplexus est, à quibuslibet arripi, & expugnari potest.* Silet ergo in tribulatione iustus at si postea loquitur, verba non promit, nisi sanctissima, signum veræ, ac non fictæ sanctitatis, quam isti dum occidere, iustumque affligere intendunt, ex verbis ipsius depromere satagunt, dicentes: *Erit enim respectus, &c.*

Margin notes: 26. Homo magnanimus non cito loquitur. *Luc 6. 45.* 27. Iustus ex abundantia cordis loquitur, peccatos ex eius substantia. *Prou. 12. 21.* *Chrysost.* 28. Iustus non cito contristatus & cur. 29. Cor peccatoris cito à tristitia absorbetur & cur.

Num. 21. *Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

ENarrata ab autore iniquorum malitia, nunc incipit acri, multiplicique contra eam reprehensione inuehere, & in hoc versu carpit illos erroris, & peruicaciæ, siue malitiæ, quæ eos excæcauit, eorumque obtenebrauit intellectum, pœna enim peccati est cæcitas mentis, & sensuum obtusio, ita vt videntes non videant, & audientes non audiant.

1. Peccatum cæcitatis causa, & è contra. *Sopho. 1. 17.* *Mat. 15. 14.* *Olkot.* *Gregor.* 2. Luxuriæ peccatum præcipuè cæcitatem causat mentis, & cur.

Excæcauit malitia, &c. Hoc est peccatum malitiæ, & ignorantiæ, nempè affectatæ; peccatum autem excæcat, & est causa cæcitatis, sicut è contra, hæc peccati. *Ambulabunt cæci* inquit Sophonias 1. num. 17. *quia Domino peccauerunt, sunt illos, cæci sunt*, idest, ideo peccatores, *& duces cæcorum*, inquit Duminus noster Math. 15. 14. At licet omnia peccata mentis pariant cæcitatem, vt affirmat Olkot lect. 28. præcipuè tamen luxuria, vt Sanctus inquit Gregor. Moral. lib. 3. cap. 31. & ratio est, quia vis huius vitij, ita violenter, & efficaciter animum attrahit ad corporalia; vt omnino ea ad spiritualia, supernaque considerandа incapacem reddat.

3. Deus & homo sunt aliquando etiam causa cæcitatis & quomodo. *S. Thom.*

At non solum peccatum est causa cæcitatis, sed etiam Deus, & ipse homo: Deus quasi remouens, prohibens, specialem anferendo gratiam, & efficacem, & interdum aliqua concedendo bona, quæ sunt homini causa obcæcationis, & ideo in omnibus his non peccat Deus, quia ad nullum tenetur, non enim tenetur remouere peccati occasionem, nec dare specialem gratiam, nec desistere à concessione bonorum. Vide D. Thom. 1. 2. q. 79. art. 3. & in ca. 9. ep. ad Rom. Homo autem etiam est causa suæ obcæcationis per se, & directè, aut cùm non vult benè agere, neque inspirationibus diuinis assentiri, aut cùm ex consulto ita mentem circa terrena occupat, vt non remaneat ei locus ad ea quæ sursum sunt aspicienda: ex quo euenit, vt brutaliter quodammodo viuat; vnde cùm in honore possit esse & non vult intelligere, euenit vt fiat iumentum insipiens, & similis illi.

HOMILIA XLIV.

Inter peccatorum pœnas vna & maxima, cæcitas mentis.

EXcæcauit eos malitia eorum, inquit noster Sapiens. Hæc equidem magna peccatorum est pœna, obcæcatio, eorum, inquam, qui malitiosè perpetrantur, nam, vt inquit sanct. Gregor. lib. 25. Moral. ca. 11. *Prioris peccati meritò peccatorum subsequentium fouea tegitur, vt qui malum sciens perpetrat deinceps, iustè in alijs etiam nesciens cadat.* Benè quidem, sciens, & videns, & malum intendens quis illud perpetrauit, iusto Dei iudicio fit, vt malum postea perpetret nesciens, & non videns, culpabiliter tamen cæcus, culpabiliterque ignorans.

1. Peccataque cæcitatem causant qua.

B

Hæc enim est illa nox, in quam Deus peccatores, qui de industria ab eo recesserunt, immittit, vt inquit Iob 34. num. 25. Eliu. *Nouit enim*, inquit, *operatorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur, quasi impios percussit eos in loco videntium:* cuius ratio, *Quia*, inquit, *quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt:* de industria, hoc est, malitiosè, & data opera ab eo decesserunt, summaque pertinacia noluerunt intelligere omnes vias eius, vnde iusto suo iudicio, diuina eius iustitia inducet noctem super eos, & conterentur: *Qualis enim hæc est nox*, inquit Gregorius vbi supra, *nisi cæcitas mentis, nam cum peccatis præcedentibus cæcatur oculus cordis, ipsa cæcitas quæ peccantis animum ex anteacta culpa damnatione confundit, merito nox vocatur, quia per hanc ab oculis delinquentis lumen veritatis absconditur.* Absconditur ergo lumen veritatis demeritis præcedentibus, à peccatoris nempè oculis, quo semel abscondito, quid quæso, aliud in eo remanet, nisi continua tenebrarum nox, qua occupata mente continuè in peius miseri ruunt, errantes semper, & vt inquit Psalmista, *Viam veritatis habitaculi non inuenientes*; etsi quærentes, Psalm. 108. numero quarto.

2. Nox horrenda cæcitas mentis. *Job. 34. 25.*

Gregor.

C

3. Cæcitatis effectus.

Ps. 108. 4.

Ad hunc equidem miserabilem deuenit homo statum, qui paruipendens peccata magis atque magis sine fræno quotidiè peccat, non tantum ignorantia, ac fragilitate, quantum malitia proteruiaque; deuenit enim ad statum sic miserum, vt se ipsum decipiens, putet, quod regnum Dei quærat, & tamen numquam ad illud peruenit, neque ostium attingit illius. Talis equidem fuit cæcitas illa, qua viros illos pessimos vindices Angeli percusserunt, Sodomitas inquam, qui videbant, sed ita, vt quærentes Lothi ostium, minimè illud inuenirent: *Eos, qui foris erant*, inquit scriptura, *percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum: ita vt ostium inuenire non possent.* Genes. 19. 11. vbi Lyra, *Non taliter*, inquit, *quod nihil viderent, sed quia non videbant ea, quæ volebant videre, & quæ quærebant.* Itaque videbant, quærebantque ostium, sed ad illud minimè pertingere volebant. Sic talis est horum cæcitas peccatorum, ad talemque statum eos peccata adducunt, vt fallantur in quærenda salutis via, ita vt videntes, rectum non videant, neque

4. Hominis peccatoris status miserrimus.

D

5. Cæcitas qua Sodomitæ ab Angelis percussi, qualis.

Genes. 19. 11.

Lyra.

A salutis ostium, putantes miseri rectum se salutis, salutareque ostium tenere, quod, proh dolor! multis euenit, qui in actionibus suis decipiuntur, & in electione mediorum ita falluntur, vt dum ad cælum se peruenire putant, & rectum ad illud iter tenere, perditionis ambulant, & sic iustis peccatorum suorum exigentibus pœnis in infernum tandem exploduntur, in circuitu ambulantes, ad Deum nunquam progredientes, Deum quærentes, sed stultè, non rationis lumine, sed sensu carnali. Quod egregiè dixit Bernardus tract. de diligendo Deo Sanctissimo, *dicto proinde de merito Dei*, dum cæcitatem illorum considerat, qui sic Deum apprehendere ambiunt, vt prius, quæ sunt mundi acquirant, ita vt ad cælum peruenire putent, sed post concupiscentias, quas desiderant, adeptas; *Hi equidem in circuitu ambulant*, inquit Bernardus, *non ratione, sed carnali affectu ducti, ac proinde tanquam cæci currunt, sed extra viam, bonum apprehendere desiderantes, sed nunquam ad bonum peruenientes, tamquam in pristino ambulant, sed numquam progrediuntur. Quorum itaque ratio*, ait Sanctus, *non præuenit gressus, currunt, sed extra viam, ac proinde, Apostoli spreto consilio, non sic currant, vt apprehendunt, quando etenim apprehendent quem apprehendere nisi post omnia nolunt?* (notandum verbum.) *Distortum iter, & circuitus infinitus cuncta primitus attentare velle.* Nil verius: hinc etsi Deum in votis habeant, ad Deum tamen numquam perueniunt, immo iusto suo iudicio mentis cæcitate percussi capientur, illaqueabuntur.

6. Cur Deum aliqui quærentes non attingunt.

Bernar.

7. Deceptio aliquorum Deum apprehēdere desiderātes, sed post desideria adepta.

C

Eliseum viri illi Syrij quærebant, & ciuitatem, vbi ipse habitabat, sed malis eorum sic exigentibus, cæcitate percussi, licet viderent, ciuitatemque quærerent, tamen decipiebantur, apertisque postea oculis, *viderunt se esse in medio Samariæ*, 4. Reg. sexto, numero vigesimo, in manibus inimicorum suorum: vnde, quæso, tantum malum? ex eorum peccatis: Sodomitæ quidem pessimi, ob peccata obcæcati pessima, quæ perpetrabant; Syrij autem, ob malitiam, quam exercebant, dum ad perdendum hominem Dei quærebant, sic isti dum sanguinem iusti ambiunt, & quærunt eum occidere, dicentes: *Morte turpissima condemnemus eum*, iusto Dei iudicio exigente obcæcati, & obtenebrati à malitia sua sunt, qua obcæcati, stolidi, grossioresque effecti nec Deum in ipsismet Dei operibus cognouerunt, vt eleganter dixit Bernardus serm. 60. in Cantic. super illa verba, *Ficus protulit grossos suos.* Vbi per grossos ipsos intelligens Iudæos sic ait: *O grossum, vipereumque affectum, odire hominem, qui hominum & corpora sanat, & animas saluat! O nihilominus intellectum grossum, & certè bruinum, qui Deum non intellexerunt, nec in operibus Dei.* Hinc miseri dum putabant obsequium se præstare Deo Christum occidentes, ita contra eum peccarunt, vt ira excandescens, eos, resque eorum hîc perdiderit, & in infernum terribiliter exploserit: vnde, quæso, tanta cæcitas? ex peccatis eorum, ex malitia eorum: & vnde nunc tanta cæcitas in hominibus? ex peccatis equidem, quæ sic absque fræno committunt, addentes semper peccata peccatis, hoc iusto Dei permittente iudicio, ad hoc vt altius, & vt sic dicam, cumulatius feriantur. *Nam quia*, vt inquit Gregorius vbi supra, *omnipotens*

8. Non solum non eum comprehēdent, sed illaqueabuntur:

4. Reg. 6. num. 20.

D

9. Iudæi cur obcæcati vt Deum non cognoscerent.

Idem.

10. Deus cur cumulari peccata aliquādo permittat.

Gregor.

Deus ad pœnitentiam tempus indulget, quod tamen humana malitia ad vsum sua iniquitatis intorquet, iusto Dei iudicio augeri culpa permittitur, vt ad feriendum altius quandoque cumuletur, ob hoc enim aliquibus per Ioannem dicitur, Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.

11. *Peccati effectus potestatem dæmoni præbere vt obnubilet intellectũ. Idem.* Nec mirum sic peccatoris offuscari intellectum, quia cor peccatis semel implicatum, statim præsentium rerum desideriis, ac curis mens obnubilatur à Dæmone, ne videat; quod pulchrè expressit Gregorius super illa verba Iob cap. 41. *De naribus eius procedit fumus*, vbi sic inquit: *Quasi flatu narium caliginem emittit*, diabolus scilicet, *quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore vita temporalis æstum congerit multiplicium cogitationum, & velut fumi globos multiplicat, quia inanissimas præsentis vita curas, in terrenarum hominum mente coacervat.* Nil melius.

12. *Cæcitatis radix vera.* Cæcitatis enim humanæ radicem altè exprimit, æstum nempè multiplicium cogitationum, nam peccatis humanis sic exigentibus permittit Deus tale diabolo in peccatorum cordibus dominium, vt continuis suis serpentiois afflatibus æstum in illis excitet ex amore vitæ temporalis multiplicium cogitationum. Vbi notandum, non dixisse, *æstum operum, sed cogitationum*, cùm certissimè id quod totaliter animam obtenebrat non tantum sit opus ipsum, quantum cogitatio eius: cuius equidem ratio, quia cùm illud non possit esse ita multiplex, quin in eo non defatigetur homo, ac proinde illud derelinquat, ideo ex se solo occludere, & opprimere homines non potest, derelinquet enim onus, ferre non sustinens, sed in quo peccator non defatigatur, in multiplici est cogitatione, seu rerum huius vitæ appetitione, cogitationibus omnia ea complectens, & ambiens, quia vt inquit Bernardus, vbi supra, *Inest omni vtenti ratione naturaliter pro sua semper æstimatione, atque intentione appetere potiora, & nulla re esse contentum, cui quod deest iudicet præferendum.*

13. *Æstus cogitationum mundanarum cæcitatis fons & cur. Bernar.* Hinc cùm nil in istis summum, singulare, vel optimum reperiat, fit, vt nullus sit appetentiæ finis, nullus cogitationum modus, sed ex vna in aliam transiens, infinitas quodammodo admittat, quibus possessum peccatoris cor, quasi in medio fumi, densissimæque nebulæ mẽs eius non videat, immo nec videre possit, quem dum sic Dæmon aspicit, non proinde cessat, sed vt inquit sanctus, *multiplicat fumi globos*, coaceruando in peccatoris mente mundi curas, desideriaque, vnde in ardorem erumpit illecebrarum, & peccata peccatis addendo in tantam cæcitatem deuenit miser, vt quò se vertat, quoue progrediatur pœnitus ignoret; vnde licet videat, non videt, & licet audiat, non intelligit, sic exigentibus eius peccatis, iuxta illud Isaiæ 6. num. 10. *Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere*: vbi Septuaginta, *Audita audietis, & non intelligetis, videntes videbitis, & non videbitis.* Audiunt quidem, & auditum habent: audiunt verbum Dei, immo & audire desiderant, & tamen illud non intelligunt, videot Dei iter, & nolunt cognoscere illud, cur hoc? quia excæcatum habent cor, aurésque aggrauatas. *Isa. 6. 10.*

Tertull. 14 *Iudæorum cæcitas vnde.* Tertullianus autem hanc referens Prophetiam ad Iudęos, qui videntes Christum cum non cognouerunt, aliam assignans huius cæcitatis rationem, inquit, quod eis euenit, quia labiis Deum diligebant, non cordè. *Hanc obtusionem sensuum meruerunt*, inquit, *labiis diligentes Deum, non corde.*

15. *Et nunc Christianorum.* Mira ratio, formidabilis nobis, qui nunc viuimus, nam si inquiramus, vnde cæcitas huius temporis, quando vix aliquis per Dei verum graditur iter, sciemus inde euenire, quia nunc ore tantum Deus diligitur, cor autem longè sit ab eo: fucata quidem est omnis virtus, non vera, nec solida, vnde meritò viam Dei non vident corde excæcati, & licet in medio sint lucis Ecclesiæ, & quotidie luce Sacramentorum perfundantur, tamẽ palpant sicut cæci in meridie, sic peccatis eorum exigentibus, & tali eos pœna Deo mulctante, sicut olim per Moysen populo minatus fuerat peccatori: *Percutiet te Dominus amentia*, inquit Deuter. 28. 19. *cæcitate, ac furore, & palpes in meridie sicut cæcus palpare solet in tenebris, & non diriges vias tuas.* *Deut. 28. 19.*

16. *Gradus quo ad cæcitatẽ peruenitur & ad peccãdi furorem.* Notandi gradus descensionis. Primus est amentia, insaniunt enim peccatores malitiosè peccantes, peccant sine iudicio, nil considerantes, nil perspicientes, nil ordinatè facientes: vnde nec in se stant, sicut videantur quasi ipsam amisisse libertatem, sic effrænatè peccant. Secundus gradus crescit in malitia, nam post amentiam cæcantur, vnde nec ambulare liberè, nec quorsum amplius sciunt. Tertius verò est pessimus, nam ita in furorem peccandi deueniunt, vt se amplius ab effrænatis continere non valeant desideriis, vnde nec in vno sistunt peccato, sed in furorem acti quotidie in peius ruunt, & ruendo, vnde, aut quomodo inde exire possint nesciunt miseri, & sic non dirigunt vias suas, quia cæci sunt, licet sint in Ecclesiæ sanctæ meridie, & palpant sicut cæci, licet sint videntes Christum: hoc est illud Iob. 5. 14. scilicet, *per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpant in meridie.* *Iob. 5. 14.* Quid enim aliud est, per diem in tenebras incurrere, nisi, vt inquit Gregorius, *in ipsa veritatis præsentia perfidia errore cæcari?* in ipsa scilicet Dei Ecclesia, in medio Sacramentorũ, ac Sanctorum, in ipso meridie excæcari, & in tenebras incurrere peccatorum, & palpando ambulare sicut cæci, nescientes modum à peccatis exeundi, nec quomodo se à tantis euellere possint malis, nec statum ad salutem eorum conducentem eligere,

17. *Peccatoris confusio euadere nesciens à peccatis vnde. Cyprian.* numquam in vno consilio, determinatioeque manentes, sicut Cain semper instabilis, & in nullo permanentes, vt sanctus affirmat Cyprian. super Iob. cap. 8. dum ait. *Hæc consiliorum, & factorum perturbatio, malum illud fuit fortassè, quod Cain impio, & nefario homini Deus inflixit, vt incertus videlicet esset rerum suarum, & confusus animo, & omnium consiliorum, factorumque miserrima disturbatione percelleretur.* Sic peccatores isti semper incerti sunt de statu ipsorum, semper animo confusi, semper in semetipsis ex variis distracti concupiscentiis ad bonum peruenire cupientes, numquam tamen peruenientes: & meritò equidem, culpa eorum illos excæcauit, sicut istos, & eorum contra iustos malitia.

18. *Se cæcum esse aliquãdo non cognoscit. Senec.* Sic cæci, vt, quòd mirum, se cæcos esse non cognoscãt: mirabile quid scribit Seneca ad Lucil. ep. 89. vbi narrans de quadam famula vxoris suæ, quæ subito facta cæca videre desiit, sic ait: *Incredibilem rem tibi narro, sed veram, nescit se esse cæcam, sed semper rogauit pædagogum suum, vt recedat de domo, in qua est, dicit enim domum tenebrosam esse.* Quod exemplum apprimè ille hominum adaptans moribus, qui vt cæci viuunt, sic subdit: *Hoc*

A

enim quod in illa videmus, nobis accidit: nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum; cæci ducem quærunt, nos sine duce erramus, & dicimus: non ego ambitiosus sum, sed vrbs mea magnas exigit expensas, non est meum vitium quod iracundus sum, quia nondum constitui certum genus vitæ, adolescentia facit, quod nos decipiamus, non est extrinsecum malum nostrum, intra nos est, in visceribus sedet, & ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. Nil melius, nec magis ad rem, cæci sunt peccatores, sed hoc non tantum malum; quod pessimum, cæcos non se iudicare, sed videntes, ob quod ampliori pœna digni, & peccatum eorũ grauius: *Numquid & nos cæci sumus?* dixerunt ad Christũ Dominũ nostrũ Pharisæi quidã, Ioan. 9. n. 4. dũ dixerat, quod in iudicium venerat, vt non videntes viderent, & videntes cæci fierent, cui Dominus; *Si cæci essetis non haberetis peccatum, nunc verò dicitis: quia videmus, peccatum vestrum manet.* Grauius ergo peccant, qui se videntes existimant, & ideo malitiosè, & non ignoranter peccant: ex quo indies magis cæci fiunt, adeo vt licet in dies procedant, & quasi in vltimo propè die sint mortis suæ, neque attendunt, nec vident, quia lumen vitæ eis extinguitur, sed vti cæci non attendentes prius moriuntur, quàm mortuos se esse conspiciant.

19. Peccatores dum putant se videre grauius peccant.

Ioan. 9. 4.

B

Hæc autem est causa, quare senes non conuertantur, & pœnitentiam procrastinent, non attendentes, quod iam in ianuis sint, & propè sepulturam; cæci sunt non valentes videre extinctionem lucernæ, hoc est vitæ suæ, vnde in vno die subito cadent, simulque omnes res eorum, & peribunt antequam se perijsse intelligant. De Heli summo sacerdote inquit scriptura, 1. Reg. num. 3. *Quod oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur.* Meritò quidem talis cæcitas ei aduenit, vt inquit Rupertus, quia cùm peccata sciret filiorum, cæcum se habuit ad illa, neque vti opus erat filios castigauit, vnde meritò ea cæcitate percussus, vt quando extingueretur Dei lucerna, videre non posset, & antequam se moriturum intelligeret, moreretur, *Fractis enim ceruicibus retrorsum cadens de sella mortuus est*, ibi cap. 4. 18. *Heli sacerdos*, inquit Hieronymus in caput sextum epist. ad Ephes. tom. 3. *quia filios suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione supinus cecidit, & mortuus est, non enim poterat ad priora extendi, sed retrorsum ruit, & opistotono insanabili lapsus in tergum ad Sodomam cum Loth vxore respexit.* Pulchrè opistotono mortuus, qui viuens ad filiorum vitia opistotonicus extitit, meritoque ceruicibus fractis extinctus, quia, vt inquit Petrus Damianus lib. 7. ep. epist. 3. *peccantibus inclementer indulsit*, & caput allisit, quia capitis officium neglexit; nam vt idem inquit Damianus lib. 4. ep. epist. 15. *Si prælati desidia circa delinquentes torpore languescant, nudati sacerdotio cum Heli fractis in terram ceruicibus eliduntur.* iustoque Dei iudicio non in faciem, sed retrorsum cecidit, ne finem suum præuideret, qui peccata filiorum videre noluit: nam vt inquit Gregorius Magn. homil. 9. in Ezechiel. *Retro verò, quo non videtur cadere est, ex hac vita repente decedere, & ad qua supplicia ducatur ignorare.* Repente ergo, & ex tempore cecidit, quia cæcus extitit ad bonum: sic & sui consimiles senes, qui peccatis subcæcati finem suum non præuident, vnde

20. Senes cur in vltimo non conuertantur.

1. Reg. 3. 3.

C

Ruper.

21. Heli sacerdos excæcatus.

22. Cur retrorsum cecidit.

Hieron.

D

Damian.

Gregor.

fit vt in momento retrorsum cadant, abeant, & moriantur, antequam se morituros intelligant, dignas luentes pœnas cæcitatis suæ, cæcitatis, inquam malitiosæ, qualis erat istorum, de quorum malitia affirmat Sapiens, quod excæcauit cor ipsorum, *excæcauit enim, &c.*

Num. 22. *Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

PRocedit Sapiens materiam explicare, circa quam horum versabatur cæcitas, & affirmat ea circa Dei esse arcana, & circa principia moralia, vt quod iustitiæ præmium debeatur, & iniustitiæ pœna, & circa harum conclusiones, vt mox dicemus, *Nescierunt*, inquit, *sacramenta Dei*, hoc est primum, circa quod versatur eorum cæcitas, *neque sperauerunt mercedem iustitiæ*: secundum, *nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum*: tertium, quòd est circa conclusionem ex illis elicitam præmissis.

Connexio Capitis.

1. Impiorum errores.

Sacramenta, &c. Græcè, *mysteria Dei*, siue, *secreta aut Dei arcana*, sed, vt adnotat Lorinus interpres, pro rebus sanctioribus libentius vsurpat vocem Sacramenti.

Lorin.

Mysteria autem sunt arcana quædam, quæ cùm diuinum aliquid in se includere censebant, prophanus populus ab illis arcebatur, & tantum solis mystis, hoc est sacrorum discipulis, & mysterijs initiatis concedebatur interesse, illa tantum lege, vt silentio contegerent omnia, ne cui mysterium pateficeret: quapropter ante adytum, vt inquit Augustinus de Ciuit. 18. cap. 5. statua Harpocratis collocabatur, quæ digito labiis impresso admonebat silentium fieri debere, & in omnibus, quæ intro fiebãt obseruari. Nesciunt ergo isti talia mysteria, & Dei arcana, vt pote indigni, superbi, & inhumani, nam arcanum Domini nullis nisi timentibus eum, & testamentum ipsius manifestatur, Psal. 24. num. 14. & Salom. Prou. 3. num. 32. *Abominatio est Domini omnis illusor & cum rectis secretum eius*, & Christus apud Luc. *Confiteor tibi Pater, &c. quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*, &c. de nomine sacramenti vide Pamelium in lib. Tertul. de præscript. ca. 40. n. 239.

2. Mysteria quæ dicantur.

3. Qui ad illa admittebãtur & qua lege.

August.

4. Cum quibus ea Deus communicat.

Psal. 24. 14.

Prou. 3. 32.

Sed quæ fuerunt hæc mysteria abscondita, varij varia dicunt: aliqui res sanctiores in vniuersum: alij diuina oracula, quæ in scripturis continentur: alij etiam mysteria Christi, vt pote Incarnatio, & Passio; alij melius diuina Dei consilia, quæ impios cùm lateant, pijs, & iustis reserantur, tamquam mysterijs initiatis diuinis, inter quæ consilia illud vnum maximum, arcanumque, afflictio scilicet, & derelictio iusti in hac vita in manibus impiorum.

5. Quæ illa, & qualia.

Neque mercedem sperauerunt iustitiæ, &c. Græcè, *sanctitatis*. Nec mirum, nam cum isti crederent

A animas cum cotpore ſimul perite, conſequentet dicebant, nec præmium iuſtitiæ, nec pœnam iniuſtitiæ in altera vita remanere: vnde ſiue iuſtum honoratent, ſiue vita, priuarent parum referre, & ſic impunè putabāt ſe peccare, fruſtraque iuſtum afflictiones tolerare.

Lorinus. Caſtro.

Nec indicauerant honorem, &c. Græcè, *præmium animarum inculpatarum*, vel, *irreprehenſibilium*. Melius noſter vulgatus, Lorinus, & Caſtro cum aliis, intelligunt de honore animarum ſanctarom in alia vita, quem dicunt Sapientem affirmare iſtos impios non conſideraſſe. Vt exiſtimo, planior erit ſenſus, ſi dicamus illos non iudicaſſe, deferendum eſſe ab ipſis honorem animabus ſanctis, & hoc ex illo principio, nempè præmium, & pœnam non eſſe in alia vita, & ſic nec iuſtitiæ, aut iniuſtitiæ illos aliquid debere.

6. Hæreſis de ſingularitate animarū confunditur ex hoc loco.

Anton.

Placet adnotatio Lorini, ex numero ſcilicet B plurali animarum, confundi hæreticam illam opinionem de ſingularitate animę, quæ fuit Pythagoręorum, Platonicorum, Simonis Magi, Manichæorum, & tandem Albigenſium, vt apud Anton. 3. par. hiſtor. tit. 19. cap. 1.

Ignorauerunt ergo iſti peccatores, primum Dei ſecreta iudicia, eorum cæcitatis effectus, & non ſolum Dei iudicia, arcanaque, ſed etiam ſecundò errauerunt in ſpe iuſtitiæ, nullam putantea eſſe pœnam, aut præmium, & ideo nullum defetendum eſſe ab ipſis honorem animabus ſanctis, & iuſtis, neque in alia vita ipſis iuſtis aliquam ſupereſſe hooris mercedem.

Num. 23. *Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum.* C

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PRoſequitur nunc Sapiens refutare opinionem de animarum poſt hanc vitam interitu, aſſerens non ſolum quoad animam, ſed etiam quoad corpus Deum creaſſe hominem inexterminabilem, ſi ipſe voluiſſet, vnde inquit.

Budæus.

Inexterminabilem, &c. Græcè, *in integritate*, ſumpto *in*, pto *ad integritatem*, ſcilicet ad incotruptionem, ad immortalitatem, ad natutam non interituram, vt vult Budæus. D

Dubitant aliqui, an ſumenda ſint hæc verba de immortalitate corporis, an verò de animæ immortalitate, quod videtur inſinuare, nam verba antecedentia de animabus loqcebantur, quarum honorem impius neſcire dixit Sapiens.

1. Homo corpore eſſet gratia Dei immortalis ſi non peccaſſet, hic affirmat Sapiens.

Gen. 2. 17.

Sed vera ſententia eſt ſermonem eſſe de immortalitate corporis, quā dono gratiæ ſuę ei Deus conceſſerat, quam ſi ſeruaſſet, etiam corpore immortalis eſſet. Patet hoc, quia Sapiens hîc refert ex Geneſ. formationem hominis, hæc autem, vt conſtat ex verbis Geneſ. 2. 17. erat immortalis, & ſecundum animam, & ſecundùm corpus per donum gratiæ, quod perdidit Adam per peccatum, quam corporis immottalitatem ptoponit hîc Sapiens, vt argumentum à fortiori.

A *Ad imaginem*, &c. Græcè, & *imaginem ſuæ proprietatis fecit eum*: animam ſcilicet ei tribuendo ſua natura immortalem, ſicut Deus, & ſic hoc modo communicauit cum illa ptoprietatem ſuæ naturæ.

2. Deus vt proprietatē ſuæ naturæ homini communicauit.

Gen. 1. 26.

3. De qua ſimilitudine intelliguntur verba illa Gen. Faciamus hominem, &c.

Dubitatur ab aliquibus ſuper hęc verba, & etiam in illis Geneſ. cap. 1. num. 26. ſcilicet: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*: an hoc intelligatur ſecundùm corpus, an verò ſecundum animam tantum: & ratio dubitandi eſſe poteſt, quia multorum ſententia eſt, Deum ſumpſiſſe humanam imaginem, quando hominem condidit vt cum homine loqui poſſet: ſic Eugubinus, & Oleaſter, vnde ad hanc imaginem verba Geneſis referuntur.

4. Deus hominem formans ſimilitudinem induit humanam ſecundùm aliquos.

Eugubin. Oleaſt. Cæſar. Phila.

Cæſarius etiam in 3. dialogo intellexit Geneſis verba de ſimilitudine humanæ naturæ à Deo ſumendæ, Philo in libr. de opific. Dei, & in libro alle- B goriarum, de ſimilitudine prototypi, atque idææ hominis ad cuius imaginem aſſerit Adam factum, quæ horum intelligentiæ dubitandi locum dederunt.

5. Hæreſis Adrianorum æſtimātium Deum eſſe corpus, & aliorum.

Auguſt. Niceph.

Omitto hæreſin Adrianorum æſtimantium hominem factum ad imaginem Dei, quia Deus erat corpus eius, ſicut ex Philaſtrio tefert Auguſtinus, lib. de hæreſibus 1. 76. Hos ſequuti ſunt Anthropomorphitæ, quos omnes Epiphanius, cæterique Patres confutant. Omitto etiam Manichæorum fœdum errorem, de quo Nicephorus 6. hiſt. c. 31. aſſerentium Adam belluina forma conditum, quam inanimem, & immobilem, & hanc liberaſſe virum ſuum à feritate, meritò ferini homines talia aſſerentes.

Ad quæſtionem ergo reſpondendo dico, quòd licet aliquibus videri poſſit hîc ſermonem eſſe de C imagine Dei quoad corpus, quatenus gratia Dei eſſet immortale, & perpetuum, quia hoc contra impios intendebat probare Sapiens, tamen veriſſima eſt ſententia non eſſe niſi de anima, quia licet corpus ratione perpetuitatis aliqualem ſimilitudinē cū Deo habeat, tameo vera ſimilitudo hominis cum Deo eſt ſecundùm animam, & ſecundùm illam intelligenda ſunt verba Gen. ſicut multi ex Patribus ea intelligunt, vt Baſil. hom. 16. in Gen. Amb. lib. 6. Examer. c. 8. Chryſoſt. in Geneſ. Niſſen. hom. de creat. hominis, Auguſt. lib. 6. de Geneſ. ad litt. c. 12. Damaſ. lib. 1. fidei Orthodox. c. 12.

Baſil. Ambroſ. Chryſoſt. Niſſen. Auguſt. Damaſ.

6. Anima quomodo Deo dicatur ſimilis.

De anima ergo intelligenda eſt ſimilitudo, quatenus eſt rationis, & intelligentię capax, ſicut Deus, licet iofinitè diſtet; vnde & eius ſtatim conſequuta D eſt proprietates, ſcilicet, vt ſit ſpiritualis, incorporea, immortalis, capax ſapientiæ, virtutis, diuinæ gratię, & fœlicitatis, prædita memoria, intellectu, ac voluntate. Quo ſemel poſito optimè argumentatur Sapiens contra iſtos, & præcipuè contra illam eorum opinionem, ſcilicet nil hominis amplius poſt hanc vitam remanere & animam interire, confundit eos ex creatione hominis, qui à Deo ſecundùm corpus factus fuit inexterminabilis, ideſt, quod ſi ipſe vellet, poſſet non mori, corpore tendens ad incortuptionem, & quoad animam fecit illum ad ſimilitudinem ſuæ naturæ, quæ eſt immottalis: ergo falſo autumant iſti non eſſe poſt mortem reſpectum ad animarum honorem ſanctarum, & ſimiliter falsò affirmabant, nullum eſſe virtutis pręmium, nullam vitij pœnam.

Num. 24. *Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.*

Num. 25. *Imitantur autem illum qui sunt ex parte eius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. RESpondet hîc Sapiens obiectioni, quæ contra eum fieri poterat, scilicet quomodo, si homines sunt immortales, nunc moriuntur, & ait hoc non mirum, nam id euenit diaboli inuidia, qua mors in orbem introducta est, cùm ipse fuerit causa peccati Adæ.

Inuidia, &c. Hîc curiosè inquirunt autores cur 1. Diabolus cui homini bono inuidit. hominis bono inuidet diabolus, ita vt ad destruendum eum inductus sit?

Bernardus serm. 17. in Cantica existimat indi- *Bernar.* disse gradum dignitatis hominis ob assumptam à Christo humanitatem. *Ambros.* Ambrosius lib. de paradiso, fœlicitatem, & cœlestem gloriam, ad quam erat euehendus, quam ipse perdiderat: Alij quamplures Patres imaginem Dei in ipso expressam, sic *Ireneus. Tertul. Cyprian. Nissen.* Irenæus, Tertullian. Cyprian. & Nissenus, quæ opinio mihi placet.

Nam cùm fundamentum peccati in diabolo amor propriè fuerit excellentiæ, inuidens diuinam, hinc etiam ortum fuit, vt illam inuideret excellentiam, quæ similis erat diuinæ, & quia quasi alter Deus homo factus ex diuina erat participa- 2. Quid ex peccato hominis pertęsit, & cotra quem pugnauit. C tione, & gratia, contra hunc inuidia se armauit, putans magnum aliquid se facturum, immò aliqualem relaturum recompensationem ex huius casu hominis, quasi Dei, dum tam malè ipsi eueneerat illud quod contra verum, magnumque primò intentauit Deum.

Sed in vtroque derisus miser, in primo à Dei omnipotentia, in secundo à sapientia, diuinaque 3. Quomodo à potentia & Dei bonitate delusus. bonitate: Vnde sicut in primo ausu eiectus è cœlo, intrusus in infernum, Deo in sua deitate perenniter, & feliciter permanente, sic in secundo contusus, renouata per Dei bonitatem, & restaurata in homine Dei imagine, immo nobilior effecta ex verbi vnione, & Deo humiliato in terris, & in humanitate passo, vnde sicut omnipotentia, & Dei sublimitas illum primum in barathrum intrusit, dum contra ipsum infœlix immediatè insurrexit: sic etiam eius infinita bonitas, dum vidit ipsum D in imaginem ipsius insurrexisse, ac verè in primo conflictu ad terram illam allisisse, & deturpasse, noluit omnipotentia amplius contra ipsum agere, cùm contra eum non haberet quid amplius faceret (in termino enim erat pœnarum essentialium) vnde Dei iustitia, & omnipotentia, nil amplius addere constituerant, sed humilitate, qua mediante hominem perditũ ad cælestia reuocauit, & Deum misericorditer fecit, hoc exẽplo docens miserũ, immo eum excrucians magis, dũ vidit, & experimẽto errasse se comperit in deitatis prætensione, cùm via ad eam esset humilitas, & humilis donorum Dei recognitio, & non superbia. Vnde in hoc mirabili Dei consilio, & adorando arcano, infinita illa ostenditur bonitas, nam non ideo mulctauit diabolum appetentem diuinitatem, quasi tęderet Deum

A eius communicationem, & quasi nota quædam proprietatis in eo esset, sed eum mulctauit, quia eã appetiit malo medio, pessimoque, ac inordinatu modo; vnde vt ipsi constaret eius deceptio, voluit semel homini verè suam communicare diuinitatem, & verè hominem Deum efficere, sed gratuito amore, & benefica tantùm voluntate, qui homo Deus postea euecturus alios esset ad consimilem deitatem, ita vt filij Dei per gratiam tantùm, non per naturam, vt ipse, nominarentur, & essent, & hoc faceret, & expeteret, non vt Lucifer superbia, & timore, sed humilitate, & reuerentia, quæ sic Deo placuit, vt exaudierit eum propter eam, vnde non solum ipse fuit Deus, sed quos voluit, & pro quibus efficaciter rogauit, etiam Deos per gratiam effecit, Deo in omnibus annuente, libentissiméque largiente; & sic vbi vnius superbia Luciferi, seipsum, aliosque socios suos, Dæmones, horribilesque Spiritus effecit in continuis existentes miseriis, sic vna hominis Dei humilitas, ex perditissimis hominibus, & in statu infœlicissimo degentibus, Deos secum effecit, eos ad statum illum euehens fœlicem, à quo cecidit ipse Dæmon, in omnibus Deo similes effectos, quod tantopere infœlix ipse inuidit Lucifer.

4. Dei [illegible] dum.

Ex quibus omnibus, non solum ratio inuidię elucet diaboli contra hominem, sed etiam ratio diuinæ voluntatis, cur scilicet hominem, & non diabolum saluauit? quia scilicet, licet homo peccauit; 5. Cur Deus hominem & non diabolum saluauit. tamen diabolus erat, qui bellum non tantum contra hominem, quantũ contra Deum inferebat, vt dicemus infra ex Basilio, & contra illum pugnabat, & sic necesse erat, vt ne diabolus vinceret, homo non damnaretur, tum etiam altissimum Dei elucet consilium in eligendu saluationis modo humanæ, humilitate nempè, quam dicimus elegisse, 6. Homo factus dęmonem ignorantiæ taxauit. vt dæmonem confunderet, & ignorantiæ taxaret, vt pote nescium viç, qua ad deitatem perueniretur: & sic non solum miserum se, sed ignorantẽ inueniret, prospiciens similitudinẽ se deitatis perdidisse, dum superbè eum rapere gestiuit, & veram deitatẽ accepisse illum, *Qui non rapinam arbitratus est esse se aqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus homo,* ad Philippenses, 2. n. 6. *Ad Phil. 2. 6.*

Hoc autem consilium, & Dei arcanum nesciuit prorsus diabolus, & sic inuidia introduxit mortem peccante homine, & medio peccato occidente illũ; & sicut ipse illud nesciuit, sic etiam & mẽbra, quæ sunt impij isti, vnde sicut ille occidit inuidiã primũ hominem, sic isti eadem inuidia occiderunt secundùm, Christum nempè, vnde optimè sequitur Sapiens: *Imitantur autem illum, qui sunt ex parte eius*, vt mox dicemus.

Diaboli, &c. Licet sæpè, non tamen sẽper diaboli nomen luciferũ significat, tamen hîc Luciferũ, & primum Angelũ denotat: vide Lorinum, & Castro, *Lorinus. Castro.* qui Castro non male ex hoc loco colligit Luciferũ tentasse Adamum, & Christum Dominũ nostrum, 7. Lucifer Adamum & Christum tentauit. diuerso tamen successu, vt in promptu est; de nomine diaboli vide Lorin. act. 3. n. 3.

Imitantur, &c. Recentiores: *experiuntur*, vnde cùm relatiuũ (illum) possit referri ad diabolũ, & ad mortem, quæ in Gręco masculini est generis sentẽtiã totã referunt ad mortẽ, & sic vertunt: *Experiũtur autẽ eam qui sunt partis illius*, quasi sit sensus. vere illos mortẽ experiri, qui Deo derelicto partis diaboli sunt, seu eius factionis, non sic iustis euenit, vt infra dicitur, dum inquit, *iustorum anima, &c.*

Sed

A Sed licet hic sensus tolerari possit, tamen meo iudice, melior & aptior est secundus, quem probat Lorinus, & Castro, qui optimè notat verbum explorare, seu tentare, etiam significare conatum alicuius experimentum sumere volentis an aliquid ad imitationem alterius efficere possit, vt pote pondus aliquod graue erigere, & sic pro *imitari*, aliquando sumitur, vt benè hic sumpsit noster Vulgatus, & Codices Complutenses, Regius & Vaticanus: & sic sensus est secundùm Vulgati lectionem, imitari diabolum omnes, qui iustum occidunt, inuidia motos, sicut ille eadem inuidia mortem in terrarum inuexit orbem, primos nostros occidendo parentes: qui sensus verus est, & eum præter recentiores sequuntur Tertullianus & Cyprianus. Vnde ex dictis constat filios esse diaboli imitatione, non natura, qui inuident & inuidendo sanguinem proximi exquirunt.

Lorin. *Castro.*

8. Verbum tentare aliquādo pro imitari.

9. Qui diabolum imitantur.

Tertul. *Cypr.*

B

HOMILIA XLV.

Inuidiæ malum quàm grande.

I*Mitantur autem illum qui sunt ex parte eius*, inquit noster Sapiens, in istos inuehens malos vt diximus. Qui sensus, vt proximè exposuimus, nil aliud insinuat, nisi inuidos imitari diabolum, & esse ex parte eius: nam sicut ille inuidia motus mortem in orbem introduxit terrarum, sic isti pari modo imitantur, & ex patre sunt diabolo, quia inuidendo iustum procurant occidere, iuxta illud Ioan. 8. num. 44. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio.* Tolle inuidiam, tolles & à mundo cædes, nam simul iunctim procedunt, ita vt numquam inuidia sine morte reperiatur. Sic & statim ac inuidia in Cainum dominata est infelicem, illico cædem machinatus est fratris. Similiter & Iosephi fratres, statim ac inuiderunt, illico occisores extiterunt. Sic & impius Saul dum famæ Dauid inuidit, statim eum occidere decreuit. Quapropter non sine mysterio ea iunctim nominauit Paulus ad Rom. 1. num. 29. *Plenos*, inquit, *inuidia & homicidio.* Et Iacob sanctus Genes. 49. num. 23. loquens de inuidia fratrum Ioseph, cum illa coniunxit simul iacula, *Inuiderunt illi*, inquit, *habentes iacula.* Vbi Hieronymus in quæst. Hebraicis adnotat inuidiam introduci cum arcu, & sagittis, vt scilicet immaculatum sagittet, & pulchrum, vnde similiter inuidendo, diabolus statim mortem est machinatus, & sic cùm ex illius inuidia omnes hominum inuidiæ originem, similitudinemque ducant, sicut illa machinatrix extitit mortis, sic etiam & reliqua. Hinc pulchrè Ambrosius in Psalm. 36. super illa verba: *Noli æmulari in malignantibus*, consulit malignis aculeos æmulandi non ministrandos, nam etiam non lacessiti stimulis inuidiæ excitantur vt noceant, perdant, & mactent; quod exemplo probat Caim, & Saülis: *Non debemus, ait, malignis æmulandi aduersum nos aculeos ministrare, quia etiam non lacessiti inuidiæ stimulis excitantur, vt noceant, sicut Caim fratrem occidit, quia magis illius sacrificium acceptum esset, quàm quod ipse putauerat offerendum, in quo non æmulatus Abel, sed*

Ioa. 8. 44.

1. Inuidia nūquam sine morte reperitur.

C

Ad Rom. 1. 29. *Gen. 49. 23.*

Hieron.

D

Ambr.

2. Inuidis nō ministrandum nocēdi materiā.

inuidus Caim prælationis gratiam selecto parricidio persecutus est. Saul quoque Dauid Prophetam, & propriè conseruatorem salutis, iuuencularum sibi sermone prælatum tentauit insidijs, teli iaculo parauit occidere. Quæ ibi malitia, si iuuenculæ dixerunt, Saul in millibus, Dauid in decem millibus; quàm atrox autem inuidia Regis Saul, qui sermonis errorem in innocentis exitium deriuauit. Pulchrè sermonis errorem dixit, non veritatem, sic enim ad occidendum prompti sunt inuidi, vt falsus etiam rumor alienæ laudis, sermo non verus, sed falsus, non atentè, sed casu etiam prolatus, ad occidendum ipsis sufficiat: sic cum morte coniuncta est inuidia.

3. Prompti sic ad occidēdum vt falsus etiam sufficiat famæ rumor.

At si fortè euenit quod occidere non possit quem inuidet, contra ipsum inuidentem mortem exercet, non solum ipsum occidendo, sed vsque ad putrefactionem adducendo, iuxta illud Ecclesiast. 14. num. 30. *Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia.* Cur putredo? quia idem est inuidia in homine, quod tinea in panno: vnde Septuaginta, *Tinea autem ossium cor sensitiuum*, seu vt in Græca catena Patrum Theodori Peltani Iesuitæ, *Cor mœroris sensu saucium, ossium est tinea*, consumit quidem, & abrumpit, & tandem in puluerem putrefaciendo ossa reducit. Vnde benè Augustinus serm. 1. Dom. 3. Quadrages. inuidiam comparat cum ærugine, & vipera: *Sicut ærugo*, inquit, *ferrum, ita inuidia illam ipsam animam, in qua est, interimit, ac consumit: & sicut aiunt viperas dilacerato, & disrupto ipso materno vtero, in quo concepta sunt, nasci, ita & inuidia natura illam ipsam animam, à qua concepta est, consumit, & perdit.* Quapropter in tantum inuidia possidentem interimit, & excruciat, vt potius eligat cum malo suo emori, quàm à proximo adiuuari per bonum. Quod habetur. 1. Reg. 19. n. 9. *Factus est*, inquit scriptura, *spiritus Domini in Saul, sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam: porrò Dauid psallebat manu sua, nisusque est Saul configere manu sua Dauid lancea in pariete.* Cur, quæso, vult iste occidere Dauid? nonne ipso psallente, torquere eum spiritus desistebat malus? nonne si Dauid moriebatur, ipse amplius non habebat sui medicamen doloris? sic certè, sed inuidus hoc non reputat, mauult mori, & torqueri, quàm ferre alterius bonum. Vt semel videamus quàm aptè Basilius dixerit homil. 11. inter varias, *Nil mortalium animis inuidia perturbatione perniciosius contingit, quæ ante omnia ipsi nocet autori, alijs verò quàm minimè.* Vnde ipse homicida sui est, quia sine homicidio inuidia non repetitur aut proprio, aut alieno; si extraneum non occidit, ipsum certè inuidentem mactat, ac propterea non sine mysterio in hoc adnotat loco scriptura, quòd Saül *in domo sedebat sua, tenebatque laceam*, quia inuidus nil boni sedens agendo, & nil boni simul habens, inuidet alterius bono, quod labore sibi parauit: vnde notandum hoc fecisse Saülem, quando Dauid à bello reuertebatur contra Philisteos, quos *percussit plaga magna, & fugerunt ab eo*, vt sacer inquit textus, vnde dū Dauid laborādo, periculisq; se exponendo magnū acquirebat nomē, Saul infelix domi residens otio se macerabat, inuidia boni consūptus socij sui. Vt semel videas, quàm verum sit inuidiam nil aliud esse nisi dolorem de proximi prosperitate, ac *rerum bono successu*, vt inquit Diuus Basilius vbi suprà, ex quo rectè ipse

4. Inuidia sēper occidit, eius inuisū, aut ipsum inuidentē.

Eccl. 14. 30.

5. Ossium est putredo & tinea.

Peltan. *August.*

6. Ipsorum etiam ærugo & vipera.

7. Inuidi malunt mori quam ab æmulo adiuuari.

1. Reg. 19. 9.

8. Saül quàm inuidus.

Basil.

9. Inuidi non laborans, & laborem inuidens alienum.

10. infert cor inuidum numquam sine mœstitia esse, A
Cor inuidũ nunquam sine mœstitia.
numquam sine dolore: *Animo inuido*, inquit,
numquam tristitia, numquam mœstitia deest,
abundat proximi ager, domus bonis omnibus re-
pletur, ex voto eueniunt omnia; cuncta hæc tristi-
tiæ, dolorisque occasionem inuido præbent; ex quo
11. *nihil ab homine nudo, qui omnium iaculis feritur,*
Homo inuidus nudus & inter iacula sic cõstituitur.
differre videtur. Pulchra similitudo, nudus est
inuidus, & nudo homini similis, tum quia ineuita-
biliter iaculis est expositus, tum quia nil boni agẽs
nudus virtutis actione reperitur. En tibi Saül ine-
dia stertens, absque virtuosa domi manet actione,
nudus illa, vndique iaculis impetitur inuidiæ, im-
potens, vt non feriatur, quia nudus, etsi arma ha-
beat, non equidem sui defensiua, sed proximi of-
fensiua, lanceam manu tenebat, non ad se defen-
dendum, sed offendendum, quia sine iaculis non
reperitur inuidia, proximum occidere gestiens,
quem cùm Saül non potuisset, se ipsum postea eo-
dem occidit ense: vt semel sciamus, inuidiam sine B
12. cæde nun inueniri, etsi fratrem non occidit, inui-
Inuidia pugnæ in Deũ magistra.
dentem interimit. Vnde rectè idem Sanctus inui-
diam, matrem homicidij appellauit, pugnæ in
Deum magistram, *Inuidiam fugiamus*, inquit, *pu-*
gnæ in Deum magistram, homicidij matrem, natu-
ræ confusionem, amicitiæ expertem, calamitatem
absurdissimam. Pulchrè equidem inuidiam ap-
pellauit Sanctus pugnæ in Deum magistram; nam
si benè, attenteque considerauerimus, hoc inuidia
edocet, quomodo scilicet cum Deo pugnandum,
imparens enim cùm se homo inueniat inuidus, nec
ei vires ad pugnam cum Deo adesse, contra proxi-
mum insurgit, loco Dei, cum isto pugnans, existi-
mans miser præualiturum se Deo si contra proxi-
mum præualuerit, unde ex hinc præliari contra
Deum ab inuidia edocetur, quando sine illa peni-
Basil. tus ignorasset modum. *Per inuidiam diabolus,* C
13. inquit Basilius vbi suprà, *palam Deo aduersari in-*
Diabolus contra hominem insurgit, quia non potest contraDeũ, hominem contra Deũ pugnare edocens.
uentus est, dolens enim ob præclara dona homini
concessa, quando Deo nocere non valuit, ipsum
insidijs petit hominem, eandem & Caim visus
est admittere, primus diaboli discipulus, inui-
diam, & cædem, ab eo edoctus. Cùm enim
impar esset ad debellandum Deum, in cædem in-
cidit fraternam, & Deum cùm occidere nequit,
fratrem occidit, quia sine cæde non inuenitur in-
uidia.
14. Hinc fit, vt hoc sciens Deus, ac inuidem homi-
Caim cur fratrẽ occidit diabolũ imitatus.
nis benè callens naturam, quando suos à morte cu-
stodire vult, ab inuidia reseruat, secretò eis sua tri-
15. buens dona, absconditeque se communicans il-
Deus cur suis abscõditè dona confert.
lis. Hoc obseruauit Oleaster Exod. 24. dum pon-
derauit, quòd Deus nube voluerit obducere Moy-
sem, quando cum eo loquebatur: cuius rei ratio- D
nem assignat, *Quia noluit*, inquit, *Deus populum*
Exod. 24. *videre, quàm familiaris illi seruus esset Moyses,*
Oleast. *ne inuidia torqueretur, & alios inuidia permotos*
16. *in eum prouocaret.* Idem etiam notauit in illo
Cur cum Moyse obtectus nube loquebatur.
Genes. 13. num. 14. quando Deus dixit Abra-
hamo, postquam diuisus à fratre suo Loth, *Leua*
oculos tuos in directum, &c. omnem terram quam
conspicis, tibi dabo. Nutat enim Oleaster, non
Gen. 13. 14 priùs hoc Deum dixisse, quàm ab Abrahamo dis-
17. cesserit Loth: *Cur*, inquit, *quia*, respondet. *Domi-*
Arma illico assumit quando prospicit suos aliquod magnum publicè egisse.
nus inuidiam, aut odium timuit ipsi Abrahæ, imò
si aliquando illos in publico aliquid prospicit ma-
gnum fecisse, vnde præclarum eis nomen eueniat,
illico se ad adiutorium ferendum accingit, quasi
A iacula, inuidiæque insidias præueniens. Sic post
insignem victoriam, quam Abraham de quatuor
reportauit Regibus illico factus est ei sermo Do-
mini dicentis: *Noli timere Abraham, ego prote-*
ctor tuus sum, & merces tua magna nimis. Genes. *Gen. 15. 1.*
15. num. 1. aut, vt D. Hieronym. legit: *Ego scutum,* *Hieron.*
seu clypeus circa te. Cur scutum post victoriam?
post debellatos hostes? vnde nunc iacula? ab inui-
dia, quæ sequitur post victoriam, nam vt ait Basil. *Basil.*
vbi suprà de Saulis inuidia. *Non aliud belli causa*
fuisse apparet, quàm Dauid, accessus, & gloria; ob
hoc Deus, vt scutum se opponit pro Abrahamo
post victoriam, non quasi contra inimicos hostes,
sed contra inuidiam. Qua prouidentia non vsus in
facto Abelis, sed publicè coram Caim ad munera
eius aspiciens, fuit in causa vt pessimus, & inuidus
frater, mortem machinaretur innocentis, occi-
dens eum in campo, in quo postea occisus & ipse.
Quapropter benè Nazianzenus eam æquissi- 18.
B mam, & iniquissimam appellauit; æquissimam, Inuidia æquissima, & iniquissima.
quatenus ipsum inuidentem cruciat; iniquissimã,
quatenus proximum, & innocentem. *Vtinam*, in-
quit orat. de cathedra Constantin. *ex hominum* *Nazian.*
vita sublata, atque extincta esset inuidia, tabes pos-
sessorum, virus, & rubigo eorum, qui ea exagitan-
tur, sola ex omnibus animæ perturbationibus æquis-
sima simul, & iniquissima; hoc quia bonis omnibus
infecta, illud, quia dominos suos exedit, & conficit. 19.
Vnde ob hoc Diuus Ambrosius ait 2. Officior. cap. Omnia superat vitia.
vltimo, quod hoc vitium omnia reliqua supe-
rat, & inuidus peior est quàm improbus. Nam vt *Ambr.*
ipse inquit, *Inter improbum, & inuidum hoc in-*
terest, improbus suo delectatur bono, inuidus torque-
tur alieno, vt propè tolerabilior sit, qui sibi vult be-
nè, quàm qui malè omnibus, vide Chrysostomum
homilia 45. in Matthæum, & 37. in Ioan. ho-
C mil. 22.
Vnde bonum alterius facit inuidus, vt inquit 20.
Bernard. de inter. Dom. cap. 42. suum pec- Bonum alterius suum facit peccatum inuidus.
catum, & sic, quo medio alter merita auget, ipse
demerita: qua ratione hoc vitium pessimum in
scriptura nominatur, & pessimi homines, qui eo
laborant. Sic scriptura appellat eos, qui inuiderunt 21.
socijs suis, non valentibus ad bellum cum Dauid Pessimus dicitur homo.
procedere, quibus benè loquebatur Dauid
1. Regum 30. num. 22. *Respondensque omnis* *1. Reg. 30. 22.*
vir pessimus, & Iacob, *fera pessima deuorauit fi-*
lium meum, hoc est inuidia, vt inquit Rupert. lib. *Rupert.*
8. in Genes. 15.
Quæ passio inter cæteros modos, quibus 22.
suos cruciat, vnus est, dum illustriores red- Inuidia quomodo suos cruciat.
dit, quos inuidet. *Grauis affectio inuidia*, in-
quit Basil. homil. 61. in Genesim, *quando ani-*
D *mam inuaserit, non prius eam relinquit, donec in* *Basil.*
extremam absurditatem eam inducat; & lædens
animam, à qua nata est, omnino aliter eum,
cui inuidet, efficit, quàm vult, nempe clariorem,
illustriorem, nobiliorem reddit, vnde iterum alia
grauior inuido plaga nascitur. Vide de hac re
Chrysostomum tom. 1. homil. 1. in Psalm. 50. *Chrysost.*
& homil. 8. in epist. ad Romanos. Vide Ber- *Bernard.*
nardum serm. 54. in Cantica. Vnde cùm vi-
deat, quòd nil proficiat contra illum, cui inuidet,
immo quod proficiat, illustriorem eum reddens,
fit vt crucietur acerbius, & virtutes, seu alterius
bona sua sint tormenta. Vnde Theologi in 4.
sentent. distinct. 43. & apud sanctum Tho- *S. Thom.*
mam 1. p. quæst. 64. art. 4. ostendunt ideo mul-

23. *Dæmones aliqui cur hic in hac regione crucientur.*

tos dæmones in hac cruciari regione, vt inter iustos in cælis Deo fruentes, sanctosque, qui in terrà viuunt ad cælum postea ituros degentes, vtrisque inuidentes, acerbius quàm si in inferno essent, excrucientur.

24. *Inuidiæ peccatum in inferno erit & instrumentũ mulctæ, & mulctatũ.* *Mat. 8. 12*

Quapropter valde considerandum, hoc solum ex vitijs animi, in futuro non solum, sicut & cætera mulctari, sed ipsummet esse tormentum mali, ac pœnæ eius instrumentum, dum in pœnam peccatorum datur condemnato vt tibi inuideat. Hoc equidem elucet in illa Christi sententia, qua fletus stridorisque damnatorum dentium assignans causas, vnam illam exprimit, nempe inuidiam Matth. 8. 12. *Ibi erit fletus, & stridor dentium*, at cur plorabunt, & flebunt? quo tormento? quo igne? quo cruciatu? *Cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei*, sequitur, *vos autem expelli foras, & venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei* en modus, & fletus instrumentum aliorum felicitatem videre, *cùm videritis*, & videndo, inuidia tabescetis: nam *ad cumulum demum pœna*, vt inquit Caietanus hîc, *adijcitur salus futura omnium nationum mundi, nimis enim inuidum torquet, & discruciat felicitas aliorum*: vnde illud erit eorum tormentum, gaudium scilicet, & bonum aliorum & videre se exclusos ab illo, dum ex omnibus mundi partibus ad cæleste gaudium aliqui intrabunt, & non erunt ipsi, & sic inuidia in inferno non solum erit passio, sicut cæteræ, neque solum vt peccatum mulctabitur, sed ipsũ simul erit peccatum mulctatum, & instrumentum mulctæ, & peccatum, & pœna peccati.

Caiet.

25. *Inuidus famæ mali alterius excruciatur.*

At non solum inuidus cruciatur ob bona alterius, quod etsi malum, non tantum ac aliud est pessimum, nam etiam cruciatur fame ob desiderium mali alterius, quæ fames cùm insatiabilis sit, hinc fit vt nunquam exsaturetur, & sic semper fame excruciatur: hoc luculenter insinuauit Augustinus in illud Psalm. 100. *Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam. Habet*, inquit, *epulas suas cor pium habet epulas suas cor superbum, vnde pascitur? si superbus est, inuidus est, aliter esse non potest, & si inuidus est, malis alienis pascitur, vnde dicit Apostolus; Si mordetis, ac comedetis inuicem, videte ne inuicem consumamini, sed neque se satiant gaudendo de malis alienis, quia insatiabili corde sunt.* Optimè equidem:

August.

26. *Superbus semper inuidus.*

A Esuriunt proximorum mala, & tali esurie miseri consumuntur, & lacerantur, sed talis est eorum esuries. vt licet proximi mala videant, non exsaturentur, semper aliud sitientes, esurientesque, vnde fit, vt semper esuriant, & fame pereant, semper amplius desiderantes. 27.

Nunquam exsatiatur.

Serpens intus conditus corpora humana handquaquam attigerit, inquit Chrysostomus hom. 29. in 2. ad Corinth. *si quidem ipsi alimentum apponatur; at inuidia etiamsi sexcentas ei mensas apposueris, animam ipsam arrodit, vndecumque mordens, vellicans, trahens, neque vllum solatij genus reperire est, cuius ope furorem compescat; vno dumtaxat excepto, nempe, vt ei, qui prosperis rerum successibus vtitur, accidat calamitas aliqua, nam hoc modo morbus iste remittitur.* B Immo nec sic quidem; quia semper amplius æstuant, ac esuriunt, similes in hoc ipsi diabolo, qui inuidia contra hominem motus, ita semper in malum illius esuriens tendit. vt licet in multa homo incidat mala, non ob hoc exsaturetur, sed ampliora desiderans, numquam dicit: Sufficit.

Chrysost.

Hoc est videre in illo Iob, filias enim, domum, remque totam abripuit, parum illi visum fuit, corpus expetiuit, & vitam, nec hoc contentus, sed inuidia tabescens, & fame moriens, animam quærebat, non mirum, quia inuidia laborat. Sic propè inuidi circa proximos, fratresque suos, non vno tantum malo contenti fame pereunt, & corde insatiabiles omnino destruere eum vellent. Quapropter bene Basilius homil. 41. in Matth. tom. 2. inquit; *Inuidi in agendo semper, inuidendoque sunt, vt nũquam peccandi afferant finem, sicut sues lutosi* C *immunditijs, & dæmones nostris damnis lætantur, sic inuidi calamitate proximorum exultant.* Et paulò infrà loquens de conuiuio inuidorum inquit: *Quemadmodum Scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur, cùm sint communes humano generi hostes, atque inimici.* En inuidorum conuiuium, en eorum escæ, en de quibus sunt insatiabiles, ac proinde semper ipsi fœtidi, sicut ipsorum caput, qui licet inuidia, mortem in orbem intulit terrarum, tamen non ob hoc genus perijt humanum, sed ipsius misericordiam Dei ad cælestia redimus ascendit, triumphans de ipsa morte; obrigescente, ipsoque tremente diabolo; *Cuius inuidia*, vt inquit noster Sapiens, *mors introducta, intrauit in orbem, &c.*

28. *Diabolus quia inuidus nunquam malis expletur hominum.*

Basil.

29. *Eius imitatores inuidi.*

30. *Qui scarabæi, & hominis inimici.*

PARAPHRASIS
CAPITIS II.

Num. 1. *Dixerunt enim cogitantes intra se, exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.*

Dixerunt namque isti peruersi sibi ipsis, & intra se discurrentes; breuis, & molesta est tota vita nostra, neque vllum remedium est contra hominis obitum, neque vllus est. qui reuersus ab inferis, certo ab eo cognoscamus aliam esse vitam & animam nostram esse immortalem, & non, vti nos asserimus, mortalem.

Num. 2. *Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam non fuerimus, quoniam fumus flatus est in naribus nostris, & sermo scintilla ad commouendum cor nostrum.*

Nam ex nihilo, id est casu, & fortuito nati sumus, & ideo post hanc vitam erimus tanquam non fuissemus, anima enim nostra, nil aliud est nisi flatus in naribus nostris, fumo comparatus, qui citò vanescit, aut est veluti sermo, qui quasi scintilla leuiter, & celeriter commouens cor, pertransit, vnde non amplius aliquid eius remanet, sic ergo vita nostra citò, & leuiter pertransit.

Num. 3. *Qua extincta cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur, tanquam mollis aër, & transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata.*

Qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & anima ipsa diffundetur, tanquam mollis aër, & transibit vita nostra tanquam minima pars nubis relicta, quæ est vestigium eius, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata.

Num. 4. *Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus; & nemo memoriam habebit operum nostrorum.*

Et nomen nostrum oblitionem accipiet statim, & nemo memoriam habebit operum nostrum.

Num. 5. *Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertitur.*

Nam vmbræ transitus est tempus nostrum, & nullum est impedimentum, quod retardare posit finem nostrum, quoniam conlignatus, & obfirmatus est, ita vt nemo ab eo reuertatur amplius.

Num. 6. *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.*

Venite ergo, & fruamur bonis, quæ videmus, & manibus pertractamus, & dum in iuuentute sumus, vtamur creatura celeriter, strenuè, summa cura, nullam occasionem prætereundo.

Num. 7. *Vino precioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis.*

Vino, & conuiuijs, & preciosis vnguentis nos impleamus. nullaque sit voluptas, quæ nos prætereat; vnde quicquid floridum, quicquid delitiosum fert tempus, illo fruamur, & potiamur.

Num. 8. *Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.*

Coronemus nos rosarum baccis, antequam marcescant, nullus sit locus amœnior, in quo lætitiæ, aut voluptatibus non vacemus.

Num. 9. *Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra.*

Nemo sit, qui socius oon sit intemperantiæ, & luxuriæ nostræ, vbique ob hoc relinquamus signa lætitiæ, vel liberalitatis; quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors, quæ nobis coonigit.

Num. 10. *Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis.*

Occidamus, & in potestatem nostram redigamus paoperem iustum, nec viduæ parcamus, nec senis reuereamur canos.

Num. 11. *Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ, quod enim infirmum est, inutile inuenitur.*

Nullam aliam legem habeamus, nec æstimemus, nisi fortitudinem, & potentiam oostram, sit licitum quodcumque possumus infirmum autem, & quicquid impotens est stabile sit, inutile esse.

Num. 12. *Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.*

Circumueniamus ergo, captiosis scilicet verbis, iustum, quoniam ioutilis, & insuauis est nobis, & contrarius te, & cogitatiooe omnibus operibus nostris, improperans nobis potentiam nostram, & peccata, quæ per eam facimus, & insuper diffamat contra nos liberè prædicans, & arguens peccata, tum negligentiæ, tum hypocrisis, quæ contra Dei legem affirmat nos perpetrare.

Num. 13. *Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat.*

Promittit se scientiam Dei, & mandatorum eius habere, & filium Dei se nominat.

Num. 14. *Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.*

Factus est nobis in redargutionem, & palam ostensionem cogitatiooum nostrarum.

Num. 15. *Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius.*

Pro quo grauis est nobis etiam ad videndum, nam dissimilis est alijs vita illius, noo habens communem rationem viuendi cum alijs, & ita tenaciter vias suas tenet, vt nullo modo adduci posit, vt instar aliorum viuat.

Num. 16. *Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo. & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditijs & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum.*

Tamquam leuissimi, & vani æstimati sumus ab illo, & segregat se à nobis, & actionibus nostris, tamquam ab immunditijs, præferens nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum.

Num. 17. *Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius.*

Videamus ergo, si sermones illius, quibus tantum se iactat, veri sunt, & experiamur quæ ventura sunt illi, & sic sciemus quæ erunt nouissima illius.

Num. 18. *Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum.*

Si enim est verus filius Dei, succurret, & opitulabitur ei Deus, & vt pater liberabit eum de manibus inimicorum suorum.

Num. 19. *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.*

Contumelia, & tormento probemus eum, vt experimentum sumamus reuerentiæ, id est, mansuetudinis eius, & iudicemus patientiam illius.

Num. 20. *Morte turpissima condemnemus eum, erit enim respectus ex sermonibus illius.*

Morte turpissima, & dolorosissima condemnemus eum, & taliter de eo iudicabimus, atque de eius sanctitate, qualiter erunt verba ipsius in tribulatione.

Num. 21. *Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum,*

Hæc cogitauerunt, & errauerunt, non ignoranter, sed malitiosè, quoniam malitia eos excæcauit.

Num. 22. *Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum.*

Et sic nescierunt sacramenta, hoc est, arcana, & Dei mysteria, neque sanctitati vllam mercedem dixerunt, ac proinde animas sanctas ab ipsis esse honorandas minimè iudicarunt, cùm pro certo statuissent, neque à Deo eas fuisse in honore habitas.

Num. 23. *Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.*

Sed planè falluntur, nam Deus creauit hominem inexterminabilem, id est, ad naturam non interituram, nec morituram, vnde corpus eius posset non mori, & quoad animam, ad imaginem, & similitudinem suam fecit illam, tribuens illi suam proprietatem, nempe immortalitatem.

Num. 24. *Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.*

At si homines nunc moriuntur, inuidia diaboli, id est Luciferi in causa est, nam per eam mors intrauit in orbem terrarum.

Num. 25. *Imitantur autem illum qui sunt ex parte eius.*

Et sic omnes, qui filios Dei intentant occidere, imitantur illum, cùm sint ex parte eius.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT III.

Capitis Argumentum, & Diuisio.

IN hoc capite prosequitur Sapiens rationem assignare impiorum deceptionis, iustum æstimantium perire per eorum posse manus; cuius occasione, pulchrè præmia enarrat iustorum, malorumque supplicia. In tres ergo diuiditur partes, in prima rationes statuit cur iustus à malis opprimi non possit, iuxta illud, *iustorum animæ*: in secunda bonorum præmia decernit, iuxta illud, *felix est sterilis*: in tertia supplicia malis deputat, iuxta illud, *filij autem adulterini*.

Num. 1. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

IMPII se aliquid contra iustos posse putantes, dum corpus occidunt eorum, cõsequenter & eorum putant miserabilem esse vitam, quia nihil in hoc mundo fruentes, tormenta tantum patiebantur. Quãtum autem eos hæc cogitatio fallat, in hoc capite illis ostendit Sapiens, & sic primò contra eorum vesaniam felicissimum iustorum exponit statum hîc pro Deo mortem patientes corporalem; quæ felicitas in eo consistit, vt licet oculis insipientium videatur à Deo derelictus, iustus tamen non sic euenit: nam eius anima, quæ potior eius pars, in protectione est Dei, & sub suauissima eius securè degit prouidentia: ita vt licet mors, quæ illi infertur, terribilis videatur, & dolorifica, tamen non sic, nam iusto dulcissima, ita vt tormentum nullo modo præsentiat mortis: cùm vt bene ait Lorin. quòd sumpsit ex Bernardo, *Nec dolent in exitu, nec horrent in transitu, nec pude-*

1. Iustus cur dulciter moritur.

Lorin. *Bernard.*

B

A *fient in conspectu Domini*, quæ sunt præcipua mortis tormenta.

Iustorum animæ, &c. Multi de martyribus hoc intelligunt, nam vt inquit idem Salom. Prou. 12. 26. *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est*, vnde iustissimi sancti martyres, qui omnia propter Christum neglexerunt; sed hîc vniuersaliter intelligendum de omnibus iustis. *Prou. 12. 26.*

In manu, &c. Hoc est sub eius potentia, ditione, conseruatione, sub aspectu, gratia, notitia, ac suauissima prouidentia, sic Castro. Addit Lorinus sub peculiari cura filij Dei, qui manus patris dici potest, sicut Spiritus sanctus digitus, Matth. 12. 28. lege eundem, qui optimè adnotat, quod licet in manu Dei simus, non ob id non debemus etiam esse in nostris, curam semper agentes de nostra salute. Quot modis sit anima in manu Dei vide Olkot lect. 30. qui inquit, quòd est in manu Dei supportantis, tanquam nutrix, confortantis tanquam auxiliator, castigantis tanquam pater, conseruantis tanquam saluator, ac conseruator, vide apud ipsum.

2. Christus Dei manus. *Castro.* *Lorin.* *Mat. 12. 28.* *Olkot.*

3. Iustus quot modis in manu Dei.

Tormentum mortis, &c. Genitiuus mortis non est in Græco, nam tantum legitur, *& non tanget eos cruciatus.* Sed vulgatus, vt bene expositores, adiecit mortis, quasi explicans de quo genere cruciatus loquebatur Sapiẽs, nempe de cruciatu mortis, illius scilicet quæ secunda dicitur, nempe animæ: & insuper cum Lorino notandum, non dixisse Sapientem iustum non tangere mortem, sed tormentum mortis, quia moriuntur, sed absque tormento, & cruciatu, dulciter, & gloriosè. *Lorin.*

HOMILIA XLVI.

Iusti etsi tribulationes subeant, sub Dei tamen protectione, ac prouidentia felicissimè degunt.

IVstorum anima, inquit noster Sapiens, *in manu Dei sunt*. Hoc primum est argumentum fallaciæ, deceptionisque hominum carnalium, & impiorum, qui mysteria nescientes Dei, vt supra dixit Sapiens, putant iniquissimum iustorum existere sortem, dum eos miserrimè viuere vident in hoc mundo, *egentes, angustiati, afflicti*, vt aiebat Apostolus, contra quos euidens est demonstratio, B non sic esse, quia animæ iustorum in manu Dei sunt, idest in protectione eius.

1. Deus vt iustum portat.

Quòd cum ita sit, quid iusto timendum, aut quid ei formidandum, cùm in protectione illius Dei sit, qui vt nutritius eum portat, si puer est, iuxta illud Oseæ c. 11. n. 3. *Et ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis*; vt venator auem, ne à se auolet, vocans eam, & in manum adducens illam suam Is. c. 46. 11. *Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua, virum voluntatis meæ*, vt calix preciosus *vini meri*, Psal. 74. n. 9. de quo summopere delectatur, vt dilectum, portans semper eum in manibus scriptum. Is. 49. n. 16. *Ecce in manibus meis descripsi te*, vt corona gloriæ, & diadema regni in manu Domini. Is. 62. n. 3. vt infirmus in manu confortantis, iuxta illud Ezech. 3. n. 14. *Manus enim Domini erat mecum confortans me.* C Quid ergo illi deest? quomodo felicissime non deget, securissimè cum Regio cantans Psalte, *Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?* Ps. 26. n. 1. Egregiè Augustin. hæc enarrans verba exclamat dicens, *Protegitur imperator à scutatis, & non timet, protegitur mortalis à mortalibus, & securus est, protegitur mortalis ab immortali, & timebit, & trepidabit?* Nil melius, immortalis est, & omnipotens, qui nos protegit, sanctosque suos, vnde ergo timor? ob quod securi sunt, securique in medio degunt periculorum.

Osea 11. 3. — Isai. 46. 11. — Psal. 74. num. 9. — Isai. 49. 16. — Ibid. 62. 3. — Ezech. 3. 14. — Psal. 26. 1. — August.

Enimvero duo sunt, quæ iustis inferre possunt in hac vita timorem. Primum homines peccatores contra eos armari, vitæ insidiantes ipsorum, omniaque damna eis desiderãtes; peccatores inquam, huius mundi potentes, iusti autem infirmi in illo; D hæc siquidem causa esse potest timoris: sed sancti tales non timent, cuius ratio, quia mortem corporis non verentur, & vitam habent animæ securam: sic Dauid vbi suprà n. 3. *Dum appropiant super me*, ait, *nocentes, vt edant carnes meas, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.* Quid est hoc? nocentes innocentium edunt carnes, & tamen qui infirmãtur, & cadunt, non sunt ipsi innocentes, ipsique patientes, sed ipsi edentes, & cruciantes, vtique, quia non timent sancti iniquos carnes edentes suas, sciunt enim nil amplius eos posse nisi in corpus, ad interiora autem minimè peruenire, & dum carnea eduntur eorum, ipsos in spiritum redactos purũ, felicius, & expeditius ad creatorem suum auolare, ideoque nihil timent; quòd egregiè dixit Augustinus vbi suprà, *Quare*, inquit, *persequuntur? respondet, vt edant carnes meas, quæ sunt carnes meæ? carnales affectus mei, sauiant persequendo, nibil in* A *me moritur, nisi mortale, erit in me aliquid, quò persecutor peruenire non possit, vbi habitat Deus meus, manducent carnes meas, finitis carnibus spiritus ero, & corruptibile hoc induet incorruptionem*, & vt inquit Apost. 1. ad Corinth. 15. *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritnale.* Pulchrè quidem, finitis carnibus spiritus ero, emolumentum est, non damnum talis manducatio: quia consumptis carnibus contra quas bellum gerunt, animam, quam summopere diligunt, puram in manu Dei sui vident; hinc etiamsi potentes contra se armatos videant, cernantque se in medio luporum, nõ trepidant, quia fortissimum esse, qui eos protegit, fortioremque omnibus illis sciunt, *Ego sum fortissimus Deus patris tui*, inquit Dominus Iacob, Gen. 46. num. 3. *noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi, ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem.* B Lupi erant Ægyptij, agnus Iacob, vt non timeat præcepit illi Deus, non alia causa, nisi quia ipse fortissimus, & cum eo descensurus, *Quo quid beatius*, vt inquit Chrysostomus hom. 46. in Gen. *quàm Deum ipsum habere comitem itineris.* Hinc licet illi carnes ederent innocentium, non isti, sed ipsi infirmati sunt, & ceciderunt: edant ergo lupi carnes sanctorum, sint quantùlibet pessimi, non timebunt eos sancti, quia in emolumentum eis cedet eorum atrocitas, & Deus fortissimus, in cuius ipsi sunt manu, proteget eos semper.

2. Iusto quæ timorem in hac vita illi inferre possunt, & quomodo ab illis se eripit. — Num. 3.

3. Cur tribulationes, & homines potentes non timet. — August.

4. Quomodo in Spiritum totus euadit. — 1. ad Cor. 15.

Gen. 46. num. 3.

5. Iacob descendens in Ægyptum Ægyptios cur non timuit. — Chrys.

Secundum autem à sanctis formidabile est, quãdo tota contra eos creatura armatur, & veluti exercitus quidam bene instructus, totus in eis inuehit mundus, neque hic solus, sed cum eo eius principes, bellum contra eos gerentes, ita vt nil C prorsus remaneat, quod non contra eos sit, terra, aër, homines, infernus, dæmones, terræ aërisque potestates; sed cùm hoc fit, nil etiam timent, securi existunt, scientes nil præter Dei voluntatem illis euenire posse; *Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum*, Prophera canebat vbi suprà, *si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* Magna fiducia, mira securitas, non timere castra, in ipsomet sperare prælio, at cur non speraret, cùm in Dei protectione manebat? *Castra munita sunt*, inquit Augustinus vbi suprà, *sed quid munitius Deo?* bellum contra sanctos gerit mundus, gerit diabolus, quid ab eis auferre potest? nihil sine Dei voluntate: quia, vt inquit idem sanctus, *Nec ipsa quæ temporaliter accepimus, auferre à nobis quisquam potest, nisi solus ille qui dedit, spiritualia autem quæ donat, non auferet, nisi tu dimiseris.* D Egregiè, ipse solus temporalia, ac spiritualia, nec ipse, nisi nos prius ipsa dimiserimus, ergo nullus inferre aliquid mali nobis poterit, protegente nos Deo. *Quando enim superna prouidentia nobis assistit*, inquit Chrysostomus homil. 57. in Genes. *non solum malorum hominum insidias effugere possumus, sed etiamsi in bestias ipsas incidamus, nihil aduersi nobis euenit, omnium enim Dominus suæ virtutis abundantiam declarans, & bestiarum mutat naturam, & in oues mansuetas transformat, & quando ipse vult clementia ipsa natura sua obliuiscuntur, & neque ignis facit, quod ignis solet.* Nil melius, oues fuerunt Danieli leones, aura suauis pueris ignita flamma.

August. — 6. Carnalia solus Deus à nobis auferre potest, spiritualia nos soli.

7. Dei prouidentia leones fiunt oues. — Chrysost.

Qui si aliquando det potestatem, vt exteriora hæc à nobis tollantur, & dæmoni concedit vt nos in illis offendat, non aliud est in causa, nisi vt seruetur id in nobis, quòd maius est, salus scilicet

8.
Cur dæmoni aliquando in exteriora hæc potestatem tribuit.
Iob. 2.6.

animæ nostræ, *Ecce in manu tua est*, immani inimico exposcenti, dixit Dominus de beato Iob. cap. 2. num. 6. vbi notandum, hoc concessum, post dirutas domos, campos combustos, oues, armentaque erepta, filios occisos: at quia vnum tantum erat reliquum, in quod potestatem non acceperat, corpus videlicet, hoc reliquum expetijt, *tange os eius, & carnem*: ô immanis rabies, non tantum carnes expetijt, sed ossa, vt nil prorsus remaneret super, quòd & accepit, sed sub conditione, vt animam seruaret, *Veruntamen animam illius serua*, en fructus, animi salus.

August.
9.
Dæmon custos tribulati.

Accepit potestatem in infimis, inquit Augustinus vbi suprà, de hac loquens potestate dæmonis in sanctum Iob. *& amisit maxima, & summa*, ipse expetens vt perderet, Deus tribuens vt saluaret, factus ipsemet lupus custos ouis, qui ad deuorandum accesserat, omniaque expetierat: sic tribulamur in corpore, vt saluemur in anima, amittimus temporalia, accipimus æterna, sciunt B hoc sancti, ac per hoc nil timent, nil pauent, securi degunt, quia licet corpora in manibus sint tyrannorum, tamen eorum animæ in manu Dei sunt.

10.
Deus quibus rationibus Abraham securum reddidit.
Gen. 15. 1.

Sed addenda adhuc alia sanctorum ratio: nam nihil de hoc mundo desiderantes, mercedemque suam in altero repositam habentes, sciunt nullum esse potentem hanc ab illis tollere, si Deus protector eorum est, Deum absolutè desiderant, extra ipsum nihil, non terram, non ipsum cælum, hinc etsi pereant cætera, in magna ipsi securitate viuunt. Hoc insinuauit Dominus Abrahæ Genes. 15. num. 1. quando ei dixit, *Noli timere Abraham*, vnde hinc nullus timor, ob duas equidem rationes.

Chrysost.

Prima, *quia ego protector tuus sum. Multam habet hoc verbum emphasim*, inquit Chrysostom. C vt in Glossa, *ego scilicet, qui à Chaldæis te euocaui, ego qui te huc duxi, ego qui te è periculis Ægypti liberaui, ego qui semel atque iterum promisi tibi, atque semini tuo daturum terram hanc, qui in dies magis ac magis omnibus te clarum reddo, ego protego te, ego scuti vice tibi ero, ego pro te certo, propugnator sic curam gero, omnia difficilia, facilia tibi reddam, ego protego te.*

11.
Cur peculiariter iustorum dicatur.
Psal. 55. num. 10.
August.

At notandum non solum emphasim vocem illam, *protector*, habere, sed & illam (*tuus*) *noli timere quia ego protector tuus*: ergo non omnium, omnium equidem, sed specialius Abrahæ, qui Deum diligebat, amabat, & colebat. *Ecce ego cognoui quod Deus meus es tu*, aiebat Dauid Psalm. 55. num. 10. vbi Augustinus. *Magna scientia non enim ait quia Deus es, sed Deus meus es, tuus est enim, cùm tibi subuenit, tuus est, cùm tu ab illo alienus non es, vnde dicitur, Beatus populus, cuius est Dominus Deus ipsius, quare cuius est? cuius enim non est? omnium*

12.
Iusti suum proprium eum appellant.
Chrysost. ad Gal. 2.

quidem Deus est, sed eorum propriè Deus dicitur, qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum possident, qui illum colunt. Hinc quasi ex iure, non communi, sed proprio, Deum sancti nomine appellãt, quod egregiè dixit Chrysostomus hom. 34. in Gen. super illa verba Pauli ad Galat. 2. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quid dicis, ait, ô beatissime Paule, paulo ante dicebat, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, & nunc dicis, qui dilexit me, & proprium vsurpas commune beneficium: profectò inquit, nam licet pro omni hominum genere sacrificium oblatum sit, tamen propter amorem in eum, id quod factum est omnibus, propriũ mihi facio.* Et paulò post, *Prophetis mos est facere, & dicere, Deus Deus meus, quamuis*

13.
Quare pro ipsis solis Deus esse mortuus sic totam redemptionem suam faciunt.

A *totius orbis sit Dominus, sed peculiare hoc est amori, vt ex communibus propria faciat, hinc Paulus, In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, quid dicis, te solum dilexit, omnem hominum naturam dilexit, sed ego ei gratias ago, quasi me solum dilexerit.* Nil melius. Proprium ergo suum Deum cùm faciant sancti, hinc iure timere non debebat Abraham, cùm Deum non solum in protectorem, sed in suum habebat protectorem, hoc est, in peculiarem, proprium, singularem, potentem, vnde ergo ei timor?

Idem.

Secunda ratio, quia dum præter me nil aliud vis, *Ego merces tua magna nimis. Noluisti mercedem*, inquit Chrysostomus, *accipere pro laboribus quos sustinuisti, tantis periculis te obyciendo, sed contempsisti, & regem, & munera eius, ego tibi mercedem dabo, non qualem accepturus eras, sed multam amplius, & valde multam.* Ex quo ratio apparet securitatis, nam si Deus est protector bonorum sanctorum, & bona ipsorum non alia sunt præter Deum, protectoris officiũ erit, defendere bona eius, cuius est protector: iustè ergo vt non timeat Abrahæ iussit, quasi diceret, si ego merces sum tua, & me tibi volo dare, quis impediet, vt me tibi non dem? hinc sancti securi sub Dei protectione viuunt.

Immo si bene res expendatur, nulla prorsus ratio timoris ijs qui in Dei protectione viuunt, cadere aliquatenus potest, cùm omnia illis sit Deus, per omnia illis iuxta eorum assimilatus, immo transformatus necessitatem, nam si imbecilles sũt, Deus est ipsorum fortitudo, si persecutiones patiuntur, ita vt nulla eis salus, nisi in fuga, Deus est illis locus tutissimus, immo & munitissimus, si in summo degentes periculo iam de se desperant, Deum habent liberatorem; si pericula timent, præseruatorem, si iacula inimicorum vrgent, habent Deum pro scuto, & tandem si necesse est vt inimicos agrediantur, Deus est robur, Deus est auxilium, & fortitudo eorum. 14. Deus omnia omnibus sanctis.

Dauid sanctus à Saule persecutus in Psalm. 17 cuius titulus est, *Loquutus est Domino verba cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus, de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saulis.* *Psal. 17. 1.*

Vbi acutè modestiam Dauid obseruans Theodoret. adnotat seorsim, Saülem ab inimicis nominasse, quasi non inimicus, *Vatis Philosophia admiratione digna est*, ait, *cùm enim tot insidias à Saule sustinuisset, non cum inimicis eum numerauit, verum cùm ab hostibus separasset, non tanquam de inimico mentionem fecit*: sic se securos ab inimicis se habent sancti, vt & pro non inimicis eos habeant. *Thood.* 15. Dauid mãsuetudo in Saülem.

Hic ergo Dauid ab inimicis persecutus, à Saule appetitus, à Deo ereptus, & conseruatus, pericula recolens, liberatorem inspiciens, dilectionem D profitetur talibus eum insigniuit nominibus, *Diligam te Domine, fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, ac liberator meus, protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.* Adnota nomina, & sãctorum perspicies securitatem in tribulationibus, vires deficiũt, adest Deus fortitudo, necessaria est fuga, adest Deus refugium, vel vt Septuaginta legunt, *petra & arx munitissima*, pericula incumbunt præsentia, adest Deus liberator, timentur futura, adest Deus custos, & protector, necesse est præliari, adest Deus scutum, & cornu salutis, & tandem in manus incidũt inimicorum, adest Deus susceptor, ab illis eos saluans, eripiens, victoresq; reddens, quòd proprium susceptoris munus: nam susceptor ille est, qui rem de qua certatur, ad se manu iniecta rapit, & tanquã 16. Susceptor propriè quis.

ſua ad ſe pertinentem tuetur: ſic ergo admirans inquit Dauid, tu Domine non ſolum fortitudo eras, dum meæ deficerent vires, arx muniтiſſima dum fugiebam, liberator dum pericula aderant, protector dum ea timebam, ſcutum dum præliabar, ſed in medio iam armatorum conſiſtens, & veluti pila quædam, per manus eorum ventilatus, & iactus, iam iam omnino caſurus, conſeruaſti, & eripuiſti, quòd mirum, quòd magnum, quòd omnino ſecuros reddit ſanctos in tribulationes, dum non ſolum venturas non timent, præſentes non formidant, ſed in eas immerſos, & quodammodo obrutos, ſciunt ſub illius cura degere, ſub illius ſtare
16. protectione, qui potens eos eripere inuenitur, ac è manibus ereptos inimicorum, in ſuas iterum reducere tanquam in locum munitiſſimum, arcemque ſecuriſſimam.

Sancti cur ſecuriſſimè degunt.

Conſiderandum hoc in ſanctiſſimo Loth, nam quando pœne res ad extremum erat redacta, & pœne manibus opprimeretur inimicorum, tunc ſuas extendit Deus, & è manibus impiorum eum eripiens, in manus attraxit ſuas, Gen. 19. num. 9. *Vim faciebant Loth vehementiſſimè*, facer inquit
17. textus, *iamque propè erant, vt effringerent fores*, notanda verba: at res ad has redacta anguſtias, *Ecce miſerunt manum viri, & introduxerũt ad ſe Loth, clauſeruntque oſtium*. Opportunum conſidera auxilium, pœne adfuit quando neceſſarium, tibi indicans ſperandum, etſi res ad extremum redacta videris, extẽdit manum Deus apprehendens eum, vtpote res, quæ ad eum pertinebat, & ne aliquo modo periclitari poſſet, intrauit in domum, & oſtium clauſit. Vt ſemel ſcias quàm verum ſit illud Dauidis, Dominum locum eſſe munitiſſimum, arcemque ſuis munitiſſimam, clauſerunt quippe oſtium, & ex domo facta eſt arx, intus fortiſſimos habens milites, ita fortes, vt quos foris erant, *Percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum*; vnde bene exclamat Bern. ſerm. 1. in Pſalm. *Qui*
18. *habitat. Quid ei nocere poterit eorum, quæ ſub cælo ſunt, quem Deus cæli protegere, & conſeruare voluerit?* Cuius rei rationem adducit optimam: nam inquit, quæ nocent ſub cœlo ſunt, adiutorium autem Dei in cælo eſt, ſuprà cœlum, ergo qui ſub Dei adiutorio manet, ſuprà cælum manet, licet ſit in terris poſitus, vnde lædi non poteſt, *Porro*, inquit, *ſub cælo ſunt quæcumque nocere poſſunt, ſub cælo ſunt aërea poteſtates, ſub cælo præſens ſæculum nequam, & caro aduerſus ſpiritum concupiſcens: optimè ergo dictum eſt, in protectione Dei cæli commorabitur, vt nihil eorum quæ ſub cælo ſunt timere poſſit, quiſquis protectionem eius habere meruerit, qui in cælis eſt.* Sancti in cœlo ſunt, quia in cœlo conuerſantur, iuxta illud Apoſtoli, *noſtra conuerſatio in cælis eſt*, ergo nihil timent, inſequatur mundus, ſæuiat tyrannus, armentur creaturæ, totus in eos irrumpat infernus, corpus tantum terere poterunt, ſpiritus verò nequaquam, hinc parum curant, ſcientes eorum animas in manu eſſe Dei, vt noſter inquit Sapiens, ideo quieti, ſecurique viuunt, *iuſtorum animæ, &c.*

Gen. 19. 9

Sperandum tunc quando res ad extremum redacta.

Bernard.

Sanctis cur terrena nocere non poſſunt.

HOMILIA XLVII.

Mors iuſtorum dulciſſima, non illis tormentum, ſed gloria.

ET *non tanget illos tormentum mortis*, non dixit mortem, quia moriuntur ſancti, ſed tor-
A mentum mortis, nam etſi moriuntur, non anguſtiantur, cùm illis mors non tormentum, ſed gloria, & lætitia: quia morientes, non moriuntur, ſed tranſmigrant, dum ad amatum properant, ob hoc læti hæc terrena relinquunt, licet propria ſint, & patriæ ſolum. Quis quæſo patriam relinquit, quis domum, & tandem quis lætus cum omnibus ſuis in peregrinam tranſmigrat regionem, nunquam amplius patriam viſurus? nullus equidem, niſi res cara ipſi illic adſit, ſic illi cordi vt ea in patria carens, viuens non viuat, ſed potius vti mortuus degat, tunc ſiquidem ad peregrinam tranſitus regionem, non erit triſtis, ſed lætus. Sic Iacob deſiderio amati filij tentus, ita mœſtus morabatur in Chanaam patriam ſuam, vt ad eum conſolandum filij accedentes, *Noluit conſolationem accipere, ſed aixit, deſcendam ad filium meum lugens in infernum*. Gen. 37. 35. At quando poſtea in Ægypto fi-
B lium audiuit Meram, & quòd eum vocaret, lætus patriam, proprioſque reliquit lares, properans ad filium ſuum; vnde tanta lætitia, niſi quia ſine filio mœrens in propria erat terra, & cum illo lætus in aliena? Sic ſancti mœſti hîc degunt in hac patria, futuram inquirunt, quia hîc non habẽt repoſitum theſaurum, vnde nec cor, non hîc amato fruuntur, non cum vident, ideo triſtes viuunt, hinc ſi quando tranſitus eis hora appropinquat, exultant præ gaudio, & læti moriuntur, *Veniet quidem mors*, inquit Bernard. in ſerm. ex varijs, *ſed ſomnus erit dilectis Domini, & ecce hæreditas eius, erit ianua vitæ, erit initium refrigerij, erit ſanctus illius montis ſcala, & ingreſſus in locum tabernaculi admirabilis, quod fixit Deus, & non homo.* Gen. 46. num. 30. *Iam lætus moriar*, inquit Iacob, vnde huic lætitia, cùm mors non ſit lætitiæ cauſa ſed mœroris, & nemo lætus
C moritur, ſed triſtis? Duas equidẽ aſsignat rationes, *Quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo.* Sanè faciem videre filij, ſuperſtitemque illum relinquere, non negandum cauſam eſſe lætitiæ: at quàm magis lætus moreretur hîc, ſi media morte ad videndum iret filium, & non ad ſuperſtitem relinquendum, ſed ſemper ad cum ipſo conuiuendum, ſi malebat lugens ad infernum ire, quàm in patria morari, quia ibi filius, quàm lætus moreretur ſi ad dilectum ſciret quòd properaret, qui non in inferno, ſed in cœlo ſummè lætus, ſummè felix degeret, non ſolum equidem lætus moreretur, ſed lætiſsimus, & mors illi, non mors, ſed vita. Sic Dei ſancti læti moriuntur, quia media morte ſpeciem amati, & dilecti videre ſperant, non ſuperſtitem hîc in hac vita illum relinquentes, ſed ad illum cum ipſo ſemper corregnantes peruenturi, cuius deſiderio cùm intimè teneantur, ſic vt læti hîc vi-
D uere non poſsint, ſed ſemper gementes, nunquam conſolationem aliquam accipere volentes.

Enimuero notanda verba illa, quæ Saluator noſter diſcipulis in illa vltima dixit cœna, diſceſſum eius amarè flentibus, *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Ioan. 14. n. 28. mirum vt gaudere poſsint, cùm ab eis auferebatur omne bonum, *Quid ergo*, inquit Bern. ſerm. 10. in Cant. *non diligebant eum de cuius abſceſſu dolebant, diligebant quidem dulciter, ſed minus prudenter, non rationabiliter; diligebant toto corde, non tota anima, dilectio eorum contra ſalutem eorum erat, vnde & aiebat, expedit vobis, vt & ego vadam, culpans conſilium, non affectum.* Egregiè. Affectus bonus erat, conſilium non bonum, tum quia contra eorum ſalutem, tum

1. *Sancti cur morientes non triſtantur.*

Gen. 37. 35

2. *Iacob cur lætus in Ægyptum deſcendit.*

Bernard.

Gen. 46. 30.

3. *Cur lætus moriebatur.*

4. *Sancti hîc gementes viuunt.*

Ioan. 14. 28.

Bernard.

5. *Diſcipulorum dolor de abſentia Chriſti ex qua parte imperfectus.*

quia & contra Christi bonum transmigratio ad patrem, erat Christi bonum, vnde, *si diligeretis me gauderetis vtique*, vnde eis gaudium, de bono quippe amici, *quia vado ad patrem*: si verè

6. Transmigratio ad patrem in cœlis quãtum bonũ.

amantes, si tota anima diligerent, ob hoc gaudere debebant, vnde quia tristabantur, diligebant dulciter, sed non rationabiliter, toto corde, non tota anima, vt inquit Bernard. at si ad patrem iturus, nonne per tormenta, per cruces, per mortem, vnde ergo ei gaudium? non equidem aliunde, nisi quia iturus erat ad patrem: tantum siquidem bonum est ad patrem transmigratio, vt si per mille quis transiturus sit tormenta, per mille cruces, mortesque, gaudere debet, ac tripudiare; at pone nunc transmigrationem ad patrem, non per crucem, non per tormenta, non per mortis transitum, sed per somnum, vt sic dicam, quale erit illud gaudium? qualis illa lætitia? quale illud iubilum? quando sancti per mortem aduocantur ad patrem, cuius visionis iucunditas, sic æstimabilis reperitur, vt meritò dixerit Augustinus lib. 3. de libero arbitrio tom. 8. eius vnius diei fruitionem plus

7. Eius vnius diei fruitio plus valet quã omnia mundi bona.

August.

existimandam, quàm innumerabiles in hac vita felicitatis annos, *Tanta est iucunditas lucis æternæ*, ait, *vt etiamsi non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum, innumerabiles anni huius vitæ, pleni delitijs, & circumfluentia omnium bonorum rectè, meritoque contemnerentur, non enim falsò, aut prauo affectu dictum est, quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia.*

Enimuero non possum hîc, ad hanc confirmandam veritatem, vltima non adducere, dulcissimaque verba, quæ sanctus Hieronymus moribundus iam dixit ad fratres, vt habentur in epist.

Hieron.

8. Verba sancti Hieronymi propè mortem quam dulcia.

Eusebij ad Damasum de eius morte, transiens enim de hoc mundo ad Christum, totus iam lætus, & alacer, in hæc prorupit verba, *Abijcito vestimenta luctus, & tristitiæ. psalmum dicito nomini Domini, quoniam huc vsque transiui per ignem, & aquam, & ecce nunc inducit me in refrigeriũ?* Perpende verba, & sole clarius videbis, non solum sanctum lætari, sed non posse in morte non lætari: quis non lætaretur dum videt se ab igne exire, & aqua, & educi in refrigerium? dolcant, qui in hoc mundo sunt in refrigerio, quia ad ignem exeunt, & aquam, at sancti qui inter ignem pœnitentiæ, tribulationisque aquam hîc degunt, lætentur sanè, quia de igne, & aqua ad refrigerium transeunt. *O quantum lucrum mihi est mori*, sequitur Hieronymus, *quoniam viuere deinceps meum Christus erit, ecce terrestris domus huius habitationis dissoluitur, vt alia succedat, non manufacta, sed æterna in cœlo, & quod mortale est vestimentum exuor vt æternam induar.* Mirabilis securitas, quàm sine timore è vita, quam sine trepidatione exeunt! *Hucusque peregrinatus sum*, dicebat, *iam redeo ad patriam, ecce brauium capio, pro quo in agone cucurri, ecce portum attingo, quem tanto desideraui desiderio; ecce de tenebris ad lucem, de inopia ad diuitias, de prælio ad victoriam, de tristitia ad gaudium, de temporali vita ad perpetuam, de fœtore ad odorem suauissimum vehor.* Dic quæso, quomodo hîc tristis in morte esse poterat, qui talia in illa hora sentiebat, qui talia sperabat, qui in tali æstimatione vitam hanc tenebat; audi quæ sequuntur, *Vita mundi non vita, sed mors, melior est negotiatio mortis auro & argento, primi, & purissimi fructus eius.* Quomodo quæso qui hæc sentiebat poterat dolere, si vita illi erat mors, mors autem vita, equidem viuens flebat, at moriens gaudebat, vita illi tristis, mors autem iucunda, vnde non mirum, si in amorem eius excandescens cum illa deuotissimè, ardentissimeque alloquens prosequitur; *O mors dulcis, & iucunda, non certe mors, quæ vitam largiris, quæ fugas febres, & vulnera, famem extinguis, & sitim, veni soror mea sponsa, amica mea, dilecta mea, indica mihi quem diligit anima mea, ostende mihi vbi pascat Dominus meus, vbi cubat Christus meus; exurge gloria mea, porrige mihi manum, trahe me post te, apertum est cor meum vt exurgam, vt post te curram in odorem vnguentorum tuorum, donec introduxeris me in cellaria domus Domini mei: ecce tu pulchra es amica mea, iam noli morari amplius, conuertere aliquantulum super me, quia te inueniro exultaui, & in te delectatus sum omnibus diebus vitæ meæ; saluum me fac; & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Veniam per te in hortum dilecti mei, & comedam fructum pomorum suorum. Ecce iam venit tempus miserendi mei, noli tardare, accelera, vt eripias me, quia amore langueo; nigra es, sed formosa, pulchra es, & decora, fauus distillans labia tua, terribilis es apud Reges terræ, auferens spiritum principum, sed notam faciens hominibus potentiam tuam; tu confringis cornua iniquorum, & erigis cornua iustorum. Aperi mihi dulcis soror, expolia me ista mortali tunica, ergo iam bona mors propera, confringe arma, & scutum, gladium, & bellum, accipe filium tuum famelicum in regione aliena, & reddo eum patri suo, suscipe vlceribus plenum, & colloca eum in sinu Abrahæ.* Quid dulcius cani potuit, quid iucundius, quid delectabilius? quale huius quempiam mundi lætificat gaudium, vti mors Hieronymum sanctissimum, quales deliciæ iucundiores, qualis hora iucundior, qualis transitus felicior, ad cuius instar omnes sancti, cum Apostolo, *cupiunt dissolui, & esse cum Christo.* Quia, vt grauiter dixit Augustinus, *qui cupit dissolui, & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter viuit, & delectabiliter moritur.*

9. Sancti non patienter moriuntur, sed patienter viuunt

Hinc talium mors, non vera mors, sed mortis vmbra, & sicut hîc ab æstu vruntur tentationum, ac propter pœnitentiam, continuaque carnis, spiritusque bella defatigantur, sic dum ad mortem perueniunt, sub suauissima quasi requiescere incipiunt vmbra. *In sacra scriptura*, inquit Gregorius lib. 4. Moral. cap. 17. tom. 1. super illa verba Iob, *Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis, &c. mors carnis dicitur vmbra mortis, quia sicut vera mors est, qua anima separatur à Deo, ita vmbra mortis est, qua caro separatur ab anima, quoniam constat non spiritu, sed sola carne mori, nequaquam se vera morte, sed vmbra mortis dicantur operiri.* Hinc vox illa sanctorum martyrum Psalm. 43. num. 2. *Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis*, quia post longa certamina, & laborum immanium æstus, non mortem, sed vmbram ad eos refrigerandum immisit Deus mortis, iuxta illud Sapientiæ suprà, *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit in*

10. Eis mors est vmbra refrigerãs

Greg.

Psal. 43. num. 20.

11. Deus protegit iustũ dum præmaturam ei infert mortem, vnde talis præoccupatio est protectio. Gen. 49. 32.

refrigerio erit: vbi notandum verbum illud, *si præoccupatus fuerit*, denotat enim prouidentiæ diuinę suauitatem, dum iustum à telis satagens eripere inimicorum, nullo alio potentiori illud efficit medio, quàm mortis præoccupatione, & obumbratione, qua præoccupato, ac vndique circumplecto, ne putaretur in tormento esse mortis, ait, *In refrigerio erit*, hoc est in lætitia, & gaudio, tripudians, & exultans. A

12. Scriptura cur adnotat Iacobũ morientem collegisse pedes Chrysost.

Acutè hoc adnotauit Chrysost. hom. 67. in cap. 49. num. 32. obseruans, morti iam proximum Iacobum post data mandata filijs dixisse scripturam, *Collegisse pedes suos in lecto, & obijsse*, vel vt legunt Sept. *& sustollens pedes suos super lectum obijt*. In ipsa quippe pedum extensione considerauit Chrysostom. aliquid voluptatis, & gaudij Iacob, quasi ad partem aliquam ituri lætè, & glorianter, *Vide mortem iusti*, inquit, *magno miraculo plenam, subleuauit pedes in lectum suum, quasi cum voluptatem aggrederetur, sustulit pedes, hoc est planos, & rectos fecit, & extendit*, viam libenter ingrediens non coactè. Quod si tunc Iacob sic moriebatur, quando adhuc non venerat Christus, quomodo putandum sanctos morituros post Christi aduentum? Bene equidem idem Chrysost. ibidem, super illa verba, *Et planxit Ioseph septem dies*, Gen. 50. n. 11. excusans illum sic inquit, *Tempus cogita, quo facta sunt hæc, vt ab omni culpa libera Ioseph, nondum enim fuerant portæ inferni confracta, neque inferni vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio, & idcirco quia timuerunt mortem hæc faciebant, nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & consumatio, & quies quasi de vita in vitam transferendi, sic exultamus, & quid dico de vita in vitam, de deteriori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad cælestem*. Egregiè. Tunc flebant, quia morientes, nõ sperabant illico Christum videre, licet sancti, licet iusti, at nunc quando post hanc mortalem sperant vitam statim ante conspectum amati peruenire, nõ est amplius locus sanctis flendi, sed gaudendi, sed ridendi. B

Gen. 50. 11

13. Post Christi aduentũ mors non est amplius flenda.

14. Exemplum de Lætitia sanctorum in morte.

15. Montis-leonis Dux, in extremo mortis articulo quã lætus significauit se obire.

Benè hoc ostendit senex ille, vt in vitis legitur Patrum, qui cùm moreretur in Scythia, & eius circundarent lectulum fratres, atque plangerent, aperuit ille oculos ridens, quòd cum & tertio fecisset, rogatur cur ipsis flentibus rideret, respondit, *Primo risi, quia omnes timetis mortem, & secundo risi, quia non omnes estis parati, tertiò risi, quia de labore vado ad requiem*. Libeat tandem hîc exemplum afferre, & si non hominis sancti, pij tamen, & Christiani, excellentissimi nempe Hectoris Pignatelli Montis-leonis Ducis, viri omni memoria digni, qui moriens, cùm à me rogaretur, si libenter obibat, & desiderio tenebatur Deum videndi, respondit, *Morior vt moriar, & Deum videam*. En quàm lætus iste Princeps obibat, licet diues, non senex, in magna potentia, vndique magnitudine vallatus sæculi, vt quique hoc, non quia Princeps, sed quia iustus, qui dum moritur lætatur, cùm certum sit, vt noster inquit Sapiens, quòd eum *non tangit tormentum, &c.*

Num. 2. *Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

DIxerat Sapiens, mortis tormentum sanctos non tangere, quia animæ illorum sub Dei sunt protectione: nunc quàm aliter hoc impijs appareat, explicat, & sic ait, in illorum oculis sanctos visos anima, & corpore mori, & sic exitum in pœnam illis, afflictionemque cedere, quòd quàm longè sit suprà iam diximus, & mox etiam amplius dicemus.

Lucifer. August. Mat. 6. 1.

1. Malitia in scriptura aliquando pro pœna.

Afflictio, alij legunt *malitia* sic Lucifer pro Athanasio, Augustinus quæst. 143. in Exod. intelligens pro malitia pœnam, vt aliquando accipi solet in scriptura, vt in illo Euangelij, *sufficit diei malitia sua*. Matth. 6. 1. id est pœna, calamitas, afflictio, vnde secundùm hanc lectionem faciet sensum; existimata est ærumna, & pœna exitus illorum ab hac vita, vtrouis modo legatur, sensus in idem recidit.

Num. 3. *Et quod à nobis est iter, exterminium, illi autem sunt in pace.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. Lucifer.

C VErsus hic diuersimodè connectebatur, sic enim legebatur, *Ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quòd à nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace*. Lucifer hanc connectens sententiam cum priori, hunc reddit sensum legendo sic, *Et æstimata est malitia exitus illorum, ab itinere iusto, abierunt in exterminium*, quasi diceret, ab iniquis æstimatum, iustos moriendo à iusto excessisse itinere, & ideo in exterminium illos adduxisse Deum. Sed tenenda est Vulgati lectio, quæ hunc facit sensum, videlicet iniquos putasse transitum iustorum ab hac vita mortali, esse exterminium illis, & mortem omnino in nihilum eos redigere, at illi sunt in pace, cùm ipsis mors est pax, & potius bonum quàm malum, vnde falluntur mortis nescientes bonum, quòd non mirum, dum putabant simul cum corpore animam extingui.

1. Regni cælorum an in veteri Testamento facta sit mentio. Chrys. Hieron. August. Theoph. Mos. Barceph. Castro.

D Hîc disputant Doctores, an sub his verbis, *illi autem sunt in pace*, & similibus, quæ in hoc capite referuntur, regnum intelligatur cælorum, cùm multi ex Patribus, vti Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Theophylactus, & Moses Barcepha, in eius fuere sententia, in veteri Testamento nullam regni cœlorum factam mentionem, sed dicendum, sub typis, & felicitatis humanæ figuris, ab antiquis agnitam fuisse felicitatem etiam æternã, illam sperasse, veteremque scripturam sub illis eam adumbrasse figuris, expresè tamen *Regni cælorum nomen*, numquam in veteri reperiri lege, cùm esset Euangelio reseruatum, & sic Salomonem hîc locutum de cælesti gloria post hanc vitam, iuxta fidem, quam de illa veteres habebant Patres, sic Castro, & cum eo recentiores.

Et quod à nobis, &c. id est ab omnibus ho-

minibus,& non tantum à primis parentibus, vt A
Hugo. volebant Hugo, & Bonau.
Bonau. *Iter,&c.* Adnotat Cantacuzenus similitudinem
Cantac. ductam esse à vase fictili confracto, quod amplius
refici non potest, semel fracto; sic isti potabant
post mortem iustos exterminatos, melius dixisset,
si de ipsismet hoc dicerent, nam sic post mortem
impij exterminantur, vt amplius ad reparationem
non sit locus.

Illi autem sunt in pace, &c. Tum post hanc
2. Iustorum vera pax, quæ signum Dei in anima habitantis. vitam, tum etiam in ista, nam nulla in mundo pax,
sicut illa, quam iustus ex securitate suę conscientię,
ex remissione in diuinam voluntatem, ex certitu-
dine prouidentiæ experitur diuinæ, ita *vt omnem*
exaperet sensum, ad Philip. 4. num. 6. ex quo fit
Ad Phil. 4.6. nullum signum maius Dei in anima præsentiæ,
quàm pax ista. Sic multi sancti testantur Patres,
Anton. vt Antonius apud Athanasium in eius vita. Hie- B
Hieron. ronymus in Matth. vltim. Gregor. homil. 26. in E-
Greg. uang. Chrysostomus homil. 30. in Euang. Theo-
Chrysost. phyl. ibid. Euthim. & alij. Vide Lorinum hic.
Theoph.
Euthim.

HOMILIA XLVIII.

Mors iustis lucrum, malis detrimentum, omnibus generaliter potiùs bonum quàm malum.

IMpij, vt inquit noster Sapiens, mortem iusto-
1. Iustorum pax quæ. rum æstimant afflictionem, exterminium, pœ-
nam, at quantum fallantur vno inquit verbo, scili-
cet, *Illi autem sunt in pace*, in illa quippe pace, *in*
Psal. 4. num. 9. *qua requiescunt in idipsum*, Psalm. 4. num. 9. quæ
vt inquit Apost. ad Philipp. 4. n. 7. *exaperat om-* C
Ad Phil. 4. n. 7. *nem sensum.* in illa quam dare non *potest mundus*,
vt dixit Dominus Ioan. 14. n. 27. in illa, *qua Deum*
Ioan. 14. 27. *diligentibus multa*, & copiosa est, vt inquit Dauid
Psal. 118. num. 163. in illa quæ iustis à Deo est veluti
Psal. 118. 163. testamentum constituta, & hæreditas, vt inquit
Eccles. 45. nu. 30. & tandem in illa quæ continet in
Eccl. 45. 30. se omne felicitatis genus, & bona simul omnia.
Nam mos erat antiquitus apud gẽtes, & præcipuè
2. Pacis imprecatio antiquitus, quid significabat. apud Hebræos, dum salutando imprecabantur pa-
cem, per illam significare omnium imprecationẽ
bonorum, & felicitatis: hoc enim significat impre-
catio illa, quam Iosephi dispensator fratribus im-
precatus est, scilicet *Pax vobiscum, nolite timere*, id
Gen. 45. 23 est, sit vobis felicitas, & cumulus bonorum, vnde
subdit, *Deus vester, & Deus patris vestri, dedit*
vobis thesauros, in saccis vestris: similiter Angelus D
Iud. 6. 23. Gedeoni, *Pax tecum, non morieris*, Iudic. 6. n. 23. sic
& senex ille, bona omnia imprecatus est hospiti
suo, dum in domum suam eum recipiens, dixit ei,
Pax tecum, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt,
Ibi. 19. 20. Iudic. 19. nu. 20. in cumulo ergo bonorum, inquit
noster Sapiens, quòd sunt iusti morientes, dum sũt
3. Iusti morientes in cumulum sunt omniũ bonorum. in pace, licet ab impijs existimati sint esse in exter-
minio, & pœna, videntes eos mori, in quo fallun-
tur, tum quia mors in se considerata, potius homi-
ni bonum quid est, quàm malum, nam quia parti-
culariter iustorum mors pretiosissima, peccato-
rum autem pessima.

Mors ergo in se potius bonum quàm malum,
4. Mors potius bonũ, quàm malum. nam aut eripit sanctum & iustum à pœna, aut pec-
catorem à peccato, potentiaque peccandi. Enim-
uero Philosophi solo lumine naturæ ducti hanc
etiam agnouerunt veritatem. *Natura*, inquit
Seneca. Seneca epist. 76. *nihil hominibus breuitate vitæ*
A *præstitit melius; tot periculorum genera, tot morbi,*
tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullam
frequentius sit votum. Et Cæsar apud Salustium Salust.
in Catilinam, *Mors requies est ærumnarum in lu-*
ctu, atque miserijs, & cuncta mortalium mala dis-
soluit. Artabanus etiam, vt apud Herodotum, mor- Herodot.
tem dixit esse, *Optatissimum perfugium ærumnosæ*
vitæ, portum miserorum, & effugium miseriarum.
Vnde & Cicero prim. lib. Tusculan. inquit: *A ma-* Cicero.
lis mors abducit, non à bonis, & mors non est inte-
ritus omnia tollens, atque delens, sed quædam quasi
migratio, commutatioque vitæ, quæ in claris viris,
& fœminis dux in cœlum solet esse.

Ob hoc equidem aliqui viri, licet sancti, mor- 4.
tem appetierunt, vtpote à curis solutionem, & Sãcti mortem appetierunt, vti bonũ quid, & à malis effugium.
à malis. Sic sanctus Moyses Num. 11. n. 50. oppres-
sus pondere curæ immensi illius populi, petiuit au-
B xiliũ à Domino, ne solus esset in regimine, quod si
non illi placeret, mortem daret vt à curis liberare-
tur. *Sin aliter tibi videtur*, obsecro, *vt interficias* Num. 11. num. 50.
me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tãtis af-
ficiar malis. Nota verbum, *inueniam gratiã*,
nam mortẽ denotat aliquando esse Dei gratiam, nõ
pœnam. Similiter & sũmus Propheta Helias cru-
delitatẽ fugiens Iezabel, deueniens in desertũ, mœ-
rore consumptus, *Petiuit*, inquit script. *animæ suæ,*
vt moreretur, & ait, sufficit Domine, tolle ani-
mam meã, neq; enim melior sum, quàm patres mei.
3. Reg. 19. n. 4. vbi etiam notanda sũt verba illa, *pe-* 3. Reg. 19. num. 4.
tiuit animæ suæ, id est pro anima sua orationem fu-
dit, scilicet vt liberaretur moriendo à corpore, exi-
stimans magnam ipsam mortem gratiam. Pulchrè
equidem Chrys. hom. ad Olymp. sic inquit, si mor- Chrys.
tem meliorem mœrore credebat, quare & patriã, 5.
C & populũ, ne mortem incurreret, reliquit, & fugit? Helias cur fugit mortem dũ illa petebat.
quomodo mortem, quam tunc fugerat, nũc requi-
rit? *vt videas*, respondet, *hinc etiam quomodo morte*
peior est mœror. Ita & Ionas c. 3. n. 3. petiuit mortẽ, 6.
vt mœrorẽ effugeret. *Tolle quæso, Domine, animã* Mœror morte peior.
meam, inquit, *quia melior est mihi mors, quàm vita.*
Bonũ ergo potius quid est mors, si per se eam spe- Ion. 3. n. 3.
ctes, quàm malum, ob hoc aliqui, etsi ignoranter,
desiderio illius tenti, se spontè vita priuabant: hinc
factũ, vt Ptolomæus Ægypti Rex prohibuerit, ne 7.
Cyreniacus de morte disputaret, quia in tãtũ mor- Homines qui desiderio mortis se vita priuarent.
tis persuadebat bonum, vt multi se occiderent, &
Ambracias Decembrotus, lecto Platonis libro, è
muro se in mare abiecit, vt refert Aug. 1. de ciu. Dei.
Vnde Greg. Nyss. orat. de morte ait, ob id infantẽ, August.
dum exit de matris aluo, plorare, quia anima trista- 8.
tur videns se in carcere quodam veluti inclusam, & Cur puer de matris aluo exiens plorat.
D astrictam *ampliora spacia desiderans*, vnde postea
maximè lætatur, quando de corpore egrediens, de
paruo ergastulo ad latum exit campum, quod bo-
num dum per mortem habetur, non mala ipsa se-
cundùm se, immo potius bona.

At si aliquando mala, hoc nõ ex se habet, sed quia 9.
taliũ mors est, peccatorum scilicet, quæ non solum Peccatorũ mors lugenda.
mala, sed pessima, & ideo meritò lugẽda. *Luge, plo-*
ra peccatorem, inquit Basil. hom. 21. in Acta Apost. Basil.
& ego deducam lachrymas, non te solum oportet
plorare, sed & totam ciuitatem, & omnes occurren-
tes, tanquam eos, qui ad mortem ducũtur, verè enim
mors illa mala est, mors peccatorũ, & omnia cõfun-
dit, hic luctus sapientiæ est, verè lachrymis digni,
quãdo assistẽt mali tribunali Christi, qualia audiẽt
verba, quantas res patientur? Isti certè plorandi
sunt, & horum mors deflenda, quia mala est, quia
ad malum ducit, ad pœnas, ad planctũ, ad luctum,
& mala

A

& mala est, quia non Christo tales moriuntur, sed inferno, sed diabolo. Cuius ratio, quia ille Christo moritur, qui Christo viuit, diabolo autem

11. Peccatores diabolo viuunt, & diabolo moriuntur.

qui non Christo, sed vitiis, *Quantum vitæ*, inquit idem Basilius vbi supra, *peccator frustra consumpsit, neque vnum diem vixit sibi, sed voluptati, luxuriæ, auaritiæ, peccato diaboli.* Nil melius, diabolo viuit, diabolo moritur, ideo misera est eius mors, meritoque lugenda.

12. Pene moriuntur quando amplius eleuantur.

Sed augetur miseria, si consideres tempus quando moritur peccator, quod tunc est, quando amplius in mundo sustollitur, & eleuatur, tunc certè altius erigitur, vt profundius demergatur. Absalom iamjam moriturus ad quantam gloriam euectus est à mundo? ad tantam, vt amplius ipsemet non haberet quid desideraret, sed cur euectus? quia propè erat, vt altius moriens, profundius rueret. *Proiecerunt eum in saltu, in foueam grandem,*

B

2. Reg. 18. num. 19.

Sacer inquit textus, 2. Reg. cap. 18. num. 19. *& comportauerunt super eum acervum lapidum magnum nimis.* Non tantum foueam, sed grandem

13. Absalô quâ infœliciter deperiit, & tunc quando amplius eleuatur.

dixit, ad profundum denotandum casum, & coaceruauerunt non terram, sed lapides, dignus enim lapidibus, qui lapideum ad patrem cor habuit. In qua morte animaduertendum, ipsum non equidem in terra, sed quando suspensus inter cœlum terramque, tunc mortuus, & tunc quando iam amplius eam non attingebat, sed eleuatus in aëra extabat, tunc miser confossus, & lanceis cor eius transfixum: & quod admirandum, confossus à

14. A quo occisus expéditur.

Ioab, qui interpretatur, *Paternitas*, qui quasi vt pater illi erat. Vt semel intelligas peccatorem tunc confodi, & perire, quando amplius eleuatur, & hoc equidem non ab extraneis, aut ab inimicis, sed, quod mirum, ab ipso mundo, & ab ipsismet suis amicis. Nonne iste ipse fuit Ioab, qui miserum

2. Reg. 14. Chrysost.

Absalonem ad patrem reduxit, & eum Dauid eum reconciliauit: 2. Reg. 14. ipse equidem. Quod adnotauit Chrysostomus in Gloss. vbi perpendens quæ acciderant in morte Absalonis, ait. *Et quod est mirabilius, qui patrem ei reconciliauit, is ipsum interfecit.* Quomodo ergo tunc eum occidit? quia iam Absalon ad summum eleuatus fastigium, ad infimum iam vt descenderet necesse erat: & hoc non alio, nisi eo medio, quod plus omnibus eum diligebat: talis enim est mundi mos, talis sors, talis conditio hominis, talis mundi, talis consuetudo, vt tunc moriatur peccator, & per manus eorum, qui chariores, quando amplius eleuatur. *Sa-*

Chrysost.

pè numero, inquit Chrysostomus, *qui clarus erat, & nobilis, repentè contemptibilis fit, & ignobilis, & è diuerso quoque sæpe obscuri subitò clarescunt.*

15. Mundi res semper in motu nunc infima fiût summa, nûc summa infima.

Quod confirmat exemplo rotæ: vnde sequitur, *Et sicut videri nequit in rota aliqua pars eius, eò quòd crebra circumferentia semper summa fiunt ima, & ima summa, ita & nostrarum rerum imperia, dum continuo vertuntur, summa fecit ima.* Nil melius. Fortunarum bona non stant, sed circum rotantur, ad summum perueniens vt descendat oportet, & sæpe sæpius eadem manu, quæ eum ad summa euexit, sic peccator tunc extinguitur, quando altius erigitur.

16. Mors Dathan & Abiron expéditur.

Viui equidem tunc, tunc in infernum descenderunt Dathan, & Abyron, quando suprà omnes iam erecti: *Multum erigimini filij Leui.* Num. 16. num. 7. dixit eis Moyses seruus Dei, sic erecti,

Num. 16. num. 7.

vt totam pro se exercitus haberent multitudinem, vnde quasi eius Principes contra Moysen eam ex-

Num. 19.

citarant, at tunc; *descenderunt viui in inferunum operti humo.* Num. 33. tunc mortui, quando mundus amplius illos eleuauerat, ac per hoc tunc mors horum, & similium magis flenda, quia flentes, & amarè discedunt, licet pomposi in infernum, 17.

Peccatores mortui pôposè ad sepulturam deducti, quâm fletu digni.

licet cum magno funere, quos iustè irridet sanctus Augustinus in exposit. psal. 48. *Mortuus est diues, inquit, & non attendunt, quàm malam vitam habuerit cùm viueret, sed quam pompam, cùm moreretur; ô fœlix, aiunt, quem tot*

August.

plangunt, excipitur sepulchro precioso, inuoluitur preciosis vestibus, sepelitur vnguentis, & aromatibus, deinde memoriam qualem habet! quam marmoratum! viuit in ipsa memoria ille, vbi mortuus est: ista putantes homines bona, aberrauerunt à Deo, neque quæsierunt vera, & decepti sunt falsis, quia peribunt, qui relinquunt alienis diuitias suas; Peribunt equidem, & ideo mala eorum mors, quia corpore & spiritu pereunt, licet honorati decedant. *Absalon miser,* inquit scriptura vbi supra, *erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum, qui est in valle Regis, dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei.* Et tamen Dauid pater inexpiabilibus eum lachrymis fleuit, licet tantam memoriam reliquisset nominis sui: cuius ratio, quia Dauid benè sciebat quàm parum hæc ad rem faciant, & quòd licet magnam reliquisset sui memoriam nominis, tamen in æternum erat peremptus anima, & corpore mortuus in iustam suorum pœnam delictorum. 18.

Absalonem filium plorabat Dauid, etsi magnam sui memoriam reliquisset nominis.

In iustam pœnam dixi, & iure equidem, nam sicut impius iste patricida se contra genitorem erexerat, sic peremptus est ac extinctus, culpæ correspondente pœna. Quod satis acutè Dauid Kimchi in Glossa adnotauit, rationem reddens quare

19. Cur tribus confossus lanceis. Dauid Kimchi.

C

tribus confossus lanceis cor Absalonis. *Absalon,* inquit, *primùm furatus fuerat cor Regis, deinde cor Sanedrin, id est, ducentorum senatorum, qui simplici corde iuerant cum eo, tertio totius Israelis, ergo triplici ictu cor eius confossum est. Decem concubinas patris constuprauerat, ergo decem armigeri eum percutiunt.* Nil melius, iuxta enim peccata fuit & plagarum modus, & tribus lanceis mortuus, qui tripliciter se erexerat supra Regem, supra optimates, supra populum, & gloriosam insuper memoriam fecerat sibi; sed ad quid? 20.

Vanitas sepulchrorû taxatur, eiusque pœna declaratur.

cùm in altam ipse foueam sit demersus, & non in illa sepultus. Multoties hoc hominibus, iusto Dei euenit iudicio, immensos impendunt in sepulchris thesauros, & tandem in illis non sepeliuntur; & licet multum ad memoriam laborarunt nominis relinquendam sui, ad nihilum tandem

D

redigitur, peritque funditus, ac disparet. Hoc egregiè Eliphaz ille declamauit, dum dixit Iob. 2. num. 6. *Si ascenderit in cœlum superbia eius, & caput*

Iob. 2. n. 6.

eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderunt, dicent, vbi est? Pulchrè, *quasi sterquilinium*, sterquilinium enim quasi mons quidam in stabulo est, at veniunt hortulani, & in ictu oculi eum dispendunt, & consumût, 21.

Mali sterquilinium. Gregor.

ita vt amplius non appareat: sic sunt mali, sunt sterquilinia in huius mûdi stabulo. Sic Hypocritas vocauit sanctus Gregorius hunc locum exponens: *Qui stercoribus vitiorum pleni à malignis spiritibus conculcâtur,* sicut & cæteri peccatores; venit mors, & hoc dissoluitur sterquilinium, adeo vt nihil eius remanête, nesciatur amplius, & ignoretur locus eius, inquirentes vbi est? & tamen titulum isti sibi erigût, magnas construût sibi sepulturas, superba ædi-

ficant monumenta, putantes in æternum in illis viuere, cùm vix mortui ac miseri non amplius apparent, neque est qui amplius eorum recordetur.

Sed lubet adnotare, immo & admirari talia ac tāta vanissimos quosque consumere ad sterquiliniū condendum, sepeliēdumque suum, etsi Christiani, dum summam hanc consideraures vanitatem antiqui illi, etsi Gentiles, ac Barbari, nō in marmoratis,

12. Antiqui Barbari in sterquilinio sepeliebant Reges.

non in auro factis sepeliebant suos, sed in sterquilinio, etsi Reges, etsi eorum Principes. *Nabathai*, inquit Greg Gyral. in suo lib. de vario sepeliendi vsu, *atque Arabes, nec non Sabai, defunctorum corpora stercoribus similia putabant, atque adeo Regum suorum, & Ducum cadauera in sterquilinijs cœno, fimoque obtegebant, deinde terra condebant.* Similia habet Strabo, à quo ille mutuat° li. 16. in fine, vbi de Nabathæorū moribus: *Mortua corpora*, ait, *æquè atque stercus, vt Heraclitus inquit, habent, immo cadauera stercore abiectiera, quapropter Reges etiam in sterquiliniis defodiuntur.* Sanius equidem isti sentiunt, quā illi, qui hoc sterquiliniū sic in precio habent, vt quasi magnū aliquid sublimibus, atq; altis, pretiosisque procurent recōdere loculis. Quā iniustam Deus aspiciēs, vanissimamque æstimationem, iusto suo iudicio in sterquilinium proiicit eū, qui marmoratam, aut deauratā sibi condiderat habitationē. Isai. 22. n. 16. *Excidisti tibi hîc sepulchrū*, ex parte Dei superbissimo intimatur Sobnæ, *excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi: Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latā, & spaciosam, ibi morieris, & ibi erit currus gloria tua.* Formidabilis sententia, quam etsi alibi latius, lubet etiam, & nunc breuiter eam ponderare. In excelso enim iste superbus exciderat memoriale suum, ac in petra tabernaculum, thiaris, coronisque insigniens, cùm Pontifex esset, vt aliqui autumant, parum de Deo curās summum ponebat studium ad sterquilinium condendum suum, vt in æternum ibi permaneret: at summus ille Deus par pari referens pro celsitudine asportationis, abiectionem illi imposuit, pro petræ firmitate, subleuationem, quasi amictum, & pro coronis, stemmatibusque ibi insignitis, tribulationis, angustiæ, atque afflictionis coronam, in terram latam, & humilem mortuus, qui in excelso exciderat sibi memoriale, & in sterquilinium reconditus eius gloriæ currum, ad quem subuehendum miser diligenter in petra fecerat tabernaculum sibi, infelicissimè mortuus, quia pessimè vixerat, sicut & pari modo peccatores infœlicissimè moriuntur, quia similiter viuunt, transportantur, annihilantur, in sterquilinium sæpè sæpius reconduntur, etsi deauratam, marmoreamque excissam habeant memoriam sui, ob hoc infelix eorum mors.

Greger. Giraldus.

Strabo.

Isai. 22. 16.

23. Sobnæ sacerdotis pœna ob sepulchrum superbè excisum.

14. Peccatores in morte easdem habebunt cogitationes quas in vita.

Adde & insuper infœlicissima ob cogitationes prorsus vanas, inutiles, malas, ac futiles, quas in illo habent puncto, nil de anima cogitantes sua, nil de cœlorum regno, ac si non esset, sed miseri, ac miserabiles, easdem prorsus tunc cogitationes retinentes, immo sustinentes, quas in vita habuerunt. Abimelech Israëlis iudex oppidum Thebes fortiter oppugnabat: *Et ecce vna mulier*, inquit textus, *fragmen molæ desuper iniiciens illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Iudic. 9. 53. At iste licet iam animam exhalaturus, spiritum, quo vixerat superbiæ, adhuc enomens, *vocauit ci-*

Iudic. 9. 53.

A *to*, sacer ait textus, *armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus sim.* num. 54. vbi Lyra, *Plus*, inquit, *formidauit opprobrium, quàm gehennam.* Opprobrij memor, gehennæ immemor, non mirum, nam superbus in vita, superbè etiam periit in morte. Nec minus impius Saül moriens, non aliud in corde retinuit, nisi ne interficeretur à Philistæis, occisionem expostulans, ac de ea tantum cogitans, quia vir sanguinum nihil in vita, nisi de occidendo cogitauerat: vnde pessimè interiit, quia pessimè vixit, miserabiliter mortuus, quia miserabiliter peccauit.

Num. 54

25. Saul quas in morte sustinuit cogitationes.

Non sic iustorum mors, nam licet exterius miserabiliter moriantur, tamen animæ ipsorum in pace recipiuntur, glorioseque in cœlum suscipiuntur, *illi autem sunt in pace*, inquit Sapiens, dum mali putant illos esse, idest abiisse, in exterminium; B sed planè falluntur, nam mors iustis est lucrum, non vt impiis damnum; sic Apostolus ad Philippens. 1. num. 21. *Mihi viuere*, inquit, *Christus est, & mori lucrum.* quomodo lucrum? potius videtur damnum, corpus enim corrumpitur, anima separatur, nexus ille, quo constat ipse homo, scinditur, & abrumpitur, vnde ergo lucrum? lucrum certè sanctis, & iustis, quia & corpus, & anima, immo nexus ille, quo copulantur, multum per mortem proficiunt, & in melius conuertuntur.

Ad Ph. 1. num. 21.

26. Iustis mors quomodo lucrum.

Et primò, quantum ad corpus attinet audi ipsum Apostolum ad Corinth. 1. 15. num. 35. respondentem aliquibus quærentibus quomodo corpus tunc in resurrectione resurget, de resurrectione enim dubitabant & inter alia vnum erat argumentum de corporis qualitate resurgentis, videbant C enim illud putridum, aridum, in terram conuersum, sola ossa arentia, quomodo ergo dicebant resurecturum? *Sed dicet aliquis*, inquit Apostolus, *Quomodo resurgunt mortui? qualiue in corpore venient?* Quibus sic respondet, *Insipiens tu quòd seminas nō prius viuificatur, nisi prius moriatur, & quod seminas* (notandum hoc) *non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, vt pote tritici, aut alicuius caterorum, Deus autem dat illi corpus, sicut vult, & vniuscuiusque seminum proprium corpus.* Mirè respondet, soluitque quæsitum, quando autem quis seminat triticum, purum equidem granum seminat, non spicam, non paleam, non aristas, sed purum, sed nudum granum, nam si cum palea seminaretur, & spica, forsitan non nasceretur, D ipsum enim suffocarent granum: similiter seminans palmæ arborem, non ipsam seminat arborem, sed tantùm nudum fructum, Deus autem excitat ex illo postea pulcherrimam arborem. Sic nunc, inquit Apostolus, quid putas quòd sit aliud mors, nisi seminatio quædam corporis, & nudi corporis? at sicut ex nudo semine tritici, vg. totum nascitur corpus tritici, ipso priùs moriente grano, sic moriendo corpus, cadauer effectum aridum, & siccum, nil aliud præter ossa habens, viuificatur postea, non equidem sicut prius, sed sanctis & electis suis auctum in millibus, nam inquit, *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget spirituale.* En in quantis per mortem melioratur corpus, quod in sepulturam seminatur.

1. ad Cor. 15. nu. 35.

27. Pauli argumentum de resurrectione corporū explicatur.

28. Corpus iustorum vt proficit ex morte.

Chrysost. Ambros. Anselm.

Primò namque seminatur in corruptione, idest, seminatur corpus corruptioni obnoxiũ, vel vt volunt Chrys. Amb. Ans. *Seminatur ad corrumpendũ, & in vermes, & in cineres redigendũ*, at resurget in incorruptione, nunquam scilicet, neque ab intrinseco, neque ab extrinseco corrumpendũ. Cõsidera, quæso, nunc quantis corpus corruptionibus subiaceat, & videbis quàm ipsum sit miserrimum, nulla equidem est dies sine dolore, nullum elementum, quod non agat in illud, nulla res, quæ illum nõ cruciet: ab hac corruptione, qualitateque corruptiua liberatur miser in incorruptionem resurgens, non amplius passibile, non amplius mortale, perpende ergo bonum, perpende lucrum.

Ambros. August. Tertul.

Secundò, non solum inquit Apostolus, seminatur corpus corruptioni obnoxium, sed seminatur corpus ignobile, quid per ignobile? nisi vt legit Amb. *Seminatur in ignominia*, aut, vt Aug. ep. 140. *Seminatur in contumelia*, aut, vt Tertul. lib. de resurrect. carnis, c. 52. *Seminatur in dedecoratione*, corpus scilicet ignominiosum, contumeliosum, & dedecoratum, nempè crassum, spissum, opacum, at quomodo surget? in gloria, nempè clarum, fulgidum, gloriosum. En quale lucrum.

Sed audi amplius, *seminatur corpus*, inquit Apostolus, *in infirmitate*, idest, infirmum, tardum, lentũ, pigrum, at quomodo surget? *in virtute*. Græcè, *in potentia*, id est potens, celer, agile, & tandem, *seminatur corpus animale*, idest egens cibo & potu, quod dormit, digerit, eget, laborat, fatigatur, suoq; pondere grauat, & resistit, at surget, *corpus spirituale*, quomodo spirituale? idest spiritui subditum, omninò non egens cibo & potu, non laborans, neque se defatigans, sed quasi cœleste sit ac deificatum, & vt Tertul. ait, *in Angelicum habitum commutatũ*. Vnde sanctus August. de fide, & symbolo 16. sic ait: *Spirituale dicitur corpus, non quasi in spiritum vertatur, sed quia spiritui subditum erit, ita vt cœlesti habitationi conueniat, omni fragilitate, ac labe terrena in cœlestem stabilitatem mutata, atque conuersa*. Quid pulchrius? aut in quo non melioratur corpus moriens? cùm ex miserrimo statu, in quo nunc viuens degit, moriens ad fœlicissimũ deuenit.

Tertul. August.

29\. Corpus vt spirituale in resurrectione.

At si corpus in morte lucratur, non minus equidem & ipsa anima, quæ non moritur, vt corpus, neque seminatur ad resurgendum, sed è corpore, quasi ex carcere liberatur ad perpetuò fruẽdum; hinc voces sanctorum ad Deum, liberationẽ animæ suæ ab hoc exposcentes carcere, ob hoc se vocat infœlicem Apostolus, dum exclamat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* ad Rom. 7. 24. Hinc Iob doloribus pressus cum Deo cõqueritur quòd non liberet eum de corporis carcere, vnde exclamans ait, *Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?* cap. 7. nu. 12.

30\. Animæ lucrum ex morte.

Ad Rom. 8. 24.

Iob. 7. nu. 12.

31\. Sanctorum desiderium ex hac vita egredi appetentium, cur mari comparauerit Iob.

Pulchra similitudo, aptissimaque ad nostrum intentum, malè enim violenter in sinu suo se continet, & quasi qui tenetur vinculis, non occupans terram, quam summopere obtinere desiderat, hinc fremitus, & veluti rugitus illius ex vndarum tempestatibus contra terram inhiantibus; cætus etiam (per quem cæte grandia significantur) etiam veluti in carcere truditur in Oceano, dum illi transitus interdicitur ad Mediterraneum, ne pisciculos deuoret paruos, quos summopere appetit, sed inclusus manet, & veluti in carcere detentus, vnde ingemit vt miser ab illo minimè exire potens. Sic nunc, inquit sanctus Iob, miser ego sum, ac infelix, non secus, ac mare ac cætus in huius corporis carcere inclusus, detẽtus, ac multiformiter cruciatus, terram aspicio viuentium, & egredi non possum, nec illam attingere, præmia, & laboris considero fructus, sed immenso dolorum Oceano ligatus iaceo, & in corporis carcere detrusus egredi miser non valeo. *Numquid mare ego sum, aut cetus quia circumdedisti me carcere?* Sic plorant sancti, sic dolent ab hac vita non egredi, & à corpore non solui: vnde non mirum, quando postea ab hoc carcere soluuntur, & ad cœlestia aduolant, lucrum dicere illos mortem, & non damnum, ob quod sanctus ille Rex continuè petebat, *educ de custodia*, idest, de carcere corporis, *animam meam*, Psal. 141. num. 8. Psal. 141. 8.
Quia nempè dum in corpore erat, quasi quibusdam compedibus in carcere, ne aduolaret ad Creatorem suum detinebatur; hoc etiam quotidie petunt sancti, hinc fit, vt quando postea per mortem soluuntur mirificè lætentur. *Mortis diem celebremus nos*, inquit Orig. lib. 3. in Iob. super illa verba, *Maledicta dies, in qua natus sum, quia nõ moriuntur, qui mori videntur, sic nãque non diẽ natiuitatis celebramus, quia in perpetuum viuunt ij, qui moriuntur*. Optimè, mali celebrant diem natiuitatis, quia ad hic viuendum nascuntur; plorant diem mortis, quia ad æternaliter moriendo sepeliuntur, at iusti plorant diem natiuitatis, quia ad ærumnas nascuntur, & ad moriendum, at tripudiant, & diem festum agunt, & solemniter diem mortis celebrant, quia non moriuntur, immò tunc mori desinunt, & viuere incipiunt, quod cùm ita sit, quid mirum si dixerit Apostolus mortem esse lucrum?

Origen.

32\. Peccatores cur plorant in die mortis, iusti autem rident.

Sed non solum mors lucrum est corporis, non solum est lucrum animæ, sed totius hominis, anima siquidem sola non est homo, licet principalior, & nobilior pars, corpus solum non est homo, anima verò, & corpus simul colligata, & vinculo vnionis coniuncta tunc dici potest homo, vnde liceet per mortem anima lucretur separata, quia è carcere educitur, lucratur corpus, quia melioratur, tamen nisi accedat vinculum illud, quod in morte dissoluitur, non lucrabitur totus homo, nec per mortem totus ipse perficietur homo, quia sine vinculo illo non est homo; dicimus ergo non solum per mortem corpus & animam lucrari, sed etiam vinculum illud humanitatis, & vnionem illam, quæ per mortem amittitur, etiam per mortem valde lucrari. Constabit equidem hoc, si considerabimus, quòd dum anima accedit ad corpus, ex qua vnione resultat vinculum illud vnionis, statim ad illud peccatum sequitur originale, vnde vincitur anima cum corpore, non tãtum ad viuendũ, quantum ad pœnandum, ad laborandum, ad plorãdum.

33\. Mors vt lucrum totius hominis.

Quapropter tali vinculo principaliter sanctum imprecasse videtur Iobum, ca. 3. n. 2. quando dixit, Job. 3. n. 2
Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est, conceptus est homo, vbi per diem, & noctem, vt vult Beda, & Philip. intelligit natiuitatem, aut conceptionem hominis in peccato originali, quæ cùm vinculo illo perficiatur, rectè dum totam maledicit natiuitatem, intelligitur principaliter & vinculum hoc maledixisse. Vbi notandum, quòd non dixit: *in qua natus est*, sed, *in qua conceptus est*, quia in illa die, in qua perfectè conceptus est homo, & in ventre formatus matris, in illa hoc resultat vinculum, & inficitur miser homo, quapropter illud potius dici potest mortis, peccatique, quàm vitæ vinculum: hoc autem abrumpitur in morte ad iterum reuinciendum, & non am-

34\. Iob quid intellexit quando dixit pereat dies, &c.

Beda. Philip.

35. *Vinculum vnionis inter corpus, & animam vt lucretur in morte iustorũ.*

plius ad hominis corpus mortale, peccatoque obnoxium, sed ad corpus reuinciendum animæ immortale, gratiæque Dei plenũ, ob quod infinitè augetur, prius enim animã cum corpore reuinciebat terreno. postea cum cœlesti, prius cum animali, postea cũ spirituali, prius cum corpore seruili, postea cũ corpore Regio, & tandẽ prius cũ corpore mortali, postea in resurrectione reuinciet, & animã cũ corpore colligabit immortali, vnde sicut prius ipsum erat vinculum dissecandum per mortem, ex quo eueniebat, vt non multum esset valoris, ac precij, sic postea in resurrectione vinculum erit æternum, non amplius abrumpendum, ac propterea infiniti precij, valorisque.

Nam si nunc tale vinculum dicitur argenteum, & aureum respectu huius vnionis vitæ, licet misera, ac miserabilis, & ipsam simul ad miseriam deuincat animam & ad angustias, quomodo postea vo- B cabitur, quando eam deuinciet, non ad miseriã, nõ ad angustias, sed ad lætitiam, sed ad gaudium, sed ad

Ecclef. 12. num. 6. perennem, æternamque beatitudinem? Argenteum hoc vinculũ nominat Salomon. Ecclef. 12. n. 6. dum suadet in hac vita tempestiuè memorandum esse Creatoris, *Memẽto* inquit, *Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ*, & post aliqua, *antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria* (id est corpus) *super fontem, & cõfringatur rota*, id est vita, *super cisternam*, id est, in morte, *& reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui fecit illum.* Quid enim aliud est funiculum abrumpi argenteum, vittamque auream, nisi rescindi in morte vinculum vnionis animæ cum corpore; quod dicit Salomon argenteum, & aureum; quod si hoc respectu huius vitæ, quale erit in altera tale vinculum? C quomodo æstimabitur, cùm vti diximus, non erit amplius corporis vinculum mortalis, sed immortalis, non corruptibilis, sed incorruptibilis, supra argentum equidem erit, & supra aurum, quod cùm ita sit, quis non dicet, multum tale lucrari vinculum per mortem?

Lucratur ergo corpus, lucratur anima, lucratur vinculum illud vnionis animæ, & corporis, ergo lucratur simul omnis, & totus homo. Perspice igitur quæso, quam benè Apostolus dixit mortem ipsam esse lucrum, & quidem lucrum non tantum sibi, sed omnibus bonis. Quod semel cõsideratum, attende, quàm turpiter, quã ignauiter, sordideque, miseri decipiantur isti, dum putant iustos per mor-

36. *Mali in morte vt in exterminiũ abeunt.*

tem abire, *in exterminium*, ipsi equidem in exterminium abeunt, dum nec corpus, neque anima eorum, neque vinculum illud vnionis resurget, sicut corpus, & anima, vinculumque iustorum, sed D animalius, vt sic dicam, & corpus totum crassius, passibile, obscurum, putridum, ac fœtidum, & simul misera eorum coniungetur anima ad cruciandum, & non ad vitam, sed ad perpetuam mortem, vnde tale vinculũ erit fœtidum nulliusque valoris; at iustorũ vinculum, supra aurum tunc æstimabile, quia perfectior erit vnio illa sanctissima animæ corporisq; vnde non solum iusti non abeunt in exterminium, vt mali inquiunt, sed vt benè ait noster Sapiens, potius sunt in pace, quia finitis iam, peractisque vitæ huius bellis, in summa pace, & tranquillitate, æternaliter deinceps viuent, ac degent: commutata tunc sorte iustorum, iniquorũque, dum isti in morte arescentes, iusti è contra florentes erunt, quia hîc isti arentes, illi florentes extiterunt. Quod egregiè

August. considerauit Aug. in ps. 53. illius explicans titulum,

A qui sic habet, *In finẽ, in hymnis intellectus ipsi Dauid cùm venerunt Ziphai, & dixerunt ad Saul, nõne ecce Dauid absconditus est apud nos?* Vbi post enarratam historiam, nempè hos Ziphæos, populos illos esse infidos, apud quos dũ latebat Dauid, Sauli nunciauerunt de eo, vt veniens eum caperet, & occideret, nomen interpretans Ziphæorum sic ait: *Si quæramus, quid interpretentur Ziphai, inueniemus, florentes, florentes erant Ziphai, & Dauid latens, attende latentem, mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo, isti ergo latentes, florentes erunt, cùm Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos cum illo apparebitis, cùm erunt & isti florẽtes, tunc & Ziphai arescentes: qui sunt isti florentes? filij sæculi, qui in generationibus suis astutiores sunt filiis lucis:* & paulo post, *hi inimici Dauid florentes in sæculo, arescent in iudicio.* Dum è contra Dauid florescet, germinabit, baccisque erumpentibus non solum flores, sed fructus producet gloriæ maturos, & cum illo cæteri sancti, iustique, vnde merito de talibus noster pronunciat Sapiens contra impiorum stultam vesaniam, *illi autem, &c.*

37. *Iusti in morte florentes dum mali arescentes erunt, & cæt.*

Num. 4. *Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.*

COMMENTVM LITTERÆ.

SEquitur Sapiens confirmare contra impios bonam iustorum sortem, quod nunc probat ex spe certissima, quam habent immortalitatis. *Connexio Capitis.*

Etsi coram hominibus, &c. Quasi tacitæ respondet cuidam obiectioni, quę ipsi fieri poterat, ex his, quæ supra dixerat, scilicet iustos non tangere tormentum mortis, & esse in pace, perquę verba quasi significare videtur iustos in hac vita non attingere C tormenta, laboresque, quod videtur contrarium, experientia teste, nam multoties amplius iusti affliguntur in hoc mundo, quàm mali. Huic namqua respondet obiectioni dicens, quod licet corã hominibus tormenta patiantur, tamen hoc non est sine spe, spe namque plena immortalitate, non vacua, & inani, & immortalitate gloriosa, & quæ amitti deinceps non possit, sicut eam amisit Adam, & amittunt impij; nam licet non moriantur in altera vita, vt ipsi vellent; tamen eorum illic vita, potius mors dicenda, quàm vita, cùm priuata Dei gratia eorum anima non viuit, sed moritur, & corpus, quod in tormentis degit, non potest dici quod viuat, at non sic iusti, vt mox dicemus.

HOMILIA XLIX.

D *Spes sanctorum spes plena, non vacua, sicut è contra impiorum vacua, non plena.*

T*Ormenta patiuntur sancti*, inquit noster Sapiens, *& coram hominibus*, tamen nõ propterea infelices se dicunt, & miserabiles, quia spem habent imortalitate plenã, non vacuam, non inanem, sicut ea, quam impij habent, licet neque hîc affligantur, neque tormenta patiantur.

Hoc considerandũ in propemodũ diuina illa spe, quã summus ille Pater Abrahã in Deo habuit, quã 1. *Abrahami*
enim plena immortalitate, quàm fœcunda prole *spes quàm*
illa extitit, licet à Deo vexatus, quis audiens præce- *fœcunda.*
ptum Dei Abrahamo, *Tolle scilicet filium tuũ vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* Gen. 22. n. 2. non diceret vacuam fuisse Abrahami spem, secundùm Dei promissum de prola sua conceptam? *Gen. 22. 1.*

at vacua non fuit; nã vt inquit Apostolus, *Contra* A
Ad Rom. 4.18. *spē in spem*, credens, ad Rom. 4. n. 18. ex illa meruit
vt pater multarum gentium esset, & quod maius,
ita plena, quæ vacua oculis videbantur humanis, vt
in ipsa immortalitatem portaueric, Christũ nempè
Dei filiũ, ipsum Deũ, originē, fontemque omnis im-
mortalitatis, de cuius plenitudine omnes nos acce-
pimus, & hoc, quia credidit, firmiter sperauit, ad
exemplum sanè nostrum, si in Deo, sicut ipse Abra-
ham sperantes fuerimus, qui, vt inquit Chrysost. de
Chrysost. prouidentia Dei ad Stargyritum. *Cùm tanta repu-
gnantia, & dissonãtia esset præcepti & promissi, in
nullo penitus turbatus est, nec hæsitauit, neque ali-
quid huiusmodi locutus est.* Quod ideo fecit Deus,
2. Spes nostra quàm firma in Deo stare debet, etiam si contraria videat. vt sciamus, quàm certi, securique de spe in ipsum
posita stare debeamus, etiamsi contraria oculis per-
spexerimus humanis. Quod eleganter idem dixit
Chrysost. vbi supra, dum ait: *Cùm enim Deus ali-
quid pollicitus fuerit, etiamsi mille sint, quæ polli-
citationem huiusmodi obtundant, atque intercipiãt,
turbari minimè conuenit, aut de fine dubitare.* Et B
verè equidem hoc sic agere debemus, cùm in quem
nos speramus, potens sit, vt inquit Apostolus ad
Rom. vbi suprà, *mortuos suscitare, & vocare ea, quæ
non sunt, sicut ea, quæ sunt.* Quod grauiter dixit
Ambros. Ambrosius in hunc locum, suadens firmiter in Deo
semper credendum ad exemplum Abrahæ, nam, vt
ipse inquit. *Cùm essent obsoleti, ætate seniores, ipse
scilicet & Sara, reuixerunt, ita vt non diffideret
habiturum se ex Sara filium, quam sterilem sciebat,
& in qua iam fluxus muliebris natura defecerat,
vt per hæc non curent neque de præputio, neque de
circumcisione, & propè sint circa finem, sicuti qui a
credunt ei, qui viuificat mortuos, neque alium esse,
qui hanc habeat potestatem, & cùm voluerit esse
quæ non sunt, statim eius voluntate subsistant, ideo* C
*Abraham, cùm pater adhuc non esset, vocatus est
Pater multarum gentiũ, & credidit securus de Dei
potentia.* Nil melius. Vbi notandũ illum; Abraham
scilicet, Patrem dictum multarum gentium, cùm
adhuc pater nõ esset, nõ erat pater, satisfuisset, si v-
nius diceretur filij pater, ac Deo non satis, nisi &
multarũ gentiũ sic plena, sic abundans in illo repe-
3. Spes sãctorum semper firma etiã si promissi contraria experiantur. ritur sanctorũ spes. Hinc non mirũ si sancti hęc cõ-
siderantes, firmaque credẽtes fide nunquã desperãt,
scientes spem ipsorum non sterilem, non vacuam,
sed plenam, fœcundissimamque euenturam, etiam
si promissis contraria videbant, immo ea in se ipsis
experiebantur.

Considerandũ hoc in illo sanctissimi Iosephi fa-
cto, Abrahami fidelis pronepotis, viderat enim D
somnium, seu potius Dei volũtatem, promissionē-
que, in qua sibi principatus super omnes promitte-
batur fratres, immo & super patrem, matremque:
Gen. 37. n. 9. *Vidi per somniũ, quasi solem, & lunã, & stellas vn-
decim adorare me.* Gen. 37. n. 9. & cùm hoc audis-
set, spemque suam in Deo totaliter posuisset, tamē
contraria illi promisso in principio multa, prope-
modũque infinita euenerunt, periculũ mortis, ven-
ditio in Ægyptum, seruitus, & nõ Regis, sed famuli,
tentatio insuper & falsum testimoniũ, carcer pro-
lixus, & durus: quis non diceret, cùm hoc videret,
vanam, vacuamque spē sancti esse Ioseph, vanéque
ipsum sperare? sicut de sanctissimi spe Tobiæ amici
Tob. 2. 16. eius insultantes dicebant, c. 2. n. 16. *Vbi est spes tua,
pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas?* Immo
& eius vxor contra ipsum irata ausa est ei dicere,
*Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ
modo apparuerunt.* Nullus certè carnalis esset ho-

A mo, qui non sic diceret, & quod vanè Ioseph spera-
ret, non affirmaret, sed sperauit, *& constans*, vt in-
quit Chrysost. vbi supra, *perseuerauit, atque inuio-* Chrysost.
labilis, vnde & meruit suæ videre fœtum spei præ-
clarissimum fœcũdissimũque, ac manibus attrecta-
re, quàm vltra promissum, expectatumque fœcun-
det Deus suorum spem, fiduciamque sanctorum. 4. Iosephi spes quàm ideo fœcũdata.

Enimvero in promissis sanctus Ioseph solum
principatum habebat super omnes fratres, & in
hoc fidelis, constansque contra aduersa stetit, at
quando postea spes eius post tãtos paritura erat la-
bores, non solum peperit fratrum principatum, sed
totius Ægypti, & quod maius, & ipsius Regis Æ-
gypti paternitatem, qui vt patrem eum colebat, &
venerabatur: in quo facto non solum, vt videtur, nõ
vacua spes sanctissimi viri, sed vltra expectationē,
vltraque desiderium plena, immo & vltra promis-
sum, quod cùm similiter nobis quotidiè accidat,
B ideo similiter sperare debemus, licet contraria pro-
missis videantur. *Quæ enim promissa sunt nobis*, in-
quit Chrysost. vbi supra, *regnum cœlorum est, & vi-
ta æterna, & incorruptio, & infinita illa bona, atque* Idem.
*immortalia, quæ autem interim contingunt valdè
ab his remota, atque aliena sunt, mors enim, & cor-
ruptio sequitur, & pœna, & supplicium, & tentatio
varia, ac perpetua.* Quis ergo non diceret vacuam
esse nostram spem, & sine fructu? sic enim dicebant
peruersi isti, in quorum præsentia sancti tormenta
patiebantur, at non sic, nam non secus ac sancti spes
Iosephi, spes eorum immortalitate plena immor-
talitatem postea fœcundissimè peperit.

Quod cùm ita sit, licet ex hoc sensum illorũ colli-
gere verborũ Apostoli, quando scribens ad Rom. c. Ad Rom.
3. n. 3. dixit: *Quod*, nõ solum ipse simul cum sanctis, 3. 3.
C *gloriabatur in spe gloriæ filiorum Dei, sed etiã in tri-
bulationibus.* Cuius rei rationem assignans inquit:
Nam tribulatio patientiã operatur, patientia autē 5. Spes quomodo non confundit.
probationē, probatio verò spē, spes autē non cõfundit,
quid enim est, spes non cõfundit? *quia infundit cer-
titudinē*, inquit Ber. ser. 37. in Cant. *per hanc enim* Bernar.
*ipse spiritus testimoniũ perhibet spiritui nostro, quod
sumus filij Dei.* Et quis est ille, quem non cõfundit
spes, nisi homo in Deũ sperans, vt inquit Ansel. & Ansel.
Theoph. nõ confundit, quia sperans non frustratur, Theophil.
neque fallit eũ spes, quã in Deo habet, sed certo cer-
tius ad effectionē perducit rei, quam à Deo sperat:
cuius rationē pulchrè assignat Bern. ser. 9. in ps. *Qui* Bernar.
habitat: nam non est ratio, cur firmi in spe diuina
esse nõ debeamus, cùm ipsi facile promissi sit com- 6. Cur spes in Deo sēper firma remanere debet, optima Bernardi ratio.
plementum, & insuper non desit vnquam voluntas
D promissum non adimplendi, *Si quid illi impossibile
est*, inquit, *si quid vel difficile est, quære alium in quo
speres, sed verbo omnia potest, quid facilius dictu?
An verò de facilitate iã non dubitas, sed ipsa tibi
est suspecta voluntas? quando in se speranti desit illa
maiestas, quæ tam studiosè monet in se sperari, planè
non derelinquit sperãtes in se, adiuuabit eos, & eruet
eos à peccatoribus, quære quibus meritis, quia spera-
uerunt in eo, dulcis causa, attamen efficax, & irre-
fragabilis.* Nil aptius dici poterat; Potens enim est
Deus in quo speramus, vult nobis dare quod spera-
mus, iubet sperare, nil aliud à nobis poscit, hoc pro
vnico requirit medio, vt ab illo accipiamus, quo-
modo ergo spes in Deo confundere sperantem po-
test, ob hoc equidem spes semper sanctorum ple-
na, non vacua, fertilis, non sicca, fœcunda, non steri-
lis, & immortalitate plena, etiamsi mille circum-
stēt tribulationes, vnde est illa sanctissimi Iob vox,
etiamsi me occiderit sperabo in eum. Iob. 13. num. 15. Job. 13. 15

quasi diceret, video sane Deum mihi certissimam infligere mortem, sed non ob hoc me mors ab illius charitate, speque deiiciet, nam pro certo teneo auxilium Dei mihi affuturum, remediumque contra hæc omnia allaturum mala, quæ me nunc ad mortem adducunt.

7. Iob sanctissimus quomodo in Deo sperabat.

Vbi adnotandum, sicut adnotat hîc quidam, sperandi verbum non solum spem, sed expectationem designare quandam cum mora, & longanimi perseuerantia; quapropter sensus verborũ erit, etiamsi diu, multumque tardare Dei videatur auxilium, etiamsi mille transeant anni, nũquam sperare desinam, semper sperabo. O fœlix spes, quã plena postea, quàm fœcunda! sanitatem, filios, res in duplo obtinuit, & insuper quòd antea non habebat, laudem, probationemque ex Dei ore; hinc nõ tantum vir patiens ex tribulationibus acclamatus benè latis, quantum ex firma in eis spe, nunquam concussa, nam vt egregiè Sanctus inquit Greg. in hunc locum. *Nunquam est patientia virtus in prosperis, ille autem verè est patiens, qui & aduersis atteritur, & tamen ab spei suæ rectitudine non curuatur, de reprobis namque scriptum est*, ps. 48. *confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. In hoc itaque mens iusta ab iniusta discernitur, quod omnipotentis Dei laudem & inter aduersa confitetur, quod nõ cũ rebus frangitur, non cum casu gloriæ exterioris cadit, sed in hoc magis qualis cũ rebus fuerit demonstrat, quæ & sine rebus robustior stat.* Nil melius, sine rebus robustior euasit sanctus, quinimmo & sine vita, tunc sperans amplius victurus, quãdo moriturus, ex ipsa interficientis manu sperans, ex ipsomet pugione vitam, hinc postea eius tã plena spes in septuplum aucta, vltra expectationem fœcũda. Quis ergo dicet vanè iustos sperare, spemque eorum vanam, nisi qui vecors? at qui sapiens asseret equidem spem sanctorum non vacuam, sed immortalitate plenã, immò contra mussitãtes se erigens increpabit eos, vti Sanctus quondam ille Iosias vbi suprà, dum dicebat. *Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorũ sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Pulchra reprehensio, aut certationes ad semper sperandum, quasi diceret sanctus senex; diffidant, qui filij sanctorum non sunt, qui experimentum spei non obtinent, loquantur quæ vos loquuti estis, at vos, qui filij illorum, quorum spes ita florẽs extitit, quomodo sic loquimini? loquantur sic qui vitam aliam nõ expectant, illam, inquam, quam Deus daturus est firmiter sperantibus in eum, at vos, qui vitam illam speratis, quomodo sic loquimini? Insipiẽtium sunt voces istæ, & malè sentientium; sunt hominum voces impiorum, non Sanctorum, quales vos esse decet, qui quomagis videtis iustum affligi, eo pleniorem de ipso spem concipere debetis, nam spes iustorum immortalitate plena est.

8. Spes in Deo cum longanimitate debet esse coniuncta.

9. Patientiæ virtus nunquam in prosperis inuenitur.

10. Ad firmiter in Deo sperandũ sanctissimi Tobiæ efficacissimæ rationes.

At nõ sic de impiis, malignisque dici potest, quorũ spes vacua, & inanis prorsus, egregiè hoc Aug. in illud ps. 30. *Odisti obseruantes vanitates superuacuè, ego autẽ in Domino speraui. Speras*, inquit, *in pecunia, obseruas vanitatẽ, speras in honore, & sublimitate aliqua humanæ potestatis, obseruas vanitatẽ; in his omnibus cũ speras, aut tu expiras, aut ea hîc dimittis, aut cũ viuis omnia pereunt, & in spe tua deficis.* Nil melius, vnum de duobus hominibus aduenit vanis, aut suas deserunt spes vanas moriẽtes, aut illæ eos deserunt, immo & illudunt, deficiẽtes sicut fumus, & euanescentes sicut vmbra, vnde benè Plato aiebat: *Spes mortalium nil aliud esse, nisi somnia vigilantiũ*, dic tu, *aut desiderantiũ*, dormiũt siquidẽ, cùm ad bonum sopiti, inaniter velut dormiẽtes tẽpus terunt, licet vigilantes sint, quia ad malitiam vigilant, & sic vigilando miseri, vanas somniant spes, dum quod figurant se obtinere, immo etiam in manibus se habere, prorsus euanescit, & in nihilum redigitur.

11. Malorum spes infirma. *August.*

12. Est somniũ vigilãtium. *Plato.*

Quàm bene hoc Psalmista de his loquens dicit: *Dormierunt*, Cãpensis, *dormiui somnũ suũ, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*. Ps. 75. n. 6. Vbi notãdum loqui psalmũ de Senacherib, eiusque proceribus, exercituque, qui Hierusalem magna vi populorum, armorumque obsidẽtes, obtinuisse iam se ciuitatem, eiusque diuitias pro certo æstimabant, sic vt nihil dubitans impius, ac Rex superbus, iam de ciuitate decreuerat sancta, immo & bona distribuerat, sicut per Isai. 10. nu. 8. ipse insultans dicebat: *Numquid non Principes mei simul Reges sunt? nũquid non vt Charcamis, sic Calano, & vt Arphrad, sic Emach? numquid non vt Damascus sic Samaria? quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Hierusalem, & de Samaria, numquid non sicut feci Samariæ, & idolis eius, sic faciam Hierusalem, & simulachris eius?* Audi miserum iam excidium Hierusalem, & simulachrorũ eius somniãtem, iam vigilans visionem videbat, ignem, fumum, ciuitateque ardentem, populum captiuum, diuitias deprædatas, sicut aliis ciuitatibus fecerat, glorians se in Principibus suis, dicẽs. *Nunquid non*, &c. At quàm fuit somnians, & quomodo euigilans nihil in manibus inuenit, ipsa historia Regum enarrat, ceciderunt sui, emarcuerunt Principes, debellati sunt potentes, mortui sunt Reges illi, quos dicebat, & cum ipsis simul direptæ diuitiæ, dilaniatæ, & deprædatæ, vigilans iste somniauit quod desiderabat, quod expetebat, quod summis votis inhiabat, destructionem nempe ciuitatis, ciuium mortem, & captiuitatem, rerum deprædationem, ac direptionem at quàm vanè; *Cùmque diluculo surrexisset*, expertectus est, & vigilauit, oculos aperuit, sed quid de somnijs suis inuenit? *vidit*, sacer ait textus, 4. Reg. 19. 35. *omnia corpora mortuorum.* O vana spes! ô vacua! ô misera! sero dormierat magno stipatus exercitu, vanas cõcipiens spes, somnians miser vanissimas, confideos in potentia exercitus sui, in Principibus, in armis, in equis, manè miserrimus è summo expergiscens reperit in fumum omnia redacta, Principesque eius omnes in fauillam resolutos, quos oculis suis prospexit, attrectauit, vidit insuper omnia corpora mortuorũ, in quibus ipse confidebat, vnde eius euacuata spes, ac resoluta fugit inglorius, trepidusq; in terrã suã, in qua insuper occisus, non equidẽ ab alio quàm à filio, vbi ergo fuerunt eius spes? euanuerunt, somnia fuerunt vigilantium, ac propterea vacua, non plena. Videbantur plena, at quibus? peccatoribus ipsis, iis, qui in altum oculos non attollẽtes, ab ijs mente nõ excedunt terrenis. De qua re pulchrè Amb. ps. 36. to. 2. super illa verba; *Et transiui, & ecce nõ erat. Videns cedrũ*, ait, *in monte altissimo superexaltatum, sed vento frangitur, sed igne exuritur, sed vetustate dissoluitur: ita est diues in sæculo, fulget quidẽ splendore quodam gratiæ sæcularis, vt libanus, nixus est mundi potentia, opibus, & diuitiis exultat, videtur tibi aliquid esse antequam dicas transiens videbo: sicut enim Moyses animo, & mente transiuit materialia, & Deum vidit, ita & tu si transeas hinc ad Dei gratiam vestigium tuæ mentis attollens, videbis eum nihil esse, qui in hac terra sibi potentissimus videbatur.* Pulchrè sibi

13. Malorum somnium quale. *Psal. 75. num. 6.*

Isa. 10. 8.

14. Regis Senacherib miserum excidium et ipse vigilans somniabat.

4. Reg. 19. 35.

15. Peccatorũ spes, quibus magnæ videntur. *Ambros.*

16. Diues nihil est, & quibus magnus videtur.

potentissimus, non dixit tibi, nam prius quàm in altum oculos homo attollat hæc terrena transiens, *diues, & sibi, & ei potens apparet : at postquam homo transit, sibi tantùm* ; at spirituali, nihil, dum amplius non est. in vanum ipse, spesque eius redactæ ; at non sic sancti, eorumque spes, de qua noster inquit Sapiens, *quòd immortalitate plena sit.* Vide Diu. August. in illud Psalm. 9. *Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* & Bern. serm. 9. in Psalm. *Qui habitat.*

Num. 5. *In paucis vexati, in multis benè disponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.*

COMMENTVM LITTERÆ.

IDem prosequitur sapiens argumentum.

In paucis vexati &c. id est castigati, correpti, eruditi. *Non sunt tormenta*, inquit Cantacuzenus, *sed castigatio*, & ne quidem grauis, sed in paucis. & pauca est omnis Dei castigatio, siue eruditio in hac vita, pauca siquidem & pondere, & duratione, de qua re nos infrà.

Lorin.

In multis benè disponentur &c. id est magna beneficia consequentur, & suprà multa constituentur. Vbi notandum cum Lorino, verbum disponendi hîc significare fixum, firmumque decretum aliquid dandi, vnde sensus erit : *In multis benè disponentur*, id est fixum decretum de his habet Deus, vt magna beneficia ob illas paucas consequantur tribulationes.

1. Deus quomodo tentare dicatur. *August. Laurent. Brixien.*

2. Et cur homines probat.

Barrad. Greg.

Tentauit eos &c. Non quia ipse ignorans sit, sed vt alios scire faciat. vt probè Augustinus ep. 146. & 16. de Ciuit. cap. 31. Pulchrè Laurentius Brixiensis, præfat. in tractatu 24. super Ioan. dicit Deum tentare : *Vt virtus hominis innotescat Angelis, ad hoc vt gaudeant, hominibus vt imitentur, Diabolo, vt non cauasetur de Deo.* Putans gratis illum cœlorum tribuere regnum hominibus, à quo illum repulit per demerita, sed vt videat per merita hominem ad illud descendere, vnde ipse per demerita cecidit. Adde etiam Deum tentare, vt sibi ipsi homo innotescat, aut tribuendo Deo gloriam, si aliquam virtutem in se reperetit, aut se humiliando, & eam petendo, si viderit se carere. Vide Barradam tom. 2. Concord. Euang. lib. 1. cap. 8. & Gregor. 23. cap. 18.

Lorin. Bellarm.

Dignos se &c. En fructus tentationis, & tribulationis : quomodo, contra hæreticos. verè iusti diuina gratia digni efficiantur cælesti gloria, vide Lorinum hîc, & Bellarm. de iustificatione.

HOMILIA L.

Tribulationes huius vitæ pondere paucæ, & duratione.

1. Tribulationes huius vitæ cur paucæ dici possint.

IN *paucis vexati*, inquit noster Sapiens, & verè, quia licet multæ videantur huius vitæ tribulationes, paucæ tamen sunt, si comparentur cum Christo, paucæ si cum amoris magnitudine, quo A eas tolerant iusti, paucæ si cum præmij dignitate, & gloriæ, paucæ, si cum æternitate felicitatis, paucæ si cum infinitis debitis, quibus Deo homines astricti sunt, paucæ, si cum præcedentibus peccatis, quibus offenderunt ipsum, paucæ, si cum his, quæ tolerat vnus homo pro altero, aut pro turpi, & iniusta voluptate, paucæ, si cum iucunditate, quam percipit homo in suo animo sibi bene conscio, & demum paucæ, si cum suppliciis æternis, immo & purgatorij conferantur. Quid enim sunt nostræ tribulationes, si cum Christi tribulationibus comparentur, nisi parua aquæ gutta respectu immensi Oceani ? Moyses certè vidit Deum in medio rubi, Exod. 3. num. 2. in medio flammæ, & spinarum, & quod maius est, quòd *rubus ardebat, & non comburebatur.* Quid per hoc aliud nobis in figura signatur, nisi magnitudo dolorum carnis Christi ? nam sicut tota rubi ardebat arbor, & tota spinis erat plena : sic sancta illa humanitas Christi, tota intus, foB risque doloribus plena erat. Vide Diuum Thom. 3. p. q. 45. art. 5. At valdè considerandum verbum illud, scilicet *quod rubus non comburebatur.* Hominibus namque cæteris ita ad mensuram dolores dantur, & afflictiones, vt si suprà vires corporis sint, in ipsismet doloribus deficient, & consumentur, ac per ipsam mortem dolores euadant. Non sic autem Christus Dominus noster, cuius dolores, licet suprà vires à principio suæ extitissent Passionis, (impossibile enim fuisset tanta sustinere, nisi à Diuinitate sua supernaturaliter esset adiutus) tamen non per hoc consumptus, sed ad amplius patiendum vires illi auctæ, vt non quibuslibet, sed summis periret tormentis: vnde cæteri sunt rubi ardentes, sed cito consumuntur ab igne, à laboribus, ab ærumnis, & per talem consumptionem requiem acquirunt, & possident. At Christus Dominus noC ster rubus fuit ardens, & non combustus, neque consumptus, quia licet ex se quilibet ex doloribus ipsius aptus esset ad illum consumendum, tamen ex vi diuinitatis suæ, & potestatis miraculosæ, quã habebat, amplius quàm solæ vires eius poterant, patiebantur: de qua re videndus est Suarez in 3. p. tom 2. disp 34. sect. 2. §. *hinc verò*, & sic licet totus erat Christus in medius spinarum, & totus in medio ignis, non comburebatur, hoc est non deficiebat, non consumebatur, vt dolores non sentiret. Quis sic ? nullus equidem, nam aut ignis paruus est, & sic consumere non potest : parui scilicet sunt labores, & vires suppetunt, immo abundant, aut si magnus, consumit vires, & deficit citò, solus Christus Dominus noster, fuit totus ardens semper, & non combustus, supra vires passus humanas, & mori à principio noluit, vt amplius pateretur. De cuius patientia, humilitateque mellisluè discurrens Bernard. serm. 1. 4. hebdom. sic ait : *Vidimus eum, & non erat ei aspectus, non speciosum forma præ filiis* D *hominum, sed opprobrium hominum, & tanquam leprosum, nouissimum virorum, planè virum dolorum à Deo percussum, & humiliatum, ita vt nulla esset ei species, neque decor : ò nouissimum, & altissimum ! ò humilem, & sublimem, opprobrium hominum, & gloriam Angelorum, nemo illo sublimior, nemo humilior, denique sputis illitus est, opprobriis saturatus est, morte turpissima condemnatus est, cum sceleratis deputatus est : nihilne merebitur, vel ista humilitas, quæ hunc habet modum, immò quæ tam est vltra modum, sicut & patientia singularis, sic & humilitas admirabilis.* Optimè, patientia singularis, quia dolores singulares, tàm singulares, tam im-

2. Cum Christi tribulationibus comparatę paucæ sunt guttæ respectu Oceani.

Exo. 3. 2.

D.Th.3.p. q.45.ar.5.

3. Christus supra vires passus humanas, à diuina adiutus omnipotentia.

Suarez.

Bern.

4. Eius dolores nemo nisi ipse solus attingit quanti fuerint.

mensi, tàm magni, vt nisi ipsemet, qui eos pertulit præter ipsum, alter cognoscat nemo, *A sæculo non audierunt*, inquit Sanctus Propheta Isaias cap. 64. num. 4. *neque auribus perceperant, oculus non vidit, Deus quæ præparasti expectantibus te.* Quem locum cum Hieronymo, Ambrosio, Theophyla. Chrysostom. Oecumenio, & Primasio in Paul. 1. ad Corinth. 2. de Christi œconomia, de eiusque admirabilibus intelligo operibus, quibus mundum erat renouaturus, & redempturus, quæ talia erant futura, qualia à sæculo vidisset vllus, aut audisset aliquis, immo neque in hominum cogitationem cadere potuissent. inter quæ cùm principem teneat locum, quæ ipse pro salute mundi pertulit, factum est vt sicut ille Deum, ipsum esse omninò non cognouit, sic nec quæ, aut quanta sustulit, omnino ignorauerit, vnde rectè quidam hic sentit, dum ait, *Hic significari ignota pluribus, & Deum illum esse, qui h abitu inuentus esset, vt homo, & quæ passurus esset pro salute mortalium, quæ eiusmodi fuerunt, vt solus, qui passus est Christus illa cognouerit, & absque illo reuelante nemo.* Et rectè equidem hoc dicitur, nam quis sensum doloris, quem Christus habuit, ex verberibus, ex Cruce, ex clauis attinget; si delicatissimæ, ac ex omni parte viuacissimæ eius humanitatis compactionem ignorauerit? quis verecundiam illam, quam ex opprobriis, ex sputis, ex nuditate perspexcrit, qui summum, & indicibilem eius pudorem non attigerit? Sanè equidem multorum piorum est opinio, sanguinem in horto non tantùm dolorum apprehensionem, quantùm verecundiam opprobriorum, sputorum, ac nuditatis expressisse, quod probant, nam rubicundia foras expellit sanguinem, cùm potius timor intus pellat, experientia teste, ad timorata enim dilabimur, ac marcescimus, intus se recondente sanguine, ad exprobrata autem rubicundamur. forâs eo prosiliente; quis tandem ad summam illam, indicibilemque interiorem tristitiam, neque imaginatione accedet, qui infinitam illam interiorem eius nesciet apprehensionem, amoremque simul *omnem hominum, Angelorumque supereminens scientiam, & cogitationem*, vt inquit Augustinus in Psalm. 183. tom. 8. exponens illa verba: *Qui ambulat super pennas ventorum.* vbi intelligens per pennas Dei, proximique amorem, ideo, ait, *Dictum Deum super pennas volitare, quia amor eius suprà nostrum incomparabiliter inuenitur*, ac proinde Christi, qui Deus. Quis ergo huius ignorans profunditatem amoris, eius de nostro malo tristitiam attigerit? nullus equidem sciet, nullus apprehendet, quia à sæculo tale non est auditum, neque auribus perceptum, vt inquit Sanctus Propheta; vnde meritò, si nostri dolores Christi comparentur doloribus, si nostræ tribulationes, Christi tribulationibus, guttæ siquidem erunt, immenso, magnoque Oceano comparatæ.

Isa. 64. 4 Hieron. Ambros. Theoph. Chrysost. Primas.

Sanchez.

5\. Eius sudor sanguineus in horto ex verecundia.

August.

6\. Amor Dei supra nostrum volitat.

Idem.

7\. Tribulationes vt patienter tolerentur in Christum oculos iniiciendos.

Hinc deuotè idem Augustinus, in Psal. 36. concion. 2. sanè, ac prudenter tribulato consulit, vt si leuiter, ac intrepidè sustinere tribulationes velit, oculos iniiciat in Dominum suum, perspiciet enim nil ipsum pati, quin prius ille non sit passus; sic enim non deficiet, non conturbabitur. *Contingit alicui, ait, vt aliquam tribulationem patiatur, aliquam exhonorationem, aliquam contumeliam, aliquam afflictionem, aliqua damna, proponat sibi Dominum suum, quanta genera tentationum passus est, & non conturbabitur, cùm ceciderit, quia Dominus confirmat manum eius, quia prior passus est;* A *Quid timebis, ô homo, quid timebis? dolores? flagellatus est Christus, contumelias? audiuit, dæmonium habes qui dæmonia excludebat, conspirationem malorum? conspiratum est aduersus illum &c.*

8\. Tribulationes pauca si comparentur cum amoris magnitudine quo eas iusti tolerant.

At si eas posteà comparemus cum amoris magnitudine, quo eas tolerant iusti, non solum paucæ, sed paucissimæ meritò dici possint. Vnum equidem mirum adnotandum in responsione, quam dedit Iacob Labano. Gen. 29. num. 15. dum iste ab illo peteret, vt operis sui aliqualem mercedem acciperet. *Num quia frater meus es*, inquit, *gratis seruies mihi, dic, quid mercedis accipies?* Cui Iacob, *Seruiam tibi pro Rachele filia tua minore septem annis.* Quòd respondit, postquam adnotauit Scriptura, ipsum diligere Rachelem; hoc equidem mirum, si ergo amabat, cur tanti temporis inducias petit? aut cur non expetiuit, vt prius amata frueretur, & posteà seruiret? quis ad bonum concupitum fruendum, dum possit, tempus dilationis admittit? si ardenter amabat, cur dixit, seruiam tibi B septem annis? cur non, prius da mihi Rachelem, & posteà septem tibi seruiam annis? sane ob eandem rationem quia scilicet ardenter amabat; immo parum expostulasse sibi visus est Iacob; sic ego intelligo verba illa: *Et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Intelligo enim paucitatem dierum contra ponendam, non mensuræ temporis: nam sic ob amoris magnitudinem, non septem, sed septingenti Iacob visi sunt anni illi septem, sed paucos dixit Scriptura, illi visos ob amoris magnitudinem, appreciatiuè, vt sic dicam, *Quia pro precio Rachelis dati videbantur ei dies pauci*, inquit Lyra, *in comparatione ad rem tam amabilem, quia pluribus annis seruiisset pro ea, si fuisset requisitus.* Et sic licet obtulisset septem seruitutis C annos, & talis seruitutis, tamen in oculis Iacob, quia amans, pauci, & quasi pro nihilo reputabantur; animi enim machina est, & pondus quò maior fuerit eò pondera leuiter sursum feruntur; *Ponderibus suis æquantur omnia*, inquit Augustinus lib. 13. Confess. cap. 9. *& loca sua petunt, leuia sursum, grauia deorsum: pondus meum, amor meus:* magnus amor, magnum pondus, quo ille crescit, eo minus pondus sentitur tribulationum, leuia apparent, quia pondus est amor: hinc Iacob ex magnitudine amoris pro nihilo ducebat labores, & ærumnas: *Laborem leuiabat amor*, inquit Interlin. cui accedit Origen. enarrans illa verba Apostoli: *Quis nos separabit* &c. lib. 6. in ep. ad Rom. & in expos. cap. 18. sic ait: *Dum enim in illius amore pendemus, exiguum est quod patimur, & dum in illius* D *amore pendemus, sensum doloris non percipimus.*

Gen. 29. 15.

9\. Iacob cur septem annos seruitutis pro Rachele obtulit, & cur pauci illi videbantur dies, cur ve statim non petiit illa potiri.

Lyra.

10\. Amor pondus.

Interlin. Origen.

Pauci visi sunt ergo illi dies ob amoris magnitudinem, quibus Rachelem meruerat, & ob eandem etiam non est ausus eam illico petere, ac potiri, quia verè amans secundùm amoris gradum æstimationem habet amatæ, nil reputans omnia, etsi magna, respectu obiecti amati, ex quo fit, vt non desideret tali, ac tanto bono frui, nisi carè illud emat, & labore acquirat: nam vt grauiter dixit Bernard. tracta. de diligendo Deo: *Verus amor præmium non requirit, sed meretur, affectus est, non contractus.* Dulcius posteà sapit, & tenacius seruatur, quod labore acquiritur, & amplius redamatur, dum dura patiendo, & signa amoris præstando, ad desideratum peruentum est, amatumque obiectum: sic certè Iacob amans Rachelem suam, adeo æstimauit ipsam, vt non duceret conueniens tali bono frui, nisi signa amoris dedisset, & carè illam

11\. Amans carè emere vult obiectum amatum.

Bernard.

emisset; ob hoc inducias seruitutis obtulit annorum, & post labores frui voluit, non ante; vnde post annorum curricula, post molestias toleratas, post labores transactos, ausus est dicere: *Da mihi vxorem meam, quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam.* Audacter petiit, quia strenuè seruiuit, neque antè potiri voluit, quia ardenter amauit: non sic equidem, quando amor nullus, aut paruus; parui labores non amantibus magni videntur, & quod magnum est, nullo precio possidere voluit:

12. Labores cur sustinere nolunt Christiani.

cælum ambiunt, sed nullo labore possidendum: gloriam concupiscunt, sed pro illa nihil sustinendo: Deum desiderant, sed nullo precio acquirendum, *Dic vt sedeant hi duo filij mei.* Matth. 20. num. 20. dixit mater illa cupida, Christo Domino nostro, consessum non minus quàm dexteræ petebat, sed dictione tantum, absque labore, *Surgere volebant filij Zebedæi*, inquit August. in Psalm. 116. super illa verba, *Surgite postquam sederitis; & sedere ad dexteram, atque sinistrã, & exaltari antequã humiliarentur.* Et quod mirum, postquã Christus passurus vt ad illam perueniret gloriam audissent: *Tunc accessit mater*, quando tunc? quando audierat, *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur.* Tunc accessit petens sine labore consessum, ad quem sanguine ascensurus ipsemet erat Dei filius. Sic fatui sunt filij hominum, vt quòd Dei filio non licuit, ipsis licere reputent, non amãt, non diligunt, laborare non desiderant; non sic sancti, non sic Dei serui, multum amant, multum obiectum æstimant amatum; ob id pauci videntur illis omnes labores, ideo in paucis vexari dicuntur.

Sed non minùs pauci, si cum gloriæ, & præmij dignitate comparentur, quid namque erunt, comparatione tantæ dignitatis, tantique præmij? prorsus nihil. *Existimo enim*, inquit Paul. ad Rom. 8. n.

Ad Rom. 8. 18.

18. *quod non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* seu, vt Augustinus legit, *indignæ sunt.* A quo si rationem petis, subiungit dicens: *Nam expectatio creaturæ renelationem filiorum Dei expectat.* Fortissimum equidem gloriæ magnitudinis argumentum, si per creaturam, non solum homines, sed cælos, elementa, omnemque prorsus creaturam intelligamus, vti eam accipiunt Chrysostom. Theodoret. Theophylact. Pererius. Toletus, estque Prosopopœia, quasi dicat Paulus, omnis creatura, ob gloriæ filiorum Dei magnitudinem, etiamsi insensibiles sint, auidissimè innato quodam expectant desiderio filiorum Dei reuelationem, gloriam nempe resurrectionis: quod cùm sit, quanta, quæso, erit gloriæ illius magnitudo, quæ insensibiles etiam, atque inanimatas creaturas ad eam desiderandam, expetendamque mouet, & impellit: vnde non mirum, si non sint condignæ passiones huius temporis ad talem futuram gloriam.

Chrysost. Theodor. Theophy. Pererias. Tolet.

13. Insensibiles creaturæ etiam gloriam suo modo expectant, sic magna est illa.

D

14. Gabilas Martyr quã altè de gloria sentiebat Sanctorum.

Probat hoc, responsum illud, quod Gabilas Martyr Lisaniæ dedit iudici, dum vngulis laceratus, suspensus, & omnibus membris distortus interrogaretur ab ipso, quamnam vtilitatem ei tormenta conciliarent. Cui Sanctus Martyr altè, sublimeque sentiens supra humana erectus respondit: *Non ad præsens vsque tempus nostra consistunt, neque ea solùm sequimur, quæ cernuntur: quod si tu quoque volueris aspicere ad spem, & promissam nobis remunerationem, forte etiam dices cum Paulo, non sunt condigna*, &c. Nil melius. Vnde benè Sanctus Bern. serm. 12. in Psalm. *Qui habitat*, hanc gloriæ magnitudinem, & huius vitæ tribulationum paruitatem,

Bern.

15. Angelorũ

A

duas illas dixit esse manus, quibus ab Angelis portatur homo, & ad supernam æternamque ducitur beatitudinem: *In manibus portabant te*, ait, *Vultis scire, quas intelligam duas manus? Duplicem itaque demonstrationem, dum videlicet hinc quidem tribulationis breuitas, inde æternitas retributionis ostenditur, aut magis plagitur, vel imprimitur cordi, vt intimo affectu sentiat, quemadmodum momentaneum hoc, & leue tribulationis nostræ, suprà modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, his manibus portatur homo ab Angelis.*

manus quibus homo ad cœlum euehitur quæ secundùm Ber.

16. Tribulationes omnes respectu gloriæ momentaneæ & leues.

Sic Gabilas sanctissimus, etsi in tormentis, etsi in pœnis earum momentum experiens, æternum gloriæ pondus aspiciens, intus, vt inquit Bernard. in corde illud impressum habens, leue omne æstimabat, paucas esse pœnas dicebat, quibus adiutus

B

considerationibus veluti in manibus repositus Angelorum, animo ad cælestia volabat, ob hoc equidem Sancti libentissimè suos labori humeros subijciunt: *Isachar asinus fortis*, dixit prophetizans Iacob de filio suo Isachar. Gen. 49. num. 14. *accubans inter terminos, vidit requiem, quòd esset bona, & terram, quòd optima, & supposuit humeros suos ad portandum, factusque est tributis seruiens.*

Gen. 49. 14.

Vbi notandum verbum illud, *supposuit*, vel vt legit Pagninus, *inclinauit*, denotat enim hilarem ad laborandum voluntatem, spontaneamque oblationem, ad tributa ferenda, quia nempe vidit, ac felicitatem cõsiderauit illius, quam possessurus erat, terræ, ex qua ereptus consideratione pro nihilo reputauit labores, ac libẽter collũ iugo substrauit. Sic Dei sancti requiem considerantes illam, præmiũque, quod eis ex tolerantia superest, scientes ad illud perueniri non posse nisi per labores, cùm vt Sanctus inquit Basilius, exhortat. ad baptismum:

17. Sancti tribulationes libenter sustinent gloriam considerantes.

C

Labores gloriam pariunt, sudores coronas comparant, hinc huius vitæ labores pro nihilo ducunt, libenterque colla subiiciunt, portantes iugum, suaueque eum æstimantes, vnde libentissimè durum pendent tributum, & non mirantur, oculos semper ad patriam illam sustollentes æternam.

Basil.

18. Tribulationes paucæ sunt, si cum æternitate gaudiorum comparentur.

At etiam paucæ erunt, immò paucissimæ, si cum æternitate alterius comparentur vitæ, cum æternitate, inquam, gaudiorum, consolationisque laboribus illis respondentis. Audi Paulum, 2. ad Thessa. 4. 17. *Id enim*, inquit, *quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ.* nota verba, *supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis:* vbi translatio Syriaca sic habet: *Namque oppressio huius temporis, cùm admodum exigua, leuissima sit, gloriam infinitam in sæculum sæculorum parat nobis.* Ttibulationibus namque

1. ad The. 4. 17.

19. Leues & breues, & cur leues.

Paulus huius vitæ duo tribuit valde notanda, nempè breuitatem durationis, dum dicit, quòd sunt *momentanea*, & alteram facilitatem ad portandum, dum asserit esse *leues*. Sunt enim tribulationes, vt inquit August. in Psalm. 59. explicans illa Christi verba, *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*: pro quo legit *sarcinam*, veluti auium pennæ, quæ licet dici possunt onus aui, tamen tale, vt sine illo volare non possit.

August.

20. Christi sarcina pennata, sicut & eius sagittæ.

Alia sarcina, inquit Augustinus, nempè mundi, *pondus habet, Christi sarcina pennas habet, nam & aui, si pennas detrahas, quasi onus tollis, & quo magis onus abstulisti, eo magis in terra remanebit, redde onus, & volat.* Talis est Christi sarcina, tales sunt tribulationes huius mundi, sagittæ sunt, sed sagittæ pennatæ, quæ volare faciunt.

Sed hoc non sufficit, nam etiam breues, & vt in-

quit Paulus,momentaneæ,& certè tales, quia cùm A
tribulationes sub præsenti tantùm cadant tempore, vt inquit Apostol. *Id quod in præsenti est*, &
tempus præsens vix quid indiuisibile sit, & punctus,
21. *Tribulationis breuitas expenditur.* meritò omnis tribulatio ad instar puncti extitit, cùm necessariò commensurari tempori debeat,sub quo cadit,immo si benè attendas, instans non tempus est, vnde nec tribulatio temporanea dici potest: nam præterita iam non est,nec minus futura,cùm nondum existat,remanet ergo tantùm præsens, quæ præsenti commensurata tempori, quod tantùm instans,meritò momentanea, instantaneaque dici potest,immo & debet. O quàm egre-
Bern. giè hoc dixit Bernard. vbi suprà: *Melior est*, inquit,*dies vna in atriis illis super millia. Guttatim*
22. *Gloria flumen voluptatis non transiens, sed abundans.* *pœna bibitur, liquando sumitur, per minutias transit, in remuneratione autem torrens est voluptatis, & fluminis impetus, torrens inundans lætitiam, flumen gloriæ, flumen pacis, flumen planè est, sed quod affluat, non quod fluat, flumen vocatur, non quod* B *transeat, sed quod abundet*: Nil melius Guttatim pœna bibitur, liquando sumitur, non iunctim, per minutias transit, per horas, per instantia, per momenta: vnde ipsa ad momentum durat: immo dici cum Apostolo momentum potest.

At non solùm respectu temporis sic eam appellauit Apostolus, nam momentaneam, & leuem eam etiam dixit, quatenus ipsa parit, gratia Dei fulta *æternum gloriæ pondus*. Quapropter benè Erasmus
Erasmus. legit sic: *Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ supra modum æternum gloriæ pondus parit nobis*. Momentaneam dixit leuitatem tribulatio-
23. *Tribulationis leuitas declaratur.* nem, quomodo momentanea? iam diximus; at quomodo leuis? & quidem si cum æternitatis pondere comparetur. Quid namque est tempus respectu æternitatis? minus quàm punctus, & quid momentanea quædam ponderat tribulatio respectu C
Bern. æternitatis? nihil; *Quod tribulationis est*, inquit Bernard. vbi supra, *momentaneum est, & leue, quod gloriæ est, æternum est, & pondus etiam suprà modum in sublimitate. Quid in incertum dies, & annos tibi numeras? transit & pœna, neque accedunt sibi, sed cedunt potius, & succedunt, non sic gloria, non sic remuneratio, non sic merces ipsa laboris, nescit vicissitudinem, nescit finem, manet tota simul, & manet in æternum*. Tota ergo simul cùm maneat gloria, & in æternum, tribulatio autem nonnisi successiuè, & per tempus; immò & per in-
24. *Eius fructus admirabilis.* stans, nonne respectu gloriæ leuis, immò leuissima, prorsusque inanis erit ipsa tribulatio. Sed notanda sunt verba Apostoli, emphasim namque magnam habent, non enim solùm dixit: *Æternum gloriæ pondus* &c. sed quædam præmisit magnam emphasim habentia, *Nempè supra mo-*
Montan. *dum in sublimitate*, seu vt legit Montanus ex Græco, *secundum excellentiam in excellentiam*. Nil D melius, momentanea enim, leuisque huius vitæ tribulatio, non solum in alia æternum gloriæ parturit pondus, sed eo modo parturit, quo sublimius, quo excellentius excogitare potest nemo: hoc enim significat, *supramodum in sublimitate*, aut, vt Monta. *secundũ excellentiam in excellentiã* Nempè mirè, & supra modum excellens, & excelsum, itavt nullus intellectus, nullaque capiat mens, quãta sublimitate, quantaue celsitudine tribulationis huius vitæ paruitas æternum pariat gaudiorum alterius pondus, itavt meritò respectu illius paucæ, momentaneæque, leues, ac propemodum nihil dici possint.

A At si illas posteà considerabimus respectu gratiarum, beneficiorumque, quæ à Deo recepimus, quid 25. *Tribulationes paruæ dici possunt respectu beneficiorum Dei.*
quæso erunt? vix etsi infinitæ, tribulationes appellare licet, vnde vix hominem tetigisse dicendum, etsi vndique immersum eum habeant. Talis equidem fuit Eliphaz illius Themanites sensus, quando Sanctissimo Iobo iniustè exprobrans dixit.
Iob. 4. num. 5. *Nunc autem venit super te indignatio, & defecisti; tetigit te, & conturbatus es*. At- *Iob. 4. 5.*
tende quid dicas, ô homo, tetigime Sanctissi- 26. *Iob tribulationes paruas dixit eius amicas, & meritò.*
mum hominem plaga, & indignatio, cùm à planta pedis, vsque ad verticem non sit in eo sanitas? cùm omnia sua diruta sint, & destructa; cùm filios, filiasque amittens, ex Rege, viliter se videat in sterquilinio sedentem? & tu dicis, quod tantùm tetigit eum indignatio? Sic equidem, considerauit enim iste, quantum Iob Deo debebat, quanta in eum Deus, tum interiora, tùm exteriora contulerat bona, & quòd ipsemet Iob aliquando talia in persona alio-
B rum considerans, similiter eadem ratione eos consolabatur: vnde ei prius dixerat: *Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti, vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti*. Ad Dei beneficia respiciens, quibus tenebatur Iob, licet videret eum à plaga penè obrutum, meritò ei dicit quod vix tetigerat eum; *tetigit te* &c. quasi diceret: attende quanta à Deo accepisti, quantum illi debes, quantum tibi illi tribuit, quod si hoc attenderis perspicies vix te tactum à tribulatione, cur ergo deficis?

Iustè certè sanctissimo viro hic exprobrasset, nisi 27. *Iob Sãctiss. paucas omnes suas existimabat tribulationes.*
eundem sensum, quem ipse non teneret sanctus, paucas scilicet reputans tribulationes suas, respectu eius, quod Deo debebat, amplius equidem hoc vir callebat sanctissimus: vnde ob hoc emisit vocem illam: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala* *Iob 4. 10.*
C *autem quare non sustineamus*? Iob. cap. 4. num. 10. Quæ vox nil aliud insinuat, nisi tribulationis, quam patiebatur, paruipensionem, recolens bona, quæ à manu Domini acceperat, ac proinde sciens plus se debitorem existere, ac numquam pro Deo tantùm pati posse, quantùm illi ob collata bona debitor erat, hinc ait: *si bona suscepimus*. Quasi pro Deo respondens contra murmurantem, vti vxori respondit insipienti: nulla iniuriâ nos afficit Deus, nihil toleramus respicientes ad bona, quæ nobis 28. *Tribulationes cur æquanimiter tolerandæ.*
contulit, nam si illa libenter suscipimus, cur non mala? cùm æquitatis ratio poscat, vt non solùm cum Deo lucri, sed etiam iacturæ ineamus rationem. *In die bona fruere bonis*, dixit noster Sapiens alibi Eccles. 7. num. 15. *& malam diem præ-* *Eccl. 7. num. 15.*
caue seu, vt Hieronym. *vide*. Quem locum exponens Caiet. hoc est, *Contemplare*, inquit, *vnde tibi* *Caiet.*
aduersitas contingat, nimirum à supremo, & æquissimo iudice, ne tuarum ærumnarum causam in non causam referas: nam sequitur Salomon; Sicut enim *Caiet.*
D *hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias*. Quod propriè est *Hieron.*
illud, quòd Sanctus dicebat Iob, si bona suscepimus, mala quare nõ suscipiamus, cùm in omnibus, vt Sanctissimus dicit Hieronymus, paratum se semper inuenire Dei seruus debet: *Qui timet Deũ nil negligit*. Iterum eodem loco ait Ecclesiast. seu, 29. *Iustus ad omnia semper paratus esse debet, sic bona vt mala.*
vt Sanctus: *Egreditur ad omnia*, quia, *vt ipse*, inquit, *vita hominis hæc miserabilis, diuersis quotidie variatur euentibus, tam ad aduersa, quàm ad prospera, necesse est vt iusti animus preparetur, & poscat Domini misericordiam, vt quodcumque euenerit liberata mente sustineat*: *Qui enim timet Deum*,

nec prosperis eleuatur, neque opprimitur aduersis. A Æquo animo, promptaque voluntate omnia sustinens, immo ad bona quasi anticipata accepta respiciens, aduersa secundis metiens, vt inquit Chrysostom. in Iobi verba citata, pro nihilo illa reputat, *Dona fuerunt illa*, inquit Chrysostom. *non merces, gratia, non compensatio, aduersa nunc secundis emetire.* Quod si faciemus, & datis, acceptisque rationem habebimus, non multæ, non magnæ, sed minimi apparebunt ponderis tribulationes, quas sustinemus.

Chrysost. 30. Aduersa prosperis emetiri debet.

Omitto dicere, ne plus æquo hanc protraham orationem, mitissimè nos vexari in hac vita, si ad multitudinem nostrorum attendamus peccatorum, quam quidem si benè perspectam haberimus, equidem non solùm paucas, sed paucissimas nostras dicemus tribulationes. Omitto similiter, si eas cum suppliciis conferamus æternis, à quibus nos eripiunt. Illud solùm hîc adnotandum, verè nihil esse tribulationes nostras, quas pro Deo patimur, & virtute, si eas cum illis comparemus, quas B homo pro alio suffert homine, siue pro turpi voluptate, quantæ sunt hæ, & quàm amaræ. Vnam solùm serui viderunt Holofernis pulchram Iudith, vt alibi etiam dicemus, & rapti ab eius pulchritudine dixerunt: *Quis contemnet populum Iudæorum, qui tàm decoras mulieres habet, vt non pro his meritò contra eos pugnare debeamus?* Iudith. 2. 18. Considera belli labores, pericula, tribulationes, iacturas, quibus maiores in vita esse non possunt, & tamen pro vna muliere meritas esse dicunt. Quid ergo pro Deo obtinendo? quid pro vlla pulchritudine? quid pro cœlorum regno dicere nos debemus?

31. Tribulationes pro Deo paruæ, si eum iis quibus pro mundo, & carne patiuntur homines cōparabimus. Iudith. 2. 18.

Quid fecit Adam primus noster parens, ne mulierem contristaret suam? seipsum sciens, & nos perdidit; terrestrem amisit Paradisum, in intolerabiles incidit ærumnas, & tamen de muliere numquā se conquæstum inuenimus, cùm talia, tantaque pateretur. Cur hoc? nisi quia plus illius æstimabat consortium, quàm se, & plus sua cum illa perdidisse, quàm si sine illa in Paradiso remansisset. *Adam*, inquit August. lib. 12. de Gen. ad litter. tom. 3. cap. vlt. *postquam de ligno prohibito seducta mulier manducauit, eique dedit, vt simul ederent, noluit eam contristare, quam credebat posse sine suo solatio contabescere, si ab eius alienaretur animo, & omnino illa interire discordia, non quidem carnis victus concupiscentia, quam nondum eduxerat in resistento lege membrorum legi mentis suæ, sed amicali quadam beneuolentia, qua plerumque fit, vt offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus.* Peccauit ergo Adam non concupiscentia victus, sed beneuolentia, sed amicitia, secundùm Augustinum, & peccauit ne socia periret, mallens potius omnibus priuari, quàm sine illa remanere; hinc factum, vt etsi omnibus plenus malis, extorrem se à summo deliciarum videret Paradiso, nihil sit de muliere conquestus, quia vnicam eius super omnia deperdita æstimabat societatem. Quid ergo nunc Christianus dicere debet, cùm pro Deo acquirendo, & pro anima sua tribuletur, saluanda? quomodo audebit conqueri? quomodo multas dicere tribulationes? *Quam defensionem vsurpaturi sumus*, vt cum Chrysostomo dicam homil. 14. in ep. ad Rom. *qui quæ periculosa, & turpitudinis plena, toto studio persequimur? quæ vero minus periculosa cùm sint, & quæ nobis tum gloriam, tum hominis claritatem afferunt, effugiemus?* Nullam equidem afferre poterimus, cùm talia pro mundo patimur, pro amicis, pro carne, pro luxu, pauca omnia æstimantes, pro nihilo ducentes. Quod considerantes sancti Dei viri, omnes meritò breues, valdeque tolerandas tribulationes cum Sapiente affirmant, & sic in paucis vexati, *in multis*, posteà *bene disponentur.*

32. Adam cur numquam conquestus de muliere. August.

33. Peccauit non concupiscentia, sed beneuolentia.

34. Homo Christianus quam patienter tribulationes sustinere debet. Chrysost.

HOMILIA LI.

Præcipuus tentationis fructus, constituere hominem Deo dignum.

QVoniam tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Mirabilis tentationis fructus, subleuare hominem ad talem tantumque gradum, vt constituat eum Deo dignum, quid, quæso, amplius excogitari potest? Tentatio enim gratia Dei benè tolerata, ita diuinum reddit hominem, vt sopita humanam eum constituens naturam, reponat in Dei manu, dignum illa, non secùs Adamas quidam in Regum repositus manibus: Amos 7. nu. 7. *Deum vidit stantem supra murum litum*, in cuius manu erat trulla cæmentarij. Septuaginta autem legunt: *Ecce Dominus stabat super murum Adamantinum, & in manu eius Adamas.* Apta equidem versio, murus enim litus ille dicitur, qui contra imbrium, tempestatumque illitus est iniurias; vnde tantùm est dicere murum litum, quantum fortem, valentem, inexpugnabilem, talis autem fit litura, quæ trulla muri imponitur, ac per illam linitur, ac per hoc fortis, & valens. Dominum ergo vidit Propheta stantem super murum litum, hoc est, fortem, valentem, & trullam in manu eius, qua fortē C reddebat murum, omnia fortitudinem exprimētia: quis fortis vt Adamas, qui, ab eo quòd domari non possit, nomen habet? Meritò ergo sensum respicientes Septuaginta legunt, per murum, & trullam, adamantem; fortis equidem est Dei Ecclesia, tanquam murus valens, at vnde ei talis fortitudo, nisi ex preciosi illius Diuini sanguinis litura? ideo muros habet adamantinos, at quomodo linitur? trulla quippe cæmentarij, sanctis nempe Dei, qui tali sanguine eam liniunt, immo & suo, adimplentes, vt inquit Apostolus, in eorum corpore, quæ passionibus Christi desunt; patientes & ipsi, sufferentes & ipsi; ob hoc Adamantes Diuini, manibus superni digni Regis: *Quid enim aliud est iste Adamas, nisi sanctus quilibet*, inquit Origenes, homil. 3. in Hierem. D *qui veluti Adamas, non cedit vllis ictibus inimici, sed quo magis percutitur, eo magis resistit, & clarius emicat.* Iste certè Adamas in manu Domini, eis dignus fit, non aliunde nisi ex persecutionis ictibus, ex illis enim vti probatum in manibus Deus reponit suis, in quibus procul dubio, nisi probatus, non existeret. *Ego*, inquit Origenes, *adhuc nescio vtrum veniente malleo, & percutiente me, confringar, & conterar, conuictus quia non sum adamas.* Quia ille verus est Adamas, qui mallei resistit ictibus, falsus verò qui conteritur: si ergo non percutitur, an sit verus, dignusque, vt in manibus sit Regis, prorsus ignoratur, necessarium ergo est, vt probetur: probatur autem per tentationes, quibus dignè toleratis, dignum eum Dei manibus reddunt, in quibus permanens, quid timere amplius debet? vt inquit idem Origenes, *Sanctus, qui quasi murus Adamantinus*, ait, *vel in manu Domini Adamas est, non curet, neque de malleo,*

Amos 7. 7.

1. Murus litus quis dicatur.

2. Ecclesia Dei fortis & vnde eius fortitudo.

3. S. Adamātes. Origen.

4. Manibus digni Dei efficiuntur per tribulationes.

neque de incude, sed quanto plus vsus fuerit, tantò plus eius virtutem splendescero sciat, & eo digniorem se Deo constituit.

Quidnam admirabilius dici potest, quàm tentatione ad talem, tantumque peruenire gradum, vt Deo digni efficiamur, & hominem lutum, ita sublimari, vt possessione Dei dignus æstimetur; *Cadens enim in faciem suum*, inquit Scriptura Ruth

Ruth. 2. 10.

Moabitis cap. 2. num. 10. & *adorans Booz*, dixit ad eum: *Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?* Et tamen hic particularis quidam homo, & insuper ex cognatione erat viri eius; & tamen sic hæc quatuor eius æstimauit verba, vt cadens in terram, eum adorans, indignam se tali fateretur gratia. Quid ergo dicere debet anima Christiana, cùm ad Dei dignitatem se viderit subleuatam, ad Dei dignitatem, inquam, quæ suprà omnem cognationem erigitur humanam; immo & Angelicam.

5. Ruth cur assumpta à Booz in mulierem.

Enimuero si considerare velimus quid mouit Booz vt Ruth talia diceret, & sic eam reciperet, vt dignam eam posteà assumere iudicaret in sponsam, consortemque suam, tentationem fuisse inueniemus, & eam mulierem probatam, fortemque reperisse: nam sic patienter mortem tulit viri sui; vt ex ea non sit conturbata; & insuper Noemi viri sui matrem, in terrã reuertẽtem suam, non dereliquerit, immò suam renuncians patriam, deosque lares, maluit cum ipsa peregrinari, quàm viuere in terra sua. *Laudabilis est constantia Ruth*, inquit Theodoretus,

Theodor.

quæ mulierem senio confectam, & paupertate laborantem, propter animi pietatem, & coniugis memoriam prætulit parentibus. Hanc adnotauit Booz, vnde & dixit. *Nunciata sunt mihi quæ feceris socrui tuæ post mortem, & quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum, quem anteà nesciebas.* Talis

6. Tentatio dignam eã Dei fecit progenitricem.

ergo tentatio siue experientia fecit eam condignã vxorem Booz, immo quod maius est, ipsius Dei filij progenitricem: *Ruth pro merito fidei sua nupsit Booz*, inquit Chrysost. homil. 1. in Matthæum,

Chrysost.

quia propriam Gentem contempsit, & terram, & genus, & elegit Israel, & non despexit socrum viduam simul & peregrinam, desiderio ductu generis eius, magis quàm sui, deos Patrum suorum repellit, & Deum viuentem elegit. Ex quo, vt inquit Ambros. in Luc. cap. 3.

Ambros.

Inter maiores Dominici generis meruit computari, propter cognationem mentis electa, non corporis. Tentatio ergo dignam eam fecit; sic & dignos nos etiam consortij efficiet diuini, nam quid aliud est ipsa tentatio, nisi experimentum, quod Deus de nobis sumit, quos vbi inuenit probatos reputat se dignos, quo nil maius dici, aut excogitari potest.

Ex quo emolumentum elucet tentationis, quãtumque ipsa se suprà virtutem erigat ac extollat:

7. Tentatio plus proficit quàm virtus ipsa.

nam plus proficit tentatio, quàm virtus ipsa, cùm licet virtutes gratos nos apud Deum faciant, ac Dei cõstituant amicus, tentatio tamen plus vltra se extendens, nos non solùm Dei amicos, sed dignos

8. Quid supra virtutem addat.

faciat amicos, ita consumatos, perfectosque, vt vltra amicitiam inter nos Deumque, dignitatem constituat quandam, qua homo, vt sic dicam, Deo comparetur; sine qua dignitate, nemo ante Dei peruenire potest conspectum. Manifestè equidem hoc apparet in verbis illis, quæ Sancto Tobiæ Angelus Raphaël dixit, Tob. 13. 12. scilicet, *Quia acceptus*

Tob. 13. 12

eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Vnde

A acceptus? ex operibus namque bonis, quæ suprà Angelus retulerat: *Quando scilicet orabas cum lachrymis, & mortuos sepeliebas.* Ex his acceptus erat

9. Tobias ex operibus bonis Deo acceptus, ex tentatione probatus, & Deo dignus.

Tobias Deo: hæc illum fecerunt Deo gratum, Deique amicum. Quid ergo deficiebat? tentatio ad condignum possessionis Dei meritum, sine qua communiter loquendo, nemo Deo inuenitur dignus: ideo sequitur, *Necesse fuit.* Notandum verbum, necessitatem insinuat, non libertatem: *Necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Nam si tentatio te non probasset ad dignitatem possessionis diuinæ non peruenisses: *Non est possibile peruenire ad terram promissionis*, inquit Origenes homil. 37. in cap. 36. Num. *nisi per amaritudines transeamus.*

Origen.

Neque est possibile victoriam de inimicis reportare, & ad Deum peruenire, nisi experimentum

B Deus sumat de nobis, & tentet nos, probatique, ac perfecti inueniamur; ciuitas enim illa cælestis, nisi dolatis non construitur lapidibus, isti enim non illic, sed hic dolantur, nam ibi nullus strepitus, nullus dolor. Reg. 3. cap. 6. num. 7. *Domus autem cùm ædificaretur*, dicitur. *De lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, & mallens, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cùm ædificaretur.*

3. Reg. 6. 7.

Quem locum exponens Sanctus Gregor. lib. 34. Morali. cap. 10.

Greg.

10. In templo Dei malleus & securis est non audita.

Quid domus illa, inquit, *nisi cælestem Ecclesiam, & beatitudinem figurabat? ad cuius ædificationem, electorum animæ, quasi quidam expoliti lapides deferuntur, qui cum ædificantur in cælis nullus eum illic disciplinæ malleus resonat, quia dolati illic lapides ducimur, hic enim foris tundimur, vt illùc sine reprehensione veniamus, hic malleus, hic securis, hic omnia pensionum resonant ferramenta, ad hoc vt hic Deo digni efficiamur.*

11. Iusti cur hic tenantur.

Hic quia Tobias cælestis erat lapis in

C cælesti reponendus Hierusalem, necesse fuit vt tentatio illum probaret, expoliter, licet Deo acceptus esset, vt dignum Deo cælestique ipsum constitueret ædificio; ex quo fit, vt tentatio supra acceptationem, dignitatem augeat, sine qua ad Deum nemo peruenire potest: vnde sicut hæc dignitas necessaria ad Dei est possessionem, ita etiã tentatio sine qua talis dignitas non acquiritur: rectè ergo Tobiæ dicitur, quòd post Dei acceptationem necesse erat vt tentatio probaret illum: nam hæc dignos nos Deo facit.

Quam dignitatem si ad hominis respectum semel considerare velimus, crescet admiratio, stupebit & mens. Quid, quæso, est homo, vt ad talem condignitatem erigatur? pondera hominis indignitatem, vilitatem, paruitatem, & deinde Dei dignitatem, magnitudinem, maiestatem, immensitatem, & cùm hæc attentè consideraueris, perpende

D quàm magnum, quàm admirabile, vt talis paruitas, & indignitas perueniat & ad condignitatem sublimetur Dei, ad condignitatem, inquam, talem, ac

12. Tentatio ad quantã sublimitatẽ erigit hominem.

tantam. O admirabilis tentationis vis, admirabilisque potentia, vt Deus, qui omnium dicitur, peculiariter ipsum tentatus faciat suum. Pulchrè Bernardus serm. 2. in Psalm. *Qui habitat*, super illa verba, *Deus meus sperabo in eum. Cur*, inquit, *non*

Bernard.

13. Deus tentati fit particularis.

Deus noster? respondet: *Quia in creatione, & redemptione, cæterisque omnibus beneficiis est Deus omnium, sed in tentationibus suis, tanquam propriũ eum habent singuli electorum.* Pulchrè dictum, Deus omnium Deus est, sed Deus particularis, præcipuusque tentatorum est: scrutare Scripturas, & perspicies, quod etsi omnium est Deus, peculiariter tamen dicitur tentatorum, vnde inuenies dici

Deum

14. Qui primi tentati dicantur in Scriptura. Gen. 22. Cur Deus dicatur Abraham, Isaac, & Iacob.

Deum Abraham, Isaac, & Iacob. Cur istorum in particulari? quia isti primi in tentatione: nam quem legimus primum in Scripturis apertè à Deo tentatum, fuit Abraham. Gen. 22. & consequenter tentando Abraham tentauit etiam Isaac, dum ipse debebat hostia esse holocausti, & quantis tentatus Iacob, nemo est qui hoc ignoret; primi ergo in tentationibus, excellenterque tentati. Proprium tentationis est, vt inquit Bernardus, constituere Deum particularem, & proprium tentati; quid ergo mirum, si Deus dicatur Deus Abraham, Isaac, & Iacob? cùm isti fuerint in tentatione præcipui. *Audi populus meus, & loquar*, inquit Regius Psaltes. Psal. 49. num. 7. *Israël, & testificabor tibi, Deus, Deus tuus ego sum. Quomodo Deus tuus ego sum*, inquit Augustinus, hîc. *quia ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: etenim Deus tuus, ei propriè dicitur, quem familiarius habet Deus, tanquam in mancipio suo, tanquam in peculio suo.* Ob hoc ergo Deus Abraham, Isaac, & Iacob, quia ac si mancipia essent, sic eos castigationibus probauit, tribulationibus expetiuit, hinc factus peculiaris eorum Deus secundùm Augustinum, quia ab illo familiarius tanquam mancipia probata: probauit ergo, & probando fecit eos dignos se, non alterius rei. *Precium quæris à Deo*, inquit idem Sanctus vbi suprà, *vt aliquid tibi det Deus, vt quod tibi dederit, tuum sit, ecce ipse Deus, qui dabit, tuus est; dona quærebas, ipsum donatorem habes.* Mira tribulationis dignatio!

Ps. 49. 7. August.

16. Tribulationis preciū Deus.

Certè Dominus per Zachariam Prophetam cap. 13. num. 8. tunc dixit tertiam illam partem futuram populum suum, & hanc vocaturam eum *Deum meum*, quando probata hæc se vidisset per tentationis ignem, ac tribulationis: *Et erit*, inquit, *in omni terra, dicit Dominus, partes duæ in ea dispergentur, & deficient*, quia reprobi scilicet erunt: *Et tertia pars relinquetur in ea*, electorum scilicet. At quid faciet his, aut quomodo isti peruenient ad Dei sui possessionem? *Ducam*, inquit, *tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum.* Post quas tentationes quid sequetur? *Inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, dicam, populus meus, & ipse dicet, Dominus Deus meus.* Quid clarius? tentatus fuit, probatus fuit, Deum suum illicò effecit: dignum Deo statim se inuenit populus ille. Mira certè tentationis dignatio, admirabilis eius fructus, dum dignos nos, non rerum terrenarum, non gloriæ huius mundi, non possessionis auri & argenti, sed ipsius constituit Dei, cæli, terræque Domini. Iustè ergo, cùm hoc ita sit, dicit noster Sapiens, *Quoniam tentauit eos, & inuenit dignos se.*

Zachar. 13. 8.

Num. 6. *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & tanquam holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.*

A

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

RAtionem reddit Sapiens hîc, cur tribulatio hominem constituat Deo dignum, quia nempè ad modum auri in fornace reducitur purus, & absque scoria, & sicut holocaustum postmodum igne tribulationis consumptus, totus Deo offertur, & sic dicit

Tanquam aurum in fornace &c. Trita, & nota comparatio in Scripturis, probatio scilicet auri & argenti ad probationem virtutis solidæ, & iusti, qui verè sit iustus: vide apud Eccl. cap. 2. n. 5. & Iob. 23. n. 10. & Prou. 17. n. 3. & c. 21. n. 21. Ps. 65. n. 10. Esai. 98. n. 10. Zach. 13. n. 9. Vis autem comparationis in eo sita est, nam sicut aurum ab igne non læditur, sic neque iustus ab igne tribulationis: non sic autem iniustus, & impius, qui deficiens in tribulatione non inuenitur probatus, & sic Deo dignus non reperitur. Secundò sicut ignis ab auro separat scoriam, quæ prius dum erat in auro, non distinguebatur; sic tribulationis ignis separat, diuiditque iustum ab impio, & facit hunc dignoscere: impius autem scoria in Scriptura dicitur, Psalm. 118. *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ*, Hebraicè, *scorias cessare fecisti omnes impios terræ.* Hieronymus, & Symmachus, teste Theodoreto, *quasi scoriam computasti omnes impios terræ.* Ipse Theodoret. *pro nihilo reputasti.* Impij autem, & scoria sunt, & nihil, ac proinde in igne tribulationis, & tentationis deficiunt; iusti autem minimè, sed hoc non ex se, sed Christi gratia, qui est ille lapis stamneus, quem vidit Zachar. 4. num. 10. in manu Zorobabelis, qui, vt inquit Hieron. ib. iustis in igne tribulationis se immiscet ne exurantur in illo, sed purgentur.

Eccl. 2. 5. Iob. 23. 10. Prou. 17. 3. 27. 21. Ps. 65. 10. Is. 98. 10. Zach. 13. 9.

B

1. Iustus cur ad auri similitudinē dicatur in Scripturis probari.

2. Malus scoria in Scriptura dicitur.

Ps. 118. Hieron. Symmac. Theodor.

3. Christus lapis stamneus & cur. Zach 4. 10.

C

Et tanquam holocausti hostiam, Græcè, *tanquam holocaustum hostiæ.* Cyprianus lib. de exhortat. Martyr. & Lucifer pro Athanasio legunt *Holocausta hostiæ.* in idem recidunt, holocaustum enim, & holocarpum, sacrificiorum perfectissima erant. Holocaustum, quod cremabatur totum igne, cupiditate humana nihil inde sibi reseruante præter pellem, quæ cedebat in Sacerdotis vsum, vt Philo loquitur de victimis, cætera verò in honorem solius Dei cedebant, qui sic à nobis amari debet, etiamsi nihil ab eo expectaremus gratiæ, & meriti, seu gloriæ, sed propter seipsum tantùm. Holocarpum autem etiam erat perfectissimum sacrificium, sed, vt Hieronym. in cap. 57. Esai. & August. quæst. 53. in lib. Iudicum adnotaot, inter holocarpoma, & holocaustoma, licet vtrumque perfectā sacrificij oblationem significarent, discrimen tamen erat, nam holocarpoma oblatio erat, qua frugum manipulus integer offerebatur, holocaustoma qua pecudes, aut bestiæ igne consumebantur, & comburebantur. Qui verò sint, qui perfectùm sacrificium Deo offerunt, vide Gregor. homil. 21. in Ezech. Augustinum. 10. de Ciuit. capite sexto, & Diuum Thom. 2. 2. qu. 83. artic. 3. ad 7.

Hieron. Cyprian. Lucifer.

4. Holocaustum, & holocarpum perfectissima sacrificia, & in quo differebant.

Philo.

5. Deus quomodo a nobis amandus.

D

Hieron. August.

Greg. August. S. Thom.

Et in tempore erit respectus illorum &c. Respectus, id est visitatio illorum. Cyprianus epist. 81. & in lib. de exhort. Martyr. & lib. 3. testim. ad Quirinum cap. 11. cum Vulgata legit, sed Græci Codices coniungunt hanc sententiam cum sequenti, vnde sic legunt. *Et in*

Cyprian.

tempore respectus, seu visitationis suæ, splendescent. Cum Græca lectione legunt Complutensis, Regius. & Vaticanus. Coocordat hanc lectionem Castro cum Vulgato, solùm addendo relatiuum, *quo*, & sic inquit, quòd potest legi, *Et in tempore, quo erit respectus eorum, fulgebunt iusti.* Vtroque modo legatur, semper pulchrum facit sensum; nam si cum Vulgato legimus, sensus erit, accipiendo tempus pro tribulationis tempore, & in tempore, id est non totaliter, in illo sinet electos suos Deus, sed in tempore tribulationis respiciet, & visitabit illos, ita vt fulgorem ex illa accipiendo fulgeant, & splendescant magis. Si autem cum Græcis legamus accipiendo tempus pro die iudicij, qui dicitur *visitationis dies*, secundùm Petrum ep. 1. cap. 2. num. 12. sensus erit, quòd in die iudicij, seu visitationis, & respectus, fulgebunt iusti sicut Sol, iuxta illud Domini nostri. Matth. 13. 43. *Fulgebunt iusti sicut Sol, in regno Patris eorum.*

Castro. — *1. Petr. c. 2. 12.* — *Matth. 13. 43.*

HOMILIA LII.

Tribulatio, patientiaque iustum ab impio, virtutemque veram à falsa discernit.

1. Omnes in hac vita siue iusti, siue iniusti tribulantur, & cur. *August.*

TAnquam aurum in fornace probauit eos &c. Enimuero in hac sine tribulatione degere vita prorsus impossibile, siue iustus quis sit, siue iniustus, siue Sanctus, siue peccator, parùm, minusvè omnes tribulamur dum in hac vita sumus; cuius ratio, quia non solùm mala illius dolorem afferunt; sed etiam prospera. *Prospera mundi*, inquit Augustinus ep. 36. *asperitatem habent veram, iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem.* Vbi notandum Augustinum dicta non generaliter de vita humana, sed de prosperitatibus huius asserere vitæ, quibus fruuntur mali. Prospera ergo mundi asperitatem habent, dolorem, laborem, plenaque sunt miseriarum, & cùm in manibus hæc peccatorum sint; consequenter peccatorum vita, molestiarum, laborum, tribulationumque plena existit, etiam quando prosperantur. Quid ergo fiet, quando postea variis tribulationom cruciantur generibus, variisque doloribus? tribulentur ergo peccatores; tribulantur etiam iusti; immo tota horum vita in tribulationibus posita est. Vnde ergo dignoscitur iustus à peccatore? in modo sufferendi tribulationem, in tolerantia, in patientia: hæc est, quæ discernit, hæc est, quæ aurum separat à scoria: *Doctrina viri per patientiam noscitur*, inquit Salomon, Pro. 19. 11. *& gloria eius est iniqua prætergredi.* Aptè equidem, multi videntur iusti, quia multa de iustitia disputant, multi videntur virtutis homines, quia de virtute sæpè benè loquuntur; sunt peccatores, sunt mali, qui boni apparent, quia moraliter ad bonum inclinati sunt; persequuntur vitia, mala è republica tollere nituntur, neque ipsi ea patrare volunt, sed sine, vt tangat eos tribulatio, & statim videbis, quòd scoria, & non verum erant aurum; vnde & cum occasione mutantur. Pulchrè Hieronym. lib. 3. in ep. ad Ephes. cap. 8. in exposit. cap. 5. super illa verba. *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, tenete sapientiam*, inquit: *Per quam possitis, non cum varietate temporum commutari; sed diuersitatem temporum vnum tempus efficere, vnum tenere cursum, & hoc scitote seruandum, vt non in morem stulti, quasi Luna mutemini, sed quod semel cœpistis, firma mente teneatis, ne videlicet si persecutorem iudicem videritis, & vos cum iudicis voluntate mutemini, sed quod estis omni tempore seruare.* Mutantur siquidem cum iudicis voluntate illi, qui antè sic firmi stabant, cur? quia scoria erant, non verum aurum, cur? *Quia doctrina viri per patientiam noscitur.* Doctrinam accipe moralem, practicam, non speculariuam. Alij disputant contra diuitias, contra luxus, contra inanem gloriam, vanosque sumptus, & alta loca spernere se dicunt: speculatiuè quidem, non practicè, quandiu occasio acquirendi ea, de quibus murmurant, aut possibilitas faciendi ea, quæ nunc dicunt abhorrere eis non venit: accedat specularitiua hæc doctrina ad practicam, & perspicies, quòd tunc quando occasio eis aduenit operandi malum, operantur, & tunc doctrina eorum dignoscetur, & probabiliter an aurum sit, an scoria; an verus Dei filius quis, an falsus, nam non equidem vox sufficit bona, nisi eadem vox, idemque effectus in tribulatione remaneat.

2. Iustus per patientiam dignoscitur ab iniusto. *Prou. 19. 11.*

3. Omni tempore vnus. *Hieron.*

4. Homines quando dignosci possunt an verè sentiant quod dicunt.

Iacob. Genes. 27. num. 21. non mutauit vocem, postquam probauit eum pater, ac antequam eum probaret, sed eadem semper extitit, & nec prius, vt filius, reputatus, quàm tentaret eum pater suus, probaretque, & licet manus eius pilosa reperiretur, tamen, quia vox, Iacob benedixit illi. Quid enim per hoc docere nos vult Scriptura, nisi tunc nos accepturus Deus, & existimaturus vt filios, licet manus habeamus pilosas, hoc est peccatrices, si afflictionibus nos probans, ac tentans, vox nostra erit vox Iacob, id est lenis, & suauis in tribulationibus, patienter eas ferentes, patienter illas tolerantes, non diuersam habentes vocem post tribulationes ab illa, quam ante tenebamus, nec diuersa opera, nec diuersa facta, sed immobiles persistentes, firmos nos reperiat in eius amore, & seruitio, tunc certè nos accipiet, tunc vt filios nos benedicet, & non antè, quia tunc probatos nos iouenit per patientiam, & dignos sui nos æstimabit. *Non per luctum tantum*, aiebat Sanctus Ioannes Raithu, in Scholia Sancti Ioan. Climac. apud Bibliothecam Patrum tom. 5. *sed per patientiam tribulationum, & tentationum probatur seruus Dei, & per veram mortificationem omnium sensuum corporis, & anima mundatur ab inquinamento vitiorum, & per contemplationem & susceptionem altarum Dei illuminationum perfectus efficitur.* In qua sententia adnotandum valdè, perfectionem Sanctum contemplationi, profectum mortificationi, probationem autem non luctui, hoc est pœnitentiæ & tribulationibus, sed patientiæ dedisse, sine qua non equidem multùm in illis fidendum: nam tribulari non est multum, sed patienter, ac æquanimiter tribulationem ferre, hoc multum, & perfectorum, probatorumque est hominum.

5. Verus Dei filius quis sit in quo dignoscitur. *Gen. 27. 21.*

6. Iacob etsi pilosas haberet manus, cur vt filius benedictus à patre.

Ioannes Raithu.

7. Dei seruus vt perfectus euadit.

8. Patientiæ proprium probatio perfectionis.

Iosephum Sanctissimum Deus suprà cæteros elegit fratres, illum eorum principem constituit, cur putandum? nisi quia etiam vti princeps in patientia, ac sufferentia eos antecedebat: boni illi erant, at non probati, boni, sed im-

patientes, vix tribulatio eos tetigit, ac defecerunt, vix in furore tacti, & infinitum humanum profuderunt sanguinem, vix inuidiæ subripuit liuor, & occisionem conceperunt: at Sanctus Ioseph semper immobilis, semper fortis in probatione, semperque in vtriusque fortunæ casibus vnus; quid ergo mirum, si suprà omnes electus, si suprà omnes in patientia se euexerat. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Genes. 37. num. 7. Princeps hic fratrum constituitur, cuius electio non aliunde, nisi ex patientia. *Oderunt eum*, dixerat Scriptura suprà, *nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Quos patienter sustinens, in Principem se vidit eorum, à Deo supra eos electus, quia suprà eos patiens semper vniformis. *Ioseph*, inquit Hieronym. vbi suprà, *vnum habebat propositum, placere Deo, hoc nulla varietate temporum immutatum est, nec fratrum inuidia, nec conditione seruitutis, nec ætatis illecebris, nec Domini repromissis, nec squallore carceris, nec postea tumore Ægyptiæ potestatis, sed semper vnus fuit.* Vnde non immeritò, si idem semper manens, tanquam lapis probatus à Deo electus, & inter carissimos habitus. Tolle hàc probationem à Ioseph, tolle vniformem hanc patientiam, quid erit? nihil, nec eum præ cæteros diligeret Deus fratres, sed quia patientissimus, & in omni vnus fortuna, ideo illum extollens, principem omnium eum constituit, & tanquam aurum in fornace tribulationis probatum elegit, elegit inquam, tanquam fortem, strenuumque præ cæteris virum, qui patientia sua non solùm pro se, sed etiam & pro suis fortitudinem, strenuitatemque accepit. Hoc considerauit idem Hieronym. in quæst. Hebraicis, dum explicans verba illa Prophetiæ Sancti Iacobi, de eodem Iosepho filio, scilicet, *iurgati sunt, inuiderunt que illi habentes iacula*, ponderauit, quod dum patiens fuit Ioseph, Deo arma remittens sua, non solùm pro se, sed pro suis fortitudinem emeruit: *Verum tu*, inquit, *arcum suum, & arma pugnandi posuisti in Deo, qui fortis est propugnator, vt ex tuo semine tribus nascatur Ephraim, fortis, & stabilis, & instar lapidis durioris inuicta.* Hinc vt talis probatus, fortisque inuentus, à Deo præ cæteris electus.

9. Iosephus cur supra omnes euectus fratres.

Gen. 37. 7.

Hieron.

10. Fortis, & inuincibilis factus ex patientia.

Quis, quæso, dici potest vir fortis, nisi vir patiens, & quomodo talis dignosci potest fortitudo, nisi quod igne sit probatus tribulationis, qui enim patienter sustinet, ille equidem vir dicetur fortis: sic Chrysostomus in 2. ad Corinth. homil. 70. *Neque enim*, inquit, *si firmum, ac robustum corpus habeamus, fortes proinde sumus: is enim hac virtute præditus est, iaceat licet in lecto, qui ad mala sufferenda internis viribus pollet, quibus demptis, etiam si tanto robore corporis quisquam præditus sit, vt vel montem auellere queat, tamen illum puella, seu misera anu infirmiorem, inualentioremque esse dixeris.* Pulcbrè, infirmissimi sunt, impatientes, infirmissimi, qui adhuc non sunt tribulati, firmissimique, qui igne tribulationis probati fortes in illa permanserunt; vnde meritò tanquam milites Deo digni ab eo eliguntur, & à cæteris separantur. Sic electurus Deus milites, qui vincerent, illos fortes probauit, qui patientes, ac tolerantes. *Loquere ad populum*, inquit Gedeoni, *& cunctis audientibus prædica.* Iudith. 7. num. 3. quid prædicabit? *Qui formidolosus est, & timidus reuertatur.* Et, ô res mirabilis! ex triginta duobus, reuersi viginti sunt duo millia, omnes ad bellum ibant; omnes extabant armati, omnes milites, sed intus in corde formidolosi, & timidi, quid est formidolosum esse? quid timidum? vide Glossam hîc, *Formidolosus est*, inquit, *qui antequam videt malum, sola cogitatione futuri terretur, timidus, qui primo aspectu ad congressum trepidat.* Quis eos agnouit, nisi Dominus? non alio medio, nisi occasionem præbens eis reuertendi, si vellent; vix vox redeundi in auribus personuit eorum, ac reuersi sunt: diceres ne tu tales milites ad bella apti? minimè quidem, meritò ergo reprobati: sic multoties castra videbis hominum, Deum sequentium, & qui vitam profitentur spiritualem, in castris stare: at non ex corde, sed docti, seu vt melius dicam, à variis humanis coacti rationibus, & respectibus, siue honoris, siue propriæ æstimationis. Cuius signum, quod non sic citò occasio se eis offert, ac recedunt, & ad tabernacula, vnde prius recesserunt, redeunt, ad voluptates scilicet, laxioremque vitam: non equidem aliunde, nisi quia etsi milites, tamen non veri milites, non probati, recesserunt ergo viginti duo millia, remanserunt solùm decem, quid ergo Dominus Gedeoni? *adhuc*, inquit, *populus multus tecum est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos.* Remanserunt fortes, & qui non erant formidolosi, ad minus sic apparebat, fortes etiam iudicabat eos Gedeon, quia stabant, at non erant: nam in conflictu defecissent, hoc equidem scire non poterat Gedeon, quid ergo? ad aquas mandatur ei, vt ducat populum, vt ibi eos probet, secernatque Deus: qui genua non flexit, eligitur vt fortis, qui flexit, reiicitur: pauci ex toto illo numero remanserunt probati. Sic ad aquas omnes venimus, omnes per verum, sanctumque Gedeonem ad sacrum peruenimus baptismum, sed non omnes eligimur, qui enim genua non flectunt, qui tentationibus scilicet & tribulationibus non cedunt, hi sunt electi, quia, vt inquit Glossa: *Qui descendunt ad aquam, id est ad baptismi gratiam non debent procidere in terram, neque flectere genua, & cedere tentationibus*, adeo & tribulationibus futuris, *sed stare constanter, & remissas manus, & dissoluta genua erigere, & gressus rectos facere pedibus suis:* nam hi fortes, strenuique sunt viri. *Melior est patiens*, inquit Salom. Prou. 16. 32. *viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Quem locum elucidans Gregor. hom. 35. in Euangelia tom. 5. sic ait: *Minor est victoria vrbes expugnare, quia extra se sunt, quæ vincuntur; maius est autem quod per patientiam vincitur, quia ipse à se animus superatur, & seipsum sibimetipsi subiicit, & patientia humilitate substernit.* Hinc fortissimus dicitur inclitus Dauid, non tantum bellando, quantum sustinendo, vt ide licet à pessimo malediceretur Semei, patienter sustulit, non quia impotens ad se vlciscendum, vt inquit Chrysostom. homil. de fide Annæ, sed vt patientiæ documentis probatus: sciens tentationum tempus examen esse probationis, Deum mitigaret, dignusque vir reperiretur. Cui accinens Ambrosius Apologet. 1. pro Dauid cap. 6. *Docuit*, inquit, *iniuriarum, & periculorum tempora, tentationum certamina, examina probationum esse, & ideo non sine diuino ea irrogari*

11. Patiens vir est fortis. Chrysost.

Iudith. 7. 3.

12. Homines formidolosi & timidi qui dicantur.

13. Qui militibus Gedeonis similes.

14. Qui veri Dei serui dicantur, & ad bella apti. Glossa.

Prou. 16. 32.

Greg.

15. Cur vir patiens melior est quã vir fortis.

Chrysost.

16. Dauid cur patienter sustulit Semeum.

Ambros.

solet adiuterio ; vnde Abisai validè reprabendent, Quid mihi , & vobis filij Saruia, dimittite eum, vt maledicat 2. Reg. 16. num. 7. *Causam aperuit sustinentia dicens , si fortè respiciat Dominus afflictionem meam , & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Ob hoc equidem victor contra filium, quia prius de se ipso , per patientiam palmam reportauit victoriæ : nam, vt inquit Olympiodor. in comm. in Iob. *Non enim victoria est non pati , sed patiendo inuicto stare animo.* Qui fortiter , inuincibiliterque contra tentamina stans , immobilis, non confractus , neque debilis , aqua , & igne probatus tribulationis, à Deo eligetur , & à cæteris separabitur, tanquam selectum ab scoria aurum ; at qui genua flectit, qui tentationibus succumbit , qui retrò respicit, hic à castris reiieitur Dei ; virtusque eius , vt falsa contemnitur , quia ad aquam non stetit tribulationis , quia tanquam non verum aurum,dum ab igne probatus tribulationis euanuit ; cùm iusti è eootrà elucescant magis , dum Deus, vt inquit noster Sapiens, igne tribulationis, *tanquam aurum in fornace eos probat* &c.

17. Cur vicit filium.

Olymp. 18. Christiani viri victoria in quo stat.

HOMILIA LIII.

Peccatores , licet magni in mundo, apud Deum tamen scoria , non æstimandi.

PRobat Deus iustos in fornace tribulationis , vt experiatur an verè aurum sint , an scoria, vt discernat eos à peccatoribus, qui scoria, vti in expositione litteræ diximus.

Sed quid, si magni sint Principes? si Reges? si Imperatores? eruntne scoria? erunt ; & vt à Deo reprobati paruipendi , ac pro nihilo , licet magni sint, reputandi : quoad interiorem tamen intellige æstimationem , cùm prorsus, etsi præclari, tamen, vt sic dicam, non veri homines, sed phantastici. *Finem loquendi omnes pariter audiamus*, inquit Salom. Eccles. cap. vlt. num. 13. quid audiendum? *Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo.* Mirum, cùm definitio hominis aliter ab aliis , & secundùm rectam Philosophiam tradatur ; Homo enim animal definitur rationale ; vnde ergo omnis homo? qui Deum timet, mandataque eius obseruat? rectè quidem : nam licet, qui mandata non seruat, & peccator sit , videatur exteriùs homo, tamen homo non est, quia perfectus non est, neque secundùm rationem viuit, cùm ille perfectus homo dicatur, qui iustus, & qui per sanctitatem, rectaque opera, Dei in se similitudinem exprimit. Hoc egregiè considerauit Hieronym. in cap. 28. Ezechielis exponens illa verba : *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis Paradisi Dei fuisti.* Ponderauit enim Sanctissimus Pater talia euenisse bona primo Angelo, ex quibus postea perfectus, nō equidem aliunde, nisi ex signaculo Dei similitudinis. *Vbi enim*, inquit, *similitudo Dei est, ibi & plenitudo sapientia, & perfectus decor, siue quasi diuersis floribus ornata , & composita corona virtutum.* Hinc Chrysostomus egregiè ponderat dictum illud , *Vir erat in terra Hus, nomine Iob*: quomodo, inquir, num-

1. Principes etsi magni homines phantastici. *Eccl. vlt. num. 13.*

2. Homo perfectus & verus homo qui dicatur. *Hieron.*

3. Primus Angelus perfectionem vnde haurisbat. *Chrysost.*

A quid solus homo Iob in illa? solus, respondet, quia solus iustus, *Ob id*, inquit, *non solùm dicitur, vir erat in terra Hus, sed hic erat simplex , & rectus, & recedens à malo , & permanens in innocentia sua.* Hinc rectè dictum, timentem Deum, mandataque eius obseruantem, totum esse hominem, hoc est perfectum, verum habentem intellectum. Ob hoc Dauid Sanctissimus intellectum à Deo exposcens, non quemlibet, sed iuxta Dei eum requirebat mandatum, sciens non esse intellectum, qui Dei non obsequebatur præcept. Psalm. 118. num. 169. *Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Vbi Ambros. non *intellectum generaliter dicit, sed intellectum secundùm verbum Dei.* Nam aliàs B intellectus verbo repugnans Dei, videtur intellectus, cùm non sit, eo quòd vera eareat intelligentia.

4. Iob cur solus in terra Hus.

Ps. 118. n. 169.

5. Intellectus verbo Dei repugnans, non est verus.

Hoc notandum in illo Iob cap. 28. num. 12. dum petens , *Quis est locus intelligentia?* respondet; *Nescit homo pretium eius , neque inuenitur in terra suauiter viuentium.* Non equidem recta videtur responsio, neque ad petita , quod illi postulatum , vbi esset locus intelligentiæ ; non autem quis eam sciret, aut vbi inueniretur : at optimè respondit : nam cùm multi ignorantes rei veritatem putabant in intellectu repositam esse intelligentiam humanam , etsi vt irrationalis viueret, voluit responsione hanc confutare ignorantiam, asserendo non eam inueniri in terra suauiter viuentium , qui licet viuentes , ratione apparente præditi, carent tamen intelligentia, quia, vt inquit Augustinus, *Omnis peccans ignorans est , & tanquam in nocte peccat.* Vnde sicut non omne quod homo apparet, homo est, sic non omne locus est intelligentiæ capax ; vnde etsi peccatores pru C dentes, sapientesque videantur , carent tamen intelligentia, proindeque stulti prorsus, non rationales, ac consequenter non veri homines, sed ficti , ac phantastici , à quibus , tanquam ab impiis longè Deus abest : *Longè est Dominus ab impiis* , inquit Salom. Prou. 15. num. 29. *& orationes iustorum exaudiet.* Longè siquidem ab illis, quia indignatur eum vilissimis permanere, & conuersari: nam sicut sapientiæ, Deique conuersatio cum humillimis est, quia tales magni in conspectu eius existunt; sic longè à superbis abest, quia tales vilissimi in eius oculis; vnde euenit, vt nè audiat eos, tàm longè ab illis abest : *Alios quidem*, inquit Bernard. *non audit, quia surdus est, alios quia distat ; pari ratione Deus erga quosdam pœnitus obsurdescit , hi sunt auari, alios non exaudit ob distantiam, hi sunt superbi* , à quibus elongatur , tanquam ab hominibus mortuis: nam vt inquir idem Bern serm. 1. de D Apost. *Non viuit homo, qui superbia inflatur , qui luxuria sordidatur , qui cateris inficitur pestibus, quoniam non est viuere, sed vitam confundere:* vnde Augustinus: *Deus amissus mors est anima , anima amissa mors est corporis* : ae proinde, vt ab hominibus elongatur fœtidis : nam homines in peccatis assueti, non solùm homines sunt mortui, sed fœtidi, vt idem inquir August. tractatu 44. de Verbis Domini: *Talis consuetudine maligna pressi, tanquam sepulti sunt , vt de illis dicatur , quod de Lazaro dictum est : iam fœtet.* Vnde Deus iure à talibus distat, licet magni, quia vilissimi in conspectu eius , quòd cùm sit, ideo qui seruus est Dei, vilissimos eos reputat, nulliusque prorsus æstimationis digni.

Iob. 28. 12

6. Intellectus intelligens qui dicatur.

7. Homo casens intelligentia qui dicatur. *August.*

Prou. 15. 29.

8. Deus non audit peccatores impios, & superbos & cur. *Bern.*

9. Suidus est ad auaros.

10. Homo peccator non viuit & cur. *August.*

11. Est fœtidus licet magnus & aliàs. *Idem.*

Sic Sanctus Mardochæus, vt etiam alibi diximus, ex hoc certè Dei seruus à cæteris selectus, quia cæteris suscipientibus, ipse peccatorem non suscepit, nec superbissimum æstimauit Aman, *Cui solus ipse non flectebat genua, neque adorabat.* Esther 3. num. 3. licet Imperator omnibus iussetat vt Aman adorarent. Vbi non sine mysterio Scriptura posuit diuina particulam illam (solus), quia per illam id denotatur, quod dicimus, seruum nempe Dei, seu, vt Interlin. *Prædicatores Euangelij.* solùm mundi non æstimare magnates, quando peccatores, cæteris verò eos adorantibus. *Cunctique serui Regis, qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman, solus Mardochæus non flectebat genua.*

Esth. 3. 3.

12\. Prædicator Euangelij magnates æstimare non debet.

In quibus verbis notandum primum illud *cuncti*; neminem enim excipit, nisi vnum solùm, ad denotandum quàm pauci sint, qui peccatores non suscipiant in mundo magnos: vix enim inter tot vnus reperitur. Secundò notandum quod isti cuncti serui erant Regis: iurarem ego tales non aliter facere, quam quòd suus ei iussetat Dominus; nam cùm non serui Dei, illos necesse est vt suscipiant, quos suscipit, & Dominus æstimat illorum: at non sic qui Dei sunt serui, nam illos tantùm honorant, & in precio habent, quos Deus honorat, cùm vt egregiè inquit Basil. homil. 3. in Matth. tom. 1. *Eiusdem namque benè constituta mentis fuerit & agentem iniqua, quamuis elatum, ac potentem nihili pendere, & timentem Dominum glorificare, quamuis tenuem, ac pauperis, & despicabilis vitæ, nec quidquam externorum possidentem, quæ nos inuitent ad illius commendationem.* Tertio notandum illos Amanum honorasse, qui in foribus versabantur palatij; horum certè est tales honorare, qui verò extra palatium, non sic illum honorabant. Per quod grauiter nobis Scriptura confusionem quandam insinuát, maximè seruorum Dei, qui licet in palatio non sint, tamen ita tales suscipiunt, ac si in palatio essent. O confusio talium, qui cùm in foribus non terreni, sed supremi sint Regis; in claustris scilicet, ac Religionibus, tamen non vti excelsi Regis serui, sed terreni cuiusdam, & ad modum eorum, qui præ foribus eius morantur, suscipiunt tales, eosque adorant, licet peccatores; hi equidem (si verum dicendum) non virili præditi sunt animo, neque ad summum iustitiæ peruenerunt habitum, sed in infimo constituti sunt gradu virtutis. Nam vt grauiter idem dixit Basilius vbi suprà, exponens illa verba Psalmi, *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat. Qui virili præditus est fortitudine, & ad summum iam peruaserit iustitiæ habitum, suum ius, vt cuique pro dignitate dispertitur, ac distribuit, & malignè agentes nouit ad nihilum deducere, quantolibet magistratu illi polleant, quantislibet referti opibus se venditent, sint licet generis claritudine conspicui, ac illustres, ac quilibet sui nominis splendorem sustollant, ac celebrent: tantùm si in his deprahendatur illa vitæ malignitas, hos ad nihilum deducit, hoc est nè tantilli quidam æstimat, quod excelsi prorsus est, ac præstantis animi.* Et merito equidem, cùm tales præter externam illam apparentiam, fauoremque humanum nihil prorsus sint; indigni equidem vt ab homine suscipiantur Christiano & quòd à seruo laudentur Dei.

13\. Verus Dei seruus ea quo hominem æstimat.

Basil.

14\. Dei seruorum confusio peccatores æstimãtium expẽditur.

Idem.

Mirum equidem videri debet, cur omnia, quæ à principio fecit Deus, etiamsi animalia essent, statim ea laudans vt bona approbauerit: & tamen hominem constituens supra cætera perfectissimum, propemodùm nil de eo bonum, nil perfectum pronuntiauerit: an quia, vt inquit Ambrosius lib. de institution. Virgin. cap. 3. huic respondens dubitationi. *Bestiis nil plus reperies, quàm quod videtur in homine, nihil est inferius, quàm quod videtur, qui cùm & animo constet, & corpore, hoc vtique in eo seruit, quod videtur, illud autem regit, quod non videtur, merito ergo alia in exordio laudantur, istius laudatio reseruatur: quid enim tàm altum, & tam profundum quàm mens hominis? ideo ergo homo non laudatur, quia non in forensi pelle, sed in interiori homine.* Quasi diceret Ambrosius, cætera laudauit Deus, quia placuit in illis laudare id, quod habebant; quod non erat aliud, nisi hoc extrinsecum: at hominem non laudauit, quia nihil Deus de illius extrinseca curauit pulchritudine, sed tantùm de intrinseca, quæ cùm non videretur, ideo tanquam inutilem de extrinseco laudationem prætermisit, ad informandum scilicet hominem, vt nullomodo hæc exteriora æstimet, & laudet, sed tantùm interiora, quæ in homine sunt: at non sic hodie exteriora æstimamus, interiora paruipendimus, magnates magnificamus, pauperes despicimus.

15\. Peccatores etsi magni indigni vt ab homine suscipiantur Christiano.

Ambros.

16\. Deus hominem creans cur de eo sicut de cæteris non dixerit esse bonũ.

Superbissima Michol 2. Reg. 6. num. 20. Dauid videns ante arcam nudatum, ludentem, saltantemque, in corde despexit eum suo: vnde superbè ei exprobrans dixit: *Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris.* Misera, nulliusque spiritus eum despiciebat, quem tunc maxime suscipere debebat, despiciebat, quia sine vestibus, quia nudus corpore, licet virtute præditus, deuotione vestitus. Ne mireris, quia peccatrix, filiaque peccatoris, cuius proprium vestes suspicere, virtutes despicere, Deique seruos, quia abiecti apparent, non magni facere, sed peccatores tantum, cuius contrarium Dei amatores. Ob hoc Gregor. lib. Mora. cap. 17. qui verus Altissimi obsecutor, sic hunc Dauidis æstimat factum, vt pluris eum, quàm bellicas faciat actiones: *Quid de eius factis ab aliis sentiatur, ignoro, ait, ego Dauid plus saltantem stupeo, quam pugnantem*: cuius rationem addens subiungit, *Pugnando quippe hostes subdidit, saltando autem coram Domino semetipsum vicit, humiliando quippè se, ac denudando.* Ob quod non solùm vilior, sed gloriosior inde apparuit, vt ipsemet insultanti respondit vxori: *Ludam, & vilior fiam, plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locutus es, gloriosior apparebo.* Quòd nec mirum: nam si rectè res expendatur, ea est differentia inter pauperem iustum, diuitemque superbum, quæ inter stellam, minutumque granum arenæ. Gen. 22. num. 17. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam maris,* Abrahamo dixit Omnipotens, per cæli stellas iustos, per arenam maris peccatores intelligunt Lyra, & Interlin. Vide ergo, quanta sit inter iustum differentia, & peccatorem,

2. Reg. 6. nu. 20.

17\. Michol quam insipientes despexit Dauid.

18\. Dauid plus inclitus ea saltatione coram arca quàm ex victoriis.

Greg.

19\. Inter iustũ pauperem, & peccatorem magnũ quanta sit differentia.

Gen. 22. 17.

Lyra.

Interlin.

vt vnus stella, alter arenæ sit granum &c. Attamen superba Michol humilem Dauid despicit, & iustus pauper abiicitur; superbus peccator suscipitur, & hoc non à peccatoribus. sed à Dei seruis: vnde non mirum, si hodie, proh dolor! tàm parum eos fructificare videmus, nullas lucrantes animas, nullum animarum reportantes fructum, Dei siquidem imprecatio, vt sic dicam, est, qui dum

20\. Dei serui cur hodie non multū animas lucrantur, nec fructū ferunt. *Bernard.*

eos tàm magnifacere prospicit peccatores, sterilitate spiritualium fructuum eos percutit, non secùs ac eadem Dauid mulctauit vxorem: *Igitur Michol filia Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.* opprobriosam eam Deus constituens in Israële, quæ nimis audax opprobriosè seruum accepit Dei, illum despiciens ludum, quem tantopere susceperat Deus. *Bonus ludus*, inquit Bernardus epist. 87. in fine, *quo Michol irascitur, & Deus delectatur, bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet.* Vnde misera, quia carnaliter sapiebat, vilis extitit, sterilisque, dum vilem Dei reputauit seruum. Sic equidem ad nostram hæc doctrinam scripta sunt, dum ad instar huius extrinseca æstimamus, intrinseca paruipendimus, qualis homo extrinsecus est, aspicimus, qualis intrinsecus, non curamus; carnales sumus, non spirituales. Quod erat

21\. Cur tantū peccatores magnifaciunt. *August.*

illud tantopere ab Augustino admiratum, serm. 12. de verbis Domini, qui cùm dixisset exteriora hæc fortunæ bona, quando in manu peccatoris sunt, de illo conqueri, & ad illum quodammodo conclamare, scilicet, *Sicut tu nos bona vis habere; sic & nos volumus habere bonum dominum, & tacita voce interpellant contra te Dominum tuum: Ecce tanta bona dedisti huic, & ipse malus est.* Cùm ergo hæc dixisset, exclamat tandem sic dicens: *Illudque mirum in hac re est quod bona videntur insurgere contra malum dominum, & iniquum possessorem, nos verò ipsi colimus vllum propter bona, quæ iniustè, & iniquè possidet.* Mirum equidem hoc est, & præcipuè in hoc tempore, in quo nil minus suscipitur, quàm animi virtus, nil magis quàm exterior hæc facies; vnde sit aliquis magnus coram oculis carnis, licet vilissimus in oculis mentis, eum extollimus, & honoramus, ne dicam adoramus, nil considerantes quàm vilissimus talis appareat, quamque oculis abiectus Altissimi.

22\. Mundi bona de peccatore conqueruntur & cur.

Non equidem sic illis primis adueniebat temporibus, quando adhuc recens erat Dei cognitio, nam ille tantùm æstimabatur, qui acceptus coram Deo, ille despiciebatur, qui despectus: quòd benè sciuit, ac pessimus ponderauit Cain, qui licet in terris esset magnus, vtpotè patris primogenitus, tamen vt se eiectum à Deo vidit, vilissimum ante omnium fore oculos illicò æsti-

23\. Cain cur timuit occidi. *Gen.4.14*

mauit, vnde sic Dominum interpellans ait: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra, omnis ergo qui inueniet me, occidet me.* Gen.4. num.14. Vnde hanc, quæso, iste elicit conclusionem: *Omnis* scilicet, *qui inuenerit me, occidet me?* Nonne ipse primogenitus? nonne pater omnium? nonne potens? nonne inter omnes primus? vnde ergo ti-

24\. Eiectus à Domino statim ex libero ser-

muit? ex illo, *Eiicis me.* Sciebat enim ex Dei eiectione principatum amisisse, & vti seruus ab omnibus æstimaturus, itaque, *quasi seruus*, in-

uus factus, & omnium infimus. *Ambros.* *Bern.*

quit Ambrosius lib. 2. epist. ep. 7. *signum accepit, nec sic tamen necem potuit euadere.* Et Bernard. serm. in cap. 19. Matth. *Occidendum sese causabatur infelix, tanquam pro magno beneficio habiturus si prohiberetur occidi.* Non sic hodie, peccatores honorantur; sancti spernuntur: cur? nisi quia oculos homines carneos habent, & illi coram carnis oculis magni, isti viles, illi potentes, isti impotentes.

Gen.42.

Sic equidem fratres Sanctissimi Ioseph, Gen. 42. quia carnales erant, illum despiciebant, dum inter ipsos, & quasi vnus ex ipsis versabatur: licet Sanctus esset, & iustus, non honorantes, nec eius æstimantes virtutes: at dum ipsum principem viderunt, totiusque Ægypti dominum, tunc eum æstimauerunt, honorauerunt, immo & adorarunt: non equidem aliunde, nisi ea, qua diximus, ratione, quia scilicet carnales tantùm, quæ videbantur, non vero interiora æstimabant, hominem secundùm exteriorem honorabant apparatum, non secundùm interiorem. Vnde bene Hieronym. ad Eustochium, sic ait: *Nihil verò nobis clarius potest ostendere, quanta cæcitate, & ignorantia, nostra hac tempestate homines laborent, quàm quòd venerantur externos hominis apparatus: cùm præclaras animi dotes nihil faciunt.* Cæcitatem hanc venerationem Hieronym. appellauit, & ignorantiam, nos autem non solùm cæcitatem, & ignorantiam, sed incantationem, dum homines velut à similibus incantati rebus tales adorant. Sic Chrysostom. homil. 10. in 1. ad Thessalon. huiusmodi honorem, qui talibus potentibus, & diuitiis præstatur abundantibus, incantationem dixit: *Incantatio quædam est*, inquit, *& præstigium, quod aurum, & argentum tantoperè nobis honoratur.* Quod equidem non aliunde, nisi ab illa radice euenit, quam Philo assignauit Iudæus, lib. de insomniis, dum asserit: *Indiciam esse animæ pauperis, & nullius magnanimitatis, has materiales mirari diuitias, & propriam illud, imperiti esse populi, quique solis præsentibus est intentus.* Quod verissimum, nam qui ingenui existunt animi, pro nihilo tales reputant Principes, ac omninò eos despiciunt, vtpote nullius apud Deum, immo nec apud homines precij cordatos.

25\. Ioseph despectus à fratribus dum inter illos & cur.

Hieron.

26\. Homines peccatores venerari ignorantia, est & cæcitas.

27\. Immo & incantatio. *Chrysost.*

Philo. 28. Peccatores æstimare animi est abiecti.

Non possum equidem non mirari quæ in hac re dixit Seneca, licet Gentilis, & nullius fidei, sicut nos, cognitione imbutus, ille enim lib. 10. epist. ep. 77. asserens illos tantùm esse magnos, qui virtute essent præditi, & non qui potentia, humanisque fauoribus, sic ait: *Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur, sed cui ad secandum subtilis est acies, regula, non quæ formosa, sed quæ recta sit, quæritur: ergo in homine nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum fœneret, à quàm multis salutetur, quàm pretioso incumbat lecto, sed bonus sit.* Nil aptius. Quod si Gentilis talia promit, quid Christianus deberet dicere? qui Deum, veramque nouit virtutem: si Ethnicus honoris homini exhibendi à virtute regulam sumpsit, cur Christianus à diuitiis, à potentia, à fastu? Surget certè in die iudicij Gentilis iste, & stolidos condemnabit Christianos, qui personam hominis æstimarunt, non ex quo est, sed ex eo quod

Senec. 29. Homo ex quo pensandus.

ei adiunctum, & quod ei accidentarium: virtus quippe in homine æstimanda, quam dum tollis, bonum etiam eius estimabile tollis, ac preciabile: vnde nil aliud, nisi quid impurum remanebit, & scoria, licet Princeps, licet magnus, quam scoriam diuidet Deus ab auro, scilicet à iusto, sicut docet noster Sapiens, *tanquam aurum, &c.*

Num. 7. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Sequitur Sapiens iustorum enarrare emolumenta, & gratias.

1. Corporum beatorum dotes, ex hoc libro etiã colligũtur. *Fulgebunt, &c.* Iam diximus ad præcedentem sententiam pertinere verbum, *fulgebunt*, & per fulgorem intelligi aut gloriam in iudicio, aut charitatem, etiam in hac vita ortam à tribulationibus.

Bon. Lyra. Carth. Olkot. Lorinus. In hac sententia Bonauen. Lyra, Carthus. dotem agnoscunt claritatis, & agilitatis, & Olkot addit subtilitatis, quatenus scintillæ non solum discurrunt, & subeunt, sed penetrant. Benè obseruat Lorinus qualitatem luminis in scripturis sæpè Beatis & iustis tribui, vt Isai. 30.26. Dan. 12.3. Math. 13.43.

2. Luminis qualitas beatis sæpe adaptatur in scripturis. quia cùm sit inter corporeas qualitates nobilissima, iustum est nobilissimis illis tribuere spiritibus.

Isa. 30.26. Dan. 12.3. Math. 13.43. *Et tanquam scintillæ in arundineto, &c.* alij, *in stipula*, in idem recidit: metaphora est, qua vtitur Sapiens ad sortem iustorum ab impiis discernendam, nam per arundinetum, seu stipulam, peccatores intelligit, per scintillas verò iustos, qui verbo, vitaque sua clara, & illustri, peruersos incendunt, & vrunt, & inter illos veluti lucidæ scintillæ emicant, & splendent. *Palea namque sunt homines dissoluti*, inquit Isidorus Pelusiota lib. 1. ep. ep. 65. *huc, illucque vento circumlati perturbationum suarum, & peccatorum.* Sic etiam Euthym. in Mathæ. c. 3. attamen, *iusti vtiles sunt*, inquit Basilius in teg. ex breuior. *vti palea tritico.*

3. Peccatores stipulæ, iusti scintillæ interconferuntur. *Pelusiota. Euthym. Basil.*

Hugo. Bonaun. Hugo, & Bonauent. proprietatem scintillarum iustis accommodant, scilicet subtilitatem, leuitatem, paruitatem, processionem de igne magno, magnam rerum aliarum inflammationem, sicut ad improbos arundineti qualitates, nam crescit in luto, vento cedit, inanis est, & sonora, ac apta igni, &c.

4. Iustus vt scintillas esse conuertit, sicut peccatoribus arundineta.

HOMILIA LIV.

Tribulationes splendescere faciunt sanctos.

FVlgebunt iusti inter impios, tum in die iudicij, vt superiori versu in expositione litteræ dicebamus, tum in hac vita, & hoc non alio, quàm tribulationum medio, quæ dum benè tolerantur, mirum quantam gloriam, quantumque splendorem sanctis adducant.

Enimvero non tantum miracula illustrem reddunt hominem, sanctumque aliquem, quantum pro Christo tribulationes, persecutionesque. Paulus siquidem claritatem Apostolatus sui non à prodigiis probauit, sed à tribulationibus pro Christo passis, & in hoc à pseudo-Apostolis se distinxit. Hoc adnotauit Chrysostomus serm. 3. in illis verbis: *Habentes scilicet eundem spiritum fidei*, vbi sic ait: *Volens Apostolus nobis persuadere quod multò præstantius sit pro Christo affligi, quàm prodigia facere, & probationem efferens, quòd germanus sit Apostolus, & præferendus aliis non Apostolis, sed pseudo-Apostolis, non à miraculis per se editis argumentatur, sed à continuis periculis, in quibus versabatur.* Quæ enumerans Chrysostomus, vti idem Apostolus 2. ad Corinth. 11. tandem addit: *Hi sunt veri Apostolatus characteres*, cuius rationem addit, *nam prodigia & aly sæpe fecerunt, nec eis fecisse profuit, sed post omnia illa audierunt, abiste, non noui vos, at nemo eorum, qui eadem, quæ Paulus commemorare potest, vocem illam vnquam est auditurus.* Optimè equidem, illustriorem reddunt tribulationes hominem, quàm prodigia, & miracula, quia pseudo-Apostoli miracula facere possunt, & ea peragere nõ est veri signum Apostolatus: at tribulationes dignè pro Christo perpeti hominem Apostolum reddunt verum, & supra cæteros tanquam illustriorem eleuant: immo si causam magni illius Domini nostri Iesu Christi nominis inquiramus, non miracula illius, sed cruce tormentaque inueniemus benè tolerata. Cõsule Apostolũ, & respondebit tibi, *Quòd factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen*, ad Philip. 2. n. 9. Non equidem propter miracula dixit, & portenta, sed propter Crucis mortem Christum sustulisse Deum ad illam infinitam, indicibilemque nominis sui claritatem. Hinc & sanctos sustollet suos propter ea, quæ per ipsum benè sustinent, & tolerant. Quod equidem nobis manifestè exempla ostendunt scripturæ, vix enim reperiemus præclarum aliquem effecisse Deum, quin hoc per medium non effecerit tribulationis, sustollere voluit, magnumque sanctum efficere Patriarcham Abrahamum, primum, quod ei indixit, tribulatio fuit, & labor; *Egredere*, &c. *& faciam te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum.* Genes. 12. 1. Magnum constituere decreuit Iacob, & supra Esau fratrem sustollere suum, quas tribulationes ei non immisit? & per eas magnus effectus, pater totius populi factus est Israelitici. Supra fratres etiam sustollere, præclarumque facere voluit Ioseph, vide quàm horribiles fuerunt huius sanctissimi tribulationes, & sic de cæteris magnis, præclarisque similiter reperies. Quod considerans sanctus Chrysostomus homil. 3. in ep. Pauli ad Rom. tom. 4. merito sic exclamat. *Paulus inclaruit ab ijs, qui ei incommodum moliebantur, insidiasque struebant, sic Iob à non paucis plagis illis, sic Hieremias à lacu cani, sic Noë à diluuio, sic Abel ab insidiis, sic Moyses à Iudæorum inuidentia, sic Elisæus; sic vnusquisque magnorum illorum virorum non à requie, non à deliciis, verùm ab afflictione, à tentationibus clari effecti sunt, & insignes coronas reportarunt.* Cur quæso hoc? nisi quia quos Deus eleuat, præclaros facit, sunt ipsius serui, famulique, sunt iusti & sancti, & horum caracteres, vt inqu

Margin notes (right column): 1. Tribulatio pro Christo lata plus splendescere facit sanctos quàm miracula. 2. Paulus ex quibus probauit suum Apostolatum. *Chryso.* *2. ad Cor. 11.* 3. Veri Apostolatus characteres, tribulationes pati. 4. Christus illustre accquisiuit nomen nõ ex prodigiis & miraculis, sed ex cruce. *Ad Phil. 2. 9.* 5. Deus nullũ in scripturis magnũ effecit, nisi per tribulationes. *Gen. 12. 1.* *Chrysost.*

Chrysostomus, tribulationes sunt, non prodigia, & miracula.

Origen.

6\. Sancti Adamantes ex tribulationibus clarũ accipiunt nomen de quo gloriantur.

Adamas, inquit Origenes homil. 3. in Hierem. *quanto plus cæsus fuerit, tanto plus eius virtutem splendescere scias.* Qui sunt isti adamantes in tribulationibus fortissimi, nisi sancti, seruique Dei, vt supra ex eodem diximus, qui cùm tribulationis probentur ictibus, & inter malleum incudemque sint, tunc magis eorum splendet virtus, clarioresque ipsi fiunt, ac veluti veri adamantes vsque ad admirationem, magnum, præclarumque accipiunt nomẽ, de quo etiam ipsi gloriantur, & ad amplius magis patiendum animantur.

Chrysost.

7\. Paulus gloriabatur de claritate nominis, quam per Christum accipiebat per tribulationes.

Eleganter hoc ponderat Diuus Chrysostomus de sanctissimo Paulo super illa verba 2. ad Corinth. cap. 2. scilicet, *Gratias autem Deo qui semper nos triumphat in Christo.* Vbi considerat, Paulum non solum ob spem futurorum gaudere bonorum, sed etiam ob claritatem, quam ex afflictionibus, persecutionibusque per Christum, etiam in hac accipiebat vita, *Itaque*, inquit Chrysostomus, *ne videretur hæc dicens comploratione vti*, *subdit dicens*, *non solum non dolemus in his afflictionibus*, *verùm etiam gaudemus*, *quodque maius est*, *non tantum spe futurorum præmiorum*, *verùm etiam horum gratia*, *quæ nunc contingunt*, *propterea quod hic quoque per has afflictiones clari reddimur*, *& illustres*. Ergo non per raptum ad tertium vsque cœlum, sed per afflictiones, persecutionesque clarus fit Paulus, & per quas pro Christi passus est Ecclesia.

8\. Tribulationes cur amplius illustrem reddunt, quam miracula.

Nec mirum, nam si benè consideretur, id clarum, illustremque aliquem efficit, quod in admirationem adducit, quæ admiratio procedere ex propriis debet factis, non ex alienis, ex iis, quæ à seipso, & non quæ ab altero: magnum lapidem si nos ipsi sustollimus, in admirationem sumus, non verò si alter nobiscum, minimam nos operam dantes: inimicum si quis occidat solus, vir fortis apparet, si associatus, vilescit, cùm certum sit, quòd nonnisi propria admiramur alicuius, quando illi ex tali admiratione laudem tribuere, honoremque volumus, cùm si ex facto aliquem laudamus alieno, potius talis laus adulatio est, hoc est, *fallaci laude seductio*, vt inquit Augustinus; sustollimus ergo, quæ propria sunt alicuius, & quæ magna, & admiranda ab ipso processerunt solo, & nõ quæ ab altero. Hinc elucet ratio, quare persecutiones, & tribulationes claros reddunt sanctos, non verò ita miracula, & prodigia, quia persecutiones pati ex propriis est, & veluti actiuè, nos cùm gratia ad illas concurrimus sustinendas, miracula autem ex alienis: quãdo enim patimur soli, & quasi actiuè, opus illud magnum conficimus patientiæ, sustinentiæque: at quando magna operamur, & mira, Deus solus est, qui illa per nos conficit, nobis tantùm quasi instrumentaliter concurrentibus, hinc non tantam ex istis, quantam ex illis gloriam consequimur, & laudem.

9\. Adulatio ob aliquem ex facto laudare alieno.

August.

2. ad Cor. 11. 30.

10\. Pauli infirmitates tribulationes.

Si gloriari oportet, inquit Paulus 2. ad Corin. c. 11. n. 30. *quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor*, à quo si petimus, quæ erant ista infirmitatis, imbecillitatisque suæ? nõ alia reperiemus, nisi ea, quæ supra enarrauerat, persecutiones scilicet, tribulationesque, quas suprà omnes Christi ministros ipsum dixerat passum, *Infirmitatis autem nomine comprahenduntur omnia incõmoda, & persecutiones, atque passiones, quas pro Christo libenti animo pertulit*, inquit

S. Remig.

Sanctus Remigius hic; hæc erant infirmitatis propria suæ: nam licet ipse infirmus, & imbecillis, gratia tamen Dei adiutus præclarè, dignéque omnia illa sustinuerat, ex quibus magnam adeptus gloriam, gloriari illum licebat, at verò postea veniens ad reuelationes, ait: *Si gloriari oportet, non expedit quidem*; cur hîc non expedit? quia talia non sunt infirmitatis meæ propria, sed potentiæ diuinæ, & Christo propria, pro quo pro his expedit gloriari, pro me autem minimè. Nam vt inquit sanctus doctor, *Hîc qui gloriatur de bono accepto, incidit in periculum amittendi.* Hinc pro illis Paulo non licebat gloriari, sed tantum in infirmitatibus, vnde ait, *nisi in infirmitatibus meis*, id est, in tribulationibus passis, quæ propriè sunt imbecillitatés meæ. De tribulationibus ergo gloriabatur Paulus, tanquam de propriis, nam hæ clarum eum reddiderunt, non de reuelationibus, miraculisque, cùm hæc tanquam aliena non sic ac tribulationes patienter toleratę signum pręclaritatis sunt, præclarumque efficiunt hominem.

11\. Cur de [illegible] gloriabatur, & non de reuelationibus & miraculis.

S. Thom.

Hinc quia supra cæteros tribulatus Paulus, supra cæteros splendidit, ob quod animæquior factus, ex vna tribulatione vires sumebat ad aliam sufferendã, vnde euenit, vt suprà ipsas, & infra ipsum eas habens, immo pedibus eas calcans, veluti supra clarissimum, altissimumque montem existens, ad gloriam, & splendorem illi deseruirent, non verò ad deiectionem, & ad animi submissionem: nam vt inquit Origen. lib. 4. in cap. 5. ep. Pauli ad Romanos explicans illa verba: *Tribulatio patientiam operatur. Tribulatio iusti nõ angustiat animi eius virtutem*, *sed potius dilatat.* Ex quo erat illa Apostoli vox 2. ad Corinth. 4. num. 8. *In omnibus tribulationem patimur*, *sed non angustiamur*, *aporiamur*, *sed non destituimur*, *persecutionem patimur*, *sed non derelinquimur*, *deiicimur*, *sed non perimus.* In quo, vt vides, tribulatio Apostolo potius ad claritatem, quàm ad deiectionem seruiebat: nam dum in illa non angustiabatur, non destituebatur, non se subtus illam derelinquebat, sed supra illam se erigebat, clarior eius emicabat vita, semper vincens, ex quo nouis coronis auctus, in dies clarior refulgebat, quòd proprium persecutionum, quando benè tolerantur. Quod acutè & piè elicuit Gregorius Nissenus, lib. de beatitudinib. vltimam explicans beatitudinem, nempe, *Beati qui persecutionem patiuntur*, vbi expendens vocem illam, *persecutionem*, quæ currentium est, virum pium, & tribulationem, quasi duos ait esse cursores simul currentes, sed dum vir pius non cadit, præcurrit, illa persequente, ob quod persecutio dicta, hincque dum attingere illum non valet prius perueniens ad palmam, clarior semper, illustriorque ab illa redditur, quod ad martyrium aptans sic ait: *Martyrium nobis stadium ostendit*, *& fidei cursum designat*, *nam persecutio vehemens studium celeritatis significat*, *immo etiam in currendo victoriam iudicat*, *non enim aliter currendo quis vincere potest*, *nisi post se reliquerit eum*, *qui simul currit. Quoniam igitur*, *qui propter præmium ab inimico exagitatur*, *à tergo habet persequentem* (*hi autem sunt*, *qui martyrij cursum in certaminibus pro pietate susceptis conficiunt*, *quos inimici quidem persequuntur*, *sed non assequuntur*) *videtur caput*, *& summam spem propositam beatitudinis velut coronam quandam in postremis proposuisse verbis*, *Beati*, *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam* Hinc Paulus persequutus, sed non assequutus, clarior semper eius emicabat vita, immo non

12\. Tribulationes Paulo ad quid deseruiebant.

Origen.

2. ad Cor. 4. 8.

Gre. Nis.

13\. Persecutio vnde dicta, & cur gloriosos facit illam sustinentes, & non cedentes.

14\. Paulus vt ex persecutionibus gloriosus, & quasi Deus in terris reputatus.

A

eius, sed Christi, eiusque gloria, ac splendor, *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Gerebat Christi mortificationem propter Christum, & è contra Christus in illo vitam manifestabat suam. illam scilicet, quam tunc apud Patrem habebat, plenus gloria, & maiestate, reddens Paulum eadem gloria, eademque maiestate plenum: vnde in admirationem à toto pœnè habitus terrarum orbe, Deum illum æstimantes, ac pro Deo adorare volentes, magna voce clamabant. *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos.* Actor.

Actor. 14. nu. 10.

15. Quando eū adorare io- tentant.

14. num. 10. vnde & adorate, ac sacrificia illi offerre attentarunt; *Sacerdos quoque Iouis, qui erat antè ciuitatem, tauros, & coronas ante ianuas afferens cum populus volebat sacrificare.* Quæ maior claritas? quæ non aliunde, nisi ex tribulatione Iconij passa, dum lapidare eum volentes, fugit Lystram, in quo loco adorare eum pertenderunt: ex illa ergo persecutione adoratio, ex illa tribulatione tanta claritas, vt pro Deo haberetur. *Quando ergo in carcere coniectus est.* inquit Chrysostomus de Paulo homil. 26. in ep. 2. ad Corinth. *tunc admiranda gessit, quando naufragium passus est, atque in barbaram regionem eiectus est, tunc maximè inclaruit, quando in tribunali vinctus accessit, tunc & iudicem vicit.* Vt semel videas exemplo Pauli ad quantam gloriam, quantumque splendorem euehit ipsa tribulatio.

Chrysost.

16. Sanctorum exultatio in tribulationibus vnde.

Gr. 31. 16.

Hinc Sanctorum exultatio, quando tribulationem prospiciunt, nam vti fortes milites, & in bello exercitatissimi, non tantum de prælio angustiantur, quantum de gloria triumphi lætantur. Hoc adnotauit Gregorius lib. 31. Morali. cap. 16. super illa verba, *Vbi audierit buccinam, dicet vah.* appropriat enim hoc sanctis dicēs: *Equus ergo cùm audit buccinam vah dicit, quia fortis quisque dum certamen passionis sibi appropinquare considerat, de exercitio virtutis exultat, nec terretur pugna periculo, quia victoriæ lætatur triumpho.* Optimè, lætatur sanctus dum tribulationem videt, nec tristatur, nam plus de certa spe gaudet triumphi, quàm de belli timet periculo, hinc summa illi pax, hinc nullus inter pericula terror. Qualis, quæso, terror illis tribus inerat pueris? qui etsi fornacem viderent incensissimam, vultumque Regis mortem incendiumque spirantem, ita audacter, ita animosè, ita cordatè illi dixerunt: *Notum tibi sit, quod statuam, quā erexisti, nō adoramus,* Dan. 3. 18. Intrepidorum hominum verba sunt ista, & nihil timentium: non mirum, quia plus de gloriæ exultabant triumpho, mox reportādo, quàm de ignis timebant periculo: hinc voces ipsorum in medio fornacis, exultabant enim, & gloriam sui canebant triumphi, pro triumphali curru fornacem, flammarum globos pro insignibus, ac stemmatibus, inimicos mortuos, ac combustos antè se pro victoria, pro imagine verò ipsum Dei filium ostentantes, & tandem pro triumphi præcone ipsummet Regem habentes, plus gloriosi millies effecti ex hac tribulatione, quàm antea, quando sine illa. *Tunc promouit*, inquit scriptura, *Rex Sidrach, Misach, & Abdenago in Prouincia Babylonis.* Num. 97. Tunc, id est post illam tribulationem, post illum ignem, post illud bellum, tunc promouit, tunc clariores redditi sunt, tunc splendidiores, tunc verè, vt inquit noster Sapiens, tanquam scintillæ in arundineto apparuerunt, quando inter flammarum cantantes vortices, tripudiantesque visi. Vt semel appareat, quàm verum sit, quod tribulationes splendescere faciunt sanctos, non secus, *ac scintilla inter arundineta*, vt inquit noster Sapiens.

17. Trium puerorum victoria expenditur.

Daniel. 3. 18.

Num. 97.

Num. 8. *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PErgit Sapiens vitam extollere Sanctorum contra sensum impiorum, & sicut supra dixit, ipsos discurrere inter impios, non secus ac scintillas inter arundinetum, significans per hoc sublimitatem, seu supereminentiam vitæ Sanctorum, inter, & supra impiorum vitas: sic nunc non contentus dictis, tribuit eis iudiciariam potestatem super eos. In quo versu duas enumerat fœlicitates iustorum, primam iudiciariam illorum potestatem, & secundam subiectionem perpetuam eorum ad Christum Dominum, dicens, quod Dominus illorum in perpetuum regnabit super illos.

B

1. Sanctorum fœlicitas iudiciaria potestas & Christi seruitus perpetua.

Plat.

Iudicabunt, Expositores, & alij hunc locum de extremo iudicio intelligunt, in quo, vt inquit Plato de bon. stat. relig. cap. 17. Apostolis, Apostolicisque viris, peculiari ratione tribuitur iudiciaria potestas: Vide de hac re Suarem in 3. p. S. Tho. tom. 2. disp. 57. sect. 4. qui in ea est sententia, non solum religiosis, sed etiam insignioribus quibusdam iustis assignandam esse iudiciariam potestatem.

2. Iudiciaria potestas in iudicio non solis religiosis tribuenda.

C

Suarez.

Sed sanctus Bonauen. hoc loco sic distinguit hanc iudiciariam potestatem, vt tribuat sanctis perfectis assessoriam potestatem, & dignitatem simul cum Christo, omnibus iustis iudicium approbationis, minus malis comparationis, vt Niniuitis, soli Christo disceptationis, autoritati toti sanctissimæ Trinitati; non displicet.

3. Iudiciaria potestas in iudicio qualis erit in singulis.

Bonau.

Tertul.

Tertullianus ad martyres cap. 2. intelligit hunc locum de illis, quos ait iudicaturos iudices suos cum Christo: sensus non inficiandus, nam præcipuè de illis hæc omnia sumuntur, attamen latior patet sensus de omnibus scilicet Apostolicis viris, vti diximus.

Festus.

Nationes, &c. Natio Latinè, autore Festo, de ijs dicitur, qui non aliunde venerunt, nullamque à maioribus habuerunt nobilitatem, sed eum locum, vbi nati sunt, incolunt: sub nationibus ergo, vniuersus orbis intelligitur, quem ait sanctos iudicaturos.

D

4. Natio quid.

Castro.

Et regnabit Dominus illorum in perpetuum, &c. Castro ait quod genitiuus, illorum, non regitur à voce, Dominus, sed (regnabit) quomodo legit Cyprianus, scilicet, *& regnabit eorum Dominus in perpetuum*, vbi Græco more stat, *regnauit eorum pro regnauit super eos*, vel in eis Dominus: vnde sensus erit, *Dominus Rex eorum erit in perpetuum.* Quibus verbis magna insinuatur felicitas iustorum; talem scilicet habere Regem solum, & perpetuum. Ex qua propositione colligit Lorinus stabilitatem fœlicitatis Sanctorum, eorumque perpetui in impios dominatus, dum eorum Do-

Lorin.

minus perpetuus erit, Rex & Dominus.

Sensus ergo omnium istorum versuum, finisque Sapientis est ostendere, quàm aliter succedit iustis, ac de eis cogitabát impij, videntes eos hîc torqueri, ac cruciari, vnde tantum abest vt ipsi intereant, quin potius semper viuant, & insuper de impiis triumphent, & illos iudicent.

Castro. Tandem aduertendum cum Castro hîc, multos sanctos Patres, & communiter omnes interpretes, vti nos diximus, omnia exponere antecedentia de victoria, bonisque iustorum per mortem. Quod licet verum sit, tamen alij exponunt etiam de bonis Sanctorum, eorumque de impiis victoria, etiam in hac vita, vt Athanas. de fuga sua, & Greg. 33. Moral. cap. 3. immo Castro in eius est sententia, vt verius exponatur, quod non placet: nam licet conueniam, vt possit etiam de victoria intelligi Sanctorum in hac vita, tamen verius putò sensum Sapientis esse de victoria Sanctorum in altera, cum hîc sancti raro suos deuincant aduersarios, hoc volente Deo ad ipsorum maiorem profectum, securitatemque, licet aliquando illud eueniat, vt inquit idem Castro, & alij.

Athanas. *Gregor.* *Castr.*

HOMILIA LV.

Fælicitas Sanctorum, habere Christum Dominum pro Rege, & perpetuò.

REgnabit, inquit noster Sapiens, *Dominus illorum in perpetuum*, hæc est vna, & maxima Sanctorum felicitas, gloriaque, Christum scilicet Dei filium pro suo rege dominoque habere, & hoc non per dies, & annos, sed in perpetuum & absque fine.

Enimverò magna lætitia extitit Moysis quando aperiens mare, sicco vestigio vidit pertransire populum vndas, & in altera permanens postea ripa, mortuos inspexit inimicos. Sed minor fuit hęc respectu illius, quando considerauit Dominum sui populi, & Deum, qui talia operabatur, non Regem esse temporaneum, sed æternum, & æternaliter super eos dominaturum, Exod. 15. n. 1. *Cantemus Domino*, inquit, *gloriosè enim magnificatus est: equũ & ascensorem proiecit in mare.* Sed quid? ob hocne tantum lætaris? minimè, sed lætor amplius, quia *fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem*, quinimo, quia, *iste Deus meus, & ob hoc glorificabo eum*, & non solũ glorificabo eum, quia Deus meus, sed quia, *Deus patris mei*, quasi dicat: glorificabo vnum Deum, qui non heri Deus meus, sed à principio, & semper. At sufficit ne tibi hoc, vt Deus sit Deus Patris tui? non equidem, sed quia talis Deus, taleque regnum sempiternum erit, ita vt nunquã deficiat, vnde semper ipsius ero seruus, famulusque, ideo lætabor, & lætamini omnes. *Quia Dominus regnabit in æternum & vltra.* velint, nolint inimici eius. Quem locũ sic legit Ori. *Domine, qui regnas in sæculum, & in sæculũ, & adhuc.* Quid est adhuc? plusquam in sæculum, plusquã in sæculum sæculi, inquit, non finem non terminũ significat. *Quoties dicitur in sæculum, ait, longitudo quidem temporis, sed esse aliquis finis indicatur, etsi in alium sæculum dicitur, aliquid lõgius indicatur, sed tamen finis imponitur, & quoties sæculu sæculorũ nominantur, fortasse licet ignotus nobis, tamẽ à Deo*

Exod. 15. 1.

1. Moyses nõ tantum lætatus de morte Ægyptiorũ quãtum de perpetuo Dei dominatu in populũ.

Orig.

A *statutus aliquis terminus indicatur. Quod verò hîc addit, & adhuc, nullum sensum termini alicui, aut finem relinquit, quodcũque enim cogitaueris, in quo finem putes cõsistere, semper dicit tibi sermo Propheticus, & adhuc, velut si tibi dicat, putas in sæculum sæculi Dominum regnaturũ? & adhuc, putas in sæcula sæculorum? & adhuc, & quodcũque dixeris de regni eius spaciis, semper dicit tibi Propheta, & adhuc.* Hæc equidem lætitia est Sanctorum, hoc gaudium illorum in altera vita, de victoria gaudẽt inimicorum, gaudent de victoria mortis, de transitu gaudent maris rubri huius mundi, dum se vident in altera paradisi ripa, gaudẽt de his, sed de quo tripudiant, & exultant? de æternitate regni, & Regis, dominique sui, sub cuius protectione, & regno securi viuunt, & hoc in æternum, & vltra, seu vt Ori. *& adhuc.* Quod pulchrè dixit Aug. in ps. 136. & 149.

B lætitiam exprimens Sanctorum de Dei hæreditate, dum considerauit eam in hoc præcipuè differre ab hominum hæreditate, nam hæc sic communicatur vt testans non simul cum hærede eam possideat, sed hæredi moriens ipse relinquat; at Dei hæreditas sic datur, vt & ipse Deus semper cum hæredibus perẽniter regnet. *Relinquit homo filiis suis hæreditatem, ait, non possidet cum filijs, & tamen magnum se facit, & gratias sibi agi desiderat, quia voluit dare, quod non posset auferre, moriens enim tolleret secum puto, quia si posset, nihil hîc filiis suis dimisisset. Hæredes Dei sic sunt, vt ipse Deus sit hæreditas nostra, hæc hæreditas non minuitur copia posterorum, non fit angustior numerositate cohæredum, sed tanta est multis, quãta paucis, tãta singulis, quãta omnibus, nõ talis se facit hæredẽ, cui mortuo succedas, sed cum quo in æternum viuas.* Nil melius. Deus Sanctorum

August.

2. Sanctorum lætitia de gloria & secum habere Deum corregnãtem.

3. Hæreditas humana in quo differat à diuina.

C est hæreditas, de hoc gaudent, & simul, quia in æternum cum illo, & ipse in illis in æternum regnabit, de hoc & gaudent, & exultant.

Dominus, Regius inquit Psaltes, *diluuium inhabitare facit, & sedebit Dominus Rex in æternũ*, ps. 28. n. 9. Versus difficilis intellectu, vt in expositoribus est videre, breuiter dicam quid sentiam: Amplificans enim Dauid in isto psalmo magnam, indicibilemque Dei potentiam, & inter cætera, quod in medijs diluuij aquis iustum protegens suum, illud fecit maximum, scilicet, vt in illis securè habitaret, & sine timore: *Afferte Domino*, inquit, *gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.* Cur tantum honorem? cur tantam laudem? enumerat multa, potentiæque magnalia diuinæ, *Vox*, scilicet, *Domini super aquas, vox Domini confringentis cedros, vox*

Psa. 28. 9.

4. Quid sibi voluit Dauid quãdo dixit Dominus diluuium inhabitare facit.

D *Domini intercidentis flammas ignis, &c.* Et tandem tanquam non minus admirabile subiungit magnificandum, quia, *inhabitare facit diluuium*, quid est, *inhabitare facere diluuium*, nisi habitaculum in medijs præstare diluuij aquis? & vt inquit noster Sapiens infra cap. 10. n. 4. *Per contemptibile lignum, iustum gubernare.* Non minus hoc mirabile fuit, & diuinæ signum omnipotẽtiæ, quàm aquis interimere malos, & perdere mũdum, ob quod inuitat Dauid omnes ad magnificandum, Deumque laudandum, at non solum in hoc magnificata est Dei potentia, neque ob hoc solum, inquit Propheta, quòd iusti laudare Deum debent, sed amplius illum extollere & cum illo lætari, *quia in æternum sedebit Rex*, id est, quòd pacificè quieteque, non vno regnabit die, non vno, non centum, & mille annis; sed in æternum, *& sedebit Dominus Rex in æternum.* Ob hoc Domino gloriam afferendam, & ho-

Infra cap. 10. 4.

norem, quia in æternum regnabit: quod singulare, quod proprium, quod vnicum Christi regni est, vt sanctus Pater adnotauit Anastasius Synaita lib. 8. anagogicarum contemplat. super illa verba Gen. 2. num. 10. *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis*, quæ ipse per tempus præsens legit, nempè: *fluuius autem egreditur ex Edem, & irrigat paradisum.* Quæ verba contraponens illis, quæ supra de fonte dixerat Moyses nu. 6. *Sed fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ*, hunc accipiens in malam partem fontem, nempè pro diabolo, in bonam autem fluuium, nempè pro Christo, ideo ait dictum de fonte per tempus præteritum, *ascendebat*, quia diaboli potestas non æterna, & ideo de fluuio assertum per tempus præsens, nempè, *egreditur*, quia Christi potestas, qui à Patre procedit, in æternum manet. *Oportet enim adnotare*, ait, *quòd cùm cessasset prior illa irrigatio, eam præteritam nominauit scriptura, dicens: fons autem ascendebat, & irrigabat, hunc, idest, Christum, vt qui perenniter in sæcula irriget Ecclesiam; dicit præsentem, fluuius enim, inquit, ex Edem egreditur:* quem ait sanctum expetiisse Prophetam Dauid in verbis supra allatis, nempè, *Diluuium inhabitare facit ille quidem*, ait, *e terra ascendens fons inundabat totam faciem terræ, ipsam faciens mortuam, & infrugiferam, & ideo ad Deum verum faciebat quidam ex Prophetis dicens, Dominus diluuium inhabitat, hoc est, exorietur, & sedebit rex in æternum*, æternam Christi denotans in regnando potestatem, de qua, vt potè de re exultant sancti singulari.

5. Christi regni propriũ æternitas.
Anasta. Synaita.

Hinc ipsi contra hanc Christi regni consurgentes æternitatem, hæreticos valde persequuntur, ac insectantur, vt potè potissimum destruentes quod Christi habet regnum, *Regnat enim Christus in sæcula*, inquit sanctus pater Cyrill. Cath. 15. *qui iudicat viuos, & mortuos, qui pro viuis, & mortuis mortuus est: quod si forte aliquem audieris dicentem, quod finem habet Christi regnum, oderis hanc draconis hæresim, ausus est enim quidam dicere, quod post finem mundi huius non regnabit Christus, & ausus est dicere, quod Verbum exiens, ipse rursus in patrem resoluetur, est ne adhuc qui talia audeat blasphemare de illo?* Virus est draconis talis heresis, blasphemia contra Christum, tollens præcipuum, ac eius regni excellens perpetuitatem, nempè quia supra cætera se eleuans regna, ipsum solum in æternum permanet. *Aspiciebam*, inquit Daniel 7. nu. 13. *in visione noctis & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient, potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* Loquitur hîc Propheta non de Christi ascensione, vt aliqui volunt, sed de eius ad iudicium descensione, ad quam priusquàm accedat magnis stipatus Angelorum exercitibus, vt vult Tertullianus lib. 5. contrà Marcionem & sanctus Iustinus contra Triphon. qui pro, *Et in conspectu eius obtulerunt eum*, legunt, *& qui assistebant ei, adduxerunt eum.* Ad altissimum eius accedet Patrem, à quo licet ab instanti suæ diuinissimæ cõceptionis in actu primo potestatem acceperit iudicandi, eandem tamen in die iudicij, in actu accipiet secũdo, simulque cum illa honorem, regnumque, in quo omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient, potestatem illi tribuens, nõ temporalem, sed

Dan. 7. 13.

6. Christus antequam ad iudicium descendat ad patrem gloriosè deducetur ab Angelis & cur.
Tertull.
S. Iustin.

A æternam, sicut & regnum, nõ caducum, sed incorruptibile, & æternum; quod eleganter dixit sanctus Pater Grescentius Episcopus Tephrensis, in disputat. cum Herbano Iudæo, æternam Christi potestatem probans ex illis Dauid verbis psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo*, vbi sic habet, *Dixit autem Dominus Verbo suo, id est Filio, ei inquam, qui factus est homo, qui mortuus est, & qui in dextera maiestatis eius consedit, hoc enim dixit potestas, siue virtus Diuinitatis eius, impolluta ipsius, atque incontaminata humanitati, dicens: Sede à dextris meis, donec mundi finis; & consumatio venerit, & mittam te iudicem æternum viuorum, & mortuorum, & tunc flectet omne genu supercœlestium, terrestrium, & inferorum, potentia tua, tuique inimici prosternentur velut calcandum scabellum pedum tuorum.* Sub quo æternaliter, non verò temporaliter manebunt, sicut & in æternum cum ipso sancti corregnabunt, æternus ipse, & sempiternus B Rex, numquam eius fluctuans regnum, quod eius solius est, cùm cætera susque deque in modum vertantur nauis, nil stabile habentia, omnino fluctuantia.

S. Gresc.
7. Æternum tunc accipiet regnũ.

8. Quod solius eius est, cùm cætera semper ad modũ nauis fluctuẽt regna.

Hoc equidem argumentum disertissimè, vt assolet, Philo prosequitur Hebræus lib. *Quod Deus sit immutabilis*, vbi inter cætera sic ait: *An putas rem vllam mortalem veram esse, & non tamquam in suggestu quodam ab inani, & incerta opinione sustineri, non aliter quàm somniorum ludum. Quod si non libet singulorum fortunam perquirere, vide regionum integrarum, & gentium mutationes. Floruit quondam Græcia, sed Macedones potentiam ei abstulerunt, postea Macedonia præualuit opibus, sed diuisa in plures portiones, sic debilitata est, vt tandem omninò interierit.* C *Ante Macedonum imperiũ inclyta fuit Persarum fœlicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit, & tũc Persæ, penes quos paulo ante fuerat imperium, sunt Parthorum prouincia. Fuit Ægypti olim perampla, & magnifica potentia, sed nubis in modum præteriit eius potentia. Quid Æthiopes? quid Carthago in Africa? quid Pontici Reges? quid Europa, Asiaque? nonne more nauis susque deque iactata marinis fluctibus, nũc secundis ventis, nunc aduersis vtitur? nam Verbum diuinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat, & omnes gentes circumlustrando, nunc his, nunc illis Imperia vel tribuit, vel adimit: nihil ergo est in humanis rebus præter vmbram, auramque leuissimam sine mora præteruolantem.* Egregiè, & melius dici non potuit.

Philo.

9. Regnorum inconstantia.

D Sunt imperia vmbra, & non permanens vmbra, sed citò præteruolans, & ad occasum mergens, vnde non tam cito ascendunt Reges, quã descendunt, & ipsum eorum regnum potius descensus, quàm ascensus nominari potest. Sic ipsemet Deꝰ regnum nominauit, & dominatum, Num. 27. n. 20. quando præcipiens Moysi vt eligeret futurum sibi successorem, sic ait: *Dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ*; Pagninus legit, *& partem de descensu tuo*, vbi gloriã dominatus, & regni appellauit descensum; ad denotandum quod imperando Principes descendunt, & ad occasum semper se vertunt, *Altiorem quippe locum sortitus es*, inquit Bernard ad Eugen. Pap. ep. 237. *sed non tutiorem, sublimiorem, non securiorem: prædecessores tui certissima, & citissima descensionis te admoneant, & modicum tempus dominationis eorum, paucitatem dierum tuorum nunciat tibi.* Ob quam causam Reges, regnaque ventus dicuntur, vt Ezechiel 1. & 4.

10. Dominatꝰ non ascensus, sed descensus.
Num. 27. 20.
Pagnin.
Bernar.
11. Regna ventus.

4. *Reg.* 1. Reg. 2. quia semper currentia in eodem numquam statu permanentia ad occasum pergunt. Videndus

Hieron. est Hieron. in cap. 7. Ezech. vbi interpretatur verba illa Pauli ad Cor. 7. *Præterit figura huius mundi*, vbi adnotat, non in futurum dicere Apostolum *præteribit*, sed *præterit*, in præsenti, nam quotidiè labitur mūdus, fœlicitasque eius, de qua re nos plura infra. Quod cùm ita sit, quale gaudium verum, qualis vera lætitia potest in seruis alicuius esse Regis, dum vident tam instabile, tam breue regnum Regis existere sui? At non sic Christi seruis, qui non solum de amplo gaudent, ac propemodum infinito eius lætantur dominatu, sed de quo amplius exultant, ac tripudiant, choreasque veluti ducunt, de eius est & diuturnitate, ac æternitate. Ob hoc sanctus ille Paulinus ep. 34. ad militem quemdam tom. 3. Biblioth. illi suadet vt temporaneo Cæsare

S. Pauli. derelictu, ad illum accedat, qui omnibus domina-

12. Cur potius Deo quàm regibus seruiendum. tur, qui Rex æternus, qui cum regno perenne consortium largitur. *Neque enim*, inquit, *quicumque terrenus Rex totius terræ Dominus est, Christus autem totius mundi Dominus, & Rex est, & ipse est Rex Regum, & Dominus dominantium, & in terris, & in mari, & abyssis omnia, quæ vult, facit: hunc igitur sequamur, huic militemus, cui coniunctus* (notanda verba) *numquam disiungitur miles, qui militantibus sibi gloriam vitæ æternæ, honorem regni cælestis, & diuitias hæreditatis suæ, & Diuinæ cognitionis consortium perenne largitur.* Hinc est,

13. Angelus cur perpetuitatem regni Christi virgini annunciauit. quod Angelus annuncians Virgini dominatum, filiique sui Principatum, vt inquit Cyrillus vbi supra, non contentus fuit dicere ipsum futurum Regem, & Dominum, sedemque Dauid possessurum, sed illud addit Christi regni peculiare, scilicet ipsū numquam finem habiturum, Luc. 1. n. 32. *Dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in*

Luc 1. 33. *domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Quod apposuit Angelus, vt lætitiam accumularet Virginis, immo vt perficeret, regnumque Christi à Dauidis regno discerneret perpetuitatis, æternitatisque nota, vt communiter Doctores hîc. Qua-

August. propter adnotat Augustinus in lib. ad Orosium contra Priscillianistas, & Origenistas, Angelum non solum dixisse regnaturum Christum in æternum, sed apposuisse, *& regni eius non erit finis: quod non casu dictū*, inquit Augustinus, sed, *ne quisquam hîc sic æternum acciperet, quemadmodum sæculum, finem quandolibet habiturum.*

14. Scriptura regno Christi cur semper apponit æternitatē. Hinc est, quòd semper ac Prophetæ, sacraque Scriptura aliqua de regno prædicunt Messiæ, semper in illo notam apponunt ætesnitatis, vt Isai. 14. nu. 1. & 1. Paralip. 17. 12. promittens Deus Messiam Dauid inquit: *Cumque impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te,*

Is. 14. 1. *Paralip.* 17. 12. *quod erit de filiis tuis, & stabiliam regnum eius, ipse ædificabis mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum.*

Hinc Sanctus Senex Tobias, post oculorum recuperationem, post perfectam acceptam sanitatem, post non solum filij, sed suæ vxoris visionem, & tandem postquam vidit filium cum magno reuersum comitatu, magnisque diuitiis, dum vix

15. Tobias plus lætatus de æternitate regni Dei, quàm de visione recepta. cum vno egressus socio fuerat, incipiens Deum laudare, & gratias illi agere, non à visu incepit recuperato, non à reditu filij, non à diuitiis acceptis, sed illum ab æternitate regni laudauit, de quo summopere, & plus quàm omnibus lætabatur. Iob. 13. num. 1. *Aperiens autem Tobias senior os suum be-*

Tob. 13. 1. *nedixit Dominum, & dixit, Magnus es Domine in æternum, & in omnia sæcula regnum tuum.* De hoc sanctus lætatus est Senex, de hoc exultauit, Deum scilicet pro Rege habere magno, & excelso, & insuper quòd regnum suum in omnia esset sæcula, nullo modo timens aliquando dominatum Domini sui defuturum, de hoc intimè gaudebat. Simul cum illo gaudent omnes sancti, dum vident Dominum illorum, vt inquit noster Sapiens, regnaturum in perpetuum, *Et regnabit, &c.*

Num. 9. *Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam donum, & pax est electis Dei.*

COMMENTVM LITTERÆ.

HIc versus conclusio, seu vltimata affirmatio est superiorum, quasi diceret Sapiens: multa di- *Connexio Capitis.*

xi de felicitate iustorum cōtra impiorum sensum, quæ omnia certò intelliget, & expetietur ille, qui spem, confidentiamque suam in Deo ponit: vnde futurum illud, *intelligent*, potest accipi pro præsenti, quasi dicat, intelligit hæc, quæ dico, qui experientiam diuinissimæ illius habet sapientiæ, & quomodo suos, qui in illa confidentiam habent, protegit, & defendit.

Qui confidunt in illum, &c. Spes in Deo licet sit 1. Spes potest obtinere fidei augmentum.

fide posterior, tamen potest obtinere fidei augmētum, seu alterius generis cognitionis, ex fide enim mysteriorum Dei cognitio, iuxta illud Isai. 7. num. 9. secundùm lectionem Septuaginta: *Nisi credimus, non intelligimus*, & Ioan. 6. num. 70. *Nos credidimus, & cognouimus*, inquit Petrus, *quia tu es Christus.* Quod cùm ita sit, sicut ex fide est cognitio mysteriorum Dei, sic ex fiducia in illo sequi solet perfectior de Deo cognitio, & in hac vita, & in alia: nam sperantes in ipsum, & fiduciam in eo habentes, dicunt, quàm magnus, quàm suauis, quàm omnipotens sit Dominus, ex qua postea fiducia deueniunt iusti ad cognitionem veritatis: nam, vt *Isai.* 7. 9. *Ioan.* 6. 70.

inquit Interlinearis, *secundùm confidentiam veram datur intellectus veritatis*, quapropter sequitur, *Interli.*

Intelligent veritatem, &c. Quam veritatem, illam scilicet, de qua loquutus est Sapiens contra impiorum opinionem, inquit Castro, & rectè: nam *Castro.*

qui in Deo fiduciam habent, vti diximus, experimento discunt se sub Dei protectione manere, & afflictionem non hominem occidere, sed ad æternitatem illum conseruare: de hac ergo veritate loquitur, deque perfecta eius cognitione ex fiducia in cruciatibus toleratis.

Et fideles in dilectione, &c. idest, fideles, & perseuerantes amici, qui constanter eum diligunt, neque à charitate separantur eius.

Acquiescent illi, &c. Castro, *permanebunt in* *Idem.*

ea, non deficient, aut retrocedent, dum cruciantur, vel affliguntur. Lorinus: *consentient illi.* id est, o- *Lorin.*

bedient ei, toti pendebunt ex voluntate eius, & ex nutibus ipsius, neque nihil timebunt: vterque sensus placet, sed ad rem magis facit Castri intelligē- *Lyra.*

tia. Lyra; *Captiuabūt intellectū suum in obsequium Christi.* Omnia hæc, quæ dicuntur, sunt effectus, 2. Amoris Dei perfecti effectus.

seu fructus dilectionis fidelis, quæ parit tum constantiam in passionibus, tum obedientiam, &

conformitatem

conformitatem omnimodam cum Dei voluntate, tum submissionem intellectus ad Christi sequenda vestigia.

Hugo. *Quoniam donum, & pax, &c.* Græcè, *Quoniam gratia, & misericordia in Sanctis eius, & visitatio, vel inspectio in electis eius.* Hugo per donum, vitam æternam intelligit, per pacem autem æternitatem in illa, quę dum securos reddit sanctos,

3. Æternitas pax appellari potest. verè pax appellari potest, placet, nec cogito aliud insinuasse authorem. Cum Hugone consentit Interl. Interlinearis; licet alijs per gratiam, quæ est donum, intelligunt illud auxilium Dei, quo adiuti Sancti

4. Martyres in tormentis summa gaudebant quiete, & cur. non defecerunt in tormentis, & per misericordiā, ipsam pacē, quam habebant sancti in medio tormentorū: nam vt inquit August. in Ps. 61. pag. 263. *Nunquam tuata tolerares martyr, nisi magna quietę frueretur*, quæ pax, vt inquit Lorinus, *est fructus suauissimus misericordiæ.* Sed, vti diximus

August. Lorin. mihi magis placet Hugonis sensus; nam dum Sapiens totus est in enarrandis iustorum felicitatibus, contra impiorum opinionem, & in affirmando post corporis mortem remanere illis beatam vitam, concludit suam orationem hic cum suo assumptu, post enarratas felicitates sanctorum, illos scilicet esse in Dei protectione, iudicaturos impios, tandem in æternum regnaturos, de qua re dat rationem, *Quia*, inquit, *donum & pax est electis Dei*, gloria scilicet & vita æterna.

HOMILIA LVI.

Iustorum confidentia de Deo in tribulationibus, practicam de Dei auxilio parit cognitionem, quinę sint qui rectè in Deo sperant.

Qvi confidunt in illum, intelligent veritatem, &c. inquit noster Sapiens, sed quam veritatem? illam scilicet, de qua loquutus est contra impiorum opinionem, vt diximus, nempe afflictiones iustorum non ad malum esse illorū, sed potius ad bonum; & validum adiutorem habere in Deo; & tandem ad æternitatem illos per eas peruenire gaudiorum. Hanc veritatem intelligent non speculatiuè, sed practicè. & hoc ex confidentiæ, speique merito, quam semper, & absque intermissione in Deo habuerunt, nil hæsitando, deque eius bonitate nil dubitando.

Magna siquidem res est confidentia in Deo, & sicut diffidentia de illo omnium exitur origo malorum, vti diximus ca. 1. oo. 4. sic confidentia in illo omnium bonorū. Hæc cōfidentia in Deo firma, & stabilis, facit nos perfectè iustos, Deiq; dilectos, si-

1. Confidentiam Deo, iustos facit ac perfectos. cut quondam sanctissimū fecit Patriarcham Abrahamū. vt inquit Apostol. ad Rom. 4. n. 40. qui dum cōtra omnem spem humanam (*videbat enim corpus suum emortuam esse sicut & vuluam Sara*,) superiorē appositit, altioremq; spem simpliciter, & planè verbo credens Dei, *In repromissione Dei non hæsitans diffidentia, sed cōfortatus est fide, dans gloriā Deo*; pater multarum meruit fieri gentium, immo & homo prædicari iustus, dicente scriptura, *Quod credidit Abrahā in Deo, & reputatū est ei ad iustitiam.* hoc est, ob tam heroicam fidem *iustificatus est*, vt inquiūt expositores hic. Vnde non solū meruit ex hac fide, & confidentia, pater fieri multarū gentium secundùm carnem, sed etiam secundùm spiritū: nam omnes nos filij sumus, vt inquit Apostolus, fidei Abrahæ, quibus etiam, vt inquit idem Apostolus, *Fides nostra reputabitur ad iustitiā, non*

Ad Rom. 4. 40.

2. Sic fecit Abraham.

A *est autem scriptū tantū propter ipsum*, inquit Paulus, *quia reputatum est ei ad iustitiam, sed etiā propter nos.* Quæ nostra iustitia in eo consistit, vt sicut Abrahā ex corpore suo emortuo, credidit Deum potentē filios educere; sic nos credimus Deum potētem esse suscitare ex mortuis corpus Christi Domini nostri, & per virtutem illius saluos nos facere, *Quibus reputabitur*, inquit Apostolus, *credentibus in eū, qui resuscitauit Iesum Christum Dominū nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* 3. Magna nostra iustitia est articulū Resurrectionis Christi & nostræ credere.

Quę confidentia, sicut credendo articulum resurrectionis corporis Christi nos facit iustos, & Dei amicos, fidendo in illo, & credendo, mortuū resuscitasse; sic pari modo iustos nos facit, & suos amicos, dū in persona nostra credimus idem, quod in persona Christi, firmiter scilicet tenentes, quod etsi tribulationibus, afflictionibusq; oppressos nos viderimus, ac veluti viribus emortuos, & spiritu, tamen si semper confidentes, firmiter credētes, quod potens sit nos viuificare, ita vt in spe contra spem humanā credamus, hac spe, & confidentia Deū glorificabimus, & iusti efficiemur ac sancti, non secus ac iustus effectus est sanctus Pater Abraham per cōsimilem spem. Pulchrè Ambros. in Ps. 61. super illa verba: *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi*, beatos appellat in Deo sperantes, cuius rationem addit, quia etsi aliquādo cadunt, hoc est, in tribulationes incidunt, non supplantātur, neque deijciūtur: *Beatus*, ait, *cui ipse cordis dederis firmamentū vt deficere non possit, in istius vitæ trutinæ constitutus, non deficit, qui sperat in Domino, atq; ei intimè confitetur affectu, quandoquidē eques ille, sinius equi calcaneum serpens momordit, etsi retro cecidit, deceptus tamen nō est, quia salutem expectauit à Domino.* Vbi pulchrè alludit ad Prophetiam Iacob de filio Dan. Gen. 49. n. 16. nempe, *Fiat Dan coluber in via; cerastes in semita mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò; salutare tuum expectabo Domine.* Vbi pro Dan Samsonē intellexit Iacob, à Dalida deceptū, quæ ei veluti coluber, ac cerastes extitit, dolis, technisque eum decipiens, qui licet tandē cecidisset, tamen à sua nō est deceptus spe; cū salutem expectans à Domino, suam scilicet æternā, & temporalem Israelitarum per mortē Philisthinorū, suam etiam vindicās iniuriam, *Plus*, vt inquit scriptura, *mortuus ex inimicis occiderit, quàm viuus.* Hinc, vt rectè inquit Ambr. etsi retroecidit, etsi captus, etsi luminibus orbatus. etsi in mola terens, etsi ludibrio expositus, tamen non est deceptus, dū firmiter in Deo etsi tanti oppressus malis, sperans, suam consequutus est salutem, & sui populi liberationem, etsi per mortem, suumque interitum.

4. Et in tribulationibus non deficere, sed tenere spem.

Ambr.

5. Beati sunt in tribulationibus sperantes.

B

6. Nunquam decipiūtur etsi cadant, & occidantur.

Gen. 49.6

C

7. Samson eut victor semper de inimicis.

D

Hæc equidem est illa confidentia sic apud Deū potens, vt ad illam tantum respiciens, ad liberandum, succurrendúque moueatur hominē in afflictione positū: *Quoniā in me sperauit liberabo eum*, inquit per Dauid Ps. 19. n. 14. *protegam eum, quoniā cognouit nomē meū.* *Dulcis causa*, inquit Ber. ser. 9. in hoc Psal. *attamen efficax, & irrefragabilis, liberabo, absoluta locutio, non aliunde, nisi quoniam in me sperauit.*

8. Tota ratio Dei auxilij & spes in eo.

Ps. 19. 14.

Bernard.

Sed ne in æquiuoco laboremus, adnotandum illam confidentiam, illamque nos dicere spē potentē esse cū Deo, vt hominē à malis liberet omnibus, quæ coniuncta cum amore reperitur, & nominis eius cognitione; nam sine amore, tantum confidere in Deo, potius præsumptio dici potest, quàm confidentia. *Sola spes*, inquit Bernard. serm. 3. *Ax*- 9. Quæ confidentia, quæ spes sit illa, quæ potens cū Deo dicitur.

nuntiat. *apud Deum miserationis obtinet locum., nec oleum misericordiæ, nisi in vase fiduciæ ponit, sed est infidelis fiducia, solùm utique maledictionis capax, cùm videlicet in spe peccamus, quamquam nec fiducia illa dicenda sit, sed insensibilitas quædam, & dissimulatio perniciosa, quæ enim fiducia ei, qui periculum non attendit; aut quod ibi timoris remedium, ubi nec timor sentitur, nec materia ipsa timoris, fiducia solatium est, neque eget ille solatio, qui lætatur, cùm malè fecerit, & in rebus pessimis magis exultat.* Notanda hæc postrema verba; fiduciam nempe solatium esse, solatium scilicet peccatoris contriti, de suo timentis peccato, amantis equidem, sed pauentis; hic talis speret, fidatque, quia rectè sperat, dum amans confidit, dum benè operans accedit. Matth.25.num.22. *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque lucratus sum,* dixit fidelis seruus. Ubi Origen. hîc homil.33. *Accessit primus,* inquit, *qui quinque talenta acceperat, quasi qui habuit fiduciam ex quod operatus fuerat, & lucratus, nam fiducia ipsa fecit eum audere, & audacter facere sermonem.* De qua pulchrè Theodoret. in Psalm.77. num.64. ibi, *Sacerdotes eius in gladio ceciderunt,* respiciens ad mortem duorum Heli filiorum arcam ad exercitum adducentium 1. Reg.4. sic ait: *Ophni & Phinees sacerdotes, qui arcam ipsam invexerunt, cæsi sunt, ab ipso rerum euentu edocti, ne divina ope freti sint, qui delinquere pergunt.* Quod similiter considerauit in casu Israelitici exercitus, etsi arca cum eis esset, & in ipsa sperarent, sic quæst.13. in illum locum pronuntians, *Ut legitimè quidem viuentes in Dei confiderent providentia, legem autem transgredientes neque in ipsa lege, neque in arca confiderent, cur enim legem transgredientes arcam ad auxilium traherent, quæ legem intus habet sitam?* Pulchra ratio; contra legem pugnabant, & auxilium ab ipsa sperabant lege; quæ maior dementia: in legem peccabant, & tamen sic frontoses extabant, ut ad se eam aduocare, ac in medio constituere eorum non reuererentur: insensibilitas hæc est, ut inquit Bernard. non fiducia, neque vera confidentia, quæ cum amore, veraque Dei mandatorum obseruatione coniuncta semper reperitur, de qua nos hîc loquimur quamque impossibile sit, ut quis perfectè in tribulatione possideat, nisi simul ardenter amet, ac altissimum Dei cognoscat nomen: ob quod rectè adnotat Lorinus in hoc versu, *ly sperare,* plus dicere in Hebræo, quàm simpliciter sperare, nam in Hebræo dicit: *Adamauit, amplexatus est, prætulit pluribus, præ ceteris elegit,* vnde sensus erit; quoniam me elegit, quem amaret, quem coleret, in quem speraret, cui se crederet, liberabo eum ex his malis: ex quibus patet confidentiam in Deo spemque in illo, amorem, nominisque sui supponere cognitionem.

10. Fiducia infidelis est, quæ hominis in spe veniæ peccant.
Mat.25. num.22. Origen.
11. Opera necessaria ad veram fiduciam habendam.
Theod. Psal.77. num.64. 1.Reg.4.
12. Heli filij cur occisi.
13. Peccatores qui malè in lege sperant, qui.
Lorin.
13. Qui verè in Deo sperant.

Quod amplius patebit, si quid sit altissimum Dei cognoscere nomen, quod tantam Dei meretur protectionem, perscrutabimur. Hoc equidem sanctus elucidat Bernard. in Psalm. *Qui habitat,* serm.15. dum sic ait, *In notitia nominis protectio exhibetur, sed non nouit nomen eius, qui illud assumit in vanum, qui dicit ei, Domine, Domine, & non facit, quæ dicit ipse: non nouit nomen eius, qui eum non honorat ut patrem, neque ut Dominum timet; non nouit nomen eius, qui ad vanitates, & insanias falsas conuertitur, sed ille cognouerat hoc nomen, qui dicebat, Nō est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri; nos quoque si nouimus nomen sanctum, quod inuocatum est super nos, desiderandum utique nobis est, ut semper sanctificetur in nobis.* Ergo illa spes, & confidentia apud Deum potens existit, quæ iuncta cum operibus reperitur sanctis, & bonis, & ille verè sperat, qui verè nomen cognoscit sanctum Dei, verè autem cognoscit, qui, ut inquit Sanctus, Deum sanctificat, & honorat. *Sacrificate,* inquit Dauid Ps.4.n.6. *sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Primum ergo necessarium est sacrificare, & non quodlibet sacrificium, sed iustitiæ, id est, sacrificiū Deo acceptum, sacrificium iustum, undequaque perfectum, & hoc peracto, tunc licet nobis sperare, *In pace in idipsum dormiam & requiescam,* inquit Dauid. Pete ab eo unde illi tanta pax? unde tanta requies? unde in medio existens tantorum fluctuum, somnium ei sic dulce? & respondebit: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* n.10. Quid est singulariter in spe? audi Aug. in hoc Ps. qui explicans, quid sibi velit illud *singulariter,* sic ait: *Singulares ergo, & simplices, id est secreti à multitudine, ac turba nascentium rerum, ac morientium, amatores æternitatis, & unitatis esse debemus, si uni Deo, & Domino nostro cupimus inhærere.* Hoc est, secundùm Augustinum, esse singularem, & à Deo esse constitutum singulariter in spe, hoc est segregatum à mundo, suprà humana erectum; qui autem sic in Deo sperat, & taliter viuit, non solùm in pace dormit, sed requiescit securus, nil dubitans, nil hæsitans, quia cùm Deū amet, & simul sanctissimū eius cognoscat nomē, nil amplius quàm ipsum quærens securus de Dei potest manere auxilio. *Bonus est Dominus,* inquit Hierem. Thren.3. *sperantibus in se, animæ quærenti illū: Adnotandū,* inquit Bern. vbi sup. *quòd sperantes quidē in eo pluraliter dixit, quòd hoc videatur cōmune multorum, quærentem vero cum singulariter, quòd singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis, non modo nil sperare, nisi ab eo, sed nil quærere, nisi eū, quodsi bonus illis, quāto magis isti?* Nil melius, si bonus Deus quibus ab illo alia sperant, quanto magis, quibus nil nisi illum?

14. Nomē Dei cognoscere quid sit, & qui eum cognoscūt & sperare possunt in illo.
Bernard.
Psal.4.6.
15. Singularis in spe quā dicatur.
Num.10. August.
Bernard.
16. Perfectio singularis quæ.

Quis timeat aspidem, aut basiliscum, inquit Bernard. vbi suprà, *quis leonis rugitus, aut draconis sibilos expauescit, cui dictum est; Quoniā in me sperauit, liberabo eū? Dulcissima liberalitas in se sperantibus non deesse, hoc enim totum hominis meritum, si totam spem suā ponat in eo, qui totum hominē saluū fecit.* Notabile dictum, totum scilicet hominis meritum, quo à Deo auxilium meretur, & in tribulatione subleuamen, totum esse in sola positū spe, & confidentia, qua in Deo confidit. Hæc regula certissima, Dei in tribulatione adiutorij, liberationisque ab illa, sperare, cōfidere, & amare, vide quātum speras, quantum confidis, quantū amas, & iuxta harum mensuram de auxilio spera diuino.

Idem.
17. Mensura auxilij diuini vnde sumi potest.

O quā benè hoc idem declamat Sāctus paulò infrà glossans verba illa Deut.11.n.24. scilicet: *Quemcumque locum calcauerit pes vester, vester erit,* quę dixit Moyses populo Dei: *Pes vester,* inquit Sāctus, *utique spes vestra est, & quantūcumq; illa processerit, obtinebit, si tamen in Deū tota figatur, ut firma sit, & non titubet.* Pulchrè, & quantūcumq; illa processerit, obtinebit. Mēsura ergo auxilij diuini secundū Bernardū sumenda à mensura spei, quæ in nobis est, & iuxta illā certi esse debemus de Dei auxilio: nā spes, pes noster, & quē locū ipsa calcauerit, noster erit. Per quod quid aliud significatur, nisi quod licet magna quædā sit tribulatio, licet quasi

18. Spes & cōfidentia in Deo, pes noster, quo ad obtinēdum quæ desideramus procedimus.

propemodum existat infinita, si eam fidei, speique calcauerimus pede, subtus nos erit. & tunc practicè, & experimentaliter Dei cognoscemus nomen, cuius cognitio non solum liberationem meretur à tribulatione, sed protectionem ab illa ne iterum veniat, *Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum: Porrò liberatum quidem*, prosequitur idem Bernardus, *ne iterum egeat liberari, protegam eum & conseruabo, si tamen cognouerit nomen meum, nec sibi tribuat, quod liberatus est, sed nomini meo det gloriam.*

19. Quid sit in tribulatione nomen cognoscere Dei.

Confidat ergo bonus, & sanctus, confidant, qui nomen Dei agnoscunt venerando, & non diffidãt, clament, & exaudiet illos Deus, quia etiam scriptum est, *Clamauit ad me, & ego exaudiam eum*, vbi idem Sanctus, *Hic fructus notitia nominis clamor orationis, porrò fructus clamoris exauditio Saluatoris*, in qua exauditione cùm stet practica, vti diximus, æterni Patris nominis notitia, quam tantopere in nobis excitare, immo & imprimere filius sategit suus, impossibile est, vt dum in ipso speramus, & fidimus, nos in clamoribus non exaudiat nostris.

20. Fructus notitiæ nominis Dei clamor orationis.

B

Pulchrè sanctus Augustinus super citata verba Psalmi sic ait: *Noli timere quando tribularis, ne quasi non sit tecum Deus, fides sit tecum, & est Deus tecum in tribulatione, fluctus sunt maris, turbaris in nauigio, quia dormit Christus, dormiebat in naui Christus, perierant homines; si fides tua dormit in corde tuo, tanquam in naui tua dormit Christus, quia Christus per fidem in te habitat: cùm turbari cœperis excita Christum Dominum dormientem, erige fidem tuam, & noneris, quia te non deserit.* Nil ad rẽ magis dici potuit. Turbamur in tribulationibus, quia non fidimus, non speramus, & non mirum si vndę passionum cooperiunt nos, quia dormiente fide nostra, dormit Christus in nobis, quo dormitante illico excitantur vndæ, illico tempestates: ô incredibilis spei fiduciæque vis! tantum equidem quietè, pacificeque viuemus, quantum erimus sperantes, & in Deo fidentes; summa pace fruemur, si multum sperauerimus.

21. Homines in tribulatione angustiantur, quia in spe dormiunt.

C

Quam spem ita certam tenere debemus, vt eam non amittamus, etiamsi Dei auxilium nobis non ita præsto sit: quia, vt optimè adnotat Augustinus vbi suprà, semper Deus suos eripit à tentatione, & tribulatione, etiamsi non ita citò veniat: *Putas*, inquit, *te deseri, quia non quãdo vis, eripit; eripuit tres pueros de igne, numquid deseruit Machabaos? absit, & illos eripuit, & istos, illos corporaliter, vt infideles confunderentur, istos spiritualiter, vt fideles imitarentur.* Semper ergo Deus à tribulatione cõfidentem in illo, aut hîc, aut in altera vita eripit, & hoc ad exemplum aliorum, in hac eripit, vt infideles confundantur, non eripit hîc, sed in altera, vt fideles patientiam imitentur, & fidem, dum sciunt muneratos in altera tales morientes, & spem illorum nõ vacuam, sed plenam. Quam veritatem intelligent fideles, immo & in hac vita ipsimet, qui mala pertulerunt, dum hîc practicè sæpè sępius experti Dei sunt auxilium in tribulatione; ex qua experientia animæquiores, fortioresque facti non timent amplius pericula, non formidant bella.

22. In Deo semper sperandum etiãsi auxilium eius non ita præsto sit, & huius ratio.

D

23. Deus suos semper à tribulatione eripit, & quomodo hoc intelligendum.

24. Sancti Dei auxilium practicè experti semper confidunt in illo, magna postea audentes.

Quid, quæso, animum præstitit Dauid vt aggredi auderet Philistæum, 1. Reg. 17. num. 33. nisi experientia practica auxilij diuini, & fructus confidentiæ, quam in illo habebat? *Non vales resistere Philistao isti*, ait illi Saul, *nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.* Arguebat iste sensu, ac prudentia carnis, in armis, in lancea, in gladio fidebat, puer Dauid, non assuetus, bellator alter ab adolescentia, desperabat victoriam, quia fidebat in ferro, miser sanè, quasi ferro transactas ipse reportasset victorias, & nõ potius Dei brachio, Deique auxilio. Numquid armis fugauit antea Philistæos? *Cumq; venisset dies pralij*, inquit scriptura ibid. c. 13. n. 22. *non est inuentus ensis, & lancea in manus totius populi, qui erat cum Saüle*, & tamen cùm hoc esset, fugauit eos, & occidit, non equidem armis, non gladio, sed Dei auxilio, in quo non fidens, quos prius inermis occiderat, & fugauerat, nunc armatus timet, & pauet, & quod inermis Dauid non possit contra eos pugnare prædicit. At quid Dauid Dei auxilio assuetus confidere? *Leonem, & vrsum interfeci*, ait, *erit ergo Philistæus hic incircumcisus, quasi vnus ex illis*, proijciensque arma, inermis processit sola Dei armatus fiducia, Deique nomine, in quo sperabat. *Tu venis ad me*, ait Philistæo, *cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminũ Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum, & dabo cadauera castrorum Philisthym hodie volatilibus cæli, & bestiis terræ.* Mirã fiducia, admirabilis confidẽtia, ante prælium canere victoriam; *Dabit te Dominus in manu mea, percutiam te, auferam caput tuum, dabo cadauera Philisthym volatilibus cæli.* Vnde illi tanta confidentia? vnde iste iuuenis tanta sibi promittit? inermis processerat, sine ense, dato quod occidat, quomodo sperat caput auferre? et si vnum occidat, vnde habet, & quod simul omnes? totum sperat, quia totus ipse in Deo fidebat, & totus in Deo fidit, quia vrsum, & leonem Dei auxilio occidit, in quo solo confidens cùm practicè eum probasset, hinc non exhorruit Philistæorum agmina, hinc nõ timuit gigantem. *Vsus magno verborũ fastu*, inquit Chrys. hom. de Dauid. & Goliath, *tumultuabatur, armaturamque suam omnem mouebat, ac arma exerebat, & ipse quidem armorũ virtute fidens, pugnam iniuit; Dauid autem fide, supernoque auxilio munitus, & dixit ad eum: Tu venis ad me fidens in gladio, ego in Deo; tu terrenis dimicas, ego cœlestibus pugno; tu in lancea, ego in fide; tu in clypeo, ego in prece: tu venis ad me in armorum virtute, ego in potentissimo genitore, denique in te tua arma vertẽtur, in te suus gladius exerẽtur, Dei enim est hac pugna, Dei erit & ipsa victoria.* O mira confidentia! ô spes animosa! ô fiducia admirabilis! dicam ergo cum eodem Chrysost. *Quibus ego te laudibus, quibus gloriis praferam, sancte, ac religiose puer? qui innocentia pares, virtute fortes, senes meritò praeuenisti, tu hac pugna monstrasti nec pueros posse esse imbelles, neque à gloria maiores immunes, nec senes vnquam esse degeneres, quoniam in omnibus atatibus, victor, si pugnauerit Deus, victus iacebit, & deficiens inimicus.* Victus equidem non ab armis, sed à Dei fiducia, quam quis possidens perfectè intelliget, practiceque veritatem illam, quam, vt inquit noster Sapiens, intelligunt in Deo confidentes. *Qui confidunt, & c.*

1. Reg. 17. 33.

A

25. Saülis insipientium dum in armis, & non in Deo fidit

Ibid. c. 13. 22.

26. Dauid quãta fiducia processit contra Philistæum, & vnde illam hausit.

Chrys.

Nũ. 10. *Impij autem secundùm quod cogitauerunt, correptionem habebunt, qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

SApiens exposita iustorum laude, felicitateque, illis infelicitatem opponit impiorum, vt clarius pateat, quàm differenter se res habeant, ac cogitauerunt impij, cùm potius è contrario eueniat, quàm quod illi somniarunt, dum sors illorum pessima, licet felices videantur hîc, cùm vsque ad vltimum quadrantem soluent delictis suis pœnam, immo pro cogitationibus, quod maius est, quapropter inquit.

Impy secũ dum quod cogitauerũt, &c. id est prout merebantur eorũ pessimæ cogitationes, vnde mala processerunt verba, & opera, sic Bonau. Carthus. & Lyran. & Olkot lect. 36. si cogitationes tantum Deus corripit, quid faciet de operibus?

Bonau. Carthus. Lyra. Olkot. Interlin. Lorin.

Correptionem habebunt, &c. pœnam habebunt, Interlinea. *punientur, mulctabuntur.* Lorinus obseruat verbum Græcum, significans *correctionem* habere, cognationẽ cum illo, quod significat *animaduertere in aliquem propter tuendam læsi hominis dignitatem, & honorem.* Placet, nam inter cæteros Dei fines ad impios puniendos, vnus erit suorũ vindicare iniuriam, iuxta illud Apoc. 6. 10.

B

1. Finis Dei in impiorum punitione.

Qui neglexerunt iustum, &c. Iustum, si sumatur substantiuè significat *contemptum iustitiæ,* sic sumunt Lyran. Carthus. & Olkot, at Iansen. *Qui neglexerunt iustum,* intelligit, *qui negligenter fuerũt iusti.* Et notat Lorinus peccatum negligentiæ hîc non solum significare negationem debitæ diligentiæ, sed etiam negligentiam cum contemptu.

Lyra. Carth. Olkot. Iansen. Lorin.

A Domino recesserunt, &c. Apostatarunt, quid mirum? effectus negligentiæ est recessio à Domino. Apostasiæ nomen propriè conuenit impijs, qui relicta sua fide, & cultu, Deum negant: accommodatur autem etiam illis, qui à Religioso deficiunt statu. Hîc adnotat Lorinus propriè notionẽ Apostatæ, & Belial, hoc est, sine iugo conuenire malis Regibus, iudicibus, diuitibus, ac præpotẽtibus, qui sunt absque iugo legis, qui iura violant, qui à Deo etiam aliquando religione deficiũt. qui ad quodlibet vitium inclinatissimi sunt. & alijs maximè nociui, contra quos, vt benè ait, agitur hîc, & toto hoc libro, periculosus status horum, qui etsi natura ipsi boni, solet eam peruertere, immo & perdere. *Erat Dario,* inquit Curtius lib. 3. *mite, ac tractabile ingenium, nisi suam naturam fortuna corrupisset,* immo ipsemet Charidemus, quem occidi iusserat, sic eum interpellauit: *Tu quidem licentia regni subitò mutatus documentum eris posteris, homines cùm se permisere fortuna, etiam naturam dediscere.* Bonus erat Saül dum priuatus, corona malum reddidit, dignus imperio, nisi imperasset.

2. Negligentium in via Dei effectus. Lorin.

C

3. Reges mali & Principes cur dicãtur apostatæ.

4. Status regũ, & alius periculosus, & cur.

D

HOMILIA LVII.

Cogitationes malæ quàm acriter à Deo puniendæ.

COrreptionem, &c. id est, pœnam, inquit noster Sapiens habebunt impij. & hoc non tãtum secundũ quod egerunt, sed secundùm quod *cogitauerunt:* nam Deus non solum punit opus, sed multo magis cogitatum. Cuius ratio, quia cùm sit Dominus, & in oculis eius ita pateat quod interius, ac quod exterius est hominis, ideo sic ipse in malum animaduertit interius, atque in exterius, immo magis, cùm sæpè contingat ad plus malas se

1. Deus acriter punit cogitationes, & cur.

A hominis extendere cogitationes, quàm opera ipsius, cùm ad opera patranda mala non solum ipsa sufficiat volũtas, sed necessaria exterior existat potentia, quæ multoties deficit: at ad malum interius consumandum, sufficit ipsa tantũ voluntas, ex quo fit, vt effrænata libenter currat prona in malum, & perficiat in se quod peruersè cogitauit intellectus. Hoc equidem adnotatur in illo Gen. 6. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominũ esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intẽta ad malũ omni tempore:* ad peccata enim cogitationis continuitatem apposuit temporis, quam ad operum negauit, nam de istis tantùm dixit, quod *acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant,* nullam continuitatis apponens notã; nam etsi opere peccabant, non tamen omni tempore, ad plus se cogitationũ peccata extendebant, quàm operis, cõtinuatè peccantes interius, quia continuò malè cogitabant, & quia numquam viribus deficiebant, ideo cogitare mala numquam desinebant.

2. Cogitationes malę semper ad plus se extendunt quàm opera, & cur. Gen. 6.

B

Liceat iterum de hac differere materia, quam etiam suprà cap. 1. n. 5. & 9. attigimus, sic enim necessariam eam duco, vt superfluum non æstimem iterato sarculo eam remouere. Malas ergo cogitationes sic Deus abhorret, vt ob id illico ac in corde earum iactum iam semen videt, eripere procuret, ac perdere, ne diu in corde fotum altius radices figens, foras in opus pessimum erumpat.

3. Deus quã sollicitè malas eripere cogitationes à corde satagit.

Hoc equidem summa illa bonitas cum pessimo enixa est facere Caim, perspiciens enim pullulare cogitationes in illo malas, præuidensque eas certò homicidium parituras, ab iniquo eas corde tollere satégit omnino. *Dixit Dominus ad eum, quare iratus es? & cur concidit facies tua?* Gen. 4. n. 6. Quid enim hoc aliud fuit nisi studium malas tollendi ab iniquo corde cogitationes? quas cùm non sustulit, illico in homicidium prodierunt: non occidisset equidem, nisi prius malè cogitasset, & pro malis, quas in corde fouebat cogitationes, bonas à Deo immissas admitteret, *Sed quia,* vt inquit Chrys. hîc hom. 19. *incurabilia vulnera austeris medicamentis non cedunt, ita anima semel captiua, si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, considerare non vult quæ sibi sunt vtilia, etiam si quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficeret. hoc in Caim factum est,* qui dum impiè cogitasset, impiè postea gessit, & ex impijs cogitationibus, impiũ processit opus, vnde non mirum, si tantopere in eas Deus animaduertat, vt propter eas ab anima se disiũgat, *Peruersa enim cogitationes separant à Deo,* inquit Sapiens c. 1. n. 3. & homo à Deo separatus quid erit? Audiamus Macharium hom. 28. de anima in qua Deus non habitat, qui sic inquit, *Est veluti domus quæ habitantem non habeat, tenebrosa, & vilis; & probrosa redditur, & impletur sordibus, atque stercoribus: ad eam quoque modum anima, quæ non habet in se ipsa Dominum suum, tenebris peccati, affectionum turpitudine, & omnimoda ignominia repletur.* Fit ergo fœda, turpis ac fœtida, ex pulchra, & formosa, quæ statim ac in hunc statũ redigitur, a bea discedit Deus, illico eam deserens, quod quomodo fiat, exemplo est illustrandum.

Gen. 4. 6.

C

Chrysost.

4. Peccator bonas habere considerationes refugit.

5. Anima sine Deo ad quẽ statum deuenit.

D

S. Mach.

Ponamus aliquem ob pulchritudinem alicuius deperire mulieris, & ita ardenter eam amare, vt die nocteque numquam ab illa separetur: at mutet talis pulchritudinem, & ex pulchra fiat fœda, putrida & malè olens, nonne illico separabit se homo ab ea? & vnde prius sine illa viuere non poterat, & sine qua malè se habebat, postea impossibile fit vt cum illa amplius viuat, & non se ab illa elonget, se-

paret, ac fugiat, at nunc inquire, quomodo aliqua ex formosa fit fœda, subiectum equidem mutando pulchritudinis, subiectatur enim pulchritudo in cute, in qua & color, & pulchritudo consistit mẽbrorum; tolle nunc à muliere cutem, ex pulchra redditur turpis, tolle colorem cutis, apparebit squallida, nigra, plenaque crustis, non erit amplius formosa, immo turpissima, & fœdissima. Quod cũ ita sit, quære nunc à Bern. ser. de cute, carn. & ossib. animæ, cutis animæ in qua eius pulchritudo consistit, qualis sit? & dicet tibi quod *cogitatio bona, & sancta*; assignat namque Bernardus animæ suam cutem, suam carnem, & sua ossa, ossa dicit esse intentionem animæ, carnem affectionem, cutem cogitationem, quo posito, sic inquit: *In ossis integritate est anima vita, in carnis corruptione sanitas, in cutis specie pulchritudo.* Vnde concludit tribulationem iustorum esse denigrationem talis cutis, passionem scilicet, & malarũ tolerantiam cogitationũ: *Quæ sunt ergo,* inquit, *tribulationes iustorũ, nisi quod interdum decoloratur cutis, cùm videlicet inutilis cogitatio in corde versatur.* Benè certè id, quod cutis in corpore, est cogitatio in anima, pulchritudo carnis in cute consistit, & pulchritudo animæ in sancta cogitatione, sit sana caro, sint ossa sana si cutis non est sana, non adest pulchritudo, sit affectio animæ sana, sit sine vulnere, quærat, & amet tantum Deum, sint ossa sana, sit intentio firma, & in eius stabilis obsequio, deficiat tantum cutis, deficiat sancta cogitatio, accedat cogitatio turpis, negligenter, culpabiliterque excussa, viua erit, sed non pulchra, sed non formosa. Hinc tractu temporis ab illa se separabit Deus, prout à fœtida, & à turpi, separabit, inquam, etsi non per charitatem, saltem per feruorem charitatis.

Bernard.
6. Cogitatio bona animæ cutis, in qua pulchritudo eius.
7. Iustorũ tribulatio malas parit cogitationes.
8. Deus se separ bit ab anima negligente, quæ malas non expellit cogitationes.

Capillos, per quos cogitationes intelliguntur, bis in scripturis inuenio causam fuisse mortis, semel in Samsone, in Absalone iterum, sed primos, quia decurtati secundos verò, quia non rasi, sed prolixi, & oblongi. Quale hoc mysterium? nisi quia alij erant Nazareni, & hominis Deo dicati, alij verò hominis peccatoris; primi, quia hominis sancti, decurtati non debebantur, nam in ipsis stat fortitudo, in ipsis sunt vires hominis spiritualis, in ipsis eius pulchritudo, vt inquit Bernard. tolle hos, auferes spiritum, auferes animum, auferes intellectum, & cæcus, immo ex Deo iumentum factus homo in molaterens, ludibrio expositus, amittet tandem & vitam. Quid enim est spiritualis homo sine cogitationibus sanctis? prorsus non homo, immo iumẽto similis. quid ergo mirum, si catenis vinctus, vt alter Samson, in mola ad terendum impellitur? Cur spirituales viri, quos aliquando à turbis segregatos perspeximus ita vni soli vacãtes, vt pœne hic mortui, in cœlo viuentes putarentur, postea visi sunt in mola negociorum terentes, non quidem triticum, sed paleas immo lapillos, nisi quia, nescio à quo, (ne dicam à mulieribus) capillos, id est sanctas cogitationes, decurtari permiserunt, vnde paulatim à feruore, & à spiritus deficientes abstractione, terreas pro cælestibus, carnales pro spiritualibus, cogitationes inserentes, terrei effecti sunt, ac carnales. Ob quod meritò exclamat Bernardus vbi suprà dicens: *Caueamus ergo cogitationes inutiles, vt animarum nostrarum facies decora permaneat, vt obliti, quæ retro sunt, id est, populum nostrum, & domum Patris nostri, concupiscat Rex speciẽ nostrã, exeamus de terra nostra, vt non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis, exeamus, & de cognatione nostra, id est à cogitationibus curiositatis, quæ nimirum cùm in sensibus corporeis habitet, carnali vtique cognata est voluptati, exeamus etiam & de domo Patris nostri, vt cogitationes superbiæ, & vanitatis fugiamus, quod si fortè aliquando mala cogitatio mentem subierit, tota sollicitudine laboremus citius abluere, & eradere sordem, qua nos maculari cõspicimus.* Nil melius. Tota sollicitudine sordes abluendæ sunt cogitationum, si Deum non derelinquere animam velimus, & bonæ retinẽdæ, capillosque decurtator non habere opus est, nam causa mortis Samsonis capilli fuerunt, sed capilli decurtati, abscissio nẽpe bonarũ cogitationũ, quas vt homo Deo consecratus aliquando habuit, & negligentia sua, torporeque amiserat.

9. Homo spiritualis sine sanctis cogitationibus prorsus non homo, in bestiam euadet.
10. Homines spirituales cur carnales efficiũtur.
11. Malæ cogitationes vitandæ & bonæ retinendæ.

Alteri capilli etiã causa extitere mortis, sed quia non decurtati, & tonsi, à quibus pendens miser perijt, & occisus Absalon. Mirum, vt causa mortis essent illi met, quos tanti eorum æstimabat possessor, quique à cæteris sic in precio erant, vt *quando tondebat capillum, semel autem in anno tõdebatur, quia granabat eũ cæsaries, ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, põdere publico.* 1. Reg. 14. 26. En quam pretiosi, en quantæ æstimationis! & tamen hi sic æstimati, quia nõ curtati, causa eius ruinæ fuerunt, insuper & mortis cap. 18. n. 9. *Accidit antẽ vt occurreret Absalon seruis Dauid sedẽs mulo, cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit corpus eius quercui, & illo suspenso inter cælum, & terram, mulus cui insederat pertransiuit.*

1. Reg. 14. num. 26.
12. Absalonis capilli quãti æstimati.
Ibid. c. 18. num. 9.

Multa equidem notanda, primùm iustè in quercu illos obuolutos esse capillos, qui quercus nutriebãtur fructibus, nam cùm hominis essent carnalis quibus alijs nutriri poterant nisi siliquis, quibus porci nutriuntur? iustè ergo in illis causam mortis inuenit, vbi delectationis habuit & ibi inuoluti capilli in articulo mortis, vbi eos habuit in cursu vitæ. *Respice*, inquit Chrys. tom. 1. hom. de Absalon, *iam scelestissime hostis, ac nefande, iam respice parricida, respice inquam vsquequaque in te cuncta cõuersi, respice contra te ab ipsa natura repugnari, & quamuis contra te dimicet cælum, moueatur terra, exercitus pugnent, tamen aliud te ignotũ, & inopinatum sustinet bellum, aliud vbi iam peractũ prælium est, quod fugientem excipiat, properantem interimat, festinantẽ occidat. Adest, inquam, arbor in campo ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat, patris iniuria in parricidam defendat. Adest, inquam, arbor, quæ nec Patrem, vt tibi parcatur, audiuit, & iussa Dei instanter implere cõtendit.* Et meritò equidem eũ illa arbor suspendit, ac patris vindicauit iniurias, cuius fructus porcis destinati symbolũ repræsentat immundorum: iustum equidem erat, vt quia scelestus iste, non solum vitæ insidiabatur patris, sed honori eius, fœdè in vxoribus deturpãs illũ, illa arbor tales patris vindicaret iniurias, quæ immũdis destinata animalibus, nõ nisi immundos parit fructus, & ibi capillos inuolutos haberet, vbi in vita eos, vti diximus, tenuit. Vt semel apprehendant homines eas prorsus cogitationes se in mortis articulo habituros, quas in vita habuerunt, & ibi eas se (licet eis inuitis) inuoluturas, vbi eas ipsi volentes in vita inuoluerunt, carnales erunt, si carnales fuerunt, circa opera carnis, si circa ea ipsi illas tenuerunt. *Ezechias cùm ægrotaret*, idẽ inquit sanctus, etsi alio proposito, hom. 54. in Matth. *non mensa deliciarum plenæ recordatur*, Chrysost.

13. Cur in quercu inuoluti.
Chrys.
14. Homines in morte eas habituri sunt cogitationes, quas in vita habuerunt.

Y iij

batur, non eximiæ gloriæ, non regnorum, & imperij, sed iustitiæ, ac rectè conscientiæ. Quia iustus, & opera iustitiæ in vita fecerat sua; at Saul nil aliud in corde moriens habebat, quàm gladium, ictus, & mortem, quia viuens nil aliud cogitauerat, nisi ferire, occidere, ac perdere.

15. Absalon cur capillis suspensus.

Secundò notandum, quod inter cœlum, terramque non ad eum capilli sustollendum, sed ad moriendum suspenderunt, qui dum viueret, ijs vtebatur, vt suprà terram se eleuaret, dignas emeritæ suę luens superbiæ pœnas.

16. Cogitationes superbæ quò hominem ducunt.

Vt semel homines apprehendant, quò eos altæ, superbæque ducunt cogitationes, quæ dum videntur à terra in cælum versus hominem suspendere, & ad astra eum attollere, hoc faciunt, vt altius inuolutus transfodi possit; & quò maior erat ascensus, eò horribilior sit casus; in corde transfigitur, qui corde superbus erat; adhuc palpitans vulneratur, & occiditur ab armigeris, qui omnes suos ad superbiam consumpserat spiritus; *Et tandem in foueam grandem proiectus est, comportantes super eum aceruum lapidum magnũ nimis.* qui prius suprà terram se extollens ita erectos habebat cogitatus, vt & patrem occidere, & solus regnare præsumeret, Deo in omnibus vindicante, ob hoc non statim mortuus, vt adnotat Diuus Chrysostomus vbi suprà, vt sciret iniquus non ab humana effectam industria, sed à diuina fuisse iustitia eius mortem.

Idem. 17. Absalon cur non statim mortuus.

Absalon non statim de medio sublatus est, sed tamquam in iudicio priùs suspensus est, inquit, *& ligno affixus, & Deo ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus, & vt sciat, quod factam est non fuisse humanæ industriæ, sed diuini iudicij, capilli ad lignum eum alligarunt, & brutum animal eum tradidit, & profanè quidem coma, pro ligno autem arbor extitit; pro milite autem adduxit eam malus.* Pulchrè, mulus eum addduxit, animal immundum, lasciuum, quia homo immundus, lasciuus.

Sed vnum mirum sanè, quomodo capillis suspensus, qui semel in anno eos tondebat, & quomodo causa mortis esse potuerunt ei, qui eos decurtabat.

18. Homines qui semel in anno cõfitentur, quàm periculosè moriuntur.

Sed si diligẽter inspicias, in eo ipso, quod dicit scriptura, *Quod semel in anno tondebatur,* mysterium inuenies, causa mortis fuerunt, quia semel in anno tondebantur, non fuissent, si pluries, si quotidie, at quia semel cùm non sufficiens esset, crescentibus illis in dies, ita longos habuit in morte, ac si eo anno decurtati non fuissent, miser equidem: at miseriores illi, qui cùm obscænas, impuras, ac superbas cogitationes, immo & facta toto sustineant anno, securos se existimant in morte, quia semel in anno eas abscindunt. *Semel in anno,* inquit scriptura, *quod tondebatur Absalon, quia grauabat eum cæsaries,* & semel in anno isti confitentur, non quia grauat eos conscientia, sed quia eos compellit Ecclesia, & Absalonem capilli occidũt, vt sic dicam, etsi semel in anno libens eos tõdebat, & isti putant non occisura eos peccata, dum semel in anno coacti quasi confitentur, cùm etsi spontè, etiam non sufficeret.

Chrysost. 19. Quotidie confitendũ, si quotidie culpa commuttitur.

Quotidie peccas, inquit Chrysostomus homil. 3. de pœnitentia, *quotidie pœnitentiam age, & quòd in domibus facimus cum fragiles ad easam natant, fragilia educimus, tignaque noua submittimus, cõtinuaque reparationis munus obliteramus, idipsum & in nobis faciamus, si hodie à peccato senueris, te ipsum per pœnitentiam instaura.*

Vltimo tandem notandum, quantæ ęstimationis huius erant hominis peccatoris capilli, *Ita vt ponderaret eos ducentis siclis pondere publico,* qui tamen ita perniciosi suo domino extiterunt, vt mortem ei accerserent; signum quòd decipiebantur, qui tanti illos emebant, & sic æstimabant, cùm in se, quia tantæ ruinæ causa, potius essent paruipendendi, & nullo pretio digni. Quis, quæso, non miratur quanti homines faciant cogitatus, consiliaque alicuius carnalis prudentia præditi hominis, qui,

20. Vesania hominum consilia æstimantium politicorũ.

quæ mundi sunt, consulit, quæ carnis suadet, quæ honoris, ac superbiæ defendit, pro Deo iste habetur; summoque eius consilia precio emuntur, sicut è contra summopere paruipenduntur qui contraria suadent, qui quæ spiritus, quæ Dei, quæ humilitatis, ac Religionis. *Consilium Achitophel,* inquit scriptura 2. Reg. 16. num. 23. *quod dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret Deum, sic erat omne consilium Achitophel, & cùm esset cum Dauid, & cùm esset cum Absalon.* Mirum hoc postremũ, vt tali consiliario etiam Dauid fuerit vsus.

2. Reg. 16. num. 23.

Procop.

Sed optimè respondet Procopius, vt alibi diximus, in hoc suam stetisse malitiam, dum se rebus accommodans præsentibus, cum Dauid eam celauit, quando cum Absalone ostendit: *Certum est Achitophelem se rebus præsentibus accommodasse,* ait, *& pro vtriusque ingenio, & moribus consilia dedisse, erga bonum malitiam celans, erga prauum autem ostendens.*

21. Taliũ consilia & se, & consultos destruent.

Lyra.

Huius ergo hominis prudentia præditi carnali consilia quasi diuina æstimabantur, & sic eius suasu, vt inquit Lyra, Absalon à patre rebellauit, sicut & eius fœdauit vxores; at quàm sibi infausta consilia, quàm etiam, & clienti suo, vtrorumque declarauit laqueus: vnde meritò Achitophel dictus, *Qui ruina fratris interpretatur,* dum & sui & fratris, siue proximi ruinæ extitit causa. Discant ergo miseri, ac plusquam dici potest, miserabiliores, quod eodem suspendentur laqueo, in eandemque foueam incident, & immergentur, & pariter cum consulentibus sepelientur suis, quia eandem, quam consultori superbæ cogitationes, luxuriosæ, ac turpes afferunt ruinam, eandem afferent consultis, & casu discent suo quantum malum fuit impijs superbis, ac obscænis, imbui cogitationibus, & decurtatas has non habere, cùm contra has maximè insurgat Deus, castigans, ac corripiens eas, iuxta quod inquit noster Sapiens, *Impij autem, &c.*

HOMILIA LVIII.

Negligentia, & pigritia in Dei obsequio, occasio à Deo recedendi per peccatum.

Qui neglexerunt iustum, &c. Iam diximus, secundùm Iansenij opinionem, intelligi qui negligenter fuerunt iusti, ex quo infertur, quod noster Sapiens ait, nempe istos à Domino apostatasse, nam semel admisso aliquem negligenter se in Dei gerere seruitute, illico à Domino recedit, se elongat, tergaque vertit: *Sicut condemnatus est,* inquit Bernard. serm. 15. ex paruis, *qui in vitiosa permanet voluntate, ita reprehensibilis est, qui in virtutibus nõ studet proficere.* Æquè certè, vt sic dicã, condemnabitur vnus, ac alter, non studet quis proficere, remissè se in Dei gerit seruitute, reprehensi-

Bernard.

bilis cùm sit, à domo expelletur Dei, & ab ipso punietur, quia obsequium quod ei debebat diligenter exhibere, negligenter perfecit. *Nonimus multos*, inquit Chrysostomus homil. 22. in Matth. *ad ipsius ferè cæli verticem conscendisse, omnes virtutes numero habuisse, deserta, deuiaque loca, à vita hominum aliena coluisse, ac denique fœminam neque in somnis quidem vidisse; & tamen negligentia lapsos ad vitiorum barathrum deuenisse.*

1. A perfectione casus aliquorum vnde. *Chrysost.*

Admirari libet, cur Ioas Rex non sit veritus manum in Zachariam mittere filium Ioiadæ sacerdotis, cui tantum ipse debebat, educauerat enim illum vt filium, dedit ei vxores, in timore Dei fecit illum permanere, in pace gubernare, subditum tenuit illi populum, & cùm hæc omnia illi confecisset, inquit scriptura 2. Paral. 24. num. 12. *Quod non est recordatus Rex Ioas misericordiæ, quam fecerat Joiadas, pater Zachariæ secum, sed eum interfecit.* Cur, quæso, hoc Deus permisit? an ob negligentiã, quam Ioiadas dum viueret in Dei commisit obsequio, parum curando de Leuitarum negligentia in collectione pecuniarum, ad Dei templum restaurandum? *Porrò Leuitæ*, inquit scriptura, *egere negligentius, vocauitque Rex Joiadam Principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit cura, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda, & Hierusalem pecuniam, quæ constituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo ad tabernaculum testimony?* Ob quam negligentiam iratus Deus, puniuit eum in filio, etiam post mortem suam, qui vnus fuit ex illis Leuitis, de quibus dicit scriptura ibi quod negligentius egerunt; ad significandum nobis, quantum Deus facit negligentiam in sui seruitio, cùm tantopere, & tam atrociter eam castiget, etiam post mortem eius, qui illam commisit: & quod valdè notandum, hunc, vt Euangelica narrat Historia, Matt. 23. occisum inter templum & altare, vt scilicet ibi moreretur, vbi commiserat negligentiæ delictum, & corporali puniretur pœna, dum quia sanctus & bonus effugiebat spiritualem, quam ferè semper secum afferr in Dei seruitio negligentia, incuriaque. *Maledictus*, inquit S. Propheta Hierem. cap. 48. nu. 10. *qui facit opus Dei fraudulenter*; Septuaginta, *negligenter*. Quem locum Diuus explanans Ambrosius in Psalm. 118. super illa verba, *in toto corde exquisiui te. Qui autem non habet*, inquit, *vt in corde suo exquirat Deum, sed negligenter facit; maledicto subiectus est, sicut legimus, quia maledictus omnis qui opus Dei facit negligenter; meritò ergo repellitur, quia maledicto dignus est, quia polluit magis, & impedit opus, quod negligenter putauerit exequendum.* Notanda postrema verba: maledicitur remissus, abijcitur, atque ex ore euomitur Dei, quia opus exequendum ex suo sanctum, & impollutum, ipse sua polluit negligentia: quæ est summa negligentis animæ ratio mortis, quam expedire, & ipsi operi, ipsique negligenti profusius ibi probat sanctus.

2. Par. 24. 12.

2. Zacharias cur occisus à Ioas Rege.

Mat. 23.

3. Cur inter templum, & altare.

Hier. 48. 10.

Ambr.

4. Ratio efficax cur remissus ab ore euomitur Dei.

Quid, quæso, putandum, occasionem fuisse ruinæ Dauid, vt in tot, tantaque peccata laberetur, nisi negligenter in Dei se gessisse seruitio, & in domo sua negligenter otioseque manere dum tempus erat bellandi, & per alios gerere bellum, ad quod ipse personaliter accedere debebat. 2. Reg. c. 11. n. 1. *Factum est autem*, inquit scriptura, *vertente anno, eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, misit David Joab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Amnon, & obsederũt Rabba, Dauid autem remansit in Hierusalem.* En causa, & Dauid miserabilis ratio casus, en à Deo apostasiæ eius occasio, & conuersio ad creaturam, negligentia, & remissio in Dei seruitio, domi manere, dum erat tempus bellandi, & per alios velle facere, quod per se tenebatur; hinc miser cecidit, licet in tanto coram Deo perfectionis esset gradu. *Ambulemus vigilantes*, inquit Chrysost. hom. 77. ad popul. Antioch. *& expergefacti, ne vel si paululum quis dormitauerit illico prosternetur, non enim sumus Dauide solertiores, qui cùm parumper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrum.* Et Theodoret. quæst. 25. *Diuinus David*, ait, *cùm Saul eum persequeretur se sapienter gessit, & cùm esset in acie, mentemque exerceret in belli cura, ex legibus diuinis vitam suam administrabat; paruas autem assequutus inducias passus est lapsum; verè magnum, & vehemens bellum, est remissio.* Nil melius. Magnum equidem remissio, negligentiaque est bellum, ipso quidem, audeo dicere, dæmone fortius, plures enim hæc debellauit, quàm ille, fortiores occidit, valentiores: quod multoties malo nostro experimur, dum quia pigri sumus ad bellum, quia stertimus, dum tempus est bellandi, quia per alios adimplere nostras volumus obligationes, quas per nos ipsos adimplere debemus, ruimus miseri à magno perfectionis gradu, & in barathra decidimus.

5. Dauid casus occasio negligẽtia.

2. Reg. 11. num. 1.

Chrysost.

Theod.

6. Negligentia fortior hostis quã diabolus.

Enimuero ille homo, qui inuitatus ad nuptias venit, nullo alio motiuo eiectus in tenebras fuit exteriores, nisi quia licet ad conuiuium accessisset, tamen negligenter, incompositè, & absque veste accessit nuptiali, Matth. 22. num. 12. Vnde sic eiecti fuerunt, & expulsi, qui noluerunt venire, ac qui venerunt, sed non ita, ac debuerunt. Sic equidem, ita condemnabuntur, qui Deo non seruiunt, ac qui negligenter, & non sicut debent; parum inter eos distat, cùm ita vnus Deo displiceat, ac alter, immo magis quodammodo qui negligens est: nam de illis qui noluerunt venire, nil amplius Dei pronunciauit sententia, nisi quòd culpa eorum non fuerunt digni, & à conuiuio expulsi simpliciter, sed illum, qui incõpositè, indigneque accessit, non solum expulit, sed statim iussit expelli, ac in tenebras eijci exteriores, ad significandum, magis durum cum negligentibus iudicium agi, & cum Dei mãcipatis seruitio, quàm cum illis, qui ei non seruiũt, qui eum non agnoscunt. *Frigidus est enim*, inquit Ambros. vbi suprà exponens illud Apoc. 3. *scio opera tua: qui fidem nescit, calidus est, qui Spiritus sãcti feruore succensus est, qui enim calorem fidei non habet, tolerabilius illi foret non accepisse, quàm neglexisse, est enim tepidus peior frigido.*

Mat. 22. 12.

7. Durum iudicium fiet cum negligentibus, & cur.

Ambr.

Sed amplius hîc notandum, nam dum pater familias seruum misit ad inuitandum, inquit Luc. 14. num. 23. quòd mandauit ei, vt compelleret ad intrandum: *& ait Dominus seruo, exi in vias, & sepes, & compelle intrare.* Vnde colligitur, illum, qui vestem non habuit nuptialem, magno equidem Dei beneficio, ad cœnam compulsum fuisse intrare: sunt enim aliqui, qui sponte, vix à Deo vocati suo seruitio se mancipant, & sunt aliqui, qui etsi multoties vocantur non consentiunt, vnde superabundante in eis misericordia diuina, vi, vt sic dicam, ad se eos trahit, & in suo eos recipit seruitio, vnde quasi videtur, quod velint, nolint, saluos eos vult fieri, meritò ergo eò quod plus receperunt, eorum Deus postea, negligentiam amplius punit, seueriusque castigat. Vnde meritò, quia coram eo

Luc. 14. 23.

8. Efficaciter vocati, negligentius agentes, acrius puniuntur.

non sicut debent, comparent, eijcit, & pro nihilo eos ducit, & à sua præsentia velut inimicos expellit.

Optimè dubitat Ambrosius, lib.1.Exam.c.17. super illa verba Genes. cap. 1. *Terra autem erat inanis, & vacua*; vel vt alij vertunt, *Erat inuisibi-*
9. *lis, & incomposita*: cur terra, cùm corpus sit solidū, & grande, dicatur inuisibilis? cui respondens dubitationi ait: *Meritò terra tunc inuisibilis dicitur condita, quia incomposita, quæ figuram, & speciem congruentem adhuc non acceperat à Deo.* Vnde in sensu Ambrosij illud, coram Deo, eiusque oculis est inuisibile, quod incompositum, quod non ornatū,

Terra quia incomposita ideo dicta à Moyse inuisibilis.

10. & tandem quod non omnibus est numeris absolutum, tale opus licet sit grande, licet solidissimum, deficiente tamen ornatu, compositioneque, non est oculis Dei dignum, inuisibile ante Dei est conspectum. Mira certè res, sed verissima; sit opus bonum quantumcumque vis grande, sit solidum, maceret se quis, continuè orationibus assistat, & ieiunijs, faciat tamen hoc negligenter, oscitáterque, ita vt peccaminosum sit, inuisibile est tale opus coram Deo, eius oculis indignum; terra erit, sed vacua, & inuisibilis, opus, sed vacuum, & inuisibile, hoc est mercede vacuum, vacuum præmio, Dei vacuum gratia, benignitateque, vnde postea non solum gratia Dei mereatur esse vacuum, sed ob talem negligentiam ab illa excidere, & apostatare, & tandem in tenebras eijci exteriores.

Opus visibile ante Dei oculos quale dicatur.

Sed dices, nimia seueritas videtur, vt eijciatur homo, quia vestem non habuit nuptialem, cùm scriptum sit, quod Rex suis præcepisset, vt exirent in exitus viarum, & quoscumque inuenissent, vocarent ad nuptias; *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias*; quod vt præceptum, sic factum, *Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, bonos, & malos, & impleta sunt nuptiæ.* Si ergo eos non præuenit, quid mirum si aliquis absque veste inuentus fuerit nuptiali? quis è domo egrediens ad arandum, ad seminandum, nil de nuptijs cogitans, si ad nuptias intrare compellatur, reus erit si sine nu-
11. ptiali ad nuptias accedat veste? seueritas certè magna videtur hæc, & nimius rigor, angit animum, spemque salutis quasi adimit.

Cur non vestitū veste nuptiali eijcere non fuit rigor, sed iustè eiectus.

Sed si attentè consideremus, rigor non est. Primò quia etsi ad exitus missi serui viarum, non ob id improuisè vocati, uam semel omnibus dictum, *Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*, Luc.12.num.39. culpa ergo sua imparatus accessit, qui semper paratus debebat incedere.

Luc.12.39

Secundò indagādum, qualis fuit vestis quæ huic defuit. ex cuius defectione meritò eiectus in tenebras est exteriores.

12. Primò ergo supponendum, vestem nuptialem hic intelligi, non vestem similem ei, quam sponsus gerebat, aut particularis alicuius coloris, vt optimè Maldonatus, sed vestem aliquam insignem, & quotidiana splendidiorem, qualem solent homines, cùm ad nuptias inuitantur, induere, vt sponsum honorent, & conuiuium condecorent, qua caruit eiectus, & meritò in tenebras exteriores mittitur, quia temerariæ fuit imprudentiæ, sine illa ad conuiuium accedere, vbi omnes nuptiali veste induti accesserant.

Vestis nuptialis qualis debebat esse.

Maldon.

Ex quo colligitur, quòd non omnes, qui ad nuptias inuitabantur, ad vnam, eandemque tenebantur vestem nuptialem, nam sufficiebat, vt secun-

A dùm potentiam suam quis indutus accederet, ad hoc vt sponsus non indignaretur, & sufficeret vt aliquid in se haberet, quo significaret ad nuptias venisse nuptialiter indutum; licet non ita splendidè. Exemplo hoc illustrandum.

Ponamus Principem aliquem ad nuptias omnes inuitasse subditos suos, ea lege, vt nemo abesset, sic pauper, vt diues, sic nobilis, vt ignobilis, sic villicus, & pastor, vt ciuis, & vrbium incola, certè non eandem à quolibet expeteret vestem nuptialem, sed à diuite diuitem, à paupere pauperem, à nobili nobilem, ab ignobili ignobilem, à villico villicam, à pastore pastoream, sicut & à ciue ciuicam, & ab incola vrbium vrbanam, quod etsi non conformiter, omnes tamen laudabili varietate, nuptialiter vestiti accederent; at si sine vlla prorsus veste intraret quis sordidè, & viliter, neque vllum signum

B habens nuptiale, meritò eijceretur, meritò expelleretur; vnde meritò Rex indignaretur.

Supponendum etiam per vestem nuptialem, etsi secundùm veram sententiam intelligatur charitas, cum bonis operibus in statu charitatis factis, vt intellexerunt Tertull. lib. de Resurrect. car. Origen. Chrysost. Ambros. serm. 14. de Natiu. Dom. Gregor. Hieron. Theophilact. & Euthim. tamen etiam alij non solum charitatem intellexerunt, sed etiam alia, vt Iren. lib. 4. cap. 70. & Hilar. hic Spiritum sanctum. August. lib. 22. contra Faust. cap. 19. Christi gloriam, quam quisque in Ecclesia quærit, hinc fit vt etiam fas sit non solum charitatem, sed etiam pro veste hac nuptiali etiam alia intelligere, & relinquendo semper horum sanctorum Patrum in suo firmissimo robore sententiam, quia hanc vestem esse secundùm vniuscuiusque diximus

13. Quid intelligitur per vestem nuptialem.

Tertul. Origen. Chrys. Ambr. Greg. Hieron. Theoph. Euthim. Iren. Hilar. August.

C substantiam, & potentiam; licet non sit vndequaque iste vestitus, fas sit pro nunc, piè intelligere per illam opus aliquod bonum factum etiam absque charitate, cum quo aliqui accedunt ad nuptias, hoc est ad mortem, vt multi nuptias intelligunt, quod opus licet non sit vitæ meritorium æternæ, tamen quia quatenus bonum aliquid est dispositiuum ad illam, dum misericordiam disponit diuinam, vt operanti gratiam concedat efficacem, quò postea conteratur, & dignus vita efficiatur æterna, ideo optimè etiam suo modo & vestis dici potest nuptialis. *Beneficentiæ*, inquit Paulus ad Hebr. 13. num. 16. *& communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus.* Quem locum Interlin. interpretatur de eleemosynis, quibus hostes superantur, & peccata extinguūtur, *quia per eleemosynas*, inquit, *hostes vincantur,*

14. Opus bonum sine charitate quo sensu potest dici vestis nuptialis.

ad Heb. 13 num. 16.

D *peccata extinguuntur, vnde Propheta, misericordiā volo, & non sacrificium.* Ex quo loco multi meritum congruum ad iustificationem eliciunt. Ergo opera bona supernaturalis ordinis etsi in peccato, quatenus disponunt ad Deum promerendum vel placandum, aut propitiandum, vestes aliquomodo dici possunt nuptiales, quibus festiuus accedens quis, quodammodo ipsum lætificat Deum; quod eleganter ipsa exprimit Syra lectio dum *promeretur Deum*, vertit *pulchrescit Deus*, hoc est, hilarescit, & gloriatur.

Ex dictis ergo tria apparent clarissima. Primū non fuisse rigorem hunc expellere, in sententia Patrum asserentium, per vestem nuptialem opera intelligi cum charitate, quia non alia ab eo nuptialis exposcebatur vestis, quàm quæ debita illi erat, non plusquam quod vires sustinebant eius, & quam si voluisset semper habere præ manibus poterat,

quam si non habuit, culpa fuit sua, vnde meritò exclusus.

Secundò apparet, non solùm ex hoc exemplo debere nos animum demittere, quin potius illum erigere, & nouam induere spem; si par nuptialem intelligamus vestem opera bona, etsi non in charitate facta possibile fiet vt non expellet, etsi expulsionem mereo, si aliquid nuptiarum in me Rex ille inuenerit benignissimus. addet de suo, vbi non inoenerit de meo, & plenam vestem dabit nuptialem, quando me viderit cum aliquali accessisse. Vnde sit aliquis peccator in vitijs innumeris, & miserè subactus in illis, non amittat ob hoc spem si viderit firmiter aliquid sibi nuptiarum inhærere:
15. Virginis sanctissimæ deuotio quantum ad vitã valet consequendam æternam. si verbi gratia deuotionem aliquam sanctissimæ Virginis inconcussam, stabilemque, ac potentem cum eo, ita vt ob amorem eius, & ob aliquam peculiarem eius deuotionem peccare aliquando desinat, confidat, & non desperet, quia etsi vocatus ad nuptias, & morte fuerit præoccupatus; si hanc Rex nuptialem in illo inoenerit vestem, confidat quòd misericordia, ac matris reuerentia suæ motus non eijciet illum, addet ipse ornatum, pulsabit, mouebit, impellet, vsque dum perfectè nuptialiter vestitus, splendidè recumbet; vidimus sæpè hoc, perlegimus, & quotidie. Videmus conuersos, immo & saluatos peccatores, quia hanc tantùm nuptialem vestem habebant; deuotionem nempè sanctissimæ Virginis.

16. Exempla deuotionis Virginis, efficacitatis. In Prato refertur spirituali, verbo *Mariæ Virginis deuotio*, peccatorem quendam vitæ perditissimæ, ita Virginis deuotum vt numquam eiusdem imagines, vbi cumque eas reperisset, absque humili reuerentia ausus sit præterire, & dæmonem dixisse, numquam triginta spatio annorum eum occidere potuisse, quia talem cum conducto obtinebat licentiam, si semel obseruasset eum absque reuerentia Virginis sanctissimæ imaginem præterijsse, quod numquam in tantis obseruare annorum circulis potuit.

Blos. Item Blosius narrat. Virgini Gertrudi admonuisse Dominum, vt ad ditissimum quendam accederet mercatorem morti proximum, cumque vt cõfiteretur, admoneret. quod cùm Virgo fecisset, respondit, se iam confessum, iterumque secundò à Domino admonita de eodem, similia ei respondit homo; tertiò tandem iubet, & insuper vt tale, & tale cõfiteretur peccatum, quod cùm ille audijsset summopere perterritus, & magnum lachrymarũ imbrem effundens, clamauit dicens, sexaginta anni iam sunt quibus non confiteor, & accersito Cõfessore magna contritione, & lachrymarum vi, peccatis confessis, vltimum spiritum Deo reddidit. Quod factum admirans vltrà quam dici potest, virgo Gertrudis à Domino humiliter petijt, quid in causa esset tantæ eius misericordiæ? cui Dominus, *Saluaui, quia deuotus matris meæ.* Ergo licet hic perditissimus, aliqualem tamen vestem habebat nuptialem, vti pauperrimus, & miser, & hoc
17. Eleemosyna potens ad hominẽ saluandũ. vocatus & Dei misericordia non eiectus cùm eijci meruisset, quia omnino sordidus nõ accessit; quod similiter & de alijs affirmandum operibus bonis, & præcipuè de eleemosyna; *Orationes tuæ, & eleemosynæ*, Cornelio dixit Angelus, Actor. 10. nu. 4.
Act. 10. num. 4. *ascenderant in memoriam coram Deo.* In quo loco
Basil. Basil. Reg. 2. 24. ex breuioribus sentit ante Petri ad-
18. Cornelius quando à uentum, nondum Cornelium fuisse iustum, ac per consequens, eius opera, quatenus adhuc hominis non iusti, mortua, quoad vitam æternam non viua. Quod apertè sentit Oecumenius hic, & Chrysostomus hom. de fide, & lege naturæ tom. 3. vbi post Cornelij opera commendata sic ait: *Sed quia magnus ille iustitiæ, & veritatis oculus, iustus, inquam, ille iudex personarum respectum nesciens vidit bona quidem opera, sed mortua, eò quod fidem, intellige viuam, non habebat, mittit diuinum Angelum operibus ad præmia acquirenda ministrantem, ita vt benè certando ob fidem coronari possit.* Petro vocatus, non iustus nec eius opera. *Lorin. Oecam. Chrysost.*
Quod etiam contendit Stapletonius in antidotis contrà hæreticos. Ergo licet secundum horum sensum Doctorum mortua essent ea opera, nulliusque ad præmium vitæ consequendum æternæ valoris, tamen quia ex se bona, Dei inspiratione, & gratia facta, fidem Christi explicitam meruerunt. perfectamque iustitiam, & licet non vestes vndequaque nuptiales, tamen aliqualiter, hinc mori non meruit, sed seruari. At accedere sine vlla nuptiali veste, sine vllo boni operis signo, sine vlla deuotione, aut bono, vt in aliquibus est videre perditissimis, quid mirum si in causa sint, vt exuantur & repudientur, atque in illa vltima condẽnentur hora? *Staplet.*

Ex dictis elucet, quanta fuit illius, qui eiectus est, negligentia, dum nec minimam quidem vestem, immo nec signum aliquod minimum habuit nuptiale, vnde impudenter, & temerè ad nuptias accessit: meritò ergo exclusus, dum ita negligenter, ita oscitanter viuebat, qui totaliter incompositus, atque inornatus ante diuini Regis oculos ausus est apparere, qui incomposita, & inornata, vt diximus, nec videt, nec videre vult: sed quomodo ornãtur, quomodo absoluuntur? sanè si diligenter, si solerter, si sollicitè, & non remissè ea fecerimus, si semper insistendo, ita vt quæ prius remissè postea strenuè faciamus, diligentia opus est, & patientia, perseuerando semper, insistendo, numquam animum deijciendo: *Nam nemo repente fit summus, & ascendendo, non volando apprehenditur summitas scalæ*, inquit Bernard. serm. 1. de sancto Andræa. 19. Perfectio in instanti non acquiritus.
Quod si de hoc non curabimus, & in dies ita nostra procedunt opera ac in principio, ita frigida & remissa, quid mirum si à Deo tandem apostatemus, & ad vomitum redeamus? *Bernard.*

Pulchrè petit Ambros. vbi suprà, qualis fuit causa quòd cùm Deus dixit tantum, & facta sunt, non simul ornatus congruos rebus assurgentibus donauit, *Quasi non potuerit*, inquit, *cælum insignitum stellis subitò, vt creatum est, refulgere, ac floribus, & fructibus terra vestiri potuit*: respondet, *Sed ideo primo facta, postea composita declaratur, vt imitatores sui nos efficeret Deus, vt primo faciamus aliqua, postea venustemus.* Nil melius. Quid enim esset cęlum absque stellis? quid terra absque floribus? inculta prorsus res, ingrata, hominum oculis indigna. Sic quid opera erunt nostra si absque venustate, absque decore, si remissa, si frigida, nisi res oculis Dei indignæ, nullius considerationis, ac proinde ingrata, oculisque eius infensa? Quis domum ædificans diceret ædificasse, si duos tantum erexisset parietes, si tantum lapides congregasset, & deinde nil amplius egisset? hoc non esset equidem ædificare, neque bonum aliquod facere; sic qui opera facit, sed non consumat. Quod pulchrè considerauit Orig. lib. 3. in c. 3. epist. ad Rom. super illa verba ps. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Hoc modo intelligendum puto*, inquit, quòd neget quemquam fecisse bonitatem, si quis fundamenta iaciat domus, & vnam; aut duos parietes extruat, aliquid etiam materia conuehat, numquid dicetur *Ambr.* 20. Deus cur res compositas non creauit. 21. Opera qualia dicuntur perfecta. *Origen.*

A *fecisse domum, quamuis operatus videatur in domo? sed ille dicitur domum fecisse, qui totius ædificij ad perfectam quæque membra perduxerit, ita arbitror, & hic Prophetam dicere neminem fecisse bonitatem, hoc est à nullo eam ad perfectum, & ad integrum consummatam esse.* Nil melius: non enim bonitas dicitur nisi consumata, nisi perfecta, consumatur autem diligentia, industria, tolerantia, perseuerantia, si hæc non adsunt domus spiritualis non perficitur, ac per consequens nec Deus in anima habitare potest, non inhabitando autem, & ab anima recedendo, homo cadet miser, infallibiliterque in peccata ruet, à Deo apostatabit; quod inde ei tantum euenit malum, quia negligenter in Dei seruitio se habuit, & proficere in dies non curauit.

B Ne, quæso, nos decipiamus, solertia enim, & diligentia est, quæ gratiam nobis, amoremque Altissimi conciliat, hanc Deus adnotat, hanc in nobis amat, hanc vult, hanc remunerat. Sic Elisæus Dei typus in hoc, mulieri ipsum hospitanti imperat intimari 4. Reg. 4. num. 13. *Loquere ad eam,* dixit Giezi, *ecce sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi?* Notandum, non ei dixisse, *Ecce ministrasti nobis*, sed *ecce sedulè ministrasti.* Sedulitatem magis adnotauit, quàm ministerium, ob quam etiam illa non cogitante, Propheta se illi obtulit, & non petenti occurrit vt peteret, forsitan non fecisset, si tantum ministrasset, sed non *sedulè.* Quod autem magis sedulitatem, quàm ministerium notauerit Propheta, euidenter ex ipso colligitur facto, non enim antè gratias egit, quàm mulier cœnaculum construxisset, *Facta est autem quædam dies*, inquit scriptura Num. 8. *& transibat Elisæus per Sunam, erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum, vt comederet panem, cumque frequenter inde transiret, diuertebat ad eam, vt comederet panem.* Quod cùm tam frequenter Propheta fecisset, numquam dixit ei verbum, neque vnquam minimam ei retulit gratiam; at quando cœnaculum mulier erexit, mensam, lectulum, sellamque in eo reponens, tunc equidem, non antè Propheta iussit vocari eam, *Facta est ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi, dixitque ad Giezi puerum suum: voca Sunamitidem istam.* Tunc ergo acceptauit ministerium, quando cum illo coniuncta sedulitas extitit, & diligentia, & non ante, tuncque mulier recipere meruit fructum ministerij sui, quando cum isto & sedulitas coniuncta.

4. Reg. 4. num. 13.

22. Elisæus nõ tantum viduæ seruitium quantum sedulitatem adnotauit.

Num. 8.

C

D *Admirabilis*, inquit Theodoret. hîc quæst. 15. & 16. *Sunamitis, in Prophetam valde fuit officiosa, cuius officij, & curæ vicem rependens, eam rogauit Propheta, an esset aliquid, quod vellet dici Regi, aut duci exercitus.* Notanda illa Theodoreti verba, *cuius officij, & curæ vicem rependeas*, curæ, & officij, non tantum ministerio vicem Propheta rependit, ob hoc filium obtinuit, quia sedulo ministrauit, pari sic modo, ne nos decipiamus, tunc equidem Deus ministerium accipiet nostrum, quando cum illo sedulitatem repererit coniunctam, quando diligentiam, quando sollicitudinem, & opera tunc fructificabunt nostra, & quæ ante sterilia, gratiæ parient, miserationisque fructum, immo tunc summus ille dicet nobis Princeps, *Quid vultis vt faciam vobis?* & nobis tacentibus, ille manibus gratiarum plenis obuiam ibit, vt voluntatem sciat nostram ad eam implendam, immo & exemplendam.

Theod.

23. Deus quãdo ministerium acceptum habebit nostrum.

Quodcumque facere potest manus tua, inquit Salomon Eccles. 9. num. 10. *instanter operare.* Notandum illud *instanter*, hoc est diligenter, absque mora, solerter, nam vt inquit Hieronym. lib. 12. in cap. 41. num. 3. Ezech. super illa verba, *& ingressus intrinsecus*, licet quotidie proficiamus, semper amplius, & in dies est proficiendum, *Prius*, inquit, *introductus est Propheta in templum, & post ingressus est intrinsecus, quia quamuis proficiamus, semper maior nobis profectus aperitur, unde post introitum templi rursum ingredimur intrinsecus*, quod si remissè operabimur, non solum non intimius ingrediemur, sed foras expellemur.

Eccl. 9. num. 10.

Hieron.

Ezech. 41 num. 3.

24. Perfectio in dies crescere debet.

Enimuerò Ruth illa Moabitis ad coniugium viri diuitis Booz non peruenisset, nisi diligenter, & instanter operata fuisset. *Hæc est Moabitis*, dixit ille, à quo petebat Booz, quisnam erat, Ruth. 2. num. 6. *quæ venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogauit, vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia, & de mane vsque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem reuersa est domum.* Hæc postrema notanda verba, *ne ad momentum quidem*, quia ob hoc momentum, ob hanc instantiam, ob hanc diligentiam meruit vxorem ditissimi fieri viri, licet ipsa peregrina, pauperrima, & extranea. Tantum potuit diligentia, atque in operando solertia. Hinc ad resuscitandum puerum, vitamque reuocandum mittens Giezi summus ille Eliseus, mirum est quantam strenuitatem, quantamque solertiam illi inhibet, *Accinge lumbos, tolle baculum, vade, & si salutauerit te quispiam non respondeas illi.* 4. Reg. 4. num. 29. Mira sollicitudo, vt nec resalutare permiserit, quid hoc impedire poterat? sanè, ne dum officium humanitatis impendebatur, feruor remitteretur deuotionis. Quod acutissimè adnotauit Ambros. in cap. 10. Luc. in illa verba, *Neminem salutaueritis per viam*, vbi sic: *Eliseus seruo mandauit ne per viam aliquem salutaret, festinato enim iubebat cõtendere, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuij mandati deflecteretur à munere, ergo hîc non salutationis officium aufertur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur, vt quando diuina mandantur, paulisper sequestrentur humana. Pulchra est salutatio, sed ea pulchrior præceptorum maturior exequutio diuinorũ, quæ per moram sæpè traxit offensam.* Notanda hæc Ambrosij postrema verba, offendimus sæpè, quia remissè præcepta exequimur, quia non strenuè; sicut è contra placemus, quando strenuè, diligenterque, & vti famosa illa Ruth per diligentiam, sedulitatemque ad sponsalitium perueniemus diuinum, licet extranei, pauperesque, at expellemur, si aliter, si remissè, & à Domino apostatabimus, vti de istis noster profert Sapiens, dum dicit, quod quia negligenter fuerunt, à Domino apostatarunt; sed de hac re iterum cap. 6. num. 13.

25. Ruth diligentia peruenit ad connubiũ.

Ruth. 2. 6

4. Reg. 29

26. Eliseus cur resalutare prohibuerit Giezi.

Ambr.

27. Negligentia in exequendis mandatis, Deo infensa.

Num. 11. *Sapientiam enim, & disciplinam qui abijcit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

1. Impij infelices & propter quæ.

HVc vsque Sapiens de felicitate discipulorum sapientiæ disputauit, nunc correptionem Domini, miserumque impiorum statum incipit in hoc versu peculiariter explanare, & sic ait: B infelices illos esse propter tria; primò propter vacuitatem spei; secundò propter laborum sterilitatem; tertiò propter operum inutilitatem.

Castro.

Sapientiam & disciplinam, &c. Quid per sapientiam, & quid per disciplinam? Castro inquit per sapientiam intelligere hîc Salomonem, *veram Dei cognitionem cum pietate, & vero Dei cultu coniunctam*, per disciplinam verò, *institutionem vitæ ad comparandam Dei cognitionem cum virtute.* verus sensus.

2. Disciplina duplex.

August. Psal. 118. n. 66. Prou. 31. 11.

Sed notandum, quod disciplina duplex est, altera eruditionis, & ingenij, quales sunt artes liberales, sicut altera institutionis vitæ, & morum, quæ exercitatione virtutum, & castigatione Dei per res aduersas comparatur, vnde Augustinus in Psalm. 118. num. 66. in illis verbis: *Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me:* nomine disciplinæ in scripturis ait intelligi, *Eruditionem* C *per molestias*, secundum illud Prouerb. 31. 11. *Disciplinam Domini fili mi ne abyciás.* Vbi Theodoretus; *Disciplina est cùm à Domino castigamur, & rebus aduersis erudimur.* Vide Paulum ad Hebr. 12. 5. & ibi Riberam. De qua disciplina, & sapientia egregiè Leo Papa serm. 7. de Epiphania sic inquit: *Tota sapientia Christiana disciplina non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloria, sed in vera, & voluntaria humilitate consistit.*

ad Hebr. 12. 5.

S. Leo.

3. Disciplina Christiana in quo cõsistit.

4. Dei nõ sustinere res infelicissimũ, & cur.

Pro sapientia ergo, & disciplina hîc Sapiens veram de Deo intelligit cognitionem, eruditionemque cum virtute, humilique in tolerandis molestijs, afflictionibusque patientia, quæ à Deo nobis immittuntur ad nos erudiendos. Has, inquit, qui abijcit eas contemnens, & nihili faciens, infelix est, scilicet ærumnosus, calamitosus, & luctuosus: quod si quæras causam, ob tria illa ab ipso posita, nempe spei vacuitatem, laborum infructuositatem, & operum inutilitatem, quid enim infelicius? D

Lorin.

Vacua est spes illorum, &c. Lorinus per spem vacuam, opera intelligit bona facta in peccato mortali, quæ cùm careant gratia sanctificante, vacua sunt omni merito, Interlin. hanc vacuitatem spei considerat, respectu eius quam habent impij, putantes temporalia fore æterna, & peccata impunita; sed licet non sit sensus improbandus, melius me iudice hoc verificatur de inutilitate operum peccatorum.

Interl.

Labores sine fructu, &c. id est sine precio, sine A vtilitate, &c. Optimè adnotat Castro impios multum laborare, immo plus quàm iustos, sed illorum miseria in eo stare, quod sine fructu, immo si aliqualis, est erubescentia, iuxta illud Apostoli, *Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis?* sed de hoc statim.

Castro.

HOMILIA LIX.

Miseria status peccatoris.

SApientiam, & disciplinam qui abycit infelix est, inquit noster Sapiens, infelix profectò ob tria, quæ diximus, ob spei vacuitatem, ob labores sine fructu, ob inutilitatem operum, quid miserabilius? Quis enim laborat, nisi aliquid sperando? & qualis spes ita inanis, ac peccatorum? quæ numquam fructificat, immo semper vana est, *Fiant*, inquit Dauid Psalm. 128. num. 6. *tanquam fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit, de quo non impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.* En vanitas peccatorum, sunt equidem ipsi, eorumque spes, tanquam fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit: alij legunt, priusquam *exoriatur, & de terris exurgat, ac germinet*, Aquila, *statim ac efflornit*, & Symmachus, *priusquam in cœlum assurgeret*, quod proprium est peccatorum spei, vix nata perimit, & dum assurgit; antequam fructum faciat interciditur, tanquam à texente telam, quia est veluti *tectorum fœnum*, quod non habet humorem, nec radicem, & aut morte interdicitur intempestiua, C aut à mutatione status rerum, quotidie hoc videmus, & experimur.

1. Peccatorũ spes vana. *Psal. 128 n. 6.*

Aquila. Symmac.

Sed vlterius notandum, Prophetam peccatoribus imprecasse vt fierent sicut tectorum fœnum, quod prius arescit, quàm euellatur, in quo peculiaris eius consistit deformitas, cùm enim ad fructum non sit destinatum, si ad aliquid deseruire potest, ad visus sit sua delectamentum viriditate. Hinc in magnam eius cedit vilitatem, vt nec sic vsui possit deseruire humano, nam antequam colligatur, arescit, hic citò eius pertransit viriditas, cuius pulchritudo vix ad momentum durauit, ita vt collectionis tempus ante veniens prius exaruit, oculos alliciens, manus euacuans, visu æstimatione dignum, tactu nulla; quia etsi viride, aliquid apparens, in aliquo possit esse precio, siccum verò in nullo, quod secus in cæteris herbis, quæ ad fructum destinantur, at idæ sunt D in precio, fructumque reportant, virides verò minimè, istæ, necesse est vt antequam euellantur exsiccentur; fœnum verò tectorum minimè. Quid hinc? an differentia ex hoc sanctorum, peccatorumque dignoscetur? illi equidem cùm paleæ sint, sed non tectorum, at triticeæ, tunc equidem deseruiunt, ac fructificant, quando siccantur, quando eorum corpora interimuntur, quando tribulationibus atteruntur, quando in torcularibus ponuntur. Quod egregiè dixit Augustinus in Psalm. 38. super titulum Psalmi, *Pro torcularibus*, vbi sic: *Vua certè pendet in vitibus, & oliua in arboribus, pro his enim fructibus solent torcularia præparari, & quandiu pendent in fructetis suis tanquam libero aëre perfruuntur; & neque*

2. Sanctorum peccatorũque differentia.

August.

oleum est, nec vua vinum ante pressaram; sic sunt A
3. Tribulatio sanctorum splendoris & gloriæ causa.
homines, quos prædestinauit Deus conformes fieri imagini filij sui, qui præcipuè in passione magaus botrus expressus est: huiusmodi ergo homines antequam accedaat ad seruitutem Dei fruuatur in hoc sæculo tanquam deliciosa libertate, velut vua, aut oliua pendentes, sed accedens ad seruitutem Dei, ad torcularia se venisse cognoscat, contribulabitur, coateretur, cōprimetur, noa vt in hoc sæculo pereat, sed vt in apothecas Dei defluat. Nil melius, comprimuntur, vt effluant, siccantur hic, vt in altero virescant mundo, nam dum virides hic, id est dum viuunt, nihil apparent, nil peccatoribus videntur vtiles, quod contrà de impijs, dum virent, dum scilicet in hoc mundo sunt, ad aliquid, & Deo, sanctisque eius deseruiunt, at dum siccantur, dum arescunt, dum moriuntur, ad nihil valent, nullum reportant fructum, fœnum siccum sunt, de quo nō B implebit manum suam, qui manipulos colligit, arbores sunt, sed infructuosæ, vt idem inquit Augu-

Idem.
stinus in Psalm. 36. super illa verba: *In salicibus in medio eius. Salices, ait, ligna sunt infructuosa, rigantur hæc ligna de fluminibus Babylonis, & nullum fructum afferunt: sic sunt homines cupidi, auari,*
4. Peccatores arbores frondosæ, sed inutiles.
steriles in omni opere bono, ita ciues Babylonis, quæris fructum, & numquam inuenies. post mortem ad nihil amplius deseruiunt. Nam vt Deus per Ezechielem cap. 15. num. 5. *Etiam cùm esset inte-*

Ezec. 15. 5
grum, non erat aptum ad opus, quantò magis cùm illud ignis deuorauerit, & combusserit? vbi aduoto prima illa verba, *Etiam cùm esset integrum, non erat aptum ad opus*, hoc est, etsi viuens: nam multoties, antequam moriantur, exarescunt, deperduntur, exsiccantur, tanquam tectorum fœnum, quod priusquam euellatur, exaruit. C

Sicut & spes etiam eorum, quas in istis reposuerunt rebus, quæ etiam, velut tectorum sunt fœnum, exsiccantur enim priusquam euellantur, virides apparent, pulchræ, mouent appetitum, alliciunt sensum, cor pulsant, & tanquam bona, desiderium moeent; sed miseri, dum manum extendunt, dum se ad illas procurandas accingunt; antequam euellantur, exarescunt, & vana simul exarescit spes illorum, ita vt nulli postea vsui apta maneat, quia euanescit, vnde & sequitur, *De quo non implebit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit*, quia vanæ. Nam vt idem dixit Augustinus in Psalm. 30. num. 7. super illa

Psal. 30. 7
Idem.
verba: *Odisti obseruantes vanitatem. Omnes huius vitæ res sunt vanæ, pecunia, honor, potestas humana, fauor, amicus*: cuius rationem addens
5. bona huius mundi, res sunt vanæ, & cur.
ait, *Quia, aut tu expiras, & ea hìc dimittis, aut cùm viuis omnia pereunt, & in spe tua deficis.* Nil D melius. Omnia sunt vanitates, nam, aut ipsæ res aut ipse expirat homo, vnum de duobus minimè fallere potest. In fortitudine equidem Ægypti, Æthiopiæque sperabant miseri Israelitæ, horum ab Assyriorum Rege putantes se securos auxilio, sed quando magis florens Ægyptiorum regnum, Æthiopumque, tunc illud superauit, & perdidit Assyrius, Isai. 20. num. 6. subitoque spes corruit Is-

Isai. 20. 6
6. Mundi vanitas rerū que eius, prius transeunt quàm sublevamē ferant.
raelitarum, & miseri decepti clamarunt: *Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Assyriorum.* Vnde prius sicca facta eorum spes, & prius, vt inquit Augustinus ipsa perijt, quàm ipsi qui sperabant, è cōtrà verò alter, post plena horrea, post segetes congregatas, post diuitias auctas, & domos repletas, dū

A confidens in illis animæ suæ dixit, vt comederet, & biberet, quia multa iam possideret bona, vnde & lætari in illis poterat, ipse expirauit, bonis hìc remanentibus, & quasi insultantibus: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, hæc quæ congregasti cuius erunt?* & sic ipse prius, vt inquit Augustinus, expirauit. Hoc etiam dilucidè Dauid illis expressit verbis Psalm. 36. num. 35. *Vidi impium* Ps. 38. 35.
superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Vbi notandum verbum transiui, & quæsiui, expressè enim dicunt quod ait Au- 7. Peccatorū vanitas expirans sæpè propè rei adeptionē.
gustinus, *Transiui, & ecce non erat.* Quid enim aliud est, transiui, & non erat, nisi quia vidit eleuatum impium, & superexaltatum, & putauit iniser Deum illum esse, ac proinde spem in illo collocauit suam, sed dum ad ipsum accessit, transiuit ipse B moriendo, & in altera perquirens impium vita, non erat qui hìc eum dereliquerat, & sic accedendo, quando iam propè erat, vt fructus gloriæ acciperet, expirauit. Hoc equidem sæpè euenit, ad gratiam Principum laborant obtinendam, dum propè sunt, transeunt, moriuntur, & expirant, & si non 8. Aut res expirat ab illis desiderata.
expirant ipsi, expirant Principes, vnde & sequitur, *Quæsiui, & non est inuentus locus eius.* Vidit altam, prægrandemque arborem, non figuram putauit & vmbram, sed veritatem, pedes mouit gressusque ad illam, quærens attingere, & eius prægustare fructus, at dùm quærit, non est inuentus locus eius, expirauit Princeps.

Pulchrè Ambros. in Psalm. 48. super illa ver- Ambr.
ba, *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo,* ait, *Noli expauescere diuitias, & potentiam* 9. Mundi bona thesauri dormientium.
diuitis, & gloriam sæcularem, quoniam caduca illa sunt, & citius abeunt, quam venerant, C *somnium est iste thesaurus, euigilat, & recessit.* Nil melius, vbi adnoto illud *citius abeunt, quàm venerunt*, desudauit quis, multosque consumpsit annos, vt gratiam acquireret potentis, vix tetigit, vix eam gustauit, ac abijt, vix ad fauorem euigilauit, ac recessit, moriente Principe, nilque 10. Principum gratia res futilis, & cur.
proficiente quod adorabat sculptile.

Quid prodest sculptile, inquit Abacuc cap. 2. num. 18. *quia sculpsit illud fictor suus conflatile, &* Aba. 2. 18
imaginem falsam, quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulachra muta. Nihil certè profuit illi, vanè sperauit, quia vanè, & stolidè deceptus est, sperauit enim à figmento multoque simulachro auxilium, & quod peius, nam ignorare non potuit illud figmentū, falsamque esse imaginationem, cùm ipse illud conflauerit, & tamen D cùm hoc sciret, spem suam in illo collocabat insanus, & similiter insani peccatores, qui in vanis sperant rebus, quæ ab ipsismet vt imagines deitatis constituuntur falsę. Tolle hominum apprehensionem, honoris vanæque mundi gloriæ, quid erit 11. Peccator quomodo idola fingit.
honor, & mundi gloria? nihil prorsus: ergo peccatores honorem Deū constituunt, Deū fabricantur, imaginem falsam ipsi ædificant, & tamen cùm hoc ita sit, spem suam in illam collocant. Tolle desiderium, & appetitum dominandi, quid erit rerum dominatus? prorsus nihil, tolle desiderium habendi à potente, diuiteque recipiendi, quid erit potens, & diues? prorsus nihil, ergo à desiderante, recipienteque accipiunt ipsi imaginē diuinitatis falsam, & cùm hoc sit, sperāt in talibus, *& sperat in figmēto fictor eius.* Hæc est insania, hæc est vecordia hominū peccatorū, *Quæ vides bona putas*, inquit

August.

August. August. in psal 39. tom. 8. super illa verba: *Non respexit in vanitates, & insanias falsas. Falleris, sanus non es, nimia febre freneticus factus es, verum non est quod amas, vanitas est, insania mendax est.* Pulchrè insania est mendax putare ista quæ hîc sunt bona esse, quia & homines insaniunt, quando illud æstimant, & simul æstimando decipiuntur, *quia dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis*, psa. 75. Quem locũ idem expendens Aug. *Amauerunt præsentia,* inquit, *& dormierunt in ipsis præsentibus, somnium illos diuites fecit, quandiu non euigilant, euigilatio pauperes facit, sensit aliquis somnus fortasse in terra dormientem, & in duro iacentem pauperem, & fortè mendicũ in somnis vidit se iacere in lecto eburneo, vel aureo, & in plumis aureis altius extructis, quandiu dormit, benè dormit, euigilant, inuenit se iacere in duro, in quo illum somnus tenuerat. Tales sunt isti, venerunt in hanc vitam, & per cupiditates temporales, quasi obdormierunt hîc, & exceperunt illos diuitiæ, & vana pompa volatica, sed dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil posuerunt in manibus Christi.* Optimè, nil posuerunt in manibus Christi, nil de ipsis simul sperantes, sed in figmento, in cõflatili, in simulachro spem reponentes suam; insani quippe & insani mendaces, in mendacio, in figmento ponentes spem, in re vanissima, in arbore, qui radices non habet fixas, stabiles, firmas.

12. Peccatores vt hic dormiunt.

13. Cur decipiuntur.

14. Homo arbos inuersa.

Arborem dixerunt esse hominem Philosophi inuersam, cuius radices sursum, nõ deorsum. Quid ergo arbore fragilius, quæ radices in terra fixas non habet? & quid fragilius homine, qui radices hîc non habet? & ideo hodie viuit, cras à vento exterminatur, vnde quid vanius, quàm aliquem in ipso spem reponere suam? At si tantum essent homines arbores sursum radices habentes, minus certè esset malum; sed maius est illud, quia sunt arbores ambulantes, quotidie transeuntes, vnde folia, fructus, floresque ipsarum semper ambulant, & statim ac videntur, amplius non comparent. Interrogauit Christus Dominus noster cæcũ, cui visum restituebat, an videret aliquid, qui respondit: *Video homines veluti arbores ambulantes*, Marc. 8. num. 25. vbi Chrysostomus sermone decimo septimo, *Quare sicut arbores, & nõ vt columnæ? neque stantes, sed ambulantes?* respondet, *Quia tantum post curationem Christi viderat, quod homines velut arbores transirent, & in hoc sæculo non manerent*: mane exoriuntur, vespere decidunt, & arescunt.

15. Cæcus à Christo illuminatus cur vidit homines tanquam arbores ambulãtes. *Math. 8. 25.* *Chrysost.*

Enimuero non sine mysterio sponsus in Canticis immediatè duo illa cõiunxit, flores nempè, & tempus putationis, dicens, *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.* Cant. 2. n. 12. Cur putationis tempus? putatio enim fit nõ post flores, sed post fructus, sed post maturas vuas, nõ post vitarum flosculos. Sic equidem quando huius mundi res essent fructus, & non tantum flores absque fructu, flores sunt tantum, quia cito euanescunt, & vix natæ amputandæ, seu, vt melius dicam, amputantur, auferuntur, decidunt, & simul cum ortu eorum putationis nascitur tẽpus, vnde valet dicere nunc natæ, nũc amputantur, & nõ sic cito flores apparẽt, ac ibi manus est amputantis, intercidentisque. Benè ergo Chrys. in illa verba psalmi superius citati, *Fiant sicut fœnum tectorum. Talis*, inquit, *est iucunditas rerum, quæ ad vitam pertinent, simul enim & currit, & interit.* Et Augusti. 4. Confes-

Cant. 2. 12.

16. Sponsus cur tum floribus tẽpus coniunxit putationis.

17. Huius mũdi bona quã celeriter transeunt. *Chrysost.*

August.

A sionum. *Sic*, inquit, *omnia oriuntur, & occidunt, & oriendo quasi esse incipiunt, & quo magis celeriter crescunt, vt sint, eo magis festinant, vt non sint.* Pulchrè, eo quo magis homines laborant ad esse aliquid, eo magis ad non esse satagunt, cùm enim ad summum peruenerint, declinabunt, vnde optimè adnotat Ambrosius lib. 4. in Luc. ad ea verba: *Ostendit illi omnia regna mundi. In momento temporis, & sæcularia, & terrena demonstrantur,* ait, *non enim tam conspectus celeritas demonstratur, quàm caduca fragilitas potestatis exprimitur, in momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor sæculi abiit, antequam venerit.* Eligunt enim aliquem absentem in Principem, & dum illum eligunt, sæpè contingit iam esse mortuum, & sic abijt honor ille antequam veniret, &c. Merito ergo B cùm tales sint homines *ipsi*, tales eorum res, sic vanæ, sic inconstantes, vana dicitur spes eorum, qui in illis fidunt, ac propterea optimè noster Sapiens nominat infelices, dum ait; *Sapientiam, &c.*

Ambros.

18. Abeuntes antequam veniant.

§. II.

SEd si ob hoc miseri, non minus equidem ob laborum sterilitatem, quos in hac sustinent vita, laborant, & sine fructu, quid miserabilius? fodiunt enim sibi cisternas, *Sed cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Laborant in fodiendo, & in congregando aquas, sed perditum est vas, in quo reponunt illas, vnde licet multo labore congregent, tamen fructum non vident. Egregiè hoc Ambrosius libro de Isai. & anima, capite quarto, dum expendit illa verba Salomonis Ecclesiast. vigesimo secundo, *Extruxi mihi piscinas* C *aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium. Sicut piscina*, ait, *non nisi assiduo labore, multoque sudore implentur, & eadem, quæ implentur die ad hortos irrigandos, exhauriuntur: ita profectò mortalium spes, & desideria nonnisi multis exantlatis laboribus quandoque implentur, sed vix dum impleta sunt, exhauriuntur, & omnino intereunt.* Sæpè enim hoc euenit mortalibus, laborant vt congregent, die noctuque, incessanter, at post multos labores, aut nil colligunt, quia non attingunt, pro quo laborarunt, aut si attingunt, hodie implentur cisternæ, quòd volunt consequuntur, & hodie exhauriuntur, ac deperdunt illud. Quotidie experiuntur hoc miseri, & tamen decepti derelinquere vitam nolunt, sic miserabilem, ærumnisque plenam: *Longam moram*, ait Seneca ep. 91: *dedit malis* D *properantibus, qui diem dixit, horam, momentumque temporis euertendis Imperiis sufficere: esset aliquod imbecillitatis nostræ solatium, rerumque nostrarum, si tanta celeritate reparentur cuncta, quæ finiuntur, quicquid longa series multis laboribus, multa Dei indulgentia struxit, id vnus dies spargit, ac dissipat: nihil priuatim, nihil publicè stabile est, tam hominum, quàm vrbium facta voluuntur.* Nil melius. Vna dies, quid dico? vna hora, momentumque vnum consumit, quod longis adeptum, multisque est laboribus, & tamen pro vanis his laborant homines, laborant, aio, nam ad iniquè, maleque agendum plus laborant, quàm ad bonum perpetrandum: quod expressè dixit Sanctus Propheta Hieremias, dum ait, *Et dum iniqui agerent, laborauerunt* Hierem. nono, numero sexto. Nec mirum, quando...

Ambros.

19. Spes rerum huius mundi ad instar piscinæ sunt & cur.

Senec.

20. Homines plus laborãt in malè quã in benè agendo. *Hier. 9. 6.*

A iter virtutis sit rectum, naturæque hominis conforme, è contra vitiorum obliquum, & naturæ difforme. *Idem.* Egregiè hoc idẽ Seneca ep. 92. circa finem: *Quemadmodum*, inquit, *corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in cœlum; ita animus, cui in quantum vult, licet porrigi, in hoc à natura rerũ formatus est, vt paria diis velit, & sic vtatur suis viribus, ac se in spacium suum extẽdat: nam si aliena vi ad summa niteretur, magnus erit labor ire in cœlum, redit cum hoc iter, ad quod natus est, vadit, & audacter, & contemptor omnium ad infima non respicit.* Non amplius dixisset, si præceptis imbutus Christianis: vide Chrysostomum sermon. 1. de prouident. tom. 5. & Diuum Thomam in ca. 1. ad Romanos lect. 8. super illa verba; *Nam & fœmina eorum, &c.* Contra naturam ergo erunt mali quando malum perpetrant, vnde & defatigantur, quod miserum est, sed illud miserabilius, quia inutiliter.

Chrysost.
S. Thom.

B

21. Bona huius mundi res pictæ. *Chrysost.*

Hoc est *absque fructu*, quia fatigantur, desudãtque & quod appræhendere gestiunt, vmbra est, non res solida, figuræ, & res pictæ, imagines rerum, non res, vnde ob hoc insaniunt, qui eas sequuntur: *Nullus enim*, inquit Chrysostomus homil. 29. in ep. 2. ad Corinth. super illa verba: *Gaudemus quod infirmi fuerimus in hac parte. panem videns pictum etiamsi multum à fame vexetur, picturam attingit; etenim omnia vmbra sunt, etiamsi gloriam dicas, etiamsi potentiam, etiamsi bonam æstimationem, desinamus ergo esse pueri, & fiamus viri, & vbique veritatem non vmbram intueamur, & in diuitiis, & in voluptatibus, & in deliciis, & in gloria, & in potentia.*

22. Pueri non viri qui res huius mundi insequũtur. *Bernard.*

Puerorum est vmbras sequi, & pueri dici possunt, qui res huius mundi insequuntur, & pro eis laborant, & vsque ad mortem defatigantur, nil tandem ea tanto labore, nisi nouum apprehendentes. C Pulchrè Bernardus sermone de primordiis, & mediis, & nouissimis, insaniam irridens horum ait, laborare illos pro laboribus nouis acquirendis: *Omnis siquidem laboris remedium*, ait, *alterius laboris initium est, comedere appetis, quia fames te cruciat, vtrũque labor est, sed quia fames grauitat magis, comedere nescis esse laborem, denique postquam fames depulsa fuerit, vide si non grauius duxeris comedere, quàm esurire.*

23. Bona huius mundi eiusque res delectabiles nil nisi noui labores.

Optimè equidem, pro nouis fatigantur defatigationibus, & pro nouis curis anguntur, laborant tandem pro nouis laboribus acquirendis, prius sine labore erant, quando nihil habebant, laborarunt, vt haberent, & laboribus se addixerunt. D Abdolominum ex stirpe regia oriundum, pauperem vitam agentem, & hortum colentem, in Regem Tyri elegit Alexander, inquit Curtius lib. 3. à quo cum Alexander peteret, qua patientia tulerit inopiã respõdit: *Vtinam eodem animo regnum pati possim. Hæ manus suffecere desiderio meo, nihil habẽti nihil defuit.* Nil melius: magis equidem necessaria patiẽtia est ad regna sustinenda, quàm ad paupertatẽ tolerãdam, felicior qui eis caret, quàm qui illa possidet.

Curt.

24. Patientia maior necessaria est ad regna sustinenda quam eis carendi.

1. Reg. 9. 25.

25. Saul regnũ spernens felix, & quietus, illo potitus infelix.

Saul quàm felix antequam regnasset, quàm securus dormiebat, dum regnum spernebat, & de illo non curabat. *Strauit Samuel Saul in solario*, inquit scriptura, *& dormiuit*, 1. Reg. 9. num. 25. sicque dormiuit, vt necessarium fuerit eum suscitare, *Cũque mane surrexissent, & elucesceret, vocauit Samuel Saulem in solario dicens, Surge, & dimittam te.* Et tamen iam de regno locutus ei fuerat Samuel, & quòd eius domus, patrisque eius futura optima erant Israëlis, & hoc non obstante profundè dormiuit, & quietus, quia regnum non appetebat, & de regno non curabat; dormiuit sine curis, quia sine curis stabat: at post iam factum Regem, post caput coronatum, post susceptum regnum, qualis fuit eius vita, quãlis somnus, qualis labor, qualis angustia, qualis denique mors! Pulchrè legunt Septuaginta illud, quod Samuel Sauli dixit, 1. Reg. 9. num. 24. nempè; *Ecce quod remansit, pone ante te, & comede, quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui*: vbi Septuaginta, *Et dixit Samuel Sauli, ecce quod remansit, appone illud coram te, & manduca, quoniam in testimonium est positum tibi præter alios.* Quid est in testimonium positum tibi præter alios, nisi, vt inquit Procopius, in maiorum laborum, afflictionumque testimonium, quas præter cæteros essubiturus, dum vocaris ad coronam. *Hanc partem Sauli apposuit*, inquit Procopius, *quandoquidem regnaturus, & maiora pericula quàm ipse populus subiturus erat, & propterea testimonium hanc partem appellat.* Et Theodoretus hîc, quæst. 21. *Apposuit Samuel armum ante Saulem in regni indicium, nam sicut hæc cùm sint breuiora aliis membris animalis, portant totam molem compacti corporis, & firmiter suffulciunt: ita etiam Regiũ robur, etiamsi ad vnum virum cõtrahatur, sustinet totum corpus reipublicæ, & non sinit cadere.* En curæ, en afflictiones, minora habere membra, vnum esse hominem, & vt plurimum cæteris inferiorem, & tamen totum corpus sustinere Reipublicæ, infinitamque illam super se portare molem. Vnde ergo ei somnus?

Ib. n. 24.

Procop.

26. Armum cur ei reseruauit Samuel in testimonium.

Theod.

27. Iacob quãdo pauper, quã Lætus, & sine curis, quando vero diues quã anxius. *Gen. 28.*

Hoc etiam similiter perspici in sanctissimo potest viro Iacob, solus enim, & peregrinus è domo exiuit Patris, tantum baculum habeos in manibus, quære quomodo dormiuit? & inuenies ita profundè vt somnia viderit. Genes. vigesimo octauo: at postquam diues effectus, cum filiis, vxoribus, seruis, ancillis, armentis, & omnibus diuitiis plenus redibat, & noctem duxit insomnem, & sexcentis curis repletus, & grauatus penè vsque ad mortem laaatus est. Labanus cum insecutus, vt occideret, fratrem ita caumuit, vt pœnè se mortuum estimauerit, & tandem cum ipso Deo luctatus est, & ille idem ipse Deus, qui placidus, & tranquillus, quando nudus, & pauper ei allocutus, ille idem, quando diues, & cum turmis quasi inimicus ad luctandum eum coëgit, *& ecce vir luctabatur cum eo vsque manè.* Vt semel videas, in quantis curis se immisceat, qui semel, quæ sunt huius vitæ, possidet, & quomodo verissimè dixerit Bernardus, laboribus nouos homines adipisci labores, quando bona, pro quibus desudant semel obtinent, & eo ipso quo hæc possident, non solum contra eos totus armatur terrarum orbis, sed ipsum etiam cælum, ipseque Deus, vnde fructus eorum labor est, miseria est, angor est, sollicitudo est, tandem non fructus: ideoque verè miseri, quia labotant, vt inquit noster Sapiens: *absque fructu.*

28. Deus placidus cũ pauperibus, asper cum diuitibus.

§. III.

29. Peccatores quam miseri bonum operantes, & non in charitate.

MIseri quia absque fructu, dum pro rebus huius vitæ, sed etiã miseriores, dũ & pro altera laborant vita acquirenda, sed inutiliter, hoc peius est, nam etsi labor primus, & infructuosa acquirat, adquirit tamen, at bona operari, & se affligere, vitamque hanc perdere, & aliam non obtinere, quia opera inutilia, dum in cha-

ritate non facta, qualis est hæc dementia? qualis hçc miseria? qualis hæc stultitia?

Omnis qui audit verba mea, & non facit ea, dicit Dominus Math. 7. num. 26. *similis est viro* (Math. 7. 26.) *stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Stultum hunc appellat Dominus, quia ædificauit, construxit, laborauit, sudauit; at incassum, non stultus esset, nisi laborasset, laborauit, sed super arenam, laborauit, sed non supra firma fundamenta, ideo

30. Qui stulti dici possunt. stultus, cuius stultitia in tempore necessitatis apparuit, quia quando domus magis deseruire debebat, tunc cecidit. *Vita consonet fidei dogmati*, inquit Chrysostomus homil. 2. in cap. 2. Genes. (Chrysost.) tom. 1. *& dogmata prædicent vitam, nam tametsi sanam teneamus doctrinam, vitam autem negligimus, nihil nobis proderunt doctrinæ: omnis qui audit hos sermones, & facit eos, assimilabitur viro prudenti: vide quomodo non solum audire nos vult, sed & facere, & operibus monstrare obedientiam, & hunc prudentem vocauit, qui operibus consequentibus sermones conspicuus est: qui verò tantum ad sermones peruenit, & non ad opera, eum stultum vocauit meritò, quia talis domum suam super arenam laborando ædificauit, unde statim corruit.* Audiuit sermones Sanctos, opus fecit, sed quia incassum, stultus fuit. Vnde verè stultus, qui sic ædificauit, qui sic laborauit, & verissimi etiam stulti, immo stultissimi illi, qui sic laborant opera bona faciendo, sed non in charitate, domum falsam ædificando, quæ non firmiter stabit, nam dum mors aduenerit, quantum ex se corruet, nisi aliàs Deus succurrat, cùm sic operantes, etsi Christiani, & fideles, prorsus ac si non fuissent, cum infidelibus punientur, immo vt infideles quodammodo æstimari possunt.

31. Hypocritæ infideles vocantur. Hypocritæ, sicut & qui bona faciunt, sed non debito modo, cum infidelibus reponentur, & pari digni sunt pœna, & infideles vocantur: quod patet ex illo Math. 24. 48. nam de seruo illo torpente, de quo dicit Math. (Math. 24. 48.) *quod ponet Dominus partem eius cum hypocritis*, Luc. ait, *partemque eius ponet cum* (Luc. 12. 47.) *infidelibus.* cap. 12. 47. Et meritò hypocrita infidelis dicitur, nam quid aliud est esse infidelem, nisi esse hominem suspectum, cui Dominus se credere non potest: talis est hypocrita, qui cùm vnum habeat in ore, alterum in corde, vnum dicat, alterum faciat, gloriam suam quærat, non Domini, meritò infidelis dicitur, infidelis reputatur, & cum infidelibus reponitur. At numquid minus infidelis erit qui in peccato bonum operatur? minimè; sed pars eius erit cum hypocritis: nam si opus bonum ab hypocrita factum eum constituit infidelem, quia in vna deficit circum-

32. Peccator in peccato opus bonum operans erit infidelis, & cum infidelibus reponitur. stantia, nempè in recta intentione, numquid infidelem non faciet, aut saltem infideli similem opus illud bonum, cui non deficit circumstantia, sed ipsius fundamentum, quod est charitas? Enimuero ad probandum aliquid duo sunt testes necessarij, vnus non sufficit, immo & necessarium vt non sint suspecti, sed vndequaque perfecti, nam aliàs tantum valet ac si non essent. Quod cùm ita sit, quales sunt testes ad probandum aliquem esse fidelem? duo equidem, fides vnus, opera alter; infidelis, & qui non credit, vtrumque testem non habet, vnde nullo modo probare potest Deum cognoscere: hoc dixit Paulus ad Roman. primo, numero vigesimo quinto, in illis verbis: *Et* (Ad Rom. 1. num. 25.) *sicut non probauerant Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Non probauerunt quia nullum suæ fidei proferre poterant testem, & ideo vti infideles tradidit illos Deus in reprobum sensum: at qui fidelis, & qui credit, quomodo se fidelem esse probabit? fide dicet, quia quod Ecclesia credit, credit ipse; hoc vnum testimonium est, da alterum, quod si non dederis plenè, non probasti, vt infidelis iudicaberis: das opera, optimum est testimonium, dum tamen perfectum, aptum, & ad testificandum idoneum, nam vt sic accipietur in iudicio, cùm si non perfectum, non aptum, non recipietur, sed reiicietur, vnde tantum erit, ac si non adhibuisses illud, ergo in vanum laborasti, inutiliterque tale exposuisti testimonium; ob quod cum infidelibus, cum hypocritis, cum hæreticis iudicaberis, condemnaberis. *Israel, & Ephraim ruent in iniquitate sua*, inquit Oseas Propheta quinto, numero septimo, *ruet* (Ose. 5. 7.) *& Iuda cum eis*: vbi Hieronymus, (Hieron.) *Iudas quoque, qui videtur esse in domo Dei, & in Ecclesia non mente, sed corpore commoratur, frustra nomen Ecclesiasticum repromisit, quia & ipse cum hæreticis puniendus est.*

Nec mirum, cùm Bernardus sermone ad Pastores in synod. dicat grauiorem persecutionem à (Bern.)

33. Mali Christiani acrius Ecclesiam persequuntur quàm hæretici. malis Ecclesiam pati Christianis, quàm ab Hæreticis; *Multa est hodie*, inquit, *& longè grauior, quàm credi possit persecutio sanctæ Ecclesiæ, & talis incumbit, qualis à principio non fuit: multis modis persecutus est eam diabolus, sed numquam grauius, quàm hodie; quia numquam fuit maior perditio Christianorum, Ecclesiam incipientem persecutus per tyrannos, proficientem per hæreticos, iam latam, & florentem per motus illicitos: carnem cruciauit in martyribus, rationem perturbauit in simplicibus: sed voluntatem hodie deprauat generaliter in omnibus: fuit ergo amaritudo Ecclesiæ, amara quidem in persecutione tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorum, sed amarissima per prauitatem Christianorum.* Bernardo nihil addendum. Cùm ergo sic crudeliter Ecclesiam isti persequantur, quia malè agunt, ad quid inter malum agendum de bonis aliquibus gloriari operibus? quæ cùm sine charitate sint facta, tantum valent quoad vitæ meritum, ac

34. Mali Christiani in iudicio plus cruciabuntur quàm non Christiani, & qui numquam bona egerunt, & cur. si exhibita non fuissent: meritò ergo stulti sunt, qui sic operantur, cùm licet operentur, ita inutilia opera habent, ac illi qui non operantur, & ita prorsus condemnabuntur, ob quod in die illa iudicij tremenda maior erit horum dolor, quàm illorum qui nihil operati sunt, cùm plus doloris percipitur, quando præmium speratur, & supplicium recipitur.

Enimuero plusquàm dici potest, credendũ illum obstupuisse qui armillã, & diadema attulit Dauid 2. (2. Reg. 1. num. 15.) Reg. 1. n. 15. quãdo audiuit ipsum ad quendã dicentẽ ex pueris, *Accede, irrue in eum*, & dignũ se morte inuenire, quando se dignum sperabat præmio, remunerationeque, *Stansque super eum occidit illum, sciebam enim, quod viuere non poterat post ruinam, & tuli diadema, quod erat in capite eius, &* (35. Dauid cur occidit, qui Saulem interfecit.) *armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominũ meũ huc.* Quid amplius hic pro Dauid operari poterat? sed quia miserat manum in quẽ nõ debebat, (36. Filius erat ille filius.) & insuper, quia filius erat Doec Idumæi, illius Doec, qui excidij omnium fuerat causa sacerdotum, reuelans Sauli, quod fecerat Dauid Abime-

1.Reg.22. lech Sacerdos, ob quod occisus 1. Reg. 22. ideo tanquam seruitium ab inimico peractum, & malo animo non solum præmium non reportauit, sed occisionem perditionemque: neque minus eueniet illis, qui bona in peccato agunt, sunt equidem bona inimici, sunt bona eius, qui Deum odit, ac persequitur, vnde quando præmia peteur, pro illis nō præmia, & pro aliis malefactis mortem accipient, & mortem æternam, plus tunc obstupescentes, quàm cæteri omnes qui numquam bona egerunt, *Et erit in die illa dicit Dominus*, inquit Sophonias Propheta cap. 1. num. 10. *vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda.* Quid per has portas, nisi cum Hieronymo in hunc locum, per primam baptismum, per secundam pœnitentiam? clamabunt ergo in illa die à porta piscium, *Qui suum baptisma non seruauerunt*, inquit sanctus, qui nil boni fecerunt, qui pessimi semper extiterunt, at non solum clamabunt, sed vlulabunt, & grauiter lugebunt, à porta secunda, *Qui dignam pro peccatis non egerunt pœnitentiam.* Horum quippe erit vlulatus, non eorum, qui numquam pœnitentiam egerunt, quia pariter se condemnatos videbunt, dum præmium à sua sperabant pœnitentia; at quia non sicut par erat, eam exhibuerunt, similiter & perierunt, stulti propemodum, quia bona egerunt, sed inutilia, meritò infelices, vt inquit noster Sapiens, cùm sapientiam derelinquant, *Sapientiam, &c.*

Sophon. 1. num. 10.
Hieron.

36. Peccatores malè bonū operantes ejulabunt, non solum gemeot vt cæteri qui bonum non egerunt.

Num. 12. *Mulieres eorum insensatæ, & nequissimi filij eorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PRosequitur Sapiens enarrare mala sapientiam deserentium, & nunc pessimum proponit, infamiam scilicet, quam ab vxoribus iusto Dei iudicio patientur, vt mox dicemus.

Iansen. *Lorin.* *Castr.*

Mulieres eorum insensatæ, &c. Iansenius non vult vt hoc loco per mulieres intelligātur, *vxores*, sed melius Lorinus, & Castro, qui vxores intelligunt: nam cùm Sapiens intendat impiorum describere pœnas, inter cæteras vna hæc est, impudentia, & obscænitas mulierum vxorumque eorum, vendentes eos, & eorum maculantes thoros, quod iusto Dei fit iudicio: nam sicut ipsi sapientiam, & Deum derelinquentes, post idola, & peccata abierunt, sic permittit Deus, vt vxores eorum ipsos infament, derelinquentes eos. Nec mouet quòd Sapiens mulieres dicat, non vxores: nam vt notat Tertullianus de virginib. veland. Latinè vocabulum mulier pro vxore aliquando accipitur.

1. Peccatorū vna illa est pœna mulierum obscænitas.

2. Mulier pro vxore sæpè accipitur.

Tertul.

Nequissimi filij eorum. Cantacuz. de spuriis intelligit, sed melius alij expositores generaliter de omnibus, nequissimi patres quid nisi nequissimos filios generant? *Mali corui malum ouum*, vt dicunt, sed de hoc infra.

Hoc est alterum malorum supplicium, scilicet non solum habere mulieres adulteras, & infames, sed etiam filios sceleratos, & impios, multoties enim in pœnam patrum dantur mali filij, hoc permittente Deo, ob iustam eorum punitionem, iuxta illud Pr. 10. n. 1. *Filius sapiens est lætitia patris, filius insipiens mæstitia matris.* Hoc frequenter, sed non semper, vt benè adnotat Lor. qui etiam tractat an

Pro. 10. 1.
Lorin.

A dissimilitudo filij sit argumentum adulterij, & partem negantem tenet: vide apud illum.

HOMILIA LX.

Adulteria cur permittat Deus.

MVlieres eorum insensatæ, Hæc altera est pœna insipientium, & eorum, qui Deum derelinquunt, ipsi à Deo adulterantur, & iusto Dei fit iudicio, vt eorū mulieres ab ipsis adulterentur, ipsi terga Deo vertunt, & iustè, Deo decernente, fit, vt mulieres ipsis terga vertant, & tandē ipsi Deum inhonorant, & derelinquunt, & Deus permittit, vt eorum mulieres ipsos inhonorent, & derelinquāt.

Statuamus semel omne peccatum contra Deum factum esse suo modo adulterium: adulterium nāque dicitur, quando mulier virum habeos, præter illum, alium admittit, & viro proprio terga vertens cum altero copulatur, iniuriam illi maximam afferens. Hæc autem deformitas in omni peccato mortali inuenitur, nam anima est Dei sponsa: *Ego vir vester*, dixit ipse per Hieremiam, cap. 3. num. 14. Hæc autem rūm mortali delinquit peccato, terga Deo vertit, ad creaturam se conuertit, ipsum Deum deserens, cùm peccatum sit, *auersio a Deo, & ad creaturas conuersio.* Quæ deformitas, cùm in omni peccato inueniatur, fit vt omne peccatum mortale sit adulterium: adulter est superbus, quia propter honorem Deum deserit, & cum illo se coniungit: adulter inuidus, quia propter sui excellentiam Deum deserit, & cum illa se sociat in damnum proximi sui: adulter auarus, quia Deum deserens cum auro se copulat, & sic de singulis. Quo fit, vt in scripturis sæpè non solum fornicationes, & carnes peccata, sed omne peccatum dicatur adulterium, vt Ezec. 23. num. 37. Ose. 7. num. 4. Hierem. 23. nu. 94. Vnde Augustinus lib. contra Adimant. cap. 7. & serm. 54. de verbis Domini in Euangeliū secundū Ioan. sic ait: *Recedere ab illo simplici, & singulari bono in istas multitudinum voluptates, & in amorē sæculi, corruptionesque terrenas accedere, hoc est fornicari à Domino.* Et idem ait homil. 34. super illa verba: *Ego sū via veritas, & vita*, sic addes: *Amor mundi adulterat animam: amor fabricatoris mundi castificat animam, sed nisi de corruptione erubuerit ad amplexus illos castos redire non concupiscet.* Firmum ergo remaneat, quod adulterium committit omnis qui peccat.

1. Omne peccatum & adulteriū & quomo hoc fit.

Hierem. 3. 14.

Ezec. 23. 37.
Ose. 7. 4.
Hier. 23. 94.
August.

Quod cū ita sit, licet hinc colligere quantum Deo quodlibet peccatum displiceat, cùm respectu eius quodlibet sit adulterium. Considera quæso, quantum homines honorati, præclarique hoc vnum sentiant mulierum ipsorum malum, de quo nos c. 2. ita vt dissimulantibus cætera hoc vnum dissimulare non possint, & cùm hoc consideraueris, reflecte ad Deū, & attende nullum ipso honoratiorē, ac proinde nullum ita grauiter adulterium sentire spirituale, ac ipsum. Quod cùm ita sit, quid mirum si cōtra peccatores adulteros spirituales insurgens inter cæteras pœnas, infamia aliquando adurat eos, adulteria permittens in eorum domibus, pro quibus sæpè vitam, rem, honoremque perdent.

2. Deus tantum à peccato offenditur.

Hoc expresè prædicitur per Oseā Prophetā c. 4. nu. 15. *Super capita montium sacrificabant*, inquit, *& super colles accendebant thimiama, subter quercū, & populū, & terebynthū, quia bona erat vmbra*

Os. 4. 15.

eius. En adulteria hominum à Deo, audi nunc, *ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteraerunt*. Quid clarius? Par pari reddam, & ex dolore vestro colligetis meum, quem de vestris habeo fornicationibus, adulteriisque, iustè enim hoc exigente Dei iustitia, vt qui ipsum inhonorat, inhonoratus maneat. & qui Deum fœdat (vt sic dicam) fœdatus existat. Pulchrè Ambrosius super cap. 8. Math. super illud, quando scilicet Dominus dæmonibus licentiam impertiuit, vt in porcos intrarent, sic inquit: *Nisi quis porci more vixisset, nunquam accepisset in eum diabolus potestatem, vt tanquam porcus infernalibus furiis agitatus in tot peccatorum pelago demergeretur*. Viuunt vt porci in suis se fœditatibus volutātes, vt porcos eos tractet diabolus, iustè permittit Deus, suam carnem maculantes, & seipsos inhonorantes.

Ambros.

3\. Homines carnales vt immundi tractantur, & cur.

4\. Mulier Putipharis cur effrænata & dissoluta.

Gen. 34. *Hierony.*

Quid quæso putandum in causa fuisse efferatę illius libidinis vxoris Putipharis, domini castissimi Iosephi, vt sic effrænatè, & impudicè ipsa sollicitaret puerum, Gen. 34. nisi effrænata ipsius Putipharis libido, qui pulchritudine Iosephi captus ipsum emit in turpe ministeriū, vt inquit Hieron. in traditionib. Hebraic super Genes. *Tradunt Hebræi*, inquit, *emptum ob hoc Iosephum ob nimiam pulchritudinē in turpe ministerium, & à Domino virilibus eius arefactis, postea electum etiā in Pontificatū Heliopoleos*. Turpis ergo homo, turpiter à Deo adulterans sufferat in domo sua turpitudinem, & habeat mulierem meretriciæ frōtis, quæ eū inhonoret, & dum contra naturam scelestè audet peccare, habeat mulierem, quæ etiam contra fœminei sexus naturam sollicitet, non sollicitata.

2. Reg. 12. 21.

5\. Adulterium Dauid vi punitum.

Dauid Deum inhonorauit, ab illo recessit, adulterauit à Deo suo, 2. Reg. 12. n. 21. in cuius pœnam mulierum ipsius adulteria permisit Deus: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cū vxoribus tuis in oculis solis huius*. Par enim pari retulit, in domo sua peccauit Dauid, de domo sua suscitauit Deus malum, ipse vi vxorem abstulit subditi sui, & vi permisit Deus vt ab Absalone filio suo mulieres raperentur ipsius, ipse adulterauit, & mulieres eius adulterauerunt, ipse non timuit oculos omnia videntis, nec erubuit coram eis peccare, & Deus permisit vt mulieres ab eo tollerentur, & adulterarēt coram oculis eius. ipse de nocte in oculis lunæ, & stellarum, & Deus in oculis solis, in die, in facie totius Israelis, par pari reddens, vti sæpè Dei est mos, vt per hæc, quibus quis peccat, per ea & puniatur. Aquis in sanguinem versis puniuntur Ægyptij, quia in flumen pueros proiecerunt Hebræorum: *Hæc vindicta*, inquit Autor mirabilium scripturæ lib. 1. cap. 18. *Ægyptijs cum Rege conuenienter euenerat, vt qui Dei populi infantes in flumen iactare præceperat, eiusdem fluminis aqua in sanguinem versa exitium bibentibus inferret, & non bibentibus pœnam præstaret*. Deum dereliquerunt Israëlitæ, iuxta Isa. c. 1. n. 4. *Dereliquerunt Dominū, blasphemauerūt sanctum Israel*, at par eis correspondens pœna, sequitur, *& derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur*. Vbi D. Basilius, *Iuste*, inquit, *Dei iudicij argumentum exhibet similium retributio, dereliquit Dominum, eā ob causam derelinquetur filia Sion*. Sic equidem pari modo adulterauit Dauid, & Deus in pœnam permisit adulteria in domo sua; nec mirum, quia tali pœna multoties Deus

Author mir. S. S.

6\. Ægyptij cur mulctati aquis in sanguinem versis.

Is. 1. n. 4.

Basil.

A peccantes in se castigare solet, sic, vt quo liberius mulieres talium illud efficere possint, non eas castigat, immo nec castigare sinit.

Cur putandum euenire, vt multoties viri, alioquin honorati, scientes adulteria, & mulierum peccata ipsorum, aut dissimulant, aut non audent eas punire? nisi à Dei iustitia in pœnam illud permittente peccatorum, vt licentius postea mulieres ipsorum eos inhonorent, sicut ipsi licentius Deum inhonorarunt, *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cum adulterauerint*, inquit per Oseam Prophetam cap. 4. num. 14. mirum, cum Dei sit peccata castigare, & ad magis ea castiganda id permittit: nam, vt inquit Ribera hic, *Non visitat Deus tales mulieres, nec castigat, quia non visitando magis ac magis fornicabuntur, cum impunè se peccare videant*. Ideo eas Deus non castigat ad infamiam, & maiorem virorum contumeliam, qui ab eo adulterati sunt, & ideo domus infamatur nobilium, quia à Deo suo recedere, & ab ipso adulterari non erubescunt, *Quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit*. En ratio adulterij, & diffamationis domorum, abalienatio à Deo, recessio ab illo, & peccata quæ contra illum committuntur, in quorum pœnam permittit Deus infamiam vxorum, quæ viros maculantes, non solum vindicent peccatum in dolore, quem patiuntur, & sustinent in anima, sed etiam in corporis bonis, dum ipsi indecori manentes amittunt speciosissimum, quod habent, nempè honorem, & famam. *Crasso tenebrarum offuscatus atramento*, inquit Hieronymus in Epist. Valet. ad Ruffin. tom. 9. loquens de Salomone, *lux animæ suæ, odorem famæ suæ amisit amore mulieris, & postremo curuatus coram Baalim ex Ecclesiaste Domini mutatus est in membrum Zabuli*. Iusto Dei iudicio sic exigente, vt honorem amittant, qui eum inhonorant, & quòd talis eorum infamia non sit amplius occulta, sed manifesta, iuxta illud quod per Ezechielem populo Dominus minatur dicens; *Ecce congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes, quos dilexisti, cum vniuersis, quos oderas, & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam*. Ezechiel. 16. num. 38. Nudabo ignominiam tuam, hoc est, vt inquit Cornel. *pudenda tua, vt quibus peccasti, ijs puniaris, & infameris*. Cuius tantæ causam ignominiæ si quæramus, nullam aliam inueniemus, nisi quia synagoga illa fornicata fuerat à Deo suo, & illum dereliquerat, contra illum peccando & ab eo adulterando, vnde in talis pœnam adulterij, eam Deus denudatione puniuit sceleris sui, & publicatione turpitudinis suæ, ita vt infamis postea haberetur, & illa, quæ vt sancta, & immaculata ab omnibus reuerebatur, postea vt ignominiosa, & turpis ab omnibus conculcaretur.

7\. Deus cur mulieres in viros peccantes non castigat & nec castigare sinat.

Oseas c. 4. nu. 14. *Ribera.*

B

Hieron.

8\. Homines cur honorē deperdunt.

C

Cornel.

9\. Peccata occulta vnde publica fiunt, & cur illud permittat De⁹.

D

Sic agit Deus contra peccantes in eum, & ab ipso adulterantes, vt non solum permittat adulteria in eorum domibus, sed faciat vt mulieres eorum sic insensatæ sint, & infrunitæ, vt ita peccent, vt omnibus manifestum eorum sit peccatum, denudando, & discooperiendo ipsæmet sua stultitia ignominiam domus turpitudinem virorum suorum: vnde rectè hoc inculcat Paulus ad Roman. 1. num. 26. dicens: *Propterea tradidit illos Deus*

10\. Mulieres stultæ & insensatæ cur Deus permittat.

Ad Rom. 1. 26.

passiones ignominiæ, quia scilicet commutauerant veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, et seruierunt creaturæ potius, quàm creatori, qui est benedictus in secula. En ratio cur tradidit eos in passiones ignominiæ, id est, ad patiendam ignominiam, & contumeliam, vt dicunt expositores, tum in corpora, tum in mulieres ipsorum; vnde ideò inhonorati manent, & contumeliosi, ac ignominiosi, quia ignominia, & contumelia Deum sanctissimum affecerunt.

11. Amasias Propheta falsus adulterio vxoris punitus publico & cur.

Amasias sacerdos Bethel decipiens populum falso sacerdotis nomine, inducens illum ad fornicandum, & à Deo adulterandum, adulterio punitus est à Deo, adulterio, inquam, suæ vxoris, & non solum secreto, sed publico, ad hoc, vt ipse in se experiretur quid doloris Deo spirituale afferret adulterium suorum filiorum, quos ipse ad adulterandum prouocabat. *Tu dicis*, inquit illi Amos Propheta, quem à Prophetia, & à prædicatione terrere volebat Amasias, ne populū ab idololatria detraheret: *tu dicis* inquit, *non prophetabis super Israel, & non stillabis super domus idoli, propter hoc hæc dicit Dominus, vxor tua in ciuitate fornicabitur.* Amos 7. nu. 17. Iustissima equidem pœna tali delicto. Vbi notandum quòd non solum dixit: *Vxor tua fornicabitur*, sed addidit: *in ciuitate fornicabitur*, ad publicam denotandam infamiam, vt inquit Ribera hic, quæ ipsum consequutura ex publicatione erat delicti, dum in ipsa fornicatura erat ciuitate, in qua, vt sacerdos summus habebatur, & ab omnibus honorabatur, & venerabatur, ex quo maior dolor, maiorque tristitia, & infamia ex vxoris delicto ventura illi erat, probans in seipso adulterij dolorem, quem summus Dominus experiebatur ob adulterium filiorum. *Suscipe Amasia*, inquit Theodoretus, *contra te maledictionem, quoniam me contra Israel Prophetiam explicare vetas, ne lucra tua impediam: scito igitur vxorem, quam nunc habes, te visurū publicè, & palā stuprari.* Sic similiter, quia viri alioquin nobiles, & in ciuitate famosi, contra Deum effrænatè peccant, & adulterium admittunt spirituale, sæpè in eorum pœnam Deus permittit, vt eorum fornicentur vxores, & hoc non occultè, sed publicè: vt notum omnibus sit tale delictum, & vt infames ab omnibus habeantur.

Amos. 7. 17.

Riber.

Theodore.

Mirum quod aliquando factum audimus, adulteram adulterum in eodem cubili, & lecto, quo maritus iacebat, ipso dormiente admisisse, & cum ipso concubuisse: horrendum hoc, & verè admirādum, talem animum, talem effrænationem, talem mariti despectionem, sed non mirandum, si quod in dies fieri videmus, acutè perspexerimus, effrænatos enim homines perspicimus, ita luxuriæ deditos, vt non Deum, neque eius sanctissimum venerantes præsentiam, audent, & mulieres sollicitare, & animo (nequid peius dicam) cum illis forniçari intra sanctas Dei Ecclesias, & diuina tēpla opprobrio afficere, & corā Dei sanctissimis oculis obscœnè peccare; quid ergo mirum si par pari reddens Deus simili pœna eos puniat, & simili infamia, & velit, vt quod ipsi contra eum audent, contra eos ipsorū audeant mulieres? *Iuxta me discooperuisti*, inquit Dominus per Is. Proph. 57. 8. *& suscepisti adulterū, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus, ego autem annunciabo iustitiā tuā, & opera tua non proderūt tibi.* Mira effrænatio, & impudentia, vt ante Dei oculos, pudore se denudantes, adulteram suscipiant, & in ipso Dei templo fœdus cū illa constituāt, dexterasque coniungant, ibi modos inquirāt, ibi pacta ineant, quid ergo mirum, si Deus iratus, & par pari referens, turpitudinem reuelet horum, & quod ipsi in Ecclesiis antè Dei oculos perpetrare audent, velit Deus, vt sustineant in suis cubilibus, non absentibus, sed præsētibus ipsis? Certè S. Chry. ser. de libello repudij tom. 4. neque vt in Ecclesia audeat quis intrare post fornicationem vult, vnde reprehendēs fornicantē, sic ait: *Quomodo enim post cōsuetudinem cū scortis in Ecclesiā venire poteris? quomodo manus, quibus scortum contrectasti, in cœlum extendere audebis? etiam si nullus conscius sit, tute ipsum cogeris maximo rubore, ac confusione perfundere, & maximè omnium corpus proprium abominari?* Optimè equidem, tanta siquidem deberet esse templi Dei reuerentia, vt ne intrare quidē in illud audere fornicator deberet, quid ergo erit, si audebit intra ipsū fornicari? qualis erit hæc impodētia, qualis effrænatio, qualis Dei contumelia? quod cùm faciant, quid mirum, si talia perpetrantes, & sic coram oculis supremæ adulterātes maiestatis, Deus etiam velit vt ipsi inhonorentur, ac fœdè deturpentur? mulieres ipsorum, vt plurimum, assumens, vt eius instrumentum vindictæ, quæ vt insensatæ, ac stolidæ, & malum faciant, & publicè illud sine vllo admittant rubore, sine vllo mariti timore, quia insensatæ in pœnam mariti concessæ, vti benè noster ait Sapiens dicens, *& mulieres eorum, &c.*

12. Vxorū infrunita libido & in viros irreuerentia sæpè ex peccatis quæ viri in Dei Ecclesiis perpetrant.

Isa. 57. 8.

Chrysost.

13. Fornicator nolebat Chrysostomus vt in Dei intraret Ecclesiam.

HOMILIA LXI.

Filij ob peccata parentum peruersi, ac pessimi euadunt.

Et nequissimi filij eorum, inquit Sapiens, quia patres nequissimi: nam, *non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* Mat. 4. 18. *Nulla alia ratione*, inquit Chry. li. 3. aduersus murmurat. vitæ monast. tom. 5. *peruersi vt fiant liberi contingit, nisi quod eorū patres circa vitā præsētis commoda a quo amplius incūbunt, & ferè dixerim, insaniunt.* Mirum vt nimia rerum cura præsentium filios efficiat malos, quid ergo quando mala præbent eis exempla patres? quid quando peccatores sunt? nonne constituent peccatores & filios? Pulchrè equidem Euripides vocat parētes, *animam filiorum.* Nam sicut ista est forma corporis, omniumque principium operationum, & quicquid potentiæ operantur, animæ adscribitur: sic parentes ipsi filiorum sunt quasi forma suorum, informantes eos, vnde & dici possunt omniū principiū operationum illorum, ex quo actiones filiorum rectè parentibus adscribuntur, & sic si isti mali, filij pessimi, & quales ipsi, tales & illi.

Math. 4. 18.

Chrysō.

Eurip.

1. Patres filiorum animæ.

Expressit hoc Ezech. Prophe. c. 16. n. 44. dum ait: *Ecce omnis, qui dicit vulgo prouerbiū in te assumet illud dicēs, sicut mater, ita filia eius, filia matris tuæ es ta, quæ proiecit virū suū, & filios suos, mater vestra Chethæa, & pater vester Amorrhæus.* Chethæa enim erat ciuitas idololatrarum, sicut & Amorrhæus, præuaricata est ergo Deo suo Hierusalem, & idolis seruiuit; non mirum inquit Propheta, quia qualis mater, talis filia. At quomodo Amorrhæus, & Chæthea Hierusalē dicuntur patres, cùm fuerint Abraham, & Iacob? optima equidem ratione respondet Theodoretus; *Ob impietatem, quam contraxerunt, & imitati sunt, quorum enim æmulati fuerint impieta-*

Ezec. 16. 44.

2. Hierusalem quomodo Amorrhæorū filia & non Abraham.

Theodor.

tem, inquit, *eorum merito cognationem contraxerunt:*. Ipsi licet Iacob, & Abraham filij, non sicut filij Abraham viuebant, sed sicut Chethæi, & Amorrhæi, vnde pater, & mater ipsorum non erat Abraham, & Sara, sed illi. quorum impietatem imitabantur.

3. Filius dicitur quis cuius imitatur vitã. *Ioa. 8. 40.*

Vt semel intelligas illum verè dici patrem alicuius, cuius vitam imitatur filius, & non à quo progeniẽ ducit. Quòd expresse illis dixit verbis Dominus noster Ioan. 8. num. 40. *Si filij Abraham estis, opera Abrahæ facite*, Quæ cùm ipsi non faciebant, apertè infrà illis dicit, filios non esse Abrahæ, sed Diaboli, cuius opera imitabantur. *Vos ex patre Diabolo estis*, num. 44. vnde si pater ita malus, filij certè pessimi, pater homicida; filij homicidæ, pater mendax, filij mendacissimi, quia verum est, quod qualis pater, talis filius, & à malis parentibus pessimi filij; qui cùm in Scriptura scintillæ patrum dicantur, vt Psalm. 131. 3. 3. Reg. 11. 2. Par. 21. 2. Reg. 14. num. 7. qualis erit ignis, talis erit scintilla, si ignis carnalis, vitiosus, terrenus, talis equidem scintilla carnalis, vitiosa, terrena: si pater terrenus, terreni filij, & si vitiosus, vitiosissimi filij, & si malus, pessimi.

4. Filij parentum scintillæ. *Ps. 131. 3. 3. Reg. 11. 2. Par. 21. 2. Reg. 14. num. 7.*

5. Mundo quando mala inundauerunt. *Gen. 6. 1.*

Enimuctò si benè perspiciamus in Scriptura inueniemus tunc multiplicata esse mala in mũdo, & homines euasisse pessimos, quando Patres degenerauerunt à Deo Patre, & ex Dei filijs in filios euaserunt hominum, & tunc in mundo malitiam inundasse, quando patres mali esse cœperunt. Hoc apertè videtur in illo Gen. 6. num. 1. *Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent.* Quid hîc per homines, nisi idololatræ. & mali descendentes à peruerso patre, nempe Cain', isti enim mali, & peruersi filias peruersas, malas, & dissolutas genuerunt, vt inquit Lyra, *quas videntes filij Dei*, id est, filij Seth, sic vocati, vt inquit Chrysostomus homil. 2. in Genes. *quia parentis imitabantur virtutem*. vnde Sancti, & iusti, accepe rũt eas sibi in vxores. Quòd cùm factum, euenit, vt ex tali conuersatione mulierum contaminarentur filij Dei & peccatores effecti, procreassent ex illis filios. sed filios peccatores. quia iam ipsi peccatores; ob quod interminauit Deus cum illis amplius Spiritum suum non permansurum, quia iam ex filijs Dei, toti propemodum erant in carnem translati; vnde dixit: *Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est*, hoc est, vt inquit Chrysost. vbi suprà, *quia carnalibus operibus seipsos totos dederunt, & animæ substantia abutuntur, & quasi sola carne circumdati anima carerẽt, sic vitã suã absumũt, nam perpetuus Scripturæ mos est, carnem vocare carnales, sic & virtute præstãtes, carnis expertes.* Ex quorum malitia posteà sic repleta fuit terra, vt vix vnus in ea inuentus sit iustus: vnde ergo tantum malum? vnde tanta malitia? vnde tanta totius terræ corruptio vt amplius eam Deus ferre non posset, nisi ex eo, quòd videntes filij Dei filias hominum, acceperunt eas sibi in vxores? *non lege nuptiarum*, vt inquit Chrysostomus, *neque procreandorum filiorum gratia, sed libidinis desiderio.* Ex quibus posteà à Deo ipsi abalienati, & peruersi effecti, procrearunt filios potentes, *à seculo viri famosi*, id est, vt inquit Glossa Interlinearis, *immanes corpore, superbos viribus, incenditos moribus*: & Lyranus, *viri famosi scilicet mala fama, quia raptores, & luxuriosi*; vbi notandum verbum illud *famosi*. non enim dixit tantùm filios malos, & peruersos, sed in malignitate, & peruersitate famosos; ad denotandum, quia ex

Lyra. Chrysost.

6. Homo peccator, totus dicitur caro, & cur. *Idem.*

7. Vxorem ducere quando Deo displicet. *Idem. Interlin. Lyr.*

A malis patribus non solùm nascuntur filij mali, sed peruersi; sed in malignitate famosi, in vitio, peruersitateque gigantes.

8. Parentum imago filius.

Malus ergo pater malos generat filios, nec hoc mirum, cùm imago parentis sit filius, & qualis pater, talis imago eius; impossibile enim est, vt alia sit imago, quàm exemplar, easdem enim lineas, easdem habere conditiones debet, alioquin non erit imago. Ex quo fit, vt quia Cain non erat similis Adæ post pœnitentiam, qui iam bonus, & iustus, sed malus, & peruersus, ideo Scriptura non commemorat illum fuisse imaginem patris: at verò, quia Seth imitatus fuerat patris bonitatem, eratque Sanctus, & iustus, ideo Scriptura dicit Adam genuisse Seth imaginem, & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Quod & adnotauit Chrysostomus homil. 21. in Genes. vbi ait: *Cùm de primo loqueretur filio, Cain dico. nihil tale assignauit; nimiam iam ante significans illius in malum procliuitatem, & merito, non enim seruat paternos characteres, & mores, sed protinus ad malitiam confugit: Seth autem secundùm speciem, & imaginem suam, hoc est eorumdem morum.* Bonus erat tunc Adam, bonus filius eius Seth, ideo imago, nam qualis prototypus, talis imago, Cain non imago, quia non bonus: nam si quis degenerat, non erit imago, non filius patris; vnde non filij Dei, qui imaginem Dei non ferunt.

9. Cain cur non dicatur imago Adæ, sicut Seth.

Chrysost.

10. Quid necesse vt filij simus Dei. *1. ad Cor. 15. 45.*

Hinc Apostolus admonet, vt si filij Dei esse velimus, & Patrem habere Deum, portemus imaginem Dei, id est simus imago Dei, sicut quando filij patris terreni, imagines eramus terreni. 1. ad Cor. 15. 45. *Primus homo de terra terrenus*, inquit Apostolus, *secundus homo de cælo cælestis*; quid ergo inde sequutum? *qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cælestis, tales & cælestes.* Quid est tales esse terrenos, qualis terrenus, & tales cælestes, qualis cælestis? nisi imaginem esse terreni terrenos, & imaginem esse cælestis cælestes. & sicut primi conditiones terreni repræsentant, sic secundi conditionem, figuramque cœlestis hominis. *Qualis terrenus Adam*, inquit Remigius hîc, *tales & terreni homines, id est mortales, peccatores, & qualis cælestis Adam, id est Christus, tales cælestes, hoc est immortales, & sine peccato: verè spirituales licet in carne degentes.* Nam sicut homo peccator caro dicitur, etsi animam habeat, sic iustus, non caro, sed spiritus, etsi carnem portet. Hoc acutè de Scripturis elicit Ambros. serm. 4. in Psal. 118. tom. 2. explicans illa verba. *Adhæsit pauimento anima mea*, adnotans filios Iacob, non viros, sed animas dictos, etsi carnem haberent: vnde sic ait: *Qui secundùm corporis appetentiam viuit, caro est, qui secundùm præcepta Dei, spiritus est, non ergo fiat anima nostra caro, hoc est, vt dicamur caro, sicut & illi, qui in diluuio perierunt, de quibus dictum est: Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro sunt, sed magis caro nostra obediens animæ gubernaculo fiat anima, & hoc appellari mereatur nomine, sicut appellata est familia Patriarchæ Iacob & generationis eius sancta posteritas, sic enim scriptum est, Hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Rachel filiæ suæ, & peperit hæc Iacob, omnes animas septem: & alibi: Omnes autem animæ, quæ intrauerant in Ægyptum de famore Iacob sexaginta sex: & in principio Exodi: Erant autem omnes animæ de Iacob septuagintaquinque, ergo illi qui habitabant cum Ioseph, & de Ægypto exierunt, animæ sunt*; quia scilicet non ad carnis, sed ad spiri[...]

Remigius.

11. Peccator sicut totus caro, sic iustus totus dicitur Spiritus & cur.

Ambros.

viuebant sensum: ob hoc spirituales, ac propemodum cælestes vt efficiamur, concludens subdit Apostolus: *Ergo sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Portauimus siquidem imaginem terreni, quando patri nostro assimilantes, si ille malus nos peruerti, etsi ipse totus caro, & sanguis, & nos toti caro, & sanguis, etsi ipse corruptus, & nos corrupti, quia si malus pater, peruersi filij.

Neque contra dicta facit, quòd aliquando boni etiam filij ex malis nascantur parentibus, nam vt Autor inquit imperfecti in Matth. tom. 43. præter naturam est illud, ub quod potius regula ipsa communis firmatur amplius: nam vt Doctores aiunt, exceptio firmat regulam: *Aliquando fit*, inquit, *vt de bonis parentibus mali exeant filij, aut de malis boni, sed rarò, ecce enim regula est humana naturæ, vt omnis homo nascatur duos habens oculos, & quinos digitos, aliquando tamen, vt manifestentur opera Dei, nascitur homo aut sex digitos habens, aut oculos omninò non habens: sicut ergo extra regulam naturæ rarò procedit, vt deformis nascatur, sic & homo extra regulam naturæ rarò procedit, vt dissimilis nascatur filius parentibus suis.* Nil melius: rarò illud euenit, vt filij parentibus sint dissimiles, & non ita peccatores, ac ipsi. *Factum est grande miraculum*, inquit Scriptura Num. 28. num. 10. *vt Coré pereunte, filij eius non perirent.* Magnum re vera miraculum, vt stantibus ipsis cum eorum patribus terra aperiretur, & patres absorberentur, remanentibus ipsis in aere pendulis, vt volunt Hebræi, & affirmat hîc Lyra. Sed, ni fallor, & illud etiam Scriptura intelligit magnum fuisse miraculum ex malis, atque iniquis parentibus, tales extitisse filios, bonos nempè, & Sanctos, actibus eorum non conuenientibus, ob quod simul cum ipsis non perierunt: ex quo factum est, vt mirum videretur, pereunte Coré, quod ipsi non perirent, extra regulam quippe sunt. Vnde in exemplum non adducendi, cùm quotidie videamus ex malis parentibus filios pessimos procreari; licet aliquando ex malis procreentur boni, aut è contrà; &, vt inquit Hieronym. ep. 8. *Miramur in trunco, quod non tenemus in ramis.* id est parentum commendamus virtutes, quas non videmus in filiis, tamen certissima regula est ex malis parentibus filios pessimos generari, vt inquit noster Sapiẽs, *& nequissimi.* &c.

Author Imperf.

12. Filius nasci bonus ex malis parẽtibus, res extra regulam.

Num. 28. 10.

13. Filij Coré cur cum patre non perierunt, & in quo stetit miraculum.

Lyra.

Hieron.

Num. 13. *Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectionem animarum sanctarum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PRosequitur Sapiens impiorum enarrare mala; vnde sicut prius asseruerat ipsos nequissimos gignere filios, sic nunc amplificat, asserens non solùm filios esse nequissimos, sed maledictos, & non solùm filios maledictos, sed etiam & progeniem, & omnem eorum creaturam. Vt semel videant peccatores quantum malum sit peccare, cùm eorum maledictio non solùm in eos cadat, sed etiam & in filios, immo & in progeniem; vnde & sequitur:

Maledicta creatura eorum &c. id est, generatio, vel progenies, Cantacuz. *educatio, & institutio*, non solum natalis, sed ortus. Carthusian. amplificat ad posteritatem, ad domesticos, ad cognatos, & tandem ad omnia pertinentia ad ipsos. Lyranus ad promotos per eos, qui creaturæ etiam dici solent. Sensus, & acceptiones non improbandæ, litteralis tamen me iudice est acceptio filiorum, & nepotum: hæc est altera plaga malorum, non solùm habere filios nequissimos, sed maledictos, & æternæ maledictioni obnoxios.

Cantac. Carth. Lyran.

Felix sterilis, & incoinquinata &c. Multi legũt absque coniunctione. Hieronym. in cap. 56. Isai. legit: *Beata sterilis immaculata.* in idem recidit. Notat Iansen. non dixisse tantùm beatam esse sterilem, sed sterilem incoinquinatam, nam felicior est ista, quàm illa, quæ videns se non parere à viro, vt inquit Castro, adulterinos filius procurat generare: hæc enim beatior est sterilis, quæ non parit, ob quod, vt benè notat Lorin. non contradicit legi, in qua sterilitas erat pro maledictione, sterilitas inquam, coniugalis, nam lege non erat prohibita abstinentia ab vsu coniugali, non contradicit, inquam, quia talis sterilis opponitur fæcundæ ex adulterio.

Hieron. Iansen. Castro. Lorin.

1. Sterilitas in lege maledicta, quæ.

Autores alij hîc passim disserunt de castitate cõiugali, alij de felicitate Virginitatis: alij de Virginitate Deiparæ sanctissimæ: alij de puritate doctrinæ ab hæresis labe. Hieronym. vbi supra disertè hunc accipit locum pro Virginitate, licet in cap. 9. Oseæ accipiat pro puritate doctrinæ: nos tantùm de vera Virginitate; felices ergo sunt Virgines, felices castæ vxores, quæ thorum non maculauerũt.

Hieron.

Quæ nesciuit thorum in delicto &c. Hieronym. in cap. 56. Isai. *Quæ non cognouit stratum in delicto*: alij, *quæ non cognouit cubile in peccato* &c. Per delictum Interlin. Lyran. Hugo, Bonauent. intelligunt *adulterium*. Licet Hugo extendat ad immoderatum vsum coniugij, & ad adulterium mentale, vnde felicem illam esse existimat, quæ moderatè vsa est connubio, & quæ neque mente se polluit, vnde honorabile connubium, & thorus immaculatus &c. Olkot intelligit de Virginitate.

Idem. Interl. Lyra. Hug. Bon. Olkot.

Habebit fructum in respectione animarum Sanctarum. Sanctarum deficit in Græco, parùm refert; additum est à Vulgato ad maiorem declarationem: nam præmium in altera vita non datur nisi animabus Sanctis, sic Lorinus. *Fructum*, id est *præmium* particulare pro sustinentia carentiæ fructus, quem hîc non habuerunt. Interlin. per fructum, *respectionem ipsius Dei*, remunerando eas, & visionem beatificam eis impertiendo, contemplãdo illum, nil dulcius, & abundantius: per *respectionem*, visitationem, & subtilem in remunerando Dei inspectionem intellige: nil enim irremuneratum relinquet.

a. Fructus sanctæ sterilitatis.

Lorin. Int.

HOMILIA LXII.

Promotiones à peccatoribus factæ maledictæ.

MAledicta creatura eorum &c. Hæc est altera malorum pœna non solùm habere filios nequissimos, sed maledictos, vti diximus in expositione litteræ.

Sed licet hic sensus sit litteralis, placet nunc sensum accipere Lytani, qui per creaturam intelligit homines ad dignitates, officiaque à peccatoribus promotos, qui eorum creaturæ passim dicuntur; isti enim maledicti sunt, & vtinam non sic esset. vt plurimùm enim indigni sunt, sicut illi qui eos promouent; vnde non mirum si à Deo posteà maledicti, viliter vitam, & cum dedecore finiunt suam.

Esth. 3. 1. Considerandum hoc in exaltatione illa Amani Esther. 3. num. 1. *Post hæc Rex Assuerus*, sacer inquit textus, *exaltauit Aman filium Amadathi qui erat de stirpe Agab, & posuit solium eius super omnes Principes, quos habebat.* Quære talis tationem exaltationis; quæ virtus, quale seruitium, itavt ratione, iudicioque Assuerus huiusmodi exaltauerit hominem, & super omnes Principes collocauerit? nullam prorsus, nisi solam Regis inuenies voluntatem, gentilis erat, peccator; vnde non mirum si hominem exaltauerit peccatorem, (filium Amadathi, qui *iniquitas* interpretatur, vt inquit Interlin.) & ex nihilo creauerit eum; vnde meritò posteà maledictus, lignoque suspensus. Quod ferè semper euenit, quando homines ex nihilo assumuntur, & super Principes antiquos, benèque meritos disponere eos volunt Principes, non secus ac impium istum Assuerus, vnde etsi exaltatus, tamen deiectus, creatus, sed maledictus, quia filius peccatoris, & à peccatore exaltatus, qui homines sic exaltati, & in altum positi, per saltum, mutationemque instantaneam, vt sic dicam, regulariter tandem in præceps ruunt. Episcopum non Neophitum requirit Paulus ad Timoth. 1. cap. 3. n. 6. rationemque addens ait: *Ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.* In quale iudicium? in illud nempè, in quod per superbiam incidit, dũ ex tempore ex nihilo se magnum factum videns sui oblitus sedem appetiit Altissimi: hinc deturbatus in barathrum descendit. *Non Neophitus eligendus*, inquit Paulus, ne simili tactus superbia, dũ heri extra Ecclesiam, hodie Principem se videns in illa eadem, quam Diabolus cogitatione eleuatus similiter pereat. Quod eleganter dixit Chrysostomus, homil. 3. de verbis Isai. *Vidi Dominum.* tom. 1. *Est enim arrogantia*, ait, *malorum omnium fons, cætera quidem peccata circa nostram versantur naturam; at superbia virtutem incorpoream è sublimi detraxit, ac deiecit, eo quod Diabolum, cũ Diabolus non esset, vt hoc esset effecit, nimirum Diabolus.* Hinc Paulus Timotheo scribens ait, *Quod qui nuper professus est Euangelium, eum non oportet ad summam Episcopi dignitatem eleuari, ne in laqueum incidat Diaboli, ne eadem peccans cum illo, eadem cum illo patiatur.* Nil melius. Diabolus cecidit se repentè videns subleuatum, sic periculosæ sunt instantaneæ hæ mutationes. Neophito eadem timet Paulus, & meritò, nam istis non secus accidit, ac illis, qui vinum soliti non sunt bibere, & multa laborant siti, si aliquando euenit vt aqua careant, tum ob sitim, tum ob nouitatem liquoris, ita effrænatè illud bibunt, vt ebrij fiant, etsi in sublimi sint, præcipites se ferant: diuitiæ namque. & potestas vinum sunt, quod mentes conturbat hominum, quibus conturbatis, vt rectè inquit Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel. statim si in altum sistãt in præceps ruunt. *Multos, ait, elatos fecere diuitiæ, nobilitas, & potestas, conturbat enim qualibet istarum iudicium, sicut contingere solet ijs, qui positi in aliquo excelso loco, inferiora cùm respiciunt, eorum visus conturbatus, veluti contremiscit, vt inde facili negocio ruere videantur, nisi aliquid apprehendant, quo sustententur. Sic elatos reddit prosperitas bonorum temporalium eos, quibus suppetunt, vt inde in barathrum peccatorum facilè decidant.* Conturbatos veluti ebrios facit ergo potentia, gloria, & diuitiæ, sed quos? non assuctos: nam assueti cùm non multùm sitiant, & assueti in illis, quia à longo iam tempore eas possederunt, vix reperies, vt ebrij fiant; magnanimi enim sunt, liberales, placidi, moribus compositi, nobilissimum animum præ se ferentes, & plenum iudicium in omnibus habentes, omnibus se associantes, familiares, non elati, & vt plurimum non superbi, quod non aliũde, nisi quia assueti, nisi quia non multum bibunt, & sic nouitas liquoris non peruertit eis sensum.

1. Aman cæcidit, quia nulla exaltatus ratione.

Interl.

2. Per saltum sublenati cito decident

1. ad Ti. 3. n. 6.

3. Paulus cur Neophitũ in Episcop. elegi prohibet.

Chrysost.

4. Superbia quantum malum.

5. Potestas sæcularis vinum quo homines inebriantur.

Ambros.

Ioseph Sanctissimus in domo patris splendidè educatus, & nobiliter, animoque viuens generoso, quando se exaltatum vidit, nec cæteros spreuit, nec fratres dedignatus est, nec crudeliter sæuiit, immo nimio terrore perterritos accedere iussit, Gen. 45. num. 4. *Osculabatur singulos*, inquit Augustinus serm. 83. de temp. *& per singulos flebat, & irriguis lachrymis pauentium corda perfundebat: itaque odium fratris charitatis lachrymis abluebat.* Vnde meritò admirandus vir vocatur à Chrysostomo homil. 44. in Genes. dum in tanta constitutus dignitate, non solùm etsi læsus iniuriam non sit vltus, sed benignissimè tractans fratres, omnes, & singulos sit osculatus, ac consolatus. *Vide quomodo ipsemet*, inquit, *& iterum, & tertiò consolatus est illos, qui cogitantes gloriam, in qua constitutus erat, de sua salute, (vt ita dicam) anxij erant, propterea volens eos animare, appropinquate, inquit, ad me.* Mira humanitas! iurarem ego talem futurum, taliter educatum, Principis, non plebeii cuiusdam filium. At miseri isti, qui nunc pauperes, nunc se inopes viderunt, nunc mendicos, nunc ignobiles, nunc deiectos, nunc miserrimos, & mundi velut scoriã, & inter Principes minimè cognitos, cùm immediatè post suum videant super Principes exaltatum solium, cùm se diuites, ac potentes, cùm in vertice, & sũmitate positos nullis præcedentibus meritis, nulla virtute, quam apprehendere possint, ne cadant, & ruant, ita miseri effrænatè bibunt, vt partim à copia, partim à nouitate liquoris ebrij fiant, & amentes, itavt seipsos ampliùs non agnoscentes totaliter quales fuerunt obliti adorationem diuinam quærant, vti pessimus Aman, qui adeò illam captabat, vt quia vnus solus Mardochæus genu illi non flectebat, voluerit non solùm eum, sed etiam totam Hebræorum perdere gentem, & per vnius iniuriã, omnes eius simul ferire cognationes, innocentibus non parcens, inculpabilibus non condonans, sed potentia ebrius passionum verticibus actus in omnes sæuire decreuit: nonne tibi videtur, quòd qui talia facit, ebriùs est, & vino madet?

6. Ioseph et in potentia humilis & cur.

August.

Chrysost.

Sed age nunc, signemus, quæso, istorum actiones hominum, perspiciemus equidem quòd ebrij sint, amentesque, quas satis superque in hoc vno perspiciemus Aman. Conditiones enim, siue ebriorum hominum actiones eleganter exprimit Chrysostom. homil. 13. in ep. ad Rom. tomo 4. ex illis probans ebrios homines esse auaros. *Ebrius*, inquit, *quo plures vini calices hauserit, eo plures appetit, delirat, desipitque, oculis apertis neminem videt, sed temerè huc, illucque circumfertur, atque ad [illegible] quemque sibi obuium offendit pedibus, dilacer[illegible] indecorè nudatur, mirum in modum ludibrio [illegible]tur.* Prima ergo ebriorum conditio sitis est [illegible]

7. Homines per saltum sublimati vt à potentia fiunt ebrij.

Chrysost.

8. [illegible] ditione.

tinguibilis, talis quippe est illa, quæ hos torquet
miseros, & si omnia habeant, semper tamen ad
maiora anhelant, insatiabiles prorsus, ita vt licet
omnia non obtineant, si vnum tantùm deficiat, de-
ficiant ipsi: omnes quippe adorabant Aman, vnus
tantùm deficiebat, omnium ante illum genua fle-
ctebantur, vnum stabat, & tamen *Conuocatis ami-
cis*, inquit Scriptura, *& vxore, exposuit illis magni-
tudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam,
& quanta eum gloria super omnes Principes, &
seruos suos Rex eum eleuasset, & insuper quod Regi-
na eum solùm ad conuiuium aduocasset, cum qua
etiam sequenti erat pransurus die.* Post quæ subiun-
xit; *Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere
puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum se-
dentem ante fores palatij.* cap. 5. num. 10. Et ponde-
randum, quando hoc dixit, tunc nempè, quando
Esth. 5. 16 egressus à conuiuio: *Lætus extabat, & alacer*, vt
sacer inquit textus, & hoc non obstante, nec singu-
laris hic fauor, nec diuitiarum magnitudo, nec fi-
liorum turba, nec suprà omnes eleuatio ei sufficie-
bat, quia vnum tantùm non possidebat genu: *quan-
diu videro*, inquit, *Mardochæum sedentem*, non
8. Mardochæus, sed Mardochæus sedens infelicem
Hominum superborū hic terrena inhiantium sitis, quantum eos miseros reddat, quamque parum læ tos ex his quæ possident.
eum reddebat, sic, vt inutilia diceret omnia quæ
habebat: vnde Pagninus: *Et totum hoc non est vti-
le mihi*, immo displicentia, *& hæc mihi non placent*,
Septuag. immò insipida: *& omnia hæc non pro
sunt mihi.* Vatabl. est nè aliud aliquid plus admiran-
dum? ne mireris, ebrius est, & quo plures vini ca-
lices hauserit eo plures appetit.

Secunda ebriorum conditio, desipientia, ex quo
fit, vt etsi oculos habeant apertos, non videant, sed
cum vnoquoque sibi obuiam facto offendant: pro-
pria equidem horum conditio, humilis, paruique
nominis homines, etsi alioquin magnæ dignos æ-
stimationis, paruipendere, non eos videre; at si a-
liquando eos prospiciunt, non est nisi ad ipsorum
oppressionem, selectionem hominum non habe-
re, talenta vniuscuiusque non prospicere, virtutes
non discernere, gradus & munia non dignis, & be-
ne merentibus impetrare, sed veluti ebrios indis-
criminatim, vbi passio impellit, impingere, omnes-
que contemnere: *Non cogitas*, inquit Chrysosto-
mus, homil. 41. in Matthæum, *quantam honores
ignauis, ac diligentibus perniciem solent afferre, ex-
tollunt enim ad inanem facilè gloriam, in tumorem,
atque superbiam, & contemptum aliorum impel-
lant.* En infelix Aman nondum Mardochæum
prospexerat, nondum eum viderat, & si virtutis vi-
rum, vsque dum, vt inquit Scriptura, ei nunciaue-
Esth. 3. 3. runt Mardochæum genua non flectere: *Cur præ
cæteris non obseruas mandatum Regis?* conserui
eius illi dicebant. ca. 3. num. 3. *Cumque hoc crebrius
dicerent, nunciauerunt Aman, quod cùm audisset
Aman, & experimento probasset, quòd Mardo-
chæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus
est valdè.* Adnoto verbum illud, *cumque hoc
crebrius dicerent*, ergo multoties ante Mardo-
chæum viderat Aman: at cur non obseruauit,
quod pueri obseruabant Regis? quia Mardochæus
Innoc. 3. pauper; vnde ad illum iste superbus non attende-
9. bat, quia, vt egregiè de talibus indignè ad Princi-
Conditione indignorum ad gradum altiorem indigne euectorum.
patum euectis Innocentius dixit tertius lib. 2. de
contemptu sæculi. cap. 30. *Non curant prodesse,
sed gloriantur præesse, præsumunt se meliores, quia
creuerunt in superiores, priores dedignantur amicos,
notos ignorant hesternos, comites contemnunt anti-
quos, vultum auertunt, visum extollunt, ceruicem*

A *erigunt, fastum ostendunt, grandia loquuntur, subli-
mia meditantur*, immò & crudelia, non secùs ac
pessimus iste, qui dum prius notum ignoraret
Mardochæum, posteà illum recognoscēs hoc ad il-
lum fuit perdendum, & occidendum, in nullo ipse
læsus; ne mireris, ebrij sunt, desipiunt, & oculis a-
pertis neminem vident, offenduntque pedibus.

Tertia istorum actio est dilaceratio, denudatio-
que horum propria, ad ostentationem enim, & vt,
quod ambiunt, acquirant, vt inimicum, potentem-
que opprimant, se, domumque, remque propriam
deperdunt, ac dilacerant: *Si tibi placet, decerne, vt
pereat*; dixit Regi infelix iste necem populi sua-
dens Hebræorum, *& decem millia talenta appen-
dam arcariis gazæ tuæ*, ibi num. 9. En qualis pro-
fusio, qualisque deperditio! Ne mireris, ebrius est,
indecorè nudatur, & dummodo inimicum occi-
dat, parum ducit, vt seipsum consumat. Ex quo
loco etiam admirari libet, quàm profusi sint pecca- 10.
B tores, largiterque bona profundant ad suas asse- *Peccatores parci ad ea quæ sunt Dei, profusi ad ea quæ sunt mundi.*
quendas voluptates, ad suos lapsus, ad suas denique
complendas voluntates: quàm steriles, parci, mise-
rabilesque ad quæ sunt Dei, ad eleemosynas largiē-
das, pauperesque adiuuandos. *Quid est thesaurus lu-
xuriosi*, inquit Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel,
nisi sumptus luxuriæ? Pulchrè, non dixit aggrega- *Ambros.*
tio pecuniæ, sed sumptus luxuriæ, nam ob illam
omnes suos effundunt thesauros, & illorum the-
saurus non est aggregatio, sed effusio, tam libera-
les, tam magnifici reperiuntur ad profundendum.
Exod. 32. num. 2. Vix inaures petiit Aaron: *Tolli-
te inaures aureas de vxorum, filiorumque vestra- Exo. 32. num. 2.*
rum auribus, & afferte ad me, ac dederunt. Vbi no-
tandum illud, *Tollite inaures*: non enim dixit, af- 11.
ferte aurum, sed vt difficultatem augeret, vt in- *Aaron cur inaures filiorum petiit ad formandum vitulum.*
quit Gloss. Interlin. *Rem difficilem petiit, vt ab in-*
C *tentione reuocaret.* Et re vera quis putaret filios, fi-
liasque, ac vxores sic libenter res laturas cariores,
aut si ipsi non libenter sic eos patres animo expo- *Idem.*
liare imperterrito, vt illos nec gemitus emolliret
filiorum, nec filiarum clamor, nec vxorum dolor.
Ne mireris, peccatorum est conditio ad volūtates
suas exequendas profusos esse, ac penè immersos,
non secus ac iste amens, & ebrius, vt è vita infensos
sibi eliminaret, decem millia talenta, immensum
quippe auri pondus appendere Regis gazæ vo-
lebat.

Hucusque, vt vidisti, ex Chrysostomo ebriorum
conditiones hausimus; vna nunc tantum rema-
net addenda, ab eo prætermissa, illachrymatio, plo-
rant sæpè, & turgentibus oculis lachrymas fundunt
oppressi à vino. Sic isti miseri, non viri, sed mulie- 12.
res, si aliquando res non ad votum eueniant, ita di- *Homines superbi animo viles.*
minutum, paruumque possident animum, vt non
secus ac mulieres muliebria agant: *Aman*, inquit
Scriptura, *festinauit ire in domum suam lugens, &*
D *operto capite* cap. 6. num. 12. Mirum. Principem *Esth. 6. 12.*
tantum sic super omnes eleuatum, tantæ maiesta-
tis, & supereminentiæ, instar fœminæ plorare oper-
to capite. Ne mireris, ebrius potentiâ est, vino in-
caluerat diuitiarum, & potentiâ in altum se erexe-
rat, hinc & ipsum perdidit intellectum: nam, vt
inquit Bernard. ep. 237. sup. illud Psal. 48. nu. 13. 13.
Homo cùm in honore esset, non intellexit, honor ab- *Honor intellectum absorbet.*
sorbet intellectum, & eorum maximè, qui non per
gradus, sed per saltum sola voluntate Regum effi-
ciente ad superiora euaserunt: vnde non mirum, si
miseri ita turpiter cadant, ac infelix Aman.

Talis etiam fuit creatura illa altera, quam erige-

re,& in altum sustollere, Deumque simul constituere filij procurauerunt Israël, vitulum dico aureum,quem pro Deo habuerunt: vnde quæso illi Deitas? pete,& inuenies ab auro,quod ipsimet ab vxoribus,filiabusque abstulerunt; vnde nullum aliud meritum Deus talis habuit. ob quod adorandus,nisi expoliatio,& populi deprædatio:

14. Indigni homines quomodo ad gratiam ascendunt Principis gradūque acquirunt sublimiorē.

Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque,& filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me, dixit Aaron, vbi supra. Ad Dei ergo dignitatem subiit vitulus, qui paulo antè nihil erat, non aliunde nisi ex deprædatione: vnde non mirum si maledicta creatura, si in nihilum redacta, si in minutissimum puluerem; videas certè assumptos aliquos, nullis præcedentibus meritis, nulla virtute, sed ideo, quia populum deprædantes, immo expoliantes, grauantesque *nudum eum constituunt inter inimicos.* Cuius studium in eo solo repositum est, tùm in Regis gratiam, Principisque, tum in bonum, ipsorumque vtilitatem, gratiam Principis sanguine ementes B subditorum.

Hugo Car.

Quod elegáter obseruauit Hugo Cardinalis in hunc locum, dum considerat Aaronem ne Pontificatum amitteret, populum expoliasse: *Pecuniam, ait, extorquet à populo, de salute animarum parùm curans.* Quid ergo mirum si posteà decidentes miseri conterantur,& vsque ad puluerem redigantur, rem amittentes, vitamque, ac iusto Dei iudicio ipsorum totam impetuoso ebibentes populi haustu substantiam, non secùs ac Israëliticus populus vituli pulueres. Hinc equidem talium deprædationes domorum, hinc ruinæ, hinc casus, quia maledicti,& iustè equidem, nam

15. Cur eligūtur vt plurimum.

multoties electiones à peccatoribus factæ, non ad publicum tendunt bonum, sed ad peculiare, non quia adsunt merita, sed quia supersunt negociationes, C erigitur suprà cæteros, qui suprà cæteros auidius currit ad honores, derelinquitur, qui fugit, & occultatur,& illius humeri grauantur, qui sub onere gemere nesciunt. *Curritur in clero,* inquit Bernard.

Bernard.

ep. 48. ad Henri. Senonens. Archiep. *ab omni ætate,& ordine, à doctis pariter, & indoctis, ad Ecclesiasticas curas, tanquam sine curis iam quisque victurus sit, cùm ad curas peruenerit.* Nil magis in dies videmus, sine curis putant, immo & proponunt se futuros cùm ad curas peruenerint, quod statuunt, exequuntur: cuius signum, quia, vt inquit

16. Cur homines vno nō contenti onere aliud appetunt, nullumque recusent.

Sanctus: *Cùm iam proprios humeros cupita sarcina submiserunt, non solùm non gemunt tanquam sub onere, sed insuper appetunt plùs onerari.* Non appeterent, si cum curis viuerent, si onus sentirent.

Hinc fit vt insatiabiles semper posteà sint,& non D vno gradu contenti ad superiorem semper aspirent modis miris, negociationibus inauditis. Liceat hîc Bernardi verba inserere, qui si nunc mundi faciem

17. Cur ad altiora semper ascendere.

vidisset, non amplius dixisset: *Cùm primorum gradus,* inquit, *in Ecclesia meruerint, non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuant desiderio, quo vtique magis, ac magis,& dilatentur in plura, & ad vlteriora sublimentur: verbi gratia, cùm factus fuerit in quacumque Ecclesia quis Decanus, Prapositus,& Archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non contentus vno in vna, plures sibi, immo quotquot volet conquirere honores satagit iam in vna, quàm in pluribus, quibus in omnibus, si locus euenerit libenter vnius prefert Episcopi dignitatem, factus Episcopus, Archiepiscopus esse desiderat, quo fortè adepto, rursus nescio quid altius somnians laboriosis itineribus, & sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, quasi nosas sibi* A *quasdā cōparans sibi amicitias.* Quid enucleatius dici potuit? hi assumuntur, hi præeliguntur, hi sublimātur, hi creātur cæteris derelictis, qui reformidāt onus, qui pauēt onera, quos ambitio non erigit, sed humilitas deprimit, hi aspernuntur, quia nulla caro,& sanguis in eis, illi assumuntur, quia caro, & sanguis in eorum electione, vnde non mirum si reprobati, cùm caro, & sanguis sint, *qui regnum Dei possidere non potest.*

18. Indigni eliguntur, quia genua flectunt.

At quomodo non maledicti, & à Deo reprobati, dum electi, quia genua subdunt, flexibilia, & ad adorationem procliuia, qui toti carnei: vnde immersi quodammodo in rebus huius mundi & adorationem exhibent, & alium Deum non cognoscere spondent, hi certè maledicti,& reprobati, licet ab hominibus electi. *Duc populum ad aquas,* præcepit Dominus Gedeoni. Iud. 7. num. 4. *Qui* Iud. 7. 4. *lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos sursum, qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erūt.* Quo sic obseruato, reprobati qui genua flexerunt, electi, qui illa nō incuruarunt: quale hoc mysterium? nisi vt inquit hîc Origenes homil. 9. *Ille probatus miles, & electus est, qui postquam ad aquas baptismi venit, flecti ad necessitates terrenas, & corporeas nescit, qui vitiis non indulget, neque ob peccati sitim sternitur pronus.* Nil melius. Ergo in Origenis sensu, immo & Dei, ille aptus miles, ille electus, qui ob necessitates terrenas, corporeasque genua non flectit, adorationem non spondet, dum ille reprobatur,& eiicitur, qui sic ad hoc inhiat, vt adoret habentem, obsequiumque, ac si esset Deus, largienti promittat.

Origen.

19. Miles Christianus optimus, qui,

In qua re amplius etiam notandum, quod si iuC dicio humano standum esset, potius eligendi, qui flexo biberant genu, quàm qui lingua: nam vt inquit Iosephus, signum magnanimorum erat ad bi- Ioseph. bendum genua flectere, quia nullius dabant indicium timoris, sicut è contrà, qui lingua lambebant. *Precepitque Gedeoni,* inquit, *vt circa medium diem in Solis ardore ad fluuium venire faceret exercitum, vt eos quidem, qui inclinati biberent magnanimos æstimaret, qui verò cum festinatione, turbatione que, eos crederet hostium formidine detineri.* Et tamen hos elegit Deus, non illos, vt semel intelligas, quàm parum fidendum electionibus hominum, cùm multoties aptissimi secundùm illos, ineptissimi à Deo iudicentur, eo vel maximè, quando non quia cordati, non quia maioris sint meriti, sed quia magnanimi, non quia flexibilia obtinent D genua, sed quia adorauerunt, sed quia adorationem spoponderunt, eliguntur: immò ideo eliguntur, quia sine meritis, vnde meritum fuit non meruisse, vt assumptio posteà non eorum meritis, sed voluntati adscribatur assumentis, vt magis deuinciatur, magisque addictus beneficio reperiatur, derelinquentes illum, qui seruitia, qui merita, qui partes habet. Deum verum Israelitæ dereliquerunt,& alium Deum sibi erexerunt, vt supra diximus; quo erecto, illicò eum adorantes, *surrexerunt ludere.* festa, choreasque ducentes; vnde, quæso, tanta lætitia? an quia Deum habebant ab illis electum & creatum, qui nihil de suo, sed totum integrum, quod erat ab ipsis acceperat, vnde meritò sperabant ipsum eis addictum, & veluti seruum fore, dum omne, quod erat, ab ipsis recognosceret: ex quo oneratum potius beneficus quàm honoratum se recognoscens, paria eis relaturum, qui sic eum affecerunt pro certo æstima-

20. In Gedeonis experimento cur electi qui manu lambebant aquas.

21. Electio hominum ad gradus superiores res difficilis & cur.

22. Israelitæ cur tantum celebrabāt festiuitate ad vituli erectionē.

Bern. Ps.54.n.6

bant: cùm verissimum sit quod Diu. ait Bern. ser. ad Pastores in Synodo congregatos in illud Dauid Psal. 52. num. 6. *Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Sine meritis ad primam sedem assumptam non honorari, sed onerari dignitatibus vestris, quoniam Deus spreuit vos.* Ob id ergo infelices lætabantur illi, quia oneratum ab ipsis Deum beneficiis habebant, repudiato eo qui nihil ab eis, immo totum ipse eis contulerat; ob quod maledicti, & maledicta etiam talis eorum creatura causa ruinæ, mortis, damnationisque, eorumque perditionis, iustæque indignationis diuinæ: quod non mirum, cùm fuerit creatura à peccatoribus erecta, & in sublime collocata, quæ, vt inquit noster Sapiens, *Maledicta est.* &c.

HOMILIA LXIII.

Virgo mente & corpore, vera virgo & felix.

FElix sterilis, & incoinquinata &c. inquit noster Sapiens. Benè simul posuit sterilitatem cũ incoinquinatione, nam frustrà est virginitas, per quam hic intelligimus sterilitatem; quam fœditas maculat mentis, *& mulier innupta, & virgo,* inquit Apostolus 1. ad Cor. 7. 34. *cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.* Non equidem sufficit esse corpore sanctam, nisi sit etiam & spiritu.

1.adCo.7.34.

1. Difficile est creditu virginem esse corpore quæ non spiritu.

Cyprian. 1.adTim.5.7.

Immò difficile creditu est corpore virginem, quæ spiritu non virgo, & viuentem non vt virginem, esse virginem. *Dum ornari cultius,* inquit Cyprianus de habit. virg. *& liberius vagari virgines volunt, esse virgines desinunt, furtiuo dedecore corrupta, viduæ antequam nupta.* Non viuunt vt virgines; non sunt virgines, sed viduæ antequam nuptæ: sicut enim, vt ait Apostolus 1. ad Timoth. 5. 7. sunt aliquæ viduæ, sed non veræ viduæ, sic sunt aliquæ virgines, sed non veræ virgines; *Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt,* quæ sunt istæ veræ viduæ? *Quæ autem verè vidua est,* sequitur, *& desolata, speret in Deum, & instet orationibus nocte, & die.* Vita ergo veræ viduæ, secundùm Apostolum, oratio est, & spes in Deo. Qui dicit orationẽ, dicit domi reclusionem, pœnitẽtiam, mortificationem, dicit tandem perfectum omnimodè, incensumque holocaustum. Quod notauit Hieronym. in illud Cantic. 3. *Tanquam virgula fumi ex aromatibus. Bene, ait, quasi virgula fumi, qui diuinis extenuata disciplinis, & concremata intus, in holocaustum, incendio est pij amoris, & desiderio charitatis.* Et Bernard. ad illud: *Ecce nos reliquimus omnia,* de persona orante, quæ totam se Deo non sacrificat, sic pronunciat: *Si vsque hodie, dilectissimi, ad alias consolationes mens inhiat, & penitus in caducis, & transitoriis non renuit consolari, ipse sibi profecto cælestis subtrahit gratiam consolationis.* Ergo vera vidua, quæ orationi instare debet, perfectum Deo de se holocaustum exhibere tenetur, tota quodammodo in cælum transfusa, in terris viuens tanquam si non viueret, quæ sic viuens verè vidua est, falsa verò, quæ in delitiis, vnde sequitur: *Nam quæ in delitiis est viuens, mortua est:* vbi S. Thom. *Morte peccati mortua in anima, licet viuat in corpore.* Quomodo autem moritur in anima? quia delitiosè viuens non seruat castitatem, & sic non

2. Veræ viduæ, quæ.

Hieron.

Bern.

3. Consolationem cælestem quis sibi subtrahit.

4. Vidua non vera quæ, & quomodo mortua dicatur.

A

re vidua, sed falsa, sed apparens. Ex exteriori ergo vita veram iudicat Apostolus viduam à falsa, & vnam pronunciat veram, alteram apparentem tantùm, nil aliud nisi exteriorem habens apparatum, & luctum, veluti sepulchrum quoddam, in quo mortua tegitur anima. Nam, vt inquit Theodoretus, *Immodica lætitia rationem obruunt, & efficiunt vt in corpore tanquam in aliquo sepulchro iaceat.* Ex exteriori ergo vita Apostolus veram colligit viduam, & tu similiter ex exteriori habitu, vitaque virginis veram collige virginem à falsa, apparenteque; & si eam, non vt par est virgini, videris viuere, sed in delitiis, dic apparentem virginem esse non veram. *Si sensus virgo non custodiat,* inquit Basilius lib. de vera virg. ad Letor. Episcop. *si foris esse videatur corpore nondum per operationem peccati corrupta, tamen intus est potens voluptas corrumpens mentem.* Nec talem dixeris esse felicem, sed potius infelicem, nam felix est illa, quæ corpore, & spiritu est virgo, & talis esse non potest, quæ simul cum virginitate corporis ornamẽta virtutum non habet; quæ etsi ornamenta sunt ad cælestem complacendum sponsum, sunt etiam, vt inquit Hieronym. ad Demetriadem Virginem, *munimenta maxima, quæ & ornare coram Deo, & contra Diabolum defendere possint. Nam* (vt optimè sequitur Sanctus) *Diabolus per leue interdũ quodcumque vitium, ad animam ingreditur, & si virtutum propugnacula non resistunt, nostro nos repellit loco, & continuò de hoste fit Dominus.* Virginitas namque locus est apud Deum eminentissimus, in quo stat quælibet virgo, sed locus est mille Diaboli insidiis appetitus, & tentatus. Si ergo virgo munimenta non habet, si virtutibus caret, si delitiosè viuit, quomodo locum suum, quomodo virginitatis statum conseruabit? Nec reclamet, quòd leuia sint quæ agit, quod non peccata, quod licet corpore vagetur, tamen spiritu firma, & licet delitiosè viuat, tamen non perniciosè; nam vera est sancti sententia: *Per leue vitium Diabolum ad animam ingredi, & de hoste Dominum fieri, & nos è nostro repellere loco.*

Theodor.

5. Immodicæ lætitiæ rationem obruunt.

6. Virgo vera quomodo à falsa discernitur.

Basil.

B

7. Virtutes non solum animæ sunt ornamenta, sed munimenta.

8. Diabolus in animam ingreditur aliquando per leue vitium.

C

Sic equidem, nisi simul vita societ virginem, & virtutibus ipsa non sit munita, licet leue sit vitium, è loco ab hoste pelletur suo, & ex virgine fiet non virgo, & vidua antequam nupta: nam, vt D. inquit Basil. vbi supra: *Sufficiens est etiam superfluus palpebrarum motus ad voluptatem stimulare, per quã voluptatem animam commouet.* Quid leuius, quã palpebrarum motus, & curiositatis peccatum? hoc vitio tantùm Dina infelix laborauit, & tamen per hoc solùm virginitatem amisit. Quid leuius nimia sui ipsius confidentia, ac securitas? & tamen misera Thamar hoc vitio laborans, vt inquit Gloss. Moral. Lyran. audens sola cum solo inueniri, infeliciter, ac turpiter vidua fuit, antequam nupta, & è loco suo pulsa, vt inquit Hieronym. contra Diaboli astutias non stetit. Pulchrè Chrysostom. hom. 1. Iob, curam Sanctissimi viri post mortem filiarum de earum cadaueribus adnotans, ponderauit totam eius fuisse curam, ne se filiorum, filiarumque membra adinuicem tangerent, obscænum, ne dicam periculosum, æstimans, etiam post mortem virorum, fœminarumque cadauera simul existere, etsi ex vnico essent geniti ventre. *Sedit itaque Iob verus, fortisque adamas discernens liberorum suorum membra, cauensque ne fortè in masculinis mẽbris fœminea coniungat.* Quam accuratam negligens cautelam misera Thamar nimis fidens sui antè

Basil.

9. Virginitas quàm facile deperdatur.

D

Lyra.

Chrysost.

10. Iob quanta cura filias sepeliuit, à fratribus seiunctas.

11. Cum feminis cohabitatio quam periculosa.

antè se corruptam inuenit, quam nuptam: has ergo, quæ sic viuunt, quæ ornamenta, munimentaque virtutum non habent, quæ leuia non curant, virgines felices nè dixeris, sed infelices.

Nam illa est felix, quæ verè virgo, id est mente, & corpore Sancta, vt inquit Apostolus, & illa est mente, & corpore Sancta, quæ non solùm id, quod
12. Virgo quibus cauere debet. non decet, sed illud, quod vmbram mali habet, fugit, quæ non solùm delitiis non vtitur, sed nec secum eas commorati permittit. vnde non solùm ornata, & compta non procedit, sed nec secum ornatum, & quæ ad lasciuiam prouocent, retinere audet, nam si semel ea secum retinet, licet in arcis inclusa, cùm sint vanitatis fomentum, hodie, vel cras vanam eam efficient, immò ex virgine non virginem. Quod si non sic se res habet, dic mihi vnde
B nam euenit, vt filiæ Loth fædè, ac turpiter cum pa-
Gen. 19. tre accumbentes virginitatem amitterent? Gen. 19. Nonne quia vinum secum ex Segor tulerunt? quem si non attulissent, nec patrem inebriarent, nec ipsæ virgines esse desiissent, sed quia secum asportauerunt id, in quo est luxuria, licet illo non vterentur, tamen quia illicitum quid manere cum ipsis permiserunt, virginitatem infelices perdiderunt; sic equidem. Non enim sufficit, vt virgo non vtatur illicitis, & quæ ad statum suum minimè pertinent, sed etiam, vt neque ea apud se habeat, vt virgo sit, & sine corruptione felix: *Non aliqua vitare*, in-
Basil. quit Basilius vbi sup. *aliqua verò indifferenter audere debet virgo, sed omnes in totum maculas, & rugas ipsósque inducentes impetus procul repellere debet, vt Sancta sit corpore*: Nam si hoc non egerit, nullo modo anima Sancta, corporeque reperietur immaculata.

Per vnum tantùm verbum, per vnam tantum vi-
13. Nulla imperfectio in virgine parua reperitur. sionem, per vnam tantum oculorum eleuationem C intus corrumpetur virgo, si se arctè custodire nesciat. Nulla res est leuis in virgine, quæ verè virgo esse cupit, non parua est visio, licet sit semel, non parua est locutio, etiamsi vnica, nec paruus est minimus quilibet contactus, per vnum tantùm visum anima, & virginitas deperditur, quia per illam tantùm vnicam actionem totum corpus commouetur. Pulchrè Basilius vbi suprà, exemplo lapidis in cisternam iacti hoc probat: *Sicut lapidis iactus*, inquit, *in aquam in cisternam, non adiacentem aquæ partem in aquam cecidit la-*
Basil. *pis solùm inundare facit, sed alios super alios circulos excitatis; vsque ad extrema quandoque hos producit: sic amatorius aspectus, aut sermo*
14. Vna tantù cogitatio inficit aliquando virginitatẽ & cur. *voluptatis in virginis animam, velut in puram aquam vehementer illapsus, alias super alias veluti in profundo excitat cogitationes, totam ipsam ad ferientis imaginationem percussam inun-* D *dare facit.* Nil melius, partem tantùm aquæ, & minimam lapis ille contingit, circuli tamen per totam aquam extenduntur, & totam commouent cisternam; quis crederet hoc? Sic vnus est virginis actus leuis, semel extollit oculos, & per hanc vnam tantùm visionem euenit, vt tota eius anima commoueatur, & circulis imaginationum, phantasmatumque irretiatur, & includatur veluti in labirintho quodam; vnde amplius ei exire non liceat, vnde tantum ei malum ab vnica illa visione, licet leuis inanisque; vnde egregiè prosequens Sanctus ait: *Non ignorat sane prudens virgo, si huiusmodi lenocinia per aspectus, atque aurium transitum in anima semel irruperint, fore vt manus quoque accedente adiutrice, ad irritamenta vo-*

A *luptatis opus suum omnino cum temporis progressu perficiant.* Nec mirum, quia virginitatis thesaurus tam grandis, tam immensus est, vt firmam diligentiam requirat, & quæ virgo sic eum non custodit, illum amittit, facileque deperdit. Iob certè, Sanctus, & iustus à Deo laudatus, miraculum mundi, & dæmonum terror, post demeritas victorias præ- 15. Iob vt securus castitatem possedit.
miaque de castitate possessa enarrans, vt vult Gaetanus simul quo eas medio securus possedit enuntiat, *quia pepigit*, inquit *fœdus cum oculis suis, vt ne* Iob. 31. 1.
cogitaret quidem de virgine. Iob. 31. num. 1. vnde non solum oculorum eleuationem vitauit, sed etiam ipsam cogitationem, ad hoc, vt impollutum se seruare posset. *Sciebat enim*, vt inquit hîc magnus Gregor. *quod semel species formæ cordi per o-* Greg.
B *culos alligata vix magni luctaminis manu soluitur, nam præceps anima, dum antè non prouidet, ne incauta videat quod concupiscat, cæca post incipit desiderare, quod vidit.* Notanda singula Sancti verba, quibus adstipulans Sanctus Clemens lib. 3. Pæ- Clem.
dag. cap. 11. *Videtur*, inquit, *super omnia esse auersandus mulierum aspectus, non solùm enim si tan-* 16. Mulierum aspectus vitandus, & cur.
gantur, peccari potest, & si enim fieri potest, vt qui viderit se fortiter gerat, verumtamen ne cadat cauendum est, fieri enim potest, vt qui viderit, labatur, sed fieri non potest, vt qui non viderit, concupiscat, dum enim lasciuiunt oculi, calescunt appetitiones. Cuius ratio, quia cordium fenestræ oculi, vt ele- 17. Cordis fenestræ oculi.
ganter occinit Saluianus lib. 3. de Pœnitent. *Sciens Saluator fenestras*, inquit, *quodammodo esse nostrarum mentium lumen oculorum, & omnes improbas* Saluian.
cupiditates in corpus per oculos, quasi per naturales cuniculos introire: extinguere eas penitus foris voluit, ne intus orirentur, & lethaliter crescentibus fibris conualescerent fortasse in animo, si germinassent in C *visu.* Nil melius. Ob hoc equidem Sanctus ille patientissimus, vt magnum illum castitatis seruaret thesaurum, sic arctè oculos custodiuit, vt ne cogitare quidem posset de virgine. Quod Sãctus admirans Chrysostomus homil. de Iosephi continentia Chrysost.
tom. 1. sic ait: *Quis non admiratur, & obstupescit videns virum hunc cum Diabolo quidem viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autem faciem fugere, & à formosa puella aspectus oculos subducere?* Cuius rei rationem assignans sequitur: *Censebat nimirum in prælio contra dæmo-* 18. Castitatis victoria in fuga.
nes, virili, & audaci animo opus, in continentiæ autem præparatione victoriam concedi non ex virginum consuetudine, sed secessu. Et tamen Sãctus erat, immo ob hoc Sanctus, quia se securum nunquam reddebat, etsi virtutibus, etsi vndequaq; donis vallatus cælestibus, etsi propemodũ in manibus se Altissimi aspiceret. *Astitit Regina à dextris tuis*, in- Psal. 44. num. 10.
D quit Dauid Ps. 44. num. 10. qualis locus securior? attamen statim illi adicitur: *Audi filia, & vide*, ne 19. Virgo nunquam sit secura.
securam se æstimet, etiamsi apud dextram sit patris: *Statuitur in dextris*, inquit Paschas. hîc, *vbi beatorum est locus, & monetur à patre, quoniam vt dixi,* Paschas.
adhuc bellandi est tempus. Ob hoc equidem impollutus Sanctus Iob, quia purum se custodire non putauit, nisi & oculos, cogitationemque seruasset. Nunc ergo, liceat, quæso, sic argumentari, quomodo in illa, quæ non sic sancta; immo vndique imperfecta, mille tentationum impetita iaculis, putat se virginem posse custodire, nullam sui custodiam, nullam omnium concupiscibilium priuationem adhibendo, aut quomodo talem, quæ sic se non custodit, nos virginem esse dicemus, & non potius, vt inquit Cyprianus, viduam antequam nu-

A a

ptam: illam equidē ſpiritu, corporeque virginem A dixerim ego, quæ dum à Sancto Martino Turo- 20. Bonis & ſanctis etiā fores ſuis clauſas ha bere debet. nenſi Epiſcopo, ob famam ſanctitatis eius inuiſe-tetur, oſtium aperire noluit, humiliter ſe excuſans: nam, licet Epiſcopus, & Sanctus, tamen homo, quam ſummam modeſtiam apptimè laudans San-ctus occaſionem dedit ſuſpicio eius diſcipulo ſic *Sulpitius.* inclamandi: *Audiant, quæſo, virgines hoc exemplum, vt fores ſuas, ſi eis malis obire voluerint, etiam bonis claudantur, & ne adſit improbis liber ſit acceſſus, non vereantur etiam excludere Sacerdotes.* *Baſil.* Nil amplius addendum.

21. Foris conuerſationē non expetere. Niſi velis cum Diuo Baſilio vbi ſuprà, ita virginem decere, è domo omnem excludere hominum conuerſationem, vt foras neque eam expetat, ſed domi ſola maneat, nam vt inquit Sanctus: *Eas quippe quæ per vicos, ac domos liberè volitant, indiſciplinatas eſſe, non virgines, veritatis ſermo denunciat, & quæ paſſim quò volunt, incedunt, videntur quod ideo renuant virum, non vt ſummo ſponſo ſemper aſſideant, ſed vt in poteſtate habeant quocumque velint: malè, liberi, & vagè diſcurrere.* Nil melius. Quod hac tempeſtate ita vſitatum videmus, vt quaſi eas vidiſſe Baſilium diceres: nolunt maritos, quia libertatem amant, & voluptatibus tenuncia-re ſe dicunt, vt amplius voluptentur, & tandem, vt ſemel dicam (omnia ſoluta mundis) vnum tenuunt, quia plures inquirunt: numquid tales dices virgines? & ſi corpore forſitan virgines, numquid iſtas dices felices, an potius iſtas, quæ & corpore, & animo virgines, menteque ſunt, & moribus?

22. Sara Sanctiſſima virgo ad virginitatem cuſtodiendam quæ adhibebat. *Tob. 3. 16.* *Tu ſcis, Domine*, inquit Sara virgo, *quia numquam concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia, nunquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his, qui in leuitate ambulant participem me præbui.* Tob. 3. 16. Hæc certè erat virgo, quia corpore, & anima, nec virum concupiuit, & inſuper animam mundam ab omni ſeruauit concupiſcentia, quod notandum, non enim dixit à concupiſcentia, ſed ab omni concupiſcentia, non ſolum à concupiſcentia carnis ſed ab oculorum, omniumque ſenſuum, vti virginem decebat; priuauit enim ſe delectationibus etiam licitis, vt illicita non appeteret, & dum vnam reſpuebat, vt propoſitum ritè ſeruare poſſet, omnes ſimul reſpuit: nam vt Diuus inquit Baſilius vbi ſuprà: *Non conueniat ei, qui peccata concubitus ſuperare proponit periculosum implicari lapſibus.*

23. Virgo quā malè inter delitias ſe curat. *Hieron.* Mirum, quod videmus, quod perſpicimus, virgines delicatas, & molles præter ſtatum, nil aliud virginis retinere, delicatè viuere, cum omnibus cō- D uerſari, & tamen cum hoc ſecuras de virginitate præſumere. *Veteris balneis*, inquit Hieronym. ep. 11. ad Gaudent. de educatione infantulæ, *cute nitida rubicundis genis incedis, carnibus veſceris, affluis diuitiis, precioſa veſte circumdaris, & iuxta ſerpentem mortiferum ſecurè dormire te credis?* Nil melius. Saginant corpora, nutriunt carnem, fouent ſenſum, & ſine corpore, ſine carne, ſine ſenſu, in ſpiritu viuere ſe putant, ſpiritus conſumationem, non in mortificatione, ſed in longa ponentes oratione, putantes ſe hanc tenere, quia diu in Eccleſia permanent, amplius otioſè, quàm ſi domi manerent, has certè non dices virgines veras, nec virgines Sanctas, ac felices, ſed illas, quæ immaculatum habentes corpus, ſimul cum ſterili immaculatam habent animam, vt inquit noſter Sapiens dicens: *Felices* &c.

HOMILIA LXIV.

Chriſtiani moderatè, caſteque vti debent coniugio.

FElix ſterilis, *& incoinquinata, quæ neſciuit thorum* &c. Senſus eſt litteralis, vti diximus, felicem ſcilicet eſſe mulierem in matrimonio, licet ſterilis, ſed ſancta, & immaculata, quæ etſi ſe videat à marito non concipere, non aliude deſiderio prolis matrem ſe efficere curat. Hugo tamen extendit *Hugo.* hoc, vt vidimus, etiam ad mulieres, ex quo caſtè moderateque coniugio vtuntur, vti in expoſitione litteræ.

Felices ſiquidem ſunt illæ, & felices eorum viri, qui vti decet Sanctos, coniugio vtuntur in timore B Domini, ad procreandos filios, non ſibi ſed Domino, non ad ſuum, vel domus emolumentum, ſed ad Dei obſequium, & ad cælum incolendum, qui finis vnicus debet in procreatione eſſe filiorum, nam peccatorum eſt ſibi generare filios, & non Deo; ex quo non mirum, ſi poſteà eos non lucrantes gemunt. Hoc adnotauit Auguſtinus in illis verbis Scripturæ. Geneſ. 6. num. 4. ſecundum lectionem Septuaginta. nam vbi nos legimus, *atque genuerunt*, legunt ipſi, *& generabunt ſibi.* Vbi Auguſtinus: *Satis oſtendit*, inquit, *quod prius antequam ſic caderent filij Dei, Deo generabant, non ſibi, id eſt, non dominante libidine coeundi, ſed ſeruiente officio propagandi, non familiam faſtus ſui, ſed eiues ciuitatis Dei.* Nil melius, nilque minus hodie in ma- C trimonio intentum, ſibi procreant filios, & non Deo, cuius ſignum, quia mundo illos, & ad mundana, non verò educant ad Diuina: hinc fit, vt quia non propter Deum matrimonio iunguntur, non illo vtantur vti decet, in quo equidem infelices ſunt, ſicut è contrà felices illi, qui non habent mulieres, neque illis vti ſcortis vtuntur, & meretricibus, ſed ſanctè, ſed caſtè, ſed honeſtè, ſed moderatè, ſicut Chriſtianos decet, in talibus certè matrimoniis adeſt Spiritus ſanctus, effugatur dæmon.

1. Matrimonij finis, & filios procreandos quis *Auguſt.* *Gen. 6. 4.*

2. Filijſui educant.

3. Vxor habēda non vt ſcortum, ſed vt mulier.

Audi me, inquit Sanctus Angelus Raphaël Tobiæ, *& oſtendam tibi, qui ſunt, quibus præualere poteſt dæmonium.* Tob. 4. 18. Timebat enim *Tob. 4. 18* Tobias accipere Saram, ne ei ſicut & reliquis eueniret viris, qui eam acceperant, quos dæmon necauerat. *Hi namque, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmon ſuper eos; at verò qui virginem accipiunt cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidine ducti, & vt benedictionem Dei in filiis conſequantur; hi non ſubduntur dæmoni, nec dæmon præualet in tali coniugio.* Quid clarius ad rem de qua agimus? Cur putas tu tot mala, damna, & tribulationes, viros, vxoreſque perpeti, ſiue in propriis corporibus, ſiue in filiis, ſiue in rebus, & quòd tantam poteſtatem accipiat dæmon eos damnificandi, & lædendi? niſi quia coniunguntur ſicut equus & mulus, vt ſuæ libidini vacent, & ita idolatrantur ad inuicem maritus & vxor, vt Deum à ſua mente penitus excludant, nil aliud in matrimonio niſi carnalem illam appe-

4. Mala vitio coniugatis vnde.

tentes delectationem, nil nisi sensualem illam voluptatem.

Idolatrantur, dixi & verè, nam vbi impudicitia, sensualisque motus, ibi idololatria: à Daniele enim interrogatus senex ille impudicus de impudicitiæ loco, lentiscum fuisse affirmauit, & nulla equidem aptior ad impudicitiam arbor, nam ibi idola reperiuntur prouidè à fideli Iacob iam diu sepulta. Quod obseruauit Ambros. lib. 2. cap. 7. dicens: *Congruus error Presbyteri vera confessionis, vt ibi contaminatam diceret castitatem, vbi gentium defossa simulachra sunt.* Idolatrantur ergo adinuicem maritus & vxor, sic carnaliter viuunt; quid mirum, si infinita postmodum experiantur mala, cùm non secus ac equus coniungantur & mulus; ad sensualitatem, non ad sanctitatem.

5. Vbi impudicitia ibi idololatria.

Ambros.

Enimuero sancta illa mulier Sara, audiens se parituram, risit dicens: *Postquam consenui, & dominus vetulus est, voluptati operam dabo?* Gen. 18. 12. Vbi valdè notandum, quòd quando hæc dixit, licet vetula; erat tamen pulcherrima, formosissimaque, sic, vt oculos Gerarisattraheret Regis, vt infrà cap. 20. Annosa erat ergo, sed pulchra, sed formosa, *& in pulchritudine coloris, ac viuacitate carnis*, vt inquiunt Hebræi, *erat sicut puella.* Et tamen cùm hoc esset, neque ipsa, neque Abraham voluptati operam dabant, non equidem alia ratione, nisi quia non se sicut equus coniunxerant & mulus, ad voluptatem tantùm capiendam, sed ad filios Deo procreandos; vnde cùm essent ambo ratione ætatis absque filiorum spe; quia, vt inquit Chrysostomus hîc, *arefactus erat fons, excæcatus oculus, officina erat inutilis facta*, ideo se continuerant, neque ampliùs coniungebantur; ad denotandam sanctitatem, moderationemque, quam tenere debent viri in matrimonij vsu sancti, differentiamque inter vxorem, & scortum, hoc enim propter voluptatem tantùm appetitur; vxores autem non nisi propter filiorum procreationem; vnde neque vxores ipsæ viris sic placere, sicut scorta amatis debent suis.

Gen. 18. 12.

6. Sara in matrimonio sanctè casteque viuebat.

7. Pulchra et si senex.

8. Cur vitam cum viro nō agebat.

9. Quæ differentia inter vxorem & scortum.

Chrysostomi enim admonitio est in ep. Pauli ad Coloss. 4. hom. 10. in fine: *Quo namque discrimine*, inquit, *discernitur vxor à scorto? quod ista quidem hoc vnum respicit, quomodo corporis pulchritudine amicum attrahat; illa verò, & domum gubernat, & liberorum particeps est, & reliquorum omnium.* Apprimè scorta hoc vnum intendunt, pulchritudine attrahere hominem; cur? quia hominis finis erga illud, non est alius nisi delectatio. At vxores virosattrahere suos debent, non equidem sola pulchritudine, sed & prudentia, sed & obsequio, sed & domus, liberorumque sollicitudine; cuius ratio est, quia finis hominis cum vxore, non delectatio, sed procreatio, sanctaque progenies, & similiter, nec finis vxoris sola erit delectatio, sed, vt inquit Chrysostom. domus, liberorumque gubernatio, virum cum Dei timore, non cum libidinoso suscipiens affectu.

10. Vxoris finis, & scorti quam differens.

Tu scis Domine, inquit Sancta illa Virgo Sara Tob. 3. 18. quæ sic quando virgo ab omnibus se abstinebat, vt suprà diximus, *quòd virum cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.* Optimè equidem, suscepit virum non cum libidine, id est, non amore voluptatis, non desiderio delectationis, sed cum timore Domini; vt scilicet benedictionem in procreatione filiorum acciperet: sicut etiam vir eius orans dixit, cap. 8. num. 9. *Domine, tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum.* En finis, laus Dei per filios genitos, vt sit in mundo, qui mortuis nobis Deum benedicat pro nobis: hic finis, hic debet esse scopus, quo deficiente, deficit virtus, & Deus ipse indignatur, si aliud quæratur. Vnde valdè notandum summi illius legislatoris ideo Deum punisse sororem, quia contra eum murmurauit, ratione eius vxoris: *Locutaque est Maria, & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam*, Num. 12. num. 1. Cuius murmurationis rationem assignat Rabbi Salomon, quæ etiam placet Lyrano, thori nempe separationem, nam cùm Moyses frequenter loqueretur cum Deo, vt semper paratum cum Dominus inueniret, quoad thorum separauerat se ab vxore, quod Maria resciuit, inquit Rabi Salomon prophetantibus in castris Heldad, & Meltath, nam tunc Maria, & vxor Moysis simul erant, & cùm rumor prophetiæ ad eas peruenisset, inquit quod Sephora dixit: *Væ vxoribus eorum, quia nunc separabuntur viri earum ab ipsis; sicut maritus meus separauit se à me.* Quod audiens Maria ægrè illud accipiens contra fratrem murmurauit, quæ murmuratio ita Deo displicuit, vt post acrem reprehensionem indignabundus ab ipsa egrediens, lepra eam percusserit, adeo vt modico propè tempore omnes eius consumerentur carnes. & nisi Moyses pro ea orasset, totaliter consumpta esset: condigna equidem peccato pœna: nam dignum fuit, vt sordida lepra inficeretur ea, quæ contra sanctam, vt sic dicam, matrimonialem murmurans castitatem, delictum ipsam reputauit sanctitatem.

Tob. 3. 18.

11. Vir ad quid à muliere suscipiendus.

Ib. c. 8. 9.

12. Matrimonij finis verus.

13. Maria Moysis soror cur lepra percussa

Num. 12. 1.

14. Cur de fratre murmurauit.

Rab. Sal. Lyra.

Nam quidem non omne tempus matrimonij in delectationibus consumendum, non enim ob hunc institutum finem: debet equidem esse tempus orandi, debet & Deum oblectandi, & dum totale est tempus, abstinendum iuxta Apostoli præceptum 1. ad Corinth. 7. *Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi.* Vnde benè per Salomonem dicitur, Eccl 3. num. 5. *Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.* Quod equidem tempus tunc erit, esseque debet inter virum vxoremque, quando peculiarius ad orandum recurrere debent; nam admirationem incutit dictum illud Augustini 1. Soliloqu. cap. 1. dum ait: *Nihil sic deijcit animum ab arce virtutis sua sicut contactus ille corporum, sine quo vxor haberi non potest* Ob quod semper in Scripturis, quando magnum aliquod tribuendum à Deo esset populo, ad dignè eum præparandum, abstinentiam à contactu præcipiebat matrimoniali. Sic Exod. 19. num. decimo. *Vade ad populum*, præcipit Moysi, *& sanctifica illos hodie, & cras.* Quam sanctificationem abstinentiam ab vxoribus intellexit Origenes homil. 11. in Exod. *Audi*, inquit, *sanctificationis genus, ne accesseris ad mulierem hodie, & cras, & die tertio audias verbum Dei.* Vnde benè Lyranus rationem huius assignat sanctificationis, Qui inquit, *licet actus matrimonialis sit licitus, tamen habet annexam quandam turpi*...

1. ad Cor. 7.

Eccl. 3. 5.

15. Coniugatis ob orationem ab actu abstinendum coniugij, & cur.

August.

Exo. 19. n. 10.

16. Deus cum populo locuturus cum vetuit coniugia.

Origen.

Lyra.

diaem, quam oportet excasari per bona matrimonij, A *habet etiam aanexain depressionem mentis, propter vehementiam delectationis carais.* Vnde

17. Actus coniugij licet boous, deprimit tamen mentem, & cus.

Gregorius dicit: *Tantò mens à superno amore disiungitur, qnanto inferius delectatur: & ideo ante susceptionem legis requirebatar magna munditia, & elevatio mentis.* Optimè sanè: nam licet negare non possimus actum matrimonialem licitum esse ex se, tamen non est ambigendum continere in se crassitiem quandam, vt sic dicam, quæ turpitudo dici potest, indecens ad Dei supernam, puramque couersationem, & simul cum hac turpitudine, vt benè inquit Lyra habet etiam mentis annexam depressionem, dum vehementia delectationis ad se illam trahit, vim inferens, vt attendat infernè deserens superiora. B

Galenus.

Nam, vt inquit Galenus lib. 1. de semine cap. 16. vehemens delectatio in actu generationis non solùm mentem deprimit, sed etiam aliquando & ipsam vitam absumit:

18. Voluptas venerea aliquando & ipsam vitam tollit

Accedente insuper volaptate, ait, *qua ipsa per se sufficiens est, vitalem firmitatem dissoluere, adeo vt iam quosdam ex nimia voluptate, ac iucunditate mortuos esse constet.* Ex quo fit, vt benè dixerit Sixtus

Sixt. PP.

19. Vir nimius in matrim. vsu incootinens dici potest.

Papa Sanctiss. lib. de castit. 5. tom. Biblioth. virum in matrimonio vsu nimium, castum dici non posse, quia est incontinens: *Caterùm*, ait, *si quisque matrimoaij sui semper incontinens est, castus quomodo dici possit ignoro: aliud est, si inter castitatem, & iacoatinentiam nalla diaersitas est, qaod si ita est, erit coatinent, non castus, si incontiaens castus, aut si ratio noa concedis, vt contiaeas castus negetur, eadem & iacoatineatem castum habere prohibet: vnde dici qaidem potest casta fœmina seraans viro sao fidem, sed meritò non à marito, nisi etiam ab ipso continens faerit, vir qnoqae si non machetur, à macha castus dicendus est, noa à muliere, nisi ab vxore sit continens.* C Si ergo incontinens, si non castus, vir in vxorem ni[illegible] ineptus profectò ad Dei purissimam erit co[illegible]rsationem, quapropter ad hoc vt mens benè disposita ad superiores actus inueniatur, necesse est vt ad superiora sit assuefacta, & ab inferioribus abstracta, quod non eueniet, si carnaliter, licet sanctè, & iustè viuat: quod si hoc, quando honestè, & moderatè, quid erit quando inhonestè, immoderateque coniugio vtentur? nonne carnales toti erunt? nonne sicut equi, & muli se coniungent? Quod cùm sit, meritò Deus coniugij interdicit actum, dum legem sanctam dare intendit.

1. Reg. 21.

Similiter etiam Abimelech 1. Reg. 21. ad manducandum tantum panem sanctum, abstinentiam ab actu postulauit matrimonij, *Si mundi sunt pueri maximè à malieribus*, num. 4. D non enim putabat corpus illud esse dignum panis contactus sanctificati, quod se cum alio corpore coniunxerat. Ex quo elucet, quàm decens sit ad tempus ab actu abstinere matrimonij, ne vxor sit veluti scortum, nec vt tale habeatur: cùm pro tali reputabat illam Hieronymus, qui lib. primo contra Iouinianum circa finem ex Seneca scribit:

Hieron.

20. Vxor quãdo vt scortum habetur.

Refert Seneca se nouisse ornatam quadam homiaem, qui exiturus in pablicum fascia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem temporis eius præsentia carere poterat, potionemque nallam, nisi alterius tactam labris vir, & vxor haariebant, & alia non minus inepta facientes, in qao improuida vis alterius affectus erampebat. Quod

A damnans sanctus subdit, *Origo quippe amoris honesta erat, sed magnitado difformis, nihil aatem interest ex turpi, qaàm ex honesta causa qais insaniet.* Nil aptius, totum est insanire, si 21.

amor est vehemens, & ita insani dicendi, qui propter vxores sic depereunt, ac illi, qui propter scorta: vnde bene idem Seneca ex eodem Hieronymo, vbi supra, non solum talem virum insanum, sed adulterum vocat:

Vir ob vxorem insanus qoando dicendus.

Adalter est, inquit, *in saam vxorem amator ardentior, in aliena quippe vxere omnis amor turpis, in saa nimius: Sapiens vir iudicio debet amare coniugem non affecta.* 22.

Vir quando in vxorem adolter.

23. Vt eam amare debet.

Pulchrè, virum iudicio debere amare vxorem, non affectu, multa enim desinet facere, quæ suadet affectus, castitatem sanctam in matrimonio seruans, quæ suadet sanctè matrimonij actu vti debere, & cum omni decentia, etiamsi in tenebris sint, nullaque luce perfundantur. B

Hoc suadebat Clemens Alexandrinus in Pædagogia lib. 2. cap. 10. quando maritum ne fræna impudicitiæ, etiam in nocte, relaxet monebat,

Clem. Al.

24. Sancte matrimonij actus tractandus, & cum omni decentia.

Neque vero, ait, *nocta tanqaam in teaebris immodestè, & intemperaater vtendam est, sed verecandia tanquam lux rationis in animo est includenda, nihil tamen à Peaelope telam texente, differemus, si interdiu quidem texamus dogmata temperaatia, noctu aatem eadem retexamus: si enim honestatem oportet exercere, multo magis vxori taa osteadenda est, inhonestas vitando conianctiones, & nimiam acres, & vt quòd castè verseris cum proximis, fide digaam è domo adsit testimonium.* Quibus astipulans Hieronymus vbi supra, asserit dicens nil fœdius quàm vxorem amare quasi adulteram.

Hieron.

C Vnde non mirum si apud illos, qui sic vxores suas amant, sicque cum eis congrediuntur, cito talis amor transeat, ac parum duret, immo quod in odium postea vertatur, finis namque eorum cùm sit delectatio, origoque amoris sensualitas, exsatiata hac, illico ipsa delectatio cessat, qua cessante penitus perit ipse amor:

25. Viri cur vxores non amant aliquando.

Clem. Al.

Beneaolentia etiam, inquit Clem. *qua fatetur præcipitem se ferri ad congressionem, exiguo floret tempore, & cum corpore consenescit, aonnunquam etiam præseaescit, flaccesceate iam, & marcesceate libidiae, quaade matrimoaialem moderationem & temperantiam, meretricia voluptates iniaria affecerint.* Pulchrè, vbi notandum verbum illud, *præseaescit*, quod intelligendum, etiam florescente corpore, cuius equidem ratio, quia flaccescit, & marcescit libido.

26. Amantium corda volucria.

Amantiam corda sunt volucria, inquit idem Sanctus, *amorisque irritamenta extinguatur sæpè pœnitentia, amorque sæpe vertitur in odiam, qaando reprabensionem senserit satietatis.* D Nil melius, opprimuntur à satietate, & oppressi, ac ab eadem redarguti, dolorem sentiunt non delectationem, hanc cùm ipsi ament, & non percipiant, fit vt in odium eorum conuertatur amor.

27. Amor sensualis quãdo vertitur in odium.

Non sic autem, qui castè, moderateque amant, semper enim eorum durat amor, semper est viuidus, & non sic Rex purpuram amat, inquit Chrysostomus homil. in Psal. 3. vt vir mulierem suam, cuius vita concors regnum dici potest:

Chrysost.

28. Coniux concors regnum viri.

Cuilibet viro, inquit Sanctus, *regnam est concors coniux, & non sic Rex parpuram, & diadema, vt vir vxorem diligere debet, vxor enim*

corona est viro suo. Cuius castus amor ita ardens, fortis, & perseuerans est, vt quodlibet aliud bonum potius velit fidum amittere maritum, quàm suæ amorem sponsæ, vnde cùm talis esset amor inter Vlyssem, castamque Penelopem, non mirum si ille immortalitatem quam ei Athlantis promittebant filij, si apud se maneret, reiecit, ac pro nihilo duxit, & vt inquit Aristoteles Occon. lib. 1. cap. 3. *Magis optauit mortalem vxorem, filiumque videre, quam fieri ipsum immortalem.* Fœlix mulier, quæ sic à viro suo diligebatur, cùm tota eorum felicitas si bene consideres, sola hæc sit, à viro nempè amari. Ergo felices qui sic amantur, præmiumque obtinent casti connubij, felicitatem nempe, vnde bene tales felices noster appellat Sapiens dicens, *felix sterilis*, &c.

Arist. 29. Quæ dici potest felix.

Num. 14. *Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima, dabitur illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.* B

COMMENTVM
LITTERÆ.

Connexio Capitis. LOcutus est Sapiens de muliere continenti in statu matrimoniali, nunc loquitur de viro continenti in eodem statu, secundum veriorem sententiam: spado enim hîc vir continens debet accipi, vt mox clarius dicemus. C

August. Hieron. *Et spado*, &c. Sic legit etiam Augustinus in speculo, licet Hieronymus apud Isaiam 16. legat *Eunuchus*, per spadonem enim hîc intelligitur vir continens. Quòd vt intelligatur

1. *Eunuchi in triplici differentia accipi possunt.* Sciendum Eunuchos in triplici accipi posse differentia iuxta Christi doctrinam Matth. 19. 12. vbi inquit, *Sunt Eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt; & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum.* *Mat. 19. 12.* Duo prima genera, & qui propriè Eunuchi dicuntur, repellebantur à templo. Deut. 23. *Non intrabit Eunuchus*, &c. De his ergo certum est non loqui Sapientem, loquitur ergo de tertiis, de illis scilicet, qui licet coniugati, tamen steriles, & ne Deum offenderent, patienter notam tolerabant sterilitatis, quæ magna in illis temporibus: vel loquitur de illis, qui voluntariè se castrauerunt, aut permanendo semper virgines, aut casti in coniugio, vel absque coniugio, & de istis affirmat Sapiens esse felices & accepturos fidei donum electum. Quapropter optimè Hieronymus in cap. 56. Isai. intelligens hunc locum de Eunuchis Euangelicis, ipsum coniungit cum loco Isaiæ, qui sic numero tertio. *Et non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis. Qui custodierint sabatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quæ sententia eadem fermè est cum hac Sapientis: nam idem D

2. Eunuchi qui a templo repellabantur, qui. Deu. 23.

3. Euangelici, qui.

Hieron. Isa. 56. 3.

A est sabatha Dei custodire, & eligere quod Deus voluit, & tenere fœdus illius, ac non operari iniquitatem, nec cogitare aduersus Deum mala, & idem est dare illis per Isaiam locum, & nomen in muris, & in domo sua Deum, ac per sapientiam donum electum, ac sortem in templo Dei acceptissimam. Loquitur ergo Sapiens iuxta dicta, literaliter de illis hominibus coniugatis, qui steriles cùm sint, ne Deum offendant, patienter suam tolerant sterilitatem, & hac ratione Eunuchos eos nominat, mysticè verò de Euangelicis loquitur Eunuchis, vt inquit Hieronymus, ac per consequens de religiosis viris, qui tribus illis votis se propter regnum castrauerunt cælorum. *Idem.* Euangelicos autem Eunuchos ego intelligo, aut qui semper virgines permanserunt, aut qui numquam se matrimonio copulauerunt, aut etiam steriles in matrimonio, sed continentes, nullam aliam præter suam cognoscentes vxorem, quos beatos Sapiens, felicesque nominat. De nomine, Ethymologia, bonis, & malis partibus Eunuchorum, si placet consule Lorin. in Acta Apostolorum cap. 8. num. 27.

Qui non operatus est per manus suas iniquitatem, &c. Ad literam potest intelligi de eo spadone, qui non deflorauit virginem manibus suis: nam vt inquit Suidas, verbo *spado, solent spadones quibus virilia plane amputata sunt, manibus, ac digitis corrumpere mulierem.* *Suid.* Sed licet literaliter sic intelligi possit, tamen generaliter illud accipiendo, de peccatis operum accipi potest, sicut accipit Lorin. & [illegible], Olkot simpliciter illud accipit de tactibus impudicis. *Lorin. Olkot.*

Nec cogitauit aduersus Deum, &c. Denotantur peccata intemperantiæ in mente: rectè Olkot lect. 39. ex hoc loco colligit delectationem morosam esse peccatum mortale, nec displicet quod ponderat Lorin. talia peccata, (mentis scilicet) propriè esse contra Deum, qui solus interiorum est cognitor, licet diuersa habeant obiecta, ob hoc Dauid, quia occultè peccauit, dixit, quòd soli Deo peccauerat, *Tibi soli peccaui.* *Lorinus. 4. Mentis peccata propriè contra Deum dicuntur.*

Dabitur illi fidei donum electum, &c. Hieronymus: *Dabitur enim fidei eius gratia electa.* *Hieron.* Per fidem non fidei virtus, sed fidelitas intelligitur, tali scilicet constanti fidelitati dabit Deus non quodlibet donum, non quamlibet gratiam, sed donum electum inter millia, at quale erit hoc donum ex sequenti patebit, &c.

Et sors in templo Dei acceptissima. Hieronymus, *& pars in templo Domini delectabilis.* *Hieron.* Hoc est donum, præcipua nempè gloria, & particularis *in templo*, id est in Dei regno: quòd si virgines rectè *Aureolam* intelligere possumus, hic est germanus sensus: quòd vero beatitudo dicatur sors, & electissima, probat Lorin. vide apud ipsum. *5. Virginitatis fructus. Lorin.*

Castro distinguens donum ab hac sorte, per hanc intelligit partem aliquam ministerij in templo Hierosolymitano assignatam Eunuchis, licet fuissent extra tribum Leui, sed potiores alios existimo sensus, nempe per hanc sortem intelligi debere, aut peculiarem Dei protectionem, aut Aureolam, aut donum castitatis coniugalis, intelligendo pro templo Dei Ecclesiam. *Castro.*

Ex quo vltimo sensu, licet non satis accom[illegible]

6. Vxores castis cur Deus dat aliquando. do, præclarum deducitur documentum; nempè A quòd sicut multoties Deus adulterium permittit mulieris, vt supra diximus, propterea quod vir eius ab ipso adulteratus sit, sic è contrà multoties demum infundet mulieribus castitatem coniugalem, ita vt potius moriantur, quàm viros suos offendant, & hoc ob castitatem, fidelitatemque à viris erga Deum obseruatam.

DIGRESSIO VI.

Vtrum Aureola recuperabilis sit à virgine mente corrupta, licet corpore integra.

OCcasione eius quòd diximus de Aureola, vt magis apprehendatur virginitatis, ac integritatis difficultas placet hîc breuiter punctum quæstionis examinare, vt semel verè virgines lætentur, B sicut è contrà quæ falsæ non glorientur.

1. Aureola, quid. *S. Thom.* Sed primò explicandum quid sit Aureola, quapropter cum D. Thom. in Supplement. ad 3. par. q. 96. art. 1. in corp. adnotandum beatitudinem essentialem dici *Coronam*, vel *Auream*, tum ex 2. Beatitudo essentialis cur dicatur corona. parte meriti, quia militia est vita hominis super terram, & sic cum pugna acquiritur: tum ex parte præmij, quatenus per beatitudinem essentialem fit homo diuinitatis particeps, & per consequens Regiæ potestatis, cui propriè debetur corona; & eadem quoque ratione præmium accidentale, quod huic essentiali superadditur, etiam corona dicitur, sed quia nihil potest addi essentiale, quin sit eo minus, ideo hoc præmium accidentale essentiali additum, vt quid minus, *Aureola* dicitur, sicut *Aurea* essentiale.

3. Opus meritorium ex duobus præmium sumere potest. Secundò notandum, quodlibet opus meritorium ex duobus habere meritum; primum ex radice charitatis, qua refertur ad finem vltimum, & ex ipso genere actus, quod ex debitis circumstantiis, & habitu eliciente, & proximo fine, importat secum laudabilitatem quandam: ratione primi, scilicet charitatis, habet præmium essentiale, scilicet peruentionem ad finem, quæ est *Aurea*, & ratione secundi aliquando super essentiale præmium habet accidentale, quod *Aureola* dicitur.

Ex dictis colligitur qoid sit Aureola, & propter quod datur, vnde cum eodem Saocto vbi supra dicendum, quòd *Aureola est aliquid Aurea superadditum*, id est quoddam gaudium de operibus ab homine factis, quæ habeot rationem victoriæ, non cuiuslibet, sed excellentis, aliud ab eo quod quis habet de coniunctiooe ad Deum.

4. Virginitatis nomen dupliciter accipitur. Tertiò notandum nomen *Virginitas* dupliciter accipi, primò pro carnis integritate omnis libidinosæ contagionis expertæ, & vt sic non est virtus, sed quid naturale, cum quo nascimur, quòd etiam inuiti possumus perdere: secundò accipi potest pro proposito seruandi illam integritatem, & puritatem perpetuò, etiam ab actu coniugali, & sic est virtus connotans in subiecto integritatem, & immunitatem carnis à contagione libidinis, formaliter autem consistit in perpetuitate propositi talem immunitatem & integritatem seruandi.

A Ex hoc notabili duo concloduntur certissima; primum per voluntatem nubendi amitti virginitatis virtutem, & eo fortius per voluntarium consensum in peccatum carnale, etiam si tantum internus sit; in qua re nulla est Doctorum difficultas; & secundum per corruptionem carnis inuoluntariam, non amitti virginitatis virtutem, quod expresè dixit Augustinus 1. de Ciuit. cap. 18. & communiter omnes. 5. Virginitas quomodo amittitur. *August.*

Quartò adnoto magnam esse differentiam inter fractionem propositi seruandi virginitatem per voluntatem peccandi carnaliter, aut per voluntatem nubendi: nam per primum non solum propositum abscinditur, sed mens per actum corrumpitur malum, & fœtidum, & contaminatur, & verè succumbitur hosti, & vt inquit Augustinus vbi supra, *Per consensum in opus turpe, etiam corporis sanctitas amittitur*: *Idem.* B at per secundum, licet interrumpatur propositum seruandi virginitatem, non tamen fœdatur mens, nec corrumpitur luxuriæ inquinamento. His ergo sic suppositis,

Dico primo, virginem, quæ propositum seruandi virginitatem voluntate nubendi illud abscidit, posse Aureolam recuperare, si tamen propositum mutet, & firmiter statuat perpetuò seruare virginitatem. 6. Quomodo Aureola recuperari possit.

Huius opinionis est Sanctus Thomas vbi supra art. 5. in corp. quatenus dicit, Aureolam deberi illi virginitati, quæ cadit sub actum virtutis, nempe sub electionem seruandi perpetuam incorruptionem mentis, & corporis, vnde illis virginibus Aureola debetur, quæ habuerint propositum seruandi virginitatem, siue ad illud se adstrinxerint, siue non. Quo dicto postea addit sanctus, *Quamuis hoc propositum* *Idem.* C *fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ innexiatur.* Vbi notandum de interruptione per voluntatem nubendi loqui Sanctum, non verò per voluntatem peccandi carnaliter, quod patet ex eo quod sequitur: *Nam virginitas mentis*, inquit, *reparari potest, quamuis non virginitas carnis*, quòd de illa virginitate mentis intelligi debet, quando mutans virgo propositum perpetuæ virginitatis, decernit nubere; hæc inquam reparabilis est, dum iterum perpetuò statuit non nubere: nam ex hoc temporis puncto, in quo hoc determinat, nouiter incipit verè esse virginem mente, & corpore; mente, quia nonquam in illa corrupta; & corpore, quia impolluta manet: at si semel peccat mentem corrumpit, licet se pœniteat, semper tamen corruptam dicetur fuisse mentem illam. Vnde notandum, quòd attentè, & appositè dixit Sanctus, *quamuis hoc* D *propositum aliquando fuerit interruptum*, vbi tantum loquitur de interruptione propositi, & non de corruptione mentis, & sic non dixit ly aliquando fuerit interruptum, quod aptius diceretur, si de peccato carnis mentali voluisset intelligi ioterruptio, sed quia tantum intellexit de interruptione absque peccato, ideo dixit appositè interruptum, non corruptum.

Ratio huius dicti est manifesta, nam ad veram, & excellentem virginitatis virtutem nihil deest, cùm totaliter, & integrè recuperetur, manens interrupta mente, & corpore, Aureola autem excellentiæ virtutis virginitatis debetur, ergo.

A Dico secundo, virginem quæ peccato mortali mentali tantum mentem corrupit suam, consentiendo in actum libidinosum, irrecuperabiliter amittere Aureolam, etiamsi recuperet virginitatis virtutem.

7. Per vnum peccatum mortale mentale luxuriæ, irrecuperabiliter Aureola amittitur. *Lorin.*

Huius sententiæ videtur esse Lorinus hîc, quatenus improbat sententiam Olkot lectio. 39. asserentis per peccatum mortale actus venerei, si postea quis pœnitentiam agat non amitti Aureolam.

Probatur hęc opinio vnica constanti ratione, ex actu nempe ipso cui debetur Aureola, nam non debetur simpliciter interruptioni mentis, & corporis, sed excellenti, & supra modum sublimi interruptioni, hęc autem excellentia consistit, *In perpetua, & nunquam interrupta incorruptione mentis, & corporis*, vt inquit Sanctus: nam sicut qui semel victus est, non dicitur inuictus simpliciter, & B similiter qui repercussus occidit, non dicitur excellenter vicisse, nam, vt inquit Sanctus, in responsione ad tertium, *Perfectissimum genus victoriæ est & pulcherrimum hosti nunquam cessisse, & aureola non debetur pugnæ, sed victoriæ de pugna.* Ergo qui semel mentaliter se corrupit, amisit excellentiam illam victoriæ cui debetur Aureola propriè dicta, quæ excellentia consistit in perpetuitate incorruptionis.

Ex quo patet quàm difficilis sit, & quàm raro inueniatur virgo, cui Aureola debeatur, cùm difficillimum sit totum vitæ curriculum quamliber ita impolluto pertransisse calle, vt numquam vel semel grauiter se corruperit, nec tantillum mentē, & quod semper se intactam, illæsamque custodierit ab omni carnis inquinamento, prope hoc Angelicum est non humanum, vt inquit Ambrosius ser. 4. in psal. 118. super illa verba, *Adhæsit pauimento, &c.* Vnde merito peculiare præmium in cœlo illi correspondet, & simul quanta custodia illa seruanda, cùm semel deperdita irrecuperabilis fiat. Quod considerans Hieronymus epist. ad Eustochium de custodia virginitatis, audacter pronuncians ait, *Audenter loquor, cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam, valet quidem liberare à pœna, sed non valet coronare corruptam.* Cuius rei rationes assignans Petrus Damian. epist. 4. ad Desideriū, hoc Deum efficere ait, *Sine vt virginem terreat, quatenus vereatur amittere quod postmodum nequeat reparare, siue dictante æquitate iustitia, vt quod tanquam vile per carnis blandimenta proiecit, id instaurare per pœnitentiæ lamenta non possit, siue vt dum ruinæ suæ signa in se superesse considerat, acrioribus afflictionis suæ remediis indesinenter insistat.* D

8. Quam difficulter Aureola lucretur, & virgines illam merentes repêriantur. *Ambros.*

9. Virginitas quanta custodia seruanda. *Hieron.*

Damian.

10. Cur Deus semel amissam irrecuperabilem eam fecit.

Amittitur ergo Aureola per vnum tantum in peccatum carnale consensum: sed notandum quod hoc de Aureola propriè dicta intelligitur, nam vt vt inquit Sanctus, si largè Aureolam sumamus, pro quocumque gaudio, quod in patria obtinebunt Sancti super gaudium essentiale, sic etiam, *incorrupti carne*, Aureola respondebit, etiamsi propositum non habuerint perpetuò virginitatem seruandi, nam vt Sanctus inquit, *Non enim est dubium quod de incorruptione carnis gaudebunt, &c.*

A

Num. 15. *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ.*

COMMENTVM.

LITTERÆ.

DAt Sapiens in hoc versu rationem eorum bonorum, quæ suprà versu antecedenti casto, & fideli homini tribuuntur, affirmans hoc deberi laboribus eius bonis, ex gratia Dei profectis, tanquam ex radice sapientiæ, quæ numquam incidit, aut marcescit. *Connexio Capitis.*

B *Bonorum laborum, &c.* Non solum laborum, nam sunt labores, sed non boni, & horum non est gloriosus fructus, sed inglorius, tales sunt labores, qui pro mundo, & pro peccato sustinentur.

Castro in eius est sententia, vt in hoc verso declaret Sapiens, donum illud electum, quod casto & fideli homini sapientia sit datura, quod donum secundùm ipsum, est acceptissimus filius, ob sterilitatem longo tempore Dei amore toleratam, sicut euenit Annę, quę habuit Samuelem, & matri Samsonis. & alijs, & hoc, inquit, ne concidat radix sapientiæ, idest, fructus sapientis patris, & ne talis pater decidat sine filio. *Castr.*

Est sensus tolerabilis, sed ego alium faciliorem dicerem, nempè in hoc versu assignare Sapientem, vt inquit idem, fructum laborum Sanctorum, sed C hunc non esse filium, sed ipsam radicem sapientiæ, non qualemcumque, *sed radicem non concidentem, non cadentem, fixam, stabilem, perennem.* Interlin. inquit, *gloriosus est fructus, quia sapientia est fructus*, Dic tu radix, quæ perpetuæ salutis affert fructum, vnde sensus erit: Bonorum certè laborum gloriosus est fructus, radix nempè sapientiæ, quæ non concidit in æternum. Ad cuius maiorem declarationem

1. Sapientiæ verus fructus.

Inter.

Notandum, per radicem sapientiæ in corde iusti significari Dei gratiam, per quam dum homo fructificat, & sine qua nihil penitus faceret, sicut arbor absque radice, benè radix bonorum operum appellari potest, de qua radice, dum affirmatur quòd non concidat, est dicere, quod gratia sua ita in hac vita Deus stabiliet cor iusti hominis, qui ob amorem suum bonos sustinuit labores, vt talis D gratiæ fixas radices jaciendo in corde, numquam ab illo excidat, quòd est promittere illi preciosissimum perseuerantiæ donum in bono, quo quid quæso, exoptabilius, aut pretiosius excogitari potest? O felices castitatis labores! qui talem fructum merentur, & ô magna castitatis virtus, cui tale donum correspondet! De hac gratia potest etiam intelligi donum illud de quo supra dixerat esse electum, & potest hæc esse sors acceptissima in templo Dei, id est in Christi Ecclesia, perseuerantia nempè in gratia, & nulla discessio ab ea per peccatum, vnde meritò Sapiens affirmat, dicens: *Bonorum laborum, &c.* castitatis nempè.

Quam laboriosa virtus sit castitas, & virginitas patet ex illis verbis Domini, Math. 19. 12. *Qui potest capere, capiat*, & quod ad prædicandam virginitatem necesse fuit vt Christus descenderet, & illo

2. Virginitas & castitas res laboriosa est bes plenę. *Math.* 19. 12.

doceret exemplo. *Duriora sunt etiam prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara est victoria,* vt inquit Augustinus serm. 250. de Tempore. Vide Ambrosium ep. 57. ad Liricium, & Damascen. 4. de fide ca. 25. & Lorinum hîc, lege Gregorium li. 6. in ca. 15. li. 1. Reg. ca. 1. & 2.

August.

Gloriosus est fructus, &c. Non sufficit dicere fructus, sed fructus gloriosus, vt inquit Lorinus, quia à Virtutis templo ad templum Honoris rectus iustusque callis processit, verus honor vbi virtus.

Lorin.

3. Verus honor vbi virtus

Et qua non concidit radix sapientia, &c. Iansenius inquit quod deberet legi, *& radix, qua non concidit est radix sapientia,* aut sine relatiuo (quæ) scilicet, *& non concidet radix sapientia.* Non æstimo necessarium, cùm ex supra dictis planus pateat sensus, radicem nempè sapientiæ, id est, Dei gratiam in homine fructificantem, & in corde eius stabilem, fixam, & immobilem, esse gloriosum fructum bonorum laborum, nempè castitatis, & virginitatis.

Iansen.

Placet adnotatio Lorini. ad castitatem conseruandam requiri prudentiam, & sapientiam, quæ est veluti radix ipsius, & è contra quòd ipsam prudentiam. ipsamque sapientiam custodit castitas, vnde benè adnotat illud Apostoli ad Rom. 12. 3. *Sapere ad sobrietatem,* Hieronymum vertere, *ad pudicitiam,* contra Iouinianum, Augustin. ep. 47. *ad temperantiam,* Irenæus lib. 1. cap. 10. *ad prudentiam.*

4. Ad castitatem seruandam quæ sequiruntur.

Ad Rom. 12. 3.

Hieron.

Augustin.

HOMILIA LXV.

Castitatis ac puritatis præmium electum perseuerantia in Dei gratia.

B*Onorum laborum, &c.* Nempè illorum, qui ob castitatem tolerantur, inquit noster Sapiens, *gloriosus est fructus,* radix nempè sapientiæ, & Dei gratia in corde ipsius hominis casti, talis vt numquam concidat, aut cadat, perseuerantia nempè in bono. Quid quæso, gloriosius excogitari potest, aut quam maiorem gratiam Deus homini in hac vita præstare potest, quàm perseuerantiam in eius gratia? *Magnum perseuerantia est Dei donum,* inquit Augustinus ad Prosperum, cuius amplitudo, & magnitudo ex illo elicitur, quia, vt inquit Sanctus, per tale donum, *cætera eius dona conseruantur.*

August.

1. Perseuerantiæ donum magnum.

Meritò ergo Cyprianus serm. de orat. Dominica, inquit tale esse perseuerantiæ donum, vt in oratione Dominica nihil aliud, quàm perseuerantiam posci intelligatur: nam vt benè ait, dum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum, id certe petimus, & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cæpimus perseueremus; hac sanctificatio, vt in nobis permaneat, oramus, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus, & noctibus postulamus, vt sanctificatio, & viuificatio quæ Dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur.* Et similiter dum dicimus, *Adueniat regnum tuum,* quid aliud petitur, quã perseuerantia? nam cùm hoc petant Sancti, & regnum Dei non adueniat nisi Sanctis, *quid aliud orant,* inquit Augustinus vbi supra, *nisi vt in ea sanctitate, qua illis data est, perseuerent, non enim aliter eis veniet regnum Dei, quod non alijs, sed his qui perseuerant vsque in finem, certum est esse venturum.* Quod similiter in cæteris videndum petitionibus, in illis enim omnibus semper, & præcipuè perseuerantia in bono petitur, vtpote maximum Dei donum.

Cyprian.

2. In oratione dominica nil aliud postulatur.

August.

Hinc Samuel populo Deo seruienti, aliud præmium non promisit, nisi perseuerantiam, 1. Reg 12. num. 13. *Si timueritis eum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis & vos, & Rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.* Hoc fuit præmium perseueranter sequi Dominum Deum, hoc donum electum, numquam à gratia Dei excidere, semper in illa manere. Hinc egregiè Bernardus 5. de Considerat. cap. 14. perseuerantiam æternitati comparauit, & cui soli æternitas ipsa redditur. *Quis sustinet,* ait, *& perseuerat in amore, nisi qui æmulatur æternitatem charitatis, nempe æternitatis quandam imaginem perseuerantia præsefert, denique sola est, cui æternitas redditur, vel potius, qua æternitati hominem reddit, dicente Domino Mat. 15. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Ob quod rectè Basilius homil. 1. in psal. 1. illa explicans verba, *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,* solum affirmat perseuerantiam esse donum, quod beatos constituat homines: *Non dixit,* ait, *qui nõ abit, sed qui non abiit, nondũ enim ille qui in vita est, beatus est prædicandus ob exitum incertam, sed qui vicet suæ sanctionis, & vocationis semel absoluerit, vitamque fine certo, & perseueranti clauserit, hic iam beatus tutò dici poterit.* Beatum ergo cùm perseuerantia faciat, & tale donum per castitatem mereatur, quid aliud homines casti, dici possunt, nisi homines beati?

1. Reg. 12. 13.

3. Samuel perseuerantiam in Dei seruitio populo promisit in præmium suorum laborum.

Bernard.

4. Perseuerãtia æternitati bono comparatur.

Basil.

5. Beatos ipsa efficit.

6 Casti homines beati.

Quod cùm ita sit, quàm preciosa erit castitatis virtus, quæ inter cæteras hoc perseuerantiæ donum meretur: nec mirum, nam sicut Dei Spiritus impuros effugit, sic cum puris habitat, & quiescit, adest quipppè Deus castis, adest puris, quo præsente non habent vnde timeant. Hierem. 1. nu. 5. *Prius quàm te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te.* Vnde puero isti tanta Dei assistentia? quia castus, quia virgo futurus, respondet Hieronymus lib aduersus Iouinian. *Hieremias, qui in vtero sanctificatus est,* ait, *& cognitus in vulua matris, ideo hoc priuilegio fruitur, quia virginitatis erat beatitudine destinatus.* Hinc, quia in talibus delectatur, etsi verbo omnia condidit, tamẽ quando hominem, totus Deus in illo, vt inquit Tertullianus lib. de carnis resurectione videtur occupatus, *Recogita,* ait, *totum Deum illic occupatum, ac dedicatum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia prouidentia, & ipsa in primis affectione.* Mirum equidem videri hoc potest, totum se Deum argillæ illi præbuisse, qui verbo tantum & totam terram, totumque condidit cœlum. Cui admirationi pulchrè satisfacit Irenæus ni fallor lib. 3. cap. 31. dum affirmat quia virgo erat terra illa. *Adam de rudi terra, & de adhuc virgine habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei.* Illis dignus manibus, quia virgo terra illa ex qua compactus, & efformatus ipse in virginem, ob hoc totum se effudit, manu, sensu, & opere, vt inquit Tertullianus, ob quod etiam virginibus, castisque non solum se præbet Deus, sed vt inquit Cyprianus homil. de natura, *Deum fortem. Quod si diuinis cõsilijs obedierint tentamenta, & liberas meatus ad car-*

Hier. 1. num. 5.

7. Deus cum Hieremia est semper, numquam eum dimittens.

Tertul.

8. Deus totus informãdo Adamum, quia virgo.

Irenæus.

Cyprian.

nales reuocauerint appetitum, adest Deus fortis, quo præsente victrices decantantes victorias, immobiles apud Deum semper existunt. Ob hoc sanctus Ioannes Apocal. 14. num. 9. postquam dixit canticum illud nouum neminem posse dicere, nisi illa centum quatuor millia, qui erant virgines, & incoinquinati, non sine causa addidit: *Hi sequuntur Agnum quocumque ierit*; ad denotandũ nempè talium esse perseuerãtiam in bono, & vitæ Christi continuatam, perennemque insecutionem, quia talibus gaudet ipse agnus, & talibus vult associari, ac per hoc peculiarem eis gratiam tribuẽs, vti Deus fortis, vt inquit Cyprianus, ab eius latere numquam discedere permittit.

9. Virginibus non simpliciter adest Deus, sed Deus fortis. *Apoc. 14. 9.*

August. Attendendum hoc in sanctissimo illo puero Ioseph, quem Deus sublimauit, & vt inquit Augustinus 14. de Ciuit. cap. 4. *E carcere eripuit, quò eum coniecerat integritatis amor, quam fortiter seruans malè amanti domino, & malè credulo dominomentitura, at veste etiam derelicta, de manibus attrahentis effugiens, non consensit ad stuprum:* Vnde fortiter bellans, & in carcere intrusus, ibi sociam habuit diuinam Sapientiam descendentem cum illo in foueam, & in vinculis eum numquam derelinquentem, iuxta illud, quod infra dicitur cap. 10. num. 14. Vnde hoc? nisi quia, vt inquit Chrysostomus homil. de continent. Ioseph. tom. 1. *Diligens erat, & perpetua continentia custos, vnde cùm posset regina imperare, & in deliciis, atque luxu diuitem, & voluptarium agere, diuitias autem, & delitias, & promissiones Domini derisit, miseriam in carcere dulciorem censens præclaris domiciliis.* Hinc, quia purus, quia castus, & immaculatus, meritò eum eius conuersatio Deo non displiceret, semper in comitatu eius erat, auxilioque eius adiutus à malo numquam excidebat.

10. Deus semper cum Ioseph, quia purus & castus.

11. Sicut & cũ Susanna.

Susanna etiam, licet tam grauiter tentata, non excidit, nec Dei gratia ei defuit, sed in bono perseuerare meruit, tum quia ab infantia Deum timuit, tum etiam quia castitatis amatrix, sic vt (quod perdifficile) neque vllam vnquam suspicionem de se dederit: *Erubuerunt enim*, inquit scriptura, *serui vehementer*, Daniel. 13. num. 27. *postquam senes locuti sunt, quia numquam dictus fuit sermo huiuscemodi de Susanna.* Casta erat coram hominibus, castè in omnibus incedens, tum coram Dei oculis, tum coram hominibus pura, & simplex manebat, quid mirum? si tantum coram Dei lucens aspectu, in occasione eam adiuuit, & peccare eam non sinens perseuerantiæ donum in eo casu illi impertiuit, coronãsque eam gloriæ corona, veluti pudicitiæ reginam, eam effecit exemplum omnibus memorabile: coronauit, dixi, nam talium propè victoriarum est coronari, cùm propriè corona, regnumque victricis castitatis debeatur certaminibus, sicut è contra perditis, luxuriosisque, ignominia, seruitus, famulatus. Hoc equidem ponderauit Ambrosius lib. 5. de Ioseph cap. 5. expendens Iosephum suam heram non dominam, sed vxorem domini sui, cui ipsemet famulus, vocasse. Genes. 39. *Nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es: rectè inquit, vxor domini, non ipsa domina dicit, quæ non potuit extorquere, quod voluit imperare, nam quomodo domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ disciplinam Domini non tenebat, quæ seruilis libidinis incentiua præstabat, ille dominus, qui amantes non excepit faces, qui lenocinantis vincula non sensit.* Nil melius. Dominus erat

Dan. 13. 27.

12. Castitati propriè debetur corona.

Ambros.

13. Luxuriosi serui, non domini.

A Ioseph, non ipsa, quia castus ille, impudica verò ipsa, castis autem dominatus debetur, ac corona, vt grauiter ponderauit Isidor. Pelusiot. lib. 4. ep. 9 dum expendit ipsummet Iosephum non aliud pro se attulisse, vt à carcere liberaretur, nisi innocentiam. Genes. 40. nu. 15. *Vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum.* Cur non narrauit casum? cur in medium non attulit vim? cur tantum furtim sublatum esse commemorat? nisi quia, vt inquit Pelusiota, *erubuit commemorari quæ sibi acciderunt, ne coronam castitati debitam sibi ipsi imponere videretur.* Reges ergo cùm sint casti, ingenuique viri, quid mirum si cum talibus delectatur Deus conuersari, vnde tota eorum emanans fortitudo, immobiles, stabilesque semper in bono perseuerent.

B Adde ad hæc & aliam huius Dei cum puris contractus rationem, anima enim hominis imago est Dei, exemplar eiusdem Altissimi, seu, vt propriùs loquar, ipsa Dei imago, impressa in hominis anima: ex quo fit vt sponsus illis delectetur animabus, quæ puram ipsi suam repræsentant imaginem, ac per hoc eas ab omnibus præseruat, defenditque periculis. Sic Ambrosius lib. 1. de virginit. ad Marcell. sororem, expostulans cur sponsus gaudet in virginibus, cum eis conuersans, & numquã ab eis discedens, *Amat*, respondet, *generari fons iste in hortis, in quibus cum Susanna deambularet, inuenitur meri potius, quàm violari parata.* Quos hortos virgines esse, ait, iuxta illud: *Hortus conclusus, fons signatus.* Quod cùm dixisset, duas subiungit rationes cur Deus tales signet hortos, id est firmat, sigillat, gratiaque sua custodit, ne vnquam excidant, & semper in bono perseuerent; *Eo quod*, inquit, *in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginem Dei, sinceri fontis vnda resplendeat, ne volutabris spiritualium bestiarum sparso cæno fluenta turbentur.* Pulchra, dignaque Ambrosij sententia, in qua duo nobis insinuat, primò rationem, quare Deus puris, castisque dat perseuerantiam in bono, vt scilicet semper in sinceri fontis vnda imago sua diuina resplendeat, quod ipse maximè cupit: & secundò, modum quem Deus tenet, vt puri, castique in bono perseuerent, præseruando nempè eos, & custodiendo ab spiritualium incursu bestiarum, à dæmonibus nempè, impediendo ne in eorum cogitationibus cænum spargant immundum, & sic fluenta turbentur, ideo signat fontem, ideo occludit vndique hortos, ita vt ne minima quidem polluta cogitatio intret, quia pura gaudet sponsus vnda: quod si custodita ab impuris maneat phantasia

Ambr. De cur sen cur bon seu

C

D phantasmatibus, si ab impuris præseruata cogitatio discursibus, in bono equidem perseuerabit, & perseuerantiæ virtute quis custoditus non ipsum illusiones, voluptatesque dominabuntur, sed ipse super eas stans calcabit, imperabit. Quod grauissimè expendit idem Ambrosius vbi supra explicans illa verba psa. 44. *Astitit Regina à dextris tuis*, vbi sic inquit: *Aduerte, ô virgo, quantum tibi Spiritus sanctus scriptura diuina testificatione detulerit, regnum, aurum, pulchritudinem, regnum vel quia inuictum animam gerens ab illecebris voluptatum non captiua haberis, sed quasi regina dominaris.*

Idem.

16. Virgo regina & cur.

Secundam autem huius custodiæ rationem assignat Ambrosius, quia odoribus talium florum sponsus gaudet, & ne rapiantur, ac non spirare possint, continuò hortum obsignat, vnde sequitur:

Idem.

Ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam, ac sicut hortus furibus inaccessus vitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet, vt in vite religio, in olea pax, in rosa pudor inolescat. Ob hoc equidem clauditur, & obsignatur, furibusque interdicitur, vt odorem spirare possit, de quo summopere gaudet sponsus, quo spirante, ita animus summi illius Patris delectatur, vt vix talium fragrantiam odorum sentiens, ac illico exhilaretur, benedictionum fructibus spirantem cumulet, ac in æternum benedicat. Genes. 27. num. 25. Vix odorem persensit Isaac vestium, quibus indutus erat Iacob, ac in benedictionibus prorumpens ait, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni*, & talis odor castitatis odor erat, vt testatur Ambrosius vbi supra, quem olens pater, fragrantia ipsius delectatus, sic eum benedixit, vt semper esset benedictus, *benedixitque ei, & erit benedictus.* Vnde nec lachrymæ, nec clamores, nec rugitus Esau primogeniti, & dilecti, vnquam efficere potuerunt vt à casto illo filio pater benedictionem eriperet, sed plus semper contra omnes fratris impetus esset benedictus, fixus, & immobilis in benedictione persistens, quod totum, tantumque bonum ex odore illo Iacob prouenit, ex re equidem sic stabilis, firmaque benedictio. Vt semel intelligas castis, purisque ita Deum benedicere, vt semper, ac perseueranter sint benedicti, & in benedictione perseuerēt, quod vt consequantur, mirè custodit, mirè defendit, & ad custodiendum illos, ne fœdentur nocte dieque inuigilat, & si Deus vigilat, si Deus curat, quando cadet? quomodo hosti succumbet homo?

Gen. 27. 25.

Idem.

17.

Iacob semper benedictus, quia castus.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos, inquit sponsa Can. 3. nu. 9. En quanta custodia, & vigilātia, Salomonis lectulus custoditur, animus nempè castus vt communiter Doctores, in quo ipsa recumbit sapientia diuina, sunt fortes, sunt ad bella doctissimi, habent arma, & non quidem reposita, sed super fæmur accincta, immo duplicia, nam alia in manibus, alia super fæmur. Ad quid, quæso, tanta cura, & tanta hominum, armorumque selectio, nisi ad peculiarem denotandam curam, quam de hominibus Deum habet castis? inquit enim Ambrosius vbi supra, *Custodit Dominus virgines* (dic tu, & castos) *grandi cura.* Vnde non solum ad ipsorum custodiam determinat quoslibet Angelos, sed Angelos fortes, semper ad succurrendum paratos, & ad bella cultissimos, ne versutia contrarij contra eos aliquid possit, & insuper semper habentes gladios in manibus, & super fæmur, vt semel accipias quanti Deus faciat castitatem, munditiamque, ita vt peculiariter Angelis mandet casti custodiam hominis: *Vobis autem, virgines sanctæ*, inquit Ambrosius (adiunge tu, & homines casti.) *speciale præsidium est, quæ intemerato pudore Sanctum Domini seruatis cubile.* Speciale quidem, tum ex multitudine Angelorum, tum ex selectione, tum ex peculiari vigilantia, qua illis talis cura demandatur: vnde quid mirum, si homo castus in bono perseueret, & castitatis hoc sit præmium electum, perseuerantia scilicet in bono, & sapientiæ radix, quæ numquam excidit, vt inquit noster Sapiens.

Cantic. 3. num. 9.

18.

Deus qualita cura virgines homines que custodit castos.

Idem.

Num. 16. *Filij autem adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Opponit Sapiēs filios ex adulterio natos, filiis ex legitimo matrimonio, seu verius, opponit patres habentes filios ex adulterio, viris sterilibus, qui filiis carent, vt magis fœlicitas elucescat sterilium, comparata infœlicitati prolificum, hoc totum vt deceptionem manifestet hominum. Pro quare

Connexio Capitis.

1\. Notandum ex dictis, inter cæteras rationes, quibus hic liber dicitur Sapiētiæ, vnam, & me iudice, principaliorem eam esse, quia totus est in hominum manifestanda deceptione carnalium, ex rebus huius mundi visibilibus deceptorum, qui cùm de inuisibilibus nihil prorsus saperent, nec de Deo aliquid perciperent, nam iuxta Apostolum 1. ad Cor. 2. num. 14. *Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt*, putabant miseri fœlicitatem omnem in hoc tantum mundo, atque in rebus existere eius, pota in honoribus, voluptatibus, dominio, in libertate, potentia, in diuitiis, in filiorum, parentumque multitudine, & in cæteris huiusmodi, quibus rebus delectati, in tantam dementiam, seu bestialitatem, iusto Dei permittente iudicio, deuenerunt, vt quo liberius creatura fruerentur, affirmarunt, more brutorum corpus simul cum anima deperire, & post mortem nullum esse iudicium, nullum meritum, nullam pœnam, vnde hic non solum licitum delectari, sed necessarium; & simul affirmabant, infelices, & miserabiles esse, qui rebus huius mundi carebant, ac proinde nullius meriti, & indigni prorsus qui ab ipsis respicerentur; vnde eos miserabiles putabant videntes hîc affligi, penuriamque rerum omnium, quibus ipsi abundabant, pati, quos vt pote ipsis, contrarios, summopere affligebant, & persequebantur, qui dum patienter eos sustinebant, fiebat, vt eò magis carnalium hominum superbia erigeretur.

Cur hic liber Sapientia inscribatur.

1\. ad Cor. 2.14.

At noster Sapiens supra humana eleuatus, & diuina contemplans, verè sapiens, videns, horumque ponderans deceptionem, attendensque illos præcipuè in his deceptionibus implicatos, qui amplioribus huius abundabant mundi rebus, quales sunt Reges, & Principes, ideo ad eos hunc dirigens librum, superno lumine, & ab æterna sapientia edoctus, rationibus firmis, diuinisque ab errore deducere hos procurat miseros; affirmans aliam esse vitam, malis remanere pœnam, bonis præmium, & feliciorem esse sortem iustorum, licet carentium huius vitæ bonis, quàm malorum illis abundantium, quod superioribus capitibus, vt vidimus, satis præstitit, & in sequentibus amplius præstabit. Et quia inter bona, vt diximus, huius vitæ sunt filij, quibus multoties mali abundant, bonis sterilibus permanentibus, ne deciperentur ob hoc, affirmat, meliorem sortem bonorum, etiamsi filijs careant, tum ob supradicta, ob præmium scilicet, & gloriam, quam ipsis repositam tenet Deus, tum in hoc versu, ob iniquitatem, filiorumque impiorum miseriam, vt infra dicetur.

Filij adulterorum, &c. Græcè, *mœchorum.* Adnotat Lorinus vocem *adulter*, aliquando sumi pro amatore stuprisque dedito, & tractat hîc quæstionem, an sexto præcepto decalogi Exod. 20. 13. *Non mœchaberis*, sicut & nono: *Non concupisces vxorem proximi tui*, tantum sit prohibitum adulterium, an verò etiam simplex fornicatio, & tenet cum Augustino in quæst. Exod. 9. 71. partem affirmantem, vide apud ipsum. *Lorin.* *Exod. 20. 13.*

2\. Simplex fornicatio an prohibita iure naturæ & simpliciter mala.

Maior quæstio est, an sit mala iure naturæ, & intrinsecè, an verò mala, quia iure diuino prohibita. Ego autem semper in ea fui sententia, simplicem fornicationem esse ex iure naturæ malam ideoque iure diuino prohibitam, nam cùm naturaliter pater, & mater necessarij sint ad prolis educationem, & vnus solus non sufficiat, vt experimento constat in pluribus animalibus, videmus enim in columbis si pater, aut mater deficiat, etiamsi vnus alat per aliquot dies filius, tandem deperire (quod sæpè ego experientia didici) fit ex hoc, vt contra ipsam naturam sit concubitus vagus, & incertus inter virum & mulierem vinculo certo non obstrictos, cùm concubitus ex se ordinatus sit ad prolem generandam, & per accidens ad alios fines, vnde cùm vagus concubitus sit contra prolis educationem, & inferat ei maximum malum, fit vt ex suo genere sit peccatum graue, etiamsi præceptum non adesset diuinum.

3\. An à Deo dispensabilis.

An autem Deus possit dispensare in aliquo casu, quæstio est inter Doctores, ego autem cum Diuo Thoma 2. 2. quæst. 154. art. 2. ad 2. non video rationem cur dispensare non possit, cùm hoc peccatum, licet sit contra ius naturæ, non tamen est contra illud ius naturæ, quod est indispensabile; singularitas vxorum de iure naturæ est, & tamen Deus cum illo dispensauit, vt optimè Sanct. de matrim. lib. 7. disp. 8. quia vt ipse tenet, non est de illo iure naturæ primæuo, & indispensabili, sed de secundo, vt ibi doctissimè affirmat, talem puto esse simplicem fornicationem, & sic à Deo in aliquo casu dispensari posse. *S. Thom.* *Sanct.*

Ducor quia, cùm totum ius naturæ in hoc casu fundatur in certa, ac secura prolis educatione, & Deus huic prouidere possit, nullo inconueniente relicto, non est cur negemus Deo hanc dispensationem.

An autem aliquando dispensauerit, constanter affirmo numquam dispensasse, nec me mouet illud Oseæ Prophetæ 1. num. 1. *Sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum.* Nam secundùm veriorem expositorum sententiam, Prophetæ non aliud præcepit Deus, nisi vt sibi assumeret in mulierem, meretricem, & faceret filios fornicationis, id est eius, quæ fuerat meretrix; & fornicaria, vide Lessium lib. 4. c. 3. dub. 7. *Ose. 1. n. 1.*

4\. Deus numquam cum simplici fornicatione dispensauit. *Less.*

In consumatione erunt, &c. Complutensis legit, *filij autem adulterorum non initiati erunt.* Budæus refert aliam, *filij adulterorum cum consumatione erunt* sed ipse præfert aliam, nempè, *liberi adulterorum imperfecti erunt.* *Compl.* *Budæus.*

Verbum Græcum duas præcipuas significationes habet, *nempe & perficere, & sacris initiari*, Iuxta quas acceptiones duplex sensus elici potest. Primus, quod adulterorum filij, tanquam ex radice vitiata numquam ad perfectum veniunt, sed intempestiuè moriuntur. Sic hunc locum accipit Vulgatus, Pagninus, & Vaticanus interpres, & alij recentiores; quem sensum ego etiam accipio. Secundus autem, quem Vatablus, & Robertus accipiũt, quod tales à sacris arceantur, & è Dei templo, vt supra vidimus. *Vulgat.* *Pagn.* *Vatic.* *Vatab.* *Rupert.*

Quod autem tales à templo lege arcebantur antiquitus, vt Deuteron. 23. 2. quod notauit Philo, in li. de confusione linguarum, & à sacris Canonibus, probat Lorinus, quem consule, nobis autem, vt dixi, primus sensus est, qui placet. *Deut. 23. 2.* *Phil.*

Alij hanc adulterorum filiorum imperfectionem ad mores referunt, negligentes parentes horum educationem, vt plurimum, vnde Paulus ad Hebræos 12. *Si extra disciplinam estis, ergo adulteri estis, & non filij*, & insuper, quia ex mala radice mali ipsi sæpè euadunt, moralis sensus, sed primus, vt dixi, litteralis. *Lorin.* *Ad Hebr. 12.*

Ab iniquo thoro, &c. Ab *adultero* scilicet: Hieronymus in c. 9. Oseæ legit, *Ex iniquo concubitu semen peribit*, pro exterminabitur proles. *Hieron.*

HOMILIA LXVI.

Mors præpropera filiorum sæpè ob peccata parentum.

F*Ilij adulterorum, &c. in consumatione erũt, &c.* Hoc est numquam ad perfectum deuenient imminuti, & consumentur breui ob peccata parentum, præcipuè autem quando carnalia.

Hæc fuit maledictio, quam Iacob Patriarcha sanctus, dedit Ruben filio suo violauerat enim patris cubile, fœdauerat incestuosè domum patris sui, homo carnalis, hinc in præpropera morte filiorum maledictus, *effusus es sicut aqua*, per libidinem scilicet, & incestum; *non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius*, Gen. 49. num. 9. vbi notandum illud, quod antè Iacob dixit, *Ruben scilicet primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio.* Quasi diceret, tu vti primogenitus debueras esse prior, & primus in donis hæreditatis meæ, & simul maior in imperio supra omnes fratres tuos, & omnes illi tibi inseruire debuerant, sed culpa tua, & ob facinorosum omnia hæc perdidisti incestum, & posterior eris in donis, & subiectus alterius imperio, & insuper ad hæc non cresces, hoc est, non multiplicaberis, morientur citò filij tui, nepotesque ad perfectum numquam peruenient, & in consumatione erunt, ob quod, vt inquiunt Doctores, tribus Ruben semper præ cæteris diminuta, sterilisque mansit, & ne aliquis puter, lapsu temporis Deum hanc Rubeni remisisse pœnam, ideo post centenos, & centenos transactos annos huic Iacobi Prophetiæ se Sanctus adaptans Moyses, sic ei prophetauit. *Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero*, Deuter. 33. num. 6. Vbi valde notandus modus prophetandi: non enim dixit, *Erit paruus in numero*, sed, *sit paruus in numero*, quasi imperando, & imprecando, volens se voluntati Iacob, & simul cum illo breuitatem imprecans vitæ filiis Ruben, licet tanta multitudo iam præcessisset annorum: vt semel intelligas, quàm stabilis Deus maneat in sententia semel prolata ob carnis peccata. Quis enim non diceret, quoad pœnam, post tot sæcula, quæ inter Iacobum, & Moysem intercesserunt, expiatum iam esse Ruben peccatum, at non sic, immò amplius confirmat, dicente sancto Moyse: *Ruben non moriatur*;

1\. Ruben punitur in præpropera morte filiorum, quia carnalis. *Gen. 49. 4.* *Deut. 33. 6.*

2\. Deus quàm firmus in sententia ob carnis peccatum prolata.

sed sit paruus in numero, imperando, & quasi denuò illi imprecando Iacobi maledictionem. A

3. Ruben cur Moyses vitam imprecauit.

At cur prius dixit, viuat Ruben, vitam ei vouendo? sanè ob duas rationes, prima ne iustitia sine misericordia extaret, & sicut durè in opus aduertebat malum, sic mitissimè inspiceret remunerando bonum: duos equidem Ruben status habuit, malum, thorum fœdando patris, bonum, nitendo fratrem è manibus liberare interficientium. Genes. 37. num. 21. *Nitebatur liberare eum de manibus eorum*. Hinc ad hoc respiciens sanctus legislator opus, vt inquit Gennad. apud Lippoman. vitam ei largitur, sicut ad malum respiciendo filiorum imprecatus est mortem. Secunda verò propior ad rem nostram, vt ex morte filiorum, amplius viuendo, quàm moriendo cruciaretur, dum in quolibet illorum ipse viuens simul moriebatur, ex quo maiorem peccati inueniens detestationem, experimento disceret, quàm acriter peccauit, dum sic grauiter puniebatur; B non secus ac similiter, licet Adam priusquam Abel mortem emeritus esset, antè Abel excessit, vt ampliorem peccati detestationem ipse consideraret pater. Quod obseruauit Chrysostomus homil. 11. ad populum dicens: *Considera Dei prudentiam, non ipsam mori primam permittit, sed hac eius filium pati, vt ante oculos tabescens corpus filij, & marcescens, magnam ex hoc aspectu Philosophiæ disciplinam caperet*. Sic Ruben, merito in filiorum præpropera percussus morte, vt semper grauitatem sceleris pensitans, quotidie malum effrænatæ libidinis experiretur, nobisque etiam traduceretur in exemplum, sciremusque præproperè sæpè filios emori, quia patres turpiter vixerunt.

Gen. 37. 21.
Gennad.

4. Adam cur non mortuus ante quam Abel.
Chrysost.

5. Castorum hominum est diu viuere, sicut impudicorum citò mori.
Tertul.

Et quidem non mirum, nam sicut castè viuentium est diu viuere, immo immortalitati sua cor- C pora consecrare, sic incontinentium citò mori, *Inhabitator corporibus nostris datus est, & sanctitatis effector spiritus*, inquit Tertullianus lib. de Trinit. *id agens in nobis, vt ad æternitatem, & resurrectionem immortalitatis corpora nostra perducat dum illa in se assuefacit cum cælesti virtute misceri, & cum Spiritus sancti Diuina æternitate sociari, eruduntur enim in illo, & per ipsam corpora nostra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipsius* (notanda verba) *discunt se moderanter temperare*. Nil melius; ad immortalitatem corpora nostra perficiunt, quia se temperant, ac moderantur. Ob hoc Sanctus Isidor. Pelusiota, pro Moyse stans, qui dum secum ossa Sanctissimi Patriarchæ adsportabat, contra legem facere videbatur, quæ Leuit. 22. prohibet ne ad omnem mortuum ingrederetur omnino, *Non video*, inquit, *non solùm legem, sed per hoc* D *ostendo rem ipsam, quæ per scripturam, ac verba legis significatur diligenter esse attendendum, ego enim eum, qui castitatem coluit pro mortuo non habeo*. Egregiè, castorum enim corpora non solum diu viuunt, dum animantur, sed etiam æternaliter durant, etsi anima careant. Hoc in Catharina videmus, hoc in Cecilia, hoc in Beata illa Clara à Monte Falco, quæ dum viuentes puræ, illæsæque permanserunt, mors illarum corporibus, *etsi adfuit, non obfuit*, vt inquit Diuus Bernardus serm. 1. de Beato Malachia, cuius corpus integrum adhuc seruabatur. At cùm cõtrariorum eadem sit disciplina, si castorum est diu viuere, obscænorum erit cito mori, vnde non mirum si obscæno Ruben mors præpropera, tum eius vitæ, tum filiorum, nepotumque à Iacob Patre, Moyseque imprecatur.

Isid. Pel.

6. Casti nunquam dici possunt mortui.

Bernar.

A Ob hoc, simile quid Dauid ob peccatum accidit adulterij, punitus enim fuit in filio, citoque periit, licet multas pro illo preces pater fudisset 2. Reg. cap. 12. num. 13. vnde valdè notanda sunt verba, quæ Nathan Propheta ei post pœnitentiam dixit: *Peccaui Domino*, inquit Dauid, Nathan autem ait: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris*. Transtulit peccatum, hoc est non culpam, sed pœnam: nam optimo iure, vt inquit Lyranus, potest Deus transferre pœnam, quam aliquis meretur in alium sibi coniunctum, & qui velut alter sit ipse: transtulit ergo Deus non culpam peccati Dauid, sed pœnam & hoc in filium, occidendo illum, & ea mulctando pœna, quâ mulctaturus Dauid, nisi se pœniteret: morte enim erat mulctandus Dauid, digna eius adulterio pœna, per pœnitentiam meruit, vt hæc mors transferretur in filium, & sic ob peccatum adulterij patris punitus est in B præpropera morte filius, eo vel maximè hoc, quando publica, scandalosaque talia sunt scelera, ita vt in detrimentum honoris vergant diuini; tunc enim etsi quantum ad culpam remittantur, difficulter tamen quoad pœnam. Quod apertè insinuant verba ipsa Nathan Prophetæ, dum ad Dauid dixit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris, sed quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi morte morietur*. Vbi mors filij opprobrio diuini nominis ex adulterij publicatione adscribitur, quod sæpè in talibus accidit peccatis, eo vel maximè, si hominum sint Sanctorum, ob quod sic inflexibiliter Deus Dauid puniuit, vt licet æternam vno tantum condonasset actu pœnam, temporalem tamen, immaturam scilicet filij mortem, nec lachrymis, nec ieiunio, chameuniaque, fletibusque C tandem, ac gemitibus dimittere voluit: *Deprecatus est Dauid Dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram*: ibi num. 16. Vt semel homines discerent, quàm grauiter se Deus offensum exhibeat, quando publica talia fiunt peccata, quamque stricta animaduertat punitione sui nominis improperium, quod grauiter expendit Saluianus lib. 4. de Prouid. sic dicens: *Qui æternam pro offensionibus suis pœnam, per vnam tantum confessionem meruit euadere, huius tamen criminis* (hoc est nominis Domini blasphemationis) *veniam, nec per pœnitentiam patrocinantem potuit impetrare*. Et paulo post, *Ex quo intelligi potest quod nullum maioris piacali crimen est, quàm blasphemandi causam gentibus dare*: quod probat tum ex aliorum damno; *Quia multos secum præcipitat in mortem, & necesse erit, vt sit pro* D *tantis reus, quantos secum traxerit in reatum*. Notanda verba; tum etiam ex diuini nominis opprobrio, nam qui peccat sine offensione aliorum, *Sacrosanctum Dei nomen sacrilega blasphemantium maledictione non lædit, qui verò blasphemare alios fecerit per conuitia plurimorum inæstimabilem Deo facit iniuriam*.

2. Reg. 12. num. 13.

Lyran.

7. Dauid peccatum quomodo ab eo translatum.

8. Peccata publica difficulter remittuntur à Deo quo ad pœnam.

Saluian.

9. Eius ratio.

At liceat nunc sic argumentari, si taliter Deus in filio castigauit Dauid, qui amicus, qui doluit, gemuit, continuéque ob hoc contristatus incessit, qualiter putandum in filios animaduersorum impudicorum, quos numquam malè fecisse pœnituit, insuper in peccato suo putrido, fœtidoque mortui inueniuntur, nonne tales Deus euellet filios, exterminabit, atque in flore iuuentutis emarcescere faciet? Sic Deus sacerdoti Heli, ob dissimulationem interminatam peccatorum filiorũ, puniuit

eum

eum in filijs, & præcipuè in accelerata morte eorum, *Prædixi enim ei*, inquit Deus ad Samuelem,

1. Reg. 3. num. 13. — 1. Reg. cap. 3. num. 13. *quod iudicaturus essem domum eius in æternum propter iniquitatem eius, eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.* Quæ filiorum indignitas in duobus valde grauibus constitit,

10\. Filiorum Heli peccati grauitas in quo stetit. — primum in eo quod commodum suum Dei præferebant sacrificio, & honori, dum tollebant partem suam, antequam sacrificium fieret, contra morem Deique institutum, in maximam Dei illud cedens offensam, præferebant enim se ipsos Deo.

11\. Prælatorũ peccatum maximum. Deo se præferre. — Quod mali Prælati Deiq; sacerdotes (vt hoc adiungam) similiter faciunt, quando ex redditibus Ecclesiasticis, Deo sacrati, primum se ipsos, deinde, si superest (quod raro, & numquam) Ecclesiam impinguant & pauperes; immò illam, & hos sæpè, immo ferè semper depopulatam, miseramque, & infœlicem derelinquunt. Quod equidem peccatum non minoris est ponderis, quàm filiorum Heli, immò maioris, tantoque, quanto Ecclesia Christi Ecclesiæ præfertur Iudæorum: vnde non mirum si simili pœna isti mulctentur, priuatione nempè dignitatis, honore insuper, & opibus.

11\. Prælati quã tum subeãt periculum male sua dispẽsantes. Ezec. 34. 2. — Libeat, quæso, paululum in hac re immorari, non enim extra eam erit, si quantum periculi subeant Prælati malè Ecclesiastica dispensantes bona, semel aperiamus. Priuantur ergo, vti diximus, dignitatis honore, priuantur & ipsis opibus, dignè hac pœna mulctati, quia malè suis prouident ouibus. *Væ pastoribus Israel*, inquit Ezechiel. cap. 34. num. 2. ex ore Domini, *qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis.* At quomodo gregem isti pascere non dicuntur, si & lac, & lanam oues habebant, crassumque erat inter illos? Optimè equidem, nam etsi pascebant, non ouibus sed sibi pascua dabant, pascebant, sed vt lanam eriperent, vt lac ebiberent vt crassum occiderent. Proh dolor! quod hodiè videmus, perspicimus, & manibus attrectamus, curritur ad prælationes, regimina appetuntur, vt equidem regant, non ad subditorum fructum, sed ad sui emolumentum,

12\. Mercedem à populis exquirere non debent, sed alimentum. August. — mercedem laboris à populis exquirentes, cùm non nisi alimentum deberent, vt grauiter dixit Augustinus tractatu de Pastoribus tom. 9. cap. 2. & 3. *Accipiant*, ait, *pastores sustentationem necessitatis à populo, mercedem autem dispensationis à Domino, non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt, non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem.* Nilmelius. At nunc non equidem à Domino, sed à subditis merces exquiritur, quam sic amplam iudicant esse debere, vt nec lac sufficiat, nec lana, nisi etiam ad mortem quæratur ipsum, quod crassum, quod pingue:

Bernar. — *Conceditur tibi si benè deseruis*, inquit Bernardus ep. ad Fulconem, *vt de altari viuas, non autem vt de altario luxurieris, de altario superbias, vt inde compares tibi fræna aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, variam supellectilem ornatu purpureo diuersificatam; sed vt habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Qualis ergo erit hæc pœna? audiamus Ezechielem, *Cessare faciam eos, vt vltra non pascant gregem.* Digna equidem pœna, vt è sacerdotis honore eiciatur, qui sacerdotis officium nescit, qui se pascere curat, non gregem, qui congregat aurum sibi, pauperibus autem eum non spargit.

13\. Prælatorũ auaritia taxata à Bernardo. Idem. — Quod factum à sui temporis pastoribus lachrymatur idem Bern. ser. 10. in Cantica, dum inquit, *Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligant in acquisitionem turpis quæstus, & precium vniuersitatis suis marsupiis includere festinant:* Cùm verè aurum, quod ex Christi sanguine conflatur, clamet, dum in marsupiis reconditur, quod non licet eum in corbona retineri, quia precium sanguinis est,

14\. Aurum ab eis inclusũ quantum illis nociuum. — qui sanguis iniustè inclusus, sic clamat, ac alter ille innocenter effusus, parique pœna retinentes suos puniens, & sic illis exitialis existens, ac fuit illi parricidæ pessimo.

15\. Cain sanguis Abel effusus quales illi attulit calamitates. Gen. 4. 11. — Libet equidem hoc expẽdere, in tribus enim punitus vir extitit iniquus, seu, vt melius dicam, sanguis effusus proditoriè tres illi ingentes attulit calamitates, Dei maledictionem, *Nunc igitur maledictus eris super terram.* Genes. 4. 11. huius sterilitatem: *Cùm operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos:* tandem vagationem, siue inconsistentiam in vno eodemque loco, *Vagus, & profugus eris super terram.* Hæc mala, hæc supplicia pessimo illi sanguis attulit innocens effusus.

16\. Easdẽ malis prælatus afferet sanguis Christi in marsupiis inclusus. Gregor. — Numquid eadem non causabit sanguis Christi violenter detentus, & pauperibus non distributus? numquid non maledictione, & æterna, punientur, nisi resipiscant? *Ad pœnam nostram*, magnus inquit Gregorius homil. 17. in Euangelia, *Episcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutis tenemus:* & post pauca, *Ponamus ante oculos nostros illam tantæ districtionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis, quibus talenta credidit, ponet, in illo tanto examine vnusquisque quis operatus ostendetur, ibi Petrus cum Iudæa conuersa, quam post se traxit apparebit, ibi Paulus conuersum, vt ita dixerim, totum mũdum ducens, ibi Andræas post se Achaiam, ibi Ioannes Asiam, Thomas Indiam in conspectum sui iudicij conuersam ducet. Cùm igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni Pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negocium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, & oues, quas nutrimento nostro debebamus ostendere, non habemus.* Notanda hæc postrema verba, tremunt, ac maledictionem in illa die formidant, qui nullas oues ex suo pastoricio habent, numquid non timebunt, ac non maledicentur,

17\. Prælati auari, non pastores, sed raptores. Bernar. — qui fame, miseriaque eas interire permiserũt, qui non pastores, sed vt inquit Bernard. serm. ad Clerum in Concilio Remensi congregatũ, raptores dici possunt: *Ecclesia Dei vobis commissa est, & dicimini pastores, cũ sitis raptores, & paucos habemus, heu! pastores, multos autẽ excõmunicatores, & vtinã vobis sufficeret lana, & lac, sititis enim sãguinẽ*, quibus meritò Vrbanus Papa Sanctis. maledictionem Ananiæ & Saphiræ timet,

Vrban. Papa. — *Ipsa enim fidelium res*, inquit, *oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, non ergo debent in aliis vsibus, quàm Ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, vel indigentium conuerti, quia vota sunt fidelium, & precia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum à Domino tradita: si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegij efficiatur*, in c. videntes, 12. 9.

Maledictioni ergo subiacent, nec minus terræ sterilitati, ac opum expoliationi, & miseriæ. Mi-

18. Mundus ob auritiam prælatorum calamitatibus obtuitur.

rum quod Hietonymus super Malachiam ait, & refertur in cap. Reuertimini 16. quæst. 1. mundum scilicet calamitatibus obrui, quia Ecclesiastici bona non elargiuntur sua, pauperibusque ea non distribuunt. *Si quando fames, ait, penuria, & egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex ira Dei descendere, qui se in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari dicit sua possessione, quia iuxta Sanctorum Patrum traditionem, nouimus res Ecclesiæ, vota fidelium esse, precium peccatorum, patrimonia pauperum.* Mirum, quod hodie videmus, Reges scilicet, Principes, Dynastas, sic se in bonis intrudere Ecclesiarũ, Ecclesiasticorũque, vt quasi pauperũ non essent bona, ad se ea attrahere ambiãt, immò quasi ex iure ad se pertinere putent, vnde consumpto eorum patrimonio, dilaceratoque, ad patrimonium aduolant Christi, nouis exquisitis coloribus, extremæ prætextu necessitatis, ita vt iam sic illis Dei Ecclesia pensum soluat, ac si non esset libera; nec existeret Domina. Ne mirentur hoc Ecclesiastici, neque tempora lamententur, iusto equidem Dei iudicio illud fit, malè eis dispensantibus Ecclesiarum bona, nam dum hęc in proprium, non verò egenorum vsum conuertunt, iustum quidem est, vt rapiat fiscus quod Christo, quod pauperi defraudant, ob hoc Ecclesiarum, Ecclesiasticorumque pauperies, ob hoc pensionum cumulus, siue bonorum direptio. Fructibus terræ Deus priuauit pessimum Cain, quia indignum iudicauit quem terra aleret, dum ipse ita crudeliter fratri vitam ademit, quam vt iunior sustentare debuerat, & puniuit Deus eum illa pœna, vt illi omnium infensissima, omniumque durissima. Quod eleganter expressit Philo lib. quod deterius potiori insidietur, ponderans illa verba: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, quasi diceret: Si non præbes mihi bona terræ, nec cœlestia equidem accipio: si non datur frui voluptatibus, nec virtutem quidem desidero, si non impertiris humana bona, diuina quoque tibi habeto, nam apud nos necessaria, chara, & verè germana bona sunt edere, bibere, vestiri, per visũ frui colorum varietatibus, per aures oblectari sonorum concentibus, per nares exhilarari vaporum fragrantiis, ventris ad satietatem expleri voluptatibus.* Puniuit ergo Deus hunc ea pœna, qua maior illi non extabat, quia peccator, quia totus carneus, quia impius homo, quia tãdem quem alere debuerat, occidit. Non equidem tales nostros indico Ecclesiasticos, absit, solummodo addo, vt videant, an dum consimili eos pœna Deus castigat, non sit, quia nimis Ecclesiasticis bonis addicti, ita magni ea faciunt, vt erogare non audeant profuséque in pauperes ea expendere, & causa sint mortis eorum, quorum habuerant esse vitæ.

19. Principes cur bona Ecclesiastica sua faciunt.

20. Cain cur fructibus terræ priuatus. *Philo.*

A B C D

Tandem vagatione impius punitus, nullam certã habens sedem, nullum firmum domiciliũ, semperque vagus, ac profugus, in nullo vnquam firmo consistens loco, Prælatos extra Ecclesias videmus suas, anxiè varijs prætextibus extra illas degere, gradus in Curijs, siue Pontificis, siue Principum prætendere, totum propemodum peragrare mundum, non vocatos, non coactos, sed negociationibus intrusos. Numquid non maledictio Dei est, quæ super illos tremendè cecidit, quia, vti par erat, de ouibus suis, dum inter illas stabant, curare desierunt, ac patrimonium Christi in terra defodientes, iusto suo iudicio vult Deus, vt extra suam illum erogent Ecclesiam, pauperes aliquando ad illam reuertentes, dum ditissimi exierunt. Quid, quæso, Prælatorum tam proprium, quàm in suis residere Ecclesiis? Apocal. 4. num. 6. vidit Ioannes, *In medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia.* Quomodo in medio, & in circuitu? mystica equidem locutio, quatuor enim animalium nomine Doctores, pastoresque animarum designantur, quorum tanta cura debet esse, & sic semper cum eis assistere, vt non solum in medio videantur, sed etiam semper in circuitu esse. A qua interpretatione non procul est Diuus Ambrosius vt in Glossa. *In circuitu sedis quatuor animalia sunt*, inquit, *quia Doctores populum sibi commissum, & à visibilibus, & ab inuisibilibus hostibus quanta virtute possunt, defendunt: in medio sedis consistunt, quia vnumquemque eorum, vt in virtutibus, omnibusque bonis operibus proficiant, admonere non desinunt.* Murmurantibus Aaron, Mariaque de Moyse, solam Mariam lepra infecit, Num. 12. 10. *Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix.* Cur non Aaron cùm eodem de fratre liuore murmurauerat, ac eius soror. Theodoret. quæst. 13. Abulens. quæst. 64. Oleaster in expositione litterali eiusdem capitis duas afferunt rationes. Primam, quia Aaron minorem culpam contraxit; quod colligit Abulensis ex contextu Scripturæ, quæ prius nominat Mariam, quàm Aaron, *Locutaque est Maria, & Aaron. Et ita innuitur*, inquit Abulens. *quod locutio totaliter pertineret ad Mariam, esset autem Aaron, vt fauens ei, & non vt principaliter loquens.* Secunda autem proprior ad rem nostram, quia Aaron erat sacerdos, qui duplici de causa infici non debuit, tum quia in sacerdote maxima munditia necessaria, tum, (quod nobis fauet) quia leprosus ab hominum commercio separari consueuerat, Leuit. 13. nu. 1. non autem conueniens erat Aaronem separari, cùm esset summus sacerdos, ad quem cura spectabat animarum, vnde maluit Deus cum pœna Aaroni debita dissimulare, quàm cum eius residentia, minus reputans malum peccatum pœna non plectere, quàm a populo Pastorem abalienare.

21. Prælati cur extra Ecclesiam vagantur.

22. Eorũ proprium in sua Ecclesia residentia. *Apoc. 4. 6.*

23. In Dei sede cur vidit Ioannes animalia in medio & in circuitu. *Ambros.*

Num. 12. 10.

Theod. Abul. Oleast.

24. Aaron cur non lepra infectus vt eius soror, etiamsi cũ illa murmurasset.

Leu. 13. 1.

Iacob etiam, dum iuuenis, fratrem timuit, & vt eius vitaret iram, è domo fugiens peregrinus in alienas perrexit terras, ac reuertens postea, etsi eundem extimuisset, tamen non fugit, sed primus obuiam illi perrexit, *& ipse progrediens adorauit pronus in terra.* Gen. 33. n. 3. Mysterium agnouit Chry. homil. 33. in ep. ad Corinth. primò fugit, quia solus postea mortẽ non recusat, quia caput, & pastor, eligens potius cum suis emori, quàm sine illis viuere, *Vide*, inquit, *vt timidus ille charitate suscitante leone quouis animosior euadat, velut propugnaculum enim quoddam, seipsum ante cæteros locãs, paratus erat ferrum illum, & minas, quemadmodum suspicabatur, sperantem excipere primus, & suo ipsius corpore, parare vxoribus salutem, & quem domi timebat intueri primus in acie studet.* Nil melius. At totũ hodie oppositũ fit, vidẽt lupum venientẽ, & fugiunt, imò fugiũt antequã veniat, à sua abacti cupiditate, à suamet facti ambitione extorres, sub maledicto existentes, ac alter ille pessimus, quia sanguinem Christi violenter retinent in marsupiis, seipsos prius saginantes, non secus ac filij Heli, quorum primum malum erat, vti diximus, se ipsos Deo præferre.

25. Iacob Prælatorum exemplar. *Gen. 33. 3. Chrysost.*

26. Prælati suas deserere nõ debẽtoues, etsi periculum immineat mortis.

A Secundum autem, mulierum sollicitudo, quæ in ostio excubabant tabernaculi, cum quibus, vt inquit Scriptura vbi supra cap. 2. *ipsi dormiebant*, quod malũ erat maximũ, scandalosumque, valdè Deo displicens, & vt pater eis dixit, *pessimam*. Quapropter iustus ille iudex, qui ad pondus determinat delictis pœnam, his duobus malis duo applicauit ex æquo correspondentia pœnarum genera, primò equidem amotionem à sacerdotio, vt diximus, non solum à filiis, sed etiam à stirpe sua, ausui correspondens temerario, quo se ipsos Deo præponebant, *Nesciebant ipsum, neque officium sacerdotum ad populum*, vt inquit Scriptura. Fœdo autem obscænoque peccato præproperam applicuit mortem, non solum filiorum, sed nepotum, & omnium

26. Heli filiorũ peccatum quàm iustè punitum in præpropera morte omnium sui stirpis.

è stirpe eius descendentium. *Non erit senex in domo tua omnibus diebus, & pars magna domus tua morietur, cùm ad virilem ætatem peruenerit*. B Digna equidem impuri, obscænique peccati pœna; sollicitudinis mulierum, acrisque libidinis, quam in Dei templo exercebant, erat peccatum iuuentutis, puniantur in iuuentute, & moriãtur, antequam senescant, quæ peccata quia dissimulata à patre in eum redundarunt: meritoque dicere possumus ipsum Heli talibus peccatis Deum offendisse, vnde ob talia peccata parẽtis, filios, nepotesque suos fuisse castigatos, & sic in iuuentute mortuos, quia grauiter pater eorum Deum sanctum offendit, vnde meritò, inquit noster Sapiens, tales filios in consumatione esse, & citò finire vitam quia filij sunt adulterorum, gentisque peccatricis.

27. Peccata propriam decurtant vitam.

At non equidem hoc mirandum, peccata scilicet patrum vitam decurtare filiorum, cũ sæpè contingat & propriam adimere vitã, 3. Reg. 3. n. 14. *Si autẽ ambulaueris in vijs meis* dixit Dominus Salomoni, *& custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos*,

3. Reg. 3. 14.

Vbi notandum quod ad dandam Deus Salomoni sapientiam diuitiasque, & gloriam, nullam apposuit conditionem, *Feci tibi secundum sermones tuos, dedi tibi cor sapiens, sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi*, diuitias scilicet, & gloriam: at ad vitæ longæuitatem subdit, *si autem ambulaueris*. Per quod quid nobis aliud insinuatur, nisi quod ad annorum longæuitatẽ, puritas, immaculatusque necessarius est vitæ cursus, qui quando impurus, decurtat; vitæque obtruncat stamen.

Zonaras.

28. Anastasius tempestiuè ob peccata mortuus.

Zonaras enim scribit tom. 3. Anastasium Imperatorem Eutichianæ hæresis fautorem, talem visionẽ vidisse, virum scilicet terribilem, librum manu gestantem, atque ei dicentem: *Ecce ob peruersitatem fidei tuæ, annos quatuordecim vitæ tuæ deleo*, quo dicto, ictus subito fulmine periit. D Et S. Bernar. 2. tom.

S. Berna.

Domin. 2. Quadrag. fer. 17. art. 3. ca. 11. terribile exemplum narrat accidisse in Hispania citeriori, in oppido, cui nomen Sui non procul à Valentia, nempè ob malam vitam suspensum fuisse adolescẽtem, qui vix annum duodeuigesimum vitæ suæ attigerat, quo suspenso, statim erupisse barbam, illicò profundam, ac mox canum euasisse, & apparuisse quasi ætatis nonagenariæ, quod mysterium cùm Deus Episcopo oranti reuelasset, adstantibus dixit. *Quid admiramini, fratres, aut quid amplius scrutamini in hoc portento, voluit Deus, vt vobis, & per vos omnibus innotescat quantùm de vita iis detrahat, qui malè in mundo vixerunt; victurus certè hic iuuenis fuisset ad eam ætatem, quæ modo in facie eius appares, nisi mala eius vita, ac parentum inobedientia septuaginta annos ei detraxisset.*

A Sed quid hoc mirum, cùm vnum peccatum ex immortali hominem fecerit mortalem: pondera immortalitatem, & mortalitatem, & vnam esse considera vitam sine termino, & infinitam, alteram finitam, & cum termino, quantumque distet infinitum à finito, tantum dic, quod vitæ homini detraxit peccatum: vt semel intelligas nullam aliam rem magis vitam decurtare humanam, quàm peccatum, & viuere post vnum admissum gratiam Dei esse, iuri peccati vim inferẽtem. Nam vt optimè, & egregiè inquit Ambrosius lib. 2. de Vocat. gent. ca. 8. tom. 4. *De immaturitate mortis non est ratio conquerendi; nam cùm semel in naturam nostram per peccatum ingressa fuit mortalitas, obnoxiam sibi omnem fecit diem*. Nil melius. Semel per peccatum factus homo mortalis, vita non amplius, neque tempus extitit suum, sed totum obnoxium fuit B peccato, id est subiectum, sicut quod vitæ tempus habemus contra illius sit ius, contraque id quod ei iustè debetur, *Vita huius principium*, sequitur Ambrosius, *mortis exordium est, neque prius incipit augeri ætas nostra, quàm minui, vti si quid adiicitur spatij temporalis, non ad hoc accidit, vt maneat, sed in hoc transijt, vt pereat: Quod ergo ab initij sui die mortale est, quolibet accidet die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec vnquam ei vicinius est posse viuere, quàm posse deficere, & sine morbis, sine debilitatibus, sine vulneribus, non solum anni, aut menses, vel dies ætatis humanæ, sed & omnes horæ, omniaque momenta subiecta sunt*. Egregiè: omnes horæ, omniaque vitæ momenta peccato sunt obnoxia, & debita; quod cùm ita sit, euenit vt contra legem, contraque peccati ius sit quodlibet, quod homo viuit momẽtum. Peccatum ergo causa C mortis extitit Adam, peccatum eius accelerationis, & vti diximus, non solum propriæ, sed alienæ, sed filiorum, nam sibi mortem accelerauit, & nobis. Similiter & cæteri parentes malè viuentes, mortem acceleratam merentur filiorum, vti ait noster Sapiens, & quod numquam eos videant perfectos, consumatosque, sed imperfectos, *quia filij adulterorum, & malorum hominum in consumatione erunt.*

Num. 17. *Etsi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur; & sine honore erit in nouissimo senectus eorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Dixerat Sapiens, præmaturè mori filios adulterorum, at quia aliquando contrarium euenit, nunc in hoc versu etiam longæ vitæ eorum prædicit infœlicitatem, vnde & sequitur. *Connexio Capitis.*

Etsi quidem, &c. Hieronymus vbi supra, *Cùm longi fuerint temporis, reputabuntur in nihilum, & ignobilis in nouissimis erit senectus eorum*. *Hierony.* Interlin. *in nihilum computabuntur*, intelligit, quia memoria illorum in æternum benedictione carebit, quod est, in nihilum reputari, nihil est, quia Deo maledictus. *Interlin.*

Cantacuzenus intelligit hanc sententiam de filiis malis, sed verissima est sententia Lorini, qui etiã *Cantac. Lorin.*

dinem, quam oportet excusari per bona matrimonij, habet etiam annexam depressionem mentis, propter vehementiam delectationis carnis. Vnde Gregorius dicit: *Tantò mens à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur: & ideo ante susceptionem legis requirebatur magna mundities, & eleuatio mentis.* Optimè sanè: nam licet negare non possimus actum matrimonialem licitum esse ex se, tamen non est ambigendum continere in se crassitiem quandam, vt sic dicam, quæ turpitudo dici potest, indecens ad Dei supernam, puramque conuersationem, & simul cum hac turpitudine, vt benè inquit Lyra habet etiam mentis annexam depressionem, dum vehementia delectationis ad se illam trahit, vim inferens, vt attendat infernè deferens superiora. Nam, vt inquit Galenus lib. 1. de semine cap. 16. Vehemens delectatio in actu generationis non solùm mentem deprimit, sed etiam aliquando & ipsam vitam absumit: *Accedente insuper voluptate*, ait, *quæ ipsa per se sufficiens est, vitalem firmitatem dissoluere, adeo vt iam quosdam ex nimia voluptate, ac iucunditate mortuos esse constet.* Ex quo fit, vt benè dixerit Sixtus Papa Sanctiss. lib. de castit. 5. tom. Biblioth. vitium in matrimonio vsu nimium, castum dici non posse, quia est incontinens: *Cæterum*, ait, *si quisque matrimonij sui semper incontinens est, castus quomodo dici possis ignoro: aliud est, si inter castitatem, & incontinentiam nulla diuersitas est, quod si ita est, erit continens, non castus, si incontinens castus, aut si ratio non concedit, vt continens castus negetur, eadem & incontinentem castum habere prohibet: vnde dici quidem potest casta fœmina seruans viro suo fidem, sed meritò non à marito, nisi etiam ab ipso continens fuerit, vir quoque si non machetur, à macha castus dicendus est, non à muliere, nisi ab vxore sit continens.* Si ergo incontinens, si non castus, vt in vxorem nim[illegible] ineptus profectò ad Dei purissimam erit conuersationem, quapropter ad hoc vt mens benè disposita ad superiores actus inueniatur, necesse est vt ad superiora sit assuefacta, & ab inferioribus abstracta, quod non eueniet, si carnaliter, licet sanctè, & iustè viuat: quod si hoc, quando honestè, & moderatè, quid erit quando inhonestè, immoderateque coniugio vtentur? nonne carnales toti erunt? nonne sicut equi, & muli se coniungent? Quod cùm sit, meritò Deus coniugij interdicit actum, dum legem sanctam dare intendit.

17\. Actus coniugij licet bonus, deprimit tamen mentem, & cur.

Galenus.

18\. Voluptas venerea aliquando & ipsam vitam tollit.

Sixt. PP.

19\. Vir nimius in matrim. vsu incontinens dici potest.

1\. Reg. 21.

Similiter etiam Abimelech 1. Reg. 21. ad manducandum tantum panem sanctum, abstinentiam ab actu postulauit matrimonij, *Si mundi sunt pueri maximè à mulieribus*, num. 4. non enim putabat corpus illud esse dignum panis contactus sanctificati, quod se cum alio corpore coniunxerat. Ex quo elucet, quàm decens sit ad tempus ab actu abstinere matrimonij, ne vxor sit veluti scortum, nec vt tale habeatur: cùm pro tali reputabat illam Hieronymus, qui lib. primo contra Iouinianum circa finem ex Seneca scribit: *Refert Seneca se nouisse ornatum quendam hominem, qui exiturus in publicum fascia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem temporis eius præsentia carere poterat, potionemque nullam, nisi alterius tactam labris vir, & vxor hauriebant, & alia non minus inepta facientes, in quo improuida vis alterius affectus erumpebat.* Quod

Hieron.

20\. Vxor quādo vt scortum habetur.

A damnans sanctus subdit, *Origo quippe amoris honesta erat, sed magnitudo deformis, nihil autem interest ex turpi, quàm ex honesta causa quis insaniet.* Nil aptius, totum est insanire, si amor est vehemens, & ita insani dicendi, qui propter vxores sic depereunt, ac illi, qui propter scorta: vnde bene idem Seneca ex eodem Hieronymo, vbi supra, non solum talem virum insanum, sed adulterum vocat: *Adulter est*, inquit, *in suam vxorem amator ardentior, in aliena quippe vxore omnis amor turpis, in sua nimius: Sapiens vir iudicio debet amare coniugem non affectu.* Pulchrè, virum iudicio debere amare vxorem, non affectu, multa enim definet facete, quæ suadet affectus, castitatem sanctam in matrimonio seruans, quæ suadet sanctè matrimonij actu vti debere, & cum omni decentia, etiamsi in tenebris sint, nullaque luce perfundantur.

21\. Vir ob vxorem insanus quando dicendus.

22\. Vir quando in vxorem adulter.

23\. Vxcam amare debet.

B Hoc suadebat Clemens Alexandrinus in Pædagogia lib. 2. cap. 10. quando maritum ne fræna impudicitiæ, etiam in nocte, relaxet monebat, *Neque vero, ait, noctu tanquam in tenebris immodestè, & intemperanter vtendum est, sed verecundia tanquam lux rationis in animo est includenda, nihil tamen à Penelope telam texente, differemus, si interdiu quidem texamus dogmata temperantiæ, noctu autem eadem retexamus: si enim honestatem oportet exercere, multo magis vxori tuæ ostendenda est, inhonestas vitando coniunctiones, & nimium acres, & vt quòd castè verseris cum proximis, fide dignum è domo adsit testimonium.* Quibus astipulans Hieronymus vbi supra, asserit dicens nil fœdius quàm vxorem amare quasi adulteram.

Clem. Al.

24\. Sanctè matrimonij actus tractandus, & cum omni decentia.

Hieron.

C Vnde non mirum si apud illos, qui sic vxores suas amant, sicque cum eis congrediuntur, cito talis amor transeat, ac parum duret, immo quod in odium postea vertatur, finis namque eorum cùm sit delectatio, origoque amoris sensualitas, exsatiata hac, illico ipsa delectatio cessat, qua cessante penitus perit ipse amor: *Beneuolentia etiam*, inquit Clem. *quæ fatetur præcipitem se ferri ad congressionem, exiguo floret tempore, & cum corpore consenescit, nonnunquam etiam præsenescit, flaccescente iam, & marcescente libidine, quando matrimonialem moderationem & temperantiam, meretricia voluptates iniuria affecerint.* Pulchrè, vbi notandum verbum illud, *præsenescit*, quod intelligendum, etiam florescente corpore, cuius equidem ratio, quia flaccescit, & marcescit libido. *Amantium corda sunt volucria*, inquit idem Sanctus, *amorisque irritamenta extinguuntur sæpè pœnitentia, amorque sæpe vertitur in odium, quando reprehensionem senserit satietatis.* Nil melius, opprimuntur à satietate, & oppressi, ac ab eadem redarguti, dolorem sentiunt non delectationem, hanc cùm ipsi ament, & non percipiant, fit vt in odium eorum conuertatur amor.

25\. Viri sic vxores non amant aliquando.

Clem. Al.

26\. Amantium corda volucria.

D

27\. Amor sensualis quādo vertitur in odium.

Non sic autem, qui castè, moderateque amant, semper enim eorum durat amor, semper est viuidus, & non sic Rex purpuram amat, inquit Chrysostomus homil. in Psal. 3. vt vir mulierem suam, cuius vita concors regnum dici potest: *Cuilibet viro*, inquit Sanctus, *regnum est concors coniux, & non sic Rex purpuram, & diadema, vt vir vxorem diligere debet, vxor enim*

Chrysost.

28\. Coniux concors regnum viri.

corona est viro suo. Cuius castus amor ita ardens, fortis, & perseuerans est, vt quodlibet aliud bonum potius velit sibi amittere maritum, quàm suæ amorem sponsæ, vnde cùm talis esset amor inter Vlyssem, castamque Penelopem, non mirum si ille immortalitatem quam ei Athlantis promittebant filij, si apud se maneret, reiecit, ac pro
Arist. nihilo duxit, & vt inquit Aristoteles Oecon. lib. 1.
29. Quæ dici potest felix. cap. 3. *Magis optauit mortalem vxorem, filiumque videre, quam fieri ipsum immortalem.* Fœlix mulier, quæ sic à viro suo diligebatur, cùm tota eorum felicitas si bene consideres, sola hæc sit, à viro nempè amari. Ergo felices qui sic amantur, præmiumque obtinent casti connubij, felicitatem nempe, vnde bene tales felices noster appellat Sapiens dicens, *felix sterilis*, &c.

Num. 14. *Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec* B *cogitauit aduersus Deum nequissima, dabitur illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Locutus est Sapiens de muliere continenti in statu matrimoniali, nunc loquitur de viro continenti in eodem statu, secundum veriorem sententiam: spado enim hîc vir continens debet accipi, vt mox clarius dicemus.

August. Hieron. *Et spado*, &c. Sic legit etiam Augustinus in speculo, licet Hieronymus apud Isaiam 16. legat *Eunuchus*, per spadonem enim hîc intelligitur vir continens. Quod vt intelligatur

1. Eunuchi in triplici differentia iuxta accipi possunt. Sciendum Eunuchos in triplici accipi posse differentia, iuxta Christi doctrinam Matth. 19. 12. vbi inquit, *Sunt Eunuchi qui de matris vtero sic nati*
Mat. 19. 12. *sunt; & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum.* Duo prima genera, & qui propriè
2. Eunuchi qui a templo repellabantur, qui. Eunuchi dicuntur, repellebantur à templo. Deut. 23. *Non intrabit Eunuchus*, &c. De his ergo certum est non loqui Sapientem, loquitur ergo de
Deu. 23. tertiis, de illis scilicet, qui licet coniugati, tamen steriles, & ne Deum offenderent, patienter D notam tolerabant sterilitatis, quæ magna in illis
3. Euangelici, qui. temporibus: vel loquitur de illis, qui voluntariè se castrauerunt, aut permanendo semper virgines, aut casti in coniugio, vel absque coniugio, & de istis affirmat Sapiens esse felices &
Hieron. Isa. 56. 3. accepturos fidei donum electum. Quapropter optimè Hieronymus in cap. 56. Isai. intelligens hunc locum de Eunuchis Euangelicis, ipsum coniungit cum loco Isaiæ, qui sic numero tertio. *Et non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, Qui custodierint sabatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quæ sententia eadem fermè est cum hac Sapientis: nam idem

A est sabatha Dei custodire, & eligere quod Deus voluit, & tenere fœdus illius, ac non operari iniquitatem, nec cogitare aduersus Deum mala, & idem est dare illis per Isaiam locum, & nomen in muris, & in domo sua Deum, ac per sapientiam donum electum, ac sortem in templo Dei acceptissimam. Loquitur ergo Sapiens iuxta dicta, literaliter de illis hominibus coniugatis, qui steriles cùm sint, ne Deum offendant, patienter suam tolerant sterilitatem, & hac ratione Eunuchos eos nominat, mysticè verò de Euangelicis loquitur Eunuchis, vt inquit Idem. Hieronymus, ac per consequens de religiosis viris, qui tribus illis votis se propter regnum castrauerunt cælorum. Euangelicos autem Eunuchos ego intelligo, aut qui semper virgines permanserunt, aut qui numquam se matrimonio copulauerunt, aut etiam steriles in matrimonio, sed continentes, nullam aliam præter suam cognoscentes vxorem, quos beatos Sapiens, felicesque nominat. De nomine, Ethymologia, bonis, & malis partibus Eunuchorum, si placet consule Lorin. in Acta Apostolorum cap. 8. num. 27.

Qui non operatus est per manus suas iniquitatem, &c. Ad literam potest intelligi de eo spadone, qui non deflorauit virginem manibus suis: nam vt inquit Suidas, verbo *spado, solent* Suid. *spadones quibus virilia plane amputata sunt, manibus, ac digitis corrumpere mulierem.* Sed licet literaliter sic intelligi possit, tamen generaliter illud accipiendo, de peccatis operum ac- Lorin. cipi potest, sicut accipit Lorin. & [illegible], Olkot Olkot. simpliciter illud accipit de tactibus impudicis.

C *Nec cogitauit aduersus Deum*, &c. Denotantur peccata intemperantiæ in mente: rectè Olkot lect. 39. ex hoc loco colligit delecta- Lorinus. tionem morosam esse peccatum mortale, nec displicet quod ponderat Lorin. talia peccata, (mentis scilicet) propriè esse contra Deum, qui solus interiorum est cognitor, licet diuersa habeant obiecta, ob hoc Dauid, quia occultè peccauit, dixit, quòd soli Deo peccauerat, *Tibi soli peccaui.*
4. Mentis peccata propriè cōtra Deum dicuntur.

Dabitur illi fidei donum electum, &c. Hieronymus: *Dabitur enim fidei eius gratia electa.* Hieron. Per fidem non fidei virtus, sed fidelitas intelligitur, tali scilicet constanti fidelitati dabit Deus non quodlibet donum, non quamlibet gratiam, sed donum electum inter millia, at quale erit hoc donum ex sequenti patebit, &c.

Et sors in templo Dei acceptissima. Hieronymus, *& pars in templo Domini delectabilis.* Hoc Hieron. est donum, præcipua nempè gloria, & particularis *in templo*, id est in Dei regno: quòd si virgines rectè *Aureolam* intelligere possumus, hæc est germanus sensus: quòd vero beatitudo dicatur sors, & electissima, probat Lorin. vide apud ipsum. Lorin.
5. Virginitatis fructus.

Castro distinguens donum ab hac sorte, per Castro. hanc intelligit partem aliquam ministerij in templo Hierosolymitano assignatam Eunuchis, licet fuissent extra tribum Leui, sed potiores alios existimo sensus, nempe per hanc sortem intelligi debere, aut peculiarem Dei protectionem, aut Aureolam, aut donum castitatis coniugalis, intelligendo pro templo Dei Ecclesiam.

Ex quo vltimo sensu, licet non satis accommo-

6. *Vxores castis cur Deus dat aliquando.* do, præclarum deducitur documentum; nempè quòd ficut multoties Deus adulterium permittit mulieris, vt supra diximus, propterea quod vir eius ab ipso adulteratus sit, sic è contrà multoties demum infundet mulieribus castitatem coniugalem, itavt potius moriantur, quàm viros suos offendant, & hoc ob castitatem, fidelitatemque à viris erga Deum obseruatam.

DIGRESSIO VI.

Vtrum Aureola recuperabilis sit à virgine mente corrupta, licet corpore integra.

OCcasione eius quòd diximus de Aureola, vt magis apprehendatur virginitatis, ac integri- B tatis difficultas placet hìc breuiter punctum quæstionis examinare, vt semel verè virgines lætentur, sicut è contrà quæ falsæ non glorientur.

1. *Aureola, quid.* *S. Thom.* Sed primò explicandum quid sit Aureola, quapropter cum D. Thom. in Supplement. ad 3. par. q. 96. art. 1. in corp. adnotandum beatitudinem essentialem dici *Coronam*, vel *Auream*, tum ex parte meriti, quia militia est vita hominis super terram, & sic cum pugna acquiritur: tum ex parte præmij, quatenus per beatitudinem essentialem fit homo diuinitatis particeps, & per consequens Regiæ potestatis, cui propriè debetur corona; & eadem quoque ratione præmium accidentale, quod huic essentiali superadditur, etiam corona dicitur, sed quia nihil potest addi essentiale, quin sit eo minus, ideo hoc præmium accidentale essentiali additum, vt quid minus, *Aureola* dicitur, sicut *Aurea* essentiale.

2. *Beatitudo essentialis cur dicatur corona.*

3. *Opus meritorium ex duobus præmium sumere potest.* Secundò notandum, quodlibet opus meritorium ex duobus habere meritum; primum ex radice charitatis, qua refertur ad finem vltimum, & ex ipso genere actus, quod ex debitis circumstantiis, & habitu eliciente, & proximo fine, importat secum laudabilitatem quandam: ratione primi, scilicet charitatis, habet præmium essentiale, scilicet peruentionem ad finem, quæ est *Aurea*, & ratione secundi aliquando super essentiale præmium habet accidentale, quod *Aureola* dicitur.

Ex dictis colligitur qoid sit Aureola, & propter quod datur, vnde cum eodem Sancto vbi supra dicendum, quòd *Aureola est aliquid Aurea superadditum*, id est quoddam gaudium de operibus ab homine factis, quæ habent rationem victoriæ, non cuiuslibet, sed excellentis, aliud ab eo quod quis habet de coniunctione ad Deum.

4. *Virginitatis nomen dupliciter accipitur.* Tertiò notandum nomen *Virginitas* dupliciter accipi, primò pro carnis integritate omnis libidinosæ contagionis expertæ, & vt sic non est virtus, sed quid naturale, cum quo nascimur, quòd etiam inuiti possumus perdere: secundò accipi potest pro proposito seruandi illam integritatem, & puritatem perpetuò, etiam ab actu coniugali, & sic est virtus connotans in subiecto integritatem, & immunitatem carnis à contagione libidinis, formaliter autem consistit in perpetuitate propositi talem immunitatem & integritatem seruandi.

A Ex hoc notabili duo concluduntur certissima; primum per voluntatem nubendi amitti virginitatis virtutem, & eo fortius per voluntarium consensum in peccatum carnale, etiam si tantum internus sit; in qua re nulla est Doctorum difficultas; & secundum per corruptionem carnis inuoluntariam, non amitti virginitatis virtutem, quod expresè dixit Augustinus 1. de Ciuit. cap. 18. & communiter omnes. 5. *Virginitas quomodo amittitur.* *August.*

Quartò adnoto magnam esse differentiam inter fractionem propositi seruandi virginitatem per voluntatem peccandi carnaliter, aut per voluntatem nubendi: nam per primum non solum propositum abscinditur, sed mens per actum corrumpitur malum, & fœtidum, & contaminatur, & verè succumbitur hosti, & vt inquit Augustinus vbi supra, *Per consensum in opus turpe, etiam corporis sanctitas amittitur*: at per secundum, licet interrumpatur propositum seruandi virginitatem, non tamen fœdatur meos, nec corrumpitur luxuriæ inquinamento. His ergo sic suppositis, *Idem.*

Dico primo, virginem, quæ propositum seruandi virginitatem voluntate nubendi illud abscidit, posse Aureolam recuperare, si tamen propositum mutet, & firmiter statuat perpetuò seruare virginitatem. 6. *Qoomodo Aureola recuperari possit.*

Huius opinionis est Sanctus Thomas vbi supra art. 5. in corp. quatenus dicit, Aureolam deberi illi virginitati, quæ cadit sub actum virtutis, nempe sub electionem seruandi perpetuam incorruptionem mentis, & corporis, vnde illis virginibus Aureola debetur, quæ habuerint propositum seruandi virginitatem, siue ad illud se adstrinxerint, siue non. Quo dicto postea addit sanctus, *Quamnis hoc propositum* C *fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ inueniatur.* Vbi notandum de interruptione per voluntatem nubendi loqui Sanctum, non verò per voluntatem peccandi carnaliter, quod patet ex eo quod sequitur: *Nam virginitas mentis*, inquit, *reparari potest, quamuis non virginitas carnis*, quòd de illa virginitate mentis intelligi debet, quando mutans virgo propositum perpetuæ virginitatis, decernit nubere; hæc inquam reparabilis est, dum iterom perpetuò statuit non nubere: nam ex hoc temporis puncto, in quo hoc determinat, nouiter incipit verè esse virginem mente, & corpore; mente, quia nunquam in illa corrupta; & corpore, quia impolluta manet: at si semel peccat mentem corrumpit, licet se pœniteat, semper tamen corruptam dicetur fuisse mentem illam. Vnde notandum, quòd attentè, & appositè dixit Sanctus, *quamnis hoc propositum aliquando fuerit interruptum*, vbi D tantum loquitur de interruptione propositi, & non de corruptione mentis, & sic non dixit ly aliquando fuerit interruptum, quod aptius diceretur, si de peccato carnis mentali voluisset intelligi interruptio, sed quia tantum intellexit de interruptione absque peccato, ideo dixit appositè interruptum, non corruptum. *Idem.*

Ratio huius dicti est manifesta, nam ad veram, & excellentem virginitatis virtutem nihil deest, cùm totaliter, & integrè recuperetur, manens interrupta mente, & corpore, Aureola autem excellentiæ virtutis virginitatis debetur, ergo.

Dico secundo, virginem quæ peccato mortali **A**
mentali tantum mentem corrupit suam, consen-
tiendo in actum libidinosum, irrecuperabiliter a-
mittere Aureolam, etiamsi recuperet virginitatis
virtutem.

7. Per vnum peccatum mortale mentale luxuriæ, irrecuperabiliter Aureola amittitur. *Lorin.*

Huius sententiæ videtur esse Lorinus hîc,
quatenus improbat sententiam Olkot lectio. 39.
asserentis per peccatum mortale actus venerei, si
postea quis pœnitentiam agat non amitti Aureo-
lam.

Probatur hęc opinio vnica constanti ratione, ex
actu nempe ipso cui debetur Aureola, nam non de-
betur simpliciter interruptioni mentis, & corpo-
ris, sed excellenti, & supra modum sublimi inter-
ruptioni, hęc autem excellentia consistit, *In perpe-
tua, & nunquam interrupta incorruptione mentis,
& corporis*, vt inquit Sanctus: nam sicut qui se- **B**
mel victus est, non dicitur inuictus simpliciter, &
similiter qui repercussus occidit, non dicitur excel-
lenter vicisse, nam, vt inquit Sanctus, in responsio-
ne ad tertium, *Perfectissimum genus victoriæ est &
pulcherrimum hosti nunquam cessisse, & aureola
non debetur pugnæ, sed victoriæ de pugna.* Ergo qui
semel mentaliter se corrupit, amisit excellentiam
illam victoriæ cui debetur Aureola propriè di-
cta, quæ excellentia consistit in perpetuitate in-
corruptionis.

Ex quo patet quàm difficilis sit, & quàm raro
inueniatur virgo, cui Aureola debeatur, cùm diffi-
cillimum sit totum vitæ curriculum quamlibet ita
impolluto pertransisse calle, vt numquam vel se-
mel grauiter se corruperit, nec tantillum mentè, &

8. Quam difficulter Aureola lucretur, & virgines illam merentes reperiantur. *Ambros.*

quod semper se intactam, illæsamque custodierit
ab omni carnis inquinamento, prope hoc Angeli-
cum est non humanum, vt inquit Ambrosius ser. **C**
4. in psal. 118. super illa verba, *Adhæsit pauimento,
&c.* Vnde meritò peculiare præmium in cœlo illi
correspondet. & simul quanta custodia illa seruan-
da, cùm semel deperdita irrecuperabilis fiat. Quod
considerans Hieronymus epist. ad Eustochium de
custodia virginitatis, audacter pronuncians ait,

9. Virginitas quanta custodia seruanda. *Hieron.*

*Audenter loquor, cùm omnia possit Deus, suscitare
virginem non potest post ruinam, valet quidem li-
berare à pœna, sed non valet coronare corruptam.*
Cuius rei rationes assignans Petrus Damian. epist.
4. ad Desideriũ, hoc Deum efficere ait, *Sine vt vir-
ginem terreat, quatenus vereatur amittere quod
postmodum nequeat reparare, siue dictante æquitate
iustitia, vt quod tanquam vile per carnis blandi-*

Damian. 10. Cur Deus semel amissam irrecuperabilem eam fecit.

*menta proiecit, id instaurare per pœnitentiæ la-
menta non possit, siue vt dum ruinæ suæ signa in **D**
se superesse considerat, acrioribus afflictionis suæ re-
mediis indefinenter insistat.*

Amittitur ergo Aureola per vnum tantum in
peccatum carnale consensum: sed notandum quod
hoc de Aureola propriè dicta intelligitur, nam vt
vt inquit Sanctus, si largè Aureolam sumamus, pro
quocumque gaudio, quod in patria obtinebunt
Sancti super gaudium essentiale, sic etiam, *incorru-
ptis carne*. Aureola respondebit, etiamsi proposi-
tum non habuerint perpetuò virginitatem seruan-
di, nam vt Sanctus inquit, *Non enim est du-
bium quod de incorruptione carnis gaudebunt,
&c.*

A Num. 15. *Bonorum enim laborum glo-
riosus est fructus, & quæ non
concidat radix sapientiæ.*

COMMENTVM.

LITTERÆ.

DAt Sapiens in hoc versu rationem eorum — *Connexio*
bonorum, quæ suprà versu antecedenti ca- — *Capitis.*
sto, & fideli homini tribuuntur, affirmans hoc de-
beri laboribus eius bonis, ex gratia Dei profectis,
tanquam ex radice sapientiæ, quæ numquam inci-
dit, aut marcescit.

B *Bonorum laborum, &c.* Non solum laborum,
nam sunt labores, sed non boni, & horum non
est gloriosus fructus, sed inglorius, tales sunt
labores, qui pro mundo, & pro peccato susti-
nentur.

Castro in eius est sententia, vt in hoc versu decla- — *Castr.*
ret Sapiens, donum illud electum, quod casto & fi-
deli homini sapientia sit datura, quod donum se-
cundùm ipsum, est acceptissimus filius, ob sterilita-
tem longo tempore Dei amore toleratam, sicut
euenit Annę, quę habuit Samuelem, & matri Sam-
sonis, & alijs, & hoc, inquit, ne concidat radix sa-
pientiæ, idest, fructus sapientis patris, & ne talis pa-
ter decidat sine filio.

Est sensus tolerabilis, sed ego alium faciliorem — 1.
dicerem, nempè in hoc versu assignare Sapientem, — Sapientiæ
vt inquit idem, fructum laborum Sanctorum, sed — verus fructus.
C hunc non esse filium, sed ipsam radicem sapientiæ,
non qualemcumque, *sed radicem non conciden-
tem, non cadentem, fixam, stabilem, perennem.* In- — *Inter.*
terlin. inquit, *gloriosus est fructus, quia sapientia est
fructus*. Dic tu radix, quæ perpetuæ salutis affert
fructum, vnde sensus erit: Bonorum certè labo-
rum gloriosus est fructus, radix nempè sapientiæ,
quæ non concidit in æternum. Ad cuius maiorem
declarationem

Notandum, per radicem sapientiæ in corde iusti
significari Dei gratiam, per quam dum homo fru-
ctificat, & sine qua nihil penitus faceret, sicut arbor
absque radice, benè radix bonorum operum ap-
pellari potest, de qua radice, dum affirmatur quòd
non concidat, est dicere, quod gratia sua ita in
hac vita Deus stabiliet cor iusti hominis, qui
ob amorem suum bonos sustinuit labores, vt talis
D gratiæ fixas radices iaciendo in corde, numquam
ab illo excidat, quòd est promittere illi pretiosissi-
mum perseuerantiæ donum in bono, quo quid
quæso, exoptabilius, aut pretiosius excogitari po-
test? O felices castitatis labores! qui talem fructum
merentur, & ô magna castitatis virtus, cui tale do-
num correspondet! De hac gratia potest etiam in-
telligi donum illud de quo supra dixerat esse ele-
ctum, & potest hæc esse sors acceptissima in tem-
plo Dei, id est in Christi Ecclesia, perseuerantia
nempè in gratia, & nulla discessio ab ea per pecca-
tum, vnde meritò Sapiens affirmat, dicens: *Bono- — 2.
rum laborum, &c.* castitatis nempè. — Virginitas

Quam laboriosa virtus sit castitas, & virginitas — & castitas res laboribus plenę.
patet ex illis verbis Domini, Math. 19. 12. *Qui potest
capere, capiat*, & quod ad prædicandam virginita- — *Math.*
tem necesse fuit vt Christus descenderet, & suo nos — *19. 12.*

doceret exemplo. *Duriora sant etiam pralia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara est victoria,* vt inquit Augustinos serm. 250. de Tempore. Vide Ambrosium ep. 57. ad Liricium, & Damascen. 4. de fide ca. 25. & Lorinum hic, lege Gregorium li. 6. in ca. 15. li. 1. Reg. ca. 1. & 2.

August.

Gloriosus est fructus, &c. Non sufficit dicere fructus, sed fructus gloriosus, vt inquit Lorinus, quia à Virtutis templo ad templum Honoris rectus iustusque callis processit, verus honor vbi virtus.

Lorin.

3. Verus honor vbi virtus

Et qua non concidat radix sapientia, &c. Iansenius inquit quod deberet legi, *& radix, qua non concidit est radix sapientia,* aut sine relatiuo (quæ) scilicet, *& non concidet radix sapientia.* Non æstimo necessarium, cùm ex supra dictis planus pateat sensus, radicem nempè sapientiæ, id est, Dei gratiam in homine fructificantem, & in corde eius stabilem, fixam, & immobilem, esse gloriosum fructum bonorum laborum, nempè castitatis, & virginitatis.

Iansen.

4. Ad castitatem seruandam quæ requiruntur.

Placet adnotatio Lorini. ad castitatem conseruandam requiri prudentiam, & sapientiam, quæ est veluti radix ipsius, & è contra quòd ipsam prudentiam, ipsamque sapientiam custodit castitas, vnde benè adnotat illud Apostoli ad Rom. 12. 3. *Sapere ad sobrietatem,* Hieronymum vertere, *ad pudicitiam,* contra Iouinianum, Augustin. ep. 47. *ad temperantiam,* Irenæus lib. 1. cap. 10. *ad prudentiam.*

Ad Rom. 12. 3. *Hieron.* *Augustin.*

HOMILIA LXV.

Castitatis ac puritatis præmium electum perseuerantia in Dei gratia.

BOnorum laborum, &c. Nempè illorum, qui ob castitatem tolerantur, inquit noster Sapiens, *gloriosus est fructus,* radix nempè sapientiæ, & Dei gratia in corde ipsius hominis casti, talis vt numquam concidat, aut cadat, perseuerantia nempè in bono. Quid quæso, gloriosius excogitati potest, aut quam maiorem gratiam Deus homini in hac vita præstare potest, quàm perseuerantiam in eius gratia? *Magnum perseuerantia est Dei donum,* inquit Augustinus ad Prosperum, cuius amplitudo, & magnitudo ex illo elicitur, quia, vt inquit Sanctus, per tale donum, *cætera eius dona conseruantur.*

August.

1. Perseuerantiæ donum magnum.

Meritò ergo Cyprianus serm. de orat. Dominica, inquit tale esse perseuerantiæ donum, vt in oratione Dominica nihil aliud, quàm perseuerantiam posci intelligatur: nam vt benè ait, dum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum, id certe petimus, & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cæpimus perseueremus; hac sanctificatio, vt in nobis permaneat, oramus, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus, & noctibus postulamus, vt sanctificatio, & viuificatio quæ Dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur.* Et similiter dum dicimus, *Adueniat regnum tuum,* quid aliud petitur, quā perseuerantia? nam cùm hoc petant Sancti, & regnum Dei non adueniat nisi Sanctis, *quid aliud orant,* inquit Augustinus vbi supra, *nisi vt in ea sanctitate, quæ illis data est, perseuerent, non enim aliter eis veniet regnum Dei, quod non alijs, sed his, qui perseuerant vsque in finem, certum est esse venturum.* Quod similiter in cæteris videndum petitionibus, in illis enim omnibus semper, & præcipuè perseuerantia in bono petitur, vt pote maximum Dei donum.

Cyprian.

2. In oratione dominica nil aliud postulatur,

August.

A

Hinc Samuel populo Deo seruienti, aliud præmium non promisit, nisi perseuerantiam, 1. Reg 12. num. 13. *Si timueritis eum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis & vos, & Rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.* Hoc fuit præmium perseueranter sequi Dominum Deum, hoc donum electum, numquam à gratia Dei excidere, semper in illa manere. Hinc egregiè Bernardus 5. de Considerat. cap. 14. perseuerantiam æternitati comparauit, & cui soli æternitas ipsa redditur. *Quis sustinet,* ait, *& perseuerat in amore, nisi qui amulatur æternitatem charitatis, nempe æternitatis quandam imaginem perseuerantia præ se fert, denique sola est, cui æternitas redditur, vel potius, qua æternitati hominem reddit, dicente Domino Mat. 15. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Ob quod rectè Basilius homil. 1. in psal. 1. illa explicans verba, *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,* solum affirmat perseuerantiam esse donum, quod beatos constituat homines: *Non dixit,* ait, *qui nō abit, sed qui non abiit, nondū enim ille qui in vita est, beatus est prædicandus ob exitum incertum, sed qui vices suæ functionis, & vocationis semel absolueris, vitamque fine certo, & perseueranti clauserit, hic iam beatus tutò dici poterit.* Beatum ergo cùm perseuerantia faciat, & tale donum per castitatem mereatur, quid aliud homines casti, dici possunt, nisi homines beati?

1. Reg. 12. 13.

3. Samuel perseuerantiam in Dei seruitio populo promisit in præmium suorum laborum.

Bernard.

B

4. Perseuerantia æternitati bono comparatur.

Basil.

5. Beatos ipsa efficit.

6. Casti homines beati.

C

Quod cùm ita sit, quàm preciosa erit castitatis virtus, quæ inter cæteras hoc perseuerantiæ donum meretur: nec mirum, nam sicut Dei Spiritus impuros effugit, sic cum puris habitat, & quiescit, adest quipppè Deus castis, adest puris, quo præsente non habent vnde timeant. Hierem. 1. nu. 5. *Prius quàm te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te.* Vnde puero isti tanta Dei assistentia? quia castus, quia virgo futurus, respondet Hieronymus lib. aduersus Iouinian. *Hieremias, qui in vtero sanctificatus est,* ait, *& cognitus in vulua matris, ideo hoc priuilegio fruitur, quia virginitatis erat beatitudine destinatus.* Hinc, quia in talibus delectatur, etsi verbo omnia condidit, tamē quando hominem, totus Deus in illo, vt inquit Tertullianus lib. de carnis resurrectione videtur occupatus; *Recogita,* ait, *totum Deum illic occupatum, ac dedicatum, manu, sensu, opera, consilio, sapientia prouidentia, & ipsa in primis affectione.* Mirum equidem videri hoc potest, totum se Deum argillæ illi præbuisse, qui verbo tantum & totam terram, totumque condidit cœlum. Cui admirationi pulchrè satisfacit Irenæus ni fallor lib. 3. cap. 31. dum affirmat quia virgo erat terra illa. *Adam de rudi terra, & de adhuc virgine habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei.* Illis dignus manibus, quia virgo terra illa ex qua compactus, & efformatus ipse in virginem, ob hoc totum se effudit, manu sensu, & opere, vt inquit Tertullianus, ob quod etiam virginibus, castisque non solum se præbet Deus, sed vt inquit Cyprianus homil. de natura, *Deum fortem. Quod si diuinis cōsiliis obuiauerint tentamenta, & liberas mentes ad car-*

Hier. 1. num. 5.

7. Deus cum Hieremia cur semper, nun. quam eum dimittens.

Tertul.

D

8. Deus totus informādo Adamum, quia virgo.

Irenæus.

Cyprian.

nales reuocauerint appetitus, *adeſt Deus fortis*, quo præſente victrices decantantes victorias, im-

9. Viſgmibus non ſimpliciter adeſt Deus, ſed Deus fortis.

mobiles apud Deum ſemper exiſtunt. Ob hoc ſanctus Ioannes Apocal. 14. num. 9. poſtquam dixit canticum illud nouum neminem poſſe dicere, niſi illa centum quatuor millia, qui erant virgines, & incoinquinati, non ſine cauſa addidit: *His ſequuntur Agnum quocumque ierit*; ad denotandũ nempè talium eſſe perſeuerãtiam in bono, & vitæ Chriſti continuatam, perennemque inſecutionem, quia talibus gaudet ipſe agnus, & talibus vult aſſociari, ac per hoc peculiarem eis gratiam tribuẽs, vti Deus fortis, vt inquit Cyprianus, ab eius latere numquam diſcedere permittit.

Apoc. 14. 9.

August.

Attendendum hoc in ſanctiſſimo illo puero Ioſeph, quem Deus ſublimauit, & vt inquit Auguſtinus 14. de Ciuit. cap. 4. *E carcere eripuit, quò eum coniecerat integritatis amor, quam fortiter ſeruans male amanti domino, & malè credulo domino mentitura, at veſte etiam derelicta, de manibus attrahentis effugiens, non conſenſit ad ſtuprum*: Vnde fortiter bellans, & in carcere intruſus, ibi ſociam

10. Deus ſemper cum Ioſeph, quia purus & caſtus.

habuit diuinam Sapientiam deſcendentem cum illo in foueam, & in vinculis eum numquam derelinquentem, iuxta illud, quod infra dicitur cap. 10. num. 14. Vnde hoc? niſi quia, vt inquit Chryſoſtomus homil. de continent. Ioſeph. tom. 1. *Diligens erat, & perpetua continentiæ cuſtos, vnde cùm poſſet regina imperare, & in deliciis, atque luxu diuitem, & voluptarium agere, diuitias autem, & delitias, & promiſſiones Domini deriſit, miſeriam in carcere dulciorem cenſens præclaris domiciliis.* Hinc, quia purus, quia caſtus, & immaculatus, meritò cum eius conuerſatio Deo non diſpliceret, ſemper in comitatu eius erat, auxilioque eius adiutus à malo numquam excidebat.

11. Sicut & cũ Suſanna.

Suſanna etiam, licet tam grauiter tentata, non excidit, nec Dei gratia ei defuit, ſed in bono perſeuerare meruit, tum quia ab infantia Deum timuit, tum etiam quia caſtitatis amatrix, ſic vt (quod perdifficile) neque vllam vnquam ſuſpicionem de ſe dederit: *Erubuerunt enim*, inquit ſcriptura, *ſerui*

Dan. 13. 27.

vehementer, Daniel. 13. num. 27. *poſtquam ſenes locuti ſunt, quia numquam dictus fuit ſermo huiuſcemodi de Suſanna.* Caſta erat coram hominibus, caſtè in omnibus incedens, tum coram Dei oculis, tum coram hominibus pura, & ſimplex manebat, quid mirum? ſi tantum coram Dei lucens aſpectu, in occaſione eam adiuuit, & peccare eam non ſinens perſeuerantiæ donum in eo caſu illi impertiuit, coronãſque eam gloriæ corona, veluti pudicitiæ reginam, eam effecit exemplum omnibus me-

12. Caſtitati propriè debetur corona.

morabile: coronauit, dixi, nam talium propè victoriarum eſt coronari, cùm propriè corona, regnumque victricis caſtitatis debeatur certaminibus, ſicut è contra perditis, luxurioſiſque, ignominia, ſeruitus, famulatus. Hoc equidem ponderauit Ambro-

Ambroſ.

ſius lib. 5. de Ioſeph cap. 5. expendens Ioſephum ſuam heram non dominam, ſed vxorem domini ſui, cui ipſemet famulus, vocaſſe. Geneſ. 39. *Nec*

13. Luxurioſi ſerui, non domini.

quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es: *rectè inquit, vxor domini, non ipſa domina dicit, quæ non potuit extorquere, quod voluit imperare, nam quomodo domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ diſciplinam Domini non tenebat, quæ ſeruilis libidinis incentiua præſtabat, ille dominus qui amantes non excepit faces, qui lenocinantis vincula non ſenſit.* Nil melius. Dominus erat Ioſeph, non ipſa, quia caſtus ille, impudica verò ipſa, caſtis autem dominatus debetur, ac corona, vti grauiter ponderauit Iſidor. Peluſiot. lib. 4. ep. 9. *Iſidor.*
dum expendit ipſummet Ioſephum non aliud *Pelus.*
pro ſcatuliſſe, vt à carcere liberaretur, niſi innocentiam. Geneſ. 40. nu. 15. *Vt ſuggeras Pharaoni,* *Gen. 40.*
vt educat me de iſto carcere, quia furtim ſublatus *num. 15.*
ſum, & hic innocens in lacum miſſus ſum Cur non

14. Ioſeph cur dominum non accuſauit.

narrauit caſum? cur in medium non attulit vim? cur tantum furtim ſublatum eſſe commemorat? niſi quia, vt inquit Peluſiota, *erubuit commemorari quæ ſibi acciderunt, ne coronam caſtitati debitam ſibi ipſi imponere videretur.* Reges ergo cùm ſint caſti, ingenuique viri, quid mirum ſi cum talibus delectatur Deus conuerſari, vnde tota eorum emanans fortitudo, immobiles, ſtabileſque ſemper in bono perſeuerent.

Adde ad hæc & aliam huius Dei cum puris contractus rationem, anima enim hominis imago eſt Dei, exemplar eiuſdem Altiſſimi, ſeu, vt propriùs loquar, ipſa Dei imago, impreſſa in hominis anima: ex quo fit vt ſponſus illis delectetur animabus, quæ puram ipſi ſuam repræſentant imaginem, ac per hoc eas ab omnibus præſeruat, defenditque periculis. Sic Ambroſius lib. 1. de virginit. ad Mar- *Ambroſ.*

15. Deus cur cum caſtis ſemper, & cur iſti in bono perſeuerant.

cell. ſororem, expoſtulans cur ſponſus gaudet in virginibus, cum eis conuerſans, & numquã ab eis diſcedens, *Amat*, reſpondet, *generari fons iſte in hortis, in quibus cum Suſanna deambularet, inuenitur mori potius, quàm violari parata.* Quos hortos virgines eſſe, ait, iuxta illud: *Hortus concluſus, fons ſignatus.* Quod cùm dixiſſet, duas ſubiungit rationes cur Deus tales ſignet hortos, id eſt firmat, ſigillat, gratiaque ſua cuſtodit, ne vnquam excidant, & ſemper in bono perſeuerent; *Eo quod*, inquit, *in hortis huiuſmodi impreſſam ſignaculis imaginem Dei, ſinceri fontis vnda reſplendeat, ne volutabris ſpiritualium beſtiarum ſparſo cœno fluenta turbentur.* Pulchra, dignaque Ambroſij ſententia, in qua duo nobis inſinuat, primò rationem, quare Deus puris, caſtiſque dat perſeuerantiam in bono, vt ſcilicet ſemper in ſinceri fontis vnda imago ſua diuina reſplendeat, quod ipſe maximè cupit: & ſecundò, modum quem Deus tenet, vt puri, caſtique in bono perſeuerent, præſeruando nempè eos, & cuſtodiendo ab ſpiritualium incurſu beſtiarum, à dæmonibus nempè, impediendo ne in eorum cogitationibus cœnum ſpargant immundum, & ſic fluenta turbentur, ideo ſignat fontem, ideo occludit vndique hortos, ita vt ne minima quidem polluta cogitatio intret, quia pura gaudet ſponſus vnda: quod ſi cuſtodita ab impuris maneat phantaſia phantaſmatibus, ſi ab impuris præſeruata cogitatio diſcurſibus, in bono equidem perſeuerabit, & perſeuerantiæ virtute quis cuſtoditus non ipſum illuſiones, voluptateſque dominabuntur, ſed ipſe ſuper eas ſtans calcabit, imperabit. Quod grauiſſimè *Idem.*
expendit idem Ambroſius vbi ſupra explicans illa

16. Virgo regina & cuſ.

verba pſa. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis*, vbi ſic inquit: *Aduerte, ô virgo, quantum tibi Spiritus ſanctus ſcriptur a diuina teſtificatione detulerit, regnum, aurum, pulchritudinem, regnum vel quia inuictum animum gerens ab illecebris voluptatum non captiua haberis, ſed quaſi regina dominaris.*

Secundam autem huius cuſtodiæ rationem aſſignat Ambroſius, quia odoribus talium florum ſponſus gaudet, & ne rapiantur, ac non ſpirare poſ- *Idem.*
ſint, continuò hortum obſignat, vnde ſequitur:

Ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam, ac sicut hortus furibus inaccessus vitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet, vt in vite religio, in olea pax, in rosa pudor inolescat. Ob hoc equidem clauditur, & obsignatur, furibusque interdicitur, vt odorem spirare possit, de quo summopere gaudet sponsus, quo spirante, ita animus summi illius Patris delectatur, vt vix talium fragrantiam odorum sentiens, ac illico exhilaretur, benedictionum fructibus spirantem cumulet, ac in

Gen. 27. 25. æternum benedicat. Genes. 27. num. 25. Vix odorem persensit Isaac vestium, quibus indutus erat Iacob, ac in benedictionibus prorumpens ait, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni*, & talis odor ca-

Idem. stitatis odor erat, vt testatur Ambrosius vbi supra,

17. *Iacob semper benedictus, quia castus.* quem olens pater, fragrantia ipsius delectatus, sic eum benedixit, vt semper esset benedictus, *benedixitque ei, & erit benedictus.* Vnde nec lachrymæ, nec clamores, nec rugitus Esau primogeniti, & dilecti, vnquam efficere potuerunt vt à casto illo filio pater benedictionem eriperet, sed plus semper contra omnes fratris impetus esset benedictus, fixus, & immobilis in benedictione persistens, quod totum, tantumque bonum ex odore illo Iacob prouenit, ex re equidem sic stabilis, firmaque benedictio. Vt semel intelligas castis, purisque ita Deum benedicere, vt semper, ac perseueranter sint benedicti, & in benedictione perseuerēt, quod vt consequantur, mirè custodit, mirè defendit, & ad custodiendum illos, ne fœdentur nocte dieque inuigilat, & si Deus vigilat, si Deus curat, quando cadet? quomodo hosti succumbet homo?

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos, inquit sponsa Can.

Cantic. 3. num. 9. 3. nu. 9. En quanta custodia, & vigilãtia, Salomonis lectulus custoditur, animus nempè castus vt com-

18. *Deus quãta cura virgines hominesque custodit castos.* muniter Doctores, in quo ipsa recumbit sapientia diuina, sunt fortes, sunt ad bella doctissimi, habent arma, & non quidem reposita, sed super fæmur accincta, immo duplicia, nam alia in manibus, alia super fæmur. Ad quid, quæso, tanta cura, & tanta hominum, armorumque selectio, nisi ad peculiarem denotandam curam, quam de hominibus

Idem. Deum habet castis? inquit enim Ambrosius vbi supra, *Custodit Dominus virgines* (dic tu, & castos) *grandi cura.* Vnde non solum ad ipsorum custodiam determinat quoslibet Angelos, sed Angelos fortes, semper ad succurrendum paratos, & ad bella cultissimos, ne versutia contrarij contra eos aliquid possit, & insuper semper habentes gladios in manibus, & super fæmur, vt semel accipias quanti Deus faciat castitatem, munditiamque, ita vt peculiariter Angelis mandet casti custodiam hominis: *Vobis autem, virgines sanctæ*, inquit Ambrosius (adiunge tu, & homines casti.) *speciale præsidium est, quæ intemerato pudore Sanctum Domini seruatis cubile.* Speciale quidem, tùm ex multitudine Angelorum, tum ex selectione, tum ex peculiari vigilantia, qua illis talis cura demandatur: vnde quid mirum, si homo castus in bono perseueret: et castitatis hoc sit præmium electum, perseuerantia scilicet in bono, & sapientiæ radix, quæ numquam excidit, vt inquit noster Sapiens.

Num. 16. *Filij autem adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Opponit Sapiēs filios ex adulterio natos, filiis ex legitimo matrimonio, seuerius, opponit patres habentes filios ex adulterio, viris sterilibus, qui filiis carent, vt magis fœlicitas elucescat sterilium, comparata infœlicitati prolificum, hoc totum vt deceptionem manifestet hominum. Pro quare

1. *Cur hic liber Sapientia inscribatur.* Notandum ex dictis, inter cæteras rationes, quibus hic liber dicitur Sapietiæ, vnam, & me iudice, principaliorem eam esse, quia totus est in hominum manifestanda deceptione carnalium, ex rebus huius mundi visibilibus deceptorum, qui cùm de inuisibilibus nihil prorsus saperent, nec de Deo aliquid perciperent, nam iuxta Apostolum 1. ad

1. ad Cor. 2. 14. Cor. 2. num. 14. *Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt*, putabant miseri fœlicitatem omnem in hoc tantum mundo, atque in rebus existere eius, puta in honoribus, voluptatibus, dominio, in libertate, potentia, in diuitiis, in filiorum, parentumque multitudine, & in cæteris huiusmodi, quibus rebus delectati, in tantam dementiam, seu bestialitatem, iusto Dei permittente iudicio, deuenerunt, vt quo libertius creatura fruerentur, affirmarunt, more brutorum corpus simul cum anima deperire, & post mortem nullum esse iudicium, nullum meritum, nullam pœnam, vnde hic non solum licitum delectari, sed necessarium; & simul æstimabant, infelices, & miserabiles esse, qui rebus huius mundi carebant, ac proinde nullius meriti, & indigni prorsus qui ab ipsis respicerentur; vnde eos miserabiles putabant videntes hic affligi, penuriamque rerum omnium, quibus ipsi abundabant, pati, quos vt pote ipsis contrarios, summopere affligebant, & persequebantur, qui dum patienter eos sustinebant, fiebat, vt eò magis carnalium hominum superbia erigeretur.

At noster Sapiens supra humana eleuatus, & diuina contemplans, verè sapiens, videns, horumque ponderans deceptionem, attendensque illos præcipuè in his deceptionibus implicatos, qui amplioribus huius abundabant mundi rebus, quales sunt Reges, & Principes, ideo ad eos hunc dirigens librum, superno lumine, & ab æterna sapientia edoctus, rationibus firmis, diuinisque ab errore deducere hos procurat miseros; affirmans aliam esse vitam, malis remanere pœnam, bonis præmium, & feliciorem esse sortem iustorum, licet carentium huius vitæ bonis, quàm malorum illis abundantium, quod superioribus capitibus, vt vidimus, satis præstitit, & in sequentibus amplius præstabit. Et quia inter bona, vt diximus, huius vitæ sunt filij, quibus multoties mali abundant, bonis sterilibus permanentibus, ne deciperentur ob hoc, affirmat, meliorem sortem bonorum, etiamsi filijs careant, tum ob supradicta, ob præmium scilicet, & gloriam, quam ipsis repositam tenet Deus, tum in hoc versu, ob iniquitatem, filiorumque impiorum miseriam, vt infra dicetur.

Lorin. *Filij adulterorum*, &c. Græcè, *mœchorum*. Adnotat Lorinus vocem *adulter*, aliquando sumi pro amatore, stuprisque dedito, & tractat hic quæstionem, an sexto præcepto decalogi Exod. 20. 13. *Non mœchaberis*, sicut & nono: *Non concupisces vxorem proximi tui*, tantum sit prohibitum adulterium, an verò etiam simplex fornicatio, & tenet cum Augustino in quæst. Exod. 9. 71. partem affirmantem, vide apud ipsum.

Exod. 20. 13.

2. Simplex fornicatio an prohibita iure naturæ & simpliciter mala.

Maior quæstio est, an sit mala iure naturæ, & intrinsecè, an verò mala, quia iure diuino prohibita. Ego autem semper in ea fui sententia, simplicem fornicationem esse ex iure naturæ malam, ideoque iure diuino prohibitam, nam cùm naturaliter pater, & mater necessarij sint ad prolis educationem, & vnus solus non sufficiat, vt experimento constat in pluribus animalibus, videmus enim in columbis si pater, aut mater deficiat, etiamsi vnus alat per aliquot dies filius, tandem deperire (quod sæpè ego experientia didici) fit ex hoc, vt contra ipsam naturam sit concubitus vagus, & incertus inter virum & mulierem, vinculo certo non obstrictos, cùm concubitus ex se ordinatus sit ad prolem generandam, & per accidens ad alios fines, vnde cùm vagus concubitus sit contra prolis educationem, & inferat ei maximum malum, fit vt ex suo genere sit peccatum graue, etiamsi præceptum non adesset diuinum.

3. An à Deo dispensabilis. S. Thom.

An autem Deus possit dispensare in aliquo casu, quæstio est inter Doctores, ego autem cum Diuo Thoma 2. 2 quæst. 154. art. 2. ad 2. non video rationem cur dispensare non possit, cùm hoc peccatum, licet sit contra ius naturæ, non tamen est contra illud ius naturæ, quod est indispensabile; singularitas vxorum de iure naturæ est, & tamen Deus cum illo dispensauit, vt optimè Sanct. de matrim. lib. 7. disp. 8. quia vt ipse tenet, non est de illo iure naturæ primæuo, & indispensabili, sed de secundo, vt ibi doctissimè affirmat, talem puto esse simplicem fornicationem. & sic à Deo in aliquo casu dispensari posse.

Sanct.

Ducor quia, cùm totum ius naturæ in hoc casu fundatur in certa, ac secura prolis educatione, & Deus hunc prouidere possit, nullo inconueniente relicto, non est cur negemus Deo hanc dispensationem.

An autem aliquando dispensauerit, constanter affirmo numquam dispensasse, nec me mouet illud Oseæ Prophetæ 1. num. 1. *Sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum*. Nam secundùm veriorem expositorum sententiam, Prophetæ non aliud præcepit Deus, nisi vt sibi assumeret in mulierem, meretricem, & faceret filios fornicationis, id est eius, quæ fuerat meretrix; & fornicaria, vide Lessium lib. 4. c. 3. dub. 7.

Ose. 1. n. 1.

4. Deus numquam cum simplici fornicatione dispensauit.

Less.

Compl. Budæus. *In consumatione erunt*, &c. Complutensis legit, *filij autem adulterorum non initiati erunt*. Budæus refert aliam, *filij adulterorum cum consumatione erunt*, sed ipse præfert aliam, nempè, *liberi adulterorum imperfecti erunt*.

Verbum Græcum duas præcipuas significationes habet, *nempe & perficere, & sacris initiari*, Iuxta quas acceptiones duplex sensus elici potest. Primus, quod adulterorum filij, tanquam ex radice vitiata numquam ad perfectum veniunt, sed intempestiuè moriuntur. Sic hunc locum accipit Vulgatus, Pagninus, & Vaticanus interpres, & alij recentiores; quem sensum ego etiam accipio. Secundus autem, quem Vatablus, & Robertus accipiũt, quod tales à sacris arceantur, & à Dei templo, vt supra vidimus.

Vulgat. Pagn. Vatic. Vatab. Rupert.

Quod autem tales à templo lege arcebantur antiquitus, vt Deuteron. 23. 2. quod notauit Philo, in li. de confusione linguarum, & à sacris Canonibus, probat Lorinus, quem consule, nobis autem, vt dixi, primus sensus est, qui placet.

Deut. 23. 2. Phil. Lorin.

Alij hanc adulterorum filiorum imperfectionem ad mores referunt, negligentes parentes horum educationem, vt plurimum, vnde Paulus ad Hebræos 12. *Si extra disciplinam estis, ergo adulteri estis, & non filij*, & insuper, quia ex mala radice mali ipsi sæpè euadunt, moralis sensus, sed primus, vt dixi, litteralis.

Ad Hebr. 12.

Ab iniquo thoro, &c. Ab *adultero* scilicet: Hieronymus in c. 9. Oseæ legit, *Ex iniquo concubitu semen peribit*, pro exterminabitur proles.

Hieron.

HOMILIA LXVI.

Mors præpropera filiorum sæpè ob peccata parentum.

F*Ilij adulterorum, &c. in consumatione erũt, &c.* Hoc est numquam ad perfectum deuenient, imminuti, & consumentur breui ob peccata parentum, præcipuè autem quando carnalia.

Hæc fuit maledictio, quam Iacob Patriarcha sanctus, dedit Ruben filio suo violauerat enim patris cubile, fœdauerat incestuosè domum patris sui, homo carnalis, hinc in præpropera morte filiorum maledictus, *effusus es sicut aqua*, per libidinem scilicet, & incestum; *non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius*, Gen. 49. num. 9. vbi notandum illud, quod antè Iacob dixit, *Ruben scilicet primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio*. Quasi diceret, tu vti primogenitus debueras esse prior, & primus in donis hæreditatis meæ, & simul maior in imperio supra omnes fratres tuos, & omnes illi tibi inseruire debuerant, sed culpa tua, & ob facinorosum omnia hæc perdidisti incestum, & posterior eris in donis, & subiectus alterius imperio, & insuper ad hæc non cresces, hoc est, non multiplicaberis, morientur citò filij tui, nepotesque ad perfectum numquam peruenient, & in consumatione erunt, ob quod, vt inquiunt Doctores, tribus Ruben semper præ cæteris diminuta, sterilisque mansit, & ne aliquis putet, lapsu temporis Deum hanc Rubeni remisisse pœnam, ideo post centenos, & centenos transactos annos huic Iacobi Prophetiæ se Sanctus adaptans Moyses, sic ei prophetauit. *Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero*, Deuter. 33. num. 6. Vbi valde notandus modus prophetandi: non enim dixit, *Erit paruus in numero*, sed, *sit paruus in numero*, quasi imperando, & imprecando, vniens se voluntati Iacob, & simul cum illo breuitatem imprecans vitæ filiis Ruben, licet tanta multitudo iam præcessisset annorum: vt semel intelligas, quàm stabilis Deus maneat in sententia semel prolata ob carnis peccata. Quis enim non diceret, quoad pœnam, post tot sæcula, quæ inter Iacobum, & Moysem intercesserunt, expiatum iam esse Rubeni peccatum, at non sic, immò amplius confirmat, dicente sancto Moyse: *Ruben non moriatur*, &c.

1. Ruben punitus in præpropera morte filiorum, quia carnalis. Gen. 49. 4.

Deut. 33. 6.

2. Deus quàm firmus in sententia ob carnis peccatum prolata.

ſed ſit parnus in numero, impetando, & quaſi denuò illi imptecando Iacobi maledictionem.

3. Ruben cur Moyſes vitam imprecauit.

At cur prius dixit, viuat Ruben, vitam ei vouendo? ſanè ob duas rationes, prima ne iuſtitia ſine miſericordia extaret, & ſicut durè in opus aduertebat malum, ſic nitiſſimè inſpiceret remunerando bonum: duos equidem Ruben ſtatus habuit, malum, thorum fœdando patris, bonum, nitendo fratrem è manibus liberare interficientium. Geneſ. 37. num. 21. *Nitebatur liberare eum de manibus eorum*,

Gen. 37. 21.
Gennad.

Hinc ad hoc reſpiciens ſanctus legiſlator opus, vt inquit Gennad. apud Lippoman. vitam ei largitur, ſicut ad malum reſpiciendo filiorum imprecatus eſt mortem. Secunda verò propior ad rem noſtram, vt ex morte filiorum, amplius viuendo, quàm moriendo cruciaretur, dum in quolibet illorum ipſe viuens ſimul moriebatur, ex quo maiorem peccati inueniens deteſtationem, experimento diſceret, quàm acriter peccauit, dum ſic grauiter puniebatur; non ſecus ac ſimiliter, licet Adam priuſquam Abel mortem emeritus eſſet, antè Abel exceſſit, vt ampliorem peccati deteſtationem ipſe conſideraret parens. Quod obſeruauit Chryſoſtomus homil. 11. ad populum dicens: *Conſidera Dei prudentiam, non ipſum mori primum permittit, ſed hunc eius filium pati, vt ante oculos tabeſcens corpus filij, & marceſcens, magnam ex hoc aſpectu Philoſophia diſciplinam caperet*. Sic Ruben, merito in filiorum præpropera perculſus morte, vt ſemper grauitatem ſceleris penſitans, quotidie malum effrænatæ libidinis experiretur, nobiſque etiam traduceretur in exemplum, ſciremuſque præproperè ſæpè filios emori, quia patres turpiter vixerunt.

4. Adam cur non mortuus ante quam Abel.
Chryſoſt.

5. Caſtorum hominum eſt diu viuere, ſicut impudicorum citò mori.
Tertul.

Et quidem non mirum, nam ſicut caſtè viuentium eſt diu viuere, immo immortalitati ſua corpora conſectare, ſic incontinentium citò mori, *Inhabitator corporibus noſtris datus eſt, & ſanctitatis effector ſpiritus*, inquit Tertullianus lib. de Trinit. *id agens in nobis, vt ad æternitatem, & reſurrectionem immortalitatis corpora noſtra perducat dum illa in ſe aſſuefacit cum cæleſti virtute miſceri, & cum Spiritus ſancti Diuina æternitate ſociari, erudiuntur enim in illo, & per ipſum corpora noſtra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipſius* (notanda verba) *diſcunt ſe moderanter temperare*. Nil melius; ad immortalitatem corpora noſtra perficiunt, quia ſe temperant, ac moderantur. Ob hoc Sanctus Iſidor. Peluſiota, pro Moyſe ſtans, qui dum ſecum oſſa Sanctiſſimi Patriarchæ adſportabat, contra legem facere videbatur, quæ Leuit. 21. prohibet ne ad omnem mortuum ingrederetur omnino, *Non violo*, inquit, *non ſolum legem, ſed per hoc oſtendo rem ipſam, quæ per ſcripturam, ac verba legis ſignificatur diligenter eſſe attendendum, ego enim eum, qui caſtitatem coluit pro mortuo non habeo*. Egregiè, caſtorum enim corpora non ſolum diu viuunt, dum animantur, ſed etiam æternaliter durant, etſi anima careant. Hoc in Catharina videmus, hoc in Cecilia, hoc in Beata illa Clara à Monte Falco, quæ dum viuentes puræ, illæſǫque permanſerunt, mors illarum corporibus, *etſi adfuit, non obfuit*, vt inquit Diuus Bernardus ſerm. 1. de Beato Malachia, cuius corpus integrum adhuc ſeruabatur. At cùm cõtrariorum eadem ſit diſciplina, ſi caſtorum eſt diu viuere, obſcænorum erit cito mori, vnde non mirum ſi obſcæno Ruben mors præpropera, tum eius vitæ, tum filiorum, nepotumque à Iacob Patre, Moyſeque imprecatur.

Iſid. Pel.

6. Caſti nunquam dici poſſunt mortui.

Bernar.

A Ob hoc, ſimile quid Dauid ob peccatum accidit adulterij, punitus enim fuit in filio, citoque periit, licet multas pro illo preces pater fudiſſet 2. Reg. cap. 12. num. 13. vnde valdè notanda ſunt verba, quæ Nathan Propheta ei poſt pœnitentiam dixit: *Peccaui Domino*, inquit Dauid, Nathan autem ait: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris*. Tranſtulit peccatum, hoc eſt non culpam, ſed pœnam: nam optimo iure, vt inquit Lyranus, poteſt Deus transferre pœnam, quam aliquis meretur in alium ſibi coniunctum, & qui velut alter ſit ipſe: tranſtulit ergo Deus non culpam peccati Dauid, ſed pœnam & hoc in filium, occidendo illum, & ea mulctando pœna, quâ mulctaturus Dauid, niſi ſe pœniteret: morte enim erat mulctandus Dauid, digna eius adulterio pœna, per pœnitentiam meruit, vt hæc mors transferretur in filium, & ſic ob peccatum adulterij patris punitus eſt in

2. Reg. 12. num. 13.

Lyran.

7. Dauid peccatum quomodo ab eo tranſlatum.

B præpropera morte filius, eo vel maximè hoc, quando publica, ſcandaloſaque talia ſunt ſcelera, ita vt in detrimentum honoris vergant diuini; tunc enim etſi quantum ad culpam remittantur, difficulter tamen quoad pœnam. Quod apertè inſinuant verba ipſa Nathan Prophetæ, dum ad Dauid dixit: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris, ſed quia blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi morte morietur*, Vbi mors filij opprobrio diuini nominis ex adulterij publicatione adſcribitur, quod ſæpè in talibus accidit peccatis, eo vel maximè, ſi hominum ſint Sanctorum, ob quod ſic inflexibiliter Deus Dauid puniuit, vt licet æternam vno tantum condonaſſet actu pœnam, temporalem tamen, immaturam ſcilicet filij mortem, nec lachrymis, nec ieiunio, chameuniaque, fletibuſque

8. Peccata publica difficulter remittuntur à Deo quo ad pœnam.

C tandem, ac gemitibus dimittere voluit: *Deprecatus eſt Dauid Dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram*: ibi num. 16. Vt ſemel homines diſcerent, quàm grauiter ſe Deus offenſum exhibeat, quando publica talia fiunt peccata, quamque ſtricta animaduertat punitione ſui nominis improperium, quod grauiter expendit Saluianus lib. 4. de Prouid. ſic dicens: *Qui æternam pro offenſionibus ſuis pœnam, per vnam tantum confeſſionem meruit euadere, huius tamen criminis* (hoc eſt nominis Domini blaſphemationis) *veniam, nec per pœnitentiam patrocinantem potuit impetrare*. Et paulo poſt, *Ex quo intelligi poteſt quod nullum maioris piaculi crimen eſt, quàm blaſphemandi cauſam gentibus dare*: quod probat tum ex aliorum damno; *Quia multos ſecum præcipitat in mortem, & neceſſe erit, vt ſit pro*

Saluian.

9. Eius ratio.

D *tantis reus, quantos ſecum traxerit in reatum*. Notanda verba, tum etiam ex diuini nominis opprobrio, nam qui peccat ſine offenſione aliorum, *Sacroſanctum Dei nomen ſacrilega blaſphemantium maledictione non lædit, qui verò blaſphemare alios fecerit per conuitia plurimorum inæſtimabilem Deo facit iniuriam*.

At liceat nunc ſic argumentari, ſi taliter Deus in filio caſtigauit Dauid, qui amicus, qui doluit, gemuit, continuéque ob hoc contriſtatus inceſſit, qualiter putandum in filios animaduerſurum impudicorum, quos numquam malè feciſſe pœnituit, inſuper in peccato ſuo putrido, fœtidoque mortui inueniuntur, non ne tales Deus euellet filios, exterminabit, atque in flore iuuentutis emarceſcere faciet? Sic Deus ſacerdoti Heli, ob diſſimulationem interminatam peccatorum filiorũ, puniuit

eum

eum in filijs, & præcipuè in accelerata morte eorum, *Prædixi enim ei*, inquit Deus ad Samuelem, 1. Reg. cap. 3. num. 13. *quod iudicaturus essem domum eius in æternum propter iniquitatem eius, eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.* Quæ filiorum indignitas in duobus valde grauibus constitit, primum in eo quod commodum suum Dei præferebant sacrificio, & honori, dum tollebant partem suam, antequam sacrificium fieret, contra morem Deique institutum, in maximam Dei illud cedens offensam, præferebant enim se ipsos Deo. Quod mali Prælati Deiq; sacerdotes (vt hoc adiungam) similiter faciunt, quando ex redditibus Ecclesiasticis, Deo sacrati, primum se ipsos, deinde, si superest (quod raro, & numquam) Ecclesiam impinguant & pauperes; immò illam, & hos sæpè, immo ferè semper depopulatam, miseramque, & infœlicem derelinquunt. Quod equidem peccatum non minoris est ponderis, quàm filiorum Heli, immò maioris, tantoque, quanto Ecclesia Christi Ecclesiæ præfertur Iudæorum: vnde non mirum sit simili pœna isti mulctentur, priuatione nempè dignitatis, honore insuper, & opibus.

1. Reg. 3. num. 13.

10. Filiorum Heli peccatum grauitas in quo stetit.

11. Prælatorũ peccatum maximum, Deo se præferre.

11. Prælati quãtum subeãt periculum malè sua dispẽsantes.

Ezec. 34. 2.

Libeat, quæso, paululum in hac re immorari, non enim extra eam erit, si quantum periculi subeant Prælati malè Ecclesiastica dispensantes bona, semel aperiamus. Priuantur ergo, vti diximus, dignitatis honore. priuantur & ipsis opibus, dignè hac pœna mulctati, quia malè suis prouident ouibus. *Væ pastoribus Israel*, inquit Ezechiel. cap. 34. num. 2. ex ore Domini, *qui pascebant semetipsos, nonne greges a pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis.* At quomodo gregem isti pascere non dicuntur, si & lac, & lanam oues habebant, crassumque erat inter illos? Optimè equidem, nam etsi pascebant, non ouibus sed sibi pascua dabant, pascebant, sed vt lanam eriperent, vt lac ebiberent vt crassum occiderent. Proh dolor! quod hodiè videmus, perspicimus, & manibus attrectamus. curritur ad prælationes, regimina appetuntur. vt equidem regant, non ad subditorum fructum, sed ad sui emolumentum, mercedem laboris à populis exquirentes, cùm non nisi alimentum deberent, vt grauiter dixit Augustinus tractatu de Pastoribus tom. 9. cap. 2. & 3. *Accipiant*, ait, *pastores sustentationem necessitatis à populo, mercedem autem dispensationis à Domino, non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt, non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem.* Nil melius. At nunc non equidem à Domino, sed à subditis merces exquiritur, quam sic amplam iudicant esse debere, vt nec lac sufficiat, nec lana, nisi etiam ad mortem quæratur ipsum, quod crassum, quod pingue: *Conceditur tibi si benè deseruis*, inquit Bernardus ep. ad Fulconem, *vt de altari viuas, non autem vt de altario luxurieris, de altario superbias, vt inde compares tibi fræna aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, variam supellectilem ornatu purpureo diuersificatam; sed vt habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Qualis ergo erit hæc pœna? audiamus Ezechielem, *Cessare faciam eos, vt vltra non pascant gregem* Digna equidem pœna, vt è sacerdotis honore eiciatur, qui sacerdotis officium nescit, qui se pascere curat, non gregem, qui congregat aurum sibi, pauperibus autem eum non spargit. Quod factum à sui temporis pastoribus lachrymatur idem Bern. ser. 10. in Cantica, dum inquit, *Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligant in acquisitionem turpis quæstus, & precium vniuersitatis suis marsupiis includere festinant:* Cùm verè aurum, quod ex Christi sanguine conflatur, clamet, dum in marsupiis reconditur, quod non licet eum in corbona retineri, quia precium sanguinis est, qui sanguis iniustè inclusus, sic clamat, ac alter ille innocenter effusus, parique pœna retinentes suos puniens, & sic illis exitialis existens, ac fuit illi parricidæ pessimo.

12. Mercedem à populis exquirere non debetur, sed alimentum.

August.

Bernar.

13. Prælatorũ auaritia taxata à Bernardo.

Idem.

14. Aurum ab eis inclusũ quantum illis nocivum.

Libet equidem hoc expẽdere, in tribus enim punitus vir extitit iniquus, seu, vt melius dicam, sanguis effusus proditoriè tres illi ingentes attulit calamitates, Dei maledictionem, *Nunc igitur maledictus eris super terram.* Genes. 4. 11. huius sterilitatem: *Cùm operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos:* tandem vagationem, siue inconsistentiam in vno eodemque loco, *Vagus, & profugus eris super terram.* Hæc mala, hæc supplicia pessimo illi sanguis attulit innocens effusus. Numquid eadem non causabit sanguis Christi violenter detentus, & pauperibus non distributus? numquid non maledictione, & æterna, punientur, nisi resipiscant? *Ad pœnam nostram*, magnus inquit Gregorius homil. 17. in Euangelia, *Episcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutis tenemus:* & post pauca, *Ponamus ante oculos nostros illum tanta districtionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis, quibus talenta credidit, ponet, in illo tanto examine vnusquisque quis operatus ostendetur, ibi Petrus cum Iudæa conuersa, quam post se traxit apparebit, ibi Paulus conuersum, vt ita dixerim totum mũdum ducens, ibi Andræas post se Achaiam, ibi Ioannes Asiam, Thomas Indiam in conspectum sui iudicij conuersam ducet. Cùm igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni Pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negocium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, & oues, quas nutrimento nostro debebamus ostendere, non habemus.* Notanda hæc postrema verba, tremunt, ac maledictionem in illa die formidant, qui nullas oues ex suo pastoricio habent; numquid non timebunt, ac non maledicentur, qui fame, miseriaque eas interire permiserũt, qui non pastores, sed vt inquit Bernard. serm. ad Clerum in Concilio Remensi congregatũ, raptores dici possunt: *Ecclesia Dei vobis commissa est, & dicimini pastores, cũ sitis raptores, & paucos habemus, heu! pastores, multos autẽ excõmunicatores, & vtinã vobis sufficeret lana, & lac, sitiris enim sãguinẽ*, quibus meritò Vrbanus Papa Sanctiss. maledictionem Ananiæ & Saphiræ timet, *Ipsa enim fidelium res*, inquit, *oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, non ergo debent in aliis vsibus, quàm Ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, vel indigentium conuerti, quia vota sunt fidelium, & precia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum à Domino tradita: si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ, & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegij efficiatur*, in c. videntes, 12. 9.

15. Cain sanguis Abel effusus quales illi intulit calamitates.

Gen. 4. 11.

16. Easdẽ malis prælatis afferet sanguis Christi in marsupiis inclusus.

Gregor.

17. Prælati auari, non pastores, sed raptores.

Bernar.

Vrban. Papa.

Maledictioni ergo subiacent, nec minus terræ sterilitati, ac opum expoliationi, & miseriæ. Mi-

18. Mundus ob auaritiam prælatorum calamitatibus obruitur.

A rum quod Hieronymus super Malachiam ait, & refertur in cap. Reuertimini 16. quæst. 1. mundum scilicet calamitatibus obrui, quia Ecclesiastici bona non elargiuntur sua, pauperibusque ea non distribuunt. *Siquando fames, ait, penuria, & egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex ira Dei descendere, qui se in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari dicit sua possessione, quia iuxta Sanctorum Patrum traditionem, nonimus res Ecclesiæ, vota fidelium esse, precium peccatorum, patrimonia pauperum.* Mirum, quod hodie videmus, Reges scilicet, Principes, Dynastas, sic se in bonis intrudere Ecclesiarū, Ecclesiasticorūque, vt quasi pauperū non essent bona, ad se ea attrahere ambiāt, immò quasi ex iure ad se pertinere putent, vnde consumpto eorum patrimonio, dilaceratoque, ad patrimonium aduolant Christi, nouis exquisitis colotibus, extremæ prætextu necessitatis, ita vt iam

19. Principes cur bona Ecclesiastica sua faciant.

B sic illis Dei Ecclesia pensum soluat, ac si non esset libera; nec existeret Domina. Ne mirentur hoc Ecclesiastici, neque tempora lamententur, iusto equidem Dei iudicio illud fit, malè eis dispensantibus Ecclesiarum bona, nam dum hęc in proprium, non verò egenorum vsum conuertunt, iustum quidem est, vt rapiat fiscus quod Christo, quod pauperi defraudant, ob hoc Ecclesiarum, Ecclesiasticorumque paupeties, ob hoc pensionum cumulus, siue bonorum direptio. Fructibus terræ Deus priuauit pessimum Cain, quia indignum iudicauit quem terra aleret, dum ipse ita crudeliter fratri vitam ademit, quam vti iunior sustentare debuerat, & puniuit Deus eum illa pœna, vti illi omnium insensissima, omniumque durissima. Quod eleganter expressit Philo lib. quod deterius potiori insidietur, ponderans illa verba: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, &*

20. Cain cur fructibus terræ priuatus. *Philo.*

C *à facie tua abscondar, quasi diceret: Si non præbes mihi bona terræ, nec cœlestia equidem accipio: si non datur frui voluptatibus, nec virtutem quidem desidero, si non impertiris humana bona, diuina quoque tibi habeto, nam apud nos necessaria, chara, & verè germana bona sunt edere, bibere, vestiri, per visū frui colorum varietatibus, per aures oblectari sonorum concentibus, per nares exhilarari vaporum fragrantiis, ventris ad satietatem expleri voluptatibus.* Puniuit ergo Deus hunc ea pœna, qua maior illi non extabat, quia peccator, quia totus carneus, quia impius homo, quia tādem quem alere debuerat, occidit. Non equidem tales nostros iudico Ecclesiasticos, absit, solummodo addo, vt videant, an dum consimili eos pœna Deus castigat, non sit, quia nimis Ecclesiasticis bonis addicti, ita magni ea faciunt, vt erogare non audeant profuséque in pau-

D peres ea expendere, & causa sint mortis eorum, quorum habuerant esse vitæ.

Tandem vagatione impius punitus, nullam certā habens sedem, nullum firmum domiciliū, semperque vagus, ac profugus, in nullo vnquam firmo consistens loco, Prælatos extra Ecclesias videmus suas, anxiè varijs prætextibus extra illas degere, gradus in Curijs, siue Pontificis, siue Principum prætendere, totum propemodum peragrare mundum, non vocatos, non coactos, sed negociationibus intrusos. Numquid non maledictio Dei est, quæ super illos tremendè cecidit, quia, vti par erat, de ouibus suis, dum inter illas stabant, curare desierunt, ac patrimonium Christi in terra defodientes, iusto suo iudicio vult Deus, vt extra suam illum erogent Ecclesiam, paupe-

21. Prælati cur extra Ecclesiam vagantur.

A res aliquando ad illam reuertentes, dum ditissimi exierunt. Quid, quæso, Prælatorum tam proprium, quàm in suis residere Ecclesiis? Apocal. 4. num. 6. vidit Ioannes, *In medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia.* Quomodo in medio, & in circuitu? mystica equidem locutio, quatuor enim animalium nomine Doctores, pastoresque animarum designantur, quorum tanta cura debet esse, & sic semper cum eis assistere, vt non solum in medio videantur sed etiam semper in circuitu esse. A qua interpretatione non procul est Diuus Ambrosius vt in Glossa. *In circuitu sedis quatuor animalia sunt*, inquit, *quia Doctores populum sibi commissum, & à visibilibus, & ab inuisibilibus hostibus quanta virtute possunt, defendunt: in medio sedis consistunt, quia vnumquemque eorum, vt in virtutibus, omnibusque bonis operibus proficiant, admonere non desinunt.*

22. Eorū proprium in sua Ecclesia residentia. *Apoc. 4. 6.*

53. In Dei sede cur vidit Ioannes animalia in medio & in circuitu. *Ambros.*

B Murmurantibus Aaron, Mariaque de Moyse, solam Mariam lepra infecit, Num. 12. 10. *Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix.* Cur non Aaron cùm eodem de fratre liuore murmurauerat, ac eius soror. Theodoret. quæst. 13. Abulens. quæst. 64. Oleaster in expositione litterali eiusdem capitis duas afferunt rationes. Primam, quia Aaron minorem culpam contraxit; quod colligit Abulensis ex contextu Scripturæ, quæ prius nominat Mariam, quàm Aaron, *Locutaque est Maria, & Aaron. Et ita innuitur*, inquit Abulens. *quod locutio totaliter pertineret ad Mariam, esset autem Aaron, vt fauens ei, & non vt principaliter loquens.* Secunda autem proprior ad rem nostram,

Num. 12. 10.

Theod. Abul. Oleast.

54. Aaron cur non lepra infectus vt eius soror, etiamsi cū illa murmurasset.

C quia Aaron erat sacerdos, qui duplici de causa infici non debuit, tum quia in sacerdote maxima munditia necessaria, tum, (quod nobis fauet) quia leprosus ab hominum commercio separari consueuerat, Leuit. 13. nu. 1. non autem conueniens erat Aaronem separari, cùm esset summus sacerdos, ad quem cura spectabat animarum, vnde maluit Deus cum pœna Aaroni debita dissimulare, quàm cum eius residentia, minus reputans malum peccatum pœna non plectere, quàm à populo Pastorem abalienare.

Leu. 13. 1.

Iacob etiam, dum iuuenis, fratrem timuit, & vt eius vitaret iram, è domo fugiens peregrinus in alienas perrexit terras, ac reuertens postea, etsi eundem extimuisset, tamen non fugit, sed primus obuiam illi perrexit, *& ipse progrediens adorauit pronus in terra.* Gen. 33. n. 3. Mysterium agnouit Chry.

25. Iacob prælatorum exemplar. *Gen. 33. 3.* *Chrysost.*

D homil. 33. in ep. ad Corinth. primò fugit, quia solus postea mortē non recusat, quia caput, & pastor, eligens potius cum suis emori, quàm sine illis viuere, *Vide*, inquit, *vt timidus ille charitate suscitato leone quouis animosior euadat, veluti propugnaculum enim quoddam, seipsum ante cæteros locās, paratus erat ferrum illum, & minas, quemadmodum suspicabatur, sperantem excipere primus, & suo ipsius corpore, parare vxoribus salutem, & quem domi timebat intueri primus in acie studet.* Nil melius. At totū hodie oppositū fit, vidēt lupum venientē, & fugiunt, immò fugiūt antequā veniat, à sua abacti cupiditate, à suamet facti ambitione extorres, sub maledicto existentes, ac alter ille pessimus, quia sanguinem Christi violenter retinent in marsupijs, seipsos prius saginantes, non secus ac filij Heli, quorum primum malum erat, vti diximus, seipsos Deo præferre.

26. Prælati suas deserere ob debētiones, etsi periculum immineat mortis.

Secundum autem, mulierum sollicitudo, quæ in ostio excubabant tabernaculi, cum quibus, vt inquit Scriptura vbi supra cap. 2. *ipsi dormiebant*, quod malũ erat maximũ, scandalosumque, valdè Deo displicens, & vt pater eis dixit, *pessimum*. Quapropter iustus ille iudex, qui ad pondus determinat delictis pœnam, his duobus malis duo applicauit ex æquo correspondentia pœnarum genera, primò equidem amotionem à sacerdotio, vt diximus, non solum à filiis, sed etiam à stirpe sua, ausui correspondens temerario, quo se ipsos Deo præponebant, *Nescientes ipsum, neque officium sacerdotum ad populum*, vt inquit Scriptura. Fœdo autem obscænoque peccato præproperam applicuit mortem, non solum filiorum, sed nepotum, & omnium

16. Heli filiorũ peccatum quàm iustè punitum in præpropera morte omnium suæ stirpis.

è stirpe eius descendentium. *Non erit senex in domo tua omnibus diebus, & pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem peruenerit.* Digna equidem impuri, obscænique peccati pœna; sollicitudinis mulierum, acrisque libidinis, quam in Dei templo exercebant, erat peccatum iuuentutis, puniantur in iuuentute, & moriãtur, antequam senescant, quæ peccata quia dissimulata à patre in eum redundarunt: meritoque dicere possumus ipsum Heli talibus peccatis Deum offendisse, vnde ob talia peccata parẽtis, filios, nepotesque suos fuisse castigatos, & sic in iuuentute mortuos, quia grauiter pater eorum Deum sanctum offendit, vnde meritò, inquit noster Sapiens, tales filios in consumatione esse, & citò finire vitam quia filij sunt adulterorum, gentisque peccatricis.

17. Peccata propriam decurtant vitam, 3. Reg. 3. 14.

At non equidem hoc mirandum, peccata scilicet patrum vitam decurtare filiorum, cũ sæpè contingat & propriam adimere vitã, 3. Reg. 3. n. 14. *Si autẽ ambulaueris in vijs meis* dixit Dominus Salomoni, *& custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos*, Vbi notandum quod ad dandam Deus Salomoni sapientiam diuitiasque, & gloriam, nullam apposuit conditionem, *Feci tibi secundum sermones tuos, dedi tibi cor sapiens, sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi*, diuitias scilicet, & gloriam: at ad vitæ longæuitatem subdit, *si autem ambulaueris*. Per quod quid nobis aliud insinuatur, nisi quod ad annorum longæuitatẽ, puritas, immaculatusque necessarius est vitę cursus, qui quando impurus, decurtat, vitæque obtruncat stamen.

Zonaras. 28. Anastasius intempestiuè ob peccata mortuus. S. Berna.

Zonaras enim scribit tom. 3. Anastasium Imperatorem Eutichianæ hæresis fautorem, talem visionẽ vidisse, virum scilicet terribilem, librum manu gestantem, atque ei dicentem: *Ecce ob peruersitatem fidei tuæ, annos quatuordecim vitæ tuæ deleo*, quo dicto, ictus subito fulmine periit. Et S. Bernar. 2. tom. Domin. 2. Quadrag. fer. 17. art. 3. ca. 11. terribile exemplum narrat accidisse in Hispania citeriori, in oppido, cui nomen Sui non proculà Valentia, nempe ob malam vitam suspensum fuisse adolescẽtem, qui vix annum duodeuigesimum vitæ suæ attigerat, quo suspenso, statim erupisse barbam, illicò profundam, ac mox canum euasisse, & apparuisse quasi ætatis nonagenariæ, quod mysterium cùm Deus Episcopo oranti reuelasset, adstantibus dixit. *Quid admiramini, fratres, aut quid amplius scrutamini in hoc portento, voluit Deus, vt vobis, & per vos omnibus innotescat quantùm de vita iis detrahat, qui malè in mundo vixerunt; victurus certè hic iuuenis fuisset ad eam ætatem, quæ modo in facie eius apparet, nisi mala eius vita, ac parentum inobedientia septuaginta annos ei detraxisset.*

Sed quid hoc mirum, cùm vnum peccatum ex immortali hominem fecerit mortalem: pondera immortalitatem, & mortalitatem, & vnam esse considera vitam sine termino, & infinitam, alteram finitam, & cum termino, quantumque distet infinitum à finito, tantum dic, quod vitæ homini detraxit peccatum: vt semel intelligas nullam aliam rem magis vitam decurtare humanam, quàm peccatum, & viuere post vnum admissum gratiam Dei esse, iuri peccati vim inferẽtem. Nam vt optimè, & egregiè inquit Ambrosius lib. 2. de Vocat. gent. ca. 8. tom. 4. *De immaturitate mortis non est ratio conquerendi; nam cùm semel in naturam nostrum per peccatum ingressa fuit mortalitas, obnoxium sibi omnem fecit diem.* Nil melius. Semel per peccatum factus homo mortalis, vita non amplius, neque tempus extitit suum, sed totum obnoxium fuit peccato, id est subiectum, sicut quod vitæ tempus habemus contra illius sit ius, contraque id quod ei iustè debetur, *Vita huius principium*, sequitur Ambrosius, *mortis exordium est, neque prius incipit augeri ætas nostra, quàm minui, vti si quid adiicitur spatij temporalis, non ad hoc accidit, vt maneat, sed in hoc transijt, vt pereat: Quod ergo ab initij sui die mortale est, qualibet accidet die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec vnquam ei vicinius est posse viuere, quàm posse deficere, & siue morbis, siue debilitatibus, siue vulneribus, non solum anni, aut menses, vel dies ætatis humanæ, sed & omnes horæ, omniaque momenta subiecta sunt.* Egregiè: omnes horæ, omniaque vitæ momenta peccato sunt obnoxia, & debita; quod cùm ita sit, euenit vt contra legem, contraque peccati ius sit quodlibet, quod homo viuit momẽtum. Peccatum ergo causa mortis extitit Adam, peccatum eius accelerationis, & vti diximus, non solum propriæ, sed alienæ, sed filiorum, nam sibi mortem accelerauit, & nobis. Similiter & cæteri parentes malè viuentes, mortem acceleratam merentur filiorum, vti ait noster Sapiens, & quod numquam eos videant perfectos, consumatosque, sed imperfectos, *quia filij adulterorum, & malorum hominum in consumatione erunt.*

Ambros. 29. Peccator mortis semper obnoxius.

Num. 17. *Etsi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit in nouissimo senectus eorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

DIxerat Sapiens, præmaturè mori filios adulterorum, at quia aliquando contrarium euenit, nunc in hoc versu etiam longæ vitæ eorum prædicit infœlicitatem, vnde & sequitur.

Hierony.

Etsi quidem, &c. Hieronymus vbi supra, *Cùm longi fuerint temporis, reputabuntur in nihilum, & ignobilis in nouissimis erit senectus eorum.* Interlin. *in nihilum computabuntur*, intelligit, quia memoria illorum in æternum benedictione carebit, quod est, in nihilum reputari, nihil est, quia Deo maledictus.

Interlin.

Cantacuzenus intelligit hanc sententiam de filiis malis, sed verissima est sententia Lorini, qui

Cantac. Lorin.

1. Filij castigãtur ob peccata parentum. intelligit de bonis, cùm isti sæpè ob peccata castigentur parentum in corpore, tanquam eorum pars: sic Hieronym. in cap. 5. Hierem. & 18. Ezech. Augustinus qq. veter. testam. q. 14. Gregor. 5. Moral. cap. 12. S. Thom. 1. 2. q. 81. art. 2. ad 1. & alij. Sensus patet, nam multoties malos ad vsque vltimam senectutem videmus peruenire, tamen omnes illi dies quasi pro nihilo sunt, & ad vltimum, supplicium Dei non effugientes sine honore pereunt, & sine illo canitiem ducunt suam ad sepulturam.

Hieron. August. Gregor. S. Thom.

Sine honore erit, &c. Fatuo sene nihil contemptibilius, Ecclesi. 25. num. 3. *Tres species odiuit anima mea, ait, pauperem superbum, diuitem mendicum, senem fatuum, & insensatum*: alia versio, *senem adulterum, diminutum intellectum*, quid enim inhonoratius videri potest, quàm senex fatuus & iniquus? Optimè Seneca de breuitate vitæ cap. 8. *Non diu vixisse*, inquit de talibus, *dicendus, qui vitæ cursum ad fœlicitatis metam non direxit, sed diu fuisse.* Vnde licet multus honor senectuti debeatur, adeo vt Gadibus illi templum dicatum fuerit, vt ex Philostrato lib. 5. de vita Apollonij adnotat Lorinus, tamen illi senectuti hoc debetur, quæ & moribus ornata reperitur. Quod quaminsita sit, valde tamen effrænatus illarum gentium mos improbandus, qui senio confectos necabant, aut canibus obiectabant, vel fame interficiebant, aut in solitudine sine viatico dimittebant, vel de rupe præcipitabant in mare, vel fustibus interimebant, teste Alex ab Alex. lib. 5. cap. 2. impium equidem, at quia malè viuebant, iustum erat Dei iudicium in illos, vnde etsi respectu hominum impietas, respectu tamen Dei æquitas meritò dicenda, vt semel videas, quomodo omnia Deo famulentur, siue bona, siue mala.

Eccl. 25. 3

2. Senex fatuus & obscenus quã contemptibilis.

Senec.

3. Senectuti antiquitus templum dicatũ.

Lorin.

4. Senes occisi ab antiquitate.

Alex. ab Alexan.

Num. 18. *Etsi celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Pergit Sapiens infœlicem declarare iniquorum sortem, & sicut supra dixerat ipsos infœlices, etiamsi longæuos ducerent annos, quia pro nihilo eorum anni, & inhonorata eorum senectus, nunc aliam assignat infœlicitatem, carentiam nempè consolationis in morte præmatura, dum illud solum, quod in tali casu vnicum est solatium, ipsis deficit, nempè alterius spes vitæ, sine qua impij celerius morientes deficiunt, & pereunt, vnde inquit, *Etsi celerius defuncti fuerint.*

Nec in die agnitionis, &c. Inquisitionis scilicet, diiudicationis, cognoscendæ causæ animaduersionis, in die iudicij, tum particularis, tum generalis. Fulgentius, *in die magnitudinis*, reprehenditur à Iansenio & à Lorino tanquam sensus non respondens verbo Græco, sed verè dies iudicij, dies magnitudinis Christi dicitur, quia tunc supra omnes exaltabitur Potestates, Principatusque.

Fulgen. Iansen. Lorin.

1. Iudicij dies magnitudinis dicitur.

Allocutionem, &c. Solatium, leuamen, blandimentum, quæ omnia significat alloquendi verbum, etiam apud prophanos, vt est videre apud Muretum 2. Var. lection. cap. 4. & est phrasis Scripturæ, vnde Gen. 34. num. 3. *Tristemque liniuit blanditiis.* Hebraicè, *Locutus est ad cor adolescentulæ*, & apud Ioan. 11. num. 29. illud, *Multi autem ex Iudæis venerunt ad Martham, & Mariam, vt consolarentur eas.* Syrus legit, *vt loquerentur cum corde earum*, vnde loqui ad cor, est, consolari aliquem. *Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius*, Os. 2. 24. id est, consolabor. Vnde tantum est dicere, non habebunt mali in illa die vllam consolationem, quantum non habebunt in illa die vllam allocutionem, cùm nullum habeant consolatorem, non Christum, non Virginem matrem, non ipsam propriam conscientiam, status miserabilis, & vltra modum deplorandus.

2. Allocutio quid significet.

Muret. Gen. 34. 3. Ioan. 11. num. 29. Os. 2. 24.

3. Mali in iudicio quàm miserabiles.

Potest etiam moraliter accipi dies agnitionis, & visitationis, pro die afflictionis malorum in hac vita, quando Deus, sic exigentibus eorum peccatis, incipiet eos hic castigare, & affligere, cuius miseria in eo consistit, vt in illos nullam internam habeant allocutionem Dei, nullum solatium, nullum subleuamen, sicut iusti. Alij accipiũt allocutionem pro defensione propria, aut excusatione, vnde iuxta istos tantum erit dicere, malos non habere in die iudicij allocutionem, quantum illos tunc ob malam eorum conscientiam obmutescere, nullamque pro se pertendere posse excusationem malis suis, vnde benè inquit Sapiens, *nec in die agnitionis, &c.*

HOMILIA LXVII.

Mali in afflictionibus miseri, quia nullum habent vti iusti internum consolatorem.

Mali, peruersisque quoquouersus res eorum adspiciantur, semper in malum eis cedunt, sicut è contra bonis, & Dei electis, vt inquit Apostolus, *omnia in bonum*, ad Rom. 8. num. 28. si vita illorum diuturna, inquit noster Sapiens, *quod in nihilum computabantur.* Erunt homines adeo maledicti, & eo quo longius viuent, eo magis abominabuntur, nam vt in litteræ diximus, & alibi inquit alter Sapiens, *fatuo sene nihil contemptibilius.* Eccles. 25. 3. si verò breuis, infœlicissimi, cùm in nullo amaritudinem amissionis vitæ recompensare possint, non habentes melioris vitæ spem, quæ sola iuuenem consolari potest morientem: itaque sine longa, siue breuis eorum sit vita, semper in malum eis cedit.

ad Rom. 8. 28.

1. Malis in quolibet statu semper miseri.

Ecc. 25. 3.

Verum enimuerò, licet hoc ita sit, tamen maximũ in eorum vita malum, mihi videtur illud, inter varia genera afflictionum malorumque necessariò ab eis toleranda, siue in vita breui, siue longa, nullum internum habere consolatorem, nõ propriam conscientiam, non Deum ipsum, cùm inimici eius sint, ob quod cum illa nullam habẽt allocutionem, sicut in explicatione litteræ nos diximus, & nunc ex proposito dicemus.

Quomodo, quæso, hæc vita mortalis, sic ærumnis, molestiis, laboribus, afflictionibusq; plena trãscurri potest sine interno aliquo cõsolatore, & quomodo potest tribulatio, diesq; tolerari tribulationis, cũ nõ habeat misera creatura cũ creatore suo allo-

cutioné attende me quæso, & dic, quomodo sustinere potuisset Iacob afflictioné illã magnã, quando audiuit quadringentis cum viris properare Esau, putans illum venire ad destruendum eum, omniaque ipsius, si nocte illa allocutionem non habuisset

2. Iacob vnde in tribulatione consolationem eruit.

cum Deo suo, cui dixit timorem referens suum: *Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo.* Gen. 32. 11. Sic, vt dicat Chrysostomus,

Gen. 32. 11 Chrysost.

hic homil. 58. vt turbatus mente, nesciret quid faceret, *Timuit, inquit, Iacob, & perplexus erat, & formido mentem eius turbauerat, & nesciebat quid faceret, sed mansit perplexus mortem ante oculos habens.* Quid ergo fecisset, nisi allocutionem cum Domino habuisset? Dicam propemodum, quod antè percussionem percussus, & ante mortem mortuus extitisset; at quia, *videns se quasi in rete comprahensum*, vt inquit idem Chrysost. *ad inuictum confugit Dominum promissiones ei factas repetens.* Ex cuius allocutione sic fortis, sic valens euasit, vt penitus omni dimisso timore lætus cecinerit, pœanaque ante victoriam decantauerit, *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima*

3. Summa infelicitas in tribulatione cum Deo allocutionem non habere.

mea. num. 30. Periisset ergo, nisi cum Domino allocutus, & tu dic, quod similiter pereũt illi, qui in tribulationibus allocutionem non habent cum Deo suo.

Optimè hoc declarat illud Pauli 2. ad Cor. 4. n. 8.

2. ad Cor. 4. 8.

exponens enim Apostolus afflictissimam, quam patiebatur vitam, sic inquit: *In omnibus tribulationẽ*

4. Apostoli vnde in tribulationibus fortitudinẽ eruebant.

patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Notanda hæc postrema verba, in illis enim ratio occluditur animi, fortitudinisque Apostoli, in tribulationum fluctibus, *non destituimur*, inquit *non derelinquimur*, licet, *aporiamur*, quia vt

Chrysost. Theoph. Ecumen.

inquiunt Chrysost. Theoph. & Ecumen. *non desperamus, sed in Deo consilium, remedium, exitum speramus, inuenimus, & vincimus.* Ergo ratio nõ desperationis erat consilium, quod cum Deo habebat in tribulatione & allocutione cum illo, ex qua remedium hauriebat, & exitum.

August.

Hoc erat equidem quod Augustinus 1. de Ciuit. cap. 14. insultantibus respondebat Paganis, obiicientibusque Christianis captiuitatem, quam multi eorum in tempore passi fuerant Alarici Regis, quando Roma ab ipso destructa, *Sed multi*, inquiunt, *Christiani etiam captiui ducti sunt:* quibus respondet sanctus, *Hoc sanè miserrimum est,*

5. Christiani & Dei seruitur miseri in tribulationibus esse non possunt.

si aliquo duci potuerunt, vbi Deum suum non inuenerunt. Egregiè quidem, sicut etiam ex ep. 122. ad Victorinum, qua cum consolabatur super malis, quæ Barbari grassantes per Italiam, Hispaniamque, sanctis viris, sanctisque virginibus inferebant. *Grauissima sanè*, inquit, *& multum dolenda est illa captiuitas fœminarum sanctarum, atque castarum, sed non est captiuus earum Deus, neque captiuos deserit suos.* Non certè est captiuus respectu inimicorum, sed ego captiuum dixerim, pace Augustini, respectu seruorum suorum, seu melius, concaptiuum cum ipsis. Quod cùm ita sit, si secum Deum iusti in tribulationibus, captiuitateque socium habent, quid eis deficit, aut quid timere possunt? cùm secum valentiorem includant quàm sit fortis tyrannus eos affligẽs. Quod egregiè

Chrysost.

dixit Chrysostomus homil. de tribus pueris tomo 1. tyranno quartum in fornace cum pueris ambulantem videnti insultans; *Exclude, si potes, ait, adhuc demens eum, qui crescit ad numerum, non poteris iam tuos finire damnatos, qui soli esse non pos-*

A *sunt, mala tibi ratione creuit quæstio, fortior est,* *quem claudis.* Nil melius. Hinc carceres non timent, sicut neque exilia: *Nec ego vllum exilium*

6. Iusti fortiores tyrannis quia Deus cum illis.

cognosco. inquit Basilius Modesto Præfecto Valentis, minitanti sibi exilium, *qui nullo loco circumscriptus sum, ac neque terram hanc, quam nunc incolo,*

Basil.

meam habeo, & eam omnem, in qua proiectus fuero, pro mea duco, immo, vt rectius loquar, vniuersam terram Dei esse scio, cui aduena ego sum, & peregrinus. En sanctorum vltimata voluntas. Quod cùm ita sit, quid sentient, aut quid sentire possunt, dum taliter viuunt? nihil, vnde Deum suum prospiciendo, & desiderando, non sit equidem mirum si in tribulationibus positi cum eo alloquentes, patientiam, tolerantiã, spéque concipiant summam inexplicabilemque. Audiamus autem illud os ad Ciriacum Episcopum exulãtem propè diuinè de hac

Chrysost.

re disserentem ep. 3. tom. 5. *Etenim ego*, inquit, *cùm*

7. Sancti in tribulationibus vnde consolationem hauriunt.

B *à ciuitate fugerem, dicebam intra me ipsum, siquidẽ vult Regina me exulem, agar in exilium, Domini est terra, & plenitudo eius: & si vult secare, secet, idem passus est Isaias, subscribat illi: si vult in pelagus me mittere, Iona recordabor: si vult in caminum iniicere, idem passi sunt tres illi pueri: si me feris vult obiicere, obiiciat, Danielis in lacum leonum obiecti recordabor: si me lapidare vult, lapides, Stephanum habeo primum martyrem socium: si & caput tollere vult, tollat, habeo socium Joannem Baptistam: si & substantiam auferre, auferat, nudus exiui de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Mirus animus, admirabilis constantia; ne mireris, cũ Deo alloquebatur, intra semetipsum, vt ipse inquit, cũ Deo tractabat, inde consolationum fontes illos hauriebat, vnde & alacer ad pericula properabat.

C At iniqui, & mali, qui vix Deum agnoscunt, quem, quæso, in suis allocutorem habent tribulationibus? vnde non mirum, si desperent, si tribulentur, si in tribulatione succumbant. Cur putas dum pessimum Cain in tribulatione sua desperasse, &

8. Cain desperauit quia cum Deo allocutionẽ renuit.

inundantibus malis periisse, nisi quia cum Deo non habuit allocutionem, immo neque eã admittere voluit? quam indicibili sua motus misericordia non secus ac Patri suo ei offerebat, vt idem inquit Chrysostomus hic homil. 18. *Vt enim*, inquit,

Idem.

misericordiæ Dei magnitudinem ineffabilem videas, vide ex his quæ nunc fiunt, bonitatis illius excellentiam, & patientiæ magnitudinem, nam postquam vidit illum supra modum mæstum, & vt ita dicam, ac tristitiæ fluctibus submersum iri, non despexit, sed quam erga patrem ipsius misericordiã declarauerat, dando illi satisfaciendi occasiones,

D *& fiduciæ ianuam aperiens, & dicens, vbi es? sic nunc erga ingratum misericordiam suam declarat, manum illi quasi in præceps eunti porrigens, & occasionem præbere volens, vt delictum corrigat.* At miser inuidiæ pressus veneno, & ardentibus furijs stimulatus, cùm in hac tribulatione nullum intus admitteret consolatorem, & Deo ipsi loquenti nollet respondere, Gen. 4. miser in barathrum se desperationis immergens, fratrem occidit, seque æternaliter damnauit.

Hinc, quando Deus homini iratus; eumque in malis periturum destinauit, hanc ei ademit allocutionem, quasi vnicum in afflictionibus re-

9. Deus iratus homini effecto allocutionem tollit, quod vltimum est malorũ.

medium, quo ipsi priuati miseri, euenit vt dum ad alium præter Deum impatientia moti consolatorem confugiunt, pro consolatione mærorem, pro vita mortem inueniant. Sic infelicissimo euenit Sauli, in medijs enim positus tribula-

tionum fluctibus, *Vidit*, facer inquit textus, *castra Philistiim, & timuit, & expauit cor eius nimis*.1.Reg.28.num.5. licet allocutionem cum Deo

1.Reg.28. 5.

quæsijsset, sciebat enim hoc solum in tantis sustinendis malis possibile remedium, tamen exigentibus sic peccatis suis, Dominus consultus, *non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per Prophetas*, vnde angustiis pressus, & furiis tribulationum actus, in desperationem se immergens, dæmonium alloqui voluit, & ab eo consolationem, quam in Deo non inueniebat, exquirere, vbi pro cõsolatione mœrorem, pro alleuatione tristitiam, pro consilio confusionem, pro vita mortem inuenit: *Statimque*, inquit scriptura, *audito Samuele*, idest dæmone repræsentante Samuelem, vt multi volunt, seu vt alij, ipsomet Samuele, *cecidit porrectus in terram*, nec mirum, cùm tribulationis impatiens, Deo derelicto, ad dæmonem confugit.

10. Mali aliam præter Deũ consolationem dum requirunt, in desperationem & maiores incidunt angustias.

Quod similiter & his accidit, qui consimili stulto remedio ad angustias vtuntur subleuandas, nam dum vnum subleuare malum intendunt, in alterum eo peius incidunt, *De lectulo, super quem ascendisti non descendes*, inquit Helias Ochoziæ 4.Reg.1.num.16. *sed morte morieris*. Non equidem aliunde, nisi quia cum diabolo, non cum Deo allocutionem procurauit, ideo perijt, ideo funditus decidit, sic fatuus, & amens, vt desiderio vitæ oppressus, non considerauerit quid inde per talem allocutionem ei aduenire poterat, Quam equidem fatuitatem similiter & hi experiuntur, qui dum angustiis, afflictionibusque probati, vt animũ alleuient, peccatum assumunt in remedium, vnde pro bono quod inde sperabant, inueniunt malum, quod fugiebant, vt grauiter dixit August.ser.25. de verbis Apost. Pauli, dum sic loquitur, *Propter quid peccat homo si non cæcatur cùm peccat, vel cùm peccaret, attendere poterat, & videre, quia voluptas transitura sine prudentia desideratur, vel cũ transierit, cum pœnitentia cogitatur: nos irridetis, quia speramus æterna, quæ non videmus, cùm vos eis, quæ videntur temporalibus subditi, nesciatis qualis vobis dies crastina illucescat, quã sæpè bonum sperãtes malum inuenitis*. Nil melius. bonum sperant extrà Deum, malum equidem inueniunt: in dæmone sperauit Ochozias, mortem inuenit, allocutionem cũ diabolo sollicitauit, non cum Deo, at Deus locutus cum illo, sed vt loquẽs iudicia, *de lectulo super quem ascendisti, non descendes*.

4.Reg.1. num.18.

August.

11. Peccator quàm cæcus dũ per peccatum consolationem aucupare desiderat.

At cõtra sancti, licet in medio tribulationis igne, immo & fornace, cantant, tripudiant, & foris vrente igne, intus aura rorificantur diuina. Hoc considerandum in tribus illis pueris, Dan.3. vbi notandum non prius descendisse Angelum Domini, & medium fecisse fornacis, *quasi ventum roris flantẽ*, quàm Azarias orasset, & allocutionem cum Deo habuisset, proiectis namque pueris in fornace, Azarias, *stans orauit*, sacer inq. text.nu.25. cæteris laudantibus, & benedicentibus Dominum, post cuius orationem, ac cum Deo allocutionem, Angelũ Domini descendisse cum Azaria, & socijs eius in fornacem, non antè, dicitur. Quod videtur obseruasse Chrys.hom. de tribus pueris tom. 1. dum orationi, non Angelo, impotentiam tribuit ignis, sic eloquẽs, *Et stans Azarias precatus est, & aperiens os suum in medio ignis dixit: Benedictus es Domine, nõ audet ignis inuocantis Dominum fauces irrumpere, ne nubilo ducto vaporans, eloquentis ora conturbat innocentis oratione prolata, & quasi facto impetu sermonis tremula flãma subducitur*. Nil melius. Hinc An-

12. Sãcti quàm læti in tribulatione, & vnde.

Dan.3.

Num.25.

Chrysost.

13. Oratio vim igni abstulit à fornace, ne pueros ad Deũ laudandum impediret.

A geli descensus, fructus extitit allocutionis, & ideo medium extitit fornacis quasi ventus roris flans, quia prius Azariæ spiritus apud Deum flauit, vnde quasi eius gloriæ inuidẽs, vt sic dicam, socium se eis adiunxit Angelus, ne homines absque Angelis inter vortices soli flammantes reperirentur Deũ laudantes. *Descendit enim Angelus cum ipsis excutiẽs flammam ignis de fornace, fecitque mediam fornacis quasi ventum roris flantem*.

Vbi notandum, non eripuisse eos de fornace, sed tantum ignem de fornace excussisse, ipsis in ea sicut prius antè allocutionem, orationemque remanentibus, vnde antè orationem in fornace extabant, sed ignea, post orationem verò in fornace, sed rorifera. Vt semel intel[illegible]amus quãtum in tribulatione allocutio cum De[illegible]t potens, cùm licet ab ea Deus suos non eripiat, tamen post allocutionem, etsi in igne, ac fornace, ignis fornax, non fornax eis, sed paradisus, sic spirituales virtute ignis intus inflammantis affecti, vt propemodum in spiritum, quasi ipsamet caro trãsformata rideat flagella, ignes non sentiat, de carcere lætetur. Quod idem dixit Chrys.homil. 13. in ep.ad Rom. expendẽs Pauli lætitiã, qua probra, carceres sustinebat, ac flagella: *Quemadmodum ferrũ*, inquit, *ab assiduo vsu, & ipsum quoque in ignẽ euadit, propria in natura remanens, sic fidelium, spiritumque habentium caro, in illam demum efficientiam transformatur, tota spiritualis, vndique cruci affixa, atque vna cum anima & ipsa volatilis reddita, quale quidem erat corpus Pauli, qui dicebat: Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu, vnde omnes ille delicias, voluptatesque ridebat: flagellis autem, fame, & ergastulis delectabatur, nec dolebat ille dum tolerabat*. Notanda hæc postrema

14. Tribulatio cum Dei allocutione est veluti paradisus.

B

Idem.

15. Sanctorum caro vt in spiritum transit.

C verba, Tolerabat, sed non dolebat, patiebatur, sed non angebatur, cremabatur tandem, sed non comburebatur, immo spaciabatur, non secus ac pueri isti in medio ignis camini ardentis, immo quod stupendum, sic patiuntur, vt eis lætantibus non amplius ipsi, sed ministri vrantur eorum tribulationibus. Quod equidem notandum in horum trium tribulatione sanctorum, ignis enim è fornace prorumpens combussit, occidit, ac eos in cineres redegit, qui sanctissimos pueros proiecerunt, intus in rore remanentibus ipsis. Vnde benè hoc admirans Chrysostomus vbi supra, exclamat dicens: *O Dei potentia clariùs luce monstrata, furatur pastus alienos incendium, nam consumpsit quos prope inuenit, quia ieiunat in suis, custodiam suam vehementer horrẽscens, ac iam faciat, vel ipso fumo sanctis quos tuetur, iniuriam, foris saatum ducis vrere, benè constanti vindicta, innocentia defenditur, liberantur inclusi, & pereant spectatores*.

16. Eorum tribulatio ad eorum tribulantes transit.

Idem.

D

Sed vlterius aduertendũ, non illico ac eos proiecerunt, illos ignem absorbuisse, sed quando post orationem, & allocutionẽ Azariæ cum Deo ipsi amplius fornacem incendebant, vt fortiori illi cremarentur igne, post orationem nãque, inquit scriptura n.46. *Quod non cessabant, qui miserant eos ministri Regis succendere fornacem naphta, & stuppa, & pice, & malleolis, & effundebatur flamma super fornacem, cubitis quadraginta nouem, & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis*: vnde illud prius dictum num.22. scilicet. *Porro viri illi, qui miserunt Sidrach, Misach, & Abdenago interfecit flamma ignis*, per anticipationẽ intelligenda sunt, inquit Lyra, & Interl. Post orationem ergo, & post allocutionem combusti sunt, dum ipsi non contenti proiecisse sanctos in ignem, am-

17. Quando cremati, qui pueros in fornacẽ eiecerunt.

Num.46.

Lyra. Inter.

plius, ampliusque vrgebant ad consumptionem perseuerando illorum: quod contrà euenit: nam cùm alloquerentur Sancti cum Deo, & consolationem ab ipsi acciperent, tantum abfuit, vt consumerentur, vt potius cernentibus ipsis, idem ignis in quem eos peccatores effuderant, ipsos peccatores consumeret, ac deuastaret. Hæc equidem est illa consolatio, quam in mediis sæpè tribulationum

18. Sanctorum consolatio in tribulatione aliquando qualis. vndis sanctorum animi possident, recordantur enim futurum aliquando, vt sortes mutentur, videantque igne cremari, qui hîc cremabant. *Multum contristaris frater Cyriace*, scribit illi Chrysostomus vbi suprà, dum tristis exularet, *quod illi nos in exilium abegerunt, ipsi autem in concione fidenter ambulant, & loquuntur, multitudineque satellitum stipantur. verùm hoc loco mente versa diuitem & Lazarum, vter illorum hoc sæculo afflictus? vter fructum accepit? quid nocuit illi inopia? Nonne quasi athleta, & victor in sinum Abrahæ adductus? quid profuit huic opulentia, & quod in purpu-* B *ra, & bysso vitam egit? vbi satellites? vbi equi au-*

19. Sancti cur damnatos in inferno cruciari videant. *reis frenis? vbi parasiti, & Regia mensa? nonne vt latro victus in sepulchrum adductus est, nudum animum expertans, & clamans voce magna, Pater Abrahami & hæc est dispensatio Domini, vt quando impios punit* (notanda verba) *& iustos remunerat, mutuo se videant, & agnoscant; etenim martyres suos quisque tyrannos agnoscens, & tyranni suos, quos afflixerunt, martyres: ita & Deus Adamum punire volens, fecit eum è regione Paradisi terram*

20. Adamus è Paradiso eiectus cur è regione ipsius positus. *operari, vt locum illum desiderabilem quotidie videns, maiorem in animo dolorem haberet, videbimus alibi eos, qui in exilium nos miserunt, sicuti Lazarus diuitem, & martyres tyrannos; ne igitur animo conficiaris.* Nil melius. Quod etsi hoc vt plurimum, in altera erit vita, non ambigendum quod

21. Deus aliquando in hac vita etiam vt de inimicis vindicatos se videant sancti efficit. aliquando etiam in ista, sic Deo ad seruorum suorum erigendum animum permittente. Dauid mortuum vidit Saul, suspensum Achitophel, transfixum Absalon, Ezechias fugientem Sennacherib, trucidatum eius exercitum. mortuos omnes Principes inimicos: similiter Michæas transfixum impium Achab, qui pane angustiæ & aqua tribulationis mandauerat eum depasci. 3. Reg. 22. 27. quod

3. Reg. 22. 27. Dei amici videntes, perspicientesque, vires, animũ, roburque sumunt, vnde licet in carcere, licet in malis, licet in tribulationum profundo cantant, extollentesque vocem tripudiant.

Hoc attendendum in sanctissimo, aut, vt melius dicam, in illo Christi Domini nostri prototypo,

Io. 2. n. 3. sancto scili. Iona. cap. 2. num. 3. Qualis enim in bestiæ ventre extitisset hic, nisi allocutionem cum Deo suo habuisset? & qualis fuit in illo alloquens cum Deo, certè numquam tantùm confidens, &

22. Ionæ laetitia in profundo expenditur. in Domino, vt sic dicam tripudians; audi ipsum in ventre canentem; attende quomodo in mediis D fluctibus personet, in desperatione sperat, in absorptione se eleuat, & licet absorptus, stat tamen erectus: *Clamaui*, inquit, *de tribulatione*, quid inde? *exaudiuit me, de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.* Mirum, exaudiuit, inquit, non exaudiet; adhuc in ventre stat, & exauditum se proclamat, & antè victoriam iam victorem, antè ereptionem iam liberum; vnde ei hæc spes? *Quia cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum.* En ratio, memoria Dei sui in tribula-

Nyssen. tione, & allocutio cum illo. Quapropter optimè

23. Nyssenus lib. de orat. sub initium, docet orationem,

Oratio in sine cum Deo allocutionem, non solum in belli-

A cis, sed in omnibus periculis patronam adesse singulatem, qua mediante, venter ceti domus Ionæ extitit singularis. *Oratio*, inquit, *virginitatis sigillum est, matrimonij fides, viatoribus scutum, dormientium custos, agricolarum fertilitas, nauigantium salus, Ionæ cetum domum effecit, Ezechiam ex portis mortis eduxit.* Desperasset equidem Propheta, si Deo suo allocutus non fuisset, & aliò se vertisset. O quàm benè hoc idem exprimit, dum sequitur dicens: *Qui custodiunt vanitates, frustrà misericordiam derelinquunt.* Quasi diceret, desperent, & plangant, & sint in tribulatione, sine consolatione, qui custodientes, obseruantesque vanitates, dum ab illis sperant consolationem, misericordiam suam, quam à Deo accepissent, si in ipso sperassent, derelinquunt; at ego non despero, immò in mediis gurgitibus tripudio, quia in Deo fidens, memoriam ipsius habens cum eo alloquor, ad ipsum suspiro, ad eum intendo, & mecum illum habens nihil sentio, consolatione abundo, immo & superfluo, non sic impij, sed vt noster inquit Sapiens, si si celerius defuncti fuerint dictu, & tribulati vehementer *non habebunt spem*, neque in ipsa tribulatione *allocutionem*.

tribulatione singularis patrona.

HOMILIA LXVIII.

Impiorum in die iudicij silentium, grauißima pœna.

ET *in die agnitionis* &c. Id est, inquisitionis, discussionis, & cognitionis causæ, in die scilicet iudicij, vel, vt Fulgentius, *in die magnitudinis*, impij non habebunt allocutionem, id est, excu-

C sationem, defensionem, obmutescent, nil pro se adducentes, grauissima equidem pœna, grauissima confusio. hic est alter sapientis sensus, vti diximus. Obmutescêt ergo impij in illa die præ confusione, nihil pro se pertendere scientes, obmutescent, tum ob propriorum delictorum conscientiam, tum ob iudicis præsentiam, in cuius facie quantum extiterit malum cùm sic offendisse apertè cernent. cuius præsentiæ attentione deuenient in peccatorum suorum pondus, grauitatemque. vnde confusi, & pudore, & rubore non solum suffusi, sed oppressi obmutescent.

Considerandum hinc in facto illo sanctissimi Ioseph, quando se fratribus manifestare voluit, Gen. *Gen. 45. 3.*

45. n. 3. eleuans enim vocem cum fletu eis dixit: *Ego sum Ioseph, quo audito fratres*, sacer inquit text. *nõ poterat respondere nimio terrore perterriti.* Quid isti timent? de quo sibi verentur? nonne frater? nonne cum magno eis se manifestabat fletu quasi illis condolens? Nonne præmissa habebant amo- D ris beneuolentiæque, dum & cum eis comederat, biberat, & inebriatus fuerat? Cur ergo timent? cur obmutescunt? An quia, étsi frater, tamen offensus? & si amans, tamen venditus? & in illa, in qua tunc illum esse prospiciebant maiestate, magnitudinem considerabant offensæ? & eo quo benignius erga illos se ipse gerebat, eò acrius iniustitiam ponderabant, vnde ex vna parte delicti confusi magnitudine. ex altera verò beneficiorum, quæ acceperant, ex altera tandem maiestatis altitudine fratris oppressi, obmutuerunt nimio terrore perterriti, ac perterriti, & tamen vnum tantum contra illum peccatum admiserant, & ipse non eorum Rex,

1. Fratres Ioseph cur timuerunt.

immo nec maior natu, neque primogenitus, & tandem nec eorum iudex, neque illi ex officio tale incumbebat iudicium; hisque non obstantibus obmutuerunt; quomodo ergo putandum quòd obmutescent in illa die peccatores, quando se viderint ante illum constitutos, quem non vno, sed propemodum infinitis offenderunt peccatis, quem non semel vendiderunt, sed millies, quem non solùm vendiderunt, sed occiderunt; & antè illum, qui etsi frater, est tamen *primogenitus mortuorum.* Apoc. 1. num. 5. *Qui simul Rex Regum, & Dominus Dominorum* ibi. 15. 16. *Qui tandem iudex viuorum, & mortuorum.* 2. ad Timoth. 4. num. 1. ita vt nullo modo neque apicem deserere iustitiæ possit vltricis; & tandem antè illum constituentur qui se eis reuelat, non vt Ioseph ad amplectendum, osculandum, flendumque cum ipsis, & ad eos alendos, & demum cõsolandos, sed se manifestat ad iudicandum, ad puniendum, ad vindictam omnium extorquendam malorum; quomodo ergo obmutescent tunc mali, quali dolore, pudoreque confusi silebunt, veluti in se ipsis mortui nullam habentes excusationem? *Vehementer obstupesco*, inquit Chrysostomus homil. 64. in Genes. *fratres considerant Ioseph, & potissimum admiror quomodo illi potuerint stare, vel os aperire posten, quomodo non euolauerit ab eis anima; quomodo non obstupuerit tota eorum mens, quomodo non ceciderint in terram, cogitantes quomodo eum affecerant, & qualis ipse erga eos fuerat, eius gloriam, in qua constitutus erat, pensantes.* Sed quid hoc, vt diximus, respectu Christi, & peccatorum in die iudicij? vmbra est, & figura, depicta imago, fucatus tantùm color: à maiestate opprimentur, & præ rubore opponere iudici inculanti aliquid non valentes, ipsum conscientiæ tormentum linguam alligabit, vt Sanctus de istis inquit Gregor. super illa verba Iob. 5. num. 16. *Iniquitas contrahet os suum: Tunc enim* ait, *impio contra bonos loqui non vacat:* adde, neque contrà Christum, *quia malorum suorum digna retributione linguam tormenta ligant.*

2. Malorum in die iudicij confusio ex Christi præsentia quanta.

Apoc. 1. 5. 15. 16. 2. ad Ti. 4. 1.

Chrysost.

Greg.

Emmuerò vnum tantùm verbum dixit homo ille Rex, qui nuptias fecit filio suo, Matth. 22. num. 12. nempè: *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Et hoc vno tantùm verbo audito, obmutuit, nihil præ pudore respondens, nullam excusationem pertendens, à seipso condemnatus, vt inquit hîc Chrysostom. & tamen vocauit eum amicum: *Naturam diligent, peccatam abhorrent.* Quid erit, quando non vocet eos amicos, sed inimicos? sed maledictos? quid erit, quando non vnum tantùm obiiciet, sicut isti, sed multa, sed millia, sed infinita, quomodo obmutescent? quomodo pudore suffundentur? quale erit tunc eorum tormentum? non valentes alloqui, immò neque oculos attollere. Si Sanctus ibi tremebundus adstabit de sua veluti etiam dubitans salute, quid peccator? *Quærite Dominum*, inquit Sophonias Propheta cap. 2. num. 3. *omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum, si quomodo abscondamini in die furoris Domini.* Verbum pondero, *si quomodo.* Ergo qui mansuetus, qui iudicium operatus, dum viueret, non securus illic erit, sed adhuc dubius à furore. Mirum, vbi sic Hieronym. *Si quomodo abscondamini in die furoris Domini, hoc est, si fortè possitis, ex eo quod quæsistis Dominum, & iustitiam estis operati, iram Dei vitare venientis, si autem de bis dubitat qui eius iudicia fecerit, quid fiet de peccatoribus?* Nil melius, at verbum etiam illud ponderandum *abscondamini.* Ergo omnes Sanctorum in illo tremendo die iustitiæ non plus proficient, nisi vt abscondere ab ira se possint iusti iudicij, non verò obsistere, non pro se stare, aut respondere; ergo etiam ipsi ibi obmutescent, & respondere non poterunt vnum pro mille, quid ergo peccatores? quid impij? quomodo obmutescent? quomodo silebunt?

Mat. 22. 12.

3. Christus cur vocauit amicum, quem à nuptiis eiiciebat.

Soph. 2. 3.

4. Sancti etiã in die iudicij erunt trementes.

Hieron.

5. Immò & ipsi etiam obmutescent.

Deo accusante obmutescent, immò Diabolo exprobrante, quod amplius dolebunt. Ab hoc equidem malo tanquam à maximo se liberari petit Dauid. *Opprobrium*, ait, *insipienti dedisti me.* Psal. 38. num. 9. Quis est iste insipiens, cui vt Dauid exprobraret concessit Deus? incognitus, peccator, alij, Gentiles de Dei bonitate peruersè sentientes, qui Deum non colunt, ob quod insipientes, iuxta illud Psalm. 13. num. 1. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Orig. homil. 2. in hunc Psalm. intelligit Diabolum accusantem, peccataque exprobrantem: *Donec caueamus peccata*, inquit, *necesse est nos exprobrari ab insipiente, & accusatore nostro Diabolo, etsi inueniantur peccata nostra non esse deleta, sed scripta in nobis stilo Diaboli, per hunc ipsa, quæ gessimus exprobrabit nobis inimicus.* Huic Deus, vt Dauid peccata sua exprobraret, concessit, ad quid? numquid aliquid ex aduerso dicere, aut obiicere potuit? *Obmutui*, sequitur, *quoniam tu fecisti*, quasi diceret: tuo accusatus imperio, nihil contra ipsummet Diabolum pertexere potui, obmutui, quoniam tu fecisti, tu iussisti, tu imperasti, vt opprobrium essem, vt iustè accusarer, quid inde? *Amoue à me plagas tuas.* quas plagas? afflictiones, pœnas, dolores, quos iustè intulisti, sic dicunt aliqui: dicerem ego, confusionem, ruborem, increpationem delicti sui, dum accusatus obmutuit, siluit, has plagas, has afflictiones Dei nominauit, præpotentes, validas, plus doloris inferentes quàm cæteras alias.

Ps. 38. 9.

6. Mali in iudicio quantũ Diaboli exprobrationem dolebunt.

Ps. 13. n. 1

Origen.

7. Dauid à quibus plagis liberari optabat.

Plagas Dei nominauit, dixi, ruborem, confusionemque delictorum, & meritò, nam etsi Diabolus accusabit exterius, Deus tamen interius, adiuuans ruborem, extollens confusionem, intimè vi sua, in malorum pandens conscientiis omnia eorum peccata, qua confusione, nulla plaga maior. *Et vidi mortuos magnos, & pusillos*, inquit Ioan. Apoc. 20. num. 12. *stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libris.* Quam sententiam explicans Augustinus lib. 2. de Ciu. cap. 13. sic inquit, *Libros dixit esse apertos, & librum: libri, quos priori loco posuit, intelligendi sunt libri Sanctorum, vt in illis ostenderetur quæ Deus fieri iussisset: in illo autem, qui est vitæ vniuscuiusque, quid horum quisque non fecisset, siue fecisset, qui liber apertus dicitur, pro quo intelligenda est quædam vis Diuina, qua fiet, vt cuique opera sua nota, vel bona, vel mala, cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu, mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul & omnes, & singuli iudicentur.* Vis ergo Diuina, velint, nolint, malis cuncta facinora in memoriam suam reuocabit tunc, quando nunc eorum obliuiscuntur, & reuocata simul eadem vis faciet, vt pondus, & grauitatem eorum pensitent, ita vt à tali vi oppressi, & redarguti miseri, ipsimet se condemnabunt, & pudore suffusi obmutescent, plus ex hoc doloris experientes, quam ex ipsamet, vt sic dicam, inferni pœna.

8. Deus in iudicio vt in scientiis impiorum eorum pãdet peccata

Apoc. 20. 12.

August.

9. Libri in die iudicij qui dicantur, & quomodo aperti.

10. Peccatorũ intuitio quantum malos torquebit in die iudicij.

Ioan. 14n. 10.

Ionas enim cap.1.num.10. fugiens à Dei facie, vt non obediret; à tempestate autem præuentus, quando illi nautæ obiecerunt quare ausus fuerit contra Deum peccare, *Quid hoc fecisti?* id est, quare sic peccasti? quare sic contra Dominum ausus fuisti? obmutuit, immò contrà seipsum sententiam pronuncians dixit: *Tollite me, & mittite in mare, scio enim quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.* Nunc, ô Sancte Propheta, agnoscis peccatum: nonne habes aliquid quod pertendere possis? cur tàm citò contra te ipsum sententiam profers? Ne mireris, vis etiam Diuina illum obmutescere coëgit, quæ etiam tunc in illo die mutos reddet peccatores, quando eis dicet; Quid hoc fecistis? Non erit equidem necessaria tunc iudicis sententia, sed ipsemet peccator contra se ipsum illam pronunciabit, antequam iudex eam proferat: immò si possibile antè iudicem esset non apparere, hoc summum eis extaret solatium, summumque in eorum extremis miseriis subleuamen, cum aspectus eius ipsis tunc horribilior inferni erit pœnis, vt sensatè inquit Chrysost. & nos etiam alibi homil.5.in cap.3.ep. Pauli ad Ro. *Si quis est qui sensu ac mēte praditus est*, ait, *is certò tunc gehennæ pœnam tolerare malit, quàm Deo aduerso stare.*

11. Ionas cur contra se sententiam protulit.

12. Mali plusquàm infernum faciem Christi timebūt in die iudicij. *Chrysost.*

13. Adam cur nudum se agnouit. *Gen.3.10.*

Adamum considera, vix Dei vocem audiuit, ac timens, & pauens se abscondit, cur fugit, seque abscondit? causam ipse indicat dicens: *Timui eo quod nudus essem, & abscondi me.* Gen.3.10. vnde nudus, si perizomata sibi fecerat? sanè, sed vis Diuina, vt inquit Augustinus, intùs eum expungens, nudum se vt agnosceret ante Dei oculos efficiebat: hinc confusus, & expauens, licet vestitus maluit prius emori, vt sic dicam, quàm in conspectu stare Dei: sic peccatores in illa die montibus dicent, & collibus: *cadite super nos*, Dei maiestatem sufferre non valentes.

At ne hoc eis subleuamen concedetur, sed stabūt, & videbunt quem pupugerunt, seu confixerunt, quem sic videntes terribilem iudicem redarguentem eos, & in faciem peccatum exprobrantem, nihil pro se adducent, sed infelices obmutescent, intus amaritudine, doloribus, & repræhensionibus oppressi, siue obruti, nullam habentes allocutionem, neque responsionem aduersus eos, qui illos tunc validè accusabunt. Quod eleganter expressit Basilius homil.10.in Psal. 73. tom. 1. declarans illa verba Psal. *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutionem. Postquam enim*, inquit, *qui meam quærebant animam, inuenerunt illam, inuentam illuserunt, malis insuper meis insultabant, suis subsannātes cachinnis, insuper me desertum ab amicis conspicient, verecundia plenus, non potui quicquam dicere; sed ille ego qui quondam fueram vir dicendi peritissimus, & præsenti sapientia sermonis instructissimus, factus sum sicut surdus, & sicut mutus, non aperiens os suum, nullus sermo mihi ad excusationem suppetebat, quo respondere possem: non habebam qua inimicis depromerem, semel ab illis victus arguebar ipse, & non redarguebar, neque fiduciam loquendi habebam verecundia coopertus.* Nil melius, obmutescent, & insuper obtenebrescent, licet dies sit, & Sol illucescat, tamen propter illos non erit dies, sed nox, dieque illucescente, & Sole, præ confusione ipsi in tenebris erūt.

Basil.

14. Mali & si eloquentes obmutescent in die iudicij.

15. In tenebris erunt obscurissimis.

Infirmata est, quæ peperit septem, inquit Hieremias cap.15.num. 9. *defecit anima eius, occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies, confusa est, & erubuit.*

A Erubuit, quia audiuit, seu, vt melius dicam, vidit multitudinem, & suorum grauitatem scelerum, & erubescendo confusa est, alloqui non valens præ multitudine pudoris: *Moab conticuit*, inquit Isa. 15. num.1. *quia nocte vastatus est murus Moab conticuit*, hoc est acri dolore confixus obstupuit, vndè tabescens, & fundens in semetipsum, nil respondere potuit, sed defecit anima eius, & ei occidit Sol, cùm adhuc dies esset. Sic peccatoribus eueniet in illa die, erubescent ex multitudine delictorum, ex erubescentia confundentur, ex confusione deficiet eorum anima, & obmutescent; vnde deficientibus præ confusione, quid dicant, quid loquantur non habentes miseri sine allocutione erunt, vt ait noster Sapiens, *Nec in die agnitionis allocutionem*, sed de hac re iterum homil.112. *Isa.15.1.*

B

Num. 19. *Nationis enim iniquæ diræ sunt consumationes.*

COMMENTVM LITTERÆ.

N*Ationis enim iniquæ diræ* &c. id est diri exitus, diri fines. Concludit Salomon mala filiorum adulterorum nempè, exitus tandem ipsorum esse durissimos, immò & crudelissimos, vtpote æternis pœnis addictos, malè vixerunt, malè morientur, & dirè posteà cruciabuntur.

HOMILIA LXIX.

C *Mali malè viuentes, malè moriuntur, & dirè vitam suam finiunt.*

HÆc est conclusio contrà iniquos, hæc est æternæ veritatis propositio, vt sic dicam, malè vixerunt, malè moriuntur: in peccatis vitam transegerunt, crudeliter vitam finient, hæc est regula, non decipiat te sensus, sicut vita, sic & mors, & è contrà talis mors, qualis vita.

Sanctus enim Pater Augustinus in Psalmo 22. super illa verba: *Nam etsi ambulauero in medio vmbra mortis:* appellat hanc vitam mortis vmbram. *In medio vmbra mortis*, inquit, *id est, in medio huius vitæ, quæ vmbra est mortis.* Quale ergo corpus talis vmbra, & è contrà qualis vmbra tale corpus, impossibile est vt corpus sit belluinum, & hominis vmbra rationalis, & è contrà; hinc signum malæ mortis est, viuere malè, vita tua vmbram corporis belluini portat, mors ergo belluina, corporis belluini non rationalis mortem belluinam facies: *Vita in deliciis agens, & mors est, & vmbra mortis*, inquit Bernardus serm.48.in Cant. *quantum enim vmbra propè est corpori, cuius est vmbra, tanto pro certo vita illa inferno appropinquat.* Quid clarius? Benè vixisti, benè morieris: malè, malè; assistent tibi in morte vitia vitæ tuæ: *Hæc sunt vitia*, Sanctus Simon dicebat Stylita, vt habetur 2.tom. Biblioth. Patr. *quibus ad dæmones degeneratur in die obitus nostri, occupantes animam, nec iniuriis: nam quæ hic contraximus scelera, virtutibusque prætulimus, locumque, & copiam fecimus nobiscum post fata procedent.* Adde & etiam ante fata, & nobis imperabunt, neque est qui

Augus. 1. Vita nostra mortis vmbra.

D

Bern. 2. Vita deliciosa inferno propinqua.

Sim. Styl. 3. Vitia vitæ nostræ mortem sequentur nostram.

A nos ab eis eruat; socij fuimus vitiorum in vita, cum
illis amicitiam, sodalitatemque contraximus, no-
biscum semper ambulauerunt, virtutes à nobis, bo-
nique actus extorres, illa nos sequentur, non istæ,
& mirum illud est, vt credibile nobis fiat, quòd non
vitia, non peccata, non habitus mali nobis in mor-
te associentur, sed virtutes, habitusque boni: *Ossa*
Iob. 20. 11. *eius*, de peccatore vitiis assueto inquit Sophar,
vnus ex Iobi amicis cap. 20. num. 11. *implebuntur*
vitiis adolescentiæ suæ, & cum eo in puluere dor-
mient. Duo enim affirmat, primum ossa impleri vi-
tiis adolescentiæ, non carnem, vim designans con-
4. suetudinis, quæ dum à pueritia incipit, sic per tem-
Consuetudinis malæ vis. pus inolescit, vt in dies vires resumens profundius
se immergens in senectute, non iam superficiem
tantùm inficiat, sed in ossa se intrudat, totas ipsas af-
Greg. ficiens medullas, quod & ibi notauit D. Greg. lib.
Clem. Al. 15. Moral. cap. 5. Hinc eleganter Clemens Alexan-
5. drinus lib. 1. Pædagog. cap. 5. iuuentutem vberem
Iuuentus vber ætatis. appellauit ætatis: *Est enim*, inquit, *in nobis vber æ-* B
tatis ipsa iuuentus. Quasi diceret, sicut ex materno
vbere sugitur lac, quo omnia infantis membra nu-
triuntur, & qualis iste fuerit, talis etiam & ipsa mē-
brorum qualitas: sic & ipsa iuuentus, ac alter vber,
Hieron. qualis ipse fuerit, talis & senectus. Hinc Hieronỹ.
ep. 7. ad Lætam. *Difficulter*, inquit, *eraditur, quod*
rudes anni perbibuerunt, lanarum conchylia quis in
pristinum candorem reuocat, recens testa diu & sa-
porem retinet, & odorem, quo primum imbuta est.
Sic ergo, inquit Sophar, peccator in adolescentia
vitiis assuetus, in senectute iisdem prorsus vsque
ad ossa implebitur.

At hoc minus equidem esset malum, nisi & se-
cundum adderet, proprius ad rem nostram, nempe,
& cum eo in puluere dormient, hoc est in sepulchro
Titelma. reponentur, vt inquit Titelmanus, associantur in
morte, quia in vita chari fuerunt sodales. Hinc re-
6. pentè in eos irruens mors, sicut vitiosos reperit, sic
Mali in vita, in morte cum vitiis sepelientur. cum vitiis eos consepelit, quod dixit Hieronym.
illa disserens verba Prou. 6. num 9. *Vsquequo piger*
dormis? quando consurges à somno? id frequenter
Hieron. repetis? ait. *Paululum dormio, paululum dormita-*
bo, cras à somno consurgam, cras peccata relinquam,
& ea non dimittis, quousque veniat quasi viator ege-
stas, & pauperies quasi vir armatus. Nil melius.
Dormiũt, hoc est in somno peccatorum consepul-
7. ti iacent pauperes, & nudi, & putant in morte di-
Mors cur vir armatus dicatur. uites euigilare, ac potentes, cùm mors sit quasi via-
tor, hoc est, repentè adueniens, & egestas, quasi vir
armatus, omnes tunc timoribus, anxietatibusque
replens: vbi ergo tunc pœnitentia, vbi contritio?
Iob. 9. 12. *Si repentè interroget, quis respondebit ei?* inquit
8. Sanct. Iob. cap. 9. num. 12. vbi verbum *Cataph*
Contritio quam difficilis in morte. Hebræi dicunt significare, *rapere, abducere, diri-*
mere, more latronum; vnde ipsi vertunt, *si rapuerit*,
quod verbum *Thargum*, ad mortem retulit: vnde
legit: *Si rapuerit hominem in mundo*, quod clarissi- D
mè legit Augustinus: *Si morti tradidisset ei*, & Ni-
August. Nicetas. cetas: *En abripuit, quis reportabit abreptum?* vel,
vt alij: *quis restituet*, si repentè *ergo interroget*,
inquit Iob, hoc est, si tanquam fur veniet, si repentè
animam auferet, si ex improuiso eam rapiet, quis
respondebit? hoc est, quis se poterit innocentem
ostendere, aut se purgare, quis non obmutescet,
quis non condemnabitur, quis tandem veram vul-
gariter loquendo pœnitentiam aget? Pœnitentiam
equidem agunt in extremis mali, sed pronuncio, vt
9. plurimum falsam, apparentem, non salutiferam,
Malorum etsi aliter appareat, etsi saluum omnino illum di-

A cas, tamen decipieris, quia pœnitentia falsa appa- in morte pœnitentia vt plurimũ falsa, eiusq; ratio.
rens extitit non vera. Cuius equidem ratio, quia
mali pœnam timent, culpam verò non formidant:
hinc illis timor, pauor, & dolor, non ex culpæ timo-
re, sed ex pœnæ formidine, qui non de malo præte-
rito dolent, quod patrarunt, sed de afflictione præ-
senti, quam sustinent. Quod acutè ponderauit. Ori- Origen.
gen. in Psal. 37. homil. 1. tom. 2. super illa verba: *Mi-*
ser factus sum, & curuatus sum. vbi adnotauit non
dixisse, miser existo, & miseriis affligor in præsenti,
sed tantùm in præterito, miser factus sum, & curua- 10.
tus sum. Cuius addens rationem ait; hoc inde eue- Mali pœnã dolent, non culpam, secùs autem boni.
nire, quia non sicut mali de pœna dolebat, quam
tunc patiebatur, sed de culpa præterita, quam pa-
trauit, quod contrà mali agunt: vnde ait: *Sed vi-*
deas aliquando eum, qui peccauit mærentem, & cõ-
tristatum tristitia, quæ secundum sæculum est, quæ
enim secundùm Deum est tristitia, pœnitentiam in
salutem stabilem operatur, iste vero dicis, quoniam
B *miserijs afflictus sum, nõ dicis affligor adhuc; si enim*
transierunt iam peccata mea, afflictus sum miseriis,
si autem permanent, & in ipsis conuersor, adhuc af-
fligor miseriis. Nil melius. At quia è contra mali
non dolent, non affliguntur pro culpa, sed pro do-
loribus, anxietatibusque, quas tunc miseri patiun-
tur, ideo non dicunt cum Dauid, *miser factus sum*,
sed miser fio, pœnam dolentes, culpæ obliti, hinc
eorum falsa pœnitentia, etiamsi vera oculis appa-
reat humanis.

Timuit equidem Adamus primus noster parens
Dei vocem, ad illam expauit, contremuit, se abscon-
dit, & hoc non aliunde, nisi ex sui consideratione
peccati: *Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui,* Gen. 3. 10.
eo quod nudus essem, & abscondi me. Gen. 3. 10. cui
Deus, *Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi*
quod de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes,
C *comedisti?* Ergo Adami timor, & tremor, fuga, & 11.
absconsio, ex consideratione sui procedebāt delicti, Adamus magis pœnam timuit quàm culpam.
ex eius pudore, & consequenter pœnitudine, cur
ergo Deus ei non condonauit? cur culpam non di-
misit? an quia verè non se pœnituit, pœnam magis
timens, quàm culpam, Deique offẽsam? Quod acu- Rupert.
te elicuit Rupert. lib. 3. in Gen. c. 14. ex illis verbis,
Timui eo quod nudus essem, Notãdum ait, *quod cul-*
pam suam tacuit, & nudum se esse questus est, non
enim dixit, timui eo quod præceptum tuum præuari-
catus sim, sed eo quod nudus essem; quàm peruersus
hic timor, qui non facti sui gerere pœnitudinem, sed 1. Reg. 15. 24. 3.
solam pœna suæ fatetur habere cõfusionem. Sic non
semel, sed bis, se peccatorem Saül confessus est, 1. 12.
Reg. 15. num. 24. & 30. ita vt cum eo iam verbis Saül etiam non culpã, sed pœnam doluit, ideo misericordiam non consecutus.
eius motus, reuersus sit Samuël, & Deum adoraue-
rit, *Reuersus ergo Samuel, secutus est Saulem, & a-*
dorauit Saul Dominum. num. 31. Quis crederet
hunc non iustificatum? at quia de pœna doluit,
D non de culpa, ideo misericordiam non est consecu-
tus: *Proiecit te Deus ne sis Rex*, n. 24. inquit ei Sa-
muël. Ad quam vocem vnde prius durus, statim
mollis, ait, *Peccaui*. Cui iterum Samuël, *Scidit Do-*
minus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud
proximo tuo meliori te. nu. 28. Et ipse iterum addidit
Peccaui, & vt inquit Lyra, non odio culpæ, sed ti- Lyra.
more pœnæ, *Timuit Saul ne Samuel ad electionem*
alterius regis procederet, & sic ipse regnum perde-
ret, ideo fictè se humiliauit.

At sileant hoc, vnum in medium exeat exemplũ,
proferat se pœnitentia hominis iniqui in morte,
quam nisi Spiritus sanctus mihi falsam diceret, non
crederem; sic eam vndique sanctis inuenio valla-

13. Antiochi fala pœnit. exp[li]catur.

tam circumstantiis, sic firmis munitam præsidiis: ait, exinde dũ falsam eam aspexerimus, quàm difficile, quamque raro veram esse in illo puncto hominis mali pœnitentiam colligemus. Proferat ergo se Antiochus Rex iam moribundus, hic enim scelestus pessimè vixerat contra Dei legem, Sanctosque eius, multa gesserat, infamis tandem, scelestusque vsqoe ad mortem deuenerat, percussus tamen à Deo in dierum vltimo suorum, graui laborans infirmitate, sic se correxit, sic se pœnituit, talem egit pœnitentiam, vt quid esset super nec mẽs attingere, nec cogitare quidem poterit. Primò Deum recognoscens seipsum illi subdidit, dimittens superbiam, qua inflatus Deum se reputans, multa contra diuinum gesserat honorem. vnde facer inquit textus, *Capit ex graui superbia deductus, ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga dicens, iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* 2. Mac. cap. 9. num. 10.

2. Mac. 9 10.

B Recognoscens ergo se, & Deum adorans, cæpit ipsum rogare, orationemque humilitati addere, efficax medium ad peccatorum misericordiam consequendam. Et quia hoc non sufficit, nisi satisfactio addatur præteritorum, promisit se satisfacturum omnibus, quibus damoum intulerat, & præcipuè Dei templo: *Templum quidem, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus, de redditibus suis præstiturum.* n. 16. Mutationem insuper vitæ promisit, vt videas, nil quod ad veram requiri pœnitentiam videatur, pœnitens defuisse: *Super hæc & Iudæum se futurum.* nu. 17. immò, & supererogationis addens opera nouit: *Omnem locum terræ perambulaturum & prædicaturum Dei potestatem.* n. 18. Quid ergo amplius, vt C bene moreretur, secundùm hominum sensus facere potuit. se humiliauit, recognouit, doluit, Deum suspexit, satisfactionem proposuit, emendationem vitæ destinauit, & insuper bona facere, Deumque coram omnibus confiteri. Quis ergo diceret hũc verè non se pœnituisse, non saluum esse, non Dei consecutum misericordiam, in cælis iam cum Angelis non regnare, sicut hodie similiter dicunt quando vident scelestum aliquem, cum vno deperire pœnitentiæ signo, & tamen certum est, Deum huius non suscepisse pœnitentiam, nec admisisse propositum, & in æternas cum demersisse pœnas, hoc certè scimus, nec est ambigendi locus, dicente Scriptura: *Orabat hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* ib. nu. 13. Cuius ratio, quia eius pœnitentia non vera, sed fallax, D ex fallaci, seu vili procedens motiuo: nam vt inquit

Lyra.

Lyra. *Non fuit propter offensam Dei, sed propter occasionem flagelli.* Hoc vidit Deus, quod non viderunt homines. & sic iusto condemnatus iudicio, quia quando operari bonum voluit, nesciuit modum, quo deficiente perit infelix, licet dolens, ac ingemiscens.

Arist. Dionys.

• Attende quæ dicuntur, non sufficit *rectum nisi recte*, vt inquit Arist. non sufficit bonum operari, nisi addatur & modus, nam bonum, vt inquit Dionys. *ex integra causa.* hinc deficiente modo, deficit in

14. Practica est consuetudo necessaria ad opus bonũ perficiendum.

opere rectitudo, vnde nec erit bonum. Ad illud ergo operandum sicut oportet, necessarium, est exercitium, consuetudo, practica, & experientia, hæc autem non vno acquiritur die, vna hora, vno, vt volunt impij, momento, sed consuetudine, sed exercitio, sed studio, sed labore. Ad vnum actum pœnitentiæ rectè eliciendum cum omnibus suis cir- A cumstantiis, oecesse est vt moltoties te pœniteat, multoties doleas, multoties ad dolendum te exerceas: nam mirari libet, quomodo se persuadere possint homines, ad philosophiam sciendam, immò ad minorem quamlibet artem, necessarium studium, attentionem, laborem, & tempus, & tamen ad eam quæ spiritus, cùm sit magis difficilis, nullus necessarius labor, nullum studium, nulla consuetudo, sed in momento acquiri in vltimo quod possit vitæ, & qui nunquam quid esset spiritus sciebat, in ictu oculi spiritualissimum euadere, & qui nunquam mala, vt mala cognouit, nec illi vnquam fœtuerunt, sed bene oluerunt, in puncto ea abominetur, fœtere incipiant, ac malè olere, hoc equidem pura apparet insania, puraque deceptio. Quod grauiter dixit Orig. in Psal. 37. in illa verba: *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.* vbi sic, *Qui enim nec dolent, nec grauantur pro peccatis suis, sed seueri sunt, ac in delitiis finitũr,*

15. Hominum carnalium deceptio in articulo mortis pœnitere se posse vti par est, spectantes. Origen.

B *hæc dicere non possunt, nec sentiunt, quod iniquitates quidem suæ excrescunt, & vltra capitis vadunt proceritatem, quomodo possunt hæc dicere, quibus peccatum suum non onus efficitur, sed voluptas? non est ergo illorum dicere hoc, sed eorum quibus libido iam sorduit, quibus vitia horruerunt, isti dicere possunt, patrare ...* Nil melius. Si peccata non horruerunt, si eorum pondus non sentierunt, si nunquam ea sunt detestati, quomodo in puncto mortis, quando corporis dolores acerbissimi adsunt, quando vndique corporales circumdant afflictiones, insensibilis ad hæc fiet peccator, vnum tantum peccatorum dolorem sentiens, hinc modum miseri veræ nescientes pœnitudinis, & contritionis, etsi conterantur & doleant, miraque proponant C gerenda, non secus ac scelestus iste, vitam tamen non consequuntur æternam, quia ignorarunt modum, vnde sicut carnaliter vixerunt, sic & cum carnali etiam moriuntur, non spirituali dolore.

16. Impij in vita carnales, carnales etiam eiũt in morte.

Perpendendum hoc in miserabili Saülis morte, malè hic vixit, parum de Deo curauit, totus in stabiliendo sibi, suisque suis extitit regno, instanter, continueque persequendo Dauid, sicut vixit, sic mortuus, vnde sciscitante illo à Saloucle oraculum, sic ab illo audiuit, 1. Reg. 28. num. 19. *Cras autem tu, & filij tui mecum eritis, & castra Israël tradet Dominus in manus Philisthiim: statimque,* inquit Scriptura, *Saul cecidit in terram, extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo.* Nunc quæro,

1. Reg. 28. 19.

cur audiens se moriturum, illico non se pœnituit? illico non se ad Deum conuertit? illico non plora- D uit? immò cur in terram ex pauore nõ cecidit peccatorum, sicut Sanctus fecit Dauid, & Ezechias, quando eos morituros Prophetæ dixerunt? sanè, quia isti bene vixerant, & vitam in timore traducebant Dei. Nam licet Dauid peccauerat, tamen non Deum omnino dereliquerat, & antea piè, sancteque vixerat, vnde in scientia exercitatus spiritus, illico ad arma verè recurrens contritionis, vti versatus, veræ sciens pœnitudinis modum, nil de morte cogitans interminata, nil de minis, tantum ad Deum attendit placandum, vnde statim pronuntians dixit: *Peccaui Domino.* similiter & Sanctus Ezechias. At verò, quia Saül malè viuebat, maléque vixerat, nil nisi carnalia cogitans, dum mortem audiuit, eius præoccupatus terrore cecidit, & antequam moreretur occubuit, nil de Deo, nil de anima sua, sed tantum de temporalibus cogitans, quæ amittebat, vnde & sententiam damnationis accepit, vt inquit Augustinus, lib. de vita

Christiana, antequam moreretur: *Horum plurimorum habemus exempla per quæ probare sufficimus, inquit Sanctus, sceleratos, & impios, peccatorum suorum fine complete, & hoc tempore indicari, & præsentem eis vitam negari non minus quã futuram.*

17. Impij in hac vita aliquando sententiam accipiunt damnationis & quomodo hoc intelligendum.

Quod dixit Augustinus, non quod ita damnationis sententiam accipiant, vt se pœnitere non possint, nam quandiu in hac vita sunt, semper locum eis pœnitudinis remanet, numquam diuina deficiente gratia, sed sententiam damnationis accipiunt, quatenus scit Deus, ipsos non se conuersuros, nec dignos pœnitentiæ fructus facturos; vnde peccata sua ad cumulum peruenientia, dum eorum Deus determinauit mortem, simul cum ea, & sententiam damnationis protulit æternæ; non secus ac miser Saul, qui simul, & sententiam mortis, & damnationis accepit, dicente illi Samuele, *Quid interrogas me cùm Dominus recesserit à te.* A quo ita recessit, vt amplius non sit reuersus, & in peccato suo mortuus, non quomodolibet, sed dirè, sed miserè, seipsum occidendo, vt semel intelligas, quàm verum sit quod Sapiens noster ait: *Nationes iniqua diros esse interitus.*

Quod si aliter aliquando hoc accidit, & siue reuelatione, siue aliquo alio sciamus modo, saluatos esse aliquos ex istis qui malè vixerunt, credendum sic paucos extare, vt vix numerum perficiant perfectum, vt grauiter dixit Bernardus serm. 38. ex varijs, sic intelligens illud Psalmi 75. *Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus.* Cuius verba, quia grauissima, placuit hîc ad literam transferre, vt simul cum Bernardo hanc concludamus veritatem: *Quid dissimulant homines*, inquit, *in vita sua agere pœnitentiam, & extrema de confessione præsumunt? quomodo sub vnius horæ articulo reuocare posse æstimant omnia animæ membra, cuius concupiscentiam, & desideria per totum mundum sparsa sunt, & vbique terrarum velut quodam visco tenentur? non dico, ait Dominus, quin & talium saluem aliquos, potens sum enim in momento omnia reuocare, sed non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, id est qui in sanguine perseuerant, donec multiplicatis infirmitatibus, deserantur à peccatis, antequam deserant ea, non magna talium cõuenticula congregabo. Si benè memini, in toto canone Scripturarum, vnum latronem inuenies sic saluatum. Noli ergo huic tam periculosæ expectationi credere temetipsum, & quidem Spiritus non modo vbi vult, sed quando vult, spirat, nec ei difficile est de subito dare cordis contritionem perfectam, quam vix multo tempore alij consequuntur: sed vnde scis quod tunc tibi subuenire velit, quem tu interim sic repellis? benignus quidem est Spiritus sapientiæ, sed non liberabit maledictum à labiis suis, audi quis ille sit maledictus, qui peccat in spe.* Nil melius, nec verius, vnde nil amplius addendum, sed cum Sapiente tenendum, quod *nationis iniqua* &c.

Bern. 18. Homines malè viuẽtes qui bene moriantur paucissimi.

A B

PARAPHRASIS.

Num. 1. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illum tormentum mortis.*

At iustorum animæ, & præcipuè eorum, qui pro Deo passi sunt, in manu, & protectione Dei sunt, ac proinde non tanget illos tormentum, seu cruciatus mortis.

Num. 2. *Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum.*

Oculis autem insipientium visi sunt mori, & æstimata est afflictio, seu pœna exitus illorum.

Num. 3. *Et quod à nobis est iter, exterminium, illi autem sunt in pace.*

Et non solum afflictio, sed exterminium, ita vt iter iustorum à nobis per mortem, sit illis exterminium, sed planè falluntur, nam illi sunt in pace.

Num. 4. *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.*

Et licet coram hominibus tormenta passi sint, tamen spes illorum immortalitate plena est.

Num. 5. *In paucis vexati in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.*

In paucis correcti, & exauditi, in multis bene disponẽtur, magna beneficia consequendo; quoniam Deus tentauit eos, experimentum sumens de illis, & inuenit eos dignos se.

Num. 6. *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & tanquam holocausti hostiã accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.*

Quia tanquam aurum in fornace probauit eos, & tanquam holocausti hostiam accepit illos, & in tempore tribulationis inspiciet, seu visitabit illos, ita vt sicut sol fulgebunt ipsi.

Num. 7. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.*

Fulgebunt siquidem, & tanquam scintillæ inter arundineta, id est inter peccatores, discurrent.

Num. 8. *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.*

Iudicabunt ipsi iusti nationes, & dominabuntur populis, & Dominus erit rex eorum in perpetuum, propter quod nil amplius timebunt, sed semper super impios stabunt.

Hoc

Num. 9. *Qui confidunt in illum intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam donum, & pax est electis Dei.*

Num. 10. *Impij autem secundùm quod cogitauerunt, correctionem habebunt, qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt.*

Num. 11. *Sapientiam enim, & disciplinam qui abiicit, infelix est, & vacua est spes illorum & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.*

Num. 12. *Mulieres eorum insensatæ, & nequissimi filij eorum.*

Num. 13. *Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.*

Num. 14. *Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima, dabitur illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.*

Num. 15. *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ.*

Num. 16. *Filij autem adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.*

Num. 17. *Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus eorum.*

Num. 18. *Et si celeriter defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.*

Num. 19. *Nationis enim iniquæ diræ sunt consumationes.*

A Hoc certè palpabunt qui in illo fidunt, & hanc intelligent veritatem, & fideles amici eius ob hoc nunquam ab illo recedent ob quoscunque cruciatus, quoniam gratia, & perpetua, ac æterna vita, reseruata est sanctis eius.

Non sic autem impij, qui correctioem à Domino habebunt, secundùm malas eorum cogitationes, ex quibus euenit, vt iustitiam negligerent, & à Domino recederent.

Vnde qui sapientiam veram, Dei nempè cognitionem cum pietate coniunctam, & disciplinæ eruditionem ipsius Dei, per flagella, & castigationes abiicit, infelix est nam & vacua est spes eius, & labores sine fructu, & inutilia opera eius.

Mulieres insuper, id est vxores eorum insensatæ, sicut viri insipientes, & adulteræ, vnde nequissimi
B sunt filij eorum.

Et maledicta progenies, & educatio eorum, eùm filij sint ex adulterio concepti, ac proinde felix sterilis, & immaculata, quæ non cognouit stratum suum in delicto ob filiorum desiderium; hæc certe habebit fructum in visitatione, & iodicio animarum sanctarum.

Et fœlix etiam est spado, homo scilicet coniugatus castos, licet sterilis, qui non operatus est contra Deum ob desiderium filiorum per manus suas peccatum operis, nec peccatum mentis cogitando aduersus Deum nequissima, huic certè ob seruatam fidem dabitur donum electum, & singulare, sortem nempè, id est vitam æternam, acceptissimam, & desiderabilem.

C Nam bonorum laborum gloriosus est fructus, radix nempè sapientiæ, gratia scilicet Dei fixa, & immobilis permancos in corde casti viri, vnde perseuerando in ea fructum dulcissimum vitæ capiet. æternæ.

Non sic autem de filiis adulterorum dicendum, nam isti nunquam ad perfectum virtutis, vitæ, aut bonorum peruenient, sed in consumatione erunt, nam iustum est, vt pessima proles, ex iniquo thoro nata extermineutr.

Et si quidem longè vitæ erunt, tanquam semper à Deo maledicti, in nihilum computabuntur, & senectus eorum nouissima & vltima, sine honore erit.

Et si celerius defuncti fuerint, miserabiliter
D finient, vtpote non habentes spem vitæ, nec in die iudicij, in quo cognoscet Deus causas singulorum, habebunt consolatorem, & consolationem.

Nam talis iniquæ generationis diri sunt exitus, & diri fines.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT IV.

Capitis Argumentum, & Diuisio.

OCcasione iustorum mortis malè ab iniquis intellectæ, opponit Sapiens mortem iusti impiorum vitæ, & sterilitatem iusti multiplicationi malorum, atque huic illam esse præponendam. Cuius rei optimas assignat rationes, & sic hoc caput in tres diuiditur partes; in prima enim dat rationem, cur sterilitas iusti præponenda sit malorum generationi, iuxtà illud: *Quàm pulchra est* &c. in secunda; cur Deus aliquando mortem præoccupat iusti absque generatione, sinens eum sine illa perire, iuxta illud: *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit*; in tertia tandem dat rationem, cur mors iusti præponenda peccatorum vitæ, iuxta illud: *Condemnat autem iustus mortuum.*

Num. 1. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius quoniam apud Deum nota est, & apud homines.*

COMMENTVM LITTERÆ.

PErgit Sapiens in hoc capite steriles laudare, & castos, qui amore castitatis, puritatisque, ne se inquinarent, potius elegerũt orbi viuere, quàm cum filiis. Hos autem intelligere possumus, aut castos coniugatos, qui præter suam, nullam aliam cognoscere voluerunt, licèt esset sterilis, aut castos, id est, virgines, qui nullo actu cõiugali impliciti, virgines semper permãserunt; de quibus præcipuè intelligi potest Sapiens: nam cùm illo in tempore, aut rara, aut nulla esset virginitas, & tantùm generatio illa sterilitatem exhorreret, siue coniugalem, siue liberam, futura præuidẽs, felicissimumque Ecclesiæ statum recognos-

A cens, in quo infinitæ propemodùm futuræ virgines: ideo contra insipientes illius temporis inuehens, qui nullum bonum sentiebant vbi esset sterilitas, sanctissimumque virginitatis statum admirans, quàmque Deo acceptissimum intelligens meritò tantus eum exaggerat, & statui coniugato præponit: vnde inquit:

O quàm pulchra est. Græcè (melior) Cyprianus de singularitate Cleric. *Melius est sine filiis esse.* Hieronymus in cap. 9. Oseæ: *Melius est filios non habere.* Et in cap. 63. Esai: *Melior est sterilitas.* Ambros. 1. de virginitate: *Melior est virginitas.* *Cyprian. Hieron. Ambros. Vatabl. Hieron.*

Casta generatio, id est sine filiis esse, vel sterilitas: vnde Vatablus: *Potior est sterilitas*. In idem omnes reincidunt, sed notandum, quod Hiero- 1. Generatio
B nymus aduertit, sterilitatem per se non esse appe- casta quæ
tendam, quod videns interpres rectè vertit *gene-* dicatur.
rationem castam: id est, *laudabilem*. Per generationem autem castã possũt intelligi, vel filij geniti ex legitimo matrimonio, omninò castè viuentes, & virgines permanentes, vt opponuntur generationi iniquæ, id est, filiis iniquis, & impuris: vel possunt intelligi, continentes coniugati, qui licèt steriles, castè tamen viuunt. Primus modus intelligendi aptior est, vt dixi, & eum sequitur Cyprianus epistol. 36. Ambrosius lib. de virgini. Lorinus hîc, hic- *Cyprian. Ambros. Lorin.*

2. Virginitas res odorifera & mellea. Ambros. Climach. Cassian.

A que verus est intellectus, siue quòd hoc primum intendit noster Sapiens, summis scilicet extollere laudibus virginitatem, & eam legitimo thoro anteponere: quapropter notandum, quòd volens eam laudare, exclamando incœpit, dicens: *O quàm pulchra est casta generatio!* id est, *virginitas*, vt inquit Ambrosius vbi suprà, quam Climacus gradu 25. *odoriferam vocat*. & Cassian. collat. 12. c. 13. *Dulcedinis plusquam melleæ, & inexplicabilis.*

Hierony. Ambros. Bernar.

Cum claritate, id est, *cum virtute*. Sic Hieronymus in cap. 4. Ose. & Ambros. 1. de virgin. *Cum charitate* legit Bernardus ep. 42. qua authoritate probat absque charitate castitatem Deo non placere, sed esse lampadem sine oleo. Interpres *claritatem* posuit, quia castitatis virtus semper cum laude inuenitur, ac celebratur, & quasi ipsa aliarum sit

3. Castitas virtutibus claritatem affert.

B decor virtutum affert claritatem illis, ipsaque clara. Quod equidem verissimum est, nam sit homo aliquis virtuosus, deficiatque ei aliqua virtus, dummodo non sit castitas, non ob id inglorius: at sola castitate deficiente, licèt in se cæteras omnes habeat virtutes, nescio quomodo inglorius, & sine claritate, immò si tantùm castitatis possideat virtutem, licèt reliquæ deficiant, apud homines, etsi non apud Deum, gloriosus erit. Castitas ergo & cæteras virtutes ornat, & clarificat, & ipsa per se sola magnam affert claritatem, vnde meritò noster interpres claritatem posuit.

Lorin.

4. Castitas cū virtute debet esse cōiuncta.

Lorinus vnum affert sensum Lytani, quem ego apud ipsum non inueni, nempè per claritatem intelligi hîc claritatem conscientiæ, vnde sensus erit: O quàm pulchra est generatio casta habens clarissimam, mundissimamque conscientiam. Qui sensus dupliciter intelligi potest; primò, vt idem sit ac dicere: Pulchra est illa casta generatio, quæ cum virtute, & charitate, ac pura conscientia permanet,

5. Puram reddit conscientiam.

C & hic sensus idem est ac superior: secundò, vt intelligit Lorinus, pulchram esse castitatem, quia vt plurimùm castis datur puritas, claritasque conscientiæ: primus sensus magis ad litteram, secundus non improbandus, quia vt plurimum verissimus est.

Immortalis est enim memoria illius. Græcè, *immortalitas est enim memoria illius.* In idem recidit. (*illius*) scilicet aut virtutis, nempè castitatis, seu virginitatis &c. aut generationis castæ. Secundus sensus magis probandus, immortalis Interlin. scilicet *apud Deum*.

Inter.

Quoniam apud Deum nota est. Nota, id est, *approbata*. Sic Interli. scilicet, benedicta, quam generationem dum approbat, & benedicit immortalem eam facit, semper viuentem, dum in memoria Dei viuit.

Lorin.

D *Et apud homines*, etiam improbos. Nam, vt rectè Lorinus, coniugati impudici, velint, nolint, castas virgines admirantur, & in pretio habent, & meritò; nam vt Ambros. lib. 2. de Virgin. c. 6. *Vltra naturam*, inquit, *est supra vsum*. Et Bernard. ep. 47. cum Basil. lib. de Virginit. *Plusquam Angelicam*. Interlin. *apud homines*, id est, *in præsenti vita*.

6. Virginitas vltra naturā. Ambro. Bernar. Basil. Interl.

Pulchra ergo est castitas, seu casta progenies, cum virtute viuens, præferenda impuris, obscænisque, nam approbata à Deo immortalitatem habet apud Deum, & apud homines.

HOMILIA LXX.

Fructus castitatis pura conscientia.

Lorin.

O *Quàm pulchra est casta generatio*, inquit noster Sapiens, *cum claritate*. Ergo ideo pulchra, quia habet claritatem, hoc est *puritatem conscientiæ*, vt inquit Lorinus, nam veri casti dici possunt conscientià puri, cùm nullum peccatum ita conscientiā maculet, fœdetque, ac carnis peccatū.

1. Nullum peccatum sic animam fœdat carnis.

Grauant equidem cætera conscientiam peccata, onerant, &, vt sic dicam, pessumdant, & scindunt, & licèt maculent, non tamen ita proprium est ipsorum, sicut peccatorum carnis, propter turpitudinem materialem, quæ in ipsis inest, vnde luxuriæ peccata commaculant, fœdant, ipsamque animam omninò deturpant; ob id semper ac in Scripturis horum fit mentio nomine maculæ nominantur ac immunditiæ, vt Ezech. 22. num. 15. minitans Dominus popolo, sic inquit: *Dispergam te in nationibus, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.* Et cap. 23. num. 7. *Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus, in quos insaniuit, in immunditiis eorum polluta est.* Et cap. 24. num. 13. *Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis.* Et cap. 23. num. 25. *Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras.* Et Michæas 2. n. 10. *Propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima.* Et Paul. ad Rom. 6. num 19. *Humanum dico propter infirmitatem vestram, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem.* Immunditiam ergo vocat Scriptura

Ezec. 22. 15. 23. 7. 24. 13. 23. 25.

Miche. n. 10.

Ad Ro. 6. nu. 19.

2. Carnis peccatum non solum animam sed ipsum fœdat corpus.

C carnis peccatum, & consequenter maculam, ac sordem talem, vt non solum conscientiam, & animam maculet, sed corpus. Sic Beatus Iudas Apostolus de peccatoribus carnalibus num. 8. asseruit dicens: *Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt.* Et infra, corpus horum tunicā vocat maculatam. Et Paul. Ap. 1. ad Cor. 6. c. 8. hoc confirmat apertè dicens: *Omne peccatum quodcūque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat*, id est, vt inquit, S. Th. *Contra corpus, corrumpendo, & inquinando illud.* Et B. Hiero. ep. ad Amandum 147. exponit hoc peccatum in corpus, quatenus carnis peccatū nō solùm conscientiam, sed & corpus maculat, dum in illud per tale peccatum stimuli infigūtur Veneris, ita vt etiam pœnitentem ipsum ad pristina vrgeant; quod, vt expertus, dicebat scribens ad Eustochium ep. 22. & Sophronius idem affirmat

Apost. Iudas n. 8

Ad Cor. 6. c. 8. S. Thom. Hieron.

3. Peccati carnis effectus stimulos in carne relinquere acutos.

Sophron.

D in vita Mariæ Egyptiacæ, septemdecim scilicet annos ipsam hos fuisse passam stimulos, totidem videlicet, quibus in luxuriæ extitit peccatis.

4. Maria Ægyptiaca quanto tēpore stimulos passa carnis, & cur.

Quapropter licèt cætera peccata tonicā Christi Domini deturpent, ac sanguine cōmaculēt, tamen carnis pecc. ampliori eā deturpant macula, vtpotè ex putridis congesta sanguinibus; nam peccatū carnis, non solùm in Scripturis per quælibet exprimitur sanguinem, sed per sanguinem hædi, animalis scilicet putridi, & fœtidi; vnde Hugo affirmat, per sanguinem hædi, quo fratres tunicam Sancti tinxerunt Ioseph denotari peccatum luxuriæ abominabile, ac fœtidū. Hinc grauiter Christi corpus offendūt, qui talibus maculati criminibus, ad eū accedunt: nam, vt Diuus dixit Algerus lib. 1. de Sacra. ex quibuslibet peccatis nullum sic Christi aduersæ.

5. Carnis peccatum specialiter tunicam maculat Christi.

Hugo.

D. Alg.

6. Directè Sanctissimi Christi corporis sumptioni opponitur.

ri Sacramento, nullum sic Christi maculare corpus, quàm carnis peccatum, *Vnde sciēdum, ait, quia agnum Dei sine macula, qui Virginis est filius, luxuriosi, & incesti sumunt periculosius; quia cùm in Sacramento Christi ei vniri debeamus conformitate passionis, & munditia, nihil sic aduersatur passioni Crucis, vt voluptas, nihil sic munditia, vt fœditas, nihil sic eius vnioni, vt fornicaria societatis vnitas.*

7. Luxuriæ effectus.

Libidinisque effectus subdens sic prosequitur: *Libido enim appetitu suo allicit, & incendit, actu suo fœdat, & eneruat, vsu lubricat, & illaqueat, adeo vt placendo displicens, displicendo placens difficilem, aut nullam sui pœnitudinem admittat, & nisi valida manu misericordia Dei subuentum fuerit, miserabili fine amatores suos sine fine perdat.* Vbi duo illi notandi luxuriæ effectus, fœdatio scilicet, & eneruatio: fœdat animam, eneruat deuotionem; quibus duo illa tollit ad sumptionem Sacramenti vnicè necessaria: munditiem scilicet. & feruorem.

2. Petr. 2. num. 13.

B Hinc Beatus Petrus ep. 2. c. 2. nu. 13. hoc peccatum ipsam maculam vocat, dicens: *Et macula deliciis affluentes*, id est, delitus luxuriæ affluentes, & B. Iudas: *Hi sunt in epulis suis macula*, id est, luxuriis. & spurcitiis fœdantes honesta conuiuia, vnde à talibus corporibus fœtor erupit, à sanctis Dei, animabusque mūdis cognitus, & odoratus. Liquidò ergo ex dictis constat, luxuriæ peccatum peculiariter maculare animam, sordidamque illam efficere.

S. Iudas.

8. Corpora luxuriosorum hominum fœtēt.

9. Castitas animam peculiariter mundat & cur.

At cùm contrariorum eadem sit disciplina; meritò castitas, quæ ei opponitur, dicitur peculiariter mundare animam, conscientiam reddere puram, immò & corpora clara: quo fit, vt in Scripturis castitati albedo propriè attribuatur, vt Zachar. 1. n. 8. vbi virū illum ascendentem super equum rufum sequebātur equi rufi, varij, & albi. Quo loco, præter varias explicationes, volunt plerique, in viro illo sedente super equum rufum, significari Christum passione sua rubicundum, in humanitate tanquam in equo rufo apparentem: in equitibus verò sequētibus, diuersos Sanctorum gradus, per rufos Sāctos Martyres; per varios, diuersos Sāctos in variis virtutibus excellentes; per albos autem, Sanctas Virgines, qui sequuntur illum, quocumque ierit. Et Apoc. 3. n. 4. *Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt*. In albis, id est, puritate castitatis, & virginitatis. Et c. 19. n. 14. *Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo.* id est, in corporibus mūdis, mūdissima præditis castitate & virginitate.

Zach. 1. num. 8.

10. Per albedinem significatur, in Scripturis.

Apoc. 3. n. 4

Cap. 19. nu. 14.

11. Virtutum concentus requiritur ad castitatem custodiendam.

Nec mirum, quòd albedo, seu conscientiæ munditia castitati tribuatur, cùm ad eam obtinendam, siuè custodiendam, omnium concentus requiratur virtutum: nam, vt inquit Hieron. lib. 1. cont. Iouinian. circa medium, super illa verba Cant. 4. nu. 13. *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum, in malo granatis, & pomis omnium virtutum significatur in virginitate concentus.* Et simul omnium expulsio vitiorum, ac maxima, continua, fortisque demum omnium sensuum mortificatio; ex quibus omnibus nitor conscientiæ acquiritur, Sācta enim Iudith (vt supra alio proposito dicebamus) ad conseruandam quippè castitatem suam quid non fecit? à quibus se non abstinuit? quam mortificationem non exercebat? c. 8. n. 5. *In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ.* Attende mortificationem, & concentum

Iudith. 8. n. 5.

A perspicies virtutum, vitiorumque omnium expulsionem, claritatemque simul conscientiæ. Conuersatione non solùm hominum, sed mulierum se priuauit, delectationem vagationis, non solùm hortorum, camporumque, sed etiam ipsiusmet domus suæ à se abdicauit, carnem continuo cilicio domabat, gustum ieiuniis, & hoc non vno, vel altero die, *sed omnibus diebus vitæ suæ.* & hoc totum ad vnam castitatem inuiolabilem custodiendam. Nunc ergo, quæ non loquebatur, quæ non conuersabatur, quæ non exspatiabatur, quæ non videbat, non gustabat, & tota in cubiculo erat, continuò se affligens, suamque domans carnem, in quo peccabat? aut in quo suam maculabat conscientiam? Hinc purissimam, mundissimamque eam conseruabat ob solam vnam castitatis virtutem. Ergo non mirum, si castitatis virtus claram, splendidamque facit conscientiam, cùm omnes requirat virtutes. Quod, etsi de omnibus illud Sanctus asseruit

12. Sanctus Iudith quāta fecit vt castitatē seruaret.

B Hieronymus virtutibus, exponens illud Isai. cap. 16. num. 11. *Scilicet venter meus ad Moab quasi cithara sonabit.* Vbi postquam dixit ventrem Prophetæ esse virtutum citharam benè compositam, & temperatam, sic addit: *Quomodo enim cithara non emittit vocalem sonum, atque compositum, si saltim vna chorda rupta fuerit: sic spiritalis venter Prophetæ, si vna in eum chorda defuerit, non poterit melos dulce resonare. Philosophorum quoque sententia est, hærere sibi virtutes, & Apostoli est sententia: cui vna defuerit, huic omnes deesse virtutes.* Tamen præcipuè hoc de castitate dicendum, nam cithara in Scripturis propriè est corpus castum, & virgineum, Deo, Angelis, & toti patriæ cœlesti emittens sonum. *Et audiui*, inquit Ioann. Apocal. 14. num. 2. *vocem tonitrui magni, & vocem, quam audiui sicut citharædorum citharizantium in citharis suis.*

Hieron.

13. Vna tantū virtus sola possideri non potest, nisi & cæteræ adsint.

14. Peculiariter illud de castitate affirmandum.

Apoc. 14. nu. 2.

C Vbi omnes expositores de virginibus hunc locum intelligunt, & infra illud apertè explicat Ioan. Nam cùm diceret, neminem posse dicere canticum illud, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, illicò subdit: *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Cithara ergo propriè est corpus castum, & virgineum, quod vt emittat sonum, secum habere debet omnium virtutum concentum, quod si semel ponamus, quomodo? qui castus puram, claramque non possidebit conscientiam, nulla quippè peccati macula fœdatam?

15. Virginitas citharæ, dulcem Deo reddens sonū.

Sed premamus locum Ioannis, vocem, inquit, quòd audiuit tonitrui magni, & simul hanc esse sicut citharædorum citharizantium, quid vnum cum altero? quid tonitruum cum cithara? vox tonitrui vox fragoris, & strepitus, vox ignea, & interruptionis, rumoris plena, ac horroris; vox autem citharæ vox dulcis, ac sonora, non timorem, sed delectationem causans: si ergo vox tonitrui, non vox
D citharæ, aut è contrà: at benè equidem, immò ni fallor, ob hoc vox citharæ, quia prius vox tonitrui, vox strepitus, vox interruptionis, vox dico mortificationis, castigationis, ac corporis subiectionis, sine qua, nec castitas seruari potest, nec virginitas permanere: nam, vt inquit Augustinus lib. de salutaribus documentis tom. 4. *Caro data est nobis, quasi animæ bellum, quæ si mortificetur adducit ad vitam, si nutriatur, præparat se contra animam ad mortem.* ad peccatum nempè: nam vt ipse ait: *Mortificemus carnem nostram, ne nobis adducat Diabolum cum concupiscentiis malis.* Et Basil. homil. 24. ex variis immodicam repræhen-

16. Virginitatis vox vt sit citharæ debet esse tonitrui.

August.

17. Caro cur nobis data sit.

Basilius.

dens corporis curam, sic concludit: *In summa totum corpus contemnendum est ei, qui non in voluptatibus ipsis, velut in sterquilinio defodi velit.* Totum corpus dixit, non partem: non solùm oculos,

18. Corpus totum contemnendũ si castitas seruari debet.

non solùm aures, non solum ventrem, sed totum corpus mortificandum: nam, vt inquit S. Antonius Abbas Melissæ serm. 14. de Virginitate & castitate tom. 5. Bibliothecæ: *Ridiculum est genitales quidem corporis partes seruare castas, linguam verò negligere, aut obseruare quidem linguam puram, visum verò, vel auditum, vel manum non obseruare, aut hac etiam habere, vtrique cum castimonia, cor autem non custodire, sed cum superbia, & affectu scortari.* Nil melius: quod etiam eleganter dixit Nyssenus homil. 12. in Cantica obseruans Sponsæ dictum nempè *Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha:* adnotauit enim, non dixisse digitum, sed digitos, *Non vnum, vel alterum digitum, sed omnes digitos, quia vt inueniatur Dominus, omnes animi motus indistinctè comprimendi sunt.* Immò corpus non solùm mortificandum, sed contemnendum, quasi aliud quidpiam à nobis, quasi nobis extraneum, quasi inimicum, castigando illud, ne occasio fiat peccati, vt inquit idem Basilius homil. 7. in Psalm. 29. tom. 1. super illa verba: *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem.* vbi ipse: *Quæ mihi vtilitas deliciarum carnis, & plenitudinis sanguinis, cùm tradendus sim statim in communem corporis corruptionem, verùm castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne propter bonum corporis habitum, & sanguinis feruorem, carnositas occasio ad peccatum fiat.* Nil melius. Vnde mirum, & mirandum, quod S. narrat Pater Augustinus serm. 45. ad fratres in Eremo, tom. 2. de Tarpeia Romana fœmina Gentili, quæ cùm indicibili premeretur luxuria, castè tamen viuere desiderans, cùm aliunde remedium non prospiceret, oculos sibi effodit, deliciisque cunctis depositis, panem tantùm cum aqua sumere voluit ad mensuram: quod, plus quàm dici potest, sanctus admirans pater, sic concludit. *Nos ergo fratres, scire debemus, quòd castitas cum abundantia & fertilitate stare non potest, sed si mihi non creditis, Gomorrhensibus credite, abundabant enim multis bonis, & postquam comederunt, & biberant, surrexerunt ludere.* Non ergo seruatur castitas sine mortificatione, vnde ob hoc vox virginum, & castorum, vox cytharedi, quia prius vox tonitrui, & non cuiuscumque, sed magni, dum mortificatione, pœnitentiâ, omniumque tandem delectabilium priuatione suum castigarunt corpus, spirituique subiecerunt: quo facto in perfectam redactum cytharam, tanquam ex animalium mortuorum chordulis compactam, sonum emiserunt dulce, seu auribus Dei delectabile.

Nyssen.

19. Immo vt inimicus pter.tus tractandũ.

Basil.

August.

20. Tarpeia fœmina Gentilis quid fecit vt castitatem custodiret.

21. Castitas cũ abundantia stare nõ potest

22. Sed amplius aduoto, quòd ad hoc vt cithara sonum emittere possit, ita semper eius chordæ tentæ esse debent, vt si remittantur, non dulcem, sed raucum, sed malè sonantem illum dabunt. Iugis ergo, constans, perpetua debet equidem castorum esse mortificatio. nam si tantillum remittatur, peribit castitas, agnum quocùmque ierit sequi non poterunt, quod proprium castorum, proprium est puerorum, vt inquit Ioa. Apoc. 14. n. 4. *Qui vult venire post me,* inquit Dominus, Matth. 16. c. 24. *abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Qui locus etiam habetur, Lucæ 9. n. 23. sed cum addito: nempè *tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Quæ crux nulla alia profectò est, nisi quam

Mortificatio continua sit, vt castitas seruetur.

23. Castorum est agnum sequi.

Apoc. 14. n. 4.

Matth. 16. 24.

dixerat, abnegatio sui, continuaque sui depressio, & mortificatio ita rigida, vt in nullo carnis acquiescens appetitibus, totus in spiritum euolet homo. Quod grauiter dixit Sixtus Papa Sanct. in ser. de Castit. 5. tom. Biblioth. Virginitatis statum suadens, probans coniugatos perfectè hoc Christi mandatum adimplere non posse, quem locum ipse sic legit: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Cuius abnegationis intellectum explicans, sic inquit: *Nisi fallor, hoc est abnegare semetipsum sibi, vt sibi non viuat, & vt omne hominis desiderium abneget, vt vniuersam carnis, & corporis continuè respuat voluptatem, vt moriatur penitus sibi, & illi totus viuat, cuius morte redemptus est.* Et infrà. *Non libet mihi credere luxuriam, nec licet crucifixos, nec Christi mandata seruantes de carnis voluptate cogitare: nunquam ista vox in connubiorum copulatione perficitur, si quis vult venire post me* &c. Cuius rei rationem aptissimam adducit, nempè, quia sicut Christus non partem, non medium requirit hominem, sed totum, vt sequi illum possit, sic è contrà, & carnis delitiæ non partem, sed omnem etiam rapere gestiunt ipsum hominem: *Nam sicut, inquit, illi, qui dicentem Christum audiunt, si quis vult venire post me* &c. *abire omninò non possunt: ita & eos, quibus nimio expetere matrimonia desiderio, præter honestos fines libeat, dicentis puto vocem audire luxuriæ, si quis vult post me venire, vendicet se totum sibi, & tollat voluptatem suam, & sequatur me.* Vbi adnotandum illud, *vendicet se totum sibi.* non equidem dixit voluptatibus, sed sibi, nam sicut qui totum se sibi denegat, totus à carnis voluptatibus ex consequenti procul abest: sic qui totum se sibi vendicat, suam non mortificando carnem, immò eam fouendo, & custodiendo, consequenter non procul, sed propè carnis est voluptatibus; vnde castitas eius peribit, & Christum sequi non poterit.

24. Vt castitas seruetur totus in spiritum per mortificationem transuolet homo.

Sixtus P.

25. Coniugatorum status imperfectus.

26. Carnis delitiæ totum requirunt hominem.

Enimuero etsi blanditer, etsi amabiliter sponsus vocasset sponsam vt sibi aperiret, Cant. 5. n. 2. renuit tamen illa, cuius si indagabimus rationem, inueniemus, quia paululum remissa, nimis placidè in lecto cubabat: *Expoliaui me tunicâ meâ.* At efficaciter posteà tacta, inueniemus non equidem prius ipsam sponsum sequutum, quàm manus eius myrrham stillassent primam: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ distillauerunt myrrhã, quæsiui illum, & non inueni.* Lectulo cubans, mortificationem intermittens, tarda, mollis, & remissa, etsi vocata renuit: at mortificationem resumens, statim exiliens anxia quæsiuit illum, quem remissa expulerat: *Necando membra terrena, & carnis cortinam auferendo,* inquit Greg. Nyssen. vbi sup. hûc exponens locum: *ostiũ Deo aperiunr, surrexi, cur? quia manus, id est motus animi actionum effectores stillauerũt, non suat facta stillata, vltrò ex sese proruperunt volũtariam corporearum affectionum extensionem, sic surrexi ex eo quòd membrorum mortificationem spontè institui.* Et S. Ambro. lib. de Isaac. c. 6. *Surrexit,* inquit, *aperire, quia & opera eius, & facta mortificata sunt mundo: talis enim debet esse anima, quæ verbum est receptura, vt moriatur mundo, & consepeliatur Christo: sic enim Christus innititur & tale quærit hospitium.* Surrexit ergo sponsa, quia se mortificauit, quia delitias deseruit, vnde tota posteà in prosecutione sponsi, quæ prius madens in lecto eum renuebat. Pari ergo modo dicendum nunc castos permanere castos, & Christum sequi, quando iugiter mortificantur;

Cant. 5. num. 2.

27. Sponsa cur sponsum statim sequi.

Nyssen.

Ambros.

& in omnibus moriuntur, & vt castitatis accipere coronam possint, ab omnibus se abstinent; hinc fit, vt sic incedentes, claram, puramque in omnibus conscientiam habeant.

28. *Deus peculiari cura castos à reliquis custodit peccatis.* — *Ambros.*

Sed adde ad hanc & aliam huius conscientiæ puritatis rationem peculiarem, nempè Dei assiduam custodiam erga homines puros castosque, à cæteris præseruans eos peccatis, dum ipsi se ab impuris cauent, indignum veluti æstimans thorum maculari illud alienis maculis, dum se veluti à propriis abstinent. Quod eleganter dixit Ambrosius lib. 1. de Virginit. ad Marcellam, & nos suprà cap. 3. num. 15. homil. 65. Ob hoc equidem in Canticis Sponsus Sponsam hortum appellat conclusum, fontem signatum, Cantic. 4. num. 10. Conclusum ob custodiam, quam de se habet Sponsa, de sua curans castitate, soli se sponso reseruans, vt inquit Nazianzenus oratione in laudem Cypriani, & Hieronymus epistola 22. ad Eustochium, hanc sui ei persuadens custodiam: *Caue ne domum exeas*, inquit, *& velis videre filias alienæ regionis, quamuis fratres habeas Patriarchas, & Israël parentes lateris.* Ponderanda hæc postrema verba: nemo enim, etsi Religiosus in claustris degens, etsi vndique sanctis cinctus fratribus, sanctisque parentibus, de sua fidat castitate: nam si se ipse non custodit, vti Dina egressa corrumpetur.

Nazian. *Hierony.*

29. *Religiosi vt casti sint seipsos obseruare debent.*

At non solùm hortus conclusus dicitur sponsa, sed fons signatus, ob peculiarem Spiritus sancti assistentiam, quam de animabus habet istis, dum eas custodit, quæ se custodiunt, ac vndique occludunt; vnde & Spiritus sancti gratia eas vndique signat, fouet, illuminat, ac rorificat. *Dicitur*, inquit Gregorius Papa, *fons iste signatus idipsum, quod in Ps. 4. dictum est, signatum lumen, Sanctus enim Spiritus castam mentem, quam replet & illuminans irrorat, & irrorans illuminat, vt & de luce eius anima videat quid appetit, & de rore eius se refrigeret, ne lassescat.* Pulchrè; duo quippè, inquit Gregorius, castæ animæ, seque custodientes à Spiritu sancto obtinent, lucem, rorem; lucem, ne errent in appetendo, ne malum appetant sub boni specie, ne in laqueum incidant ignorantes, à claris ipsæ se custodiunt, par equidem est vt à dubiis eas Deus custodiat, & ne lassescant, aut cadant: rorem eis infundit, quo madefactæ semper virides numquam marcescunt, ob id fontes sunt signati, semper eas sponsus custodiens, etsi dormitantes: vnde illa vox eiusdem sponsæ Cant. 5. num. 3. *Ego dormio, & cor meum vigilat*: cor, vt inquit Rabi Salomon, id est, *Sponsus meus in mei curam, vt me tueatur, vt beneficiis me cumulet.*

30. *Cast. fontes sunt Dei signati & cur.* — *Greg.*

31. *Bona quæ Spir. S. castis tribuit, quæ.*

Cant. 5. num. 3.

Hinc talium, qui se sic custodiunt, qui puri, & casti, non solùm corpore, sed mente, solum Deum desiderantes, appetentesque, qui sicut corpore ab omnibus se abstinent, sic etiam mente soli vni Deo suos consecrant affectus, est illa vox *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Mihi, inquit, hoc est totus ad me custodiendum, gubernandum, dirigendum. Nec falluntur: nam, vt inquit Diuus Bernardus serm. 69. in Cantic. *Possunt de hoc gloriari, quia illis competit talis cura, talisque dignatio. Da mihi*, inquit, *animam castam, nil amantem præter Deum, & quod præter Deum amandum est, cui viuere Christus non tantum sit, sed & diu iam fuerit* (miranda verba) *cui study, & onus sit, prouidere Deum in conspectu suo semper, cui sollicitè ambulare cum Domino Deo suo, non dico magna, sed vna voluntas sit; da, inquam, talem animam, & ego non nego dignam*

32. *Totus Deus est castorũ hominum.*

Bernar.

33. *Anima Dei curæ digna quæ dicatur.*

A *sponsi curâ: Maiestatis respectu, dominantis fauore, sollicitudine gubernantis, etsi voluerit gloriari, non erit insipiens tantùm, vt qui gloriatur, in Domino glorietur; quod si homo huic gratiæ responderit, & vixerit secundùm illam, dicere poterit, & ego illi.* Mira Bernardi verba, quibus curam, quam de animabus, quæ soli ipsi Deo placere desiderãt, vti sunt castæ puræque, egregiè describit, dum ad earum tutamen sponsi sollicitudinem tribuit, maiestatis respectum, dominantis fauorem, gubernantis sollicitudinem. Consideranda singula, ac ponderanda, nam nos, ne plus æquo extendamur, ea deserimus, intimius enim inspicienti, liquidò & cura, quam de animabus castis Deus summus habet, apparebit, simulque nitor, splendorque, quem secum castitas affert conscientiæ; vnde licebit talem nitorem, talemque admirari cum Sapiente splendorem, dicentes, *O quàm pulchra est* &c. B.

Num. 2. *Cùm præsens est imitantur illam, & desiderant illam, cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

Connexio Capitis.

Sequitur Sapiens Virginitatis, & castitatis laudem, de qua nũc affirmat, quòd præsens ad imitationem quamplurimos aduocat, & absens maximum sui desiderium excitat, vnde & inquit

Imitantur illam. Cantacuzenus legit *honorant*, C sed vt bene Lorinus, nullus maior honor cuipiam deferri potest, quàm imitari illum: placet.

1. *Honor qui alicui defertur est eius imitatio.*

Desiderant eam, cùm se eduxerit, Cyprianus, *Cùm se abduxerit.* Græcè *desiderant absentem.* Laus est castæ generationis; præsens enim vi suæ bonitatis impellit ad imitatiuo em, absens ad sui desiderium.

Cantac. *Lorinus.* *Cyprian.*

In perpetuum coronata triumphat. Alludit ad modum antiquum, apud Gentiles enim vsitatum, teste Chrysost. hom. 8. in 1. Timot. c. 2. Paulin. ep. 2. Chrysol. ser. 119. & aliis ex prophanis, coronas castitati decernere, & Clem. Alex. 2. Pædagog. c. 10. meminit in ludis, qui se abstinebant, superare solere: vnde pugiles, tum ob victoriam partam, tum ob castitatem seruatam, coronari solere. Cui mori alludit noster Sapiens, dum de vera loquens castitate ei attribuit coronam, vnde triumphans ipsa de vitiis ei contrariis coronabitur, non quidem ad tẽpus, sed in perpetuum, quæ est differentia corona- D tionis castitatis pugilum Gentilium.

2. *Gentiles coronar castitati deferebant.*

Chrysost. *Chrysol.* *Clem. Al.*

3. *Pugiles, casti, & qui se abstinebant in certaminibus vincebant.*

Incoinquinatorum certaminum premium vincẽs. Multa hic expositores congerunt ad explicandum horum sensum verborum, minus ad rem, si verum dicendum. Græcè est, *Coinquinatorum præmiorum certamen vincens*, vnde Iansen. affirmat hunc facere sensum: scilicet *incoinquinatorum præmiorum*, id est, *impollutorum nullo mœrore mixtorum præmia captans.* Bonus sensus, & placet Castro, sed mea sententia, aliquid amplius innuit Sapiens ad laudem castitatis. Vatabl. legit: *Incontaminata præmia certamine victrix assequuta*, in idem recidit, &c. Cyprian. legit: *Incoinquinatorum certaminum præmium vincens.* Vbi secundùm Cyprian. bellum castitatis dicitur, bellum certaminum incoinquinatorum, nam ita præliari debent, vt nullam admit-

Iansen. *Castro.* *Cyprian.*

4. *Bellum castitatis cur dicatur bellum incoinquinatorũ.*

tant labem, sed quis est hic? Sensus ergo erit secundùm Cyprian. inter certamina impolluta, in quibus nulli virtus vnquam cedit, nec vllius ictu læditur, aut polluitur, victrix in prælio euadit ipsa virtus, & de suis hostibus coronata triumphat, sensus durus.

Planior erit, tenentes Vulgatæ lectionem, & ab ea non recedentes, si dixerimus Sapientem alludere ad antiquum Gentilium morem, vti supra diximus, coronationis castitatis pugilum. Vnde cùm dixisset, quòd castitas in perpetuum coronata triumphat, ne quis putaret talem castitatem nil amplius habere premij, quàm Gentilium pugilum, addit, quod non solum talis castitas, de qua ipse loquitur, coronam possidebit, & in perpetuum coronata erit, sed quod in infinitum vicit, præmiumque superauit certaminum incoinquinatorum, id est pugilum, qui se, vt victores euaderent, continebant, & præmium accipiebant, nam, vt inquit Paulus, *Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam* 1. ad Cor. 9.25.

5. Christiana castitas, in infinitum Gentilium superat.

1. ad Cor. 9.25.

Et sic sensus erit, talem esse castitatis veram virtutem, vt præsens cogat ad sui imitationem, absens ad sui desiderium, triumphans coronabitur in perpetuum, & præmium eius vincet, omneque humanum superabit præmium.

HOMILIA LXXI.

Maximus Christi honor eius imitatio.

Cantacu. Lorin.

CVm præsens est, imitantur illam, inquit noster Sapiens. Cantacuzenus, vt in expositione litteræ, legit *honorant*, ex quo Lorinus maximum educit honorem, qui alicui deferri potest, esse eius actionis, seu vitæ imitationem. Occasione huius placuit hic tractare de vero Christi honore, qui est eius operibus sanctis, bonique imitatio; nam licèt proprius esset locus de efficacia discurrere exemplorum, de que eximia virginitatis virtute, eiusque præmio & laude, tamen cùm materiæ communes sint, largè latéque apud autores, profusæque discussæ, ideo eas prætereuntes, placuit de vero Christi honore disserere, vt materia magis vtili. Multi enim miseri decipiuntur, dum putant Christum honorare, quia fidem eius tenent, quia exterioribus obsequiis eum adorant, quia eum prædicant, cùm tamen verus honor Christi in eius extet imitatione; vnde sicut valde castitatem honorant, qui eam imitantur; sic pariter Christum, qui exempla eius sequuntur, sicut è contrario eum inhonorãt, qui sanctum eius confitentes nomen, vitam tamen non imitantur. *Omnes, qui Christiano vocabulo gloriantur*, inquit Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 2. *& perditè viuunt, non absurdè possunt videri in filio Noe Cham figurari, passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, & annunciant profitendo, & malè agendo exhonorant.* Nil melius, inhonorant operibus, licèt verbis honorent, quem verborum honorem non magni equidem facit, immò pro nihilo ducit Deus. Vnde per Isaiam. 29. num. 13. de populo suo dolens pronunciat, immissurus ei mala & flagella, *Eo quod appropinquat ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominis, & doctrinis.* Quam obscuram Isaiæ sententiam clarificauit Christus Dominus noster in Euangelio Matthæi 15. num. 8. quando dixit, *Benè prophetauit de generatione ista Esaias, dicens: Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum lõgè est à me; sine causa enim colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum.*

1. Christum confitentes & non imitantes eum inhonorãt.

August.

2. Similes sũt Cham & cæt.

Isai. 29. 13.

3. Verborum tantus honor Deo displicet.

Math. 15. 8.

In quo loco duo obseruanda veniunt. Primùm, populum illum Deo appropinquare ore tantum, & non corde, quam appropinquationem honorem vocauit Christus, quem non solum Deus parui fecit, sed abiecit, putans se illo non se honoratum, sed dehonoratum: nam vt rectè Hieronymus, seu Paulinus ad Celantiã ep. 14. ait: *Qualis est illa confessio, quæ sic Deo credit, vt pro nihilo eius ducat imperium? aut quomodo ex animo, & verè dicimus, Domine, Domine, sicius, quem Dominum confitemur; præcepta contemnimus?* Hinc similiter deducendum, vt qui verbis tantum Christum honorat, potius inhonorat, nam, vt inquit Augustinus, *Si annunciaueris, & opere neglegis, ex..., oras illum, non honoras.* Nam quid prodest in domo eius extare, hoc est, in Ecclesia fidem eius tenere, ore eum Dominum confiteri, & tamen in hac eadem eius domo, contraria ei facere, hoc est eum dehonorare? Quod elegãter dixit Basilius homilia 2. in Psalm. 28. illa vtens similitudine domus Domini, in cuius cedit opprobrium quicquid mali in domo agitur, *Domus*, inquit, *misera gubernetur, nimirum in qua indignatio, & rumor sunt, contumelia item, risus, voluptas, prodigus ac profusus luxus, immunditia, ac ex consuetudine flagitiosa scortatio, eorum, quæ sunt ignominia, atque turpitudo, in eum referuntur, qui domui præsidet.* Vndè licèt vt Dominus veneretur ac summis vocibus extollatur, prædiceturque, inhonoratus tamen semper manebit, si contraria verbis facta existant, non vnanimes in domo, cum eius viuendo Domino, sed moribus dissidendo, & vita, vnde meritò talis honor à Deo reprobatur eiciturque.

4. Malè dicitur Dominus, eius præcepta côtemnuntur.

5. Christiani maximè Deũ inhonorãt, quã in domo stant Dei, dũ Christũ non imitantur.

Basilius.

Secundùm quod obseruandum, sunt illa verba Isaiæ, *& timuerunt me mandato hominis, & doctrinis*, quæ Christus interpretatus est, *docentes doctrinas, & mandata hominum*, id est, colentes me, non sicut ego volo & præcipio, & præbêtes mihi cultũ, nõ sicut ego desidero, sed sicut ipsi volũt, & sibi placet. De qua re erat ibi sermo tunc, dum Pharisæi præferentes mandatum suum mandato legis, interpretabantur eam sensu suo; scilicet sufficere filio, vt munus offerret Deo, & patrem desereret in egestate, vnde legem interpretabantur, Deoque seruiebant, non sicut ille volebat, & præcipiebat, sed sicut ipsis placebat, quod qui facit, corde se à Deo elongat, licèt ore appropinquet. Ex quo deducitur, veram Christi appropinquationem, verumque illius honorem non consistere in illis rebus, quas homo carnalis iudicat, sed in illis, quæ ipse in Euangelio expressit, obseruantia scilicet præceptorum, & vera sanctaque eius imitatione, quod qui facit, verum honorem illi tribuit, & verè eum adorat, licèt hoc verbis non exprimat. Quod eleganter dixit Chrysostomus in psalmũ 148. tom. 10. sub initium, explicans quomodo creaturæ, quæ vita, & ratione carent, Deum laudent, vbi tres distinguens modos Deum laudandi, primum per tacitam sui exhibitionem quomodo omnes creaturæ Deum laudant, secundum per linguam bonis, & malis communem, tertium verò per vitam, & rectã facta, hoc tertio modo asserit perfectè Deum laudari, etiam tacentibus hominibus: *Quoniam, ait, duo sunt modi laudandi, gloriaque, & honore afficiendi,*

6. Pharisæi cut Christus dixit quod docebãt doctrinas, & mãdata hominum.

7. Verus Christi honor stat in obseruantia præceptorũ vt ipse ea sequitur, & non vt homines iudicant.

Chrysost.

8. Quot modis Deus laudatur, & cum creaturæ laudẽt insensatæ.

vnus quidem per verba, alius verò per seipsum: his accedit etiam tertius, qui est per vitam, & recta facta, nam hominibus non solum loquẽtibus, sed etiam tacentibus gloria Deo offertur: quod illis confirmat Christi verbis Math. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*: E cõ-

9. Deus à peccatoribus honorari verè non potest.

tra verò qui lingua tantum, non vita, eum non honorat, sed dehonorat, cùm ipse honorari non velit, nisi à suis imitatoribus tanquam suis similibus, immo nec potest à dissimilibus honorari.

Enimuerò creans Deus hominem, vt illum adoraret, & suum recognoscendo creatorem, summopere deuoto cultu illum honoraret, vt hoc facere posset, & debitum ei honorem exhiberet, *ad imaginem, & similitudinem suam creauit illum*, Gen. 1. num. 27. & similiter, vt ipse homo haberet, qui eum honoraret, *creauit ei adiutorium simile sibi*. Sciens profectò Deus, & perfectè agnoscens, quòd vbi non est similitudo, non est honor, similitudo inquam in natura, à iumentis enim, atque irrationabilibus, licèt obsequia nobis præstent, non honoramur, quem namque honorem Adam ab irrationalibus accepisset, nisi Euam habuisset similem sibi? & ipse Deus quem honorem ab extra obtinuisset, nisi rationabilia creasset sibi similia in natura? hoc est spiritualia, intelligibilia, sicut ipse, à bestiis siquidem Deus non honoratur, similitudo ergo necessaria est ad honorem alicui deferendum, & similitudo naturę. Quod cùm ita sit, peccator quid est? bellua, nam homo antè conspectum Dei comparatur iumentis insipientibus, & similis illis factus. *Homo cum in honore esset, non intellexit*, Psalm. 48. 13. inquit rex Propheta, in quo honore erat? in similitudine Dei, in imagine ipsius perfecta, non solum spiritualis, intelligens, sed Sanctus, iustus, impollutus sicut Deus, ad instar Dei, per gratiam diuinæ factus particeps naturæ, *ad consortium ipsius eleuatus*, vt inquit Apostolus, quod non intelligens miser, deceptus per peccatum dissimilem se reddidit, iumentum apparens, ita vt Deus amplius in eo suam non agnosceret similitudinem.

Gen. 1. num. 27.

10. Honor nõ est nisi à similibus in natura.

Psal. 48. 13.

11. Peccator Deo dissimilis.

12. Ab Adamo non locum sed statum requisiuit Deus quando ei dixit vbi es.

Gen. 3. nu. 10.

Ambros.

Hinc vox illa Dei ad primum nostrum parentem, *Adam vbi es*: Genes. 3. num. 10. non tantum locum, quantum statum inquirens eius, quem ignorare finxit. Quod egregiè dixit Ambrosius lib. de paradiso cap. 14. *Non locum quærit, ait, qui nouit arcanum, neque enim Deus clausos habebat oculos, vt non videret latentem*: & paulo post, *quid est ergo, Adam vbi es? id est, non in quo, vel in quibus es*. hoc est, de quibus bonis, de qua beatudine, de qua gratia in quam miseriam recidisti? hinc veluti eum non agnosceret, vbi sit, interrogat, quia etsi præsens, dissimilitudine tamen tanquam absentem reputabat; & sicut ipse per peccatum Deum nesciuit, sic vt à Deo ignoraretur per culpam meruit. Quod Diuus dixit Gregorius lib. 2. Moral. cap. 4. vbi hunc locum expendens, sic effatur. *Adam vbi es? quia lapsum vidit in culpa, iam sub peccato, velut ab oculis veritatis absconditum, quia tenebras erroris eius non approbat, quasi vbi sit peccator ignoret*. Hinc Deo factus per culpam dissimilis, impotens deuenit ad amplius eum honorandum, quia non amplius existebat, sicut erat, sed vnde prius per iustitiam similitudinem Dei exprimebat, inde postea per culpam similitudinem iumentorum, bestiarumque; & sic ad Deum honorandum impar, quia dissimilis. Sic qui à similitudine vitæ dissident Christi, qui ei non sunt similes, qui vitam, sanctaque eius non imitantur opera, per quæ similes illi constituuntur, similes bestiis sunt insipientibus, vnde nec ipsum honorant, immò nec honorare possunt, quia honorari non potest nisi ab ijs, qui similes ei sunt, qui sunt rationales. Sequitur ergo, vt vbi non est imitatio, quæ talem reddit similitudinem, ibi impossibile sit vt adsit honor, & sic Christum non honorant, qui illum non imitantur.

13. Peccator vt Deo absens.

Gregor.

Ad hæc addendum, gloriam Christi sanctificationem esse animarum nostrarum, ad hoc enim venit in mundum, ad hoc natus, ad hoc crucifixus, vt sanctificationem, & salutem afferret animabus à Patre creatis, & in hoc suam posuit gloriam, *Omnes enim peccauerunt*, inquit Paulus ad Rom. 3. num. 22. *& egent gloria Dei*, id est gratia Dei, quæ per Christum datur, quæ dum fructificat saluando quod perierat, redundat in gloriam Dei & Christi, & ideo talis gratia ex hac parte, quatenus sanctificat, gloria Dei dicitur, qua ratione idem Apostolus Paulus vocat eam gloriam Christi, 2. ad Cor. 2. num. 3. quia dum homines essent peccatores, & ex peccatoribus ob virtutem & Christi gratiam sancti effecti, & iusti, maxima Christi gloria erant, gloria ergo Christi est sanctificatio animarum.

14. Christi gloria animarum sanctificatio.

Ad Rom. 3. 22.

2. ad Cor. 2. num. 3.

Hæc autem sanctificatio tunc perfectè completur, quando anima Dei gratia, & per voluntariam eiusdem gratiæ susceptionem, ac donorum, ex iniusta fit iusta, ex inimica amica, ex extranea eius sponsa, perfectè cùm ipso vinculo spiritualis copulata matrimonij, quod matrimonium necessario requiritur iustificationem ipsam, quo mediante, modo indicibili vnus anima spiritus cum Deo fit, sicut inquit S. Pater Basilius lib. de vera virginit. ad Letorium Melitens. Episco. tom. 2. vbi sic, *Sicut qui adhæret meretrici, vnum corpus est, ita, qui adhæret Domino, vnus Spiritus est*: cuius vnionis modum assignans sequitur, *Dum & corporis purgatur vitiis, & animum in diuinæ imaginis excellentiam transfert*, Egregiè dictum. Ad vnum illud esse cum Deo duo sanctissimus requirit Pater, dissimilitudinem sui, similitudinem Dei, purgationem à vitijs, vt iam non sit amplius qui erat, & animi transformationem in diuinæ imaginis excellentiam: quod bonum inde ait animæ prouenire, quia per Dei gratiam ipsi matrimonio copulatæ spirituali, & ei adhærens, sancta effecta fuit ex peccatrice.

15. Quando perfectè completur.

Basil.

16. Spirituale sponsalitiũ animæ cum Christo quãdo perficitur.

At sciendum ad tale Dei sponsalitium, & per consequens ad illam spiritus vnionem, quemlibet numquam peruenturum, nisi prius se abnegando Christum imitetur in vita, in moribus, immo vt sic dicam, & in lege. Petenti Sichem filiam Iacob à fratribus suis, tale accepit responsum: *Non possumus facere, quod petitis*, Genes. 24. num. 14. *nec dare sororem nostram homini incircumciso, quod illicitum, & nefarium est apud nos, sed in hoc valebimus fœderari si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexus*. Similitudinem ergo ad matrimonium, & sponsalitium requirebant, & similitudinem morum & legis. Similiter etiam & Ruth, vt adnotauit Chrysostomus homil. 3. in cap. 1. Math. tom. 2. non prius ad sponsalitium Booz peruenit, quàm gentem, patriam, legem, & mores deseruisset suos, & similem sponso suo se effecisset. Sichem ergo, vt ad desideratas perueniret nuptias, sicut & Ruth, prius ad instar, vt sic dicam, necessarium eis fuit vt efficerentur, cui nu-

17. Christi imitatio est causa sponsationis Dei cum anima, ad quam sine illa non peruenitur.

Gen. 24. 14.

Chrysost.

bere desiderabant, in lege, in moribus, & in actibus, quo effecto, optatis potiti sunt, & in vnum copulati. Sic equidem similiter dicendum, quòd vt anima vnus cum Deo spiritus efficiatur, spiritualique cum illo matrimonio copuletur, in quo ipsa sanctificatio consistit, & per cōsequens ipsa Christi glotia, similitudinem induit, debet Christi eiusque vitam imitari, & ad instar eius euadere, nam vt

2. ad Cor. 6.

inquit Apostolus 2. ad Corinth. 6. *Quæ societas Christi ad Belial? quis consensus templo Dei cum idolis?*

Basilius.

18\. Deus non prius cum sponsa copulatus, quam ei similis factus.

Quod adeo verum est, hanc scilicet similitudinem ad spōsalitium Christi consequendum requiri, vt vnum, & mirum à Basilio dicatur, nempè hanc similitudinis legem ad matrimonium contrahendum non solum sponsam ligare, sed sponsum, non solum animam, sed Deum, cùm Deus ipse, vt concupitas cum anima nuptias contrahere possit, non prius illas contraxit, quàm cum illa similis efficeretur: hortans namque Sanctus Pater animam ad perficiendum tale cum Deo sponsalitium, omnia derelinquendo, vt similis sponso suo deueniat, & vt ipse inquit, *Ex homine mortali immortalis Deus*, hoc ei suadet exemplo sponsi, & Dei sui, *sicut enim*, inquit, *sponsus eius thronos, & dominationes deserens, illi ratione mortalitatis adhæsit, vt vnum cum illa misericorditer factus sua illam gloria & immortalitate donaret: ita & ipsa ei, qui sua gratia* nota verbum, *exuit principatus, & seipsum à forma Dei ad serui formam per nimiam amoris vim exinaniuit, immortalitatis ratione inhærere debet.* Nil pulchrius dici potuit, exuit quodammodo, vt sic dicam, immortalitatem suam Deus, & mortalem se fecit, quia sponsa mortalis, carneus, quia carnalis, vt omnino cum illa se coniungere posset, ob hoc dereliquit quodammodo nostroquè modo intelligendi patrem in cœlis, fratres, suosque Angelos, vt vxori suæ adhæreret. de immortali mortalis factus, exuens immortalem. conuersationem, mortalem arripiens ob amorem suæ sponsæ, quia mortalis, cur quæso nō deseret sponsa mortalitatē quam habet, & conuersationem immortalem arripuit, vt cum sponso suo vniatur, & copuletur? aut quomodo credet sine tali similitudine, quod poterit vnquam ad sponsalitium immortalis peruenire mortalis ipsa creatura, cùm nec Deus ipse voluerit, nisi prius similitudinem suæ indueret sponsæ, & similis in omnibus ei efficeretur. Similitudo ergo necessaria est ad talem cum Christo desponsationem, & per consequens ad animæ sanctificationem, in qua Christi est gloria, acquiritur namque similitudo per imitatiooem. Hinc tota gloria, & totus Christi honor ab eios imitatione sola dependet, & verè equidem, cùm non sit ambigendum in humanis aliquem plus à nobis honorari, quando eius imitamur acta vitæque modum, quàm si tantum verbis eū clarificemus: nā sicut aptius mediū est ad alicuius alleuiandū dolorem, similem illi fieri, & simul cum illo dolere, ac dolorosas indui actiones,

19\. Consolandi modus aptus qui. *Origen.*

quàm verbis tantum eum consolari; Quod pulchrè obseruauit Origenes lib. 3. expendens factum amicorum Iob, quando primò illum perspexerunt, *Nam exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum, & ederunt cum eo*, ob. 2. num. 15. Adnotauit hoc illos

Iob. 2. nu. 15.

effecisse, vt ad instar Iobi se redolerent imitando quod ipse prius fecerat, quo facto similes ei omnino effecti summam ægro consolationem, immo honorem ei reddiderunt summum; *Quæ fecisti, ô Iob*, inquit, *facimus, & quæ gessisti gerimus, vestimenta nostra scindimus, & terram super capita nostra spargimus, sic namque & tu fecisti ante paululum, vt aiunt, ô Iob vtinam cæteros dolores tuos tecum diuidere possimus.*

20\. Amici Iob vt eum cōsolati sunt.

Quo facto magis eum honorarunt ac consolati sunt, quàm si verbis tantum, etsi magnificis, intimum dolorem conceptum expressissent: immo quidam putat Angelum, qui Dominum confortauit, illud non verbis effecisse, sed

Pineda in ca. 2. Iob. num. 13.

21\. Angelus in horto vt Christum consolatus est.

assistentia, ac societate, habituque & gestu simile Christo assumpto, ita vt genua flecteret, quando ea Christus flectebat, & cum humi se Christus prosternaret, ipse similiter se prostraret, quam assistentiam, seu compatientis habitum à Petro expostulauit dicens ei, vt secum inuigilaret, exprobrans illi, quod non potuisset *vna hora vigilare secum.* Math. 26. 4. Potentior ergo est assimilatio ad consolandum mærentem quàm verba, sic pari modo & potentior ad honorandum.

22\. Cur Christus ab Apostolis petiit vt secum vigilarent, *Math. 26. 4.*

Origen.

23\. Christus amplius operibus maledicitur quàm verbis.

Quod considerauit Origenes problem. vigesimo septimo, super caput vigesimum quartum, tomo primo, ponderans, Christum non solum maledici verbis, sed operibus, & similiter, quòd non tantum honorabatur verbis, quantum operibus, immò quòd verba nil prosunt, nisi & opera adsint: *Ego tamen puto, quòd non ille solum maledicat Christum, qui sermonem aduersus eum maledicum profert, sed & ille, qui sub nomine Christiani malè agit, & turpiter conuersatur, & inhonestis verbis, vel actibus suis facit nomen eius blasphemari inter gentes, sicut è contrario non ille qui sermonibus solis Dominum benedicit, ipso benedicere putandus est, sed qui actibus, & vita, & moribus suis faciat ab omnibus nomen Domini benedici.* Nil melius. Ex quibus Origenis verbis euidēter apparet ratio, quare verus Christi honor, nō in verbis, sed in eius imitatione consistat, eo quod plus Christus imitatione honoretur, quàm verbis, quia nempè Christi verus imitator, actibus, vita, moribusque facit, vt ab omnibus Christus benedicatur, in quo summus eius consistit honor, summaque laus.

24\. Imitatio Christi cur eum maximè honorat.

Basil.

Quibus consonans Basilius homilia quinta in Psalmū vigesimū octauū tomo primo super illa verba, *afferte Domino gloriam, & honorem*, exposcens, quomodo creatura, quæ puluis, & cinis magno Domino gloriam, & honorem afferre possit, respondet. operibus sanctis & bonis, *Gloriam quidem per bona opera, cum opera nostra splendore probitatis irradiarint hominum oculis, sic vt perspectis operibus nostris homines glorificent patrem nostrum, qui in cælis est, sanè per sobrietatem, perque sanctimoniam eos peculiariter corrigentem, qui se ex professo obstrinxerunt tuendæ religioni, potest quis afferre gloriam Deo iuxta Pauli admonitionem, dicentis, glorificate Deum in corpore vestro.* Ergo verus Christi honor in eius imitatione consistit, & verè eum honorant, qui eum imitantur, non secus ac Sapiens de castitate, & hominibus castis dixit, scilicet, quod dum præsentes essent, honorabant illos impij, imitando scilicet illos, *cùm præsentes.*

Num. 3. *Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabant.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. ANtithesi vtitur Sapiens in hoc versu, persistens in laude castitatis, opponens multitudinem filiorum malorum orbitati bonorum, affirmans potiorem esse hanc, quia cum virtute, quàm illam, quia sine illa ideoque inutilis.

Non erit vtilis. Mihi placet sensus Lyrani, qui
1. *Impius cur inutilis.* affirmat, ideo impium non esse vtilem, etsi magnum etsi Regem, quia non valet ad finem à Deo intentum, nempè ad Beatitudinem, propter quam creauit illum licèt aliàs vtilis sit, tum ad exercendum bonos, vt inquit Augustinus, ser. 54. de Tempore, qui præclare serm. 52. in Euangelium Ioan.
August.
2. *Et quomodo vtilis.* affirmans malos necessarios esse bonis sic ait: *In fornace quodammodo aurificis sumus, hoc est, in hoc mundo, si autem non es, (scilicet aurum) simul ardes, si autem es, hoc est aurum, palea tua est malus, si & tu palea es, simul eris fumus.* Abel non esset nisi per Cain, Iacob probatus per Esau, Hebræi per Ægyptios, Dauid per Saulem: hoc modo sunt bonis vtiles mali, tum etiam, vt benè inquit Lorinus, ad eos in temporalibus adiuuandos, sed inutilis est, quia suo proprio priuatur fine.

August. *Spuria vitulamina, &c.* Augustinus æstimat ignorasse vulgatam vim nominis Græci, & ideo ipse putat legendum, *adulterina plantationes,* 2. de doctrina Christiana cap. 12. vnde ex Græco sic legitur, *& ex adulterinis plantis, seu stolonibus non dabit radicem in profundum,* sed Volgatum defendunt recentiores, vt Lucas Burgensis in annot. Lorinus, & Castru, vide apud ipsos. Placet Lorinus, dum asserit Vulgatum Metaphoricè locutum, & plantis nouellis lasciuientibus accommodasse lasciuiam vituli per prata exultantis, sit vtcumque, in idem recidit sensus, nempè, tales filios spurios, licèt sint multi, licèt videantur in bonis abundare; non tamen fixas habere radices, nec profundas, & ideo citò exsiccari, quod & alia metaphora similiter declarat dicens.
Bargent. Lorin. Castr.
3. *Spurij filij numquam firmiter fœlices.*

Nec stabile firmamentum. Græcè, neque *firmum, vt tutum fundamentum locabit,* Est alia similitudo, vti diximus, quæ omnem infirmitatem, seu debilitatem gloriæ impiorum declarat: non ergo fixas radices habent, non stabile firmamentum; vnde cito corruent, & euanescent, licèt contrarium videatur in principio.

Num. 4. *Etsi in ramis in tempore germinauerint infirmiter posita, à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.*

Connexio Capitis. OCcurrit Sapiens obiectioni: nam possibile vt tales virescant & germinent, non ob hoc, ait, multi faciendum, cùm etsi ad tempus, inquit, germinauerint, cùm radices fixas non habeant, à vento commouebuntur, & euellentur, de qua re mox dicemus.

HOMILIA LXXII.

Diuitiæ, mundique fœlicitas duo præcipua obtinent mala, instabilitatem, & contrarietatem.

DVo proposita apprimè in his duobus exprimit noster Sapiens versibus, quæ simul coniungere placuit, vt iunctim viderentur, & perspicerentur, dilucidius namque apparebit ex hoc huius mundi rerum, fœlicitatisque eius vanitas.

Primum enim est instabilitas, *nec stabile firmamentum collocabunt.* Quod quàm verum sit, oro te vt attendas, & simul per omnia, quæ in mundo sunt, discurrens dicas; qualis stabilitas reperitur in huius mundi fœlicitate; vix est, ac statim non est, ad summum quæro quantum durare illa potest? quantum vita ipsa, do tibi quòd semper in vita duret, do quidem, sed impossibile, vita ipsa quantum durat? nihil durat, immò si verè eam considerare velimus, inquit Seneca, ipsa potius continua mors dici potest, quàm vita, *Mors infantia est pueritia,* inquit, *mors pueritiæ est adolescentia, mors adolescentiæ est virilitas, mors virilitatis senectus, mors senectutis decrepitas, mors decrepitatis ipsa mors est.* Eu quantæ mortes in vna vita! prius ergo morimur quàm viuimus, & ante mortui, quàm nati, sic cito pertransit vita, sic citò venit mors.
1. *Vita nostra continua mors.*

Apocalypsis 6. n. 8. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomē illi mors,* cur mors in equo? quia sēper currit ad decurtandā vitā, vix nati mors adest, & filū decurtat, vna hora vixisti, vna hora vitam diminuisti, at cur in equo pallido? si equus est tempus vitæ, cur pallidus, & non albus, aut rufus? ad denotandum scilicet, quod dicit Seneca, vitam nostram nil aliud esse, nisi continuam mortem, & tempus non esse aliud, nisi equum mortalem, moribundum, pallidum, continuè morientem, vnde benè Ioannes mortem vidit venientem super equum pallidum, citò venientem, & in ipso motu, vt sic dicam, morientem. Quod eleganter dixit Augustinus lib. 17. de Ciuit. cap. 4. illud explicans psalm. 101. num. 28. nempè, *Et anni mei non deficient,* vbi sic, *Ibi enim stant anni, hic transeunt, immo prætereunt, antequàm enim veniant, non sunt: cùm autem venerint, non erunt, quia cum suo fine veniunt.* Nil melius. Si ergo talis est vita, super qua ipsa fœlicitas fundatur humana, considera quale stabilimētum habebit ipsa, *Nescit fortuna quiescere,* inquit Seneca lib. 7. de quæst. natur. *secundis nemo confidat, aduersis nemo deficiat,* Secundis nemo confidat, quia etsi abundent, & affluant, cito deficiunt. *Diuitiæ si affluunt,* inquit Dauid, *nolite cor apponere,* Psalm. 51. num. 11. verbum enim affluere duo significat, abundare, & velociter currere, abundant, & in eo quo abundant, in eo currunt velociter. Sic hunc intelligit locum Basilius. *Mirare vocem,* inquit, *fluxa est diuitiarum natura, torrente citius pertransit, habentes alios, alios modò apta mutare dominos*: Optimè equidem: nunc istius, nunc illius sunt, respicies hoc, si attentè con-
Apoc. 6. num. 8.
2. *Mors cur in equo pallido.*
Senec.
August.
Senec.
3. *Secundis rebus confidere non debemus & cus sicut nec in aduersis desperare.*
Ps. 51. nu. 11.
Basil.

4. Res huius mundi fluidæ & cur.

ſideres quod in eo quo quis diteſcit, ſicut fit diues, & abundat, in eo puncto quo abundat, in eo pendere incipit, & diuitiæ eius ad alium tranſire. Erat pauper prius, victum labore, & induſtria quæritabat, non impendebat, diuitiæ diuitum in domum eius tranſibant, dum ab eo emebant, dum opera eius locabant, factus eſt diues, in eo quo diues eſt, incipit impendere, & diuitiæ eius in aliam pauperis domum tranſire, vnde quo ditior, & ad impendendum pronior, cur? quia vt inquit Baſilius, natura diuitiarum fluxa, alios, & alios mutare dominos apta, nunc iſtius ſunt, nũc alius, vnde impij proſperitas nullum ſtabile habet fundamentum. *Lubrica fortuna eſt*, inquit ſapiens ille Scytha ad Alexandrum, vt eſt apud Curtium lib. 7. *nec inuita teneri poteſt. Noſtri ſine pedibus dicunt eſſe fortunam, quæ manus, & pennas tantùm habet, cùm manum porrigit, pennas comprehendere non ſinit.*

Curtius.

Auguſt. Pſal. 36. num. 35.

Hoc equidem benè perpendunt ſancti, qui oculis internæ ſcientiæ illuminati vident quàm caduca ſunt hæc omnia. Perbellè hoc adnotat Auguſtinus in illo pſalmo 36. num. 35. ſcilicet, *Vidi impium ſuperexaltatum, & exaltatum ſuper cedros Libani, tranſiui, & ecce nõ erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius*: vbi Auguſtinus, *Quare non erat? quia tranſiſti, ſi autem carnaliter cogitas, nondum tranſiſti.* Optimè, non tranſit inferiora hæc, qui cogitat impium aliquid eſſe, carnalis eſt, qui putat aliquid eum hîc firmum habere, nam qui oculos in altum tollet, & eos cito præterire, & ad nihilum currere perſpiciet. Quod dixit Ambroſius in Pſalm. 72. ibi: *Deiecisti eos dum allenarentur*, ſupradicta Pſalmi exponens verba, dum ait: *Incredibilis celeritas eſt annorum eius, vides ſubito impium in hoc ſæculo potentem, dum tu tranſis, ille iam non eſt, quanta eſt enim vmbra in terra, quã diuturna, tranſpone veſtigium, & vmbra præteriit, aut ſi hîc aliquid mouet, ad ea quæ futura ſunt, attolle tuum veſtigium & inuenies illic impium non futurum, quem hîc eſſe credebas.* Nec equidem mirum ſic celeriter fœlicitatem tranſire impiorum, cùm illa non eis datur ad eorum vtilitatem, ſed vt quærela de Deo excludatur, excuſatioque præcludatur, ne propter neceſſitatem mala feciſſe cauſarentur, hinc cùm non ad eorum conſiſtentiam conferatur, ideo vix quærelæ ſatisfactum poſſibili ac tranſit. Quod eleganter idem dixit Ambroſius vbi ſupra, vbi illud: *Propter dolos poſuiſti eis*, num. 18. ipſe legens, *quia propter eorum tergiuerſationes poſuiſti eis Bona hîc, ait id eſt, ſucceſſus proſicuos ſæcularium commodorũ, & abundantiam diuitiarum ne cauſarentur propter inopiam, ſeu acerbitatem alicuius doloris, & luctus fuiſſe minus deuotos, atque in culpam latrocinij, & direptionis ſtudium, neceſſitate egeſtatis impulſos, non enim ad tranquillitatem vitæ, vſuramque lætitiæ diuitiis opimati, aut honoribus eleuati ſunt, ſed vt quærela excluderetur, coerceretur ærumna: deiiciuntur itaque dum alienarentur, non enim viri gratia, ſed ruina eſt, vbi nec dicetur in vſus muneris reſernatus, & adimitur excuſatio delinquendi.* Pulchrè, talem impiorum felicitatem, non gratiam ſed ruinam appellauit, quatenus & adimendo peccati excuſationem, grauiori illum pœna dignum conſtituit, & citò prætereundo duplici eos dolore affligit.

Ambroſ.

6. Sancti cur parum ex gloria mouentur impiorum.

7. Fœlicitatẽ huius vitæ cur Deus impijs tribuat.

Idem.

8. Felicitas impij eius ruina.

Hinc hæc mũdi bona ſanctis vileſcunt, quia benè ea penſitantes in ſe nil cõſiſtentiæ, realeque habere animaduertũt, & ſiquid aliter appareat, hoc non ex ſeipſis, ſed ex ſenſu obtinet impiorum, nam glorio-

9. Bona huius vitæ hominis æſtimatio bona illa efficit, nõ verò talia in ſe ſunt.

A ſum dici quid reale eſt, nihil, imaginatio illud æſtimabile fecit; cur ſerico veſtitus potius, quàm panno honoratus habetur? æſtimatio illud fecit. Alexander multam purpuram dono Syſigambi Darij matri dono miſit, *Et admoneri eam iuſſit*, vt inquit Curtius li. 5. *vt ſi cordi quoque veſtis eſſet, conficere eam neptes ſuas aſſueſaceret, donoque doceret dare, ſed ad hanc vocem lachrymæ obortæ ſunt* Cur? quippe *non aliud magis in contumeliam*, ait, *Perſarum fœminæ accipiunt, quàm admonere lanam manus*, Hinc quod Alexandro precioſum, Syſigambi vile, & abiectum, opinione tota re conſtante. Benè ergo Chryſoſtomus hom. 38. 1. ad Corinth. *Neque enim paupertas triſtitiam, ait, aut diuitiæ voluptatem gignunt, ſed & hoc, & illud opinio noſtra parit*, Quod probat, quia ſi aliquis pauper eſt, & diues efficitur, dum plus diteſcere cupit, lætitiam non percipit, diuitiæ ergo lætum non faciunt, ſed opinio B noſtra falſa. Hinc cùm nullam in ſe conſiſtentiam obtineant, fit vt nec ſtabilitatem habeant diuturnam, nec munimentum firmum, niſi in hominis imaginatione carnalis. *Subſtantia diuitis*, inquit Salomon, Pro. 18. num. 11. *vrbs roboris eius, & tanquam murus validus circumdans eum.* In Hebræo autem ſtat: *ſubſtantia diuitis tanquam murus in imaginatione eius*, vel vt Pagninus, *opes diuitis ſunt vt vrbs fortitudinis eius, & ſicut murus eleuatus in imaginatione eius.* Optimè, ſubſtantia diuitis non eſt murus, non habet ſtabile fundamentum, non eſt quid firmum, ſed diues imaginatur ſe eſſe murum, & firmitatem habere: tota eſt imaginatio, cùm nihil habeat firmitatis.

Curtius.

10. Syſigambis Darij mater purpuram dono ab Alexandro accipiens plorat & cur.

Chryſo.

Pr. 18. 11.

11. Diuitię nullam firmã habent ſubſtantiam niſi in imaginatione hominis carnalis.

Diues cùm dormierit nihil ſecum auferet, inquit ſanctus Iob. 27. num. 19. *cùm dormierit, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet*: vbi ſanctus Gregor. C lib. 18. Moral. cap. 19. *In his verbis docuit*, inquit, *quod impius cùm in morte euigilat in vera cognitione tunc nihil eſſe conſpicit quod tenebat, veniet quandoque tempus vt euigilet, & tunc cognoſcet, quàm vacuum fuerit quod in ſomno tenebat.* Vbi notandum ſecundùm ſanctum Iob vitam hanc ſomnum, ſicut mortem vocaſſe vigiliam, diues inquit, cùm dormierit, id eſt poſtquam dormierit, poſt ſomnum huius vitæ aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet, nihil, quia phantaſma erat, & inſomnium totum quod videbat. *Dormierunt ſomnum ſuum*, inquit Dauid pſalm. 75. num. 6. *& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis*, vbi pulchrè Ambroſius cap. 15. *Dormierunt ſomnum ſuum, quia diuites ſomnum ſuum dormierunt, D non habent Chriſti quietem, non ſurgunt Chriſti reſurrectione.* Dormiunt ergo ſomnum ſuum potentes, impijque, in illo non virtutes, non imitationem Chriſti, non bona ſomniantes opera, quæ verè ſunt res, ſed vanitates, ſed peccata, ſed dominationes, & principatus; & hinc eſt, vt euigilantes non inueniant ea in altera vita, in qua nihil boni, niſi quæ ſunt Chriſti. hæc autem ipſi habere non poſſunt, quia hîc non dormiunt Chriſti ſomnum, & ſic euigilantes, ibi nihil inuenientes, tunc videbunt, quod omnia hæc non fuerunt niſi inſomnia, & verè nihil, quia tota hæc vita nihil aliud eſt, niſi ſomnus, & res eius inſomnia. Pulchrè Philo lib. quòd Deus ſit immutabilis ita Moyſen introducit loquentem cum Rege Edon, & rationem cur ab eius bonis ſe abſtineat reddentem. *Nam iſta, inquit, tibi chara, omninò nihil ſũt; an putas mortalem rem vllam verè eſſe, & ſubſiſtere, & non tanquam in ſuggeſtu quodam ab inani,*

Iob. 27. 19

S. Greg.

12. Vita hæc ſomnus, mors vigilia.

Pſa. 75. 6.

Ambroſ.

13. Diuites vt ſomnient.

14. Vita hæc eiuſque bona inſomnium.

Philo.

incerta opinione sustineri, non aliter quàm somniorum ludicra. Cui accinens Hieronymus super allata verba psalmi tomo 8. *Verè hac vita*, inquit, *somnus est, & diuitiæ, quando enim videmur eas tenere, statim amittimus, sicut illud quod scriptum est in Propheta, sicut cùm aliquis dormit sitiens, si inuenerit aquam, bibit, postea cùm euigilauerit, ipsa sitis manet: ita sunt & diuitiæ in hoc mundo, dum tenemus, amittimus.*

Hieron.

15\. Diuitibus duæ erunt pœnæ.

Optimè. Dormiunt impij in hac vita, eius sitiunt res, bibunt quidem, possident, sed quid possidendo amittunt, & euigilant in morte, sed euigilando, siti pereunt: duo ergo mala habebunt, amissionem illarum statim ac eas acceperunt, & pœnam, non solum amissionis, sed deceptionis: sentient enim se deceptos, putantes hæc esse aliquid, cùm nihil sint.

16\. Diuitiæ ad momentum durant.

Sed quod ad rem facit est: nam etsi somnia, si fuissent stabilia, minus malum, sed omnia sunt instabilia, nunc sunt, nunc pereunt, nunc dormiunt, nunc vigilant, nunc ea possident, nunc amittunt. Iob. 5. num. 3. *Ego vidi stultum firma radice, & statim maledixi pulchritudini eius.* Nota illud, *statim*, radices habet. iam est potens, & abundans, at statim maledicitur, & cadit, & tūc cadit, quādo amplius floret, immo quando amplius gaudet, & fruitur.

17\. Quando amplius diues floret, tunc perit.

Tunc certè Holophernes perit, à muliere decapitatus, quando, vt inquit scriptura, tantum bibit, quantum nunquam biberat in vita sua ad fastigium delectātionis peruenit. Iudith. 12. num 10. *Et incidus factus est Holophernes ad eum, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.* Nunc iucundissimus, nunc ergo infelicissimus, nunc viuens, nunc mortuus, nunc possedit, nunc amisit.

Iudith. 12. 10.

18\. Holophernes quando perit.

Audi Heliam quid ad Achab dicat: *Occidisti, & possedisti.* 3. Reg. cap. 21. num. 19. hoc est, iam diues factus es, iam ad summum eorum, quæ desiderauerás, ascendisti, iam possedisti, sed audi, *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Vbi notandum, tunc quando missus ad Achab illud enunciandum, quod ipse ad possidendum vineam Naboth in illo tunc descendebat: *Ecce ad vineam Naboth descendit, vt possideat eam*, & in illo tunc, dum ad possidendum, fruendumque properabat, nuncium mortis accepit. Ergo impio non inuidendum, etsi virens, nam tunc exsiccationi proximus, quando amplius virescit, & esse nunc sub vmbra diuitiarum, omen est statim sub dio futurus tribulationis.

3\. Reg. 21. num. 19.

19\. Achab tunc nūtium accepit mortis, quando ad possidēdum optata descendebat,

20\. Omē mortis diuiti est ad culmen peruenire diuitiarum.

Enimuerò Ionas fecit sibi vmbraculum, sub cuius vmbra sedens requiescebat, cuius Deus augens commodum, facer inquit textus, *Quod præparauit hæderam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum.* cap. 3. n. 5. quo factō, *lætatus est Ionas super hædera lætitia magnā*, at quid post tantam lætitiam? vermis statim eam corrodens, & siccans, vnde sequitur, *& parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hæderam, & exaruit.* Vnde non tantum fuit lætus Ionas de ortu hæderæ, quantum tristis de exsiccatione eius, *& petiuit animæ suæ, vt moreretur, & dixit; melius est mihi mori, quàm viuere.* Mirabilis instabilitatis rerum, huiusque mundi fœlicitatum figura, attendenda singula. Ionas laborando fecit sibi habitaculum, vt sub vmbra eius requiesceret, & diuites laborando extruunt sibi diuitias, vt sub vmbra illarum protegantur, & viuant. *Gloria autem diuitis*, inquiunt Septuaginta, *magnopere obumbrat.* Sic enim ipsi legunt illud prouerbiorum, quod supra retulimus, nempè: *substantia diuitis vrbs fortitudinis*, vmbræ ergo diuitum sub quibus requiescunt, diuitiæ sunt, ipsi eas sibi fabricant magno labore, magno conatu, sicut Ionas, & Deus insuper labores eorum multoties, siue ad eorum salutem, siue ad maiorem destructionem adiuuat, sic Ionæ vmbraculo suo per ipsum facto addidit Deus & hæderæ vmbram absque labore. Pulchrè Theodoretus hoc cōsiderans ait, *Consolationem voti machinatur Dominus ex hædera, quā illi delectationem adhiberet.* verbum adnotandum, *machinatur*: Nam non ad refouendum, sed in ampliorem eum tristitiam immergendum, per consolationem dolorem machinatus est, non per afflictionem; prosperantur diuites, & absque suo sæpè ditantur labore, magni fiunt casu, fortunâ, aut hæreditate, exhilarescunt plusquàm dici potest, sed quid, in eo ipso quòd creuit hædera, in eo, nullo instanti intermedio, paratus est vermis ad percutiendum, & exsiccandum, & vix nata, ac exaruit, vnde non tanta lætitia extitit præcedens, quantum mæstitia subsequens, quia machinatio, prosperitas fuit illa, nō tribulatio, saginantur, sed ad mortem, eleuantur, sed ad casum, subleuantur, sed ad interitum, virescunt tandem, sed statim vermis paratur, vt citius exarescant, vento præcipiti vrenti, & calido, vt exurat, æstuet, comburat, vt ipsam exhorrentes vitam, mortem appetant; *Et petiuit Ionas animæ suæ, vt moreretur dicens: melius est mihi mori, quàm viuere, confugiens ad mortem, vt mæstitiam fugeret*, sicut Sanctus ait Chrysostomus ep. 7. ad Olympiam tomo 5. vnde hoc? nisi ob quæ diximus, quia talis naturæ res huius sunt mundi, & sic instabiles, vt nunc sint, nunc desinant esse, nunc ad alta sustollant, nunc ad ima; & vix pullulare incipiunt, ac vermis stat in radice corrodens.

Ion. 3. 5.

21\. Ionas plus tristis ex siccatione hæderæ, quàm lætus ex eius productione, quid significet.

22\. Deus multoties eur (?) diuescendum diuites adiuuat.

23\. Deus sæpè per consolationes struit dolores.

Chrysost.

Exaltauit, inquit scriptura, *Assuerus Aman*, Esther 5. num. 1. *& posuit solium eius super omnes Principes, quos habebat, cunctique serui Regis, qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman; sic enim præceperat eis imperator.* En quàm pulchra, quàm grandis, quàm virens erat hæc hædera, quomodo citò creuit, & absque labore, voluntate sola principis, quantam vmbram fecerat? talem, qualis nulla alia similis in toto Assueri existebat imperio, sed nunc creuit, nunc pullulare cœpit, & in illo nunc simul ortus eius vermis, *Mardocheus non flectebat genua, neque adorabat eum.* En vermis huius hæderæ, qui corrosit eam, qui exsiccauit, qui ad terram prosternit, qui ad vltimum miseriarum, non solùm eum, sed mulieres, sed filios, sed generationem eius adduxit; in eo enim, quo posuit Assuerus thronum Aman super omnes principes, in illo quo serui Regis mandato eius, qui assistebant in foribus Palatij, flectebant genu, in illo, in ipsismet foribus præparauerat Deus vermem, qui totam illam hæderam corroderet, vnde rectè Gregorius lib. 16. Moral. capite quinto, mundanæ manitatem gloriæ explicans ait, *Carnalis gloria dum nitet, cadit, dum apud se extollitur, repentino intercepta fine terminatur.* Quod multis illustrans exemplis sequitur: *Sic nunque aurarum flatu in altum erepta stipula rapitur, sed casu concito ad ima renocatur: sic ad nubila fumus attollitur, sed repente in nihilum tumescēdo dissipatur: sic ad cursum nebula densescendo se erigit, sed exortus hanc solis radius, ac si non fuerit, abstergit.* Nil melius: vix erigitur, ac deprimitur

Esther. 5. 1.

24\. Amā quam citò periit.

Gregor.

25\. Carnalis gloria, dum nitet, cadit.

mitur,& si è terra occasio deficiat, è cælo fluet. Vn-
de si ab illa vermis absit corrodens, lapis è cœlo ruet
voxque terribilis illam dissipans. Vix ad perfectum
magni illius statua Regis peruenit, ac excisus lapis
Dan. 3. 34. de monte, in puluerem illam redegit, Daniel 3. 34.
26. Res & fortuna huius mundi quãdo cadunt omnino pessundantur. Vix arbor illa creuit, ac vigil de cœlo adfuit, clamãs
fortiter: *Succidite arborem, præcidite ramos, excutite folia, dispergite fructus, fugiant bestiæ.* ibi cap.
4. 11. Attende ruinam, nil intactum reperies, truncum, ramos, folia, fructus, bestias, omnia percussa
ac dissipata. ad doctrinam equidem nostram omnia hæc. Vult enim Deus, vt intelligamus omnia inferiora instabilia, tum ex natura sua, tum ex voluntate ipsius, qui talibus ipse rebus, si aliunde deficeret, præparat vermem, & præparat ascensu diluculo, hoc est statim ac subeunt, vt simul ascendendo descendant, subeundo cadant. Vnde eleganter Di-
Chrysost. uus Chrysostomus homilia trigesima, in prior. epistola ad Corinth. *Ne superbi*, inquit, *& in-*
17. *solentes spiritus tibi sint, ô homo, fluxa est, caduca*
Res huius mundi flucto similes. *est omnium natura, res nostræ sunt similes vehementi fluento, quod numquam vult consistere, sed fertur festinans ad decline.* Vnde quando amplius videntur stare, tunc quàm citissime corruunt, præuolant. & ad occasum tendunt. Quod pulchrè des-
Philo. cripsit Philo Hebræus de confusione linguarum exemplo solis, lunæque, quæ astra dum videntur
28. stare, tunc amplius peruolant, & ad occasum ten-
Cœlorum motus. dunt. *Videtur*, inquit ipse, *mundus stare, hærereque, quantum visu percipitur, quamuis vtatur motu ocyssimo, nullam non præuolante creaturam; nam interdiu solem, noctu lunam stare imaginantur oculi corporis, cùm tamen nemo nesciat horum syderum cursum esse concitissimum, quæ totum cælum intra vnum diem obeunt.*

29. At si tantùm instabiles essent, si tantillo illo, quo
Bona quæ hic possidentur angustiis plena possidentur, pacificè fruerentur, minus esset malum: sed non sic, parum temporis possidentur, & hoc parum, plenum timoribus, ærumnis, spinis, inuidia, languore, miseria, ac ventis vndique perflantibus, tantum, vt percũctanti cuidam vnde viueret
Robertus Licius. homo, respondit Philosophus quidam, ait Rober-
30. tus Licius, in Dominica 1. Quadrag. *In bello multi-*
Hominis status pulchra periphrasis. *plici, nam intra se habet bellum mordentis conscientiæ, in corpore habet bellum quatuor elementorum, extra se rerum concupiscibilium, & diabolicæ tentationis.* Cui iterum percunctanti, cui assimilaretur? respondit, *Acerno niui, qui modico calore in aquam reuertitur; sic homo ex putredine genitus, modica infirmitate in putredinem reuertitur; lucerna ad ventum exposita, quæ cito extinguitur, scintilla in mari, quæ citò absorbetur.* Nil aptius.

Hinc in mari existens quietè possidere, pacificeque nunquam potest. *Militia est vita hominis*, in-
Iob. 7. 1. quit Iob 7. nu. 1. vbi Sanctus Ambrosius serm. 44.
Ambros. legit, *Pyratherium*, in mari sunt homines, & in
31. mari huius mundi inter mille Pyratas, qui deprædari eum cupiunt, immo & occidere si possent.
Diues inter pyraterium degit, quia hominis vita pyraterium. Vitam ergo considera, quam tenet gubernator aliquis, qui nauem mercibus, auroque onustam, ascendit, per mare pyratis velificans plenum: quantas curas, quantas angustias, quanta pericula timet! nunc mare formidat intumescens, nunc cælum horret iratum, nunc pyratas fugit timidus, nunc belligerat cum illis iracundus, & si aliquando secundis ventis aura spirat, futurum timet miser periculum, de trãquillitate præsenti non securus; sic

A est cor hominis diuitis, sic diuitiæ ab illo possidentur. *Videbam*, inquit Daniel. 7. num. 2. *in visione*
mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in Daniel. 7. num. 2.
mari magno. Non vnus, non duo inter se pugnabant venti, sed quatuor, & hoc non in terra, sed in mari, ad hoc, vt dũ ipsi inter se collidẽtes aërẽ bello replebãt, aquas cientes maris, omnes vsque deque horribili concurrentes motu miserabilem indicarent horum rerum statum inferiorum, nullam obtinẽtium quietem, nullam securitatem. *Mare vitam vocat*, inquit Theodoretus, *vt pote quæ infini-*
tas habeat procellas, ventos autem ipsum impellen- Theodore.
tes, rerum mutationes. Melius dixisset, ipsos muta- 32.
tionum rerum impulsores, dum alius alium Vita hæc
expoliare nititur, alius alterum diuitiis, hono- mare.
re, ac regno priuare, quæ altera esse potest ra- 33.
tio cur hæc dicatur vita pyraterium, quia nempè Cur Pyraterium.
illa pyraterio ducitur, & pyraterio viuitur; *Vt duo*
B *cooperiat mundus non habet, coangustatum est stra-*
tum, ita vt alter decidat, inquit Isai. cap. 28 num. Isai. c. 28. 10.
10. *& pallium breue vtrumque operire non potest.*
Oleum vt duos, aut illuminet aut inungat non ha- 34.
bet. cùm hæc sit inter mundi, Deique bona diffe- Differentia
rentia, nam in illis oleum deficit, vasa supersunt, in inter mundi bona &
istis oleum abundat, vasa deficiunt, 4. Reg. 4. num. Dei.
6. viduæ superfuit oleum Elisei, vasis deficienti- 4. Reg. 4. 6.
bus, Math. 25. num. 3. virginibus insipientibus defecit oleum, abundantibus vasis. Cuius rei myste- Math. 25 num. 3.
rium Hugo cognomento Victorinus libro primo Mis- Hugo Victorin.
cellaneorum cap. 5. 1. hæc inter se conferens loca;
Habet, inquit, *oleum Deus, habet oleum & mundus, ad oleum Dei vasa deficiunt, oleum mundi in vasis* 35.
deficit, oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi Oleũ mundi deficit
delectatio præsentium, illa sufficit, ista deficit. Hinc dum vasa
duo simul se reficere non possunt, vnus alteri vt ce- supersunt.
C dat necesse est locum, quod dixit Augustinus serm. August.
29. de verbis Domini, *In hac*, inquit, *vita omnes* 36.
homines velut peregrini transeunt, neque vllus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur, refectus transi, age iter, da venturo locum. Vnde & Salo- Vnius hominis abũdantia alterius est deficientia.
mon, Eccles. primo, numero quarto, ait: *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat.* Cur simul generationes non stant? nem- Eccl. 1. 4.
pè quia. *Angustatum est stratum*, vt inquit Isai. ita vt alter decidat necesse est, ad duas simul sustinendas generationes terra non est sufficiens, ipsa in æternum stat; sed vt vna adueniat generatio, altera prætereat necesse est: hinc fit, vt cùm duo simul mundus cooperire non possit, si vnus possidet, alter non possideat, si vnus ditatur, alter egeat, si vnus abundat, alter fame pereat, ex quo sic euenit, vt si aliquis possidere velit, necessarium est illi, vt quod alterius est tol-
D lat, aut vi, aut industria, aut arte, aut alio quouis modo. Quod quid aliud est, nisi ad modum pyratarum viuere, qui cùm non habeant, ex alieno ditescere volunt, & alienum facere suum, quod vbi effecerint, sicut ipsi vestiuntur, sic cæteri expoliantur, sic homines ditescunt, sic etiam 37.
ad imperia introducuntur omnes sunt pyratæ, & Omnes homines la-
vt sic dicã, omnes latrones. *At tu, qui te gloriaris*, trones.
dixit Scytha ille, quem supra memorauimus, ad Alexandrum, *ad latrones persequendos venire, omniũ gentium, quas adisti, latro es.* Vnum tamen interest inter illos, cæterosque latrones, scilicet, quod isti magna furantur, & non parua, & insuper non puniuntur sicut illi; de cætero autem ita sunt latrones, ac illi, & eo peiores, quanto maiora eripiũt.

Quod cùm ita sit, benè dixit Iob pyraterium esse hominis vitam, quia pyraterio debent viuere. Ex quo clarè deducitur, quantâ curâ, molestiâque tuéda sit fortuna, cùm inter pyratas viuant homines, necessariumque, vt ab illis se, suaque continuè sine intermissione defendant.

38. David quãtis sustinuit regnũ laboribus.

Quantis, quæso, perturbationibus, quantis periculis, quanto labore, quanto metu, quanto dispendio sanctissimo necesse fuit Dauid, vt regnum tutaretur, ne alter illud surriperet, & tamen à Deo illud accepit, promissumque simul habens non defuturum sceptrum à domo sua: cum hostibus sæpè pugnauit, & quando isti defuerunt, domesticus inimicus insurrexit, & non minus, quàm proprius filius,

Reg. 2. 15.

Reg. 2. cap. 15. Qualis ergo turbatio erit impiis ad custodiendas res suas, quas non à Deo acceperunt, sed furto, sed latrocinio, sed malis artibus eas sibi, Deo permittente, acquisierunt? quando Dauid sanctissimo, & qui à Deo acceperat regnum, talia sustinere necesse fuit. *Diues effectus sum*, dicebat populus ille rebellis,

Ose. 18. 8.

Ose. 18. num. 8. *inueni idolum mibi*, alij ex Hæbreo, *inueni vim mibi*: pulchrè, nam ex eo quod quis diues effectus, illico vim sibi inuenit, hoc est violentiam, æstum, contraque se bellum, depressionem tandem animi, & angustias.

39. Diuitiæ vim homini, & bellum inferunt possidenti.

Quod pulchrè expressit Ambrosius, serm. 81. de diuite auaro, Luc. 12. num. 16. cui diuitiæ talem intulerant vim, vt ab eo somnum adimentes, horrea destrueret, non ædificaret.

Ambros. *Luc. 12. 27.*

Quis talem non misereatur, inquit, *angustatur abundantiâ, constringitur, & coarctatur ex opulentia, ager ei non tam reditus largiores, quàm gemitus attulit grauiores: terra ei non fructuum copiã, sed curarũ molestiã germinauit, egeni vox ista est, quid faciã? vnde cibus? vnde vestitus? eadẽ conqueritur & diues, iisdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate torquetur.* Nil melius.

40. Diues pauperrimus.

Augus.

Cui consonans August. libro de agone Christiano tomo primo, elegantem huius rei affert rationem, dicens: *Quicumque mali sunt sic ordinati sunt, vt vnusquisque sibi, & omnes inuicem sibi noceant, hoc enim appetunt, quod perniciosè diligitur, & quod eis facilè auferri potest, & hoc sibi auferunt inuicem, quando se persequuntur*: Nil melius.

41. Mali sibi inuicem nocent.

Impij in hoc mũdo, & potentes, sic fœlices sunt, & sic res huius mundi habent, vt in eo, quòd impius est, & malus, ipsismet rebus sibi, & aliis noceant, en bellum: vnde simulac ad culmen ascenderit, & secum, & cum aliis, secundùm Augustinum, bellum gerere debet, vt quod habet, tueatur; secum, quia, aut impetus refrænat sensualitatis, aut non; si refrænat, ne elargiatur, bellũ gerit cum sensualitate: at si non refrænat, sibi nocet res perdendo suas, viuendo luxuriosè, hæc est lex, quia (vt inquit Augustinus) peccator sic ordinatus est, vt sibi noceat, & non solùm sibi, sed alteri impio, quomodo? eripiendo ab illo res illius, en bellum, en pericula, en dolores, quos secum afferunt res possessæ.

42. Diues vt bellum sæuum gerit.

43. Iacob diues timuit Esau quãdo pauper eũ despiciebat.

Hinc fit, vt sicut quis quando pauper, in summa viuens pace multum timebat, quando postea diues, omnes reformidet. Tunc equidem Iacob fratrem timuit, quando diues; antè non solùm eum non timuit, sed bis elusit, & paruipendit, primo eripiens ab eo primogenita, vnumque illi negans edulium, licèt deficere eum videret, & secundò benedictionem furans; & numquam legimus eum timuisse Esau, nam licèt fugerit ad Laban, hoc

A non ex timore, sed ex consilio fecit matris, immò sic eum non timebat, quin potius ad suasionem matris non illicò acquieuit, duréque ad ipsam respondens. Quod colligo ex dictis ipsius Rebechæ loquentis cum Iacob, nempè: *Cur vtroque orbabor filio in vno die?* Genesis vigesimo septimo, nu. quadragesimo sexto, & Septuag. *Ne forte orba filiis fiam ex ambobus vobis in die vna.* Hoc autem illa non diceret, nisi Iacob ei respondisset se potius illum occisurum, non timebat ergo nec aliquid Esau æstimabat.

Gen. 27. 46.

At quando postea diues, quando diuitiis præditus, timuit, expauit, defecit, & insuper adorauit, non bis, non ter, non quater, sed septies, Genesis trigesimo tertio, numero tertio, ille se diuitem subiiciens, subditumque recognoscens, quem pauper despexerat, & in superiorem euaserat, vt semel videas quàm timidum induant animum diuitiæ, quamque subiectum.

Gen. 33. 3. 44. Diuitiæ vilem induũt animum.

B Vnde benè Chrysostom. homilia quinquagesima octaua, super illa verba Matthæi sexto, *Nemo potest duobus Dominis seruire*, sic exclamat, *Si diuitiis seruiamus, grauissima subiiciemur tyrannidi, omni enim tyranno grauior est diuitiarum possessio, nullam enim voluptatem habet, sed curam, inuidiam, insidias, odia, calumnias, hæ liberum penitùs in seruientem redigunt, & non hominum tantùm, sed grauissimorum affectuum, & morborum animæ seruos.* Nil melius.

Chrysost. 45. Seruos homines faciunt.

Quod si hoc bonis, & qui à Deo eas acceperunt, quid erit malis? quid impiis? Quantis enim curis miser enixus est Saul vt semel partam dignitatem sustentaret Regiam? quantis anxietatibus cor eius plenum? & ille, qui prius lætus cum duabus asinis tantum existebat, postea factus Rex, moriens miser potius quàm viuens, vitam ipsam traduxit.

46. Saul pauper lætus, diues tristis, & miser.

C Nõ mirum, quia res huius mundi plenæ anxietatibus, contradictionibusque, ita vt vix in statu illo, quem felicissimum putat impius, vna hora quietus maneat, vix tantillo sibi similis existat: *Cor stultorum*, inquit Salomon, Prouerb. 15. num. 7. *dissimile erit*; vbi Hieronymus: *Potest hoc intelligi, quia cor stultorum etiam sibimetipsi dissimile erit, dum mutabilitate diuersarum cogitationum varium se exhibet, & numquam idem quod fuerat manet.*

47. Cor diuitis semper dissimile. *Pro. 15. 7.* *Hieron.*

Benè quidem: tantis curis extorquetur miserum cor impij, quantis diuitiis abundat: numquam sibi simile est, quia numquam quod habet, in eodem statu manet: mutantur, depereunt, & similiter mutatur triste cor, deperit, & inter varias anxietates intra pectus emoritur, sicut cor Nabal illius pessimi, 1. Reg. 25. 37. quod factum est lapideum audiente Dauid properare.

1. Reg. 25. 37.

D Cur expauit? cur emortuus paulò antè lætus? sanè, quia diues, & accedente Dauid putauit perituras diuitias suas, vnde cum illis & cor ipsius periit, factumque est lapis ad mutationem diuitiarum.

48. Nabal esse Dauid expauit.

Neque est quòd quis causetur hæc nescire, nam, vt inquit Chrysost. hom. 14. in ep. ad Rom. tom. 4. *Res ipsa in dies singulos tuba clarius clamitant præsentium rerum tenuitatem, risum, dedecus, pericula, barathra*, suam inconstantiam declarantes & quod nullam firmam teneant stabilitatem: ad quam noster respiciens Sapiens dixit; *etsi in ramis, &c.*

Chrysost.

Num. 5. *Confringentur enim rami inconsumati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitu.

SEnsus patet, perstat enim Sapiens in descriptione adulterorum filiorum, qui ex libidine procreati malè viuunt, & pessimè moriuntur, & varus metaphoris illud elucidat, cuilibet occurrens obiectioni, nam cùm aliquando isti germinent, ideo nec propter hoc videantur aliquid boni habere, inquit, quòd etsi aliquando & ad tempus germinauerint, illico commouebuntur, & eradicabuntur.

HOMILIA LXXIII.

Peccatores amarißimi, fructusque peccatorum acerbus, & amarus.

1. Peccator acerbus & amarus.

FRuctus inutiles, & acerbi ad manducandum, inquit noster Sapiens. Certè acerbi fructus peccatorum, amari, & salsi, tum quia acerbi ipsi peccatores, tum quia & ipsorum peccata, quid enim homine peccatore acerbius, & acrius, dum ipsam Dei dulcedinem in amaritudinē vertit? Dei considera dulcedinem quæ immensa, quæ infinita quæ sine mensura, quam merito explicare non valens sponsa tantummodo dulcem eam dixit: *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Cant. 2. 3. cuius vnam tantum guttam omnes pœnitus dolores extinguere inferni putauit Diues ille auarus, Luc. 16. 10. ideoque petiit vt tantùm extremum digiti sui Lazarus intingeret: nam, vt benè inquit Ambrosius in Lucam, non elementarem, sed spiritualem aquam petiit, qua abundans Lazarus, se refrigerare posse sciebat: *Eoque in inferno diues inducitur*, ait, *cupiens aliquid spiritus à paupere refrigerantis haurire, aqua enim refectio est anima in doloribus constituta, de qua dicit Esai. 12. Et saliet aqua cum delectatione de fontibus Saluatoris.* Qualis ergo erit illa amaritudo, cuius gutta in pelagus diuini instillata dulcoris, illud amarum ex dulci reddit, ex suaui salsum: si ergo peccator Deum amarum reddit, quid homine amarius peccatore?

2. Dei dulcedo quanta. Cant. 2. 3. Luc. 16. 10. Ambros. 3. Aqua quam petiit diues a Lazaro spiritualis erat. Esai. 12.

Va prouocatrix, & redempta ciuitas, inquit Sophonias Proph. cap. 3. num. 1. vbi Hieronymus ibi, *Va ciuitas Deum amarum faciens*, quod explicans sic inquit: *Deum amarum faciens, id est suo vitio dulcem Dominum, atque clementem, vertens in amaritudinem, vt qui misereri vult, punire cogatur.* Quod alibi pulchrè dixit, videlicet in caput sextum Amos tomo quinto, super illa verba: *Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis?* vbi sanctus: *Hoc faciūt qui Christum, qui dulcissimus est, vertunt in amaritudinem, id est vos, cùm equi syluestres, & bubali naturam suam imitari non possint, mutatis quodammodò naturam Dei, vt dulcem amarum faceretis, & fructum iustitia eius in absynthium verteretis.* Quid clarius? Quod cùm ita sit, qualis erit quæso amaritudo peccatoris hominis, qui talem dulcorem sic amarum reddit? & aliquando ita amarum, vt nullo modo ad dulcorem pristinum redire possit: nam si amarum esse Deum, vt vult Hieronymus, est, quando cogunt illum peccatores contra naturam suam ad castigandum, tunc certè talis amaritudo in dulcorem verti non potest, quando nullo modo fiet, vt Deus non castiget. Amari ergo sunt, qui Deum dulcissimum amarum reddūt, & amarissimi etiam, qui sæpè ipsos nec ipsa Dei infinita dulcedo dulces reddere potest. Quid Deus non effecit, vt amarissimum illud Cain cor dulce redderet? ad allocutionem prouocauit, timorem, quem de prælatione fratris conceperat, eripiens: nam iuxta Septuaginta lectionem, vbi nos legimus, *Sed & sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Gen. 4. 7. ipsi legunt, *ad te conuersio eius. & tu ipsius dominaberis.* Quem locum Diuus exponens Chrysostomus hom. 18. Gen. *Ne putes*, inquit, *licet tuum auersatus sim sacrificium ob prauam mentem, fratrisque oblationem acceptam habuerim ob sanam intentionē, quod ideo primatu te destituam, & primogenitura digniorē à te auferā, nā tu illius dominaberis, atque post hoc peccatū permitto, vt primogenitura priuilegijs gaudeas, illūque sub tua potestate, & dominio esse iubeo.* Monuit dulciter, vt peccatū peccato nō adderet: *peccasti*, ei dixit, iuxta Septuaginta, *quiesce*, quasi diceret, inquit Chry. vbi supra, *Peccasti & grauiter peccasti, sed nō punio propter delictū, misericors enim sū, & nolo mortē peccatoris, sed vt magis cōuertatur, & viuat: igitur quiesce, ne addas priori peccato grauius aliud, neque consilium aliquod immedicabile arripies, ne te ipsū magno dæmoni captiuū tradas.* Quid dulcius? Spē etiā veniæ addidit, dum de fratre inquisiuit, *vbi est Abel frater tuus?* nam talis vox, vt inquit Ambros. lib. 5. de Cain, & Abel, non iudicij, sed patris extitit ad pœnitentiam prouocantis: *Vult te*, inquit, *prouocare ad pœnitentiā Deus, vult de se sperari indulgētiam.* At iste quid post tantam dulcedinem? nūquid dulcis effectus? immo amarior, omnem Dei suo superans amatore dulcedinem. Quod deplorans Chrys. ait: *Post tantam curam, & tanta remedia, nihil cōmodi inde sensit, tantum valet mentis peruersitas & malitia excellentia.* Ergo quid peccatore amarius, quem ipsa Dei dulcedo nūquam dulcorare potest?

Sopho. 3. 1. Hierony. 4. Peccatores Deum dulcissimum amarissimū reddunt.

Idem. 5. Peccatores amarissimi qui. 6. Deus quanta fecit vt Cain conuerteret. Gen. 4. 7. Chrysost. Genes. Idem. Ambros. Chrysost.

Quam etiam amaritudinem in illis inspiciemus peccatoribus, quos in dulcorē vertere, nec profusi de cælo imbres valuerunt, *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam*, præcepit Deus Noe, Gen. 7. n. 7. *adhuc enim & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & delebo omnē substantiā, quā feci de superficie terra*, num. 4. Si omnem deleturus substantiam, cur sensim aquas immittit, cur tempus quadraginta dierum, noctiumque sumit, cùm posset in momento? Dicam, vt videret an dura illa aquis emollire pectora posset, fluentisque è cælo missis ad pœnitentiam dulcescere, ideo sensim aquas immisit, per tempus pluens, non in momento inundans. Quod egregiè considerauit Chrysostomus vbi supra dicens: *Non erat ei possibile, vt vno die totam pluuiam induceret; quid inquam vno die, vno momento posset, sed hoc dedita opera facit, volens simul & timorem incutere, & occisionem præstare, quā possent pœnam, qua in foribus esset, effugere.* Nil melius. At indurata illa pe-

Gen. 7. 7. Num. 4. 7. Deus cur sensim aquas immisit diluuij. Chrysost.

ctora, felle ipso amariora, neque aquis dulcescere, nec imbribus dulces fieri voluerunt, vt semel videas, quàm amarus, quàm salubris sit ipse peccator.

8. Peccator obstinatus ipsa amaritudine amarior.

Enimuerò, si rectè expendas, sic amarus est peccator, vt ipsa prorsus, vt sic dicam, amaritudine amarior inueniatur, cùm hæc aliquãdo dulcoretur, ille, quando obstinatos, numquam. Inuenies enim insensibiles res amarissimas facili negotio dulces à Deo effectas: peccatorem verò nec difficili: *Et venerunt filij scilicet Israel in Mara*, sacer inquit textus Exod. 15. num. 13. *nec poterant bibere aquas, eo quod essent amaræ*: hinc loco nomen impositum, *Mara*, hoc est, *amaritudo*, vnde sequens ait: *& cõgruum loco nomen imposuit Mara, id est, amaritudinem*. Ergo sic amaræ erant aquæ, vt amaritudo ipsa dicerentur, & tamẽ cùm hoc esset, vno versæ sunt in dulcedinem ligno: nam clamans ad Dominum Moyses, *Ostendit ei lignum, quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt*: quid facilius? & tamẽ ipsa erat amaritudo: Quod factum admirans Ambro. lib. 2. de Sacramentis cap. 4. tom. 4. per has aquas creaturas omnes significare ait, amaras ex se, quatenus peccatum non tollunt, nec vitiũ extinguunt, immò augent; dulces tamen ex verbo Dei factas, mysterium in aquis agnoscens Baptismatis, vnde postquam factum enarrasset, *Quid significat*, ait, *nisi quia omnis creatura corruptelæ obnoxia, vt Marath aqua amara est omnibus, etsi ad tempus suauis est, ad tempus iucunda; amara tamen est, quæ non potest auferre peccatum, vt ebiberis sities, vbi potus saporis suauitatem, iterum amaritudinem senties.* At licèt hoc sit, tamen sequitur sanctus, *Sed vbi crucem Christi, vbi acceperit cæleste Sacramentum, incipit esse dulcis, & suauis, & meritò dulcis, in qua culpa deuoratur.* Ergo aquæ secundùm Ambrosium, cæteræque creaturæ amarissimæ, verbo Dei dulcorantur, cruce Christi in dulcedinem vertuntur: solus peccator in peccatis obstinatus est, qui nec Dei verbo, nec, quod mirum, & admirandum, Dei cruce dulcorari potest.

Exod. 15. 18.

A

B

Ambros.

9. Creaturæ amaræ ex se, per Baptismũ dulcorantur, & Christi cruce.

C

10. Christiani peccatoris status desperatissimus qui.

Actor. 8. num. 23.

Hinc Princeps Apostolorum tali infectum cor impij Simonis amaritudine prospiciens, Actor. 8. num. 23. tanquam de te desperata ei dixit, *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse*, hoc est, peccatorum vinculis sic astrictum, ac irretitum, vt nullo modo te ab illis extricabis, etsi credidisti; sciasque pro te ipsum Deum mortuum, ac crucifixum. Quid ergo tales, qui tali sunt amaritudinè affecti, qui Deum dulcissimum amarum reddunt, sperare possunt, nisi horrendum illud (væ) ab Isa. prædictum cap. 5. num. 20. *Væ qui ponitis amarum in dulce, & dulce in amarum!* Et sicut ipsi Deum amarum reddunt, sic & ipsos Deus amaros, infelices, omnique plenos tristitia, & dolore.

Isa. 5. 20.

D

At nõ mirum si peccatores amarissimi, cùm peccata quibus pleni fructus acerbissimi sint, & amarissimi: quapropter in scripturis sæpè peccato nomen fellis, veneni, & amaritudinis tribuitur, vt Deut. 32. 33. cum, *vuam fellis, fel draconum, & botram amarissimum, dixit* Moyses: & cap. 29. 18. radicem appellauit fellis, & amaritudinis: *Ne forte sit inter vos vir aut mulier, cuius cor sit separatum à Deo, vt vadat, & seruiat diis, & sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem.* Hinc Hierem. *Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerant hæc tibi*, ca. 4. num. 18. *Ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum: Loquitur*, inquit Hieronymus, *hic ad vrbem Hierusalem, quod viæ illius & cogitationes, quibus & opere, & sermone peccauit, fecerint ei euenire omnia, quæ euenerunt, malitiamque illius, quæ per se amara est, tetigisse cor illius, & anima interna penetrasse.* Quæ malitia stomachum Prophetæ velut venenum diris eum torsit doloribus; vnde sequitur; *Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me, non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij.* En amaritudo peccatorum, en fructus acerbissimi, qui dolores parturiũt, sic vt omnes deprimẽs sensus, stupidum, vecordemque reddat peccatorẽ, iusto hoc Dei iudicio faciente: nam sicut ipse vecors ad eius extitit seruitutem, vecors reddatur, & insipiẽs ipse ad sua; *Stultus populus meus*, dicit Dominus infra per eundem Prophetam, *me non cognouit, filij insipientes sunt, & vecordes, sapientes sunt vt faciant mala, benè autem facere nescierant.*

Deut. 32. 33.

11. Peccatis nomen fellis in scriptura tribuitur.

Ibi. 29. 18

Hiere. 4. 18.

Hierony.

A

12. Peccata stupidum reddunt peccatorem, & vecordem ad benè operandum & cur.

B

Causam adnoto vecordiæ, peccatores in Dei via, ac in cognoscendo bonum sapientes sunt ad malum perpetrandum: intellectu, quem à Deo acceperunt, vtuntur ad malum, & non ad bonum, iusto Dei fit iudicio, vt quia illo intellectus acumine, quo præditi erant, malè vsi sunt, eum postea ad benè deperdant operandum: vnde meritò sensus perturbati interiores quid amplius agere debeant non cognoscunt, immò, quod admirandum, sic cæci, ac stupidi, vt nec se peccatores esse agnoscant. Quod grauiter dixit Sanctus Gethardus Suphan. lib. de spiritualibus ascensionibus cap. 6. in actuar. Bibliothecæ patrum tom. 2. pag. 1467. dum ait: *Peccatum frequenter comitatur cæcitas, & insensibilitas, vt qui peccat, prematur, non tamen se sentiat peccatorem, sed sit stupidus, & nascitur ei frons meretricis, & duritia cordis, vt nec Deum iam timeat, nec homines vereatur.*

Gethar. Suphan.

C

13. Congeries malorum peccatori vnde.

Hinc & alia horrenda mala, immò & eorum congeries: nam semel à peccatis cor possessum peccatoris, quando desperata eius plaga, tunc in illam non vna tantum, sed simul infinitæ cadunt plagæ. *Contritio*, inquit Propheta Hieremias, cap. 4. nu. 20. *super contritionem vocata est, & vastata omnis terra.* Quid enim est, contritio super contritione vocata est? Lyra, *post famem gladius, & post obsidionem captiuitas.* Vatablus & Hugo, *vastatio duorum tribuum post decem vastationem sibi inuicem succedentium, vna alteram non expectans*, Quia exigentibus sic peccatis non datur tempus inter afflictionem, & afflictionem peccatoris, sed illata vna statim aduocatur alia, & post hanc alia, ita vt succedentibus sibi inuicem afflictionibus subter ipsas pereat miser, cadat, decidat, putrescat sine requie, sine interuallo; quid amarius?

Hier. cap. 4. nu. 20.

Lyra.

Vatab.

Hugo.

14. Cur illi sine intermissione adueniunt mala.

D

Cur putandum hoc sæpè euenire, vt vix illata vna plaga, vno infortunio; addatur alterum, & altera nullo interuallo interposito, ita vt in desperationem prorsus hominis reducant animum, in deiectionemque totalem? nisi quia peccata illud exigunt, & ipsa talem dolorum & afflictionum anxietatem, & continuationem, à Deo, vt sic dicam, extorquent. Vt experientia tandem discat miser peccatum amarissimos parere fructus, & malum, & amarum esse Deum derelinquere, & qui sciens peccatorum pœnas, nihilominus peccare non desistit, non vnam tantum experiatur tribulationem, non vnum tantum amarum fructum, sed tot, quot imitatus est peccata, vt egregiè dixit Euthymius in caput trigesimum Matthæi

Euthym.

vbi sic: *Qui enim, ait, peccatorum nouit pœnas, & nihilominus eos imitatur, reus est vt ab eo exigantur omnium supplicia, hoc est, vt pro vnoquoque pœnam luat, quòd exemplo eius sese non refrænauerit.* Quod exemplis probans sequitur. *Cain septem supplicus dignus fuerat, Lamech verò septuagies septies, eo quod sese non refrænasset exemplo.*

15. Peccata in principio dulcia, in fine amarissima.

Neque attendendum, quod dulcia in principio; nam ob id & amarissima, cùm dulcia omnia in amarorem & bilem facilè commutentur. Ad quod attendens Salom. Prou. 5. nu. 4. dixit: *Fauus distillans labia meretricis, at nouissima amara quasi absynthium.* Et Apocal. 10. num. 9. de libro, quem Angelus Ioanni præceperat, vt deuoraret, in ore affirmauit futurum dulcem, sed in ventre amarum. *Accipe librum, & deuora illum & faciet amaricare ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis tanquam mel.* Hinc de hac falsa loquens peccatorum dulcedine Sophar Naamathites apud Iob c. 20. nu. 12. ait: *Cùm enim dulce fuerit, & malum in ore eius, abscondit illud sub lingua sua, parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo: at verò panis eius in vtero illius conuertetur in fel aspidum intrinsecus.* Quem locum exponens Beatus Hieronymus sic inquit: *Dulcia mala sunt impio, abscõdet hac sub lingua sua dicens: vbi est ei labor, & dolor? & defendet, atque celabit, sed panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus, panis scilicet totius vitæ huiusmodi hominis est delectatio peccatorum, dulcedo illecebrarum, & suauitas, quæ amara illi, & mortifera postmodum erit. Quod autem dixit, in ventre eius,* hoc ait, *quod etiam in corpore suo pro iniquitatibus suis amaros dolores, acerbos, & nimios, conscientia torquente patietur.*

Prou. 5. 4. Apocal. 10. 9. Iob. 20. 12. Hierony.

16. Peccatorũ amaritudo quanta sit contritio pandet. Chrysost.

Nil melius, cælent nunc quantum velint, fœlices se dicant, non sentiant nunc dolorem, degustent hunc peccati panem, venient dies, in quo dicant, venenũ aspidum illum fuisse & hoc, aut diuina cogente iustitia, puniente illos, aut misericordia eos conuertente, tunc certè amariora felle apparebunt peccata nostra. Quod eleganter dixit Chrysost. hom. 22. in prim. ep. Pauli ad Cor. tom. 4. *Tunc, ait, felle multum amariorem inueniemus, cùm virtutum dulcedinem degustauerimus: siquidem etiam nunc iniucunda, & grauis, & molesta malitia est, quod neque ipsi eius cultores contradicunt.* Ergo siue hîc plorando peccata, siue hic amarissimos eius experiendo fructus, & effectus, licèt in principio non sic appareat, amarissimos semper ipsi parturiunt fructus.

August. 17. Rhamnus quid.

Pulchrè Augustinus in Ps. 77. in illo versu: *Prius quàm intelligerent spina vestra Rhamnum sicut viuentes, sic in ira absorbet eos,* quem ipse legit: *Priusquam producat spinas vestras Rhamnus, tanquam bibẽtes aquam, in ira absorbet eos.* Adnotat Rhamnum esse herbam quandam in principio mollem, & pulchram, atque visu iucundam, ac paulatim crescentem euadere spinosam; vnde vbi pulchritudo prius, ibi postea spinæ, *sic ergo,* inquit, *modo peccata delectant, & quasi non pungunt, herba est Rhamnus, & modo enim est spina, priusquam producat spinas Rhamnus, priusquàm miserarum delectationum, & voluptatum operatio spinas pariat, delectabat: ut pariet, & tunc videbunt, & spinas sentient peccatorum, & quàm acerbi, & amari eius fuerunt fructus.*

18. Peccata in principio delectant, postea pungunt.

Gen. 25.

Enimuerò miser Esau dum comedit pulmentum quod parauerat Ioab Genes. 25. num. 29. super mel dulce ei apparuit, nil æstimans vendidisse primo-

A genita sua: *Et abijt paruipendens, quod vendidisset primogenita sua.* Sed venit tempus, quando Rhamnus hæc peperit spinas, & tunc amaritudinem sentiens, *Eiulauit planctu, & eiulatu maximo,* se perspiciens derelictum, & Iacobum benedictum, & non amplius primogenitum, sed seruum, sed subditum; tunc expertus est absynthium, & in ventre eius extitit fel malitia illa, quæ in eius ore fuit mel, quia quod habuit mellis transijt, quod fellis permansit: *Videte,* inquit Augustinus serm. 7. de tempore, *quàm graui, & perpetua pœna punienda erit breuitas delectationis, delectatio occidit, & præteriit, vulnerauit, & trãsijt, miserum fecit, & abiit, infœlicem reddidit, & reliquit,* nil magis ad rem. Vbi illa ponderanda sunt Augustini verba, *delectatio* scilicet, *occidit & præteriit, vulnerauit & transiuit*: quia si attentè hoc velimus expendere, intelligemus originem, omniumque malorum quæ

August. 19. Delectatio peccati trãseundo vulnerat.

B nobis in vita contingunt, causam, immò & causas.

20. Fons & origo omnium tribulationum, vnde.

Cur quæso miramur homines infortunia, malaque pati, vt quid de eorum innocentia sæpè sæpius causamur, quasi ea non meruisse, vnde plus æquo, quàm par est, tribulationem sustinuisse? delectatio præterita peccatorum in causa est, quæ tunc vulnerauit, & transiit, quod vulnus nunc hoc parit infortunium, scilicèt multò ante illatum. En Esau tibi sit in exẽplum; quis diceret tale eũ meruisse infortunium; vt scilicet frater suam eriperet benedictionem? dum ille totus in seruitio erat patris, ex cuius mandato ierat ad venandum? quis eius non compateretur miseriæ, vt potè indebitæ? & tamen falleretur, quia talis plaga, talisque mors, vt sic dicam, ex vulnere illo, quod ei delectatio infixit, quando

C comedit, quæ vulnerauit, & transiit, sed vulnus remansit, quod mortuum postea ipsum reddidit, *miserumque fecit, & abiit,* vt inquit Augustinus, *infœlicemque reliquit:* Nil feci, & heu patior, dicet aliquis: non mireris si nunc non fecisti, quia sufficit vt aliquando feceris, quod si aliquando, miserum tunc te dereliquit, & nunc eius fructus miseriæ colligis, & in ventre tuo, vt inquit Sophar, nunc vt fel erunt fructus malitiæ tuæ, quæ aliquando mel, quia ipsa in se amarissima, amarissimosque pariens fructus, & vt dixit noster Sapiens, acerbos ad manducandum.

D

Num. 6. *Ex iniquis enim somnis filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes interrogatione sua.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Lorin. Paulinus.

HIc alter est malus adulterorum filiorum effectus, testes scilicet semper ipsos esse nequitiæ, & effrenatæ patris libidinis. Ob hoc Dauid lætus ob mortem filij in adulterio concepti, vt vult Lorinus, & placet Paulino ep. 37. quasi testem ignominiæ suæ ab oculis mundi Deum eruisse, quod non sic de Absalon, qui legitimus.

Somnis, &c. Ex iniquis somnis, id est, ex illegitimo concubitu, per metonimiam, in qua res proxima sumitur, vt somnus pro concubitu, & iniquus

thotus pro nefaria, & flagitiosa coniunctione, & A infra ca. 7. *Pro delectamento somni conueniente*, dictum est pro voluntate concubitus.

1. Filij spurij ordinariè loquendo mali, & cur.

Testes sunt nequitiæ, &c. Non solum parentum, sed vt benè ait Lorinus, similis nequitiæ; nam vt plurimum tales, parentes imitantur, & fetuor luxuriæ, quo concepti, sæpè, & quasi semper reddit eos præferuidos, salaces, acutos, vafros, & ad vitia procliues, bona autem educatio, & Dei gratia talia mederi possunt, vnde aliquando hæc fallit regula.

Tiraquel.
2. Fallit regula aliquando.

Tiraquell. de nobilitate, ca. 15. n. 32. affirmat Petrũ Lombardum Sẽtentiarum magistrum, Gratianum Decretorũ collectorem, Petrum Comestorẽ Scholasticæ historiæ authorem ex adulterio natos, matrem ob hoc pœnitere non posse, quia tantorum virorum genitria, quod alijs exemplis etiam probari posset: ergo fallit aliquando hæc regula, sed vt B plurimum verum est ex mala delibatione malam sortiri massam.

In interrogatione sua, &c. Vel parentum, vel filiorum, quando interrogabũtur, aut hîc, aut in Dei iudicio, in quo sine excusatione erunt, vt potè testibus propicijs conuicti, vnde nihil pro se adducere poterunt; similiter & hîc, quando filij interrogabuntur, cuius filij sunt.

HOMILIA LXXIV.

Res chariores, quibus malè adhæsimus hîc, acriores testes contra nos in iudicij die, deque huius rei malorum sensu.

Filij nati ex inquis somniis, Idest iniquo cõcubitu, testes in die interrogationis contra proprios erunt parentes, condemnantes eos: quis vnquam hoc credet? vt filius contra proprium futurus sit patrem, & filius dilectus, & amatus, vt potè in dilectionis feruore conceptus, & tamen iste sic amatus in interrogatione, id est in Dei iudicio, contra patrem stabit valentiùs, mirum hoc, sed verum, in die iudicij nullas alias res tantum ibi contra nos futuras, quantum illas, quibus delectabilius hîc adhæsimus, & ardentius contra Dei legem, præceptumque amauimus.

Gen. 3. 12.
1. Eua Adamum contra se testem habuit acrem.

Hoc expendo in interrogatione illa quam Deus ad primum nostrum habuit parentem, Gen. 3. n. 12. qualem enim misera habuit Eua testem contra se validiorem, ac sponsum suum, quem tantopere diligebat, vt præ Deo eum fecerit, & vt Deum faceret, pro nihilo duxit Creatoris mandatum, pluris D æstimans sui exaltationem sponsi quàm maledictionis diuinæ, propriæque mortis periculum, hic talis sic amatus, & dilectus in interrogatione Dei solus extitit testis contra illam, conuincens, accusans, condemnans primus eam, *Mulier, quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, & comedi*, Quis hoc ab illo exquisiuit? Deus tantum interrogauit, quare nudus esset, immo supponens esum dixit: *Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod de ligno, quod præceperã tibi ne comederes, comedisti?* Vbi petit de muliere? vbi de criminis socio interrogauit? immo sic in eam fuit benignus, vt licet ipsa prima peccasset, tamen quasi respectans naturam, non ipsam, sed Adamum interrogauit. Quod adnotauit sanctus Pater Anastasius Synaita Patriarcha Antiochensis lib. 11. anagogica-

2. Deus cur Adamum, & nõ Euam primum interrogauit.
Anastas. Synai.

A rum contemplationum in exameron tom. 5. Bibliothecæ, ponderans, quod etsi totius Eua culpæ causa fuerit, non eam tamen Deus interrogauit, sed Adamum, *Ipsa est alloquuta*, inquit, *ipsa est decepta, ipsa comedit, ipsa viro dedit, ipsa ei est insidiata, ipsa fuit causa peccati, nuditatis, timoris, subligaculorum, fugæ, absconsionis à Deo, pœnæ, execrationis, mortis, & vt semel dicam, malorum innumerabilium. Et cùm hæc ita se habeant, Deus, cùm accessisset illo meridie ad inquisitionem, & veluti examinationem eorum, qui non obedierunt, nõ vocat mulierem ad examinationem, non eam grauiter increpat, nõ ponit omninò in eius pœna execrationem, non dat ei terram ad comedendum, non spinas, non tribulos, non esum fœni, non sudorem vultus, sed neque eam expellit, aut exterminat è paradiso, non ei omnino reuocat serpentem in memoriam, non eam* B *pudore afficit, dicẽs: Cur decepisti Adamum? sed cũ ostendisset omnem benignitatem, & bonitatẽ in mulierem, pergit ad hominem, & dicit ei, &c.* Ergo cur in medium Adamus mulierẽ adduxit, cur contra eã testificatus est, nisi quia in Dei interrogatione, iusto suo sic exigente iudicio, id primũ contra peccatorẽ extabit quod impẽsius hic dilexit, & sic primus, qui contra miseram extitit Euam, fuit ipse dilectus, ipsemet sponsus, pro quo tanta ipsa desiderauerit.

3. Res amaræ validius cõtra nos stabunt in iudiciu.
Iob. 10. 7.

At non solum primus erit testis impensius amatum, sed qui validius stabit, vt potè domesticus, omnique exceptione maior, quem Deus ad diem reseruat illum, vt fortius cõtra miserũ stet peccatorẽ. *Instauras testes tuos contra me*, dixit S. Iob. ca. 10. n. 17. *& multiplicas iram tuam aduersus me, & pœna militant in me.* Vbi verbum, *instaurare* stat pro renouare, vel vt ait quidam, *vim nouam prioribus* C *testibus contribuere*, vt contra aliquẽ denuò dicant, & fortiùs, quã antea dixerãt. *Instauras*, ergo, inquit sãctus, *testes tuos cõtra me*, hoc est, iterũ eos ad iudiciũ accersis, cõquiris, examinas, vt valẽtius dicant: *ad quæstionẽ me assiduè abripis*, inquit Polichron. *peccatorũ meorũ partim quidẽ plagis, & verberibus nunquam intermittentibus adhibitis, partim verò mearũ calamitatũ appositis accusatoribus impietatem mihi exprobrãtibus, pœnasque à me repetẽtibus.*

4. Deus in iudicio quomodo contra nos testes instaurabit
Polichron.

5. Qui sunt illi.
Gregor.

At quid per hos testes? pulchrè D. Gre. per illos intelligens sanctorũ exẽpla ait, hęc affutura nobis, tũ in hac vita, tũ in die iudicij ad contra nos testificandũ, cũ ea imitari piguit, quæ ab alijs faciliter perpetrari perspeximus. *Testes suos cõtra nos*, ait, *Deus instaurat, quia bona, quæ ipsi facere negligimus, hæc ad correptionem nostrã fieri ab alijs demonstrat, vt qui præceptis non accẽdimur, saltim exẽplis* D *excitemur, atque in appetitu rectitudinis nil sibi mẽs nostra difficile æstimet, quod perfectè peragi ab alijs videt, & fit plerũque, vt cũ aliena vita bona conspicimus, nostra solertius dãna timeamus, & eo patefeat, quãto post pondere animaduersionis aperientur.* Notanda verba. *quo nunc à bonorũ moribus longè discrepamus.* Alij ipsamet peccata, ipsasque res, cũ quibus peccauimus, quæ sicut in principio contra nos clamarunt, æquè fortius clamorem in die repetens iudicij, sanguis equidẽ Abel testis contra Cain extitit miserum, quando eũ effudit, sed iterum erit testis, quando illum Deus in die aduocabit iudicij, tunc equidem instaurabit illum, obfirmabitque, & instaurando pœnas, iramque multiplicabit.

Quod quantam confusionem peccatori parabit, quis vnquam dignè explicare queat? quanta namque esset illius, qui licèt peccauit, tamen quantam potuit diligentiam adhibuit, vt nullus esset

peccati sui testis, ita vt ob hoc multoties homines peccare desinant, timentes testes, & qui eos videre possint. Moyses antequàm Ægyptium illum occideret, inquit Scriptura: *Quòd prius huc, atque illuc respexit, & cum nullum adesse vidisset*, Exo: 2. 13. tunc eum occidit, non occidisset, si aliquem testem illius facti vidisset, immò, vt inquit Diuus Ambrosius in Psalm. 118. tom. 2. plus humanos timent homines oculos, quàm Diuinos, adeò, vt multoties, licèt passionibus pleni, peccare desinant, non Deum testem, sed homines timentes: *Vt quis victus libidine*, inquit, *vel indulgens flagitiis, conuersus huc atque illuc, si neminem videat flagitij sui testem, in facinus ruit, idem tamen quamuis inueniat partam occasionem peccandi, explorat diligenter omnia, sollicitus famæ, erubescens testimonium erroris, qui non erubescit errorem; ac si quem fortè spectatorem cognouerit facinoris sui, verecundiâ sequestrat intemperantiam suam.* Timent ergo, & erubescunt hominis oculos nè videant peccatores, & ne testes sint malitiæ suæ, adeo vt refrænare effrænatum malunt appetitum, potius quàm testes habere turpitudinis suæ: vnde non mediocris eis in peccatis accedit consolatio perpetratis, si probari non possint si nullus talis adest sui conscius erroris: at si posteà videant illos ipsos contra se testificari, qui socij fuerunt criminis, qui magis illud abscondere debebant, qui magis defendere, qualem eis pariet talis testificatio confusionem? qualem dolorem? qualem iram?

6\. Peccatores multoties peccare desinunt testes timentes.
Ex. 2. 13.
Ambros.
7\. Plus homines timent quam Deū.
8\. Peccatores in iudicio confundentur ea testificatione rerum quas magis hic dilexerunt, & cur.
Ps. 54. 13.

Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, inquit Dauid Psalm. 54. 13. *Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.* Hebræi dicunt, vt in Pentagloton in radice Xaraph, quod verbum illud *malè dixisset* idem sonat, ac detexit, manifestauit, diuulgauit: si ergo, inquit Dauid, inimicus meus mea diuulgasset vitia, & ea detexisset, certè non sentirem; forsitan ad peccatum alludit, contra illud à Ioab commissum, quando ad se excusandum litteras detexit Vriæ: *At homo vnanimis, dux, & notus, filius, & pater*, hoc minimè sustineri potest: *Quasi diceret*, inquit Theodoretus, *Ea, quæ ab inimicis fiunt, toleranda, & ferenda censemus, omnium molestissimum mihi videtur, virum familiarem, & consortem meum, sodalem, & conuictorem factum, & humanarum, & diuinarum rerum meum conscium, res inimicas, & hostiles facere.* Intolerabilis est ille dolor, quando ab eis ferimur, qui magis nobis beneficiis obstricti. Mortem sensit Cæsar, ictus doluit; at quando Brutum contra se etiam vidit, vt inquit Tranquillus in eius vita cap. 82. tunc transfixus est dolore, tunc antequàm caderet, obijt, tunc ob dolorem cecidit, quando dixit: *Etiam tu fili.* Sic equidem, si tunc in die iudicij tantùm contra malos inimici testificarentur, & alieni, non tantùm ipsi sentirent, minimè cruciarentur: at res chariores, res amatæ res concupitæ, vt filij, vt amici, hoc intolerabile. Pulchrè Augustin. in Psalm. 99. hunc etiam ponderans Dauid dolorem, expendit illud Cantic. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* & adnotat non dixisse inter alienigenas, sed inter filias, vt intensiorē exprimeret, quem Ecclesia habet de malis filiis, dolorem; *Quomodò sunt grana inter paleam*, inquit, *lilium inter spinas, quid audit Ecclesia, sicut lilium in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum, non dictum est, in medio alienarum, sed in medio filiarum,*

Theodor.
9\. Amici fraudolenti amari, & acerbi, vulnusque eorum amamus, quàm inimicorū
Tranquil.
August.
10\. Ecclesi. dolor de malis filiis intensissimus.

qua dicit spinas, ipsas filias, spinæ sunt propter mores suos, filiæ propter Sacramenta mea, iste est maior gemitus, quoniam si inimicus meus maledixisset mihi &c. Sic equidem intolerabilis erit ille dolor, quæ tunc mali patientur, quando non ab extraneis, sed à filiis, sed ab amicis, sed à charissimis confundentur rebus, hoc enim maximè tunc eos excruciabit.

Properans enim Dauid ad vindictam contra impium exercendam Nabal, licèt Abigail eius vxor in occursum isset ad eum mitigandum; tamen prima, quæ contra ipsum Nabal testimonium tulit, ipsa extitit prima, quæ eius testificata fuerit malitiā, appellauit enim, & confessa est illum virum esse iniquum, stultum, & in stultitia immersum, quid amplius diceret inimicus? *Ne ponat, oro, Dominus meus Rex cor suum super virum istum iniquū Nabal, quoniam secundum nomen eius stultus est, & stultitia est cum eo.* 1. Reg. 25. num. 25. O mulier, quis te compulit talia dicere, & testificari? nonne aliæ suppeditabant rationes ad placandum Dauid, absque eo quòd tu ignominiam denudares viri tui? & contra iniquitatem testificareris ipsius? Erant equidem, sed voluit Deus, vt prima ipsa esset, quæ illum conuinceret, & contra illum testificaretur, vtpotè testis omni exceptione maior, & eo quò plus diligebatur, eò prior testificaretur, ad maius veritatis indicium, ad maiorem eius confusionem, ad maioremque dolorem: vt experiretur in se, quod per ipsum experiebatur Dauid, ingratitudinem nempè, correspondsionemque malam: *Nabal, vir durus, & pessimus*, inquit Scriptura, vbi suprà num. 3. *& malitiosus, erat autem de genere Caleb.* Quorsum Nabalis genus ex Caleb memoratur? multis ex causis. Prima, quia Caleb vir fuit probus, & iustus, vt ex cap. 13. Num. n. 31. & 14. num. 24. & ex Iosue 14. num. 16. ideo voluit Scriptura illud adnotare, quasi rem nouam, vt ex bono patre malus gigneretur filius, de qua re nos suprà. Secunda, ne quis parentum virtutibus, sed propriis innitatur actionibus, cùm etsi sanctissimum Caleb dicat Scriptura, non ob id pessimum non inclamat Nabal. Tertia ad rem nostram Lyranus, quia Caleb de tribu Iudæ, ex qua Dauid, vt ex eo quanta Nabalis fuerit ingratitudo amplius ostenderetur; cùm quem extranei accipiebant, ipse pessimus, & ingratus accipere nolebat, etsi contribulem, & cognatum: hinc meritò contra ipsum illa res primò testificata, quæ ei charior, quæ plus ei debebat, quæ illi vnanimis, vt ex eius ingratitudine suam disceret, & ex dolore, quem ex hoc percepturus erat facto, dolorem edisceret Dauid.

11\. Abigail testificata cōtra maritū Deo permittente, & cur.
1. Reg. 25. 25.
Num. 3.
12\. Genus Nabal cur exprimitur in Scriptura.
Nu. 13. 31. & 14. 29. Ios. 14. 16.

Ex quo ratio huius elucet in Dei iudicio testificationis; res equidem amatæ, res chariores contra impios in illa stabunt die contra eos testificantes, vt documento discant proprio illam ipsam ingratitudinem, quam ipsi dum viuerent hic, experimento didicit Deus, dum plus nimio ingrati contra ipsum peccarunt, & qui magis ei debebant, amplius offenderunt, cùm verum sit non sic plagas dolere inimici, vt suprà dicebamus, ac amici, nec tantùm necessariam sustinentiam ad inimicum peruersum, quātùm ad ingratum ferendum amicum. Pulchrè Ambros. lib. 5. in Lucam cap. 6. rationes assignans, quare inter Apostolos, & Iudam elegerit Christus, cùm sciret eum esse proditurum: inter alias eam affert; vt exemplo nos doceret suo similem sufferre dolorem, qui inter cæteros maximus: *Eligitur Iudas, ait, non per imprudentiam, sed per prudentiam, vo-*

13\. Cur Deus vt res amatæ in iudicio contra peccatorē stēt permittet.
Ambros.
13\. Christus cur Iudam inter Apostolos permiserit.

A *luit deseri, voluit prodi, voluit ab Apostolo suo tradi, vt tu à socio desertus, à socio proditus, moderatè feras, tuum errasse iudicium, periisse beneficium.* Nil melius. Quasi diceret Sanctus, ad extremam docendam patientiam Christus veneeat, ad extremum sufferendum dolocem: nulla maioc, quàm amicum sufferre ingratum, nullus maior, quàm insidiantem tolerare sodalem; ideo & Iudam elegit, vt à maiori non abesset patientia, vt maiorem experiretur dolorem. Sic equidem in illa die dolebunt, & rabescent impij, quando viderinc illas res tunc acriùs contrà ipsos clamare, ac testificari, quæ impensius hîc dilexerunt, vxores amici, filij, immò res ipsæ inanimatæ, parietes nempè, & ppopriæ ligna domus, quæ tantop ere hîc dilexerunt; tunc hæc clamabunt contra ipsos, hæc testificabuntur, hæc condemnabunt: *Væ, qui congregat auaritiam malam, domus suæ*, inquit Deus per Habachuc Prophetam, cap. 2. num. 9. *vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali: lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit.* Lapis clamabit, inquit, & lignum respondebit, & non equidē quodlibet, sed lignum, quod inter iuncturas ædificiorum, illud nempè, vt Hieronymus docet, quod in medio ponitur structuræ ad continendos parietes, nulloque modo prospicitur; vnde Symmachus, & Theodotion verterunt, *Iunctura ædificij lignea loquitur ea.* Ergo lignum, quod inquit Propheta non quodlibet est lignum, sed lignum structuræ, lignūque occultum, & quod non videtur, ad denotandum, quòd tunc in illa die, illa maximè clamabunt contra nos, & testificabuntur, quæ maximè occulta, ita, vt nullomodo apparere, & videre ea oculi possint humani, hæc occulta, hæc cælata, hæc mala improbabilia, vt sic dicam, & vndequaque prudentiæ calce coopetta, & delinita, hæc tunc clamabunt maximè, validèque contrà nos nostras testificabuntur iniquitates, adeo vt ptorsus inexcusabiles, & omnimodè conuicti appareamus.

14. Nulla maior patientia quàm amicum sufferre ingratum.

15. Res inanimatæ contra peccatorem in die iudicij stabunt. *Abacuc 2. 9. Hieron. Symmac. Theodot.*

B

16. Occultiora peccata in die iudicij contra nos clamabunt.

C

17. Peccatores in iudicio conuincentur, & à quibus.

Conuicti dixi, nam sicut in ore duorum stat omne verbum, & duo testes ad plenam sufficiunt probationem; sic tunc à duobus conuincemur. Vnde notandum Prophetam non dixisse: *Lignum clamabit*, sed *lignum respondebit.* quod ex Hebræo potest transferri, *& contestabitur.* Domus, dixit, clamabit, siue lapis, & lignum respondebit, ad denotandam plenam probationis sufficientiam omnium in illa die delictorum. Lapis apertè clamabit; peccata manifesta clamabunt, occulta respondebunt, & testificabuntur, non solùm idem, quod manifesta, sed amplius, vnde simul iunctim comparentia, plenam efficient probationem; clamabit auaritia, & deprædatio aperta: respondebit occulta testificans idipsum, & amplius: clamabit aperta luxuria, respondebit occulta: clamabit aperta superbia, respondebit secreta; clamabunt tandem inimici aperti, respondebunt oculti, & qui amici æstimabantur, eiusdemque in domo moris, quique supcà omnes diligebantur. Pulchrè Vatablus ad rem propius nostram legit: *Nam lapides e muris clamabunt contra te, & tigna è structuris ligneis respondebant illis.* Tigna, inquit, respondebunt, illa nempè inaurata, variis sculpturis, laboribusque constructa, variis picturis ornata, quæ tantis fabricata impensis, tanti æstimata, appreciataque fuerunt, hæc tigna, sic dilecta, & amata contestabuntur tunc cum parietibus, & cum lapidibus contra

D

A miserum peccatorem, simulque inclamabunt condemnantes eum. Vnde ex ipsismet rebus, quas ad gloriam suam ipse construxit, ignominiam eruet, & ipsæ, quæ charissimæ illi fuerunt, ipsæmet primæ contrà stabunt. Qualis ergo erit tunc eius dolor, qualis confusio, cùm aduersus se testificantes viderit amicos, resque dilectas, improperantes ei, immò & conuitiantes. Vnum tantùm conuitium audiuit Sara, Tob. 3. 9. attamen, quia à domestica, quia ab ancilla, quia à qua non debuerat, vtpotè eiusdem domus, & quæ non conuitium, sed seruitium debebat, ideo sic tristis euasit, vt sacer dicat textus: *Quòd adhæc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit.* seu vt Septuaginta: *Perrexit in superius cubiculum, vt suffocaretur*, tristitia nempè, & dolore, & tamen non fuit, nisi vnum conuitium de re falsa, & testificatio iniqua de re ab ipsa non perpetrata; qualis ergo fuisset dolor, si de re vera eam exprobrasset, de re secreta, de re cum ipsamet communicata, & non solùm à serua, sed à comite ad malum, & à socia, cui ipsa confiderat; profectò se suffocasset, vitamque laqueo finisset: nam vt notat Diuus Chrysostomus homil. 15. in Matthæum: *Multi etiam ad laqueum conuolarunt famæ opprobria non ferentes.* Qualis ergo malorum erit tunc confusio, quando & à domesticis, & à seruis, & ab in crimine adiutoribus, à sociis denique, & ab illis, qui magis eis addicti esse debuerant, conuincentur, immò & conuitiabuntur?

Tob. 3. 9.

18. Sara cur tantum tristis de conuitio.

Chrysost.

B

Mortem filiorum, deprædationem rerum, domorum casus, ignem de cælo, plagas, liuoresque, tandem ipsum Diabolum, patientissimus sustinuit Iob, nullo obloquente verbo, nullà soluente querimonia: at quando insultantes vidit amicus, contraque ipsum mala testificantes, in tristes solutus querelas, tanquam intolerabile malum, ait: *Vsquequò affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?* Iob. 19. num. 2. Plus vnam contra se amicorum testificationem etsi falsam dolens, quàm omnia inimicorum iacula. Quæ luculenter Sanctus dixit Chrysostomus, hom. 15. in Matthæum. *Iob, inquit, omni lapide, & adamante tolerantior, cùm quidem patrimonium amitteret, malaque innumera sustineret, cùmque subitò numerosa sobole esset orbatus, cùm quasi fontem quendam vermium toto videret corpore bullientem, supraque hæc vxorem sibi molestiùs imminentem, perfacilè cuncta superauit: vbi verò exprobrare sibi amicos, atque insultare vidit, & malignam de se æstimationem fouere, & dicere, quòd talia propter peccata pateretur, vt malitiæ suæ solueret vltionem, tunc demum vtique turbatus est ille vir maximus, ille fortissimus.* Sic delicatus est hominis sensus ad amicorum insultationem, sic intimè sentit horum ingratitudinē. Qualis ergo erit tunc malorum sensus, qui non patientes, vt Iob, sed impatientissimi, non audientes falsa, sed vera, & hoc non tantùm ab amicis, sed à coniunctis, ab intimis, ab ijs tandem, quos ipsi sic impensè dilexerunt, qui tunc fortiùs, valentiusque contra ipsos pro Deo stabunt, illos malitiæ, iniquitatisque conuincentes, vt noster ait Sapiens, dicens: *Quod filij testes sunt &c.*

C

19. Iob amplius doluit amicorum insultationes quàm ipsas plagas.

Iob. 19. 2. Idem.

D

Num. 7. *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

HActenus Sapiens contra impios, de quibus affirmauit, immò probauit, siue senescentibus, siue maturè morientibus, semper in eorum dānum, & malum tam vitam, quàm mortem cedere: nunc quia & iusti etiam solent immaturè mori, sicut & mali, huic occurrit obiectioni, elganterque tractat differentiam mortis iustorum à morte impiorum, hîcque primam ponit, nam morientibus iustis, mors istis est transitus de labore ad refrigerium, & quietem. B

1. Iustus nūquam citò moritur.

Præoccapatus &c. Optimè Lorinus, & Castro: præoccupatus dicitur secundùm vulgi sensum, quatenus mors citiùs aduenit, quàm ætas, vel constitutio corporis exigere videbatur: nam iusti nūquam ad mortem inueniūntur imparati, & improuidi. Olkot lect. 47. narrat fuisse quendam optimum, & tum probitate vitæ etiam scientem, & doctum, hic inter libros studens, quadam die subitò expirauit. quem sic inuenientes famuli, admirati, attonitique vltra quod dici potest, repererunt indicem manus suæ super hanc tenere sententiam: *Iustus autem* &c. Verè enim viuens iustus, semper moritur, numquam mors imparatum eum reperiet.

Olkot.

2. Exemplum ad hoc cōconfirmandum.

C

HOMILIA LXXV.

Mors tempestiua, & vita breuis iusto, non pœna, sed merces.

ERit *in refrigerio*, inquit noster Sapiens, iustus, etsi aliquando immaturè secundùm hominum opinionem morietur, morsque præueniet ætatem. Si ergo in refrigerio, si in requie, & hîc manens erat in laboribus ærumnisque, certè mors tempestiua iusto non infertur in pœnam, sed in suorum mercedem laborum, cùm multoties Deus vitam largiatur in pœnam, mortem autem in mercedem. D

1. Vitā aliquando dat Deus in pœnam, mortem in præmium.

Ambros.

Hoc considerauit Sanctus Ambrosius in facto illo Cain, & Abelis, lib. 2. de Cain, & Abel. cap. 10. affirmans mortem Abelis non pœnam illi, sed mercedem, dùm è contrà vitam Cain pœnam extitisse, non mercedem; vnde concludit ex facto isto Cain, & Abelis redargui hanc putantes vitam vnicam, solamque esse. *Redarguuntur*, inquit, *ex hoc loco, qui vnicam haac vitam putant esse, vbi omnia plena lapsus, plena mortis sunt, & redarguuntur simplici serie gestorum. Ecce enim iustus, innocens, pius, propter gratiam deuotionis odio fratris incurrens, immaturus ab hoc æuo sublatus est fratricida, & iniquus, & sceleratus, impius etiam fraterna cæde pollutus longæuam duxit ætatem, duxit vxorem, posteritatem reliquit, vrbes condidit, & factum est permissione diuina; nonnè in his apertè vox Dei clamat: Erratis, qui putatis hîc esse omnem viuendi* A *gratiam? non intelligitis; non aduertitis senectutem hanc miseriarum esse veteranam, processionemque ætatis ærumnarum stipendia? & Scyllæo quodam vsu circumsonari nos quotidianis naufragiis, mundi fluctibus, in speculosis habitaculis degere, & in his delectari. Ergo & isti Cain longæuitas indulta, vindicta est, eò quod vixit mota, & prolixum spatium multo cucurrit, & infructuoso labore, qua pœna nihil grauius, quàm vt quis ipse sibi maiorum causa pœnarum sit.* Hæc Ambrosius. In cuius sententia duo notanda. Primum illud, *processionemque ætatis*, nil aliud esse nisi ærumnarum stipendia, fructus namque ætatis longæuæ, si benè attendas, quid aliud sunt, nisi ærumnarum toleratio, pœnarum, ac calamitatum? Plus vixisti, plus perpessus es, plus pœnasti, plures, ac maiores tolerasti ærumnas, quàm is qui tempestiuè moritur.

2. Vita diuturna stipēdium ærūnarum.

Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? Interrogauit Pharao Iacob, Gen. 47. num. 8. cui Iacob: *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui, & mali.* id est laboriosi, afflictionibus, angustiis, doloribus pleni; centum triginta annis vixit, & peregrinatus est, totidem passus est. Ex quo fit, vt quo citiùs morimur, eo citiùs ab ærumnis liberemur, & sic iustus, qui ab ærumnis verè liberatur, dum transeundo ex hac vita, in refrigerium vadit, verè mors illi merces, non pœna. *Gen. 47. 8*

Secundum notandum est id quod diximus, sæpè malis vitam in pœnam cedere, non in mercedem: viuere permittuntur, vt plus laborent, vt plùs puniantur, vt plus crucientur. Cain plusquàm Abel vixit, sed talis vita Dei fuit vindicta, vt inquit Ambrosius, quia vanè laborauit, quia infelici metu vixit, quia ad crudelem occisionem posteà reseruabatur: vnde sicut vita istius Dei vindicta, sic mors Abelis fuit Dei gratia, licèt intempestiua: *Non ergo vlla hîc longæua ætatis gratia est*, inquit Egesippus author grauissimus lib. 1. de excidio vrbis Hierosolymitanæ tomo 5. Bibliothecæ, quod dixit Eleazarus ad mortem animans suos: *Abel citò occidit, Cain superuixit, ita mors innocentiæ fuit: & vita ærumnæ, ex illo in eandem sortem successimus, vt viuere miserrimam fieret, mori beatam: quid enim est vita, nisi carcer animæ, quæ intra hoc ergastulum clauditur, & carnali adhæret consortio, cuius infirmitatibus quatitur, labore affligitur, accenditur cupiditatibus, vexatur furore, neque se facilè attollere potest, humi nexa, concreta puluere, obstricta vinculo, neruis irretita.* Optima sententia, etsi ex malo deprompta ore, supplicium impio prolongata est vita, non præmium: nam verè dici potest, quòd vita corporis mors est animæ, & corporis mors animæ libertas, per animam enim immortalis, vt sic dicam, operatio corporis inest: tamen ei oneri corpus est, vt prorsus videatur, vt quod corpori donat, sibi detrahat: grauatur enim, & quasi in terram inclinatur cum isto mortali corpore, vnde quo plus viuit, plus vinculis detenta misera languet: at mors libertas est iusto, tametsi intempestiua.

Egesipp.

3. Vita animæ carcer.

4. Quod corpori anima dat sibi detrahit.

Sed neque intempestiua quidem dicenda: nam iusto numquam intempestiua mors, quia semper in hac vita, vt mortuus viuit, vnde si benè consideremus ex tunc incœpit in hac vita mori, quando benè viuere cœpit, & sic vita illius hîc prolixa est mors: vnde quando posteà moritur, non tempestiua mors, sed tempestiua vita potius dicenda est. *Sancti viri*, inquit Gregorius in cap. 6. Iob. super illa verba: *Considerate semitas Theman, quia bre-*

5. Iusto numquam mors intempestiua.

6. Iusti mors, tempestiua dicenda vita

Greg.

nitatem vitæ indefinenter aſpiciunt, quaſi quotidie morientes viuunt, & tantò ſe ſolidius manſuros præparant, quantò & nulla eſſe tranſitoria ſemper ex fine penſant. Morientes ergo viuunt, tempeſtiua ergo nulla eis ſuccedere poteſt mors, illis certè tempeſtiua, qui longa ſe tempora habere putant, & diu viuere appetunt, & animum ab illa æterna alienum habent vita, ſic moriendo, non ad refrigerium, ſed ad tormentum vadunt.

Idem.

7. Quibus mors tempeſtiua.

Aliqui, inquit Gregorius vbi ſupra, *cùm mentem in præſentibus figunt, vita terminatur, & repentè ad ſupplicia improuiſa perueniunt, qui deceptis ſuis præſumptionibus, aut numquam ſe contingere, aut tardè crediderunt.* His certè intempeſtiua, & improuiſa erit mors, at iuſtis minimè, illis tormentum, & pœna, iuſtis autem gratia, & gloria.

8. Vita iuſto continua pœna. *Bernar.*

At quomodo hoc non verum, ſi vita hæc illis nil aliud eſt, niſi perpetua pœna, & hanc vitam, non vitam, ſed mortem æſtimant: *Vita, quæ nunc viuimus*, inquit Bernardus ſerm. 17. in Pſalm. *Qui habitat, magis eſt mors, quàm vita.* Ex quo concludit

9. Vitæ breuitas Dei miſericordia.

Dei eſſe miſericordiam breuitatem vitæ huius: quia, inquit, longitudinem vitæ Deus poſuit, vbi dies boni ſunt: at vbi mali, breuitatem: *Gratias ei*, inquit, *qui tàm non modo fortiter, ſed & ſuauiter diſponit vniuerſa, eorum nempè paucitas dierum finietur breui, quorum ſufficit cuique malitia ſua, vbi autem dierum bonitas, æternitas quoque non deerit.*

Chryſoſt.

Quod etiam alibi dixit Chryſoſtomus hom. 57. in Ioan. inuehens in eos, qui breuitatem huius vitæ lamentabantur: *O ſtultitiam!* inquit, *ò inſipientiam! pro quo maxima gratia habenda ſunt, quòd labores nobis, & ſudores minuerit, quòd requiem nobis, & æternitatem largitur, id & reprahendis, & moleſto fert animo!* Mortem ergo cùm exiſtiment ſancti hanc vitam, quid mirum, quòd etſi intempeſtiuè moriantur, non doleant, immò gaudeant, & magnis deſideriis eam expectent, & eis talis mors non ſit pœna, ſed gratia?

10. Sancti cùm hic nil habeant, nec poſſideant ideo mortẽ ambiunt.

Quòd ſi radicem huius rei conſiderare velimus, illa eſt, quia Sancti cùm in hac vita nihil prorſus habeant quòd eos delectet, quòd eos teneat, in quo gaudeant, cùm nihil eis hîc arrideat, non mirum ſi læti ad poſſidendum illud diſcedant, quod ſperant, plorent mortem, qui hîc magna poſſident; at qui nulla, de ea gaudeant. Cur enim putandum quòd Ezechias audiens ſe moriturum, *fleuerit fletu*

4. Reg. 20. 3.

magno, vt inquit Scriptura 4. Reg. cap. 20. num. 3. & tantum orauit Dominum pro vita? Dauid au-

11. Ezechias cur flet mortem, Dauid autẽ eam habeat in votis.

tem Rex è contrà non mortem, ſed longitudinem plorat vitæ, niſi quia domum habebat plenam Ezechias theſaurorum auri, & argenti, pigmentorum, & vnguentorum: vnde cùm affectum ſuum in iſtis habebat, glorians ſe de illis (ſi enim pro gloria illa non æſtimaret, non equidem ea Legatis oſtendiſſet Babylonis) non mirum ſi mortem ſentiebat, ſi timebat mori, ſi appetebat viuere. Dauid verò Rex, quia affectum ſuum in iſtis minimè habebat, & veluti peregrinus, & hoſpes hîc morabatur, hîc vitam ducebat laborioſiſſimam, ſemper in bello, in laboribus, & ærumnis, non ſolùm mortem non timet, ſed longitudinem vitæ deplorat, dicens: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima mea.* Pſalm. 119. num. 6. Ezechias plorauit, quia

Pſ. 119. 6.

hîc viuebat, Dauid non plorat, quia viuendo hîc, quotidie moriebatur. Ezechias plorat, quia amabat hîc non ſolùm Deum, ſed aliud aliquid cum Deo, Dauid Sanctus, quia ſolum Deum ideo non

A plorabat, ſed potius pro morte æſtuabat. *Iuſtus*

Hierony.

12. Qui trepidant ad iudicium; properaru Dei.

erat Ezechias, inquit Hieronymus aduerſus Pelagianos tomo 2. *& corde perfecto, iturus ad Dominum plorare non debuit, quæris rationem fletus? ſi cogitaueris hominem, nec miraberis cauſa doloris; nullus enim intrepidus vadit ad iudicium Domini habens conſcientiam peccatorum.* Premenda hæc vltima Hieronymi verba; ſi rectus, ſi iuſtus Ezechias, quomodo cum peccatorum conſcientia? an quia peccatum erat cum Deo, & alia amare, non ſolùm Deum poſſeſſionem ſuam facere, non in illo ſolo delectari? Ob hoc plorat, quia hîc aliud quidpiam poſſidet. Non ſic Dauid, non ſic Sancti, nil habent, nudi exiſtunt, ſolum Deum amant, vnde illis mors in votis, ſciunt enim, quòd qui amat, mori non timet.

Fulgent.

13. Chriſtus cur Petro ter dixerit, ſi amas me.

Pulchrè Fulgentius ad Traſiſmundum Regem, lib. 3. cap. 14. adnotauit priùs Chriſtum, non ſemel, nec bis, ſed ter Petrum de amoris ſigno interrogaſſe, quàm illi moriendi pro ſe facultatem B conceſſiſſe, quaſi quòd priùs timorem auferre mortis ab illo voluerit, quem verè amantes non habent, quàm ei mortem prælibare venturam: *Primitus Chriſtus*, inquit, *ad confeſſionem amoris inuitat, vt facultatem ponendi animæ ſuæ deinceps amatori concedat, cùm illi tertiò interroganti, trinum amoris ſui teſtimonium reddidiſſet, ſtatim Dominus Petro ponendæ pro ſe animæ largitur & facultatem dicens: Amen dico tibi, cùm eſſes iunior cingebas te: cùm ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te.* Priùs enim de amore interrogauit, vt deinceps mors merces eſſet, non pœna, præmium, non ſupplicium, gaudium afferret, non tormentum. Sic equidem Sancti verè Deum amantes, cùm hîc nihil præter ipſum habeant, nudique exiſtant, non timent mortem, immò expetunt.

14. Mors ex Philoſophiæ perſuaſu antiquitus in votis. *Chryſol.*

Sed quid hoc mirum, quòd amor Chriſti hoc in C ſanctis efficiat, cùm perſuaſio humana antiquitus illud efficiebat: cur cùm iuſtis minùs potens erit ſermo Diuinus, quàm cum iniuſtis ſermo humanus? Hoc certè ſatis expolitè explicat, & ponderat Petrus Chryſologus ſermone 101. inculcans mortem Dei amicis non eſſe timendam, cùm eam antiqui Philoſophi rationibus tantùm humanis non timuerint. *Legite illos*, inquit Chryſologus, *qui totis eloquentiæ viribus armarunt animos ad tolerantiam mortis, ſiccarunt lachrymas, ſuſpiria ſuſtulerunt, negauerunt gemitus, abſconderunt dolores, nihil tamen de ſpe æterna, aut perpetua vita ſuis laboribus conquiſierunt, mors natura eſt, inquiebant, neceſſe eſt deperire, nobis vixerunt veteres, nos viuemus futuris; ſuſcipe voluntarius, ad quod vrgeris inuitus, mors antequàm veniat, nondum eſt; cùm autem venerit, venire neſcitur, non ergo doleas amittere illud, quod cùm amiſeris, non dolebis.* Hæc inquit Chryſologus, quòd dicebant antiqui, his perſuaſionibus moti mortem ſpernebant Genti- D les, his vocibus animati, non ſolùm eam ſpernebãt, ſed amabant, ſed procurabant: ob hoc neceſſarium lege ſanciit, ne quis Platonis libros legeret, multi enim lectione eorum moti ſe interficiebant: *Si hoc*, inquit Chryſologus, *perſuaſio faciebat humana ſine ſpe æterna, perpetueque vita, quid ſermo operabitur Diuinus?* quid faciet ſpes illa æterna, quãdo iuſtus ſentiet, quòd etſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, certè deſiderabit, appetet, ſuſpirabit pro illa, in votis eam habebit, ſicut Sanctiſſima Thereſia, quæ ad horologiũ accurrere ſolebat auida temporis ſcire iam præteriti cauſam ſæpè ſegniter ipſum tranſcurrere: hinc iuſtus mo-

riens, votifactus compos, talem mortem pro gratia, non pœna accipiet.

15. Deus vt suis moriẽtibus assistit.

Quomodo pœna? cùm Deus sit, qui eos aduocat ad se, & ipsi à mundo, non per dolores, aut infirmitates expellantur, sed per Domini vocem ab ipso auocati, qui in morte eis assistens, ipse manibus suis, vt sic dicam, eorum claudit oculos eorum accipiẽs spiritum: *Mortuus est Moyses*, inquit Scriptura

Deut. 35. 5.

Deuter. 34. num. 5. *seruus Domini in terra Moab iubente Domino.* Non eum occidit tempus, non eũ consumpsit senectus, non eum eiecit mundus, sed vox Domini aduocans eum, cuius signum; *Nam cùm esset centum viginti annorum, tamen*, inquit Scriptura, *quòd non caligauit oculus eius, neque dentes illius moti sunt.* Vbi Paraphrasis Caldaica: *non caligauit oculus eius, neque mutatus est splendor gloriæ vultus eius.* Mortuus ergo est, quia Dominus vocauit, Dominus præcepit, & mortuus est ipso assistente, ipso osculante, vnde & alia littera habet: *Et mortuus est Moyses in osculo Domini.* Ideo in monte solus mortuus, quia Deus ipse per se ei assistere voluit, vt per se, & manibus eius clauderet oculos suos. Quod etiam aptè obseruauit Andræas

Andreas Cretensis.

Cretensis, homilia 1. de dormitione Deiparæ, dum causam expetens, cur illa mortua, quæ nullum mortis habebat vinculum, nulla mortis tenebatur

16. Virgo Sanctissima mortua nõ ex legis morte.

lege: *Erat tunc quoque verbum præsens*, ait, *& legem fecit cessare, legem inquam mortis, cui nihil afferri poterat detrimenti.* Cessare dixit mortis legem, quòd fecit verbum; vnde ergo mortua? nisi quia non ex mortis lege mortua illa benedicta, quòd non tenebatur, sed ex voce, & iussu sponsi, sed ex aduocatione Dei, cui prompta obediens, in eius manibus non solùm spiritum, sed & suum cõmisit cadauer, vt inquit Damascenus ex persona

Damasc.

Virginis sic loquens: *In manus tuas, fili, commendo spiritum meum; suscipe tibi charam animam, quam conseruasti alienam ab omni reprehensione, meum corpus tibi trado, & non terræ, custodi saluũ, quod tibi placuit habitare.* Mortua est, sed non ex mortis lege; mortua, quia placidè, ardenterque vocata: hinc potius talis mors, non mors, sed vita. Ad huius Sanctissimæ instar moriuntur sancti, etsi; quia aliquando peccatores, mortis subduntur legibus: at quia vocati, in manibus etiam dilecti moriuntur, hinc talis mors eis non pœna, sed merces, hinc eam non timẽt, nulloque prorsus modo horrent, Deum secum habent, quem in illo tunc sentiunt assistentem, adiuuantem, hinc in agonem descendere non formidant.

Gen. 49. 3.

Noli timere, dixit Deus Iacob, Gen. 49. num. 3. *descende in Ægyptum, quia in Gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illac, & ego*

17. Iacob vt consolatus est Deus in Ægyptum descendẽs.

inde adducam te reuertentem, Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Mira consolatio descendentis in Ægyptum, quem descensum summopere timebat, associatio nempè Dei: *Prospice quomodo eum, velut ad quosdam agones proficiscentem,*

Origen.

inquit Origenes, homil. 15. in Gen. tom. 1. *corroborans, & cohortans mittat ad Ægyptum, hoc est dicere, congressurus aduersus Principatus, & Potestates, & aduersus mundi huius, qui figuraliter Ægyptus appellatur, rectores tenebrarum harum; noli timere, noli trepidare, quòd si & causam scire vis, quia timere non debes, audi promissionem meam, descendam tecum in Aegyptum.* Dulcis causa, ex qua infinita bona, promittit descensum, & insuper fructum magnum ex illa descensione; sed hoc non sufficiebat, promittit continuam eius assistentiam, societatemque: sed si hæc tantùm dum esset in Ægypto non omninò consolaretur, tandem eãdem promittit egredienti, & insuper quòd Ioseph imponet manus & eius iam morientis oculos claudet; cum hoc descendit lætus, licèt in Ægyptum, quia lætissimus erat inde ascensurus, ipse per mortem, filij eius per egressum, ipse lætus, & felix in transitu, per impositionem manus filij sui, eius autem progenies per validam, omnipotentemque Dei. Lætus ergo descendit in Ægyptum Iacob, & lætus ibi mortuus, quia Ioseph eius clausit oculos, eius accepit spiritum. Quòd si hoc effecit Ioseph, quid faciet Christus? si lætus obiit Iacob, quia in manu filij sui, quàm læti Sancti qui in manu Christi? *Absolutis nexibus corporis*, inquit Chrysostomus lib. 1. contra vituperator. vitæ Monasticæ: *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.* Cuius

Chrysost.

18. Nefas inter Sanctos iustorum transitum mortem appellare.

causam reddit, quia iusto mors, non mors, quapropter affirmat nefas inter Sanctos iustorum transitum mortem appellare; vnde sequens ait: *Mortem illi non ducunt, neque existimant mortem, cum hymnis prosequuntur abeuntes, vbi quisquam nunciatus fuerit mortuus, magna erigitur exultatio, ingensque voluptas omnium, immò nec mortuum quidem aliquis appellare audet, sed consummatum.* Consummatus equidem, id est perfectus viuens moriens in manibus dilecti: non secus ac Iacob in manus filij, hinc læti transeuntes, lætitia eorum scindit corda, disrumpit artus. Sic scissum reperetunt cor Sanctissimæ Theresiæ amore Christi sauciæ, sic etiam scissum cor illius, vt narratur in Speculo exemplorum, verbo, ascensio Christi, exem-

19. Sanctissima Theresa amoris ictu percussa obiit.

plo 2. & in corde hæc scripta verba: *Amor meus Iesus Christus.* Cuius cadauer aspicientes Medici, dixerũt lætitiã peremptum esse. Quomodò ergo talium mors erit pœna? quomodò amara? quomodò non merces? etsi mundo intempestiuè videantur mori, qui fallitur: nam dum hic moriũtur iusti tempestiuè, non moriuntur, nec illis talis mors est pœna, sed merces, quia in refrigerium abeunt, dicente Sapiente: *Iustus autem* &c.

Num. 8. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PErgit Sapiens declarare differentiam mortis iustorum à morte impiorum, & sicut priùs dixerat mortem iustorum esse viam ad refrigerium, etiamsi præmaturam; sic nunc dicit, tales iustos, etiamsi iuuenes moriantur, tamen non carere veneratione senectutis, cùm hæc non computetur in annis, sed in virtute; vnde iuuenis moriens, senex dici potest, sicut è contrà malus, etiam si senex, & longæuæ moriatur ætatis, non potest dici, nisi centum annorum puer: non caret ergo iuuenis moriens veneratione senectutis, nam talis, senex meritò dici potest, vt infrà ait noster Sapiens versu sequenti, & nos etiam dicemus.

1. Non annorum canities laudãda, sed morum.

Venerabilis &c. Hieronym. in cap. 8. Zachariæ, *honorabilis.* Pulchrè Ambrosius ep. 12. ad Valentinum Imperatorem: *Non annorum canities*, inquit, *est laudanda, sed morum;*

A *Computata* &c. Hieronymus vbi suprà: *Nec numero annorum æstimabilis.* Verè nec æstimabilis, nec computabilis est illa senectus, quæ præter annos, nil amplius habet: nam senex ille est, & ille diu vixit, qui egregiè, qui laudabiliter. Pulchrè Alexander suis, vt inquit Curtius lib. 9. qui eum rogabant ne se periculis exponeret, & vt vitæ suæ misereretur: *Ego*, inquit, *qui non annos, sed victorias numero, si munera fortuna benè computo, diu vixi.* Et tamen dum hæc dicebat, vigesimum & octauum annum nondum excesserat; sed quia infinitis propemodum victoriis, & regnis potitus, ideo, etsi parum, multum se vixisse affirmabat: *Orsus à Macedonia Imperium* ait, *Græciam teneo, Thraciam, & Illyricos subegi, Triballis, Medisque imperito, Asiam, qua Hellesponto, qua Rubro mari alluitur, possideo, iamque haud procul absum à fine mundi, quem egressus aliam naturam, alium orbem mihi aperire statui, ex Asia in Europæ terminos momento vnius horæ transiui victor; vniusque regionis post nonum regni mei, post vigesimum atque octauum ætatis meæ annum, videor ne vobis in excolenda gloria, cui me vni deuoui, posse cessare?* En quanta iste fecerat modico tempore, diu ergo vixerat, quia multa operatus, & sic non annis, sed actionibus metienda est ætas, & illo honore dignus est sapiens iuuenis, quo per canitiem tantum indignus est senex, vnde etsi iuuenis, non ob id ab electione excludendus: nam vt inquit Bernardus, ep. 42. *Multos iuniorum videmus super senes intelligere, moribus antiquare dies, præuenire tempora meritis, & quod ætati deest, compensare virtutibus.* Samuel iuuenis rexit populum, Hieremias in ventre matris sanctificatus, Daniel puer senes iudicauit, vt infrà dicemus, & tandem Salomon vix duodenus populum rexit, licèt idem Bernardus miranda hæc, non imitanda dixerit.

Curtius.

2. Alexander quanta breui fecit tempore.

B

3. Iuuenis ab electione officiorum non excludendus.

Cani autem sunt &c. Hieronymus, vbi suprà: *Cani autem sunt hominis prudentia*, vel, *Cani hominis, sapientia eius.* Iansenius: *Canities est prudentia hominis.* In idem recidit: sensus clarus, prudentiam, quæ pro sensu hîc accipitur, esse hominis canitiem, non væsaniam, & vitam immaculatam, licèt breuem, esse senectutem, vt mox sequitur.

Num. 9. *Et ætas senectutis vita immaculata.*

COMMENTVM LITTERÆ.

EST veluti conclusio antecedentis versus, qua firmatur, & stabilitur vitam immaculatam esse veram senectutem, honore dignam, & iuuenem sic morientem, senem, & omni honore dignum.

HOMILIA LXXVI.

Senectus venerabilis honore digna, vita immaculata, & senes immaculatè viuentes.

ÆTas senectutis, inquit noster Sapiens, non sunt anni longæui, sed vita immaculata. vnde iuuenis immaculatus, & purus, honestè, & rectè viuens, senectutis honore dignus est; è contrà verò senes turpiter viuentes, non honore, sed dedecore digni, & dum malè viuunt, licèt anni multi, & numerosi, pauci semper dici possunt.

Enimuerò interrogatus Sanctus Patriarcha Iacob à Rege Pharaone, vt suprà retulimus, Gen. 47. num. 7. *Quot sunt dies vitæ tuæ?* respondit: *Dies peregrinationis meæ centum viginti annorum sunt, pauci, & mali.* Cur pauci? nonnè multi, centum & triginta? multi attamen sunt pauci, quia mali, tales enim illos æstimabat Sanctus, licèt essent boni: multi essent, si essent boni, sed pauci, quia sunt mali, quia illi tantùm anni numerandi, quibus aliquis benè, non quibus malè vixit, vnde licèt multi sint anni, pauci sunt, si malè viuitur, & tales senes honore senectutis digni non sunt: at contrà iuuenis multum vixit, si benè vixit, & honor senectutis illi deferendus, qui seni fatuo non debetur. *Non ætatum differentiam*, inquit Sanctus Antonius Abbas Melissæ serm. 17. tom. 5. Biblioth. *bonis vniuersitatis Deus, sed pietatem solam, & rerum diuinarum studium à nobis requirit; quod si hæc in iuuene repererit, multis hunc anteponit senibus: Veni & sede in medio nostri, dixerunt senes Israel Danieli puero.* Daniel. 13. num. 50. *& indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem senectutis.* Quem honorem? illum scilicet, quem senes illi scelesti habebant, diiudicare nempè populum, ab omnibus suscipi, & eorum sententiam in omnibus expectare: hic honor senibus deferebatur illis scelestis ob ætatem, sed quia in sensibus pueri, talis honor eis non debebatur. vnde ab illis eum auferens Deus, puero dedit Danieli, fecitque, vt licèt esset puer, dignus esset senectutis honore: cuius ratio, quia sanctè viuebat, sanctusque erat, vtpotè Spiritu sancto iam antea repletus, vt acutè adnotauit Origen. apud Hieronymum, ex verbo *suscitauit*, quod apposuit Scriptura, dum ait: *Cùmque duceretur ad mortem* (Susanna nempè) *suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris: Ergo*, inquit Origenes, *iam ante spiritus sanctus Danielis animum occupauit, hic verò tantùm excitauit ad heroicum hoc opus aggrediendum.* Hinc quia iustus, etsi iuuenis, meritò senibus prælatus, in officio, ministerioque iudicandi. Quod etiam in sancto obseruandum Abele, qui etsi iunior, Cain tamen in officio ei antepositus prælationis; ait enim Scriptura: *Et factus est Abel pastor ouium, Cain autem agricola.* Gen. 4. nu. 20. Cur prius Abel nominatur, quàm Cain, cùm hic senior? quia de officio agebatur prælationis, non de ordine naturæ, meritòque seniori iunior prælatus, quia Sanctus. Quod acutè adnotauit Ambrosius lib. de Cain, & Abel, cap. 3. *Non est otiosum*, ait, *quod cùm ante generatus sit Cain, vt lectio docet, prælatus sit hoc loco Abel, neque idem sit ordo nominum, qui est ordo naturæ. Quid sibi vult mutatio ordinis, vt priùs iunioris meminerit, vbi scribitur vitæ status, operisque vsus? Officiorum interrogemus distantiam, vt colligamus causam prælationis, operari terram vsu prius est, gratia inferius, quàm oues pascere: hoc enim instar est cuiusdam Doctoris, & Principis, meritoque senior à vetustioribus inchoauit: iunior recentiora prætulit, quæ nullas spinas, nullos tribulos germinarent, nullis sententiæ essent obnoxia, rectè ergo vbi nascuntur hi fratres, seruatur etiam in prædicando ordo naturæ, vbi verò exprimitur disciplina viuendi, seniori iunior antefertur, quia etsi tempore iunior, virtute præstantior*

Gen. 47. 7

1. Anni numerandi, qui.

S. Anton. Abb. Meliss.

2. Iuuenis bonus seni fatuo præponendus.

Dan. 13. 50.

3. Quali honore Daniel factus est dignus etiam puer.

C

Origen.

4. Daniel iam diu ante Sosannæ iudicium Spiritu S. plen.

5. Abel cur nominatus ante Cain.

D

6. Electio Prælatorum facienda nō

hu-

respectu annorum, sed virtutū.

præstantior est. Nil melius: non anni, sed sensus, non cani, sed virtutes numerandæ in officio prælationis. Hinc etsi iuuenis Daniel, meritò senibus prælatus, iustèque honore dignus senectutis.

Nu. 1. 2.

Enimuerò magno non vacat mysterio, dignaque obseruatione id, quod in libro Num. legimus in annumeratione populi Israëlitici, quam Deus Moysi mandauit: nam in totius populi numeratione voluit vt numerarentur soli illi homines, qui essent ætatis viginti annorum, & suprà: *Tolle summam*, præcepit Moysi, cap. 1. num. 2. *filiorum Israel à vigesimo anno, & suprà, omnium virorum fortium ex Israel.* At verò cùm in hac numeratione non intrasset tribus Leui, quando postea cap. 3. num. 15. mandauit illam numerare,

Ib. c. 3. 15.

7. Filij Leui cur ab vno mense numerantur, cæteri verò à viginti annis.

non viginti annorum, sed tantùm vnius mensis requisiuit ætatem. *Numera filios Leui, omnem masculinum ab vno mense, & suprà.* Mirum vt in cæteris viginti requirat annos, in Leuitis autem tantùm mensem: alij non erant numerationis honore digni, neque computabantur inter fortes, nisi viginti annorum ætatis: Leuitæ autem vix nati, numerationis honore repetiebantur digni, & licèt essent ita paruuli, æquiparabantur tamen senibus: *Vnde hoc? numquid hæc possunt esse vacua mysterijs?* inquit Origenes homil. 1. in Numer.

Origen.

Quid enim aliud nobis hæc insinuant, nisi quòd Leuita puer, quia Deo dicatus, Sanctus erat, vnde honore senectutis dignus, & inter viros fortes, robustosque meritò annumerabatur; at cæteri pueri, quia non Sancti, illo ideo honore carebant, & inter viros minimè annumerari debebant: manifestè ex hoc nos docens Deus honorem senectutis virtuti deberi, non ætati. *Docet ergo præsenti lectione Spiritus sanctus*, inquit Origenes, *quòd si transcendero pueriliis ætatis insipientiam, si desiero paruulus esse sensibus, & vir effectus deposuero quæ sunt paruuli: si inquam effectus fuero iuuenis, & talis iuuenis, qui vincam malignum, aptus videbor his, de quibus scriptum est: omnes, qui procedunt in virtute Israel, & dignus diuinis numeris computabor.* Vnde meritò concludit: *Donec autem inest alicui nostrûm puerilis, & lubricus sensus, haberi apud Deum in Sanctis, & consecrato numero non meretur.*

8. Puerilis sensus puerilem reddit ætatem, & si senilē fuerit è contra senilem sensus maturus.

Non ætas ergo faciebat illos, qui non erant Leuitæ, indignos, sed puerilis sensus, puerilis vita, insipiens animus. At in Leuitis, quia totum hoc supponebatur deesse, licet infantes vnius mensis, computabantur inter senes, & honore senum erant digni: nam, vt inquit Chrysostomus: *Neque iuuenem criminare, neque senem laudare, neque enim in ætatis, sed in animi differentia virtus, & vitium consistit.* Et Philo, *Verò senex non ex temporis longinquitate, sed ex laudabiliter perfecta vita spectatur.* Hinc Paulus ad Timoth. 1. cap. 4. num. 12. *Nemo, ait, adolescentiam tuam contemnet.* At quibus medijs hoc efficere debebat, audi: *Exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.* O certè venerabilis adolescentia, quæ sic procedebat, quis contemneret talem iuuenem? quis cum honore eum non susciperet? quis eum non senem iudicaret? prudens in verbis, in conuersatione exemplaris, ardens charitate, fidelis in omnibus, castus supra modùm. Nonnè tibi videntur hæc honore dignissima? Sanctumque Timotheum, qui illa obseruabat, omnibus præferendum? *Si quis iuuenis est*, inquit Sanctus Anton.

Chrysost.

Ad Tim. 1. 4. n. 12.

9. Timotheū adolescentem cur omnes venerabantur.

S. Anton. Abb. Mil.

Abbas Melissæ, vbi suprà serm. 19. *aduersus cupiditates, & perturbationes fortis sit, tantumque ex ipsa iuuentute capiat vtilitatis, vt iunior perturbationibus non seruiat, sed senilem prudentiam in vigenti corpore exerceat, & id erit gratiâ dignum maiori, quàm si Olympijs vicisset coronâ acceptâ.* Coronâ ergo senectutis dignus Timotheus, licèt iuuenis quia exemplaris in vita, exemplaris in verbo, exemplaris in actione: & licèt in annis iuuenis, sensu tamen senex erat, & meritò senibus præferebatur, quia illos gubernando hortabatur, & ad virtutis iter reducebat.

Enimuerò Heli senex erat; & tamen per puerum Samuelem eum corripuit Deus, 1. Reg. 3. Quid profuit Heli senectus sua coram Deo? nihil: plus suscepit Deus pueritiam Samuelis, quàm sacerdotis senectutem, & derelicto sene, vt despicabili, assumpsit iuuenem, quia vita, moresque eius venerabiles. Quod sæpè à Deo factum varijs ex Scriptura petitis exemplis Sanctus confirmat Ignatius epist. ad Magnesianos: *Samuel*, inquit, *adhuc paruus puer Videns est vocatus, ac in Prophetarum numerum coaptatus. Daniel adhuc iuuenis consenes quosdam iudicio damnauit, eosque non seniores, sed perditè libidinosos esse demonstrauit. Hieremias cùm iuuentutis causâ eam, quam Deus illi tradebat Prophetandi prouinciam recusaret, à Deo illa audit; Te iuniorem esse ne dicito, ad quoscumque te misero, proficiscêris. Salomon autem ille sapiens, cùm duodecim haberet annos, magnam quæstionem de ignoratione mulierum non agnoscentium suos liberos, diiudicauit. Dauid Propheta simul & Rex, adolescentulus adhuc à Samuele ad futurum regnum vngitur.* Hæc Ignatius. Ex quibus liquidò constat senectutem, non in annis, non in canitie, sed in sensu consistere, & vita.

1. Reg. 3.

10. Samuël puer Heli sene dignior.

S. Ignat.

11. Exempla Scripturæ adolescentium à Deo senibus prælatorū.

Ad hoc addenda meriti ratio, fundamentumque; non enim nos nisi per voluntaria meremur, aut demeremur; vnde voluntaria; honore, si bona, vituperio, si mala sint, digna: *Passio*, inquit Aristoteles Ethicorum lib. 2. *non est vitium, neque virtus, quia secundùm eam nec laudamur, nec vituperamur.* Laudamur enim ab his, quæ in nostra potestate sita sunt, & quæ nostrum est mala facere, aut bona: nam, per quæ in nostra non sunt potestate, nec laudamur, nec vituperamur. Hoc ergo cùm ita sit, quis dicet, quòd senex sola senectute absque virtute sit laudabilis, aut suspicabilis, cùm senectus non sit quid liberum, sed quid naturale? *Ætas corporis*, inquit Augustinus tra. 3. num. 1. Canonic. Ioan. *non est in voluntate; ita nullus secundùm carnem crescit, quando vult; sicut nullus quando vult, nascitur.* Cùm ergo senectus sit opus naturale, si secum nihil habet adiunctum, quomodo erit venerabilis? Pulchrè Basilius homilia prima de ieiunio ait: *Senilis animi habitus, & matura prudentia re verà præstantior, vel capillorum canitie, quæ in omnibus ætate prouectis reperitur.* Ergo quod senectutem venerabilem facit, opus virtutis est, quod cum illa supponitur esse coniunctum, & quia tale opus vt plurimùm est cum senibus, non autem in adolescentibus, ideo vt plurimum senecta honore digna dicitur. Egregiè siquidem ponderauit Philo, vt plurimum senibus gubernationem deferendam, non quia cani, sed quia rerum contemplatione prædiri, cùm iuuentuti non contemplatio, sed actio debeatur, non ita

Aristot.

12. Passio non est vitius, neque vitium.

August.

15. Senectus esse cur nō venerabilis si sola reperitur.

Basilius.

Philo.

14. Senibus cur gubernatio deferenda.

regimini apta, sicut contemplatiò : *Iuuenili vita*, ait, *quæ in rerum actione versatur, senilis succedit præstantissima, & sacratissima, eaque in rerum gubernatione cernitur, cui quasi gubernatori à se misso Deus gubernacula tradit, tanquam idoneo, qui possit terrena gubernacula tenere; nam sine contemplatione, & scientia nihil in rebus agendis honestum est.* Optimè dictum. Ideo senes eliguntur, quia perfecti in actione, & in contemplatione supponuntur, & simul cum canitie opus habentes virtutis : at si tale opus bonum, subiectum mutabit annorum, & sicut solet esse in senectute, sic in iuuentute, hæc ætas equidem subiectum erit honoris, hæc senectutis ætas : sicut è contrario non erit senex, qui malè viuit, & etiamsi natu maior, non maior dicendus sed minor, non aliis præferendus, sed postponendus.

15.
Contemplatio & scientia, ad gubernandum necessaria.

A B

16.
Cham cur iunior dictus & minor, cum non esset vltimus.
Gen. 9. 24.
Ambros.

Hoc obseruandum in nomenclatura, qua Scriptura Sancta Cham nominat secundum filium Noë, iuniorem enim eum appellat, & minorem : *Cum didicisset Noë, quæ fecerat filius suus minor.* Septuaginta : *Iunior.* Gen. 9. num. 24. Quomodò minor, si erat secundus ? quomodo iunior, si centum habebat annos ? Pulchrè Ambrosius lib. de Noë, & Arca, cap. 31. respondet, iuniorem non ætate, non tempore, sed sensu, sed moribus, *Hunc iuniorem Cham constituit Scriptura*, inquit, *numquid ante ipsa in ordine narrationis errauit ? non vtique, quid ergo ? quomodo igitur soluitur ? nisi iuniorem, non ætate, non tempore accipias, sed rudem sensu, & in quadam intellectus infantia cõstitutam, qui prouectioris doctrinam ætatis non hauserit, nec percepit simile consilium.* Optimè. Antiquior erat, sed quia pueriliter viuebat, iunior dicitur, & senectutis honorem amittens, ipsa ad Iaphetum migrauit fratrem suum minorem, qui licèt minor, tamen quia bonus & virtute ornatus, ideo illi præfectus, & honore dignus habitus senectutis : *Verè senectus illa venerabilis*, ait Ambrosius lib. 3. epist. 21. ad Ariscium, *quæ non canis, sed meritis albescit.* Et Tullius de Senectute, *Non cani, non rugæ, repentè authoritatem afferre possunt, sed honestè acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos.* Quibus omnibus constat venerabilem canitiem illam esse, quæ sanctitati coniuncta est, & simul quàm verum sit, quod noster Sapiens ait, senectutem venerabilem esse, vbi sapientia, vbi prudentia viget, vbi sanctitas vitæ elucet; vnde ait : *Senectus enim* &c.

Idem.
17.
Senectus venerabilis, quæ.
Tull.

Num. 10. *Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PErgit Sapiens per hunc, & aliquos sequentes probare versus, iustum; licèt præmaturè videatur mori, non ante tempus obire, neque immaturè, immò singulari Dei beneficio hoc illi prouenire, rationibus, quas ipse adducit infrà, vti videbimus.

Castro.
1.
Signum Dei amoris eb hac vita alienum transferre.

Placet summoperè disputatio Castri, qua hanc sententiam dicit sic esse distinguendam : *Placens Deo factus dilectus*, id est, qui fuit Deo acceptus, A dilectus est ab eo, cuius amoris signum transferre eum à peccatoribus: optimè, sensusque est germanus.

Ambros.
Jansen.
Eccl. 44.
Ad Heb. 11 5.
2.
Sapiens hic non locutus de Enoch.

Ambrosius in Psalm. 4. num. 5. & 2. de Apolog. Dauid cap. 4. & orat 1. de obitu Satyri fratris, quem Iansenius sequitur hîc, & in cap. 44. &c. putat Sapientem loqui hîc de Enoch, qui translatus fuit, & de quo similis est loquutio apud Ecclesiastic. cap. 44. & apud Hebr. 11. num. 5. Cæteri omnes expositores affirmant, Sapientem generaliter hîc loquutum esse, & propositionem generalem confirmari exemplo Enoch. Non displicet, licèt, me iudice, generaliter loquitur nihil respiciens ad Enoch, moueor, quia si aliquo exemplo propositionem generalem confirmare voluisset, certè personam nominasset; deinde Enoch, vt benè inquit B Castro, qui huius nostræ est opinionis, translatus fuit, ne videret mortem : at Sapiens loquitur de iustis, qui moriuntur : plura congerit Lorinus ad probandam hac sententiam, vide apud ipsum.

HOMILIA LXXVII.

Magnum Dei amoris signum separare aliquem à mundo per Religionis ingressum.

P*Lacens Deo*, inquit noster Sapiens, *dilectus ab eo* : signum autem huius dilectionis separatio dilecti à peccatoribus, dum inter illos viuebat: hæc autem separatio tribus contingere potest modis, aut per mortem, aut per Religionis ingressum, aut per separationem à tumultu, ad solitudi- C nis quietem : de prima num. 7. disseruimus: de secunda dicemus hîc : de tertia verò homilia sequenti.

1.
Sæculum clibanus incensus.
Ambros.
2.
Sensus nostri in sæculo ruinarum causæ.

Magnum ergo Dei amoris signum auocare aliquem à sæculo ad Religionem. Quid est sæculum, nisi fornax, & clibanus omnium malorum incensus, in quo existens homo, difficile (ne dicam impossibile) fit, vt eius euadat exustiones. *Quis*, inquit Ambrosius, lib. de fuga sæculi cap. 1. *inter tantas illecebras huius sæculi tutum, atque intemeratum potest seruare vestigium ? respexit oculus, & sensum mentis auertit, audiuit auris, & intentionem inflexit, exhalauit odor, & cogitationem impediuit, os libauit, & crimen retulit, tactus contigit, & ignem adoleuit.* Nil melius. Sensu viuimus, sine sensu viuere impossibile, quot sensus habemus, tot peccandi occasiones, meliùs dicam, tot peccandi potentiæ reducen- D dæ ad actum, si materiam habent, si sint inter occasiones : qui in mundo stat, inter occasiones viuit, peccatorumque materiam. Quis sic suas refrænabit potentias, vt numquam ad actum perueniat peccati, inter peccati viuendo occasiones? Hinc fit, vt operationes sensus tui dũ in sæculo es, nisi cõtinuè Dei accedat gratia, sẽper tibi sint, aut peccata, aut peccati occasiones: & sic, vt inquit Amb. *Respexit oculus, & sensum mentis auertit, audiuit auris,* &c. Vnde meritò hæc prospiciens ipse Sanctus, cõcludit in fine : *Qui saluus esse vult, supra mundum ascendat, quærat verbum apud Deum, fugiat hunc mũdũ, terras relinquat, non enim potest percipere illud, quod est, & sẽper est, nisi priùs hîc fugerit.* Quòd cũ ita sit, quid quæso aliud est ad Religionem quempiam Deum aduocare, & à mundo eum separare,

Idem.
3.
Religionis ingressus quantum Dei munus.

nisi in tuto hîc eum ponere, & certissimam arrham
eius salutis illi præbere: vbi certè, non sicut in
mundo, sed è contrario potentiæ eius non viuant
inter materiam, & peccati occasiones, sed inter
virtutum, sanctorumque actuum operationes.
Vnde meritò dicere possumus, quòd si in Religio-
ne respexit oculus, mentis sensum reuocauit, si au-
ria audiuit, intentionem sanctam auxit; si odor ex-
halauit, cogitationem bonam acuit, si os libauit, a-
nimam refecit, & tandem si tactus contigit, non
ignem putridum, sed sanctum adolenit, dum tan-
4. gendo sacra, sacratum, sanctumque se exhibet qui-
Religionis fructus. libet Religiosus in Religione existens. Vnde meri-
Bernar. tò hoc considerans Bernardus, homilia super *Simi-*
le est regnum cælorum homini negotiatori, excla-
mansait: *Nonnè hæc est Religio sancta, & pura, &*
immaculata, in qua homo viuit puriùs, cadit ra-
riùs, surgit velociùs, incedit cautiùs, irroratur fre-
quentiùs, quiescit securiùs, moritur fiduciùs, purga-
tur citiùs, præmiatur copiosiùs.

5. Hinc ex dictis non solum Religionis elucent e-
Religiosi status necessitas. molumenta, sed necessitas, vt sic dicam, ad secu-
riùs salutem acquirendam, cùm inter peccatores
quia degens, difficulter illam acquiret. Quod per-
spiciens ille summus gubernator ad salutem ali-
quem aduocans, quasi inter peccatores illam præ-
6. bere impotens esset, primum, quem mouet lapi-
Deus Abraham volens saluum facere à peccatoribus segregauit. dem, est eum ab illis eruere, longèque ab eis ipsum
separare. Enimuerò volens saluum facere Abra-
ham, primùm fuit à peccatoribus illum segregare,
& inter peccandi occasiones illum eripere: inter
parentes enim existebat idololatras, sic Iosuè c.
Jos. 24. 1. 24. num. 1. *Trans flumen habitauerunt*, inquit,
Patres vestri initio Thare Pater Abraham, &
Nachor, seruieruntque diis alienis. Vide Magalla-
Magall. nes in hunc locum. Poterat quidem Deus inter il-
los sanctum efficere Abraham, poterat qui Omni-
potens est: attamen quia naturæ, rerumque lordi-
ni numquam vim infert, sciens non solùm difficul-
tatem, sed quasi impossibilitatem virtutis acqui-
rendæ, si inter suos staret, si in terra natiuitatis, si in-
ter impios & peccatores: cupiens illum saluum
facere, quasi impotens esset ipse omnipotentissi-
mus, ab illis eum euocauit. Hinc necessitas Reli-
giosi elucet status, quis enim audebit affirmare
potentem se esse ad salutem acquirendam æternam
inter peccatores viuens, cùm ipsemet Deus Om-
nipotentissimus, vt sic dicam, & secundùm mo-
dum nostrum intelligendi, diffidat quodammodò
sanctum efficere Abraham, nisi priùs ille à suis pes-
simis, & à terra diuertisset idololatra? *Infirmi qui-*
que, inquit Hieronymus lib. 2. in cap. 2. Prou. tom.
Hieron. 8. *societatem debent declinare malorum, ne mala,*
7. Societas peccatorũ fugienda. *quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent,*
delectentur imitari. Vnde sicut maximum præde-
stinationis Abrahæ fuit signum segregatio à pec-
8. catoribus, sic maximum, tunc quando Deus ho-
Prædestinationis signum aduocatio ad religionẽ. minem à sæculo aduocat ad Religionem: nam, vt
inquit Bernardus in lib. de vita solitaria: *à cella in*
cælum sæpe ascenditur: vix aut vnquàm à cella in
infernum descenditur.

4. Reg. 2. 11. Tollens Deus per turbinem Heliam ad cœlum,
dum in alta sustolleretur, notandum quòd protì-
9. nus pallium eius cecidit, & ipse non solum à cæ-
Helias antequam ad cœlum ascenderet cur pallium reliquit, & teris auulsus discipulis, sed ab ipsomet Elisæo, 4.
Reg. 2. num. 11. *Cùmque pergerent, & incedën-*
tes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi
ignei diuiserunt vtrumque. Cur hæc quæso om-
nia? nisi quia, vt inquit Hieronymus ad Iulian.

A *Cum pallio ad cœlum festinans ire non potuit E-* ab Helisæo primum est segregatus
lias? Necessarium ergo fuit, vt pallium desere-
ret, vt sua, suosque, dum ad cœlum aduocabatur.
Sic equidem nullum maius signum, quòd ad cæ-
lum aduocamur, quàm dum nostra, nostrosque
deserimus, amicos, parentes, cognatos, tunc in
alta sustollemus, terramque relinquentes ipsa æ-
thera penetrabimus. Ex quo fit, vt nullum Dei 10.
maius amoris sit erga hominem aliquem signum, Religiosis angelicam Deus præstat vitam.
quàm ad Religionem aduocatio, dum per id o-
stendit ad cœlum eum destinare, paremque An-
gelis eum effecturum, immò & Angelicam ad-
huc in terris degenti vitam præstare, vt sensatè
dixit Bernardus ad fratres de Monte Dei, dum Bernar.
ait: *Altissima est professio vestra, cælos tran-*
sit, par Angelis est, Angelicæ similis purita-
ti. Et infrà: *Quo nomine digniùs vos appellem*
nescio, homines cœlestes, an Angelos terrestres de-
B *gentes in terris, sed conuersationem habentes in*
cælis?

Et licèt ipsa videatur Religio carcer quidam
valdè amarus, in quo Religiosi inclusi vitam pœni-
tentem ducunt, sensibusque valde amaram; tamen
hæc ipsa carceris inclusio, hæc ipsa tormenta car-
nis magnum sunt Dei amoris indicium: nam si 11.
in carcere, sunt tamen in tuto, & ideo illos Deus Religio
in illo clausit, quia segregare à peccatoribus, & certam
eos in securo, tutoque reponere libuit, ipsos ab quodammodo facit
omnibus liberans peccandi occasionibus, & vt saluationẽ.
certam saluationem eorum faceret, in portu quo-
dammodo eos inclusit: *Domus lactus Monaste-*
ria sunt, inquit Chrysostomus lib. 1. contra mur- Chrysost.
muratores vitæ Monasticæ: *vbi cinis, atque ci-*
licium, vbi solitudo, vbi risus nullus, nullus sæ-
cularium negotiorum strepitus, vbi ieiunia, vbi
terrenorum duritia lectulorum, vbi nullus nido-
C *ribus locus: at tranquillo in portu nauigant, ac*
veluti luminaria sunt, sublimi de loco nauigan-
tibus fulgore suo, iter arripientes in littore placido
sedeat. Nil melius. Vbi expendo verbum illud *na-*
uigant, non enim dixit, quiescunt, sed *nauigant*, 12.
at non in mari, sed in portu, omnes equidem Religiosi nauigant, sed in portu.
quandiu hîc sumus, nauigamus futuram inqui-
rentes patriam ad futuras anhelantes sedes, super-
num attingere littus gestientes: at aliqui per mare
magnum, spaciosumque, fluctibus, ventis, tempe-
statibus plenum, per hoc quidem sæculum, per
quod, etsi aliquando ad summa peruenitur, sæpè
tamen naufragatur: at alij, vti Religiosi, nauigant,
sed in portu, Diuina vndiquè custodia scepti, vbi, vt
inquit idem Chrysostomus, ibidem, *Alta quies* 13.
est, quasi inter homines Angeli Dei. Ob hoc eos Religio carcer, sed
Deus ibi tenet, vt quasi in securo sint, etsi in carce- salutis.
re, quod equidem magnum amoris signum. Tale
illud, quod erga sanctissimum præstitit Deus pue-
D rum Iosephum, dum in carcere eum intrusit: *Mu-*
lier quippè molesta erat illi, inquit Scriptura, *per*
singulos dies, accidit, vt non solùm illi molesta esset
verbis, sed operibus, sed vi, sed violentia, apprehen-
dens eum, & vim inferens. Quæso si illa non fuis-
set irata, si Iosephum non misisset in carcerem, si
liber sanctus extitisset iuuenis, sicut priùs, si in-
ter illum perseuerasset ignem, nonnè aliquan- Ambros.
do exustus? nonnè peccare possibile? immò fa- 14.
cilè futurum: ob hoc præseruans illum Deus, Ioseph pro
permisit in carcerem eum detrudi, lubens ille castitate
totum sustinens, vt vna salua fieret castitas, vt in- seruanda
quit Ambrosius, dum ait: *Pro castitate subibat* libentissimè carcerẽ
hoc carceris, mortisque martyrium. Quomodò pro sustinebat.

castitate? iam occasio præterierat, iam Domina A
non amplius amans, iam securus foras exire pote-
rat, non equidem pro castitate carcerem libenter
sustinebat, quia ibi securum se prospiciebat, ibi se
tutum æstimabat, ob hoc ibi non tantùm ejus do-
minus iratus, quantùm Deus eum inclusit beni-
gnus: hoc ni fallor insinuāt verba illa Scripturæ:
*His auditis Dominus tradidit Joseph in carce-
rem, vbi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi
clausus*, ad quid *erat ibi clausus*? nonnè sufficie-

15.
Deus Iosephum tenebat in carcere, & cur.

bat dicere tradidisse eum in carcerem? non equi-
dem, nam cùm talis carcer non tantùm à Ioseph
domino, quantùm à Deo ipso esset custodiente:
dominus quidem misit in carcerem, sed Deus ibi
clausum, hoc est, custoditum Iosephum tenebat, in
tuto eum reponēs, quia dilectus, quia amatus, quia
prædestinatus. Sic equidem amat Deus illum, &
dilectam sibi habet animam illam, quam segre-
gans à mundo, in carcere includit Religionis, si-
gnum amoris est; quis enim scit quomodò victu- B
ra in mundo? quot peccata commissura? quot ini-
quitates? quot delicta? præuenit enim omnia Deus
amans, & in dulcissimo eam detrusit carcere, ob
bonum, ob salutem, ob saluationem illius, suum
enim est emolumentum, non Dei.

Egredere namque, dixit Dominus Abrahæ, *de ter-
ra tua*, Gen. 12. 1. quod non sine mysterio Hebræi

Gen. 12. 1.
16.
Religionis ingressus hominis est emolumentum non Dei.
Hieron.

legunt, *vade tibi*, seu *secede tibi de terra tua*. Hoc est
egredere ob bonum tuum, ob emolumentum tuū,
ob profectum tuum, non enim meum quæro, sed
tuum, non enim me quæro, sed te: sic, si vis profice-
re, si vis magna acquirere, egredere, non enim po-
teris magnus effici, nisi egrediaris. *Abraham re-
liquit Chaldaam*, inquit Hieronymus epist. 28. ad
Lucianum, *reliquit Mesopotamiam, non enim ar- C
bitratus est simul se habere posse, & patriam, & Do-
minam.* Sic equidem egredimur de mundo, Reli-
gionem ingredimur, omnia relinquimus, nudi cō-
stituimur: hoc totum ad nostrum profectum est, &
nobis egredimur, nobis à mundo eximus, ob no-
stram magnitudinem Deus illud effecit, vt sanctos,

17.
Religio quos sanctos vocat.

vt magnos nos constituat. Dixi sanctos nos consti-
tuat, non quomodolibet, sed verè sanctos, non ad
instar eorum, quos mundus sanctos vocat, sed quos
perfecta religio, quæ eos tantùm hoc inaurat no-
mine, qui verè sancti, perfectique sunt. Quod bo-
num, quodue Religionis emolumentum acutè ad-
notauit Diuus Bernardus serm. 4. in Psal. *Qui habi-
tat*, hoc admirans lucrum, quod homines ex Re-
ligioso reportant statu. *Thesaurum*, inquit, *regni
cælorum, quem inuenit homo, abscondit, propter quod* D
etiam corporaliter in claustris, & in sylvis abscon-

28.
Status religiosus quantum se à sæculari eleuet.

dimur, (notanda verba) *& si scire valtis quantum in
hac absconsione lucramur, credo nullum hic esse, qui
si quartam partem eorum, qua facit in sæculo, acti-
taret, non adoraretur vt Sanctus, reputaretur vt*

19.
Religionis lucrum nō reputari sanctus antequam quisque sit.

*Angelus, nunc autem quotidiè tanquam negligent
arguitur, & increpatur, parùm hoc lucrum dicatis,
quod non reputamini Sancti, antequam sitis.* Digna
Bernardi sententia, ex qua ipsa Religionis perfe-
ctio summoperè elucet, & quantùm à sæculari ipse
se Religiosus eleuat statu, dum quos sanctos mun-
dus diceret, sanctosque prædicaret, vitam, actio-
nesque admirans, Religio, vt negligentes, arguit,
& increpat, non equidem aliundè, nisi quia perfe-
ctionis alta, sublimiaque tenens, *omnia vti spiri-
tualis*, iam omninò effecta, *diiudicans*, summam
mundi perfectionem, imperfectionem ducit. Ad
illam ergo Deus aduocans aliquem, vt in ea san-
ctum constituat, nonnè dum sanctus euadit, ma-
gnum, indicibileque fuit amoris signum, talem
perfectionem ei parans, talemque statum?

Enimuerò etsi prudentia illud non diceret hu- 20.
mana, magnum Dei amoris signum erga san-

Iacob quantum à Deo dilectus.

ctissimum extitit Patriarcham Iacob, quando è
domo illum eduxit paterna: vt enim durissimam
fratris iram fugeret, necesse illi fuit è domo egre-
di, derelinquere suos, ad peregrina proficisci, &
apud peregrina cum Rachele coniungi. Quis tunc
post benedictionem patris videns Iacob è domo
exulem, à terra, à matre, ab amicis, credidisset
hunc amplius, immò vnicè dilectum, Esau au-
tem in domo, apud patrem, in propria manens
terra, interque amicos, reprobatus, & odio ha-
bitus? nullus certè, sed verè ille fuit dilectus, qui
è domo discessit, qui sua reliquit, qui solus, & nu-
dus cum baculo tantùm Iordanem transiuit, & si-
gnum Dei amoris, & dilectionis fuit eripere eum
à suis, dum suum efficere illum cupiens totum,
quantus quantus erat, ad se attrahere gestiuit: A- 21.
mor enim socium non patitur, vt alibi diximus,

Bona quæ Iacobo euenerūt ob domus propriæ derelictionem.
Hieron.

si amor est verus: minus equidem diligit, qui to-
tum non absorbet. Sic Deus, quia valdè Iacob
diligebat, totum eum cupiebat; vnde nec patri,
nec matri aliquid illius permittebat, & ideo à
domo propria abstulit, à paterna cura, ab amico-
rum solatio; at quanta bona, quàm magna, quàm
mira, ex hac profectione Iacobo euenerunt, quis
ea enarraret? attingam aliqua. Vix egressus ac vi-
dit scalam, quam Diuus Hieronymus epist. ad Fu-
riam de seruanda viduitate, ad Religionem ac-
commodat: vix patrem deseruit, & eum Deus
concupiuit: *Grande præmium*, inquit Hieronym.
vbi suprà super illa verba Psalmi 44. *Audi filia,
& vide &c. parentis obliti, concupiscet Rex deco-
rem tuum, quia audisti, quia vidisti, quia inclina-
sti aurem tuam, & populi tui, domusque patris tui
oblita es, idcirco concupiscet Rex decorem tuum, &
dicet tibi, tota pulchra es.* Quid pulchrius anima,
quæ Dei filia appellatur? hominem patrem dere-
liquit Iacob, inuenit Deum, qui statim ac egressus
pronunciat ei: *Ego sum Dominus Deus Abraha
patris tui, & Deus Isaac.* Ad quid talis nomen- 22.
clatura, nisi ad sublimem, ad quem ascenderat Ia-

Religioso dignus in terris pater non inuenitur.

cob, ex profectione gradum demonstrandum? in-
dignus enim in terris quilibet, etsi altus, paterni-
tate eius reperitur, qui omnia pro Deo reliquit; è
cœlo aduocanda est paternitas, ob idque horum
pater Deus se vocari non dedignatur. Quod dixit
Paulus ad Hebræos 11. num. 16. dum ait: *Ideo non* *Ad Heb. 11. 16.*
confunditur Deus vocari Deus eorum, hoc est A-
braham, Isaac, & Iacob: *Parauit enim illis ciuita-* 23.
tem. Mira ratio, quid enim facit parare ciuitatem,

Deus est illis pater.

vt non confundatur Deus eorum dici Patrem?
multum equidem, parauit ciuitatem, quia suam
dereliquerunt, parauit cœlestem, quia terre-
nam deseruerunt, impares iam terrenarum mer-
cede rerum, inde non amplius terrena, sed cœle-
stia paranda. Sic similiter, qui Patrem reliquerunt
terrenum, & ad religionem auolarunt, ideo eorum
Deus dici non confunditur maiestas illa diuina:
nam sic ex tali sublimantur derelictione, vt im-
par iam sit omnis paternitas in terra, è cœlis euo-
canda, ipsamet Dei paternitate iam digni, vtpotè
viri inferioribus vllis æquandi: quod grauiter *Chrysost.*
expendit hîc Chrysost. *Qui mundi*, inquit, *vocatur* 24.
Deus, non erubescit trium vocari Deus, & meritò,

Mundus sanctis indignus.

quia non solùm mundo æquales, sed mille tali non

æquiparantur meritorum memoria Sanctorum. Quibus congruit, quod Paulus antea de illis errantibus dixerat: *In solitudinibus errantes, quibus dignus non erat mundus.* hoc est, vt eos caperet, sustineretque, altiùs se illo sancti isti erigentes, ob hoc peregrinantes semper in illo, futuram, nouamque patriam, animisque illorum patrem inquirentes: dignos iam cœlo, vt inquit idem Sanctus de Monachis sui temporis: *Si quis, ait, eos loquentes audijt, cognoscet illicò dignos cælorum.* En primus fructus profectionis Iacobi, ad cuius instar cuiusque est Religiosi, patrem terrenum deserunt, cælestis fiunt digni, *grande præmium*, vt inquit Hieronymus, *parentis obliti.*

Expende alterum: *Terram, in qua dormis tibi dabo.* Vnam reliquit domum, & statim fit dominus totius terræ, in qua domus illa sita erat: Bethel enim erat in terra Chanaam, quæ postea in possessionem data filijs est Israël:

25. Fructus mundi cōtemptus.

quàm magnum accepit pro modico derelicto: fructus equidem est bonorum huius vitæ contemptus; tunc omnia possidebimus quando omnia derelinquemus, *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes*, inquit Paul. 1. ad Corinth. 6. num. 10. (1. ad Cor. 6. 10.) Pulchrè adnotauit Anselmus, (Anselm.) non dixisse Apostolum, *& tanquam omnia possidentes, quia ad speciem solam apparēt pauperes, re autem verà omnia possident.*

26. Religiosi verè diuites, & cur.

Qui adhæret Domino, inquit idem Apostolus 1 ad Corint. 6. 17. (Ibi. 17.) *vnus cum eo spiritus est.* Si vnus spiritus, cur non vnus cum eo Dominus? Vnde benè Chrysostomus (Chrysost.) hom. 25. in ep. ad Hebræos: *Solue te ipsum*, inquit, *primo seruiente, & tunc accipe, ne scilicet, sicut seruus accipias, sed sicut dominus.*

27. Veri domini mundi.

Pulchrè: nam ille verè temporalium erit dominus rerum, qui eas contempserit, cui *vnica Deus portio.* Vnde grauiter dixit Ambrosius in Psal. 118. & 57. (Ambros.) *Cui portio Deus est*, inquit, *totius natura possessor est*, effectus cum Domino dominus.

28. Immo totius naturæ.

Quod probat exemplo Diui Petri Actor. 3. num. 3. qui cùm argentum non haberet, suprà naturam sanitatem impertiuit: *Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.* (Act. 3. n. 3.) Quid illud erat? quale? quantum? attende: *In nomine Iesu Christi surge, & ambula.*

29. Petrus naturæ dominus.

Imperium supra naturam, suprà ipsas vires humanas, dominus cum Domino factus, quia pauper cum illo: *Ecce Petrus*, ait Ambros. *ub Christi nomine quasi vnus Christus, ac adeo omnium dominus factus est, qui natura damna reparabat, quomodo poterat natura damna sentire?* Egregiè, quid à natura pauper timebit, si damna reparat naturæ?

30. Religiosus paupertatē, & damna naturæ non timet.

vnde illi inopia, si inopiæ prouidit? vnde fames, si famē expellere potest? vnde infirmitas, si sanitatem confert? nihil equidem videtur habere, sed omnia verè possidet: *Si possibile esset*, inquit Paul. ad Gal. 4. n. 15. *oculos vestros eruissetis, ac dedissetis mihi.*

31. Est dominus cordiū & vitæ aliorum.

En quā diues pauper, non solùm aliorum fit dominus rei, substantiæque, ita vt verè Chrysostomus dixerit: *Agrum pauperis esse crumenam diuitis.* sed oculorum, sed aliorum vitæ. En Iacob pauper solus nil præter baculum in manibus habet, at illicò audit: *terram, in qua dormis*, quam nunc despicis, quam nunc lubens deseris, *tibi dabo*; nunc dominus eius eris, quia nunc eam despexisti. Quid? non sic religiosi, nil quasi derelinquunt, & infinita possident,

32. Moyses fugiendo potentiam potentissimus est factus.

& fugiendo mundum, mundi fiunt domini: quibus & illud Ambrosij in Ps. 118. de Moyse satis conuenit: *Moyses fugiendo potentiam*, inquit, *potentior factus est, factus est enim in Deum Pharaonis.* Egregiè: ad Deitatem peruenit fugiendo potentiam; immò, pace Ambrosij non solùm potentiam fugiendo, sed Pharaonis fastum, impetum, principatum, negans se filium esse filiæ Pharaonis.

33. Religiosi in terris Dij.

Sic Religiosi in terris dij quodammodò efficiuntur, quia omnia simul reliquerunt, qui fastum, mundum, potentiam, vt cum Ambrosio loquar, fugerunt.

Quid singula de Iacob persequar? in immensum cresceret discursus, perstringam breuiter. Egreditur solus, & statim se vidit patrem multitudinis: *Eritque semen tuum quasi puluis terra.* Egreditur fugiens mortem, ac veluti esset maledictus, & promittitur illi talis benedictio, vt non solum ipse, filij, suaque tantùm eius, sed quòd per eum, omnes etiam benedicendæ essent tribus terræ: *Et benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terra.* Quid amplius? Egreditur timens, & pauidus, egreditur solus, & inermis, & recipit non hominem, non Angelum, sed ipsum Deum vitæ suæ custodem, ita vt numquam eum sit dimissurus: *Ero custos tuus quocumque perrexeris, nec dimittam te, nisi complenero vniuersa, quæ dixi.* En quanta pro vna tantùm egressione. Numquid non verè Deus dilexit Iacob, quando è sua cum auocauit domo? extorremque eum à patrio fecit solo? à parentibus? ab amicis?

34. Religionis fructus.

Magnum equidem (non est ambigendum) illud fuit amoris, dilectionisque signum: nec minùs illud, quando aliquem ad religionem hodie aduocat, egreditur enim à paterna, recipitur in Dei domum: egreditur solus; promittitur illi ingens fructus animarum: egreditur timens mundum, Diabolumque, ac statim recipitur sub Dei protectione, statim illi Deus fit Deus suus, protector suus, &, vt Abrahamo dixit *merces sua magna nimis.* En quanta bona ex translatione hominis à sæculo, en quantus Dei amor, en quantùm eum Deus diligit, quando ad Religionem aduocat, segregans eum à peccatoribus, vnde verè cum Sapiente dicere possumus, hoc Deum effecisse, quia, *Placens ipsi erat anima eius.* &c.

HOMILIA LXXVIII.

Magnum Dei amoris signum separare hominem à tumultu per solitudinis quietem.

AMat Deus, vti diximus, quando hominem à sæculo auocat ad Religionem, sed non minus quando non solùm ad Religionem, sed ad solitudinem eum ducit.

1. Deus lac nō nisi in solitudine tribuit.

Quid enim dixi, non minus? dixerim magis, immò multùm, & ideo ad solitudinem ducit: lacte enim suæ dulcedinis vult illum reficere, ideo ad solitudinem illum attrahit: *Ecce ego lactabo eam*, inquit per Oseam c. 2. n. 14. *& ducam eam in solitudinem.* Non certè lac ei daret, nisi priùs ad solitudinem eam duxisset, (Ex. 3. 2.)

2. Deus Moysi non apparuit nisi in interiora deserti.

sicut non priùs se Moysi voluit ostendere, quàm minasset gregem ad interiora deserti. Ex. 3. n. 2. *Cùmque minasset gregem ad interiora deserti, apparuit ei Dominus in flamma ignis, de medio rubi.* Et ideo apparuit, quia, vt inquit Paulus Apostolus ad Hebræus 1. 25. (Ad Heb. 1. 25.) *Reliquit temporalis peccati iucunditatem.* Quam iucunditatem temporalis peccati Theodoretus (Theodor.) in cap. 11. huius epistolæ, intelligit ciuitatem.

3. Peccati iucunditas ciuitatum tumultus.

Dereliquit ergò ciuitatem, quid mirum si apparuit illi Dominus? Immò egredientibus filijs Israël ab Ægypto, vt Deum ipsū aspicerent, ad desertum se conuertere necesse fuit.

Exo. 16. 10.

Exod. 16. num. 10. *Cùmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel respexerunt ad solitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube.*

Chrysost.

Vnde rectè Chrysostomus homil. 6. de incomprehensibili Dei natura super illa verba: *Factum est verbum Domini ad Ezechielem secùs fluuium Chobar.* sic ait:

4. Deus cum homine locuturus id non agit nisi in solitudine.

Quoties enim Deus nonnihil explicaturus suis famulis est, extra vrbem, tumultumque hominum ducit, & loco tranquillo constituit, quo nullis rebus, quæ sese aut oculis, aut auribus offerant, interpelletur, sed liber omninò, & ociosus vacet eorum, quæ ipsis diuinitus aperiantur, contemplationi.

Immò numquam Deus sacrificium à filiis accipere voluit Israël nisi priùs de Ægypto exiissent in desertum.

Exo. 5. 1.

5. Pharao in deserto filiis Israël sacrificare numquam permisit.

Sic Moyses Pharaoni Exod. 5. num. 1. *Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudine, & sacrificemus Deo nostro.* Quod numquam permittere Pharaoni libuit, immò licèt molestiis victus permisisset illis sacrificari, tamen in deserto numquam, Exod. 16. num. 25. *Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac.* at verò in deserto minimè.

6. Diabolus abhorret in solitudine sacrificiũ

Sic Diabolus primum quod vult est, vt non sacrificemus, sed quando hoc videt impossibile, vt non in deserto, non in solitudine, non in silentio & quiete, sed in ciuitatibus, in tumultibus, in medio turbarum: scit enim, quàm maculatum offertur Deo tale sacrificium, quàmque impossibile, vt in medio ciuitatum tumultu Deus reperiatur, quia, vt inquit Gregorius lib. 18. Moralium cap. 28.

Greg.

7. Quis plene Deum recipit.

Nullus sapientiam, quæ Deus est, plenè recipit, nisi qui ab omni se carnalium cogitationum fluctuatione retrahit. Quod quàm difficile, ne dicam impossibile, in hominum, ciuitatumque frequentia, nullus est qui ignoret.

Parate viam Domini, inquit Isaias, cap. 4. num. 3. *rectas facite semitas eius.* At vbi? *In solitudine,*

Isa. 9. 3.

8. Viæ Domini rectæ non nisi in solitudine.

quasi sit impossibile, vt rectum faciamus in turbis, decipitur, qui aliter putat, licèt pericula non videat, licèt difficultates non sentiat. *Nolite credere,* inquit Hieronymus ad Heliada, ep. 1. tom. 1. persuadens illi eremi, & solitudinis vitam.

Hierony.

9. Securitas non nisi in solitudine.

nolite esse securi in mundi vita, licèt in modum stagni fusum æquor assideat: magnus hic campus montes habet, intus clausum est periculum, intus est hostis, tranquillitas ista tempestas est. Optimà equidem, mare est sæculum, decipitur, & fallitur, qui securè se viuere posse in illo confidit motus ab vna tranquillitatis die, scopulos non videns latentes, & arridentes, tantùm maris prospiciens campos, intus habet montes, intus est periculum intus est hostis: sicque sanctum se euadere posse in medio turbæ, in medio nationum, in medio pensitat sæculi, quia vna, vel altera benè ei successit dies, quia peccata vidit omnia, quia semel, vt sic dicam, cor in oratione profudit, quia sine se periculis viuere circumspexit fallitur miser, tranquillitas illa tempestas est, montes difficultatum, tentationum, periculorum intùs inclusi sunt, periculum intus, intus hostis, & eò nequior, quò occultior.

Ad montem ergo, solitudinemque fugiendum, si salui esse velimus.

Gen. 19. 17.

10. Loth nisi in monte & solitudine saluari non potuit.

Salua animam meam, Angeli sancti Loth dixerunt, Gen. 19. 17. *Noli respicere post tergum, nec stes circa omnem regionem, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.* Et licèt sanctus vir de saluatione in monte addubitauerit, habitationemque ciuitatis petierit, obtinueritque, experimento posteà didicit, nisi in monte securum se esse non posse: *Non possum in monte saluari*, inquit, *ne fortè apprehendat me malum, & moriar, saluabor in ciuitate, quæ parua est, & modica.* Obtinuit, habitationem ciuitatis acquisiuit: *Festina*, inquit illi Deus, seu Angeli, *& saluare ibi.* Festinauit, ingressus est Segor, sed numquid posteà securus illic, attendamus: *Ascendit Loth de Segor, & mansit in monte, timuerat enim in Segor, & mansit in spelunca.* Cur timuit, numquid non ipse habitationem illam expetiuit? numquid ob ipsum Deus Segor non euertit? Sic, sed ex patientiâ ipse didicit, quod Angelis credere noluit, in monte scilicet esse salutem, in ciuitate non esse securitatem, & spiritu proficiens prætulit damno corporis animæ damnum, prius timuit montem, ne illum malum apprehenderet, & moreretur, *Ne fortè*, inquit, *apprehendat me malum, & moriar.*

11. Profecit ex experientia in montem & solitudinem esse salutem.

Posteà experientiâ edoctus, quàm difficile, ne dicam impossibile, posse se saluare inter impios, iniquosque, parùm curans de corporis damno, ad montem exiens, in spelunca se saluum reputauit, *timens*, vt inquit Lyra in Glossa morali, *ne caderet à iustitia ex malorum consortio*, & iustè quidem.

Gloss. Lyr.

Nam sicut securus quis in solitudine manet, sanctusque efficitur, sic è contrà peccator, si solitudinem deserens inter multitudinem versatur. *In terra deserta*, inquit Sanctus Dauid, *inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Psa. 62. num. 9.

12. In solitudine Sanctus Dauid quãdo in ciuitate peccator

Psa. 62. 9.

Estque sensus, sic me reperi in terra deserta, & inuia, ac si essem in sancta, & intra Sancta sanctorum: vnde ibi merui videre virtutem, gloriamque tuam. Vidit ergo gloriam, vidit Propheta Rex Dei virtutem, dum solus, & à turbis segregatus, & ibi Sanctus, quando ex sancto peccator factus est in ciuitate, in deserto ita sanctus, vt etsi inimicu pepercisset, scrupulos tamen habuit, oram eius præcidisse chlamydis. At in ciuitate, nec adulterium timuit, neque homicidium exhorruit amici, nec superbiam numerando populum fugit, vnde qui sanctus, & purus in deserto, peccator, & immundus factus est in ciuitate. Ob hoc Hieronymus opusc. 28. Lucinum

Hieron.

admonet, ne solitudinem relinquere velit, vt qui in illa sanctus esse cœperit, fiat ne posteà peccator. *Obsecro te*, inquit, *& moneo parentis affectu, vt qui Sodomam reliquisti ad montana festines, post tergum ne respicias, ne aratri stiuam, ne fimbriam Saluatoris, ne cincinnos eius noctis rore madefactos, quos semel tenere cœpisti aliquando dimittas, ne de tecto virtutis pristina quæsiturus vestimenta descendas, ne de agro reuertaris domum.* O quoties hoc euenit, quia soli non sumus, quia inter negotiorum, negotiantiumque turbas nos inuenimus, miseri deceptі, etiamsi habitum non mutamus, tamen post tergum respicimus, aratri stiuam dimittimus, fimbriam Saluatoris laxamus, & sacros eius cincinnos, vt inquit Hieronymus, non tantùm dimittimus, sed euellimus, sed discerpimus, & quod maius est, in tumultus medio frui Dei præsentia, gloriaque eius nos posse putamus, sed decipimur miseri, non enim se Deus manifestat, nisi in solitudine, non in ciuitate, sed in campo.

13. Religiosorum damna, vnde.

Enimuerò Sanctus Ezechiel in medio captiuitatis sedens, in medio lugentium lugens cum illis, vt ipse inquit, *Veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi, vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum,* Ezechiel. 3. num. 15. Et licèt sic existeret, & tali-

14. Deus non in ciuitate, sed in campo se suis manifestat.

Ezech. 3. 15.

ter ftaret,tamen volens fe Deus illi manifeftare, vt egrediatur ad campum iubet,num, 22. *Ee facta eft fuper me manus Domini, & dixie mihi, pergens egredere in campum, & ibi loquar tecum*, O mirum & mirandum! non inter delicias, fed inter mœrores fanctus ftabat Propheta, non inter choros lætantiũ, fed inter miferos lugentes, non ad conuerfationem captandã, fed ad miferos fubleuandos animos, non propter bonum fuum, fed propter charitatem illorum, & tamen fic ftans, non vult Deus cum illo loqui, fed in campo. Quid ergo putamus? loqueturne Deus cum illis, qui in ciuitatibus ftant inter lætantium choros? inter placidas conuerfationes? inter fæculi delicias? non lugentes, fed lætantes, fed tripudiantes, decipiuntur equidem, & falfo charitatis fraternæ pallio decepti amittunt propriam falutem, non lucrantes alienam. Nam fi cui ex officio incumbit fordes expurgare alienas, vix illud perficiet immaculato ipfo manente; numquid immaculati, purique euadent, propriamque lucrabuntur falutem, qui non ad expurgandum, fed ad fe deliciandum, inter ipfas fordidas verfantur libenter actiones? *Qui enim aliorum actiones puras eft effecturus*, inquit fanctus Nilus Abbas in fuo afcetico 5. tom. Biblioth. *is quin aliquam ipfe fordem contrahas, vix fieri poteft: fiquidem & peluis emendãs, eorũque lauantur, manus, fordes illorũ ipfa fufcipit: fic & qui de vitiis difputat, vt ab ipforum fordibus alios expurget, non poteft ipfe fine aliqua labecula pertranfire, nam ipfa memoria dicentis animo maculam nonnihil afpergit; quamuis enim rerum turpiũ notas altiores non imprimat, colore tamen haud ita puro mentem de illis differentem inficis. Oportet autem vt dux prudens fis eiufmodi, vt ne hoftium quidem cogitationes ignores, & iis, qui fub difciplina fua militant, occultas etiam pugnas aperiat, & aduerfarij prædicens infidias, facilè ipfius victoriam paret, & è certamine coronatos educas, rarò autem, ac difficilè talis inuenitur.* Quot verba, tot fententiæ: ex illis difficultas aperitur falutis propriæ eorum, qui alienam curant, virtus, ac perfectio, quæ in eis requiritur, periculum tandem inter peccatores conuerfantium, interque tumultus.

15. Quam difficile inter peccatorũ turmas libenter degens, & non ex officio vt purus euadat.

S. Nilus Abbas.

16. Prælati quã perfecti effe debent.

17. At fi aliquando eis concedamus, quòd hoc faciant, & quòd aliquando Deum in medio inueniãt turbarum, quàm per trãfennam Deus cum illis loquitur, quàm parum, quàm furtim, vt fic dicam, & quàm raro ftat. Pulchra equidem eft adnotatio illa fancti Hieronymi in hoc capite Ezechielis libro primo, ponderat namque fanctus bis Deum apparuiffe Ezechieli, & bis Ezechielem Dei vidiffe gloriam, primò iuxta fluuium Chobar, vbi habitabant cæteri eius fratres, fecundò in campo: at animaduertit, quod quando eum vidit iuxta fluuium, non ftantem fed ambulantem, & aliquando ftantem: quando verò in campo ftantem vidit, *Et hoc animaduertendum*, inquit, *quod in medio captiuorum fedentium ipfe fedens Propheta gloriam Domini non vidit, egreffufque in campi latitudinem, vidit ftantem gloriam Domini, quam prius viderat ambulantem, & eleuantem fe, & interdum ftantem:* Quid enim per hoc nobis Deus infinuare vult, nifi quod illi, qui in populis fedent, illi, inquam, qui Religiofi funt, & ob charitatem cum populis ad animas verfantur lucrandas, etfi cum Deo conuerfentur, hoc fit raro, tranfeunter, & vix aliquando Dei gloria gradum figit, vix ad momentum, vix illis apparet, & declinat: at verò quando in campo, quando in folitudine, quando in filentio, quando fegregatus homò à turbis, & loquitur cum illo Deus, non tranfeunter, non deambulando, fed ftando, fed commorando, fed, vt fic dicam, inhabitando, non vt hofpes, fed vt ciuis.

Deus fi aliquando in ciuitate reperitur, per modum eft tranfeũtis.

Hierony.

Quod non ignorans fponfa, immo vt experta, appetens dilectum defiderat eum foras inuenire, & non intus. *Quis mihi des*, inquit, *te fratrem meum fugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deofculer te*, Cant. 8. num. 1. Cur foras, & non intus? cur non donec fugebat vbera? nonne ibi melius fuiffet eum deofculata? Scio fanctos hunc locum intelligere de fanctorum defiderio Patrum de Chrifti incarnatione, fic Athanafius Synaita, Theodoretus, Caffiodorus, Gregorius. Ambrofius de inftitutione virginis capite primo, qui pulchrè animam admonet, vt velit effe intus, quando Deus per ipfam foris eft factus. *Foris ergo*, ait, *factus eft, qui erat intus, vide illum intus quando legis quando in finu eft Patris, cognofce illum foris quando nos quærit, vt redimat, foris tibi factus eft, vt mihi intus effet, & fieret medicus nofter: ibi ergo fimus vbi Chriftus medicus eft radicatus, & fixus in cordibus noftris.* Scio equidem hoc, fed placet nunc ad rem noftram proprius hunc intelligere locum, vt defiderium fit animæ, vt ait quidam, fponfum inuenire defiderantis in agro contemplationis foras, & extra ciuitates, ac tumultus, vt fecurius, pacatiufque fponfo frui poffet, callebat enim fui conditionem fponfi, quamque ipfe appetens erat campi, fecretique, & quod vix in domo vnum, aut alterum alloquebatur verbum, vixque in illa reperiebatur, immò numquam, ideo ofculum foris expetit, & non intus, in campo, & non in domo, in folitudine, & non in conuerfatione.

18. Sponfa cur foras defiderat inuenire dilectum.

Cant. 8. n. 1.

Athanaf. Synaita. Theodore. Gregor. Ambrof.

19. Deus factus eft foris vt nos faceret intus.

Gnifler.

Nonnè loquuturus Deus fancto Moyfi, non tranfeunter, fed permanenter, non prius alloqui voluit, quàm ad montem eum duxiffet, & non folum ad montem, fed ita folus, vt ipfa quoque animalia zelaret, audi præceptum, *Efto paratus manè, vt afcendas ftatim in montem Sinai, ftabifque mecum fuper verticem montis, nullus afcendet tecum, nec videatur quifpiam per totum mõtem.* Nec hoc fufficit, immo quafi & ipfa zelans animalia addidit: *boues quoque, & oues non pafcantur è contra:* O mira certe res! ô inaudita! ô mirus, vt fic dicam, conuerfationis zelus diuinæ! abhorret, quando cum homine conuerfari vult, non folum hominum intuitum, fed pecudum, fed animalium, ita folus inueniri vult, & tamen hoc illi non fufficit, fed quafi timens ne ab aliquo forfan videretur, non defcẽdit nifi in nube, & caligine inuolutus, *Cumque defcendiffet Dominus per nubem, ftetit Moyfes cum eo* Non prius ftetit quàm quod nubes vtrofque circumfepiffet, & tamen cum hoc ita fit, putant homines Deo frui poffe in medio conuerfationis, & illum inter tripudiantium choros inuenire: falluntur, nam in campo Deus, in deferto inuenitur, & ideo fuos ad defertum ducit, quando cum eis conuerfari vult, quando eis apparere. *Moyfes admixtus Ægyptus*, inquit S. Greg. Moral. ca. 12. tom. 2. *vocem Domini in Ægypto pofitus non audiebas, fed poftquam extincto Ægyptio in defertum fugit, illic diũ quadraginta annis degit quafi ab inquietis terrenorum defideriorum tumultibus obdormiuit, & iccirco diuinam vocem percipere meruit*, Nil melius. Vbi notandum illud poft quadraginta annos meruiffe Moyfem vocẽ Domini percipere,

20. Deus locuturus cum Moyfe animalia quoque zelat.

Gregor.

21. Moyfes poft quadraginta annos in folitudine degens cur meruit Deũ videre & nonante.

etsi in deserto stetisset: quid ergo, metuisset ne illã audire si in ciuitate, si terrenorum desideriorũ tumultibus non obdormisset? non equidem. ideo Ægyptum reliquit, & ad solitudinem fugit. Quod pari modo faciendum, si vocem Domini audire velimus, si visionem magnam, si igneũ Dei amoris experire etiam cupimus, & tandem si securi.

Fugiant ergo si securi esse volunt homines, soli sint, si impleri desiderant, mysteria enim Dei nisi solis non aperiuntur; quod luculenter expressit Ambrosius ep. 41. ad Sabinum scribens, vbi sic inquit: *Sola erat Maria, & loquebatur cum Angelo, sola erat quando superuenit in ea Spiritus sanctus; sola erat, & operata est mundi salutem, & concepit Redemptorem vniuersum. Solus erat Petrus, & totũ per orbem consecrandarum gentium cognouit mysteria: solus erat Adã, & non est preuaricatus, quia mens eius adhærebat Deo: postquam vero ei mulier adiuncta est, nõ potuit inhærere mãdatis cælestibus, solus erat Adã, quando in Paradiso cõstitutus est, solus erat, quando ad imaginẽ Dei factus est. sed non erat solus quando de paradiso eiectus est.* Vnde concludẽs sanctus sequitur: *Liquet ergo ex his quia soli cũ sumus tunc offerimus Deo, tunc ei mentem nostrã aperimus, tunc amictum fraudis exuimus.* Nil melius, magisque ad rem. Segregati à turbis Deo nos offerimus, semoti à tumultu Deus nos recipit, in turbis amittimus bona, in solitudine ea recipimus, in ciuitatibus Deo non vacamus, mentem ad diuina obtusam habemus, in solitudine verò eã eleuatã habentes Deo vacamus, illum alloquimur, cum illo conuersamur, cum illo delitias habemus.

Ambros.

22. Aulæ Principum, status, mores, vita quàm omnia orationi & perfectioni cõtraria.

At in ciuitatibus, in tumultu, & præcipuè in Regum Principumque aula, quomodo cum Deo alloquemur? quomodo ipse nobiscum? cùm ibi in millia cor abscindatur detractionibus, & conuellatur tumultib⁹. Quid enim aliud in Curia agitur, aut de qua alia re cogitatur nisi de distractionibus, & cordis scissionibus? nonne sunt distractiones & scissiones, honorum prætensiones, graduum, ac officiorũ, ambitiones, diuitiarum appetitus, continua litium bella, amicorum & consanguineorum, continuus stimulus, alij petentes defensionem, alij status accretionem, distractiones sunt, ac miseræ, vanæque discissiones cordis?

23. Vita hominum in aula degentium mores, & conditio.

Et esto quòd aliquis nõ ambiat, non desideret, nec velit aliquid, disrumpitur tamẽ cor serui Dei, dum videt omnes quærentes quæ sua sunt, non quę Iesu Christi, & dum nil aliud audit, nil aliud auscultat, nisi vanas æmulationes, ridiculas contentiones, incertos discursus, continuas murmurationes, turpes inuidias, fraudulenta verba, peruersa mẽdacia, dum prospicit omnes ad malitiam intẽtos, ad vitia pronos, ad virtutem difficiles, ad leuia inclinatos, ad seria renitentes, ad vana aspicientes, & à veris totaliter auersos. & quod caput est, dum perspicit virtutem veram derisam, solidam euacuatam, hypocrisin amplexam, & præter vmbram virtutis nil aliud verè reperiri, nam seruiunt Deo, sed vt sic dicam, Deo quem ipsi sibi fingunt, nam dum virtutem colunt, non ob virtutem, non ob Deum, sed vt mercaturam ex ipsa faciant, & illo medio aliquid obtineãt.

24. Homines in Principis aula degentes Deum sibi fingunt & quo sensu.

Quid quæso aliud peragunt, nisi Deum sibimet effingere, qui eorum talia simulata acceptet, quasi sibi facta, & ob eius amorem? hic certe non est verus Deus, nam qui verus est, sapiens est, & non irridetur, ille autem factus ab ipsis insipiens est, putans sibi factum quod verè nun sibi. Fingunt certe Deum, dum in tantum illi seruiunt in quantum ad cõmoda sua cedit illius seruitium. At si semel porrecta occasione contraponitur Dei seruitium cum illorum commodo, Deus deseritur, derelinquitur, & cum hoc putant illum non irasci, non indignari, hic certè si talis esset. Deus non esset verus, nam verus Deus zelotes est, & vindex in tertiam, quartamque generationem.

25. Aulicorum dementia & deceptio circa diuina.

Tandem Deo vero non seruiunt, dum putãt Deũ, cui seruiunt, simul & iunctum stare posse, & cohabitare cum mũdo, & vitiis, ideoque ipsos optimè vtrisque satisfacere posse, ac seruire, putant plenè Deo frui, ac mundo, æstimant se capere posse diuitias, ac delitias diuinas simul, & humanas. Deus bone, quale tormentum est illud, audire tales de summa oratione disserere, de mystica, & abdita Theologia, perquirere modos altos, & exquisitos mysticos, nil aliud perstrepere quàm orationẽ sine imaginibus, & sine discursu: nauseat eis meditatio, stomachantur ipsam sacrosanctam, & omni adoratione dignissimam orationem, quasi sit discursus quidam, & veluti materialis indagatio proprię necessitatis, immo ad tantam sanctitatem, ne dicam dementiam, aliqui ex istis peruenire se iactant, vt ne Deo petendum quidem affirmãt deberi; vt potè omnimodè in Dei remissi prouidentia, cui cura est de nobis, quo quid stultius dici potest? & tamen cùm hoc prædicant, cùm de hoc loquantur, in delitiis viuũt, pleni fastu, & ambitione, pleni vanis prætẽsionib⁹, & curis, vana hæc prosequentes, & æstimantes, nulla eis mortificatio passionum, nulla moderatio in pompa, nulla patientia; nulla humilitas, nulla denique veræ virtutis via, sed tota illorum in duobus tantũ consistit in frequẽtatione imparata Augustissimi, tremendi, ac sanctissimi Sacramenti, & in ea, quam putant, oratione, ne dicam imaginatione.

26. Aula principum verá Babylon.

Qualis quæso Babylon similis huic? qualis spiritus hic purus erit? Sed ad hæc, adde etiam continua, & numquam cessans fabulatio, & conuersatio, vbi continuæ murmurationes, detractiones, iudicia, mendacia, scurrilitates, quas euadere impossibile, excusare dicam nefas. A manè vsque ad vesperam decursus, & incursus, seu fluxus, & refluxus hominum à re sua quærentium, non tua, quibus pręsto esse debes, alioqui clamores, & iurgia exoriuntur vsque ad cælum attingentia, vt verè cum Apostolo dicas, *Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus.* Vnde ergo inter tot talesque fluctus pax illa, quæ requiritur ad Deum possidendum? vnde inter tot, vt sic dicam, caccabos munditiesilla, quæ requiritur ad Deum videndum? vnde vnitas illa cogitationum, vnde simplicitas, & recollectio cordis inter tot tãtosque fluctuantes æstus, ac spumantes maris vndas? Deus bone! qualis illis oratio. quàm misera, quàm indeuota, quàm distracta, quàm facilis, quàm implicata, quàm inplicita, quàm dispersa, furtim oratur. & millies interrumpitur, & Penelopæam telam texentes quod manè deuotionis cõcipiunt in oratione, per diem confabulationibus deperdunt, ad perfectionem tendentes, sed numquam ad eam peruenientes.

27. Futiles rationes eorũ qui in aula commorari desiderant diluuntur.

Dicunt omnia charitate compensari, hominem non propter se solum natum, magnum bonum animarum lucrum, scio equidem hæc, scio, sed tamen scio etiam quòd sanctis hoc conceditur, perfectis, & vndequaque virtute instructis, qui diu latentes, & intra se ac Deũ suum absconditi radices firmas, fixas, & altas posuerunt omnimodæ perfectionis, ac sanctitatis, qui vitia vicerunt, qui passiones do-

marunt, qui habitum orationis ita in corde fixerũt, vt in medio turbarum, ac hominũ frequẽtia, immo in ipsismet distractionibus toti erant recollecti, & ad Deum suspensi. Sic reperio Antonium, sic Hilarionẽ, sic Arsenium, sic Paphnotium, sic Hieronymum, sic denique Bernardum, vt omittam Basiliũ, Benedictum, & Gregorium, Ecclesiastica lumina, Religionũ antistites. Prius se exercuerunt soli cum solo vitia dæmones, ac denique se ipsos prius vicerunt, & postea Christo Domino cæteros submittere procurarunt. Prius in amicitiam Dei se insinuarunt, ita facti cum illo amici, vt cum eo alloquerẽtur, sicut loqui solet amicus cum amico. Hinc factum, vt Dei ostium eis semper apertum, nullæ erant difficultates, semper ac volebant aurem Dei habebat, hinc progressus suus, & proximorum, hinc animarum lucra, hinc vtilitas cõuersionis animarũ, hinc certè eueniebat, vt vnus tantum hominum totum pænè mundum ad Deum applicabat. Sed nos miseri qui prorsus imbelles, & inermes, qui nondum in religione nati nec educati, qui vix prima libauimus elementa, qui numquam nostri fuimus, qui sẽper inter distractiones, & discessiones, quomodo animas lucrabimur, dum nostram quietatã non habemus? quomodo aliorũ passiones moderabimur, dum nostras moderatas non tenemus? vnde cor recollectum, vnde vnitas mentis, vnde profunda oratio, vnde denique profectus nostrarum animarũ inter tot tantaque pericula? *Turpe illud existimo*, grauiter inquiebat S. Nilus Abbas, vbi supra, cuius sententiam placet ad litteram trãnscribere, & piaculum me facturum ducerem, si aliquid ab ea detraherem, *turpe*, inquiebat sanctus, *& verè turpe, in quo risum omnibus mouemus; nuper aliquis ad solitariam vitam se contulit, nuper ad monasterium, cumque vix exercitationis instituta didicerit, quomodo, & quando orandum sit, quæ victus ratio, repẽtè magister incedit, turbamque discipulorum secum trahit, cùm ipse adhuc indigeat praeceptore, eo magis quo munus ipsum facilius putat: nam qui nihil aliud nisi corpoream tenet exercitationem, quomodo subiectorum mores cõponet? quomodo improbã victos cõsuetudine diriget? quomodo iis, quia cupiditatibus impugnantur, opitulabitur, cùm ne animi quidem pugnas intelligat? aut quomodo vulnera accepta in bello curabit, qui vulneratus ipse iacet indigens curatione? nulla ars sine tẽpore discitur, & sine praeceptore, ars artium sola sine magistro percipitur, agriculturam non profitebitur illius ignarus, medicæ facultatis imperitus opus medicũ non attinget, deprehendetur enim hic, non solũ nullã ægrotantibus opẽ ferre, verũ etiã grauiorẽ ipsis morbũ efficere, ille verò agrũ incultũ, & sterilẽ reddere, solam Religionis disciplinã, vt rerũ facillimã, cũ sit omniũ longè difficilima, audẽt indocti profiteri, & quòd Paulus ait nõdũ se cõprahẽdisse, isti se planè cognitũ atque perspectũ habere confirmant, qui ne id quidẽ sciunt se nihil scire, ideo ipsorũ viuendi ratio contemnitur, & ipsi ab omnibus irridentur: quis enim non rideat, cũ hodiè tanquã virtutis magistrum discipulorũ caterua stipatã videat, quẽ heri in caupona aquã ferẽtẽ perspexit, aut cã eum quẽ paulo ante ex ciuilibus calamitatibus recessisse non ignores, modo cernit multis discipulis coacitantibus, impròbe per omnes plateas volitare, ex quo risum excitant his, quibus nõ est superior, eorũ vita, & petulantia sua Dei prouocat indignationẽ.* Singula autẽ verba, singula ponderatu dignissima, ob hoc parcet lector meus, si præter morẽ fusius transcripsimus, nõ enim plura sanctus dixeret, si præsentia vidisset, risu ergo digni sunt qui antea magistri, quã discipuli. Hinc monstra, hinc casus, hinc scãdala, hinc nullus, aut vix aliquis animarũ fructus, hinc denique totalis extinctio ignis illius diuini, eiusque in aquã conuersio, & aquã mundanarũ crassam curarũ, prætensionũque, ex quo sæpè sæpius videmus, vt qui prius in croceis delectabatur, amplexetur deinde stercora: vnde ergo tantum Religiosę animæ malum, nisi à Babylonica habitatione, à sanctæ solitudinis, quietisque derelictione?

S. Nilus Abbas.

28\. Incipientiũ spiritualiũ audacia, & ignorantia taxatur.

29\. Religiosi casus à perfectione aulæ inhabitatio.

2\. Mach. 1.19.

30\. Ignis in aquam versus dum filij Israel Babylone cõmorabãtur quid significat.

Legitur enim in Machab. libris 2. c. 1. n. 19. cum in Persidè ducerentur captiui Israelitę, *quod sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptũ ignem de altari absconderunt in valle, vbi erat puteus altus, & siccus, & in eo obturati sunt eum: at cũ præteriissent anni multi, & in Hierusalẽ reuersi essent, misit Hieremias nepotes sacerdotum illorũ, qui absconderant ad requirendum ignẽ*, at quid? *non inuenerunt ignẽ, sed aquã crassam*, hoc est luteã, fæculentã, admirabile factũ, sed non mirum si mysteriũ intelligamus. Absentibus enim à Hierusalem, & in Babylone filiis degentibus Israel ignis altaris, ignis diuinus & Deo sacer in aquã vertitur luteã, in aquã crassam, in aquã fæculentã, quid ni? quomodo enim ignem illũ diuinũ sustentari possibile erat illis inter Persides, inter Gentiles, inter Dei inimicos, inter diaboli seruos, inter confusam, & horrendã morãtibus Babyloniã? emortuus equidẽ fuit, extinctus, in aquã immutatus crassam, quæ non iterũ in ignẽ conuersa, nisi à Perside egressi, iterũ in sanctã reuerterentur ciuitatẽ. Tũc facto sacrificio, & eã aquã aspersi; *Dũ tẽpus affuit, & sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accẽsus est ignis magnus*, & iterum in ignẽ resurrexit aqua, quæ prius ex igne generata fuit, & aqua, ignis ergo aqua crassã, dum in Babylone filij morãtur Israël, & iterum ex aqua fit ignis, dum Hierusale. Documentum certè nostrum, doctrina nostra est, prodicitur enim, immo edicitur futurum, & spiritualis euẽtus statum illo, qui derelicta solitudine, derelicta sancta quiete, derelicta pacis quietisque domo negotiis se immiscer sæcularibus, & ad Babylonem transit. Babylone commoratur, & viuit, ignis diuinus, ignis sanctus amoris diuini in aquam crassam reuertetur, in aquam luteã, & fæculentã, frigescer cor, & mens corrumpetur, paulatim diuinarum institutionum obliuiscetur, mundanarum recordabitur, & affectus ille, qui prius ad diuina suspirabat, pro caducis anhelabit, & pretiosa ante ipsius oculos apparebunt quæ prius vti stercora arbitrabantur, & qui prius vir erat fortis, & magnus, euadit postea, vt sic dicam, in mollem, & effęminatum, quod equidẽ non aliunde, nisi quia in Babylone moratur derelicta solitudine, sanctissima derelicta quiete.

Hierony.

31\. Fontes vnde emanẽt pericula in ciuitatibus morãtium.

Admirabiliter quidem Hierony. Sanctissimus li. 2. aduersus Iouinian. hoc periculum elucidat dicẽs: *Per quinque sensus, quasi per quasdam fenestras vitiorum ad animam introitus est, non potest antè metropolis, & arx mẽtis capi, nisi per portas eius irruat hostilis exercitus, horum perturbationibus anima prægrauatur, & capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu. Si Circensibus quispiã delectetur, si Athletarũ certamine, si mollitate histrionũ, si formis mulierum, si splendore gẽmarum, vestium, metallorum, & cæteris huiusmodi per oculum fenestras anima capta libertas est.* Optimè, & ne lõgior sim, hoc idem argumentũ egregiè prosequitur sanctus discurrens per singulos sensus, & tandem sic concludit. *Igitur cùm per has portas quasi quidam perturbationum cunei ad arcem nostræ mẽtis intrauerint;*

A *vbi erit libertas? vbi fortitudo eius? vbi de Deo cogitatio?* Nil melius. Et valde postrema ponderanda verba, nam nec libertas, nec fortitudo, nec Dei cogitatio adsunt morantibus in frequentia, tolle has quæ prius in solitudine stabant, qualis deueniet spiritualis homo?

32\. Philosophi cur ciuitates deserebant.

Vnde ab hac ratione, & lumine tantum naturali ducti Philosophi, ciuitates, & frequentiam deseruerunt, solitudinem expetentes, & amplectentes: vnde sequitur Hierony. *His ergo rationibus innitati multi Philosophorum reliquerunt frequentias vrbiũ, & hortulos suburbanos, vbi ager irriguus, & arborum coma, & susurrus auium, fontis speculum, riuus immurmurans, & multa oculorum, auriumque illecebra, ne per luxum, & copiarum abundantiam animæ fortitudo mollesceret, & eius pudicitia constupraretur.* Quod sanctus confirmat exẽplo Pythagoræ, & Platonis, ac Stoicorũ: B *Platonici quoque, ait, & Stoici in templorum locu, & porticibus versabãtur, vt admoniti angustioris loci vita sanctitate, nihil aliud, quàm de virtute cogitarent, sed & ipse Plato, vt posset vacare Philosophiæ, elegit Academicã villã ab vrbe procul, non solũ desertã, sed & pestilẽtem, vt cura, & assiduitate morborũ, libidinis impetus frangeretur, discipulique sui nullam aliam sentirent voluptatẽ, nisi earũ rerum, quas discerent:* Mirũ dictum, & mirandum, vt ob amorem Philosophiæ & rerum contemplationis naturalium, ad talem eius deuenirent affectum illi, vt non solum solitudinem eligerent, & à ciuitatibus, tumultibusque elõgationem, sed illa etiam semota eligerent loca, quæ infirmarent corpora, & vires etiam languescerent, vt sicut societatem fugiebant ne conuersatione Philosophiæ studium impediretur: sic & ipsamet sua corpora etiam, vt sic dicam, abhorrebant, ne illud rebellione sua prægrauarent, ac molestiam inferret. C Quid ad hæc Christian⁹? quid Dei seruus? quid monachus? qui ciuitatem amat, tumultus diligit frequentiam appetit, nonnè in die vltima surge Plato, Philosophorũque turba, & contra ipsum stabit?

33\. Sua abhorrebant corpora, & castigabãt, ne Philosophiæ studiũ impedirẽt.

34\. Deceptio spiritualiũ in aula degentium.

At numquid fidet sibi, quod orationi, contẽplationique mundanæ simul & conuersationi vacare poterit? decipitur inquit Hierony. clamans, *Quod siquis existimat versari in delitiis, & delitiarũ vitiis non teneri, se ipsum decipit:* cuius rationem assignãs sic prosequitor, *Cùm enim procul ab ijs remoti sæpe capiamur naturæ illecebris, & cogitamus ea capere, quorum copiam non habemus, quanto magis si circumdati retibus voluptatum esse nos liberos arbitramur, sensus noster illud cogitat, quod videt, audit, odoratur, gustat, attrectat, & ad eius rei trahitur appetitus, cuius capitur voluptate, quod mẽs* D *videat, & mens audiat, & quod neque audire quippiã nec videre possimus nisi sensus in ea quæ cernimus, & audimus fuerit intentus, veraque sententia est: difficile est enim, immò impossibile, vt delitiis, & voluptatibus affluentes non ea cogitare quæ gerimus, frustraque quidam simulãt salua fide, & pudicitia, & integritate mentis se abuti voluptatibus, cùm cõtra naturam sit copiis voluptatum sine voluptate frui, & Apostolus hoc ipsum cernens dixit, Quæ autem in delitiis est vidua viuens mortua est.* 1. ad Timoth. 8. n. 6. Egregiè, & Hieronymo nil amplius addẽdũ, & quod ipse impossibile dicit, fas certè non est vt nos possibile dicamus. Merito ergo Spirit⁹ sanctus

Eccl. 9. 7. hæc pericula callens homini suadet, Ecclesi. 9. nu. 7. ne per ciuitates oberret, ne oculos attollat: *Ne circumspicias in vicis ciuitatis, neque oberraueris in plateis illius, neque circumspicias speciem alienam.*

A Cuius subdens rationem, ait, *quia ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescet.* Premo verbum, *oberraueris,* significat enim euagationem per ciuitatis plateas, absque necessitate, sine fructu, nullo charitatis motiuo accedente. Hinc ne mirentur qui sic oberrant, si concupiscentia in eis quasi ignis exardescit, euagatio fuit occasio quæ simul oculis occasionem præbuit cernendi, per quos ignis exijt concupiscentiæ, cor combussit, ac totum hominem perditum reddidit, fugiendum ergo, si salui esse velimus, si liberi à laqueis: *Quis dimisit onagrum liberum?* hoc est, hominem peccatorem, *& vincula eius quis soluit?* hoc est peccata, ea postulat Dominus Iob 39. n. 5. Cui interrogationi cum respondisset, quod ipse illico medium, quo & liberum eum fecit, & vincula soluit, addidit dicens *Cui dedi domum in* B *solitudine, & tabernacula eius in terra salsuginis, cõtemnit multitudinem ciuitatis, & vocem exactoris non audit.* Ad liberum ergo peccatorem custodiendum duo præstitit Deus, vt hîc loquit Pyneda, primum à ciuitatibus eum transplantare, secũdum, tabernaculum eius, hoc est corpus, in loco collocare salsuginis, hoc est, eum ieiuniis, abstinentiis, ac disciplinis assuefacere, quibus mediis vocem exactoris, hoc est diaboli, non amplius audiuit incusantis, quia mundus in solitudine fuit à sorde, mundus à peccatis, totus, vt sic dicam, ex homine per contemplationem in Angelum translatus, *Quoniam nõ cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini, Domine memorabor iustitiæ tuæ solius,* aiebat Dauid, ps. 70. n. 5. vbi psalterium Romanum pro, *Nõ cognoui litteraturam,* legit *non cognoui negotiationem:* Abstinuit ergo se à negotiatione, elongauit se à tumultu suo, & maxima illi bona euenerunt, *in* C *potentias Domini introitus,* diuinorum, ac sublimium scilicet contemplatio, *& solius nominis Dei recordatio,* abstractio à terrenis, cælestibus tantum applicatio, terrenæ obliuio vitæ, recordatio cælestis. Hinc non prorsus homo dicendus, sed in terris Angelus. Ad hunc ergo statum euehit hominem solitudo, hic eius fructus, meritò à Deo dilectus, quem ad solitudinem ipse ducit, quem sic à peccatoribus transfert, vnde merito noster dicit Sapiens: *Placens Deo, &c.*

35\. Euagationes per ciuitatis plateas nociuæ.

Iob 39. 5.

36\. Peccatori vt à malis liberetur, quid necessarium.

Pyned.

Psa. 70. n. 5.

37\. Segregatio à tumultu & negotiatione quæ bona pariat.

Num. 11. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.*

D

COMMENTVM LITTERÆ.

HÆc est alia ratio mortis iustorũ, amorisque diuini signi, quando eos ex hoc mũdo eruit, præseruatio scilicet per mortem corporalẽ à morte spirituali, & à peccatis, quæ sua præuidit scientia facturos iustos, si viuerent; vnde sicut talis mors est gratia, & signũ amoris, è cõtrario vita fuisset pœna, dũ siuisset eos viuere, sciẽs casuros in peccata, nã teste Augu. ep. 107. nonnullos Deus dimittit viuere, donec cadant. Beneficium ergo Dei erga iustum talis præpropera est mors.

Connexio Capitis.

1\. Deus permittit aliquos viuere donec cadant.

August.

Hoc argumento consolatur Ambro. seipsum de Satyri fratris morte in eius oratione, Gallã Ful. de obitu mariti eius, ep. 2. c. 4. Paulin. Pachmachiũ de vxoris morte, & propterea, inquit Paulin. postulauit Dauid scire numerũ dierũ suorũ, quẽ sciens esse

Ambros. Fulgent. Paulin.

2. *David cur doluit sciẽs prolongatū numerum suorum.*

prolongatum, doluit ingemiscens. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar*, Psal. 119. nu. 5.

Ambros.

Malitia, &c. Ambrosius in psa. 45. exponit de malitia sæculi, & potest intelligi de labore, vel ærumna, quæ interdum peccandi occasio est.

Idem.

Intellectum, &c. Intelligentiam scilicet, sensum, prudentiam, Ambrosius vertit, *Cor.* cum Vulgata legunt cæteri, in idem reincidit.

3. *Mundi omnis fictio & eius etiam æquitas. Lorin.*

Aut fictio, &c. Scilicet mundi, & eorum, quæ mũdi sunt, quæ omnia sunt fictio, nam, vt rectè Lorinus, *Nihil nisi factum procedit à mundi schola, longè semper minus habet in recessu, quàm in fronte.* Vnde benè Augustinus in ps. 36. *Simulata eius æquitas, duplex est iniquitas.*

HOMILIA LXXIX.

Præseruatio à peccatis, etsi per mortem, magnum Dei beneficium.

RAptus est inquit noster Sapiens, *ne malitia mutaret intellectum eius*, nempè scientiam, vti diximus, ne scilicet diuersa sentiret, ne deceptus à mundi fallaciis, pedem à tecto retrahens mutaret sensum, mores, cultum, & ex iusto fieret iniustus, ex sancto peccator, illum bonitas præseruans diuina, ne caderet, & peccaret.

1. *Nullus maior dolor, expenditus quàm peccati.*

Magnum, & vt sic dicam, infinitum bonũ, à peccatis præseruatio, etiamsi dolores mortis Deus infestat, quia nullus maior dolor, quã peccati. *Nullus enim maior dolor est*, inquit Ambros. in Michæam Prophetam, *quàm is, qui peccati mucrone vulnerat conscientiam, neque vllum grauius est onus, quàm peccatorum sarcina, & pondus vitiorum, deprimit animum, & curuat vsque ad terram, ne se erigere possit.* Quid miserabilius? Mors equidem animam non curuat, etsi corpus in terram deprimit, tamen talis depressio cum spe est resurgendi, & se erigendi; at peccatum non deprimit corpus, sed animam, & ita deprimit, vt nisi Diuina gratia adsit, quantũ ex se, nullo misera modo amplius se ipsam erigere valeret. Plus ergo malum peccatum, quàm ipsa mors, & præseruando per illam Deus hominem à peccato, magnum illi confert beneficium, quia animam à morte seruat, licèt corpus intereat, cuius interitus comparatione animæ pro nihilo reputari debet.

2. *Deus plus fecit peccati mortem quàm filij vitam.*

Ad Rom. 6. num. 6. Tolet. S. Thom. Origen. Chrysost. Ambros. Anselm.

Enimuerò abundè hoc patebit, si semel considerauerimus, quæ Deus ad destruẽdum fecit peccatũ, nam potius existimauit filium suum amantissimum mortem subire, quàm non delere peccata, & pluris fecit mortem, quã peccata afferebant, quàm corpus filij sui. *Hoc autem scientes*, inquit S. Paulus ad Romanos 6. n. 6. *quod vetus homo noster*, hoc est, vt inquit Tolet. *qui peccatum, & concupiscentias nascentes ex veteri Adamo traxit*, & sequitur, *simul crucifixus est*, quid est simul? *id est cum Christo*, inquit sanctus Thomas, *crucifixus est*: ad quid ergo? *vt destruatur corpus peccati*, hoc est, vt inquiũt Origenes. Chrysostomus, Amb. Ansel. tota peccatorum massa, quæ quasi vnum est corpus hominis veteris, cuius membra sunt libido, auaritia, fornicatio, cuilibet Christiano mortificãda. Ob hoc ergo Christus crucifixus est, ob hoc mortuus, vt corpus peccati moreretur, & destrueretur, pluris faciens Deus peccati mortem, quàm vitam filij sui: & ideo vt peccatum moreretur, & amplius non esset, voluit, vt vita filij sui perderetur; & vt hominem à peccatis præseruaret, custodiret & emundaret, dignum iudicauit filium occidere proprium, & dilectissimum: quid ergo mirum, si hoc idem cum homine agat, filio suo non naturali, sed adoptiuo, præueniens illum morte, ne cadat in peccatum, & ne malitia mutet intellectum eius?

Genes. 20. num. 3.

Num. 26.

3. *Abimelech flagella & mors ei inflicta eur Dei beneficium.*

Enimuerò mortem vltimum terribilium Abimelech Deus comminatus est propter Saram vxorem Abrahæ, quam sibi tulerat, licet ignoranter, simpliciterque. *En morieris propter mulierem, quam tulisti.* Gen. 20. n. 3. Qui cùm de hac re cum Deo conquereretur, ipsique imputaret, ipsum flagellari, & gentem interficere, insontem, innocẽtemque, *Nũ gentem ignorantem, & iustam interficies, & simplicitate cordis mei, & mũditiá manuũ mearũ feci hoc*, Nu. 26. respõdit: non rectè ipsũ irasci, tũ flagellationis ratione immissæ, tum mortis immittẽdæ, du & ipsa flagella & ipsa mors non ad puniendum, sed à peccato cum præseruãdum ordinata essent, ex quo non solùm ipse contra eum vllam querelæ haberet rationem, sed potius gratitudinis motiuum, gratiarumque actionis, vnde ei dixit: *Scio, quod simplici corde feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi, vt tangeres eam.* Quasi diceret, simpliciter operatus es, ideo mihi placebas, & gratus eras; & quia amicus, ne in maximum, infinitumque incurreres malum, peccatum scilicet, ideo flagellaui te, & mortem etiam afferrem ne tu peccares. Vnde nõ est cur grauatum à me te sentias, immo gratũ te exhibe, cùm te à tanto malo immunem fecerim, *Redde viro vxorem, & orabit pro te, quia Propheta est.* Amoris ergo, & non odij signum fuit flagellare, & mortem comminari Deum Ahimelech, custodiendo, & præseruando illum à peccato, nec vllam querelę rationem contra Deum prętendere potuit, licèt se innocẽtem, immunemque cognouisset. Sic equidem, parique modo pro nobis est Deus, nos amat, nos diligit, quando aut flagella immittit, aut mortem adducit, dum à peccatis nos præseruat, & custodit.

4. *Iudicia humana fallacia, & incerta.*

O iudicia humana incerta, & misera! quis tunc hominem innocentem, & iustum flagellatum videns, de Deo non conqueretetur, & quod hominem affligeret iustum, non causaretur? & tamen verum, quod illa flagella, & ipsa mors, non odij, nõ pœnę, nõ flagelli ratione subibat, sed amoris, & beneuolentiæ, præseruãdo illum à peccatis. Hęc sunt Dei iudicia, quæ homo miser non assequitur, & ideo multoties animum, confidentiamque de Deo perdit, & temerariè iudicans contra Deum mussitare audet, aut quia gentem innocentem perdit, aut quia amicum flagellat; sed miseri nesciunt quid dicant, non penetrant diuina, ignorantque, quia hoc sæpè sæpius Deus agit, ne peccent in illum, & ne in tantum simul malum incurrant, mortem immittit.

Chrysost.

5. *Deus æquè laudandus siue flagellet, siue beneficia præstet.*

Hinc egregiè Chrysostomus in Psalmo 148. consulit æquè Deum laudandum, siue prospera immittat, siue diuersa adducat, siue blandiatur, siue flagellet, cùm æquè sit misericors, quando iratus percutit, sicuti quando mansuetus gratiam tribuit: *Deus*, inquit, *æquè est laudandus, & cùm punit, & cùm à supplicio eximit, vtraque enim sunt curationis, vtraque bonitatis signa: oportet enim eum æquè laudare, & quod posuerit Adam in paradiso, & quod eam expulerit, & gratias agere non solum pro regno, sed etiam pro gehenna, eam enim fecit, & minatus est, vt à vitio liberaret: quemadmodum ergo*

6. Tam etiam quia paradisum quã quia gehẽnã condidit.

medicum non solum nutrientem, sed etiam fame excruciantem, non solum nutrientem, sed etiam vrentem, & secantem obseruamus, ita etiam oportet Deum laudare pro omnibus: Nil melius. Vbi obseruo, etiam pro gehenna secund. in Chrysostomum; Deus laudandus; quia eam comminatus, vt à vitio liberaret: quanto ergo amplius laudandus, quando mortem infligit, vt à peccatorum miseria hominem præseruet omnino, qua nulla maior, neque ipsa gehenna. Hinc venerabilis ille senex. 1. Machab. 6. num. 23. *Præmitti se malle in infernum*, ait,

7. Peccatum maius, quã infernum malum. 1. Macha. 6. num. 23. Edinet.

quàm contra Deum delinquere, & peccatum patrare. Quem Diuus imitatus Anselmus, vt refert Edinetus Anglus libro secundo, de eius vita, dicere solebat, *Quod si hinc peccati horrorem, hinc inferni dolorem corporaliter cerneret, & necessario vni eorum immergi deberet, prius infernum, quàm peccatum appeteret*. Ergo non supplicium, sed

8. Diuus Anselmus inferni malebat pœnas, quàm peccatum patrare.

B

summum Dei beneficium mors immissa ad peccati præseruationem, nam si magnum Dei æstimatur beneficium, quando flagella præueniens, calamitates que futuras, à mundo aliquem eripit, quanto magis, quando in peccata lapsus? cùm nullum sit aut esse possit temporale malum, quod peccato comparari queat. Beneficium equidem, non supplicium, aiebat Diuus Ambrosius in oratione

9. Beneficium est Dei aliquẽ eripere à mundo, ne mala videat imminentia. Ambros.

funebri de obitu Satyri fratris tomo 4. gloriæ fuisse eiusdem, ne mala imminentia prospiceret, ne videret funera. *Non opus fuit*, aiebat, *ei resurrectio temporalis, cui æterna debetur, quod enim in hanc miseram, & ærumnosam incideret labem, atque in hanc flebilem vitam rediret, quem raptum magis esse ex tum imminentibus malis, vrgentibusque periculis, gaudere debemus: nam si pacato sæculo, bellisque cessantibus raptum Enoch nemo defleuit, sed magis Propheta laudauit, sicut de illo scriptura*

C

dicit, Raptus est, ne malitia mutaret cor eius; quãto magis nunc iure dicendum est, cùm ad sæculi lubricum vita accedat ambiguum, raptus est, ne in manus incideret Barbarorum. raptus est, ne totius orbis excidij, mundi finem, propinquorum funera, ciuium mortes, ne postremo, sanctorum, virginum, atque viduarum, quod omni morte acerbius est, colluuionem videret. Ego verò te frater cùm vita tua flore, tum mortis commoditate beatum arbitror. In qua Ambrosij sententia duo ponderanda, primum illud, *Non opus fuit ei resurrectio.* Enarrauerat supra Thabitæ resurrectionem à Diuo Petro factam, in viduarum gratiam lachrymarum Actor.

Actor. 9.

9. & adolescentis in viduæ matris à Christo, & cùm similiter totus propemodum deplorasset populus fratrem, cur etiam Deus eum non resuscitasset, rationem præbens, ait, *Non opus fuit illi resurrectio temporalis, cui æterna debetur.* Quasi sanctus

D

diceret: non grata esset ei resurrectio, cùm ad iterum moriendum resurgeret, immò potius renouatus dolor, immò pœna, cùm ad mala prospicienda resurgeret. Ex quo licet inferre, quòd si resurrectio ad hanc iterum vitam, ne mala quis aspiciat, non est beneficium, erit equidem mors, dum ne illa videat, è viuis aliquem Deus arripit. Secundum autem est, mortem, commoditatem appellasse sanctum, & ex illa Beatum fratrem: commoditatem dixit, quia à corporalibus eripiebat malis, ob hoc, & eum Beatum prædicat, quid ergo sanctus dixisset si spiritualia pensitasset, & ab illis fratrem ereptum vidisset? quomodo talem apellasset mortem? quomodo Beatum fratrem proclamasset?

A

quale, quàm grãde, quàm magnum, quàm immensum dixisset amoris esse Dei signum, quando aliquem è medio tollit, ne peccatis se fœdet, ne malitia eius mutet intellectum?

Hinc equidem fit, vt melior sit dies mortis, quàm dies natiuitatis; & ob hoc sanctus Iob maledixit diem natiuitatis suæ, quia cum per diem natiuitatis ad peccatorum pericula, occasiones, & damna nascamur, & è contrario per diem mortis à malis omnibus eruamur, iustè maledicitur dies illa tantorum malorum occasio, & ruina, *Non maledicatur*, inquit Origenes, libro tertio in Iob. exponens prædicta verba, *dies mortis, neque dies finis, neque dies exitus de hoc sæculo: est namque consumatio, & requies, ac dolorum omnium transitus, & depositio: dies vero natiuitatis, dies est omnium tribulationum, & angustiarum, dolorum quoque, & miseriarum, & omnium peccatorum, atque impietatum initium, atque introitus: meritò ergo maledictus dies, in quo nascimur, quia melior est dies mortis die natiuitatis*, sicut dixit Ecclesiastes, *& propterea maledictus dies, in quo natus sum*. Melior ergo cùm sit dies mortis natiuitatis die, quia in peccandi periculum per natiuitatis diem venimus, à quo per mortis diem eripimur, certè præueniens Deus aliquem morte, plus ei moriendo confert, quam nascendo contulit, & sic plus eum occidendo, vt sic dicam, diligit, quàm nascendo amauit. *Postquàm homo lapsus in flagitium est* inquit Ambr. li. de bonis mortis, cap. 3. *& eum præuaricationis, & fraudis sententia comprehenderit; vt in terram suam terra remearet, inueniemus mortem finem esse peccati, ne quo esset vita diuturnior, eo fieret culpa numerosior, passus est igitur Dominus subintrare mortem, vt culpa cessaret.* Optimè: & notanda verba illa, nempè: *passus est Dominus subintrare mortem*: nõ enim dixit, voluit, sed passus est, quia suæ non fuit voluntatis inferre mortem, ipse enim, vt supra, inquit noster Sapiẽs, *mortem non fecit*, sed amans nos piissimus pater præuidens peccata in quę lapsurus erat homo, duoque veluti præponderans mala, aut peccatorum vniuersitatem si viueret, aut mortem, humano generi compatiẽs, cùm ambo ab ipso eleuare non possit, nisi vim iustitiæ inferret, quam nolebat, minus malum præferens maiori, illud passus est, vt subintraret ne multitudine peccatorum massa damnata, æternaliter. & profundè interiret, & viuens descenderet, in barathrum infinitè puniendam; vnde licèt ipsa mors pœna fuerit peccati respectu peccatoris, & vt sic, quatenus eius malum à Deo simpliciter non volita; tamen quatenus rationem habuit præseruationis ab illo, respectu Dei non fuit pœna, & iudicium, sed misericordia, & amoris indicium.

10. Iob cur diẽ maledixit natiuitatis.

Origen.

11. Mortis dies melior, quã natiuitatis.

11. Mors post peccatum grande Dei beneficiũ. Ambros.

13. Mors cur Deus passus fieri sub intraret.

Ex quibus visceribus illa processit sollicitudo diuina, & præuentio, ne Adam sumeret de ligno vitæ mittens ad custodiendum illud, immo ideo eum à paradiso expellens, ne forte sumendo, diu, longissiméque viueret, *Nune ergo ne fortè mittat manum suum, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum, emisit eum Dominus de paradiso voluptatis.* Genesia tertio, num. vigesimo secundo. Causa ergo expulsionis à paradiso timor fuit Dei, ne longæuus fieret Adam in hac vita, hoc enim sonat verbum illud, *æternum*, vt optimè adnotat Lyranus, nam cùm in sententiam mortis incidisset, certum est, quòd non

14. Expulsio Adami è paradiso, & prohibitio eius ligni vitæ magnum Dei beneficiũ. Gen. 3. 22.

Lyran.

non poterat amplius in æternum viuere, sed dicitur in æternum, id est, ne longæuo tempore viuat; non enim iudicauit pijssimus Dominus Adami bonum esse diu viuere, qui quotidie per peccatum poterat statim mori, & ideo eius præueniens damnum, ex prolongata vita, è paradiso voluptatis eiecit, ne de ligno vitæ sumens in longum

Chrys. protraheret vitam, *Post peccatum*, inquit Chrysostomus hom. 18. in Genes. *exclusit Dominus Adam de paradiso, in quo ostendit simul cum flagello misericordiam, & vt hoc discamus, oportet verba sanctæ Scripturæ considerare, & nunc inquit, nequãdo extendat manum suam, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum; nam quia magna intemperantiæ indicia exhibuit, prauaricandoque mandatum, mortalis factus est, ne nunc & lignũ quod vitam præbet continuam, attingere audeat peccaturus perpetuò, satius fuerit hinc ipsum eijci, ita vt magis prouidentiæ, quàm indignationis fuerit illa eiectio.* Ex quo facto licet equidem argumentari, quãta nunc sit illa Dei misericordia, quãdo aliquem à viuis ad se adducat, ne amplius peccet: nam si Deus melius iudicauit eijcere Adam de paradiso, ne diu viueret, vt eum à multitudine præseruaret peccatorum, & signũ dilectionis talis extitit eiectio, ex hac parte considerata, quantò magis nunc erit dilectionis signum aliquem per mortem, non à paradiso voluptatis, sed ab hoc mundo miseriarum, calamitatumque eripere pelago?

15\. *Homines qui se occiderunt, vt mala huius euitarent vitæ, & seruitutem.* Enimuerò multi vt tormenta euaderent, & mala fugerent, voluntariè mortem subierunt: huius rei exemplis historiæ abundãt prophanæ. Phocensibus inexpiabile bellũ cum Thessalis intercedebat, decretũ fecerunt Thessali, à nemine, qui ætatem haberet abstinendum; liberos verò, & coniuges in seruitutem redigẽdos, at Phocides mulieres, pugnam inituri mariti, sic statuerunt: in syluam ingentẽ nos conferemus, cùm viros superatos esse senserimus, ipsę quoque in rogos, cum liberis ascendemus, syluãq; comburemus. Quid magis excogitari potest? mulieres erant, & tamen mortem vitæ prætulerũt, existimãtes maius malum sine viris suis viuere, quã vita ipsa carere.

Polien. Poliènes lib. 8. Cleomenes etiam,
Fulgos. vt narrat Fulgosius lib. 9. c. 8. & Plutarchus in eius
Plut. vita, Lacedæmonum Rex, ne in manus Ptolomæi Ægypti Regis deueniret, seipsum cum suis omnibus occidit. Scipio infeliciter defensis partibus Cneij Pompeij generi sui, ne in manus Cæsaris caderet, se ipsũ interimit, potius eligens sine vita esse, quàm infeliciter eam in potestatem seruitiumque inimici ducere,

Valer. Valerius lib. 3. c. 2. Xãtijbis in Lycia vxores & parentes occiderunt, ne in seruitutẽ inimicorum deuenirent. Vxor Asdrubalis se, & filios interfecit, ne in manus incideret Romanorum. Sed quid? Gallo græcorũ exercitus, cùm ex oraculo se vincendum ab Antigono didicisset, licet in securiora loca secedere posset, tamen maluerunt liberos prius occidere, & postea pugnare, quàm timoris signum dare.

Philippus Pygafert. Mirum narrat Philippus Pygaferta in relatione regni Indiarum, quod Congo dicitur lib. 1. c. 8. O-

16\. *Elephantis mirum exẽplum potius filium occidens, quàm vt seruum videret.* duardũ scilicet Lopez sibi narrasse, proprijs oculis in Prouincia quadã illius regni, quę dicitur *Coante*, elephantinis belluis abundantissima, se tale vidisse, cùm enim ad eos capiendos simili arte vtantur, in plano enim foueas quasdam perficiunt, quas herbis & molli terra cooperiunt, vnde elephantes transeuntes, & intus decidentes, cùm inde exire nõ valeant, capiuntur. Accidit, vt filius elephantinæ belluæ in vnam harum incideret, quem cùm mater à manè vsque ad vesperam elaborasset, vt inde extraheret, cumque cerneret se non posse, & impossibilem esse filij liberationem, nullo metu à circũstantibus, qui in magna aderant quantitate, neque ab ignibus, quos admouebãt, neque à clamore, aut sagittis mota, terra, herbis, & lignis suffucauit filiũ, eligens magis illum videre mortuum, quàm in seruitute captiuum. Ergo mors non solum ab hominibus sæpè, sed ab ipsis etiam animalibus præeligitur seruituti, & beneficium reputant mortem quia à seruitute eripit. Quale ergo erit illud Dei beneficium, mortem inferendo, qua iustum non à seruitute temporali liberat, sed ab æterna, non ab humana, sed dæmonis, sed peccati, educendo illum, non à vita beata, sed à misera, omniumque plena calamitatum.

Sed quid narro prophana, accedamus ad sancta, gloriosaque facta, & nolo inexpugnabilem considerare animum Eleazari, 2. Machab. 6. terribilem *2. Mach. 6.*
Raziæ ibid. 14. qui seipsum dilaniauit, ne patriæ legem desereret, potius honorabilem eligens mortem, quàm vitam peccatricem. *Ibid. 14.*
Vnam solummodò mulierem producere volo ipsiusque animum, & mulierem non fortem, sed delicatam nimis, vt inquit scriptura; Susannam nempe, cuius factum admirabile, nullus quippe est qui audiens, non illud vsque ad cælum extollat, infinitisque cumulet præconijs; quia nempe mortem prælegit corporis, animæ morti, & potius voluit corpore obire, quàm peccato animam occidere. 17. *Susannæ actio quam nobilis.* *Angustiæ*, inquit, *mihi sunt vndique, si enim hoc egero, mors mihi est*, animæ scilicet; *si autem non egero, non effugiam manus vestras*; occidetis scilicet, & moriar, Dan. 13. n. 32. cumque æqua lance hæc pericula librasset, maluit honesta mulier, vt corpus interiret, quàm anima, & vt à peccato se præseruaret, elegit occidi, potius quàm viuere; hinc meritò ab omnibus laudata. *Dan. 13. 32.* *Helcias autem*, inquit Scriptura, *& vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna, cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis*, Num. 63. *Num. 63.*
vbi perillustrem fœminam prædicat Augustinus serm. 242. de tempore, *Susanna illustris*, inquit, *decus pudicitiæ, vicit impudentiam iudicum, petulantem seniorum compressit audaciam, ne castitas in ea pateretur iniuriam, quam sententia praua deiecerat, illustris conscientiæ integritas erigebat. O amor honestatis, & legis, adulterij conscientiam grauiorem iudicauit, quàm pœnam.* *August.* 18. *Conscitia adulterij magis timenda quã pœna.*
Et Ambrosius 3. Officiorum cap. 14. sanctam eam vocat: *Sancta Susanna denunciata falsi terrore, cùm hinc se videret vrgere periculo, inde opprobrio, maluit honesta morte vitare opprobrium, quàm studio salutis turpem vitam subire.* *Ambr.*
Vide Chrysostomum homilia de sancta Susanna tom. 1. Extollunt ergo vsque ad cœlum hanc fœminam sancti, non alia equidem ratione, nisi quia prætulit corporis mortem morti animæ, præelegitque viriliter mori, vt se à peccato præseruaret. *Chrysost.*
Cur ergo & Deum nos non extollemus, quando similiter mortem immittit, vt nos à peccato præseruet? & si creaturæ ad eruendam custodiendamque se, gloriosum est, mortẽ aliquando subire, similiter cur & gloriosissimũ Creatori non erit, quãdo eam ab illo eripit per mortẽ? Vnde si illas laudamus, nõ vituperamus; similiter creatorẽ omniũ infinitè laudare, ex-

tollereque debemus, cùm iustum suum præoccupat, ne cadat, neque in barathrum peccatorum incidat. A

Enimuerò si æquo rès pensitetur iudicio, non
19. Mors millies appetenda, quam semel peccare. solum iniqui non habent vnde Deum accusent, dum vident iustum ab illo eripi ab hoc sæculo nequam, sed potius vnde eum laudent, dum tali eum præuenit beneficio, custodiendo illum, & præseruando à malorum omnium maximo, pro quo fugiendo, & pericula omnia & millies ipsam mortem subire quis teneretur. Hoc equidem rectè ipse sanctus callebat Rex Dauid, dum ne in peccatum incideret, millies potius ipsam appetebat mortem, reputans sic se Deo beneficijs obstrictum, vt minus quàm ipsa corporis morte repensurum gratias non posset. Vnde Psalm. 115. num. 3. clamans aie-
Ps. 115. 3. bat: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, vbi per Calicem mors intelligitur corporis, ob pietatem, iustitiamque seruandam obiturus, non equidem grauanter, sed læ- B
tanter, & placidè, vt senatè adnotauit Basilius in
Basil. hæc verba homil. 12. *Appellatione Calicis, ait, tolerantiam subindicat, sudoremque certaminum in gratiam tuendam pietatis, simulque conatum ingentem, quo ad mortem vsque aduersus peccatum resistimus, vnde dicit, Calicem salutaris accipiam, hoc est, sitienter, & cupidè contendo ad perfectionem per martyrij animæ, corporisque, requiem ducens, non dolores, quæ pro pietate decertaturus, tolerabat supplicia: vnde, ait, me ipsum Domino offeram oblationem, cùm cætera omnia existimem ma-*
20. Munus neo gratū nos sumus, non nostra. *gnifici adeo benefactoris dignitate longè esse inferiora*, optimè equidem. Quicquid enim præter nos Domino damus, inferiora sunt dignitate benefactoris nostri, impatia sunt, vilia sunt, nos ipsos dare debemus, vt aliquid dignum benefactori nostro C offeramus. Hinc sancti totos se Deo dabant, nihil existimantes cætera, quæ cum ipsis simul offerebant, sed tantum seipsos, vnde ad minimum tantum peccatum effugiendum millies vitam exponebant, vt puri immaculatique ad factorem suum semel deuenire possent. Quod cùm sit, qualis erit illa iusti gratia, amorisque Dei erga illum signum, quando prospiciens casum, per breue mortis tormentum, illum ab eo eripit, à quo, si viueret, per millia ipse ne caderet, libenter transiret. Ob hoc
21. Felices appellantur morientes iusti. tales non felices, sed felicissimi à sanctis vocantur. Sic eos dulcissimus appellat Bernardus in Psalmo, *Qui habitat*, explicans illa verba: *clamabit ad me,*
Bernard. *& ego exaudiam eum*, vbi sic ait: *Felix, qui te interim adiutorem habet, at quàm felicior, quem iam eripuisti, qui iam exemptus de laqueo venantium, qui iam raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius, longè tamē felicissimus erit, quem assumpseris ad te ipsum.* Si D ergo felicissimus est, quem Deus eripit ab hoc sæculo ne cadat, ergo mors, quæ infertur, & quæ eum felicissimum facit, non erit odij, sed amoris signū, non pœnæ inflictio, sed beneuolentiæ exhibitio. Amat ergo, diligit, fouet, protegitque pijssimus Dominus, quando iustum eripit, ne, vt inquit noster Sapiens, malitia mutaret, &c.

Num. 12. *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.*

COMMENTVM LITTERÆ.

DVo mala, seu, vt melius dicam, duo grauissima pericula hîc assignat Sapiens, quæ homo patitur iustus, viuens in hoc mundo inter *Connexio capitis.* peccatores, à quibus per mortem liberat eum Deus; quæ pericula ita sunt iusti mentem ad peruertendam efficacia, vt nil amplius excogitari possit, quapropter diligens eum Deus, potius duxit eum è viuis transferre, quàm inter ea eum sinere. B

Pericula sunt fascinatio nugacitatis, & inconstantia concupiscentiæ. Quid per fascinationem nugacitatis, & quid per concupiscentiæ inconstantiam Sapiens intelligat, iam diximus.

Fascinatio enim nugacitatis, &c. id est mali- 1.
tiæ, seu improbitatis vanæ, leuis, & quæ nullius est *Fascinatio nugacitatis quid.* momenti, vti sunt phantasiæ peccatorum, & omnia huius mundi, vt inquit Castro. Metaphora est *Castro.* sumpta ab eo, qui fascinatione oculorum lædit, & corrumpit speciem infantis, sic pari modo fascinatio peccatorum corrumpit iustum, dum inter eos viuit. Sed quæ talis fascinatio, exempla, mores, verba ipsorum, adulationes, quibus malum bonum, & bonum malum apparere faciunt; hæc sunt peccatorum fascinationes, quibus obscurant bona iustorum, ita vt in errorem ipsi incidant, & à vera deuient iustitia. C

Fascinum omnes norunt, de qua materia Gel- 2.
lius lib. 9. cap. 4. & in disquisitionibus magicis *Fascinum quid.* Deltio lib. 1. cap. 3. 44. & fusè lib. 3. p. 1. 94. se- *Gellius. Delrio.* ctione 1. & alij quos citat ipse, cuius doctrinam sanctissimam, & verissimam iudico, commentum
scilicet esse fascinationem vulgarem, & poëticam, 3.
& non aliam esse fascinationem nisi Philosophi- *Fascinatio vulgaris, & poëtica, cōmentū.* cam, seu Physicam, quæ propriè contagio, seu infectio dici potest, ab infectis humoribus fascinantis procedens, aërem inficiens, ac corrumpens, per spiritus emissos per oculos, qui oculos intuentis corrumpentes, & per eos in interiora defluentes, ea corrumpunt, ac perdunt, & secundùm me, fascinatio illa poëtica, siue vulgaris, qua dicuntur homines fascinari, siue per visionem tantum, & actiuum aspectum, siue per verba laudantis animo inuido, & vafro, sumpsit fundamentum ex fascinatione Physica, & Philosophica, quam diximus, vnde dici potest, quòd sit ens quodam rationis cum fundamento in re, inuentum, seu æstimatum à vulgo penitius non examinante. D

Fascinatio ergo nihil aliud est, nisi contagio quæ- 4.
dam, & infectio ex pessimis, & putridis humori- *Conuersatio peccatorum quā propriè fascinatio dicatur.* bus fascinantis procedens. Quo semel posito, euidentissimè elucet, quàm aptè, & quā propriè statū, habitationē, & conuersationem inter impios, quos ipsam nugacitatem appellauit Sapiens, dixerit

fascinationem, hoc est, contagionem, & infe- A ctionem, sufficientissimam ad corruptionem, obscurationem, totiusque boni annihilationem, à qua ne corrumpatur, præseruat Deus iustum, eripiens eum è medio peccatorum, qui cùm putridas, infestasque habeant conscientias, putridos, infestosque humores, conuersatione, conuictu, tractu, & amicitiam inficiunt mentem iusti, & nisi aliunde Deus præuideat, certissimè in ruinam eum adiycient, ita vt malom dicat bonum, & bonum malum. Et hoc sensu intelligendus est locus ille Pauli ad Galat. 3. num. 1. quando dixit, *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?* hoc est, quis vos infecit? quis contaminauit? quis corrupit ita vt iam amplius veritati non obediatis? vbi verè de fascino Physico, & non poëtico, seu fictitio loquutus est Paulus, in quo Lorino non consentio, qui locum Pauli intellexit de fascino poëtico per inuidentiam.

Ad Gal. 3. 1.

5. Christus in cruce remediū cōtra fæculi fascinationem.

In quo loco Pauli licet vnum adnotare; nam statim post prædicta verba sequitur, *Ante quorum oculos Iesus-Christus proscriptus est in vobis crucifixus.* Quæ verba, considerata natura fascini, magnam habeo emphasim; nam, ni fallor, his verbis alludit Paulus ad illa remedia, quibus fascino obstatur, & occurritur infectioni ex fascinatione procedenti, vt si quid turpeculum pueri gestent in collo, vt hodie fit, dictum Hispanicè, *Higa*, Italicè *Fico*, quod non esse quid fictitium experimento constat, vidimus enim ex intuitu alicuius sic infecti, abscindi, & in mille partes disrumpi tale turpeculum, sano remanente puero, cùm in se attraxerit omnem infectionem alioquin in puerum casuram. Ad hoc enim videtur, quod Paulus alludat, admirans vltrà quàm credi potest C vt fascinati essent Galatæ, ante qoorum oculos erat Iesus Christus, veluti turpeculum qooddam; vnde non simpliciter dixit, ante quorum oculos Iesus-Christus, *sed Iesus-Christus proscriptus*, sed crucifixus, remedium certissimum contra omnem fascinationem: vnde meritò exclamans, insensatos eos vocat, sine sensu, sine intellectu, non homines prorsus, cùm habentes secum Christum crucifixum, & tale diuinum turpeculum, fascinari se permiserunt. Quod si mirum in Galatis, vide ne sit plusquam mirum, & mirandum io Christianis, ante quorum oculos cùm sit Christus proscriptus, & crucifixus, fascinantur tamen à nugacitate huius mundi, nullo prorsus remedio, eorum culpa, eis tale diuinum afferēte turpeculum, quod in se habent.

6. Post Christum crucifixum quātum malū sit peccare.

Obscurant bona, &c. scilicet vt existimentur D bona, quæ mala sunt, & è contra, perstrictis oculis iusti fascinatione iniqoorum, & falsa suasione.

Fulgent.

Inconstantia concupiscentiæ, &c. Fulgentius epist. 25. 4. Incoustantia, & aliqui alij codices, sed vt notent Lorinus, & Castro, inconstantia benè dicta est à nostro interprete, venit enim à verbo Græco, quod significat circumrotatio, sicut fundæ, vnde significat perpetuam quandam, & in gyrum veluti mutationem, euagationem, errationem, vertiginem, & vt sic dicam, turbinem concupiscentiæ, dum vna succedit alteri, nec quis satiatur vnquam, sed semper in circuitu ambulat, actus à concupiscentiæ vi, quæ concupiscentia transuertit sensum iusti, si semel eum apprehenderit, de qua re nos infrà.

Lorin.
Castro.

7. Concupiscentia cur inconstātia dicatur.

A *Transuertit, &c.* Eruit, effodit, scrutatur, indagat, immutat, & euertit, vis denotatur concupiscentiæ, dum inuertit sensum rectum, quem Deus in homine posuit, non secus ac qui è terra metallum effodit, & eruit, qui totam terram euertit, immutat, ac effodit: sic concupiscentia illecebrarum totam mentem hominum euertit, & inuertit, ad simplicitatem ab ea eruendam. Vnde benè adnotat hîc Castro, duo vitia à Sapiente hîc adnotari, prauitatem scilicet opinionum, per fascinationem, & cupiditatum intemperantiam.

8. Concupiscentiæ mali effectus.

Sensum sine malitia, id est mentem sinceram, simplicem, innocentem. Plutarchus lib. de audiendo, ait, simplices, & admiratiuos à dicentibus magis lædi, immo etiam à cupiditatibus, si semel in animum eorum intrauerit: vnde ne tantum malum incurrant, eos Deus ab his ærumnis, & vita B mortali eripit, magnum certè, maximumque bonum.

Plut.

HOMILIA LXXX.

Adulatio, peccatorumque assentatio quàm magnum malum.

F*Ascinatio nugacitatis, &c.* Exempla, & mores accipi possunt, vti diximus, sed licet hæc duo valida sint ad animum simplicem corrumpendum, tamen nil prorsus sunt, si illa cum adulatione comparemus, perditorumque assentatione C hominum: exempla enim, moresque perditi interea vioentem licet alliciant, tamen ea esse videt mala, & rectum habens sensum damnare ea potest, aut si allectus sequitur, cum dictamine, & synderesi erit mali, at quando per adulationem, assentationemque malum apparet bonum, & è contra, quis à tali laqueo se eripere potest?

1. Adulatio plus nocet quàm exēplum malum.

Benè hoc expertus est miser Achab adulatione deceptus Prophetarum, 2. Reg. 18. quæ non siuit eum veritatem Michez audire ooc credere, vnde fallacijs ipsorum irretitus, succubuit infelix, & perijt: *Sedecias enim*, inquit scriptura, *fecit sibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam donec conteres eam, omnesque Prophetæ similiter prophetabunt*, qui non erant minus, quàm quadringenti. At equidem oon mirum vt D impius Achab deciperetur, cùm veritatem noluit audire, & ideo ob hanc causam oderat Michæam, vt Iosaphat respondit quærenti, si aliquis Dei Propheta ibi adesset. *Est vir vnus*, dixit, *à quo possumus requirere Domini voluntatem, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore.* Non mirum ergo si assentatio decepit pessimū Regem, qui veritatem oderat, & eam audire oolebat; proprium & commune Principum malum, *Cuius opes sæpius assentatio, quam potentia euertit*, vt inquit Curtius. At quod mirum etiam decepisse Iosaphat sanctum, & iustū, qui nihilominus audito Michæa ad bellū processit: sed quid mirum? talis est vis eius, vt decipiat etiam innocentem, & sanctum, & apparere faciat malum bonum, & bonum malum, fascinans oculos, mentem, & intellectum, vt inquit noster Sapiens, & præcipuè si est Prophetarum, hoc est

2. Achab adulatione deceptus. 2. *Reg.* 18.

3. Principes cur ab assētatione decipiantur.

Curtius.

4. Assentatio perniciosissima hominum est spiritualiū.

hominum spiritualium, prædicatorumque, ob A quod meritò Philo Carpathiorum Episcopus in
Philo Carpat. Cantic. tom. 1. Bibliothecæ, super illa verba Prou.
27. *Meliora scilicet sunt verbera diligentis, quàm fraudulenta oscula inimici*, grauiter asserit, quòd si non esset adulatio prædicatorum, non tam infelicissimè miseri perirent Christiani. *Hæc enim*, inquit, *scilicet verbera, ad perennem salutem feriant, illa miserrimè occidunt, vtinam ab ijs assiduè cæderetur sponsa, verberibus afficerentur homines, non tot, heu! miseri Christiani quotidie per assentationes prædicantium infelicissimè*
5. Populi Christiani ruina ab assentatione prædicatorum. *perirent, hinc tanta peccatorum labes, hinc illa corruptela morum, qua singulæ fideles animæ in dies magis ac magis turpiter inficiuntur, nam cùm in omni cœtu hominum, tum in Religione Christiana, assentatione nihil est perniciosius, eorumque præsertim, qui commonendi, & obiurgandi cæteros susceperant.* Nil melius. Vnde
B non mirum, si non solum Achab, sed & ipse fuit Iosaphat deceptus, dum qui adulabantur, Prophetæ & Prædicatores, licet falsi. Vnde meritò idem Philo talium vitam vrbium pestem appel-
6. Adulatorũ vita Reipublicę pestis. lat, tabificum adolescentum morbum. *Teterrima pestis vrbibus assentatorum vita*, inquit, *tabificus morbus eorum consuetudo, adolescentibus, domibus ruina, monasterijs euersio, Christianæ religionis extrema calamitas, omniumque malorum seminarium & origo.* Vt ex hinc intelligamus qualis sit illa Dei gratia quando è medio talium multum eripit suum, vtpote qui benè difficultatem callet à tanta peste, tantoque euasionis malo.

7. Ieroboam adulatione deceptus. Miser Ieroboam hoc etiam benè expertus, dum nullum inuenit, qui de malitia sua aduerteret eum, & non diceret bonum esse malum, quod faciebat; pessimè enim cogitans, nec rememorans regnum à Deo sibi datum, & non viribus, aut industria sua acquisitum, idololatrare fecit Israel, ne dum ad adorandum Hierosolymam iret, à se desciscens ad Roboam conuerteretur,
3. Reg. 12. 26. 3. Reg. 12. num. 26. Ex quo pessimo factum est consilio, vt ipse amittens regnum, & vitam, simul cum domo sua funditus periret, sed dum illud fecit, est ne repertus vnus, qui diceret illi malum quod faciebat? neque vnus quidem, sed omnes acclamantes ei, miserè perdiderunt. Audiamus
Os. 7. 3. Oseam hoc deplorantem, qui loquens de istis sic inquit cap. 7. num. 3. *Lætificauerunt Regem in malitia sua, & in mendacijs suis Principes.* Quomodo lætificauerunt? assentando scilicet ei, & adu-
Ribera. lando, vt inquit hîc Ribera, dum malum quod faciebat, bonum dicebant, in mendacijs mentiendo suis, & vix ille os aperuit suum, ostendens deside-
D rium, ac illi inhiantes prompti obedierunt, Dominum derelinquentes, & idolis sacrificantes, nemo enim ausus est non adulari, & sic omnes simul perierunt interfecti adulatione. Vnde optimè san-
S. Max. ctus dixit Maximus serm. 11. de adulatione, adula-
7. Adulatio mentem corrumpit. tores rationem, mentemque corrumpere humanam, *Vt corui inuolantes*, ait, *cadauerum oculos effodiant, sic adulatores suis laudationibus rationem, & mentem humanam corrumpant.* In quo sancti dicto adnoto, coruis adulatores assimilasse,
8. Adulatores coruis peiores. & rectè equidem, nam ambo corpora vorant, sed cum hac, vt inquit Demosthenes, differentia, quòd
Demost. ille viuos, hic autem mortuos, ob quod Antisthenes aiebat. *Magis optandum esse in coruos incidere, quam in adulatores, quòd illi mortui corpus, hi animam viuentes lanient, & corrumpant.* Animum, inquam, non alterius, sed eius, qui ipsos pascit, & alit; vt obseruauit Fauorinus in suis com- 9. Similes sũt Actæonis canibus.
mentarijs dum ait: *Quemadmodum Actæon à canibus, quos ipse aluerat, interfectus est, sic adulatores eos, à quibus aluntur, deuorant.* Vide Diuum Fauorin.
Basilium hom. in Psalm. 61.

Vnde meritò suadet Diuus Hieronymus adula- 10. Occidunt eos pascentes.
tionem maximè esse fugiendam, vtpote animæ pestem, sic ep. 18. ad Celantiam matronam: *Adulatorum assentationes*, inquit, *& noxia blandimenta fallacia, velut quasdam pestes animæ fuge, nihil* Hieron.
est quod tam facilè corrumpat mentem hominum, nihil quod tam dulci, & molli vulnere animam feriat. Pestis namque animæ dicitur adula- 11. Adulatio animæ pestis, & cur.
tio, quia scilicet sicut difficile quis à malo pestis eripitur viuens inter peste correptos, & sicut difficilè, aut numquam à pestis contagione liberatur ab ea semel apprehensus: sic qui inter adulatores viuit, vix, ne dicam impossibile, fit, vt ab illa peste non corripiatur, quem si semel corripuerit, occidet infallibiliter, peruertendo ei sensus, & rationem, ita vt quid verum sit, discernere non possit. *Caue fallaces adulatorum sermones*, in- Philo.
quit Philo, *hebetantes enim animæ rationes, & consilia, rerum veritatem cernere non concedunt, aut enim laudant vituperatione digna, aut sæpè vituperant quæ sunt omni laude maiora.* 12. Veritatem inaetiit.

Benè enim hanc expertus veritatem miser est 13.
Holophernes; dum enim inter assentatores me- Holophernes ab adulatione occisus.
dius sederet, veritatem, quam ei dicebat Achor, minimè intelligere potuit, ex quo factum, vt se, exercitumque suum simul perderet, funditusque amitteret. *Et factum est cùm cessasset loqui Achor*, inquit scriptura Iudith. 5. num. 26. *irati sunt omnes magnates Holophernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum, quis est ille,*
C *&c.* Vix loquutus est Achor; & isti loquuti sunt, vix veritatem aperuit, & isti infelicis aurem Holophernis mendacijs, assentationibus, clamoribusque obruerunt. Quomodo ergo miser se à tantis talibusque eripere poterat, & sic simul cum illis concidit, non tantum à forti Iudith decollatus, quan- 14.
tum ab adulatione occisus: nam in eo quòd assen- Adulatione victus, homo ignauus.
tatoribus aurem præbuit, iam non amplius fortis extitit Imperator, sed ignauus homo, vt egregiè dixit Ambr. lib. 1. de Offic. c. 42. *Emolliri ab adula-* Ambr.
tione non solum fortitudinis non est, sed etiam ignauia videtur. Cuius etiam dominus Nabuchodonosor, non tantum ab vna muliere, quantũ ab assentatione, adulationeque confusus. *Vocauit iste*, vt sacer inquit textus vbi sup. c. 2. *omnes maiores natu,* 15.
omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum Nabuchodonosor ab adulatione confusus.
D *eis mysterium consilij sui, dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.* Cum qua iustitia hoc proponebat? quomodo alienum ipse inuadere poterat? quis eum dominum omnium constituerat? nonne tale consilium, seu mysterium pura erat iniquitas? iniqua auiditas, & scelerata temeritas? erat quidem; attamen inter tantos duces, interque tantos bellatores, & quòd maius est, inter tot ætate longæuos, neque vnus fuit, qui auderet veritatem ei adaperire, sed omnes mysterium sui adulantes consilij vsque ad cælum extulerunt. *Quod dictum cùm placuisset omnibus*, inquit scriptura, *vocauit Nabuchodonosor Rex Holophernem, &c.* Hinc adulatione oppressus, amplius quàm à Iudith deleto eius exercitu, confusus postea remansit, non tantum per vnam fœminam Hebræam, quantum

per ipsam adulationis pestem.
Vnde merito Sanctus Dauid ita exosam
eam habuit, vt potius corripi vellet à iusto, quàm
à peccatore assentari. *Corripiet me iustus*, inquit,
in misericordia, & increpabit me, oleum autem pec-
catoris non impinguet caput meum. Psalm. 140.
Ps. 140. 5. Cassiod. num. 5. vbi Cassiodorus, *Oleum peccatoris*, in-
quit, *est dilectio simulata verborum, qua adulatio-*
16. David vt adulatores odio habebat. *nibus, & blandimentis nostras mentes velut olei*
pinguedo libenter ingrediens, rigorem veritatis
emollit. Merito ergo illud prælegit sanctus Rex,
quia vt Spiritus consulit sanctus in Prouerb. cap.
Prou. 23. n. 6. 23. num. 6. & simul decidit. *Meliora sunt vulnera*
diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis.
Ille enim dum vulnerat, vitia comprimit amici,
iste vero dum blanditur, fouet: nam vt inquit san-
ctus Cyprianus serm. de lapsis, *Qui enim peccan-*
17. Adulatio vitia nutrit, & cur. *tem blandimentis adulantibus palpat, peccati so-*
mitem administrat, nec comprimit delicta ille, sed
nutrit: vbi adnoto verbum, *nutrit*; nutritione enim
res paruæ crescunt, & illud quod ex se nec magnũ
esset, nec multum roboris nutritione fit grande,
validæque fortitudinis: sic vitia, sic inclinationes
hominum malæ, & præcipuè Principum, prin-
cipio paruæ, inualidæ, vno, aut altero verbo cor-
ripi possunt, at si oleo adulationis nutriantur,
crescunt in infinitum, magnumque robur acci-
piunt, fiuntque validæ, ita vt extirpari amplius
non possint, aut conuelli, & tali nutrimento sufful-
ti, veluti pessimo veneno in præcordijs incluso
disrumpuntur miseri, amittentes sensum, rationé-
que, ad talem deuenientes dementiam, vt suæmet
obliti conditionis alios se esse ac sunt in veritate
putent.
18. Hominum insania Deos se facientes vnde. Ex hoc radice prouenit, vt Deos se existima-
rent homines, immortalesque se crederent, licet
mortales, & ad defectum quotidie se prospicerent
ire. Sic Alexander Magnus adulationibus sacerdo-
tis Ammonis, vt inquit Curtius lib. 4. *Iouis filium*
Curtius. *se non solum appellari passus est, sed etiam iussit,*
19. Alexander adulatione famã corrupit suam. *rerumque gestarum famam dum augere vult, ta-*
li appellatione corrupit. Et amici eius, dum ad
oraculum consulendum admissi, nil amplius *quæ-*
sierunt, idem inquit author, *quàm an Iouis author*
esset sibi, colendo suum Regem diuinis honoribus, in
hoc magis Regem adulantes, magisque demen-
tiam eius confirmantes: nam dum ipsis sacerdos
respondens, *vt victorem Regem diuino honore*
colerent, quasi ex iure adoratio ex eis, cæterisque
postea Alexander requirebat, vtpote à Deo inhi-
bita, & mandata. En dementia, sed non mirum:
nam vt inquit idem author, *Verè, & salubriter*
20. Fortuna nõ capaces, sed auidos homines constituit gloriæ. *æstimanti fidem oraculo vana profectò responsa vi-*
deri potuissent, sed fortuna, quos vni sibi credere
coëgit, magna ex parte auidos gloriæ magis quàm
capaces facit. Egregiè, fortunæ addictos gloriæ-
que cupidos eam inhiando incapaces ea fieri. Sic
Alexander dum filium Iouis se facit, nothum se
prædicat, impudicamque Olympiam genitricem
suam. Quis sic tantum Principem dementauit?
vnius sacerdotis adulatio, quæ intellectum, iudi-
ciumque ab eo eripiens in fatuum eum, miserum-
que reddidit.
21. Adulatio occidit Herodem Si etiam populi adulationes, vocesque insanire
miserum fecerunt Herodem, qui vestitus veste re-
gia, vt inquit scriptura, Actor. 12. num. 21.
Act. 12. 21. *Sedens pro tribunali concionabatur ad populum*,
cuius voces populus excipiens, applaudens, & ac-
A clamabat dicens: *Dei voces & non ho-*
minis. Quibus adulationibus miser deceptus re-
putans vere se Deum esse immortalem, incorru-
ptibilemque, illico emeritas luendo pœnas, exem-
plo docuit suo, ipsum deceptum, mortale pu-
tridumque esse vas, vnde confestim *Percussit eum*
Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem
Deo, & consumptus à vermibus expirauit, a-
micis suis dicens, vt inquit Iosephus 19. antiquit. *Joseph.*
cap. vltimo, *En ego ille vestra appellatione Deus*
vitam relinquere cogor fatali necessitate, coar-
guente vestrum mendacium, & quem immorta-
lem salutastis, ad mortem rapior ab ipsa adulatio-
ne occisus. Vt hinc innotescat, quàm verum di-
ctum sit Sapientis Prouerb. 27. num. 14. be- *Prou. 27. n. 14.*
nedictiones adulantium esse maledictiones: dicit
enim, *Qui benedixit proximo suo voce grandi, de*
nocte consurgens, maledicenti similis erit, vel vt Ti- 22. Adulantiũ benedictiones maledictiones.
B gurina, *laudanti proximum suum magna voce ma-*
nè consurgenti, reputabitur ac si execratus eum
fuisset. Quem locũ exponens Beda ab Hieronymo
verba mutuatus ait, *Voce grandi proximo benedi-* *Beda.*
cit, qui eum fauore superflua laudis extollit, vel
malis actibus eius contra iustitiam faciendo, vel
bona plus iusto laudando, sed hic maledicenti assi-
milatur, quia plurimum lædit eum, cui laudando,
siue in mala actione confidentiam tribuit, siue in
opere recto simplicitatem puri cordis imminuit.
Ergo adulator dum benedicit, maledicit, & dum 23. Vnũ ostẽdũt in lingua, aliud reseruant in corde.
ore voce grandi benedictiones cumulat, intus
in corde maledictiones coaceruat; quod satis
factum eiusdem populi Herodi acclamantis de-
clarat, dum quid intus habebat, dum illas prome-
bat oris voces, post mortem propalauit: mor-
C tuo namque illo, & vermibus consumpto, idem
prorsus populus, qui eum Deum acclamauit,
idem statuam eius confregit, corpus conuitijs
affecit, & nullum opprobrij genus remansit, quod
in ipsum non iaceret, vt idem inquit Iosephus.
Cur quæso hoc? nisi quia mentiti quando adulati,
& licet in ore Deum haberent, in corde tamen vi-
lem homuncionem, tyrannumque. Vnde meritò 24. Adulatio vitium turpissimum, & cur.
sanctus Maximus vbi suprà, adulationem om-
nium vitiorum turpissimam proclamauit; cuius
rationem subiungens ait: *Primum enim laudem,*
rem pulcherrimam, & iustissimam corrumpit (no-
tanda sententia) *vt iam ne si verè quidem adhibita*
fuerit, fidem mereatur. Nil melius. Corrum-
pit adulatio laudem, dum fidem ei adimit, credi-
tumque, quo semel dempto, perit ipsa laus. En
tibi populi vox miserum adulans Herodem, quem
D dum falsò ei attribuisse laudem, conuitia inde
mortuum patefecerunt corpus, ipsum in vniuer-
sum corrupit, veram in dubio omnes vertens lau-
dem. Vnde meritò sceleratiores hos iudicat san-
ctus, quàm nummi corruptores: *Sceleratius facere* 25. Adulatores, nummi corruptoribus peiores.
videntur, inquit, *quàm qui nummos corrumpunt,*
& adulterant, hi enim suspectos reddunt nummos,
illi virtutis fidem labefactant. Vnum in ore
habentes, aliud in corde, mel in lingua, vene-
num in corde, illud sanum, hoc putridum.
Hi equidem similes sunt Samsonis leoni 26. Samsonis leoni similes.
fauum mellis habenti in ore, totum autem
corpus putridum, & vermibus scaturiens. *Post*
aliquot dies reuertens, facet inquit textus,
Iudic. 15. 8. *declinauit, vt videret cadauer leo-*
nis. Si post aliquot dies, ergo putridum erat leonis
corpus, putridum cor, at fauum mellis habebat in

ore non secus ac durus assentator, dulcia loquens in ore, amara sentiens in corde. *An non vides adulatores*, inquit Philo, lib. de transmigratione Abrahæ, *qui nocte, dieque permulcent aures suis regibus, nec tantum applaudunt dictis eorum singulis, sed molestis ornant laudibus, quos tamen execrantur taciti, quamuis fausta ominando propalam, qui dum talia loquuntur decipiunt, perduntque innocentes, & per tales dulces sermones, & benedictiones*, vt inquit Apostolus ad Rom. 16. num. 18. *seducunt corda innocentium*, ita vt ab eorum seductione, difficile, ne dicam impossibile, sit vt quis se eripiat.

Philo. — *Ad Rom. 16. n. 18.*

Laert.

Diogenes enim, vt refert Laertius in eius vita, quondam percontatus quale ex animalibus magis dentibus infestum, illico respondit ex extraneis, & indomitis, *Murmurator*, ex domesticis vero, *Adulator*. Quod etiam confirmat Plutarchus dum contra ipsos loquens lib. de adulatoris, & amici discrimine, ait: *Nullum quidem animantium genus assentatoribus est perniciosius, nullum quod citius in præcipitia viuentem deducat.* Nec mirum, ab indomitis enim, & syluestribus animalibus dum ea prospicimus, nos defendimus, à domesticis verò minimè: vnde dum ista simulata feritate nobis blandiuntur decepti perimus, nobis nil mali cogitantibus, sicque eò difficilius est euasio, quo maior est securitas, & minor diligentia, *Homo qui blandè fictisque sermonibus loquitur amico suo rete expandit gressibus eius.* inquit Salomon in Prouerb. c. 29. num. 5. Rete expandit, sed rete dissimulatum, ita vt vix videri possit, vnde difficilius ab illo euadere quis potest. Hincque aptè colligitur adulatorem venatori perquam esse simillimum, dum iste non feræ, sed suam appetit vtilitatem: sic adulator dum laudat, non amicum, sed se, non alterius, sed suam tantum respicit vtilitatem: quorum accuratè descripsit genium Aristoteles 4. Ethicorum cap. 6. dum dixit: *Is autem, qui delectat, si id agit studens esse iucundus, non ob id aliud quicquam plausus vocatur, sin emolumenti causa sui, vt inde sibi proueniat in pecuniis, & in his qui pecuniis comparantur vtilitas, adulator dicitur.* Totus ergo in vtilitate cùm sit adulator, merito venatore comparatur, attrahens, & in rete conijciens infallibiliter amicum. Vnde benè Plutarchus vbi suprà. *Adulator ait, trahit, & in laqueum iniicit imitando.* Et Plato in Gorgia, *Adulator*, inquit, *optimi nullam habet curam, sed semper eò quod dulcissimum est, quasi homo incautam illaqueat mentem, & vsque adeo decipit.* Vt semel videas laudes adulantium retia esse venantium, & retia dissimulata, & cooperta, quibus simplices capiuntur, ingenuique inescantur. Quod cùm ita sit ne Dei amicus in tale incidat rete, taleque illum non fascinet commentum, è medio cum Deus eripit, non permittens vt malum pro bono sequatur à pessimis suasus hominibus, quorum verba obscurant bona, & transuertunt sensum, &c. *sine malitia*, vt inquit noster Sapiens.

27. Animalia infestissima. *Plut.*

Prou. 29. 5

28. Rete expandunt, sed dissimulatum.

29. Venatori similes. *Arist.*

Plut. — *Plato.*

HOMILIA LXXXI.

Concupiscentia rerum huius sæculi magnum malum, quámque fugiendum.

ET *inconstantia concupiscentiæ*, inquit noster Sapiens, *transuertit sensum sine malitia*, Quid enim per inconstantiam concupiscentiæ debeamus intelligere iam diximus, turbinem nempe concupiscentiæ, vertiginem, circumrotationem, perpetuam in gyrum mutationem, quæ succedens vna alteri numquam quiescit, quia, vt inquit Curtius lib. 10. *sordent prima cùm maiora quæque sperantur*. Vnde euenit, vt talis effrænata concupiscentia euertat, eruat, & immutet sensum sine malitia malitiosum efficiendo, & ex iusto peccatorem tantum valet; sic potens humana est concupiscentia, terrenarumque rerum ambitio, si semel animum imbiberit.

Curtius.

Qui volunt diuites fieri, inquit Apostolus. *incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem.* Cuius ratio, *Nam radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerũt se doloribus multis.* 1. ad Timoth. 6. num. 9. Mira, & mirabilis Apostoli sententia, quam si benè examinabimus luce clarius damnum. damnaq; prospiciemus terrenarum concupiscentiæ rerum: expendo singula, *Qui volunt*, inquit, *diuites fieri*, non enim dixit, *qui sunt diuites*, sed *qui volunt*, vt adnotat Bernardus in serm. de tribus ordinibus Ecclesiæ, ad significandum ipsum loqui de illis, qui numquam exsatiantur rebus semel possessis, sed siti immensa auidi semper maiora exquirunt, *Qui volunt diuites fieri*, inquit sanctus Thomas hîc, *non ad necessitatem, sed ad abundantiam*, id est, qui suis non contenti, quæ possident, nec de suo statu satisfacti, altiora & maiora quærunt, numquam terminum suis ponentes desiderijs, concupiscentijsque, isti, inquit Apostolus incidunt ex hoc in omnia mala, quæ sine dubio, infallibiliterque in perditionem ipsos mergent, & in interitum.

1. ad Tim. 6. 9.

Bernard.

1. Diuites insatiabiles qui sint.

S. Thom.

Primum malum diabolica tentatio, secundum diabolicus laqueus, tertium desideria inutilia, & nociua. Horrenda equidem mala, magna, ingẽtia, & quæ quotidie experimur, & tamen humana misera conditio concupiscere non desistit; attendamus singula.

2. Mala concupiscẽtiæ.

Primum ergo in quod incidit malum homo cõcupiscibilis, vt sic dicam, est *incidere in tentationẽ*. Quid per hoc significare vult Apostolus, nisi quod eò ipso, quo quis incipit concupiscere, eò exponit se, immo tradit tentationi inimici, vnde impossibile est vt non tentetur. Arma diaboli res huius sunt mundi, per has tentat, si has tolles non habebit quomodo tentet, immunis est à tentationibus inimici quo nihil concupiscit, non habet inimicus vnde eum tentet, spernat aliquis diuitias, abhorreat honores, nolit dominari, carnem reprimat, & calcet, vnde tentabit eum inimicus? At pone nunc aliquem, qui hæc omnia desideret, & concupiscat, illico incidit in tentationes, incidit in arma inimici, dat ansam inimico, vt eum tẽtet qui prius nullam habebat. *Fugiamus*, inquit Chrysostomus hom. 17. in epistola 1. ad Timoth. *malorum radicẽ*, cupiditatem nempe, *& omnia vitabimus.* Nam si radix omnium malorum est cupiditas, vt inquit Apostolus, præscinde radicem, non erunt amplius mala, non vnde nos tentet sathanas, neque vnde vim ad mala inferat patranda, sed da concupiscentem in eo quod concupiscit, in eo præbuit ansam inimico vt tentet, & vt perimat. Vnde rectè idem Chrysostomus homil. 62. in Matthæum tomo 2. exponens illa verba Euangelistæ ex cap. 21. *Et quærentes eum tenere*, sic inquit, *Quia rerum præsentiũ*

3. In tentationem incidere quid sit.

Chrys.

Idem.

cupido Iudeorum Principes innuferut, in tam ingentia deuenere mala. Nihil enim ita præcipitem agit hominem, nihil sic à futuris deijcit bonis, quēadmodum si quis caducis his rebus animum affigit. Optimè, affixit animum, concupiuit, deiectus est.

4. Saül vt cōcupiuit omniū diabolicarum tentationes scopum se præbuit.

Hoc attendendum in Saüle, nam eo ipso quo infelix iste, suis non contentus, neque ea magnitudine, ad quam euexerat eum Deus, sed concupiscere cœpit, eo ipso miser incidit in tentationem, & omnium scopus diabolicarum factus est tentationum. *Pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorū, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant, nec voluerūt disperdere ea, quicquid verò vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt.* 1. Reg. 15. num. 9. concupiuit miser non contentus proprijs, quæ illi Deus dederat, & illo momento, quo concupiscere incœpit ex illo *Spiritus Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino.* Nam si benè attendas, cùm in pœnam fracti præcepti, vt inquit quidā, immissus sit Sauli spiritus malus, & fractio in mala steterit concupiscentia, hinc meritò elucet quod statim ac concupiuit, statim in tentationem, laqueumque cecidit inimici. nam statim cū spiritus deseruit bonus, & malus quasi caducam inuasit possessionem. Quod dixit Theodoretus quæst. 38. dum ait, *Cùm diuinus recessisset à Saule spiritus, locum est sortitus malignus spiritus, sic cùm Apostolica gratia Iudam reliquisset, in eum ingressus est diabolus*; optima similitudo. Ambo fœdè concupierunt, ambo derelicti, ambo in potestatem traditi inimici, quo semel in animum ingresso; quem turbinem non excitet in illo tentationum? Miserum attende Saülem, qui postquam in eum ingressus spiritus extitit malus, propemodum omnium diabolicarum signum adstitit tentationum, nempe auaritiæ, inuidiæ, odij, rancoris, vindictæ, vnde ex vna in alteram incidens numquam pessimus dæmon tentare eum destitit, vsque dum in profundum eius eiecit animam, concupiuit ergo, voluit diues fieri, in tentationem incidit.

1. Reg. 15. num. 9.

Theod.

5. Populos perijt quia concupiuit & non necessaria.

Num. 11. 1

Similiter & filij Israel, dum non contenti necessarijs superflua concupierunt, illico in tentationē inciderunt, in desperationē, in murmurationem, in odium, in maledicētiam, *Interea ortus est murmur populi quasi dolentium pro labore,* inquit scriptura Num. 11. 1. cur murmurauit? cur doluit? cur tædio affectus est? concupierat; ideo in tentationes incidens peccauit, ansam tentandi præbendo inimico, *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis,* filijs Israel nempe, *flagrauit desiderio sedens, & flens iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait, quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Concupiuit, & insuper, superfluum, quid mirum si illico in tentationes varias incidit, & in mortem? *Adhuc carnes erant in dentibus eorum,* facet inquit textus de illis, qui manducauerant, & contra Deum murmurauerant, *nec defecerat huiuscemodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis.* Cur percussit? cur occidit? quia concupiuit non necessaria: habebat manna, tenebat carnes, quas secum attulerat ex Aegypto, his non contentus, concupiuit, occisus est, *Vocatusque est ille locus sepulchra concupiscentiæ, ibi enim sepelierunt populum, qui desiderauerat,* desiderauerat inquam superflua, nō necessaria, carnes, pisces, cucumeres: *Recordabamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, nobis in mentem* A *veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cæpa, & allia.* Hęc concupierunt, & concupiscendo in tentationem inciderunt.

Sed cur desiderando carnes, recordantur non carnium, sed piscium, cucumerum, peponum? *Recordamur enim piscium,* inquiunt, cur non carniū? cur non ollarum? vt alibi dixerunt, infrà tibi reddā rationem, sustine nunc paulisper, & tantum pro nunc crede cum Apostolo, quod qui volunt diuites fieri, id est, qui amplius quàm habent concupiscunt, incidunt in tentationem, hoc est scopus omnium sunt tentationum diaboli: nam vt rectè Sixtus Papa V. lib. de diuitijs tom. 5. Biblioth. concupiscentiam affirmat fontem esse omnium malorū, radicemque scelerum, *Quis enim sapiens, ac prudens, ait, dubitat, cupiditatem fontem esse omnium malorum, radicem scelerum, culparum fomitem, delictorum materiam, propter quam, nec terra, nec maria, nec vllus omnino locus, aut securè inhabitatur, aut sine pauore transitur.* B Si ergo nec maria, nec terra à cōcupiscentia secura manent, quomodo in tentationem non incidet diaboli, qui superflua concupiscit, qui ad diuitias anhelat?

Sixt. PP.

6. Cupiditas omnium malorum fons.

At non solum in tentationem incidunt, sed quod peius est, in laqueum diaboli, qui eos perdit, ac necat. Bene hoc expertus est miser, & infelix Achor, qui plusquam debuerat concupiscens in laqueum incidit diaboli, quo mortuus se perdidit, vxores, filiosque, totamque substantiam suam. Iosue 7. n. 20. *Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra,* concupiuit, incidit in laqueū. Nam *lapidauit eum omnis Israel, & cuncta, quæ illius erant igne consumpta sunt,* vxores, filios, totamq; substantiam eius. Cuius suppliciū merito admiratur C Basil. in procemio in lib. Ethic. tom. 2. Dei ponderans in hoc puniendo peccato seueritatem: *Quā horribile fuit Achum iudiciū,* inquit, *de quo, quod aut aliter in Deum peccauerit, aut hominem quempiam vlla in re; vel magna, vel mediocri prorsus violauerit, numquam reperitur, & tamen quia, quod nescio, quid tantummodo sublegerat eorū, quæ Deo fuerunt dedicata, neque tamen adhuc intra synagogam impertita, neque ab eis recepta, ad quos rerum huiusmodi receptio pertinebat, non sibi modo, sed filijs etiam, & coniugi exitio fuit, atque vna cū ipso tabernaculo, vniuersis etiam propinquis suis, itaque in eos res erat, vt hac peccati lues cunctum populū ignis instar populatura videretur, & quod magis mirandum est, qui neque peccati authorem sciret (etsi sciuisset nullo modo ei condonaturus fuisset,) nisi quam primum ex ipsa virorum, qui ceciderant calamitate animaduersa, Dei indignatione* D *miserè se affligere cœpissent, & nisi Iesus filius Naue, vna cum senioribus capite puluere conspersō sese in terrā abiecisset, quo facto, & eductis sordibus deprehēsus sceleris author supplicium, quod diximus, luit.* Non cursim Basilij sententia legenda, non solum enim grauitatem peccati indicat concupiscētiæ, sed eius difficultatem expiationis, cùm ad eum expiandum & totus simul concurrere debuit populus, & ipsemet Iosue cum senioribus, vt Deum placarent iratum, vt concupiscentiæ horrendum remitteret malum, cuius equidem ira, tunc se dimisit, quando penitus concupiscentem occisum vidit, immo & cum ipso omnia simul eius deleta, ignique cremata. Vt semel attendamus quantum sit malum peruersè concupiscere, & quod in laqueum miserè incidunt diaboli, qui plusquam par

7. Achor mortuus propter concupiscentiam.

Ios. 7. 20.

Basil.

8. Quam terribilis Deus in eius iudicio.

9. Concupiscentiæ peccatum expiari difficile.

est, caduca hæc ambiunt, & desiderant.

Hæc etiam concupiscentia, qua sic crudeliter Achor incêdit, domumque eius totam, etiam miseræ suspensionis causa extitit domus Saül. Res enim, etsi aliàs, millies grauissimè concupiuit infœlix iste, semel, quando pepercit Agag, & optimis eius, ex qua concupiscentia regnum amisit, & occubuit ipse. Iterum infelix concupiuit zelo suam iustitiæ cooperiendo concupiscentiã, ex qua deleta est, immo & suspensa, ipso mortuo, domus eius tota. *Facta est fames*, sacer inquit textus 2. Reg. 20. num. 1. *in diebus Dauid tribus annis iugiter*, cuius causam cùm exposceret Dauid à Domino, respondit illi: *Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Erat ergo illud flagellum ob occisionem, quam fecerat Saul de Gabaonitis, sed cur occidit? *Propter concupiscentiam*, inquit Lyra, *concupiuit enim ciuitatem, quam isti habebant, & percussit eos zelo, quasi pro filiis Israel & Iuda*, quasi non deberent aliquid possidere in terram Israel, reuera autem, vt auferret eis ciuitatem, concupiuit, percussit, in laqueum incidit, *Crucifixerant enim Gabaonitæ filios eius in monte coram Domino.* Propter illos concupiuit ipse, & isti per illum in laqueum inciderunt, occisi sunt, suspensi sunt.

10. Concupiscentia Saül non solum regnum, & domũ perdidit, sed suspendio subiecit.

2. *Reg*. 20. 1

11. Saül occidit propter concupiscentiã Gabaonitas. *Lyra.*

12. Filij Saül cur dicuntur crucifixi coram Domino. *Abulens.*

At cur dicitur, quòd crucifixi coram Domino? cur non coram gentibus? quid ergo peculiarius isti habuerunt, vt dicerentur crucifixi coram Domino? Scio Abulensem hîc quæst. 30. dicere hoc tantum sonare quantum manifestè: *Coram Domino*, inquit, *hoc est manifestè, & in loco publico*, ea enim, quæ fiunt publicè, coram Domino fieri dicuntur, vt patet Iosu. 24. num. 1. Tamen ni fallor, aliquid aliud intimius hic dicendi includit modus, nempe ideo coram Domino dictũ suspensos Saülis filios, quia iste simulando zelum, intus peccando, foras sanctitatem ostendit, nam miser occultare, & zelo cooperire iustitiæ suam contendit cupiditatem, vnde iustus apparuit coram gentibus, *& percussit eos zelo, quasi pro filijs Israel*, vt sacer inquit textus. At spirituum põderator Deus interiorem eius vidit malitiam, & quod non pro zelo, sed pro concupiscentia illos occidit. & sic licet homines non indignarentur, nec Saüli illud ad malum imputarent, tamen Deus validè ex illa simulata se offendit actione: vnde quia ipse solus offensus, & non populus, ideo coram ipso dicuntur suspensi Saulis filij, & non coram multitudine. Coram ergo Domino, id est ad placandam faciem eius, qui occultam vidit malitiam interiorem, absconditãque concupiscentiam. Nil equidem Deo occultũ, abscondant nunc Reges, & Principes concupiscẽtiam suam, induant eam iustitiæ, zelique vestibus, ab hominum se occultent oculis, non effugient Dei: venient dies, in quibus sumet de eis Deus vindictam, has falsas, palliatasque diiudicans iustitias, & tunc coram ipso luent miseri dissimulatæ pœnas concupiscentiæ suæ, & incident in laqueum, sicut miser incidit Saul, domusque eius tota.

13. Concupiscentiæ malum pessimum, quod

Sed maius restat malum, incidunt *In desideria multa, & nociua, quæ mergunt hominem in perditionem, & interitum.* Hoc maximum est malum, in tentationem incidere malum equidem est, & inter inimici arma se ponere, in laqueumque deuenire diaboli maius malum, sed in desideria pessimum. Tentationes fugere tandem possumus, laqueum auxilio Dei conterere, sed si semel deside-

A ria animum nostrum possederint, *Mergent hominem in interitum, perditionemque*, vt inquit Apostolus. Quod non dixit de tentatione, non de laqueo inimici, ad denotandum quàm certè desideria multa nos in interitum mergent, nisi magna nos Dei adiuuerit gratia: multa, dixit, nam si semel animum ad desiderandum laxauerimus, nullus erit desideriorum finis. *Tria sunt insaturabilia*, inquit Salomon Prou. cap. 30. num. 16. *& quartam, quod numquam dicit sufficit, infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua, ignis verò numquam dicit sufficit.* Per quem ignem concupiscentiam intelligit diuus Anastasius Episcop. Nicen. in quæstionibus in Scripturam qu. 41. *Quarta numquam*, inquit, *contenta est dicere sufficit, nempe quæ est in omnibus improba cupiditas.*

Prou. 30. *num*. 16.

14. Est res insatiabilis.

15. Filij Israel carnea desiderantes, cur carniũ non meminerunt.

En ratio, quam hic reseruauimus indagandam, B cur desiderantibus carnes filijs Israel, non carnium meminerunt, sed cæpæ, sed allij, sed peponis, semel enim desiderauerant, & semel desiderando non amplius finem imponere suo potuerunt desiderio, sed ex vno, altero succedente, desideratis semel carnibus, & hoc desiderio semel admisso, statim desiderauerunt pepones, ex hoc venerunt & allia, ex hoc & cæpæ, & sic de alijs, vnde eorum animo talibus occupato desiderijs in interitum perditionẽque prolapsus est. Ex quo satis liquet quàm apposite dixerit Chrysostomus hom. 7. in cap. 2. epist. ad Corinth. curam, desideriumque temporalium rerum gehennam gignere: *Hiems est, ait, cura ac desiderium rerum temporalium, atque hieme tristior, neque enim hîc rigor, aut pluuia nascitur, aut lutũ gignitur, aut profundus limus, sed quid ex his omnibus grauius gehennam gignit, ac gehenna mala.* C Cuius rationem, ni fallor, ipsemet tradit sanctus homil. 17. in hunc Pauli locum, de quo nobis hîc modo sermo, dum affirmat cupiditatem ita ad se oculos hominis attrahere, vt cum amplius aspicere non sinat, vnde euenit, quod à fide aberret. *Pulchrè, ait, Apostolus inquit, quod aberrauerant à fide, non enim sinit cupiditas iter aspicere, oculos in se attrahens, & sensim subducens, sicut enim cùm quis recto itinere gradiens, si in aliud aliquod intendit animum, pergit quidem, sed sæpè dum nescit, vrbem illam pertransit, ad quam properabat, ita ferme & in cupiditate contingit.* Verbum Chrysostomi, *oculos ad se attrahit, & sensim subducit* pondero, non enim dixit, cæcat, sed attrahit, & optimè quidem, nam cupiditas non facit vt fides amittatur, sed vt in fide erretur, hoc est, vt verum cœli iter D non teneatur, non aspiciatur, vt deperdatur, & hoc non statim, non subito, nõ repentè, sed sensim, hoc est paulatim, per tempus, placidè, gratanterque, quod fit desideria in animum semel admittendo, nam vno admisso ex hoc in aliud deuenitur, placidè, sensimque ex illo in aliud, ex quo tractu grauata temporis ipsa anima, & iter amplius non aspicit cœlorum, & vrbem pertransit, ad quam putabat ire, immo pace Chrysostomi ad eam non peruenit, vti miseri isti concupiscentes, de quo dicebamus, qui ex vno in aliud succrescẽtes desiderium, antea mortui, consumptique, quam in terram ingrederentur promissionis.

Chrysost.

16. Concupiscentia mater inferni.

17. A fide cur facit errare, & quomodo.

Quod etiam & insano illi euenit, quique habebat fastidiens, ad ampliora anhelans, horrea putabat extruere, ac ipse destructus anteaquam ea extructa, *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager tulit.* Dominus dixit noster discipulis suis Luc. 12. num. 16. illos ab auaritiam auertere cupiẽs,

18. Concupiscentes stulti.

Luc. 12. 16

Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia nō habeo quò congregē fructus meos: & dixit, Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam. *Attende miseriam huius, attende stultitiam*, inquit Basilius,

Basil.

quid enim stultius, quàm laboribus nunquam finiendis se conficere, ac summo cum studio ædificare, nec minori cura eadem demoliri? Stultus certè, prorsusque insanus.

20. Concupiscens crescendo decrescit.

nam ditescere cupiens, à destructione incipit, nonne illi melius noua ædificare, quàm constructa diruere? melius: cur ergo non fecit? quia desiderauit, & incidit in desideria multa, & sic in istis incidendo, dum crescere voluit, decreuit, & dum ditescere pauper est factus, immo & amens, nam intendendo cumulare, incipit destruere, quid insanius? non mireris, nam semel concupiuit, & concupiscentia *transuertit sensum*, vt inquit noster Sapiens, *& ducit in perditionem*, vt inquit Apostolus, sicut duxit stultum B hunc, cuius animam dæmones illa eadem repetierunt nocte, qua talia concupiuit, commentulque est. Bene tales canibus comparauit Seneca lib. 10. epist. 73. qui vnum deglutientes panis frustum, illico ad aliud aspirant, vnde loquens de insatiabili concupiscentia hominum sic inquit,

21. Comparantur canib⁹. Seneca.

Vidisti aliquando canem missa à domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem, quicquid excipit protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri inhiat. Idem euenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit id sine vlla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti, & attenti. Nil melius. En miser iste de quo loquitur Euangelium diues erat, sed plus desiderabat, panem inglutiebat, frustulum expetebat. Ex hoc desiderio euenit, vt amphora desideraret horrea, ex hoc epulari, bibere, requiescere, & comedere, sitiuit, concupiuit, cōcepit concupiscentiam, & hæc adulta parturijt C desideria multa, & nociua, quæ miserunt hominem in perditionem, & pepererunt ei gehennam, vt inquit Chrysostomus.

Ad Rem. 13. 14.
22. Carnis cura reprehēsibilis quæ.

Quapropter ad Romanos scribens Apostolus cap. 13. num. 14. monet eos ne carnis curā habeant in desiderijs: *Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Vbi adnotandum non dixisse carnis curam ne feceritis, sed ne in desiderijs, nam carnis cura moderata non comprehenditur, sed superflua, moderatam carnis curam non dissuadet, sed carnis curam in desiderijs, hoc est ad explenda desideria, & concupiscentias. Vnde Syriaca translatio: *Ne solliciti sitis carnis vestræ ad concupiscentias*, supple, *explendas*: pulchrè. Viuendum, sed non ad desideria explenda, curandum de vita, sed non de desiderijs adimplendis, nam qui sic viuunt, & curā suæ carnis habent, vt desideria expleant, non seD cundùm Deum viuunt, non rectum arripiunt iter, sed perditionis, & in profundum demergentur quia desideria multa ducunt in perditionem transuertendo sensum, ob quod Deus è mundo eripit iustum, vti ait noster Sapiens, dum dicit, *& inconstantia concupiscentia, &c.*

Num. 13. *Consumatus in breui expleuit tempora multa.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

Reddit seu pergit Sapiens dare rationes, quare iustus è viuis ereptus à Deo, & hic aliam assiA gnat, nempe, quia adeo diligens extitit in agendo, vt breui quæ alius post longa adimpleuerit tempora, vnde in virtute breui consumatus, & breui metam adimpleuerit perfectionis sibi à Deo assignatam, ad culmenque venit, vnde cum pensum soluisset, meritò à vitæ ligaminibus, & à labore eum Deus eripuit.

Consumatus in breui, &c. id est breui tempore perfectus, non autem consumptus, & functus vita, vt vult Vatablus. Glossa ordinaria, & Hugo ad martyres hoc adaptant, potest, sed sensus litteralis est, quem diximus.

Vatabl. Gloss. Hugo. Fulgent.

Expleuit tempora multa, &c. Fulgentius epist. 2. cap. 4. *repleuit tempora multa.* Optimè quidem, nam iniqui vacuum habent tempus, non repletū, dum iniquè agunt, at iustus repletum, & citius, quia festinanter, non oscitanter, vnde in momenB to, vt sic dicam, sua repleuit tempora sibi à Deo constituta.

HOMILIA LXXXII.

Tempus iniquorum tempus vacuum; iustorum autem plenum.

Consumatus in breui expleuit tempora multa, inquit noster Sapiens. Fulgentius, vti diximus legit: *repleuit tempora longa*, & optimè. Nam hæc est inter tempus iustorum iniquorumque differentia, iusti enim tempus, quo viuunt, replent, iniqui vero vacuum illud habent, nullisque bonis operibus repletum, vanè eum terunt, vnde C non mirum, si nihil postea inueniant, nam licet dies eorum prosperi sint, & omnibus fortunæ repleti bonis, vacui tamen sunt.

Iob. 7. 3. S. Thom.
1. Tempus prosperitatis huius mundi tēpus vacuū dicitur & cur.

Enimuerò sanctus Iob cap. 7. num. 3. dies prosperitatis suæ, dies vacuos nominauit, in sensu D. Thomæ. *Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas numeraui mihi*, quę verba sanctus intelligit quasi Iob diceret: menses meæ præteritos prosperitatis, omnibus fortunæ bonis refertissimos, ego semper existimaui vacuos, sinę fructu, sine mercede, & sic menses illi, & totum illud tempus vacuum fuit, vnde pro nihilo duco, & quasi non esset, nec præterijsset iudico. Emerito quidem, nam cùm ex tempore prosperitatis nihil remaneat, vacuū dici debet.

2. Quid sit tempus vacuum.

Quid enim aliud, quæso, est tempus vacuum, quàm tempus licet cum labore exaratum? tamen sine vllo fructu, & sine vlla D mercede, hoc dicitur tempus vacuum, sicut etiam, vt benè adnotat quidā, vanum, frustraneum, falsū, mēdax: hæc omnia denotat vox illa, vacuos. Quod cùm ita sit, benè sanctus menses prosperitatis suæ menses dixit vacuos, hoc est sine vllo fructu, sine vlla mercede.

3. Cur Iob dies vocauit vacuos, noctes verò laboriosas. D. Greg.

Et notandum valde est dies prosperitatis vacuos tantum sanctum dixisse, non laboriosos, noctes verò asseruit esse laboriosas. Nam vt inquit hîc Diuus Greg. lib. 8. Moral. c. 7. in hac vita quædam sunt laboriosa tantum, sed non vacua, quædam vacua, sed non laboriosa; quædam vacua, & laboriosa; laboriosa sunt, sed plena, quæ iusti pro æterna sustinent vita; vacua sed nō laboriosa huius prospera mundi, quibus fruuntur; laboriosa simul, & vacua, quæ sustinent pro huius sæculi bonis. *In hac vita*, inquit sanctus, *quædā laboriosa sunt, quædam vacua, quædā vero vacua simul, & laboriosa;*

Amore conditoris præsentis vitæ tribulationibus exerceri laboriosum quidem est, sed vacuum non est: amore autem sæculi voluptatibus solui vacuum quidem est, sed non laboriosum: amore verò eiusdem sæculi aduersa aliqua pati & vacuum simul est, & laboriosum, quia ex aduersitate mens afficitur, & remunerationis præmio non repletur. Bene ergo sanctus vir menses prosperos in quibus nil passus, vacuos dixit, & noctes vacuas simul, ac laboriosas, illas, quas, pro rebus quas possidebat, sustinuerat. Ex quo equidem euidenter patet quàm vacui dies sint peccatorum, etsi prosperi, omnibusque referti bonis, dum nil mercedis in altera repetent vita, & quam simul laboriosi dum miseri plus omnibus laborant, & in laborando se macerant, & consumunt, & tandem sine fructu sine mercede, sine præmio, nisi præmium dixeris dolores tormentaque.

4\. Labores proijciendo vacui & laboriosi.

5\. Peccatorũ dies laboriosi & vacui.

Enimuerò Episcopus ille Sardicensis hypocrisi laborans non pro Deo, sed ad laudem captandã humanam opera faciebat, laborabat, viuũ se putabat, ac tempus mercedis habere plenũ, sed quàm vacuũ illud habuerit verba illa insinuant, quæ meruit audire: *Non enim inuenio opera tua plena coram Deo.* Apoc.3.n.2. vnde tantum abfuit, vt mercedem reciperet, quin potius, vt pœnitẽtiam ageret sub cõminationis verbo ei iniunctum fuerit. *In mente ergo habe qualiter acceperis,* (notandum verbum) *& audieris, & serua, & pœnitentiam age; Si ergo nõ vigilaueris veniam ad te tanquã fur, & nescies qua hora veniam ad te.* En fructus operum, & temporis, quod in illis consumpsit iste miser, pœnitentiæ iniunctio.

6\. Bona opera peccatorum etiam vacua.

Apoc.3.2.

Sed notandum quod ei dicitur, nam non simpliciter ait Angelus opera eius non esse plena, sed non esse plena corã Deo meo: quid enim aliud per hoc intelligitur nisi quòd coram hominum oculis plena videbantur, *Nomen habes, quod viuas*, at non coram Deo, nam spirituũ ponderator Deus videns ea intrinsecus, eaque ponderans, non plena ea reperit, quia ex falsa intentione, ex hypocrisi procedebant, & ideo vti vacua ea respicit, & similiter tẽpus, quòd in ea miser consumpsit, qua ratione vacuum dicitur; similiter & illorum, qui licet bona agant, tamen quia non plena, aut quia non debitis fulta circumstantijs, aut quia non à recta procedũt intentione, tempus amittunt, tempus terunt, & tẽpus Religionis non eis cõputatur plenum, sed vacuum. Quod grauiter Diu. dixit Salonius Viennensis Episc. in mystica parabolarum Salomonis explicatione, tom.1. Bibl. super illa verba: *Multa filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas*: vbi postquam per multas filias, & hæreticorũ Ecclesias, & vt ipse, turbas malorum Christianorũ intellexisset, explicans diuitias, quas veræ Ecclesiæ filij cõgregant, sic inquit, *Diuitiæ orationes sũt, ieiunia, eleemosynæ, afflictiones, castimonia carnis linguæ refrænatio, meditatio scripturarum, & cæterorum bonorum operum diuina, si spirituali tamen fiant intẽtione, videlicet propter regni cælestis retributionem, aliter nihil prosunt agentibus, vnde filiæ hæreticorum, aut malorum Catholicorũ turba frustra congregauerunt diuitias, quia vel in fide errauerunt, vel certè huiusmodi bona opera nõ spirituali fecerunt intentione, nec sicuti debuerunt.* Mirum equidem, & mirandum, & res omni confusione, terroreque digna! quis credet post multos in Religione transactos annos, immo & sæcula, post multos exhibitos labores, post diuturnã continuamq; pœnitentiam nobis non superesse præmiũ, & vanè tempus triuisse, quia opera coram Deo nostra, nõ apparebunt plena, licet & plena homines reputẽt; immo & nos ipsi, sicut Episcopus iste qui bona faciebat, sed quia perfectione carebant, nõ erant plena, ideo pœna potius digna, quàm præmio, vnde & tempus vacuum habebat. Quod cùm ità sit, licet equidem sic arguere, si cùm iste bona ageret, tamẽ quia non plena, quia non perfecta, tempus vacuũ habebat, quale erit tempus illorum qui non bona, sed mala agunt? qui non opera virtutum, sed opera diaboli? qui quotidie, & semper in peccatis sunt? quàm ergo vacuũ, quàm vanum, quàm frustraneũ erit tempus istorũ, nonne pro nihilo reputabitur?

7\. Sardicensi Episcopo cur dictum opera non habere plena coram Deo.

8\. Religiosorum quale tempus vacuum.

Salon.

9\. Opera plena quæ.

Duobus annis, sacer inquit textus, quod regnauit Saul, cùm constet pluribus regnasse. Mysterium explicat Greg. lib.5. in c.15. primi lib. Reg. ca.3. *De rege,* inquit, *qui prius bonus, postea malus fuit, dicitur quia vnius anni fuit cùm cœpit regnare, & duobus annis regnauit, illis solis regnare dicitur, in quibus innocens, & humilis fuisse perhibetur; num postea superbus, & inobediens, audiuit, Quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus ne sis Rex, se quidem à regno proiectum cognouit, & tamẽ proiectus regnare non timuit, quãta postea fortiter egit, sed ecce omnia illa tempora ad regnum ei deputata non sunt.* Vnde concludit ex hoc merito sanctus sic: *Illo ergo nos solum tempore, nos vixisse gaudemus, quo innocenter, & humiliter viximus, nam illa tempora, quæ in sæculo vanitate, & fluxu carnis vita consumpsimus, quasi perdita minimè memorãtur.* Optimè equidem. Et verba illa põderanda, fortiter multa postea egisse Saulem, at quia mala, ideo non numerata in tempore. Duobus tantum annis bonus extitit, & opera exercuit virtutum; ideo tantum tale tempus illi computatur, vti plenũ, & mercedis dignum. At verò quia post, malè viuendo reliquum tempus vacuũ fuit, ideo ei non computatur, nec in numero eius reponitur regni, licet multa fortiter, multa strenuè gessisset. Hic equidem & de reliquis dicendum peccatoribus, licet multũ viuant, licet magna præstent, & hæc pro nihilo reputari, & breue tempus fuisse illorum, dum sine mercede illud terunt, nisi mercedem dicamus confusionem, erubescentiamque, quam ex peccatis repetunt, vt ait Apost. ad Rom. 6.n.21.

10\. Saül cur dicatur duobus tãtũ regnasse annis.

Greger.

11\. Tempus in quo dici potest nos vixisse quale.

12\. Fortia agere, & non debitis circunstantijs vana, nec in tempora sunt.

Enimuerò valdè notandus modus, quo Scriptura tempus vitæ describit Ismaelis, & vitæ Isaac fratris sui. De tempore loquẽs vitę Ismaelis sic inquit: *Et facti sunt anni vitæ Ismaëlis centum triginta septẽ, deficiensque mortuus est, & appositus ad populum suum.* Gen.25.17. At vero quando tempus vitæ describit Isaac sic inquit Gen.35.28. *Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumptusque ætate mortuus est, & appositus populo suo senex & plenus dierum.* Vbi notanda est equidem differentia locutionis, nam de Ismaele ait, quòd deficiẽs mortuus est, de Isaac verò quòd completi sũt dies, & quòd non deficiẽs, sed ætate consumptus, senex, & plenus dierum mortuus est. Quid enim per hoc aliud in hoc diuerso nos docere vult modo Scriptura, nisi quod cùm in Ismaële peccator, in Isaac iustus significetur, peccatoris tempus est tempus deficiens, tẽpus vacuũ, tempus amissum, tẽpus quod ad occasum omnium bonorũ vergit; at verò tẽpus iustorum tempus est completũ, tempus quod ætatem vitæ tantum consumpsit, sed non animum, & tandem tempus plenum, & non vacuum mercede, & præmio. Vnde benè de Ismaële dicitur quòd deficiẽs mortuus est, de Isaac verò quòd plenus dierũ.

Gen.25.17
Ibi.35.28.

13\. Ismaëlis, & Isaac anni cur diuersimodè in scriptura annotẽtur.

Ambr.

Nam, vt inquit Ambr. lib. de Caim, & Abel cap. 1. meritò à scriptura sic cõmendari debuit. quia sãctus, quia extitit iustus. *Qui ergo, ait, Dei erat generatus promissione, qui ad sacrificium probandæ pietatis electus, qui vnius vxoris, hoc est solius sapientiæ societate contentus, superni illius generis, quod est vnum, sibique semper conueniens, non plebeiæ vtilitatis imitator adstruendus fuit scripturæ diuinæ testimonio.* Vbi notandum per plebeiam vtilitatem cõmunem viuẽdi rationem etiamsi bonã appellasset

14. In virtute singulares a Deo prædicantur.

sanctũ, suprà quam se erexisse affirmat Isaac. ideoque de eo dictum, *Appositum ad genus suum*, iuxta lectionem Sept. *& non ad populum suum*, sicut de reliquis. virtute ergo se erexit suprà cæteros, meritò extollitur, meritò eius tempus non vacuũ, sed plenum dicitur, sicut & omnium iustorum. Quod

Hieron.

etiam cõsiderauit Hieron. lib. 11. in cap. 82. 15. super illa verba Ezech. *Ego dixi in dimidio dierũ, &c.* vbi

B

Sãctus verba hæc. *Gratiarum actionem post redditam sanitatem*, ait, *narratque quid tempore premẽtis angustiæ, imminentisque angoris tacitus cogitarit. Ego dixi in dimidio dierum meorum. Sancti implent dies suos, qualis fuit Abrahã, qui mortuus est plenus dierum in senectute bona, peccatores verò, &

15. Impij dimidiant dies, & quid hoc sit.

impij, in dimidio suorum dierum moriuntur, de quibus & Psalmista loquitur: Virũ sanguinũ, & dolosi non dimidiabunt dies suos, non enim implent opera virtutũ, nec student pœnitentia emendare delicta, vnde in medio vitæ cursu, & in errorũ tenebris ducentur ad tartarũ.* Nil melius; ex quo meritò taliũ tempus vacuũ dicitur, sicut è cõtra iustorũ plenũ.

Plenũ, inquam, quia benè operando mercedẽ reportant. dum iniqui malè, nihil, tempusq; terunt. *Da mihi vxorem meã*, dixit Iacob Labano, *quia iã tempus impletum est, vt ingrediar ad illã*, Gen. 29. n. 21. Quid enim est tẽpus impletũ, nisi tempus se-

Gen. 29. 21.

C

ptem annorũ, quod condixerat cum Labano, quæ cùm transijssent, meritò, & iure repetit mercedem quia completũ erat tẽpus, optimè quidem. Sed an

16. Iacob quomodo ad Rachelem peruenit.

quia solum expletum curriculum annorũ Rachelẽ petiuit? an verò, quia in illo laborauerat, seruierat, & vt ipse ait, *noctu, diuq; inuigilauerat*, sine intermissione gregem pascẽdo, ob hoc siquidem, quia si hoc non fecisset, licet tẽpus esset expletũ, Rachelẽ non duxisset, & tempus illud vacuũ, & non plenum extitisset; sed fuit plenum, quia elaborauit, quia seruiuit, quia meruit quod exposcebat; vnde meritò Rachelẽ possedit fructũ temporis sui, quo fructu tempus illud plenum dictũ, non vacuum. Sic equidem euenit iustis, cuius figurã prætulit ipse Iacob; hîc laborant, condictũ namque cum Deo hoc habent, hîc tempus terunt in seminando, hîc tempus cõsumunt inserendo, & hoc in multis laboribus. *In

17. Iusti quomodo tempus implẽt vt ad patriã perueniãt.

D

omnibus exhibentes seipsos*, vt inquit Apost. ad Cor. 2. c. 6. n. 5. *sicut Dei ministros*, veluti alteri Iacobi. vt sic dicam, *in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus; in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lõganimitate, in suauitate, in Spiritu sancto; in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.* Et tandem, *per arma iustitiæ à dextris, & sinistris, per gloriam, & ignobilitatẽ, per infamiam, & bonam famam.* En per quanta tẽpus implẽt iusti, & replent, vnde meritò post condictũ, post annos expletos confidenter, & audacter ad Patrem intrant cælestem, dulcissimos petentes amplexus Rachelis diuinæ, petunt gloriam sibi debitã ex pacto, & merito, assignãtes, quia tempus est impletũ, quia tempus est plenũ, *Quia bonum certamen certarunt, cursum consummarunt, fidem seruarũt.* At

A

impij non sic, cùm enim hîc non laborent, nilque boni habeant, explent quidẽ tempus, sed tẽpus vacuum, vnde etsi Rachelem quærant, quia vitã desiderant æternam, attamen sine labore. *Quã panes post te*, grauiter inquit Bern. ser. 21. in Cant. exponẽs verba illa: *trahe me post te; ò Domine Iesu ire volũt, cùm tamen ad te peruenire nemo sit qui nolit, hoc scientibus cunctis, quia delectationes in dextera tua vsque in finem, & propterea volunt omnes te frui, at non ita & imitari, regnare cupiunt, sed non cõpati, mortem spiritualiũ optant, sibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, non curant quærere, quã tamen desiderãt inuenire, cupientes cõsequi, sed non sequi*; optimè equidem. Vnde sine fructu, sine mercede remanent, vacui & in æternũ à Deo in die eorum confusi mortis, *Inimici Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficiẽtes quemadmodum fumus deficiẽt*, inquit Rex simul & Propheta, nõ solum deficient, sed deficient quemadmodũ fumus, quomodo deficit fumus extollẽdo se in altũ, se erigendo, & quo plus crescit, plus deficit, adeo vt vltimũ esse suæ exaltationis, sit primũ non esse sui, & dum crescit, & in altum se erigit, simul decrescendo pergit, vsque dũ in nihilũ reducatur. *Fumus quippe*, inquit magnus Greg. lib. 1. ep. c. 5. tom. 5. *ascendendo deficit, & se dilatando euanescit, & vnde ostenditur vt altus sit, inde agitur vt nõ sit.* Sic impij dum crescunt, decrescũt, in altũ eundo ad defectum tendunt, & quò plus subeunt, plus deficiunt; sed subeunt cum magno labore vi ignis, efferatorum nempè desideriorum suorũ, & tamen in nihilum deueniunt, & merces eorum est deperire, & euanescere, tempus in ascendendo terũt, quia terminus, ad quem tendunt, est exinanitio, & euacuatio vnde deficientibus quemadmodũ fumus, tempus eorum vanum, & vacuum dicitur.

18. Impij vitã suspirant æternã, sed cum desiderio ad eã sine labore perueniendi.

Bernard.

19. Non desiderant vt sancti, sed non esse sanctos.

20. Exaltantur vt fumus.

Greg.

Homini bono, inquit Salomon in suo Eccl. c. 2. n. 26. *in conspectu suo dedit Deus sapientiam, & scientiam, & lætitiã; peccatori autem dedit afflictionem, & curã superfluam, vt addat* (notanda verba) *& congreget, & tradat ei, qui placuit Deo.* Mira temporis vacuitas tremendum peccatoris supplicium, non equidem in igne, nõ in tormentis, non tandẽ in bonorum consistens priuatione, sed in cura aggregãdi, possidendiq; non sibi, sed alijs, qualis major temporis vacuitas, qualisque maior pœna, quã affligere se hominẽ, curisq; se obstringere immensis, vt addat, congreget. & cumulet huius vitæ bona, & hoc nec sibi, nec suis, sed ei cui sua destinauit Deus, extraneo scilicet, incognito, & aliquando inimico, vt infra dicemus. Nonne meritò tempus istius dicitur vacuum, inaneque?

Eccl. 2. 26

21. Peccatoris pœna à Deo inflicta in hac vita est laborare, sed non sibi.

D

Quanta quæso pertulit infelix Holophernes, vt ad culmen illud perueniret, ad quod euexit eũ Nabuchodonosor Rex? quot belli labores sustinuit? quoties non dormiuit? quoties in periclitauit? & hoc vt magnus euaderet, vt primus, vt inclytus. Dic mihi pro quo infelix iste laborauit; pro quo sustinuit, cui gloriam, nomen diuitiasque suas aggregauit? nonne Iudith quæ auferendo ab illo caput, simul & abstulit gloriam, nomen, diuitias, omniaq; fecit sua? c. 17. n. 14. *Porrò autem*, inquit Scriptura, *vniuersa, quæ Holophernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith, in auro & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo.* Nota verbũ *peculiaria*, nõ enim suffecit dixisse, quæ Holophernes, sed quæ eius peculiaria, hoc est, preciosa, valdeq; ab ipso æstimata, pro quibus desudauerat vt cumularet, hæc Iudith dederũt hosti, & inimicæ: Misera calamitas,

22. Holophernis calamitas.

Iob. 5. 3.

Ego vidi stultum, dixit Eliphas amicus Iob. c. 5. n. 3. *firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim*, quis ergo fructus huius maledictionis? *Eius messem famelicus comedit, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.* Nil amplius iste dixisset, si impiũ vidisset Holophernẽ. Considera radices, quas fixerat, victorias expende, quas reportarat, gentes attende, quas subiugarat, cõsidera tremorẽ, quem omnibus incusserat, & fortissimã hũc dices immisisse radicẽ, mirabilẽq; pulchritudinẽ eius esse, sed statim maledictus, quæ cõgregauit famelicus Bethuliæ populus comedit, armati rapuerunt ipsũ, omnemq; eius exercitum, sitientes deuorauerũt diuitias eius. Quis hoc Holopherni, dũ viueret, dixisset? laborasset ne, ac pro tãtis desudasset quæso, acquirendis? non equidem: incassum enim diceret quod laborare nollet, ergo incassum laborauit, incassum tempus perdidit, vacuum illud habuit, & laborauit non sibi, sed cui Deo placuit. Et hoc quid est? *vanitas*, inquit Salomon ibi, *& cassa sollicitudo mentis.*

Quod equidem Sapiens Rex non speculatiuè tãtum, sed practicè dixit, in semetipso enim expertus fuerat vacuitatẽ, siue temporis, quòd in aggregãdis plurimis consũpserat, vanitatẽ. *Cumque me conuertissem*, inquit ib. n. 11. *ad vniuersa opera, quæ fecerãt manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram* (attende singula) *vidi in omnibus vanitatẽ, & afflictionẽ animi, & nihil permanere sub sole*: ex quo cogitatione afflictus firmiter statuit non amplius laborare, vnde, *Cessaui, renunciauitq; cor meũ vltra laborare sub sole.* En quæ talis, tantusq; reportauit post tantos rex labores, post tantas industrias, tantasque concupiscentias, & tandem post tantum delitiarũ tempus, tædiũ corporis, afflictioné spiritus, vnde inquit n. 17. *Idcirco tæduit me vitæ meæ videntẽ mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem, & afflictionem spiritus.* Liceat quæso nũc sic argumentari, si tanti Regis, & sic omnium bonorũ referti, vacuũ tandem extitit tempus, quid dicendũ de illis, qui non Reges, qui non tãta possident, qui non tantis fruuntur, & tamen pœnè totam in laboribus vitam consumunt? nonne dicendum miseros istos vacuum possidere, vanúque esse tempus illorum, & quòd non implent tempora multa? sicut iustus, de quo dicit noster Sapiens quòd *Consumatus in breui expleuit tempora multa.*

Ibid. n. 11.

23. Laborum Salomonis fructus, vanitas, & afflictio.

Num. 17.

Implet siquidem moriendo mille refertus bonis, mille ditatus præmijs, *& ingreditur*, vt dixit Eliphas sanctissimo Iob, vbi sup. n. 26. *in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo*, seu, vt legit D. Athan. in Apol. de fuga sua, *Veniet in sepulchrum*, iustus scilicet, *vt seges matura suo demessa tempore, & vt manipulus areæ in tẽpore collectus.* Quẽ locũ eleganter expẽdens D. Greg. l. 6. Moral. c. 19. ponderat rectè comparari iustũ segeti, quæ infertur, & reconditur tempore suo, nam inquit, *Frumentum enim in segete sole tãgitur, ventis concutitur, atque ad aream eductum trituratioius pondere premitur, vt à palearũ connexione soluatur, denique relictis paleis ad horreũ ducitur: sic enim anima iusti à superno lumine illustratur, tẽtationibus exercetur cælesti disciplinæ supposita, dum correctionis flagella percipit à societate carnalium mundior recedit, etiam relictis paleis ad horreũ ducitur, quia foris remanentibus reprobis ad supernæ mansionis gaudia æterna subleuatur, dum enim post afflictionem iusti, præmia patriæ cælestis inueniunt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur.*

Iob, vbi sup. n. 26.

Athan.

24. Mors iustorũ plena, & cumulata fructibus.

Gregor.

25. Laborum iustorum fructus.

Optimè, siquidem seges matura est fructus, seges, & spica plena, & nõ vacua, hîc in præsenti vita cõcutitur, ventis tunditur in area, sed hac cõtusione à malis separatur, & in horrea ducitur ad suorũ percipiendum fructum laborũ, dum impius foras remanet ad suorum pœnam soluendam delictorũ, & sic dum vnus in messis tẽpore plenus reperitur, alter verò prorsus inanis, plenè ambo tẽporis experiẽtur differentiã sui, dũ impius lugebit, quòd licet multum vixerit, vacuũ tempus habuerit, & è cõtra iustus quòd licet fuerit consumatus in breui, expleuit, hoc est, *compleuit* tamen *tempora multa.*

26. Iustus seges matura quomodo ad patriam tendit.

Num. 14. *Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illam de medio iniquitatum, populi autem non videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Sequitur Sapiens rationem dare accelerati exitus iusti, quæ fuit dilectio ipsius Dei, vnde inquit ideo eum eripuisse, quia placita erat Deo anima ipsius, & sicut ipse accelerauit ad se perficiendum, & voluntatem Dei adimplendam, sic Deus etiam ad ipsum ab istis eruendum molestijs. Hic est sensus litteralis, quamuis secundum Græcum alius potest esse, vt mox dicemus.

Connexio capitis.

Propter hoc properauit educere illum, &c. in Græco est, *iustus properauit*, seu festinauit de medio iniquitatis exire, dubitans inquinationẽ animæ suæ ex huius mundi conuictu, & sic obnixis precibus obtinuit à Deo huius miserabilis vitæ exitum. Nõ est sensus improbandus, cùm verè iusti in votis nil magis habeant, quàm ab hac vita exire, & cũ Deo suo se cõiungere. Hunc sensũ sequuntur Iansenius, & Cantacuzenus, sed primũ, quem nos posuimus, approbant, Cyprian. lib. de mortalitate c. 18. Aug. lib. de vita Christ. c. 4. & Lorinus, vterq; sensus, vti diximus, optimus, & teneri potest.

Iansen. *Cantac.* *Cypr.* *August.* *Lorin.*

Populi autẽ, &c. Vulgata editio hæc nectit prioribus vnum cõflans versum, alij hîc nouum inchoabant, sed optimè connexus est, habet enim talis cõnexio emphasim quandam, vt est videre.

Videntes, & non intelligentes, &c. Nimirũ fuerũt.

Nec ponentes in præcordijs, &c. hoc est, in intellectu, & in mente, suple, *errauerunt*, hoc enim in hac ellipsi, seu defectu orationis intendere voluit Sapiens. Cantacuzenus addit seu supplet, *pœna mulctabantur.*

Cantac.

Talia, &c. siue id, quod est proximè dictum, siue quod proximè in inferiori versu dicetur.

HOMILIA LXXXIII.

Amor Dei vehemens causa præproperæ mortis iustorum.

Properauit educere illam de medio iniquitatum, noster inquit Sapiens, nempe *quia placita erat Deo anima illius*: propter illam æstuabat, vehementer illam diligebat, absentiam non sustinuit, vocauit ad se illã. Quid mirum? amor fuit in causa dissolutionis amoi, qui absentiæ amati impatiens est, & ferre eam non potest, vnde absens languet.

1. Amor absens languet.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, inquit sponsa, Cant. 2. n. 4. cur languet? audi Bernard. serm. 51. in Cantica, quia in cella fuit vinaria

Bernard. *Cant. 2. 4.*

vinaria cum ſponſo, poſtquam ipſi abſuit, & dũ abeſt, languet. *Creuit amor*, inquit Bern. *quia incentiua amoris plura ſolitò fuerũt, ex longa familiaritate, & colloquio cum ſponſo habito in vinaria cella, amore plena manſit ſponſa, poſtque omnia ſponſo more ſuo ſecedente illa lãguere præ amore ſe perhibet, quo enim gratiorem fuerat experta præſentiam, & poſtmodum abſentiam moleſtiorem ſenſit, id enim quod vehementer cõcupiſcitur dilatũ accendit deſideriũ, cuius carentia vehemẽter cruciat animam, ideoque ait, Fulcite me floribus.* Duo in hoc Bernardi melliſſimi notanda dicto: primum quod ſponſa ardẽs effecta eſt ex familiaritate cum ſpõſo habita in cella vinaria: & ſecundum, quod cũ in promptu non eſſet ſponſi, amatique ſui præſentia, languit, quod nunquam de ſponſo dicitur, cùm plus amet. Primũ ergo ſi petas à Bernardo, cur ſponſa ita ardens effecta eſt, & amoris impatiens, vt deliquium patiatur, nec ad horam abſentiam sufferre poſſit amati? reſpondebit, ex colloquio, familiaritateque, quã cum illo habuit. Quod ſi hoc nunc, dic ſi tantum ſponſa ardet familiaritate, colloquioque diuino, cum ipſa naturâ ſua frigida ſit, & non amans, quantum putandum inflammari ſponſum, vt ſic dicam, ex familiaritate, colloquioque amantis ſponſæ, dum ipſe in ſe totus amor ſit, dum ipſam amauit prius, non ſponſam, non amicam, ſed inimicam? In infinitum ergo, ſi ſic dicere licet, ſtimuli amoris ſponſi ex tractatu, conuerſationeque ſponſæ in cella vinaria creuerunt, vnde non mirum ſi deſiderio ſponſæ tam arctè aliquando teneatur, vt amplius hìc morari eam non ſinat.

2. Sponſa vnde languet ex ſpõſi abſentia.

3. Chriſtus ex familiaritate cum anima incenditur ad ſe illam aduocandam.

Secundò notandum, quod langueat ſponſa abſens, non verò ſponſus, licet plus amet: cuius equidẽ ratio, quia non eſt in ſponſæ manu ſpõſum ad ſe aduocare, nõ quidem lãgueret, ſi poſſet eũ ad ſe attrahere, at Deus licet in infinitũ amet amando non languet, etiamſi capax eſſet languoris, duplici ratione: primo quia eſt potens cum amata ſe coniungere, & eius præſentia frui, & ideo non deficit, non delinquit, quia poteſt eam auocare, & quando vult ad ſe dilectam aduocat, illam de medio eripiens iniquitatum: ſecundò, quia ita ardenter, & verè ſponſam amat, ita ſimpliciter bonum proſpicit eius, vt, quia ſic ei conuenit, ideo licet poſſit non eam aduocat, & ad ſe attrahit, præeligens ob bonum ipſius potius eâ carere, vt ſic dicam, quàm ſe ipſum reſpiciens eâ frui. Quod cùm ita ſit, ſi verè æſtimare rem velimus, dicemus toto illo tempore, quo ſponſus ſponſam ad ſe non aduocat, vim ſibi ipſum inferre ob conuenientiam ſponſæ; amat enim plus, quàm cogitari poſſit, prorſus ob ſponſam deperit, poteſt ad ſe aduocare, & attrahere, & non attrahit; quid aliud eſſe poteſt in cauſa, niſi quia ſic ſponſæ conuenit, ſic bono eius prouidentius, vnde ea caret ob eam met, & eam reſpiciens ſui ipſius obliuiſcitur, quod quando amplius ſuſtinere non poteſt, quia eſt totus omnipotens, conſumat eam in breui, & explet tempora multa accelerans perfectionem, & vna perficit hora quod per multa perficeretur tempora, properans educere illam de medio iniquitatum, quia amore eius æſtuauit, quia placita erat oculis ipſius; nam licet, vt inquit Philo Carpathius in expoſitione Canticorum, *Nemo repente fit ſummus*, tamen, vt bene adnotat Bernardus ſermone 67. in cantica etſi alio propoſito, *Flagrans, & vehemens amor diuinus, cum ſe intra ſe cohibere non valet, non attendit quo ordine, qua lege, qua ve ſerie, ſed*

4. Cur ſponſa dicatur de abſentia ſponſi languere non vero ſponſus, cũ plus amet.

5. Deus amãs vim ſibi infert non aduocando ad ſe animam, & cur.

6. Animæ perfectionem cur aliquãdo accelerat.

Philo Carp.

Bernar.

paucitate verborum ebulliat. Sic pari modo, quando vehemens, nec ad animam perficiendam ordinem, metam, tempuſque attendit, ſed in inſtanti conſumat quod diu perficiendum erat, vt grauiter dixit Ambroſius lib. de vocatione gentium tomo 2. vbi ſic: *Multis modis, & innumerabilibus differentiis gratia opera, & bona variantur, in quæ ipſis ſingulis generibus munerum diſſimiles ſunt gradus.* Quos cùm affirmaſſet non ſtatim, ac illico eos Deus conferre, ſed per partes, & incrementa, per dies præbendo, exceptionis tamen regulam poſtremò addit. *Exeris quidem*, inquit, *frequenter* (notandum verbum) *potẽt, & miſericors Deus mirabiles iſtos ſuæ operationis effectus, & quibuſdam mentibus nõ expectata profectuũ mora, ſtatim ingẽtia bona dantur. Iacob nullo merito ſuffragãte dilectus, priuſquã naſcatur, eligitur. Hieremias dicitur, Priuſquã te formarẽ in vtero: Ioãnes autem intra matris viſcera gratia repletus exultat.* Nil melius: nõ ad vnũ incluſa eſt gratia ordinẽ, cui volt, per annos, & cuilibet ad momentũ ſe profundit. *Placuit Eſther Aſſuero*, inquit Scriptura, cap. 2. num. 9. *& inuenit gratiam in oculis eius*, ex quo factum eſt, *vt præciperet Eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas.* Præcepit accelerare, quia ei placuerat, quia amabat, & voluit, vt id, quod per lõgum temporis ſpaciũ fieri debebat, fieret citò, vt ad ſe Eſther ingrederetur, ſic Deus amans explet citò, quòd aliàs non ſic ad perfectum veniret, & hoc vt aduocet ſponſam, quia plus quàm ea, ipſe amat, & æſtuat.

Ambroſ.

7. Deus aliquãdo ſanctitatẽ confert in inſtanti.

Eſther. 2. 9.

Plus, dixi, amat ſponſus, & ideo plus coniunctionem cum ſponſa ipſe affectat, vnde non mirũ ſi intempeſtiue eam ad ſe attrahat. Ignis eſt amor diuinus, ſiue in Deo, ſiue in creaturis eum conſiderare velimus, & vt talis nunquàm quieſcit, ſed ignis eſt ſurſum non ſolum aſcendens, ſed infra etiam deſcẽdens, aſcendit præter naturã, deſcendit autẽ naturaliter, in hoc ab igne materiali differens: ignis enim materialis tantum aſcendit, non deſcendit, amor verò, & deſcẽdit, & aſcẽdit, immo naturaliter deſcendit: nam naturalis appetitus ſuperiorũ agentiũ, eſt communicare ſe inferioribus, vnde amor naturalis horũ ineſt eis verſus inferiora. Ex qua doctrina ſatis aptè colligit S. Doctor rationem, cur ſponſus magis diligit ſponſam, & filios, quã patrẽ, & matrẽ, nam ſuper illa verba Epi. Pauli ad Ep. c. 5. n. 31. *Propter hoc homo relinquet patrem, & matrẽ*, cõſiderauit dicẽs quod: *Omnibus agentibus ſuperioribus ineſt appetitus vt propinent, & communicent inferioribus, & ideo amor naturalis ineſt eis verſus inferiora, & quia homo reſpectu patris, & matris, eſt inferior, non ſuperior, ideo ad vxorẽ, cuius eſt ſuperior, & ad filios naturaliter plus afficitur, quã ad parentes:* Naturaliter ergo deſcendit amor, & eo eſt potentior, quo naturalis hinc fit quod cùm amor creaturæ ad Deum, ſit amor qui aſcendit, ideo minus potens, vnde in infinitum plus diligit Deus creaturam, quàm ipſa illum, etiamſi Deo tolleremus reſpectũ infinitatis, ratione iã dicta. Quod cũ ita ſit, ſi amor creaturæ ad Deũ, qui minor, tã potẽs eſt erga illũ aliquando, vt nolint hìc viuere, & tædio illis ſit hæc vita, & ideo anxiæ pro morte ſuſpirãt, vt in cõtinuis pœnis ſint, quia nõ moriũtur. Quod præclarè dixit Baſi. in regul. fusè diſput. dum ſic ait: *Radij, qui ab illa diuina, & inexhauſta pulchritudine originem trahunt, cui relata omnis alia ſæculi pulchritudo vilitas ac deformitas eſt, & ſpurcitia, ſi quãdo ſanctorum virorũ quemquã circũfulgent, intolerabi-*

8. Amor diuinus ignis, naturaliter deſcendens præter naturam aſcẽdens.

S. Thom. Ad Ephe. 5. num. 31.

9. Sponſus cur naturaliter diligit magis ſpõſam & filios, quam patrẽ & matrem.

10. Anima Deũ amans odit vitam in deſiderio habens mortem.

Baſilius.

A *lem illorum in animis desiderij aculeum relinquunt defixum, quo instigante clamāt, Heu mihi, quia incolatus meus prolōgatus est, &, Cupio dissolui, & esse cū Christo, vnde fit, vt vehementer vitam hanc velut tetrū carcerē abhorreāt, nā cū inexplebili i atuēda diuinæ pulchritudinis cupiditate flagrent, exoptant maximè statū, in quo infatigabiliter, perpetuo, & incessanter diuinā, ac infinitā pulchritudinē contēpleatur, & diligant, sublatis imperfectionibus, quæ eorū animas in sæculo hoc nequā remorantur à tanto bono intuendo & amādo.* Egregiè. Quod cùm ita sit, & talem effectum producat amor creaturæ erga Deum, qui minor, comparatus cum Dei amore, nihil dici potest, quomodu credendum quid amor Dei in ipso hoc non efficiet? quales flammas excitabit? vt ad se creaturam eleuet, ad hoc, vt remotis vitæ huius impedimentis illa fruatur, & vicissim se ab ea frui sinat. Talis certè aliquando est flamma ista amoris, vt terminum præoccupet vitæ, B breues faciat dilectæ dies, & ad se, eius non sustinens absentiam, auocet, vnde clamores eius mortem ap-

11. David quia diligebat dolores appetebat mortis.

petentis non sustinens, coactus exaudit, è medioque illam tollit. *Dilexi*, inquit Dauid psal. 114. nu. 1. *Quoniam exaudiet Dominus*, quid exaudiet? *tribulationes, ac dolores æquo, ac gratanti animo ferre*, inquit Basilius hom. 16. in hunc psal. at qui sunt isti dolores? dolores certè mortis, *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me* Gratanti ergo animo dolores mortis sustinebat, quia diligebat, quia amabat, & amando illud petierat à Domino, & petendo circumdederunt eum dolores mortis, quia vim Deo intulerat, & amans illum Deus nō potuit, vt sic dicam, non eum exaudire.

Ps. 114. n. 1.

Idem.

C Enimuerò moriuntur sancti, moriuntur tempestiuè, aut fert illos Deus; & nesciunt peccatores hoc illis summum esse donum à Deo expetitū, ob hocque scandalizantur, non mirum, quia non vident gratiam illis talem fuisse mortem, & non pœnam, & gratia amoris, quo illos eripuit, vt volūtatē eorū faceret, & eos accersiuit, quia amici. *Oleum effusum nomen tuum*, inquit sponsa, Cant. 1. n. 3. *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*: at quid ex hoc amore secutū? *Trahe*, scilicet, *me post te curremus*; abstractionem siquidem, cursum, transmigrationem ad spōsum per mortem, vt inquit Cassiodorus, & Bernar. ser. 21. cuius vocibus impotēs factus sponsus, vt surgat, & vadat, præcipit. *Surge*, inquit, *propera*, licet sis iuuenis, licet paucos vitæ habeas annos, propera, & ne tardes. Pulchrè Ambros. serm. 6. in Psalm. 118. D hunc locum de animæ transmigratione exponens, sic alloquentem introducit Christum, quasi animę diceret: *Surge à mortuis, exurge à vinculis, quibus circumdata tenebaris, exurge, quia ego resurrexi tibi, veni, quia iam retia tibi soluta sunt, cerne mediū parietem maceria iam solutum, qui internorum affectuum concordiam diuidebat, & in diuersum excitabat dissensionem corporalium passionum, veni ergo secura, vt iam me non per retia videas, sed facie ad faciem vultibus amatoriis dilecta potiaris.* Cuius adoocationis sponsi causam verba indicant sequētia: nempè, *Amica mea, columba mea, formosa mea*, perfecta iam erat, charismatibus referta, amica, quia perfecta in fide, colūba, quia gratiæ plena, formosa, quia virtutibus vndique decorata. *Anima proxima Deo dicitur*, inquit idem S. li. de apologia Dauid. *fidei desiderio, formosa decore virtutis, columba gratia spirituali: vocat igitur eā ad se Christus, vt veniat, quoniam spiritualibus iam pretiis*

12. Mors iustorum Dei donum.

Cant. 1. 3.

Cassiodor.

Bernard.

Ambros.

13. Christus vt aduocat animas sanctas in morte.

14. Rationes cur iusti libenter mori debeant.

15. Qualis anima amores in Christo excitat, vt eam ad se aduocet.

A *dotata veniebat*: Nil melius. Da amicā, da columbam, da animam amantem, da puram, & simplicem, da pulchram, & ornatam, tales sui excitabit in sponso amores, vt hîc deserere amplius eam non audeat, sed illico aduocabit, moræque impatiens, vt properet præcipiet, quæuis mora longa illi apparens, quiuis motus tardus illico amoris vi actus inclamat dicens: *surge, propera, &c.*

Et verè quomodo se continere potest Deus, vt nō animam aduocet illam, quæ hîc manens nihil præter illum cogitat, nil amplius amat, nil amplius delectat, omnia fastidit, & viuens hîc mortua ob ipsum iacet. *Descende ad me, ne moreris, erisque iuxta me tu, & filij tui, ibique te pascam, ne & tu pereas, & domus tua*, mandauit Ioseph fratribus, vt dicerent patri suo, Gen. 45. n. 10. In quo loco verbum pondero illud, *Ne moreris*, vocat patrem, & anxie vocat, & moræ impatiens, non equidem aliundè, nisi B quia optimè sciebat Iacobum ob ipsum mortuum, quia viuendo moriebatur, & piaculum æstimabat sine illo lætari, ob hoc vocat, & celeriter vocat, *Luxit*, inquit scriptura Gen. 37. n. 34. *Iacob filium suū multo tempore*, ad quem consolandum, cùm conuenissent omnes filij eius, non solum cōsolationem respuit, sed insuper ait: *descendam ad filium meum lugens in infernum.* O magnus ingensque amor! piaculum putabat lætari hîc aut consolationem aliquam accipere, & non semper lugere, absente filio, quem sic diligebat, vnde quasi repræhendens filios, consolationemque respuens, luctum elegit pro doloris lenitione: non mirum quia amabat, & amoris igne æstuabat, & sic absente amato, nullam aliam consolationem admittere volebat, immò nec poterat. quid ergo magnum, si sic viuens Iacob, vt C ad eum vocandum mitteret filius suus? impatiens omnis moræ, reformidās ne periret, ne moreretur fame, sicut suæ absentiæ dolore viuens propè mortuus reperiebatur. Sic equidem, sic animę, quę summū suum obnixè hîc diligūt Creatorē, amoris eius desiderio inflāmatæ, perpetuo lugent, & æstuāt, nil aliud appetentes, nil aliud desiderātes, nil in hac vita amplius diligentes. Quod cùm ita sit, quomodo possibile, vt hîc Deus eas sinat, & ad se non auocet? *Illa anima*, inquit Orig. ho. 3. in Can. exponēs illa verba, Can. 2. n. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo*, quæ postrema verba ipse legit, *quia vulnerata charitate ego sū illa anima*, inquit, *dicitur vulnerata charitatē, quæ amore Dei saucia, diurnis desideriis, nocturnisque suspirat, aliud loqui non potest, audire aliud aliquid non vult,* D *cogitare aliud nescit, desiderare aliud præter ipsum, vel sperare nō habet, talis ergo anima dicit optimè, vulnerata charitate ego sum.* Da ergo talem animam, da sic amantem, da sic suspirantem, da sic lugentem, da Dei sic sitientem, quomodo possibile vt eam Deus ad se non auocet? non ab hoc sæculo nequam eam eripiat? quomodo talibus suspiriis, quomodo talibus resistere potest affectibus amans ipse, plusquam ipsa, vnde æstuans propter ipsam, properat, vt eam è medio tollat. *Prospiciens sponsus desolatam, ac mærentem sponsam*, inquit Berna. serm. 51. in Cantic. *propter sui absentiam, statim adest, non sustinet dilecta molestiam, neque enim potest facere moram tantis desiderijs euocatus*, & ideo ad vota eius adest, mirificéque eam ornatam in brachiis eam excipiens suis moritur felix, immo & felicissima, compos sui facta desiderij, vnde amor, talis fuit causa transitus, amor eum effecit, amor eam aduocauit, quia placita

16. Ioseph cur patrem in Ægyptum vocauit, vt festinanter iret.

Genes. 45.

Ibi. 37. 39.

17. Qualis anima vulnerata charitate dicitur.

Origen. Can. 2. n. 5

Bernar.

Deo quia amata, & dilecta, ideo, vt inquit noster Sapiens, *Properauit, &c.*

Num. 15. *Quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus super electos illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

SEnsus patet, explicat enim quid est illud, quod ignorant iniqui, nempè gratiam, amorem, respectum siue inspectionem Dei in sanctos, & amicos suos; quo fit, vt maius bonum illorum prospiciens maturè eos vocat ab hac vita, de qua reiniquorum sensus malè iudicat, qui nescientes talem amorem putant istos hic deperire, aut miserè mori.

HOMILIA LXXXIV.

Mali internam iustorum non penetrantes consolationem, Deique erga illos amorem decipiuntur, putantes eos malè degere in hac vita.

SVpra versiculo antecedēti, confusè noster dixerat Sapiens, quod populi erant non intelligētes, nec ponentes in præcordiis talia, nunc in hoc versu magis se explicans declarat quæ sint, quæ impij nō intelligunt, affirmatque ipsos non intelligere gratiam, misericordiam Deique respectum, quem habet ad sanctos, amicosque suos.

1. *Impiorum error maximus.*

Enimuerò in nulla re tantùm miseri decipiuntur peccatores, quantum miserrimam putantes hîc sortem esse sanctorum, ob quod decepti, virtutis viam deserentes, per vitiorum ampla, præruptaque ruunt: sed falluntur, nam nulla vita beatior, etiamsi misera appareat. *Secura mens, quasi iuge conuiuium*, inquit Salomon, Prou. 18. nu. 15. Quem locum explicans Gregorius lib. 13. Moral. cap. 12. inquit: *Quod quasi continuatio refectionis est ipsa tranquillitas securitatis*, foris fame pereunt, sed intus non semel, nec bis, sed semper, & continuo conuiuantur, & exsatiantur, tum Dei dulcedine, tum pace, & tranquillitate conscientiæ, qua tranquillitate, vt inquit Bernardus in lib. de conscientia. *Nihil in hac vita iucundius, nihil securius possidetur:* vnde benè subdit: *Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa semper erit secura.* Secura quidem, impauida, tranquilla, secura de præmio, impauida ad pericula, tranquilla ad perturbationes, non vt mare feruens, & æstuans sicut impius, sed vt flumen placidè currens ad creatorem suum, quæ maior lætitia? quæ vita beatior?

2. *Iustorum vita beata, etsi foris misera appareat.*
Pro. 18. 15.
Gregor.
Bernar.
3. *Conscientiæ securitas magnum bonum.*

4. *Lætitia sanctorum indeficiens & cur.*
August.

Vt flumen, dixi, placidè currens, continuè, indeficienterque, non vt torrens in hieme plenus, in æstate siccus, nam talis est lætitia sanctorum, Bonum scilicet, quod est Deus, sic intus possidere, vt numquam deficiat, sic intus diuites fieri, vt numquam inopiam timeant. Præclarè de hac re Augustinus tractat. 25. in Ioan. super illa verba: *Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam. Ille malè viuit, ait, & felix est, ille iustè viuit, & laborat, non indignetur iustè viuens, & laborans, intus habet quod felix ille non habet, non ergo tristetur, non maceretur, non deficiat. Felix ille habet aurum in arca, iste Deum in conscientia, compara nunc aurum, & Deum, arcam, & conscientiam, ille illud habet, quod perit, & ibi habet, vnde perit, iste Deū habet, qui perire non potest, & ibi habet, vbi auferri non potest.* Egregiè. Quid sunt, quæso, tribulationes, quas sancti patiuntur, si eas cum hac tantum consolatione animæ compares? prorsus nihil, & quæ sunt bona huius mundi, & felicitates eius cum hoc bono comparatæ? nihil, parua lux, cum immensa solis collata, immo minus. *Sicut exortus sol*, inquit Ambrosius lib. 2. Offic. tom. 4. *& lunæ globum, & cætera stellarum abscondit lumina: ita fulgor honestatis, id est tranquillæ conscientiæ, cætera, quæ putatis bona secundum voluptatem corporis, aut secundùm sæculum clara, aut illustria obumbrat.* Optimè. Nihil sunt, apparere minimè possunt, nec comparari cum fulgore illo pacatissimo conscientiæ. Quid enim est aliud gloria huius mundi cum lumine conscientiæ puræ comparata, nisi caligo, & tenebræ? Vnde merito Apost. nullam aliam gloriam se habere professus est, nisi suæ testimonium conscientiæ, ad Corin. 2. c. 1. n. 12 *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Quā dum tenent, pro nihilo ducunt contumelias, irrisiones, & huius improperia mundi, immo & appetunt, ex qua radice totum illud quod mundus amarum, insulsumque iudicat, illis fit appetibile, dulcissimumque.

5. *Diues infelix & supra illum felices sancti, & cur.*
Ambros.
6. *Bona huius vitæ cū virtute comparata, nihil sunt, sicut nec cū tranquillitate conscientiæ.*
2. ad Cor. 1. 12.

7. *Sancti cur in tribulationibus lætantur.*
Saluian.

At quomodo amarum illis id, quod hîc patiuntur dum illud appetunt, & exquirunt? aut quomodo vita non iucunda, dum semper sunt in ipso quod expetunt, amant, & diligunt? Egregiè hoc prosequitur argumentum S. Salui. li. 1. de Guber. Dei, circa princ. probans religiosos, sanctosque viros, beatos esse, in eo quod peccatores ipsos infelices dijudicāt, *Nemo*, inquit, *aliorum sensu miser est, sed suo, & ideo nō possunt cuiusquā falso iudicio esse miseri, qui sunt verè sua conscientiâ beati.* Cuius rationē beatitudinis addens, sequitur: *Nulli enim, vt opinor, beatiores sunt, quàm qui ex sententia sua, atque voto agunt. Humiles sunt Religiosi, hoc volunt, pauperes sunt, paupertate delectantur, sine ambitione sunt, ambitam respuunt, lugent, lugere gestiunt, infirmi sunt, infirmitate lætantur.* Nil melius. Vnde merito concludit, *Quicumque verè Religiosi sunt, beati esse dicendi sunt, quia inter qualibet dura nulli beatiores sunt quàm qui hoc sunt quod volunt; labor itaque, ieiunium, paupertas, humilitas, & infirmitas non omnibus sunt onerosa tolerantibus, sed tolerare nolentibus* Nil melius. Ex qua sententia fons elucet, origoque malorum deceptionis, qui putant iustos hîc esse infelices, ex sensu enim ipsorum, iustorum metiuntur vitam, & illud verè onerosum amarumque putant, quod contrà sensum est illorum, vnde sic syllogizantes concludunt; infelices nos essemus, si talia experiremur, miseri decipiuntur, quia non illos miseros facit illa perpeti, & experiri, sed illa inuitos, contraque voluntatem pati, vnde ideo sunt miseri, quia inuoluntariè illa tolerant. At da voluntatem, da gustum, da desiderium, nonne ijsdem rebus erunt felices, quibus prius se infelices dicebantur? *Siue enim grauia hæc*, inquit Saluianus, *siue leuia, animus tolerantis facit, nam sicus nihil est tam leue, quod ei non graue sit, qui inuitus facit, sic nihil*

8. *Religiosi vnde beati.*
9. *Vnde infelices.*
10. *Malorum deceptionis origo vnde.*
Idem.

est tam graue, quod non ei qui id libenter exequitur, leue esse videatur. Egregiè. Voluntas amarum dulce, & dulce amarum facit, non est amarum quod delectat: ergo sancti non sunt miseri, quia libenter tolerant, immo sunt beati. quia quod volunt patiuntur, & licet videantur in tormentis esse, non sunt, sed in magno lætitiæ cãpo: cuius ratio est,

11. Caro sanctorum vt spiritualis efficitur. *Chrysost.*

quia ipsamet illorum caro immmutãs, vt sic dicã, naturã, spiritualisque effecta, non amplius degustat quæ sunt carnis, sed quę sunt spiritus. Audi Chryso. ho.13. in ep. ad Rom. to. 4. *Quemadmodum ferrũ ab ignis assiduo vsu,* inquit, *& ipsum quoque in ignem euadit, propria in natura remanens: sic fideliũ spiritas habentium caro in illam demum efficientiã tota transmutatur, tota spiritualis, vndique crucifixa,*

12. Paulus: totus spiritualis tribulationibus delectabatur.

atque vnà cũ anima, & ipsa volatilis reddita, quale quidem erat corpus Pauli, qui dicebat: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, vnde omnes ille delitias, volnptatesque ridebat, flagellis autem, fame, & ergastulis delectabatur, nec dolebat, illa dũ tolerarer. Nil melius, postremaque notanda verba. Quod si sic est, quomodo ergo infelices, & miseri tales Paulo similes esse possunt, etiamsi miseri, & infelices peccatoribus appareant?

Quis enim miseros non diceret sanctissimos illos tres pueros, dum vinctos cerneret in fornacẽ ignis mitti ardentis? & in mediis flammarum esse vorticib⁹? nullus equidem esset, qui miserrimos illos nõ

13. Pueri Danielis quàm læti in fornace.

putaret; at non sic, sed felicissimi, tum quia volentes iniecti, tum quia in ipsismet flammis intimũ, præsentaneumque consolatorem habebant, quem peccatores prorsus ignorabant. *Angelus autẽ descẽdit cum Azaria, & sociis eius, in fornacem, & excussit flãmam ignis de fornace, & fecit mediam fornacis, quasi ventum roris flantẽ, & non tetigit eos omnino ignis, neque cõtristauit, neque quicquã molestia intulit.*

Dan. 3. 45.

Dan. 3. 45. Vnde non mirum si peccator audiens hęc obstupescit, quia nescit miser quę gratia, & quę misericordia, ac qualis est Dei respectus in sanctos

Num. 91.

suos. Ob quod sacer sequitur textus n. 91. *Nabuchodonosor obstupuit, & congregati satrapa, & magistratus, & iudices, & potentes Regis contẽplabantur viros illos, quoniã nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorũ, & capillus capitis eorũ non esset adustus, & sarabalła eorũ non fuissent immutata, & odor ignis non transiisset per eos.* Mirantur siquidem, & merito, quia nesciunt peccatores, qua firmitate, quaue stabilitate, quibus amoris, & consolationis nexibus intus in corde iustos suos tenet De⁹, ita vt pro nihilo omnia huius mundi ducant tormenta, omnes huius mundi angustias, immo in delitiis afflictam miseramque habent vitam.

August. Psal. 138. num. 15.

Dilucidè equidẽ hoc exponit Aug. in illud Ps. 138. n. 15. *Nõ est occultatũ os meũ à te, quod fecisti in occulto.* vbi exponens quid Proph. intelligat per occultum os, sic ait,

14. Dauid propheta quid intelligat per occultum os.

Ossum hæc firmitas quadã interior est, quia in osse firmitas, & fortitudo intelligitur: est ergo quadã anima interior vis, vbi firmitas nõ frangitur, qualibet tormẽta, qualibet tribulationes, qualibet huius saculi aduersitates vndique saniãt, illud quod Deus in abscondito fecit firmũ in nobis frangi nõ potest, nec cedit. At si ab Aug. petas cur illud firmum non frangitur? exemplo Apostoli respondet, quia licet foris angustiantur, intus tamen lætitia

15. Sancti cur in tribulationibus nõ tribulãtur.

pleni sunt. *Attẽde,* inquit. *Paulũ habentẽ intus hoc genus firmitatis, Quasi tristes inquit, sẽper antẽ gaudentes, vnde quasi tristes, cõtumeliis, opprobriis, persecutionibus, flagellis, plagis, carceribus, catenis, lapidationibus, quis eos miseros tunc nõ æstimaret? nec illi ipsi persecutores sauirẽt in eos, nisi putarẽt eos miseros fieri persecutionibus suis, illi ergo eos ex sua infirmitate cõiiciebant, qui nõ habebant ossum abscõditũ interius, illi vero qui habebãt, hominibus foris tristes videbantur, intus autẽ gaudebãt Deo.* Egregie. Vbi confirmatur quod dicebamus, mirãtur impij quia non vident absconditum, quod est in sanctis, mirãtur, quia ex sua infirmitate, vt inquit Aug. & nos supra coniiciebant, & vitam coniiciunt sanctorum, & sic putant infelices eos miserosque esse: at decipiuntur, & plenè falluntur, nullus enim tam beatus, nullus tam felix, nullus sic gloriatur aut naturæ, aut fortunę bonis, sicut sancti in tribulationibus suis.

Ad Rom. 5. 3.

16. Spes, per tribulationes ad Dei filiationem peruenire magnum in illis sanctorum solatium.

Gloriamur, inquit Paulus, ad Rom. 5. nu. 3. *in spe gloria filiorũ Dei.* Digna sanctorum gloriatio, spes nempè filiorũ Dei, hoc est gloriari, quod in statu tali sint, vt merito possint sperare gloriam, quã possidẽt filij Dei. Quæ gloriatio, quàm magna sit nemo penetrare potest, nisi eam expertus, tam magna, vt quicquid pœnę, quicquid laboris, quicquid angustiæ in hac est vita, pro gloria ducant & habeant: vnde & sequitur Apostolus. *Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus,* non alia ratione, nisi quia tribulationes hanc pariunt spem, *scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationem, probatio vero spem.* Quę spes ita eos lætificat, ita eos hilares reddit, vt non solum non afflicti viuant, sed gloriantes, sed tripudiantes, sed toti gloria roreque dulcedinis repleti, vitam iam non terrenam, sed propemodum in terris cælestem degentes,

17. Sancti cælestem in terris degunt vitam qui hic crucifixi viuũt & cuc.

Arnol.

vt deuotè grauiterque dixit D. Arnol. Abbas Bonæ vallis, in tractatu de septẽ verbis Domini 1. to. Biblio. in verbo illo, *Pater ignosce illis.* vbi postquam dixit crucis altitudinem spem Dei significare seruorum, talia de simili conclamat spe: *Restat,* inquit, *altitudo, quã vsque ad summũ intimat pars porrecta, hac est bona spei confidentia, qua crucifixos mundo* (signa verbũ) *calestibus innehit, & ex bona conscientia testimonio securos, certosque illos gloria consociat, iam iamque bonis illis manum intentat, iam gustat, iam os aperit, iam delibat, iam conuersatur cum Angelis, iam illa prosequitur agmina, iam agnoscit, iam liquescit, iam amat, iã iubilat, iã latatur, & delectatur, hilarescit, & quiescit, intelligit, & diligit.* Nil melius, nilque dulcius. Talis equidem est sperantium vita, sperãtium, inquam, crucifixorum, non lætantiũ: nam, vt bene sequitur idem sanctus, *Sine cruce nõ equidẽ est electis illatio plenitudinis, quos iam probatos, cõsumatosque nulla quidem tentatio concutit.* Crucifixi ergo sperantes, etsi in pœnis, etsi in tormentis mille, beatam agunt vitam, toti rore madefacti diuino, etsi foras aridi, sicque appareant.

18. Vellus Gedeonis sanctorum vitæ figura.

Hoc mihi videre videor in Gedeonis illo vellere, dum in terræ medio siccæ, aridæque, nullũ vestigiũ, neque signũ humiditatis in se retinens, ac demonstrans, siccissimũ apparebat, adustumq;, pœnéque consumptũ, cũ plenũ tamẽ scatensque rore existeret, *Nam de nocte consurgens Gedeon expresso vellere concham rore impleuit,* Iudi. 6. n. 38. Sic sancti, sic

Iudic. 6. 38.

Dei serui, nullus equidem eos in mediis videns afflictionibus, in terra sicca, & inaquosa, nullus certè, qui sic eos viderit non putabit eos siccissimos manere, & pænè ipsa afflictione, ariditateque mori: at non sic, accedat aliquis, & tangat, accedat incredulus, & peccator, & exprimat, aspiciet quomodo rore pleni sint, diuinis scilicet consolationibus ita repleti vt totum pænè implere possint mundum.

S. Linus.

Hoc benè experti illi fuerunt mortem sanctissimi Apostoli Petri collachrymantes, vt narrat Diuus Linus Pontifex in eius historia, to. 7. Biblio. Patrū. Nā dū Petrus totus dulcedine plenus cruci affixus adorsus esset flebilem populum consolari, Dominū obnixè rogauit, vt omnium aperiret oculos, conso-

19. Petro moriente lætātur, qui prius tristabantur, & cur.

lationē vitæ viderent æternæ. *His dictis*, inquit Linus, *aperuit Deus oculos eorū, qui lugebant, & lachrymas fundebāt in passione Petri, & viderūt Angelos stātes cum coronis de floribus rosarum, & liliorum, & in vertice crucis erectā stantē Petrum, & librum à Christo accipiētem, & ea verba, quæ loquebatur inde legentem: quod videntes inceperunt lætari, & gaudere in Domino, vt illi increduli, & carnifices videntes eos exultare, & lætari, quos prius tristes viderant, & plangētes subito contabescerēt animo, & veluti fumus euanescerent.* Expende fletum, expende lætitiam, expende tandem ministrorum tabem, & perspicies quòd sanctorum illis tantum vita afflicta apparet, qui oculos non habent apertos, qui cæci omnino sunt, non videntes.

20. Iacob vt intus felix etsi aliter foras apparebat.

Quis quæso esset, qui non æstimaret miserrimum statum esse Iacobi illa ipsa nocte, qua egressus est à domo patris? solus ibat, vt supra diximus, nu. 10. licet alio proposito, extorris à propria domo, & à matris suæ blandimentis, in terram alienam pergebat, nil in manibus habens præter baculum, pro lecto terram, pro puluinari lapides, pro culcitra cœlum, pro viatico ieiunium, ita animo demissus, vt pro deliciis reputaret panem, & aquam, sic vt pro solo pane, & vestimento seruum se vouerit, ita pauper, ita solus incedebat & desolatus. Vndique solitudine, ac pauore circumdatus, tristitiaque penitus consumptus. Quis ergo non crederet miserum, ne dicam miserrimum statum huius esse iuuenis, & ipsum pænè mærore obrui, & opprimi? At non sic, nā illa ipsa nocte, qua sic miser foris manebat illa ipsa intus deliciis affluebat, & vix oculos ab his exterioribus clauserat, quando aliis interioribus felicissimum vidit statum suum, externè enim in terra iacebat, internè in cœlis, externè solus, internè cum Angelis, externè extra domum Patris, internè in domo Dei, externè derelictus, internè sub protectione Dei, externè pauper, internè dominus totius terræ, in qua dormiebat, *Terram, in qua dormis tibi dabo & semini tuo*, Gen. 28. 13. externè sterilis fugiebat, & sinè liberis, internè plenus, & illis exuberans. *Eritque semen tuum quasi puluis terræ.* En quàm pauper, & quàm diues, quàm afflictus, & quàm consolationibus plenus, quàm infelix, & quàm fœlicissimus, quis hoc crederet? nemo, nemo inquam peccator, quia nullus eorum respectum scit, quem ad sanctos suos Deus habet.

Genes. 28. 13.

21. Deus sanctos suos veneratur.

Respectum dico non solum quatenus significat prouidentiam, sed quatenus, vt sic dicam, reuerentiam: reueretur enim Deus sanctos suos, sic eos diligit, & æstimat. Dilucidè, eleganterque hoc prosequitur argumentum, vt assolet, Diuus Chry. ser. de Helia Propheta, vbi satis concinnè, deuotéque discurrit sanctus, quomodo Deus reuerentiam verbis exhibuit Heliæ, quibus iurauit pluuiam terræ non adfuturam, nisi ipse mandaret, nolens vindictam, quam iustè populus merebatur Deo committere, 3. Reg. 17. n. 1. *Viuit Dominus, & non erunt per annos illos ros, & pluuia*, inquit Helias. *Deinde* inquit Chrysost. *cùm Deus illi responderet, Quid ergo si pænitentes illi mihi blandientur, si lachrymas afferentes spectem, si à delictis resipiscentes videam, statimne dare debeo pluuiā? minimè, inquit: Viuit Dominus, nisi per os meum, non quando tibi videbitur pæna finem facias, tibi enim pro clementia tua semper videtur misericorditer agendum, sed tunc quādo ego pro eis orauero. Quod cū Deus audiisset*, sequitur Chrys. *Propheticam sententiā reueritus est Deus, & honorem iuramento illi dedit, rē tamen moderatus Dominus sic est, vt & Prophetam simul reuereri videretur, & populi, quem fame puniebat, misereretur*, nō equidem alio modo nisi Heliam ad misericordiam reducendo, & apud illum intercedendo, vnde sequens ait, *Apud Heliā, qui Iudæis, vt filiis malæ frugis succensebat, Deus intercedit.* O quidē mirū! ô maxima sanctorū dignitas! Veneratur Deus seruos suos, & adeo veneratur, vt eos roget, tātum respectat, vt sine illis nū audeat aliquid facere. Quod si sic, nunc quæso erige considerationem, applica animum, & sic discurre: cur Reges sunt felices? cur status Regis summus habetur? nonne quia Principes sub se habent? nonne quia adorantur non ab infimis, sed à supremis? nōne quia ad ipsos omnes recurrunt, nutum, voluntatemque eius expectantes? *In multitudine populi*, inquit Salomon, Prou. 14. n. 28. *dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.* Vbi per multitudinem nō solum numerum, sed potentiam, vires, nobilitatem, eminētiam intelligunt authores, sicut per paucitatem, non solum diminutionē numeri, sed imbecillitatem, infirmitatem, paupertatemque; vnde Septuag. *Et in defectu populi contritio Principis.* Ex quo rectè Marcus Curius, vt refert Valerius Maximus lib. 4. c. 3. Sionēsibus sibi quantitatem offerentibus auri, vt ab eis discederet, respondit: *Non aurum habere præclarum sibi videri, sed iis, qui haberent aurū imperare.* Felicitas ergo Regum, eorumque maiestas non in auro, non in diuitiis posita, sed præclaros est habere subditos magnisque imperare Principibus. Quod si hoc in se habet, qualis erit sanctorum felicitas? qualis eorum beatitudo? qualis eorum gloria in hac vita? qui etsi foris miseri apparent afflicti, ac destituti, tamen intus verè Reges, verè sunt Imperatores, cùm non quoslibet Principes, sed ipsum Regum Regem, Dominumque dominantium pro veneratore habeant, & supplice, vt sic dicam, eis indigente. Qualis ergo peccatoris animus vnquā hoc credere possit? at bene illius, qui talem misericordiam, talem respectum, talemque Dei reuerentiam expertus, Chrysostomi inquam, sanctissimi; at peruersi, & peccatores nescientes hæc, putant miseram esse sanctorum vitam, quia cæci, quia ignorantes, nescientes quanta sit Dei gratia, & quantus sit Dei respectus erga sanctos suos, vt inquit noster Sapiens, *Quoniam, &c.*

3. Reg. 17. num. 1.

Chrysost.

22. Apud illos intercedit.

23. Regis status cur sūmus habetur.

Pr. 14. 28.

Valer. Maxim.

24. Quibus preclarum imperare.

25. Sanctorum dignitas, & felicitas in quo consistat.

Num. 16. *Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius cōsumata longā vitā iniusti.*

Connexio Capitis.

IN superioribus versibus, vt vidimus, totus fuit Sapiēs in defensione præproperæ iustorū mortis, rationes præbens, quare ex illa potius æstimandi iusti, eorumque vita, quàm reprobandi: nunc in hoc tacitam viam occupat obiectionem, nempè impios sæpè ad vltimam senectutem peruenire, non autem iustos, & istos cùm vita sint functi contra impios, qui illos afflixerunt nil amplius obtinere. Respondet autem non sic se rem habere, nam licet mortuus sit iustus, condēnat autem viuum impium, famâ, vitâ, & aliquando etiam apparitione,

1. Iustus mortuus vt cōdemnat viuos impios.

2\. Petrus & Paulus post mortẽ Neroni apparuerunt. *S. Nilus.*

vti Beatiſſimi Apoſtoli Petrus, & Paulus, qui poſt mortem illico Neroni crudeliſſimo apparentes, vt refert Beatus Linus Pontifex in eorum martyrij hiſtoria, eius exprobrarunt crudelitatem, inſaniam, immo & veſaniam. Sic ergo aliquando iuſtus ſolet mortuus viuos condemnare impios, ſed & in iudicio plus etiam ampliùs condemnabit, vt mox dicemus.

Cantacu. *Interl.* *Lyra.*

Condemnat autem, &c. Cantacuzenus hæc, & ſequentia de Chriſto intelligit, alij de martyribus, ſed meliùs intelligenda vniuerſaliter de quocumque iuſto. *Condemnat,* Interlinearis; *iudicabit,* in futuro, Lyra *etiam hîc, nam recordatione ſua iuſtitiæ oſtendit iniquos eſſe condemnabiles.* Hoc iudiciũ per comparationem erit, ſcilicet, vitæ ad vitam, & ſic, vt benè inquit Lorinus, non ſolum boni iudicabunt malos, ſed minus mali peiores. *Surgent Niniuitæ, & condemnabunt.* Math. 10. n. 41. & 42. Erit ergo iudicium comparationis, quod cõtra iniquos pronunciabunt ſancti, cùm Deus vitam iſtorum vitæ apponet iniqoorum, comparaodo vnam cum altera, obligationes coniungendo, & auxilia, quod iudicium duriſſimum.

Lorin. 3. Sancti quomodo iudicabunt impios in iudicio. *Mat. 10. nu. 41. & 42.*

Mortuus, &c. Septuaginta: *Laborans,* hoc eſt, in extremis, verbum Græcum ſignificat grauiter morbo laborantem, moribundum, deficientem, nam eo tempore, ſolet niteſcere iuſti virtus, Deique erga illum prouidẽtia: moriuntur enim, ita vt in eorum facie, motu, & verbis, appareat Dei gratia, & indulgentia, quæ mors, ſeu qui modus moriendi verè perfidam condemnat iniuſti vitam.

4\. In morte iuſti virtutis plendeſcet effectus.

HOMILIA LXXXV.

Iudicium comparationis in die vltimo duriſſimum, & terribile.

CONdemnat iuſtus mortuus viuos impios, &c. Senſus eſt, vti diximus in litera, iuſtum ſcilicer vita ſua, fama, virtuteque, etiamſi mortous, viuum condemnare impium, & non ſolum hîc dum impius viuit, ſed etiã, quod maius, condẽnabit in iudicio, iudicabitque illum, tum iudicis ſententiæ aſſentiendo, tum iudicio comparationis, vitæ ſcilicet ad vitam, obligationis ad obligationẽ: quo iudicio vt bene inqoit Lorinus, non ſolum boni condemnabunt malos, ſed etiam minus mali peiores, iuxta illud, *Surgent Niniuitæ, &c.* vti in littera diximus. Hoc autem cùm ſit certiſſimum, quod hîc nũc expendendum, quàm ſcilicet durum, immo & duriſſimum hoc erit iudicium, quando Deus vitã cõparaturus noſtram ſanctorum vitæ, dicet nobis, ſic fuerunt iſti ac vos, homines ſicut vos, debiles ſicut vos, iiſdẽ obligationibus prorſus tenti ſicut vos, & tamen iſta fecerunt, ſic vixerunt, talẽ vitã duxerũt. *Quid quæſo tunc reſpondebimus in iudicio, cũ cauſa diſcutientur,* inquit Orig. explicans illa verba pſ. 36. n. 6. *& deducet ſicut lumen iuſtitiã tuã: nã tũc iuſtitiam cauſa iuſti tanquã lucẽ Deus faciet manifeſtã, & iudiciũ, quod & diiudicat, velut meridiem faciet manifeſtũ.* Notanda ſententia, inquit enim, Deus in illa die non ſolũ qood manifeſtam tanquam lucem iuſtitiam faciet iuſti, ſed etiam quòd ponet tãquam meridiem iudicium ſuum de iniquo, & iuſto, vt nemo de illo cõqueri poſſit, nemõ ſuſpicari, quòd nõ rectè diiudicet, quod nõ ſecũdum iuſtitiam, quod amore, paſſione, vel perſonarum acceptione aliqua moueatur, ſed ponet Diuini ſui iudicij, ſentẽtiæque æquitatem velut meridiẽ, ſimul manifeſtando iuſtorum vitam, tãquam lucem, contraponẽdo eam malorum vitæ, vt illorum tenebræ magis appareant, dum luci iuſtorum opponuntur.

Lorin. *Origen. Pſ. 36. nu. 6.* 1. Deus in iudicio vt meridiem ponet rationẽ ſui iudicij & cur.

2\. Iuſtorum opera innectim cũ iniquorum ſacta diſponet, & cur.

O quàm terribiliter apparebit tunc tale iudiciũ, quando vita Pauli & Petri, alteriuſque ſancti vitæ contraponetur peccatoris, ſecundum ſtatum, ordinẽque cuiuſque, & ſecundũ illorũ bonitatẽ eius diiudicabit Deus malitiã. Carbones certe tunc impio vita erit ſanctorum, & carbones deſolatorij, quibus cùm hîc ad virtutem noluit accendi, cribrabitur illis in iudicio ad pœnã. *Exempla enim ſanctorum,* inquit Aug. in pſ. 119. n. 9. ſuper illa verba: *Sagitta potẽtis acuta cum carbonibus deſolatoriis, ſunt carbones deſolatorij, ſicut ſagitta potẽtis verba diuina, ſagitta potentis acuta verba Dei ſunt, quæ trãsfigent corda, quæ cùm trãsfixa ſunt, amor excitatur: nouit Dominus ſagittare ad amorẽ, ſagittat cor amantis vt adiuuet amantẽ, ſagittat, vt faciat amãtẽ, carbones autẽ vaſtatoriis ſunt exẽpla ſanctorũ.* Quomodo autẽ ſint carbones explicãs ſequitur: *Vt potè incipit Deus dicere, tu non potes, ille potuit, numquid tu delicatior es illo ſenatore, fœminæ potuerũt, viri non poſſunt? delicati diuites potuerũt, pauperes non poſſunt?* Quibus carbonibus accenſus hîc animus, ad virtutẽ currit, inquit idem S. vnde & ſequitur. *Cũ ergo fuerint iſta numerata, & nominatim dicti fuerint homines qui potuerũt, ille accepta ſagitta in corde, accedentibus etiã carbonibus deſolatoriis, deſolatur in illo cogitatio terrena, & fit prorſus locus deſolatus, in cuius loci puritate facit Deus ædificiũ ſuũ, quia facta erat ibi ruina diaboli, & ædificatur ibi Chriſtus.* Egregiè equidẽ. At ſi Chriſtus non ædificatur, at ſi his carbonibus accendi nõ vult impius hîc ad virtutẽ, non erunt ergo amplius geſta ſanctorũ carbones vaſtatores? erunt quippe, ſed aliter tunc in iudicio, ac nunc, nam nunc ſint vaſtatores vitiorum impij, ſi ſic ipſe velit, tunc verò erunt vaſtatores ipſius impij, condemnando eũ, quia illis ſe adiuuare noluit, & ſic ad pœnã deſeruient tũc iſti carbones, qui nunc ad meritum ipſi deſeruire potuerunt, ipſumque coouincent tunc in iudicio, vt potè validiſſimis teſtibus contra ſe dicentibus, ita vniformiter conteſtantibus vt nil ex aduerſo aliquid miſer obmuſſitare poſſit peccator. Cõteſtãtibus dixi, cùm non ſoli, ſed ſimul cùm aliis aſtabunt, quos ſi ſcire mauis, ſancta quatuor erũt Euangelia, hæc tunc validiſſima contra miſerum exiſtent peccatorem teſtimonia, ita illum conuincentia, vt mutum eum ad omnia reddant, nil prorſus dicentem, nil obloquentem. *Vidi mortuos magnos, & puſillos,* inquit Ioan. Apocal. 20. n. 12. *ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt,* Quẽ locum explicans Aug. 20. de Ciuit. ca. 14. to. 5. ſubtiliter adnotat Ioannẽ dixiſſe librum, & libros eſſe apertos, & per libros intelligit libros ſãctos, per librũ verò vim quandã diuinã, qua fiet vt vniuſcuiuſqoe opera illi in memoriam reuocentur. *Libros dixit,* inquit, *eſſe apertos, & librũ: libri quos priori loco poſuit intelligendi ſunt ſancti, vt in illis oſtenderetur quæ Deus fieri iuſſiſſet, in illo autẽ, qui eſt vitæ vniuſcuiuſque, quid horũ quiſque non feciſſet, ſiue feciſſet: liber autẽ, qui apertus dicitur, quadam vis eſt intelligendi diuina, qua fiet, vt cuique opera ſua, vel bona, vel mala cũcta in memoriã reuocẽtur, & mẽtis intuitu mira celeritate cernãtur, vt accuſet, vel excuſet ſciẽtia conſcientiã, atque ita ſimul & omnes & ſinguli iudicẽtur.* Lib. San. inquit Au. quos D... tunc aperiet, vt ex illis conuincatur peccator, ... attendet ſe non operaſſe ſecundùm legem

3\. Sanctorum opera in iudicio carbones impiis deſolatorij. *Pſal. 119. num. 4.* *Auguſt.*

4\. Verba Dei ſagittæ acutæ.

5\. Sanctorum exempla ad animas cõuertendas potentia.

6\. Teſtes qui in iudicio peccatorem condemnabunt plures & qui.

Apoc. 20. num. 12. *Auguſt.*

7\. Ioannes nõ ſolum vidit librum, ſed libros, & qui ſint.

8\. ...tina ...o

ceptaque in illis à Deo ei demandata. At hoc vnũ tantùm est testimonium, non equidem ad conuincendum sufficit, aliud quippè est necessarium ad peccatores conuincendos, nam excusare forsitan se possent, aut Deum præcepisse suprà vires, aut ipsos ita debiles fuisse, vt illa attingere non potuerint, quæ præuidens Deus, vt tali excusationi præcurreret, alios libros iuxta illos aperiet viuos, qui ad amussim, viuaciterque obseruarunt quicquid in illis Deus præcepit, & mandauit. Isti enim sunt Sancti, secundùm Gregorium 14. Moral. qui eosdem libros Ioannis, quos Augustinus legit, ipse Sanctos intelligit, vitamque ipsorum, ex cuius comparatione mali diiudicandi: *Non immeritò,* inquit, *in sacro eloquio iusti libri nominantur, sicut scriptum est: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris: liber namque vitæ est ipsa visio aduenientis iudicij, in quo quasi scriptum est omne mandatum: libri etiam aperti referuntur, quia iustorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata cœlestia opere impressa cernuntur, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, quia in ostensa vita iustorum quasi in expansione librorum legunt bonum peruersi quod ipsi agere noluerunt, atque ex eorum, qui fecerunt comparatione damnantur.* Quid clarius? En testimonia validissima contra miserum peccatorem, quid quæso ad ea respondere poterit? non equidem ignorantiam, quia *in omnem terram exiuit sonus eorum,* & libri expansi sunt, & omnibus notuerunt: nec certè difficultatem, cùm adamussim obseruata ea in sanctis videbit: nec minus debilitatem virium, cùm homines isti fuerint, sicut illi, vt inquit Augustinus; ob quod peculiariter ad tale occludendum effugiũ; sanctissimos homines dedit Deus, vt Sanctus inquit Theophanes Nicenus Episcop. ep. 2. declarans cur Dominus permiserit Iobi tentationes: *Primùm, ait, vt quidem nos Deum glorificemus, deinde verò ne arbitremur diuina præcepta humanas vires excedere, etenim ille etiam homo erat passibilis vt & nos, at quoniam voluit, inuenit Dei gratiam cooperatricem, & omne opus bonum perfectè absoluit. Præterea vt & nos vestigiis illius insistamus, ducem eum habentes, id est veritatis, & virtutis rectam viam. Deinde etiam in testimonium, ne scilicet cùm iudicaturus est omnia Deus, dicere possimus: si nos aliquem vnquam hominem sancta hæc præcepta obseruasse, tentationesque constanter pertulisse vidissemus, vel audissemus, illum certè imitari studuissemus, ideo præueniens Scriptura sacra excusationem hanc, è medio tollit, enarrans per partes præclara iusti huius opera omnia.* Quid ergo aliud pertendent? forsitan testium allegabunt insufficientiam, neque hanc attestari poterunt, duo enim sunt, & validissimi, neque exceptiones aliquas apponere, nam sunt omni exceptione maiores. O quomodo tunc obmutescet peccator! quomodo nihil amplius respondere poterit! quomodo iustam prædicabit Dei sententiam, in quolibet ibi statu viua vides exempla Sanctorum! Pauper enim peccator videbit pauperes Sanctos, diues diuites, Rex Reges, vxoratus vxoratos, solutus solutos, miles milites, negociator negociatores, artifex artifices, seruus seruos, sæcularis sæculares, & tandem Religiosus Religiosos, non status, non conditio tũc valebit, nam in omni statu, & ex omni conditione Sanctus illic videbit, in quorum conspectu positus, attestante sibi suorum conscientia malorum, confundetur ipsemet contrapositus cum illis, & quo præclariora fuerint Sanctorum gesta, eo tenebrosiora peccata videbit sua, vnde ipsemet contra se non superiori expectato iudicio desperatè feret sententiam.

9. Sancti libri in die iudicij aperti ad conuincẽdos peccatores. *Greg.*

10. Sanctos cur Deus constituit in sua Eccles. *Theopha.*

11. Cur Iobi permiserit tentationes.

12. Impiorum excusationes in die iudicij omnes vt præcludet De⁹.

13. Peccator contra se ipsemet feret sententiam.

Enimuerò vidua illa, quæ pascebat Heliam, non aliam equidem mortis filij sui causam, quàm peccata dedit sua, quæ tunc vidit, tunc ponderauit, tunc quanta ea erant mensurauit, quando è contrà virtutes, Heliæque vidit sanctitatem. Reg. 3. 17. nu. 18. *Ægrotauit filius mulieris, & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus: dixit ergo ad Heliam, quid mihi, & tibi, vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.* Cur rememorarentur? aut quomodo Helias interfecit filium? virtutibus nãque, & sanctitate: putauit enim bona ista mulier vitam suam Heliæ vitæ contrapositam, ita Deo displicuisse, vt amplius eam non sustinens in filio castigauerit, tunc enim se infirmam, tunc peccatricem, tunc meruisse se pœnam intellexit, quando præsentem Sanctum habuit Prophetam. *Sunt admiratione digna verba viduæ,* inquit Theodoretus hîc, quæst. 52. *tuo inquit lumine aperta sunt mea peccata, quæ occulta erant, non dixit: fuisti mihi malum auspicium, mala mihi concilianit tuus aduentus, sed potius suis peccatis tribuit, quod acciderat.* Nam, vt inquit Ambrosius serm. 10. super Psal. 118. *Plerisque iusti aspectus admonitio correctionis est.* Et infrà, *Sicut iustus lætificat cor innocentium, cùm videtur, ita & improbi iustorum cognitione torquentur, quia vel tacitis Sanctorum moribus arguuntur.* Sic equidem impij tunc videbunt, & tabescent, tunc se confundent, quando in illa die iuxta eos ponet Sanctorum Deus vitam, quæ sola cõdẽnabit, eosque occidet, dum velint, nolint, faciet vt, quantò à recto ipsi declinauerint apertissimè videant, & videndo dignos se æternis æstiment pœnis.

3. Reg. 17. 18.

14. Heliæ vidua quando sua cognouit peccata.

Theodo.

Ambros.

15. Impij torquentur dũ vitam inspiciunt Sanctorũ.

Enimuerò tunc Gedeon Sanctus se mortuum æstimauit, quando facie ad faciem vidisse se Angelum intellexit, tunc enim super se plorauit dicens: *Heu mihi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.* Iud. 6. 22. Cur ergo tantùm timuit? scio Lyram dicere ex opinione vulgari inter simplices orta Iudæorum, ex illis verbis. Exod. 32. nempè, *non videbit me homo, & viuit,* quod homo videns Deum, vel Angelum in specie aliqua sensibili, deberet citò mori, vnde illud credens Gedeon, ideo timuerit mortem. Et licet hoc sit verum, amplius quid, me iudice, huic tribuendum timori ad rem nostram propius: nam non solùm Gedeon mortem timuit corporis ex illa apprehensione, sed etiam ex sui consideratione, humillimus enim cùm esset, ob idque fortissimus homo, vt multi volunt, ad Angeli præsentiam supercælesti afflatus lumine, suam amplius recognoscens indignitatem mala superuentura sibi ex illa timuit visione, vt inquit Abulensis non bona: vnde ait, *væ mihi,* cur væ? quia scilicet peccator, quia immundus, quia omni pœna dignus, quod equidem tunc persensit, quando eum Angelum esse Dei cognouit.

16. Gedeõ cur timuerit Angelum videns.

Lyra.

Judic. 6. 22.

Infr. c. 13.

2. Reg. 6. num. 9.

Enimuerò traducturus in domum suam Dei arcam Rex Dauid, 2. Reg. 6. num. 9. sic quando ex repentina Ozæ morte eius aperti oculi, viuacius Dei præsentiam apprehendissent extimuit, vt in domo Obededom eam remittens, suam immundam, quam antea mundissimam, seque indignum, quem antea dignum iudicaret: *Extimuit Domi-*

17. Dauid ex Dei præsentia indignum se æstimat, & peccatorẽ.

est, caduca hæc ambiunt, & desiderant.

Hæc etiam concupiscentia, qua sic crudeliter Achor incedit, domumque eius totam, etiam miseræ suspensionis causa extitit domus Saül. Res enim, etsi aliàs, millies grauissimè concupiuit infœlix iste, semel, quando pepercit Agag, & optimis eius, ex qua concupiscentia regnum amisit, & occubuit ipse. Iterum infelix concupiuit zelo suam iustitiæ cooperiendo concupiscentiã, ex qua deleta est, immo & suspensa, ipso mortuo, domus eius tota. *Facta est fames*, sacer inquit textus 2. Reg. 20. num. 1. *in diebus Dauid tribus annis iugiter*, cuius causam cùm exposceret Dauid à Domino, respondit illi: *Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Erat ergo illud flagellum ob occisionem, quam fecerat Saul de Gabaonitis, sed cur occidit? *Propter concupiscentiam*, inquit Lyra, *concupiuit enim ciuitatem, quam isti habebant, & percussit eos zelo, quasi pro filijs Israel & Iuda*, quasi non deberent aliquid possidere in terram Israel, reuera autem, vt auferret eis ciuitatem, concupiuit, percussit, in laqueum incidit, *Crucifixerunt enim Gabaonitæ filios eius in monte coram Domino.* Propter illos concupiuit ipse, & isti per illum in laqueum inciderunt, occisi sunt, suspensi sunt.

10. Concupiscentia Saül non solum regnum, & domũ perdidit, sed suspendio subiecit.

2. Reg. 20. 1

11. Saül occidit propter concupiscentiã Gabaonitas.

Lyra.

At cur dicitur, quòd crucifixi coram Domino? cur non coram gentibus? quid ergo peculiarius isti habuerunt, vt dicerentur crucifixi coram Domino? Scio Abulensem hîc quæst. 30. dicere hoc tantum sonare quantum manifestè: *Coram Domino*, inquit, *hoc est manifeste, & in loco publico*, ea enim, quæ fiunt publicè, coram Domino fieri dicuntur, vt patet Iosu. 24. num. 1. Tamen ni fallor, aliquid aliud intimius hic dicendi includit modus, nempe ideo coram Domioo dictũ suspensos Saülis filios, quia iste simulando zelum, intus peccando, foras sanctitatem ostendit, nam miser occultare, & zelo cooperire iustitiæ suam contendit cupiditatem, vnde iustus apparuit coram gentibus, *& percussit eos Zelo, quasi pro filijs Israel*, vt sacer inquit textus. At spirituum pŏderator Deus interiorem eius vidit malitiam, & quod non pro zelo, sed pro concupiscentia illos occidit. & sic licet homines non indignarentur, nec Saüli illud ad malum imputarent, tamen Deus validè ex illa simulata se offendit actione: vnde quia ipse solus offensus, & non populus, ideo coram ipso dicuntur suspensi Saulis filij, & non coram multitudine. Coram ergo Domioo, id est ad placandam faciem eius, qui occultam vidit malitiam interiorem, absconditãque concupiscentiam. Nil equidem Deo occultũ, abscondant nunc Reges, & Principes concupiscẽtiam suam, induant eam iustitiæ, zelique vestibus, ab hominum se occultent oculis, non effugient Dei: venient dies, in quibus sumet de eis Deus vindictam, has falsas, palliatasque diiudicans iustitias, & tunc coram ipso luent miseri dissimulatæ pœnas concupiscentiæ suæ, & incident in laqueum, sicut miser incidit Saül, domusque eius tota.

12. Filij Saül cur dicuntur crucifixi coram Domino.

Abulens.

Sed maius restat malum, incidunt *In desideria multa, & nociua, quæ mergunt hominem in perditionem, & interitum.* Hoc maximum est malum, in tentationem incidere malum equidem est, & inter inimici arma se ponere, in laqueumque deuenire diaboli maius malum, sed in desideria pessimum. Tentationes fugere tandem possumus, laqueum auxilio Dei conterere, sed si semel deside- A ria animum nostrum possederint, *Mergent hominem in interitum, perditionemque*, vt inquit Apostolus. Quod non dixit de tentatione, non de laqueo inimici, ad denotandum quàm certè desideria multa nos in interitum mergent, nisi magna nos Dei adiuuerit gratia: multa, dixit, nam si semel animum ad desiderandum laxauerimus, nullus erit desideriorum finis. *Tria sunt insaturabilia*, inquit Salomon Prou. cap. 30. num. 16. *& quartum, quod numquam dicit sufficit, infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua, ignis verò numquam dicit sufficit.* Per quem ignem concupiscentiam intelligit diuus Anastasius Episcop. Nicen. in quæstionibus in Scripturam qu. 41. *Quarta numquam*, inquit, *contenta est dicere sufficit, nempe quæ est in omnibus improba cupiditas.*

13. Concupiscentiæ malum pessimum, quod

Prou. 30. num. 16.

14. Est res insatiabilis.

En ratio, quam hîc reseruauimus indagandam, **B** cur desiderantibus carnes filijs Israel, non carnium meminerunt, sed cæpæ, sed allij, sed peponis, semel enim desiderauerant, & semel desiderando non amplius finem imponere suo potuerunt desiderio, sed ex vno, altero succedente, desideratis semel carnibus, & hoc desiderio semel admisso, statim desiderauerunt pepones, ex hoc venerunt & allia, ex hoc & cæpæ, & sic de alijs. vnde eorum animo talibus occupato desiderijs in interitum perditionẽque prolapsus est. Ex quo satis liquet quàm apposite dixerit Chrysostomus hom. 7. in cap. 2. epist. ad Corinth. curam, desideriumque temporalium rerum gehennam gignere. *Hiems est*, ait, *cura ac desiderium rerum temporalium, atque hieme tristior, neque enim hic rigor, aut pluuia nascitur, aut lutũ gignitur, aut profundus limus, sed quid ex his omnibus grauius gehennam gignit, ac gehenna mala.* **C** Cuius rationem, ni fallor, ipsemet tradit sanctus homil. 17. in hunc Pauli locum, de quo nobis hîc modo sermo, dum affirmat cupiditatem ita ad se oculos hominis attrahere, vt eum amplius aspicere non sinat, vnde euenit, quod à fide aberret. *Pulchrè, ait, Apostolus inquit, quod aberrauerunt à fide, non enim sinit cupiditas iter aspicere, oculos in se attrahens, & sensim subducens, sicut enim cùm quis recto itinere gradiens, si in aliud aliquod intendit animum, pergit quidem, sed sæpè dum nescit, vrbem illam pertransit, ad quam properabat, ita ferme & in cupiditate contingit.* Verbum Chrysostomi, *oculos ad se attrahit, & sensim subducit* pondero, non enim dixit, cæcat, sed attrahit, & optimè quidem, nam cupiditas non facit vt fides amittatur, sed vt in fide erretur, hoc est, vt verum cœli iter non teneatur, non aspiciatur, vt deperdatur, & hoc **D** non statim, non subito, nõ repentè, sed sensim, hoc est, paulatim, per tempus, placidè, gratanterque, quod fit desideria in animum semel admittendo, nam vno admisso ex hoc in aliud deuenitur, placidè, sensimque ex illo in aliud, ex quo tractu grauata temporis ipsa anima, & iter amplius non aspicit cœlorum, & vrbem pertransit, ad quam putabat ire, immo pace Chrysostomi ad eam non peruenit, vti miseri isti concupiscentes, de quo dicebamus, qui ex vno in aliud succrescẽtes desiderium, antea mortui, consumptique, quam in terram ingrederentur promissionis.

15. Filij Israel carnes desiderantes, cur carniũ non meminerunt.

Chrysost.

16. Concupiscentia mater inferni.

17. A fide cur facit errare, & quomodo.

Quod etiam & insano illi euenit, quique habebat fastidiens, ad ampliora anhelans, horrea putabat extruere, ac ipse destructus anteaquam ea extructa, *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager tulit.* Dominus dixit noster discipulis suis Luc. 12. num. 16. illos ab auaritiam auertere cupiẽs,

18. Concupiscentes stulti.

Luc. 12. 16

Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia nō habeo quò congregē fructus meos: & dixit, Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam. *Attende miseriam huius, attende stultitiam,* in-
Basil. quit Basilius, *quid enim stultius, quàm laboribus numquam finiendis se conficere, ac summo cum studio ædificare, nec minori cura eadem demoliri?* Stul-
20. Concupiscens crescendo decreuit. tus certè, prorsusque insanus, nam ditescere cupiens, à destructione incipit, nonne illi melius noua ædificare, quàm coostructa diruere? melius: cur ergo oon fecit? quia desiderauit, & incidit in desideria multa, & sic in istis incidendo, dum crescere voluit, decreuit, & dum ditescere pauper est factus, immo & amens, nam intendendo cumulare, incipit destruere, quid insanius? non miteris, nam semel concupiuit, & coucupiscentia *transuertit sensum*, vt inquit noster Sapiens, *& ducit in perditionem*, vt inquit Apostolus, sicut duxit stultum B hunc, cuius animam dæmones illa eadem repetierunt nocte, qua talia concupiuit, commentusque
21. Comparatur canib9. Seneca. est. Bene tales canibus comparauit Seneca lib. 10. epist. 73. qui vnum deglutientes panis frustum, illico ad aliud aspirant, vnde loquens de insatiabili concupiscentia hominum sic inquit, *Vidisti aliquando canem missa à domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem, quicquid excipit protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri inhiat. Idem euenict nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit id sine vlla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti, & attenti:* Nil melius. En miser iste de quo loquitur Euangelium diues erat, sed plus desiderabat, panem inglutiebat, frustulum expetebat. Ex hoc desiderio euenit, vt amplıora desideraret horrea, ex hoc epulari, bibere, requiescere, & comedere, sitiuit, concupiuit, cō- C cepit concupiscentiam, & hæc adulta parturijt desideria multa, & nociua, quæ miserunt hominem in perditionem, & pepererunt ei gehennam, vt inquit Chrysostomus.

Ad Rom. 13. 14. Quapropter ad Romanos scribens Apostolus
22. Carnis cura reprehēsibilis quæ. cap. 13. num. 14. monet eos ne carnis curā habeant in desiderijs: *Et carnis curam ne feceritis in desiderys.* Vbi adnotandum non dixisse carnis curam ne feceritis, sed ne in desiderijs, nam carnis cura moderata non comprehenditur, sed superflua, moderatam carnis curam non dissuadet, sed carnis curam in desiderijs, hoc est ad explenda desideria, & concupiscentias. Vnde Syriaca translatio: *Ne sollicisi sitis carnis vestra ad concupiscentias*, supple, *explendas*: pulchrè. Viuendum, sed non ad desideria explenda. curandum de vita, sed non de desiderijs adimpleodis. nam qui sic viuunt, & curā suæ carnis habent, vt desideria expleant, non se- D cundùm Deum viuunt, non rectum arripiunt iter, sed perditionis, & in profundum demergentur quia desideria multa ducunt in perditionem transuertendo sensum, ob quod Deus è mundo eripit iustum, vti ait noster Sapiens, dum dicit, *& inconstantia concupiscentia, &c.*

Num. 13. *Consumatus in breui expleuit tempora multa.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. REddit seu pergit Sapiens dare rationes, quare iustus è viuis ereptus à Deo, & hic aliam assi- A gnat, nempe, quia adeo diligens extitit in agendo, vt breui quæ alius post longa adimpleuerit tempora, vnde in virtute breui consumatus, & breui metam adimpleuerit perfectionis sibi à Deo assignatam, ad culmenque venit, vnde cum pensum soluisset, meritò à vitæ ligaminibus, & à labore eum Deus eripuit.

Consumatus in breui, &c. id est breui tempore perfectus, non autem consumptus, & functus vita, vt vult Vatablus. Glossa ordinaria, & Vatabl. Hugo ad martyres hoc adaptant, potest, sed sensus Gloss. litteralis est, quem diximus. Hugo.

Expleuit tempora multa, &c. Fulgentius epist. Fulgent. 2. cap. 4. *repleuit tempora multa.* Optimè quidem, nam iniqui vacuum habent tempus, non repletū, dum iniquè agunt, at iustus repletum, & citius, quia festinanter, non oscitanter, vnde in momento, vt sic dicam, sua repleuit tempora sibi à Deo B constituta.

HOMILIA LXXXII.

Tempus iniquorum tempus vacuum, iustorum autem plenum.

COnsumatus in breui expleuit tempora multa, inquit noster Sapiens. Fulgentius, vti diximus legit: *repleuit tempora longa*, & optimè. Nam hæc est inter tempus iustorum iniquorumque differentia, iusti enim tempus, quo viuunt, replent, iniqui vero vacuum illud habent, nullisque bonis operibus repletum, vanè eum terunt, vnde C non mirum, si oihil postea inueniant, nam licet dies eorum prosperi sint, & omnibus fortunæ repleti bonis, vacui tamen sunt.

Enimuerò sanctus Iob cap. 7. num. 3. dies pro- Iob. 7. 3. sperıtatis suæ, dies vacuos nominauit, in sensu D. S. Thom. Thomæ. *Sic & ego habui menses vacuos, & noctes* 1. *laboriosas numeraui mihi*, quę verba sanctus intel- Tempus prosperitatis huius mundi tempus vacuū dicitur & cur. ligit quasi Iob diceret: menses meæ præteritos prosperitatis, omnibus fortunæ bonis refertissimos, ego semper existimaui vacuos, sine fructu, sine mercede, & sic menses illi, & totum illud tempus vacuum fuit, vnde pro nihilo duco, & quasi non esset, nec præterijsset iudico. Et merito quidem, nam cùm ex tempore prosperitatis nihil remaneat, vacuū dici debet. Quid enim aliud, quæ- 2. so, est tempus vacuum, quàm tempus licet cum la- Quid sit tempus vacuum. bore exaratum? tamen sine vllo fructu, & sine vlla D mercede, hoc dicitur tempus vacuum, sicut etiam, vt benè adnotat quidā, vanum, frustraneum, falsū, mēdax; hæc omnia denotat vox illa, vacuos. Quod cùm ita sit, benè sanctus menses prosperitatis suæ menses dixit vacuos, hoc est sine vllo fructu, sine vlla mercede. Et notandum valde est dies prosperi- 3. tatis vacuos tantum sanctum dixisse, non laborio- Cur Iob dies vocauit vacuos; noctes vero laboriosas sos, noctes verò asseruit esse laboriosas. Nam vt inquit hîc Diuus Greg. lib. 8. Moral. c. 7. in hac vita quædam sunt laboriosa tantum, sed non vacua, quædam vacua, sed non laboriosa; quædam vacua, & laboriosa; laboriosa sunt, sed plena, quæ iusti pro D. Greg. æterna sustinent vita; vacua sed nō laboriosa huius prospera mundi, quibus fruuntur; laboriosa simul, & vacua, quæ sustinent pro huius sæculi bonis. *In hac vita*, inquit sanctus, *quedā laboriosa sunt, quadam vacua, quedā vero vacua simul, & laboriosa;*

A *Amore conditoris prasentis vita tribulationibus exerceri laboriosum quidem est, sed vacuum non est: amore autem saculi voluptatibus solui vacuum quidem est, sed non laboriosum: amore verò eiusdem saculi aduersa aliqua pati & vacuum simul est, & laboriosum, quia ex aduersitate mens afficitur, & remunerationis pramio non repletur.*

4. Labores proijciẽdo vacui & laboriosi.

Bene ergo sãctus vir menses prosperos in quibus nil passus, vacuos dixit, & noctes vacuas simul, ac laboriosas, illas, quas, pro rebus quas possidebat, sustinuerat. Ex quo equidem euidenter patet quàm vacui dies sint peccatorum, etsi prosperi, omnibusque referti bonis, dum nil mercedis in altera repetent vita, & quam simul laboriosi dum miseri plus omnibus laborant, & in laborando se macerant, & cõsumunt, & tandem sine fructu, sine mercede, sine præmio, nisi præmium dixeris dolores tormentaque.

5. Peccatorũ dies laboriosi & vacui.

B Enimuerò Episcopus ille Sardicensis hypocrisi laborans non pro Deo, sed ad laudem captandã humanam opera faciebat, laborabat, viuũ se putabat, ac tempus mercedis habere plenũ, sed quàm vacuũ illud habuerit verba illa insinuant, quæ meruit audire: *Non enim inuenio opera tua plena coram Deo.* Apoc.3.n.2. vnde tantum abfuit, vt mercedem reciperet, quin potius, vt pœnitẽtiam ageret sub cõminationis verbo ei iniunctum fuerit. *In mente ergo habe qualiter acceperis,* (notandum verbum) *& audieris, & serua. & pœnitentiam age; Si ergo nõ vigilaueris veniam ad te tanquã fur, & nescies qua hora veniam ad te.* En fructus operum, & temporis, quod in illis consumpsit iste miser, pœnitentiæ iniunctio.

6. Bona opera peccatorum etiam vacua.

Apoc.3.2.

Sed notandum quod ei dicitur, nam non simpliciter ait Angelus opera eius non esse plena, sed non esse plena corã Deo meo: quid enim aliud per hoc intelligitur nisi quòd coram hominum oculis plena videbantur, *Nomen habes, quod viuas*, at non coram Deo, nam spirituũ ponderator Deus videns ea intrinsecus, eaque ponderans, non plena ea reperit, quia ex falsa intentione, ex hypocrisi procedebant, & ideo vti vacua ea respicit, & similiter tẽpus, quòd in ea miser consumpsit, qua ratione vacuum dicitur; similiter & illorum, qui licet bona agant, tamen quia non plena, aut quia non debitis fulta circumstantijs, aut quia non à recta procedũt intentione, tempus amittunt, tempus terunt, & tẽpus Religionis non eis cõputatur plenum, sed vacuum. Quod grauiter Diu. dixit Salonius Viennensis Episc. in mystica parabolarum Salomonis explicatione, tom.t. Bibl. super illa verba: *Multa filia congregauerunt diuitias, tu superegressa es vniuersas*: vbi postquam per multas filias, & hæreticorũ Ecclesias, & vt ipse, turbas malorum Christianorũ intellexisset, explicans diuitias, quas veræ Ecclesiæ filij cõgregant, sic inquit, *Diuitia orationes sũt, ieiunia, eleemosyna, afflictiones, castimonia carnis lingua refrenatio, meditatio scripturarum, & caterorum bonorum operum diuina, si spirituali tamen fiunt intẽtione, videlicet propter regni cælestis retributionem, aliter nihil prosint agentibus, vnde filia hareticorum, aut malorum Catholicorũ turba frustra congregauerunt diuitias, quia vel in fide errauerunt, vel certè huiusmodi bona opera nõ spirituali fecerunt intentione, nec sicuti debuerunt.* Mirum equidem, & mirandum, & res omni confusione, terroreque digna! quis credet post multos in Religione transactos annos, immo & sæcula, post multos exhibitos labores, post diuturnã continuamq; pœnitentiam nobis non superesse præmiũ, & vanè

7. Sardicensi Episcopo cur dictum opera non habere plena coram Deo.

C

8. Religiosorum quale tempus vacuum.

Salon.

D

9. Opera plena quæ.

tempus triuisse, quia opera coram Deo nostra, nõ apparebunt plena, licet & plena hominibus reputẽt; immo & nos ipsi, sicut Episcopus iste qui bona faciebat, sed quia perfectione carebant, nõ erant plena, ideo pœna potius digna, quàm præmio, vnde & tempus vacuum habebat. Quod cum ità sit, licet equidem sic arguere, si cùm iste bona ageret, tamẽ quia non plena, quia non perfecta, tempus vacuũ habebat, quale erit tempus illorum, qui non bona, sed mala agunt? qui non opera virtutum, sed opera diaboli? qui quotidie, & semper in peccatis sunt? quàm ergo vacuũ, quàm vanum, quàm frustraneũ erit tempus istorũ, nonne pro nihilo reputabitur?

Duobus annis, sacer inquit textus, quod regnauit Saul, cùm constet pluribus regnasse. Mysterium explicat Greg. lib.5. in c.15. primi lib. Reg. ca.3. *De rege*, inquit, *qui prius bonus, postea malus fuit, dicitur quia vnius anni fuit cùm cœpit regnare. & duobus annis regnauit, illis solis regnare dicitur, in quibus innocens, & humilis fuisse perhibetur; nam postea superbus, & inobediens, audiuit, Quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus ne sis Rex, se quidem à regno proiectum cognouit, & tamẽ proiectus regnare non timuit, quãta postea fortiter egit, sed ecce omnia illa tempora ad regnum ei deputata non sunt.* Vnde concludit ex hoc merito sãctus sic: *Illo ergo nos solum tempore, nos vixisse gaudemus, quo innocenter, & humiliter viximus, nam illa tempora, qua in saculo vanitate, & fluxa carnis vita consumpsimus, quasi perdita minimè memorãtur.* Optimè equidem Et verba illa põderanda, fortiter multa postea egisse Saulem, at quia mala, ideo non numerata in tempore. Duobus tantum annis bonus extitit, & opera exercuit virtutum; ideo tantum tale tempus illi computatur, vti plenũ, & mercedis dignum. At verò quia post, malè viuendo reliquum tempus vacuũ fuit, ideo ei non computatur, nec in numero eius reponitur regni, licet multa fortiter, multa strenuè gessisset. Hic equidem & de reliquis dicendum peccatoribus, licet multũ viuant, licet magna præstent, & hęc pro nihilo reputari, & breue tempus fuisse illorum, dum sine mercede illud terunt, nisi mercedem dicamus confusionem, erubescentiamque, quam ex peccatis repetunt, vt ait Apost. ad Rom. 6.n.21.

10. Saül cur dicatur duobus tãtũ regnasse annis.

Gregor.

11. Tempus in quo dici potest nos vixisse quale.

12. Fortia agere, & non debitis circumstantijs vana, nec in tempore sunt.

Enimuerò valdè notandus modus, quo Scriptura tempus vitæ describit Ismaëlis, & vitæ Isaac fratris sui. De tempore loquẽs vitę Ismaëlis sic inquit: *Et facti sunt anni vita Ismaëlis centum triginta septẽ, deficiensque mortuus est, & appositus ad populum suum.* Gen.25.17. At vero quando tempus vitæ describit Isaac sic inquit Gen.35.28. *Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumptusque atate mortuus est, & appositus populo suo senex & plenus dierum.* Vbi notanda est equidem differentia locutionis, nam de Ismaële ait, quòd deficiẽs mortuus est, de Isaac verò quòd completi sũt dies, & quòd non deficiẽs, sed ætate consumptus, senex, & plenus dierum mortuus est. Quid enim per hoc aliud in hoc diuerso nos docere vult modo Scriptura, nisi quod cùm in Ismaële peccator, in Isaac iustus significetur, peccatoris tempus est tempus deficiens, tẽpus vacuũ, tempus amissum, tẽpus quod ad occasum omnium bonorũ vergit; at verò tẽpus iustorum tempus est completũ, tempus quod ætatem vitæ tantum consumpsit, sed non animum, & tandem tempus plenum, & non vacuum mercede, & præmio. Vnde benè de Ismaële dicitur quòd deficiẽs mortuus est, de Isaac verò quòd plenus dierũ.

Gen.25.17
Ibi.35.28.

13. Ismaëlis, & Isaac anni cur diuersimodè in scriptura annotẽtur.

Ambr. Nam,vt inquit Ambr.lib.de Caim, & Abel cap. 1. meritò à scriptura sic cõmendari debuit, quia sãctus,quia extitit iustus. *Qui ergo,ait,Dei erat generatus promissione, qui ad sacrificium probandæ pietatis electus,qui vnius vxoris,hoc est solius sapientiæ societate contentus,superni illius generis,quod est vnum,sibique semper conueniens,non plebeia vtilitatis imitator adstruendus fuit scripturæ diuinæ testimonio.* Vbi notandum per plebeiam vtilitatem cõmunem viuẽdi rationem etiamsi bonã appellasset sanctũ,suprà quam se erexisse affirmat Haac, ideoque de eo dictum, *Appositum ad genus suum*, iuxta lectionem Sept. *& non ad populum suum*, sicut de reliquis.virtute ergo se erexit suprà cæteros, meritò extollitur, meritò eius tempus non vacuũ, sed plenum dicitur, sicut & omnium iustorum. Quod etiam cõsiderauit Hieron.lib.11.in cap.82.15.super illa verba Ezech. *Ego dixi in dimidio dierũ,&c.* vbi Sãctus verba hæc. *Gratiarum actio sunt post redditam sanitatem,ait,narratque quid tempore præmẽtis angustia,imminentisque angoris tacitus cogitarit. Ego dixi in dimidio dierum meorum. Sancti implent dies suos,qualis fuit Abrahã,qui mortuus est plenus dierum in senectute bona,peccatoris verò, & impij,in dimidio suorum dierum moriuntur,de quibus & Psalmista loquitur: Virũ sanguinũ, & dolosi non dimidiabunt dies suos, non enim implent opera virtutũ,nec student pœnitentia emendare delictã, vnde in medio vitæ cursu; & in errorũ tenebris ducentur ad tartarũ.* Nil melius;ex quo meritò taliũ tempus vacuũ dicitur,sicut è cõtra iustorũ plenũ.

14. In virtute singulares a Deo prædicantur.

Hieron.

15. Impij dimidiant dies,& quid hoc sit.

Plenũ,inquam;quia benè operando mercedẽ reportant, dum iniqui malè nihil,tempusq; terunt. *Da mihi vxorem meã*,dixit Iacob Labano, *quia iã tempus impletum est,vt ingrediar ad illã*, Gen.29. n. 21. Quid enim est tẽpus impletũ,nisi tempus septem annorũ,quod condixerat cum Labano, quæ cùm transijssent,meritò,& iure repetit mercedem quia completũ erat tẽpus, optimè quidem. Sed an quia solum expletum curriculum annorũ Rachelẽ petiuit:an verò,quia in illo laborauerat, seruierat, & vt ipse ait, *nollu, diuq; inuigilauerat*,sine intermissione gregem pascẽdo,ob hoc siquidem,quia si hoc non fecisset,licet tẽpus esset expletũ, Rachelẽ non duxisset,& tempus illud vacuũ,&non plenum extitisset;sed fuit plenum,quia elaborauit,quia seruiuit,quia meruit quod expostebat, vnde meritò Rachelẽ possedit fructũ temporis sui, quo fructu tempus illud plenum dictũ,non vacuum. Sic equidem eueniet iustis,eorum siquã prætulit ipse Iacob; hîc laborant, condictũ namque cum Deo hoc habent,hîc tempus terunt in seminando, hîc tempus cõsumunt inserendo,&in multis laboribus. *In omnibus exhibentes seipsos*,vt inquit Apost.ad Cor. 2.c.6.n.5.*sicut Dei ministros*,veluti alteri Iacobi.vt sic dicam; *in multa patientia,in tribulationibus,in necessitatibus,in angustijs,in plagis, in carceribus; in seditionibus,in laboribus,in vigilijs,in ieiunijs,in castitate,in scientia,in lõganimitate,in suauitate,in Spiritu sancto,in charitate non ficta,in verbo veritatis,in virtute Dei.* Et tandem, *per arma iustitiæ à dextris,& sinistris,per gloriam,& ignobilitatẽ,per infamiam,& bonam famam.* En per quanta tẽpus implẽt iusti, &replent,vnde meritò post condictũ, post annos expletos confident et. & audacter ad Patrem intrant cælestem, dulcissimos potentes amplexus Rachelis diuinæ,petunt gloriam sibi debitã ex pacto,& merito,assignãtes,quia tempus est impletũ,quia tempus est plenũ,*Quia bonum certamen certarunt,cursum consumarunt,fidem seruarũt.* At

Gen.29. 21.

16. Iacob quomodo ad Rachelem peruenit.

17. Iusti quomodo tempus implẽt vt ad patriã perueniãt.

A impij non sic,cùm enim hîc non laborent, nilque boni habeant,explent quidẽ tempus,sed tẽpus vacuum,vnde etsi Rachelem quærant, quia vitã desiderant æternam,attamen sine labore. *Quã pauci post te*,grauiter inquit Bern.ser.21.in Cant.exponẽs verba illa: *trahe me post te,ò Domine Iesu ire volũt, cùm tamen ad te peruenire nemo sit qui nolit, hoc scientibus cunctis,quia delectationes in dextera tua vsque in finem,& propterea volunt omnes te frui,at non ita & imitari,regnare cupiunt,sed non cõpati, mortem spiritualiũ optant,sibi etiam carnales,quorum tamen vitam abhorrent, non curant quærere, quæ tamen desiderãt inuenire,cupientes cõsequi,sed non sequi*;optimè equidem. Vnde sine fructu,sine mercede remanent,vacui & in æternũ à Deo in die eorum confusi mortis, *Inimici Domini mox vt honorificati fuerint,& exaltati,deficiẽtes quemadmo-* B *dum fumus deficiẽt*,inquit Rex simul & Propheta, nõ solum deficient,sed deficient quemadmodũ fumus, quomodo deficit fumus extollẽdo se in altũ, se erigendo,& quo plus crescit,plus deficit,adeo vt vltimũ esse suæ exaltationis,sit primũ non esse sui, & dum crescit,& in altum se erigit, simul decrescendo pergit,vsque dũ in nihilũ reducatur. *Fumus quippe*,inquit magnus Greg.lib.1.ep.c.5.tom.5.*ascendendo deficit,& se dilatando euanescit, & vnde ostenditur vt altus sit,inde agitur vt nõ sit.* Sic impij dum crescunt,decrescũt, in altũ eundo ad defectum tendunt,& quò plus subeunt, plus deficiunt; sed subeunt cum magno labore vt ignis,effrænatorum nempè desideriorum suorũ, & tamen in nihilum deueniunt, & merces eorum est deperire, & euanescere,tempus in ascendendo terũt, quia terminus,ad quem tendunt,est exinanitio, & euacuatio vnde deficientibus quemadmodũ fumus, temC pus eorum vanum,& vacuum dicitur.

18. Impij vitã suspirant æternã, sed cum desiderio ad eã sine labore perueniendi.

Bernard.

19. Non desiderant vt sancti,sed non esse sanctos.

20. Exaltantur vt fumus.

Greg.

Homini bono,inquit Salomon in suo Eccl.c.2.n. 26.*in conspectu suo dedit Deus sapientiam,& scientiam,& lætitiã;peccatori autem dedit afflictionem, & curã superfluam,vt addat* (notanda verba) *& congreget,& tradat ei,qui placuit Deo.* Mira temporis vacuitas tremendum peccatoris supplicium, non equidem in igne,nec in tormentis, non tandẽ in bonorum consistens priuatione, sed in cura aggregãdi,possidendiq; non sibi,sed alijs. qualis major temporis vacuitas,qualisque maior pœna, quã affligere se hominẽ,curisq; se obstringere immensis,vt addat,congreget, & cumulet huius vitæ bona,& hoc nec sibi,nec suis, sed ei cui sua destinauit Deus, extraneo scilicet, incognito, & aliquando inimico,vt infra dicemus. Nonne meritò tempus istius dicitur vacuum, inaneque?

Eccl.2.26 21. Peccatoris pœna à Deo inflicta in hac vita est laborare, sed non sibi.

D Quanta quæso pertulit infelix Holophernes, vt ad culmen illud perueniret,ad quod extexit eũ Nabuchodonosor Rex? quot bellũ labores sustinuit? quoties non dormiuit? quoties in pericula ruit? & hoc vt magnus euaderet,vt primus,vt inclytus. Dic mihi pro quo infelix iste laborauit; pro quo sustinuit,cui gloriam, nomen diuitiasque suas aggregauit? nonne Iudith quæ auferendo ab illo caput, simul & abstulit gloriam,nomen,diuitias,omnia; fecit sua?c.17.n.14. *Porrò autem*,inquit Scriptura, *vniuersa,quæ Holophernis peculiaria fuisse probata sunt,dederunt Iudith,in auro & argento,& vestibus,& gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo.* Nota verbũ *peculiaria*, nõ enim sufficit dixisse, quæ Holophernes, sed quæ eius peculiaria,hoc est,preciosa, valdeq; ab ipso æstimata,pro quibus desudauerat vt cumularet, hæc Iudith dederũt hosti,& inimicæ: Misera calamitas,

22. Holophernis calamitas.

Iob. 5. 3.
Ego vidi stultum, dixit Eliphas amicus Iob. c. 5. n. 3. *firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim*, quis ergo fructus huius maledictionis? *Eius messem famelicus comedit, & ipsũ rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius*. Nil amplius iste dixisset, si impiũ vidisset Holophernẽ. Considera radices, quas fixerat, victorias expende, quas reportarat, gentes attende, quas subiugarat, cõsidera terrorẽ, quem omnibus incusserat, & fortissimã hũc dices immisisse radicẽ, mirabilẽq; pulchritudinẽ eius esse, sed statim maledictus, quæ cõgregauit famelicus Bethuliæ populus comedit, armati rapuerunt ipsũ, omnemq; eius exercitum, sitientes deuorauerũt diuitias eius. Quis hoc Holophernj, dũ viueret, dixisset? laborasset ne, ac pro tãtis desudasset quæso, acquirendis? non equidem: incassum enim diceret quod laborare nollet, ergo incassum laborauit, incassum tempus perdidit, vacuum illud habuit, & laborauit non sibi, sed cui Deo placuit. Et hoc quid est? *vanitas*, inquit Salomon ibi, *& cassa sollicitudo mentis*.

Quod equidem Sapiens Rex non speculatiuè tãtum, sed practicè dixit, in semetipso enim expertus fuerat vacuitatẽ, siue temporis, quòd in aggregãdis plurimis consũpserat, vanitatẽ. *Cumque me conuertissem*, inquit ib. n. 11. *ad vniuersa opera, quæ fecerãt manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram* (attende singula) *vidi in omnibus vanitatẽ, &*

Ibid. n. 11.

23.
Laborum Salomonis fructus, vanitas, & afflictio.

afflictionẽ animi, & nihil permanere sub sole: ex quo cogitatione afflictus firmiter statuit non amplius laborare, vnde, *Cessaui, renunciauitq; cor meũ vltra laborare sub sole*. En quæ talis. tantusq, reportauit post tantos rex labores, post tantas industrias, tantasque concupiscentias, & tandem post tantum delitiarũ tempus. tædiũ corporis, afflictionẽ spiritus, vnde inquit n. 17. *Idcirco taduit me vitæ meæ videntẽ mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem, & afflictionem spiritus*. Liceat quæso nũc sic argumentari, si tanti Regis, & sic omnium bonorũ referti, vacuũ tandem extitit tempus, quid dicendũ de illis, qui non Reges, qui non tãta possident, qui non tantis fruuntur, & tamen pœnè totam in laboribus vitam consumunt? nonne dicendum miseros illos vacuum possidere, vanũque esse tempus illorum & quòd non implent tempora multa? sicut iustus, de quo dicit noster Sapiens quòd *Consumatus in breui expleuit tempora multa*.

Num. 17.

Implet siquidem moriendo mille refertus bonis, mille ditatus præmijs, *& ingreditur*, vt dixit Eliphas sanctissimo Iob, vbi sup. n. 26. *in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo*, seu, vt legit D. Athan. in Apol. de fuga sua, *Veniet in sepulchrum*, iustus scilicet, *vt seges matura suo demessa tempore, & vt manipulus arcæ in tẽpore collectus*. Quẽ locũ eleganter expẽdens D. Greg. l. 6. Moral. c. 19. pondetat rectè comparati iustũ segeti, quæ infertur, & reconditur tempore suo, nam inquit, *Frumentum enim in segete sole tãgitur, ventis conentitur, atque ad arcam eductum triturationis pondere premitur, vt à palearũ connexione soluatur, denique relictis paleis ad horreũ ducitur: sic enim anima iusti à superno lumine illustratur, tẽtationibus exercetur cælesti disciplina supposita, dum correctionis flagella percipit à societate carnalium mundior recedit, etiam relictis paleis ad horreũ ducitur, quia foris remanentibus reprobis ad superna mansionis gaudia æterna subleuatur, dum enim post afflictionem iusti, præmia patriæ cælestis inueniunt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur*.

Iob, vbi sup. n. 26.
Athan.

24.
Mors iustorũ plena, & cumulata fructibus.

Gregor.

25.
Laborum iustorum fructus.

Optimè, siquidem seges matura est fructus, seges, & spica plena, & nõ vacua, hîc in præsenti vita cõcutitur, ventis tunditur in area, sed hac cõtusione à malis separatur, & in horrea ducitur ad suorũ percipiendum fructum laborũ, dum impius foras remanet ad suorum pœnam soluendam delictorũ, & sic dum vnus in messis tẽpore plenus reperitur, alter verò prorsus inanis, plenè ambo tẽporis experiẽtur differentiã sui, dũ impius lugebit, quòd licet multum vixerit, vacuũ tempus habuerit, & è cõtra iustus quòd licet fuerit consumatus in breui, expleuit, hoc est, *compleuit* tamen *tempora multa*.

26.
Iustus seges matura quomodo ad patriam tendit.

Num. 24. *Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illam de medio iniquitatum, populi autem non videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

SEquitur Sapiens rationem dare accelerati exitus iusti, quæ fuit dilectio ipsius Dei, vnde inquit ideo eum eripuisse, quia placita erat Deo anima ipsius, & sicut ipse accelerauit ad se perficiendum, & voluntatem Dei adimplendam, sic Deus etiam ad ipsum ab istis eruendum molestijs. Hic est sensus litteralis, quamuis secundum Græcum alius potest esse, vt mox dicemus.

Propter hoc properauit educere illum, &c. in Græco est, *iustus properauit*, seu festinauit de medio iniquitatis exire, dubitans inquinationẽ animæ suæ ex huius mundi conuictu, & sic obnixis precibus obtinuit à Deo huius miserabilis vitæ exitum. Nõ est sensus improbandus, cùm verè iusti in votis nil magis habeant, quàm ab hac vita exire, & cũ Deo suo se cõiungere. Hunc sensũ sequuntur Iansenius, & Cantacuzenus, sed primũ, quem nos posuimus, approbant, Cyprian. lib. de mortalitate c. 18. Aug. lib. de vita Christ. c. 4. & Lorinus. vterq; sensus, vti diximus, optimus, & teneri potest.

Iansen.
Cantac.
Cypr.
August.
Lorin.

Populi autẽ, &c. Vulgata editio hæc nectit prioribus vnum cõstans versum, alij hîc nouum inchoabant, sed optimè connexus est, habet enim talis cõnexio emphasim quandam, vt est videre.

Videntes, & non intelligentes, &c. Nimirũ fuerũt.

Nec ponentes in præcordijs, &c. hoc est, in intellectu, & in mente, suple, *errauerunt*, hoc enim in hac ellipsi, seu defectu orationis intendere voluit Sapiens. Cantacuzenus addit seu supplet, *pœna mulctabuntur*.

Cantac.

Talia, &c. siue id, quod est proximè dictum, siue quod proximè in inferiori versu dicetur.

HOMILIA LXXXIII.

Amor Dei vehemens causa præproperæ mortis iustorum.

PRoperauit educere illum de medio iniquitatum, noster inquit Sapiens, nempe *quia placita erat Deo anima illius*: propter illam æstuabat, vehemẽter illam diligebat, absentiam non sustinuit, vocauit ad se illã. Quid mirum? amor fuit in causa dissolutionis amoi, qui absentiæ amati impatiens est, & ferre eam non potest, vnde absens languet.

1.
Amor absens languet.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, inquit sponsa, Cant. 2. n. 4. cur languet? audi Bernard. serm. 51. in Cantica, quia in cella fuit vinaria

Bernard.
Cant. 2. 4

vinaria cum sponso, postquam ipsi abfuit, & dũ abest, languet. *Creuit amor*, inquit Bern. *quia incentiua amoris plura solitò fuerũt, ex longa familiaritate, & colloquio cum sponso habito in vinaria cella, amore plena mansit sponsa, postquam omnia sponso more suo secedente illa lãguere præ amore se perhibet, quo enim gratiorem fuerat experta præsentiam, & postmodum absentiam molestiorem sensit, id enim quod vehementer cõcupiscitur dilatũ accendit desideriũ, cuius carentia vehemẽter cruciat animam, ideoque ait, Fulcite me floribus.* Duo in hoc Bernardi mellitissimi notanda dicto: primum quod sponsa ardẽs effecta est ex familiaritate cum spõso habita in cella vinaria: & secundum, quod cũ in promptu non esset sponsi, amatique sui præsentia, languit, quod nunquam de sponso dicitur, cùm plus amet. Primũ ergo si petas à Bernardo. cur sponsa ita ardens effecta est, & amoris impatiens, vt deliquium patiatur, nec ad horam absentiam sufferre possit amati? respondebit, ex colloquio, familiaritateque, quã cum illo habuit. Quod si hoc nunc, dic si tantum sponsa ardet familiaritate, colloquioque diuino, cum ipsa naturâ sua frigida sit, & non amans, quantum putandum inflammari sponsum, vt sic dicam, ex familiaritate, colloquioque amantis sponsæ, dum ipse in se totus amor sit, dum ipsam amauit prius, non sponsam, non amicam, sed inimicam? In infinitum ergo, si sic dicere licet, stimuli amoris sponsi ex tractatu, conuersationeque sponsæ in cella vinaria creuerunt: vnde non mirum si desideriũ sponsæ tam arctè aliquandu teneatur, vt amplius hic morari eam non sinat.

2.
Sponsa vnde languet ex spõsi absentia.

3.
Christus ex familiaritate cum anima incendi tur ad se illam aduocandam.

Secundò notandum, quod langueat sponsa absens, non verò sponsus, licet plus amet: cuius equidẽ ratio, quia non est in sponsæ manu spõsum ad se aduocare, nõ quidem lãgueret, si posset eũ ad se attrahere, at Deus licet in infinitũ amet amando non languet, etiamsi capax esset languoris, duplici ratione: primo quia est potens cum amata se coniungere, & eius præsentia frui, & ideo non deficit, non delinquit, quia potest eam auocare, & quando vult ad se dilectam aduocat, illam de medio eripiens iniquitatum: secundò, quia ita ardenter, & verè sponsam amat, ita simpliciter bonum prospicit eius, vt, quia sic ei conuenit, ideo licet possit non eam aduocat, & ad se attrahit, præeligens ob bonum ipsius potius eâ carere, vt sic dicam, quàm se ipsum respiciens eâ frui. Quod cùm ita sit, si verè æstimare rem velimus, dicemus toto illo tempore, quo sponsus sponsam ad se non aduocat, vim sibi ipsum inferre ob conuenientiam sponsæ; amat enim plus, quàm cogitari possit, prorsus ob sponsam deperit, potest ad se aduocare, & attrahere, & non attrahit; quid aliud esse potest in causa, nisi quia sic sponsæ conuenit, sic bono eius prouidentius, vnde ea caret ob eam met, & eam respiciens sui ipsius obliuiscitur, quod quando amplius sustinere non potest, quia est totus omnipotens, consumat eam in breui, & explet tempora multa accelerans perfectionem, & vna perficit hora quod per multa perficeretur tempora, properans educere illam de medio iniquitatum, quia amore eius æstuauit, quia placita erat oculis ipsius; nam licet, vt inquit Philo Carpathius in expositione Canticorum, *Nemo repente fit summus*, tamen, vt bene adnotat Bernardus sermone 67. in cantica etsi alio proposito, *Flagrans, & vehemens amor diuinus, cum se intra se cohibere non valet, non attendit quo ordine, qua lege, qua ne serie, seu*

4.
Cur sponsa dicatur de absentia sponsi languere non vero sponsus, cũ plus amet.

5.
Deus amãs vim sibi infert non aduocando ad se animam, & cur.

6.
Animæ perfectionem cur aliquãdo accelerat.

Philo Carp.

Bernar.

A *paucitate verborum ebulliat.* Sic pari modo, quando vehemens, nec ad animam perficiendam ordinem, metam, tempusque attendit, sed in instanti consumat quod diu perficiendum erat, vt grauiter dixit Ambrosius lib. de vocatione gentium tomo 2. vbi sic: *Multis modis, & innumerabilibus differentiis gratia opera, & bona variantur, in que ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus.* Quos cùm affirmasset non statim, ac illico eos Deus conferre, sed per partes, & incrementa, per dies præbendo, exceptionis tamen regulam postremò addit. *Exeris quidem*, inquit, *frequenter* (notandum verbum) *potẽs, & misericors Deus mirabiles istos suæ operationis effectus, & quibusdam mentibus nõ expectata profectuũ mora, statim ingẽtia bona dantur. Iacob nullo merito suffragãte dilectus, priusquã nascatur, eligitur. Hieremiæ dicitur, Priusquã te formarẽ in vtero: Ioãnes autem*

Ambros.

7.
Deus aliquãdo sanctitatẽ confert in instanti.

B *intra matris viscera gratia repletus exultat.* Nil melius: nõ ad vnũ inclusa est gratia ordinẽ, cui vult, per annos, & cuilibet ad momentũ se profundit. *Placuit Esther Assuero*, inquit Scriptura, cap. 2. num. 9. *& inuenit gratiam in oculis eius*, ex quo factum est, *vt præciperet Eunucho, vt accelerat et mundum muliebrem, & traderet ei partes suas.* Præcepit accelerare, quia ei placuerat, quia amabat, & voluit, vt id, quod per lõgum temporis spaciũ fieri debebat; fieret citò, vt ad se Esther ingrederetur, sic Deus amans explet citò, quòd aliàs non sic ad perfectum veniret, & hoc vt aduocet sponsam, quia plus quàm ea, ipse amat, & æstuat.

Esther. 2. 9.

Plus, dixi, amat sponsus, & ideo plus coniunctionem cum sponsa ipse affectat, vnde non mirũ si intempestiue eam ad se attrahat. Ignis est amor diuinus, siue in Deo, siue in creaturis eum considerare

C velimus, & vt talis nunquàm quiescit, sed ignis est sursum non solum ascendens, sed infra etiam descẽdens, ascendit præter naturã, descendit autẽ naturaliter, in hoc ab igne materiali diffetens: ignis enim materialis tantum ascendit, non descendit, amor verò, & descẽdit, & ascẽdit, immo naturaliter descendit: nam naturalis appetitus superiorũ agentiũ, est communicare se inferioribus, vnde amor naturalis horũ inest eis versus inferiora. Ex qua doctrina satis aptè colligit S. Doctor rationem, cur sponsus magis diligit sponsam, & filios, quã patrẽ, & matrẽ, nam super illa verba Epi. Pauli ad Ep. c. 5. n. 31. *Propter hoc homo relinquet patrem, & matrẽ*, cõsiderauit dicẽs quod: *Omnibus agentibus superioribus inest appetitus vt propinent, & cõmunicent inferioribus, & ideo amor naturalis inest eis versus inferiora, & quia homo respectu patris, & matris, est inferior, non superior, ideo ad vxorẽ, cuius est superior, &*

8.
Amor diuinus ignis, naturaliter descendens præter naturam ascẽdens.

S. Thom. Ad Ephe. 5. num. 31.

9.
Sponsus eut naturaliter diligit magis spõsam & filios, quam patrẽ & matrem.

D *ad filios naturaliter plus afficitur, quã ad parentes:* Naturaliter ergo descendit amor, & eo est potentior, quo naturalis. hinc fit quod cùm amor creaturæ ad Deum, sit amor qui ascendit, ideo minus potens, vnde in infinitum plus diligit Deus creaturam, quàm ipsa illum, etiamsi Deo tolleremus respectũ infinitatis, ratione iã dicta. Quod cũ ita sit, si amor creaturæ ad Deũ, qui minor, tã potẽs est erga illũ aliquando, vt nolint hic viuere, & tædio illis sit hæc vita, & ideo anxiæ pro morte suspirãt, vt in cõtinuis pœnis sint, quia nõ moriũtur. Quod præclarè dixit Basi. in regul. fusè disput. dum sic ait: *Radij, qui ab illa diuina, & inexhausta pulchritudine originem trahunt, cui relata omnis alia sæculi pulchritudo vilitas, ac deformitas est, & spurcitia, si quãdo sanctorum virorũ quemquã circũfulgent, intolerabi-*

10.
Anima Deũ amans odit vitam in desiderio habens mortem.

Basilius.

lem illorum in animis desiderij aculeum relinquunt defixam, quo instigante clamāt, Heu mihi, quia incolatus meus prolōgatus est, &, Cupio dissolui, & esse cū Christo, vnde fit, vt vehementer vitam hanc velut setrā carcerē abhorreāt, nā cū inexplebili intuēda diuina pulchritudinis cupiditate flagrent, exoptant maximē statū, in quo infatigabiliter, perpetuo, & incessanter diuinā, ac infinitā pulchritudinē contēplentur, & diligant, sublatis imperfectionibus, quæ eorā animas in sæculo hoc aequā remorantur à tanto bono intuendo & amādo. Egregiè. Quod cùm ita sit, & talem effectum producat amor creaturæ erga Deum, qui minor, comparatus cum Dei amore, nihil dici potest, quomodo credendum quid amor Dei in ipso hoc non efficiet? quales flammas excitabit? vt ad se creaturam eleuet, ad hoc, vt remotis vitæ huius impedimentis illa fruatur, & vicissim se ab ea frui sinat. Talis certè aliquando est flamma ista amoris, vt terminum præoccupet vitæ, B breues faciat dilectæ dies, & ad se, eius non sustinens absentiam, auocet, vnde clamores eius mortem appetentis non sustinens, coactus exaudit, è medioque illam tollit. *Dilexi*, inquit Dauid psal. 114. nu. 1. *Quoniam exaudiet Dominus*, quid exaudiet? *tribulationes, ac dolores æquo, ac gratanti animo ferre*, inquit Basilius hom. 16. in hunc psal. at qui sunt isti dolores? dolores certè mortis, *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me* Gratanti ergo animo dolores mortis sustinebat, quia diligebat, quia amabat, & amando illud petierat à Domino, & perendo circumdederunt eum dolores mortis, quia vim Deo intulerat, & amans illum Deus nō potuit, vt sic dicam, non eum exaudire.

11. Dauid quia diligebat dolores appetebat mortis.

Ps. 114. n. 1.

Idem.

C Enimuerò moriuntur sancti, moriuntur tempestiuè, aut fert illos Deus; & nesciunt peccatores hoc illis summum esse donum, à Deo expetitū, ob hoc que scandalizantur, non mirum, quia non vident gratiam illis talem fuisse mortem, & non pœnam, & gratia amoris, quo illos eripuit, vt volūtatē eorū faceret, & eos accersiuit, quia amici. *Oleum effusum nomen tuum*, inquit sponsa, Cant. 1. n. 3. *Ideo adolescentulæ dilexerunt te:* at quid ex hoc amore secutū? *Trahe*, scilicet, *me post te curremus*; abstractionem siquidem, cursum, transmigrationem ad spōsum per mortem, vt inquit Cassiodorus, & Bernar. ser. 21. cuius vocibus impotēs factus sponsus, vt surgat, & vadat, præcipit. *Surge*, inquit, *propera*, licet sis iuuenis, licet paucos vitæ habeas annos, propera, & ne tardes. Pulchrè Ambros. serm. 6. in Psalm. 118. hunc locum de animæ transmigratione exponens, D sic alloqoentem introducit Christum, quasi animę diceret: *Surge à mortuis, exurge à vinculis, quibus circumdata tenebaris, exurge, quia ego resurrexi tibi, veni, quia iam retia tibi soluta sunt, cerno mediū parietem maceria iam solutum, qui interaoram affectuum concordiam diuidebat, & in diuersum excitabat dissensionem corporalium passionum, veni ergo secura, vt iam me non per retia videas, sed facie ad faciem vultibus amatoriis dilecta potiaris.* Cuius aduocationis sponsi causam verba indicant sequētia: nempè, *Amica mea, columba mea, formosa mea*, perfecta iam erat, charismatibus referta, amica, quia perfecta in fide, colūba, quia gratiæ plena, formosa, quia virtutibus vndique decorata. *Anima proxima Deo dicitur*, inquit idem S. li. de apologia Dauid. *fidei desiderio, formosa decore virtutis, columba gratia spirituali: vocat igitur eā ad se Christus, vt veniat, quoniam spiritualibus iam pretiis*

12. Mors iustorum Dei donum.

Cant. 1. 3.

Cassiodor. *Bernard.*

Ambros.

13. Christus vt aduocat animas sanctas in morte.

14. Rationes cur iusti libenter mori debeant.

15. Qualis anima amores in Christo excitat, vt eam ad se aduocet.

A *dotata veniebat:* Nil melius. Da amicā, da columbam, da animam amantem, da puram, & simplicem, da pulchram, & ornatam, tales sui excitabit in sponso amores, vt hîc deserere amplius eam non audeat, sed illico aduocabit, moræque impatiens, vt properet præcipiet, quæuis mora longa illi apparens, quiuis motus tardus illico amoris vi actus inclamat dicens: *surge, propera, &c.*

Et verè quomodo se continere potest Deus, vt nō animam aduocet illam, quæ hîc manens nihil præter illum cogitat, nil amplius amat, nil amplius delectat, omnia fastidit, & viuens hîc mortua ob ipsum iacet. *Descende ad me, ne moreris, erisque iuxta me tu, & filij tui, ibique te pascam, ne & tu pereas, & domus tua*, mandauit Ioseph fratribus, vt dicerent patri suo, Gen. 45. n. 10. In quo loco verbum pondero illud, *Ne moreris*, vocat patrem, & anxiè vocat, & moræ impatiens, non equidem aliundè, nisi B quia optimè sciebat Iacobum ob ipsum mortuum, quia viuendo moriebatur, & piaculum æstimabat sine illo lætari, ob hoc vocat, & celeriter vocat, *Luxit*, inquit scriptura Gen. 37. n. 34. *Iacob filium suū multo tempore*, ad quem consolandum, cùm conuenissent omnes filij eius, non solum cōsolationem respuit, sed insuper ait: *descendam ad filium meum lugens in infernum.* O magnus ingensque amor! piaculum putabat lætari hîc aut consolationem aliquam accipere, & non semper lugere, absente filio, quem sic diligebat, vnde quasi repræhendens filios, consolationemque respuens, luctum elegit pro doloris lenitione: non mirum quia amabat, & amoris igne æstuabat, & sic absente amato, nullam aliam consolationem admittere volebat, immò nec poterat: quid ergo magnum, si sic viuens Iacob, vt C ad eum vocandum mitteret filius suus? impatiens omnis moræ, reformidās ne periret, ne moreretur fame, sicut suæ absentiæ dolore viuens propè mortuus reperiebatur. Sic equidem, sic animę, quę summū suum obnixè hîc diligūt Creatorē, amoris eius desiderio inflāmatæ, perpetuo lugent, & æstuāt, nil aliud appetentes, nil aliud desiderātes, nil in hac vita amplius diligentes. Quod cùm ita sit, quomodo possibile, vt hîc Deus eas sinat, & ad se non auocet? *Illa anima*, inquit Orig. ho. 3. in Can. exponēs illa verba, Can. 2. n. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo*, quæ postrema verba ipse legit, *quia vulnerata charitate ego sū illa anima*, inquit, *dicitur vulnerata charitatē, quæ amore Dei saucia, diurnis desideriis, nocturnisque suspirat, aliud loqui non potest, audire aliud aliquid non vult, D cogitare aliud nescit, desiderare aliud præter ipsum, vel sperare nō habet, talis ergo anima dicit optimè, vulnerata charitate ego sum.* Da ergo talem animam, da sic amantem, da sic suspirantem, da sic lugentem, da Dei sic sitientem, quomodo possibile vt eam Deus ad se non auocet? non ab hoc sæculo nequam eam eripiat? quomodo talibus suspirus, quomodo talibus resistere potest affectibus amans ipse, plusquam ipsa, vnde æstuans propter ipsam, properat, vt eam è medio tollat. *Prospiciens sponsus desolatam, ac mærentem sponsam*, inquit Berna. serm. 51. in Cantic. *propter sui absentiam, statim adest, non sustinet dilectæ molestiam, neque enim potest facere moram tantis desiderijs euocatus*, & ideo ad vota eius adest, mirificèque eam ornatam in brachiis eam excipiens suis moritur felix, immo & felicissima, compos sui facta desiderij, vnde amor, talis fuit causa transitus, amor eum effecit, amor eam aduocauit, quia placita

16. Ioseph cur patrem in Ægyptum vocauit, vt festinanter iret.

Genes. 45.

Ibi. 37. 39.

17. Qualis anima vulnerata charitate dicitur.

Origen. Can. 2. n. 5

Bernar.

Deo quia amata, & dilecta, ideo, vt inquit noster Sapiens, *Properauit, &c.*

Num. 15. *Quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus super electos illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Sensus patet, explicat enim quid est illud, quod ignorant iniqui, nempe gratiam, amorem, respectum siue inspectionem Dei in sanctos, & amicos suos; quo fit, vt maius bonum illorum prospiciens maturè eos vocat ab hac vita, de qua reliquorum sensus malè iudicat, qui nescientes talem amorem putant istos hic deperire, aut miserè mori.

HOMILIA LXXXIV.

Mali internam iustorum non penetrantes consolationem, Deique erga illos amorem decipiuntur, putantes eos malè degere in hac vita.

Svpra versiculo antecedẽti, confusè noster dixerat Sapiens, quod populi erant non intelligẽtes, nec ponentes in præcordiis talia, nunc in hoc versu magis se explicans declarat quæ sint, quæ impij nõ intelligunt, affirmatque ipsos non intelligere gratiam, misericordiam Deique respectum, quem habet ad sanctos, amicosque suos.

1. *Impiorum errormaximus.* Enimuerò in nulla re tantum miseri decipiuntur peccatores, quantum miserrimam putantes hic sortem esse sanctorum, ob quod decepti, virtutis viam deserentes, per vitiorum ampla, præruptaque ruunt: sed falluntur, nam nulla vita beatior, etiamsi misera appareat. *Secura mens, quasi iuge conuiuium.* inquit Salomon, Prou. 18. nu. 15. Quem locum explicans Gregorius lib. 13. Moral. cap. 12. inquit: *Quod quasi continuatio refectionis est ipsa tranquillitas securitatis:* foris famè pereunt, sed intus non semel, nec bis, sed semper, & continuo conuiuantur, & exsatiantur, tum Dei dulcedine, tum pace, & tranquillitate conscientiæ, qua tranquillitate, vt inquit Bernardus in lib. de conscientia. *Nihil in hac vita iucundius, nihil securius possidetur:* vnde benè subdit: *Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa semper erit secura.* Secura quidem, impauida, tranquilla, secura de præmio, impauida ad pericula, tranquilla ad perturbationes, non vt mare feruens, & æstuans sicut impius, sed vt flumen placidè currens ad creatorem suum, quæ maior lætitia? quæ vita beatior?

2. *Iustorum vita beata, etsi foris miseraappareat.* *Prou. 18. 15.* *Gregor.* *Bernar.*

3. *Conscientiæ securitas magnum bonum.*

4. *Lætitia sanctorum ineffecta &c.* Vt flumen, dixi, placidè currens, continuè, indeficienterque, non vt torrens in hieme plenus, in æstate siccus, nam talis est lætitia sanctorum, Bonum scilicet, quod est Deus, sic intus possidere, vt numquam deficiat, sic intus diuites fieri, vt numquam inopiam timeant. Præclarè de hac re Augustinus tractat. 25. in Ioan. super illa verba: *Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam. Ille malè viuit, ait, & felix est, ille iustè viuit, & laborat, non indignetur iustè viuens, & laborans, intus habet quod felix ille non habet, non ergo tristetur, non maceretur, non deficiat. Felix ille habet aurum in arca, iste Deum in conscientia, compara nunc aurum, & Deum, arcam, & conscientiam, ille illud habet, quod perit, & ibi habet, vnde perit, iste Deũ habet, qui perire non potest, & ibi habet, vbi auferri non potest.* Egregiè. Quid sunt, quæso, tribulationes, quas sancti patiuntur, si eas cum hac tantum consolatione animæ compares? prorsus nihil, & quæ sunt bona huius mundi, & felicitates eius cum hoc bono comparatæ? nihil, parua lux, cum immensa solis collata, immo minus. *Sicut exortus sol,* inquit Ambrosius lib. 2. Offic. tom. 4. *& lunæ globum, & cætera stellarum abscondit lumina: ita fulgor honestatis, id est tranquillæ conscientiæ, cætera, quæ putatis bona secundum voluptatem corporis, aut secundum saeculum clara, aut illustria obumbrat.* Optimè. Nihil sunt, apparere minimè possunt, nec comparari cum fulgore illo pacatissimo conscientiæ. Quid enim est aliud gloria huius mundi cum lumine conscientiæ puræ comparata, nisi caligo, & tenebræ? Vnde merito Apost. nullam aliam gloriam se habere professus est, nisi suæ testimonium conscientiæ, ad Corin. 2. c. 1. n. 12 *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Quã dum tenent, pro nihilo ducunt contumelias, irrisiones, & huius improperia mundi, immo & appetunt, ex qua radice totum illud quod mundus amarum, insulsumque iudicat, illis fit appetibile, dulcissimumque.

Tanguft. (margin)

5. *Diues infelix & supra illum felices sancti, &c.*

Ambros.

6. *Bona huius vitæ cũ virtute comparata, nihil sunt, sicut neccũ tranquillitate conscientiæ.*

2. ad Cor. 1. 12.

7. *Sancti cur in tribulationibus lætantur.* *Saluian.*

At quomodo amarum illis id, quod hic patiuntur dum illud appetunt, & exquirunt? aut quomodo vita non iucunda, dum semper sunt in ipso quod expetunt amant, & diligunt? Egregiè hoc prosequitur argumentum S. Salui. li. 1. de Guber. Dei; circa princ. probans religiosus, sanctosque viros, beatos esse, in eo quod peccatores ipsos infelices dijudicat, *Nemo,* inquit, *alienum sensu miser est, sed suo, & ideo nõ possunt cuiusquã falso iudicio esse miseri, qui sunt verè suã conscientiã beati.* Cuius ratione beatitudinis addens, sequitur: *Nulli enim, vt opinor, beatiores sunt, quàm qui ex sententia sua, atque voto agunt. Humiles sunt Religiosi, hoc volunt, pauperes sunt, paupertate delectantur, sine ambitione sunt, ambitum respuunt, lugent, lugere gestiunt, infirmi sunt, infirmitate lætantur.* Nil melius. Vnde merito concludit, *Quicumque verè Religiosi sunt, beati esse dicendi sunt, quia inter quælibet dura nulli beatiores sunt quàm qui hoc sunt quod volunt; labor itaque, ieiunium, paupertas, humilitas, & infirmitas non omnibus sunt onerosa tolerantibus, sed tolerare nolentibus* Nil melius. Ex qua sententia fons elicitur, origoque malorum deceptionis, qui putant iustos hic esse infelices, ex sensu enim ipsorum, iustorum metiuntur vitam, & illud verè onerosum amarumque putant, quod contrà sensum est illorum, vnde sic syllogizantes concludunt; infelices nos essemus, si talia experiremur, miseri decipiuntur, quia non illos miseros facit illa perpeti, & experiri, sed illa inuitos, contraque voluntatem pati, vnde ideo sunt miseri, quia inuoluntariè illa tolerant. At da voluntatem, da gustum, da desiderium, nonne ijsdem rebus erunt felices, quibus prius se infelices dicebantur? *Siue enim grauia hæc,* inquit Saluianus, *siue leuia, animus tolerantis facit, nam sicut nihil est tam leue, quod ei non graue sit, qui inuitus facit, sic nihil*

8. *Religiosi vnde beati.*

9. *Vnde infelices.*

10. *Malorum deceptionis origo vnde.*

Idem.

est tam graue, quod non ei qui id libenter exequitur, leue esse videatur. Egregiè. Voluntas amarum dulce, & dulce amarum facit, non est amarum quod delectat: ergo sancti non sunt miseri, quia libenter tolerant, immo sunt beati, quia quod volunt patiuntur, & licet videantur in tormentis esse, non sunt, sed in magno lætitiæ cãpo: cuius ratio est,

11. Caro sanctorum vt spiritualis efficitur. *Chrysost.*

quia ipsamet illorum caro immmutãs, vt sic dicã, naturã, spiritualisque effecta, non amplius degustat quæ sunt carnis, sed quę sunt spiritus. Audi Chryso. ho.13. in ep. ad Rom. to. 4. *Quemadmodum ferrũ ab ignis assiduo vsu,* inquit, *& ipsum quoque in ignem euadit, propria in natura remanens: sic fideliũ spiritus habentium caro in illam demum efficientiã tota transmutatur, tota spiritualis, vndique crucifixa,*

12. Paulus totus spiritualis tribulationibus delectabatur.

atque vnà cũ anima, & ipsa volatilis reddita, quale quidem erat corpus Pauli, qui dicebat: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, vnde omnes ille delitias, voluptatesque ridebat, flagellis autem, fame, & ergastulis delectabatur, nec dolebat, illa dũ tolerares. Nil melius, postremaque notanda verba. Quod si sic est, quomodo ergo infelices, & miseri tales Paulo similes esse possunt, etiamsi miseri, & infelices peccatoribus appareant?

Quis enim miseros non diceret sanctissimos illos tres pueros, dum vinctos cerneret in fornacẽ ignis mitti ardentis? & in mediis flammarum esse vorticib⁹? nullus equidem esset, qui misertimos illos nõ

13. Pueri Danielis quàm læti in fornace.

putaret; at non sic, sed felicissimi, tum quia volentes iniecti, tum quia in ipsismet flammis intimũ, præsentaneumque consolatorem habebant, quem peccatores prorsus ignorabant. *Angelus autẽ descẽdit cum Azaria, & sociis eius, in fornacem, & excussit flãmam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantẽ, & non tetigit eos omnino ignis, neque cõtristauit, neque quicquã molestiæ intulit.* Dan. 3. 45. Vnde non mirum si peccator audiens

Dan. 3. 45.

hęc obstupescit, quia nescit miser quę gratia, & quę misericordia, ac qualis est Dei respectus in sanctos

Num. 91.

suos. Ob quod sacer sequitur textus n. 91. *Nabuchodonosor obstupuit, & congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes Regis contẽplabantur viros illos, quoniã nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorũ, & capillus capitis eorũ non esset adustus, & saraballa eorũ non fuissent immutata, & odor ignis non transiisset per eos.* Mirantur siquidem, & merito, quia nesciunt peccatores, qua firmitate, quaue stabilitate, quibus amoris, & consolationis nexibus intus in corde iustos suos tenet De⁹, ita vt pro nihilo omnia huius mundi ducant tormenta, omnes huius mundi angustias, immo in delitus afflictam miseramque habent vitam.

August. Psal. 138. num. 15.

Dilucidè equidẽ hoc exponit Aug. in illud Ps. 138. n. 15. *Nõ est occultatũ os meũ à te, quod fecisti in occulto.* vbi exponens quid Proph. intelligat per occultum os, sic ait, *Ossum hoc firmitas quadã interior*

14. Dauid propheta quid intelligat per occultum os.

est, quia in osse firmitas, & fortitudo intelligitur: est ergo quadã animæ interior vis, vbi firmitas nõ frangitur, quælibet tormẽta, quælibet tribulationes, quælibet huius sæculi aduersitates vndique saeuiãt, illud quod Deus in abscondito fecit firmũ in nobis frangi nõ potest, nec cedit. At si ab Aug. petas cur illud firmum non frangitur? exemplo Apostoli respondet, quia licet foris angustiantur, intus tamen lætitia

15. Sancti cur in tribulationibus nõ tribulãtur.

pleni sunt. *Attẽde*, inquit. *Paulũ habentẽ intus hoc genus firmitatis, Quasi tristes inquit, sẽper autẽ gaudentes, vnde quasi tristes, cõtumeliis, opprobriis, persecutionibus, flagellis, plagis, carceribus, catenis, lapidationibus, quis eos miseros tunc nõ æstimaret? nec*

A *illi ipsi persecutores sæuirẽt in eos, nisi putarẽt eos miseros fieri persecutionibus suis, illi ergo eos ex sua infirmitate cõiiciebant, qui nõ habebant ossum abscõditũ interius, illi vero qui habebãt, hominibus foris tristes videbantur, intus autẽ gaudebãt Deo.* Egregie. Vbi confirmatur quod dicebamus, mirãtur impij quia non vident absconditum, quod est in sanctis, mirãtur, quia ex sua infirmitate, vt inquit Aug. & nos supra coniiciebant, & vitam coniiciunt sanctorum, & sic putant infelices eos miserosque esse: at decipiuntur, & plenè falluntur, nullus enim tam beatus, nullus tam felix, nullus sic gloriatur aut naturæ, aut fortunę bonis, sicut sancti in tribulationibus suis.

Ad Rom. 5. 3.

Gloriamur, inquit Paulus, ad Rom. 5. nu. 3. *in spe gloriæ filiorũ Dei.* Digna sanctorum gloriatio, spes

16. Spes, per tribulationes ad Dei filiationem peruenire magnum in illis sanctorum solatium.

nempè filiorũ Dei, hoc est gloriari, quod in statu tali sint, vt merito possint sperare gloriam, quã possi- B dẽt filij Dei. Quæ gloriatio, quàm magna sit nemo penetrare potest, nisi eam expertus, tam magna, vt quicquid pœnę, quicquid laboris, quicquid angustiæ in hac est vita, pro gloria ducant & habeant: vnde & sequitur Apostolus. *Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus,* non alia ratione, nisi quia tribulationes hanc pariunt spem, *scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationem, probatio verò spem.* Quę spes ita eos lætificat, ita eos hilares reddit, vt non solum non afflicti viuant, sed gloriantes, sed tripudiantes, sed toti gloria roreque dulcedinis repleti, vitam iam non terrenam, sed propemodum in terris cælestem degentes, vt deuotè grauiterque dixit D. Arnol. Abbas Bonæ vallis, in tractatu de septẽ verbis Domini 1. to. Biblio. in verbo illo, *Pater ignosce illis*, vbi post

17. Sancti cœlestem in terris degunt vitam qui hic crucifixi viuũt & cur. *Arnol.*

quam dixit crucis altitudinem spem Dei significa- C re seruorum, talia de simili conclamat spe: *Restat,* inquit, *altitudo, quã vsque ad summã intimat pars porrecta, hæc est bonæ spei confidentia, quæ crucifixos mundo* (signa verbũ) *cælestibus inuehit, & ex bonæ conscientiæ testimonio securos, certosque illos gloria consociat, iam iamque bonis illis manum intentas, iam gustat, iam os aperit, iam delibat, iam conuersatur cum Angelis, iam illa prosequitur agmina, iam agnoscit, iam liquescit, iam amat, iã iubilat, iã lætatur, & delectatur, hilarescit, & quiescit, intelligit, & diligit,* Nil melius, nilque dulcius. Talis equidem est sperantium vita, sperãtium, inquam, crucifixorum, non lætantiũ: nam, vt bene sequitur idem sanctus, *Sine cruce nõ equidẽ est electis illatio plenitudinis, quos iam probatos, cõsumatosque nulla quidem tentatio concutit.* Crucifixi ergo sperantes, etsi in pœnis, etsi in tormentis mille, beatam agunt vi- D tam, toti rore madefacti diuino, etsi foras aridi, sicque appareant.

Hoc mihi videre videor in Gedeonis illo vellere, 18.

18. Vellus Gedeonis sanctorum vitæ figura.

dum in terræ medio siccæ, aridæque, nullũ vestigiũ, neque signũ humiditatis in se retinens, ac demonstrans, siccissimũ apparebat, adustumq; , pœnéque consumptũ, cũ plenũ tamẽ scatensque rore existeret, *Nam de nocte consurgens Gedeon expresso vellere concham rore impleuit,* Iudi. 6. n. 38. Sic sancti, sic

Iudic. 6. 38.

Dei serui, nullus equidem eos in mediis videns afflictionibus, in terra sicca, & inaquosa, nullus certè, qui sic eos viderit non putabit eos siccissimos manere, & pænè ipsa afflictione, ariditateque mori: at non sic, accedat aliquis, & tangat, accedat incredulus, & peccator, & exprimat, aspiciet quomodo rore pleni sint, diuinis scilicet consolationibus ita repleti vt totum pænè implere possint mundum:

S. Linus.

19. Petro moriente lætantur, qui prius tristabantur, & cur.

Hoc benè experti illi fuerunt mortem sanctissimi Apostoli Petri collachrymantes, vt narrat Diuus Linus Pontifex in eius historia, to. 7. Biblio. Patrū. Nā dū Petrus totus dulcedine plenus cruci affixus adorsus esset flebilem populum consolari, Dominū obnixè rogauit, vt omnium aperiret oculos, consolationē vitæ viderent æternæ. *His dictis*, inquit Linus, *aperuit Deus oculos eorū, qui lugebant, & lachrymas fundebāt in passione Petri, & viderūt Angelos stātes cum coronis de floribus rosarum, & liliorum, & in vertice crucis erectā stantē Petrum, & librum à Christo accipiētem, & ea verba, qua loquebatur inde legentem: quod videntes inceperunt lætari, & gaudere in Domino, vt illi increduli, & carnifices videntes eos exultare, & lætari, quos prius tristes viderant, & plangētes subito contabescerēt animo, & veluti fumus euanescerent.* Expende fletum, expende lætitiam, expende tandem ministrorum tabem, & perspicies quòd sanctorum illis tantum vita afflicta apparet, qui oculos non habent apertos, qui cæci omnino sunt, non videntes.

20. Iacob vt intus felix etsi aliter foras apparebat.

Quis quęso esset, qui non æstimaret miserrimum statum esse Iacobi illa ipsa nocte, qua egressus est à domo patris? solus ibat, vt supra diximus, nu. 10. licet alio proposito, extorris à propria domo, & à matris suæ blandimentis, in terram alienam pergebat, nil in manibus habens præter baculum, pro lecto terram, pro puluinari lapides, pro culcitra cœlum, pro viatico ieiunium, ita animo demissus, vt pro deliciis reputaret panem, & aquam, sic vt pro solo pane, & vestimento seruum se vouerit, ita pauper, ita solus incedebat & desolatus. Vndique solitudine, ac pauore circumdatus, tristitiaque penitus consumptus. Quis ergo non crederet miserum, ne dicam miserrimum statum huius esse iuuenis, & ipsum pænè mærore obrui, & opprimi? At non sic, nā illa ipsa nocte, qua sic miser foris manebat illa ipsa intus deliciis affluebat, & vix oculos ab his exterioribus clauserat, quando aliis interioribus felicissimum vidit statum suum, externè enim in terra iacebat, internè in cœlis, externè solus, internè cum Angelis, externè extra domum Patris, internè in domo Dei, externè derelictus, internè sub protectione Dei, externè pauper, internè dominus totius terræ, in qua dormiebat, *Terram, in qua dormis tibi dabo & semini tuo*, Gen. 28. 13. externè sterilis fugiebat, & sinè liberis, internè plenus, & illis exuberans. *Eritque semen tuum quasi puluis terræ.* En quàm pauper, & quàm diues, quàm afflictus, & quàm consolationibus plenus, quàm infelix, & quàm fœlicissimus, quis hoc crederet? nemo, nemo inquam peccator, quia nullus eorum respectum scit, quem ad sanctos suos Deus habet.

Genes. 28. 13.

21. Deus sanctos suos veneratur.

Respectum dico non solum quatenus significat prouidentiam, sed quatenus, vt sic dicam, reuerentiam: reueretur enim Deus sanctos suos, sic eos diligit, & æstimat. Dilucidè, eleganterque hoc prosequitur argumentum, vt assolet, Diuus Chry. ser. de Helia Propheta, vbi satis concinnè, deuotèque discurrit sanctus, quomodo Deus reuerentiam verbis exhibuit Heliæ, quibus iurauit pluuiam terræ non adfuturam, nisi ipse mandaret, nolens vindictam, quam iustè populus merebatur Deo committere, 3. Reg. 17. n. 1. *Viuit Dominus, & non erunt per annos illos ros, & pluuia*, inquit Helias. *Deinde* inquit Chrysost. *cùm Deus illi responderet, Quid ergo si pœnitentes illi mihi blandientur, si lachrymas afferentes spectem, si à delictis resipiscentes videam, statimne dare debeo pluuiā? minimè, inquit: Viuit Dominus, nisi per os meum, non quando tibi videbitur pœna finem facias, tibi enim pro clementia tua semper videtur misericorditer agendum, sed tunc, quādo ego prœcepero rauero. Quod cū Deus audisset*, sequitur Chrys. *Propheticam sententiā reueritus est Deus, & honorem iuramento illi dedit, rē tamen moderatus Dominus sic est, vt & Prophetam simul reuereri videretur, & populi, quem fame puniebat, misereretur*, nō equidem alio modo nisi Heliam ad misericordiam reducendo, & apud illum intercedendo, vnde sequens ait; *Apud Heliā, qui Iudæis, vt filiis mala frugis succensebat, Deus intercedit.* O quidē mirū! ô maxima sanctorū dignitas! Veneratur Deus seruos suos, & adeo veneratur, vt eos roget, tātum respectat, vt sine illis nū audeat aliquid facere. Quod si sic, nunc quæso erige considerationem, applica animum, & sic discurre: cur Reges sunt felices? cur status Regis summus habetur? nonne quia Principes sub se habent? nonne quia adorantur non ab infimis, sed à supremis? nōne quia ad ipsos omnes recurrunt, nutum, voluntatemque eius expectantes? *In multitudine populi*, inquit Salomon, Prou. 14. n. 28. *dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.* Vbi per multitudinem nō solum numerum, sed potentiam, vires, nobilitatem, eminētiam intelligunt authores, sicut per paucitatem, non solum diminutionē numeri, sed imbecillitatem, infirmitatem, paupertatemque; vnde Septuag. *Et in defectu populi contritio Principis.* Ex quo rectè Marcus Curius, vt refert Valerius Maximus lib. 4. c. 3. Sionēsibus sibi quantitatem offerentibus auri, vt ab eis discederet, respondit: *Non aurum habere præclarum sibi videri, sed iis, qui haberent aurū imperare.* Felicitas ergo Regum, eorumque maiestas non in auro, non in diuitiis posita, sed præclaros est habere subditos magnisque imperare Principibus. Quod si hoc in se habet, qualis erit sanctorum felicitas? qualis eorum beatitudo? qualis eorum gloria in hac vita? qui etsi foris miseri apparent afflicti, ac destituti, tamen intus verè Reges, verè sunt Imperatores, cùm non quoslibet Principes, sed ipsum Regum Regem, Dominumque dominantium pro veneratore habeant, & supplice, vt sic dicam, eis indigente. Qualis ergo peccatoris animus vnquā hoc credere possit? at bene illius, qui talem misericordiam, talem respectum, talemque Dei reuerentiam expertus, Chrysostomi, inquam, sanctissimi; at peruersi, & peccatores nescientes hæc, putant miseram esse sanctorum vitam, quia cæci, quia ignorantes, nescientes quanta sit Dei gratia, & quantus sit Dei respectus erga sanctos suos, vt inquit noster Sapiens, *Quoniam, &c.*

Chrysost.

3. Reg. 17. num. 1.

A

22. Apud illos intercedit.

23. Regis status cur sūmus habetur.

B

Pr. 14. 28.

Valer. Maxim.

24. Quibus preclarum imperare.

C

25. Sanctorum dignitas, & felicitas in quo consistat.

D

Num. 16. *Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius cōsumata longā vitā iniusti.*

Connexio Capitis.

IN superioribus versibus, vt vidimus, totus fuit Sapiēs in defensione præproperæ iustorū mortis, rationes prębens, quare ex illa potius æstimandi iusti, eorumque vita, quàm reprobandi: nunc in hoc tacitam vnam occupat obiectionem, nempè impios sæpè ad vltimam senectutem peruenire, non autem iustos, & istos cùm vita sint functi contra impios, qui illos afflixerunt nil amplius obtinere. Respondet autem non sic se rem habere, nam licet mortuus sit iustus, condēnat autem viuum impium, famâ, vitâ, & aliquando etiam apparitione,

1. Iustus mortuus vt cōdemnat viuos impios.

2. Petrus & Paulus post mortẽ Neroni apparuerunt.

S. Nilus.

vti Beatissimi Apostoli Petrus, & Paulus, qui post mortem illico Neroni crudelissimo apparentes, vt refert Beatus Linus Pontifex in eorum martyrij historia, eius exprobrarunt crudelitatem, insaniam, immo & vesaniam. Sic ergo aliquando iustus solet mortuus viuos condemnare impios, sed & in iudicio plus etiam amplius condemnabit, vt mox dicemus.

Cantacu.

Interl.

Lyra.

Lorin.

Condemnat autem, &c. Cantacuzenus hæc, & sequentia de Christo intelligit, alij de martyribus, sed melius intelligenda vniuersaliter de quocumque iusto. *Condemnat*, Interlinearis; *iudicabit*, in futuro, Lyra *etiam hîc, nam recordatione sua iustitiæ ostendit iniquos esse condemnabiles.* Hoc iudiciũ per comparationem erit, scilicet, vitæ ad vitam, & sic, vt benè inquit Lorinus, non solum boni iudicabunt malos, sed minus mali peiores. *Surgent Niniuitæ, & condemnabunt.* Math. 10. n. 41. & 42. Erit

3. Sancti quomodo iudicabunt impios in iudicio.

Mat. 10. nu. 41. & 42.

B ergo iudicium comparationis, quod cõtra iniquos pronunciabunt sancti, cùm Deus vitam istorum vitæ apponet iniquorum, comparando vnam cum altera, obligationes coniungendo, & auxilia, quod iudicium durissimum.

4. In morte iusti virtutis plendescet effectus.

Mortuus, &c. Septuaginta: *Laborans*, hoc est, in extremis, verbum Græcum significat grauiter morbo laborantem, moribundum, deficientem, nam eo tempore, solet nitescere iusti virtus, Deique erga illum prouidẽtia: moriuntur enim, ita vt in eorum facie, motu, & verbis, appareat Dei gratia, & indulgentia, quæ mors, seu qui modus moriendi verè perfidam condemnat iniusti vitam.

HOMILIA LXXXV.

Iudicium comparationis in die vltimo durißimum, & terribile.

CONdemnat iustus mortuus viuos impios, &c. Sensus est, vti diximus in litera, iustum scilicet vita sua, fama, virtuteque, etiamsi mortuus, viuum condemnare impium, & non solum hîc dum impius viuit, sed etiã, quod maius, condẽnabit in iudicio, iudicabitque illum, tum iudicis sententiæ assentiendo, tum iudicio comparationis, vitæ scilicet ad vitam, obligationis ad obligationẽ: quo iudicio

Lorin.

vt benè inquit Lorinus, non solum boni condemnabunt malos, sed etiam minus mali peiores, iuxta illud, *Surgent Niniuitæ, &c.* vti in littera diximus. Hoc autem cùm sit certissimum. quod hîc nũc expendendum, quèm scilicet durum, immo & durissimum hoc erit iudicium, quando Deus vitã cõparaturus nostram sanctorum vitæ, dicet nobis, sic fuerunt isti ac vos, homines sicut vos, debiles sicut vos, iisdẽ obligationibus prorsus tenti sicut vos, & tamen ista fecerunt, sic vixerunt, talẽ vitã duxerũt.

Origen. Ps. 36. nu. 6.

Quid quæso tunc respondebimus in iudicio, cũ causa discutientur, inquit Orig. explicans illa verba ps. 36. n. 6. *& deducet sicut lumen iustitiã tuã: nã tũc iustitium causæ iusti tanquã lucẽ Deus faciet manifestã, & iudiciũ, quod & diiudicat, velut meridiem faciet manifestũ.*

1. Deus in iudicio vt meridiem ponet rationẽ sui iudicij & cur.

Notanda sententia, inquit enim, Deus in illa die non solũ quod manifestam tanquam lucem iustitiam faciet iusti, sed etiam quòd ponet tãquam meridiem iudicium suum de iniquo, & iusto, vt nemo de illo cõqueri possit, nemo suspicari, quòd nõ rectè diiudicet, quod nõ secũdum iustitiam, quod amore, passione, vel personarum acceptione aliqua moueatur, sed ponet Diuini sui iudicij, sentẽtiæque æquitatem velut meridiẽ, simul manifestando iu-

A storum vitam, tãquam lucem, contraponẽdo eam malorum vitæ, vt illorum tenebræ magis appareant, dum luci iustorum opponuntur.

2. Iustorum opera iunctim cũ iniquorum factis ponet, & cur.

O quàm terribiliter apparebit tunc tale iudiciũ, quando vita Pauli & Petri, alteriusque sancti vitæ contraponetur peccatoris, secundum statum, ordinẽque cuiusque, & secundũ illorũ bonitatẽ eius diiudicabit Deus malitiã. Carbones certe tunc impio vita erit sanctorum, & carbones desolatorij, quibus cùm hîc ad virtutem noluit accendi, cribrabitur illis in iudicio ad pœnã. *Exempla enim sanctorum,* inquit Aug. in ps. 119. n. 9. super illa verba: *Sagitta potẽtis acuta cum carbonibus desolatoriis, sunt carbones desolatorij, sicut sagitta potẽtis verba diuina, sagittæ potentis acuta verba Dei sunt, quæ trãsfigunt corda, quæ cùm trãsfixa sunt, amor excitatur: nouit Dominus sagittare ad amorẽ, sagittat cor amantis vt adiuuet amantẽ, sagittat, vt faciat amãtẽ, carbones autẽ vastatoris sunt exẽpla sanctorũ.*

3. Sanctorum opera in iudicio carbones impijs desolatorii.

Psal. 119. num. 4. August.

4. Verba Dei sagittæ acutæ.

Quomodo autẽ sint carbones explicãs sequitur: *Vt potè incipit Deus dicere, tu non potes, ille potuit, numquid tu delicatior es illo senatore, fœminæ potuerũt, viri non possunt? delicati diuites potuerũt, pauperes non possunt?* Quibus carbonibus accensus hîc animus, ad virtutẽ currit, inquit idem S. vnde & sequitur. *Cũ ergo fuerint ista numerata, & nominatim dicti fuerint homines qui potuerũt, illa accepta sagitta in corde, accedentibus etiã carbonibus desolatoriis, desoluitur in illo cogitatio terrena, & fit prorsus locus desolatus, in cuius loci puritate facit Deus ædificiũ suũ, quia facta erat ibi ruina diaboli, & ædificatur ibi Christus.* Egregiè equidẽ. At si Christus

5. Sanctorum exempla ad animas conuertendas potentia.

non ædificatur, at si his carbonibus accendi nõ vult impius hîc ad virtutẽ, non erunt ergo amplius gesta

C sanctorũ carbones vastatores? erunt quippe, sed aliter tunc in iudicio, ac nunc, nam nunc sint vastatores vitiorum impij, si sic ipse velit, tunc verò erunt vastatores ipsius impij, condemnando eũ, quia illis se adiuuare noluit, & sic ad pœnã deseruient tũc isti carbones, qui nunc ad meritum ipsi deseruire potuerunt, ipsumque conuincent tunc in iudicio, vt potè validissimis testibus contra se dicentibus, ita vniformiter contestantibus vt nil ex aduerso aliquid miser obmussitare possit peccator. Cõtestãtibus dixi, cùm non soli, sed simul cum alijs astabunt, quos si scire mauis, sancta quatuor erũt Euangelia, hæc tunc validissima contra miserum existent peccatorem testimonia, ita illum conuincentia, vt mutum eum ad omnia reddant, nil prorsus dicentem, nil obloquentem.

6. Testes qui in iudicio peccatorem condemnabunt plures & qui.

Apoc. 20. num. 12.

Vidi mortuos magnos, & pusillos, inquit Ioan. Apocal. 20. n. 12. *stantes in conspectu

D throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est.* Quẽ locum explicans Aug. 20. de Ciuit. ca. 14. to. 5. subtiliter adnotat Ioannẽ dixisse librum, & libros esse apertos, & per libros intelligit libros sãctos, per librũ verò vim quandã diuinã, qua fiet vt vniuscuiusque opera illi in memoriam reuocentur.

August.

7. Ioannes nõ solum vidit librum, sed libros, & qui sint.

Libros dixit, inquit, esse apertos, & librũ: libri quos priori loco posuit intelligendi sunt sancti, vt in illis ostenderetur quæ Deus fieri iussisset, in illo autẽ, qui est vitæ vniuscuiusque, quid horũ quisque non fecisset, siue fecisset: liber autẽ, qui apertus dicitur, quædam vis est intelligendi diuina, qua fiet, vt cuique opera sua, vel bona, vel mala cũctu in memoriã reuocẽtur, & mẽtis intuitu mira celeritate cernãtur, vt accuset, vel excuset sciẽtia conscientiã, atque ita simul & omnes & singuli iudicẽtur. Lib. San. inquit Au. quos Deus tuoc aperiet, vt ex illis conuincatur peccator, dum attendet se non operasse secundùm legem præ-

8. Vis diuina in memoriã reuocabit peccatoris sua scelera omnia.

ceptaque in illis à Deo ei demandata. At hoc vnū tantùm est testimonium, non equidem ad conuincendum sufficit, aliud quippè est necessarium ad peccatores conuincendos, nam excusare forsitan se possent, aut Deum præcepisse suprà vires, aut ipsos ita debiles fuisse, vt illa atringere non potuerint, quæ præuidens Deus, vt tali excusationi præcurreret, alios libros iuxta illos aperiet viuos, qui ad amussim, viuaciterque obseruarunt quicquid in illis Deus præcepit, & mandauit.

9. Sancti libri in die iudicij aperti ad conuincēdos peccatores. *Greg.*

Isti enim sunt Sancti, secundum Gregorium 24. Moral. qui eosdem libros Ioannis, quos Augustinus legit, ipse Sanctos intelligit, vitamque ipsorum, ex cuius comparatione mali diiudicandi: *Non immerito,* inquit, *in sacro eloquio iusti libri nominantur, sicut scriptum est: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris: liber namque vitæ est ipsa visio aduenientis iudicij, in quo quasi scriptum est omne mandatum: libri etiam aperti referuntur,*

B

quia iustorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata cælestia opere impressa cernuntur, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, quæ in ostensa vita iustorum quasi in expansione librorum legunt bonum peruersi quod ipsi agere noluerunt, atque ex eorum, qui fecerunt comparatione damnantur. Quid clarius? En testimonia validissima contra miserum peccatorem, quid quæso ad ea respondere poterit? non equidem ignorantiam, quia *in omnem terram exiuit sonus eorum,* & libri expansi sunt, & omnibus notuerunt: nec certè difficultatem, cùm adamussim obseruata ea in sanctis videbit: nec minus debilitatem virium, cùm homines isti fuerint, sicut illi, vt inquit Augustinus, ob quod peculiariter ad tale occludendum effugiū;

10. Sanctos cur Deus constituit in sua Eccles. *Theopha.*

sanctissimos homines dedit Deus, vt Sanctus inquit Theophanes Niceni Episcop. ep. 2. declarans

C

cur Dominus permiserit Iobi tentationes: *Primùm, ait, vt quidem nos Deum glorificemus, deinde vero ne arbitremur diuina præcepta humanas vires excedere, etenim ille etiam homo erat passibilis vt & nos, at quoniam voluit, inuenit Dei gratiam cooperatricem, & omne opus bonum perfectè absoluit. Præterea vt & nos vestigiis illius insistamus, ducem eum habentes, id est veritatis, & virtutis rectam viam. Deinde etiam in testimonium, ne scilicet cùm iudicaturus est omnia Deus, dicere possimus: si nos aliquem vnquam hominem sancta hæc præcepta obseruasse, tentationesque constanter pertulisse vidissemus, vel audissemus, illum certè imitari studuissemus, ideo præueniens Scriptura sacra excusationem hanc, è medio tollit, enarrans per partes præclara iusti huius opera omnia.*

11. Cur Iobi permiserit tētationes.

Quid ergo aliud pertendent? forsitan testium allegabunt insufficientiam, neque hanc attestari poterunt, duo enim sunt, & validissimi, neque exceptiones aliquas apponere, nam sunt omni exceptione maiores.

12. Impiorum excusationes in die iudicij omnes vt præcludet De⁹.

D

O quomodo tunc obmutescet peccator! quomodo nihil amplius respondere poterit! quomodo iustam prædicabit Dei sententiam, in quolibet ibi statu viua vides exempla Sanctorum! Pauper enim peccator videbit pauperes Sanctos, diues diuites, Rex Reges, vxoratus vxoratos, solutus solutos, miles milites, negociator negociatores, artifex artifices, seruus seruos, sæcularis sæculares, & tandem Religiosus Religiosos, non status, non conditio tūc valebit, nam in omni statu, & ex omni conditione Sanctos illic videbit, in quorum conspectu positus, attestante sibi suorum conscientia malorum, con-

A

fundetur ipsemet contrapositus cum illis, & quo præclariora fuerint Sanctorum gesta, eo tenebrosiora peccata videbit sua, vnde ipsemet contra se non superiori expectato iudicio desperatè feret sententiam.

13. Peccator contra se ipsemet fert sententiam.

Enimuerò vidua illa, quæ pascebat Heliam, non aliam equidem mortis filij sui causam, quàm peccata dedit sua, quæ tunc vidit, tunc ponderauit, tunc quanta ea erant mensurauit, quando è contrà virtutes, Heliæque vidit sanctitatem. Reg. 3. 17. nu. 18. *Ægrotauit filius mulieris, & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus: dixit ergo ad Heliam, quid mihi, & tibi, vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.* Cur rememorarentur? aut quomodo Helias interfecit filium? virtutibus nāque, & sanctitate: putauit enim bona ista mulier vitam suam Heliæ vitæ contrapositam, ita Deo displicuisse, vt amplius eam non sustinens in filio castigauerit, tunc enim se infirmam, tunc peccatricem, tunc meruisse se pœnam intellexit, quando præsentem Sanctum habuit Prophetam.

3. Reg. 17. 18.

14. Heliæ vidua quando sua cognouit peccata.

Sunt admiratione digna verba viduæ, inquit Theodoretus hîc, quæst. 52. *tuo inquit lumine aperta sunt mea peccata, quæ occulta erant, non dixit: fuisti mihi malum auspicium, mala mihi conciliauit tuus aduentus, sed potius suis peccatis tribuit, quod acciderat.*

Theodo.

Nam, vt inquit Ambrosius serm. 10. super Psal. 118. *Plerisque iusti aspectus admonitio correctionis est.* Et infrà, *Sicut iustus lætificat cor innocentium, cùm videtur, ita & improbi iustorum cognitione torquentur, quia vel tacitis Sanctorum moribus arguuntur.*

Ambros.

15. Impij torquentur dū vitam inspiciunt Sanctorū.

Sic equidem impij tunc videbunt, & tabescent, tunc se confundent, quando in illa die iuxta eos ponet Sanctorum Deus vitam, quæ sola cōdēnabit, eosque occidet, dum velint, nolint, faciet

C

vt, quandò à recto ipsi declinauerint apertissimè videant, & videndo dignos se æternis æstiment pœnis.

Enimuerò tunc Gedeon Sanctus se mortuum æstimauit, quando facie ad faciem vidisse se Angelum intellexit, tunc enim super se plorauit dicens: *Heu mihi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.* Iud. 6. 22. Cur ergo tantùm timuit? scio Lyram dicere ex opinione vulgari inter simplices orta Iudæorum, ex illis verbis. Exod. 31. nempè, *non videbit me homo, & viuit,* quod homo videns Deum, vel Angelum in specie aliqua sensibili, deberet citò mori, vnde illud credens Gedeon, ideo timuerit mortem.

16. Gedeō cur timuerit Angelum videns.

Lyra.

Iudic. 6. 22.

Et licet hoc sit verum, amplius quid, me iudice, huic tribuendum timori ad rem nostram propius: nam non solùm Gedeon mortem timuit corporis ex illa apprehensione, sed etiam ex sui consideratione, humillimus enim cùm esset, ob idque fortissimus homo, vt multi voluit, ad Angeli præsentiam supercælesti afflatus lu-

Infr. c. 13. 2. Reg. 6. num. 9.

D

mine, suam amplius recognoscens indignitatem mala superuentura sibi ex illa timuit visione, vt inquit Abulensis non bona: vnde ait, *væ mihi,* cur væ? quia scilicet peccator, quia immundus, quia omni pœna dignus, quod equidem tunc persensit, quando eum Angelum esse Dei cognouit.

Enimuerò traducturus in domum suam Dei arcam Rex Dauid, 2. Reg. 6. num. 9. sic quando ex repentina Ozæ morte eius aperti oculi, viuacius Dei præsentiam apprehendissent extimuit, vt in domo Obededom eam remittens, suam immundam, quam antea mundissimam, seque indignum, quem anteà dignum iudicaret: *Extimuit Domi-*

17. Dauid ex Dei præsentia indignum se æstimat, & peccatorē.

num in die illa dicent, quomodo ingredietur ad me Arca Domini, & noluit diuertere ad se Arcam Domini in ciuitatem David, sed diuertit eam in domū Obededom Cethei.

Carthus.
18. Iustitia diuina filialē Dei in anima excitat timorem.

Quem locum elucidans Carthusianus. *Quasi diceret David*, inquit, *ad domum meam introducere arcam non audeo, ne forsitan ob aliquam culpam meam merear percuti, & indignus sim arca præsentia: itaque ex afflicta diuina iustitia motus fui ad reuerentialem Dei timorem, etenim felix quem faciunt aliena damna peritum.* Ex præsentia ergo Angeli, ex arcæ diuinæ aspectu Sancti vt David, & Gedeon contremuerunt, suam tantùm considerantes indignitatem: quid ergo tunc in iudicio peccatores agent, quando ante eos Sanctorum Deus apponet vitas, suam cum eis considerantes, non indignitatem, sed oppositionem.

A

Enimuerò Sanctus Isaias tunc se pollutum intellexit, & væ sibi præparatum æstimauit, quando cōtrapositum se vidit iuxta illam excelsam, diuinamque maiestatem. Isai. 6. nu. 5. *Et dixi, væ mihi, quia tacui, quia pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.*

Is. 6. 5.
19. Isaias quādo se pollutum dixit.

Tunc se condemnauit, tunc peccatorem se agnouit, & tunc sententiam pollutionis contra se protulit, & tamen omnes illi Sancti erant, iusti, Dei amici, & dilecti, sed licet sic, tamen cum illa summa, & incredibili comparati pulchritudine, impuri, peccatores, & pœnā inueniebantur digni. Quod grauissimè dixit Gregorius Magnus lib. 35. Moral. cap. 2. exponens illa Sancti Iob verba: *insipienter locutus sum*, cap. 42. num. 3. vbi sic ait: *Omnia enim humana, quæ iusta, quæ pulchra sunt, Dei iustitiæ, & pulchritudini comparata, neque iusta, neque pulchra sunt, nec omnino sunt? Beatus ergo Iob, quia dixerat sapienter se dixisse, crederet, si verba superioris sapientiæ nō audiret. Hinc Abraham inter verba Dominica ad se nisi puluerem vidit: hinc Moysis omni Aegyptiorum sapientia instructus, ex quo loquentem Dominum audiuit, impeditioris, & tardioris linguæ se esse deprehendit: hinc Esaias postquam sedentem Dominum super solium excelsum, & eleuatum vidit, ad se ipsum rediens ait: Væ mihi, quia tacui, moxque ipsam pollutionem vnde cognouerat subdens ait, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.*

Iob. 42. num. 3.
Gregor.
20. Sanctorum puritas, Dei puritati cōparata impuritas dicenda.

Quod si iustis hoc euenit, quid tunc in illa die peccatoribus, & impuris? quando eos Deus iuxta seruos contraponet suos, iuxta, vt sic dicam, alteros per gratiam Deos? & vitam cum vita comparet, mores cum moribus, actiones cum actionibus, quis resistet tunc? quis euadet? sed quid est hoc? quid magnum? quid grande? nihil propemodum est, quid fiet quando Deus iuxta peccatores, eorumque vitam, non Sanctos, sed Dominum illum ponet exercituum, Regumque Regem, & oculis suis impuris eius videant vitam, actiones, moresque, quos imitari debebant, & tenebantur? quis resistet? quis non aufugiet, qualis Angelus ne dicam homo, coram iudicio stare poterit sic terribili? *Quid est homo, vt immaculatus sit?* inquit Eliphas Themanites Sancto Iob. cap. 15. num. 14. *& vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter Sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis, inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem.* Si Angeli, si Sancti comparationis iudicio non sunt stabiles, non sunt mundi, qualis erit peccator, & immundus? si illi non euadent, quomodo ipse euadet? Si Petrus gratias, beneficiaque recipiens sic ad conspectum humilis Christi obstupuit, vt rogaret ipsum à se exire. Luc. 5. num. 8. *Exi à me, quia homo peccator sum Domine, stupor enim circumdederat eum in captura piscium*, quid in iudicio faciet peccator? qualis erit eius tunc terror? quando opera Christi non humilis, sed in maiestate sedentis, videbit, non equidem ad eum bonis cumulandum, sed perdendum, iudicandus ab ipsis, non ditandus, vti Petrus; recognouit se Petrus tunc peccatorem quando vnum tantùm Christi maiestatis vidit potentiæ signum non elatus ob beneficium, sed magis oppressus à maiestate, vt egregiè dixit Ambrosius lib. 3. de virgin. paulò ante finem, vbi sic: *Non confusus est Petrus dicere, Exi à me Domine, quia peccator sum: vir enim sapiens, & grauis, in quo esset Ecclesiæ firmamentum, & magisterium disciplinæ, nil vtilius sibi esse prospexit, quàm ne secundantis operis extolleretur euentu.*

21. Christi vita quàm acriter in iudicio torquebit malos.
Iob 15. 14.
Luc. 5. 8.
22. Petrus in præsentia Christi peccatorem se cognouit, à maiestate oppressus.
Ambros.

B

Qualiter ergo tunc peccatores se recognoscent, quando ante se, non signa Christi potentiæ, sed opera eius mirabilia aspicient, ad cuius instar ipsi operari tenebantur. O quomodo obstupescet tunc, & ad tale tabescet iudicium peccator, quando Deus arguet ipsum! *Et statuet contra faciem suam.* Psalm. 49. num. 11. hoc est, vt inquit quidam, obiiciet, opponet, at quid opponet? Sanctus Augustinus ipsummet peccatorem ante se ipsum, vt iniquitatem suam tunc videat, quā modo videre noluit: *Vis latère te ipsum in dorso tuo, ait, ibi es, non te vides, facio vt te videas, quod post dorsum posuisti ante faciem ponam, videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas.* Alij fundamenta, & rationes, quibus iure ipsum condemnat, inter quæ principem obtinebit locum ipsa vita, ipsa sanctitas filij sui, per hanc ipsum arguet: At de quo? quia nempè putauit quòd malè viuendo, similis erat Deo, & Deus ei similis: *Parum est*, inquit Augustinus, *quia mala facta tua placeat tibi, placere putas & mihi, Deum quia non pateris vltorem, vis habere participem? & tanquam corruptum iudicem præda socium vis habere, suspicatus es iniquitatem, quòd ero tui similis.* De hoc equidem illos tunc arguet, tuncque quàm dissimiles sunt videbunt, & tabescent, videbunt, & obmutescent, tuncque intelligent, quod non sufficit tantùm Christianum esse, Catholicum, fidem habere, sed necessaria opera, vitæque imitationem Christi, Sanctorumque eius, qua carens iuxta eam in illo tremendo existens die, iuxtaque Sanctos eius, isti eum condemnabunt, occident, pessumdabunt, sententiam contra eum ferent, iuxta quòd dicit noster Sapiens, quòd *Iustus mortuus condemnat viros impios.*

23. Humilitas petit in extollentia beneficiorum doctrina Christianorum.
Ps. 49. 11.
August.
24. Deus in iudicio ante peccatoris oculos ipsummet ponet peccatorem.
C
25. Mali arguentur in iudicio, quia similē sibi putarūt esse Deum, & quomodo hoc reputant.

D

Num. 17. *Videbunt finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Statuto iam à Sapiente mortem iustorum, etsi immaturam, esse potius inuidendam, quàm deplorandam, nunc deceptionem ponit impiorum, qui malè de ea sentiunt, ac simul eorum pœnam, vnde dicit:

Connexio Capitis.

Videbunt &c. Sensus est apertus, & clarus. vident enim iniusti mortem iustorum, sed obcæcati malitia sua ignorant sensum Domini, quem habet de iusto, & quare munierit, id est securum eum voluit reddere, pacatumque per mortem, illum ab hoc sæculo eripiendo nequam.

Finem &c. id est mortem, non intelligent obcæcati vel à dæmone, vel ab ipsomet Deo, vt adnotat Lorinus. *Lorin.*

1. Deus non cogitat, ipsius enim cogitare est statuere. *Damasc.*

Quid cogitauerit &c. id est, quid statuerit, nam Deus propriè non cogitat, aut consultat, aut elegit, si cum inuestigatione, & discursu hæc sumantur, vt rectè monet Damascen. lib. 3. de fide. cap. 14.

Munierit &c. id est securum reddidit, conseruauit, & à periculis elongatum in securo posuit per mortem.

Num. 18. *Videbunt & contemnent eum, illos autem Dominus irridebit.*

COMMENTVM LITTERÆ.

SEnsus patet, mali enim viuentes iustum mori contemnent eum, & irridebunt: at Deus iusto iudicio illos irridebit, & sicut ipsi fecerunt, illis Deus faciet, par pari reddens, vt mox dicemus.

HOMILIA LXXXVI.

Sancti non persequendi, sed obsequendi, quia Deus durus ipsorum vindex afflictionum.

VIdebunt impij, inquit noster Sapiens, *sapientis finem*, & videndo contemnent eum, irridebunt, subsannabunt: at licet ille ad omnia obmutescet, tamen Deus partes eius faciens, illos irridebit, subsannabit, contemnet, vindictam sumens acrem, terribilem, horrendam iniuriarum, Sanctis, seruisque eius hîc ab impiis exhibitarum, nil prætermittens nil obliuiscens sed cumulatim omnia eis reddens, & non tantùm patienter illi hæc sustulerunt, quantùm Deus contra impios, qui fuerunt in causa sanctorum irrisionis, excandescet, & dirè crudeliterque castigabit.

4. Reg. 2. 24.

1. Deus Helisæi iniurias vt vindicauit.

Enimuerò pueri erant, & parui, qui sancto illuserunt Prophetæ Elisæo, & licet paruuli, tamen eos Deus occidit, *Egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* 4. Reg. 2. num. 24. Pueri erant, *& pueri parui*, vt inquit Scriptura, & tamen tantam Deus ex eis fecit stragem, non ob amplius, quàm quòd semel Prophetæ suo illuserunt, quid ergo faciet illis, qui non pueri, qui non simplicitate ducti, qui malitiosè, qui non semel, sed millies, qui semper, qui per totam vitam Dei seruum vsque ad mortem illuserunt? Vnde benè Iustinus Martyr quæst. 80. ad Orthodoxos hanc puerorum necem non tantùm ipsis, quantùm parentibus tribuit. *Quoniam*, inquit,

2. Parentes sæpè puniuntur in filiis.

ea verba pueri à parentibus suis, qui semper in Prophetas infesto animo erãt, didicissẽt, ideircò Helisæus cæde liberorum parentes castigauit. Vt hinc prospi-

A cias, quàm sit durus Sanctorum Deus iniuriarum vindex, dum vt altius patres castigaret, voluit filios indemnes occidere.

3. Persecutio cur beatos faciat homines. *Ps. 145. 7.*

Hinc certè non solùm felices, sed beati, qui persecutionem patiuntur, dum hæc est in causa, vt iudicium Deus sumens repellat iniuriam, coronet patientiam: *Beatus vir*, Sanctus inquit Rex, Psalm. 145. num. 7. *cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus.* En ratio, non est cur iustus timeat, non est cur doleat, non est cur irascatur, quando se viderit oppressum, iniuriamque patientem, quia Domino seruit, qui facit iudicium iniuriam patientibus. Quem Psalmi locum egregiè explanans Augustinus, ait: *Vindicat iniuriam accipientes, puniens omnes iniuriosos: si ergo fauebit iniuriam accipientibus, & puniet iniuriosos, vide modò de quorum numero esse vis, vide an in eis velis esse qui iniuriam* B *accipiunt, an in eis qui iniuriam faciunt, nam si in istis, statim ad se procedes vox Apostolica, & dicet; Iam omnino delictum est inter vos, quia iudicia habetis vobiscum, quarè non magis iniuriam patimini.* Post quæ acutè adnotat Sanctissimus pater Prophetam Regem non dixisse molestiam, sed iniuriã, denotans Deum summum non hominis molestias vindicare, sed iniurias, nam molestias ferre sontium est, sanctorum verò iniurias, dum illæ cum culpa, istæ verò sine culpa tolerantur: *Non vt patiaris molestiam te hortatur*, ait, *sed vt patiaris iniuriam, non enim omnis molestia iniuria est, quicquid enim iure pateris non est iniuria, latrones multa patiuntur, sed non iniuriam, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Egregiè equidem C iniurias Sanctorum vindicat Deus, de iisque supplicium sumit, qui putantes iustum deglutire, seipsos deglutiunt, & necant. *August.*

4. Sanctorum iniurias Deus vindicat, non molestias, quia sancti iniurias tolerant, non molestias.

5. Mali dum putant iustum deglutire seipsos iugulant. *2. Reg. 17. 25.*

Nonne Achitophel se suspendit. 2. Reg. 17. num. 25. cur quæso sic se præcipitauit homo prudentissimus? an quia contra Dei seruum consulere non timuit? & percutere Sanctum Dauid promisit? qui nihil contra eum fecerat, immo inter primos sui consilij semper eum habuit, contra eum loquutus mortem illi machinatus est, sed in caput tremendè suum cecidit malitia eius, vindicante Deo sui iniuriam serui, vndè confusus miser suspendio interiit: *Iusti, sapientesque homines*, inquit Diuus Olympiodorus in Salom. Eccl. cap. 9. *vnà cum operibus suis sub vmbra Dei, & protectione suæ dex-* D *tera conquiescunt: neque enim permittit Deus illos potentium viribus deuastari, probi namque homines, & officiosa opera proteguntur à Deo, at verò de impiis scriptum est: Et ipsi de manu sua repulsi sunt.* Repulsi, ac proinde necati, in caput luentes suum easdem, quas in Dei seruos conceperant pœnas.

5. Achitophel cur laqueo suspensus. *Olympio.*

6. Semeus cur mortuus.

Sic etiam & pessimo euenit Semei, qui cùm fugienti Dauid insultaret, malediceretque, iusto Dei iudicio maledictus ipse existens occisus est. In quo facto illud adnotandum, Semeum mortem incurrisse, quia seruos voluit reducere fugitiuos: *Factum est autem post annos tres*, inquit Scriptura 3. Reg. 2. num. 39. *vt fugerent serui Semei ad Achis, & surrexit Semei, iuitque ad Achis in Geth so ad requirendos seruos suos.* Contra præceptum quod illi fecerat Salomon, vt scilicet vltra Hierusalem non progrederetur, vnde ex hoc mortis pœnam incurrit. In quo facto mirabilis diuini æquitas re- *3. Reg. 2. 39.*

A

luceti udicij, in suis vindicandis seruis; Dauid namque ab isto maledictus, subsannatusque, dum ipse suum fugeret filium, ac in magna existens afflictione, non dubitauit iste pessimus afflictionem addere

7. Dei æquom iudicium in eius morte.

afflicto, & fugientem insequi maledictis, puluere, lapidibusque, & Deus volens hunc temerarium vindicare ausum, & vindictam sumere de iniuriæ, quam in seruum suum petulans iste inicceræt, iusto suo iudicio fecit, vt sicut iste fugientem afflixit, sic altera fuga esset suæ causa mortis, & sicut ipse insecutus fuerat Dauid, qui fugiebat tunc, vt vires ad regnum sumeret recuperandum, sic ipsemet asciret sibi mortem dum seruos fugitiuos sibi recuperare gestiebat: vt semel in seipso miser experiretur, quantæ tristitiæ, afflictionisque esset amittere regnum, quod tunc Dauid amiserat, dum ipse ob duos, vel tres seruos, tantum discrimen subire non dubitauit, & sic exigentibus peccatis suis occisus, vindicante Deo iniuriam, quam seruo suo semel intulerat, irridens illum Deus, sicut ipse Dauid Sanctum irriserat: *Nam Deus est*, vt inquit

B

August.

Augustinus, *vindicans iniuriam accipientes, & puniens omnes iniuriosos.*

Citò prenosces, inquit Deus Abrahamo, quando illi, quæ ventura erant semini suo post eum denunciare voluit, Gen. 15. nom. 13. *quod peregri-*

Gen. 15. 13

num futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eum seruituti, & affligent quadringentis annis. Quæ afflictio sic grandis futura, vt eã Deus Abrahamo explicare non sit ausus, vnde tantum dixit: *& affligent eum.* Sed quid? numquid innoxij isti abibunt? gratis affligent? non erit vindex? non erit iudex? erit equidem, vnde & subdit: *Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo.* Vnde par pari reddens, sicut ipsi Hebræos, sic & ipsos expoliauit Deus, ipsi infantes, & Deus infantes eorum occidit, ipsi operibus seruitutis opprimen-

C

8. Deus vt vindicauit Israelitas ab Ægyptiis.

tes populum Dei afflixerunt, & Deus plagis maximis eos afflixit: ipsi tandem infantes in aquis, & Deus in aquis eos omnes simul cum eorum Rege oppressit, demersit, confixit, ac pessumdedit, solo pugnante Deo pro Sanctis suis, dicente Moyse,

Exod. 14. 13.

Exod. 14. num. 13. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Ita terribiliter pugnans, vt ne vnus quidem superfuit ex illis pessimus, qui Sanctos illuserunt suos, persequutique fuerunt. Vt semel videamus quomodo verum sit quod dicimus, acriter Deum vindicare Sanctor. suorũ iniuriam, licet ipsi patienter omnia tolerent, & in caput iniuriantis iniurias referre: *Væ impio*, dixit Isaias, 3. num. 11. *in*

Isai. 3. 11.

malum, retributio enim manuum suarum fiet ei.

9. Impij suis se manibus pœnam sibi præparant.

Pulchrè. Non ex alienis, sed ex suis fiet ei retributio manibus, nam dum illis iustum necare intendit, seipsum deiecit. Quem locum Diuus explanãs Basilius: *Consilia*, inquit, *aduersus iustos inita in ca-*

Basil.

put maligni consultantium retorquentur, quemadmodum & tela, quæ semel inciderint in corpus solidum, nec cedens, sed repercussiuum, in suos iaculatores resiliunt. Vnde dum iusto vnum, sibi duos eruũt,

D

10. Iustos tangentes, suos sibi eruunt oculos.

iusto Dei iudicio, oculos, altissimi pupilla serui sunt Dei, iuxta illud Zachar. cap. 2. num. 8. dum ista tãgitur, sciant mali quod suam eruũt, *Semper*, inquit Sanctus Pater Cyrillus Alexandrinus, *persecutori-*

Zach. ca. 2. num. 8.

bus Ecclesiæ conatus in caput ipsorum reciderant, & tanquam suammet pupillam. En tibi Pharao in

Cyrill.

exemplum, qui dum filios necauit Israël, primogenitum amisit, qui, vt inquit Philo, *sui erat pupilla*

Philo.

oculi, & simul cum illo, & reliquos sui regni, tandemque cum suis oculis, & ipsam vitam.

Quod si amplius hoc intelligere velimus, considetanda equidem est vindicta, quam Deus de pessimo illo sumpsit Rege Sanctorum Machabæorum occisore, carnificeque; certè potuit iste scelestus illos occidere, potuit templum diripere Dei, potuit sacra prophanare, potuit gentes ad idololatriam cõpellere, potuit eos affligere, illudere, & subsannare tacentibus illis ad omuia, morientibusque in pœnis; potuit, sed numquid sine supplicio? num- 11. Antiochi

quid suos non vindicauit Deus seruos? numquid iudicium

impunè scelestus iste illa peregit omnia? nil minus, expenditur.

sed sicut ipse inglorium Dei reddidit templum, ex- 2. Mach.

poliatumque, sic inglorium illum reddidit Deus, & 9. num. 1.

expoliatum: *Eodem tempore Antiochus inhonestè*, inquit Scriptura, *quod reuertebatur de Perside*, 2. Machab. 9. num. 1. fugiens, turpiterque rediens, ipse Dei percussit seruos, & à Deo ipse *insanabili, & inuisibili plaga est percussus*, num. 5. Ipse visce- Num. 5.

ra parentum torsit, occidendo eorum filios, & ipsum iusto Dei iudicio, *apprahendit dolor dirus viscerum, & amara interaorum tormenta*, num. 6. Num. 6.

Ipse suprà Sanctos se eleuans, despicabiles eos habens, ac pro nihilo ducens, eos illudens, miserrimosque efficiens, contorsit, & oppressit, & Deus iustus vindex eius superbiam deprimens, in terram cum allidens: *De corpore eius vermes scaturire fecit, ac eius carnes affligere, in tantum, vt nemo poterat eum propter fœtoris intolerantiam portare*, nu. 9. Num. 9.

En quanta Dei vindicta, quàm acris, quàm terribilis, in caput scelesti reuoluens persecutoris suasmet astutias, suaque, quæ intulerat, damna. Quod non equidem mirum, nam si Diabolo hoc semper euenit, cur non & eius discipulis? vt grauiter dixit Basilius homil. 22. de humilitate: *Diabolus*, in- Basil.

quit, *laqueum quem Domino struxit, ipse captus est, & in eo crucifixus est, quem se crucifixurum, & mortuus in eo, quem morte se extincturum sperauerat; si verò Princeps iste mundi, primus, maximus, & inuisibilis, mandatæ sapientiæ sophista suis ipsius commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam, multo magis illius discipuli, & æmulatores, etiam si innumera commeatentur, vbi se sapientes esse dicunt, stulti facti sunt.*

12. Diabolus crucifixus & mortuus à Christo in eadem cruce in quo Christus suspensus.

At quid de duro dicam iudicio, quod Deus contra pessimum exercuit Aman, vindicans iniuriam, quam contra seruos suos moliebatur iniquus, par pari reddens, vnde non solùm in eâdem, quam Mardochæo parauerat, trabe, eum suspendit, sed eadem dies occisionis Iudæorum voluit, vt esset exterminationis, tùm totius domus Aman, tum omnium hostium illorum. Esther 9. num. 1. *Igitur* Esth. 9. 1.

13. Amani expenditur iudicium.

duodecimi mensis, quem Adar vocari ante iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare. Simul volens iustissimus Dominus, vt & pessimus Aman antequam moreretur, Mardochæo illam exhiberet adorationem, quam ita iniquè ab illo extorquere procurauit, præco factus Mardochæi, *præcedens enim, atque clamans*, vt inquit Scriptura, cap. 6. num. 11.

qui vt Princeps volebat ab eo adorari, *incidens in* Ib. c. 6. 11.

arcum prauum, vt de talibus, inquit Psaltes Psalmo 67. num. 57. qui, vt inquit Hieronymus, *Dum sagittas putantur iacere, suaciant teneatem.* Sic miser iste adorationem extorquere intentauit, adorauit ipse, occidere, occisus, suspendere suspensus, exterminare, exterminatus, ipse desiderio, Deus facto. Vt semel attendamus non solùm Deum pa-

14. Arcus prauus qui dicatur.

Ps. 67. 57.

Hieron.

15. Deus fervorum iniuriam vindicat suorū non solum exhibitam, sed cogitatam. Hier. 18. 18.
tratam seruorum suorum vindicare iniuriam, sed attentatam, sed cogitatam: *Dixerunt*, inquit Hieronym. cap. 18. num. 18. *Venite, & cogitemus contra Hieremiam cogitationes* non amplius de eis affirmat, & tamen imprecans ait: *Da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij, fiant uxores eorum absque liberis, & viduæ, viri earum interficiantur morte, iuuenes eorum confodiantur gladio, in prælio.* Quod vt imprecatum, sic factum, Deo non solum facta, sed cogitata contra Hieremiam vindicante, qui soler magis suorum, quàm suas sæpè sæpius vlcisci iniurias, vt adnotauit Isidorus Clarius in cap. Leuit. 24 num. 14 super illa verba: *Educ blasphemum* quæ ipse cum Septuaginta legit, *Maledicum*, qui secundùm aliquorum Hebræorum opinionem non solùm Deo, sed Moysi maledixit, vnde Deo pœnam decernente, *non blasphemum, sed maledicum*, nominauit, quia Deus, inquit Clarius: *Cui sui cura sunt, magis voluit vlcisci iniuriam Moysis quàm propriam contumeliam*; ideo dixit: *Educ maledicum*, & non dixit: *educ blasphemum.*

16. Amplius suorum, quam suas vlciscitur iniurias. Isidor Clarius. Leuit. 24. num. 14.

Hinc Sanctorum securitas in aduersis, hinc eorum in iniuriis silentium, Deo omnia committentes, qui verus iudex, verusque vindex, vt egregiè dixit Ambrosius in Psalm. 38. num. 3. super illa verba: *Obmutui, & silui à bonis*: vbi sic: *Aduersus calumniatores, & peccatores iustus suo iudicio contentus est, meritorum autem suorum iudicium Christo reseruat, vnde Paulus, qui iudicat me Dominus est.* Nil timentes, sed firmiter in Deo sperantes, quod nescientes mali contrà iustum eriguntur eum irridentes. ipsi à Domino irrisi, vt noster inquit Sapiens, *illos autem* &c.

Ps. 38. n. 3. Ambros. 17. Iusti Christo suum iudicium reseruant.

Num. 19. *Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur, & erunt gementes, & memoria illorum peribit.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. SVperioribus duobus vltimis versibus enarrauerat Sapiens impiorum circa iustorum mortem deceptionem, nunc addit pœnam, miserabilem scilicet eorum mortem, quam in hoc versu nobis adeò enucleatè depingit. vt nihil amplius sit, quod quis desiderare queat, vt ex tam differenti mortis modo, sic à morte iustorum dissito, liquidò appareat differentia iustorum ab impiorum sorte, & non solùm hoc, sed æquum Dei iudicium paribus pœnis delicta castigans; vt infrà dicemus, videndus est Olkot. lect. 55. qui tyrannis apprimè has omnes applicat pœnas.

Olkot.

Vatab. Iansen. Cantac. Lyran. Hug. *Erunt decidentes sine honore* &c. Vatablus: *turpiter corruent.* Iansenius: *Erunt in ruinam ingloriam, aut vile cadauer.* Pro turpi ruina Cantacuzenus intelligit: *Casus in manus dæmonum.* Lyranus, *sine obsequio Angelorum.* Hugo, *in inferno.* Bonau. & Interlinear. *Decident instar olera herbarum.* Omnes sunt sensus optimi, iniquam malorum declarantes sortem in morte. Vox Græca significat casum, & lapsum, & rem, quæ cadit, vnde à cadendo dicitur *cadauer*, & per metaphoram *delictum, & errorem.*

Bonau. Interl. 1. Mors malorum quā iniqua.

In contumelia inter mortuos &c. Lucifer pro Athanas. legit, *In contumelia mortis in perpetuo.* Non resurgent gloriosi, sed plusquam mortui, vnde in contumelia mortis manebunt in æternum. Mori enim contumeliosum, vindicatur iustus ab hac contumelia, quia resurget in gloria.

2. Cadauer. vnde dictū. Lucifer.

Disrumpet illos inflatos sine voce &c. Græci, *mutos, & pronos*, aut sine voce, *prono capite præcipites.* Iansenius: *præ timore, ac rubore, vultu in terra demisso.* Loqui non audentes, disrumpet, suffocabit, ac veluti infames suspendet, suffocando eos.

3. Impij à morte suffocabūtur. Iansen.

Commouebit illos à fundamentis &c. id est, subito, & integrè ruinabit. nihil eorum remanente, vti accidit statuæ Nabuchodonosoris. Dan. 2. 34.

Desolabuntur &c. Lucifer. vt suprà, *deserentur vsque ad supremum, erunt gementes*: idem, *atque erunt in dolore veluti parturientium.* Magna miseria, & infelicissima mors. Homo dum destruit incipit à tecto, remanere potest fundamentum: at Deus incipit à fundamento. & ideo vsque ad supremum desolabuntur, vnde penitus corruent, non simpliciter, sed gementes, sed cum dolore.

Dan. 2. 34. Lucifer.

HOMILIA LXXXVII.

Finis peccatoris durissimus, multis calamitatibus plenus.

ET *erunt post hæc decidentes sine honore* &c. Quid post hæc? post scilicet Sanctorum, Derisque irrisionem, post pessimam vitam, post expletionem omnium suorum desideriorum, post hæc decident infelicissimè in ipso suo discessu, vt sic dicam, reddente Deo illis quicquid contra illum sanctosque suos egerunt, quod totum euidenter in verbis nostri apparet Sapientis.

Attendamus ea, luceque clarius videbimus, quomodo Deus iuxta delicta in vita patrata, addat & plagarum modum in morte; iniqui enim dum hic viuunt superbientes Deum inhonorant, & tandem ipsi sine *honore decidunt, & cum contumelia*, ipsi per totam vitam constanter, perseueranterque peccauerunt, & è contrà ipsimet in vltimo decidentes sine honore, non hoc per vnum, aut alterum erit diem, *sed in perpetuum*, ipsi in vita aures suas obturauerunt Deo, & morientes, iusto Dei iudicio fit *vt disrumpat illos mors inflatos sine voce.* Ipsi ætetnos se in hac vita crediderunt, & ac si tales essent, sic laborarunt, fixas, firmasque eiicientes radices, omnino alterius obliti; & Deus commouet illos in morte, *à fundamentis* eradicans non solùm eos, sed omnia ipsorum, parentes, domum, filios, & quicquid in hac vita miseri accumularunt, ipsi nullam societatem cum Deo in hac vita habere voluerunt, & quantum erat ex parte sui, solum eum dereliquerunt. & in morte, iusto Dei iudicio fit, vt soli se reperiant derelicti, destituti, ita vt verè *vsque ad supremum desolati remaneant.* Ipsi hic semper læti vixerant, *in morte erunt gementes.* Et tandem ipsi nihil omiserunt, vt æternam facerent eorum memoriam in hac vita, & iusto Dei iudicio fit vt

1. Deus vt in iniquorum morte iudicium exercet iusta eorum delicta eis adaptans & pœnas.

illa pereat, iuxta nostri Sapientis dictum: *Et memoria eorum peribit.* En quomodo par pari reddit illis Deus in morte, & nihil eius diuina omittit iustitia, quod non puniat, & castiget, & quomodo infelicissimè decidunt, inglorij, cum contumelia, in æternum miseri, sine voce, & possibilitate auxilium perendi, mortem, & ruinam suorum videntes, soli, derelicti, ac destituti, plorantes, & in æternam consepulti obliuionem, quid, quæso, miserabilius?

2. Saulis pessima vita expenditur.

Considera Saulis mortem infelicissimi, eiusque vitam, confer vitam cum morte, eiusque exitu, & luce clarius ea omnia, quæ noster affirmat Sapiens de iniquorum fine, in ea perspicies. Quid enim aliud, quæso, vita extitit istius pessimi, quàm vna continua Dei inobedientia, & rebellio, & continuus peccati status, nunc inobediendo, nunc concupiscendo, nunc inuidendo, nunc præsumendo:
1. *Reg.* 15. Deo certè inobediens fuit. 1. Reg. 15. non occidendu Amalech, concupiscens, dum res eius non est demolitus & insuper ob eandem concupiscentiam pauperes, innocentesque occidit Gabaonitas, vt sibi ciuitates subriperet eorum 2. Reg. 11. (*2. Reg. 11.*) præsumpsit, dum sacrificium obtulit contra præceptum 1. Reg. 14. num. 12. (*1. Reg. 14. 12.*) & quantum inuidia præpolluit ipsæ continuæ persecutiones in Dauid satis superque declarant: quomodo non surdus omnibus Dei loquutionibus, qui numquam egit quod ipse præcepit, sed sermonem eius semper abiecit? quomodo non semper ad firmandas hîc iorentus radices, qui ob hanc causam proprium filium voluit occidere, Ionatham scilicet, qui sanguinem innoxium, nempè Dauid, effundere nolebat? 1. Reg. 20. num. 30. (*1. Reg. 20. 30.*) *Iratus autem Saul aduersus Ionatham dixit ei: Fili mulieris virum vltra rapientis, numquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum; mitte, & adduc eum, quia filius mortis est:* cui cùm respondisset Ionathas: *Quare morietur? quid fecit? arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum.* En iniquitas, en perfidia, sic intentus erat adstabiliendum regnum, vt nec proprio filio parcere voluit. Quid de vanitate eius, & humanæ desiderio gloriæ? Sufficit, vt vnum tantum consideremus, quod in eodem temporis momento, quando ipse spreuit Dei de Amalech mandatum, proiecitque sermonem Domini, in eo iste miser erexit sibi fornicem triũphalem ad æternam nominis sui memoriam. Nihil ergo amplius intendens, quàm se ipsum Dei omnino oblitus, nihil aliud cogitans nisi de hac vita, rebusque eius, peccauit continuè, & sine fræno lapsus, semper Dei oblitus, sic vixit regnans, per quadraginta dominans annorum curricula.

3. Eius mors infelix adnotatur vitæ in omnibus correspondens.

At quomodo posteà occubuit? equidem inglorius, infamis, ita desolatus, & solus, vt nec qui eum occideret haberet, ita à fundamentis ipse, domusque eius tota extirpata, vt simul eodem die omnes filij eius occumberent, ita à Deo derelictus, vt numquam amplius aspexerit eum, nec audierit, vt ipse inquit: *Neque in manum Prophetarum, neque per somnia* 1. Reg. 28. num. 15. (*1. Reg. 28. 15.*) vnde miser, & infelix occisus, ac in æternum sepultus, luit, & in æternum luet pessimæ pœnas vitæ suæ. En quam dira mors! & quomodo durè eum punit Deus, & meritò quidem: nam iustum equidem est, vt qui continuam habuit, dum vixit, voluntatem peccandi, licet non esset æternus, quod æternaliter punia- A tur, & sine temporis limitatione, cùm, vt inquit Bernardus, epist. 254. ad Guarinum: *Ob hoc inflexibilis, & obstinata mentis punitur æternaliter malum, licet temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempore vel opere, longum esse constat in pertinaci voluntate, ita vt si numquam vellet peccare desinere, immò semper viuere vellet, vt semper peccare posset, vnde per contrarium de isto dici potest, consumatus in breui expleuit tempora multa, quòd meritò multorum, immò omnium temporum receperit vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem.* Sic impij, sic iniqui semper peccauerunt in malo obstinati, etsi tempus possederunt breue, tamen expleuerunt desiderio, obstinationeque tempora multa, dum si vita esset æterna sic eam transigerent. Iusto ergo Dei iudicio in æternum puniuntur in altera, cum dedecore finientes suam hîc sine voce, absque loquela, nullum verbum B pœnitudinis potentes pronunciare, decepti miseri à falsa eorum æstimatione, reseruantes contritionem in illum diem, sine qua moriuntur, nil dicere, neque etiam confiteri valentes.

4. Peccatores iustè in æternum puniuntur, & si temporaliter peccent. *Bernar.*

5. Quomodo explent tempora multa.

6. Peccatores moriuntur præfocati confiteri non valentes in pœnã, quia in vita se conterere noluerunt, cõtritionem in vltimo reseruantes articulo mortis. *Petrus Damian.*

Enimuerò mirabile est illud exemplum, quod Petrus affert Damianus, ex quo clarè perspicietur quantum miseri isti decipiantur, dum malè viuentes putant tunc se confiteri, & pœnitere posse, quando morti propinqui, iusto Dei iudicio eos decipiente Diabolo. *In Perusino Monasterio*, inquit Damianus, *Sancti Saluatoris, cui nuper & ipse præfui, quidam Monachus paulò antè fuerat nomine Cunizo, astutus nimis, & calidus sæcularibus argumentis, ac litigiosis contentionibus vehementer intentus: hic itaque dum in mutandis Abbatibus, &* C *fratribus perturbandis astuans non quiesceret, ad hoc vsque peruenit, vt Diaboli ad superandos æmulos patrocinium quæreret, & eius seditioni etiam corporaliter manciparet: cui tamen seductor spiritus exigenti ante promisit, quod tertium diem priusquam moreretur suum exitum sibi nunciaret; credit infelix, & diu postmodum viuens ita sub hac deceptoria securitate permansit: tandem in ægritudinem delapso adest fidei custos iniquus, & post tres dies futurum, vti spoponderat, exitum innotescit, protinus aduocatis ille fratribus, cuncta hæc, quæ cum nequissimo pepigerat spiritu per ordinem narrat, cumque illi instarent dicentes, vt pœnitentiam ageret, & se confiteretur, repentè il-* D *le obdormiuit, & sine pulsantibus, sine clamitantibus euigilare non poterat: si verò vel illi conticescerent, vel aliquid præter pœnitentiam loqui vellent, mox ille expergefactus inuicem loquebatur, sed rursus audito nomine pœnitentiæ obrigescebat insensibili sopore correptus, donec horrendo morbo truditur, ad eum cui deuotionem fecerat sit infeliciter deuolutus.* Hæc Damianus, & habetur etiam in Speculo exemplorum verbo conuersio exemplo 2. Quid quæso, horribilius excogitari potest, & quid aptius ad id, quod dicimus, probandum, sine voce, scilicet, miseros peccatores mori, sine voce, inquam, pœnitentiæ, & contritionis, sine voce salutis, vti infelix iste, habebat vocem, sed non ad pœnitentiam, habebat vocem, sed non ad contritionem, habebat vocem, sed non ad confessionem: putauit ipse ei non defutura vox contritionis, & pœnitentiæ, si diem sciret mortis, si tempus haberet;

7. Memorabile exemplum finalis impœnitentiæ, & Diaboli deceptionis in mortis articulo.

beret; & de illa securus in vita Deum relinquens in peccatis existens, Diabolo subditus pœnitere non curauit, proponens illam ad tempus destinatum trium dierum ante obitum. O quoties in vita, mala agens iste miser remorsus à suamet conscientia, & à Deo ipso intus ei alloquente, noluit audire, aures Deo obturans, pœnitudinem ad tempus remittens mortis. O quoties ipsemet Diabolus persuasit illi in vita magnam illam futuram, feruentissimè se confessurum; & omnino per pœnitentiam remissionem suorum lucraturum peccatorum, persuasit: immò ipsum esse illusum, & pro certo tunc in illo articulo è ditione, manibusque eius euasurum. Vnde terminum sciens constitutum aduenisse, illicò pandidit condictum, illico scelus aperuit, illicò quasi acta res esset ad exequendum quod in vita proposuerat, se accinxit: nesciuit miser quantæ Diaboli essent technæ, quantum sua meruissent peccata, quàm terribile Dei esset iudicium. Vnde infelix sicut in vita Deum audire noluit, sic nec Deus ipsum in morte, ex quo inflatus sine voce expirauit, & vt de Iuda Diuus inquit Chrysostomus de Passione serm. 4. *Vbi pœnitentia festinauit ad portum, ibi incidit in æternum, & sine reparatione naufragium.* Sic moriuntur peccatores, sic depereunt, sine voce, nullum auxilium petere valentes, quia nullo auxilio Dei in vita vti voluerunt, reseruarunt in mortis articulo auditum, quasi in eorum tantum potestate, & nulla efficax Dei esset gratia necessaria illum præbere, qua, quia pessimè vixerunt dignè priuantur, in illa hora, & dum ipsi in vita millies Deum respuerunt, in morte semel, sed æternaliter Deus eos respuit, & abiicit, ex perseuerantia in peccato immedicabilis ipsa reddita natura, vt grauiter dixit Ambros. in Psal. 1. num 1. super illa verba: *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Vbi per sessionem, perseuerantiam in peccatis intelligens, sic ait: *An ignoramus, quòd tantam vim habet inueterata consuetudo peccandi, vt excludat naturam, quæ cùm sit medicabilis ad salutem, tamen corroborata tempore, passionibus immedicabilis inuenitur.* Nil melius. En tibi miser iste in exemplum ex inueterata peccandi consuetudine immedicabilis effectus: nam dum ad pœnitentiam eum attrahere salutarem patres affectabant, vt vitiatam mederentur naturam, somno intercedente immedicabilem inuenerunt. Vnde nil loquens inflatus expirauit.

B

8. Peccatores in portu naufragantur.

Chrysost.

Ambros. Ps. 1. n. 1.

9. Consuetudo peccandi immedicabilem cōstituit naturam.

Enimuerò admirari numquam non possum, quando infelicissimam infelicissimi Absalonis mortem considero: interque cætera admiratione digna, hoc vnum mihi maximè admirandum: quomodò sine voce obiit, quomodo tantùm tacuit, quomodo nil loquutus, quomodo verba tunc non habuit ad rogandum amicum, qui eum interfecit. Amicus enim Absalonis intrinsecus, & qui validè eum diligebat, erat ipse Ioab, ipse reduxit eum ad patrem, ipse ei perditam cum patre reconciliauit amicitiam, 2. Reg. 14. & tandem cùm sic esset, quando vidit venientem ad eum occidendum, nec vnum verbum ei, neque aliquid est loquutus, cap. 18. Cur quæso hoc? nisi quia disrupit illum Deus sine voce, iusto suo iudicio, vt qui numquam eum in vita audire voluit, in morte nec verbum proloqui posset; ob hoc suspensus inter terram & cælum mortuus, vt nullomodo alloqui posset, neque vnum tantùm verbum proferre. Euidens signum æternæ damnationis suæ, vt de similium morte peccatorum, qui sic stupidè moriuntur Petrus adnotauit Damianus ad Blancam Comitissam, cap. 6. vbi postquàm de signis benè morientium dixit, addens malorum, sic ait: *Quòd si eum sinistræ parti meritorum nigredo, & fœditatis squalor abiudicet, intolerabili mox terrore concutitur, repentini impetus violentia turbatur, præcipitanter inuaditur, ac de misera carnis ergastulo violenter euellitur, vt ad æterna supplicia iam cum amaritudine pertrahatur.* Hoc vltimum adnoto, sic nempè peccatorem emori, vt cum amaritudine ad æterna supplicia pertrahatur: quod misero euenit Absaloni, qui etsi suspensus, non tamen illicò mortuus, sed ideo reseruatus, vt acriora in semetipso conscientiæ stimula sentiens, amarè moreretur; vt adnotauit Chrysostom. in Psalmo 7. vbi sic: *Non statim de medio sublatus est, sed tanquam in iudicio prius suspensus est, & ligno affixus, & Deo è superis ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus.* Et vt simul videas, quàm etiam indecorè obiit, & quàm infeliciter, adnotat Scriptura, ipsum sibi erexisse titulum ad suum conseruandum nomen, quem nomine etiam vocauerunt suo: *Porro Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum, qui est in valle Regis, dixerat enim non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei.* Quod equidem non ob aliud adnotauit, nisi per ironiam, vt ait quidam, paulò antè enim dixerat, quòd serui Ioab occidentes ipsum proiecerunt in saltu, in foueam grandem: *& comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis.* Quo narrato subdit de titulo, quem sibi erexerat, quasi irridens, & vanitatem subsannans eius, qui cùm viuens ad nihil aliud cogitasset, quàm ad vana, ob quod lapidibus præclarum conseruare nomen omnino concupiuit, Dei oblitus, iusto eius iudicio factum, vt alter titulus ei ignominiosus erigeretur, sub quo miser mortuus iaceret, qui viuus Deo subiectus esse noluit; vnde sicut ipse tantùm ad æternitatem cogitans nominis, titulum erexerat; sic dum ipse titulum construebat ad honorem, in diuina mente alius fabricabatur ad infamiam, æternumque nominis sui vituperium: sub quo viliter consepultus, in æternum maneret inglorius, & infamis, vt inquit noster Sapiens, sine liberis, sine regno, sine fama, desolatus, & derelictus, occisus insuper per manus seruorum suorum: immò amici, exigentibus sic peccatis suis, vt qui fidem contra genitorem, patremque non habebat, fidem apud amicum non inueniret, & inglorius deperiret, qui tantam gloriam conquisierat: ex quo verè patet, quomodo, vt inquit noster Sapiens, tales peccatores moriuntur inglorij, & sine honore, sicut iste, suique similes, & quomodo, in eo quòd ipsi Deum spernunt, sunt ab ipso spreti, & eodem momento, quo ipsi contra Deum se erigunt, eodem eorum præparatur ruina.

10. Absalonis infelix expenditur mors.

2. Reg. 14.

Ibi. c. 18.

11. Sine voce pœnitentiæ mori magnum damnationis signum.

Damian.

A

12. Peccatores amarè moriuntur, & cum sensu doloris.

Chrysost.

13. Absalon cur statim non mortuus.

14. Eius vanitas in erectione tituli taxatur à Scriptura.

C

D

15. Impij in eo puncto quo eriguntur contra Deū præparatur ipsis ruina.

Attendamus de hoc mirabilem in Scripturis obseruationem, cùm enim perditissimi mortem Balthasar enarrasset Regis. Dan. 5. n. 3. sic tandem concludit: *Et eâdem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos.* Ad quid hoc vltimum, ætatem scilicet adnotare Regis? Nonne sufficeret successionem tārū indicare? nō equidem, quia si Darij ætatem non dixisset, non expressisset, mysterium sub illa annorum latitans numeratione: dicunt enim Hebræi in libro, qui dicitur, Sedem Olam, qui est quædam eorum Chronica, quòd eo-

Dan. 5. 3.

dem prorſus die, quo Nabuchodonoſot cepit, con- A
flagrauit, & deſtruxit Hieruſalem, Deique tem-
16. plum, eâdem prorſus natus hic Darius, qui poſteà
Darius natus eodem die, quo Nabuchodonoſor Hieruſalem deſtruxit. regnum. imperiumque eius deſtruxit, filios occidit,
& penitus domum eius deleuit, peſſumque dedit,
vnde eodem momento, quo iſte peſſimus contra
Deum, Deique ſeruos ſe erigebat, eodem prorſus
eius præparabat Deus flagellum, hominemque,
qui eum deſtruetet, ac deleret. Vt ſemel intelligas,
quàm verum ſit, impunitos hinc peccatores non
abire, mortemque eorum eſſe infeliciſſimam; qua-
proptet verè mors iſtorum mala, peſſimaque dici
poteſt, quam Petrus deſcribens Damianus, vbi ſu-
prà, enucleatè, quàm ea miſera ſit, expendit: *Pen-*
Damian. *ſundum quippè eſt*, ait, *cùm iam peccutrix unima*
17. *vinculis incipit curnis abſolui, quàm amaro terrore*
Mors peccatorum infelix, moltis oppreſſa doloribus. *concutitur, quantis mordacis conſcientia ſtimulis*
laceratur, recolit vetita, que commiſit, videt man-
data, qua negligenter implere contempſit; dolet in- B
dulta pœnitentiæ tempora ſeſe inaniter percepiſſe,
plorat immobilem diſtrictæ vltionis articulum ine-
nitabiliter imminere; manere ſatagit, ire compelli-
tar, recuperare vult perdita, non auditur, poſt terga
reſpiciens totius transactæ vitæ curſum, velut vnum
reputabat breuiſſimum itineris ſpacium, antè ſe ocu-
los dirigit, & infinitæ perennitatis ſpacia deprehen-
dit. Et ne plus æquo in referendo ſim, concludit
tandem: *O ſi rediuiuum pœnitentiæ tempus mereri*
poſſet, quàm darn conuerſationis iter arriperet,
qualia, & quanta promitteret, quantis ſe denota-
tionum vinculis innodaret. Nil melius, & quod
quotidiè videmus, quotidiè experimur; vnde me-
ritò eorum tale iudicium expaueſcendum, qui ſic
hîc moriuntur, vt luere pœnas incipiant peccato-
rum ſuorum, confirmandas poſteà alibi in futu-
Greg. rum, vt Sanctus inquit Gregorius, lib. 18. Moral.
18. cap. 13. *Nam dum hîc ſe corrigere noluerunt, flagel-* C
Peccatorũ aliquorum flagella hîc inchoant, & in altera vita in æternũ poſtea durant. *la, ait, in hac vita inchoant, & in æterna percuſſione*
perdurant. Inchoant, dixit, & meritò, cùm, quia per
totam vitam ea non deguſtarunt, ac ſine Dei fla-
gellis vixerunt, ideo dum ad extrema perueniunt,
vltimuſque eorum approximatur dies, tunc miſeri
incipiunt flagellari flagellis in æterna percuſſione
duraturis, nam & infamia, & derelictio, & linguæ
præciſio, & luctus, & gemitus, & eorum ruina hîc
incipit, ſed in altera vita in æternum durabit, ſe-
pulti ipſi æternaliter in inferno, & vt infames, in-
glorijque hîc emortui, ac eradicati.

Nonne videtur funditus eradicatus obſtinatus il-
le Pharao? ſic ipſe cum ſuis ſub aquis demerſus, vt
dicat Scriptura: *Quòd ne vnus ſuperfuit, qui nun-*
ciat calamitatis rediret, Exod. 14. num. 28. & quod
Exod. 14. 28. valde animaduertendum, ſuffocatum hunc peſſi-
mum obiiſſe, & aquis obrutum, ne ſcilicet vocem
19. emittere poſſet, qui voci diuinæ ſic rebellis extitit,
Pharao cur ſuffocatus in aquis. & tunc notandum, quòd mortuus, quando magis D
in ſuperbiam elarus, eàque inflatus iamiam com-
præhendiſſe putabat dimiſſos: *Perſequar*, inquit,
& comprahendam, diuidam ſpolia, implebitur ani-
ma mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos
Ibi. 15. 19. *manus mea*, Exod. 15. 9. At cùm hæc diceret, & etiã
ſe compræhendiſſe putaret: *Flauit Spiritus Dei,*
& operait eum mare, & ſubmerſus eſt quaſi plum-
bum in aquis vehementibus. En quàm facilè eum
diſrupit Deus, & quàm terribiliter, quàm ſine vo-
ce miſet periit. Non mirum, quia Dei rebellis vo-
luntati, & ita ſui auidus boni, vt omninò alieni o-
bliuiſceretur, & ita vecors, & ignarus, vt protſus
quis Deus eſſet neſciret; cuius dum propè mor-

A tem cognouiſſet potentiam, effugereque eam timi-
dus vellet, hoc enim ſonant verba illa: *Fugiamus*
Iſraëlem, Dominus enim pugnat pro eis, Exod. 14.
25. immerſus in aquis, ad ſuam, eam ptopè mor- *Vbi ſ. nu. 25.*
tem cognouit perditionem, dum in vita recognoſ-
cere noluit ad ſalutem. Vt ſemel videas ſeræ pœni-
tentiæ malum, quamque parùm fidendum ei, quæ
propè ſit mortem: nam ſæpè ſæpius lux, aut Dei in 20.
illo tunc accepta, aut peccatorum, potius illis ad Pœnitentia ſera quàm debilis ad ſalutem.
pœnam, quàm ad veniam permittitur: clamant
tunc, ſed non eſt qui exaudiat, iuxta illud Pſalm. 17.
num. 41. *Clamauerunt, neque erat qui ſaluos face-* *Pſ. 17. 41.*
ret, ad Dominum, neque exaudiuit eos. Ex timore 21.
clamauerunt, & agnitione periculi, exque cogni- Eſau cur nõ exauditus.
tione iudicij. ſed exaudiri non meruerunt. Sic cla-
mauit Eſau, Geneſ. 25. num. 17. ſed quamquam cum *Gen. 25. 17.*
lachrymis, *non inuenit pœnitentiæ locum*, vt inquit
Paulus ad Hebræos cap. 12. num. 17. ſic Antiochus *Ad Heb. 12. nu. 17.*
2. Machabæo. 9. num 13. de cuius pœnitentia nos la- *2. Mach. 9. 13.*
B tè infrà, & exaudiri non meruit, ſic tandem & Iu-
das clamauit: *Peccaui tradens ſanguinem iuſti.*
Matth. 27. num. 4. ſed audiri non meruit, quin fu-
riis agitatus peccatorum, crepuit medius, laqueo *Matt. 27. 4.*
ſuſpenſus, præfocatus, & diſruptus ſine voce; vti &
ſine voce periit infelix Pharao omninò diſruptus,
totaliterque peſſumdatus.

Ex quo clarè patet, quòd diuinæ iuſtitiæ ignis,
quando ſemel hos punire incipit, non quomodoli-
bet eos exurit, ſed funditus deſtruit, & vrit, ac ex
radice; ſicut Sanctus proclamat Iſaias cap. 5. num.
24. vbi enumerans varia peccatorum genera, om- *Iſai. 5. 24.*
nibuſque (væ) annuncians, quid per tale (*væ*) intel- 22.
ligat inferiùs explicat; nempè totalem illorum era- Peccatores vt funditus Deus deleat.
dicationem, *Propter quod*, ait, *ſicut deuorat ſtipu-*
lam lingua ignis, & calor flammæ exurit, ſic radix
eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum, vt pul-
C *uis aſcendet.* Vbi adnotandum quod de radice, in-
quit, reſoluturam in fauillam, de germine autem
aſcenſurum, vt puluis. Elegans equidem compara-
tio, per quam datur nobis intelligi, Dei iram, eiuſ-
queiuſtitiam, ſic funditus, penituſque delere radi- 23.
cem peccatoris. vt omninò eam in fauillam redu- Eorum germen reſeruatur ad interitum.
cat, at ſi aliquid caſu remaneat. vnde & germẽ for-
ſitan producat, tale germen aſcenſurum, vt puluis.
Quomodo enim aſcẽdit puluis? vento quidem, pe-
dumque tritione, & ſic aſcendit, vt ſtatim deſcen-
dat, & diſpereat: ſic miſera horum germina relin-
quuntur, non vt creſcant; aſcendunt, ſed vt patian-
tur, vt terantur, ſicut puluis, vt non vento honorũ,
ſed tribulationum extollantur, reuerberentur, cir-
cumrotentur ad magis patiendum, magiſque do-
lendum, & demum, vt ad mortem extollantur, ad
interitum, ad crucem.

Tale equidem fuit miſeri germen Saulis, qui etſi
funditus, & à radice ipſe conſumptus, aliqua tamen
eius relicta germina, ſed ad quid? ad mala perpetrã-
D da, ad dolores, ad mottem, ad ſuſpendium, Iſboſeth
reſeruatus ad occiſionem, Miphiboſeth ad vitupe-
rium 2. Reg. 4. & tandem reliqui ad ſuſpendium, *2. Reg. 4.*
ibi c. 21. En ad quid reſeruantur, & ad quid poſteà *Ibi. 21.*
aſcendunt. Vnde benè noſter inquit Sap. quòd vſ-
que ad ſupremum deſolabuntur, gementes, & cum
æterna memoriæ illorum obliuione, non ſecus ac
torrentium aquæ, vt Sanct. inquit Greg. lib. 7. Mo- *Gregor.*
ral. c. 19. ſuper illa verba Iob: *Fratres mei præte-* *Iob c. 6.*
rierunt me ſicut torrens, qui raptim tranſiit in con- *num. 15.*
uallibus c. 6. n. 15. *Torrẽs nãque*, inquit, *ex montanis* 24.
in ima defluit, & collectus hiemalibus fluuiis, æſtiuis Euaneſcunt
ſolibus areſcit, qui enim torrenti diligũt, & ſpem ſi- vt torrẽtes.

perna patria deserũt, quasi ex montibus valles petũt, quos tamen hyẽs præsentis vitæ multiplicat, sed æstas venturi iudicij exsiccat, quia cùm Sol supernæ districtionis incaluerit, reproborum lætitiam in ariditatem vertet. Exsiccantur enim sicut torrentes, qui transierunt, quorum nullum remanet amplius vestigium, quia dum mundi cursum isti expleuerunt, simul depereunt, ampliusque non sunt.

Sed duo hîc notanda; primum, quòd torrentes isti raptim transeunt dum ad ima descendunt: nam licèt isti miseri longo tempore viuant, quia tamen tale tempus finem habet, longum non est, &, vt inquit idem Sanctus, *Ex fine miseri colligunt breue fuisse, quod amittendo tenuerunt.* Secundum, quòd sic euanescunt torrentes, & exsiccantur, vt euanescendo transeant, ita vt licèt locum mutent; tamen ad mare tendant cum illo incorporandi. Sic impij, vt torrentes hinc transeunt, iustoque Dei iudicio, & memoria simul illorum, omniaque suâ, hîc exsiccantur, & depereunt; sed ita, vt ad mare pœnarum, ad mare tendant tormentorum, ad ignitas, æternasque pœnas, cum ipsis incorporandi, vbi sine fine morituri, & in ipsa victuri morte, luent debitas commissorum pœnas delictorum, penitus hinc eradicati, decidentes, vt inquit noster Sapiens, *sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum.*

Num. 20. *Venient in cogitationem peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

PEssimè impios mori dixerat Sapiens superiori versu, nunc adiicit & vnam exponit ex miseriis, memoriam nempè, & amarissimam peccatorum recordationem quæ in vita egerunt, ipsorum multitudinem timentes, & grauitatem, & insuper æternum Dei iudicium, quorum conscientia ita eos deuincet, vt quid amplius respondere possint, non habeant.

1. Conscientia quos stimulat, ac repræhendit.

Cicer.

Senec.

In cogitatione &c. Græcè, in *ratiocinatione, & supputatione*, venient, velint, nolint. Angustia hoc faciet, conscientiâ intus reclamante, in vita nullum arguentem habuerunt, iustum est vt in morte eum sustineant. Cicer. 1. & 2. De finibus, & oratione pro Roscio, inquit, quòd *Qui aliis legibus non tenentur, natura tantum lege, & iudicio vexari, & torqueri.* Et Seneca ep. 97. *Et vos*, ait, *perpetua malam conscientiam sollicitudo vrget, & verberat.* Sed isti miseri venient in tali cogitatione timidi, quia proprium peccatorum est trepidare, & non pœnitere, vnde in locum pœnitentiæ timor succedit.

Lyra. Inter.

Traducent &c. *Conuincent, coarguent, palàm declarabunt, & ante omnium oculos ponent.* Lyra. inquit, *à felicitate temporali ad miseriam sempiternam*, vnde sumit Lyra. *traducent* pro *asportare*, sicut etiam Interlinearis; sed melior prior sensus, magis enim congruit cum eo, quod prius dixerat, nempè de cogitatione peccatorum: priorem sequuntur Castro, & Lorinus.

Castro. Lorin.

Ex aduerso &c. id est stantes ex aduerso, nullo alio accusante, ipsæ enim iniquorum impietates tunc accusabunt, non erit extrinseco opus accusa-

A tore, vel testimonio, vt conuincantur; peccata ex aduerso existentia, palam eos traducent, ac conuincent, ita vt nil respondere amplius possint.

HOMILIA LXXXVIII.

Maxima pœna, malorumque afflictio in morte iudicioque, accusatio conscientiæ, propriorumque delictorum.

MOriuntur impij dirè, vti diximus, moriuntur crudeliter, à Deo derelicti, & maximis addicti pœnis, sed inter eas maior, & vehementior, B accusatio propriæ conscientiæ, memoria, peccatorumque reminiscentia, ad quam, vt inquit noster Sapiens, velint, nolint, *venient*, & venient *timidi*, quæ peccata sic rememorata, *traducent*, id est, *conuincent* miseros, & coarguent illos stantes ex aduerso, ita vt seipsos timebunt, & erubescent, & talis erit eorum pœna, vt se amplius tolerare non possint: quæ pœna, & pudor ita maximus extabit, vt dicat Basilius, orat. 23. de Iudicio, fortè maiorem futurum, quàm ipsum æternum ignem: *Fortè grauior, quàm tenebræ, & ignis æternus, hic pudor erit, vt numquam non ob oculos habeat scelerata vitæ vestigia, tanquam ineuitabilis alicuius tinctura.* Verissimè: spurcatos enim se videntes, & intus in animo vndique lue conspurcatos, intolerabiliter dolebunt, & semetipsis nequaquam tolerare valentes, à se ipsis se abscondere desiderabunt, nec poterunt, quia in pœnam ipsis datur, vt se aspiciant tunc, qui hîc nũquã intus attendere ad se voluerũt.

1. Peccatorũ maxima pœna in iudicio erit tunc ipsemet peccator.

Basil.

2. Pœna eorũ erit introspectio continua conscientiæ.

Nahum 3. 5.

Hieron.

Sept.

Audi Nahũ Prophetam, & per illum, Dominum C peccatori scelesto, impioque talem infligentem pœnam: *Ecce ego*, inquit cap. 3. n. 5. *dicit Dominus exercituum, reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proijciam super te abominationes, & contumeliis afficiam.* Tremenda comminatio: vbi Diuus Hieronymus, *Discooperiam*, inquit, *pudenda tua, vt quæ prius non videbas, ante tuum ponantur aspectum.* & hoc equidem, vt te contorqueant, macerent, ac dissipent. Septuaginta autem hunc sic vertunt locum, vt idem obseruauit Hiero. *Reuelabo posteriora tua in facie tua*, id est, inquit Sanctus, *Præcepta mea, atque sermones, quæ proiecisti post tergum tuum: ego enim mandaueram tibi de sermonibus meis, vt semper ante oculos tuos mouerentur; Tu autem contempto iubentis imperio post tua eos vestigia reliquisti, vt non solùm non faceres, sed ne dignareris videre quæ iusseram.* D Duo ergo secundùm Hieron. cõtra miserum statuet Deus peccatorem in die suæ, suique, aut iudicij, aut mortis; peccata, præcepta, vt hinc inde, tanquàm vndique muris circumseptus, nullibi, quo accusantem non reperiat se vertere miser possit; hinc peccata, hinc præcepta, hinc pudẽda, hinc posteriora, quæ priora debuerant esse, hinc mala patrata, hinc ea arguentia, qualis ergo erit eius pœna? qualis dolor? qualis gemitus dum se mediũ videat effugere impotentẽ?

3. Peccatores Dei præcepta, vt posteriora habent.

4. Quæ Deus in die mortis & iudicij contra peccatorem statuet.

Existimasti inique quòd ero tui similis. Arguam te, impio dixit per Regium Psaltem Dominus omnipotens. Psal. 49. nu. 21. *& statuam contra faciem tuam.* At quid statuet, nisi ipsummet miserum peccatorem? vt suprà homil. 85. ex Augustino diximus, Ipsamet sua peccata, ipsamet sua scelera, vt ex eorum aspectu plusquam credi potest, torqueatur,

Ps. 49. 21.

August.

A excrucieturque; *Dum non vindico in præsenti*, inquit hîc Hieronymus, *arbitratus es, ea mihi placere, sicut tibi placent tua mala; arguam te, & statuam illa contra faciem tuam, tua scilicet peccata, & aliorum, quæ post te reliquisti.* Vbi notandum, quod verbum *statuere* in Hebræo, vt volunt Hebraizantes, est verbum *militare*, quod propriè significat ordinare, ordine disponere instar exercitus, ac aciei ordinatiô, ita vt sensus sit: disponam contrà te tanquam phalanges ordinatissimas peccata tua, ita vt iuxta tempus, circunstantias, grauitatem, & pondus, vndique circunstantes te terreant, crucient, oppugnent, & feriant, à quibus, cùm aufugere procures, non possis, *Quia peccatum tuum contra te erit semper.* Psal. 50. num. 5. semper sine intermissione, sine defectu, semper sine interpolatione: ita vt tædio affectus vsque ad mortem ob talem deficias aspectum, & tamen nequaquam mori possis: quod quanta sit miseria, quantusque dolor, nec cogitatione attendere, nec loquelà certè exprimere aliquis potest. Si enim aliquando adeo conuersationis alicuius nos tædet, vt potius mortem eligamus, quàm cum illo viuere, qualis vita erit horum miserorum, qualeque tormentum, qui semper velint, nolint, cum socia conuiuent conscientia, quam summopere abhorrebunt, & infinito odio habebunt?

Hieron.

5. Peccator putat Deo peccata placere, & cur.

6. Peccata statuere contra peccatorem, quid sit.

Ps. 50. 5.

B

7. Peccata circumspicere in inferno quantus sit dolor.

Enimuerò Rebecca Isaac vxor sic filias Heth abhorrebat, vt mallet mori, quàm cū illis viuere; vnde viro suo dixit: *Tædet me vitæ meæ propter filias Heth, si acceperit Iacob vxorem suam de stirpe huius terræ, nolo viuere.* Gen. 27. num. 46. Mirum vt tantum æstimet malum cum personis viuere, quas abhorrebat, vt potius vellet mori, quàm cum ipsis viuere, & tamen non erant ita ei assiduæ, vt semper, & toto tempore necesse fuisset cum illis esse, sed aliquando, & quando ei placebat. Quid ergo miseris erit peccatoribus, quando necessarium illis cum tali societate viuere; cuius summopere, & propemodum infinitè illos tædet, & de illa stomachantur, & sic viuant, vt semper cum ipsa conuiuant, semper dico, nullo temporis momento intermisso, absque fine, in æternum, & quod propè vltra omnes se cruciatus extendit; ipsa semper reclamante, obiiciente, redarguente, nullo spacio, nullo momento temporis intermisso. Quod cōsiderauit Bernard. lib. 5. de Consideratione ad Eugenium, alludens ad eum locum Isai. 64. num. 24. *Vermis eorum non morietur.* vbi sic: *Hic est vermis, qui non moritur, memoria præteritorum, semel iniectus, vel potius innatus per peccatum, hæsit firmiter, nequaquam deinceps euellendus, nec cessat rodere conscientiam, eaque pastus, esca vtique inconsumptibili perpetuat vitam*, vel potius vitalem mortem, quam inquit Sanctus, *inuocabunt, & non veniet*: qualis ergo erit hic dolor, qualis pœna, quale tormentum?

Gen. 27. 46.

C

8. Conscientiæ reclamatio in inferno quale tormentum.

Bernar.

Is. 64. 24.

D

Enimuerò miser moriens Saul ad pœnas reseruatus æternas, quale tale fuerit conscientiæ tormentum paulò antè mortem expertus, maluit interire, quàm cum tali amplius stimulo viuere: *Sta super me & interfice me, quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est* 2. Reg. 1. num. 9. Mirum vt dicat totam animam suam in ipso stare, quod sonat viuacitatem, viuidumque sensum, cùm & à Philistæis grauiter vulneratus, & à seipso confossus extaret. At iusto Dei iudicio meritò sic extabat, vt intensius acres conscientiæ stimulos præsentiret, & quos in vita repulerat, in morte intensius experiretur. Nam vt vult Abulensis hîc, Saül mortem appetiit, & pro illa rogauit, non tantùm ne illuderetur ab inimicis, quantùm ne stimulis laceraretur conscientiæ, mortem recordatus Sacerdotum, quos occiderat, *Quoniam*, ait, *tenent me angustia, quoniam tenent me ora vestimenti Sacerdotalis*, ex Hebræo ipse legit, quasi diceret: me interfice, nam ea recordatione sic excrucior, vt mihi vita amarior quàm ipsa mors. Ex morte ergo consolationem capere miser iste reputabat, sicut & Ionas ex somno, qui à stimulis conscientiæ similiter agitatus, ex somno consolationem capere moliebatur. *Ionas*, inquit Theodoretus, vt in Glossa, *conscientia stimulis vexatus, mæstitiaque afflictus, cogitationum suarum aculeos non ferre valens, ex somno sibi moliebatur consolationem.* Ergo non vndas extimescebat, non mare turgens, ac ferueos eum terrebat, non vortices exhorrebat, neque inter se collidentes metuebat vndas, sed conscientiam, quam secum ferre non valens, impotens eam eiicere somno, ab ea fugere procurabat, ac satagebat.

2. Reg. 1. 19.

9. Saul prælegit mori quam stimulos ferre conscientiæ.

Abulens.

Theodor.

10. Ionas somno stimulos fugiebat conscientiæ.

B

Simili arte equidem primus ille noster parens audiens Dei vocem ambulantis in Paradiso. Gen. 3. num. 8. *abscondit se.* Cur se abscondit? numquid, dices, non ipsemet causam declarat, quia nempè, Deum timuit, quia peccauit? scio equidem hoc, sed quis aderat eum accusaturus ante Deum? nullus extabat testis, nullus maleuolus, nullus inuidus, solus erat; negare poterat, aut tacere, quis enim eum ad profitendum suum impulit peccatum, & ad declarandum se esse nudum? cur non tacuit? cur nō dissimulauit? an, *Quia videbat sibi*, vt inquit Chrysostomus homilia 17. in Genes. *trucem adstare accusatorem, conscientiam nempè, neque enim aliam obiurgatorem, & testem peccatorum habebat, sed vnicum illam, quem intrinsecus circumferebat.* Nil melius. Ideo se abscondit, quia bellum, quod sibi mala inferebat conscientia, sustinere non poterat, vnde impossibile illi cum tali accusatore, & reclamatore, ante oculos assistere iudicis, quapropter aufugit, se abscondit, latuit, *in medio ligni*, immò apud ipsos inferos latuisset, si facultatem habuisset, ita eum sua conscientia fugabat, expellebatque, quæ, vt inquit idem Chrysostomus, vbi suprà: *Nos circumit, obturbat, dilaniat, flagellat, numquam quiescit, sed domi, & in foro, & in templis, & in mensa, & dormientem, & surgentem adoritur, rationem delictorum exigit, obque oculos proponit & delictorum grauitatem, & subsecuturam pœnam.* Adde tu & præsentem, quam patiuntur, obiurgans, & vituperans, & in faciem eorum reiiciens eam, dum emeritam esse propter infinita illa obtestabitur scelera, quæ ipsa continuè, & semper ante ipsorum oculos obiiciet, quapropter muti in ipsismet pœnis euadent, contra seipsos irati, & ita in furorem adacti, vt semetipsos cædentes, affligentes, torquentes, ipsimet sibi maiorem inferant pœnam, quàm dæmones, & ignis, & infernus ipse, maioremque dilaniationem sustinentes ab ipsamet conscientia, quàm ab ipsis inferni dæmonibus.

Gen. 3. 8.

11. Adam cur se abscondit, & peccatum est confessus.

Chrysost.

C

12. Conscientia assidua obiurgatrix.

D

13. Durior quā ipse inferni pœnæ.

Vnde ex hoc meritò elucet, quanta ratione dixerit Basil. molestiorem esse hāc pœnam, quàm ignis inferni, vt idem Chrysost. vbi sup. quod tanta est vis conscientiæ, & adeo validum eius tormentum, vt quiescere non sinat hominem, etsi in deliciis positum: *Nec enim mihi*, inquit, *dixeris illum, men-*

Idem.

sa sumptuosa frui, vestibus circumdari sericis, mancipiorum greges circumferre, sed explica mihi istius conscientiam, & videbis intus grauem peccatorum tumultum, ingem metum, tempestatem, turbationem. Mirabile certè est illud, & satis ad rem, quod

Maiol.

14. Exemplum mirabile conscientię tormenti eiusque grauitatis.

refert Maiolus tom. 3. Colloq. 3. qui dicitur *fortunæ ludibria*, de cuiusdam seruo nomine *Pandochæus*, qui vehementer efflagitabat connubium filiæ domini sui, quam ducere non poterat, quia pauper, & peregrinus: accidit, vt profecturus aliò paterfamilias cum tota domo sua, hunc reliquit seruum, vt venientes hospitaretur, euênit vt mercator quidam absente sene, diuertisset ad hospitium, vbi ipse solus manebat, nocte eum occidit, & in stabulo sepeliuit, equum vendidit, pecuniam abstulit, & abscondit: nullus sciuit, nullus vidit, secura erat res; rediit dominus; inuenit omnia benè disposita, paulò post finxit Pandochæus se à patre vocatum, licentiam petiit, obtinuit, redit, sed diues ita vt gener fieret domini sui, & hæres, (vnica enim erat filia) creuit in tantùm, vt ad Senatoriam dignitatem illius ciuitatis perueniret, eaque diu perfungeretur: sed licet foràs sic prospera cuncta succedebant, intus validis dilaniabatur conscientiæ cruciatibus, ita vt potius mori vellet, quàm sic viuere. Accidit, vt quadam die assistere deberet in Senatu, & capitali sententia, iuxta leges plectere homicidam quemdam; doluit, timuit, anxiatus est, è domo egrediens, mandat vxori, vt ferculum aliquod gratum sibi appararet ob molestiam, quam patiebatur, non poterat enim aliquid placidè comedere: interea ad Ecclesiam pergit sacrum auditurus, redit domum, scit vxorem emisse caput vitulinum, quo ipse delectabatur, pergit ad illud videndum, aspicit non caput vitulinum, sed hominis mortui; stupet, horrescit, clamat, aduenit mulier, deceptum se esse ab vxore, admonitum se repressit, ad curiam proficiscitur, cum iudicibus sedit: cùm ordo postularet, vt sententiam diceret, statim vbi secundùm legis præscriptum capite mulctandum homicidam pronunciasset, assurgit, eandemque sententiam de se ipso pronuncians, pandens latrocinium, & homicidium olim à se commissum, suppliciter petiit, ne supplicium grauius subire cogeretur: erant ex extantibus, qui melancholiæ illud adscribebant, quibus ipse talia affatus est: *Scio vos me suspectum non habere, nec sanè alterius atrocioris sceleris mihi conscius sum, quæso tamen etiam atque etiam vt iusto capitis supplicio affectum ab atrocissimis istis conscientiæ doloribus, quos multis iam annis sustinui, supplicio, quod promeritum statuo, liberetis, efficiatisque, vt satisfiat iustitiæ Dei.* Quid plura? inuentis ossibus eo loco, quò ipse eum obtruncauerat, ipso volente, & petente factum est, vt cum altero homicida simul decapitaretur. Quid amplius dici potest? si enim iste talis, etsi in deliciis viuens, inter quas aliquomodo alleuiare conscientiæ poterat tormentum, sic vixerat, vt magis mortuum, quàm viuentem se iudicans, potius mori eligeret, quàm sic viuere: dic mihi, quomodo viuent illi, qui tormentum conscientiæ patiuntur? sed absque vlla consolatione, absque vllo solatio, viuentes non inter delicias, sed inter pœnas, sed inter cruciatus, sed inter ignes, sed in mediis mortis horrendæ doloribus.

If. c. 13. 6. *Vlulate*, inquit Isaias Propheta, cap. 13. num. 6. *quia propè est dies Domini, quia vastitas à Domino veniet*: at quid efficiet? *Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & contereutur, torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.* Mira, & tremenda: *Dolebunt*, inquit Hieronymus in hoc cap. *Hieron.*

15. Conscientiæ ignis in inferno quantus, & quando succendetur.

lib. 6. *quia torquebuntur à propria conscientia, & facies habebunt combustas eo igne, quem sibi succenderant, vnusquisque stupebit ad proximum suum, videns eum in eisdem esse tormentis, quibus ipse cruciatur.* Egregiè dictum: exustionem, quam impij patientur ab eo futuram igne, quem ipsi succenderant, à peccatorum nempè igne, in fornace reseruato conscientiæ, dum hîc ipsi manebant, qui posteà in inferno erumpens, & ab ipsa conscientia foras expulsus, miseros succendet, ipsos vastabit, ob quem dolorem manus dissoluentur eorum, & cor tabescet, & contereutur, torsiones, & dolores tenebunt eos, semper, continuè, & sine intermissione, vt parturientes dolebunt, non recipientes ex statu miserrimo sociorum consolationem, quos in eâdem videbunt pœna, sed stuporem, admirationemque, quia iuxta Prophetæ Sanctissimi dictum: *Vnusquisque ad proximum suum stupebit.* Quos omnes dolores, afflictiones, angustiasque vna eorum conscientia pariet, & vna erit illa, quæ in infinitum eos torquebit, & vastabit: vnde cùm Propheta dicat, *propè esse diem Domini*, & per talem diem Hieronymus intelligat mortis diem, meritò per vastitatem debet intelligi conscientiæ tormentum, & ruina, quæ omnes suprà enumeratos affectus parturiens, occidet miserum peccatorem, &

16. Deus peccatores conuincet in iudicio statuendo cor ipsorũ ante ipsosmet.

sola conuincet ad condemnationem, conuincet, inquam, sic, vt obmutescere faciat miserum coram illo tremendo iudice, qui ad ipsum conuincendum non alios testes adhibebit, quàm ipsammet conscientiam, & ipsum peccatoris cor; vnde nil aliud ad proferendam adhibebit sententiam, quàm ante oculos eius illud constituere, illique præcipere, vt intueatur, & videat.

3. Reg. 2. 44.

Enimuerò Salomon aduocans ad se impium subsannatorem Semeium, Reg. 3. c. 1. nu. 44. dum sententiam mortis in illum ferre intendebat, sic eum allocutus est: *Tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo, reddidit tibi Dominus malitiam tuam in caput tuum.*

17. Salomon vt Semeiũ condemnauit.

Quæ verba ita illum obstupidum reddiderunt, vt nec mussitare quidem contra Regis ausus sit sententiam, magis à propria conuictus conscientia, proprioque corde, & à malo, quod perpetrauerat, quàm ab aliquo alio teste, vnde occisus nullo reclamante, illumque defendente. Sic certè in die mortis, obitusque peccatoris, duo tantùm verba iudex ille tremendos illi indicet, & non amplius, duo tantùm, & eos omnes cõuincet: dicet quidem,

18. Christus quæ verba malis in iudicio dicet.

Vos nostis omne malum, cuius vobis conscium est cor vestrum, & quod fecistis, non Dauid, sed Deo sanctissimo patri meo, ponet ante eos cor ipsorum, faciet, vt velint, nolint, introspiciant, & videant, ex qua visione miseri se ipsos condemnabunt, abominantes, & vltra quàm dici potest, seipsos exhorrentes, non valentes iussionem Principis excusare, sed timentes, trementesque venient, vt inquit noster Sapiens: *In cogitatione peccatorum suorum timidi.* Contra quos ex aduerso ipsâ assistentiâ, validè illos traducent, conuincent coarguent, palàm declarabunt, & ante omnium oculos ponent, semperque sustinentes secum tormentum suum, iuxta illud Ezechielis cap. 16. num. 52. quo mandatur ciuitati peccatrici, vt portet confusionem suam. *Ezech. 16. 52.*

Sept. *Ergo & tu porta confusionem tuam.* Locum Septuagita legunt: *Et tu sustine tormentum tuum.* Quod tormentum? conscientiæ tormentum intelligit Hieronymus ibi, quod semper secum afferent impij in eorum maiorem confusionem, & erubescentiam, non valentes se excusare, neque excusationes pertendere. vnde confusione ipsa peccatorum; & conscientia illis onerata penitus obruti, cruciabuntur ab ipsa validè, & plusquàm ab ipsismet inferni pœnis, vti diximus. Vt simul videas quàm graue tormentum sit impiis eorum conscientia, & quomodo optimè noster inquit Sapiens, quòd timidi venient in cogitatione peccatorum suorum, horrentes, sed venient, nolint, velint, & *venientes traducent eos ex aduerso iniquitates ipsorum.*

Hieron.

PARAPHRASIS.

Num. 1. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines.*

Diri certè sunt genetationis iniquæ exitus, non sic autem iustæ, nam, ô quàm pulchra est, & melior casta proles seruans virginitatem, cum virtute, ptole impura; immortalis est enim memoria illius, approbata, & benedicta à Deo, & ab hominibus.

Num. 2. *Cùm præsens est, imitantur illam & desiderant eam cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.*

Ipsa enim cùm præsens est, attrahit ad imitationem sui, & cùm absens, ad sui desiderium; triumphat enim in perpetuum coronata, vincens, & superans præmium omne humanum, & quod moris erat pugilibus dari incoinquinatis qui se abstinebant, ad hoc, vt vincerent.

Num. 3. *Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.*

Hæc autem multigena impiorum multitudo non certè erit vtilis, immò noxia, & veluti spuria vitulamina, seu stolones inutiles non tenebunt radices profundas, nec stabile, & firmum fundamentum collocabunt.

Num. 4. *Etsi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.*

Etsi ad tempus in ramis germinauerint, & aliquid viriditatis dederint, tanquam arbor infirmiter posita, à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.

Num. 5. *Confringentur enim rami inconsumati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.*

Et sicut rami inutiles confringentur; fructus enim illorum inutiles sunt, acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

Num. 6. *Ex iniquis enim somnijs filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.*

Nam ex iniquo concubitu, filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua, quando scilicet, vel à Deo, vel ab hominibus interrogabuntur.

Num. 7. *Iustus autem, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

Non sic autem iustus; nam si morte aliquando præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Num. 8. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata; Cani autem sunt sensus hominum.*

Nec veneratione senectutis hic caret, nam senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata ætas, nam cani hominis, sunt sensus, vel prudentia eius.

Num. 9. *Et ætas senectutis vita immaculata.*

Nam pro certo stabiliendum, quòd ætas senectutis est vita immaculata, & illibata.

Num. 10. *Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est.*

Nec mirum, si aliquando iustus prematurè moriatur, nam cùm Deo esset acceptus, fuit ab eo dilectus, cuius dilectionis extitit signum transferre eum à medio peccatorum.

Num. 11. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.*

Et sic raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio mundi, & eorum, quæ mundi sunt, deciperet animam illius.

Num. 12. *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.*

Nam fascinatio vanæ malitiæ, & peruersæ loquacitatis impiorum, obscurat bona, vnde ea minimè iusti cognoscere possunt, & inconstantia concupiscentiæ, seu eius continua circomuolutio, & feruor transuertit sensum, & intellectum simplicis, vnde deceptus in malum ruit.

Num. 12. *Consumatus in breui expleuit tempora multa.*

At quia iustus à Deo dilectos, breui, & magna perficiens ad culmen perfectionis consumatus peruenit, ideo complet breui, & explet multa tẽpora, quæ alius non ita diligens minimè adimplere potest, vnde non mirum, si citius eripiat eum Deus.

Num. 14. *Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: populi autem non videntes, & nõ intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia.*

Nam placita est illi anima illius, vnde properauit educere illum de medio iniquitatum, non dissentiente ipso iusto, immo summis votis illud expetente, populi autem, qui hoc non intelligunt, nec considerant, nec ponunt in præcordijs talia, mulctabuntur.

Num. 15. *Quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus super electos illius.*

Mulctabuntur quidem; quoniam nescierunt Dei gratiam, & eius misericordiam in sanctos eius, & inspectonem ad curam super electos illius.

Num. 16. *Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consumata longam vitam iniusti.*

Iustus autem mortuus aut moribundus comparatione suæ vitæ condempnat in hac, & in altera viuos impios, & iuuentus celeriùs consumata longam iniusti vitam.

Num. 17. *Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.*

Mali enim videbunt sapientis finem, sed obcæcati non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus, idest securum reddidit per mortem.

Num. 18. *Videbunt, & contemnent eum, illos autem Dominus irridebit.*

Non solum videbunt, sed irridebunt, & contemnent, Deus autem illos irridebit.

Num. 19. *Et erunt post hæc decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur, & erunt gementes, & memoria illorum peribit.*

Et sic post talia perpetrata turpiter corruent, & sine honore morientur, consepulti in inferno in perpetuum; disrumpet enim illos Deus in morte mutos, & pronos ob ruborem, & à fundamentis eradicabit illos, & remanebunt sine vlla penitus consolatione gementes, & afflicti, quorum memoria omninò peribit.

Num. 20. *Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.*

Et tunc venient in disceptatione peccatorum suorum, & quid fecerint, timidi pensitabunt, & ipsorum conscientia ex aduerso stans, planè conuincet illos, ita vt nihil amplius respondere possint.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT V.

Capitis Argumentum, & Diuisio.

SEQVITVR Sapiens in hoc præbere capite rationem, immo explicare perbreuem illam, quam in superiori dederat capite, nempè cur mors iusti præponenda impiorum sit vitæ, quia nempè in vltimo differens erit iudicio vtriusque sors Et sic hoc caput in tres diuidirur partes. In prima ponit Sapiēs deceptionem malorum de morte iusti. Iuxta illud, *tunc stabunt iusti.* In secunda veritatem præmiorum, quæ mortem iustorum sequitur, iuxta illud, *iusti autem, &c.* In tertia cur mali impingere contra iustum non potuerunt, quia nempè iustus in Dei est protectione, iuxta illud, *quoniam dextera sua teget eos,* & ideo pro illis pugnabit.

Num. 1. *Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

PERGIT Sapiens contra impios enucleare quæ passuri sunt in die iudicij, & primum constantiam ponit iustorum tunc aduersus eos, quam summopere dolebunt & sic dicit.

Castro. *Tunc stabunt iusti, &c.* in Græco est, *iustus,* numero singulari, sed vt benè adnotat Castro interpres ex hoc vno omnes intelligens vertit in numero plurali, quem cæteri omnes expositores sequuntur.

Cantacu. Cantacuzenus hæc explicat de Christo contra Iudæos aduersarios suos, sed si nos etiam de Chri-

A sto illud intelligere velimus, moraliter illud accipiendo, non ineptè diceremus in iudicio Christum magna cōstantia, terribili ac minaci aspectu, seuereque iudicaturum tunc eos, qui illum hîc angustiauerunt, suos auferentes labores, id est animas sanguine suo redemptas, dum in causa fuerunt vt perderentur, & in manibus tenebrarum principis relicta virtute inciderent. Quod summopere percipit ipse Dominus, vt infra dicemus, sed in plurali accipiendo, in iudicio stabunt iusti in magna constantia, dum impius non leuabit caput, nec se eriget pondere peccatorum pressus, & obrutus.

1. Christus contra quos præcipue in iudicio stabit.

In magna constantia, &c. Græcè, *in multa,* Antithesis est ad impios qui tunc timidi, de qui-
B bus supra capite precedenti dixit, venturos, *in cogitatione suorum peccatoram timidi.* Pulchrè Augustinus secundo contra Gaudentium capite trigesimo septimo, contra Donatistas laudatos, quia constanter ferebant tormenta. *Absit, absit,* inquit, *vt stent cum magna constantia, cùm stabunt cum tam mala conscientia.* Ex quo datur intelligi illam dici veram in perferendis laboribus constantiam, cui est coniuncta conscientia, quæ autem iustum adiuuant in iudicio ad constanter standum fiduciamque habendam, explicat

August. 2. Constantia vera in laboribus quæ.

Lorin.

3\. Iusto quæ secorum cũ sedent in iudicio.

Lorinus; sunt enim, *Iustitia causa, purata probatio, aduocatus Christus, Spiritus sanctus, Beata Virgo, aduersariorum impotentia, amicitia, affinitasque cum iudice, beneuolentia assessoram, Apostolorum, familiaritas cum Angelis, &c.*

Lorinus. *Castro.*

Aduersus eos qui se angustiauerunt, &c. Adoersos, idest, *coram*, sic Lorinus & Castro, ita vt sola ipsa pręsentia, & constantia, ac fiducia iustorum posita tantum coram impiis eos trucidet & torqueat. Bon⁹ sensus. Quamuis etiam potest intelligi aduersus pro *contra* stabunt, contra aut aduersando, aut consentiendo iudicis sententiæ, quam contra iniquos proferet, & ei applaudendo (vt supra nos diximus) qui sensus magis placet, nam primus versu sequenti exprimitur.

4\. Malus quomodo bona eripit spiritualia.

Augast. *Bonauent.* *Carthus.* *Lyranus.*

Et qui abstulerunt labores eorum, &c. Qui irrisos scilicet & inanes eos fecerunt, contemptui, & risui eos habentes, auferentes eorum bona: de vtrisque potest intelligi, nempè de bonis spiritualibus, & temporalibus. Augustinus Ep. 50. de bonis temporalibus intelligit. Bonauentu. Carthusian. & Lyranus, de vtrisque, eripit bona spiritualia à iusto impius, dum persequens illum facit vt exemplum bonum non proficiat, & exterreantur cæteri à virtute, & sic priuat illum fructu, quem per exemplum haberet: bona autem temporalia eripit aut vi, aut iudicio, malè scilicet iudicando. De vtroque potest intelligi, & præcipuè de secundo, nam hîc libet peculiariter ad iudices, vt principes directus, ideo de modo, quo isti bona subditorum eripiunt magis intelligendus, contra quos peculiariter tunc iusti stabunt.

HOMILIA LXXXIX.

Christus Dominus graue sumet iudicium de illis, qui perditionis, aut excissionis à gratia alicuius animæ fuerunt causa.

TVnc *stabunt iusti*, siue *iustus*, vt vult Græcus Codex, per quem iustum vt in litera diximus, dum Christum Dominum nostrum intelligimus, asserimus consequenter in iudicio ipsum constantissimè, validissiméque contra illos staturum impios iniquosque, qui fuerunt in causa, aut perditionis alicuius animæ, aut si non perditionis totalis, excisionis saltem à gratia in qua stabat, vnde per ipsos non stetit, quin perderetur, & ipse Dominus perderet & exantlatos illos amitteret labores suos. Quod quanti Dominus ipse hoc dolebit, non est qui cogitatione attingere illud possit, & sic in tremendo illo die in magna stabit constantia aduersus istos, vt pote personas, quæ eum pupugerunt in illo quod maximè dolet, nempè in fractione amicitiæ cum anima sancta, quam fractionem, siue cuius derelictionem ita ipse magnifacit, vt in ipso suo proditore, non tantum proditionem quàm amicitiæ præsentit læsionem.

1\. Christus in Iuda amplius doluit amicitiæ fractionem quàm proditionem.

Ambros.

Pulchrè equidem hoc aduotat Ambrosius libro tertio Officior. cap. 15. vbi sic ait; *Neque quisquam detestabilior, quàm qui amicitiam læserit, vnde in proditore Dominus hoc grauissimum inuenit, quod amicitiæ venenum malitia immiscuerit, vnde sic ait; Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, non dixit, tu verò seruus meus, Apostolus meus, sed vnanimis meus, id est, non mei, sed etiam tui proditor es, qui vnanimem prodidisti.* Egregiè. Plus læsionem amicitiæ dolet ipse Dominus, quando anima eum derelinquit, & peccat, quàm ipsam proditionem, ita tenax est Christus amicitiæ, vnde plus pœnæ meruit proditor ex hoc, quàm ex ipsa venditione simpliciter sumpta: nam ponamus casum, quod Christum prodidisset tantum, & non vendidisset, prodidisset inquam, vti amicus, plus certe ex hoc pœnæ mereretur, quàm si non esset amicus, & illum vendidisset, cùm plus deformitatis in se habeat ipsa proditio, quàm ipsa venditio. Vnde hoc voluit insinuare ipse Dominus dum illi ait: *Iudas osculo filium hominis tradis?* Luc. vigesimo secundo, numero quadragesimo octauo: vbi notandum, non simpliciter dixisse, *Filium hominis tradis, sed osculo filium hominis tradis*, ponderans, & exprimens ipse Dominus foras id quod intus magis debebat, proditionem nempè, plusquàm ipsam venditionem, & læsionem amicitiæ, plus quàm ipsam in manus inimicorum proditionem, vt tanto antea in eius persona de tali sit conquestus proditione eius parens Dauid Psalmo quinquagesimo quarto, numero decimo tertio dicẽs, *Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique, & si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo deambulauimus cum consensu.* Quasi diceret, vt Theodoretus exponit, *Ea quæ ab inimicis fiunt toleranda, & ferenda censemus, omnium molestissimum mihi videtur virum familiarem & concordem meum, sodalem, & conuictorem factum, & diuinarum & humanarum rerum mecum conscium, res inimicas & hostiles facere.* Quod si hoc ita se habet, quomodo putandum quod ipse Dominus indignabitur illis, qui in causa fuerunt talis proditionis, ac talis amicitiæ scissionis, quomodo eos puniet, quomodo deuastabit?

2\. Osculo tradi plus doluit, quàm si simpliciter vendidisset.

Luc. 22. 48.

Psal. 54. num. 13.

Theodore.

3\. Quæ ab amicis tolerantur molestissima sunt.

Enimuero Dauid amicus Naas Regis Ammonitarum mortuo eo, misit nuncios ad Ammon filium eius, vt sibi de morte condolerent patris, *Faciam misericordiam*, inquit, *cum Amon filio Naas, præstitit enim pater eius gratiam.* primo Paralip. decimo nono, numero secundo, qui cùm peruenissent ad eum, principes filiorum Amon stultè, & iniquè cogitantes, peruerséque officium amicitiæ Dauid interpretantes, contra ius gentium suaserunt Regi vt indecorè, indecenterque eos reciperet, & haberet. Vnde inquit scriptura, secundo Regum decimo, numero quarto, *Quod tulit Amon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum medias, vsque ad nates.* Turpe equidem atque opprobriosum ignominiæ genus. Barbam enim non solum vellere, sed quomodocumque tractare ignominiosum semper fuit habitum. Vnde prouerbium illud, *Leoni mortuo barbam vellere*, idest insultare, & illo ludibrij genere insectari. Hinc Alexander, vt ait Plutarchus in Apothegmatis Alexandri,

1. Par. 19. 2.

2. Reg. 10. 4.

4\. Barbã tangere ludibriosum.

Plutar.

cùm ignominiosum esset, si quis hostis sui A barbam apprehendisset, ne illud Macedonibus accideret, iubebat, vt milites prælium inituri barbam raderent. Quod genus ignominiæ minatur Isaias Moab, capite decimo quinto, numero secundo, Hieremias capite quadragesimo octauo, numero trigesimo septimo. Vnde barbam radere luctuosum, tristeque est, & nisi in dolore, ac funere susceptum ignominiæ plenum. Quod cùm ita sit, ad ignominiam equidem grauius, & ad pudorem acerbius, sic barbam radere, vt probro sit, & aliis prorsus irridendus quis appateat. Tales equidem videbantur legati Dauidis, dum dimidiam eis rasit barbam Ammon. Qoam iniuriam potius quàm aliam eis Ammonitæ irrogarunt, quia vt adootat hîc quidam, hoc tempore Israelitæ illud abhorrebant, tanquàm impium, quod gentibus erat vsu frequens. Nam ex lege Leuit. decimo nono, numero vigesimoseptimo, habebant, *Neque in rotandum attondebitis comam, nec radetis barbam*, & cap. 21. num. 5. *non radent caput, neque barbam.* Grauius equidem postea fuit alterum illud ignominiæ genus, præcidere nempè eorum tunicas à natibus vsque ad pedes, eo vel maximè, quia Hebræis nullus esset femoralium vsus, nisi sacerdotibus, cum operam darent sacrificiis, atque altari, vt obseruauit Lyra, ne forte dum victimis litarentur, reducta lacinia, & sublata tunica illorum appareret turpitudo, vnde eueniebat, vt decurtatis eorum vestibus illa turpiter apparerent, quæ magno satagit studio abscondere naturalis pudor. Turpiter ergo eos fœdanit Ammon, Dauid offendit grauiter, immo grauissimè, & ad hæc dum esset amicus, ob quod grauissimè peccauit, sicut eius principes, qui talis amicitiæ scissionis, fœderisque quod inter Dauid, Ammonque Regem extabat causa fuerunt, ob quod vehementer iratus mansuetissimus ille Rex ita contra eos in iram exarsit, vt non amplius Leo, non amplius Hyrcana fecisset tigris. *Popnlam*, facer ait textus capite vigesimo, *qui erat in Raba eduxit, & fecit saper eos tribulos, & trabeas, & ferrata carpenta transisire, ita vt dissecarentur, & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon.* En quale flagellum! Quis vnquam tale audiuit, vt viui homines triturarentur, & dissecarentur, sicut solet palea, & triticum, subter plaustrum, & quod mirum est, à Dauide pijssimo, mitissimoque homine? Noo equidem mirandum, quia tantæ causa iræ malum extabat, quod isti perpetrarunt, nempè amicitiæ scissio cum eorum Rege, qui eius rupit vinculum ad horum suasiooem, ex quorum consilio, & reliqua processerunt: vnde cootra istos magis iratus Dauid, quàm contra Regem ipsum, hos occidit, hos trucidauit, hos triturauit, & insuper in ipsos ferrata duxit carpenta. Sic Christus Dominus noster acrem, duram, immanem vindictam sumet de his, qui in causa fuerunt scissionis amicitiæ, quam cum anima sancta, & bona tenebat, occidet, disrumpet, triturabit. Atrocius equidem, inquit Augustinus, in Christianos delinquentes desæuiet Deus, quàm in veteres Iudæos, vt pote qui eius sunt amici, magisque beneficiis obstricti, ita vt comparatione pœnarum, quas Christianis Deus infliget malis, pessimisque, sint veluti pictæ pœnæ, quas antiquitus Iudæis infligebat, vt grauiter obseruauit sanctus in Psalm. 77. super illa verba, *Aperiam in parabolis os meum*, ponderans illa verba Apostoli, primæ ad Corinthios decimo numero quinto, *Omnia autem hæc in figura contingebant illis*, vbi Augustinus, *Nobis ergo potius ista decantata sunt, porro si ille interitus à serpentibus, & ab exterminatore illa perditio, & à gladiis trucidatio figura fuerant, sicut euidenter dicit Apostolus, quanta maiori diligentia cauenda sunt pœna, quarum figura illa fuerunt? procul dubio, quippe sicut in bonis rebus, multo amplius bonum est in eo quod per figuram significatur, quàm in ipsa figura, sic & in malis longe vtique peiora sunt quæ significantur figuris: & sicut terra illa promissionis, quò* B *populus ille ducebatur, in comparatione regni cælorum, quò populus Christianus ducitur, nihil est, ita & pœna, illæque figura fuerant, cùm fiat tam atroces, in comparatione pœnarum Christianorum quas significant, nihil sunt.* Mirum dictum. Considera pœnas, considera trucidationes, ignes, bestias, gladios, quibus Deus ad illos occidendos vsus, quæ omnia cùm consideraueris, attende respectu Christianorum pœnarum figuras tantum illas esse, non res, pictas imagines. non verè pœnas: Cuius rationem si indagaoerimus, eam reperiemus quia amplius isti acceperuot, quàm illi, & ampliori amicitiæ, gratiæque gradu donati, quàm illi; vnde ruptio fœderis, amicitiæque maior, ex quo & pœna. Quod si sic, quomodo desæuiet, & qualiter insurget in illos, qui in causa fue- C runt fœderis, amicitiæque scissionis, non vnius Hebræi, non vnius quomodolibet Christiani, sed sancti, sed perfecti? qualis erit huius pœna, qualis scissio, quale tormentum? quomodo eos scindet, & absrumpet?

Isai. 15. 2.
Hierem. 48. 37.

5. Ammō cur nūciorum Dauid barbam rasit:

Leuit. 19. num. 27.

21. 5.

6. Hebræis nullus femoralium vsus.

Lyra.

7. Dauid cur crudelis contra Ammonitarum Principes.

Ibid. c. 20

August.

1. ad Cor. 10. num. 5.

Idem.

8. Pœnæ malorum Iudæorum res pictæ sunt in comparatione malorum pœnarū Christianorum.

Audi Isaiam Prophetam, capite secundo numero decimo tertio, *Dies Domini*, inqoit, *super omnes cedros Libani sublimes, & erectos, & super quercus Basan, & super montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & saper omnem turrim excelsam, & saper omnem muram munitam, & saper omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.* Peto quid peccauerunt ista, vt talis dies Domini veniret super ipsa, dies nempè iudicij, & calamitatis, numquid aliquid contra Deum admisere, vt tantus contra ea incendij furor necessarius fue- D rit? Scio Theodoretum verba Prophetæ de vastatione intelligere Iudæorum, scio reliquos patres de die iudicij, scio tandem Procopium verba applicare ad hominum mores, *Vsurpat*, inquit, *scriptura in vniuersam naturas animantiam, & arborum, aliarumque rerum formas, ad exprimendos varios hominum mores: sic per Cedros, quæ præter cæteras procera arbor est, & infrugifera, significat homines superbos, & infractuosos, & homines quacumque ratione tumidos, & arrogantes, & dæmonas, qui elationis fuere principium, per quercus duros homines, qui vitiis obduruere, qui glandibus porcorum pabulo pascuntur, vnde quercus Basan dicuntur, id est confusionis, & pudoris, naues aspectu pulchra, leues homines appellantur, qui comam calamistris crispant, qui vultum finiunt, qui*

Isa. 2. nu. 13.

9. Deus rebus insensatis cur maledicit.

Theodor.

Procop.

10. Hominum mores quibus scriptura assimulat.

pisturant. At licet omnes boni, verique sint sensus, (ni fallor) non improbandus iste, contra Cedros, contra arbores, contra montes, colles, nauesque Deum irasci, quia suo modo contra eum peccauerunt, quando ex eis occasionem sumpsit homo peccandi, & sic ipsa fuerunt in causa vt homo contra Deum peccando fœdus scinderet quod cum ipso habebat, allectus enim homo à pulchritudine vmbræ Cedrorum, & quercus, à solitudine montium sublimium, à securitate turrium, murorumque munitorum, à diuitiis per nauium negotiationes adeptis, & tandem per id, quod visu pulchrum inspexit, Deum derelinquens, amicitiam eius deseruit, ac fœdauit, ob quod iratus Dominus magis contra ista, quàm contra ipsummet peccatorem, illa destruxit, perdidit, incendit, & ad nihilum redegit, vt pote tes illi infensissimæ, quæque maxime eum pupugerunt, & sic & Cedros, & arbores, & turres, & muros, & vt sic dicam, non montes solum, & naues, sed terram, mareque propemodum absorbet in ira, atque consumit.

Quapropter adnotandum, hanc inter cæteras fuisse causam, vt liberaturus Deus populum suum per manus Gedeonis, primum, quod ei
Iud. 6. nu. 25. indixit, destructio fuit luci Baal, Iudic. sexto numero vigesimo quinto, *Tolle taurum, destruesque aram Baal, & nemus quod circum aram*
11. *Deus cur Gedeoni mandauit aram, lucumque destruere Baal.* *est succide.* Quid fecerat nemus, vt ab ipso Dei iudicium incipere deberet? nunquid aliquid contra Deum commisit? commisit equidem, quia homines sua allectauit vmbra ad sacrificandum idolo, & ad Deum, amicitiamque eius deserendam, vnde licet homines Israelitæ peccassent, non eos destruxit, sed id quod in causa fœderis, ruptionisque fuit amicitiæ,
Theodore. *Quia*, vt inquit Theodoretus, *eos Deus ab errore ad veritatem traducebat, propterea tum aram illius euerti, tum etiam lucum abscindi precepit, iudicium incipiens ab ocasione erroris.* Quodcùm ita sit, & tantum Dei contra inanimata excandescat furor, quæ re vera nihil fecerunt, sed malitia peccatoris fuit eius mali causa, qui earum peruertendo vsum, ad mala eis cùm ad bona deberet, est vsus, & tamen Deus ita contra ea irascitur, quia saltem materialiter præbuerunt peccandi ansam. Quid faciet, quæso, cum illis qui reuera sunt causa peccatorum, animarumque ruinæ? quomodo succidet? quomodo perdet?

Iud. 8. nu. 27. *Fecit Gedeon*, inquit scriptura Iudic. octauo numero vigesimo septimo, *Ephod*, genus quod-
12. *Ephod quid.* dam vestimenti sacerdotalis, quod dicitur superhumerale, super quod ponebatur Rationale, quo genere vestimenti illicitum erat vti extra locum sacrum, & vbi non manebat arca. *Fecit ergo Ephod, & posuit illud in ciuitate sua*
13. *Cur Ephod in domo sua posuit Gedeon.* *Ephra.* In quo facto peccauit, vt inquiunt omnes Doctores, quod tamen in domo sua posuit, vt inquit Theodoretus, quia cùm per illud reuelaretur quid facto opus esset, Gedeon cum
Theodore. esset Princeps, & dux exercitus, cognoscere per Ephod satagebat, quid agere deberet, quæ sententia vera est. Nam hoc mirabile tenebat
Iosephus. Ephod, vt inquit Iosephus tertio Antiquitat. capite quinquagesimo secundo, *Quod per duo-*

A *decim lapides quos supra pectus Pontifex in Ephod, ac Rationali sutos portabat, victoriam pu-* 14. *Eius mirabiles effectus.*
gnaturis Deus pronunciabat, tantus enim splendor fulgebat in eis, cùm nondum exercitus moueretur, vt omni fieret multitudini manifestum eorum auxiliis adesse Deum. Vnde desiderio indiscretaque motus deuotione illud fecit, & apud se tenuit, & tamen sacer ait textus, *quod factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Mirum, vt tanti vnum punitum sit peccatum simplicitatis, indiscretæque deuotionis, & insuper patratum ob desiderium non errandi, ita vt destrueretur domus eius tota. At non mirum rationem indagantibus, inueniemus enim tale Ephod occasionem fuisse scandali, ruptionisque fœderis, amicitiæque, quam populus ille cum Deo habebat. Nam vt inquit Scriptura, *fornicatus est omnis populus cum* 15. *Cur Deus Gedeoni iratus ob eum.*
B *eo*, quatenus ad Deorum cultum offerendum eo vsus, quia ad manus exstabat. En ratio: vnde iratus Deus contra Gedeonem, vt pote talis causam scandali, & ruinæ, percussit, funditusque totam eius deleuit domum. Quod si sic Deus irascitur, quando simpliciter, bonaque fide ac intentione aliquis causa est scandali, & peccati, & insuper si sic irascitur contra amicum, & per quem tanta ipse operatus magnalia, quid, quæso, aget contra inimicos, & quomodo contra eos irascetur, qui non simpliciter, non ignoranter, sed malitiosè fuerunt in causa ruinæ animarum, earumque perditionis? Si lætitiam tantum peccatoris de sanctorum casu ita Deus seuerè punit, vt per se ipsum eam vindicare velit, quid faciet quando 16. *Malorum lætitia de iusti casu quàm acriter Deus castigat.*
C peccator, non solum de ea gaudet, sed est eius causa? Ezechielis vigesimo quinto, numero secundo. *Dices filiis Ammon*, præcipit ei Dominus, *pro eo quod dixistis, euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est; idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, &* *Ezec. 25. num. 2.*
collocabunt caulas suas in te. Quem locum exponens Diuus Hieronymus inquit, *Hoc super* *Hierony.*
vnumquemque sanctiorum intelligi potest, ad quorum ruinam gaudent sæculi homines, si multi temporis perdiderunt pudicitiam, dum mali consolationem suorum scelerum putant, si plures habeant consortes criminum, atque suplicij, propterea ipse Dominus non per Angelos, neque per alia ministeria, extendet manum suam ad percutiendum, vnde tradet terra Ammon in
D *direptionem, vt de populorum numero eradicetur, & pereat, & redigatur in nihilum.* Mira verba, vt tanti faciat Deus lætitiam tantum de sanctorum casu, de animarum ruina sanctarum, vt per seipsum, non per Angelos velit tales punire, penitus eradicare, & ad nihilum redigere. Quid ergo faciet quando peccator non solum lætatur, sed animarum est causa ruinæ?

Animarum dixi, & apposite, nam si Deus 17. *Causa animarum ruinæ cur acriter punietur.*
dans legem, ac mandata populo suo, non solum pœnam constituit illis qui erant causa perditionis alicuius vitæ hominis, sed etiam cuiusuis animalis; vnde Exod. vigesimo primo, *Exod 21. 30.*
numero trigesimo, mandat quod, *Siquis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut asinus in eam, red-*

18. Animam pro anima dabit.

det Dominus cisterna pretium iumentorum. Cuius ratio quia in causa fuit talis mali, quia cisternam non operuit vt debuisset, vnde etiam si casu, fortuitòque cecidissent illa animalia, pretium debebat & pœnam. Si tanti ergo hoc facit Deus, vt peculiarem legem contra talem iussérit promulgari, quid putamus faciet, & qualem vindictæ legem promulgabit contra eos, qui sunt causa perditionis non animalium, sed animarum? *Si dentem pro dente, oculum pro oculo, pedem pro pede, manum pro manu, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore soluere tenebatur*, qui vnum malum ex prædictis contra proximum operabatur, vt habetur eodem capite numero vigesimo tertio: Quid reddet illi, qui non oculum, non dentem, non pedem, non manum perdidit, sed animam pretiosam, & Altissimi sponsam, qui eam non igne corporeo combussit, sed spirituali, & comburendam tradidit infernali, qui liuidam eam facit non percussione, aut baculo, sed liuore peccatorum, quomodo contra hunc irascetur Dominus? qualem pœnam luet? nonne dixeris quod animam pro anima?

Ibidem. num. 23.

19. Quàm grauemalum ruinam esse animæ spiritualis. *Ibidem. n. 21.*

Et præcipue si anima, cuius ruinæ est causa, in se formatum habebat Christum, si natum in ea, si sponsa, & eius amica. Attende legem in eodem Exodi capite numero vigesimo primo, *Si litigauerint*, inquit, *duo viri, & percusserint mulierem pregnantem, & abortiuum fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint; sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima.* Quem locum sic legunt Septuaginta, *Sin autem rixentur duo viri, & percusserint mulierem in vtero habentem, & exierit infans eius non formatus, mulcta mulctabitur pro vt indixerit vir mulieris; si autem formatus fuerit, dabit animam pro anima.* Quem locum expendens Origenes homilia decima in eodem capite sic ait, *Mulier pragnans dicitur anima, quæ Dei verbum concepit. Si hac mulier verbum fidei, quod tenuiter conceperat, abijciat, & perdit, qui scandalizauerit damnum patietur, quod si formatus fuerit infans, id est, si verbum Dei clarius, id est firmiter, & non tenuiter*, quod proprium animarum sanctarum est, *Verbum fidei concepit, hac si scandalum passa fuerit retro post Sathanam, animam pro anima dabit in die iudicij apud eum iudicem, qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.* Tremenda, formidabilisque sententia, animam dabit, quia animam sanctam perdidit, nisi eam recuperare procuret, vt idem ait Origenes dum loquit; *Vel certe illud aptari potest, vt qui sibi conscius tanti scandali fuerit, ponat animam suam pro anima illius quem scandalizauerit, & vsque ad mortem det operam, quomodo redeat, quomodo reparetur, quomodo restituatur in bono.* Quod si non fecerit, nonne erit anima eius pro illa quam perdidit, nisi misericordia diuina iustum Dei non mitiget zelum, iustumque à Christo contra talem conceptam iram non placauerit, cùm plus, &

70.

Origenes.

20. Quid facere debet, qui talis fuit causa ruinæ.

A grauius peccet, qui causam peccati præbet, quàm qui ipsum peccatum committit, vt inquit idem Origenes homilia vigesima quinta, in caput trigesimum primum Num. Vnde grauius in hunc, quàm in ipsummet peccantem merito Dei ira desæuit, ac excandescit.

Origen.

21. Deus plus irascitur contra causam scandali, quàm contra peccantem ipsum.

Hoc equidem videre est in facto illo Madianitarum, qui in causa fuerunt vt populus Dei rumperet fœdus, amicitiamque scinderet cum ipso, idoloque Moab, Beelphegor nempè, se manciparet, ac subderet, vt habetur apud Numeros, capite vigesimo quinto, quam gentem ob hoc ita exosam, contrariam abominabilemque Deus habuit, vt noluerit quòd Moyses prius ad patres se reciperet suos, quàm hanc vlcisceretur noxam, *Locutusque est Dominus ad Moysem dicens, vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum*

Num. 25.

22. Madianitæ curà Deo tantum odio habiti.

Num. 31. 2.

B *tuum.* Numero trigesimo primo, numero secundo, quæ vltio ita dira extitit, vt quia populus lumine ductus naturali, natiuaque motus compassione, noluerit infantes occidere, sic contra eos sanctus, mitissimusque excanduit Moyses, vt præceperit illico omnes penitus necari. *Iratusque Moyses Principibus exercitus, tribunis, & centurionibus qui venerant de bello, pracepit eis dicens, cunctos interficite, quidquid est generis masculini, etiam in paruulis.* Quod vt adnotat quidam hîc singulariter, in hoc bello gestum est ex præcepto Domini, vt pote contra gentem valde illi exosam, abominabilemque, ita vt nec vnum ex eis superstitem permiserit, ita acriter eorum offensam tulit, & sic contra eos iratus

Cornelius.

C est: nec equidem mirum, quia contristarunt validè Spiritum sanctum eius, & ad iracundiam eum prouocauerunt, dum populum suum ab eo abstulerunt, & vt pacis fœdera cum ipso abscinderent maliciosè operati sunt: quapropter exterminauit, disrupit, ac penitus eos exinaniuit. Quod equidem similiter faciet Deus cum illis, qui causam præbent ruinæ animarum, qui à vera Religione, sanctitatisque vita eas abstrahunt, qui ad vomitum eas redire faciunt, qui tandem in Beelphegor, hoc est, in concupiscentiæ Deo, quod sonat Beelphegor, eas initiantur, idest consecrare adigunt, aut suasionibus, aut obsecrationibus, aut terroribus. Miseri heu! quàm horrendum iudicium de eis sumet Deus, vt pote de illis qui ipsum angustiauerunt, & eius abstulerunt labores, vt inquit noster Sapiens. *Et qui,*

D *&c.*

Numerus 2. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis.*

COMMEN-

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

DVobus modis numero diximus antecedenti, quòd iusti stabunt aduersus iniquos, primò applaudendo iudicis sententiæ, secundò coram ipsis suam ponendo constantiam, ac maiestatem: quem modum nunc pergit Sapiens enarrare, quem exaggerat ex percussione timoris, quem iniquis solus aspectus inferet iustorum, vnde ait,

Videntes,&c. Non solum visu, sed mentis intelligentia, videbunt tunc maiestatem iudicis, beatorum gloriam, miseriam suam. Græcè est præteriti temporis, id est, *post visos turbabuntur, &c.* sicut è contra iustos recreabit miserum damnatorum spectaculum.

B

Timore horribili,&c. Græcè, acri, summo, ob iudicis maiestatem, & securitatem.

Mirabuntur,&c. Stupescent, de statu mentis eijcientur, patientur extasim.

In subitatione insperatæ salutis, &c. in paradoxo, scilicet, & inopinatione salutis iustorum, minimè expectata, nec opinata ab illis, & admiratio erit tum in breuitate temporis, qua vident iustos salutem consecutos, tum in magnitudine, & quantitate salutis, & gloriæ. Hunc sensum sequuntur Interlinealis, Hugo, Bonauent. Carthusianus, qui placet, nam magni, & improuisi casus exanimant, & in stuporem vertunt homines. Lege Lorinum hîc.

Interlin. Hugo. Bonau. Carthus. Lorin.

C

HOMILIA XC.

Potentia & maiestas Christi in iudicio terribilem incutiet malis timorem.

VIdentes, inquit noster Sapiens, *turbabuntur mali*, in illa horrenda die, & turbabuntur, *timore horribili*, tum ob incredibilem iudicis maiestatem, tum ob maximam iustorum gloriam, quæ eos validè torquebit, vt post dicemus. Timebunt ergo, & pauebunt ad aspectum illum terribilem, corruent, decident, & expauescent.

D

Enimuerò Daniel sanctus, & iustus, visionibus assuetus diuinis, Deo charus, Angelisque eius, apparuit tamen ei semel Angelus quidem in forma viri, quo viso sic expauit, & decidit, vt nil virium amplius in ipso remaneret, Dan. 10. n. 8. *Ego autem*, inquit, *relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium, & audiui vocem sermonũ eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus herebat terræ.* Tanta formido! tanta exinanitio! tanta depressio ob vnam Angeli visionem! qui non ad incutiendum terrorem venerat, sed ad eius complendum desiderium, & adeo timuit non quilibet vir, sed sanctus, Angelorumque amicus, eorum conuersa-

Dan. 10. 8.

1. *Daniel vt expauit ad Angeli visionem.*

A

tionibus continuè assuetus. Quid ergo faciet terror maiestatis illius diuinæ, quando eum videbunt non sancti, non amici, sed peccatores, & inimici? qui non ad eos consolandos, sed ad terrendos, & debellandos veniet? *Si vir ille iustissimus*, inquit Chrysostomus hom. 4. de incomprehensibili Dei Nat. tom. 5. *qui tantum apud Deum valebat, conspectum non tulit Angeli, qui verò tam ab illius virtute longè absunt, quomodo non Angelum, sed ipsum Dominum Angelorum perquirent, atque sustinebunt?*

2. *Terror Christi in iuditio ex eius aspectu quantus. Chrysost.*

Ecce venit, inquit Malach. Propheta cap. 3. nu. 2. *& quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum?* Vbi Hieronymus, *Si cogitare præ potentia maiestatis eius nemo potest ferre, quis poterit visum?* Et præcipuè peccatores, qui tunc sic à maiestate opprimentur illa vt totis se viribus abscondere procurabunt, nec poterunt, *Introibunt*, inquit, *in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram*, Isai. 2. num. 19. Introibunt, desiderio namque, & anxietate, durius ipso inferno iudicantes ante gloriam illam maiestatis filij diuinæ, vt inquit Chrysostomus hom. 5. in ca. 3. epist. Paul. ad Rom. & nos suprà cap. 3. num. 18. in hom. ob hocque, vt Saluator ait, *Dicent montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos*. Luc. 23. num. 30. non valentes sustinere illam, horrentes, expauescentes, morientes.

Mal. 3. 2.

Hieron.

B

3. *Mali in iudicio à præsentia Christi fugere satagent & non poterunt.*

Isa. 2. 19.

Chrysost. Paul. ad Rom. 3.

Luc. 23. 30.

C

Qualiter putandum tunc affutura illa Maiestas? quanta maiestate tunc Dominum descensurum? incredibilis, incomprehensibilis certè erit, & vltra sensum, vltra æstimationem, vnde non mirum si turbabuntur, ac inimici pauescent eius. Destructionem equidem Hierusalem Deus volens ostendere Is. cap. 6. vt vult D. Hieronym. Cyrillus, & S. Thom. cum tanta illi maiestate apparuit, vt maiorem imaginari non possit, apparuit namque in excelso, eleuatoque throno, vbi notandum otiosam non existere ingeminationẽ illam *excelsum* nempe, & *eleuatum*, vt volunt Doctores: significat enim aliquid augustius, & præter imaginationem hominũ eleuatius: Apparuit etiam cum regalibus fimbrijs, & latinijs, tam amplis, magnisque vt ipsæ solæ totũ replerent templum, quæ simul tantæ erant maiestatis, vt vbi nos legimus, *Et quæ sub ipso erant replebant templum*, Septuaginta legunt, *& plena domus erat gloria eius.* Et adhuc apparuit in medio Angelorum ex suprema acie selectorum, *Et Seraphim stabant*, qui licet tam sublimes, & excelsi, tamen à maiestate illa deuicti diuina, suam velabant faciem ne opprimerentur, qui veluti stupentes, trementesque, augustissimam illam conclamare cœperunt maiestatem, eiusque sanctitatem, talibus clamoribus, vocibusque, *Vt superluminaria cardinum commota sint à voce clamantis.* En quanta maiestas ad solam vnius ciuitatis repræsentandam destructionem, qualis, quæso, erit illa, quando veniet non ad repræsentandam destructionem, sed ad destructionem, non vnius ciuitatis, sed totius orbis, & ad debellandos, iudicandos, perdendos peccatores? quis poterit stare tunc coram eo? aut quis tunc sustinebit? Si enim sanctus Propheta

4. *Maiestas Christi in iudicio inimaginabilis.*

Hieron. Cyrill. S. Thom.

5. *Deus cur maiestate plenus Isaiæ apparuit.*

D

6. *Isaiæ peccatum, & pollutio in quo stabat.* *Hieron.*

Isaias Dei amicus, & talis, sic expauit, vt illico clamare cœperit. *Va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum.* Quæ pollutio non equidem ex peccato venerat commissionis, sed tantum omissionis, quod leuius, vt putat Hieronymus epist. 141. ad Damasum, quia non repræhenderit Oziam in templo irruentem, *Quantum ego arbitror Isaias*, ait, *quia Oziam in templo irruentem non corripuerat, nec iuxta Heliæ exemplum libera voce impium designarat, labia habebat immunda*: & tamen si exclamat, pauet, & timet, etsi non ad iudicium tunc venerat Deus. Quid ergo tunc facient homines non iusti, non sancti, sed peccatores, & iniqui, & qui non tantum labia, sed cor, sed omnes potentias, sed animam pollutam, fœdam, turpissimam, obtinent, non tantum omissionis, sed commissionis grauissimis peccatis, & si clamantibus tantum in illa visione Angeli, *Commota sunt superliminaria cardinum*, seu vt volunt Septuaginta, *Superleuatum est super liminare*: quid erit peccatoribus quando non ab Angelis, sed ab Angelorum Domino, & ab ipsa maiestate descendens audierint tonitruum illud grande, *Ite maledicti in ignem æternum*? Nonne commouebuntur? nonne turbabuntur? nonne arescent, & exsiccabuntur, à tanta oppressi maiestate, à tanta territi altitudine? si iusti etiam tunc timebunt, quid facient peccatores?

Enimuerò descensurus Dominus vt legem daret populo suo, antequam descenderet, iussit primum Moysi, vt illum sanctificaret, deinde vt cunctis præciperet ne montem tangerent, neue propius accederent, & tamen cùm sic expiati, ac præparati essent, cum tanta gloria, & maiestate Dominus descendit, vt etiamsi inter eos & Dominum Moyses ipse staret, ob quod nil timere poterant, tamen ita

7. *Moyses Dei maiestatem descendentem ad ferendã legem timuit.*

eos perculit, ac illa perterruit maiestas, vt nollent Dominum audire loquentem, mortem iamjam extimescentes, si audirent. Vnde & Moysi dixerunt stantes procul, ac pauore oppressi, vt inquit Scriptura, *Loquere tu nobis & audiemus, ne loquatur nobis Deus, ne fortè moriamur*, Exod. 20. Immo, quod maius, tanta erat illa maiestas vt etiam & ipsimet Moysi terrorem, timoremque incuteret. Vnde dixit, vt ait Apostolus ad Hebr. 12. num. 21. *Exterritus sum, & tremebundus*, & tamen vt amicus descenderat Dominus, & non ad iudicandum, sed ad eos instruendos, quo non obstante, cum tanta venit maiestate, vt eam minimè tolerare possent homines lustrati, & purificati, amicique, immo & eius amicus. Quod si sic, dic nunc mihi quando, vt inquit Origen. homil. 9. in libr. Num. *Veniet filius hominis vt alter Aaron inter mortuos, viuentesque constitutus, statuetque oues à dextris, hædosque autem à sinistris*, & veniet non ad docendum, sed ad iudicandum, non ad proferendam legem, sed sententiam, quando non vt pater, sed vt iudex terribilis, quando non filijs, & iustis, sed inimicis, & peccatoribus apparebit, cum quanta maiestate veniet, & quantum horrorem, ter-

Exod. 20. 18. *Apost. ad Heb. 12. 21* *Origen.*

A roremque incutiet? quis vnquam imaginatione illud attingere poterit, & quis, quæso, stabit tunc coram illo, de cuius facie ad terrorem incutiendum, non ignis, sed fluuius erumpet igneus?

Daniel. 7. n. 9. 8. *Maiestas Christi in iudicio ignea, & huius rei ratio.*

Aspiciebam, inquit Daniel. 7. num. 9. *donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Terribilis, ne dicam horribilis maiestas, tota ignea, flammarum globis cincta, thronus ignis flammarum, totæ ignis accensus, facies non solum ignea, sed emanatio ignium, quis quæso eam sustinere poterit? quis videre illam? *Thronus eius flamma ignis*, inquit Hieronymus hic, *vt peccatores tormentorum magnitudine pertimescant, & iusti fulgeantur, rota eius ignis accensus, siue currus vt* B *in Ezechiel, & omnia eius flamea sunt, vt lignum, fœnum, stipulam arsura in die iudicij nouerimus.* Vbi hoc postremum Hieronymi verbum pondero, omnia, inquit, tunc in iudice flammea esse, thronum, rotas, currum, faciem, & hoc vt lignum, fœnum, stipulam vrat, & consumat, hoc est peccata, peccatoresque. Qualis ergo erit illa maiestas, quàm terribilis, quàm formidabilis, quæ sic descendet igneos euomens globos, non tantum vt videatur, sed vt peccata peccatoresque exurat, plus miseri, infœlicesque ab hoc diuino exusti, quàm ab ipso inferni igne. Attende peccata eorum, considera multitudinem, grauitatem, pondus, supplicijque dignitatem, par eis debet esse ignis exurens, ac deuastans. Quantus ergo erit ille, quàm magnus, quàm ingens, & C quàm demum formidabilis homo ille, à cuius facie talis procedet ignis, si aspectus vnius hominis irati ita expauescere solet cor, vt penitus deficiat, & corruat, qualis ille erit aspectus non hominis, sed Dei irati?

Hieron.

Ester. 15. num. 10. 9. *Esther Reginę timor vmbra timoris peccatorum in die iudicij.*

Enimuerò Regina Esther, ita ab Assuero dilecta, vt præ reliquis fœminis hanc solam adamarit, tamen aspiciens eum semel iratum, corruit ipsa, & defecit, Esther. 15. nu. 10. *Cumque eleuasset faciem*, nempe rex, *& ardentibus oculis furorem peccatoris indicasset*, regina corruit, corruit regina & vxor, corruit & exanimata est, & tamen furor contra eam Regis non nisi ob vnum excitatus erat delictum, & ita non erat amplius, quàm vnius hominis, eam non nisi per oculos spirantis. Quid ergo facient tunc peccatores miseri, non Reges, sed viles homunculi, non chari, sed odiosi, & inimici, non ob vnum sed D ob infinita condemnati peccata, dum videbunt contra se iratum, non hominem, sed Deum, non furorem per oculos tantum spirantem, sed per thronum, per rotas, per faciem, & furorem, veluti rapidum, igneumq; torrentem. Deus bone! quis tunc talem, tantamque sustinere terribilem poterit maiestatem?

10. *Assueri maiestas figura Christi maiestatis in iudicio.*

Sed age nunc, consideremus quæ erant illa, quæ sic terribilem Assuerum faciebant, ita vt corrueret Regina. *Residebat*, inquit Scriptura, *super solium regni sui indutus vestibus Regijs, auroque fulgens, & pretiosis lapidibus, & ideo erat terribilis aspectu.* Et si Reginam inquiramus, quid vidit, vt corrueret,

respondebit, quia Regem vidit quasi Dei Angelum, *Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ, valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum, quod dicens rursus corruit.* Ergo aurum, pretiosi lapides, Angelus, & facies plena gratiarum fuerunt in causa tanti timoris. Qualem ergo, quæso, tunc timorem maiestas illa incutiet diuina, non auro, & gemmis, sed igne circumdata, spirans flammas, igneosque globos, & non Angelus, sed ipsemet Rex Angelorum, faciem contra peccatores non plenam gratiarum, sed minarum, terribiliter contra ipsos inflammatam, succensamque habens, nonne ante gloriam tantæ corruent maiestatis, nonne decident, nonne maius tormentum illis talis erit maiestas, quàm ipsæmet inferni pœnæ, in quibus tunc tunc si possibile eis esset, ante abscondi vellent, quàm fulgorem coruscationemque illam pati diuinam.

11. Adam cur Deum timuit.

Gen. 3. n. 8

Enimuerò peccauit Adam, & illico *Vt audisset vocem Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradisi*, Genes. 3. num. 8. Vnde, quæso, illi tantus timor? nonne placidè, suauiterque Deus loquebatur, quasi homo leniter ad auram post meridiem deambulans? ergo cur timuit? non alia equidem ratione, nisi quia peccauit. Ergo ob vnum tantum peccatum patratum sic timuit, & timuit Deum loquentem, & ambulantem tantum. Quid, quæso, facient, aut quomodo miseri timebunt peccatores, qui conscientiam onustam propemodum infinita peccatorum multitudine habebunt, & qui Deum non tantum ambulantem, & loquentem audient, sed in summa stantem maiestate, in altissimoque sedentem throno, contra eos non voce, sed tonitrua spirantem, quis resistet tunc? aut quomodo non corruent, & decident? O quàm ergo bene

Chrys.

sanctus dixit Chrysostomus homil. 5. in cap. 3. epist. Pauli ad Rom. malos tunc electuros gehennæ pœnas, potius quàm contra faciem stare iudicis, dum enim terrefacere suos satagebat auditores, & præstare illud ex reuelatione peccatorum intendebat, animaduertensque altiorem adesse timoris rationem, maiestatem nempe iudicij, sic ait. *Enimuero, proh dolor! vnde nam ipse territare vos cogor? nempe ab hominum opinione, cùm id facere conuenientius fuerit ab ipsius Dei, tum terrore, tum condemnatione. Quid enim obsecro te, tūc facturi sumus, cùm vincti, frendentibus in exteriores tenebras dentibus adducemur, seu potius quid facturi simus (quod ipsum omnium terribilissimum est) cùm Deum offendemus, illique occurremus? nam si quis est qui sensu, ac mente præditus est, is certè gehennæ pœnam tolerare malit, quàm aduerso Deo stare.*

12. Facies Christi malis ipso intolerabilior inferno in die iudicij.

O quomodo decepti viuunt nunc miseri peccatores hæc non attendentes! Nunc equidem Dei parui faciunt iudicium, nunc pro nihilo ipsam Christi ducunt personam, quia humiliatum eum aspiciunt, denudatum, in cruce pendentem, capite inclinatum, vnde non cogitant, nec eius attendunt maiestatem, veniet tempus, quando ante faciem maiestatis eius corruent, decident, miserabiliterque cadent.

13. Deceptio peccatorū in apprehensione Christi.

1. Reg. 14. num. 13.

Ionathas enim Israelis Princeps, 1. Reg. 14. num. 13. ascensurus ad castra incircumcisorum, inquit Scriptura, quod *Ascendit manibus, & pedibus reptans*, quem Philistæi aspicientes, & cum despicientes, dixerunt, *Ascende ad nos*, qui ascendit humiliatus, reptans, humilis, & magno labore scandens. At verò postquam ascendit, & eleuans se, incircumcisis illis faciem ostendit suam, terribiliter intuens eos, *Alij*, sacer inquit textus, quod, *cadebant ante eum, alios armiger eius interficiebat*, non valentes humilis Ionathæ sustinere faciem. Sic certè miseris eueniet peccatoribus in illa die, nunc humilem Christum crucifixum ipsi derident, per Ionatham scopulos ascendentem significatum, vt inquit Lyra in Glossa Morali dicens, *Per Jonatham qui columba donum interpretatur, Dominus Jesus Christus significatur, ad modum columbæ carens amaritudinis felle: per hoc autem quod Ionathas ascendit scopulos, significatus fuit ascensus Christi in cruce per clauos.* Nunc hunc cæli principem, qui in cruce pendens manibus, pedibusque inclauatus, reptauit tamen, & ad cælum peruenit, paruipendunt, & pro nihilo ducunt dicentes, *Veniat dies Domini*: veniet, veniet, & cadent tunc, quando eleuans faciem ipse suam, & in throno sedens maiestatis, aspiciet eos, tunc enim ab eius gloria altitudinis oppressi, non valentes eam ferre, corruent, decident, retrorsum abibunt, & præ confusione pœnæ ab eius obruentur fulgore maiestatis.

14. Ionathas ad Philistæos, ascēdens figura Christi in iudicio.

Lyra.

Si enim vna vox humilis Christi sic suos deiecit persecutores, vt omnes simul eam sustinere non valentes abirent retrorsum, quid eius tunc maiestas faciet? vt grauiter dixit Gregorius Magnus lib. 9. Moral. cap. 21. *Quàm incomprehensibilis sit, atque inconsiderabilis illa magnitudo*, inquit, *qua in secunda ostensione venturus est Christus: bene vtcumque perpendemus, si primi aduentus pondera sollicita consideratione pensamus: cùm enim moriturus diceret, Quem quæritis? & vocem solummodo mitissimæ responsionis ederet dicēs, Ego sum, armatos persecutores suos protinus in terram prostrauit; quid ergo facturus est cùm iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos perculit, etiam cùm iudicandus venit? Quod est illud iudicium quod immortalis egerit, qui in vna voce non potuit ferri moriturus, quis eius iram toleret, cuius & ipsa non potuit mansuetudo tolerari?* Nil equidem aptius. Timebunt, horrebunt, & sicut ibi post Ionathæ ascensionem, inquit Scriptura quod *Factum est miraculum in castris per agros, & quod omnis populus stationis eorum qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata est terra.* sic pari modo tunc omnes isti pessimi prædarunt terram, eamque conturbauerunt *Ad inuicem obstupescent*, & trementes tum de maiestate, & gloria iudicis, tum de gloria, maiestateque sanctorum, vt mox dicemus, *Admirabuntur*, vt noster inquit Sapiens, *in subitatione insperatæ salutis.*

Gregor. Magn.

HOMILIA XCI.

Gloria iustorum in die iudicij validè malos torquebit.

MIrabuntur, inquit noster Sapiens, tunc in iudicio mali, *in subitatione insperatæ salutis iustorum*, quæ admitario ita eos torquebit vt supra quàm dici potest afflicti, conturbatique extabunt, sortem, glotiamque aspicientes iustorum, videntes se errasse, ac stolliditatem passos intellectus, cuius errores plus homo dolet cotdatus, quàm teliqua mala. Pro qua re

1\. Intellectus errores plus dolent quam cæteri.

Attendendum, quòd cum intellectus, & tatio partes sint hominis nobiliores, quibus ipse à reliquis discernitut animantibus, & quæ meritò in maiori sunt in ipso præ teliquis æstimatione, vt inquit Chrysostomus homil. 21. in Matth. affirmans illud esse intellectum in anima, quòd oculus in corpore. *Quod oculas corpori*, ait, *hoc intellectus animæ.* Ex quo eius deducens æstimationem sequitur, *Si enim aequaquam prorsus eligeres ornari aure, & serica veste circumdari, oculisque fœdari, sed horum procul dubio sanitatem desiderabiliorem rebus omnibus iudicares, quæ si tibi certè depereat, nihil te iam tota vita delectat, quanto hoc magis pro oculis mentis debes efficere.* Oculus ergo animæ cùm sit intellectus, hinc præ omnibus carior, sicut in corpore præ omnibus oculus, ideo plus homo intellectum, & rationem æstimat, quàm cætera omnia, ex quo fit vt nihil ita eum torqueat, ac, vt sic dicam, intimius rodat, quàm errot intellectus, & iudicij, dum in aliquo casu videt se deceptum, nec intellexisse, immo & malè iudicasse, vt pote res quæ ab eo partem tollit eminentiotem, intellectum scilicet, & rationem, reddeos eum veluti animal brutum: ex quo fit vt de nulla re sic mali in illa dolebunt die, vti quando perspicient in iudicio se errasse, & veluti bruta animalia nil de sorte sanctorum benè sensisse; vnde videndo tunc ad oculos deceptionem, maiestatem, gloriamque perspicientes eorum, iu semetipsos turbabuntur, & obstupescent, & ab ipsamet oppressi gloria affligentut, torquentutque. Ob id grauiter obseruauit Bernard. in Psalm. 90. serm. 8. prius in iudicio benedicendos iustos quàm peccatores damnandos, vt ex illorum gloria amplius isti marcescant, quàm ex propria ruina, *Prius benedicti vocabuntur*, ait, *in regnum, quàm maledicti in eamiuum deijciantur ignis æterni, quo videlicet acrius doleant, videntes quid amiserint.*

2\. Oculus est animæ supra res æstimabilis cæteras. *Chrysost.*

3\. In iudicio cur prius iusti benedicentur. *Bernard. 1. serm. 8.*

Enimuerò sanctissimi fratres Iosephi ita paruam, nullamque de illo æstimationem habebant, vt eius deridentes visiones, ipsum appellabant somniatorem, spernentes, & pro nihilo ducentes vitam, pueritiam, ac sanctitatem eius: at verò quando eum viderunt in gloria maiestatis, Ægyptum dominantem, principem super omnes, & Pharaonis non solum in regno collateralem, sed patrem, sic eius extimuerunt gloriam, vt Scriptura dicat Genes. 45. num. 3. *Quod non poterant respondere nimio terrore perterriti.* Cur timuerunt vsque adeo, gloriam que exhorruerunt illam? nonne fratres? ac illorum erat ipsamet gloria bonum? erat equidem, sed timuerunt semetipsos, obstupueruntque quantum à vero errarunt, vt inquit Chrysostomus, tanto cernentes honore dignum illummet, quem ipse sic spreuerunt, & pro nihilo duxerunt, adeo vt quasi non esset homo, in profundum eum ciecerunt. Hoc timuerunt, & hoc eos inter cætera sic expauit, deceptio sua scilicet & maiestas fratris, *Meritò cogitantes quomodo eum affecerant*, inquit Chrysostomus hîc, *& qualis ipse erga se fuerat, & cogitantes gloriam in qua constitutus erat, de sua salute anxij erant.* Immo valde Sanctus admiratur quomodo non statim isti mortui fratris considerantes maiestatem, *Et potissimum admiror*, ait, *quomodo illi potuerint stare, vel os aperire postea, quomodo non auolarit ab eis anima, quomodo non obstupuerit tota eorum mens, quomodo non ceciderint in terram.* Sic equidem impij, & iniqui, paupertatem, famem, sitim, patientiam, tolerantiam, sæculi fugam, & omnium bonorum derelictionem, sic paruipendunt, vt qui talia perpessus sit, pro nihilo eum ducant, immo insanum prorsus, somniatoremque appellent. Vnde verè Dauid de hoc conquerens dicat Deo Psalm. 43. num. 14. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, & derisum his, qui sunt in circuitu nostro: posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis, vnde tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* A quo si petas vnde tanta confusio, respondebit dicens, *A facie exprobrantis, & obloquentis, à facie inimici, & persequentis*, hoc est, *à voce insultantium*, vt inquit Augustinus hîc, *& crimen mihi obijcientium, quia colo te, quia confiteor te.* Exptobrant nunc, obloquuntur contra iustos mali, putantes vitam illorum esse insaniam, & ipsos insanos. Sic 4. Regum 9. num. 11. Principes, qui Hieu assistebant, insanum vocauerunt Dei seruum & Prophetæ discipulum, dicentes, *Quid venit insanus iste ad te?* sic Agrippa Actorum 16. Paulo dixit: *Insanis Paule*, sic tandem Christus Dominus noster ab Herode, *vt insanus spretus*, Luc. 27. num. 11. vnde pro nihilo ducentes hîc Dei seruum, eum spernunt, contra eum obloquuntur, eum persequuntur, & ad nihilum redigunt, at veniet tempus, quando eum in maiestate, sublimique videbunt gloria, simul cum eiusdem gloriæ Rege dominantem, & regnantem, tunc certè obstupebunt, & tabescent, admirantes in subitatione tantæ salutis, videntes, & perspicientes illos, quos ipsi hîc penitus necauerunt, indutos decore, & gloria, *Irridentur pij in præsentia*, inquit Diuus Anastasius Episcopus Nissen. *quamdiu abscondita fuerit Dei benignitas, & magna penuria eorum quæ postea vtrisque sunt reposita, quo tempore & sermo, & actio, & cogitatio iustis Dei lancibus trutinabitur, quando surrexerit ad iudicandam terram, consilium, & facta congregans, & aperiens, eaque apud*

4\. Iosephi fratres cōfusi ab eorū falsa æstimatione personę eiusdem Iosephi. *Gen. 45. 3.*

Chrys.

Ps. 43. 14.

5\. Mali de quo nunc exprobrant sanctos.

August.

6\. Putant eos insanos esse.

4. Reg. 9. num. 11.

Act. 16. *Luc. 27. 11.*

7\. Malorū exprobratio in sanctos quamdiu durabit. *D. Anast.*

A *cum obsignata seruantur*, tunc impiorum labia præ stupore obmutescent, quæ hîc ad iustorum semper aperta fuerunt contemptum. *Muta fiant labia dolosa*, inquit Dauid Psalm. 30. num. 19. *quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem*, quæ non ante equidem muta fient, quàm dies illa iustorum adueniet retributionis. *Quando efficientur muta labia ista?* petit Augustinus hîc Conc. 3. *in hoc sæculo nunquam*, respondet: *Nam quotidie clamant contra Christianos, quotidie blasphemant, quotidie latrant, & augent linguas suas pœnas, muta fiant labia dolosa, quando stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, tunc dicent illi, hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, modo enim dicunt nobis, vbi est Deus vester? quid colitis? quid creditis? quid videtis? creditis, & laboratis, certum est quod laboratis, incertum est quod speratis, quando venerit certum quod speramus, tunc muta efficientur labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem*. Nil melius. Tunc quidem obmutescent præ stupore, ac extasi gloriam illam speculari non valentes, immo eam obrigescentes, super semetipsos præ angustia, timoreque lugentes.

David Psal. 30. num. 19.

August.

Est. 6. 12. § 8. Aman, inquit scriptura Ester. 6. num. 12. *Festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite*. Cur tantus dolor? cur tantus luctus? à maiestate equidem, & gloria in qua viderat Mardochæum, Mardochæum inquam illum, quem ipse eatenus despexerat, & pro nihilo reputauerat, vt iusserit pro illo excelsam parari trabem, in qua suspenderetur, dum staret ipse in interiori atrio Regis, vt suspendium suggereret Mardochæi. hunc, hunc ipsum, quem sic viliter spernebat, hunc ipsum paulò post vidit, vidit, & tabuit in gloria sublimatum, stola regia indutum, & diademate Regni ornatum, per ciuitatis procedentem plateas, cum magna gloria, magnoque fastu, & quod maius, ipsummet proclamantem & talibus dignum asserentem, illummet quem tantopere paulò antè ea indignum putabat. *Talit itaque Aman*, inquit Scriptura, *stolam & equum, indutumque Mardochæum in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat, Hoc honore condignus est, quemcamque Rex voluerit honorare*. Qualem sensum putas tu hunc habuisse tunc? qualem dolorem? qualem gemitum? qualem confusionem? qualem admirationem? enimuerò non solum verbis exprimi minime potest, sed nec imaginatione concipi. Sed adnotare libet, cur iamjam suspensurus in cruce dominus Aman prius voluit, vt gloria honoreque circumdatus videret Mardochæum, sanè vt ex visione illius, amplius liuidus iste torqueretur, amplius affligeretur. Vnde sicut & superbia, & liuore peccauit, superbia adorationem appetendo, mortem Iudæorum machinando, sic & humiliatione affligeretur, & morte; & vt hæc duriot esset, summus ille voluit iudex, vt prius exaltatum gloria, honoreque circumdatum, æmulum videret suum. Nam duriora sunt mala, quæ post bona, quàm quæ post nulla prouenient, vt egregiè considerauit Bernard. serm. 1. in Dominica Palmarum, rationem reddens, quare Dominus ante passionem triumphantis in modum, voluit Hierosolymam

Aman à gloria oppressus Mardochæi, figura malorum in iudicio à gloria oppressorum iustorum.

9. Deus cur voluit vt Aman antequam suspenderetur Mardochæum in gloria aspiceret.

C

D

10. Christus cur ante mortem triumphantis modo

ascendere, vt durior, qua sua erat charitate, respondet Bernard. crucis postea tormentum appareret, *Quid*, inquit, *fuit quod processionem habere voluit, qui mox futuram nouerat passionem, fortè vt amarior esset passio, quam processio præcessisset*. Quod declarare pergens inquit. *O quàm dissimile est, Tolle, tolle, crucifige eum, &, benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis: quàm dissimile, Rex Israel, &, Non habemus Regem nisi Cæsarem: quàm dissimile rami virentes, & crux, flagella, & spina, cui prius sternebantur vestimenta aliena, ecce suis exuitur*. Nil melius. Sic, & pari modo quod Christus ob amorem scelesto isti ad pœnam inflixit Deus, vt antequam moreretur, gloriosum videret æmulum, vt altius postea tormentum doleret & amplius affligeretur. Sic
B equidem, vt suprà diximus, ob hoc & in iudicio gloriam videbunt mali iustorum, & isti benedicti antequam ipsi maledicti, vt ex istorum splendore amplius obscurentur, & ex istorum inopinata gloria plus stupeant, plus admirentur, immo & terreantur.

Hierusalē ingredi voluit. Bernard.

Enimuerò gloria, & maiestas inopinata, & splendor ex illa effulgens, magnum sui solet incutere non assuetis timorem, licet amicus sit qui sic appareat, veniatque non vt timorem incutiat, sed amorem. Sic equidem augustissima illa maiestas gloriaque quam in monte sancti viderunt Apostoli in Christi refulgentem corpore, sic ipsos terruit vt penitus extra se eos duceret. *Non enim sciebat quid diceret*, inquit Marcus 9. num. 5. *erant enim timore exterriti*. A maiestate nempe illa, & gloria, quæ subitò, & repente eis apparuit, videntes, ac in sublimi magnificaque cernentes gloria, illum, quem paulò ante, vt humillissimum viderant hominem. Ad instar illius gloriæ sciendum quòd resurgent iusti, vt inquit Apostolus 2. ad Corinth. 3. num. 18. dum ait, *Nos quidem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu*, id est à claritate Christi, in claritatem nostram, vt efficiamur clari, & lucidi, sapientia, & gratia ad instar Christi. Vnde Tertullianus lib. 5. contra Marcion. verbum illud *transformamur* legit *transfiguramur*, alludens, vt inquit Cornelius hîc, ad transfigurationem Christi in monte Thabor, qua Christus sua gloria, & luce coruscus, eadem Mosē, Eliam & Apostolos aspersit, & quasi transfigurauit, & apertè Ioan. 1. cap. 3. num. 20. *Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus, scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus*, hoc est corpori Christi eius configurati claritati, vt inquit Apostolus ad Philipp. 3. num. 20. ad instar ergo Christi gloriæ resurgent iusti. Qualis ergo nunc erit impiorum terror, qualis stupor à subitanea sic, repentinaque gloria, dum in sublimi existentes viderint iustos septies plus sole refulgentes, seque miseros abiectè in terra existentes. Si Apostoli sancti, & iusti sic timuerunt, cùm non ad terrorem illis Christus suam manifestauit gloriam, quomodo timebunt impij, quando in illa die eis Deus, & filij, & seruorum suorum gloriam manifestabit, ad eos terrendos, obruendos, ac penitus confundendos? qualis erit tunc illorum dolor? qualis gemitus?

11. Maiestas inopinata apparens magnum incutit timorem.

Mar. 9. 5

2. ad Cor. 3. 18.

12. Sanctorum gloria in iudicio ad instar gloriæ Christi.

Tertull.

Cornel.

Ioan. 1. cap. 3.

Apost. ad Phil. 3. 20

Chrysost. 13. Sancti in iudicio cur eleuabuntur in aëra, & obuiam Christo ibunt.

Hoc equidem egregiè ponderauit Chrysostomus hom.8. in epist.ad Thessalonic.exponens illa verba, scilicet, *Nos qui viuimus simul rapiemur cum illis, obuiam Christo in aëra*, vbi satis aptè notauit, Deum honoris gratia tunc sanctos in altum erepturum, impijs in terra relictis, nam sicut ille in nube suscepit filium in gloriam, sic & sanctos etiã in nubibus vult suscipere suos, ad maiorem eorum gloriam, maioremque decorem, post quæ sic ait, *Qualis ergo tumor, qualis timor eos, qui in terra erunt, qui iudicem expectabũt, obtinebit. Vna namque rapietur* (notanda verba) *& vna relinquetur, & vnus accipietur, & vnus relinquetur: quis enim erit tunc animus illorum? quando istos quidem sublatos videbunt, seuerè ipsos relictos? an non quauis gehenna terribilius hic dolor, eos ita deiectos, & consternatos reddere poterit?* Reddet equidem, & vltra quàm credi potest expauescent, augustam illam sanctorumque maiestatem, pulchritudinemque intuentes.

14. Terribilis pœna malorum in die iudicij quæ.

15. Stupor satellitũ Holophernis de pulchritudine Iudith, figura stuporis malorum in die iudicij de sanctorum gloria. *Iudith.10.14.* *Cap.12.16*

Enimuero Assyrij illi superbi, & elati Nabuchodonosor, & Holophernis serui, pro nihilo filios Israel reputabant, ita vt viliores muribus eos existimarent, tamen quando vnam tantum mulierem viderunt ornatam, & in gloria decoratam, tum ipsimet serui, tum Holophernes ipse, præ admiratione extra se positi sunt. *Et cũ audissent viri illi verba illius*, nempe Iudith, sacer inquit textus cap.10. num.14. *considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Et de Holopherne inquit quòd à pulchritudine eius cor ipsius concussum, cap.12.16. & tamen ipse vt princeps sedebat, Iudith vt serua, ipse in throno, Iudith in terra, ipse sedens, illa genuflexa, ipse iubens, illa obsequens, ipse iudicia faciens, illa adorans, quo non obstante pulchritudo, & decor, qui in ea effulgebat, eius concussit cor, mentemque seruorum eius obstupefecit. Quid ergo putamus, quod faciet in iudicio maiestas, pulchritudo, decorque sanctorum apud impios, iniquosque, qui sic vilissimos eos hîc reputarunt, quando eos viderint suprà modum erectos, ita in maiestate sua decoros, & fulgidos, vt suprà omnem sensum sit eorum pulchritudo, & viderint non sicut Holophernes Iudith, sed videbunt illos, sic pulchros, & ornatos, in throno sedentes, seipsos in infimis, illos vt principes, seipsos vt seruos, illos vt iudices, seipsos vt reos & condemnatos. quomodo tabescent? quomodo extra se præ stupore rapientur, & extasi? quomodo admirabuntur, vt inquit noster Sapiens, *in subitatione* tantæ talisque salutis?

Num. 3. *Dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio capitis.

SVpra dixerat Sapiens dolorem, quem concepturi erant mali in iudicio ex visione maiestatis iustorum, nunc in hoc versu verba exprimit ipsorum, quibus miseri suum internum expriment dolorem, vnde ait.

Græca, Complut. Regia. Cypr. Codex Vatican. Lorin.

Dicentes intra se, in Græca, Complutensi, & Regia sic, *dicent inter se sera pœnitentia tacti, & præ angustia spiritus ingemiscent, ac dicent.* Cyprianus, *dicent inter se.* Codex Vaticanus, *dicent sibi inuicem pœnitentes.* Omnes lectiones optimę, dummodo sic intelligantur, vt eas intelligit Lorinus, nempe siue intra se, siue inter se dicant hoc impij, non ita secreto dicent, quin à iustis audiantur, audient, & ridebunt.

1. Sermones impiorum eorumque querelæ in iudicij die à sanctis audientur. *Athan. Psal.6.6.*

Pœnitentiam agentes, &c. sed nimis serò, ad nihilum illis proficiet. Lucifer lib.1. pro Athanas. legit *Pœnitentiam habentes*, in idem reincidit, serò eos pœnitebit. nam vt Psalm.6. num.6. *in inferno quis confitebitur tibi?* in damnatis enim, nec est, nec esse potest vera pœnitentia, nec veræ virtutis actus, neque Deus ad illum vnquam concurret.

2. In inferno nulla vera pœnitentia. 3. Gemitus, & angustia ex qua causa.

Præ angustia spiritus gementes, &c. præcordia dolore compressa, & spirituum vim intra se habẽtia, cùm foras simul omnes erumpere satagant, & non possint, fit gemitus, & angustia. Sic damnati gement, quia simul quem intus dolorem ferunt, exprimere miseri non poterant, vnde & gemendo dirumpentur.

Lorin. 4. In damnatis erunt lachrymæ perennes.

Optimè adnotat Lorinus in damnatis non solum gemitum, sed etiam fletum, lachrymasque futuras perennes, nec oculi, nec vita ad flendum illis deficiet.

In similitudinem improperij, &c. in parabolam, in derisum, in fabulam: denotat quidem extremum in hac vita de bonis impiorum derisum.

Num. 4. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio capitis.

PRosequitur lamentationem, & discursum impiorum, dolentium de deceptione quam habuerunt in hac vita de sorte iustorum.

Nos insensati, &c. id est absque discursu, absque sensu, non videntes, nec penetrantes.

Mar.3.21 *Actor.16.24.* *4.Reg.9.11.* *Os. 9.7.* *Act. 2.13.*

Vitam illorum, &c. rationem scilicet viuendi, hanc putarunt in hac vita impij insaniam, & sanctos eam tenentes insanos. Sic Christus æstimatus est furiosus, Marc.3.21. sic Paulus Actor.16.24. sic nuncius Elisæi 4.Reg.9.11. sic vir spiritualis Oseæ 9.7. sic Apostoli Actor.2.13. cùm nulla maior esset sapientia, ita vt aliqui eam affectauerint, vt Simon Salius.

Num. 5. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio capitis.

IAm declarant apertè in quo decepti, putabant sanctos esse insanos, mori sine honore, & sic

futuros in altera vita, sicut in ista, at ibi quando contrarium videant, obstupescent, admirabuntur, & flentes dicent, *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Magnum quid, præclarum, propemodum infinitum asserunt de sanctis illis, quos insanos æstimarunt. filiationem scilicet Dei. quid enim maius excogitari potest de homine mortali, vt mox dicemus, &c.

1. Beatitudo cur sors dicatur.

Et inter sanctos sors illorum est, &c. Beatitudo sors dicitur, & si ob merita datur, primò quia vnus assumitur, alter derelinquitur, Matth. 24. num. 40. 41. secundò quia statuuntur iusti à dextris, de medio erepti impiorum, ibid. cap 25. 33. qui in infernum detrudentur, dum illi ad cælum euolabunt, vti seruis Pharaonis accidit, quorum vnus suspensus, alter verò ad officium suum rediit, Gen. 40. 19. & vt bene Lorinus, *paucit..s electorum, benè sortis nomen meretur.*

Mat. 24. 40. 41. *Ib. c. 25. 33* *Gen. 40. 19.* *Lorin.*

HOMILIA XCII.

De dignitate iustorum ex Dei filiatione.

ECce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Iam non irrident amplius isti miseri iustum, quasi se nominantem filium Dei, vt suprà faciebant cap. 2. num. 18. nec falsum eius putant iudicium, cùm eos nugaces æstimaret, cognoscent namque tunc vtriusque rei veritatem, quæ eos obstupescere faciet, torquebitque, dum ibi gloriam, maiestatemque cernent iustorum, non quomodolibet, sed vt Dei decet filios in cælestibus.

Qualis, quæso, intellectus, vel qualis lingua sufficiens erit dicere, quanta sit illa iustorum lætitia dum se aspiciunt verè, realiterque Dei gratia, ad talem peruenisse statum, vt filij Dei sint, & quod tanquam filios ipsos altissima illa recognoscat maiestas, qualis est hæc dignitas, quàm magna, *Videte,* inquit Ioan. epist. 1. 3. num. 1. *qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus.* Mira Apostoli sententia. Videte, inquit, hoc est, attendite animum, aduertite, ac reflectite, & experimentum percipite. expendite, & æstimate, hæc omnia significat verbum illud *videte*, emphasim habet, quasi dicat reflectite ad quæ Deus vobis indulsit, reflectite ad illud magnum, quod vobis dedit, reflectite, at non quomodocunque, sed cum voluntate, ingentique animi lætitia, nam videndi verbum importat etiam aliquando, vt hîc adnotat Loriu. experimentum cum voluptate, omnique lætitia & alacritate, vt in illo Genes. 27. num. 77. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.* Vbi Græcè *vide*, & Hebraicè *Reah*, quod est *capio ego incredibilem voluptatem*, & insuper non solum experimentum cum voluptate, sed cum rei certitudine, publicaque de ipsa re cognitione. Quibus suppositis, videte, inquit Apostolus, hoc est cum voluptate, magnaque animi lætitia attendite, & considerate, non rem quidem fictam, & imaginariam, sed veram, non secretam, & occultam, sed publicam, manifestamque, vos filios esse Dei.

Ioan. ep. 1. 3. 1.

1. Verbum videre quid aliquando importet in scripturis. *Lorin.* *Gen. 27. 77.*

2. Filio Dei esse magnâ debet in anima parere lætitiam.

Publicam manifestamque dixi, quod valde premendum. Multi enim habent filios, sed nolunt vt eorum dicantur filij, nolunt talem publicari filiationem, secretò eos accipiunt, publicè verò negant & patres esse eorum, aut dedignantur, aut erubescunt, eo vel maximè, si mores, vita, actionesque degeneres sint filiorum. At non sic Deus, sanctus inquit Apostolus, licet nos peccatores, & ab illo degeneres, licet viles, licet vermes, licet terreni, & miseri, non solum nos filios in adoptando fecit vt filij ipsius simus, sed voluit etiam vt tales nominaremur, id est quòd palam diuulgetur, quòd omnibus sit notum, quòd némo ignoret ipsum patrem esse nostrum, nosque filios eius, tanta vis amoris est eius: quod voluit innuere Ioan. in illo, *Videte*, sicut in altero, *vt filij* scilicet *Dei nominemur, & simus.*

3. Publicè & manifestè nos filios Dei dici magna Dei bonitas.

Fulchrè quidem non solum *nominemur*, dixit, sed & *simus*. nam aliqui iusti cum Deo nominum habent communicationes, cùm tamen differant in facto. Enimuerò absque vlla Dei indignatione, vllaque perturbatione, dij nominantur iusti, immò & quòd talem appetant nomenclaturam non dedignatur Deus, vt de Enos notauit Anastasius Nissenus in quæst. in scripturam, quæst. 25. super illa verba, *Cùm vidissent filij Dei filios hominum.* Gen. 6. 2. affirmat filios Dei filios intelligi Enos, qui Deus ab antiquitate ob suam dictus sanctitatem iustitiamque. *Diuinus Enos, inquit, qui à Seth genitus, sperauit, vt inquit scriptura, inuocare nomen Domini, hoc est dici Deus apud alterum*, notanda sententia: *quoniam enim erat omni virtute ornatus, ipsum, Deum nominabant: quidam vtique ex probis summo honori eum coronare statuentes, admirantes enim, vt dixi, iustitia, quæ in eo inerat, magnitudinem, Deum protinus enim nominabant viri, virtuti existimantes maximè conuenire cognomen.* Mirum equidem virtutis encomium, vt non aliud mercatur nisi Dei cognomen, & mira iusti dignitas, vt Deus d[illegible]tur per gratiam, sicut ipse Deus est per naturam. At etsi hoc verum, talis dignitas in nomine tantum sistit, non transit in naturam, Dei autem filiatio, quòd mirum, quòd magnum, vltra se extendens, non solum in nomine, sed Dei filios nos constituens, facit vt verè, & realiter, per adoptionem Dei simus filij, sicut filius suus est per naturã. Qualis hæc charitas? qualis hic amor? qualis hæc dignitas? vt filij Dei non solum nominemur, sed simus.

Chrysost.

4. Iusti communem cũ Deo habẽt nomenclaturam.

5. Quid per filios Dei Gen. 6. intelligatur. *Anastas. Nissen.* *Gen. 6. 2.*

6. Enos ob sanctitatem Deus dictus.

7. Virtutis magnitudo & excellentia.

Simus inquam, ita vt eodem prorsus summum illum interpellemus patrem nomine, iisdemque syllabis, vt sic dicam, ac eum dilectissimus nominauit filius suus, ita vt iste formatus in nobis, non solum filiationem nobis communicet, sed etiam interpellationem. O mira hominis iusti dignatio, vt per virtutem, sanctamque institutionem, ipse filius Dei naturalis in ipso formetur, iuxta illud Pauli ad Galat. 4. 19. *Filioli, quos iterum parturio, vt formetur Christus in vobis*, per quam efformationem, non amplius spiritu viuat suo, sed Dei, vt inquit idem Apostol. ad Rom. 8. num. 14. & viuat, non Dei quomodolibet spiritu, sed illo, ita sublimi, excelsoque, vt audax eum faciat, Deum non simpliciter patrẽ, sed abba pater vocare, hoc est vt præ dulcedine, ac teneritudine amoris, quasi tenellus infans qui charissimũ parentem, balbutiens, blandula, & iterata vocula compellare solet pater, pater, sic eum appellent, non secus ac eum appellauit Christus. Mira equidem dignatio vt sic filio licitum sit adoptiuo Deum nominare, ac naturali, nõ equidem alio Christus patrem nomine vocauit, Marc. 14. num. 36. quàm *Abba pater*, & ad tantam

Ad Gal. 4. 19.

Ad Rom. 8. n. 14.

8. Deum homines patrem vocare, mira Dei fuit dignatio.

Marc. 14 36.

Dei euehit spiritus hominem dignitatem, vt etiã ipse audeat, & dicat, Abba pater. Quod ponderauit Apostolus, quando dixit ad Rom. 8. num. 15. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater.* Premo verbum illud, *iterum in timore*, quid est spiritus timoris? August. 17. de verbis Domini per spiritum timoris intelligit legem, Anselmus Spiritum sanctum, qui Iudæis dedit legem timoris, quasi seruis, planius spiritum seruilem, quo Iudæi timore pœnarum, ab exterioribus illicitis arcebantur, quem negat Paulus nos accepisse, *sed spiritum adoptionis filiorum*, hoc est ipsum Spiritum sanctum, per quem adoptati sumus in filios Dei. Vnde sicut Deus Christo homini dedit seipsum, hoc est deitatem, & verbum vt ipsum filium faceret Dei, sic nobis dedit Spiritũ sanctum, eiusq; deitatem, vt nos filios faceret suos, nosque adoptaret. Vnde sicut in humanis pater dicitur, qui suam filio communicat naturam, sic pari modo dando nobis Deus Spiritum sanctum, dum suam nobis diuinam communicat naturam, dicimur tunc nos adoptari, filiosque suos adoptiuos fieri. O mira hominis dignitas! ô mira patris bonitas! ô ineffabilis amor eius! vnum sanctissimus habebat pater filium naturalem, vltra quem alium habere non poterat, diues, felix, plenus erat cum illo solo, ita vt amplius quid ipse non esset desiderandum, & tamen amor eius ita creaturam dilexit suam, vt quia hæc naturaliter eius filia esse non poterat, adinuenit adoptionem, quæ licet naturale esse filiationis non haberet, haberet tamen eundem effectum, eandem participationem, idemque ius ad gloriam, vt inquit Apostolus vbi suprà dum ait, *Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd simus filij Dei, si autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Ponderandum hoc postremum, non enim paulò suffecit dicere hæredes nos Dei esse, sed cohæredes Christi, quasi diceret secundos nos esse apud Deũ ab illo, & vno tantum nos Christum præcedere loco: vnde sicut Christus primum apud Deum possidebat in cælis, quia Dei filius per naturam, homo vilis, & puluis, secundũ obtineret ab ipso, quia filius adoptionis & adoptiuus, illum ad talem, tantamque euehens sanctissimus Pater dignitatem, vt per eam ipse homo ab omnibus mereatur adorari, quia secundus à Christo in cælis, terrisque reperitur.

Ad Rom. 8. num. 15.

9. Spiritus timoris à Paulo dictus quid significet.

August. *Anselm.*

10. Quomodo Dei efficimur filij.

11. Amor Dei in adoptione hominũ in filios ostenditur.

12. Homo in cælis per adoptionẽ est secundus à Christo adoratione dignus.

Enimuerò quando Pharao in sublime sanctissimum erigere voluit Ioseph, vno tantum verbo dignitatem, sublimitatemque, ad quem eum euehebat, explicuit, *Tu eris*, inquit, *super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet*, vel vt Hebraicè, *Omnis populus ad os tuum osculabitur*, id est oris tui præceptum osculabitur, & venerabitur, sic Psalm. 2. nu. 12. *Apprehendite disciplinam.* Hebr. *Osculamini filium*, hoc est Messiam Dei filium veneramini libenter, amanter, ac si illũ exoscularemini; quo dicto addit, *Vno tantum, regni solio te præcedam*, Genes. 41. num. 40. Quod vnicum verbum summam in se continens dignitatem veluti declarans adiecit, *Dixitque rursus Pharao ad Iosephum; ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti, tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent.* Mira, & præclara ex vnico verbo illo, & quia secundum obtinuit locum à Pharaone, tanta ei bona prouenerunt, & tamen licet in regno secũdus, non ideo ad gradum peruenit filiationis, neque in filium eum accepit Pharao, regnique hæredem. Quid ergo fuisset, si non vt seruus, sed vt filius, secundus à Pharaone in regno esset? O equidem mira hominis dignatio! qui secundus à Christo in cælis, terrisque reperitur, non quidem vti seruus, sed vti filius, & summam, infinitamque illam accipit beatitudinem, non vti seruus, sed vt hæres Dei, cohæres autem Christi secundum locũ, secundumque thronum à primo naturalis patris filij possidens, cui sanctissimus genitor annulum tribuit, sponsionem scilicet charitatis, amorisque perfectissimi, induens eum stola indicibilis gloriæ byssina, torquem diuitiarum, gratiarumque eius imponens collo, sic grauem, vt æternum gloriæ pondus, vt inquit Apostolus, *operetur in cælis.* Nec his contentus summus ille pater, supremis illis mandat spiritibus, vt nostra quodammodo adoretur, ac veneretur humanitas, dum ipsa quę in nobis adoptiuam filiationem, cum ratione vnionis naturalem consequatur in Christo, in cœlis ab omnibus illis adoratur principibus, iuxta illud Pauli, *& adorent eum omnes Angeli Dei*, ex quo in illo sumus nos adorati, quia de nostro ille habet, in immensum, & supra quàm credi potest ex hac aucta cognatione vilis nostra natura. Vnde pulchrè Diu. Athanas. epist. de sent. Dionys. huic refert cognationi quodcumque bonum nobis à Deo collatum. *Nos*, inquit, *cognata cum Domino corpora sortiti, incrementum ex eius plenitudine accepimus.* Quod equidem quare non mirandum, illustri explicat exemplo D. Chrysostomus hom. de terræ motu, sic dicens, *Vt si calcaneo spina sit infixa, deorsum oculus se inclinat quod membrum sit corporis, nec dixit quãdoque in altis sedet membrum, quod deorsum est nihil facio, sed inclinat se, suamque deserit altitudinem, tametsi quid calcaneo vilius, quid oculo nobilius, sed inæqualitatem cognatio naturæ correxit.* Pulchrè. Quid homine vilius? quid Angelorum sublimius naturis? at supra Angelos hominũ constituitur natura, quia inæqualitatem cognatio naturæ non solum correxit, sed auxit. Cui enim aliquando *Angelorum dixit Deus*, vt inquit Apostolus, *filius meus es tu*, sicut homini dixit filio suo. Vnde meritò ratione huius cognationis in immensum aucti, nõ solum in terris, sed in cœlis adoramur, non inuidentibus, sed plaudentibus Angelis, immo ipsomet Deo lætante, dum cernit sic potentem fuisse, & ad talem tamque sublimem statum vilissimam, indignissimamque euexisse creaturam, vt non solum hæc se inueniat eleuatam suprà omne, quod sublime sit in terris, sed etiam supra omne quod altissimum est in cælis. O summa, & indicibilis Dei charitas, & amor! exclamet certè Apostolus & dicat: *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus.*

13. Iosephi dignitas à Pharaone ei collata, figura gloriæ filiationis hominũ diuinæ.

Ps. 2. n. 12. *Gen. 41. 40.*

14. Filiationis Dei excellẽtia quãta.

15. Natura humana in cælis adoratur.

16. Beneficiorum diuinorum in hominibus fons, & cognatio.

Diuus Athan. *Chrysost.*

Mira equidem dignitas, admiranda hominis sublimitas, ad quem respiciens, quos, quæso, homo sublimes inducere deberet spiritus? qualia opera facere virtutis? Equidem Varro, vt August. memorat. 3. de Ciuit. cap. 4. licet confiteretur falsum esse, quod antiqui asserebant de filiatione Deorum, tamen illud asserit, à multis fuisse acceptum, etsi non ignorarent veritatem, vt tantæ stimulo dignitatis acti, altiora opera, magnificaque appeterent, ac

17. Homo quales spiritus se recolens Dei esse filium induere deberet.

August.

18. *Antiqui cur gloriabātur filios se putari deorum, & si veritatē scirent.* conficerent. *Viri fortes*, inquiebat Varro, ait Augustinus, *etiamsi falsum esset, quia vtile ciuitatibus erat, ex Dijs genitos credebant se, vel vulgabant, vt eo modo vel diuinæ stirpis fiduciam, aut opinionem vulgo gerentes, & obtinentes, res magnas aggrediendas præsumerent audaciter, agerent vehementius, & ob hoc implerent ipsa securitate, vel opinione felicius.* Quam excusationem pertexit Alexander,

19. *Alexander cur se Dei filium nominari permisit.* quare passus sit Iouis filium se nuncupare, *Obtulit nomē filij Iouis nempe, recipere, ipsis rebus quas agimus, aut alienum fuit*, Curtius lib. 8. Mira equidem res, vt tales in animo stimulos produceret falsa Deorum filiatio, talesque ad conficiendum res stimularentur ipsimet, qui falsum illud esse optimè scirent. Quid ergo, quid facere in animo deberet Christiano, non falsa, sed vera Dei filiatio?

20. *Cur Christus dixit estote perfecti sicut pater vester, & non sicut Deus vester.* qui verè non falsorum Deorum, sed summi veri Dei est filius, qui illud credit, & sperat, qualem vitam, qualiaque deberet patrare opera?

Hoc equidem insinuare voluit Christus Dominus noster quando Matth. 5. n. 48. discipulis dixit, *Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Pondero non dixisse, estote perfecti sicut & Deus vester perfectus est, sed sicut *& pater vester*, quasi diceret, attendite qualis sit hic Patris amor, qualis sit illa dignitas, ad quam vos erexit, quam si semel aspicietis, impossibile fiet vt taliter non viuatis. *Matt. 5. num. 48.* Quod est illud Pauli argumentum ad Ephes. cap. 5. num. 7. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi*, id est quia estis filij Dei charissimi, estote imitatores vestri patris, qui sic vos dilexit, talemque amorem erga vos habuit, vt sola sua bonitate voluerit, vt non solum, vt inquit Apostolus, nominemini Dei filij, sed sitis, & è contra, vt non solum sitis, sed nominemini, in vtrisque enim elucet charitas, amorque Patris, & simul tantæ dignitatis splendor, immo emolumentum. *Ad Eph. c. 5. n. 7.*

Chrysost. Gen. 26. num. 3. Pulchrè quidem adnotat Chrysostomus hom. 5. in Genes. super illa verba Domini ad Isaac Gen. 26. num. 3. *Ego ero tecum*, felicitatem Isaac, ex consortio, & societate Domini,

21. *Societatis Dei emolumentum.* *Quasi vellet dicere*, ait Chrysost. *ne sis anxius, neque sollicitus cùm suppeditatorem bonorum omnium habeas, ego enim Dominus omnium ero tecum. Quid hoc iusto beatius? qui talem promissionem à Deo accepit, quia ero tecum, hoc te declarabit omnibus feliciorem, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est vera securitas, hæc est summum & caput bonorum quia ego tecum sum.* Optimè, felicem fecit Isaac societas Dei, præclarum ipsum reddidit, & tremendum, eatenus, vt ipsemet Rex Palestinæ Abimelech societatem eius appeteret, quia vt inquit ipse Abrahamo, *Vidimus tecum esse Dominū, & idcirco sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis quidquam mali.* Mirum dictum, cùm ipse Rex, Abraham verò peregrinus ab ipsomet expulsus, & nihilominus priuatum timuit Rex hominem, & honore excepit, non aliunde nisi quia cum illo Deum esse perspexit, hoc ex augmento coniectans opum, quarum acceperat in terra eius incrementum. Quantum ergo timuisset, quantumque extulisset Abraham, quantoque dignum putasset honore ipsummet, si sciisset non solum esse Dei seruum, sed filium, & non solum cum ipso Deum esse vt Dominum, sed vt patrem?

Theod. Ansyra Episc. Vnde meritò Theodorus Ansytæ Episcopus homilia de Natiuitate Christi, hanc filiationis dignitatem, quam ex cognatione nobis Christi prouenit, considerans, Dei ex illa protectionem non solum hominum, sed ipsiusmet Dei respectu, augurauit, securè animans hominem ad Dei iudiciū, quia Christi cognatus, quia Dei filius ex fratris merito, promittens illi quod ex suo non mereretur, *Cùm Deus esset voluit homo fieri*, inquit, *propter suam in nos clementiam, quo nos Creatorem, & iudicem, perinde ac cognatum deinceps complecteremur, & qui propriarum actionum laude destituebamur per ipsum fiduciam conciperemus, & tamen cū ad tribunal abstrahuntur qui propriarum virtutū præsidijs confidenter nisi non possunt, fit interdum, vt cognatorum suorum meritis, qualemcumque confidentiam sibi aucupentur.* Nil melius. Vnde quid mirum si Rex timuit priuatum, cùm Deus esset in illo, qui nec ipsum quodammodo Deum timet iratum, quia eius reperitur filius, eiusque cognatus. Qualia ergo opera hanc sic sublimem considerans Christianus gratiam deberet facere? quales sumere animos? quales ad omnia etsi difficilia vires? 22. *In iudicio, & in morte nostra qualis, & in quo debet fundari securitas.*

Currens Dauid ad exercitum 1. Reg. 18. cùm viri exercitus ei indicassent quid Saul promisisset ei qui gigantem interficeret, quem tantum timebāt omnes, & ipse certè tremendus erat, audiens quod filiam suam, & quod gener fieret Regis, sic hanc æstimauit dignitatem, eamque sic magnifecit, vt non solum certaminis se periculo exposuit, sed iterum cum omnibus pugnauit Philisthæis, dum ab illo petijsset Saul in dotem filiæ suæ centum ipsorum præputia, omnibus respondens qui ei durissimam propositionem, Saulisque conditionem proponebant. *Num parum videtur vobis generum esse Regis? ego autem sum vir pauper, & tenuis*, num. 23. Quod idemmet supra ipsi respondit Sauli, quando indicauit daturum se filiam suam ipsi, cui Dauid num. 18. *Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener Regis?* In qua reponderatione dignum reperitur quòd etsi Rex Saul, tamen nouus, & nuper Rex, & non successione, sed electione. Hoc dixerim quia si familiam Saul respiciemus, infimior in Israel erat Dauidis familia. Ipse enim, vt Samueli dixit 1. Reg. 9. 21. de minima erat tribu Israel, & ipsius cognatio minima in omni tribu Beniamin. *Numquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel? & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin?* At Dauid de tribu erat Iuda, inter omnes tribus prima, princepsque omnium, & familia sua non infima, vtpote ab eius descendens principe, & tamen cùm sic esset vsque adeo dignitatem æstimauit illam, generum scilicet fieri Regis, vt pro nihilo vitam duxerit, summosque labores. Quid faceret quæso, qualemque habuisset æstimationem, si non in generum, sed in filium eum assumeret Saül, & filium sui hæredem regni, cohæredemque cum Ionatha naturali filio suo? Si enim tantum alteram illam æstimauit sponsionem, quā etiam spoponderat Saul interficienti Goliath, *Familium suum nempe fore absque tributo in Israel*, quanti æstimasset si illi dicerent, suam fore regnaturam familiam in Israel? At quid est hoc? & quæ possibilis comparatio cum eo quod nobiscum agit summus ille pater, non Rex electione, sed natura, non nuper Rex, sed ab æterno, non infimus, sed supremus, & maximus, cuius comparatione non sūt, & cæteræ euanescunt magnitudines, ac potestates.

1. Reg. 18. 23. *Dauid quā tum æstimauit generum effici regis, quantique ex hoc Dei æstimanda filiatio.* *Ibid. n. 23.* *Ibid. n. 18.* *1. Reg. 9. 21*

Hic autem talis, ac tantus, non io generos nos assumit, sed in filios, & assumit vilissimos, abiectissimosque, quis quaeso, talem dignitatem aestimare potest? quis immensitatem eius ponderare? Vnde meritò Cyprianus lib. de Spectaculis, dixit, talem filiationis Dei existere dignitatem, vt qui semel se Dei esse filium cognouerit, supra caetera erigere se deberet, nihilque amplius admiratione dignum aestimare, *Nunquam humana opera mirabitur, inquit, quisquis se cognouerit filium Dei, deijcit se de culmine generositatis suae qui admirari aliquid post Deum potest.* Egregiè dictum. Quamlibet dignitatem, quemlibet honorem, quodlibet grande, altumque, quod in hac accipere homo potest vita, infra filiationis dignitatem est, & qui illud admiratur, de culmine deijcit se generositatis suae. Hanc ergo solam existimare deberet homo dignitatem, pro hac mira facere, animom in difficilibus resumere, omnesque vincere difficultates, in quaelibet tandem discrimina irrumpere, & semper talem considerans dignitatem, audacter, intrepideque omnibus sibi obijcientibus, (siue homines, siue sint daemones,) aut difficultates, aut virtutis discrimina, respondere, *Num parum vobis videtur, non generum, sed filium Regis esse?* & non Regis cuiuslibet, sed aeterni, sed immensi, altissimique?

Cyprian. 24. Ad Dei filiationem respiciens homo, caetera despicere debet.

B

Ex hac certè consideratione praeclara illa erumperunt verba Chrysostomi serm. 72. hominem ad hanc dignitatem attendere monentis, vt non amplius secundùm carnem viueret, sed coelestia saperet. *Christus, inquit, ex pectore patris vocat, & matrem se confitetur habere in terris, & homo ex ventre matris confitetur, & vocat patrem in caelis, O homo! vnde te tibi repente gratia sublimauit? vnde te exuit caelestis natura? ad hoc vt in carne positus, & in terra, non cognosceres carnem, nec terram.* Nil melius. Sic quidem, sic viuere deberet homo hanc suam considerans dignitatem, non amplius sapere deberet carnem, noo amplius terram, sed coelum, spiritumque, tememorans se Dei filium, vltra quod amplius dici oon potest. Quae dignitas sola tunc in illa die sic obstupescere faciet iniquos, vt admirantes de tali tantaque dignitate dicant, *Ecce quomodo computati sunt, &c.* Sed de hac reiterum Deo duce in secundo tomo.

Chrysost. 25. Amplius in caelo viuere, quam in terra.

Num. 6. *Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentiae non est ortus nobis.*

COMMENTVM LITTERAE.

Connexio capitis. EX praemissis euidentibus concludunt mali contra se, & planè confitentur se errasse, cuius causa, occlusio, resistentiaque lumini diuino, non luxit eis, quia sensus obturauerunt, & non est ortus fuit Sol ille diuinos, quia ipsi lumini rebelles fuerunt.

Cantac. Cantacuzenus litteraliter hic pro sole accipit Christum, qui in scripturis Sol dicitur. Sed ad rem magis accedunt, qui generaliter pro iustitiae lu-

A mine, & intelligentiae sole, intelligunt Dei auxilium sufficiens, quod ab impijs dicitur noo luxisse, quatenus ipsi fuerunt in causa vt eis non luceret, id est inefficax esset, luxit. sed nō eis, culpa sua, non luminis, neque solis: nam si ipsi rebelles fuerunt, & oppugnauerunt, quid mirum si eis non luxit? errarunt ergo, quia rebelles lumini, sicut & pariter omnes errabunt, qui eandem resistentiam imitentur.

1. Auxilium sufficiens sol, & lumē.

2. Cur aliquibus non lucet.

Et iustitiae lumen, &c. in Graeco nullum genitiuum reperitur, sed tantum, *Et sol non est ortus nobis.* Sic legit Cyprianus, Ambrosius, serm. 1. & 16. & alij. Sed bene Lorinus & Castro legendum putant cum Vulgata, quomodo legit Vatabl. interpres. Complut. & Regius. Et vt benè adnotat Castro, genitiuus additus ad explicationem solis.

Cypr. Ambr. Lorin. Castro. Vatabl. Complut. & Reg.

HOMILIA XCIII.

Inspirationibus diuinis resistere, & oppugnare, malum grande.

ERrauimus, inquiunt isti peruersi, at cur? quia iustitiae lumen, & sol intelligentiae non ortus fuit eis. Quomodo, nunquid auxilium eis defuit sufficiens? nunquid Deus non vocauit? nunquid noo afflauit? & vocauit, & afflauit, & sufficiens lumen eis dedit, sed culpa sua eis non luxit, quia rebelles, quia oculos clauserunt, quia aures obturauerunt, quia audire nolentes, sanctasque C Dei respuentes inspirationes, paulatim ad talem deuenerunt statum, vt obdurati, etsi afflarentur, lumenque eis luceret, tantum esset, ac si non luceret, ac si sol eis non oriretur. Quod malum grande, omnis eorum causa erroris, inde processit, quia aures obturantes afflatibus eas diuinis praebere noluerunt, vnde miseri obcaecati, in omnibus postea errarunt, ac tandem in profundum malorum, poenarumque deuenerunt. Hinc euenit, vt in abyssum cadant, obcaecenturque peccatores, ac tanta hominum pereat multitudo, eosque absorbeat profundum, diuino resistunt lumini, diuinisque inspirationibus obcaecantur, hinc etiam obdurantur.

Considerandum hoc in facto illo Pharaonis, qui sic amens, caecusque fuit, vt auderet in fundum D maris ingredi persequens Israelitas. Mirum, vt tam caecus esset iste, tamque amens, vt non consideraret se in profundum, & in medio ingredi aquarum, & quod miraculum illud, stupendumque, vt pro muris essent aquae, fiebat à Deo protegente suos, à Deo eius inimico, & quem ipse offendebat, & quòd sine dubio ad suos defendendos aquis eū praefocaturus esset. Sed nihil horum considerans, omnino caecus, cum suis ingressus insanè persecutus est Israelitas, Exod. 14. 23. *Persequentesque Aegyptij, ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites per medium maris.* Cur hoc non vidit? cur non coosiderauit? cur non expauit? ne mireris, rebellis fuit Dei monitionibus, inspirationibusque obdurauit Deus eius cor, caecus factus, errauit in omnibus, nec vidit aquas, nec periculum inspexit, nec profundū cogitauit, sed passione caecus, ira oppressus, cupiditate possessus, per-

1. Obduratio cordis venit de, simulq; intellectus obcaecatio.

2. Pharao cur profundū non considerans maris, ausus est in illud ingredi. Exod. 14. 23.

secutus est, ingressus est, sed absorptus est, sed in A profundum demersus est. *Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.* Quod malum aperiens eis oculos, quos culpa, obstinatioq; clauserat, volentes fugere & se ab illo eripere, non valuerunt, *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Miseri, & inepti, numquid nunc incepit Dominus pugnare pro Israele? numquid hoc primum portentum, quod pro Israele egit. vt modo videatis, dicatisque, quòd pro Israele Dominus pugnat? Quis aquas vertit in sanguinem omnes occideos pisces? quis ebullire fecit ranas, & cyniphes? miraculū tā grande, vt ipsimet malefici vestri dicerent, *Digitus Dei est hic*, Exod.

Exod. 8. 19. *8.19.* Quis animantia occidit? quis vlcera immisit? B quis grandinem pluit, & ingenti fragore intonuit? ita vt ipsemet Pharao Rex vester diceret, *Peccaui,*

Ibi. 9.20. *Dominus iustus, ego & populus meus impij*, Exod. 9.20. Quis locustas immisit? malum tam grande vt iterum dixerit, *Peccaui in Dominum Deum*

Ca.10.16. *vestrum & vos*, cap. 10. 16. Quis tenebras fecit? & tandem quis primogenitos vestros occidit? nonne hoc fuit pugnare pro Israele, ac pro Iacob dimicare? quomodo nunc illud videtis? Ne mireris, viderunt tunc, quando iam prolata contra eos vltima erat sententia, & in profundum demergebantur, eorum aperiente oculos pœna, non secus ac istis; qui clausos eos Dei tenuerunt inspirationibus, ac monitionibus, vnde miseri obdurati cum eorum Rege, & omnino cæci, dum fugere appetierunt, non valuerunt, quia iubente Domino, *Extendit Moyses manus, & primo diluculo reuersum* C *est mare ad priorem locum, & fugientibus eis occurrerunt aquæ, & eos operuerunt.* Iusto Dei iudicio sic exigente in pœnam eorum obdurationis, & resistentiæ, vt ijsdem aquis suffocarentur, & eos eædem suffocarent aquæ, quæ pro muro stabant pro filijs Israel, non timuerunt aquas, & aqua eos suffocauit, & illo instrumento perierunt, quòd vltimo contempserunt, ad denotandum quidem, ad quātam eos deduxit cordis cæcitatem obstinatio, vt nec ipsum Dei attenderent miraculum, nec ipsum profundum extimescerent. Vt semel videas, consideres & expauescas, ad quale barathrum, & profundum deducat lumini occlusio diuino, superioribus resistentia inspirationibus, *Vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant*, ita vt sæpè sæpius se in malorum vorticibus immergant, D nihil timentes, nihil considerantes, sua adducti cupiditate, suoque affectu. Quapropter meritò Diu.

3. Pœna resistentiæ inspirationibus diuinis.

D. Chrys. Chrysostomus hom. 22. in Genes. mente obcæcatos tales existimat, ac insanos, à concupiscentia penitus alienatos, tales asserit fuisse gigantes illos, de quibus ait Scriptura, Genes. 6. n. 3. *Gigantes erant super terram in diebus illis, isti sunt potentes à sæculo viri famosi.* Quos asserit ideo tales dictos, quia superiori restiterunt lumini, persuasionibus rebelles diuinis, *Non permanebit spiritus meus in homine*, minabatur Deus, *erunt dies illius centum viginti annorum*, intimans pœnitentiam: at isti quasi nil ad eos pertinens, dies ducebant in bonis, edētes, & bibentes, ideo potentes, & famosi dicti, *Vt discamus*, inquit Chrys. *quod illi post indignationem, & ruinas, & tanti temporis longanimitatem, quam ipsis in pœnitentiam dederat, non solum nihil* A *profecerunt, sed in ijsdem moribus perseuerarunt.* *dicit isti sunt potentes.* Cuius obstinationem admirans sequitur, *Vidisti ingratitudinis excellentiam, vidisti stupidas, & doloris sensu carentes animas, neque pœna timor, neque longanimitatis tempus arcuit illos à malis operibus, sed semel in præcepi deiecti, & mentis oculo excæcati, à mala concupiscentia quasi ab ebrietate quadam demersi redire vltro noluerunt.* Hi oc suffocati sicut & Ægyptij, ad quorum instar, & cæteri simili plectentur pœna, qui rebelles inspirationibus erunt diuinis, nam repentino peribunt fulmine, fugere non valentes, suffocati, & mortui in ipsomet periculo quod cōtempserunt, nisi eos misericordia præueniat diuina, duritiam cōuertens cordis, ita vt sicut prius inspirationibus rebelle, & durum sit, postea obediēs, est molle. cùm vnū è duobus erit homini eligendū, B aut afflatibus obedire diuinis, aut eis reluctatis in infernum detrudi.

4. Gigantes cur viri dicti potētes. *Gen. 6. num. 3.*

5. Peccatorū potentia & fortitudo illa dici potest, Dei scilicet cōtemnere inspirationes diesq; inter peccata ducere bonos. *Chrysost.*

Vocabit Dominus, inquit Isaias c. 22. n. 12. *in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.* En qualis diuinis responsio vocationibus, en quales aures Dei præbebant monitionibus, at quid talis peperit surditas? *Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum*, inquit Propheta, *si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini.* Tremenda sententia, pauenda comminatio, & nisi adesset Hieronym. hîc exponens illam, animum omnino desponderet. Ergo ne tale peccatum diuinæ est resistentia vocationi, vt nisi morte, & in infernum detrusione non expietur, alioque nullo modo talis iniquitas dimittatur? Sic certè C locus intelligeretur nisi D. Hieron. sancto afflatus Spiritu cum intellexisset etiam de morte peccatorum, & vitiorum, *Comminatus est*, inquit, *Dominus, non se dimissurum hanc iniquitatem, donec aut peccato moriantur & vitiis, aut cum delictis suis ad inferos pertrahantur.* Consolatus est nos certè Hieronymus, sed consolatus est ita, & vnū è duobus vide vt tibi eligendum sit, aut statim peccato emori, & inspirationi obedire, aut cum delictis, & peccatis, in infernum detrudi.

Isa. 22. 12. 6. Inspirationibus diuinis resistentia in barathrum deducit hominem inferni. *Hieron.*

Ob hoc equidem Chrysost. diuinæ momentum vocationis callens, consulit, vt ne punctum intermittamus ad eius obedientiam, quod documētum ex facto illo sumpsit Apostolorum Matth. 4. quando vocante Domino, statim relictis rebus responderunt, ac ipsum secuti sunt, *Nihil distulerunt*, inquit hom. 14. in Matth. *nihil omnino cunctati sunt, non dixerunt, reuertemus domum, loquemur* D *propinquis, sed cuncta illico relinquentes, Dominum secuti sunt: talem quoque à nobis obedientiam Christus efflagitat, vt neque punctum temporis differamus, etiam si nos aliquid necessarium vrgere videatur.* Optimè quidem. Punctum temporis non est differendum, quin respondeamus, quis enim scit, si transacto illo simul & transijt occasio, præterijt opportunitas, & amissa est æternitas: quis scit si est vltima, post quam non erit amplius altera, postquā etiam si diu vixeris, morieris in peccato, in infernum detruderis. De qua re vide quæ diximus de malo perseuerantiæ in peccato cap. 1. n. 16.

7. Nec puncto immorandū, ad inspirationum diuinarum correspondentiam. *Chrysost.*

Recede à me, dixit Pharao Moysi post tenebrarū plagam, Exod. 10. 28. *& caue ne vltra videas faciē meam, quocumque die apparueris mihi morieris.* Hæc fuit Pharaonis contra Moysem sententia,

Exod. 10. 28.

8. Pharao quando totaliter à Deo derelictus. *Lyra. Cap. 11.*

diuino repugnando mandato, post tanta miracula, post tot portenta. At quid Deus? in ipsamet sua præsentia, tunc, illico, nullo temporis momento intermedio, vt inquit Lyra, reuelauit Moysi progenitorum plagam, & per ipsum eam Pharaoni vt cap. 11. Quam cùm obduratus noluisset audire, ex illo puncto non amplius monuit eum Deus, non amplius vocauit, non amplius vidit eum Moyses, *Ita fiet*, respondit Moyses, *vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam*, cap. 10. num. 29. *& exiuit à Pharaone iratus nimis.*

Cap. 10. 29.

9. Obdurationis effectus, pericula non videre, etsi præsentia.

In quo loco pondero primum, quàm metuenda res obstinatio cordis, & quàm terribile supplicium emerita gratiæ Dei priuatio, dum efficit, vt etsi oculis videat peccator periculum, manibusque attrectet mortem, non tamen ob id conuertatur, & à malo faciendo retardetur. Ecce Pharao, qui tot viderat portenta, qui omnia quæ sibi Moyses prædixerat ventura, ita completa perspexerat, vt ne vnus quidem apex præterierit, ita vt de prædictione primogenitorum mortis addubitare quòd esset ventura non posset, & tamen hoc non obstante, audiens mortem futuram primogenitorum, & non tantum subditorum suorum, sed & suimet primogeniti, quem summopere colebat, *Morietur omne primogenitum à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius*, *In solio*, inquit Lyra, *quia ipso viuente eum coronauerat, sic eum diligebat*, nec obediuit, nec populum dimittere voluit, immo magis ex prædictione durus factus monitorem respuit, atque à se ablegauit. Vt semel videamus ad qualem ruinam perueniat cor durum, & quale quantumque sit malum, Dei gratia priuari, & simul quàm verum sit quod magnus ait Gregorius Moral. lib. 9. cap. 34. deserente nos Deo, eò nos mala non prospicere, securosque degere, quo longius à nobis aberit ipse Deus, *Cùm ab authore relinquimur*, ait, *nec ipsa vllatenus destitutionis nostra damna sentimus, quo enim nos longè conditor deserit, eò mens nostra insensibiliter obdurescit, ac miserando modo fit quotidie tanto securior, quanto peior, cumque vnde sit lapsa non meminit, quanto lugenda sit nescit.* En tibi Pharao in exemplum, de morte fit securus primogenitorum, & quò certior de damno, peior in obstinatione, qua vallatus, veluti securus, damna non sentijt præterita, futura non timuit, ob hoc audacter, & monitorem respuit, quinimmo & mortem ei comminatus est, non sic securus antea extabat. At crescente iniquitate creuit & securitas, & factus fuit tanto securior, quanto peior, nihil prædictione proficiente, nihil admonitione, quia semel duro extante corde, maloque possessus à dæmone, excors miser fit peccator, inhabilis quasi, ac pœne impotens, vt bonos immittens cogitatus resipiscat.

Lyra.

10. Obstinati quò propius ad pericula, eò securius degunt. *Gregor.*

11. Obstinatus inhabilis ad resipiscentiam.

12. Iudas pessimus, quam obstinatus in malitia. *Joan. 13. num. 27.*

Hoc considerare in miserrimo illo libet corde perditissimi illius proditoris Iudæ, quanta enim fecit Dominus ad illum conuertendum? & tamen nil profecerunt. Prædixit in cœna proditionem Ioan. 13. quem non terruisset? & imperauit, *Quod fac fac citius*, num. 27. cui ruborem non intulisset? Cùm accessit ad osculum ei dixit, *Juda osculo filium hominis tradis, amice ad quid venisti?* id est, ad quale barathrum, ad qualem

A miseriam, ad qualem deiectionem, ad qualem perditionem? Nihilo melior ob hoc effectus, vidit tandem se delectum cum cæteris, & ad terram allisum, *Stabat autem & Judas cum eis.* quod data opera dixit Apostolus 18. 7. Vidit miraculum auriculæ sanatæ serui percussi, & tamen cùm tot, tantaque videret, aspiceretque, & attrectaret, non est conuersus, non ad Deum redijt, non Christum cognouit, sed durus, impœnitens, & obduratus semper amplius mansit. Sic vndique diaboli assistentia vallatum habens cor, vt sicut ad huius patebat libenter actus, sic ex omni eum occlusum habebat parte ad diuinos, iam ipse non amplius suum possidens cor, sed perfidus dæmon, cui liberum extabat, ad votum, in eum omnia immittere scelera, *Reprobi quidam*, inquit Gregorius cap. 1. lib. 2. Moral. *corda sua non habent, quia ea diabolus possidet, vnde & de proditore dicitur, Cùm diabolus iam misisset in cor,* B *vt traderet eum Judas Simonis Iscariotis. Si enim Judas, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum, quàm diabolus malum poneret.* Pulchrè equidem. Obstinati quique cor deperdunt, non sunt eius amplius domini, sed diabolus, hinc euenit, vt in ipsum immittere non possint quæ velint, sed quæ iubentur, non bona à misericordia inspirata diuina, sed mala à diaboli afflatu suggesta. Quod eleganter considerauit Diuus Petrus Chrysologus in illud diuitis auari, Luc. 12. num. 17. reprobati hominis exemplar singulare, modum enim expendit loquendi, dum ait, *Quid faciam, quod non habeo quò congregem?* Ad quæ Chrysolog. serm. 104. *Quid faciam, interrogantis vox est, at quem iste interrogabat, dum nocte & solus iacebat?* Respondet sanctus, *Erat in illo alter, quia ad eius pene-* C *tralia iam diabolus possessor insederat, mentisque eius tenebat arcanum.* Pulchrè, mentis dæmon arcanum tenebat. Hinc ad illud non nisi huius suggesta intrare poterant, hinc dum nescius operis esset, non ab alio quàm ab eius cordis possessore consilium expetebat, qui dum diabolus, quid aliud miser eruere poterat nisi sui, suarumque destructionem? vnde statim dixit: *Hoc faciam, destruam horrea mea.* En consilium, en cæcitas, sua ampliare gestiebat, & à destructione incipit. Non mirandum, quia non habebat cor, aliud cogitare non poterat, quàm quòd is qui mentis eius tenebat arcanum, omnino ad diuina factus impotens recipienda, etsi ista innumera, etsi quasi infinita sint, qualia in proditore fuerunt, quem nec prophetia terruit, nec admonitio erubuit, nec casus fregit, nec miracula reduxerunt. O virium im- D potentia humanarum ad diuina! ô miseria cordis humani semel à Deo derelicti! ô supplicium horrendum priuatio gratiæ diuinæ!

Ibid. 18. 7

Greg.

13. Obstinati non possident cor, sed eorum dominus est diabolus.

14. Reprobi cur inspirationes non admittunt diuinas. *D. Petrus Chrysol. Luc. 12. num. 17.*

15. Diabolus semper homini demolitionē sui, suarūque consulit rerum.

Secundum quod in Pharaonis facto adnoto, est, vltimam illam admonitionem fuisse diuinam, ita vt non amplius Deus Pharaonem exterius admonuerit, ex quo, ipso non cogitante, nec somniante, secuta est eius mors, & in profundum demersio, millies eum Deus vocauit, monuit, ad vltimum peruentum est tandem, post quod eum Deus amplius non monuit, post quod mors subsecuta, non prædicta, nec annunciata. Non prædicta nec annunciata dico, quia si bene aduertimus, nullam plagam Deus Pharaoni immisit, quin prius eam illi non annunciauerit, non præuenerit,

16. Quando Deus admonere desijt Pharaonem.

17. Ante obdorationem semper Deus illo de imissione plagarum futurarum admonuit. Cap. 9. 18.

præuenerit, immo quia non consuleret eiusdem. *Cras pluam hac ipsa hora*, per Moysen dixit illi cap. 9. 18. *grandinem multam nimis. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & vniuersa quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morietur.* Præuenit, nunciauit, insuper & remedium monuit, at postquam semel contra illum sententiam protulit, amplius que admonere noluit, sed post vltimam admonitionem illum submersit, & occidit, nulla præueniente, & antecedente monitione, nullo ante signo dato, nil illi prædicente, sed submersus est, sed deiectus est in profundum, subito, & ex tempore, merito luens improuisus pœnas, qui præuentus, noluit euitare graues culpas, ad exemplum certè nostrum, vt in huius experiamur caput, quantum malum sit, quamque horrendum, vocanti non respondere statim, nam possibile fiet vt talis vocatio sit vltima, postquam Deus amplius non vocabit, quo semel dato mors infallibilis consecutura est, perditio æterna, damnatio certa, culpa tua, non Dei, quod malum inde tibi, quia vocanti respondere noluisti, vnde sicut Moyses à Pharaone, *Sic Deus iratus à te discedet.* Ex quo sequetur vt sicut Pharao amplius faciem Moysi non vidit, sic tu amplius nec Dei, culpa tua, quia Deum repulisti, quia Deum ejecisti, quia rebellis ipsius fuisti lumini, quia vocatus renuisti, & obluctatus es, & Spiritum eius contristatus es sanctum: vnde rubore suffusus, quia millies eum eiecisti, amplius reuerti noluit, amplius pulsare non est ausus. Sed pertransijt. Ob quod merito Hieronymus scribens Eustochio Epistola vigesima secunda, consulit ei, vt illico sponso pulsanti aperiat, ne pertranseat, & amplius non pulset, *Dominus clamat*, inquit Hieronymus, *Ecce sto ad ostium, & pulso, tu statim sollicita responde, Vox fratrueli mei, aperi mihi soror mea, nec est vt dicas, Exspoliaui me tunica mea illico consurge, & aperi, ne te morante pertranseat, & postea conqueraris, & dicas, Aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atque transierat.* Optimè, illico aperiendum, quis scit si declinet, & amplius non reuertatur, amplius que non pulset?

18. Peccatoris obduratio est causa priuationis admonitionum, & Dei inspirationum, & repentini malorum casus & quando ad suū peccator deuenit statum.

19. Spiritus sanctus desinit pulsare, quando reijcitur, & eur. Hierony.

20. Sancti sollicitè in respondione inspirationum. 3. Reg. 19. n. 19.

Hinc equidem fit, vt hoc callentes sancti periculum, nullam interponant moram, nullum intermedient punctum, sed statim omnia deserentes, omniaque derelinquentes vocationi respondeant, *Arabat quidem Eliseus in duodecim iugis boum*, inquit Scriptura tertio Regum, decimo nono, numero decimo nono, *misit Helias pallium suum super eum.* Et non obstante quia sic impeditus, & solus, statim relictis bobus cucurrit post Eliam. Cur tanta præstolatio, nisi quia totum necesse est, ne spiritus auolet, ne occasio transeat, immo Christus Dominus noster Matthæi octauo, numero vigesimo primo, amplius callens pondus vocationisque momentum diuinæ, quàm Helias, noluit permittere iuueni illi vocato, vt patrem sepeliret, cum Helias Eliseo permiserit, vt ad osculandum suum iret, sed cum tanto ipsius Heliæ timore, vt Eliseo dixerit: *Vade, & reuertere, quod enim meum erat feci tibi.* Quasi diceret, non ego

Math. 8. 21.

21. Christus discipulo nō permisit vt patrē sepeliret

A tenear, sed tu, si non reuerteris, possibile hoc erit, cùm velis ad patrem ire, ego autem quod meum erat feci, scilicet vocare te, teque in Prophetam vngere, sicut mandauerat illi Dominus: quòd tamen, vt diximus, noluit Christus permittere, licet non ad osculandum patrem vellet ire discipulus, sed ad eum sepeliendum, vnde absolutè ei indixit, *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Vt semel videas, quanti facienda sit Dei vocatio, & quomodo illi respondendum, vt ad tam necessarium officium noluerit Christus Dominus noster discipulum ire, timens ne præteriret occasio, & amitteretur saluatio. *Ideoque prohibet*, ait Ambrosius in Psalmum quadragesimum octauum, super illa verba, *Et sepulchra eorum domus illorum, vt discipulus suus sepeliat patrem, quia æterno patri sine cessatione esse debet intentus.*

22. Helias quā in timore Helisēo permisit, vt ad patrem iret osculandum.

Ambros.

B Hinc grauiter Augustinus in Psalm. 102. explicans illa verba, *Miserator, & misericors Dominus, longanimis & multum misericors.* asserens longanimitatem Dei multam esse in vocando peccatorem, & sustinendo repulsam, admonet tamen, ne in iram Dei vertamur misericordiam, non respondendo. *Quid tam longanimem*, inquit, *quid tam multum in misericordia? peccatur, & viuitur, accedunt peccata, augetur vita, blasphematur quotidie, & solem suum oriri facit super bonos, & malos, vocat vndique ad correctionem, vocat impartiendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis longanimis, & multa misericordia.* Pulchrè quidem; hinc est longanimitas, hæc est miseri-C cordia vocare impartiendo tempus, vocare per tam multa media, vocare sæpius renitentem, *Sed obserua*, ait Augustinus, *ne longitudine misericordia Dei male vtendo, tu tibi thesaurizes iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quem iræ thesaurum ille sibi thesaurizat secundum Augustinum, qui vocationi Dei non illicò obtemperat, sed procrastinando subitam differt obedientiam. *Ergo tibi Deus*, ait, *longanimitate sua parcendo ad pœnitentiam te adducit, tu autem quotidie dicis, finitur hodiernus dies, & sic ero, eras erit vltimus, & tertio die, & subito venit ira eius.* Subito, hoc est ex tempore venit, quia distulisti, & illum diem, & illam horam, illudque momentum, in quo vocationi non obedisti, in thesauro iræ Dei reposuisti.

August.

23. Longanimitas, & Dei patientia in peccatorem quanta.

24. Inspirationibus obsistentes thesaurisant sibi iram, & quomodo hoc fit.

D Ex quo Augustini dicto liceat, quæso, sic argumentari: Si thesaurizant sibi iram, qui tantum illico vocationi non respondent, qui tempus interponunt, qui diem procrastinant, qualem iram, seu qualem iræ thesaurum sibi accquirunt, thesaurizant illi, qui non solum vocationi illico non respondent, sed etiam eijciunt, expellunt, proculque à se eam pellentes, pudore summum afficiunt Deum. Si securi non sunt neque de sua certi salute qui respondent, numquid securi qui repugnant? Pulchrè hoc Sanctissimus expendit Saluianus, libro primo, ad Ecclesiam Catholicam in fine, ponderans dictum illud Danielis quarto, numero vigesimo quarto, Nabuchodonosor Regi dum ei vt te-

Saluian. Daniel. 4. 24.

25. *Inspirationibus reluctanti easque abijcienti quantum malum impendeat, eo vel maximè si infrunitè, & impudenter reluctet.*

dimeret peccata consuleret, *forsitan*, inquit Propheta, *ignoscet Deus delictis tuis*, vbi Saluian. *Hoc ipsum quod dicit forsitan, spem indicat, non fiduciam pollicetur, dat consilium de actu, & tamen dubitat de affectu, hortatorem sic agendi, non impetrandi authorem facit*: cuius rationem addens sequitur, *quia omnes peccatores debent pro se vel in supremis*, agebat enim Saluianus de difficultate pœnitentiæ in extremis, *cuncta tentare, & si non possunt vlla præsumere.* Nil melius. Cuncta tentanti nulla potest esse præsumptio, ergo erit reluctanti, & reluctanti infrunitè, imperterriteque, an potius sic sua exigente impudentia, ira super eum erit Dei, quà punitus durum induet cor, impœnitens, æternis prorsus cruciatibus addictus.

26. *Pharaonis obstinatio vnde emanauit.*

Exod. 5. num. 1.

Mirum equidem, & mirandum apparebit, si attentius Pharaonis obdurationis inspiciendo causam, eius inueniemus originem ex vna tantum Dei repulsa, sed imperterrita, ac infrunita, temeraria, ac audaci, promanasse, Exod. 5. num. 1. *Hæc dicit Dominus Deus Israel*, dixit Moyses Pharaoni, *dimitte populum, vt sacrificet mihi in deserto*: cui Domini præcepto sic respondit, *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Impudens responsum, repulsa plusquam infrunitæ frontis. *Nescio Dominum & Israel non dimittam. Superbam Diaboli contumaciam exprimit Pharao*, inquit Rabanus hic, *cæca enim superbia ita mentem eius excæcarat, vt diceret insipiens, non est Deus.* Quid ergo mirum si post tale responsum secuta sit cordis eius obduratio? Post illud enim dixit Dominus Moysi cap. 7. num. 3. *Tu loqueris omnia Aaroni, quæ mando tibi, & ille*, scilicet Aaron, *loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Israel de terra sua, sed ego indurabo cor eius.* Merito, quia malè respondit, quia infrunitè, quia audacter, quia impudenter restitit, quia temerariè; tremendum, sed rectum iudicium. Vide an sic aliquando respondisti, & time, an sic nunc respondeas, & pertimesce, ne cùm rebellis, aures Dei vocationibus obturas, eas respuens, sine lumine inueniaris, ac sine sole, vnde cum istis expulsus, tandem in inferno dicas vt isti dixerunt, *errauimus*, &c.

Raban.

Cap. 7. 3.

Num. 7. *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio Capitis.

VOx vera iniquorum suam sequentes edicere deceptionem, qui hanc veritatem tunc agnoscent, quam modo agnoscere nolunt; sed de hac ra infra.

1. *Mundi saturitas lassitudinis occasio.*

Lassati sumus, &c. Græcè, *iniquitatis impleti sumus vijs*, id est, vsque ad nauseam, vsque ad stomachum repleti, sed melius lassati, laborant enim impij ad malefaciendum. Optimè Castro, *Viarum satietas defatigatio est*, inquit, *ex itinere saxoso consurgens.* Defatigantur impij ex ipsa rerum huius mundi saturitate.

Castro.

Ambulauimus vias difficiles. Græcè, *deserta, inaccessibilia, eremos inuios.* August. lib. 2. contra Gaudent. cap. 29. *Solitudines difficiles*, in eodem reincidit, solitudines sunt viæ malorum, quia sunt sine Deo, sine Angelis, sina bonorum consortio.

August. Viæ malorum solitudines.

Viam autem Domini ignorauimus, &c. Practicè, formataque notitia, nam omnibus, *signatum est lumen vultus Domini.*

HOMILIA XCIV.

Peccatores laborant, & non dolent, angustiasque patiuntur peccando, & lætantur.

LAssati sumus, inquiunt, *in via iniquitatis.* Præclara confessio ex ore peccatoris, ad euidentiam durissimi peccati status. Nam quid, quæso, durius excogitari potest, quàm vitam æternam amittere, viamque deserere virtutis ob peccatum, quod per se summum importat laborem, summumque dolorem? Vnde in hoc aquidem malitia stat peccatoris, vt potius peccato velit seruire, ac dæmoni, laborando, & mille patiendo angustias, quàm Deo, etsi laborando, sed non tantùm. Quos meritò impudentes appellat Philo libro de Confusione linguarum super illa verba Genesis vigesimo primo, numero quarto, nempè, *Celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.* Vbi acutè adnotat, etsi ad celebrationem nominis consequuturam, scirent diuisionem, qua nihil molestius, tamen peccare non desierunt, *Scitis*, inquit, *fore, vt dissipemini, cur igitur peccatis, sed fortasse morem insipientium Scriptura proponit, qui etiam maximis pœnis non obscurè, sed manifestè impendentibus, ab iniuriis non temperant.* Nil melius. At crescit insipientia, si considerauerimus, quòd in suo non defatigatur peccator malo. At si Deus aliquid iubet, etiam si sine labore, non est qui obediat, non est qui manum extendere cupiat, & si incipiunt, statim deficiunt vsque à Deo, vt prorsus videatur peccatorem non tantum operis, quia laboriosum, sed quia à Deo præceptum, tædere. *Clamat Deus*, inquit Augustinus in Psalm. 128. *quid vis ab auaritia possideri, dura iubet, lenia iubeo, onus eius graue, sarcina mea leuis est, nolli velle ab auaritia possideri, iubet auaritia vt mare transeas, & obtemperas, iubet, vt te ventis procellisque committas, iubeo ego vt ante ostium tuum ex eo quod habes des pauperibus, piger es ad faciendum an-*

1. *Peccatoris malitia grandis quæ.*

Philo.

2. *Eorum impudentia qualis.*

3. *Peccator cur virtutē non sequitur.*

August.

te te opus bonum, & strenuus es ad transeundum mare, quia auaritia imperat seruis, quia Deus iubet, odisti. Nil magis ad rem. Leuia iubet Deus, non facimus, oulla equidem alia videtur quod suppetat ratio, nisi quòd Deus iubet, dura imperat (ootandum verbum) peccatum, diabolus, passiones, obedimus libenter, exequimur strenuè, cur? dicam, quia non est Deus qui iubet. O misera hominum conditio! ô ingratissima! ô, vt sic dicam, fallacissima! non diiudicat, non intendit, non aduertit quanta dura præcipiat peccatum, quamque difficillima.

4. **Quanta patitur in malis patrandis.** **Idem August.**

Certe non possum me continere, quin hîc non inseram discursum eiusdem sanctissimi patris libro de Patientia, qui admirabilitet, & enucleatè peccatoris vitam laboresque depingens, satis ostendit quàm laboriosa eius sit vita, *Intueamur charissimi*, inquit, *quanta in laboribus, & doloribus homines dura sustineant pro rebus quas vitiosè diligunt, & quanto se his feliciores fieri putant, tanto infelicius concupiscunt. Quanta pro falsis diuitiis, quanta pro vanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus periculosissima, & molestissima patientissimè tolerantur? pecuniæ, & gloriæ cupidos videmus, vt ad desiderata perueniant, adeptisque non careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tempestates, aspera, & incerta bellorum, immanium plagarum ictus, & vulnera horrenda, non ineuitabili necessitate, sed culpabili voluntate perficere.* Quid melius dici potuit? forsitan non ita? aut quòd non hæc patiantur mali, aut non hoc videamus quotidie? Sed hoc non tantum malum; inquit Augustinus, sed illud est magnum pessimumque, scilicet, vt qui talia agit laudetur, si cum illis aliquod facinus non admittat, vnde & sequitur; *Verùm hæc quodammodo licita videntur, nam auaritia, ambitio, luxuria, & variorum oblectamenta ludorum, nisi propter illa facinus aliquod admittatur, siue flagitium, quod legibus prohibetur humanis, putantur ad innocentiam pertinere, immo etiam qui sine fraude cuiusquam, aut pro habenda vel augenda pecunia, aut pro adipiscendis, vel retinendis honoribus, aut in agone certando, vel venando, seu theatricum aliquod plausibiliter exhibendo, magnos labores, doloresque pertulerit, parum est quod populari vanitate nullis reprehensionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus.* Nil aptius. Hoc maximum malum est, ad tantam genus deuenisse cæcitatem humanum, vt illicita licita iudicet, & vituperanda laudibus digna, & virtutes ducat ipsamet vitia, & summos labores pro eis summos honores.

5. **Maxima hominum cæcitas malum quod, secundùm Augustinũ.**

Sed nec hoc tantum malum, nam etsi malum, aliquo est colore tectum, vnde minus culpabiles propter illud laborantes, sed qui incredibilia ad ipsum malum sustinet perpetrandum, quid de isto dicemus? & sustinet libenter, immo ad hoc, vt malum faciat, seu vt melius dicam, ad malum perpetrandum se assuefaciat, mira patitur, indicibilia sustinet, hoc est maximum. inquit idem Augustinus, vnde & sequitur. *Quid de latronibus dicam, quorum omnes, cùm insidiantur viatoribus, noctesque pernoctant insomnes, atque vt transeuntes excipiant innocentes, sub qualibet cæli asperitate nocentem animum corpusque defigunt. Quidam vero eorum inuicem torqueri perhibentur, ita vt exercitatio contra pœnas nihil distet à pœnis. Non enim tantum fortasse excruciantur à iudice, vt à dolentibus veritas inquiratur, quantum à suis sociis, vt à patientibus non prodantur, egestate, & fame steriles, vt inquit sanctus Iob, qui rodunt in solitudine, squallentes calamitate, & miseria, mandunt herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum est cibus eorum, qui de conuallibus ista rapientes, cùm singula reperiunt, ad ea cum clamore currunt, in desertis habitant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream, & tamen cùm talem vitam agerent, lætantur, & esse sub sentibus delicias putant.* En tibi ad vnguem malorum, pessimorumque vita, en tibi deceptio eorum, quæ quidem non solum latronum tantum, sed & omnium est peccatorum, qui esse sub peccatorum sentibus, delicias putant, & labores non labores, sed requiem, etiamsi deficiant, etiamsi vsque ad mortem defatigentur, & hoc, vt egregiè dicit Augustinus, *Non ineuitabili necessitate, sed culpabili voluntate.* Quod valde notandum, nam si necessitas vrgeret, si aliud facere non possent, si coacti talia sustinerent, aliquam haberent excusationem; at voluntariè talia pati, & sustinere, sic viuere, seu potius sic viuendo mori, hoc mirum, hoc est mirandum.

Idem August. **6.** **Peccatorũ vita dura, & cruciatibus plena.** **Idem.**

Considerandum hoc expressè depictum in illorum duorum fratrum vita, Esau nempè, & Iacob, quorum alter impiorum, alter verò bonorum typus. Vitam vtriusque considera, luceque clarius, quàm laboriosa sit peccatorum vita, quàm dulcis, & sine labore bonorum vita, perspicies; Genes. 25. num. 27. *Factus est Esau vir gnarus venandi*, inquit scriptura, *& homo agricola.* Eo vita Esau, quis noo diceret cam delitiosam, & delectabilem? sed falsò, vt mox videbimus. *Iacob autem vir simplex, habitabat in tabernaculis.* En vita Iacob, quis talem vitam despicabilem non dixerit? dixerit, sed deceptus. Attende vtriusque fructus, & perspicies quod illa Esau vita, quæ tibi delitiosa delectabilisque videbatur, re vera noo erat, sed laboriosa, sed fatigatione repleta, ita vt vsque ad mortem reduceret viventem: vita autem Iacob, quæ despicabilis, & otiosa videbatur, non erat sic, sed æstimabilis, ac pretiosa. Attende de vita Esau. *Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem cùm venisset Esau de agro lassus, ait, Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Cui dixit Iacob; Vende mihi primogenita tua. Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita? Et vendidit primogenita, & sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt paruipendens quod primogenita vendidisset.* Quanta mirabilia in his claudit scriptura verbis! quot verba, tot mysteria.

7. **Iacob & Esau vita bonorum malorumque vitæ exemplar.** **Gen. 25. 27.**

Vitam Esau tibi diximus miserrimam, licet contrarium videbatur, cùm venationis delitias nemo sit qui ignoret: de qua re multa, & præclara Xenophon, virisque militaribus venationis exercitium commendans, quam etiam, & suis laudauit Plato, vt quando de Legibus Dialogo sexto ait, *Venatio omnis, & quæ cum canibus fit non minus studiosè ab adolescentibus fieri debet, propter vtilitatem, quam affert in cognoscendo suam regionem.* Vnde Adrianum ferunt, vt ait

8. **Venatio res præclara, semper in pretio habita, militibus consulenda.** **Xenoph.** **Plato.**

Plutar. Plutarchus Dialogo 52. ita venatione delectatum, vt oppidum construxerit, vbi vrsam manu sua prospera interemerat venatione. At licet hoc sit, fallax est talis delectatio, non deliciosa, sed pœnosa, quod satis miser expertus Esau, dum sic eum lassauit, ac defatigauit, vt ad mortem vsque ipsum reduxerit, *En morior*, inquit. Et insuper non tibi videtur, quod laboriosa, vilisque illa sit vita, quæ ad eum miserum reducit statum hominem, vt ex libero fiat subditus, ex diuite pauper, ex primo secundus, ex domino seruus. At non tibi videtur, quod pœnosa illa sit vita, quæ ad tale miseriæ reducit extremum hominem ipsam sequentem, vt vili pretio det optimum, quod habet, & quod pro magnis quas possidere potest delitijs, vno tantum sit lenticis contentus edulio? Quis, quæso, talem lætam dixerit vitam? quis iucundam? quis non laboriosam, pœnosamque? non equidem ab hac peccatorum distat vita, quæ ita iucunda apparet, ita omnibus referta bonis, quam si intimius perspexerimus, inoeniemus equidem illam iucundam non esse, sed pœnosam, sed laboriosam. Quoties fame & siti pereunt, quoties ad extremam deueniunt paupertatem, primogenita vendentes, quoties ex liberis fiunt subditi, & vt comedere possint, seruitio se mancipant alieno? quoties ex dominis vilissimi serui? & tamen cùm hoc ita sit, hæc omnia vti alteri Esau paruipendunt, & vt sanctus inquit Iob, *Esse sub sentibus delitias reputant* Quos merito notat Tertullianus, lib. ad Martyr. cap. 5. dum considerat aliquos mori auidè, vt vanam gloriam aucupentur. Quod similiter dicere possumus & de reliquis hominis passionibus carnalis, *Omnia*, inquit, *sauitia, & cruciatus certamina iam apud homines affectatio quæque, & morbus quidam animi conculcauit, quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat, certe ad feras ipsas, affectatione descendunt, & de morsibus, & cicatricibus formosiores sibi videatur, iam & ad ignes se auctorauerunt, vt certum spatium in tunica ardente conficerent.* Nil melius. Belli labores miser sustinet peccator, qui immensi, feris se obijcit dilaniandum, & cicatrices suffert, ignibus se tradit, & vritur, & tamen cùm hæc omnia sustineat, delitias putat, quæ maior væsania? qualis vita durior?

Iob. *Tertul.*

9. Peccator irridendus ab ea quæ ad vanam consequendam sustinet gloriæ.

At è contra Iacob considera vitam, quam despicabilem potabas, perspicies que quàm illa sit honorabilis, quàm amabilis, quàm quieta, pacificaque, ille domi stat, & residet, dum frater laborat, & defatigatur. Esau laborando ad mortem peruenit, & fruendo de venationis actu, iisdem quibus ad fruendum vtebatur gressibus, iisdem ad mortem, perditionemque tendebat. At Iacob domi quietè residens, absque defatigatione cibum sibi parat, non solum ad se sustentandum, sed ad augendum. Esau quod colligit ex illa vita est virium amissio, animi deliquium, primogenituræ deperditio. At Iacob quod ex sua, virium est extensio, animi fortitudo, primatusque adeptio. Vnde postea benedictus hic, lætus & iocundus ad hæreditatem peruenit, quâ defraudatus ille, plorat, flet, & eiulatu magno exclamat, *Benedic etiam & mihi pater mi*, Genes. 27. num. 34. sed vanè, inutiliterque: nam vt inquit Apostol. ad Hebræ. 12. num. 17. *Cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est, non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam.* Et merito quidem, iustum quippe fuit, vt qui sic parui æstimauit primatum, vt minus illum faceret quàm vnum edulium, postea locum pœnitentiæ apud Isaac non inueniret, ad illum recupetandum, etiam si cum lacrymis eum peteret & exquireret. Documentum siquidem peccatorum, qui ob vilissimas quasque res, regnum commutant cælorum, vt attendant, videant, & contremiscant ex hoc, ne iusto suo iudicio Deus indignatus, deneget eum illis, etiamsi postea cum lachrymis illud petant, sed non lachrymis veris, ex vero sinceroque dolore ptomanantibus, sed falsis, iusto Dei iudicio denegante eis veras, non secus ac infelicissimo Esau, qui non lachrymis veræ pœnitentiæ, id est peccati, vt adnotant hîc Doctores, sed damni quod passus fuerat, benedictionem recuperare amissam satagebat, & qui non lachrymis cordis plorabat, vt egregiè expendit Augustinus in Psalm. 37. num. 9. super illa verba *Rugiebam à gemitu cordis mei.* ponderans aliquos gemere gemitu cordis, quia diuina amiserunt, aliquos gemitu carnis, quia terrena. *Homines*, inquit, *si quando audiunt gemitum hominis, plerumque gemitum carnis audiunt, gementem à gemitu cordis non audiunt. Abstulit nescio quis res huius, rugiebat, sed non à gemitu cordis, alius quia abstulit filium, alius quia vxorem, alius quia grandinata est vinea, quia cupa acuit, alius quia timet hominem inimicum, omnes isti à gemitu carnis rugiunt: at vero seruus Dei, quia ex recordatione sabathi rugit, vbi est regnum Dei, quod caro, & sanguis non possidebunt, à gemitu cordis rugit.* Sic miser Esau rugiebat, & clamore rugiebat valido, at non à gemitu cordis, sed carnis, ad amissam peruenire benedictionem cupiens, ad quam miser non peruenit, quia vt facti pœniteret Isaac, & si cum lachrymis, efficere numquam potuit; admonens ex hoc Paulus Hebræos, & cum illis simul & Christianos omnes, vt Dei gratiam, fidemque nolint abijcere, ne sicut Esau reprobi fiant, in maloque obstinati, ac duri, neque velint in vltimo reseruare pœnitentiam, quando iam damnum peractum, quando ad vltimum quasi res redacta, quia tunc vix verè conuertentur, vix verè dolebunt. Nam vt rectè inquit sanctus Paulinus ad Fastum Rhegiensem Episcopum epistola 1. de seræ loquens pœnitentiæ difficultate, *Ipse decipit, qui mortem multis temporibus vicit, & ad quærendam vitam iam feminimus assurgit, vt tunc officiosius appareat, quando Dominica seruituti omnia corporis, & animæ subtrahuntur officia, nam circa exequendam interioris hominis sanitatem, non solum accipiendi voluntas, sed agendi expectatur vtilitas.* Nil melius, ideo falsa in illo tunc pœnitentia est peccatoris, quia voluntatem habet accipiendi, at non vtilitatem agendi, cùm quod agit ex voluntate maneat accipiendi, non verè se pœnitendi. En miser Esau, lachrymas effundebat, non vt se pœniteret, sed vt acciperet, ideo vtilitate caruit operis, quia tantum voluntatem habebat accipiendi. Vnde merito ad quod optabat non peruenit, quia indignæ erant illæ lachrymæ, ipsiusque indigni gemitus, ad quos illa eum astrinxit vita, quæ tam fœlix repu-

Genes. 27. 34 *ad Hebr. 12. 17.*

10. Esau merito non inuenit pœnitentiæ locum, & cur.

Psal. 37. num. 9. August.

11. Aliqui gemunt cordis gemitu, aliqui carnis, & quæ inter eos differentia.

12. Pœnitentia sera periculosa, & ad remissionem peccatorũ valde amens, huiusque rei ratio. *S. Paulin.*

tabatur, ſic plena doloribus, quos miſeri non percipiunt peccatores, ſed vt ſanctus ait Iob, eſſe ſub ſentibus delitias putant, cùm ſint deliria.

13. Peccatores delitant, & in quo inſaniunt. *Hierem. 3. 15. Gregor.*

At non eſt delirium, ſic extra ſe hominem eſſe, vt ſitiens, etſi abſynthium bibat, abſynthium non ſentire, ſed illud vſque ad ebrietatem epotare. *Inebriauit me abſynthio*, inquit Hiere. tertio nu. decimo quinto, ſui lamentans generis calamitatem, *Abſynthio inebriatur*, inquit Gregorius libro vigeſimo Moral. capite decimo ſexto, *dum hoc, quod aſſumpſit, amarum eſt, & tamen non intelligit eandem amaritudinem, qua repletur, mundi gloriam ſitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum eſt quod bibit, ſed quia hoc nimis inhianter ſumpſit, eiuſdem amaritudinis malum diſcernere iam præ ipſa ebrietate non ſufficit.* Egregiè. Aperit nobis Gregorius radicem cur abſynthium peccatorum quod mali patiuntur, non ſentiant: quia ſcilicet auidè, quia ſitibundè, quia depereundo bibunt miſeri. Artaxerxes enim Rex, vt ſcribit Plutarchus in eius vita, cùm vehementiſſimè ſitiret, & alia non eſſet aqua, niſi putrida, ac fœtida, cum ei porrectam, à Satibarſane Eunucho totam ebibiſſet, percunctatus, *An non plurimum hoc potu moleſtiæ ſenſiſſes*, reſpondit, ait Plutarchus, *Deos teſtatus, numquam ſe ita ſuauiter vinum bibiſſe, vel aquam leuiſſimam, atque puriſſimam.* Sitis ergo in cauſa fuit putrefactionem illam non ſentiri, vnde totam ebibit. Sic etenim qui potenter, qui validè, qui vehementer ſitit, licet ſit aqua amara, etiamſi felle mixta, non percipit amaritudinem, non ſentit fel, niſi poſt potum, poſt ſaturitatem, prius non percepit, ſed totam hauſit aquam, totum ebibit potum, quia ſitiuit ardenter, & ſic inhianter ſumpſit: at poſt ſaturitatem, poſt epotationem, poſt ſitim expletam, tunc quàm amarus fuit potus, quàm venenoſus, quàm ſalſus & inſalubris, tunc percipit, tunc ſentit, tunc plorat & gemit. Sic miſer Eſau dum edulium comedit amaritudinem non ſenſit, quia inhianter comedit, auidè, ſitibundè, ac quantam amaritudinem in ſe continebat poſtea vidit, quando ingemuit, quando irrugiit. Sic peccatores, ſic mali, ſic perverſi, qui peccant, ſiti qua peccant, & deſiderio quo ad percipiendum res tenentur humanas, non percipiunt fel, non ſentiunt amaritudinem, quam in ſe continent, vnde abſynthio inebriantur, neſcientes abſynthium eſſe, quia, vt inquit idem ſanctus vbi ſupra, *Delectationibus peccatorum preſſi, ex affectu vitæ præſentis, quàm ſint aſpera, quæ patiuntur, ignorant*, immo ita deprauatum tenent ob ſitim guſtum, vt & ipſum abſynthium, ipſamque amaritudinem dulcedinem putent, quia, vt ait idem ſanctus, *Dura ex præſentis vitæ amore tolerant, & tamen affectu nimiæ cupiditatis obligatæ laborem eiuſdem tolerantiæ voluptatem putant.*

14. Cur amaritudinem huius rerũ mundi non percipiunt. *Plutarc.*

Idem.

15. Dæmon cur ad ſaturitatem vſque ſua homini non concedit. *Chryſol.*

Hinc peſſimus ille humani generis hoſtis hoc callens, vt pronus homo ad peccata deſcendat, numquam illis exſaturari ſinit, quod probat Chryſologus ſermone ſecundo filij prodigi ex illis verbis, *Qui cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*, Luc. decimo quinto, numero decimo ſexto, vbi Chryſologus, *Nam Diabolus non ſinit peccatores ex ipſo porcorum cibo, paſtuque ſaturari, vt eſurientes vitiis plus delinquant.* Nil melius. At ſine eos ſatiari, ſine vt ſitim expleant, ſine vt optatis potiantur, tunc videbunt, tunc perſpicient, quàm amarum, quàm laborioſum fuit, quod ita dulce, quod ita leue & delectabile æſtimabant, vt tunc certè clamabunt dicentes, *inebriauimus nos abſynthio.*

16. Mundani, dolores voluptatum percipiunt, poſt ſaturitatem, non vero ante.

Hoc equidem ponderandum in ſanctiſſimo illo viro Iacobo, qui cùm amore ſuæ teneretur Rachelis, ac pro illa deperiret, cùm ad optatas nuptias niſi per magnos peruenire non poſſet labores, amoris magnitudine & ſui ſiti deſiderij qua tenebatur, parui ſeptem ei videbantur annorum labores, vt ſacer inquit textus Geneſ. 29. num. 20. *Seruiuit ergo Iacob pro Rachele ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.* Ergone parui videri poſſunt dies ſeptem annorum intollerabilis ſeruitutis, intollerabilis laboris, intollerabilis ſuſtinẽtiæ, frigoris, ſitis, æſtus, curæ, pauoris, duriſſimæque tandem vitæ, quam in ſuis ſeptem perpeſſus eſt Iacob annis? Ne mireris, æſtuabat, ſitiebat, vehementer inhiabat, ac ſuſtine pauliſper, vt ſitim expleat, & videbis quanti hos faciet labores, quomodo de illis conqueratur, quomodo lamentetur, & vſque ad cœlum exclamet, Geneſ. 31. num. 38. *Tumensque enim, & cum iurgio Labano dixit, Viginti annis fui tecum die, noctuque, æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis, ſicque ſeruiui tibi quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus.* Quid dicis Iacob? cur tumes? cum iurgio reſpondes? cur lamentaris? nonne pro tua laboraſti Rachele? nonne parui tibi videbantur anni, pauci labores, paruæ ærumnæ dulciſſima vita? cur nunc tumes? ne mireris, ſitim expleuerat, ad optata peruenerat, iam amplius non ſitiebat, & ſic nunc ſatiatus abſynthium percepit, quod ſitibundus non perceperat. Quod & de omnibus eleganter affirmat Hieronym. lib. 2. in cap. 3. Hierem. dum ait, *Humanum genus recto Dei iudicio, in calamitatibus ſuis dimiſſum, atque per eaſdem voluptates ſpontaneis tribulationibus tradito abſynthio eſt ebrium, quia & amara ſunt, quæ pro huius vitæ amore tollerat, & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis*, notanda verba, *quaſi inſenſibilitate ebrius ignorat, mundi enim gloriam ſitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum eſt quod bibit, ſed quia hoc nimis hianter ſumpſit, eiuſdem amaritudinis malum diſcernere, iam præ ipſa ebrietate non ſufficit.* Sic peccatores, ſic mali, & qui mundo ſeruiunt, non ſentiunt labores, non afflictiones, non malum, quod in peccato eſt, quia ſitiunt, quia æſtuant, quia pro his rebus depereunt, quia tandem inhianter ea bibunt, at ſine eos exſatiari, ſine vt ſitis pertranſeat, ſine vt expleantur, tunc videbunt, & perſpicient falſam fuiſſe voluptatem, veros labores, emolumentum nullum, malum certum, & laſſatos ſe eſſe in via iniquitatis, quia vt hîc per noſtrum Sapientem dicunt, *Ambulauerunt vias difficiles, laſſati ſumus, &c.*

Geneſ. 29. 20.

17. Iacob Rachele potitus labores doluit, quos ante pro nihilo æſtimauerat.

Geneſ. 31. 38.

Hieron.

18. Cupiditas mundanarum rerum, earum abſynthium percipere non ſinit.

HOMILIA XCV.

Satietas huius mundi rerumque eius affligit, non satiat animum possidentis.

Castro.

LAssati sumus in via iniquitatis, inquiunt, quod Græcè, vti diximus, est, *impleti sumus vijs iniquitatis*, & vt benè Castro, in itinere scilicet, & viis satiati, ac lassati. lassatio enim viarum, est defatigatio in illis. In vijs ergo impij iniquitatis lassantur, dum illis exsatiantur, quia tantum abest vt satietas illarum parturiat delectatiooem, quin potius generet afflictionem. dolorem, nauseam, ac vomitum: nec mirum, quia talia bona cùm sint sine Deo, minimè delectari possunt, sed ad nauseam prouocant, vomitumque satietas eius, eibus enim cùm non sint hominis, sed bestiarum,

1. Cur satietas rerum huius mundi nauseam prouocet.

hinc dum in ventrem immittuntur, tanquam aliena eorum saturatio grauat, non delectat, premit, non sustentat, hinc nauscat miser, euomere procurans, sic Deo ad eorum bonum permittente, vt inquirere desistant, quod adeptum nauseam prouocat. Num. vndecimo, num. vigesimo, magno quippe desiderio flagrauerat populus propter carnes, promisit Deus se illi carnem daturum, sed notanda sunt verba promissionis. *Sanctificamini*, inquit, *cras comedetis carnes donec exeant per nares vestras, & vertatur in nauseam.* Premendum hoc postremum, cur namque Deus, qui nunquam modum excedit, vult nunc modum excedere, & tantas carnes præbere miraculosas, vt vertantur in nauseam? Christus equidem Dominus noster distribuit ex panibus, & piscibus, quantum volebant, &, vt inquit Matth. *Manducauerunt, & saturati sunt*, capite decimo quarto, numero vigesimo, sed non vsque ad nauseam; non vsque ad vomitum, cur ergo nunc vsque ad nauseam? sane quia carnes illæ, carnes erant coocupiscentiæ, à Deo ob perfidiam datæ comedentium, & sic vacuæ omni erant bono & sine Deo, hinc ad nauseam concessę, non ad delectationem, ad fastidium, non ad nutritionem. Vnde sequitur, *Donec exeant per nares vestras, & vertantur in nauseam, eo quod*, en ratio, *repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo dicentes, quare egressi sumus ex Ægypto?* Saturati sunt isti miseri, sed talis saturitas non delectationem peperit, sed nauseam, sed vomitum, sed fastidium, eo quod sine Domino satiati, & illud quod sine Deo gustatur, non satiat, aut si satiat, ad fastidium, & ad laborem. Nam vt benè ait Hieronymus libro tertio in Lamentationes Hieremiæ, super illa verba, *Qui vescebantur voluptuosè. Quicumque delitiarum voluptatem secutus viam istius vitæ incorreptus expleuerit, non ad æterna vitæ gaudia, sed ad fœditatem pœnarum perueniet.* Vbi aduertendum, non loqui Hieronymum de alterius, sed de istius vitæ pœnis, quæ statim post peccatum sequuntur; vnde notandum non dixisse ad acerbitatem pœnarum, sed ad fœditatem pœnarum, pro pœnis intelligens ipsamet peccata, in quibus mali iusto Dei iudicio incidunt, quibus fœdè re-

Num. 11. 20.

2. Deus cur populo dedit carnes vsque ad nauseam.

Math. 14. 20.

3. Saturitas sine Deo, ad fastidium conceditur.

Hierony.

4. Peccata ipsa, sunt peccatoris pœna,

A plentur ad nauseam, vomitumque, nullam ex eis delectationem percipientes, nullum emolumentum. Hinc optimè Oleaster rationem præbens, cur Moyses comburens vitulum, cineres ad potandum filijs dedit Israel, Exod. trigesimo secundo, numero vigesimo, ait hoc fecisse Moysem in pœnam peccati patrati, vt post illud repleti stomacharent, & idolis satiareotur vsque ad nauseam. *Crediderim*, inquit, *quod vt eis idololatriæ nauseam induceret, voluit vt pulueribus idoli sui satiarentur.* Quod confirmat exemplo à nobis allato; vnde sequens ait, *Cùm enim populus carnium desiderio flagraret, satiauit eos, vsquequo per nares eas proycerent, vt satiati de cætero amplius non desiderarent.* Vbi obiter notandum, aliquando, vti diximus, peccatores Deum sic peccatis exsaturare, sic omnibus concupiscentijs repletos reddere, vt fastiB diant, & ex fastidio resipiscaor ab ipsamet sua verberati satietate, ac proinde ad bonum conuersi, quod magnum suæ signum est dementiæ, suæque bonitatis, vt ad emolumentum peccatoris reddat summet flagellum, suammet peccati pœnam.

Oleaster.

5. Moyses cur populo ad bibendum cineres dedit vituli.

Exod. 32. 20.

6. Deus permittit aliquãdo peccatorẽ peccatis exsatiati, ob bonum suum.

At hoc notaadum, sic ex Dei prouenire misericordia, vt contra naturam sit peccati, nam hoc sic replet, vt nauseam generet, sic nauseam commouet vt amplius peccandi generet sitim. Vnde peccandi finem imponere nescius peccator, numquam dicit sufficit. Audi Ezechielem 16. num. 28. *Fornicata es in filijs Assyriorum, eò quod nec dum fueris expleta, & postquam fornicata es, nec sic es exsatiata*, vbi Septuaginta, *& fornicata es, & non es repleta.* Pulchrè. Ratio enim exsaturationis animæ bonorum huius est vitæ, numquam replent, vnde numquam satiant, noo enim plenæ C sunt, sed mancæ, non absolutę, sed imperfectæ. Mirum si statuam consideres Nabuchodonosor, Dan. 2. omnia equidem mundi cooflata bona in ea reperies aurum, argentum, ęs, ferrum, altitudinem, immensitatem, terribilitatem tandem, vt propemodum dicas omne bonum altum, sublimeque ad illam efformandam concurrisse. At si attendas, nec illam ex toto conficere valuerunt, *Pedes enim habebat fictiles*, Num. 33. vnde & manca, hinc sui complementi sitis: nam si ipsa sensum habuisset, suosque considerasset pedes, perfectionem misera sitiret, pro eaque deperiret, nec equidem obtineret: nam vt rectè inquit Boetius de Consolatione prosa 9. nulla in hac vita prorsus fœlicitas est quæ non cum status sui qualitate bellum gerat, in plurimis deficiens, in nullo propemodum perfecta, *Quis est tam composita fœ*D *licitatis*, ait, *vt non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? anxia enim est humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota proueniat, & vel nunquam perpetuo subsistat: hunc consensus exuperat, sed est pudori degener sanguis, hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inclusus esse mallet ignotus, ille vtroque circumfluens, vitam cælibem deflet, ille nuptiis felix orbus liberis alieno censum nutrit hæredi, alius prole lætus filiæ filijue delictis mœstus illachrymat.* Nil melius. Perfectæ non sunt, vnde & replere nequaquam possunt, inde nec exsatiare ac sitim extinguere, immo amplius eam accendere. Ex quo clarè infertur, duo ex se peccatum inferre mala inter se valde dissita & repugnantia, sitim, & saturitatem, sitim ad amplius miserum reddendum pecatorem, saturitatem ad eum grauandum, stomachandum,

7. Peccata ea se amplius peccandi maiorem semper excitant sitim.

Ezech. 16. num. 28.

8. Bona huius vitæ cur semper sui ampliorem generent sitim.

Dan. 2. n. 33.

Boetius.

9. Sunt manca & imperfecta, numquam completa.

10. Peccatum duo infert mala inter se valde dissita.

itavt amplius sit fastidium ex saturitate proueniés, quàm delectatio ex concupiscentia adepta.

Hoc considerandum in facto illo infelicissimi Amnonis. 2. Reg. 13 num. 2. quanto enim desiderio

2. Reg. 13. num. 2.

flagrauit hic ad incæstuosi concupiscentiæ concubitus sororis suæ Thamar, tantum etenim, vt dicat Scriptura quòd *propter eam deperijsset valde, quòd propter amorem eius ægrotaret, & quòd macie attenuaretur*. En quàm vehementer accessus. Quis non

11\. Amnon quam infelicem suum reddidit desiderium adeptum.

diceret tunc beatum fore quando concupitis frueretur? & satietatem desiderij indicibilem ei parituram delectationem? At non sic, immo satietas fastidium, fastidium odium, odium illiusmet abominationem peperit obiecti, pro quo ante tantum deperibat. O equidem res mirabilis! *oppressit & cubauit cum ea*. En satietas vix exsatiatus, *exosam eam habuit Amnon odio magno nimis*. Singula signa verba, non enim sine mysterio ea posuit Scriptura. Vnde non contenta dictis sequitur: *Ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat*. Mirum, quis vnquam talem effectum ex tali sperasset concupiscentia complemento? Considera amorem, quantus fuit, quàm vehemés, quàm ingens? itavt vsque ad mortem eum reduxerit. Post quæ attende quòd maius fuit odium, maior abominatio, maior nausea, non aliunde nisi ex satietate. Pulchrè Sanctus Isidorus Pelusiota

S. Isidor. Pelus.

12\. Discrimen inter voluptatis diuitiarumque amorem quale.

lib. 2. epist. 234 discrimen depingens inter voluptatis, diuitiarumque amorem, alatum illum depingi affirmat, sine pedibus alterum, cuius primi rationem reddit, quia sæpè à saturitate auolat, dum onustus, alter sine pedibus grauatus sedet: *Corporum amorem*, ait, *ob eam causam pictores cum facibus, & pennis depingunt, quia nunc libidinem inflammat, nunc rursus ob saturitatem auolat, tantum verò à*

13\. Amor pecuniarum sine pedibus & cur.

pecuniæ amore abest vt pennas habeat, vt pedes illi vllus vir cordatus tribuere queat, neque enim ingredi, atque ab eo qui captus est secedere potest, verùm manus in omnes immittens, ferro quouis ac plumbo grauior insidet. Egregiè. Auolauit cupido ab Amnone ob saturitatem, qui priùs cum facibus inflámauerat, & auolans nunquid non miserrimus plusquàm dici potest iste fuisset si à se expellere sororem non potuisset? nonne talis nausea eum occidisset, ac prorsus interemisset?

14\. Amnon cur statim fastidiuit sororem.

Sed amplius quid in hoc facto considerandum, ponderandumque, scilicet, quòd non post longum tempus, non post multos dies, sed immediatè post saturitatem, desiderijque expletionem secuta est nausea, fastidiumque, & non multum, nec parum tardauit, sed illico, ad denotandum equidem, quòd nausea non aliundè venit, quàm ex ipsamet saturitate, tanquam propriùs effectus eius. Vt semel cófirmatum existat, impossibile esse rebus huius mundi saturari, & non stomachari, sicut impossibile vt posita causa eius non sequatur effectus. Miser iste desideriú satiauit suum, illò plenus extitit, at quando plenus saturitate verberatus, illico stomachatus euomit, vnde statim à se eam eiecit, impossibile vt nó eijceret, forasque expelleret turpiter, & inhonestè, *Surge*, inquit, *& vade*, quæ cùm non sic cito abiret, contrarium subdere conata: *Noluit eam audire*, facet inquit textus, *sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eyce hanc à me foras, & claude ostium post eam*. Quis tale crederet? vt ipsemet qui paulò ante ob istam deperibat eiectam, & modis omnibus ardenter, instanterque eius procurabat consecutionem, nil relinquens intactum, nunc eadem ardentia, eodemque procuret feruore eam eijcere, & sicut auxilium postulauit amici ad eam consequendam impatiens amoris, nunc auxilium postulet famuli ad eam expellendam impatiens odij, & ita expellendam, vt post eam ostium claudat, timens reditum, & illiusmet visionem obiecti quod tantopere paulo antè diligebat, quis, quæso, tale crederet? Ne mireris, satietas enim huius est mundi, satietas eius delectabilium, quæ secum fastidium, lassitudinemque inducunt, vnde non mi-

15\. Bona huius vitæ intra se eorum met fastidium includunt.

rum, si talem effectum parturiút, quia dum via iniquitatis implentur mali, lassantur, defatigantur, & deficiunt: quia huius delectationes vitæ non sustentant, sed vti diximus, nauseam prouocant, &, vt inquit Gregor. homil. 36. Domin. 2. post octau. Trinitat. *Cùm auidè eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt.*

Gregor.

Bernar.

16\. Aut non satiant, aut fastidium generant.

Egregiè quidem Bernard. in serm. varijs serm. 21. vtrumque affirmat dictum, nempè res huius mundi non satiare, aut si satiant non ad delectationem, sed ad fastidium: *Qui pecuniam diligit*, inquit, *non satiatur, qui mundum amat, nunquam satiatur. Noui ego homines satiatos hoc mundo, & ad eius memoriam nauseantes, noui satiatos pecunia, & satiatos honoribus, satiatos voluptatibus, & curiositatibus huius mundi, nec mediocriter, sed vsque ad fastidium satiatos, nam neque saturitatem paris hac copia, sed contemptum*. Optimè equidem, copia, rerumque satietas contemptum sui parit, contemptus fastidium, fastidium odium, odium tribulationem, & laborem, si eijcere non potest id quod in odium habet. Da hominem luxuriosum, da concubinarium, da sollicitum ad talia perpetrá-da, habeat concupitam in domo mulierem, tractu temporis impleto desiderio satiatur, sed ipse licet satur sit, mulier tamen domi manet, expellere eam nec valet. Quale ergo erit huius fastidium, qualis nausea, qualis labor ex illa procedens saturitate? cur tristatur nunc concupitum secum habens obiectum? Non mireris, quia conditio saturitatis huius mundi rerum talis est, vt copia generet contemptum, vt inquit Bernardus, contemptus fastidium, fastidium odium, odium fugam, quæ si impeditur, summas causat, nutritque molestias.

17\. Bona huius mundi omnia molesta, immo ipsæmet molestiæ.

At hoc quid mirum, cùm omnia huius mundi delectabilia nihil sint, nisi puræ molestiæ, non subleuamina, ad aliam eripiendam molestiam, quam pateris, inuenta, vnde opes, diuitiæ, honores, luxus, molestiæ sunt ad aliam subleuandam molestiam, vti dixi, némpè paupertatem, infamiam, dolores. Quod egregiè dixit Bernardus sermone de primordiis, & medijs, & nouissimis, vbi sic: *Tibi magna bona videntur minora mala, & præ maioribus compedibus quibus assuetus es, minores annulos requiem putas. Comedere appetis, quia fames te cruciat, vtrumque labor est, sed quia fames grauior magis, comedere nescis esse laborem. Denique postquam fames depulsa fuerit, vide si non grauius ducis comedere quàm esurire. Sic se habent vniuersa sub Sole, vt nihil sit in eis verè iucundum, sed ab vno semper transire velis homo in aliud, solaque vicissitudine reuelatur homo vtcumque, ac si prosiliat ab aqua in ignem, &*

Bernar.

18\. Laboris vnius remedium in hac vita, alterius laboris initium.

inde rursus in aquam resiliat, vtpote qui neutrum ferre possit. Vnde omnis siquidem laboris remedium alterius laboris initium est. Egregiè siquidem & veraciter, quis enim non experitur quæ hîc affirmat Sanctus? vicissitudine rerum subleuamur, & ideo nouam non sentimus miseriam, quia noua, & dum antiquius malum malo nouo commutamus, respirare videmur, & subleuari, sed repleti po-

steà,& illo iam exsatiati, nouum inquirimus ad subleuameo, impossibile vt inueniamus. Ex quo fit vt mirum non sit, si satietas rerum huius mundi ex se generet fastidium, & non subleuamen, cùm in se non sit nisi labor, miseriaque, ad maiorem expellendam miseriam nata, quam patiens homo & non valens pro tunc considerare, nec pondus alterius animaduertere, hanc concupiscit ad illam subleuandam; sed expertus postea, & deceptus miser, sic expellere posteriorem hanc cupit sicut priorem, vnde bene Sophas Naamatites apud Iob cap. 20. n. 22. vti expertus de peccatoribus dicebat: *Cùm satiatus fuerit arctabitur, estuabit, & omnis dolor irruet super eum.* Satiatur quippè peccator, cùm ad complementum desiderij venerit, sed hæc satietas non est ad nutritionem, sed ad arctationem, ad indigestionem, ad corruptionem cibi in stomacho, ex qua corruptione *æstuabit*, id est patietur, torquebitur, excruciabitur, somnum amittet & requiem, tandemque *omnis dolor irruet super eam.* En fructus satietatis huius mundi, congeries doloris, non dolores tantum. Applica tu hoc ad singulares casus, & si alienos non vis respicere, respice proprios, & dic, quoties ipsemet huius satiatus mundi rerum copia æstuans, afflictusque, maluisses non esse assecutum quòd tantopere concupisti, & experientia edoctus tua, crede quòd non dissimiliter aliis euenit, sed semper, continuè, & absque vlla varietate huius satietas mundi generat fastidium, fastidium dolorem, immò & dolores, quia talis satietas, vt diximus, non est ad vitam sustentandam, sed ad eam dirimendam, curtandam, perdendam, & non ad subleuamen onerum, sed ad maiora imponenda, & vltimo non ad requiescendum, sed ad amplius miserum defatigandum peccatorem, vt verè ex tali satietate cũ cæteris postea dicat, *lassati sumus.* &c.

Iob 20. 22.

19. Satietas bonorum huius vitæ non ad nutriendum hominem, sed ad eum corrumpendum.

HOMILIA XCVI.

Solitariè in hoc mundo degitur, dum sine Deo viuitur.

AMbulauimus vias difficiles, inquiunt, quod Græcè, vti diximus in litera, est: *deserta, inaccessibilia*, & vt Augustin. *Solitudines difficiles.* At quomodo ambulant in solitudine qui semper sunt in multitudine? nonne quia sine Deo ambulant? Nam sicut pauper est etiam si multas habeat diuitias, qui sine Deo illas habet, vt inquit Hieron. in cap. 3. Prouerb. sic solus est qui sine Deo habitat, licet in multitudine sit: *Diues tibi videbatur ille*, inquit Sanctus, *qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, sed quia Deum non habuit, comperit in fine nihil esse quod habuit. Vnde in Prou. Est quasi diues cùm nihil habeat, & est quasi pauper cùm in multis delitiis sit.* Sic pari modo est solus qui in multitudine viuit, & est associatus qui solus degit, qui non habet Deum solus, immò vndequaqe solus reperitur, & qui Deum habet, non solus, sed multùm associatus, nam Dei tantum societas plus equidem quàm omnium mundi valet societates, & omnes istæ respectu illius prorsus nil sunt; vnde illa deficiente non dicam solus, sed prorsus solitarius remanet ipse homo.

August.

1. Diues pauper si sine Deo diuitias possidet.

Hieron.

Enimuero inter alias, quæ ad creandam mulierem rationes Deum summum mouit, vna illa, solitudo nempè Adami. Cùm enim ad eum omnia adduxisset animalia, vt inquit Scriptura Genes. 2. nu. 19. *Vt videret quid vocaret ea*, & vocasset ea Adam, tandem concludit dicens, *Adam verò non inueniebatur adiutor similis eius.* Quem locum D. expendens Chrysostom. hom. 15 in Genes. cap. 1. acutè adnotat, non simpliciter dixisse Scripturam, *Adæ non inueniebatur adiutor similis*, sed. *Adæ verò*: quam coniunctionem non casu, non fortuito positam, nec superfluum eius indagare rationem, cùm vt ipse inquit. *Nec dictio parua, neque syllaba vna in diuinis litteris contenta, sit prætereunda.* Cuius subdens rationem ait, *Non enim verba qualiacumque sunt, sed Spiritus sancti, & propterea magnum in his thesaurum inuenire licet, etiam in vna dictione.* Quo supposito petit, *quare apponit coniunctionem, an non sufficiebat dicere, Adæ.* Cui dubitationi respondens, eam coniunctionis appositionis rationem esse affirmat, ne scilicet aliquis putaret dum animalia creata vidisset, & ad Adamum adducta, aliqua ex eis Adamo esse similia, à quibus vti par, & decens erat, adiouari posset, *Proinde ne existiment*, ait, *quod supra dicit, faciamus illi adiutorium, de illis dictam, idio nunc sermonem incipiens*, inquit, *Adæ verò non est inuentus adiutor similis ei, quasi diceret, nos beatus Moyses, & hæc diceret verba, hæc omnia quidem producta sunt, & ab Adam sua acceperunt nomina, nihil tamen ex his omnibus dignum fuit inuentum illius adiutorio.* Solus ergo erat Adam, etsi associatus, quia inter animalia viuebat non sui similia. Quod cùm ita sit, inter quæ sunt rogo, peccatoris conuersationes, nisi inter animalia quædam, inter quæ ille viuit? Nam aut enim solitariè inter epulas, diuitias, affluentiãque huius viuit mundi, & vt vides cùm hæc sint insensibilia plus solus viuit quàm si inter animalia viueret, aut inter peccatores similes sui degit, & hi quid sunt nisi animalia? Sic Regius Psaltes: *Homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Psalm. 48. num. 13. Da spiritualem, da hominem Deum timentem, da qui peccare non vult, & sciet quid dico, inter animalia viuit, dum inter peccatores, non eum associantur, sed ad solitudinem eum reducunt mortalem, quia nec delectatur de his quibus ipsi delectant, nec amat quod ipsi amant, nec loqui desiderat de quo ipsi loquuntur, flet tandem de iis de quibus ipsi rident, tristatur de quibus ipsi gaudent, quia ea de quibus peccator gaudet, non leuant ipsum, sed aggrauant, sed onerant.

2. Mulier cur à Deo creata.

Gen. 2. 19.

Chrysost.

3. In Scriptura nec dictio aut syllaba super. est.

4. Adam solus, etsi inter animalia quando sine muliere.

4. Peccator cur semper solus.

Ps. 48. 13

5. Homo spiritualis quã solus inter peccatores.

Pulchrè Augustin. in expositione Ps. 136. num. 1. in illud, *super flumina Babylonis*, adnotat ibi Sanctos plorasse, vbi cantica ab eis expetebant mali, super flumina Babylonis illic sederunt, & fleuerunt, quia illic interrogauerunt eos verba cantionum: *Habet hæc Ciuitas, quæ Babylonia dicitur*, inquit Augustin. *amatores suos, consulentes paci temporali, & nihil vltra sperantes, totum gaudium suum ibi figentes, & ibi finientes: at iusti sedent super flumina Babylonis, & flent, vel alienam miseriam, vel seipsos qui in Babylonia capti esse meruerant, multi flent fletu Babylonio, qui & gaudent gaudio Babylonico, quia gaudent lucris temporalibus, & flent damni, at iusti flent, sed recordando Sion, etiam quando secundum Babyloniam bene illis est.* Nil melius. & postrema adnotanda sunt verba, non flent boni quando malè, sed quando secundùm Babyloniam bene est illis, quando prosperantur, quando inter gaudia, tripudiaque se inueniunt. Vnde ergo cùm sic se res habeant, vnde illis inter

6. Sancti ibi plorant vbi mali lætantur.

August. Ps. 136. n. 1

7. Malorum gaudium & fletus, à gaudio, & fletu sanctorum quàm differens.

8. Sancti flent, quando prosperantur.

peccatores lætitia, vnde ex illis associatio, vnde adiutorium? cùm totaliter dissimiles sint, & quorum respectu animalia sunt peccatores. Cùm ergo inter animalia viuat, solus viuit, sic iustus, nec minus solus, si peccator, sed solus cum miseria, miser effectus, quia talem nescit solitudinem, cùm ignorat eam: nam si sensum haberet, verè se solum diceret, si sine Deo, vti iustus, licet omnia possideret. Iacob etenim etsi multos filios haberet, tamen vno perdito reliquis dixit, *absque liberis me esse fecistis*.

Gen. 42. n. 36. & 45. 28

Gen. 42. num. 36. & infrà cap. 45. num. 28. cùm experimento didicisset Iosephum suum viuere, inquit, *Sufficit mihi si adhuc Iosephus filius meus viuit*. Cur hoc dixit? nisi quia cùm plaustra vidisset, ac vniuersa, quæ miserat Ioseph, cæterosque filios suos, in nullo eorum reperiens solatium, nec satietatem, vnde nec societatem, cùm hanc in sola vita Ioseph repetiret, omnemque simul sufficientiam, propterea dixit: *Sufficit mihi si adhuc Joseph filius meus viuit*. Quasi diceret, prius licet multos haberem filios, non habens mecum Iosephum nullum habebam, & solus eram, prius licet multa possiderem, tamen non erant sufficientia, nec ego sufficiens viuebam, quia Iosephus meus non erat: at nunc viuens ipse ego sufficiens sum cum ipso solo, vnde prius insufficiens cum alijs, & solitarius. Sic equidem sic, licet omnia habeant iusti insufficientes se dicunt, si sine Deo viuunt, at cum eo solo sufficientissimi, soli si sine Deo, licet in medio multitudinis, associatissimi si cum illo, licet in deserto, cùm vacuum quod in se patiuntur solitudoque, nisi vna Dei amicitia, nil aliud implere illud possit: *Et nunc Israel*, inquit Moyses, *quid Dominus Deus tuus petit à te nisi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis eius, & diligere eum, & seruire Domino Deo tuo ex tota anima tua*.

9. Sufficientia Iacob in quo fterit, & quando se sufficientem dixit.

Deut. 10. c. 12. Irenæus.

Deut. 10. 12. Quem locum exponens Irenæus lib. 4. cap. 31. aptissimè ait: *Hæc quidem gloriosum faciebant hominem, id quod deerat implentia, id est amicitia Dei*. Pulchrè amicitiam Dei sufficientiam omnem dixit, solam gloriosum constituentem hominem, deficientia implentem, quæ nulla alia mundi res sufficere poterat. Hinc fit, vt qui Dei est amicus, cùm satis superque (& si solus) sufficiens reperiatur, & nunquam sine Deo, ideo nunquam solitarius maneat. At verò, quia peccatores, & mali, semper sine Dei societate viuunt, ideo semper solitarij sunt, & penitus desolati vitam degunt, miseri consolati sine consolatione, felices absque felicitate, & associati absque societate.

10. Dei amicitia omnis sufficientia.

51. Dei amicus nunquam solus.

52. Peccatores cur soli semper, sine societate.

August.

Nec mirum, cùm Deus hominem creauerit vt societatem secum haberet, non verò cum pecudibus, animalibusque, cum quibus si se immiscet similis illis fit, vt egregiè inquit Augustin. lib. 10. de Trinitat. *Admonemur ab eo qui nos fecit*, inquit, *ne meliori nostra parte, id est animo, similes pecoribus simus, à quibus corporis erectione distamus, non vt in ea quæ sublimia in corporibus animam proijciamus, nam in talibus quietem voluntatis appetere prosternere est animum, sed sicut corpus, ad ea quæ sunt excelsa corporum, id est ad cælestia naturaliter ereptum est, sic animus qui substantia spiritualis est, ad ea quæ sunt in spiritualibus excelsa erigendus est, pietate iustitia*. Nil melius, sed explicandus Augustinus. Ad cõuersandum cum Deo secundum Augustin. homo erectus, id est creatus est, hoc enim voluit dicere quando dixit, *animum esse erigendum ad ea quæ sunt excelsa in spiritualibus*. Vbi notandum non dixisse ad spiritualia, sed ad excelsa in spiritualibus nẽpè ad Dei Trinit. & ad ipsũ Deũ, trãscẽdẽs cælestia, ipsosq; sũmos angelicos choros. Nã, *vt ipse*, inquit, *homo creatus non est ad conuersandum, animumque ponendum ad ea, quæ in corporibus sunt sublimia*, scilicet ad rationabilia quæ dicuntur sublimia corporum: nam quietem, id est sufficientiam, animique solatium in his quærere non est animum erigere, sed prosternere, & similem pecudibus efficere. Egregiè. Tantum enim abest, vt quietem, societatemque in his inueniat inferioribus peccator, vt cum eis conuersans, ex rationali quodãmodo irrationalis fiat, ac proinde summè infelix. Ex quo fit vt cùm homo natura sua, & veluti pondere quodam ad Deum centrum tendat suum, cùm extra illud sit, velit nolit inter pecudes solus viuat, quando sine Deo viuit. Ex quo continua illa emanat in omnibus turbatio, quam peruersi in hoc patiuntur mundo, perpetuaque in omnibus inconsistentia, pacem non reperientes, quia cùm homo animal sociabile sit, hanc societatem cùm in creaturis non reperiat, immò impossibile vt eam reperiat, turbatur miser, angustiatur, & affligitur. Quod dixit Origen. Homil. 2. in Hierem. exponens illa verba: *Cum egressus esset Cain à facie Dei habitauit in terra Naid contra Edem*, vbi ipse, *Naid in Græca lingua interpretatur commotio, qui enim dereliquit Deum, qui deserit sensum de eo iugiter cogitandi, iste habitat in terra Naid, in turbatione mali cordis, & mentis commotione consistit*.

13. Homo creatus ad conuersandum cum Deo.

14. Peccator cur semper inquietus.

Origen.

Sed amplius premenda dicta, diximus peccatorem associare hominem non posse, quia animal, nunc, quia peccando ad peiorem deuenit statum, nempè insensibilitatis, prorsusque totius vanitatis: nam sicut quando homo est iustus, Deus fit per gratiam, sic quando peccator ex Deo qui audit, videt, sentit, intelligit, fit idolum, non audiens, non vidẽs, non intelligens, vnde & insensibilis, ac nihil. Hoc deuotissime expendit Augustin. in lib. Soliloquiorum, vbi sic *Toties*, inquit, *nihil factus sum, quoties à te separatus sum, væ mihi misero, vt quid hoc non agnoscebam, quia te deserens nihil fiebam. Si ergo nihil fui cùm sine te fui, quasi nihil fui*. At quomodo nihil? numquid ipsa deficit peccatoris substantia, & ad nihilum redigitur? numquid non remanet ipse peccator in se, ita vt etiamsi peccator, societatem tamen præstare possit aliquam, vnde cum ipso conuiuens homo solus esse non dicatur? Remanet, respondet Sanctus. remanet substantia peccatoris, sed talis, vt nullo modo associare hominem, & consolari, animoque satisfacere possit suo, nam post peccatum, remanet peccator quasi idolum, & statua quædam, statua autem conuersationem cum homine habere non potest: *Fui*, inquit, *quasi idolum, quod nihil est, quod quidem aures habet, & non audit, nares habet & non odorat, oculos habet & non videt, os habet & non loquitur, manus habet & non palpat, pedes habet & non ambulat, & omnia lineamenta habet membrorum sine sensu eorum*. Vnde concludit Sanctus, *Cùm ergo fui sine te, non fui, sed nihil fui, & ideo cæcus eram, surdus, & insensibilis*. Pulchrè quidem, & verissimè, sine Deo omnis peccator, aut nihil est, aut statua, & idolum, associari ergo non potest. At quomodo peccator idolum animam habens? sanè quia anima ad animæ operationem illi non deseruit, vnde vanè illam accipiens in eius corpore ad nil aliud videtur esse nisi ne putrefiat, stans in illo non secus ac salis esset granum à putrefactione illud præseruans, ad

15. Peccator ex homine fit statua & idolum insensibile.

August.

Idem.

16. Anima in peccatoris corpore ad quid ei deseruit.

nihil aliud deseruiens: *Quis ascendet in montem* A
Ps.23.n.4 *Domini?* inquit Propheta Rex, Psal.23. num.4. Cui
interrogationi respondens ait, *Innocens manibus,*
& mundo corde, qui non accepit in vano animam
suam. Quid est animam non accipere in vano? *qui*
rebus vanis, & transitoriis, & non permanentibus
Incognit. *non deputauit animam suam*, inquit Incognitus,
qui animam suam immortalem sentiens, æternam,
stabilem, atque incommutabilem eam desiderauit,
August. inquit Augustin. Ergo in vano animam accepit qui
17. Quis est qui animam in vano non accipit. ea ad quæ creata est non fungitur, vaneque insuper
in ipso est, dum operationem virtutis, quam sum-
mopere anima appetit, non habet. Ergo viuit pec-
cator, sed quodammodo sine anima, quasi idolum,
animæ veras non habens functiones. Quod cùm
sit, quomodo associare potest aliquem? aut qua- B
lem conuersationem cum illo habere? conuersa-
tionem dico, quæ animum subleuet, satisfaciat, al-
leuiet, consoletur, & impleat, miserabiliores idolo
effecti, nam istud non sentit, quia anima caret, ipsi
verò animam habent, & tamen solitudinem, quam
patiuntur, non sentiunt, prorsus omnino cæci ac
surdi. *Cæcus eram*, inquit Augustinus ibidem,
August. *surdus, & insensibilis, quia nec bonum discerne-*
bam, nec malum fugiebam, nec dolorem vulnerum
sentiebam, nec tenebras meas videbam, quia coram
sine te vera luce, va mihi! vulnerauerunt me, & non
dolui, traxerunt me, & non sensi, quia nihil eram,
quia sine vita eram. En ratio, quare peccator so-
litarius existens, sine Deo solitudinem non sentit,
immo in multitudine se viuere reputat, quia non
videt, quia non sentit, quia statua est, quia miser, &
miserrimus est, cùm verum sit nullam esse societa-
18. tem, nullam conuersationem, vbi Deus non adest,
Maius est malum Deũ ab anima abesse, quã adesse iratum. nullamque ampliorem miseriam, quàm Deum ab
anima abesse: sic, vt è duobus maius sit malum C
omnino Deum ab anima abesse, quàm adesse ira-
tum. *Domine ne declines in ira à seruo tuo*, inquit
Propheta Rex. Quem locum expendens August.
Ps.26.n.9 merito admiratur, vnde ait: *Quid times ne decli-*
August. *net in ira? si à te declinauerit in ira, non in te vin-*
dicabis, si incurras in illam iratum, vindicabit in
te. Opta ergo potius vt declinet à te in ira, non acce-
dat. At pro Dauid respondens acutè sequitur, *Quid*
nouit enim? quid desiderat? ira eius non est nisi a-
uersio eius. Pulchrè, stet etsi iratus, occidat, at non
abeat, quia sola eius ira est eius auersio, eiusque ab-
Chrysol. sentia. Ob hoc Chrysologus serm. 147. admiratur
Petrum dicentem: *Recede à me Domine, quia pec-*
cator sum. quod numquam dixisset, inquit Chry-
solog. nisi à pauoris oppressus esset pondere Chri-
19. sti maiestatis: *Petrus quoque, ait diuina virtutis ti-*
Petrus timore correptus postulat Christum à se discedere. *more turbatus Christum vt à se discederet supplica-*
bat, Discede, inquit, à me, quia homo peccator sum: D
hoc dicebat, quia quicquid amoris, & fidei, pondus
pauoris extinxerat, sic timor nisi fuerit amore tem-
peratus, quamuis deuotam seruitutem efficit contu-
20. *macem.* Ponderanda hæc postrema, contumax est
Timor cõtumacem efficit seruitutem. seruitus absentiam exposcere Dei, etsi irati, quia
nullum sine ipso bonum, & nullum cum ipso ma-
lum; irascatur, sed maneat, flagellet, sed comitetur,
21. non declinet, & si in ira, sic expetenda, sic deside-
Non solus Deus ipse satiat, sed eius tantũ similitudo. randa est eius præsentia, quæ non solum dum ipsa
adest, sed eius tantum similitudo sufficiens ad totũ
replendum animum reperitur. Videns Isaias Do-
Is.c.6.n.2 minum cap.6. num.2. adnotauit quòd *quæ sub ipso*
erant replebant templum, non equidem ipsius, sed
Greg. quæ sub ipso, *Quoniam si Angelus apparet*, inquit
Gregor. hom.15. in Ezech. *infirma tamen mentis*

A *desiderio satisfacit.* Pulchrè. Angelus apparuit,
non Dominus, sed nomine tantum Domini, & to-
tum repletum est templum, quid si ipse Dominus
præsens apparuisset? Optimè Richard. à Sanct. Vi- *Richard.*
ctor. serm. de Spir. sanct. exclamat, dicens: *Nescit,*
omninò nescit, quàm sit vera, & plena refectio, quem
non satiat supercælestis illa, & plusquam dulcedo
mellea. Solus ergo Deus veram præstat societatem,
solus refectionem plenam, quòd dum hîc mali non
vident, videbunt ibi in altera vita, quando in ma-
lum ipsorum aperientur oculi, & tunc prospicient,
quàm soli hîc vixerint, & quomodo ipsorum viæ
fuerunt solitudines inaccessibiles, & sic dicent, *am-*
bulauimus &c.

B Num. 8. *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?*

COMMENTVM LITTERÆ.

SEquuntur impij dilucidè vanitatem omnium *Connexio*
declarare rerum, quas possederunt; quòd qui- *Capitis.*
dem apprimè quatuor sequentibus faciunt versi-
culis, vt videbimus. Nunc autem admirati petunt
quid sibi profuit superbia, aut diuitiarum ia-
ctantia.

Diuitiarum iactantia. Græcè distinctè habe-
tur, nempè, *diuitia cum iactantia quid contulerunt*
nobis? Optimè Castro, quia diuitiæ sine iactantia *Castro.*
plurimum conferunt. Vnde meritò iungunt isti ia- 1.
C ctantiam cum diuitiis, quia illa est mala, non autem Iactantia in diuitiis mala non ipsæ diuitiæ.
istæ, nihil ergo eis profuit superbia, nihil diuitiæ,
immo multum obfuerunt: *Va diuitibus, qui ha-*
buerunt hîc consolationem suam. Luc.6.24. Tertul- *Luc.6.24*
lianus autem legit 4. contra Marcion. cap.15. *Ad-* *Tertull.*
uocationem suam. optimè, nam in altera aduoca-
tione carebunt.

Num. 9. *Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius velociter percurrens.*

COMMENTVM LITTERÆ.

D AB hoc versu vsque ad duodecimum variis si- *Connexio*
militudinibus explicant impij omnium re- *Capitis.*
rum huius vitæ vanitatem, quam tanti ipsi facie-
bant: vt clarè prospicias quàm sit verum Sapientis
dictum; nempè quòd *vexatio dat intellectum.* In
hoc versu comparant bona huius vitæ vmbræ, &
nuntio, id est rumori, & famæ, qui non plus habet
esse quàm quòd ex ore proficiscitur, & ad aures
peruenit. Cæteras comparationes accipe in versi-
bus sequentibus.

Num. 10. *Et tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cùm præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus.*

COMMENTVM LITTERÆ.

SEmitam carinæ &c. id est itineris illius in fluctibus. Carinæ dixit per metonymiam, progressu, & meatu, quem nauis carina intra aquas permeat, numquam apparente.

Num. 11. *Aut auis, quæ transuolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum, verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aërem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius.*

SEnsus patet.

Num. 12. *Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër, continuò in se reclusus est, vt ignoraretur transitus illius.*

HOMILIA XCVII.

Superbia, & diuitiæ quàm vanæ res.

QVid nobis profuit superbia? inquiunt miseri isti, *aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Grandis profectò malorum sententia, quæ sic semper impressa radicitus hominum pectoribus deberet inhærere, vt nullo vnquam tempore, aut quauis occasione ab illo diuelli posset: ex illa enim rei cognoscerent veritatem, fallaciamque superbiæ, diuitiarumque, quas tanti ipsi faciunt. Ad quam probandam nos equidem non alijs vtemur comparationibus quàm ipsismet, quibus ipsi vtũtur peccatores: ad quas ante quàm perueniamus

Animaduertendum qui sunt isti, qui talia contra superbiam, diuitiasque loquuntur, isti enim sunt potentes à sæculo, viri famosi, sunt qui in inferno degentes in hac vita, & superbia, & opibus, abundantissimi fuerunt, sunt Principes huius sæculi, sunt Imperatores, sunt Monarchæ, sunt tandem Alexandri, Cæsares, Xerxes, Darij, & denique sunt omnes illi qui affluenter, abundanterque hîc vitam transierunt, omnibus copiis refertam, & abundantem: isti sunt qui talia dicunt, & affirmant: isti, quos in vita beatos dixerunt populi, & ipsi similiter beatos se reputarunt: isti sunt, qui in altera talia de diuitiis pronuntiant, talia de superbiæ iactantia, hoc dixerim, quia sunt testes omni exceptione maiores, nam cùm sint illi, qui ex parte superbiæ fuerũt, & ex parte diuitiarum, causari nemo potest quòd loquantur ex passione, aut quia pauperes, aut quia amici Christi, paupertatisque eius. Vnde ex hoc grauissima hæc est sententia, vti dixi, quia nemo ex peccatoribus, nemo ex diuitibus, nemo ex regibus eam inficiari potest. Sic enim fuerunt illi ac ipsi, & eadem possederunt ac ipsi, & tamen talia de eis pronunciauerunt in inferno miseri, prospicientes tunc, quod in vita non perspexerunt. Vnde, vt benè ait Olkot, quando ipsi dicunt: *Quid nobis profuit superbia?* quod non solum ista verba, *denotant confessionem, sed & vehementis contritionis recognitionem, quando peccata sua cum quodam improperio sibi ipsis obiecto confitebuntur, vnde non solum confitebuntur, immò sibi ipsis vehementer insultabunt per ineffabilem remorsum conscientiæ suæ.* Et sic verba illa, quid nobis profuit? sunt verba prolata ex conclusione, quam secum de superbia confecerant, diuitiisque, vnde cùm intra se ex veraci conclusissent discursu, seu euidentia rei, cognouissentque superbiam, iactantiamque nihil sibi profuisse, contra semetipsos prorumpunt, quasi attoniti, admirantes, quod propter illa se in illo videant loco petentes à semetipsis, & dicentes: *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactãtia quid contulit nobis?* Et inanitatem superbiæ, diuitiarumque exprimere appetentes, cùm vnico verbo non possent, variis vtuntur comparationibus, & sic comparant eam primò vmbræ, secundò nũcio præcurrenti, tertiò naui transfretanti, quartò aui transuolanti, quintò sagittæ festinanti.

1. Testes omni exceptione maiores contra diuitias erunt mali, & potentes huius sæculi in iudicio.

Olkot.

2. Eorum discursus, & conclusio de diuitiis qualis, & quantum eis onerosa, & confusione plena.

Prima ergo diuitiarum comparatio est vmbra, *Præterierunt omnia illa sicut vmbra*, & rectè. Quia cùm vmbra in se nihil habeat permanentis, sed tantum eius pendeat permanentia ex corpore ipsam faciente, sic diuitiæ, superbiaque ex se nihil sunt, nihil permanentis habent, sed emortuo corpore, & homine è viuis decedente, prætereunt, euanescunt, nihil sunt, *cùm perierint peccatores, videbis*, inquit Dauid, Psal. 35. num. 34. quid videbit? quod ipse aliàs vidit. expertè loquitur, practicè, non metaphysicè, quod ipse vidit, prospexit, manibus attrectauit, hoc dicit visurus. At quid est illud, attende: *Vidi*, sequitur, *impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.* At quid inde? *& transiui, & ecce non erat, quæsiui eum & non est inuentus locus eius. Vidi enim in sæculo hoc*, ait Ambros. in hunc locum, *vidi oculis corporis, vidi etiam eleuantem se, & superexaltantem sermonibus suis, æstimantem se aliquid esse, qui nihil est.* Et paulò infrà: *Vides cedrum in monte altissimo superexaltatum, sed vento frangitur, sed igni exuritur, sed vetustate dissoluitur, ita est diues in sæculo, fulget quidem splendore quodam gratiæ sæcularis vt Libanus, nixus est mundi potentia, opibus & diuitiis exultat, videtur sibi aliquid esse antequam dicas transiens videbo, sicut enim Moyses animo, & mente transiit materialia, & Deum vidit, ita & tu, si transeas hinc ad Dei gratiam vestigium tuæ mentis attollens, videbis eum nihil esse, qui in hac terra sibi potentissimus videbatur.* Nil melius. Vbi rationem Ambrosij notandam iudico, quibus scilicet magni

3. Diuitiæ cur vmbra.

Ps. 35. 34.

4. Dauid quẽ conceptum de diuitibus habebat.

Ambros.

5. Potentes huius sæculi quibus magni appareant.

diuites apparent, quibus parui aut nihil, non transeuntibus hæc infima alti ficut Cedri, transeuntibus nihil. De qua re nos paulò infrà. Pro nunc solum adnotanda celeritas, qua altitudo euanescit diuitis, vix ad momentum vnius durans transitus. Vidi, transiui, non erat, non est inuentus, ne mireris, quia transeundo Dauid, transiuit & impius, firmas hîc non habens radices. Vnde quia bona eius vmbra, hinc sicut ipse transiuit, transierunt & illa, ita vt nil eorum amplius remaneret, etiamsi quæsita, & requisita.

Mirum equidem hoc, sed mirum verum, quodque quotidie experimur, perquire magnitudinem Cæsaris, diuitias Crœsi, gloriam Alexandri, & nihil inuenies. Sed quid de istis loquor, qui iam à tot sæculis prætererunt, attende eos qui heri, qui nudius tertius, qui nostra ætate, qui nobiscum vixerunt, plenus omni gloria & magnitudine; perquire eorum gloriam & non inuenies, perquire eos, & nec B locum eorum amplius reperies. Cur? quia vmbra erant omnia illa, & sicut vmbra pertransierunt, videntur esse aliquid, cùm nihil sint, & ab illis videntur qui falsò decipiuntur, oculos habentes, sed non

6. Bona huius vitæ per imaginationem tātum magna non esse.

videntes, qui magna ista æstimant. Decepti miseri ab imaginatione sua, imaginantur magna cùm non sint, imaginantur solida cùm non sint nisi fluida, imaginantur substantias & veluti corpora, & non sunt nisi vmbra, *Substantia diuitis vrbs roboris eius:* inquit Salumon, Prou. 18. num. 11. *& tanquam murus validus circundans eum.* Pagnin. *tanquam murus eleuatus in imaginatione sua.* vt alibi diximus cap. 4. num. 4. optimè quidem. Quid enim sunt diuitiæ? murus validus, dicet impius, fortis, magnus, eleuatus. Non mirum, quia sic eas fingit, sic eas imaginatur, vnde in imaginatione sua talia sunt. At pete ab oculo quodam illuminato, vt suprà ex Ambros. adnotauimus, pete ab illo, qui vltra oculum carnalem inspicit, qui transiuit illa, dicit, quod nihil sunt, nec locum earum inuenit.

Prou. 18. 11. *Pagnin.*

Acutè Augustin. in hoc Psalm. in verbis illis, *transiui, & ecce non erat*, hoc adnotans ait, *Fœlicitas si vera fœlicitas tibi videtur, nondum transisti, aut aqualis illi es, aut infra es. Profice & transi, & cùm proficiendo transieris, attende cum fide.* At quid attendere debeat sequens ait: *Vides nouissima ipsius, & dicit tibi, ecce non est iste, qui sic tumuerat, quomodo si transires iuxta fumum, erigitur in altum fumus, & in globum tumidum pergit, quanto magis attollitur, tanto amplius intumescit, sed cùm transieris, attende post te, post te enim fumus, si est ante te Deus.* Nil melius Fumus & vmbra fumi

August.

7. Posita ante nos sicut Deus apparent, post nos fumus & vmbra.

sunt res istæ, ac magnæ videntur, & sicut Deus, quia miseri ante nos illa respicimus, non post nos. Non transiuimus illa, sed subsequimur vt apprehendamus, vt adoremus, æstimātes esse illa Deum. Transi hæc, calca ascende in fidei montem, videbis nil aliud esse nisi fumum, fauillam, vmbram.

Discessurus Loth ab Abrahamo, Genes. 13. num. 10. cùm libertatem haberet eligendi, terram elegit Sodomorum, quia, inquit Scriptura, quod *eleuatis oculis vidit omnem circa regionem Iordanis sicut Paradisus Domini*, & sic illam eligens *recessit ab Oriente*. Inde Sodoma, cæteræque illæ regiones in oculis Loth apparuerunt sicut Paradisus, *amænam eligens regionem*, vt inquit Ambros. *quæ citò prædonum oculos incurrit*. Non mirum, quia adhuc non transierat illas, ante se eas perspiciebat, ad illis fruendum eas intuebatur; & sic tāquam homo imperfectus secedens ab Oriente ad

Genes. 13. 10.

8. Loth cur Sodomam æstimauit sicut Dei Paradisum.

A illas declinauit: *Eligebat ignorans*, inquit Author Catenæ, *ob irreuerentiam, & priuatum amorem puniendus suo tempore.* At perquire hoc à fratre suo, qui sanctissimus, qui iam fide pertransierat, qui in Oriente stabat, perquire ab Abrahamo, quomodo paulò post, quando ipse easdem aspicere debuit regiones, & oculos eleuare suos, quomodo ante illos apparuerunt, & dicet tibi Scriptura, Genes. 19. num. 27. *Quod Abraham consurgens mane, vbi steterat prius cum Domino, intuitus est Sodomam, & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius, viditque ascendentem fauillam de terra, quasi fornacis fumum.* En qualis apparebat in oculis iusti Paradisus ille Dei, fumus fornacis; in oculis Loth Paradisus, in oculis Abrahami fumus. Non mireris, quia vnus Sanctus, alter non talis, vnus inspiciebat ante se, & ideo faciebat illas vt Deum, alter pertranseundo fide, post se illas respiciebat, & ideo fumus ante oculos erat eius, fumus inquam & vmbra, res fictæ, non veræ. Pulchrè Chrysost. Conc. 4. de Lazaro; diuites non magnificandos asserit, quia non secus sunt ac res pictæ, quia tam ipsi quàm eorum res, nil nisi vmbræ: *Quemadmodum*, inquit, *conspicientes in pariete pictum diuitem, ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despicimus, eo quod quæ videmus vmbra rerum est: sic & diuitiarum, & paupertatis, aliarumque rerum omnium, siue tristium, siue lætarum, naturam si pernouerimus, liberabimur à tribulatione, quæ ex harum vnaquaque in nobis gigni solet. Hæc enim omnia quauis vmbra fallaciora sunt, nec quidquam habent sublime, neque præclarum.* Ponderandum illud, liberabimur à tribulatione, semel natura harū cognita rerum. Cuius vis rationis to- C ta in eo est sita, quia semel illa cognita, reperiemus fallacia esse, inania, prorsus vmbras, non æstimanda, immo paruipendenda; hinc omnium ereptio tribulationum, vt inquit Chrysostom.

Gen. 19. 27.

Chrysost.

9. Diuitiæ huius mundi res pictæ.

Sed notandum valde quod isti dicunt, nam inquiunt quod *pertransierunt omnia illa, tanquam vmbra*. Vnde, etsi vmbra, tamen quod ipsi considerarunt non tantum subsistentias, quantum earum fuit transitus, vnde dixerunt, pertransisse sicut vmbram. In qua re considerandum, humanam gloriam siue diuitiarum iactantiam in transitu maximè vmbræ assimilari, nam hæc crescendo, ad inanitionem suam pergit, & quò maior, eò suo fini propinquior, & quando ad summum peruenit, tunc deficit, tunc non est, tunc non amplius inuenitur. Sic superbiæ, fastus, diuitiæque tunc ad deiectionem habentem impellunt, quando ad summum excreuerunt, & deficiendo crescunt, & crescendo deficiunt. Hoc aD ptè Sanctus adnotauit Gregorius epist. lib. 1. ep. 5. in illis verbis Psalm. 72. *Deiecisti eos dum alleuarentur*, vbi sic ait, *Neque enim dixit, deiecisti eos postquam alleuati sunt, sed, dum alleuarentur, quia praui quique, dum temporali honore suffulti foras videntur surgere, intus cadunt.* Optimè, in ipsa sui alleuatione cadunt, in ipsa est defectus, & ipsummet augmentum est decrementum: sicut etiam fumus, crescendo ad exinanitionem tendit, & quò in altum sustollitur, eò decrescit, & cùm ad summum peruenit, ibi deficit, ibi non est, ibi deperditur: sic diuitiæ, sic honores, sic superbia, fumus, & vmbra, tunc deficient quando amplius extolli non possunt: vnde

10. Diuitiæ bonaque huius vitæ in transitu maximè vmbræ assimilantur.

Greg.

vltimum

vltimum esse sui, & primum non esse sui, & quando supra omnes se erigunt, tunc deficiunt.

Aman, quæso, miserum attendamus, quomodo paulò ante suspensionem loquitur egressus è conuiuio Regis, & Reginæ, *lætus & alacer*, & reuersus domum conuocatis amicis, & vxore, inquit Scriptura, quod *exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, & quanta eum gloria super omnes seruos suos Rex eleuasset*. Et post hæc ait, *Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me, apud quam etiam cras cum Rege pransurus sum*. En quanta gloria, en quomodo ad summũ iam peruenerat, & excreuerat, adeo vt vltra progredi non posset. Creuit ergo, sed illico defecit, non equidem alia de causa nisi quia erat vmbra, quæ dum ad summum crescit, tunc euanescit; sic miser iste hodie creuit, hodie dixit, hodie suam narrauit gloriam, cras maiorem fore, supraque omnes alias pronunciauit, quia cum Regina, Regeque pransurus: sed hoc idem cras, hoc idem fuit in quo suspensus, consumptus periit ipse, domusque eius tota, ipse, eiusque diuitiæ, ipse, & eius iactantia, ipse tandem, & filij & vxor, & quæcumque eius erant, ita vt amplius quidquam eius non remaneret, nec locus eius inueniretur vltra.

Esth. 5. et 11. Aman quãdo cecidit, & in quo fuæ felicitatis puncto.

Vnde bene Seneca: *Hedera*, ait, *amplexa necat arborem, ita fortuna dum prosperè blanditur, strangulat & perdit*. Et alibi, *Sicut ramus onere frangitur cùm ad maturitatem venit, sic nimia iucunditas* perit dum ad summum peruenit, & casus nullum maius signum, quàm summa ascensio: nam in rota clauum fortuna non figit, descendat necesse est dum ad summa peruenit, sic iste infelicissimus, sic res eius, nec mirum, quia fumus & vmbra deijciuntur dum alleuantur, & prætereunt sicut vmbra.

Seneca. 12. Fortuna blandiens strangulat hominem, & tunc quando magis prospera.

At etsi sic pertransirent, minus quidem malum, vmbra enim non semper currit, sistere aliquando potest, statum tenere, durationem habere: non sic res humanæ, non sic diuitiæ superbæ, semper currunt, semper auolant, nunquam in eodem permanent statu, nilque durant. Bene intellexerunt hoc impij, vnde non contenti dixisse diuitias superbiamque pertransisse sicut vmbram, alteram adiecerunt similitudinem, nempè *nuntij percurrentis*. Nuntij, inquam, id est rumoris, & famæ, non legati, vt in litera diximus, qui non amplius habet vitæ, ac durationis, quàm illi, verbum dat semel prolatum, & ad aures peruentum, sic inquiunt quòd pertransierunt omnia illa, optima equidem comparatio, similitudoque intimius consideranda.

13. Diuitiæ in transitu similes rumoris, & famæ, & cur.

Attendendum ergo, quòd in diuitiis duo sunt, pro quibus tantum expetuntur: primù luxus vitæ quem afferunt, corporis commoditates, delitiæ, vita abundans, & delicata: secundum æstimatio, gloria, & honor, quem apud homines acquirunt qui diuites sunt. Primum ergo etsi appetant homines, tamen non ita ardenter ac secundum, quod principalius æstimant, ardentissimeque ambiunt, vnde primum est quasi materiale quoddam diuitiarum, secundum verò ipsius formale, & id quod æstimari debet, *Imperia, & opes, gloriæ causa expetenda sunt*, inquit Aristot. lib. 4. Ethic. cap. 3. ex quo ipsemet alibi dixit Rethotic. cap. 5. *Diuitem esse, in vtendo magis, quàm in possidendo consistit*. Quia ex vsu gloria acquiritur, quæ non in possessione tantum, ex quo principio ipse affirmauit, lib. 4. Polit. *Virtutem, & antiquas diuitias parere nobilitatem*.

14. In diuitiis duo possũt considerari, materiale scilicet & formale.

15. Diuitiæ cuius causa expetendæ. *Aristot.*

A Ob hoc ergo maximè eas exquirunt homines, nam si talem gloriam, talem honorem, talemque secum non afferrent æstimationem, multi, & penè omnes cordati, & qui sensum haberent, dum ad commodum vitæ statum peruenissent, amplius abundare non desiderarent, quæruntur ergo ob vanam illam æstimationem, vanam illam gloriam. Quòd cùm sit, attende quantum vitæ, durationisque habent secundùm id, quod est formale in illis, pretiosiusque, tantam equidem solùm, quantam habent verba prolata ab aliquo qui te diuitem dicit, te opulentum prædicat. Et ob hoc, res admiranda, tanta tamque mira patiuntur homines, immo, si id inane, vacuumque quod habent, hoc est dici diuitem, prædicari potentem, consistentiam, firmitatemque haberet, minus equidem esset malum, sed nec illam habent, nam cùm ipsæ fluidæ ex natura sint sua, citò ex vno in aliud transirent ore. Vnde nunc iste prædicatur diues, ac B præpotens, nunc miser, ac pauper, quia non tam citò illæ aduentarunt, ac auolarunt. *Nihil tam infidum quàm diuitiæ*, inquit Chrysostomus homil. 2. ad populum Antiochen, *fugitiuus, & ingratus seruus, fidem non habens, vel si innumera ipsi vincula conijcias*, & hom. 27. in Ioan. *Quid vilius & abiectius voluptate humana*, inquit, *quæ simul & venit, & auolat, languescit, fugitque nunquam comprehenditur, & siue corporum dixeris voluptatem, siue deliciarum, siue pecuniarum, ne per diem quidem firma perstat, sed statim vt venerit fugit*. Egregiè, fugit, & nescit stare voluptas, nam & ipsæ res ex quibus illa nesciunt sistere, alatos habent pedes, transuolant libenter, immò semper: *Intuere domos in vrbe*, inquit Basil. in Psalm. 61. super illa verba, *diuitiæ si affluant nolite cor apponere, quod iam nomina ex quo exstructa sunt transmutauerint, aliud ab alio possessore nomen ferentes, & aurum semper è manibus habeatis diffluens, ad alterum transit, & ab illo in alium*: vnde C concludens ait, *Magis possibile est, vt aquam manu comprehensum contineas, quàm vt diuitias durabiliter conserues*. Egregiè, mutant dominos diuitiæ, sicut & regna. Nunc regnum Israëlis bonaque eius sumit Saul, nunc Dauid, nunc Salomonis sunt, nunc Ieroboam, nunc primogenita possidet Esau, nunc ab illo ea abstulit Iacob. Nunc Iob diues in omnibus, nunc pauper, diuitiæque eius ad Chald. nunc Aman diues, nunc ad Esther Mardochæumque omnia auolarunt, nunc Holofernes sedet inclytus inter aurum, lapidesque pretiosos, nunc & caput, omniaque eius ad Iudith. Nunc bona sunt Darij, nunc ad Alexandrum transeunt, nunc tandem sunt huius, nunc alterius, & quod caput est, non domestici sed extranei. Audi oraculum Dan. c. 11. n. 3. *Surget vero Rex fortis*, inquit Gabriel Dan. D *& dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei*, de Alexandro loquitur, *& cùm steterit*, notanda verba, *conteretur Regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli, sed non in posteros eius*. Hoc vltimum pondero, diuidetur, sed in extraneos, in incognitos, in inimicos, cur non in posteros? quia diuitiæ in vna consistere domo nesciunt, perpetuo nouos inquirunt dominos, vt hinc edoceamur, hisque discamus experimentis, huius vanitatem mundi, rerumque stabilitatem, vt tali eruditi sciẽtia spernamus instabile, & ad stabile, fixumque attendamus, cor indignantes nostrum ad res apponere sic fluidas, instabilesque, quæ, vt isti mali dicunt,

16. Formale diuitiarum quod est eius gloria quàm fluidum.

Chrysost. 17. Diuitiæ seruus fugitiuus.

18. Transuolant pedes habentes alatos. *Basil.*

19. Sæpè dominos, & nomina mutant.

20. Ad inimicos extraneosque sæpè transeuntes. *Daniel. c. 11. 13.*

A carrunt & pertranſeunt, veluti *nuncius percurrens.*

Sed ſi ſic tantum pertranſirent, minus equidem malum, aliquid ſui nuncius reliquit in mente, æſtimationeque ſeu memoria hominum. Vnde licet ex ſe citò deſinat, & ampliorem non habeat ſtabilitatem, quàm verbum prolatum, tamen aliquid eius in memoria remanet audientia, at non ſic diuitiæ, non ſic gloria, non ſic humana ſuperbia, pertranſeunt opes, & pertranſeundo nihil amplius relinquunt. Bene adnotaruot hoc impij; vnde ſimilitudine non contenti priori, aliam addiderunt, nempè *nauis tranſitum*, & de hac nec ſatisfacti, quia etſi parumper, tamen poſt tranſactam nauim aliquid in fluctibus remanet carinæ, licet illico diſpareat, alias duas addiderunt, *volatum nempè auis & tranſitum ſagittæ per aërem*, quæ duæ res penitus poſt ſe veſtigium relinquunt, tranſituſque memoriam, vt optimè ipſi dicunt: ad ſignificandam, exprimendamque diuitiarum, ſuperbiæ- B que vanitatem, quibus putant homines memoriam ſui æternam hîc relinquere, inſani, & amentes, non conſiderant, non attendunt, non perſpiciunt, quòd omnia hæc tranſeunt, & tranſeundo nil relinquunt, nec veſtigium quidem.

Conſiderandum hoc in ſuperba illa ſtatua quam vidit Nabuchodonoſor, Dan. 2. num. 31. *Tu Rex videbas, & ecce ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis*, attendenda ſingula, *ſtabat contra te, caput ex auro optimo, pectus & brachia ex argento, venter, & femora ex ære, tibiæ ferreæ.* En qualis magnitudo, en qualis altitudo; en qualis ſublimitas, & ſuperbia: cælum attingebat, *grandis, magna, ſublimis*, diues vſque ad ſummum *ex auro, argentoque compacta*: æterna C videbatur dum *ex ære, & ferro.* Quis non diceret in æternum ſtatuam non duraturam? quia non affirmaret impoſſibile eſſe tantam diuitiarum iactantiam? tantamque ſuperbiæ altitudinem vnquam perituram? ſed perieront omnia illa, quia pars quædam pedum erat fictilis, licet tota erat ex auro, & argento, ac ferro. Concuſſum eſt fictile, & deciderunt omnia, & tunc contrita ſunt pariter *ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum*, inquit Daniel. Grandis ſtatua Abſalon, totus mundus poſt eum, *toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalon.* 2. Reg. 15. num. 13. Arcem, Regiamque iam ſecurus poſſidebat. *Abſalon autem, & omnis populus eius ingreſſus eſt Hieruſalem.* ibi. cap. 16. num. 16. ita fortis, ita ſecurus exiſtens vt dixerit ei Chuſi imbecillitatem ponderans Dauid, *Quòd ſi vrbem* D *aliquam fuerit ingreſſus, circumdabit omnis Iſrael ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea.* ibi. cap. 17. num. 13. At cùm ita fortis, ita ſublimis, tamen ſuſpenſus periјt, quia pedes fictiles habens, teneros, molles, ad ambulandum impotentes, mulo inſidit, qui pertranſeundo ipſum reliquit ſuſpenſum, quo ſuſpenſo & peſſum etiam omnia fuerunt eius, *Pendet adhuc Abſalon*, inquit D. Drogonius Hoſtienſis Epiſcopus 3. t. Biblioth. S. P. ſerm. 1. Domin. in Paſſ. *per comam capitis ſui, & mulus, cui ſedebat, pertranſiit, nolite fieri ſicut equus & mulus, quia mundus tranſiit, & concupiſcentia eius.* Corruit, ſtatua cecidit illa magna, quis crederet? non mirandum; quia pedes ſunt fictiles, & mulo inſidet, hoc eſt mundo, qui tranſit, & ſimul concupiſcentia eius.

Dan. 2. 31.

21. Bonorum mundi inanitatis figuræ ex Scriptura.

2. Reg. 15. 18.

Ibid. c. 16 n. 16.

Ib. c. 17. 13.

22. Abſalon ſuſpenſus, quia mulo inſidebat.

D. Drog.

A At hoc non mirum, mirandum illud quòd omnia illa redacta, *quaſi in fauillam æſtiuam areæ, quæ rapta ſunt à vento, nulluſque locus inuentus eſt eis.* Ergone omnia illa tanta & tam magna, in fauillam vnam redacta? & ſtatua illa, quæ terram implebat, & ad cœlum vſque pertingebat, ita ad nihilum reſoluta, vt nec locus eius amplius cognoſceretur? mirabile ſiquidem & expreſſa rei veritas, expreſſa vanitatis figura, ſuperbiæ, diuitiarumque iactantiæ. Quid per ſtatuam illam niſi Regna mundi intelliguntur? vt ipſemet Daniel expoſuit. Vnde quod ad nihilum redactum, non equidem fuerunt gloria, ſuperbia, iactantia alicuius, aut particularis cuiuſdam, ſed Regnorum, Imperiorumque, & tamen ad nihilum redactæ, licet tam magnæ, tam altæ, tam ſublimes, & ita redactæ, vt nec veſtigium amplius eorum remaneret.

23. Regna in nihilum rediguntur, & quod euaneſcant ſtatua indicauit Nabuchodonoſor.

Perquire quæſo Monarchiam Græcorum, ſcrutare Imperium Aſſyriorum, attende ad Perſarum B dominatum, inquire gloriam Romani Imperij, nec veſtigium quidem ipſorum inuenies, quia nullus locus eorum eſt in terris, euanuerunt, & ad nihilum redacta ſunt, ſic iuſtè, iudicante Deo, pertranſierunt velut nauis cuius carinæ non eſt inuenire veſtigium, & velut auis quæ nullum ſignum in aëre relinquit, & ſicut ſagitta cuius tranſitus penitus ignoratur. Quod cùm ita ſit, dic mihi, ſi hoc magnis illis euenit Imperiis, & quæ veluti æterna videbantur, tantis ſtipata ſubſidijs, ſingularis ac priuatus homo quid tibi eueniet? qui non Regnum poſſides, nõ Imperium tenes, nec ad Regnum aſpirare potes? qui quatuor tantum nummos habes, & tamen ita demens es, vt putes te in æternum ſtare poſſe. Si illa conciderunt tanta, & tam præ- C clara, forſitan erit, vt tua non concidant? ſi memoria illorum periit, & ita diſperiit, vt amplius non inueniatur, cur putas tuam æternè duraturam, & nunquam finem habituram? tranſeunt, miſerè tranſeunt, & tranſeunt velociter, ſicut nauis, quæ flante vento ſparſis velis fluctus ſcindit. Sed amplius, nam hæc retardari poteſt, ſiue ea non totaliter expandantur, & à fluctibus impediatur. Tranſeunt ſicut auis, cuius alarum pernicies ſuperat nauis iter, ſed amplius, nam hæc etiam ſiſtere poteſt, & non tota velocitate aduolare; vnde tranſeunt, ſicut *ſagitta emiſſa in locum deſtinatum*, quæ nullo modo retardari poteſt ſemel emiſſa, quæ velociſſimè pertranſit, & ſic pertranſiendo nullum veſtigium poſt ſe relinquit. Sic ſic miſer homo, ſic tranſibis ve- D lociter quia fictilis es, licet magna videaris ſtatua, pertranſibis, & ad nihilum redigeris, & redigentur illa ſimul, quæ tecum ſunt, quia verum eſt, quòd omnes peribunt, & decident, ſolo Deo ſtante in æternum, cuius regnum & gloria immutabilis, vti Daniel prædixit dicens, num. 44. *In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, conſumet atatem, & comminuet omnia regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum.* In qua ſententia adnotanda differentia Dei Regni, & hominum, hoc mutabile, Dei immobile, hoc diſſipabile, Dei indiſſipabile, hoc ex vno in alterum tranſit, Dei autem, & Chriſti, in æternum cum illo, & tandem Dei Regnum verum, & Dei gloria vera, hominum autem falſa vmbra, & vm-

Dan. nu. 44.

24. Differentia inter Dei & hominum regnum.

bra prætereuns, nuntius aëreus, vestigium nauis, auis auolans, sagitta pertransiens, vt isti inquiunt, *pertransierunt.*

Num. 13. *Sic & nos nati continuò desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

COngrua impiorum conclusio ab ipsa conuicti veritate, continuo desinimus esse, etiam si & multum vixerint, & opera magnifica post se reliquerint; nam ad quid illis ea prosunt, dum in inferno ardent?

Lorin. 1. Mali contra hæreticos bona aliquando operati, & sæpè etiam iustificati.

Optimè adnotat Lorinus, nullam ansam ex hoc versu hæreticis dari affirmandi ab impijs nullum opus bonum, & virtutis effici posse, aut nunquam eos pœnituisse, aut impossibile, vt aliquando iusti, nam *non valuisse*, idem est quod *non voluisse.*

Lorin. 2. Vita in momento desinit esse. *Seneca.*

Nos nati continuò desiuimus esse, &c. Græcè non est *continuò*, sed optimè additum, vt inquit Lorinus, ad magis explicandam efficaciam exemplorum allatorum, & sensum impiorum. Continuò certè desiuimus esse, nam nunc vita incipit, & nunc incipit desinere. Optimè Seneca ep. 74. *Clepsydra*, inquit, *non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic vltima hora qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consumit, tunc ad illum peruenimus, sed diu venimus.*

3. Peccatores in malo operando separantur.

Consumpti sumus &c. Vis verbi Græci significat *quasi sumpta, & impendio exhausti.* Nam peccatores, dum malè agunt venundantur, & pretio sanguinis se malignitati vendunt, itavt tandem ab ea consumantur, exhauriantur. Sic Achab 3. Reg. 21. num. 20. peccator erat, peccato venundatus, vt ei Helias, qui ob hoc eum, vt inimicum aspiciebat: *Num inuenisti me inimicum tibi?* cui Helias, *inueni eo quod venundatus sit, vt faceres malum in conspectu Domini.* Vide 1. Machab. 1. num. 16.

3. Reg. 21. 20.

Nec displicet Lurini sensus, qui etiam addit peccatores dici venundari, & consumi, quia pretio emunt iniquitatem impendendo pecuniam, vt malè faciant, & impunè. Sic Iason vt imperraret summum Sacerdotium, pecunias impendit. 1. Machab. 4. Sic Aman argenti decem talenta obtulit ad necem Iudæorum. Esther 3. num. 39. Consumuntur ergo dum ad hæc sua insumunt, pretio sanguinis malignitatem ementes, vnde benedicunt in malignitate nostra &c.

1. Mach. 1. 16. *Lorin.* 4. Pretio emunt iniquitatem, sub qua venundantur. *Mach.* *Esth. 3. nu. 39.*

HOMILIA XCVIII.

Vita humana quàm breuis.

N*Ati continuo desinimus esse*, miseri inquiunt isti, quomodo? nonne plures vixerunt anni? nonne longa expleuerunt tempora? vixerunt, & A expleuerunt, sed illa ad instar puncti, quia non longum, quod terminum habet, & longum dici non potest quod finitur, omnisque humana vita licet longa, sic currit, vt reputari momentum possit, eo vel maximè si eternæ comparetur.

1. Vita humana vnũ dici potest momentũ.

Defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus, inquit Dauid Psalm. 89. num. 7. Symmachus, & Aquila, *& in furore tuo accelerauimus.* Quæ translatio summopere placet Hieronymo in epist. ad Cyprian. vbi exponitur prædictus Psalmus, vnde dicit. *Pulchrè autem non in 70. habetur turbati sumus, sed iuxta Hebraicam accelerauimus dicitur, vt quamuis ætas hominum longa videatur, tamen comparatione æternitatis breuis sit*, tam breuis vt superius dicat, quod B *mille anni ante Dei oculos sunt tanquam dies hesterna, quæ præterijt*, immò quasi se reprehendens, vt ait Hieronymus ibidem: *Non quasi dies, sed quasi custodia in nocte quæ pro nihilo habetur, eorum anni erunt, qui manè sicut herba transeunt, manè florescunt & transeunt, vespere decidant, indurent, & arescant.* Quæ verba iuxta Hebraicam veritatem, sic legit Hieronymus: *Percutiente te, somnium erunt mane, quasi herba transitus manè floruit, & abijt, ad vesperam conteretur, & siccabitur.* Optimè, longa putatur hæc vita, longa, & quæ multos in se contineat annos, at si semel hominem Deus percusserit in furore suo, videbit quod vita eius nihil fuerit præter somnium, & sic celeriter transiuit veluti herba, quæ manè florens apparet, apparendo transit, ad vesperam verò conteritur, & siccatur, *Omnis humana conditio*, inquit Hieronymus, *somnio comparatur, sicut enim manè virens herba, & suis floribus vernans delectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem, & in fœnum, quod conterendum est, vertitur: ita omnis species hominis vernat in paruulis, floret in iuuenibus, viget in perfectæ ætatis viris, & repentè dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur, & extremo, siue quod hic dicitur vespere, id est senectute, vix moueri potest, itavt non cognoscatur quis prior fuerit, sed penè in alium commutatur.* Satis ad rem, & notanda postrema verba, scilicet *penè in alium commutatur.* quod non solum in extrema aduenit senectute, sed in aliis etiam ætatibus, vt penè non cognoscamus quos nunc videmus, & dissimiles putemus ab illis quos antea vidimus, itavt alios esse dicamus, sicque euenit, vt vita nostra quædam continua sit mutatio, immò vna continuaque mors, vt inquit Seneca in quadam Epistola: *Mors infantia est pueritia*, ait, D *mors pueritia est adolescentia, mors adolescentia est iuuentus, mors iuuentutis est virilitas, mors virilitatis senectus, mors senectutis decrepitas, mors decrepitatis ipsa mors est* &c.

Ps. 89. 7. *Symmac.* *Aquila.* *Hieron.*

2. Est quasi herba, vix floret & transit.

Idem.

3. Species hominis vanitas & breuis transitus.

4. Vita humana perpetua continuaque mors.

Seneca.

Ex quo equidem liquidò apparet non solùm vitam breuem esse, sed continuam mortem, itavt dici possit, quod vix nata transit, & antequam tempus numeretur occidat. Vide Augustinum 3. de Ciuit. cap. 9. 10. & 11. in quibus probat hanc vitam potius esse dicendam mortem, quàm vitam. Vnde Ambrosius 1. de vocat gent. cap. 8. de vita sic scribit: *Vita namque principium, mortis exordium est, nec prius augeri incipit ætas quàm minui.* Ex quibus patet, quòd si rectè loqui velimus, & secundùm sanctorum sensum, quando de breuitate vitæ loquimur,

August. *Ambros.* 5. Vitæ principiũ mortis exordium.

6. Neaquod tempus habeat dici potest.

vix tempus illi assignare possumus, nam breue est quod parum durat, sed quod nihil nec breue dici potest: si ergo vita nihil aliud est nisi continua mors, non breuis, sed nihil erit. O quàm bene expenderunt hoc impij, qui non dixerunt, *& nos nati breui desiuimus esse*, sed *& nos nati continuo desiuimus*, id est illico, consequenter, ita vt nec instans inter vitam, & mortem, ingressum, & agressum fuerit intermedium, sed valuit dicere nunc nati, nunc consumpti.

Eccl. 18. 7.

Quid est homo, inquit Eccl. cap. 18. num. 7. *& quæ est gratia illius, Sept. vsus*, id est vtilitas: *Et quid est bonum, aut quid nequam illius? numerus dierum hominum, vt multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui*, id est respectu æternitatis. Centum ergo anni non sunt amplius quàm vna

7. Ceotum anni in hac vita vnus arenæ calculus.

maris gutta, & vnus arenæ calculus, decem ergo, viginti, quadraginta, aut quinquaginta, quid erut? nihil. Considera ergo quòd ex hominibus mille,

B

immo ex quinquaginta millibus vix vnus attingit centum annorum numerum, cùm nunc terminus ferè 80. sint anni, si ergo centum sunt vnus calculus arenæ qui diuidi non potest, 80. quid erunt? nihil. Vnde si petieris quàm breuis est hæc vita? respondebo, tàm breuis, quod breuitatem eius significari non possit.

Psal. 38. num. 6.

Mensurabiles posuisti dies meos, inquit Dauid breuitatem vitæ huius exprimere volens, & videtur quidem multum eam expressisse, nam vt alij legunt ex originali *pugillares*, pugillare enim per

8. Pogillare per duplex ll, quid significet.

duplex. ll, vt inquiunt Grammatici, id dicitur quod pugno capi potest, seu ea quantitas materiæ quæ vno pugno includitur, quæ exigua, & quasi pro nihilo reputatur. Vis ergo, ó homo, scire secundum Dauid sensum quàm potui, & breues

9. Hominis dies quàm breues.

C

dies sint huius vitæ tuæ, tam breues, vt si assumi possent in vno tantum pugno includerentur. Mirum & multum videtur dixisse, sed parum est, nam ipse de cuiuslibet hominis vita tantum locutus est, & hanc affirmauit pugillarem esse: sed parum est hoc, nam penè infinitorum hominum vitæ in vno contineri pugillo possunt, & non vna tantum. Quod ex eo probatur, nam si centum anni, vt inquit Sapiens, non sunt amplius quàm vnus are-

10. Infinitæ hominum vitæ in vno includi possunt pugno.

næ calculus, quod calculi arenæ in vno tantum recluduntur pugno? penè infiniti, ergo infinitæ hominum vitæ in vno tantum pugno contineri poterunt. Vnde optimè Iob, dies hominis breues dixit, hoc est instantaneos, & ad momentum durantes:

Iob. 10. 20

Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? cap. 10. num. 20. non solum paucos, sed breues. Nam non sunt dies longi, licet pauci, non sunt dies æstiuales, sed hyemales, nunc oriuntur, nunc desinunt, pauci sunt, & breues.

Ps. 89. 12. Pagnin. Hieron. Idem Paguin.

D

Dexteram tuam sic notam fac, inquit Dauid, Psalm. 89. 12. *& eruditos corde in sapientia.* Vbi Pagnin. *dies nostros sic videre fac*, id est, vt inquit Sanctus Hieronymus, vbi suprà, *Breues vti sunt, ne decipiamur*, quia si sic eos videbimus, erimus eruditi in sapientia, vel, vt legit idem Pagninus, *adducemus in cor sapientiam.* Nam quis, quæso, sic

11. Homines ad res huius vitæ attendunt, quia breuitatem eius non considerant.

attenderet ad huius sæculi res, & ad tam firmas in hac projciendas vita radices, tempus eius considerarat non esse nisi calculum arenæ, aut paruam maris guttam, quis tantum pro ea laboraret? quis maria transfretaret? quis terram curreret? quis tantis se periculis immergeret? si attenderet quod momentum est vita, & monumentum, à quo ipsa

A

æternitas pendet: *Nihil enim ita decipit humanum genus*, inquit Hieronymus, vbi suprà, *quàm quòd dum ignorat spatia vitæ suæ, longiorem sibi sæculi huius possessionem repromittat, nullus enim tam senex est, ac decrepitæ ætatis, vt non se adhuc vno plus anno viuere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet & illud quod dicitur, memento mortis tuæ, & non peccabis, qui enim recordatur quotidie moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat.* Egregiè. Vnde si non ad futura festinant homines, nec præsentia contemnunt, nec in corde suo admittunt sapientiam: ea est ratio, quia longam putant esse hanc vitam, immò immortalem, cùm è contra longa non sit, sed breuis, ita citò pertransiens, vt prius finiatur, vti diximus, quàm incipiat: *Dies mei velociores fuerunt cursore*, inquit Sanctus Iob cap. 9 num. 27. Quem locum expendens Chrysostom. in ep 6. ad Theodor. Mon. tom. 5. sic ait, *Verum illi priusquam bene stent exliunt, ita & hæc auolat, antequam veniat.* Optimè. Auolat vita præsens antequam veniat, siue hoc considares in aliquibus, siue in omnibus, nonne euolare eam dixeris antequam veniat in ijs qui in vtero matris moriuntur? & qui prius mortem didicerunt quàm vitam, nonne euolare eam dixeris, prius quam veniat in iis qui nunquam vno die læti, sed doloribus, & molestiis pleni, in malis dies ducentes, suos potius mortuos dixeris, quàm viuentes? & tandem nonne euolare eam dixeris, antequam veniat in ijs qui totum vitæ cursum in aliqua absumunt rei concupiscentia, immò & consumunt, & moriuntur ante, aut paulò post adeptionem? euolat certè, & euolat ante quàm veniat, quia illud bonum quod tantopere concupierunt, & pro quo sic laborauerunt, ita cito auolauit, vt nec degustare quidem illud potuerint. Quod intellexit Sanctus cùm post præfata verba illico adiecerit: *Fugerunt, & non viderunt bonum.* Quasi diceret, vita mea, & dies vitæ, quos ego habui, duplici ex capite breuissimi fuerunt, primum, quia citò ego eos pertransij, ac velocius quàm cursor quidam velocissimus, & illi similiter à me sic transierunt velocissimi, vt ante abirent quàm venirent. Et secundum, quia omnes illi ita bona huius vitæ pertransierunt, vt nec videre illa potui, quin gustare, aut possidere, *Fugerunt*, ergo, *& non viderunt bonum.* Quoties, quæso, hoc euenit, vt post multos exhibitos labores, post multas desudatas diligentias, post multam temporis amissionem, post infinitas perpessas indignitates, aut propè ambitionis adeptionem, aut paulò post homo moriatur, vnde verè dici posset quod non possedit sed tantum salutauit eam.

12. Eorum deceptio in longæuitatis vitæ æstimatione. *Hieron.*

13. Mortis memoriæ fructus.

14. Vita prius desinit, quā incipiat. *Iob. 9. 27. Chrysost.*

B

15. Sicut & eius bona prius desinunt esse quam veniant.

C

Quantis, quæso, votis infelix concupiuit Aman suspendere Mardochæum, nonne iam ad concupita peruenerat annulum in manu sua iam continens Regis? Esther. 3. num. 10. sed quantum stetit vt vita eius euolaret? nihil, ad desiderata insuper non perueniens. Quantum procurauit Absalon Regnum? quanta fecit? quomodo somnum amittebat? 2. Reg. 15. *Et manè consurgens stabat iuxta introitum portæ.* Quando hic pro Deo, & anima sua hoc fecisset? peruenit ad regnum, sed illicò amisit vitam. Alexander magnus nonne totum subiecerat Orientem, & voti sui compos effectus, peruenit ad eam gloriam, quam tantopere concupierat, quantum post hoc vixit? nihil, illico mortuus est. 1. Machab. 1. num. 4. *Siluit terra in conspectu eius, exaltatum est, & eleuatum cor eius, obtinuit regiones gentium, &*

16. Homines extinctiin ipsa honoris aut rei concupitæ adeptione. *Esther 3. 10.* *2. Reg. 15.*

D

1. Mach. 1. 4.

tyrannos, & facti sunt illi in tributum. At quantum hæc possedit? *& post hac,* sequitur Scriptura, *decidit in lectum, & cognouit quia moreretur.* Cæsar post Imperij potionem nonne illico extinctus? Deficeret certe dies, si talia numerare deberemus, fugiunt ergo dies, & fugiunt non videntes bonum, & fugiunt cursore velociores.

17. Vita nostra vt currit.

Sed amplius, & perniciores sunt, vt inquit idem Sanctus, qui post dicta adiunxit: *Pertransierunt quasi naues, poma portantes, sicut Aquila volans ad escam.* Cursor quidem sistit aliquando, tum ob defatigationem, tùm ob vitæ necessaria, at nauis, quæ poma portat, ne putrefiant, nunquàm sistit, nunquàm defatigatur, nunquàm qui eam gubernant sistere queunt, nunqoam fatigantur, siue dormiant, siue comedant, siue quiescant, semper velificant. Sic vita nostra, sic dies nostri currunt, veluti naues poma portantes semper currunt, siue dormiamus, sibe quiescamus, siue legamus, siue transcribamus semper velocissimè ad destinatum currunt finem, ad mortem, ad quam sæpè peruenimus non sentientes, & dormientes.

Idiota.

Ventus est vita nostra, inquit Idiota, lib. 5. de morte, *quia inuisibiliter,* notanda singula, *& incessanter, & sine reditu transit, nec est aliud vita præsens, quàm cursus ad mortem, & quamuis homines laborent vt diu viuant, & ne ad terminum vitæ perueniant, nihil tamen est viuere, nisi ad finem currere, quare ipsi ambulant, quò peruenire nolunt, & currunt voluntarij ad terminum, quem refugiunt. Mors ergo festina festinanter inuadit, neque pro quacumque re inducias vnius horæ facit.* Quot verba tot sententiæ, percurram breuiter. Currere diximus vitam sicut nauem, quia semper currit, adde nunc quia pene inuisibiliter, & sine reditu, sic currit, inquit Sanctus, vita, mira velocitas, inuisibiliter, incessanter, sine reditu Nec his contentus definiens vitam, cursum eam dixit esse ad mortem. Vnde valde notandum quod sequitur, homines videlicet ambulare, quò peruenire nolunt, & voluntarios currere ad termioum, quod refugiunt.

18. Homines quomodo voluntarij currunt ad mortem.

Quomodo voluntarij currunt, si peruenire nolunt? voluntarij, quia viuere volunt, & quo magis viuere appetunt, eò magis voluntarij ambulant, quò peruenire nolunt, cùm vita nil aliud sit nisi cursus ad mortem. Et demum notandum illud, mortem festinam festinanter inuadere nec inducias vnius facere horæ.

19. Mors quomodo dicatur festina, & festinanter inuadere.

Festina ipsa ex se suapte natura, vnde festinanter, hoc est repentè, improuidè, subitò, ex tempore, quando minus creditur inuadit, inflexibiliter feriens, occidens, trucidans. Vnde *nec inducias vnius facit horæ.* Currit ergo velociter instar nauis vita, inuisibiliter, incessanter, quid ergo velocius?

At si sic curreret, minus esset malum, nam & si incessanter nauis currit, retardare tamen cursum potest, restringere vela, ventos leuiter flare, & sic aliquam potest intermittere moram: *At amplius breuis est vita,* velociusque currit, currit enim sicut Aquila ad escam, quæ dum fame compellitur, aduolat, ita pernicissimè, vt vix spatium temporis in quo aduolat, percipiatur.

20. Vita præteritum habet non præsens.

Sic vita, sic nostri dies, vix percipiuntur, prius elapsi quàm visi, vnde prius percipimus fuisse, quàm esse. De quibus aptè quidem dici potest illud, Apoc. 17. nu. 8. *fuit, & non est,* fuerunt, & non sunt, præteritum habent non præsens, etsi præsens non est vitæ, sed mortis.

Apoc. 17. 8.

August.

Quod eleganter adnotauit August. 3. de Ciuit. vbi suprà in verbo *morior,* asserens præteritum *mortuus est,* potius esse nomen quàm verbum, cùm illi eueniat quod nullis declinationibus, nempè quod multiplicentur litteræ, & plures reperiantur in præterito, quàm in præsenti, quod non contingit in cæteris: quapropter affirmat quod non sine dispensatione hoc factum est diuina, denotans vitam hanc non esse vitam, sed mortem, & quando homo incipit viuere, incipit mori.

21. Qui nunc mortuus diu secundùm Augustinũ dici potest quod sit mortuus.

Nam mortuus nomen, est præteritum verbi, vnde licet mortuus sit nunc, tamen diu dici potuit quod mortuus sit, immo quod mortuus est. Sic transiit vita prius elapsa, quàm percepta.

22. Vita cur rotæ comparetur a D. Iacobo.

Iacob. 3. 6.

D. Antio.

Ob hoc equidem rectè ipsa à Diuo Iacobo rota apellatur cap. 3. num. 6. quia dum perpetuè, velociterque rotat, prius ad terminum peruenit, quàm prospiciatur: *Lingua constituitur in membris nostris quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ,* inquit Apostolus. Quem locum D. explanãs Antiochus in pandectis hom. 30. Biblioth. Patrum, tom. 1. *Liquet per hoc intelligi,* ait, *temporaria istius vitæ momenta, quibus ipsa sursum deorsum pronoluitur; quid enim hominis vita aliud quàm rota? quæ perpeti, velocique rotatu versatur.* Vbi notanda illa verba, temporariæ huius vitæ momenta, non dixit horas, non dies, non menses, aut annos, sed momenta quæ sursum deorsumque prouoluuntur, nil stabile, nil fixum significans in hac esse vita, sed per momenta veloci singula rotatu, sursum deorsumque circumagi, ita vt prius quis se in ima videat, quàm sursum; non equidem esse, sed fuisse recordetur.

23. Eliphas cur stulto statim maledixit.

Iob. 5. n. 3.

Hieron.

Vidi stultum, inquit Eliphas Them. Iob. 5. n. 3. *firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.* Cur statim? an quia timuit, ne si statim non malediceret, amplius cui malediceret non inueniret? Pulchrè Hieronym. in illud Is. 40. *Clama ne cesses,* ait. *Quis dudum infans, subito puer, qui puer repentè iuuenis, & vsque ad senectam per spatia mutatur incerta, & antea se senem intelligit quàm iuuenem se non esse miretur.*

24. Homo senex inuenitur ipso nesciente, sic currit vita.

Sic citò transit vita, sic statim perit. Quapropter bane, cùm sic breuis vita sit nostra, dixerunt isti, quod nati continuò esse desierunt, *sic & nos continuò.*

Num. 14. *Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt.*

Vatabl.

Pagnin.

Isidor.

Lorin.

D. Thom.

HIc versus non est in Græco, sed eum habent Vulgata, Vatablus, Pagninus, & Isidorus. Optimè Lorinus, cognouisse hoc authorem, aut ex reuelatione, aut ex verisimilitudine, *Dixerunt* &c. spiritualiter intelligendum est &c. vide D. Thom. 1. quæst. 13. art. 4. in corpore; ex quo licet videre cur hoc damnati dicant.

Ambros.

1. Omne verum à sancto emanat spiritu.

2. Diuina auctoritas nõ omne in Scriptura gestum approbat.

Optimè adnotat Lorinus non sine causa talem impiorum sententiam inseri in hunc sacrum librum, & approbari, quia vt inquit Ambros. in 1. ad Cor. cap. 12. *Quicquid verum à quocumque dicatur à sancto dicitur Spiritu.* Et etiam appositè addit aliam Augustini regulam, non omnia pro auctoritate diuina accipienda esse quæ in Scriptura sacra sunt, tanquam scilicet ea approbante, licet verissimum, vti ipsa narrat, gestum vel dictum sit.

Num. 15. *Quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis diei vnius prætereuntis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. SIc Sapienti placuit iniquorum veritas, vt etiam ipse quatuor aliis similitudinibus vanitatem explicare voluit spei impiorum, non minus illis elegãtibus ab impiis suprà adductis, immò elegantiores, veracioresque. Comparat enim impiorum spem prorsus vanissimis, leuissimisque rebus, quòd non fecerunt impij, vt infrà dicemus.

Tanquam lanugo &c. Quod Sapiens *lanuginem*, dixit, Dauid Psalm. 1. num. 5. *Puluerem* nominauit, quod in Hebræo, nomen *Mots*, significat *quisquilias, glumam, paleam, seu tegmentum tritici quod proycit ventus à facie terræ*, & breuiter significat quodcumque reticulamentum, aut quascumque sordes, talis est spes impij. *Psal. 1. 5.* 1. Spes impij qualis.

Lorin. Placet Lorinus, qui per lanuginem ait accipi posse materiam illam leuem existentem in siccato herbæ flore, vel lanam illam leuem, quæ in quibusdam pomis cernitur. Homo enim quid est nisi fœnum, & flos fœni? Is. 40. 6. Spes ergo eius quid aliud esse potest, nisi illa lanugo, quæ in fœni floribus exsiccatis cernitur? Tollitur ergo à vento, dum exsiccatur & moritur, & penitus expirat, & non secus ac spuma gracilis transit, iuxta illud Oseæ 18. 1. *Transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ*, vel sicut fumus, qui dum in altum erigitur expirat, aut tanquam hospitis vnius memoria, nec mirum, cùm mundus hîc non sit aliud, quàm hospitium quoddam, vt mox dicemus. 2. Lanugo, quid. *Is. 46. 6.* *Ose. 18. 1.*

HOMILIA XCIX.

Mundus nil aliud nisi hospitium quoddam, & homo hospes.

QVoniam spes impij tanquam lanugo est, inquit noster Sapiens, *& tanquam spuma gracilis, & tanquam fumus, & tandem tanquam memoria hospitis diei vnius prætereuntis.* Miræ vanitatis impiorum spei comparationes, similitudinesque, præcipueque vltima, hospitis nempè, memoria prætereuntis, ad quam antequam accedamus,

1. Impiorum apprehensio fallax semper de bonis huius vitæ etiã in aliena. Adnotare libet quòd impij, etsi breuitatem huius mundi rerum explicant, & declarant, tamen in sua deceptione semper persistentes, velocitatem ponderant, sed apprehensionem bonitatis, quam de illis habebant, non mutant, cùm re vera bona huius mundi dici bona non possint. Quapropter breuitatem illorum sub illis similitudinibus expli-

A cant, quæ in se bonum aliquod includunt, vt *vmbra*, quæ fugax est, & instabilis, sed iucundissima, vt *nauis*, quæ onusta mercibus, lætitiam gignit, vt *auis*, quæ cum nullo comedat labore, & liberè vagetur, symbolum liberæ, quietæque est vitæ, vt tandem *sagitta*, quæ tum emissione, tum effectu, quem facit, iucundissimam aliquando parit delectationem: velocitatem ergo considerauerunt, & illam admirati sunt dolentes ex deceptione, quam habuerunt, dum putarunt illas non sic veloces. At æstimationem falsam, carnalemque de huius vitæ bonis minimè mutarunt, sed eamdem habebant, vnde dolent, non quia æstiment falsa, sed quia breuia, & dolent non ex recto iudicio, sed ex prauo affectu, & breuitatem perceperunt, non ex discursu recto, sed ex amissione certa. 2. De qua dolent in inferno deceptione.

B Benè hoc prævidit Sapiens, & ideo falsam deridens ipsorum æstimationem, quatuor aliis similitudinibus, ita breuitatem huius bonorum vitæ declarauit, vt simul eorum inanitatem, futilitatem, vanitatem, totiusque boni carentiam ad viuum exprimeret, & sic spem impiorum nempè bona in quibus ipsi suam spem reponunt, comparauit *Lanugini*, qui propriè puluis minutissimus est, & leuissimus, nulli rei aptus, nisi ad oculorum infestationem, *spuma gracili*, quæ ad nihil deseruit, quæque facilè dispergitur, & euanescit, vnde nihil boni in se continet; *fumo*, qui oculos eruit, & lachrymas extundit, & subito à vento dispergitur. Et tandem *memoria hospitis vnius diei prætereuntis*, quæ memoria absolutè sumpta, stabulario, aut cauponi nullam ingerit, aut ingerere potest delectationem. Ex quibus elucet quàm appositè Sapiens suas etiam addere voluit comparationes: nam aliàs sic non apprehensæ superfluæ viderentur. 3. Sapiens quam aptis similitudinibus vanitatem terrenorum huius mundi exprimat.

C Vnde verè bona huius vitæ, bona sunt in impiorum, non verò in bonorum æstimatione, bona sunt in insipientium, non verò in oculis sapientium, vnde nec bona, nec stabilitatem habent. Sunt spuma gracilis, sunt lanugines, sunt fumus, sunt tandem omnia non amplius quàm memoria hominis derelicta in hospitio, quod hospitium mundus, cuius hospites ipsi homines.

Hospitium ergo est mundus ob quatuor. Primò, quia sicut in hospitio vsus tantum rerum habent homines, non dominium, sic in mundo vsus tantum non dominium possident homines rerum. Secundò, quia sicut in hospitio, vna eademque res multis successiuè deseruit, & simul omnibus deseruire non potest, quia aliæ non suppetunt; sic mundus res, quas multis simul dare non potest (non enim sufficiunt) successiuè dat, hodie vni, cras alteri. Tertiò, quia sicut ex hospitio exeuntes, nil 4. Mundus hospitium ob quatuor.

D amplius reportant quàm id quod intulerunt, nil eis amplius præstante hospitio, sic mundus, sic homines. Quartò demum mundus est hospitium, quia sicut in hospitio nil gratis datur, sic in mundo nil gratis accipiunt homines: percurro singula.

Hospitium igitur mundus, quia tantum rerum vsum concedit, non dominium. Quis hoc neget? & quis est in mundo siue priuatus, siue princeps qui verum dominium huius mundi rerum habeat? verum dominium dixi, quod consistit in dominio naturæ rerum, non tantum in vsu: *Res exterior*, inquit Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 66. art. 1. in corpore: *potest dupliciter considerari, vno modo quantum ad eius naturam, quæ non subiacet humanæ potestati, sed solum di-* 5. Nullum verum hominis in hoc mũdo possident dominium, siue principes sint, siue priuati. S. Thom.

6. Dominium naturæ rerũ solus Deus possidet.

uinæ, cuiomnia ad nutum obediunt, alio modo quantum ad vsum ipsius rei, & sic habet homo naturale dominium exteriorum rerum, quia per rationem, & voluntatem potest vti rebus exterioribus ad suam vtilitatem. Nil melius.

Bartolus.

7. Dominij desinitio.

Ad cuiusconfirmationem, seu explicationem adnotanda est definitio dominij, quam tradit Bartolus in l. si quis vi §. differentia, num. 4. ff. de acquirenda vel amittenda possessione. Inquit enim quod, *Dominium est ius perfectè disponẽdi de re corporali, nisi lege prohibeatur.* Vbi notandũ in definitione quòd verbum, *disponendi*, connotat vsum rei. Vnde dominium quod definitur est dominium vsus rei, non rei, nam Deus tantum est Dominus reũ, non homo, quia homo nõ habet perfectam dispositionem rei, quia eam non obtinet & quo ad naturam, & quo ad vsum simul, vbi autem non est ius perfectę dispositionis, certè non est dominium perfectum. *Perfectè*, in quã, idest totalis dispositionis, tum quo ad naturam rei, tum quo ad vsum ipsius, nam licet sit perfecta, idest totalis quo ad vsum, & hoc modo dominium dici posset, tamen tale dominium est imperfectum, & non verum dominium, ergo homo non est dominus directus, sed tantum dominus vtilis. qui vsum tantum rei habet, & dominium vsus, non dominium rei, vt inquit sanctus Doctor.

8. Homo non habet dominium nisi vsus rei, hunc perfectè eam nõ possidet.

9. Immo nec quo vsus dominiũ perfectum, vnde nec perfectè dominus vtilis.

Sed age, premamus amplius hoc, & pressius in toto legum rigore, probemus verè hominem, nec quo ad vsum esse dominum rerum, nec dominum illarum directum dici posse. Nam ad integrum, verumque dominium (loquendo de dominio vsus, vt loquuntur authores) requiritur, vt ita perfectè vti possit homo de aliqua re, vt super eam nullam habeat conditionem, seu pensionem ab alio impositam, nam si habeat, verè non erit ipse dominus directus talis rei, nec illam totaliter in suam habebit, & in plenum dominium, sed in contractum emphiteusis, vt aiunt authores: emphyteusis enim est, contractus quo res aliqua immobilis alicui fruenda traditur sub aliqua pensione domino proprietatis ea de causa reddenda, vt definit Molina tom. 2. de iust. & iure disp. 10. qui contractus vt sit contractus emphyteusis, saltem requirit traditionem decimalem, nam si traditiu minus est quàm decennalis, erit contractus locationis. vt inquit idem author, quod notandum ob quæ infradicemus. Emphyteusis autem à vero dominio multum recedit, & non capit eius definitionem, cùm perfectam dispositionem rei non habeat. Quod si sic est, quis erit verus dominus in hoc mũdo etiam quo ad vsum rei? & quis verum circa res huius mundi habebit dominium?

Molina.

10. Emphyteusis quid.

Enimuero nemo aliter huius mundi possidet bona, quàm quod primus noster possedit parens, at hic in emphyteusim illa accepit, in vsum, non in dominium. Posuit enim illum Deus in paradiso voluptatis, omnia subiecit sub pedibus eius, dedit illi omnia, tamen pensiones illi imposuit. Gen. 2 n 16. prima, vt operaretur, & custodiret illum, secunda vetò, *Vt ex omni ligno comederet, præterquam ex ligno scientiæ boni, & mali.* Pensiones accepit, ergo verè dominum illorum, etiam quo ad vsum nõ eum constituit, nec illi plenariè dedit eam dominium totale, sed in emphyteusim, quod verum non est dominium.

11. Adam quomodo à Deo vsum accepit rerum, earũque dominium.

Gen. 2. n. 16.

Sed in prima pensione notandum est verbum, *custodire*, est enim actio seruitutis alienæ, seu actio circa rem non propriam, quando custodia impera-A tur, quasi illi Deus diceret, do tibi hunc locum, sed non in proprietatem, do tibi ad vsum, & ad habitationem tantum, nam proprietas mea est, & do tibi illum hoc pacto, vt illum opereris, ad hoc vt mihi eum serues taliter, qualiter ego eum tibi tradidi, & insuper quòd eum mihi custodias ab omni bestiarum incursu, meus enim est, immo nec hoc Deo suffecit, sed vt penitus hominem ab imaginatione aliqua excluderet, quæ ei aduenire posset dominij illius loci, cùm se in illo videret. Posuit illi præceptum, & vnam interdixit arborem, quam omninu noluit, vt etiam & quo ad vsum esset sua, sed ipsius, ita vt eam aspiciens homo in medio illius loci, quem ipse possidebat, & videret, nec vsum eius ipsum se habere, & tamen ibi esse plantatam, intelligeret, quòd qui eam in illo tenebat loco, verus erat dominus, ipse autem non nisi vsufructuarius eius & non dominus, sed seruus, sed villicus, & B non verum dominium illius ipsum habere, sed dependens, sed in proprium. Quod si sic in primo nostro parente, si sic omnia accepit, si homines ex hæreditate ipsius possident, certe non alio modo possidere possunt quàm ille, nec alio modo res accipere, nam res, quæ in emphyteusim habetur, licet vendatur, tradatur, & alienetur, & quo ad hæc dominium habeat qui eam tenet, semper tamen ad quemcumque transit possessorem, iisdem grauaminibus transit, vt aiunt Doctores. Ergo sicut Adam bona huius mundi ad vsum accipiens, non ea habuit in verum dominium, etiam quo ad vsum, similiter nec homines eius filij, ergo nec ipsi verè domini sint, nec dominium rerum habent, sed vsum tantum, sicut hospites in hospitio: ex quo nõ mirum si mundus hospitium quoddam dicitur & homines hospites quidam, dum vsum tantum rei C habent, non proprietatem: immo addendum, quòd nec verum, & proprium dominium emphyteusis habeat nam, vt diximus, tempus decem annorum ad emphyteusim necessarium est. quod si non adest, emphyteusis dicendus non est, sed locatio, cuius dominium omnino à vero deficit, improprieque tale dicitur. Quod si hoc. quis, quæso, est in hoc mundo, qui sic res eius possideat, vt verè dicat per decem annos immo quid per decem annos? per decem dixerim minuta securè eas possedisse.

12. Cur ei arbor interdicta.

13. Emphyteusis semper cum iisdem grauaminibus ad alios transit possessores.

14. Homo nec dominium Emphyteusis habet.

Ambros.

Pulchrè Ambrosius libro quarto in Luc. expendens verba illa quando mundi ostendit Regna Dæmon Christo Domino nostro; quod factum ducet Lucas, *In momento temporis, bene,* inquit, D *in momento temporis terrena demonstrantur, non enim tam celeritas conspectus indicatur, quàm fragilitas potestatis exprimitur, in momento enim illa cuncta prætereunt, & sæpe honor sæculi abijt antequam venerit, quid enim sæculi potest esse diuturnum, cùm sæcula ipsa diuturna non sint?* Nil melius. In quibus verbis illa præcipuè sunt notanda, *non enim tam celeritas conspectus indicatur, quàm fragilitas potestatis exprimitur*, indicant enim dicta in momento temporis scilicet ostendisse Diabolum omnia regna mundi, quia sciens eorum potestatem nec ad momentum durare, necessarium fuit vt in momento eam ostenderet, quia si momentum tardasset, iam qui eam possidebant transiissent. Vnde egregiè Diuus ait Gregorius 6. Moral. c. tertio, super illa Eliphas verba Iob. 5. *Ego vidi stultum firma radice & maledixi pulchritudini eius statim.* Hanc esse differentiam inter sapientem, insipientem-

15. Dæmon cur in momento temporis Christo regna ostenderit mundi.

16. Regna & potestates quàm cito transeunt.

Gregor. Iob.

17. *Sapiẽs quãdo pro nihil gloriam huius mundi ducit quando verò insipiẽs.*

que, quod iste videns stulti gloriam, eam A admirans, non statim maledicit, putans diu duraturam, at sapiens statim eam maledicit, quia quàm inconstans, quàm propemodum nihil sit in instanti perspicit, *Gloriam morituri nihil esse in ipsa morte pensare infirmi quilibet possunt,* ait sanctus, *tunc enim ei etiam illi derogant qui hanc vsque ad mortem sequentes amant; nam plerumque nonnulli dum quorumdam gloriam cernunt, eiusdem gloria aspectibus delectantur, & magnum aliquid æstimant, seque vt talia mereantur exoptant: cùm ergo gloriosos quosque aut delectos subito, aut fortasse morientes aspiciunt, quia humana gloria omnimodo nihil sit enm gemitn fatentur: ita vt tunc dicant, ecce quàm nihil est homo, qui hoc rectius dicerent, si eum in gloria hominem cernerent, tunc eius interitum cogitantes, transeuntem potentiam nil esse sensissent, tunc enim est humana elatio pensanda, quàm nihil sit, cùm sese super cæteros successibus extollit, tunc considerandum est quo cursu fœlicitas transuolet, cùm ante humanos oculos quasi permanens pollet.* Nil melius, & postrema notanda sunt verba, nam tunc humana non passim egreditur, sed transuolat fœlicitas, quando quasi permanens pollet. sic inconstans, sic currit, sic incertum est quod homines possident. Quod cùm sit, verè homines in rebus nullum propriè dominium habent, vereque non possident res, sed locantur, proprietatem non habent, sed tantum merum vsum, & si aliquam in huius mundi rebus proprietatem possident, hæc non est circa rei vsum, sed circa procurationem tantum, vt egregiè inquit Sanctus Doctor vbi supra articu. 2. cuius verba, quia præclara, ad vnguem referre operæpretium duxi.

18. *Carnales ex morte vanitatem rerũ pensitant, è contra verò spirituales nõ nisi dum effulgent.*

19. *Homines procurationem tãtum rerum habent, non dominium.*

S. Thom. vbi supra. ar. 4.

20. *Proprium possidere quibus rationibus ad bonum Republicæ statum conuenit.*

In corpore enim articuli resoluens quæstionem, *Verum liceat alicui rem aliquam quasi propriam possidere.* sic inquit, *Respondeo dicendum, quòd circa rem exteriorem duo competunt homini, quorum vnum est potestas procurandi, & dispensandi, & quantum ad hoc licitum est, quod homo propria possideat. Est enim necessarium ad humanam vitam propter tria, primò quidem quia magis sollicitus est vnusquisque ad procurandum aliquod, quod sibi soli competit, quàm ad quod est commune, sicut accidit in multitudine ministrorum. Alio modo quia ordinatius res humanæ tractantur si singulis immineat propria cura alicuius rei procurandæ, esset autem confusio si quilibet indistinctè quælibet procuraret. Tertio quia per hoc magis pacificus status hominum conseruatur,* D *dum vnusquisque re sua contentus est. Vnde videmus quod inter eos, qui communiter, & indiuisò aliquid possident, frequentius iurgia oriuntur.* Nil melius. Ex quibus patet, quòd proprietas alicuius rei attributa est homini propter procurationem, & dispensationem illius, non autem propter vsum, id est vt homo ad libitum, & propter se tantum ea vti possit, vt sequitur sanctus. Nam inquit, *Aliud vero, quod competit homini circa res exteriores est vsus ipsarum, & quantum ad hoc, non debet homo habere res exteriores vt proprias, sed vt communes, vt scilicet eas de facili aliquis communicet, & in necessitate aliorum, vnde Apostolus dicit, 1. ad Timoth. vltimo, Diuitibus huius sæculi præcipe facile tribuere, communicare.* Egregiè equidem. Vnde secundùm sanctum, proprietas quam in rebus homo habet, non est circa earum vsum, sed

Idem.

21. *Homo quomodo res possidere debet.*

1. ad Timo. vltimo.

procurationem, ergo nec vsus dominium habet. Domini ergo cùm homines non sint rerum, quia potestatem non habent in earum naturis, dominium verum, perfectumque circa vsum cùm nec habeant, quia pensionem acceperunt, vt diximus, ac proprietatem circa eundem vsum cùm nec habeant, vt inquit sanctus Doctor, quale ergo dominium, quæso, ei remanet nisi imaginatum? & qualis dominus erit nisi fictitius? Verè ergo hospes est, & aduena, & in hospitio versatur, quod est mundus.

22. *Sancti eur se hospites in hoc mũdo semper dixerunt.*

ad Hebr. 11. 13.

Hac ratione sancti peregrinos, & hospites se dixerunt in hoc mundo, confitentes tales se esse, vt inquit Apostolus ad Hebræ. 11. num. 13. *Iuxta fidem defuncti sunt,* ait, *omnes isti,* Abel scilicet, Noë, Abraham, *non acceptis repromissionibus, sed à longè eam aspicientes, & salutantes, & confitentes,* B *quia peregrini, & hospites sunt super terram.* Ob hoc nullum dominium se habere apertè profitebantur, quòd expressis confessus est verbis Dauid Rex 1. Par. 29. dum lætatus pro donis, quæ populus obtulit ad domum Dei ædificandam, Dominum orans ac eum benedicens sic ait. *Quis ego, & quis populus meus? vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Peregrini enim sumus coram te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri.* Vbi notandum, in quo posuit Dauid suæ vim rationis, ad probandum omnia Dei esse non hominum, in eo scilicet, quod ipsi omnes peregrini erant in hoc mundo, & aduenæ. & sic vti tales nihil eius verè possidebant, nullumque habebant dominium, mutuo tantum omnia accipientes. vnde dum dabant, reddebant. *Quæ de manu tua accepimus,* inquit, C *dedimus tibi,* id est reddimus, quia verus dominus non homo est, sed Deus: vnde verum, rectum, & stabile, perenneque dominium omnium, quæ homo possidet, apud Deum residet, non apud hominem, nam hîc non vt dominus, sed vt hospes, & peregrinus degit. Quod expressè dixit Philo Carpathius in exposit. cap. 8. Cantic. num. 10. super illa verba. *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens,* quæ verba ipse cum Septuaginta legit, *Ego sedebam in oculis eius, tanquam ea, quæ pacem inuenit* Vbi ponderans sponsam non dixisse, sedi, sed sedebam, tempus imperfectum, asserit hoc dixisse ad ostendendum numquam nos perfectè posse hîc quiescere, sed semper tanquam aduenas, peregrinosque in perpetuo manere motu. *Aduenæ enim,* inquit, *& peregrini sumus in alieno solo,* attende verba; non proprium, sed alienum dixit D hoc esse solum, in quo degimus. *longe à patria illa nostra superna profugi, ob id huc missi (vtinam non eiecti) vt quandiu sumus in viuis assiduè viatica ad patriam ipsam conductura, honestate vitæ, atque morum comparemus, quare nemo speret in exilio, nemo sibi falsò promittat, se hîc diutius regnaturum, quieturumque, omnino nati sumus ad laborem, nati ad corporis ærumnas, ad inediam, sitim, frigus, & æstum, nuditatem, & morbos omnes, & vitæ finem.* Exilium ergo secundùm Carpathium præsens est vita, ergo & homines peregrini, & hospites, vnde consequenter & mundus hospitium peregrinorumque receptaculum.

1. Par. 29. num. 14.

23. *Homo Deo non dat, sed reddit.*

Philo Carpath. Cantic. 8. num. 10.

24. *Solum in quo degimus nõ est proprium.*

At non solum ob hoc mundus hospitium quoddam, quia scilicet nullus dominium sed vsum tantùm rerum in illo habet. Est etiam hospitium, quia iisdem rebus, quibus vni successiuè alteri seruit, & simul duobus deseruire non potest, pau-

perrimus enim est, duo simul cooperire non valet. Sic Alexander Dario respondit: *Duobus mundum non sufficere*, vni tantum deseruit, vnique sua tribuit, duobus minimè, quia ad duos insufficiens, hinc ad vnum induendum alterum necesse est vt denudet.

15. Mundus pauperrimus duo simul cooperire non potest.

Aptè etenim hoc in facto illo Saulis Ionathæque filij sui cum Dauid nobis insinuat scriptura. Nam cùm à superna dispositum esset virtute Dauid futurum regem, illico mundus Saulem expoliauit, Ionathamque, vt Dauid vestiret, 1. Reg. 17. num. 38. *Induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam aream super caput eius, & vestiuit eum lorica*, & cap. 18. *Expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium, & arcum suum, & vsque ad balthenm.* Cur isti, quæso, sua ad vestiendum Dauid vestimenta dederunt, se expoliantes, cùm principes essent? nonne ex alienis Dauid vestire poterant? poterant quidem, sed quia ordinatione, dispensationeque mundus diuina, in Regem eligere debebat Dauid, quia ad duos simul cooperiendos sufficiens non erat Reges, vnum primum expoliauit, vt alterum vestiret. Vnde iisdem vestibus quibus vni seruiuit, Sauli nempè, seruiuit & Dauid, pauperrimus enim est, simul ad duobus famulandum non habet. Hinc fit vt in perpetuo motu res ipsius consistant, ita vt numquam æqualiter vsque in finem durent, semper inconstans ac sibimetipsi inæqualis, in vna tantum inconstantia, vt sic dicam, sibi constantissimus.

16. Vt vnum vestiat, alterum expoliat.
1. Reg. 17. 38.
Cap. 18.
27. Saul & Ionathas cur sua vestimenta Dauid dederunt.
28. Mundus inconstans solum in inæqualitate constans.

Nazian.
29. Res mundi omnes volubiles, & cur.

Quod egregiè dixit Nazianzenus, Orat. 17. ad ciues, *Nihil*, inquit, *in hoc mundo metu expers est, nihil plenum, & æquabile, atque in finem vsque sibi simile, immò hoc vnum æquale inæqualitas habet, nempè in rebus omnibus mutationem; omnia enim facile in orbem feruntur, atque in diuersum migrant, sibique inuicem aduersantur, vt ventis potius, aut literis in aqua scriptis fides haberi posse videatur, quàm hominum fœlicitati.* Nil melius. Vbi notandum illud, *omnia enim facile in orbem feruntur*, cuius equidem ratio, quia simul omnibus non sufficiunt, quia mundus pauper æquè singulis distribuere impar inuenitur, vnde transmutatione vti illi necessarium cùm sit, nunc isti, nunc illi dans, omnia sua in orbem ducit, choreasque agit, non secus ac de diuino verbo Philo dixit in libro, Quod Deus sit immutabilis, *Verbũ diuinum*, ait, *choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat.* Vnde benè Cyprianus tractatu De vanitate idolorum ait, *Regna non merito accidunt, sed sorte variantur, & acceptum tempus certo fine custodiunt*: vbi ponderandum illud, *non merito accidunt, sed sorte variantur*, quasi diceret Cyprianus vti dicit, regna quando alicui adueniunt, non illi de nouo accidunt, ac quasi pro suo de nouo efformantur merito, sed variantur, expoliato prius, qui antiquitus illa possidebat, quia mundus vnum sciens futurum hæredem, non prius hunc hæreditate donat, quàm alterum priuet, ac expoliet.

30. Verbum diuinum quo sensu choreas in mundo agat.
Philo.
Cyprian.
31. Regna quomodo sorte dantur.

Hoc enim etiam considerandum venit in facto illo Iacobi, & Esau, non equidem Iacob antea benedictus, & hæres constitutus, quàm vestibus indutus Esau. Genes. 27. & sic indutus benedictionem, hæreditatemque accepit, vnde prius vestibus priuatus Esau suis, vt Iacob eis indutus benedictionem, hæreditatemque exciperet: si Pater cæcus, ad quid vestibus Esau Iacobum induere? deerant forsitan Iacobo vestes? non mireris, mundus pauperrimus est, duos simul cooperire non potest, duosque simul constituere hæredes: vnde supremi nutibus domini obtemperans, vnum expoliat, vt alterum vestiat, & Esau hæreditate priuat, vt Iacob hæredem faciat.

Gen. 27.
32. Iacob cur vestibus Esau indutus ad benedictionem accipiendam.

Similiter etiam quando vnum deprimere, alterumque exaltare determinat, non prius hunc erigit, quàm alterum deprimat. Hoc sane est considerare in facto illo Mardochæi, & Aman, sæpius à nobis considerato, iussu Dei, dispensationeque diuina subleuare intendebat mundus Mardochæum, hoc verè non fecit, quin prius deijceret Aman, ita vt ascendente Mardochæo, & equitãre per vrbem, pedester, & ante eius pedes infœlix præcederet Aman. *Tulit itaque Aman stolam, & equum, indutumque Mardochæum in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat*, Esther 6. nu. 21.

33. Mardochę non prius eleuatus, quàm oppressus Aman & cur.
Esther. 6. 21.

In qua re etiam considerandum, non solùm in hoc facto deiectionem interuenisse Aman, sed etiam expoliationem, saltem secundùm eius iudicium, nam cùm ab eo requisisset Rex. *Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat?* Sacer inquit textus, quòd, *cogitans in corde suo Aman, & reputans, quod nullum alium Rex, nisi se vellet honorare, respondit, debere indui vestibus Regijs, & imponi super equum.* Ergo secundùm Amani cogitatum, vestes illæ suæ erant, & ad ipsum pertinebant, sed quia Mardochæum vestire volebat mundus ideo eas illi non concedens, veluti eum spoliauit, vt Mardochæum vestiret, sub pedibus illius infœlicem constituens Amanum, qui prius superbus, Regis firmatâ contra Mardochæum sententiâ, sub pedibus illum prosternatum tenere reputabat. Quarum rerum varietatem, ludosque eleganter describit Petrus Damian. lib. 7. epist. 5. ad Agnetem Imperatricem, dicens: *Numquid & ipsis Regibus, a quibus mundus iste diligitur, & quibus copiosa fraude blanditur, non quantocius in amaritudinem vertitur, vt nimirum hodie, qui ex hostibus signa reportet, triumphalis enim gloria pompa præcedat, & cras illum ignobiliter terga vertentem hostilis mucro transfodiat?* Quòd statim ex sacris, prophanisque confirmat historijs, mortes Imperatorum, Regúque narrans, qui insidijs, qui bellis, qui tandem miserrimi vt peiora euaderent, se ipsos occiderunt. Vnde tandem concludit, *Quis est enim, cui se fortuna non transferat, & modo de aduersis in prospera, modò de prosperis in aduersa scenica se varietate conuertat?* Vbi pondero verbum, *transferre*; non enim dixit, cui fortuna non adueniat, aut arrideat, *sed transferat*, quia quando læta aduenit, non priùs hoc facit, quàm se ab altero eripiens, tristem illum relinquens, ad alterum, non de nouo adueniat, sed se transmutet, duos simul exhilarare insufficiens. Quod equidem in promptu est, nam si rectè attendere velimus, nil in mundo, aut honoris est, aut dignitatis, aut officij, quod morte alterius non vacet propter alium, & vacando quot prætensores habet, quot appetitores, quot desiderantes, & tamen vnus est, qui cæteris prætermissis, accipiet, & hic vnus, non ante quàm alter depriuatus, aut spoliatus remaneat.

34. Aman expoliatus vt Mardochę vestiretur.
Petrus Damia.
35. Mundus & ipsis amarus & inconstans Regibus.
36. Fortuna nõ de nouo aduenit, sed ad alium se transfert altero prius relicto.

Voluit semel militem constituere Dauid, voluit illum armis prouidere: priùs occidit Goliath, armisque eum expoliauit, quibus Dauid posteà induit, Reg. 1. cap. 17. num. 54. *Assumens autem Dauid caput Philistæi, attulit illud in Hierusa-*

1. Reg. 17. 54.

37. *lem, arma verò eius posuit in tabernaculo suo.* Non- A
Dauid cur armis vsus Goliæ.
ne alia suppetebant arma, quibus induceretur Da-
uid? non equidem, quia mundus simul duos arma-
re non potest, vnum necesse est vt expoliet, vt alte-
rum armis vestiat. Armis prouidit Dauid, quia
Goliath priùs occiderat armatum, cuius arma glo-
riaque ad Dauid simul transierunt, viliter priùs oc-
ciso, qui cæteros superbissimus, veluti vmbras des-
piciebat, commutatâ rerum vicissitudine in eius
Chrysost.
morte, vt eleganter dixit Chrysostomus homil. 22.
in Genes. hanc ponderans rerum vicissitudinem,
quam tandem affirmat infallibiliter futuram, sal-
tem in morte. *Quòd si in hac vita vicissitudinem
hanc quis euadit,* inquit, *omninò mors veniens fœli-
citatem resecabit, & quem hodie in foro magna
pompa comitabatur, & qui in carcerem conycie-
bat, & super thronum residebat, & inflabatur, &
homines alios, quasi vmbras despiciebat, is subitò
postea iacebis mortuus, absque spiritu fætulensut,
petitus innumeris conuitiis.* Sic infœlix Goliath,
tremendus, dum viueret, at commotatâ sorte,
despicabilis post mortem, non tantum (vt alibi
Idem.
idem sanctus ait, hanc Dauid victoriam describens)
38. à lapide deiectum, quantum à pondere ipso suo,
Goliath à sua potius occisus superbia, quã à lapide Dauid.
Lapis per inane volans, inquit, *verberat aures, aë-
rem scindit & violento impetu Goliæ frontem inua-
dit, qui metuabundus, ac tremens, totam molem cor-
poris cum armorum potentia secum ipse deiecit.* Oc-
cisus à lapide, sed à suamet mole victus, quam dum
regere superbus nesciuit, veluti sub ipsa sepultus ia-
cuit, sua inimico cedens arma, quia alia non suppe-
tebant, dum mundus hospitium, iisdem rebus, mul-
tis simul deseruire omninò impotens. Vnde arma-
re intendens Dauid, prius gigantem occidit, ac ar-
mis priuauit suis, postque Dauid armis cinxit, for-
temque constituit.

At non ob hoc solum hospitium, sed etiam quia
39. nil gratis dat, sicut in hospitio omnia magno ven-
Mundus hospitium quia nihil gratis dat.
duntur pretio, multoque labore. Deus bone! quis
hoc neget, aut quis dicere potest, gratis à mundo,
& sine labore aliquid accepisse? Paleas tantùm da-
Exod. 1. n. 11.
bat Pharao filijs Israel, at quantis laboribus? Exod.
1. num. 11. *Præposuit eis Pharao magistros, vt affli-
gerent eos oneribus, ædificaueruntque vrbes taber-
naculorum, &c. & ad amaritudinem perducebant
vitam eorum operibus duris, luti, & lateris, omni-
que famulatu, quo in terra operibus premebantur.*
En quanti emebant paleas! en quantis eas sudori-
bus comparabant! ne mireris, hospitium est, carissi-
mè omnia vendit, & pro paleis vitam ipsam absu-
40. mit, infinitas propemodùm tribuens molestias in-
Mundana fœlicitas semper amaritudine respersa.
tus in corde, pro externis his, quæ tribuit, gaudiis.
Semper mundana lætitia. inquit Innocent. Papa li.
1. de contemptu mundi c. 12. *tristitia repentina suc-
Innocen. Papa.
cedit, & quod incipit à gaudio, desinit in mœrore:
nam mundana fœlicitas multis amaritudinibus
respersa est.* Nil melius, vbi pondero verbum illud,
semper & tristitia repentina, non dixit aliquando,
sed semper, quasi quid inuiolabile, ac semel statu-
tum, à quo nullus liber, nullus exemptus. Nec mi-
41. rum, cum quod mundus dat gaudium, identicè, vt
Gaudium mundi identicè perditio, & ruina.
sic dicam, sit ruina, perditioque, *Laus impiorum
breuis,* inquit Sophath Naamathites, *& gaudium
hypocritæ ad instar puncti,* Iob. 20. num. 5. Quem
Iob. 20. n. 5.
locum Septuaginta sic vertunt, *lætitia impiorum
ruina ingens, gaudiũ autẽ iniquorum perditio.* Non
enim loquitur in sensu causali, vt vides, sed idẽtico,
ita vt ipsamet mundi lætitia nil aliud sit, nisi ruina;
& gaudium perditio, quâ mundus sua vendit.

A Hoc equidem patet in diuite illo auaro, Luc. 12. Luc. 12. n. 16.
num. 16. *Cuius ager vberes fructus tulit.* Quis
enim neget summam ex illis auarissimum homi-
nem non percepisse lætitiam, summumque gau-
dium? at si benè attendas, hęc ipsa lætitia, hoc ipsum
gaudiũ ingens, ingens fuit ruina, ingensque perdi-
tio; nã præter animi mærorẽ, tristitiamque, quam
miser, ac si egens esset, patiebatur, horrea destru-
xit, ac solo æquauit. *Destruam horrea mea, ac maio-
ra faciam.* En insania! à destructione incipit, vt di-
tior euadat; ne mireris; lætitia est, huiusque gau-
dium mundi, qui semper cum ruina comitatum in- 42.
cedit, immo ipsa est ruina, ipsaque perditio, lætatus
Diues in ipsis diuitijs pauper, in ipsa lætitia mæstus.
est hic, destructus est, & vnde incæpit lætari, inde
destructionis occasionem miser sumpsit, & vnde
diues, inde pauper euenit. *Satiato diuitiis non est,
qui sinat eum dormire,* inquit Ambrosius libro de Ambros.
Naboth. ca. 6. *excitat eum cupiditas, sterilitas pro-
B uentuum perturbat, sollicitat abundantia, nec ipse
quidem Deus eum dormire permittit, interpellat co-
gitantem, excitat dormientem, Stulte hac nocte ani-
mam tuam repetent à te, sed nec ipse se quietum pa-
titur, qui de abundantia diuitiarum suarum sollici-
tatur, & in vbertate fructuum vocem egentis emit-
tit, Quid faciam, inquit, quia non habeo quò congre-
gem fructus meos, de inopia quæritur abundans fru-
ctibus, miserior iste fœcunditatibus suis, quàm pau-
per, cui periculum de egestate est.* Præclarè. In qui-
bus verbis illa valdè notanda, scilicet, *de inopia quæ-
ritur abundans fructibus,* confirmant enim quæ
diximus, mundi scilicet gaudia, ipsa esse infortu-
nia: en inopem, hunc fecit ipsa abundantia, paupe-
rem ipsæ diuitiæ, anxium ipsa quies, *quid faciam,*
vox egentis est, vt inquit Ambrosius, *destruam hor-
C rea,* vox quærulantis est, vox pauperis, cui necessa-
ria non suppetentia, horrea non habebat capacia,
maiora requirebat, vnde de inopia quæritans, a-
bundans fructibus, anxius pro horreis, quasi extra
se factus, à destructione incipit, cùm ab ædificatio-
ne deberet. Ne mireris, hospitium est mundus, ideo
dum dat, pretio vendit sanguinis, ac dolorum; dat
paleas, sed ad amaritudinem perducit vitam, non
secus ac Pharao, vt inquit scriptura, illam filiorum
Israel.

At minus esset malum, si quod dat, pretiosum 43.
esset, sed dat vile, vt pretiosum capiat, non secus ac
Mundus dat vile vt pretiosum auferat.
in hospitio vile ferculum pretioso emitur auro.
Coxit Iacob pulmentum Genes. 25. num. 29.
quod cùm appetijsset Esau, non priùs habuit, Gen. 25. n. 29.
quàm primugenita vendidisset, en quanti vile
emit edulium, & vt tantum panem, lentemque ha-
D beret, pretiosissima dedit sua; ne mireris, in hospi-
tio erat, etsi in domo paterna, & sic nil gratis
accepturus, sed omnia magno pretio, & quod
magis, vilia pro pretiosis. Quis hoc ignorat? quis
hoc non videt? quis hoc manibus non attrectat?
Quantos quotidie videmus pro vilissimis quibus-
que pretiosa dare, pro modicis magna, pro tem-
poralibus tandem æterna? *Dulcedo huius sæculi,*
inquit Augustinus in Psalm. 123. *ad tempus fauces August.
indulcat, sed in magnam amaritudinem postea con- 44.
uertitur. Ecce peccasti, & lucrum fecisti, vt lu-
Homines quæ mundi sunt acquirendo, quæ & qualia amittunt.
crum faceres offendisti Deum, & vt augeres pecu-
niam, fides diminuta est, & aurum crescit. Quid
perdidisti? & quid acquisisti? lucra tua cogitas,
damna tua non cogitas, de arca gaudes, de corde
non plangis. Abundat nescio quid in arca tua,
sed vide quid imminutum sit in corde tuo, cùm ape-
rueris arcam, inuenies solidos, qui non erant.* Benè

gaudes esse ibi, quod non erat; attende arcam cordis, erat ibi fides, & nunc non est, plus perdidisti, quàm acquisisti. Præclara quidem sententia, & Augustino digna. O si eam homo consideraret! ô si attenderet! quando aliquid à mundo quærit, quid accipit? & quid dat? fidem dat, inquit Augustinus, qualem fidem? fidem charitate formatam, dat fidem viuam, dat fidem valentem, quam habebat; accipit à mundo honores, accipit lucra, *Crescit aurum, & fides diminuitur in corde.* Aperit homo arcam, videt aliquid esse in domo sua, quod non erat, nouam dignitatem, nouum gradum, nouas diuitias. Attendat ad arcam cordis, intret in interiora, scrutetur semetipsum, videat quid illi deest, quid in illa amisit prætensione, inueniet fidem suam emortuam, conscientiam laceratam, charitatem extinctam,
B *Plus perdidisti amice, quàm acquisisti.* Vilia accepisti, pretiosa dedisti, primogenita vendidisti, vile edulium accepisti, in hospitio es, ideo sic carè emis.

Considera etiam quæso, quanti fortissimus emit Samson paruulam delectationem, & videbis quàm carè emit; mulierem concupiuit, ada-
45. Samson quã carè vnam emit delectationem.
mauit, obtinuit, lætatus est, alacer in hospitio versatus est, at quæ pro tali soluit ferculo? libertatem, oculos, vitam. En quàm carè emit. *Cùm apprehendissent eum Philisthijm, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt in Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt*, Iu-
Judith. 16. nu. 21.
dith. 16. num. 21. Nota illud, *molere fecerunt*, solutio fuit, quam mundo pro paruula ille dedit delectatione. Millies hoc euenit, quòd dum id, quod desideramus, accipimus, & quod concupiuimus, acquirimus, pro eo libertatem miseri soluimus, & ad seruitutem adducti molimus, etsi renitentes.
Tertul.
Nam, vt egregiè dixit Tertullianus in exhort. ad Castit. cap. 1. *Diaboli vnum est tentare, adde & mundi quod in te est, vt velis, at vbi voluisti, sequitur vt te sibi subigat, non operatus in te voluntatem, sed nactus est possessionem voluntatis.*
46. Diabolus quomodo sibi subijciat homines, eiusque voluntatem.
Pulchrè. Nostrum fuit velle, aut nolle, hoc in nobis operare non potest inimicus; at si semel volumus, consensumque præstamus, possessionem voluntatis nanciscitur, sibique nos subijcit, & si inuitos. Sic pari modo mundus ad sua quærenda nos equidem non impellit, sed allicit, nostrum est ea semel velle, aut nolle; quæ si semel volumus, & vel-
47. Quomodo etiam mundus.
le nostrum illi damus, possessionem sibi vendicat nostri, & velimus, nolimus, in mola terentes trahit, & attrahit, etsi inuitos. Miser Samson velle
D
48. Inuiti seruiunt sæpe homines mũdo, dum semel ei se subiecerũt.
suum, semel ob carnalem fruendam concupiscentiam mundo præstitit, amauit, concupiuit: At semel eius dominus mundus constitutus, vellet nollet, oculis effossis, molere eum fecit, ludus omnium factus in ipsa sua abiectione, confusioneque moriens. Nam talium vita, qui mundo seruiunt,
49. Mundanorum vita captiuitas, & confusio.
quid aliud est, nisi vna captiuitas, vnaque confusio? vt præclarè dixit Augustinus exponens illa verba Psalm. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion. Captiuitas Iudæorum*, inquit, *in Babylonia figura fuit captiuitatis, quam homines patiuntur in hoc mundo: Babylonia est mundus iste,*
August.
50. Hominum stultitia alijs, non sibi laborare.
Babylonia enim interpretatur confusio. Videte si non est confusio tota vita humana, quidquid agunt homines in spe vana, quando cognouerint quæ agunt, erubescent, quare laborant? cui laborant? filijs meis, inquit, & ipsi cui? filijs suis, & sibi nullus.

A En confusio, alijs, non sibi laborare. Ob hoc Babylonia mundus iste, id est confusio, quia à tali confundentur homines ignauia, quando se viderint tantùm laborasse, sed non sibi. Miser Samson
51. Mũdus cur Babylon.
52. Samsonis confusio magna in quo steterit.
in mola terebat, sed non sibi, ludebat, sed non sibi. *Præceperunt vt vocaretur Samson & ante eos luderet.* Ob id confusus, & taliter, vt potius mori elegerit, quàm sic viuere, carè equidem vnam emit delectationem, vnum gustum, pretiosa quæque pro vilibus dedit. Ne mireris, à mundo emit, in mundo extabat, qui hospitium, vbi gratis nil datur, sed pretio omnia sanguinis; non parentem, non sanguinis iura cognoscens.

Rachelem Iacob à Labano postulauit, à Labano inquam auunculo suo, numquid licèt esset hic consobrinus, ac suæ filius sororis, gratis eam
53. Iacob quã carè Rachelem emit, & quorum figura: Genes. 31. 38.
B dedit? non profectò, quin vendidit, & carissimè; immò pro Rachele Liam dedit oculis lippam, indecoramque, at quanti vendidit? audi Genes. 31. num. 38. *Viginti annis fui tecum*, inquit, *captum à bestia, non ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, quidquid furto peribat, à me exigebas, diu, noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, sicque per viginti annos seruiui tibi in domo tua, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis.* En quanti emit filias auunculi sui, consobrinas suas, de quo ipsæmet eodem capite conqueruntur, cùm respondentes Iacobo poscenti, an secum vellent ad domum ire patris
54. Mira mundi tyrannis, dũ nil gratis fecit dare.
sui, dicunt, *Nonne sicut alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium nostrum?* Filias ergo vendidit, & filias consobrino, & tanti vendidit. Nonne æquum fuisset, vt potius illi eas daret? esset
C quidem; cur non fecit? non mireris, domus eius typus erat mundi, sicut ipse diaboli, vt inquit sanctus Ambrosius de Iacob & vita beata lib. 2. cap. 5.
Ambros.
Iacob hospes, in illo omnia venduntur, nil gratis datur, carissiméque venduntur, & vtinam sine fraude, sed venduntur cum deceptione, cum fraude, malum pro bono, vile pro pretioso, turpe pro
55. Omnia in ipso cum fraude conceduntur.
pulchro, Lia pro Rachele, vnum pro altero, omnia fraudulenter, omnia deceptoriè, nullius personam respiciens, non ad fratrem, non ad amicum, æquè amicus ac inimicus habentur, omnibus vendit, omnes decipit hospitium est, amice, aliter esse non potest.

Sed non solùm mundus ob hoc hospitium,
56. Mundus hospitium quia discedentes, nihil ab eo reportant.
quia carè omnia quæ dat vendit, est etiam hospitium, quia sicut nil reportant ab eo amplius hospites quando exeunt, nisi quod intulerunt; sic homi-
D nes ab hoc exeuntes mundo, nil reportant, nisi id, cum quo aduenerunt, hoc erat nihil, & nihil etiam secum afferunt. Nudus ingreditur homo & nudus exit. *Ne timueris*, inquit Dauid Psal. 48. nu. 17. *cùm diues factus fueris homo, & multiplicata fuerit*
Psal. 48. 17.
gloria domus eius, quoniam cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Premo verbum, *ne timueris*, potius enim debebat di-
57. Diuitẽ cur suadet Dauid potius non timendum, quam non mirandum.
cere, ne mireris, diues enim magis admiratur, quàm à simpliciter illum videntibus timetur: cur ergo ne timueris? Optimè respõdet hîc Augustinus quia dum homines iusti malos prosperare vident, timent, ne fortè ipsi errent dum benefaciunt, & miseri fiunt. *Tu vides*, inquit, *hominem florentem malum, & fortè titubantur pedes tui, & dicturus es in*
August.
anima tua, Deus ego non facta huius hominis, quæ scelera fecit iste homo, & ecce floret, terrat, domina-

A *tur, extollitur, caput illi non dolet, nil in domo eius diminutum est, & timebis quia credidisti, & fortè dicet cor tuum: me miserum puto, sine causa credidi, Deus non respicit res humanas, times quia fortè incurrit sibi lucrum cum fraude, diues esse, & non laborare, & attendens, quòd minatus est Deus, temperasti à fraude, & contempsisti lucrum: vides alium fecisse lucrum de fraude, & nihil mali pati, & times esse bonus. Ob hoc, ne timueris, ait tibi spiritus Dei.* Rectè equidem: At videamus, quare non timendum, *quoniam cùm interierit, non sumet omnia.*

58. Malis in prosperitatibus cur non inuidendum. Idem.

Vnica, summaque ratio, ob id bonos esse, formidare non debemus, ob id malum non operari, quia qui malum faciunt, etsi hîc prosperantur, non secum prosperitatem asportabunt. *Vides viuentem*, inquit idem Augustinus, *cogita morientem, quid hîc habeat attendis, attende quid secum tollit: multum auri habet, multum argenti habet, multum prædiorum, mancipiorum, moritur, remanent illa nescio quibus: etsi enim dimittit quibus vult, non seruat quibus vult, multò enim & non sibi dimissa acquisierunt, & multi sibi dimissa perdiderunt.* Egregiè. B

59. Homo in morte sua quibus vult dimittere potest, seruare non potest.

Vbi notanda postrema verba, sua possunt equidem homines dimittere cui, & quibus volunt, at non seruare quibus desiderant, filiis dimittere possunt quæ ipsi acquisierunt, at ea illis seruare non possunt, *quia multi sibi dimissa perdiderunt*, inquit Augustinus dimittit filijs, sed non seruauit filijs, sed extraneo, & forsitan inimico. vt alibi diximus, ob hoc non timendum, cùm diues factus fuerit homo, quoniam cùm interierit non sumet omnia.

60. Secum nihil prorsus in morte asportat, nec in quibus inuoluitur.

At cur dicitur, *non sumet omnia?* ergo sumet aliquid, sic equidem apparet, nam secum tollit, quo inuoluitur, & quod ad pretiosum, marmoreumque erogauit sepulchrũ, hoc equidẽ videtur quod tollit, C & ob hoc, more loquens humano, dixit Psalmista, *non sumet omnia. At nec hoc dico*, inquit Augustinus, *quia exhibentur ista non sentienti: nam vbi sensus, ibi homo, vbi nullus sensus, non est homo. Iacet vas, quod continebat hominem, domus quæ habebat hominem, corpus dicimus domum, spiritum dicamus habitatorem domus, spiritus torquetur apud inferos, quid illi prodest, quia corpus iacet in cynamomis, & aromatibus, inuolutum pretiosis linteis, tanquam si dominus domus mittatur in exilium, & tu

61. Funerum peccatorũ vanitas.

ornes parietes ipsius, ille in exilio eget, & fame deficit, vix sibi vnam cellam inuenit vbi somnum capiat, & tu dicis fælix est, nam ornata est domus illius.* Nihil ergo secum sumet, nihil prorsus eorum quæ hîc habebat. Recole diuitẽ illum Luc. 16.

Luc. 16. n. 19.

num. 19. cum Abrahamo loquentem, qui in flammis æstuabat ac cruciabatur, quomodo in flammis extabat, numquid cum sericis, byssinisque indumentis, quibus hîc vtebatur? *Homo erat diues, induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.* At quando in flammis post mortem apparuit, nudus apparuit.

62. Diues in inferno Abrahamo nudus apparuit. August.

Quod colligo, quia sicut epulas non secum asportauerat, nec vinum, & aquam, dum guttam tantùm illius petebat, sic etiam nec vestimenta. *Fratres, nunquid sic legimus in Euangelio*, inquit Augustinus vbi supra, *quòd diues ille cum holosericis & byssinis tegumentis apparebat in igne? Numquid qualis erat in epulis ad mensam, talis erat apud inferos cùm sitiret & stillam desideraret? Nihil secum asportauit, nec guttam siquidem aquæ, quia nihil intulimus in hunc mundum*, vt inquit Apostolus 1. ad Timoth. 6. num. 7. *haud dubium, quòd nec auferre quid possumus*, Et noster Sapiens, Ecclesi. 8. num. 14. *Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, quomodo venit sic reuertetur.* Commodata omnia sunt, & in vsum accepta, vt supra diximus, donec vixerimus, reddenda in exitu.

63. Vita humana scæna. Epictet.

Scęna quædam est hæc vita, in qua humanarum rerum omnium, & vanitatum fabula repræsentatur, terra theatrum, actores mortales omnes. *Recordare*, inquit Epictetus cap. 3. Enchyrid. *in fabula te histrionem esse, qualem magister elegit, si breuem breuiter, si longam, diu te histrionem futurum.* In scæna autem, nemo exit secum asportans vestitum, quo repręsentauit, non vestem regiam, qui Rex, non diuitem, qui diues, non mendicam, qui mendicus; sicut introierunt, sic exeunt, nudi intrarunt, nudi exeunt, vestes quas acceperunt, alienæ fuerunt, & commodato acceptæ, tantisper, dum fabula ageretur, vnde videtur diues is, qui repręsentat diuitem, sed verè non est diues, quia nihil suum habet.

64. Diuites mundi apparent tales, sed verè non sunt. Prou. 13. 7.

Audi Salomonem Prouerb. 13. num. 7. *Est diues cùm nihil habeat.* Quomodo diues si nihil habet? quia aliqui sunt, qui diuites apparere volunt cùm nihil habeant; vt autem appareant, mutuò accipiunt multa; vnde quæ habent sua non sunt, ideoque videntur diuites, sed verè non sunt: tales sunt, qui in mundo versantur, quæ habent, non sunt sua, commodato acceperunt, reddenda in morte: hinc fit, vt nihil asportent, nudique egrediantur. *Detestatus sum omnem industriam meam.* inquit Rex Sapiens Ecclesiastici 2. num. 18. *qua sub sole studiosissimè laboraui habiturus hæredem post me.* Mira ratio! detestatus est industriam, seu, vt Septuaginta *odiuit vitam*, vitam suam despexit, & simul cum illa reliqua omnia, quia habiturus erat post se hæredem: quis ob hoc vitam detestatur suam? quis laboribus maledicit, dum hæredem cernit eos possessurum?

Eccles. ca. 2. 18.

65. Salomon cur vitam detestatus quia relinquebat hæredem. D. Olympiodor.

Sapiens equidem, respondet Diuus Olympiodorus hunc exponens locum, *dum videt, quod huiusmodi rerum possessio perpetuò non durat apud habentem, sed ipse quidem vitam egreditur nihil secum portans, alter verò possidenda accipit, quæ ipse labore multo comparauit, ob hoc non solùm industriam, sed ipsam detestatus est vitam*, sciens, quia nihil suorum asportare poterat laborum, dum, & si multa acquisierat, non vt propria, sed vt commodata ea habebat relinquenda in morte: hinc doluit quia habiturus hæredem, non doluit hæredem, sed quia habiturus hæredem, quia relicturus vitam, quia nihil secum asportabat.

66. Homines cur sine ratione dolẽt quando vitam finiũt. Seneca.

D Ex hac equidem consideratione optimè dixit Seneca de Consolat. ad Polyb. sine ratione homines dolere, quando aliquid deperdunt, aut vitam finiũt, quia omnia commodata habent. Vnde c. 30. sic ait, *Siquis pecuniam creditam soluisse se molestè ferat, eam præsertim, cuius vsum gratuitum acceperat: nonnè iniustus vir habebitur? cogita iucundissima esse quæ habuisti, humanum quod perdidisti.* Notandum dictum, *humanum quod perdidisti*, in eo enim est vis rationis, quasi diceret, totum erat humanum quod habebas, quod possidebas, ergo non tuum, ergo non proprium, ergo accommodatum, ergo si à te repetitur, id quod tuum non erat, tibi non fit iniuria, nudus intrasti, nudus exire debes; hospitium est mundus, sicut ad illud intramus, sic eximus.

Enimuerò

A

Enimuero viginti Iacob Labano seruiuit annis Gen. 31. & post tanta seruitia, tantosque labores, quos ipse enumerat, à domo exiens Labani, ad suos remeans hæc ab illo audiuit, *Filia mea, & fily, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt.* Vnde

Gen. 31. 41

67. Labanus cur omnia Iacobi sua dixit.

iste talia ausit dicere? qua ratione, quoue colore? nonne Iacob ei seruiuit? nonne mercedem ei promisit? nonne filias emit, & tam carè, vt suprà diximus? Vnde ergo omnia affirmat esse sua, ita vt ad expoliandum Iacob, armata properauerit manu, quod fecisset, nudumque eum reliquisset, nisi Deus illi prohibuisset. Non mireris; nam (vti diximus) domus Laban hospitium erat, ipse hospitator, quæ Iacob hospitij lege vt sua æstimabat, ac reputabat manens in hospitio, non abstulit, nec auferret à Iacob in hospitio manente: at egrediens armatus insecutus est, persecutus est, comprehendit, omnia scrutatus est, & nisi miraculosè Deus prohibuisset, ea eripuisset, abstulisset, nudum reliquisset, vt Iacob ei dixit. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses.* Figura mundi, & diaboli,

B

68. Mundus, & diabolus quomodo homines ob hoc mũdo emittũt

qui huius est mundi hospitator, nullum sinunt egredi nisi nudum, vti intrarunt, sic exeunt, nil asportantes, nil possidentes, licet quæ possident, magnis, infinitis, inexhaustisque emerint laboribus, licet non per viginti, sed per centum, noctu, diuq; desudauerint ac seruierint annos, licet somnus ab oculis eorum semper aufugerit, egredientes denudantur, expoliantur, in nihilũ rediguntur, & sæpè cum timore, & tremore, exeunt, potius fugientes, quàm exeuntes, insecuti ab iniquo hospitatore diabolo, qui Deo aliter permittente, & disponente ac cum Iacob, comprehendens eos, omnia aufert bona, vxores, filios, filiasque, nil relinquens, nec carnes ipsas proprias, dum corpus ipsum prius dilacerat, consumit, vix ossibus remanentibus, ac si homine constituto, exire eum ab hospitio non solum nudum, vt intrauerat, sed fœdè compellit.

C

69. Labanus cur nihil Iacob abstulit.

At vnum placet tandem in hoc Labani adnotare facto, scilicet, quòd omnem Iacobi scrutatus supellectilem, tamen nihil Iacobi abstulit. Vnde tanta in homine auarissimo continentia? an quia nihil in illa inuenit suum? *Scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer*, seu vt Sept. *Cognosce quid est tuorum apud me, accipe, & non cognouit apud eum nihil.* Quis scit, si aliquid suũ reperisset, ob id ei simul omnia abstulisset, & insuper ne auferret, Deus eum non minitasset. *Venit ad Iacob Laban*, inquit Ambr. vbi suprà *hoc est dealbatus, (quia & Sathanas transfigurat se in Angelum lucis) & cœpit ab eo sua quærere* (nota verbum.) *Respondit ei Iacob, cognosce si quid est tuorum apud me, hoc est nihil tuorum habeo, quare si quid agnoscis vitiorum tuorum, & criminum, nihil meũ abstuli fraudum tuarum, dolique, consortia vlla non habeo, omnia tua tanquam contagium refugi, & quæsiuit Laban, & nihil suum reperit. Quàm beatus vir, in quo inimicus nihil inuenit, quod suum posset dicere, in quo diabolus nihil offendit, quòd suum agnosceret.*

Ambr.

D

Optimè equidem. Ob id non abstulit, quia sua non erant, immo dicendum ob id interdixisse illi Deum ne auferret, quia ius in illa vllum habebat; abstulisset, si aliquid suum reperisset, suas perdunt homines substantias, amittunt rem, ex diuitibus pauperes fiunt, quid mirantur, aut quid de

70. Homines cur sua deperdunt.

Deo conqueruntur illud permisisse; videant an aliquid diaboli in se habuerint, si vitia, si peccata, si tandem aliquid malè partum, & quòd diabolus abstulerit: ne mirentur, sua abstulit, non aliena, omnia sua esse affirmat Laban, & si nihil suum inuenisset post scrutationem, quid diceret si aliquid suum reperijsset? & non omnia sua dicet diabolus, cùm quasi omnia esse sua repererit in peccatore, ob hoc eum expoliat, exuit, denudat etiam inuita, cum pariter omnes denudentur in morte, quia omnes hospites sunt, & mundus hospitium, ob quod, vt inquit noster Sapiens, non amplius eius memoria durat, quàm *hospitis vnius diei.*

Num. 16. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum & cogitatio illorum apud Altissimum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

REdit Sapiens ad antithesim iustorũ cum impijs, nempe finis istorum, & vitæ, cum fine, & vita iustorum, vt clarius elucescat differentia vtrorumque, & sic inquit quòd iusti in perpetuum viuent. Sicut è contra de malis dixerat, quòd in perpetuum essent morituri, & quòd apud Dominum erit merces, præmij scilicet, sicut impiorũ pœnæ; vtrumque enim intelligi potest nomine mercedis, vt optimè adnotauit Lorinus.

Lorin.

1. Iusti verè viuere dicuntur, nõ peccatores, & cur.

Viuent, &c. & viuunt etiam hîc, ad differentiam malorũ, qui cùm ad interitum tendant sempiternum, eorũ vita mors potius dici potest, quàm vita. E contra verò, cùm boni ob virtutem, & iustitiæ cultum ad vitam sempiternam tendãt, meritò verè viuere dicuntur, & eorum vita verè dici potest.

Et cogitatio illorum, &c. Aliqui actiuè sumunt hanc sententiam, nempe quod cogitatio iustorum semper sit apud Altissimum, sensus non improbãdus. Alij passiuè hoc intelligunt, accipiendo cogitationem pro cura, & solicitudine Dei, quam habet de iustis, sic Lorinus & Castro. Vtrumque optimè intelligi potest & vnum, vt sic dicam, pendet ex alio, ideo Deus cogitat de illis, quia ipsi cogitant de eo, & semper memoriam ipsius habent, nunquã ab eius præsentia recedendo, sic Aug. in Ps. 31. n. 8. super illa verba, *Firmabo super te oculos meos*, ait, *quia & tu non aufers à me oculos tuos* Quapropter meritò postea ipsi in cogitatione, & protectione manent Altissimi.

Lorin. *Castro.* *August.*

2. Deus de illis curam habet quia ipsi de Deo.

HOMILIA C.

Præsentiæ & memoriæ Dei fructus, & necessitas.

COgitatio illorum, id est iustorum, *apud Altissimum*, inquit noster Sapiens. Ex qua continua Dei cogitatione prouenit, vti diximus, quòd in perpetuum viuant, & reposita sit illis spes mercedis apud illum Dominum, quem semper præsentẽ habuerunt. Magna siquidem res, & valde necessaria, non dico solum ad perfectionem, sed ad ipsammet vitam acquirendam æternam, continuè ante oculos Dei gestare præsentiam, & ante conspectum eius versari, & nunquam Dei obliuisci. Nã,

Bernard.

1\. Contioua Dei beneficentia vnica debet esse ratio cōtinuæ apud nos eius memoriæ.

vt ait Bernard. Medit. c. 6. *Sicut nullum est momentum, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate & misericordia; sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria.* Et in speeul. Monachor. monet, & affirmat omne tempus, quo de Deo non cogitatur, esse deperditum, *In omni actu, vel cogitatu suo, sibi Deum adesse memoretur, & omne tempus, quod de ipso non cogitat, perdidisse se computet.* Optimè dictum. Nam ex tali Dei obliuione quid non malorum euenit?

2\. Tempus illud est deperditum in quo Dei non reminiscimur.

3\. Deus leo in sui immemores.

Ose. c. 13. 6

Enimuerò nulla equidem res est, quæ sic Deum pungit, quantum eius obliuio, ita vt, cùm ipse in se summè sit mansuetus, ac benignus, contra hominem ipsius immemorem, ferocissimum reddat, & veluti leonem talis obliuio. Audi Oseam cap. 13. num. 6. *Leauerant cor suum, & obliti sunt mei.* Quid inde, aut quid ex hoc? *Et ego ero ei quasi leæna, sicut Pardus in via Assyriorum occurram eis, quasi vrsa raptis catulis, & disrampam interiora iecoris eorum, & consumā eos ibi quasi leo.* vbi Hieron. ait hæc verba ideo ad illos dirigi, *Quia obliti fuerunt Dei, qui præceperat eis, vt legis verba religarent inter oculos & in manibus, atque in fimbrys palliorum, ne vnquam obliuiscerentur Dei sui*: & paulò infrà: *Simulque consideremus*, ait, *quod in Euangelio credentibus loquitur, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, nunc per Prophetam his, qui ipsius obliti sunt, panther, pardus, vrsa & leo efficitur.* Nil melius. Suæ naturæ obliuiscitur Deus, ad vindictam illius, qui eius immemor, & cùm sit benignissimus, ac mansuetissimus, respectu istius fit, vt inquit Hieronym. *Panther, Pardus, Vrsa, & Leo.* ad deuorandum, ad consumendum illum, & quòd mirandum, vt ait Hieronymus, quod talem se promittit Deus exhibiturum, *cùm ierint ad Assyrios*, videtur enim durum nimis: nam cùm miseri in seruitutem ducerentur, & extra terras afflicti suas, patriæque solum, ac duris premerentur laboribus, potius tale tempus, tempus erat miserationis, non noui doloris, nouæque pœnæ: at non sic, inquit Deus, *Sed in via Assyriorum, & ibi quasi leo.* Vt semel attendamus, exterreamusque simul, diuinæ considerantes seueritatem iustitiæ, quæ dum semel occidere, & perdere decreuit, nullis flectitur angustijs, nullis doloribus, nullis lachrymis, vllisque miserijs.

Hieron.

B

C

4\. Deus inflexibilis semel ad puniendum adactus & determinatus.

Semel quidem determinauit reprobare Saül, & auferre ab illo regnum, & licet ipse ob id doleret, & peccatum cognosceret suum, licet rogaret Samuelem, vt illum portaret, & Samuel pro illo plāgeret coram Domino, nihil omnia hæc profuerūt, sed priuauit Deus illū vita, priuauit regno, sic eius exigentibus peccatis, *Scidit Deus*, inquit Samuel ad Saul 1. Reg. 25. 28. *regnū Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porrò triumphator Israel non parcet, & plenitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitētiam.* Quid est pœnitudine non flectetur: nisi non mutabit sententiam, aut iudicium, quod de Saüle deponendo aut exautorando pronunciaret. Ex quo loco Tertull. l. 1. contra Marcion. c. 24. luculenter docet, qualis dicatur in Deo pœnitentia, seu pœnitudo. Cuius verba placet hîc ad vnguē referre, vt penitius quid sit in Deo pœnitentia semel intelligatur, ne dum sparsim sæpè in hoc opere Deum se pœnitere diximus, aliter quis illud intelligat, quàm par sit intelligere. *Pœnitentia in Deo non nascitur, sicut in homine*, ait Tertul. *ex recordatione delicti, aut ex ali-*

1. Reg. 15. 28.

D

Tertull.

5\. In Deo quid sit pœnitentia.

A *cuius operis in gratia, in quantum enim Deus, nec malum admittit, nec bonum damnat, in tantū nec pœnitentia boni, aut mali apud eum locus est, nam & hoc tibi eadem Scriptura determinat, dicente Samuele Sauli, Discidit Deus regnum Israelis de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo optimo super te, & scindetur, & non conuertetur, neque pœnitentiam aget, quia non sicut homo est ad pœnitendū. Hac itaque definitio in omnibus aliam formam diuinæ pœnitentiæ statuit, quæ neque ex improuidētia, neque ex leuitate, neque ex vlla boni, aut mali operis damnatione reputatur, sicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ diuinæ iam relucet, si non ad humanas conditiones eam referas, nihil enim aliud intelligitur, quàm simplex conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti etiam in homine, nedum in Deo, cuius omnis sententia caret culpa, nam & in Græco sono, pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est.* Quod optimè quidem dicit, nam nomen Græcum quod pœnitentiam significat μετάνοια. & quod à μετανοέω deriuatur, non delicti confessionem, aut damnationem importat, sed mutationem animi, licet nulla interuenerit imprudentia, aut culpa, quia sic nimirum exigit, aut mutata rerum conditio, aut noua causa, aut amicorum voluntas. Triumphator ergo in Israel non flectetur, inquit Samuel Saüli, quod ei tātum fuit dicere, quantū firmus, stabilis, immobilis in sententia permanebit, nullis lachrymis, nullaq; prece vnquam flectendus. Mira Dei iustitia, ac cōminatio, graue Saulis peccatum, quod tale Dei meruerit iudicium, eò vel maximè, cùm Deus in delictis potius emendationem intēdat, quàm vindictam, vt egregiè dixit Chrysost. hom. 7. ad populum Antioch. vbi inter alia ait. *Deus cùm aliquem cœperit peccatorem, non considerat quomodo sumat supplicium, sed quomodo ipsum corrigat, & meliorē faciat, atque ita iudex pariter, & medicus, & magister est.* Medicus, quia quod est mirabile, vulnerando sanat, Iob 5. n. 18. *Deus vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.* Vnde ideo eius sagittæ, sagittæ salutis, vt inquit August. in Ps. 50. vbi ait, *Illa est vox Domini, percutiam & ego sanabo*, Deut. 32. n. 39. *percutit putrediaē facinoris, sanat dolorem vulneris: faciunt hoc medici, secant, percutiunt, sanant, armant se vt feriant, ferrum gestant & curare veniunt.* Quod cùm ita sit, qualis debuit esse illa Saülis peccati enormitas, quē Deus sic percussit, vt nullam admitteret veniam, nullam admisceret condonationem?

6\. Deus in delictis potius emendationem desiderat, quàm vindictam.

Chrysost.

7\. Vulnerando sanat.

Iob. 5. num. 18.

August.

8\. Sagittæ eius sagittæ salutis.

Deut. 32. n. 39.

Sanè si Saülis peccatum intimius consideretur, ita deformitatis cinctum pōderibus illud reperiemus, vt meritò tali pulsum pœna dicemus. Primò fuit deforme, si beneficia, quæ ei Deus contulit, respiciamus. Ob id primū, quod ei obiecit Samuel beneficia fuerunt exhibita, *Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribu Israel factus es?* & eò maiora hæc, quo neque petita, neque expectata ab illo. Secundò, deforme ex reincidentia, nam nō semel obedire renuit. 3. creuit deformitas, quia suū Dei prætulit iudicio, & se Deo prætulit, pluris se faciens, quā Deū. 4. demū súmè creuit, quia Dei penitus oblitus, ac si non esset, sibi ipsi tantū victoriā adscripsit, brachioq; suo; vnde ob hoc post partā ab Amalech victoriam, in Carmelū properauit ad sibi fornicem erigendum triumphalem, *Venit in Carmelum, & erexit sibi fornicem triumphalē. Sibi* inquit Lyra, *& non Deo*, suæ assentatus virtuti, &

9\. Peccati Saülis grauitas quanta.

1. Reg. 15. n. 17.

10\. Dei obliuiscentia in Saüle firmitatem meruit Dei sententiæ contra illū.

1. Reg. 15. num. 12.

non Deo, quod peccatum vſque adeo Deo diſpli-A cuit, vt nullo modo expiandum duxerit, nec dignum æſtimauit pœnæ condonatione. Ad quod peccatum equidem reſpiciens Samuel dum firmitatem Saüli Dei intimauit ſententiæ, Deum non alio inſigniuit nomine, quàm *triumphator in Iſrael*, quaſi eius ſuperbos volens reprimere ſpiritus, inſolentemq. arrogantiam ſibi tribuena, quod Dei erat. ſui tantũ recordatus, ac ſi Deus non eſſet in Iſrael. Ex quo licet inferre, quòd etſi Saülis peccatũ inobedientia fuit, ob quam priuationem meruit regni; tamen ſtabilitatem ſententiæ, ac omnimodam in illa firmitatem impœnitudinemq, Dei, vt ſic dicam, non tantum meruit ex inobedientia, quantum ex Dei obliuione, ac derelictione. Quòd verba, quæ Dominus dixit Samueli, ſignificant, *Pœnitet me*, inquit, *quod conſtituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit*. 1. Reg. 15. n. 11. Dereliquit, hoc eſt oblitus eſt mei B ac ſi non eſſem Deus, ex qua obliuiſcẽtia, inflexibilitatem diuinæ meruit ſententiæ, non ſecus ac (vti diximus) & ipſi filij Iſrael, qui Dei obliti, licet Deus videret illos laboribus, & anguſtijs circumdatos, non tamen deſiſtens, ſed afflictionem afflictioni addens, vt leo, vrſa, & pardus, eos dilacerauit, tanta conceperat ex obliuione irã; nec mirũ, tum quia talis obliuio ex ſe magnum eſt ingratitudinis peccatum; tum quia infinitorum eſt cauſa malorum.

1. Reg. 15. num. 11.

11. Enimuerò ſi aliquis Deum ſemper præſentem cerneret, numquam audeo dicere, quòd peccaret. *Me timeres non dicam facere, ſed & loqui, aut cogitare*, inquit Ambroſ. in Pſal. 18. *quod prauum eſt, ſi tibi diuina ſcriptura ſuaſiſſet, quia Deus cogitationum arbiter, ſecretorum teſtis eſt verax*. Pulchrè, *ſi tibi diuina ſcriptura ſuaſiſſet*. Multis enim licet C diuina ſcriptura dicit Deum vbique præſentem, practicè tamen non ſuadet, ideo peccant, & ideo aliquis audet malum facere, quia Dei obliuiſcitur, & vt præſentem ipſum non cernit. *Quando peccamus*, inquit Hieron. Ezech. 8. ſuper illud, *dicunt nõ videbit Dominus nos, ſi cogitaremus Deum videre, & eſſe præſentem, nunquam quod ei diſpliceret, faceremus*. at facimus, quia eius obliuiſcimur, præſentemque non æſtimamus.

Præſentia Dei vnicum medium ad peccata coercenda.
Ambr.

12. Scriptura multis loquitur ſed nõ ſuadet.
Hieron.

13. Hinc omnia peccati initium; audeo enim dicere nunquam Adamũ Euamque in peccatũ caſuros, ſi Dei recordati, ſi eius non obliti, at quia putarũt Deo ſe abſcondere poſſibile, ipſoſque in eius non ſtare præſentia, ideo audaces, temerarijque effecti, vetitum adierunt, præceptumq; fregerunt. Quod inde colligo, quia Deum ambulantem perſentientes, putarunt ſe ab illo latere poſſe, *Abſcondit ſe* D *Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi*. Geneſ. 3. n. 8. non equidem ſe abſcõdiſſent, ſi meminiſſent vbique Deum præſentem. Quod equidẽ grauiter dixit Hieron. in c. 29. Iſ. l. 9. ſuper illa verba, *Væ qui profundi eſtis corde*, vbi ſic: *Mali idcirco arbitrantur Deũ ſua neſcire conſilia quia in tenebris ſunt opera eorũ, & dicunt, quis videt nos? & quis nouit nos? Hæc dicunt ſapientes huius ſæculi, non recordãtes eius, quod ad eum dicitur, tenebræ non obſcurabuntur à te. Hoc errore decepti Adam, & Eua, audientes ſonitũ pedũ eius deambulantis abſconderunt ſe ſub arbore*. Non peccaſſẽt quidem, ſi Deũ ſemper præſentem, cernentemque habuiſſent.

Adam peccauit, quia Deum præſentem nõ habuit.
Gen. 3. n. 8
Hieron.

14. Similiter, & Caim putauit ipsũ, Deum non viſurũ, vnde & *conabatur lauare*, vt inquit Nyſſen. contra Manich. & Arrianos, ideo occidit fratrem, & abſcondit, ex quo ſtultè etiam reſpondit, *neſcio, numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Gen. 4. 10. numquam enim putauit fore. vt Deus cerneret, quod ipſe in abſcondito faciebat; ſi enim tale putaſſet, non fratrem occidiſſet. ſed occidit, quia Deum præſentem non habuit.

Caim ſimiliter.
Nyſſen.
Gen. 4. 10.

15. Sic Giezi numquid accepiſſet munera, ſi ſciſſet, quòd Propheta ſanctus dicturus ei, *Nonne cor meum in præſenti erat, quãdo reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui?* 4. Reg. 5. n. 76. non accepiſſet, nec peccaſſet; at peccauit, quia præſentem Prophetam non æſtimauit. Sic quidem peccant homines, quia Deum vt præſentem non cernunt, & eius obliuiſcuntur, ex qua obliuione facilitas oritur peccandi.

Et ſimiliter Giezi.
4. Reg. 5. num. 76.

16. Nam ratio cur quis peccat, eſt quia frigeſcit in eo charitas, hac refrigeſcente ſtatim in peccatum ruitur; frigeſcit autem charitas ex Dei obliuione, cùm ex illa cor ita frigidum deuenit, vt non frigidum, ſed ipſa in ſcripturis dicatur frigiditas. *Numquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grãdinis aſpexiſti?* inquit Iob. c. 38. n. 22. In quo loco, ait S. Hieron. tom. 8. hos niuis theſauros, eſſe corda hominum, ſic exiſtentia ob obliuionem Dei, quoa ingreſſus Dominus noſter, vt igne charitatis ſuæ faceret corda flammantia: frigeſcunt ergo corda ex Dei obliuione, quid ergo mirum ſi in innumera poſtea homines dilabantur peccata?

Cor hominis ex Dei obliuione frigeſcit, ad inſtar niuis.
Iob. 38. 22
Hieron.

17. Benè quidem hoc ſciebat ſponſus ille diuinus, quando ita ardenter ſui memoriam petebat à ſponſa, quam paulò ante ſub arbore malo ſuſcitarat, hoc eſt à morte culpæ ad vitæ gratiam, vt nec à corde, nec à corpore vnquã diſcederet illius, *Pone me*, inquit, *vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*. Cant. 8. n. 6. Quæ verba Caſſiodorus, Beda, Orgelitanus, & Bernardus ſerm. 15. in Cantic. exponunt de Chriſto continuam ſui expetente ab anima memoriam, iuxta illius ſignaculi acceptionem, nempe pro impreſſione, imagine, & charactere, quo amantes inſigniuntur, ne memoria dilecti vnquam ab oculis, vnquam à corde diſcedat, qualiter nũc ſæpè apud Mauros, Sarracenoſque tum viros, tum fœminas videmus. Quam cõtinuam ſui memoriam ſic ardenter expetebat, vt non ſolum in brachio, ſed in corde eam exquireret, hoc eſt, *indelebiliter*, vt ait quidam. De qua re luculenter Ambroſ. lib. de Iſaac & anima cap. 8. vbi ſic, *Signaculum Chriſtus in fronte eſt, ſignaculum in corde; in fronte, vt ſemper confiteamur, in corde, vt ſemper diligamus, ſignaculum in brachio, vt ſemper operemur: luceat ergo imago eius in confeſſione noſtra, luceat in lectione, luceat in operibus, & factis, vt ſi fieri poteſt, tota eius ſpecies exprimatur in nobis, ipſe ſit caput noſtrum, quia caput viri Chriſtus, ipſe oculus noſter, vt per illum videamus patrem; ipſe dextera, per quam Deo patri ſacrificium noſtrum offeramus, ipſe quoque ſignaculum noſtrum, quod eſt perfectionis, & charitatis inſigne, quia diligens pater ſignauit filium, ſicut legimus, quem pater ſignauit Deus, Ioan. 6. Charitas itaque noſtra Chriſtus*. Nil melius.

Sponſus cur tam ardenter à ſponſa ſui memoriam expetat.
Cant. 8. n. 6.
Caſſiod.
Beda.
Orgelit.
Bernard.
Ambr.

18. Sic equidem intimè, & in viſceribus Chriſti imaginem, Deique præſentiam portare debemus, vt in verbis, in operibus, in corde, vt tandem intus, & extra, nil aliud retineamus, ita vt penitus in Chriſtum transformati, tota eius ſpecies exprimatur in nobis.

Præſentia Dei qualis in homine deberet eſſe.

19. Quod cùm ſit, ſecurus de ſponſa eſt ſponſus, ob quod ſic ardenter memoriam ſui ab ea expoſcit, vt licet ſponſa reliqua omnia ei præſtet, etiam ſi totum det ſponſo mundum, totamque ſuam

Sponſus quãti apud ſponſam memoriam ſui faciat.

substantiam, immo & seipsam, vt ardeat, præ eius memoria quasi nihil ea omnia despiciat, ac reputet. Iuxta quem sensum intelligit Moderuus quidam verba illa Cant. vbi suprà, *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Sentit enim verba ista suasionem esse sponsi ad sponsam, vt quod supra ab illa expoposcerat, népe vt poneret eum sicut signaculum super cor suum, & brachium, firmiter exequendum stabiliret. Nã etsi quamlibet ei dilectionem exhiberet, quolibet tribulationis igne probatam, si præter sui memoriam extabat, quasi nihil eam reputaturum, & meritò equidem, scit enim sponsus, quòd si semel sponsa sui amittat memoriam, suaque obliuiscatur præsentia, illico cor eius frigescet, quo frigescente, ab amicitia eius quàm citissimè excessura.

B

20. Anima cõtinua & stabilis erit in charitate, si continuè Deum præsentem habeat.

Quod sanè contra euenit, quando in anima fixa semper manet Dei sui præsentia: nam si firma stat sponsa in memoria, suique sponsi præsentia, nil quidem ab amore eius eam extorquebit, nil impediet, etiamsi infinita patiatur tormenta, etiam si mille persecutiones. Quapropter benè sequitur ipse sponsus, certus de continua memoria sui in sponsa dicens, *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Cur. & vnde tanta firmitas? vnde tanta sponsi securitas? non equidem ex alio, quàm ex certitudine sui memoriæ; quapropter securus audet nunquam illam ipsum derelicturam, etiam si maria tribulationum fremant, etiam si flumina persecutionum inundent. Quam ob rem benè Basil. in responsione 5. interrog. hanc Dei continuam suadens memoriam, tanquam peculiarem ei fructum assignat perpetuum Dei timorem, adde tu & amorem, *Omnia in oculis illius agere debemus, & cogitare, hac enim ratione & perpetuus Dei in nobis timor manebit, odio habens iniquitatem, animique elationem, & superbiam.*

Basil.

C

21. Conoinuũ Dei ex illo auxilium obtinebit.

Quod equidem non mirum, nam qui sic incedunt, vt Dei præsentiam semper meditentur, continuè, ac propemodum indesinenter Dei obtinent auxilium, illudque experiuntur, cum quo à bono conuelli non possunt. Audi Dauid Ps. 15. n. 8. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam*, id est ob quam causam, vim causalis habet. vnde Incognit. legit, *Et ideo à dextris est mihi, ne commouear*, id est, ne titubem, ac præceps labar. Magnum & indicibile bonum, admirabilis Dei præsentiæ fructus, in bono scilicet perseuerantia. Vnde non mirum, si tales, qui sic incedunt, semper Deum præsentem habentes, vitam quasi electorũ, beatorumque in terris degant: nam procedentes semper de bono in melius, beatè viuunt ex certa præsumptione lætitiæ perpetuæ, quam in altera vita sunt habituri. Vnde sequitur, *Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.* Requiescet dixit, in futuro, non in præsenti, quæ animæ corporisque lætitia ex certa ei prouenit beatitudinis spe, ideo addit, *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Mira fiducia! Quam si ab ipsomet Propheta exquiras, vnde eam conceperat, dicet ex illustratione diuina, ex eius obtenta præsentia, qua eum edocens, & ab eo omnem repellens de vita æterna ignorantiam, iter docuit illum vitæ per illud eum lætitia ducens indicibili, inenarrabilique; ob

Ps. 15. n. 8

Incognit.

D

22. Dei præsentia beatam parit in hac vita lætitiam.

A

quod sequitur, *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.* Prouidit ergo sanctus Propheta, ante oculos suos Deum. Numera quæso bona, & reperies, quòd Dei continuum auxilium, perseuerantia in bono, perpetua lætitia, scientia viarũ vitæ æternæ, spes illius, tandem consecutio, quid amplius exposci, aut desiderari potest? Quapropter optimè hîc à nostro Sapiente affirmatur, quòd iusti, Deique serui, in perpetuum viuent; nam ideo semper viuent, quia semper Deus hîc in corde ipsorum vixit.

23. Bona quæ ex Dei oriuntur præsentia.

Tandem quando aliæ deessent rationes, hæc vna sufficiens esse deberet continuè Deum præsentem ferendi, quia ipse continuè, semperque nos in mente habet, præsentesque cernit. Pulchra equidem est illa interpretatio illorum verborum Cant. 8. n. 6. quæ immediatè sequuntur post ea, quæ suprà retulimus, nempe, *Pone me vt signaculum*, sequitur enim, *quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*: dicunt enim efficacissimam esse sponsi rationem, qua sponsæ persuadere nititur continuam sui memoriam, præsentiamque, quatenus ad exemplum sui illud facere debeat, qui ingentis amoris vi adactus, sic eam diligebat, vt continuè in mente eam, & ante oculos haberet, ita vt potius mortem, infernique pœnas esset subiturus, quàm vt ipsam ab eius memoria excidere pateretur. Quem sensum indicat Ambr. vbi suprà, Cassiodorus, Gregor. Papa, Iustus Orgelitanus, & Beda. Vnde in horum Patrum sensu, tenetur sponsa semper Deũ habere præsentem, quia Deus ante eius oculos eam semper præsentem habet, & è contrario. Licet etiam inferre, ideo præsentem Deum animam habere, præsentia inquam grata, & amoris igne vallata, quia anima sic eum præsentem habet, sic eum amat; ex quo valebit dicere, animã in Deo semper viuere, quia semper Deus in ea vixit. Vnde par pari referẽs Deus, sicut ipsa viuũ eũ habuit in sui continuè memoria, sic Deus illam.

24. Præsentiæ Dei efficax ratio, ad animam conuincendam, vt semper eum præsentem habeat.

Cant. 8. 6.

25. Deus quàm præsentem semper sponsam habeat.

Ambr. *Cassiod.* *Gregor.* *Iustus Orgelit.* *Beda.*

O equidem mirus præsentiæ diuinæ fructus! perennem in Dei memoria constituere hominem, hominem inquam vilem creaturam, puluerem, cinerem, & si quid est vilius viliorem. Meritò ergo, qui sic Deum præsentem habent, sic ex tali cõtinua Dei præsentia animati fiunt, vt suprà terrena se extollentes, omniaque quasi stercora arbitrantes soli ipsi summis desiderant placere votis. quod est aliud huius diuinæ præsentiæ emolumentum, vt inquit S. Basil. vbi suprà. Nam qui semper Deum præsentem cogitat, inquit sanctus, nulli alij intendit, nulli alij placere ambit, iudicium nullius æstimat, soli Deo suo satisfacere cupit, sic in malo euitando, quàm in bono agendo. *Qui itaque sit animatus* (ait) *præsentia Dei scilicet, ne mandata quidem Domini ad gratiam hominum exequi potest, neque enim quisquam, qui vbi verè præstantiorem adesse aliquem sibi persuasit, eo spreto, se ad minus præstantem conuertat; quin contra potius si aliquando inciderit, vt quæ facit, illius opinione ac iudicio approbentur, ab altero autem illa reprehendenda videantur, haud dubiè ille spreta inferioris vituperatione, clariorem illius approbationem antiquiorem habebit.* Optimè equidem, Deum solum æstimabit, qui præsentem eum semper habebit, immo nec æstimare aliũ poterit, quia sicut ante Deum non solum comparere, sed nec æstimari creatura potest aliqua (opprimitur enim à gloria maiestatis eius) sic qui Deum

Basil. vbi suprà.

26. Pura ac recta intẽtio diuinæ præsentiæ fructus.

A præsentem habet, nec aliam quidem cernere potest creaturam, vnde nec iudicium eius aliquo modo æstimare. Ob hoc iusti semper Deum ante oculos habentes, ipsiusque iudicium solum æstimãtes, illi soli semper placere student, vnde in iustitia perseuerant. Nam vt inquit Caietan. in illa verba Genes. 17. n. 2. *Ambula coram me, & esto perfectus, Nullum maius frænum, nulla efficacior ratio componendi gestus, motus, verba, & actiones hominis, quàm ambulare ante faciem Principis.*

27. Perseuerãtiæ doctrina ex Dei præsentia. *Caiet.*

28. Ad hæc tandem vltimò addam, nullum efficacius adesse medium ad omnem hypocrisim vitãdam, quàm Deum cogitare præsentem. Quis enim sanctitatem foras simulabit, intus attendens iudicem turpitudinem iudicantem? O si hoc senes attendissent Susannæ, non equidem approbarent secretò, quod publicè condemnabant, non in occulto appetijssent adulterium, quod coram multitudine accusabant, contra quos rectè exclamat Bernard. ser. 3. de Annunt. *Inueterati dierum malorum modo accusatis adulterium, modo adulterium suadetis. Sed hæc est tota iustitia vestra, & quæ palam arguitis, eadem agitis in occulto.* Hypocrisi laborabant, oculos tantum timentes hominum, non Dei. *Ostia pomarij clausa sunt, nemo nos videt, assentire nobis.* Numquid tale dixissent, si Deum videntem inspexissent? quem cùm præsentem sancta vidisset Susanna, ideo in occulto peccare noluit, quia & in occulto honestatem diligens Deum timuit iudicem, occulta prospicientem. Hinc verè, & non fictè casta potius mori maluit, quàm assentire, quod & similiter facient, qui semper Deum præsentem cernent, verè erunt iusti, nõ fictè, verè virtutis amatores, mala desinent agere, quia Deus videt, & si homines non adsint: hinc perfecti in virtute, cum Deo semper viuent, vt inquit noster Sapiens. *Iusti autem.*

Vnicum est remedium contra hypocrisim.

29. Susannæ senes, non peccassent si Deum præsentem habuissent. *Bernard.*

Dan. 13. 20

B

C

Num. 17. *Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini, quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

DIxerat superiori versu Sapiens, Deum cogitaturum, & curaturum de sanctis suis, vt vidimus: Nunc ab hoc versu, vsque ad finem capitis elegantissimè prosequitur curam Dei de sanctis, eiusque cogitationem de illis, præbere scilicet illis decorum regnum, imponere eorum capitibus speciosum diadema, & insuper brachio sancto suo, & dextera sua fortitudinis defendere eos semper, ne quid mali patiantur vnquam. Hæc est Dei cura erga sanctos suos, hæc est, eius cogitatio vt videbimus.

Regnum decoris, &c. phrasis Hebraica, *Regnum decoris*, pro regno decentissimo, & ornatissimo, sicut *& diadema speciei*, pro diademate speciosissimo.

1. Diadema quid.

Nomen autem *diadema* à verbo illo Græco sũptum est, quod valet circumligare, cùm nihil aliud erat, nisi vitta aut fascia, siue tænia, qua capitis tẽpora circumligabantur, & redimiebantur, aut sacerdotis, aut iudicis, siue Principis: Eius color, vel candidus fuit, vel purpureus, vel vt apud Persas, cæruleus, albo intermicante, vel vt apud Romanos, in similitudinem arcus cælestis, quorũ Reges cùm imperarent, diadema erat laurea corona, candida fascia præcincta, quæ frontem præligabat. Plinius lib. 7. c. 16. primum diadematis inuentorem Liberũ facit. De qua re plura Petrus Faber 3. semestr. c. 25. Pradus in c. 21. Ezech. Ioseph. Stephanus in Mach. c. 1. n. 10. Rhodiginus lib. 16. c. 10. & lib. 24. c. 6. Alexander ab Alexandro l. 1. c. 28. & l. 4. c. 17. Curopalata de Officialibus, qui etiam affirmat, Romana labente Republica, ac Cõstantinopolitano florẽte Imperio, aureum textile cum lapidibus, & Margaritis, ad Imperatoris frontem positum, & pœne caput reuinctum, vocatumque nomine diadematis. Gloriosissimum ergo regnum, quod Deus beatis conferet, erit gloriosissima illa gloria, propemodum ineffabilis, quæ simul speciosissima erit corona, & diadema, vt inquit Ezech. cap. 16. n. 12.

2. Eius color qualis.

3. Romanorũ regum diadema. *Plinius.*

4. Quis primus diadematis inuentor. *Petrus Faber. Prad. Ios. Steph. Rhodig. Alex. ab Alex. Curopal.*

Dextera sua teget eos, &c. proteget, defendet, ita vt nulli pateant, nec possint alicuius timere insultus, nam ad alterius dexteram esse, idem sæpè valet, quod protegere, & defendere, & simul protegi, ac defendi. Antiquitus, vt ait Antonius Nebrissensis, in annotat. ad 50. scripturæ loca cap. 16. fuit in vsu vt cùm duo incederent simul, senior ad læuam, iunior ad dexteram iret, nonnihil præcedendo, in signum obsequij, & custodiæ, ob id dicti *laterones*, & per contractionem *latrones*, quasi defendentes latus. Ob quam rationem absque vllo præiudicio primatus Petri, vt inquit Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice c. 17. Paulus Apostolus depingitur ad dexteram Petri, nam stat ad illam gladium portans vti defensor, stipator, & valentissimus latero, vt sic dicam. Vnde in hoc sensu, ad dexteram alicuius esse, est illum defendere, & protegere, ne aliquid mali patiatur: è contra verò significat etiam protectum, & custoditum ab aliquo esse, sub eius protectione, cura, custodia viuere. Huc facit illud Dauid Ps. 120. n. 5. *Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.* Ex quo fit, vt collocatio ad dexteram sit signum honoris, vt patet ex Ps. 44. n. 10. & 109. n. 6. & 3. Reg. 1. n. 19. & Matt. 20. 21. Teget ergo sanctos Deus suos, hoc est proteget, defendet, velut valens latero vi, & fortitudine sua defendens illos, vnde & sequitur.

5. Diadema aureum quando incepit.

6. Quid sit ad dexteram alicuius stare. *Anton. Nebriss.*

7. Laterones qui dicti antiquitus. *Bellarm.*

8. Paulus Apostolus cur ad dexteram ponitur Petri. *Ps. 120. 5.*

9. Collocatio ad dexterã honoris signum. *Ps. 44. 10. & 109. n. 6. 3. Reg. 1. 19 Mat. 20. 21.*

D *Brachio sancto suo, &c.* id est potentia, vi, fortitudine, *defendet* veluti stipator, propugnator illorum, à quo ergo timere possunt? ideo ab eis aufugit omnis timor, omnis dolor; ô fœlices! Græcè deest *sancto*, sed vt benè adnotat Lorinus, meritò dum agitur de potentia, & vi, qua Deus sanctos suos protegit, talis potentia & vis sancta dicitur.

Lorin.

Defendet illos, &c. veluti stipator, propugnator, & latero, vti diximus. Sic Isa. 43. n. 24. *Seruire me fecisti in peccatis tuis*, vbi alia lectio, *Sed in peccatis tuis defendi te.* Quem locum explicans Cyrillus Alexandrin. l. de Adorat. in Spiritu, ait, quòd tantum sonat, quantum velut scutum opposui me ipsum, & passionem meam Sathanæ. Dat ergo Deus sanctis suis regnum, dat coronam, & insuper protegit, ac defendit eos semper, ita vt nihil amplius habeant, quòd timeant; quæ maior cura excogitari potest?

Isai. 43. n. 24. Cyrill. Alex.

10. Deus sentũ & sanctorũ latero.

HOMILIA CI.

Gloria à Deo suis præparata quàm magna.

Basil. 1. Beatorum gloria ineffabilis. *Hieron.*

ACcipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini, inquit ostet Sapiens, quibus verbis magnitudo indicatur gloriæ, à Deo illis, qui sub cura sua viuunt paratę. Quam magnitudinem, pulchritudinem, & decorem, quis vnquam declarare potest? prorsus ineffabilis est. *Illius Reipublicæ constitutionem*, inquit Basil. hom. super Psal. 15. *& omnem ordinationem perdiscere nullius humanæ naturæ est; illa enim sunt, quæ oculus non vidit, nec humanæ aures audiunt.* Aut vt D. Hieron. post mortem Augustino de statu cogitanti beatorum apparens, respondit, epist. 205. in antiquis, quæ est Augustini ad Cyrillum de Laudibus Hieronymi, at verò in appendice in libris castigatioribus epist. 17. vbi notandum, quòd licet epist. non sit Augustini, potest tamen esse, vt visio fuisset eius, & in illa inserta epistola, in qua sic Hieron.

August. 2. Reuelatio D. Hieronymi Augustino facta de beatorum gloria.

Augustine quid quæris? put. ne breui immittere vasculo mare totum, breui includere pugillo terrarum orbem, cælum firmare, ne vsitatos exerceat motus, infinita et quis erit finis? immensa qua mensura metieris? potius totum mare in arctissimo claudetur vasculo, potius terrarum orbem paruulus teneret pugillus, potius cælum à motu continuo sisteret, quàm gaudiorum & gloriæ, quibus beatorum anima sine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi, vti ego, experientia doceat ais: impossibilia ergo facere ne coneris. Impossibile ergo est imaginari, ne dum affari, quæ Deus præparauit diligentibus se. Hærent sancti, stupent, eloqui non possunt, à magnitudine maiestatis obruuntur illius, si aliquando eam scrutari plus æquo audaces ausi fuerint.

3. Sancti stupent dum gloriã contemplantur, & ab illa opprimuntur. *Exod. 3. num. 5.*

Propius accedere volens Moyses ad indagandũ perquirendumque, quæ à longè videbat, à voce protinus retentus, audiuit, Exod. 3. n. 5. *Ne appropies huc*, & tamen ibi non erat, nisi Angelus; quid esset, si ipsemet Deus? quomodo amplius scrutari auderet? immo tantum abest, vt scrutari vellet, quin audiens. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Isaac, & Deus Iacob*, statim, inquit Scriptura, *quòd abscondit faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum.* Quòd si tantus vir, & ad talia eligendus, nõ audet vnum Dei aspicere seruuũ, in persona Dei loquentem, neque illi licitum extitit gloriã eius peruestigare, inspiceteque, quis audebit, aut quis poterit illius pondus magnitudinis, immensitatemque illius gloriæ, aut imaginari, aut eloqui, tam ineffabilis illa est, tam indicibilis, tam suprà denique captum humanum? Sed licet hoc ita sit, & inficiari non possit, si de totali eius inspectione sermo sit; tamen si de æquali, & ex parte, vt inquit Apostolus, *Per speculum in ænigmate*, 1. Cor.

1. Cor. 13.

13. aliquid equidem inspexerunt sancti aliquid viderunt, & gratia Dei adiuti, aliquid rimati sunt.

4. Sancti gratia Dei adiuti aliquid in hac vita Dei gloriæ

Enimuerò idem Moyses sanctissimus, qui, vt diximus, Deum aspicere non audebat, sed vultum abscondebat, in amicitia tamen eius, ac sanctitate proficiens, ad tam intimum Dei peruenit desiderium, vt qui prius timens, vocem audire formidabat, postea non retardaretur Dei gloriæ petere vi-

A sionem, Exod. 33. n. 18. *Ostende mihi gloriam tuam.* At licet concupitum non obtinuisset, quia impossibile inter viuos extanti, tamen rimari eam inter manus suæ digitos est passus. *Ego ostendam*, inquit, *omne bonum tibi; cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegã dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea.* Vbi notãdum in transitu posuisse Deum manum ante faciem Moysi, post transitum vidisse Moysen eius posteriora, cùm Deus sublevasset manum; & simul aduertendum duo Deũ Moysi dixisse; Primum *ego ostendam omne bonum tibi*, quod quid aliud, nisi eius est facies, vt vult August. ep. 112. c. 12. & 13. Ambr. 1. Exam. c. 2. Lyra, Abulensis, Beda, Hugo & S. Thom. 1. 2. q. 134. art. 1. ad 2. Et secundum, *Posteriora mea videbis.* Sed si ostendit faciem, quomodo dixit, *faciem meam videre non poteris?* dicam hoc esse mysterium; non vidit faciem, quia clarè eam non est intuitus. Et B ostendit Deus illi omne bonum, quia per rimulas eam vidit, quantum fas est homini videre: faciem meam videre non poteris, clarè scilicet, & apertè, vt sancti vident in altera vita; at ostendam tibi illã, sed protectus dextera mea, & inter digitos manus meæ, cuius vmbra custoditus, poteris sub vmbra aliqualiter eam inspicere, at non clarè & manifestè; posteriora autem mea, humanitatem scilicet, & incarnationem, vt Doctores inquiunt, clarè videbis, ideoque *Tollam manum meam, & videbis posteriora mea.* Sic equidem sancti clarè non vident, sed tamen gloriam illam rimantur diuinam, propè eam non aspiciunt, sed tamen à longè eam salutãt, non secus ac inquit Apostolus ad Hebr. 11. n. 13. de antiquis illis patribus. *Qui iuxta fidem defuncti fuerunt, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes.* C Ex parte videntes, non ex toto, & quantum fas est homini mortali, qui adhuc factus non est diuinus, varijs etiam similitudinibus nobis obumbrantes eam, cùm vna non possint. Quod egregiè dixit Victorinus in Apoc. cap. 21. super illa verba. *Et platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum*, vbi declarans, cur Apostolus vitrum auro coniunxit, sic ait, *Cum vna similitudine exactè cælestis illius ciuitatis venustas, plenaque bonorum eiusdem notitia tradi non possit, sed ad eam rem varijs opus sit exemplis, & similitudinibus; propterea ciuitatis illius plateas crystallo, auroque mundo assimilat, quò hinc quidem eius præstantiam, coloris que elegãtiam colligamus, inde verò eiusque munditiem, & claritatem: quæ duo apud nos in vnum simul conuenire haud facilè solẽt. Hæc autem omnia sanctus Euangelista vidit quantum & quatenus potuit, siquidem exquisita supernæ ciuitatis cognitio excedit omnem auditum, omnemque mentis, & sensus captum.* D

At liceat quidem in promissione hac Moysi facta, Dei infinitam admirari bonitatem, & plus quàm dici, aut imaginari queat, dulcissimam naturam, moremque, quem cum dilectis obseruat: Nescit enim aliquid eis denegare, vnde si semel petant, quod est impossibile, angitur, vt sic dicam, & affligitur, nec tandem simpliciter illud negare audet, & licet postulata non concedat, quia aut non expedit, nec postulanti sit conueniens, aut impossibile, negat quidem, sed negationis dat rationem, vt negatio rationi imputetur, non voluntati. Negat, sed semper modum adinuenit aliquem, quo si non in toto, saltem in parte consoletur amicum. Negat tãdem impossibile, sed perquirit aliud pos-

Right margin notes:

inspexerunt. *Exod. 33. num. 18.*

5. Moyses vt Dei faciem vidit.

August. Ambr. Lyra. Abulensis. Beda. Hugo. D. Thom.

Ad Heb. 11. 13.

6. Sancti cur varijs similitudinibus gloriam describunt. *Victorin.*

7. Deus sic pronus ad dandum vt petita vllo modo negare sciat, nec simpliciter negat.

sibile, quo negotiationem veluti recompenset & satisfaciat.

Mar. 10. 35.

Enimuerò mater filiorum Zebedæi, qui Christi amici, seu ipsimet, vt inquit Marc. 10. n. 35. *Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi*, consessum petiuit dexteræ, & sinistræ; erat hoc quid impossibile, negauit, sed nec statim, nec absolotè, immo cum rubore, vt inquit Ambros. *Verecundabatur, ait, Dominus cæli, & terræ, & confundebatur matri pro filijs postulanti, etiam sua sedis consortium denegare.* Vnde primum aliud ab eis desiderium elicuit & sic illis dixit, *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? alliciens*, vt inquit hîc Chrysostom. hom. 66. *adiecit, quem ego bibiturus sum, vt communicatione laborum, cum ipso promptiores redderentur.* Hinc prompti effecti, mutatisque iam conatibus, non amplius regnum, sed crucem appetentes, tunc negauit regnum, sed rationem dando, negauit, sed confitendo illud non esse suum; negauit tandem, sed concedendo prius aliud, quod etiam desiderabant, vnde dixit, *Calicem quidem meum bibetis; sedere autem ad dexterā meam, & sinistram, non est meum dare vobis.* Matt. 20. n. 20. quasi diceret petijstis vnum impossibile, quod dare non possum, quia non est meum; aliud quod meum est do. Vnde etsi repulsi ex vna parte, accepti ex altera, etsi nun auditi in vno, exauditi in altero, ex quo etsi non totaliter læti, tamen gaudētes de eius præsentia discesserunt. Non equidem mirum, quia cùm esset filius Dei, eandem obtinebat conditionem, quam ipsemet Deus, qui petenti Moysi claram gloriæ suæ ostensionem, cùm hæc esset impossibilis pro hoc statu, negauit, at non simpliciter negauit, sed rationem negationis reddendo, scilicet, *Non enim videbis me homo, & viuet*; negauit impossibile, sed adinuenit possibile, negauit totum, sed concessit partem, & antequam negaret, prius aliquid concessit, vnde prius dixit, *Ego ostendam omne bonum tibi*, & postea *faciem meam videre non poteris*, dulcis conditio, omnino amabilis, nescit negare semel oratus. Vnde pulchrè Tertullianus lib. de pudicitia c. 2. loquutus de peccato, non ad mortem, pro quo Deus potest orari, & de peccato ad mortem, pro quo orari non potest, 1. Ioan. 5. n. 16. *Vbi, inquit, est postulationis locus, seu materia, illic etiam remissionis.* Vbi pulchrè postulationem cum remissione coniunxit, quasi impossibile, vt vbi adsit oratio, simul non sit remissio, simul non sit gratia, etsi nō quam petimus, alteram, & fortassè meliorem, etsi non meliorem saltem conuenientiorem. Sic equidem faciem petiuit Moyses, non ei conueniebat, posteriora concessit clarè, faciem per rimulas, sic ex hac obscura extra se factus inspectione, vt statim clamauerit, *Deus, dominator, &c.* quomodo clamasset, si faciē vidisset, ex qua illa gloria, quam *Nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit*, quamque tantum rimantur sancti, vt diximus, licet alti, sublimesque.

Ambr. 8. Christus verecundabatur denegare cōsessum dexteræ matri filiorum Zebedæi. Chrysost.

Matt. 20. num. 20.

Tertull. 9. Vbi adest oratio, est remissio. 1. Ioan. 5. 16.

10. Deus ex postulatus semper dat, & si nō ad vota, ad salutem.

Sed ne per varia, infinitaque vagemur, duo tantum illius cælestis gloriæ volo vt consideremus, illa nempe, quæ noster inquit Sapiens; scilicet *regnum decoris, & diadema speciei.* Inquiramus ergo quale sit, seu quid sit illud regnum, quod Deus paratū suis tenet, vt accepto quid sit, inde argumentemur quantum illud erit; & deinde quid sit diadema illud speciosum, quo in illa gloria suos Deus coronabit.

Pro qua re, notandum, quòd inter gloriæ excelsa, & inter ea, quæ beatissimam vitam reddunt illam, vnum suprà cætera se extollit, omnino fœlices, beatissimusque sanctos constituens, communicatio scilicet omnium bonorum, tum Dei, tum ipsorum beatorum, ita vt quæ Dei sunt, beatorum sint, & è contra, communicatione ita reciproca, vt ex vi amoris quilibet intimius æstimet sua alterius, quàm sua, & è contra. Quod expressè affirmauit sanctus Martialis epist. 2. ad Tholosan. c. 12. vbi postquàm luculenter de regno disseruisset Dei, ac de fœlici beatorum vita, *Omnis enim potētia*, inquit, *& gloria in regno Dei indesinenter permanens, quæ nec augeri, nec minui possunt, ibi enim sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ perennes, in eo, qui nos vocauit in regnum, & gloriam suam; ibi ordines multitudinis laudantium Deum, Angelorum, & Virtutum, quæ per ipsum verbum, per quod omnia facta sunt, creatæ, in laudibus creatoris sui quiescunt, ipse laus & requies eorum, & spectatio noua, in quam sēper desiderant prospicere, multa millia illic Potestatum, & Archangelorum in intima luce gloriam Dei Creatoris sui contemplari desiderant, &c.* Post quæ sic concludens ait, *Hæc omnia autem vobis communia erunt, si proximi Deo fueritis, si amatores eius, si imitatores.* Communia dixit, & optimè; nam in cœlo nil proprium, omne commune, ex quo summa illic fœlicitas, summa beatitudo, at nō solum talis communio in bonis sistit, sed ex reciproca amoris correspondentia, etiam in æstimatione; tum inter sanctos, inter ipsos, & Deum, ita vt non solum inter se sācti mutua dilectione summoperè se æstiment, ac venerentur, sed etiam inter se, & Deum, sic, vt sicut à Deo æstimantur, ipsi Deū æstiment, & è contra. Ex hoc fit, vt id quod nos in cælo Deo erimus, erit ille nobis, & è contra; & sic vti nos ibi Deum æstimabimus, ille æstimet nos, & è contra: & qualis ibi erit Dei nostrum æstimatio, talis erit nostra de Deo. Hoc ergo sic constituto, videndum nunc, quomodo nos Deus in cælis æstimet, quidue pro regno ipse ibi reputet, vt hinc deinde beatorum gloriam eliciamus.

11. Communicatio bonorum inter sancto e præcipuum in gloria, sicut & cōmunicatio & correspondentia amoris.

S. Mart. 12. Gloriæ beatorum descriptio.

Gratia vobis & pax, inquit Ioan. Apoc. 1. nu. 4. *per Christum qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Ad quid tanta? attende, *Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo, & Patri suo.* En Dei regnum. Audi alibi, *Dignus es Domine accipere librum, quia redemisti nos, & fecisti nos Deo nostro regnum.* Regnum ergo Dei nos sumus, ob hoc Christus venit, vt sanctificando nos, regnū Deo, & Patri nos faceret in cælis. Audi Paulum 1. ad Cor. 15. 24. qui de Christi disserens resurrectione, eiusque explicans fructus, sic ait: *Et sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque autem in suo ordine*, id est resurgent, *primitiæ Christus*, id est primus omnium resurgentium, *deinde ijs, qui sunt Christi qui in aduentu eius crediderunt*, id est beati, & sancti: *deinde finis*, id est consūmatio, & perfectio omnis Christi dispensationis, ob quam venerat. At quando erit talis consummatio? sequitur. *Cùm tradiderit regnum Deo & Patri*, sanctos nempe, & animas beatorum, ad quas redimendas, & Patri tradendas venit, quod regnum cùm perfectè adquisierit, quòd tunc erit, quando completus fuerit numerus beatorum, tunc illud fiet quod sequitur, nempe, *Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.* Fructus ergo subiectionis mundi sub Christi pedibus, gloria, & regnū fuit Patris. O mira Christi fidelitas erga sanctissi-

Ioan. Apoc. 1. n. 4. 13. Deus quid pro regno in cælis reputet.

Ibid. 6.

1. ad Cor. 15. 24.

14. Christus subijcit omnia vt omnia patri subijciat.

mum patrem suum! Non enim propter se vult om- A
nia, sed propter patrem; subiecit sibi omnia pater,
& ipse simul cum omnibus postea subijciet se pa-
tri, tradens illi regnum, quod acquisiuit, animas
scilicet, quas redemit, sanctos, quos beatificauit, &
sic Deus pater, virtute Christi, & sanctissimarum
meritò actionum eius, erit Deus in omnibus, per
15. peccatum amiserat Deus pater (sic eius exigente
Incarnationis motiuum, finis & fructus. iustitia) mundum, amiserat homines, quos condi-
derat, condemnati omnes iam erant, & in æternũ
maledicti, vnde nullo modo iam amplius patri
Bernard. subiecti. Vidit hoc filius, & simul vidit, (vt inquit
16. Bernardus serm. 1. de Aduent.) sua causa illud eue-
Persona filij est incarnata, & non patris, aut Spiritus sancti. nisse, dum Angelus, & homo, suam inuidentes dei-
tatem, impudentissimè eam appetierunt, *Ecce in-*
quit, ait Bernard. *occasione mei creaturas suas pater*
amittit. Quod videns, prospiciensque, tactus dolo-
recordis intrinsecus, vt ait Augustin. expostulauit
August. patrem, humanæ misertus ruinæ, vt tales quales B
erant homines, subijceret sibi, traderet sibi, faceret
suos, spõdens redditurum se eos subiectos, iterum-
que sub eius potestate. qua conditione à patre ac-
17. cepta, subiecit ei omnia, quorum Dominus factus
Christus vt sibi subiecit omnia. ipse filius, vi charitatis, suique pretio sanguinis, nõ
vi, & potentia, sed vt agnus, Isa. 53. n. 7. vt Rex man-
suetus, Zach. 9. n. 9. vt Princeps pacis, Isa. 9. 6. vt
Isai. 53. n. 7. saluans, non in arcu & gladio, Ose. 1. & tandem vt
emittens vinctos de lacu in sanguine testamenti
Zach. 9. 9 sui, Zach. 9. reduxit hominem, redemit peccato-
Isai. 9. 6. rem, saluauit perditum, subijciens iterum cũ Deo
Ose. 1. Patri suo. Quam dispensationem, & opus plus
Zach. 9. quàm imaginari potest sublime, tunc perficiet,
quando tempus aduenier destinatum, in quo ipse
filius virtute sua sibi omnes iam complete subiece-
18. rit, & tunc, non tantum suos, sed se, non tantũ suos
Per Christi incarnationem Deus pater plus lucratus quàm ex Adæ peccato amiserat. captiuos, sed semetipsum captiuantem, non tantũ
puros homines, sed hominem Deum patri subij- C
ciet, ac pedibus substernet eius, plus sanctissimo
accipiente patre ex hac Christi subiectione, quàm
perdiderat ex hominis rebellione: nam ex hoc pu-
ri hominis amisit subiectionem; ex Christi autem
virtute, non solum puri hominis, sed hominis Dei
accepit subiectionem, sanctissimo præparantis pa-
tri speciosissimum, decorumque regnum, *Factus*
Deus, vt inquit Apostolus, *omnia in omnibus*. Re-
gnũ ergo, quod Deus in cælis possidet, beati sunt,
& Deus in cælis dicitur Rex, & se vt talem reputat,
quia beatos possidet, regnumque suum beatos so-
los æstimat. Hinc fit, vt plus Christus, sanctissimus-
19. que eius pater gaudeant in hoc existere regno, quã
Deus plus gaudet in sanctis, quã in cælis existere. in empyreo, libentius in sanctis suis inhabitent,
quàm in ipsismet cælis. Quod pulchrè dixit Ber-
nardus serm. 27. in Cantic. probans animam iusti,
cælum, sedemque esse Dei, ac proinde eius paradi- D
sum, ac regnum; libentius affirmans Christum Do-
minum tale inhabitare cælum, quàm cæteros, quia
non vt alterum tantum, dixit, & factum fuit, sed
vt illud acquireret pugnauit, immo & occubuit.
Homo virtutum, ait, cælum est, dicente Domino, Cæ-
Bernard. *lum mihi sedes, de quo alibi scriptũ est, Anima iu-*
sti sedes est sapientiæ, prophetam quoque non de alio
dixisse cœlo arbitror, Tu autem in sancto habitas,
laus Israel: manifestè autem Apostolus dicit Deum
habitare per fidem in cordibus nostris: nec mirum si
libenter inhabitat cælum hoc Dominus Iesus, quod
vtique non quo modo cæteros, dixit tantum vt fieret,
sed pugnauit vt acquireret, occubuit vt redimeret,
20. *ideo & post laborem voto potitus ait, Hæc requies*
Requies Dei iustus. *mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi*
eam. Nil melius. Vbi notanda postrema verba, re-
quiem Dei esse animam iusti, non in tempore, sed
in sæculum sæculi, hoc est in æternum, vnde con-
sequenter & in cœlo. *Post hæc vidi*, inquit Ioan.
Apoc. 4. n. 1. *& ecce ostium apertum in cælo, & ec-* Ioan. Apoc. 4. 1.
ce sedes posita erat, & supra sedem sedens. Per
sedem autem, seu thronum, multi sanctos, Eccle- 21.
siamque intelligunt triumphantem, vt Arethas, Ecclesia triumphãs sedes Dei & eius thronus in cælo.
Ioachimus, & Rupertus, qui eleganter obseruauit,
aperto ostio statim sedem positam conspici in cæ-
lo, & supra sedem sedentem, quasi quod antea nec
sedes ibi fuisset, neque sedens, & consequenter (vt
sic dicam) nec regnum, nec thronus, nec diadema. Arethas.
At nunc fuit sedes, thronus, & regnum, quando Ioach.
ostium cæli apertum, quod tunc extitit, quando, vt Rupertus.
Rupertus inquit, *Passo Christo, & per eum aditu in* 22.
cælum patefacto, regnum Dei ita dispositum fuit, vt Ante Christi Ascensionem in cælis, nullus in eo thronus, nec diadema.
Deus in illo sederet. Pulchrè, clauso cælo non erat
ibi sedes, non thronus, Deus (vt sic dicam) non di-
B cebatur Rex, quia sine regno extabat, quia nullus
in cælo sanctus at statim per agni sanguinem rese-
rato cælo, sanctisque in illo consedentibus, statim
apparuit sedes, thronus, & supra thronum sedens Rupert.
Rex, quia iam regnum possidebat, hoc est sanctos,
electosque suos.

Quod argumentum luculenter prosequitur sã- Anastas.
ctus pater Anastasius Sinaita Patriarcha Antio- Sinaita.
chenus, lib. 7. de Dei nomine duplicato, ponderans 23.
in scripturis, non nisi post hominis creationem, Deus ante hominis creationẽ non dictus dominus & cur.
Deum Dominum appellatum, cùm antea simpli-
citer Deus diceretur; quod non simpliciter, aut
fortuito factum affirmat, sed Spiritus sancti affla-
tu, præsignificante scriptura Christi incarnatio-
nem, post quam Deus, qui simpliciter Deus dice-
batur, Dominus dictus fuit, *Quando autem factus*
fuit homo, inquit, *statim appellatus fuit & Domi-*
C *nus, & Deus carnis suscepta, Dei verbi dispensa-*
tionem scriptura perspicuè præsignificante, per quã
Deus Dominus factus fuit, cùm antea non esset, ni-
si simpliciter Deus. Cuius rei elegantem assignans
rationem, sic prosequitur, *Quod si vis etiam causã*
propter quam Deus nominatus est Dominus post
carnis susceptionem, ego tibi confidenter interpre-
tabor, diuinarum scripturarum, & sacrorum earũ
interpretum habens suffragium. Celeberrimus ergo,
& rerum diuinarum mysta Apostolicus Dionysius
dicit in sapientissima sua Theologia, quod Deus
Græcè dicitur θεὸς, *ex eò quod* θεώρει, *id est omnia*
contemplatur & aspicit: Dominus autem, nempe
Κύριος, *ex eò quod* κυριεύει, *id est ditionem habeat,*
& dominetur. Κῦρος *enim dicitur potentia & domi-*
natio. Rectè ergo, apteque & conuenienter in suo ad-
uentu ad homines quando carnem suscepit, & in
D *terra visus est Deus verbum, tunc etiam appellatus*
est Dominus: nã antea quidem nominabatur Theos,
vt qui esset mundi contemplator, & inspector; quan- 24.
do autem cùm per carnem aduenisset, tyrannum Deus ante Christi natiuitatem mundi inspector, tãtum, post eam inspector, & Dominus.
inimicum nostrum percussit, quando mortem
morte affecit, quando nos à dæmonum manu
auulsit, quando docuit impios Dei cognitionem,
quando gentes à patre accepit in hæreditatem,
quando possedit fines terræ, quando dominatus est
à mari vsq; ad mare, & à fluuijs vsque ad fines or-
bis terræ, tunc dominus est appellatus, vt qui nostri
dominaretur, in quos antea dominatum obtinebat Psal. 92.
diabolus. Nil melius. Ad cuius confirmationem num. 1.
etiam applicat illud Psal. 92. *Dominus regnauit, de-* 25.
corem indutus est. Decorem, hoc est carnem, in- Caro Christi Dei decor.
quit, qua indutus statim vt Dominus regnauit.

Ergo tunc rex Deus, tunc Dominus, quando homines saluos fecit. Hinc plus in illis gaudet, quàm in cælis existere. A qua æstimatione, non equidem sanctos excludere intendo Dei Angelos, supremasque Potestates, cùm enim isti sicut & nos Dei sint regnum, tales effecti, non aliunde, nisi ex dono gratiæ Christi, vnde eis etiam meruit electionem, prædestinationem, vocationem, auxilia omnia excitantia, adiuuantia, sufficientia, & efficacia, ac denique omne meritum, & augmentum gratiæ, & gloriæ.

26. Christus quæ Angelis meruit.

S. Thom.

Quam opinionem tenet sanctus Thom. in illud Ioan. 1. scilicet, *De plenitudine eius nos omnes accepimus*, vbi inquit, *Scilicet omnes Apostoli, Patriarchæ, & Prophetæ, & iusti, qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam omnes Angeli*, & infrà, *Quia plenitudo gratiæ, quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum quæ sunt in omnibus intellectualibus creaturis*.

Fulgent.

Vnde pulchrè Fulgentius lib. 2. ad Trasimund. c. 3. *Vna est*, inquit, *in vtreque* (scilicet Angelo & homine) *gratia operata, in hoc vt surgeret, in illo ne caderet, in illo ne vulneraretur, in isto ne sanaretur, ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmare non finit, illius esca, istius medicina.* Nil melius. De qua re videndus est Suarez in 3. p. q. 19. art. 4. disput. 42. sect. 1. tom. 1.

Suarez.

Hoc dixerim, vt semel appareat, omnium caput esse Christum, & simul, quòd verè per Christum Deus Dominus factus est, cùm si gratia Christi non esset, nec Angelos, nec homines Deus possideret, vnde quibus regnaret non haberet. Quod totum cùm verum sit, licet Deus ante hominis creationem, in cælo Angelos possideret, tamen quia regnum illud constare debebat ex hominibus, & Angelis, ideo ante hominum redemptionem, rectè neque sedem, neque thronum fuisse in cælis animaduertit Rupertus, C quia imperfectum, vt sic dicam, erat Dei regnum, ac diminutum, quòd tunc perfectum quando portis patefactis, triumphans, vincensque Christus, captiuam duxit secum captiuitatem, tunc statim apparuit sedes, & supra sedem sedens, tanquam dominus, tanquam Rex, perfectum possidens regnũ, ex Angelis animisque sanctis conflatum, virtute, meritoque Christi, vt ait Apostolus, *Factus Deus omnia in omnibus.*

Quod si hoc, homines scilicet esse in cælis Dei regnum, talemque de illis Deum habere æstimationem, quale ergo erit beatorum regnum, vice versa, nisi ipsemet Deus? regnum ergo Dei sunt beati, & è contra, regnum beatorum est ipsemet Deus.

27. Beatorum regnum Deus.

Vnde si vnico verbo scire desideras hoc regnum decoris, quod Deus suis præparatum tenet D sanctis, considera Deum, & spatia extende considerationis ad illud pelagus inexhaustum, & infinitum, & qualis est Deus, dic, tale est beatorum regnum: Deus ergo noster erit tunc regnum nostrũ, reges omnes erimus, quia omniũ erit Deus. Quod regnum sic erit omnium, vt sit etiam vniuscuiusque, ob hoc, dictu, affatuque impossibile, quale erit illud regnum, ob hoc consideratio deficit, ac imaginatio, quia regnũ nostrũ erit tunc Deus noster.

August. Psal. 72. num. 25.

Præclarè quidem vt assolet hoc differit Augustinus in expositione Psalm. 72. n. 25. super illa verba, *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* vbi sic ait, *Cæpit cogitare ciuitatem ipsam Hierusalem, & arguere se, quia pecus fuit, & terrena desiderauit, comparauit voluntati suæ terrena præmium cæleste, quod accepturus est, vidit quod ibi sibi reseruaretur, & cogitans, & æstuans in consideratione cuiusdam rei ineffabilis, non dixit, illud,* A *aut illud mihi est in cælo, sed, quid mihi est in cælo? quod est illud, quod habeo in cælo? quantum est? quale est? quid est? & cùm non transeat, quod habeo in cælo, à te* (aduerte singula) *quid volui super terram? seruas mihi tu, seruas inquit tu mihi in cælo diuitias immortales, teipsum, & ego volui à te, quod habent impij in terra, aurum, argentum, gemmas, familias, hæc pro magno desiderans à Deo meo super terram, cùm serues te mihi in cælo Deus meus. Quid enim mihi est in cælo, ostendere habet ipsum quid, & à te quid volui super terram, defecit cor meum, & caro mea, Deus cordis mei, hoc ergo est mihi in cælo seruatum, Deus cordis mei, & pars mea Deus meus.*

28. Efficax ratio, cur nihil in hac vita appetere debemus.

Egregiè quidem. Hoc vno considerato omnia includuntur, comparationem non habet Dei regnũ, quia Deo non aurum, non argentum, non gemmæ, non familiæ multæ, neque omnium horum B possessio comparari potest, quia Deus est regnum. O quàm magnum est hoc, quàm grande, quàm infinitum, quàm decorum regnum, quando vti regnum nostrum possidebimus Deum, & merces nostra erit ipsemet Deus noster!

29. Paradisi gloria & regnum cur comparationem non admittat.

Attende verba, aperi cordis aures, *Merces nostra erit Deus.* Quando audis mercedem, intellige meritum, intellige iustitiam, intellige debitum, ergo quod nobis debetur, erit Deus, debetur ex iustitia, debetur ex debito, debetur ex meritis, quæ gratia sua operauimus; soluit ergo Deus in cælo debitum ad quod ex iustitia tenetur, & quasi esset pauper, & egenus, nil inuenit dignum extra se, vnde soluit se pro merito, pro mercede, & soluẽdo se, ipse nostra efficitur possessio, ita vt in proprietatem nostram transiens non sit amplius sui iuris, sed nostri, non amplius dominus sui, sed nos (vt sic dicam) domini eius. C O mira! ô præclara res! ô amoris prodigium! ô regnum ineffabile, & indicibile! Reges sunt beati ipsius Dei, possessionem habent amplissimam, non cælum, non terram, non Angelos, sed ipsum Deum, qui talis merces est, vt nec ipsemet (vt sic dicam) si vellet eam explicare, potens sit ad eam explicandam.

30. Deus ex iustitia in cælo fit beatorum, & totus illorum.

Noli timere Abraham, inquit illi Deus Genes. 15. n. 1. *ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Perquire quando illi hoc Deus dixit, & dicet tibi scriptura, quòd *transactis his factus est sermo ad Abraham*, Quæ transierunt? exitus à domo paterna, Ægypti peregrinatio, prælium cum quinque regibus, victoria, & amicorum liberatio, diuitiarumque tandem oblatarum contemptus, hæc transierunt: *transactis his*, non magna, non multa, D non longa. Quid pro mercede recepit? Deum, *ego merces tua*, quanta est illa? *magna*, quàm magna? *nimis*, merces ergo magna nimis. Cur non expressit? cur non magnitudinem declarauit mercedis? quid vis vt dicam? tanta illa est, vt quodammodo nec ipsemet Deus valeat illam declarare, vnde non amplius dicit, quàm magna nimis.

Gen. 15. n. 1.

31. Cur tantum Abrahamo dixit mercedem suã esse magnã nimis.

Quid igitur inquit Scriptura? Post hæc autem verba, inquit Chrysost. hom. 36. in Genes. *factum est verbum Domini ad Abraham. Quare sic incipit, post hæc autem verba? num indicat verba, quæ cum Sodomorum Rege collocutus est? post contemptum illum postquam ea quæ ab illo data sunt, repulit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pronuntiauit, post hæc verba tunc audiuit, Ne timeas, hoc est, ne timueris, quòd despexisti tanta dona, neque anxius sis quasi imminutiores sint tuæ facultates, quia ego protego te, merces tua magna valdè, noluisti mercedem accipere pro laboribus, quos fui.:nuisti, sed*

Chrysost.

contempsisti, & regem, & munera eius, ego tibi mercedem dabo, non tantum, quantum accepturus eras, sed multum, & valde multum; merces enim tua multa erit valde. Non habet nomen, explicari non potest, merces magna valde, quia illud, quod sapit, quod implet, quod satisfacit, quod consolatur suos Deus, nisi expertus intelligere nemo potest.

Gen. 32. num. 30.

32\. Iacob etsi in labore speciem tantum Dei videndo totus consolatione repletus.

Vidi Deum facie ad faciem, inquit Iacob Gen. 32. num. 30. *& salua facta est anima mea.* Quid? numquid Deum vidit? minimè, sed Angelum, vnde translatio Chaldæa, *Quia vidi Angelum Domini.* Attende quando hæc dixit, quando erat in labore, & tota luctatus nocte, quando amisit fœmur, & tamen sic fatigatus, videndo in Angelo Dei tantum speciem, nec sensit dolorem amplius, nec defatigationem. Quid dixisset, si non per speciem, sed clarè, non in Angelo, sed in essentia ipsum Deum, ipsamque Trinitatem sanctissimam vidisset, & hoc non laborando, sed requiescendo, vti

33\. Ex Dei visione quantum beati accipient gaudium.

B

vident in cœlo sancti, qui videndo eum, ita eum contemplantur, vt simul inspiciendo considerent, quòd tota illa infinitas bonorum, & totum illud pelagus thesaurorum, totum eorum est, ita eorum, vt ipsi Domini, ac veluti Principes sint eius.

Vbi sup. num. 28.

Pagnin.

Enimuerò ponderanda sunt verba illa, quæ Angelus Iacob respondit, vbi sup. n. 28. *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quoniã si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines praualebis?* Quæ verba sic legit Pagninus,

34\. Sancti in cœlo Dei Principes dicentur, & cur.

Non Iacob dicetur vltra nomen tuum, sed Israel, quia Princeps fuisti cum Deo, & cum hominibus praualebis. Princeps cum Deo, quid est hoc? quid sonat hoc? quid vult Angelus dicere? homo ne est Dei Princeps? Deusne est homini subditus? qualis loquela est hæc? Non mireris. Angelus est, qui lo-

35\. Angelus cur Iacob appellauit Dei principem.

C

quitur, cælestis illius ciuis Hierusalem, ad vsum patriis loquitur cælestis, vbi Angeli sunt quodammodo principes Dei, & homines sunt quodammodo principes Dei, & sic principem Dei vocauit Iacob, quia prædestinatus & conciuis sanctorum. Ex quo non mirum, si ex hoc dicit, quòd *Salua facta sit anima eius* seu vt Pagninus legit, *& euasit anima eius*, euasit ab omni angustia, ab omni labore,

Idem.

Ambr.

36\. Dies læti illi dicendi, in quibus Deũ contẽplamur.

ab omni metu, & salua facta est, quia vidit Deum, ante hanc visionem dies ducebat tristes, post visionem lætos. Nam, vt inquit Ambrosius in Psalm. 43. super illa verba, *Et patres nostri annunciauerunt nobis, Qui enim meliores dies, quàm quibus refulsit nobis visio Dei, sicut dixit Iacob, Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Et videndo illum suum esse, cognouit, non solum suum, sed sui partem, ita vt princeps, vt Rex eius esset.

August.

37\. Deus in cœlo sola sanctorum portio.

D

Pulchrè Augustinus in Psalm. 15. explicans illa verba, *Dominus pars hereditatis meæ*, huius magnitudinem hæreditatis declarans, illam in ipsius solius Dei possessione consistere affirmat. *Verba hæc, ait, nomine Christi dicta sunt, quasi diceret, possidebunt mecum hereditatem, ipsum Deum, eligant sibi alij partes, quibus fruuntur, terrenas, & temporales, portio sanctorum Dominus æternus est, & calicis mei, bibunt alij mortiferas voluptates, portio calicis mei Dominus est.* Nil melius. Portio, siue sanctorum hæreditas in cælis, solus Deus est;

Bernard.

38\. Sancti in terris solũ ipsum inquirunt Deum.

quod equidem non mirum, nam dum hîc degebant solum ipsum expetebant, & extra ipsum nihil. Quod egregiè dixit Bernard. serm. de Natiuitate Virginis illa explicans Cantic. verba, *Sub vmbra illius, quem desiderauerim sedi.* Cantic. 1. adnotans non dixisse sponsam sub vmbra, quam, sed

A

sub vmbra quem, mysterium agnoscens in sanctorum desiderio, quo vnum vnice Deum amplectũtur, & præter ipsum nihil, *Non ait, inquit, sub vmbra illius, quam desideraueram, sed quem desiderauerum sedi; neque enim ipsius expetieras vmbram, sed ipsum profectò meridiem, lumen plenum de lumine pleno.*

39\. Sponsa cur dixit sub vmbra illius quem desideraueram, & non quam desideraueram.

Vnde, & ex qua doctrina satis elucet, quàm imperfectus fuerit sanctus ille Patriarcha, quando è domo egrediens paterna non solius Dei contentus fuerit consortio, sed simul cum illo & alia petijt Gen. 28. n. 20. *Vouit etiam votum dicens, si fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panem ad vescẽdum, & vestimentum ad induendum.* Quod equidem non mirandum, quia adhuc vocabatur, adhuc Deum facie ad faciem non videtat, adhuc Israel non nominabatur; at sine eum, vt Deum videat, vt mutato nomine Israel ipse dicatur, & perspicies, quòd nihil, nisi vnicè vnum desiderabit Deum. Quod magnus considerauit Gregor. lib. 4. Moral. c. 30. vbi sic: *Videns velle Dei consortium Iacob, & velle temporalia bona, duplex videlicet habens cor, & adhuc inconstans in itinere* (notanda verba) *& in vijs suis, sed postea vir factus, & Israel, id est videns Deum, vno mox pede claudicauit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in hoc mundo dupliribus incedere desiderijs nescit.* Nil melius.

40\. Iacob ante Dei visionem imperfectus, post illam perfectus, & in quo. *Gen. 28. 20*

41\. Sancti quãdo dicuntur perfecti, & in quo vera consistat perfectio.

Nihil ergo hîc sancti extra Deum quærunt, vilia sunt eis omnia, nisique ipsis Deus daret, si omnia præter seipsum præberet: pari equidem modo in cælis existentes eorum præmium, eorum satietas, illud tantum erit, quod vnicè hîc desiderabant, pro quo æstuabant, quod summopere cupiebant, hoc autem erat Deus, vnde & Deus eorũ ibi erit hæreditas, eorum regnum, eorum tandem satietas, ac vltimum sui desiderij complementum; vltra quod nec amplius desiderant, immo nec desiderare appetunt.

Gen. 46. n. 30.

42\. Iacob Ioseph videns cur dixit iam lætus moriar, & non lætus viuam.

Chrys.

Enimuerò audiens Iacob Gen. 46. n. 30. Ioseph principem esse Ægypti, descendens illuc, inter oscula ruens, sic filio exhilaratus dixit. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.* Mirum: non dixit, iam lætus viuam, sed iam lætus moriar. Non equidem aliunde, nisi quia nulla res, etsi molestissima, tristem eum efficere poterat, nilque reliquum supererat in vita, quod ipse desiderare posset, quàm Iosephum aspicere suum, patremque Dominum totius se cernere Ægypti. *Paterna vox, & plena dilectione*, inquit Chrys. hom. 45. in Gen. *satisque animi eius affectionem declarans, votorum inquit compos factus sum, assecutus sum quod nunquam expectaui; euenerunt mihi, quæ nunquam speraueram, reliquum contentus sum vitæ, vidi enim, quem desideraui, & sufficit mihi ad lætitiam omnem, vidisse, quòd tu adhuc viuis, qui pridie mortuus, & à bestijs deuoratus es habitus.* Et tamen quando Iacob hoc dixit, in Aegypto erat, extra patriã, in domo aliena, sub ditione alterius, & filius eius licet esset dominus, tamen non absolutus; dic nunc mihi, quid dixisset, si Iosephum vidisset principem absolutum, non Aegypti, sed patriæ suæ, & se patrem, dominumque illius, & ita dominum, vt neque mors ab illo vnquam separare eum posset? quid quæso dixisset? quomodo exultasset? quale gaudium percepisset? nonne immensum ac propemodum infinitũ? & similiter dic tu, quòd prorsus impenetrabile est gaudium illud, gloria illa exultatio illa, regnũ illud, quod beati in cœlo possidebunt, quando viderint se, non extra patriam,

sed in patria, non in Ægypto, sed extra Ægyptum; nō inter brachia Iosephi, sed Dei Altissimi, nō inter oscula creaturæ, sed creatoris; viderint dico, &

43. Sanctorum possessio in cælo & lætitia quāta.

perspexerint illum, quem inter brachia tenent, & ab illo tenentur, illum, qui eos osculatur, & quem osculantur; non sicuti filium, sed sicuti propriam rem ab illis emptam, suum esse, ita vt cum sponsa

Cant. 2. 16

Cant. 2. n. 16. verè, & realiter, practicè, & non speculatiuè, dicant ruentes in oscula & amplexus, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, quod est dicere, sicuti ego dilecti, sic dilectus est meus, & sicut ego tota illius, sic totus ille est meus, & sicut ego nullius, nisi ipsius, sic ipse nullius, nisi mei, & sicut ego non sū mei iuris, sed sui, sic ille non est sui, sed mei. O mira res! ó ineffabilis! ó res supra omnem humanum captum! Deum possidere vti proprium in mercedē, & hoc ob quid? ob paruula, ob parua, quid dico, ob penè nulla seruitia. B Qualis stupor, qualis extasis tunc erit beatorum in cœlo, quando hæc viderint, inspexerint, ponderauerint, gustauerint, attrectauerint, totum Deum ob momentum seruitutis in possessionem se eis dedisse.

Deut. 10. 8.

Eo tempore, inquit Moyses Deut. 10. n. 8. *separauit Deus tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine eius vsque in præsentem diem.* En seruitia quæ Domino præstitit tribus Leui, portare arcam, stare coram Domino, ministrare illi, benedicere ei: Quid magnum? quid arduum? quid durum? quis non appeteret tale? immo quis non solueret, vt ad seruitium summi ascisceretur Regis?

44. Deus liberalissimus in remunerando Leuitas.

attamē liberalissimus Dominus, ac si magna, ardua difficiliaque fuissent sic pro eis soluit, vt in terris æquiualens non reperiens, seipsum eis in mercedē C dedit, ac possessionem, vnde & sequitur, *Quamobrē non habuit Leui partem, neque possessionem cū fratribus suis, quia ipse Dominus possessio eius est, sicut promisit ei Dominus Deus suus.* Notandum illud *quamobrem*, est enim causalis, quasi diceret, ideo

45. Cur Deus suis in hac vita de eius bonis partē non distribuit.

partes inter cæteros non habuit fratres, quia benedicebat Dominū, quia ei administrabat, quia eius arcam portabat. Mirum! totum enim oppositum esse debebat, immo maior ei pars debebatur, quia amplius Domino seruiebat: sic equidem, si quæ cæteri possidebant, æqualem suis iudicasset Dominus mercedem, at quia inæqualem, nā Leuitæ sui, ideo non putauit illis satisfactum, nisi seipsum dando, ac in possessionem eorum se præbendo, *Negatur Leuitis terrena diuisio*, inquit Ambr. in Psal. 118. super

Ambr.

46. Leuitæ cur non habuerunt partē inter cæteros fratres.

illa verba, *portio mea Dominus*, serm. 8. *vt ipsi dum secularem sibi non vindicant portionem, fiunt cælestis possessio, vel hoc solum nouerint possidere fidei, & D deuotionis obsequium, multò ditiores, quàm qui possessionum suarum spatia ampla diffundunt: nam diuites quantumlibet fines suos extendunt, & terra deficit, & mare includit insanas cupiditates, & pēdunt tributa maiora, quam fructus sunt: at verò iste nihil possidens, nulli, nisi Deo militat, qui supra terram eius est portio, non enim deficit, non mari clauditur, cui portio Deus est, totius possessor est naturæ.* Egregiè quidem, Deo seruiens supra ipsam constituitur naturam.

47. Deo seruiēs totius est possessor naturæ.

Quod egregiè ponderauit idem sanctus super illa verba Petri Act. 3. n. 6. *Argentū & aurū non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula,*

Act. 3. 6. *Ambr.*

vbi Ambr. *Quasi diceret*, inquit, *portio mea hæc est, portio mea Christus est, in portione mea diues sum, in portione mea potens sum, quomodo poterat Petrus* A *portionis suæ damna sentire, qui naturæ damna reparabat?* Pulchrè. Ergo damna reparans naturæ

48. Petrus supra naturā constitutus nil in hoc mūdo possidens.

Petrus, supra naturam erat, quæ dum inferior illi constituitur, ad præmium eius indigna reperitur: supra totum ergo naturæ ordinem Petri præmiū quærendum est, quale Deus ipse, *Qui Petri facta portio*, vt inquit Ambrosius, *non ariditate siccatur, non imbre diluitur, non frigore vritur, non tempestate quassatur, & ea est portio, quam terrenæ partes æquare non possunt.*

49. Deus portio sanctorum quàm seuera.

Ob hoc sanctorum portio solus Deus, ob hoc Deus non alia inferiori eus remunerat re, nisi seipsum in possessionem dando. Qualis stupor tunc erit creaturæ? qualis admiratio? talem videns amorem, & suum esse illum tantæ maiestatis Deum, quem sancti in carne positi timent, cuiusque potestatem mirè pauent.

50. Eorum stupor in cælo Deum possidentes vnde.

Enimuerò sanctissimus erat Propheta Isaias, B tamen in figura tantum videns Deum, ita expauit, vt *Væ* sibi diceret Isa. 6. 5. sanctus erat Emanue, Iudic. 13. & tamen mortem timuit, quia Deum viderat. Et tandem sanctificatus erat omnis populus, & tamen ita Deum loquentem extimuit, vt timore percitus mortis, rogarent Moysem, vt illis ipse loqueretur, non verò Deus, *Loquere tu nobis, ne loquatur nobis Deus, ne moriamur*, Exod. 20. nu. 20. Quod benè scientes sancti, apprimeque pōderantes, qualis stupor tunc in cælis erit, quando talem viderint Dominum, tantæque maiestatis, mercedem suam esse, præmiumque suum, immo vt suum eum possidere, & ipsum illis esse omnia in omnibus, vt inquit Paulus ad Cor. 1. 15. n. 28.

Isa. 6. 5. *Iudic. 13.* *Exod. 20. 20.*

Quem locum exponens Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos tom. 1. *Omnia in omnibus*, inquit, *cum cùm mortale hoc indutum fuerit immortalitate, & corruptium hoc incorruptione vestitum, C & absorpta mors in Christi victoria, tunc Deus erit omnia in omnibus, vt non sit tantum in Salomone Sapientia, in Dauid animi mansuetudo, in Helia, & Phinees zelus, in Abrahum fides, in Petro perfecta dilectio, in Electionis vase studium prædicandi, sed totus in cunctis, vt omni virtutum choro sanctorum numerus glorietur.* Omnia ergo in omnibus in cælo Deus sanctis erit, secundùm Hieron. quia omnium virtutum charismatibus eos tunc Deus replebit, & sic diuites se inspicient in cælo sancti talem Dominum habentes, virtutum diuitijs, & qui miseri harum erant prius, tunc ditissimi fient.

Ad Cor. 1. 15. 28. *Hieron.*

51. Deus in cælo omnia in omnibus quomodo erit.

At Anselmus illud, *Omnia in omnibus*, interpretatur, *vice rerum omnium, vt scilicet sit ipse nostra vita, salus, virtus, copia, gloria, honor, pax, om-* D *nia bona, & finis, ac satietas desideriorum nostrorum.* En quale regnum, & quales diuitias tunc possidebunt beati. Meritò ergo tale regnum decorum erit, cùm sit regnum omnium virtutum abundantissimum, omniumque charismatum, & donorum plenum, & tandem decorum, quia ipsemet est Deus, quo plenè, abundanter, ac sufficientissimè fruuntur ipsi beati. Vnde rectè decorum illud appellans noster Sapiens ait, quòd *Iusti accipient de manu Dei regnum decoris.*

Anselm.

§.

Corona sanctorum quàm speciosa.

SEd licet sit decorum regnum, non minus erit speciosa eius corona. Quid enim per coronam

52. Corona hieroglyficum æternitatis. *Pierius Valer.*

nisi æternitas intelligi potest? hæc enim cùm sit circularis, rotundaque, meritò æternitatem designat. Circulus enim (vt ait Pierius Valer. lib. 39. de circulo,) æternitatis apud antiquos hieroglyficum extitit; vnde in nummo Faustinæ, quam inter Diuos retulerant, sic ad immortalitatem eius demonstrandam, sigillum cum sceptro, super sphęrã sedentem, dextra exporrecta cum inscriptione *æternitas*, cuderunt. Quo Hieroglyphico, etiam vsi sunt Romani, eodem teste authore. Corona ergo sanctorum in cœlis beatitudinis æternitas est. O quam illa speciosa! quis quæso speciositatem eius declarare poterit? quale gaudium erit sanctorum, dum se viderint in æternum Deum possessuros? sine vllo timore vnquam eum perdendi, thesaurumque illum amittendi, sine vlla gaudij, sine vlla diminutione gloriæ, immo cum augmento, etsi accidentali, æterno tamen. Vnde æternitas non solum in essentiali possessione Dei, sed in accidentali erit gloria, non solum in essentiali possessione Dei, sed in actuali fruitione & gustu, ita vt numquam in æternum cessabunt Deo frui, nō solum habitualiter, vt sic dicam, sed actualiter.

53. Sanctorum gaudium accidentale in cælo æternũ erit, sicut & actualis fruitio. *Chrysost.*

Hoc siquidem pulchrè adnotauit Chrysostom. hom. 6. in cap. 4. Pauli epist. ad Hebr. vbi afferens aliquas similitudines ad beatorum gloriam explicandam, vna ex illis est de misero, statim ad regale solium subuecto, de qua sicut & de reliquis insufficientem esse affirmat, quia in actuali non duret gaudio nouus rex; *Est & alia*, ait, *similitudo, si quis vinctus, & multa mala passus repentè ad regale solium rapiatur, sed neque sic integrè pertingere poterit ad illius regni similitudinem: hic quippe quæcumque perceperit bona, in prima quidem die vrget in eo amor, & gaudium, & in secunda die, & in tertia, tempore verò procedente permanet quidem in voluptate, non tamen tanta, minuetur quippe semper ex consuetudine, qualecumque bonum istud sit: illic autem, non solum non decrescit, sed augmentum accipit: intellige numque quantum sit animam illac pergentem, nequaquam finem illorum bonorum expectare, neque mutationem, sed vitam finem non habentem, & vitam omni periculo liberam.* Pulchrè quidem. Nō enim possunt comparari bona hæc, licet magna sint, licet plura, quàm sunt, essent, licet homo imaginatione sua alia plura confingeret; licet etiam ipsa essent æterna; quia licet sic essent habitualiter tantum, actualiter verò non semper reficerent, bearent, recrearent, nam consuetudine vilescerent. At non sic in Dei æternitate, & in illa immarcescibili gloria, possident semper, & actualiter semper fruuntur, nunquam eorum gloria marcessit, & sicut numquam finem accipiet, sic semper virens, ac florida existet.

54. Gaudia terrena cælestibus comparari non possũt quia actualiter eorum gaudium non durat semper sicut cælestium.

Psal. 32. nu. 1. *August.*

55. Canticum nouum sãctorum in cælis quid sit.

Exultate iusti in Domino, inquit Regius Psaltes Psal. 32. n. 1. sanctos ad Dei laudem exhortans, *quia iustos decet collaudatio. Cantate ei canticum nouum, benè psallite ei in vociferatione*; Augustinus, *in iubilatione*. At quid per nouum canticum aliqui nouum dicunt, *hoc est admirabile, non adhuc auditum, insolitum*, alij nouum, hoc est, *renouatum, instauratum, seu continuum*. At si instauratum, si continuum, quomodo nouum? sanè quia noua semper delectant, placent, delectationemque afferunt, sicut è contra vetera displicent, ac tædium præbent. Semper ergo nouum sancti in cęlis canticum dicunt, & si continuè cantant, quia actualiter semper de beatitudine fruuntur, non quomodolibet, sed, vt inquit Augustin. in iubilo, hoc est illo gaudio quod cor sentire quidem, verbis tamen explicare non potest. *Quid est*, inquit, *in iubilatione canere? intelligite, verbis explicare non posse quod canitur Deo. Iubilum sonus quidem est significans cor parturire, quod dicere non potest, & quem decet ista iubilatio, nisi ineffabilem Deum; ineffabilis enim est, quem fari non potes, et si eum fari non potes, & tacere non debes, quid restat, nisi vt iubiles, vt gaudeat cor sine verbis, & immensa latitudo gaudiorum metas non habeat syllabarum?* Nil melius. Immensum est, de quo gaudent in cælo sancti, inde dum explicare illud non valent, in continuo sunt iubilo, æternaliter in gaudio, æterni in fruitione.

August.

56. Iubilum quid, & quid in iubilatione Deo canere.

O certè speciosissima corona æternitas gaudiorum, quasi deficeret, maximum, præclarum, immo optimum, quid deficeret in illa omnium affluentia rerum? De qua re vide quæ supra diximus cap. 1. hom. 24. Hinc fit, vt cùm Deus altissimus aliquid in hac vita suis tribuat, cum perfectum ab illa summa emanare debeat liberalitate, licet æternum esse non possit, quod hîc dat, nota tamen æternitatis illud decoret. quod notandum in scripturis: nam ferè semper, quando aliquid Deus promisit, hanc apposuit æternitatis conditionem, vt Genes. 17. num. 8. promittens Abrahæ promissionis terram, dixit *Daboque tibi terram Chanaam in possessionem æternam*. Et 2. Reg. 7. num. 14. & 16. spondens ædificaturum domum Dauid, dixit ipsam in æternum duraturam, *Stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum*, num. 14. & infra num. 16. *Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum.* Quomodo hoc promittit? cùm verè bona illa æterna non essent futura? Nō mireris, quia cum ipse concederet, qui nescit nisi dare perfectum, & vndequaque absolutum, cumque vllo modo quidpiam absolutum sit bonum, si ei deficiat ęternitas, ideo in suis apposuit datis æternitatis notam, licet in se eam non paterentur, tum quia vt & loquutionis modo voluntatem significaret suam, quæ fuisset illa æterna fore, si ipsa paterentur, tum etiam, quia animus recipientis, non tantum consolabatur ex dono, quàtum ex conditione illa, & modo illo loquendi æternitatis, vnde non tantum recipiens lætificabatur ex gratia, quantum ex conditione æternitatis, gratiæque durationis.

57. Deus in datis in hac vita semper æternitatis conditionẽ addit, & si ipsa non æterna, & cur.

Gen. 17. 8. *2. Cor. 7. 14.* *Ibid. n. 14* *Infr. n. 16*

58. Homo nō tantum lætatur de magnitudine doni quantum de eius æternitate & duratione.

Quod quidem satis expresè indicauit Dauid, quando post Prophetæ locutionem, postque promissa audita, ad Deum ingrediens benedicendum, non tantum ei de magnis admirandisque, quæ ei promiserat, benedixit, quantum de æternitate, promissionisque duratione. Vnde ait, *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc vsque? sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum*, id est in æternum. Mirum, si quæ ei promisit Deus, attendantur; promisit pacem in regno, continuam suam protectionem, requiem ab inimicis, domum ædificandam, progeniem futuram in regno post illum ex semine suo, sponsionem paternitatis, *Ego ero ei in patrem*; tandem continuam perennemque erga illum misericordiam, *Misericordiam autem meam non auferam ab eo*; en quanta, & quàm maxima, quamque ingentia; & tamen

59. Dauid amplius æternitatem donorum fecit, quàm quam illi Deus promiserat dona.

60. Æternitas vltimum beatitudinis complementũ.

A tamen ad benedicendum Deus ingressus, nullius reminiscitur, nisi æternitatis, cur hoc? nisi quia æternitas est, quæ beatificat, illa quæ numerum claudit beneficiorum in cælis, & illa tandem est speciosissima illa corona, quam sancti in cœlo possident, sine qua nec beatitudo esset beatitudo, nec gloria vera gloria, deficeret enim præcipuum quoddam, quod esset æternitas, cuius ratione, audet Salomon affirmare in suo Ecclesi. cap. 3. num. 11. Quòd si benè, intimiusque res inspiciantur sublunares, diuina quadam Dei prouidentia, vllam vndequaque inueniet homo perfectam, absolutam, ac omnibus completam numeris, etsi aliàs vnaquæque buna, cùm nulla earum stabilis sit, perpetuoque duret, *Cuncta fecit bona* ait, *in tempore suo* (scilicet Deus) *& mundum*, alij *sæculum*, hoc est, secundùm Catenam Græcam, *præsentem vitam*: seu, vt Syriaca, *essentiam mundi tradidit disputationi eorum*, Græca, *cordi eorum, vt non inueniat*, id est, ad hoc vt B non inueniat homo, *opus quod operatus est Deus*, hoc est concinnauit, *à principio vsque ad finem*, hoc est, opus perfectum, & vtile, cui non aliqoid perfectionis desit; nàm non voluit Deus sua opera esse, *ab initio vsque ad finem*, idest, ita perfecta, vt non aliquis desit numerus, nihilqoe voluit esse perpetuum, & omni tempore vtile ab initio vsque ad finem, sed suo tantum tempore, breui. & præscripto. Vnde egregiè Thaumaturgus hic postquàm inconstantiam vniuersarum rerum naturæ descripsit, nullam asseuerit in hac vita esse lætitiam; illam tamen inueniri perhibet in animi tranquillitate, tamen temporariam eam esse, non æternam, cùm æternum, non huius, sed alterius sit vitæ. *Persuasum itaque habeo*, inquit, *animi tranquilitatem, & beneficentiam, maxima homini bona esse, atque adeò temporariam hanc solam volup-* C *tatem diuinitus obuenire, si rebus gerendis iustitia praeat. At verò æternarum rerum, corruptionisque expertium, quas Deus firmissimè constituit, nec aliquid detrahere, nec addere quisquam potest.* Vbi notanda sunt illa verba, temporariam hanc solam voluptatem diuinitus obuenire. Vnam ergo voluptatem in hac vita Thaumaturgus agnouit, animi nempe tranquillitatem, beneficentiamque, & hanc non è rebus ipsis, sed à Deo asserunt prouenire, & licèt à Deo, temporariam esse affirmauit, ad distinctionem æternæ, perpetuæque voluptatis, æternarum in cælis rerum. Ex quo fit, vt prima etsi bona, imperfecta tamen, etsi à Deo, non ideo vndequaque absoluta: secunda verò vndequaque perfecta, quia non temporaria, sed æterna: vnde rectè equidem noster Sapiens ad regnum decoris adiunxit, *& diadema speciei*, hoc est, æternitatem D speciosissimam, in qua protecti semper à dextera illa diuina, & à brachio sancto illo, contra quod nulla est vis, nullus impetus, securi semper, lætique viuentes, cantabunt, tripudiabunt, & in Domino exultabunt Deo suo, suo equidem, quia eorum merces, suo, quia eorum possessio, mutua responsione & affectu, vnde & viuent læti, totaliter iam effecti Dei, eiusque possessionis, sine vllo timore ab eius vnquam eripiendi potestate, sed æternaliter serui eius, cum ipso regnum accipientes decorum, quod inquit Sapiens, *& regnum decoris*.

Eccl. 3. 11.

61.
Inferiora hæc omnia etsi bona, cui imperfecta.

Thauma.

62.
Lætitia in hac vita etsi spiritualis, numquam tamen perpetua.

Num. 18. *Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

SVpra dixit Sapiens, curamque enucleauit, quam Deus de suis erat habiturus, tribuens eis regnum, & diadema, nunc in isto versu zelum describit Dei, pro iniuriis iustorum vindicandis, nam equidem Deo non sufficit suos pro laboribus sui causa perpessis remunerare, decorum illis tribuendo regnum, speciosissimumque diadema, sed insuper vindictam vult sumere de hostibus, & ipsemet illas vindicare iniurias, quas patienter sui hîc sustulerunt. Ad talem autem describendum vindictam, more nostro depingit Sapiens Deum omnibus armis instructũ. Cur autẽ in scripturis hæc Deo tribuantur vide apud Chrysostomum in Psalm. 44. Et depingendo illum armatum, ne quis crederet realia ipsum sumere arma, inferiùs declarat quæ sunt illa Dei arma, vt videbimus. Cui non solum sufficit sumere arma, & per se debellare inimicos; sed etiam & milites, exercitumque conuocat contra illos, omnem. scilicet creaturam, Angelos dæmones. & mundi elementa, vt simul contra rebelles eant. O miseri, qui & Deum, totamque contra se creaturam armatam experientur, quid tunc facient, aut quomodò se defendent!

Connexio Capitis.

1.
Deus per se suorum vindicare vult iniurias.

Chrysost.

Accipiet armaturam Zelus illius, &c. Græcè, *accipiet armaturam omnem Zelum suum.* Olkut lect. 7. adnotat, in Scripturis accipi zelum quinque modis Primò pro inuidia, vt Ecclesi. 30. nu. 30. *Qui docet filium in zelum*, hoc est, *in inuidiam nutrit inimicum*. Secundò accipitur pro ira, vt in Psal. 78. nu. 5. *Accendetur velut ignis Zelus tuus.* Tertiò pro imitatione, vt Psal. 36. nu. 1. *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem*, hoc est, neque imitatus fueris. Quartò accipitur pro amore feruenti, & pro eo, qui vult reamari, ob hoc Exod. 34. nu. 14. Deus dicitur, *Zelotes nomen eius*. Quintò tandem accipitur pro rigore, & iusta voluntate vlciscendi, vt Prou. 6. nu. 24. *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ*, quomodò hîc accipitur, scilicet pro ardenti voluntate Dei suorum vlciscendi iniurias, quæ sola sufficit pro omni armatura, ita vt totaliter eos pessumdet, ac destruat; vnde benè ex Græco dictum, *quòd accipiet omnem armaturam Zelum suum*, idest feruentem voluntatem vindicandi, qua semel in Deo posita, absque aliis armis, nec mundus, nec homines, nec magna, nec minima, nec potentia, nec infirma, & tandem nec imperia, nec regna stabunt, vult verè Deus destruere, sufficit, destructum est.

2.
Zelus quot modis accipiatur in scripturis.

Eccl. 30. num. 30.

Psa. 78. 5.

Exod. 34. num. 14.

Prou. 6. 24.

Armabit creaturam, &c. Totum scilicet terrarum orbem, Angelos bonos, & malos, & vt optimè Cantacuzenus, non ipse per se, quia indignum, sed per creaturas suas malos pessumdabit, &c.

Cantacu.

Num. 19. *Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Cantacu.

DEclarat Sapiens quæ sint Dei arma, ne quis putet, vt inquit Cantacuzenus, Deo vulgare armorum genus conuenire, & primò inquit, quòd induet

1. Iustitia virtus generalis, totum principem defendit.

Pro thorace iustitiam, &c. Lorica, seu thorax tegit maiorem corporis partem, vbi cor & vitales
B partes; sic iustitia generalis est, & necessaria virtus, nec lædi potest, nec alios sinit lædi; hæc autem semper Deo assidet in exemplum Principum, qui semper iustitia circumdati debēt inueniri, & ea cor, & principales eorum partes protectæ, vt infra dicemus.

2. Deus verus Dominus, quia nullā respicit personam.

Accipiet pro galea iudiciam certam, &c. Alij codices, *rectum*, id est iudicium nō simulatum, non fictum syncerum, atque simplex, nullam respiciens personam, non enim est Deus acceptor personarum. nam in nulla re tantum Deus verum Dominum se ostendit, quantum in recto iudicio, & nulla res tantum eum ab omni defendit impugnatione, quantum iudicia sua æqua, ac proinde symbolum rectæ iustitiæ est galea; vnde verè nulla res à Deo statum ac personam defendit Principis, vt rectitudo in iudicando sine personarum acceptione.
C

HOMILIA CII.

Iustitia vindicatiua maxima Principis virtus, semper debet cum illo assidere, si regnare vult.

ACcipiet *armaturam Zelus illius*, inquit Sapiens, hoc est iustitiam, quæ prima, quæque principem inter cæteras virtutes locum tenet: vnde ait, *indues pro thorace iustitium*, quæ iustitia induta à Deo contra malos irritato, nulla alia est, nisi vindicatiua, qua malos, perfidosque, ac peccato-
D res punit, vindicans in eos delicta, & peccata, ad cuius exemplar se ea armare debet Princeps, quæ cùm sit pars quędam potentialis, & iustitiæ annexa commutatiuæ, vt aiunt Doctores, cum sancto Doctore,

S. Thom.

1. Iustitia vindicatiua ita Principi necessaria, ac commutatiua.

2.2. qu. 108. & nos infra, sic Principi necessaria est, vt illa commutatiua. Ex quo principio infertur, ex eodem iustitiæ debito teneri Principem vindicare iniurias, aut Reipublicæ, aut priuatæ personæ: sed de hac re morales consule Doctores. Nobis tātùm sufficiet pro nunc affirmare, hanc iustitiam maximam Principis esse virtutem, & quòd si semel regnare velit, & contra se Deum iratum non tenere, nullum equidem aliud medium commodius, quàm hanc exercere iustitiam, ac Dei, proximique vindicare iniurias.

Enimuerò has iniudicatas relinquere, non solùm malum, sed impium, vt inquit Chrysost. hom. 5. in Matth. in opere imperf. à medio, *In proprijs iniu-*

A *rijs esse quempiam patientem laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium,* sicut è cōtrario pium, sumere de eis vindictam. *Principem, qui potest punire crimen,* aiebat sanctus Ludouicus Rex Franciæ, vt in Annalibus illius Regni refertur, *nec punit, non minus eorum Deo ream esse, quàm si ipse perpetrasset, ac pietatis opus esse, non sauitia, iustitiam facere.* Et notandum, hoc sanctum dixisse Regem, dum gratiam reuocasset capitalem, quam concesserat petenti, dum psalmos Dauid recitaret: annuit primò, sed statim in illum incidit verbum Psal. 107. *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore,* à qua sententia diuinitus motus, statim reuocata gratia iustitiam exercuit, proferens verba, quæ retulimus. Vnde non immeritò Aristoteles hāc iustitiam appellauit, *solem mundi,* seu, *Hesperum.* & Magnus Cato aiebat. *eos ma-*
B *gistratus, qui maleficos pœnis non coërcent, non tantùm non ferendos, sed lapidibus obruendos esse, ne ex pœnæ neglectu, salus reipublica labefieret.* Et Gentilis Philosophus Seneca, *Pinguior mactari victima Deo non potest, quàm homo sceleratus.* Vnde benè aiebat Ioan. Papa. *Zelus purgus faciens, vindicta Deum iratum lenit, & placat.*

2. Iniurias nō vindicare inultasque Principem relinquere impium.

Chrysost.

3. Eas ipse infecit quando nō castigat.

4. S. Ludouic. Rex Frāciæ cur gratiam reuocauit.

5. Opus pietatis iustitiā facere.

Psal. 107.

6. Iustitia vindicatiua sol mundi.

Aristotel.

Magnus Cato.

7. Magistratus iustitiā non exercentes lapidibus obruendi.

Seneca.

8. Dei victima punitio sontis.

Ioan. PP.

Num. 25. 10.

Quod equidem perspiciendum in facto illo Phinees Eleazari, Aaronis nepotis, Num. 25. num. 10. cùm enim hic occidisset Zābri filium Salu Ducis, ex tribu Simeonis, simul cum Cosbi filia Principis nobilissimi Madianitarū, vocauit Deus Moysem, eique in hunc modum dixit. *Phinees filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis, auertit iram meam à filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in Zelo meo: idcirco loquere ad eam, ecce do ei pacem fœderis mei, & erit*
C *tam ipsi, quàm semini eius, pactum sacerdotis sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit zelus filiorum Israel.* In qua Dei sententia, multa notatu digna veniunt, quæ animaduertere oportet; non equidem in ea est verbum quod peculiare in se non suum occludat mysterium.

9. Phinees cur non peccauit scortantem priuata authoritate occidens, sine Moysis mandato.

Primò enim adnotandum, Deum remunerasse Phinees, quia zelatus est pro illo, cùm ipse non esset nisi homo quidam priuatus, ad quem ex debito, punitio talis non pertinebat delicti, licèt iustè occidit, quatenus à Moyse sententia per Dei mandatum lata erat, vt vnusquisque proximum suum occideret, qui cum Madianitarum scortis inuoluti, Beelphegor sacrificarent. At occidit, vt inquit Procopius, in zeli feruore, nullo expectato cōsilio, nulla Principi facta interrogatione, sic delicti atrocitate requirente, sic peccatore merente, *Hic scortator,* inquit
D Procopius. *impudicitiæ sua atrocitate ad iustum iram prouocauit Phinees, quòd videlicet in cōspectu Moysis, & principum libidinem exercuit, nihil etiā reueritus ipsorum lachrymas, quas ante tentorium effuderunt, quapropter animus Phinees æstuauit à Deo, vt nec interrogaret Principem, nec consilium expectaret.* Puniuit ergo & ex zelo occidit, etsi non ex officio, & tamen quia Dei zelo illud effecit, sic eum remunerauit Deus; quid fecisset, si fuisset Princeps, & ob debitum zelasset iustitiæ?

Proco.

10. Sontium punitio à communitate irā Dei auertit, nilque magis gratius.

Secundò notanda sunt verba illa, *auertit iram meam à filiis Israel.* Ex quibus clarè deducitur, nullum aptius Deum esse placandi medium, nihilque gratius illi præstari posse quando aduersus communitatem est iratus, quàm delicta castigare, sontesque punire; cuius ratio, quia cùm necessarium sit, vt delicta puniantur, & impossibile, vt impunita relinquantur, vt egregiè inquit

Auguſt.

Auguſtinus in Pſalm. 54. ſuper illa verba, *Non miſerearis omnium, qui operantur iniquitatem*, vbi ſic, *Iniquitas omnis, parua, magnaque ſit, puniatur neceſſe eſt, aut ab ipſo homine pœnitente, aut à Deo vindicante*: & infra, *prorſus, aut punis, aut punit, vis non puniat? puni tu*. Ergo aut Deus illa punit, aut Princeps, qui vicem eius in terris gerit; cùm autem Princeps ea non punit, vim, vt ſic dicam, Deo infert, eumque cogit ad illa punienda, cui quæ ſua eſt bonitas, valde diſplicet, tum quia, vt ſæpè ſcripturæ inculcant, inuitus caſtigat, tum eò maximè, quia cogitur ad iuxta delicti commenſurationem caſtigandum, quam ſolus ipſe nouit, quod in ſummum ſuæ damnum creaturæ vergit. Pro cuius intelligentia

11. Delicta impunita remanere nō poſſunt.

12. Deo cur valde diſplicet quādo delicta à Principe nō puniuntur.

Molin.

13. Iuſtitia vindicatiua in quo a commutatiua deficiat, & in quo cōueniat.

Notandum eſt, iuſtitiam vindicatiuam, vt optimè adnotat Molina tract. 1. diſp. 12. num. 13. à ratione veræ iuſtitiæ commutatiuæ deficere, quatenus damnum illatum per pœnam non reſarcitur, & eſſe iuſtitiæ commutatiuæ potentialem partem, quatenus ad æqualitatem ſecūdum proportionem Arithmeticam infligit pœnam, cōſideratis vndique circumſtantijs. Ex quo principio fit, vt qui in infligendis pœnis non debitam obſeruat proportionem, peccet, peccaminoſuſque ſit contra Rempublicam, cui tenetur ex debito, rectè officium exercere ſuum. At qualis nunc ſit illa proportio, & in quo illa conſiſtat, ita vt pœna nec excedat, nec deficiat, ſolus Deus penetrat illam, qui ad pondus delictorum ſcit grauitatem, quod licèt ſit verum, tamen benignitate, miſericordiaque ſua vtens, huius pœnæ æqualitatis iudicium Reipublicæ gubernatori in hoc ſtatu, & in hac vita reliquit, ita vt illa dicatur æqualitas pœnæ ad delictum, quam ſupremus gubernator ſtatuit, licèt in re, & realiter, talis pœna non ſit proportionata cum delicto; tamen Deus illam approbat æqualitatem, quia ſuauiter omnia gubernans ac diſponens, cùm per ſe, & immediatè pro hoc ſtatu non gubernet, habet pro rato, (dummodo abſit malitia) humani gubernatoris ſtatutum, qui humaniter penſitans, nunquam ferè ad illam iuſtam, æqualemque peruenit proportionem pœnæ, quàm exigit culpa: quod licèt ita ſit, nō ſolùm illa dicitur æqualis apud homines, ſed etiam apud Deum pro hoc ſtatu: vnde ſi ſemel euenit, vt aliquis illa puniatur pœna in hac vita, certiſſimè iterùm cum Deus nō punit, quia, vti ſcriptum eſt, *Nō conſurget duplex tribulatio*, ſeu vt 70. legunt, *non vindicabit bis in idipſum in tribulatione*, Nahum. 1. nu. 29. ſeu vt Chaldæus, *non conſurget domui Iſrael duplex anguſtia*, vel vt Theodotion, *non ſuſtinebūt impetum ſecundæ anguſtiæ*. Vnde pulchrè Cyprian. in ſermone de Paſſione Chriſti hoc ipſum declamans reſpectu particularis pœnitentiæ peccatoris, ſic ait. *Cùm iudicis, & tortoris vices non parcens peccator aſſumit, ſemetipſum perſequens, dum confeſſionem confuſione honorat, holocauſti huius incēſo in conſpectu Dei veniam impetrat, neque enim bis in idipſum iudicat Deus, ſed impœnitētes ipſe iudicat, & damnat; pœnitentes verò* (attende ad verba) *qui à ſeipſis ſuſcipit iudicatos, abſoluit, neque iudicio, quod pœnitentia humanæ ſeueritas protulit, aliquid iuſtitia cæleſtis apponit*. Nil melius, vbi notanda ſunt vltima Cyp. verba. Clarè enim affirmat, cæleſtē iuſtitiam non aliquid addere ad ſeueritatem humanæ pœnitētiæ, quæ licèt ſit humana, humaniterque iudicans, tamen ea ſua eſt bonitas, vt quia inuenit punitum, non puniat iterum, licèt ad æqualitatē non ſit inflicta pœna. At verò ſi fortè euenit, vt delicta

14. Solus Deus ad pondus ſcit pœnæ dignitatem ad delictū.

15. Gubernatoris pro hoc ſtatu arbitrio eā reliquit.

16. Deus non vindicat bis idem peccatum.

Nahum. 1. 29.

Cald.

Theodot.

Cyprian.

17. Pœnitentiæ valor, & fructus.

18. Ratio fundamentalis cur Deus

A non puniantur à Principe, ampliuſque diſſimulari non poſſint, neceſſeque ſit vt Deus illa caſtiget, terribiliter hoc efficit; nam cùm ad pondus pœnę ſciat æqualitatem, iuxta illam eam infert, exterminans, mactans, & occidens, atque ad ſummum deſolans, à debito coactus iuſtitiæ, quæ ſic requirit. Quod cū in grauiſſimum totius generis humani eueniat dānum, fit vt grauiſſimè, & vltra quàm dici poteſt, tale doleat factum, contraque Principes in caſtigando deſides validiſſimè iraſcatur, ſicut è contra gratiſſimè ſuſcipit eos qui delicta vindicant. Non ſecus ac pater quidam clementiſſimus, ſimulque iuſtiſſimus, gratiſſimè accipit & pro magno æſtimat, ſi filiū ſuum, quem diligit, à magiſtro repetit mulctatum, licèt leniter, ac ſemel iuſtitiæ ſatisfactum; ſeque ſimul liberum ab onere filium caſtigandi. Sic Deus noſter amans nos filios ſuos, multum ex animo approbat, ſi quando dignos nos reprehenſione B & pœna reperit caſtigatus, ipſumque ab onere grauioris exoneratum diſciplinæ.

cōtra principes iuaſcatur delicta non punientes.

Quod totum in iſto elucet Phinees facto intimiùs inſpecto. ait enim Dominus, *Phinees auertit iram meam à filijs Iſrael*, ergo contra omnes adhuc iratus extabat Deus, non obſtante quòd ob hoc ſuſpenſi peccatum eius Principes, & ex plebe viginti quatuor occiſi millia; tamen adhuc ſatis non erat iuſtitiæ factum diuinæ: neque adhuc ad pōdus pœna inflicta. Quis ergo hominum, quæſo, quiſvè Princeps fuiſſet, qui ſi æqualitatem pœnæ illi ſtatuiſſet delicto, ex tota illa multitudine peccante, cùm totam occidere non liceret, non æqualem æſtimaſſet pœnam, ſi ex tota illa Principes necarentur, ſi ex populo mille occiderentur, & ad ſummum duo millia, & ad vltimum quatuor millia, & C ſi plus diceret, aut ſtatueret, pro duriſſimo domino, ne dicam tyranno haberetur. Sertorium nimis rigidum ſui iudicarunt, vt inquit Alexand. ab Alexand. libro ſecundo cap. 3. licèt vt militarem diſciplinam exemplis ſtabiliret, cohortem propter obſcænitatem, mortes, & immodicas rapinas ad vnum interfeciſſet. Tamburlanus tyrannus, & crudelis dictus, quia militis pretium caſei, ac lactis pauperi viduæ non ſoluentis, ſe præſente, aperiri corpus iuſſit, in cuius ſtomacho lac, quod mulieri eripuerat, fuit inuentum, licèt, vt inquit Fulgoſius libro ſecundo, cap. 2. *Illa ſeueritate aſſequebatur, vt copiæ, quas habebat immenſas, cùm tutus ad caſtra omnibus eſſet acceſſus, omni commeatu ſemper abundarent*. Tullus Romanorum Rex ſæuitiæ, ac crudelitatis imputatur, quia Mucium D Suffætium Albanorum Regem, regiis ornamentis denudatum, quadrigis alligatum diſcerpi iuſſiſſet, non obſtante in Romanum populum infidelitate, dum ex acie, pugnante Tullo contra Veios, ſuos callidè eduxiſſet. Fulgoſ. lib. 6. cap. 3. Crudeles ergo hi omnes æſtimati, licèt ritè animaduerſi inſontes fuerint. Sic pari modo ſeueriſſimus & plus æquo iniuſtus ille æſtimatus fuiſſet, qui ſummorum in exercitu Principū morte non contentus, ac aliquorū ex plebe ob peccatum Iſraelitarum cum Madianitis contra Dei legem accubantium, vlteriurem etiam exigeret pœnam, pluresque mortes: attamen ſecundū Dei iuſtitiam, quæ æqualitatem ad pondus nouerat pœnæ, nec ſummi Principes, nec viginti quatuor extiterunt millia ex plebe ſufficientes, talis Dei eſt iuſtitia, quando per ſe vindictam ſumit, quod & ex alijs placet ſcripturæ locis confirmare.

19. Phinees factum expēditur. Dei iuſtitia in illo actis cōſideratur.

Alex. ab Alex.

20. Seueritatis aliquorum exempla.

Fulgoſ.

Fulgoſ. lib. 6. c. 3.

Samſon enim offenſus ab vno Philiſtæo, quia ab eo eius tulerat vxorem, contra omnes ſimul

21. Scripturæ exempla quibus diuinæ rigor iustitiæ expenditur.

iratus, totas eorum ſoecendit ſegetes, *Vbi res pro dita eſt*, inquit Ambroſius epiſt. ſeptuageſima, *voleaſque ad coaiagem redire, iatercluſa copia, qaòd pater eam alij viro nupſiſſe diceret, Stimulo iaiuria oxulceratus* (perpende verbũ) *publicam cogitauit cupeſcere vltionem, domeſtica coatumelia iadignatione, correptiſque vulpibus, cùm iam matura eſſent ſegetes, binas ſibi inuicem cauda ad caudam ligauit, ardeatem inſerait facem, & ſuper manipulos dimiſit.*

Ambroſ.

At ipſi potantes ſe ſatis Samſoni factutos, non ſolùm patrem, ſed & mulierem, filiam nempè, totamque domum eius ſuccenderunt: quis ergo non crederet ſatisfactum Samſoni? at non ſic, ſed in ira etiam perſiſtens, dixit Iudic. 15. num. 7. *Licèt hac feceritis, tamen ex vobis expetam vltionem, & poſtea qaieſcam*: quæ vltio [illegible]lis extitit vt dicat Scriptura, *qaòd percaſſit eos ingeati plaga, ita vt ſtupentes ſuram fœmori impoaerent*, ideſt, vt inquit Auguſtinus quæſt. 55. in Iudic. *Tam mirabiliter, vt ſtupentes tibiam vaius pedis, ſuper fœmur alterius ponerent*: qualis modus, *attonitorum, ac ſtupentium eſt*, vt inquit Lyra, quis hoc crederet? aut quale humanum iudicium non æſtimaſſet, ſufficientem expiationem fuiſſe alteram illam? nullum equidem.

Iudic. 15. num. 7.

22. Samſonis vindicta in Philiſtæos expenditur.

Lyra.

At apud Samſonis iudicium, qui pro Deo iniurias illas vindicabat, ſatisfactum non fuit, ſed ampliori illos pœnâ dignos æſtimauit, quia, vt inquit Lyra, non *combuſſerant vxorem eius & patrem zelo iuſtitia, ſed magis commoti paſſione ira, propter damnum eis illatum.* Vnde peccata peccatis addentes, ampliori potius plaga, quàm commiſeratione dignos ſe reddiderunt: hoc equidem humanum non poterat proſpicere iudicium, ac ideo prima contentus vltione fuiſſet, quia ad ſubtilitatem indagationis non poſſet peruenire diuinæ. At Deus, qui omnia videt, & quem nihil latere poteſt, culpam agnoſcens, ſatis vidit prima non ſatisfactum vltione, vnde & ſecundam addere voluit maiorem, ita vt ipſa hominum mens confunderetur, ipſaq; ſe humana obſtupeſcerent iudicia.

23. Cur Philiſtæi puniti, & Samſoni non ſatisfactum, etiã ſi patrem & matrem vxoris Samſonis occidiſſent.

24. Secretum Dei iudicij in Samſonis facto oſtenditur, ac ſumma æquitas.

Sic etiam pari modo hanc Dei ſtrictam iudicij ſeueritatem perſpiciemus, ſi intimiùs inſpicientes, vltionem miſeri attendamus Amani, peccauit iſte contra Iudæorum populum eius procurans interemptionem, ipſe ſolus hoc procurauit, ipſe ſolus peccauit, etſi alij amici eius, ad illius tamen perſuaſionem, aut complacentiam, ſuſpenſus eſt ipſe, eodemque ſupplicij interijt genere, quo interempturum ſe aduerſarium putabat. In qua re ſummam Dei iuſtitiam, æquitatemque iuſtè admiratur Ioſephus libro ſecundo Antiquit. cap. 6. vnde & ait. *Hinc mihi coatingit admirari aomen Dei, & ſapientiam, & iaſtitiam eius agnoſcere, qaòd aon ſolùm maleuolentiam Aman puniait, ſed quòd excogitata contra aliam tormenta ia eam conuertit, & cæteros hoc ſentire permiſit, quoniam qai contra alium quidam molitus fuerit, hac in ſe primùm parata cognoſcat: itaque Aman honore, quem à Rege perceperat, ſupra modum abuſus, huiuſmodi cruce confixus eſt.* Quæ pœna ſi iudicij tantùm lance humani perpendenda fuiſſet, non equidem dicam ſufficientem, ſed ſufficientiſſimam æſtimaſſet. At parum hoc, occiſa inſuper infinita hominum multitudo, & inſuper decem Aman filij, ita vt Rex diceret Reginæ, *In vrbe Suſan interfecerunt Iudai quingentos viros, & alios decem filios Aman, quantum putas eos exercere cædem ia vniuerſis prouincijs?* cap. 9. num. 12.

25. Amani iudicium expenditur.

Ioſeph.

Eſther. 9. 12.

Quod equidem dixit Rex Reginæ, rigorem extollens iuſtitiæ, quem pro illa exercuerat, quaſi illam redarguens, quòd ob eius amorem in tantam ipſe exarſiſſet crudelitatem, putans non ſolùm illam ſufficientem fuiſſe pœnæ ſatisfactionem, ſed etiam ſuperfluam, modumque exceſſiſſe cùm conſtet in illo ipſo die, occidiſſe Iudæos per Regis Aſſueri prouincias, ſeptuaginta quinque millia hominum. Quapropter obſeruanda ſunt verba ſcripturæ, quæ ait, poſt ſuſpenſionem Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo, Regis iram quieuiſſe, *Suſpenſus eſt Aman in patibulo, & Regis ira quieuit*, quieuit, putans condignas luiſſe illum pœnas, vnde quãdo poſtea & filios vidit interfectos, & quingentos occiſos in vrbe Suſan, exceſſiſſe modum æſtimauit, eo vel maximè ex occiſione in Suſan illata, arguẽs occiſionem in reliquis prouincijs poſſibilem: & reuera, quis non æſtimaſſet, tantam occiſionem condigniſſimam, ne dicam condignam auſui illi temerario pœnam fuiſſe? & quale iudicium non talẽ eam æſtimaſſet humanum, at non ſic diuinum, quod exercebat Regina, vnde tantum abeſt vt gratias Regi pro vltione referret, quin addiderit, *Si Regi placet, detur poteſtas Iudæis, vt ſicut fecerant hodie in Suſan, ſic cras faciant, & decem filij Aman ia patibulis ſuſpendantur.* O cor nimis ſeuerum! & niſi in illo diuinum intenderem conſilium, myſteriumque, à Catholica ſua quotidie exercitum contra hoſtes Eccleſia, vt inquit Gloſſa, crudele dicerem, ferinumque; at quia diuina illa fuit vltio, diuinũque in Eccleſia myſterium figuratum. *Nam & Eſther*, vt ait Gloſſa, *quæ cum tanta conſtantia hoſtes ſuos extirpare contendit, ſtudium atque ſolertiam Eccleſia exprimit, qua hoſtes ſuos pacifica mente perſequitur, & ſine fine Deo ſubijcere conatur, primùm quingentos, deinde trecentos viros occidit, eos ſcilicet, qui non curant remiſſionem peccati ſui accipere, & qui fidem ſanctæ Trinitatis non adorant operibus bonis, perpetua morte dignos oſtendit.* Ideo ſententiam non inculpo, ſed Dei iudicij admiror ſeueritatem, contremiſco pondus, ſtupeo pœnam, & dum video Amanum occiſum, filios mortuos, domum deperditam, ſeptuaginta quinque millia obtruncatos, & adhuc ampliorem vltionem ob vnicum tantùm requiri delictum, ô fallax iudicium, exclamo, humanum in pœnis conſtituendis! ô terribile, in manus Dei incidere viuentis! in infinitum ergo Dei punitio caſtigationem excedit hominum: Vnde cùm, vti diximus, inuenit ſe præuentum, vehementer homines diligens, gaudet ſummoperè, nam hominis acceptans iuſtitiam, reponens ſuam, auertens iram, quieſcit, & cum hominibus in amicitiam redit, illiſque reconciliatur. Quòd cùm ſummopere expetat, incredibile eſt prorſus, quantum ei placeat, qui huiuſmodi exercet iuſtitiam.

26. Eſther cur non crudelis tantum ex Amani delicto pœnã exigens.

Gloſſa.

Peccauit populus peccatum grande, Deum verum deſerendo, vitulum adorando, iratus Deus, populum deſerere ſtatuerat, ſimulque illum penitus delere. Atqui Moyſes, optimè Dei callens conditionem, antequàm ad illum deprecandum accederet, viginti tria hominum millia in vno occidit die, Dei præueniens vltionem, ſuam exercens, poſtquam audax ex illa factus, ad Deum ingrediens liberè orauit: *Aut dele me de libro, quem ſcripſiſti, aut dimitte eis hanc noxam.* Exod. 32. num. 32. Et licèt Deus principio durè reſpondiſſet, hoc eſt; *Tu autem vade, & duc populum*

27. Moyſes quomodo iram Dei contra populum præuenit illum caſtigando.

Exod. 32. num. 32.

28. Deus quidnam intellexit per vltionis diem, quando Moysi dixit, ego autem, &c. Rabi Sal. Abulen. Lyra.

istum quò loquutus sum tibi, Angelus meus præcedet te: ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Per quem vltionis diem, Rabi Salomon omne intelligit infortunium, quòd deinde populo accidit Hebræo, vnde & captiuitas Babylonia, Romanaque, secundùm ipsum ad hanc pertinent vltionem. Alij aliam plagam, quam immediatè Deus immisit priore non contentus, vt Abulensis & Lyra. Alij tandem iudicij diem, vt ipsemet Lyra. Tamen in oratione persistens, & Deum pro tunc placauit, omninoque cum populo reconciliauit; vnde tandem ei complacens dixit,

Exod. 33. 17. *Et verbum istud, quod locutus es, faciam*, hoc est cum populo incedam; *inuenisti enim gratiam coram me*, ibidem cap. 33. num. 17. Vnde etsi postea castigauit, non vsque ad deletionem, non vsque ad suæ priuationem assistentiæ, quæ condigna erat delicti pœnam: sic potens fuit oratio, quam iusta prius anteierat ex zelo Dei vindicta, sic Deus se placatum reddidit, etsi iusta adhuc pœna non esset inflicta. Pulchrè Gregorius 20. Moral. 6. & 3. Past. cap. 23.

Gregor. hoc confirmans ait: *Ecce Moyses, qui vitam omnium eum sua morte petiuis, paucorum vitam gla-*

29. Moyses cur exauditus orans pro populo. *dio extinxit, intus ignibus amoris, foris accensus est zelo seueritatis, vtrobique legatus fortis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei* (notanda verba) *apud populum gladijs alligauit; intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit, foris sæuiens culpam feriendo consumpsit, succurrit citiùs omnibus offensa paucorum: sed idcirco Deus eum citiùs exaudiuit agentem pro populo, quia vidit quid super populum acturus esset pro Deo.* Nil melius. Exauditus est, quia causam Dei prius egit, iniuriam vindicans, Deum reconciliauit, & audacter cum illo est loquutus, quia prius gladium in manibus habuit, à Deo veluti illum eripiens: de quo summoperè gaudens non solùm pro venia Moysi deprecanti (etsi liberè) non fuit indignatus, quinimo & remunerauit, gratumque accepit, summum illi, tanquam ex hoc seruitio premium ostendens bonum, *Ego ostendam omne bonum tibi.* Hinc cùm Phinees Dei etiam causam agens, Dei præueniens vindictam, illam cùm Zambri zelo armatus intrepidè exercuisset, sic Deo placuit, sicque gratam æstimauit vltionem, vt intra se amplius non valens animi sui continere gratificationem, vocauit illico Moysen, eam significans, vti diximus, inquiens, *Phinees auertit iram meam à filijs Israel*: effe-

30. Phinees vt mitem reddidit zelum diuinum. ctumque declarans zeli, sequitur, *quod Zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in Zelo meo.* Attendenda verba; iusta pœna erat deletio filiorum Israel; talem equidem inflixisset Deus, si ipse per se castigasset, zelo suo armatus Phinees, suscipiens illum, & quodammodò in se mitem reddens, ex zelo diuino puto, zelum efficit diuinum humanatum, vt sic dicam, Deum præueniens, occidit vnum, & ira Dei quieuit, ancessaque est: non equidem aliunde, nisi quia delictum inuenit punitum, quia amplius zelus eius efferuescere non poterat, quia iam castigauerat; quid est quia iam castigauerat? nisi quia immittens se (vt sic dicam) in Phinees, sumpsit sufficientem vindictam ad modum humanum; vnde zelus diuinus fuit, sed humanus factus; quapropter semel castigans, non iterum reuertitur in idipsum. Castigauit Phinees pro Deo, ira quieuit, castigauit Deus non per se immediatè, sed per hominem, iustitiæ suæ satisfecit, non amplius requisiuit, & il-

A le homo, qui talem habuit zelum, qui sic castigauit, amicus Dei factus, rem gratissimam illi operatus est, quam nullo modo gratificare desijt: vnde sequitur.

Idcirco loquere ad eum, ecce do ei pacem fœderis mei. id est securitatem, & certitudinem pacti mei. Quasi dicat: nunc ob zelum Phinees firmiter 31. Phinees zelus vt à Deo remuneratus.

decerno, & quasi paciscor, promittoque illi, at quid? *Erit*, idest sine dubio, & hæsitatione, *tam ipsi, quàm semini eius, pactum sacerdotij sempiterni*, En quod decernit, en quod paciscitur, sacerdotij in domo eius æternitatem. Primùm, vt patet ex scriptura, liberaliter concesserat Deus sacerdotium Aaroni, filijsque eius; nunc ex pacto illud confirmat, ita vt ex condigno, & ex merito deinceps, ac ex iustitiæ titulo possideret illud, & non tantum ex liberalitate Dei, vnde non solùm decus possessionis accessit sacerdotij, cùm ex merito eum deinceps Phinees obtineret, sed maior firmitas, & duratio, ita vt sicut priùs qualibet occasione remouere illud Deus poterat, post promissionem, & pactum, & postquàm ex merito iustitiæ illud possedit Phinees, numquam illud ab illo, domoque sua remouit Deus, nam licèt ad breue tempus possedit ipsum domus Heli, qui non erat ex familia Aaron, tamen, vt optimè adnotat quidam hîc, tale tempus non computatur, & verè dicitur permansisse in domo Aaronis, Phineesque, sacerdotium, in æternum inquam, quousque durauit regnum illud, illaque Respublica, vnde fructus huius zeli, firmatio extitit, seu stabilimentum sacerdotij, tanquam proprius effectus illius. Quod considerans Philo, vt in Catena Græca meritò admiratur de tanta Philo.

Dei bonitate, de tanto Phinees honore: *Cùm lustrato exercitu quæreret Moyses*, inquit, *quo honore Phineem prosequeretur, anteuenit Deus suo oraculo, inprimisque iuuenem magno affecit honore pacis, quâ nullus vnquam mortalium affatim præbuit; deinde perpetui dignitate sacerdotij condecorauit. Admonet locus, quanta sit apud Deum* 32. Vnius iustitia, ac pietas quam potens cum Deo.

vnius viri iustitia, pietasque, quæ plagas populi auertere potest, & obliuionem inducere eius delicti, cuius expiatio tantum præconij, tantumque gratia promeruit. Immò & admonet etiam (addam & ego) quòd si Reges, quòd si Principes, æternum (vt sic dicam) stabilimentum sui desiderant re- 33. Regni stabilimentum iustitia

gni, hoc vnum est medium, iustitiam exercere, inuindicata non relinquere delicta, sicut è contrario, nil tantum ipsum mouet Deum vt ab eis auferat 34. Deus valde irritatur quando principes iustitiam nô exercent.

regnum, quantum eorum in vindicandis peccatis, iniurijsque desidia.

D Hoc equidem in facto illo est Saulis infœlicissimi animaduertendum, qui cùm in Regem non animaduertisset Amalechitarum, sicut Deus præceperat, abstulit Deus ab eo Regnum, immò & vitam, 1. Regum 15. nom. 24. *Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis* 1. Reg. 15. 24.

Rex. Vbi notandum, bis Saulem peccasse, Deumque offendisse, primum in offerendo sacrificium, 35. Saul bis peccauit, & vt punitus.

& non expectandu Samuelem, iuxta præceptum Domini, & ob hoc peccatum punisse eum Deum, auferendo, non ab eo, sed à filijs suis Regnum cap. 13. num. 13. dixitque Samuel ad Saul, *Stultè egisti, nec custodisti man-* Cap. 13. n. 13.

data Domini Dei tui, quæ præcepit tibi, quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum vltra consurget. Id est

Glossa. *vltra te*, vt inquit Glossa, transiendo ad filios tuos, sed tu solus eris Rex, non autem filij tui. At verò secundò peccauit contra præceptum Domini, peccatores non castigando; vbi notandum non

36\. *Saulis peccatum in quo stetit.*

peccasse simpliciter, non castigando, quia castigauit, occidit enim Amalechitas, sed non castigauit eo rigore, quo ei præceperat Dominus, multos reseruando Amalechitas, & Agad Regem eorum viuum, multamque suppellectilem, oues bouesque, quapropter peccatum eius, in defectu integritatis stetit vindictæ, vt sic dicam, in defectuque rigoris, & tamen ob hoc peccatum non solum Deus à filijs, sed ab ipsomet regnum omninò

37\. *Saul statim ac iustitiã non exercuit integrè amisit regnum, & non fuit amplius Rex.*

abstulit: *Proiecit te Deus, ne sis Rex*, sicut in effectu ab illa die non fuit amplius Rex; tum quia, vt inquiunt Doctores, pacificè amplius Regnum non tenuit; tum quia semper vixit in metu, & tremore, tum quia non amplius de inimicis victoriam reportauit, ergo à Saule Deus regnum, ob defectum, abstulit, non equidem iustitiæ, sed eius rigoris, seueritatisque. Quid ergo putandum quòd cum illis faciet Principibus, qui iustitiam non exercentes, ita sunt desides, vt delicta omnino impunita manentia, ad ea vindicanda per se ipsum Deum summum compellunt? Meritò ergo Petrus Damianus libro primo, Epistol. 6. in desidiam Heli sacerdotis filios non punientis suos, inuehens ait. *Plunè sicut benedictione digni sunt, qui culpas corrigunt, ita nihilominus maledictioni obnoxy sunt, qui peccatoribus blandiuntur, iuxta illud, maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Hierem. 48. num. 10. A sanguine quippe gladium prohibet, qui se ab inferenda reprobis vltione digna coërcet.*

Petr Damian.

Sed amplius hîc considerandum, vt semel intelligamus quantum Deus irascitur contra tales

38\. *Saul à Deo derelictus quia iustitiã non exercuit infeliciter postea regnauit.*

Principes, in vindicando desides, quòd in primo inobedientiæ peccato, sic Deus iratus est contra Saulem, vt tamen ab eo non discesserit, sed cum eo existens prosperabatur in cunctis, ad quæ vergebat, post illud namque, postque Dei comminationem cap. 14. num. 47. inquit scriptura, *Et Saul confirmato Regno super Israel pugnabat per circuitum, aduersus omnes inimicos eius, & quocunque se verterat, superabat*, & tamen peccauerat, & contra eum iratus fuerat Deus regnum à filijs auferens eius, at quia non ab illo, ideo cum eo existebat, confortans, superioremque in cunctis eum constituens. At verò post secundum peccatum, post peccatum negligentiæ vindicationis, vindicatiuæque iustitiæ, quia iam proiecerat eum Deus, ne esset amplius Rex, sic Deus ab illo recessit, vt vltra cum illo non esset, vnde nec vnquam amplius inimicos superauit, sicut priùs, nec aliquid insuper boni postea vnquam egit, sic ei comminatus sanctus Propheta Samuel, etsi post mortem: *Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum*, ibid. cap. 28. num. 16. Vt intelligas ea hoc, non solùm Deum à talibus auferre Regnum Principibus, sed

Cap 14. 47.

Ibid. c. 28. num. 16.

39\. *Deus à Principibus iustitiam non exercẽtibus discedit, ob quod infeliciter regnant.*

etiam ab illis discedere, ita vt illo tempore, quo in eo sunt, licèt paruo, sint imperfecti, imbelles, infortunati, sint tandem destituti, & omnia eis in malum cedant, ita vt licèt sint Reges, non regnant, licèt in throno, non vt Reges in illo resideant, & licèt possideant Regna, non illis fruantur, sed semper in angustiis sint, in timoribus, in perturbationibus, in bellis, omnia aduersum cedentia, ita vt miseriores quolibet misero euadant homine, infœlicissimæ subditi fortunæ, quia nec Deo subditi, nec eius satisfacere voluerunt iustitiæ. Meritò ergo Bernardus libro quarto de Consideratione ad Eugenium, hæc considerans, tales requirit Principes, *Vt Ægyptijs Moysem, fornicantibus Phinee, Helias idololatris, Heliseus auaris, Petrus mentientibus, Paulus blasphemantibus, negotiatoribus Christus essent.*

Bernar.

40\. *Principes quales requirebat Bernardus.*

Sed amplius etiam ponderandum; nam in primo peccato, quod non erat nisi contemptus obedientiæ in ordine ad Deum, ita Deus pœnam ei inflixit, vt non adderet reuocationis sententiæ immutabilitatem; forsitan si aliud peccatum Saul de nouo non adderet, & de præterito se pœnituisset, Deus sententiam mutasset. At in secundo peccato, vbi contemptus Dei, in desidia extabat iustitiæ, ita illi comminatus est, vt immutabilitatem adderet reuocationis. Audi Samuelem ibidem cap. 15. num. 29. *Porro triumphator Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est vt agat pœnitentiam.* Vt semel intelligant Principes, quantum Deus contra eos irascatur, quando desides sunt ad iustitiam faciendam, & quomodo nec vitam, nec Regnum habent firmum, simulque quòd ob iustitiæ defectum, nec pacem, aut quietem, etsi regnent: immò ita Deum ab hac desidia, vecordiaque pungi, vt multoties caput soluat Principis id quod soluere debebat alterum, quod ipse auferre debebat.

41\. *Deus contra Saulem tunc obfirmauit sententiã quãdo defecit in iustitia.*

Ib. 15. 29.

42\. *Principes in ipsis soluent, quod alij soluturi erant, dum iustitiam non exercent.*

Mirabile quidem de hoc in scripturis habemus exemplum: Achab enim misericordia motus, & humilitate flexus, pepercit Benadab Regi Syriæ 3. Regum 20. contentus tantum ciuitates accipere quas ipse tenebat. Quis enim diceret, grauiter Deum hunc factum accepturum? præceptum illum occidendi à Deo non habebat, vt inquit Abulen. quæst. 16. parcere inimico laudabile, adde quia humiliauerat se Benadab, nuntiosque vestitos miserat saccis, qui pœnitentium more, funiculis obstrictis capitibus, humiliter Regis sui nomine, totaliter se eius remittentes manibus, tantùm eius vitam petebant, *Illi induti saccis, & restibus capita redimiti*, inquit Iosephus, *qui priscus apud Syros supplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & salutis tantum gratiam petere Adadum significant, dedititium eius in perpetuum futurum, vnde & dixerunt, seruus tuus Benadab dicit, viuat, oro te, anima mea.* Quis non parceret, quis non condonaret, quis non crederet, non solùm Deum ex condonatione non se offensurum, quinimo gratificaturum condonanti? At non sic, sed talis fuit pietas in stricto Dei iudicio iudicata impietas, & talis condonatio desolatio, vnde contra se statim sententiam audiuit, Dei Prophetante seruo, *Quia dimisisti virum dignum morte*, notandum verbum, dignum morte, *de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius*, vti dictum, sic factum, ipso Achab paulò post occiso & simul populo eius cum eo.

3. Reg. 20

Abulen.

43\. *Achab Regem Syriæ dimittens vt punitus.*

Iosephus.

44\. *Cur occisus à Leone, qui ex Dei præcepta*

Sed non prætereundum Prophetæ factum, antequam Dei sententiam Achab innueret, dum seuerè insurgens contra illum, qui percutere eum no-

percutere Prophetam noluit. luit, Leoni tradidit occidendum, *Quia noluisti audire vocem Domini, ecce, recedes à me, & percutiet te Leo*, ibid. n. 36. tam facto antea ignauum reprehendens Regem, quàm verbo, vt rectè Petrus obseruauit Damianus, vbi suprà: *Quibus*, inquit, *sacri eloquij verbis quid aliud innuitur, quàm, quia incomposita pietas proculdubio meretur iram Dei, dum non promulgat in reos sub districti iuris æquitate censuram, meritaque debet superni iudicij subire vindictam, qui neglexerit in subditos exercere disciplinam, illique Leoni, qui circuit quærens quem deuoret, meritò traditur, qui ab infligendo pœnitentiæ vulnere per corporis desidiam cohibetur.* A Leone ergo occisus meritò, qui vt Leo contra Dei præceptum in Prophetam Sanctum insurgere noluit. Numquid ab antiquo nōn occidentur Leone ignaui Principes, qui contra Dei præceptum, non in sanctos vitâ, sed in peccatores morte dignos insurgere negligunt?

Ib. nu. 36.

Petr. Da.

B

45. Princeps quas iniurias condonare debet.

Enimuerò si patientiam, si humanitatem ostendere vult Princeps, in condonandis, aut remittendis illis, quæ contra ipsum, vt particularem fiunt, hominum iniurijs, ostendet; hoc equidem Deo summoperè placebit. Ob hoc Deus Phinees notans zelum, non simpliciter dixit: Zelo commotus est, *sed Zelo meo commotus est*, ad differentiam zeli proprij commotionis, propriæque vindictæ; nam multi Principes vindictam multoties sumunt, sed zelo proprio, ad proprias vindicandas, non autem ad Dei iniurias vlciscendas; hi quidem non vindicant Deum, sed se, vnde in quantum ad ipsos, inuindicatus manet Deus; cuius signum, quia si casu accidit, quòd eis satisfactum sit, non amplius vltionem requirunt, non vltra in sontem animaduertunt. Hoc mihi videre videor in illo Achabi facto: promissione namque de ciuitatum acceptâ restitutione, quas Rex tenebat Syriæ, illicò non amplius de Dei curans iniurijs, blasphemijsque, quas perfidus contra Deum summum irrogarat, ei pepercit, condonauitque: *Ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam, & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, pepigit ergo fœdus, & dimisit eum.* Perquire Dei vltionem, perquire satisfactionem, non inuenies, ergo ignauus Rex se, non Deum vindicare voluit, quando contra Regem bellum struxit, aciemque direxit; meritò postea à quodam occisus Syro, dum Dei iniurias in Syrum vindicare noluit, quas nullo modo remittere debet Princeps, licèt proprias condonare sanum, salubreque illi sit, Deoque placitum.

46. Principes sæpè suas, non Dei iniurias vindicant.

C

47. Achab est occisus à Syro viro.

Enimuerò valde notanda est expositio illa Angelici Doctoris super illa verba, Matth. 18. vbi Dominus Petro mandat, vt fratri dimittat peccanti, non solùm septies, sed septuagies septies; quæ authoritas affertur à sancto contra suam sententiam, 2. 2. q. 11. de fide art. 4. vbi disputat, vtrùm reuertentes ab hæresi, sint ab Ecclesia recipiendi: cui quæstioni respondens cum distinctione, recipiendos scilicet ad pœnitentiam, non tamen semper ad participationem huius vitæ bonorum; ad argumentum autem, quod illi fiebat ex illa authoritate Domini desumptum, sic respondet: *Ad secundum dicendum, quòd Dominus loquitur Petro de peccato in eum commisso, quod est semper dimittendum, vt fratri redeunti parcatur; non autem intelligitur de peccato in proximum, vel in Deum commisso, quod non est nostri arbitrij dimittere.* Digna sancti distinctio, rationique conformis. Parcant Principes, sint humani, misericordes, & mites in illa peccata, quæ

S. Thom.

D

48. Quomodo Christi sententia intelligenda de condonatione peccati fratris, Matth. 18.

A contra ipsos fiunt, in illa, quæ in damnum non vergunt Reipublicæ, in illa, quæ in Dei ignominiam, contemptumque non cedunt, parcant illis, qui licèt peccent, tamen non sunt morte digni; at puniant, castigent, non solùm seuerè, sed seuerissimè Dei, Reipublicæque inimicos ac desolatores, certò scientes, nullum sacrificium Deo magis acceptum ipsos, quàm sontium punitiones oblaturos, nec rem magis ei gratam facturos, itavt sicut præcepit munus ad altare non offerri, nisi priùs fratre reconciliato; sic etiam vult, vt nec illud offerat Princeps, nisi priùs peccato subditi vindicato. Liceat hoc quæso miris, vno, aut duobus exemplis probare.

49. Prius princeps Dei vindicare debet iniurias, postea sacrificium offerre.

Exempl.

B Refertur enim in Speculo exemplorum, in littera *Iustitiæ Zelus*, exemplo 2. de quodam Archiepiscopo Cantuariensi, quòd die Pentecostes celebraturus Missam, cùm capti essent tres, eòquòd nummos adulterinos confecissent, ac per leges ad manus abscissionem addicti essent: Archiepiscopus, ad quem eorum punitio pertinebat, Missam celebrando, petijt, vtrum lex impleta esset, cui cùm respondissent, ob reuerentiam diei festi dilatam esse pœnam vsque in diem crastinum, protinus addidit: *Nequaquam ego hodie de altari abscedam, donec sustinuerins pœnam*, quod dixit plorans; quibus punitis, ascendit ad Altare læta facie dicens: *Nunc confido, quòd sacrificium de manu mea accipiet Omnipotens*, cæpitque peragere Sacrum, in quo, dum diceret verba illa, *Ecclesiam tuam pacificare, adunare, & custodire, ac regere digneris*, niuea columba, cunctis videntibus, super eum descendit, & alis expansis super eum, sic mansit in silentio, donec sacrificium impleretur; demonstrans Deus, quàm illi acceptum illud esset sacrificium, quod alterum sequebatur, punitionis sontium.

Cæsarius.

C Sed attendamus aliud, & mirabilius; Cæsarius enim lib. 9. cap. 38. scribit de quodam Principe, qui dicebatur Ertempaldus de Burbam, qui in lecto recubans, cùm clamorem audisset mulierum, petiuit, quidnam esset: cui cùm fuisset relatum, clamorem fuisse cuiusdam mulieris, cui eius ex sorore nepos vim inferre gestiebat, aduocatis militibus præcepit, vt suspenderetur, quod cùm timuissent ipsi exequi, factumque simulassent, nempè iam illum decapitasse, post quatuor, aut quinque dies, reputans nepos iam auunculi iram efferbuisse, aperto ostio introspexit, quem videns auunculus, dissimulansque, blandiens aduocauit eum, & placidè sedere eum super lectum faciens suum, apprehēdit vna manu caput eius, alteraque secretò extrahens pugionem, eum iugulauit, & efferri mandauit; postquæ, dolore, infirmitateque consumptus, aduocauit Episcopum, vt audita confessione, viaticum ei D ministraret, quod Episcopus in pixide afferens auream, dum eum priùs in confessione, quam magnis lachrymarum peragebat imbribus, audiret, animaduertens peccatum non confiteri nepotis, dixit illi, *Quare reticetis parricidium, quod commisistis in nepotem vestrum?* Cui ille, *fuit ne peccatum?* Cui Episcopus, *etiam, crudele nimis.* Et illi; *Ego neque peccatum iudico, neque à Deo mihi remitti deposco. Ego vobis Christi Corpus non tradam, nisi parricidium confiteamini*, respondit Episcopus: cui infirmus, *Sciatis Domine, me illum non occidisse ex aliquo rancore, siue motu iræ, sed solummodò ex Dei timore, Zeloque iustitiæ, numquid aliquis filium sororis plus diligere potuit, quàm ego dilexi illum? si mihi Corpus Domini mei negaueris, ego illi corpus, &*

animam meam committo. Hoc tamen nonobstante, Pontifex abscessit; sed vix limen domus egressus, ægrotus eum reuocauit dicens, *Reuertimini Domine, & videte, si in pixide habeatis corpus Christi*, quod cùm fecisset, nec aliquid reperisset, subiũxit, *Ecce quem mihi negastis, ipse se mihi non negauit.* apertoque ore, apparuit hostia in ore eius. Mirabile exemplum, & plusquàm dici potest, tremendum: in quo valde notandum illud, talem Episcopo iustitiam, crudele visam parricidiũ, quod equidem, non solùm ei, sed omnibus tale videri debuit; & tamen quantùm deciperetur Episcopus, miraculo Deus manifestare voluit. Ex quo facto sciant Principes, sciant Reges, quòd falsa decipiuntur pietate, faciliter condonantes, & decipiuntur in eorum damnum; sæpè ob id vitam amittẽtes, & regnum.

50. Rex in gubernando quid potissimum obseruare debeat.

Quapropter optimè senex ille Ptolomeo Regi percunctanti, *Quid in Regno potissimum obseruandum esset*, respondit, vt refert Aristæas in histor. Septua. interpretum, *Conseruare se à muneribus incorruptam, atque magnam vitæ partem inuigilare, iustitiamque ante omnia colere.* Vnde si cupiunt diu regnare, si pacificè regere, induant sicuti Deus (vt inquit noster Sapiens) *pro thorace iustitiam*, cum qua fœliciter, securèque regnabunt, ad imitationem Dei accipientes armaturam, zelum nempè ipsius, armantes se, omnesque simul suos in vltionem Dei, Reipublicæque inimicorum, vti affirmat noster Sapiens Deum in impios acturum dicens, *Accipiet*, &c.

Arist.

HOMILIA CIII.

Princeps securè regnabit, si rectus in iudicio, nullamque accipiat personam.

ACcipiet pro galea iudicium certum, inquit noster Sapiens, id est: vti diximus, accipiet iudicium sincerum, purum, nullam prorsus respiciẽs personam. Exemplum ad Principes, qui scire semel debent, galeam, qua caput, regnumque protegitur eorum, nullam aliam esse, nisi rectam, æquamque absque personarum acceptione iustitiam, iudiciũque exercere purum, in omnes æquale: iudicium enim, quod exercent, non est suum, sed Dei, vnde ad eius instar ipsi iudicare debent.

1. Princeps ad instar Dei iudicium exercere debet.

Non considerus personam pauperis, inquit Deus populo, Leuit. 19. num. 15. *nec honores vultum potentis, iuste iudica proximo tuo.* Vbi notandum, hoc præceptum, licèt magis propriè Iudices attingat, tamen illud omni dedisse Deum populo indiscriminatim, tam priuato, quàm Principi, tam subdito, quàm non subdito, tam Iudici, quàm iudicato, vt sic dicam. Quod patet ex principio capitis, vbi Dominus mandat Moysi, hæc loqui verba omni filiorum Israël cœtui, *Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos.* Vbi ad sermonem omnes conuocatos esse Hebræos, & non tantùm senes, affirmat Lorinus. In qua re illud mihi videre videor, quantùm scilicet Deus desideret Principem, Iudicemque, cui ex officio, debitoque iustitiam exercere incumbit, æquitatem sine vlla personarum retinere acceptione, cùm illa velit, vt sic in animo imprimatur cuiuslibet, vt quodammodò omnibus connaturalis fiat, præuidens fortè, assumptionis casum priuati alicuius, aut ad statum iudicis, aut ad regnum. In quibus cùm tam necessaria sit hæc iustitiæ æqualitas, voluit ita eos in humili ad illam assuetos stare, vt nullam ad eius exercitium repugnantiam postea inuenirent in sublimi: bene humani callens generis conditionem, quod pronum est, vt inquit Ambros. 2. de Officiis ca. 24. *Fauere honoratioribus, ne læsos se penteat, ne victi doleant.* Et sic omnibus generatim, indiscriminatimque mandat, *ne consideret personam pauperis, nec honorent vultum potentis.*

Leuit. 19. 15.

2. Deus cur omnibus indiscriminatim præcepit vllius personam accipere.

Lorin.

3. Homines proni ad vitium acceptionis personarũ.

Ambros.

Quod præceptum ita cordi Moysi fixum extitit, vt statim ac super populum Tribunos, Centuriones, Decanosque constituisset, licèt ipsi optimi ex vniuersa illa multitudine, melioresque extarent; tamen illicò ac eos constituit, sic eis indixit, præcepitque, Deut. 1. num. 16. *Audite illos*, populum scilicet, *& quod iustum est, iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Notanda postrema verba, *quia Dei iudicium est.* Iudicat Princeps, non ex persona sua, sed Dei: nam Deus est, qui omne habet iudicium, cui stat omnis creatura, cui omnia debentur, quia, vt inquit Interlin. in illud Leuit. vbi supra, *Nemo potentior Deo, cuius est iudicium, cuius personam gerit iudex in iudicãdo.* ille prouidit Principem ad iudicandum: nam cùm in hoc statu immediatè gubernare nolit, suauiter omnia disponens homines per homines sui similes vult vt gubernentur, & ideo neque per Angelos immediatè eos gubernat, sed externum hominibus tribuit principatum, suos eos vicarios in iudicando constituens, vt inquit Glossa hîc. Ex quo fit, vt non ex sua persona, sed ex persona Dei assistat in iudicio Princeps. Quod iudicium ideo Dei dicitur, quia id, de quo ibi agitur, id, de quo ibi tractatur, id de quo discurritur, si ipse immediatè vellet gubernare, ad ipsum pertineret, suum esset, decisio ad ipsum spectaret: vnde tam homines, qui ad iudicium conueniunt, quàm res eorum quando coram iudicio sistuntur, non equidem coram humano, sed diuino apparent iudicio, licèt homo, Princepsque humanus loco iudicis præsideat, Principisque diuini. Hinc fit, quòd cùm tale iudicium Dei sit, iustum in eo cognoscere, incorruptumque se in illo hominem seruare, non virium sit humanarum, sed gratiæ diuinæ, vt rectè inquit Procopius hîc: *Nosse ipsum iustum, non humanarum virium est*, ait, *sed discitur ex inspiratione diuina, & lege. Præterea eiusdem Dei munus est, posse obseruare iustum, vt nec gratiâ, vel misericordia corrumparis.* Dei ergo cùm sit iudicium, quod Princeps erga suos exercet subditos, fit vt grauiter offendat Deum non iustè iudicans, tum quia rectum non exercet iudicium actiuum, vt sic dicam, quod ipse exercere debebat, tum quia dedecore afficit iudicium Dei passiuum, & materiale, iniustè diiudicans homines, qui ad illud conueniunt.

4. Rectitudo, & æqualitas in iudicio quantũ Moysi cordi.

Deut. 1, 16

5. Princeps cur rectus debet esse in iudicio.

Inter.

6. Principis iudicium erga subditos cur Dei dicatur.

Procop.

7. Ad rectum iudicium ferendum, gratia est necessaria diuina.

Dixi grauiter Deum offendere Principem non rectè iudicantem, quia cum populus Principis sententiam non reputat hominis, sed Dei, iuxta illud Moysis Iethro respondentis quærenti quid vellet populus ab eo, *Venit ad me*, inquit, *populus quærens sententiam Dei* Exod. 18. num. 15. vel vt Hebr. *quærens Deum*, aut vt Chald. *quærens doctrinam à Deo*, vel vt Septuag. *quærens iudicium à Deo*, quæ omnia plane significant, in illo actu, sic populum

8. Ratio cur grauiter Deum offẽdant Principes quãdo rectum non exercent iudicium.

Ex. 5. 18. 1
Heb.
Chald.
Sept.

Moysem respexisse, ac si non homo, sed ipse Deus esset, & sic eius sententiam, non hominis, sed Dei esse, & non immeritò, nam ipsemet Moyses illud

9.
Moyses cur voluit Deus vt animaduerteretur à Gentili.

reputabat, Deum scilicet se in illo esse actu; vnde ne in aliquam caderet superbiam, hominemque se esse reminisceretur, voluit Deus, vt etsi Sanctus, etsi Spiritu sancto plenus, ab alienigena reprehenderetur, vt egregiè adnotauit Augustin. q. 68. in Exod. *Prima quæstio est*, inquit, *cur Deus famulum suum, cum quo talia, & tanta loquebatur, ab alienigena passus est admoneri? in quo Scriptura nos admonet, per quemlibet detur consilium veritatis, non debere contemni; videndum etiam, ne fortè ibi voluerit Deus ab alienigena moneri Moysen, vbi posset tentari superbia, sedebat enim in iudiciaria sublimitate solus, vniuerso populo stãte.*

August.

Sedebat vti Deus, populus stabat vti homo, Deus ergo in illo actiuè iudicium exercebat, illum illuminans, gubernans, ac dirigens, vt optimè idem dixit August.

10.
Quomodo leges & præcepta Dei populo ostendebat, etsi adhuc non extabant.
Idem.

super illa Moysi verba, *Cùmque acciderit eis aliqua disceptatio, veniant ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & legis eius.* Vbi dubitans Augustinus quomodò præcepta, legesque Dei populo ostendere poterat Moyses, si adhuc non extabant? Cui respondẽs dubitationi, ait, illud de æterna intelligendum lege, ac de interna Dei in mente Moysis præsidentia: *Quæri potest*, inquit, *quomodò illud Moyses dixit, cùm lex Dei nulla esset scripta, nisi quia lex Dei sempiterna est, quam consulunt omnes piè viuentes, vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetent, secundùm quod illa incommutabilis veritas præcepit: namquid enim Moyses, quamuis cum illo loqueretur Deus, per singula credendum est, quòd consulere soleret Dominum? si quid esset in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in iudicandi negotio à mane vsque ad vesperam detinebat, & tamen nisi præsidentem menti suæ Dominum consuleret, & legem æternam attenderet, iustè iudicare non posset.*

11.
Lex Dei æterna est, & quomodo.

Iustè iudicabat, quia Deum in ipso residentem aspiciebat, foras eam pronuntians sententiam quam priùs Deus in eius intonauerat mente: vnde Deus erat, qui iudicabat, ipse, qui per Moysem actiuum exercebat iudicium, quòd cùm Princeps peruertit, personam acceptans, grauissimè Deum offendens, summo illud afficit (vt sic dicam) dedecore, quia dum eius sententia, Dei est sententia, acceptans ipse personam, efficit, vt quodammodò etiam Deus personarum iudicetur acceptor: res sic illi ingrata, vt ne talem subiret calumniam, in Scripturis personarum acceptatorem ipsum non esse non semel, sed millies voluit prædicari.

12.
Deus summopere detestatur, vt acceptor dicatur personarum.

Circumcidite, ait Moyses populo, Deut. 10. num. 16. *præputium cordis vestri, & ceruicem vestram, ne induretis amplius:* cur hoc? *Quia Dominus Deus vester, ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, neque munera, facit iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum, & vestitum.* Et Eliu cum Iob loquens, reprehendens eum, licèt immeritò, quasi quòd de iudicio Deum inculparet, sic ei inclamat, Iob. 34. num. 17. *Et quomodo tu, eum, qui iustus est, in tantum cõdemnas, qui dicit Regi Apostata, qui vocat Duces impios, qui non accipit personam Principum, nec cognouit tyrannum, cùm disceptaret contra pauperem, opus enim manuum eius sunt vniuersi.* In quibus postremis verbis, assignat rationem, cur in Deo

Deut. 10. num. 16.
Iob. 34. 17.

13.
Cur in illo personarũ acceptio cadere non potest.

personarum cadere non possit acceptio, nam cùm hæc aut ex timore, aut ex reuerentia, aut ex cognitione alicuius originetur superioritatis in aliquo, cùm enim omnia & omnes, tam diues, quàm pauper, tam Princeps, quàm priuatus, tam Rex, quàm subditus, à Deo creata sint, & ipse sit dominus, factorque omnium, à quo cuncta omnes acceperũt: hinc euenit, vt nullum timeat, nullum expauescat, ac reuereatur, nullumque cognoscat superiorem. Ex quo fit, vt qui tale vitium Deo impingit, cum in essentialibus offendat, & tantum sit Deum personarum constituere acceptatorem, quantum hominibus subditum, illis minorem, non creatorem, non dominum supremum, ac per consequens nec Deũ. Vt semel appareat, quantum illum inhonorant, qui in causa sunt vt acceptator personarum ab hominibus credatur, licèt falsò, ignoranterque.

14.
Quantum eum offendant qui in causa sunt, vt personarum acceptor iudicetur.

Quapropter de hoc admonens Iesus Sidrac homines, Eccl. cap. 35. sic ait, *Noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam Dominus iudex est, & non est apud illum gloria personæ.* Optimè dictum, *non est apud illum gloria personæ*, quasi diceret, non est sicut homo, qui exteriorem gloriam respiciens, ab illa, aut timorem, ac respectum accipit, vnde acceptat, & distinguit inter personam & personam: non sic Deus: nam *non est apud illum*, id est non apparet coram illo, non videt, non respicit non computatur ante illum *gloria personæ*. Ex quo sequitur, quòd *non accipiet Dominus personam in pauperem*, id est in damnum, & iniustitiam pauperis, *immò deprecationem læsi exaudiet, non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus.* Quam rem eleganter etiam explicat noster Sapiens infra cap. 6. num. 8. dum persuadens Regibus iudicium durissimum cum ipsis Deum acturum, addit rationem, quia non est cur illud non agat, cùm nullius respiciat, nec timeat personam, *Non enim*, inquit, *subtrahit cuiusquam personam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.* Non est ergo Deus acceptor personarum, vt inquit Apostol. ad Rom. 2. 11. æquè omnes iudicat, æquè omnes remunerat, æque Iudæum castigat, atque Gentilem, æquè nobilem ad munus vocat, ac ignobilem: *Seruient Regi Babylonis septuaginta annis*, Hierem. 25. num. 21. de Hebræis dixit sententia Dei, *& in obliuione eris, ô Tyre, septuaginta annis*, per Is. 23. num. 15. Iustitia definit diuina, æquè Hebræos, ac Tyros iudicans, æque iustitiam administrans nullius respectans personam, frænans, vt inquit Theodoret. *Deus Iudæorum superbiam, nã quod tempus præfiniuit vastitati Hierosolymæ, idẽ præfinit & vastitati Tyri, idem enim Iudæorum, & Gentium est Deus.* Quam summam Dei iustitiæ æquitatem, non solùm in vindicando, sed etiam in honorando, ad munusque assumendo obseruauit Rabanus, dum ad tabernaculum construendum, duos præfecit artifices, Beseleel & Ooliab, illum de tribu regali Iuda, Exod. 35. num. 30. hunc de ancillari Dan, ibid. num. 34. *Notandum*, inquit Rabanus, *quòd non solum de tribu Regali, sed qui de ancilla natus est, ad magisterium operum Dei electus fuit, quia etiam ignobiles ad dignitatem, & regimen Ecclesiæ eliguntur, non enim est personarum acceptor Deus*, immo odit, abominatque hoc vitium: vnde validè, acriterque insurget contra illum, qui vt talem eum reputare facit, vti est Princeps, quã-

Eccl. 35. 16.

15.
Cur personam non accipiet, nec acceptare potest.

Sap. 6. 8.
Apost. ad Rom. 2. 11.

16.
Æque nobiles, ac ignobiles diiudicat.
Hier. 25. 21.
Is. 23. 15.
Theod.

17.
Æq. nobiles, & ignobiles, ad honores assumit.
Raban.
Exod. 35. num. 30.
Ib. n. 34.

18.
Ignobiles ad munia Ecclesiastica etiam eligendi.

do noo rectè iudicat, nec dispensat, quando accipit personam, ex quo peccato fit, vt auferat ei Regnũ, immo & vitam.

19. *Deus regnũ & vitam auferet à Principe, qui personam accepiat, nec rectè diiudicat.*

Dan. 5. 18

O Rex, inquit Daniel 5. num. 18. ad Balthasar, *Deus Altissimus, regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiam, quam dederat ei, vniuersi populi, tribus, & linguæ tremebant, & metuebant eum.* En ad quantam gloriam, ad quantam potentiam, ad quantam euexerat hunc Deus maiestatem. Sed quia eleuatum cor eius Deum nõ recognouit, nec eius fecit iudicium, audi quæ sequuntur: *Depositus est de solio Regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus est, sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius, fœnum quoque, vt bos, comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est.* En ad qualem statum, ad qualem ignominiam, ad quantam deiecit eu o Deus abiectionem, regnum, magnificentiam, gloriam, honoremque ab eo abstulit seruiebant ei, ac eum populi, tribus metuebant, & linguæ, ab omnibus istis eiectus, spretus, contemptus, ita vt bestiis dignus reputaretur, cum illis viuebat, immò ad instar illarum se sustentabat. Cur quæso tam durè hunc Deus flagellauit? videtur hoc Danielem dixisse, scilicet *quando eleuatum fuit cor eius, & spiritus illius obfirmatus ob superbiam.* Benè, sed amplius quid postulo, hoc est, in quo talis consistebat superbia, quæ tale, ac tantum Dei meruit supplicium? Sanè si perquiras inuenies in æstimatione suæ altitudinis, nullam recognoscens iustitiá nisi suam absolutam voluntatem, ita vt sine delectu, sine iudicio, sine Dei timore, dominus vitæ esset, hominumque mortis. sic vt nullum respiciens ius, illos honorabat, illos occidebat, illos exaltabat, quos vellet, nullam rectam iustitiam, nullumque fas cuique administrans, *quos volebat, interficiebat,* dixit Daniel, *& quos volebat, percutiebat, & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat.* Perquire iustitiam in istis verbis, nullam inuenies, nisi voluntatem absolutam, accipiens personas, non merita, occidens insontes, liberans peccatores, exaltans indignos, opprimens dignos, sine iustitia, sine Dei timore, reputans se Deum. Quid ergo mirum, si eiecit eum Deus, si humiliauit, si abstulit ab eo Regnum, si inter bestias eum posuit, si fecit, vt fœnũ, sicut bos, comederet, etsi vt tunc in iudicium superbus iste incideret, quando se Deum esse amplius æstimabat? *Cum adhuc sermo esset in ore regis,* inquit Hieronymus hic, *vox de cælo venit, & arrogans gloriatio statim punitur à Deo, & per superbiam perdidit regnum, quod ob eleemosynas fuerat reseruatum.*

20. *Nabuchodonosor in ... exp... & cur tam terribile.*

21. *Nabuchodon peccatum personarum acceptio, & superbia.*

Hieron.

Attendant hoc Principes, attendant quibus datum est iudicare, & iudicium exercere, pertimescant Dei iudicium iudices terræ, qui sedent in throno, qui dij reputantur in terris, *quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersa terra Rex imperat seruienti.* Ecclef. 1. num. 1. dixit Rex iste Sapientissimus. Vbi notanda sunt vltima verba, in quibus pro Rege Deus intelligi debet, vt cum Hieronymo intelligunt Bonauent. Nicolaus, Hugo, & recentiores, estque sensus cum Vulgata planus, & sincerus, & si obscurum varietas eum reddiderit lectionum, scilicet, non mirandum, neque insuper tristandum, si viderimus calumnias egenorum, violenta iudicia, & iustitiam subuerti ab inferioribus iudi-

Ecc. 1. n. 1

Hieron. *Bonaũ.* *Nicol.* *Hugo.*

22. *In falsis iudicijs & op-*

A cibus, nullam administrantes iustitiam excelsiores, hoc est ipsi Reges, ipsique tyranni: nam tali oppresso, iniuriatoque, & qui nunc seruit, Rex adest, qui cùm vniuersæ sit Rex terræ, & per consequens tyrannorum ac Principum supremorum, eorum acta rescindet, iniustitias absoluet, ac iniquam dissoluet sententiam, eos castigans, ac puniens, egenorum, pupillorumque iudicium, vti æquus diiudicans iudex, iusti impijque causam discernens, cùm tempus omnis rei aduenerit, iuxta illud, quod supra idem dixerat Sapiens, cap. 3. num. 16. *Videns sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.* Quod videns, non ob id passus est animi deliquium, sed cogitans, quòd omnium iudex esset Deus, se animans, inquit secum sic loquendo, *Et dixi in corde meo; iustum, & impium iudicabit*

pressionibus, vnica pauperum consolatio, Deum supremum esse Regẽ, omnes iudicaturum Reges, & Principes.

C. 3. n. 16.

B *Deus, & tempus omnis rei tunc erit.* Pulchrè, & tẽpus omnis rei tunc erit, non enim dixit alicuius, sed omnis, quia tunc, non per partes, vnum, aut alterum diiudicabit, sed omnia, non solùm iniustitias, sed iustitias, non solùm impium, sed iustum, vt vult Campensis, & Caietanus, vnde ideo hîc Deus non iudicat, quia semel simul omnia iudicabit, quomodo hanc Hieronymus intellexit sententiam, *Quasi* inquit, *diceret Salomon, postea cum corde meo colloquens intellexi, non per partes Deum, & per singulos iudicare, sed in futurum tempus reseruare iudicium, vt omnes pariter iudicentur, non solùm quo ad facta, sed etiam quo ad cogitata,* Vnde Campens. illud, *& tempus omnis rei tunc erit,* interpretatur, hoc est *quæcumque, aut cogitantur nunc, aut fiunt.* Et Regia legit, *omni voluntati, & super omne factum.* Tunc enim iustitias ipsas diiudicans Deus, pro paupere, & vidua, pro orphano, & pupillo stabit, cuius causam agere noluerunt Principes, noluerunt iudi-

23. *Deus in iudicio non solum iniustitias, sed iustitias iudicabit.*

Campens. *Caiet.* *Hieron.*

24. *Cur nunc non iudicat.*

Regia.

C ces, quia erat contra diuitem, aut contra potentem, & vitio iniustitiæ laborantes hominum accipientes personas, aut iustitiam facere noluerunt, impios castigando, aut contra pauperem illam protulerunt. Vnde æqua eos diiudicans lance, trutinaque, nullius accepta persona, pessumdabit illos, ac perdet, quia nempè, malè iudicarunt, pessimèque iustitiam administrarunt, non iustum, sed personas attendentes, in quo summoperè se Deum læsum profitetur.

Enimuerò (vt modo nostro loquar) sic aeris est iniustitiæ sensus, quem personarum acceptio causat, vt nec ipsemet Deus immunis esse videatur ab illo; hoc equidem mihi videre videor in illis, quæ ad Heli mandauit dicere verbis. 1. Reg. 2. num. 29. *Quare calce abiecisti victimam meam, & munera mea quæ præcepi, vt offerrentur in templo, & magis honorasti filios tuos quàm me?* Notandum verbum

25. *Iniustitiæ dolor sic aeris & cõmunis, vt nec Deus videtur ab illo immunis.*

D illud *magis*, non quæstus est de honore, sed de maiori honore, de iustitiæ inæqualitate, ipse erat Deus, ad ipsum iure pertinebant primitiæ, ipse in Sacerdotem eum assumpserat, lex requirebat, vt primitiæ Dei essent, non filiorum eius; at ipse personam accipiens filiorum, magis quàm Dei, iniustitiæ cõmittens peccatum, magis honorauit filios suos, præferens filiorum honorem Dei honori, dum ne apud populum dehonorarentur, eorum cooperiens vitia, eos non arguebat, neque eorum in publicum traducebat peccata, non puniens eos, ne Sacerdotalibus lucris, emolumentisque spoliaret. Quod dixit D. Gregor. in priori huius loci commentatio; *Magis,* inquit, *quàm Deum filios honorauit, quia dum aperta eorum opera contemneret* (hoc est non cura-

1. Reg. 2. 29.

26. *Heli peccatum in quo steterit.*

Greg.

ret, non reuocaret, nec castigaret) *Lucra temporalia iisdem prouidebas*, non consilium rationis, sed animalis sequens. vnde meritò, tam eius, quàm filiorum peccatum, *ad instar calcitrantis in sacrificia describitur*, vt inquit Caiet. quam expositionem videtur ex Diuo desumpsisse Gregorio hîc, dum inquit, *Fera animalia solent sibi adhærentia calce repellere, quia non consilium rationis sequuta sunt, sed impetum feritatis.* Quod durè accipiens Deus, nec talem valens sustinere iniustitiam, abstulit ab Heli Sacerdotium, occidit filios, & tandem ipsum; iniustitiæ paternæ effectus, & simul exemplum, quod dicit, prædicat, & prædicit, cum iniustitia nihil stabile, regnumque amitti violatâ iustitiâ, acceptâq; personâ. Quòd si Deus, in quo sensus nun cadit, durè accipit, quid putas homines sentire, quando talem acceptationem vident?

Caietan.
Gregor.

27. Iacob filiorum odij radix contra Ioseph, ex acceptatione eius personæ.

Perquire odij radicem, quod filij Iacob contra fratrem contraxerunt, & nullam inuenies aliam, nisi patris personæ Iosephi, præ cæteris filiis acceptationem; ob hoc eum vendiderunt, contra eum murmurauerunt, & machinati sunt. Quam acceptationem, tantorum effectricem malorum, benè perpendens in sua Iacob morte, malam eam tunc perspexit fuisse, dum talem nunquam eam æstimauerat in vita, vnde *iniquitatem* eam vocauit, filiis mandans suis, vt post eius mortem, veniam de ea apud Iosephum impetrarent, si locum Gen. 50. nu. 17. cum antiqua Vulgata legi velimus: *Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur*, dixerunt post mortem patris Ioseph fratres eius, *vt hæc tibi, verbis illius diceremus, Obsecro vt obliuiscaris scelerum fratrum suorum, & peccati, atque malitiæ, quā exercuerunt in te, nos quoque oramus, vt seruo Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.* Vbi notandum, omnia hæc verba, ex mandato Iacob, filios pronuntiasse, eisque iniunxisse, vt nomine suo, & eorum veniam peterent, tum ipsorum scelerum, tum eius; eorum nomine Iacob, eius verò ipsorum, vnde aiunt, *Nos quoque oramus*, non ille, *vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.* Quam iniquitatem, nisi illius amoris, quo præ cæteris Iosephum diligebat, illius demonstrationis, ac tandem, illius personæ acceptionis? Ob hoc meritò iniquitatem vocat, quia tantorum fuit causa peccatorum, quam in vita, dum amore tentus malam esse non vidit, moriens postea, & in virtute iam proficiens, iniquitatem iudicauit. Immò, vt hoc dicam, pessimus Cain Dei negauit prouidentiam, immo & aliam vitam, impiè reputans iniustè sacrificium Abelis suo prælatum, Deumque acceptatorem esse personarum: vnde secundum Paraphrastem Chaldaicum Ierosolymitanum in cap. Gen. quartum, in campo sic cum fratre affatus, *Non est iudicium, nec iudex, nec seculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impijs, nec Dei misericordia creatus est mundus, eo quod suscepta est oblatio tua.* Vt semel videas, quantus sit doloris ex acceptione personarum sensus, vt principium extiterit hæresum, & totalis hominis ruinæ.

28. Quando eam Iacob malam fuisse perspexit.
Gen. 50. 17.

Enimuerò plenæ sunt prophanæ historiæ mortis, occisionumque Regum, & Principum, ob talem personarum acceptionem, quas singulas retexere tædium quidem esset, ac fastidium, sufficiet tantùm nobis duo afferre exempla, vnum ex prophanis, alterum ex diuinis.

Quis quæso, occidit Philippum Alexandri patrem, nonne iustitia violata, acceptioque personarum? à Pausania enim occisus, dum contra Attalum, iustitiam ei facere recusasset, *qui*, vt inquit Curtius, lib. 1. *induci non potuit, vt contra Attalum noceret, ob magnam familiaritatem, & quod eius operâ tunc vteretur.* Accepit personam, iustitiam exercere noluit, abstulit Deus ab eo regnum & vitam, Deus inquam; nam occidit eum Pausanias, dum medius inter duos incederet Alexandros, filium nempe, cognatumque: quis enim putaret tūc securissimum non stare Philippum? at tunc minùs securus, quia minùs iustus, & tunc occisus, quando etsi hominibus, non tamen iustitia, virtuteque stipatus.

Curtius.

29. Exempla mortis eorum regum qui acceptatores fuerunt personarū.

Sed quid, nonne Sennacherib, vt narrat Scriptura, à filiis suis occisus? 4. Reg. 19. 35. quia, vt inquiunt Doctores, præferre vnum filium voluit cæteris; vbi notandum, non abstulisse ab hoc impio Deum vitam, & regnum, quando contra ipsum, impiè, superbè, scelestéque locutus, eum blasphemauit, sed tunc, quando non æqua lance, trutinaque ponderans iustitiam, filium minorem, maioribus præferre intentabat, indicium equidem clarum, quantum Deus ab iniustitia Regum, qui personas accipiunt, offenditur, quantumque sint hæc duo coniuncta, acceptio personæ in Principe, priuatioque regni.

4. Reg. 19. 35.

30. Sennacherib Regem quando Deus occidit.

Quod peccatum sic Deus abhorret, vt cùm in Scripturis nil aliud legamus Deo magis cordi esse, quàm defensionem, pauperisque protectionem, ob quod millies illud inculcat, vt videre est in ipsis; tamen ne quis deciperetur, ob hoc, falsòque intelligeret, ipsum æquam iustitiam in causa diuitis contra pauperem teneri non velle, specialiùs hoc animaduertit, & mandat. Vnde Exod. 23. nu. 3. claris, distinctisque verbis præcipiens, ait: *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies, pauperis quoque non misereberis in iudicio*, seu, vt legit Caietanus, *Pauperem non pulchri facies in lite sua*, vbi notandum verbum illud *quoque*, emphasim quandam habere, quasi diceret Deus, in tantum desidero, & volo, te rectam, æquamque iustitiam exercere: vt etiam, si necesse sit, contra pauperem, quem ego tantopere tibi commendaui illam pronuntiare; volo vt illam pronunties, edicasque, nullamque illius, dum actum iustitiæ exerces, misericordiam habeas, sed æquâ illam tenens lance, sic contra illum, ac contra diuitem sententiam proferas. Quod benè Augustin. q. 88. in Exod. ponderans, dixit, *Bona est misericordia, sed non debet esse contra iudicium.* Et Hieron. in Ps. 32. super illa verba, *Diligit misericordiam*, inquit, *Quomodo diligit misericordiam? cùm dicat, non misereberis pauperis in iudicio? sensus est, priùs iudica rectum iudicium, & postea subuenias misericordia.* Quod non solùm verbis, sed etiam exemplis confirmauit Dominus: Ystella enim recitat in Exod. 23. num. 4. Chartusianum quendam, nomine, *Fort*, in Cathalonia fuisse, qui dum nimio plus causam cuiusdam iuuaret pauperis, precibus, & verbis contra diuitem, oraculum ipsi ex imagine Crucifixi, ante quam orabat, hodieque dicitur extare in monasterio scalæ Christi, editum esse, *Fort, non placet mihi ista charitas.*

31. Deus contra iustitiā non respicit, nec vt respiciatur vult pauperis persona contra diuitem.
Exo. 23. 3.
Caietan.
August.
Hieron.
Ystella.

32. Exemplo probatur miraculoso.

Quod cùm ita sit, liceat, quæso, nunc sic argumētari. Si ergo aliquis, etiamsi misericordia motus, diuitem non extimescens, pauperis in iudicio acceptat, accipitque personam, Deo displicet, remque ingratam agit, præceptumque frangit: dic mihi, quando non misericordia, sed ambitione, sed cupi-

dirate,ſed auaritia motus,non pauperis,ſed diuitis accipit iudex perſonam,quantum putas,quòd Deũ offendet? accipit perſonam,dixi, aut contra pauperem iudicando,aot iudicium declinando, cùm iudex ſit,ne contra diuitem proferre teneatur ſententiam. Quem ſenſum facit Hebræa lectio in citatis verbis; nam vbi nos legimus, *Pauperis non miſereberis in iudicio*, legit Hebræa, *non declinabis iudicium pauperis in cauſa eius*, hoc eſt non recuſabis eſſe iudea in cauſa pauperis contra diuitem. Quod equidem quàm ſæpè accidat, vt ſcilicet recuſent iudices iudicium pauperis, ne contra diuitem ſententiam proferre teneantur, nemo eſt qui neſciat, immò qui non palpet. Quomodò ergo putabimus hoc Deum dolere,& qualem vindictam ſumet,tum de iudicibus,tum de Principe,qui tales ponit ad iudicandum,tales,inquam,qui inſontes culpant, occiduut,ac perdunt, ſontes verò diſculpant, liberant,ac dimittunt,non ſecus ac impius Achab,qui dum Prophetas Domini trucidat, Regem barbarum,atque infidelem Syriæ *Benadab*,bello victum, abire permittit innoxium. Quam malitiam notauit Theodo. 3. Regum 20. ponderans huius impij perſonarum acceptationem, occidens iuſtos, dimittens iniuſtum,nullam cum benignitate admiſcens iuſtitiam,admiſcendam cum illa ſemper, *Quoniam*,inquit,*cum benignitate miſcenda eſt iuſtitia, iſte autem cùm vſus eſſet ſæuitia aduerſus Prophetas,& eos ſuſtuliſſet,in hoſtem Iſraelis oſtendit manſuetudinem*. Vnde quid mirum,ſi ab eo Deus,& regnum abſtulit,& vitam? Iuſti ergo debent eſſe iudices,iuſtiſſimus Princeps, nullam accipere perſonam,nulliuſque reſpectum,æquè contra omnes iudicare,licèt magni ſint, & alij; & ſic talis iuſtitia erit tanquam galea capiti eius impoſita,illum defendens, ne regnum amittat, protegat perſonam, ne patiatur aliquid mali,cùm pro galea,ſicut Deus, aſſumet iudicium certum,vt inquit noſter Sapiens, *& aſſumet*, &c.

33. Iudices qui iudicium declinant ne contra potentem ſententiam ferant Deũ valde affendunt.

34. Sicut qui nocentes dimittentes,innocentes cõdemnant, vti fecit Achab.

Theod.

35. Ab eo Deus regnum abſtulit, ob acceptationis perſonarum vitium.

Num. 20. *Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

Ioan. 8. nu. 46.

1. Iudici ſanctitas neceſſaria.

Mat. 7. 5.

2. Index,quomodo hypocrita dici poteſt.

Inter.

HÆc vltima ex armis Dei defenſiuis,*æquitas*, ſeu vt Græcè *ſanctitas*,quibus fit,vt eum nemo recuſare poſſit vt indignum. Sic Christus Ioan. 8.nu.46. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Res quippè neceſſariſſima iudici cuiquam, ſine qua, nec rectè,nec iuſtè iudicare poterit,nec ſuum acceptum erit iudicium: nam ſi non Sanctus,ſi non iuſtus iudex,quomodò peccatorem, quomodo iniuſtum arguere,& condemnare poterit? Si enim hypocrita eſt quis accuſans de crimine fratrem ſuum, ſe non conſiderans, iuxtà Domini ſententiam, Matth.7.n.5.quomodo non hypocrita iudex, qui delictis preſſus,eademmet in altero condemnat,& punit? nam licèt cùm hoc ex officio faciat, non ſit peccaminoſus,ſicut ille alter, qui proximum iudicat,iiſdem ipſe grauatus peccatis, nulla officij intercedente ratione, tamen peccaminoſus, quatenus(vt inquit Interl.in illa Matth. verba vbi ſup.) *Hypocrita eijce primùm trabem de oculo tuo, prius redire debet ad cautelam ſui,primùm ſe curans, deinde fratrem.* Quod equidem ipſa poſſit charitas, quando benè ordinatur,immò ipſamet ratio, cùm turpe equidem ſit iiſdem prorſus implicatum nexibus,alium reprehendere velle, illique inſultare. Quem ſenſum(ni fallor)illa faciunt ſancti verba latronis, ſocium Chriſto inſultantem reprehendẽtis,Luc.23.n.40. *Neque tu times Deum*,inquit,*quod in eadem damnatione es; & nos quidem iuſtè: nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit.* Vbi comparatio damnationis, hoc eſt pœnæ, non cum damnatione Phariſæorum, cæterorumque Chriſtum blaſphemantium, neque cum alterius pœna latronis conferenda eſt,vt rectè inquit Maldonat. ſed cum Chriſti pœna. Vnde facit ſenſum, neque tu times Deum,audens hunc reprehendere, cùm in eadem damnatione pœnaque ſis, qua ille, quaſi non eſſes crucifixus ac ille, quaſi eſſes innocens,non perſpiciens te in eadem eſſe pœna, eademque cruce. Et quia ex dictis verbis videbatur quodammodo inferre, Chriſtum peccatorem eſſe, ideo,vt rectè idem animaduertit Maldonatus,præcedentem corrigens ſententiæ ſenſum, addit, *nos quidem iuſtè; nam digna factis recipimus, hic verò nil mali geſſit.* Indignum ergo, iniuſtumque ſanctus iſte reputauit latro,(& equidem meritò) audere Chriſtum reprehendere, ac blaſphemare hominem,qui eadem patiebatur,iiſdemque addictus ob ſua peccata erat pœnis,ac Chriſtus, qui innocens ea ſuſtinebat. Vnde ſimiliter etiam indignum videtur,vt aliquis iudex exiſtat, pœnæ, vitæque mortis arbiter,qui indignus vita, morteque dignus reperitur. Vnde rectè Auguſtin. ſerm. 14. ad fratres in Eremo tom.10. talem requirit iudicem, vt Sol eſſe dicatur,mundique lux: *Non puer*,inquit, *non inſenſatus,vobis præeſſe debet, ſed annoſus, prudens, caſtus,vt Sol,& lux mundi cunctis appareat.* De qua re alibi diximus.

3. Turpe eſt vitium alterius notare, quo ipſemet adnotans laborat.

Luc. 23. 40.

4. Latronis ſancti verba ſocium reprehendentis quo ſenſu accipienda;

Maldon.

Idem.

Auguſt.

5. Index qualis deberet eſſe.

Scutum ergo iudicis inexpugnabile ſanctitas,per quam ſanctitatem,vt benè adnotat Lorinus, pluras virtutes Sapiens intelligit, immò aggregationem omnium. At Carthuſianus intelligit æquitatem Dei in iudicãdo, dum punit citra condignum. Meliùs Lorinus,qui talem Dei æquitatem hic peccatoribus exhibitam,intelligit illius ſufferentiam; hæc erit tunc in iudicio ſcutum contra impiorum murmurationes,nil enim audebunt contra iuſtitiæ Dei muſſitare ſeueritatem,dum tantum eos hîc ſuſtinuit.

Lorin.

Carthuſ.

Lorin.

HOMILIA CIV.

Æquitas,Deique patientia,qua hîc ſuffert, impiumque caſtigat, eius in iudicio ſcutum, quo ora obturabit impiorum.

S*Vmet ſcutum inexpugnabile,æquitatem*, inquit noſter Sapiens. Quam æquitatem? illam nempè,qua hîc ſuffert, impiumque expectat, qua hîc eum præuenit,ne pereat, neque in ſententiam incidat condemnationis, hæc namque Dei erit ſcutum,quo validè ſe contra impiorum proteget murmurationes: vnde contra eum aliquid muſſitare non poterunt, nec valebunt.

1. Dei ſcutum in iudicio cõtra pecc. murmurationes,eius hîc æquitas,& ſuſtinentia.

Enimuerò nihil contra Salomonem, in acri illa obloqui potuerunt iuſtitia,quam poſt mortem patris exercuit, Adoniam, Ioab, Semeumque occidens,

dens, Abiatharque eijciens Sacerdotem, nec vllus eorum de eo conqueri potuit, illumque dicere crudelem, ob patientiam, sufferentiamque erga eos, tã ab ipso quàm à patre exhibitam, sustinuit equidem

2\. Salomonis iustitia cõtra, Adoniã cæterosque delinquentes iusta, nil contra eam mussitare potuerunt delinquentes, & cur. 3. *Reg.* 2. 21.

Adoniam, licèt in vita patris præripere regnum ab eo procurasset, pacificèque viuebat cum illo: at nõ quietus Adonias, immò ex hac extollens se sufferẽtia, contraque Salomonem machinans, impudenter Abisag in coniugẽ postulauit, 3. Reg. 2. 21. Quid ergo mirum, si eum occidit, non amplius illi parcens, dum primo pepercerat; quod equidem non tyrannis, non seueritas, sed regalis fuit iustitia, vt pulchrè adnotauit Theodoret. q. 7. regibus præbẽs exemplum, bis eadem committenti delicta, indulgendum ab eis non esse, sicut ab eo, qui priuatus, qui Princeps non extitit. *Quidam reprehendunt Salomonem*, inquit Theodoret. *quòd fratrem suum occiderit, diuersa est hominum vita: nam alij quidem summum exercent Philosophiam, alij virtutem politicam, & ciuilem, alij Regni, aut Imperatoriã. Oportet ergo vnũquemque examinare ex vita, quam sequitur ratione, non est itaque à Salomone exigenda prophetica, atque Apostolica perfectio, sed ea qua conuenit Regibus*, (notanda verba) *sciebat autem ipsum Adonium affectare tyrannidem, conatus enim erat regnum arripere: in priori ergo sermone ei ignouerat, & salutem dederat, promittente Adonia fore, vt sapienter, & modestè se gereret, postquàm autem petiit patris coniugem, non ei quidem concessit postulatum, vt qui viam strueret ad tyrãnidem, sed eum iussit interfici.*

3\. Reges Principesque bis locuti condonare non debẽt. *Theod.*

4\. A regibus non est exquirenda Apostolica perfectio, & cur, & in quibus.

De se ergo conqueratur Adonias, non de fratre, nam dum eius vti sufferentia nesciuit, benè in iram incidit, dignumque morte se præbuit. Sic etiam nec Ioab conqueri poterat, quia cùm tãto tempore eum sustinuisset Dauid, sanguinem non vindicans innocentem, quem effuderat, sicut nec ipse Salomon, offensionem sibi illatam, dũ Adoniæ in vita patris secutus fuerat partes, hanc paruipendens ipse mansuetudinem, in contumacia persistit cum Adonia, quid ergo mirum si eum occidit Salomon, quidue contra ipsum obmurmurare potuit? Similiter & Abiathar, à quo Sacerdotium abstulit, & ab Hierusalem eiecit, quid contra Regis sententiam obijcere potuit? dum paruipendens, ac ipsum despiciẽs Salomonem, eius subsannabat sufferentiam. Adoniæ sequens partes, nihil sanè. At maledicus Semei, contra quem magis quàm contra cæteros, iustam vindictæ causam habebat ipse Salomon, vt putà pessimus homo, qui pessimè suo maledixerat patri, quid prætendere contra Salomonem poterat, quando eum occidere mandauit, aut quid respondere, quando aduocans eum, eique cõtumaciam, fractionis scilicet mandati, obijciens, dixit, n. 42. *Nonne testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi? quacumque die egressus ieris huc atque illuc, scitò te esse moriturum: Et respondisti mihi, Bonus sermo, quem audiui: quare ergo nõ custodisti iusiurandum Domini, & præceptum, quod præceperam tibi?* In qua re notanda equidem valdè Salomonis mira cum homine isto sufferentia: nam quid mitius poterat ei præcipere, cùm esset homo morte dignus, quã ne ab Hierusalẽ exiret? poterat quidem eũ ab ea expellere, poterat illum in aliquod malum relegare oppidulũ: at noluit, sed tãtùm præcepit, ne ab Hierusalẽ exiret, immò vt commodiùs in ea viueret, vt in ea strueret sibi domum, *ædifica tibi domũ in Hierusalem & habita ibi.* Quid quæso mitius, tãtũ vt ipsemet dixerit: *Bonus sermo.* Cur postea contẽnens, paruipendensque Regem fregit præce-

N. 42.

ptum? sanguis ergo eius super caput eius, nihil dicere potuit, & sic obmutuit, siluit nec verbum est locutus, quia patientia, Salomonisque sufferentia eius obturauit os, alligauit linguam, experiens miser nil lucratum se esse, si repentè non punitus, cùm dum securè patientiam sufferentis spernebat, non effugiebat, sed augebat pœnam, vt egregiè dixit Iosephus, lib. 8. antiquit. c. 2. *Cognoscens Rex Salomon*, ait, *quòd Semei, & mandatum eius, & iusiurãdum spreuisset, grauiter hoc tulit, eoque vocato inquit, non effugies iusiurandi vltionem, sed etiam pro quibus patrem meum fugientem iniuriis affecisti, dabis nunc pœnas, vt agnoscas, quòd nihil lucrantur, qui non repentè pro sua iniustitia puniuntur, sed omnẽ tempore quo se putant nihil patiendo sine timore consistere, crescit eorum pœna, & causa maior efficitur, quia peccasse noscuntur.*

5\. Salomonis patientia erga Semeiũ eiusdem auxit pœnam. *Iosephus.*

6\. Peccatores dum non cito castigantur, non effugiunt, sed augent pœnam.

Sic equidẽ, sic Deus, in extremo illo die, ora obturabit peccatorũ, & obmutescẽt, quia suã ante eorũ oculos sufferentiam ponet, patienter, longanimiterque ferẽs illos licèt millies morte dignos: suffert hîc patiẽter superbos per Adoniã significatos, qui si possibile esset, præripere ab eo regnũ gestiũt: suffert sanguinolentos inuidos, malitiosos, falsiloquos per Ioab descriptos: sustinet malos, & peruersos Sacerdotes, quos Abiathar significat, viros siquidẽ morte dignos: & tandem suffert sustinetque maledicos, peruersosque vt Semei, & hoc non vno, vel altero die, sed per annũ, annorũque curricula. Quid ergo dicemus, ad tantam Dei patientiã, aut quid contra eam mali, peruersique obloqui poterunt, quando summus ille iudex eam illis obijciet? Enimuerò hoc erat illud Pauli ad Rom. 9. nu. 21. quando asserebat nihil contra Deũ obijcere posse impios, alteros saluantẽ, alteros perdentẽ, vnde respondens illorũ cõtra Deum obiectioni, nempè Deum esse iniustum, alteros condẽnantem, alteros vero saluantem, cùm voluntati eius nemo resistere possit, duplici eos cõcludit ratione. Prima ex supremo Dei ducta dominio, vnde ait: *O homo, tu quis es, qui respondes Deo?* Vbi S. Tho. *qui arguit, respondere debet.* Et S. Greg. lib. 9. Mor. 18. *Respondere Deo non posse conuincitur, qui homo nominatur, qui per hoc, quòd de humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus nõ est: nunquid*, sequitur, *dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? aut non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidẽ vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* Certè habet, nec vllam vasi infert iniuriam, cùm omnia ex vna, eadẽque sint materia, vt Sanctus adnotat Tho. nam non vnam materiã habet auri, aliud argenti, aliud luti, sic enim iniuriã faceret, sed cùm omnia ex eadem sint materia, omnia lutea, nulli figulus iniuriam facit, ad libitum vnũ constituẽs vas ad honorẽ, alterũ ad contumeliam. Sic Deus fictor æternus, dũ homines omnes lutei, & ex massa sint dãnata, ait Aposto. superbã impiorũ tundes arrogantiã, nulli iniuriam facit, hũc condẽnans, alterũ saluans, cùm nulli quidquã debeat, nec quisquã, quòd boni aliquid habeat, cõuenire eũ possit nã si possibile illud esset, nũquã Deus mala illi pro bonis redderet, vt pulchrè grauiterq; simul dixit Aug. c. 23. de gratia & lib. arbit. *Deus*, inquit, *reddit mala pro malis, quia iustus est, bona pro malis, quia bonus est, bona pro bonis, quia bonus est, solũ nõ reddit mala pro bonis, quia iniustus nõ est.* Ergo nulli iniuriã facit, quia nos lutei, infimique, ipse sũmus & excelsus, nos figmẽtũ, ipse figulus quæ est prima Apost. solutio ad argumentũ. Secunda verò. *Quòd si Deus volens ostendere iram, &*

Ad Rom. 9. 22.

7\. Impiorum ratione Deum culpantes, alteros saluãtem, alteros perdentem, vt retundit Paulus. *S. Thom.* *Gregor.*

8\. Homo cur Deo respõdere non potest.

9\. Deus cur nulli infert iniuriam alteros saluans, alios perdens.

August. Deus si alicui deberet prius nunquam illi mala inferret.

notam facere potentiam suam, sustinuit, (signa verba) *in multa patientia, vasa iræ, apta ad interitum, vt ostenderet dinisias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam suam.* Quid contra hæc iustè poterit homo aduersus Deum obijcere? aut quid respondere? supple, inquit Apostolus, vel, tu quis es qui respōdeas Deo, aut quid habes, quòd quæri possis? est enim Aposiopesis, siue reticentia, frequens Apostolo, nihil equidem respondere poterunt,

S. Thom.

11. Omnia creata ordinantur ad ostensionem bonitatis diuinæ.

nam eùm, vt inquit Sanctus Doctor, omnia, quæ condidit Deus, ad ostensionem eius sint condita bonitatis, ideo omnia ad illam ordinantur, & maximè rationales creaturæ. At cùm bonitas diuina tanta, tamque sit magna, vt nullo modo vna sola eam manifestare possit, ideo inquit Sāctus, quòd Deus multis vtitur creaturis, & sic ad ostendendam illam, quam erga suos habet electos, vtitur reprobis,

12. Deus quomodo reprobis vtatur ad ostēsionem gloriæ suæ.

in quibus suam ostendens potentiam, eos subijciendo, & iustitiam in puniendo, maximè ex hac relucent oppositione, *diuitiæ gloriæ suæ,* id est bonitatis, *in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriā.* Sed quomodò, aut quando puniuit? nunquid illico? nunquid subitò post peractum peccatum? non equidem, sed *sustinens,* inquit Apostolus, *in multa patientia, vasa iræ, apta ad interitum,* id est, vt inquit Sanctus Doctor, *Disposita ex se ad malum, & habentia in se aptitudinem ad æternam damnationem.* Ergo hæc talia, & tam iniqua, sustinuit Deus in multa patientia, antequàm castigaret, permittens eis agere, quæ concupiscebant, quæ tandem condēnauit, & interemit, non ante, sed post longam, diuturnamque patientiam, quod cùm facit, quid respondere poterunt quando viderint se condemnatos, eisque Deus hanc suam obijciet patiētiam: non modicam, sed multam, vt inquit Apostol. & sustinentiam suam, non paruam, sed infinitam, quam patientiam, quamque sustinētiam erga malos, peccatoresque exhibitam,

13. Patientia Dei qua peccatores sustinet, eius diuitiæ.

Oregen.

meritò Dei diuitias appellat idem Apostolus hîc cap. 2. n. 4. quam si cognoscere velimus, oculos, vt ad mundi mala erigamus, pulchrè persuadet Origen. *Diuitias bonitatis Dei,* inquit, *ille cognoscere potest, qui considerat, quanta in terris mala quotidie homines gerant, & quomodo penè omnes declinantes, & simul inutiles facti, latam, & spatiosam perditionis ambulant viam; si quis consideret, quanti in Deum quotidie blasphemant, & in cælum extendant linguas suas, iam quid de fraudibus, de sacrilegijs & piaculis dicam?* Quibus dictis,

14. Non contemnenda, quia certam mensuram habet.

Idem.

rectè suadet postea idem Origenes, non talem contemnendam esse patientiam, quia tandem certam, destinatamque obtinet mensuram, *Si quis ergo,* sequitur, *hanc bonitatem Dei, & sustentationem eius, & patientiam contemnit, ignorat, quòd per hæc ad pœnitentiam prouocatur, sed nos non dissoluat hoc, & tardos ad conuersionem faciat, quia rursus patientia eius, & sustentationis certa mensura est.* Nil melius. Certa equidem mēsura est, sed mensura nimia, grandis, multa patienter sustinens, patienterque expectans, non illicò puniens.

15. Dei patientia in sustinendo malos ante diluuium.

Enimuerò præuaricata erat omnis caro, quando Scriptura dixit, quòd *videntes filij Dei, filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* At numquid Deus illicò puniuit? immò videns multiplicatam sic esse malitiam, spatium dedit pœnitentiæ, & quantum spatium? spatium centum viginti annorum. *Eruntque dies illius centum viginti annorum,* Gen. 6. n. 3. En quàm multa Dei patientia; at numquid se emendarunt? audi quid sequitur post assignatum spatium,

Gen. 6, 3.

post tantam Dei patientiam: *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tēpore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra.*

16. Malis vt Dei patientia nocuit ante diluuium, & ex ea peiores fuerunt effecti.

Vide quomodo nihil profuerunt ex Dei patientia, sed magis in malum excreuerunt: nam priùs erant mali, sed postea pessimi, priùs eligebant vxores sine delectu, toti post sensum carnis abeuntes, sed postea ad peccata externa addiderunt interna, & totam ad malum perpetrandum cogitationem, vnde potius eis nocuit, quàm profuit Dei patientia. Quid ergo mirum, si eos postea deleuit, & cùm tanto patienter eos sustulisset tempore, quid in die illo contra Deū obmussitare potuerunt, etiam si repentè super eos venisset, vti venit inūdatio? *Porrò ne videretur in eo esse crudelis,* inquit Hieron. lib. qq. in Gene. to. 3. *quod peccantibus pœnitentiæ locum non dedisset, adiecit, sed erunt dies eorum centum viginti anni, hoc est, habebunt centum viginti annos ad agendam pœnitentiam: at verò, quia pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatiis amputatis, induxit diluuium anno centesimo, agendæ pœnitentiæ destinato.*

Hieron.

17. Deus cur ex tempore pœnitentiæ malis ante diluuium dato, viginti decurtauit annos.

Postremum hoc notandum, viginti enim pœnitentiæ decurtauit annos, quia eorum Deus desperauit pœnitentiam, vnde repentè eis superuenit ruina, contra quam vllo obmussitare potuerunt modo, quia culpâ suâ seram Dei contemnentes patientiam, in grandem eius tandem inciderunt iram.

Similiter, quid contra Deum pertendere poterit impius Pharao, quem (vt inquit Apost. vbi sup. nu. 17.) *In hoc ipso excitauit Deus, vt ostenderet in illo potentiam, & annūciaretur nomen suum in vniuersa terra.*

Apost. vbi sup. num. 17.

Quantum eum sustinuit? quàm multâ patientiâ cum illo vsus est? in cuius animaduersione, plagisque illud mirabile reperitur, nūquam Deum plagam illi immisisse, quin antea eum non admoneret,

18. Pharaoni nunquam plagam immisit quin antea ipsum de ea non admoneret.

immò vt se præueniret, remediaque contra eam adhiberet, vt sup. diximus, hom. 92. vnde ipsemet, qui percutiebat, ipse præueniebat, ipse remedium admouebat, & consulebat: at impius noluit audire durus fuit, restitit, in peius sēper abijt, quid mirum si tandem perijt? *Vas iræ erat Pharao,* inquit Chrysost. ho. 16. in c. 9. Pauli ad Ro. *Dei iram accendens per suam duritiam, Dei enim lenitatem ingentem nactus, melior nequaquam euadebat, sed incorrectus manebat; neque enim Deus quidquam prætermisit eorum, quæ ad illius correctionem, emendationemque facerent, neque ille quidquam amisit eorum, quæ ipsum perderent, omnique venia priuarent.*

Chrysost.

Quod cùm dixisset Sanctus, addit, Deum benè talem futurum sciuisse Pharaonem; tamen patienter sustinuisse eum, immò & beneficasse, non alio fine, nisi vt multam suam ostēderet patientiam: vnde sequitur, *Sed tamen cùm Deus hæc probè nosset, talit multa cum lenitate, volens ipsum ad pœnitentiam adducere. At verò cùm hac lenitate ipse abuteretur, sed se ad iram præparasset, vsus est illo Deus ad aliorum correptionem per supplicij genus, quo illum affecit, cùm alios ad virtutis studium addictiores, intensioresque reddens, tum suam ipsius patientiam hac ratione spectatam faciens.* Nil melius.

Idem.

19. Dei patientia in quo maximè commendatur.

In nullo enim tantum Dei patientia commendatur, quantum in eo, quòd sciens hominem per illam non profuturum, immò in peius ruiturum, sustinet tamen, & benefacere non desinit.

Certè cùm pertinax petijsset istemet Pharao à Moyse, Ex. 9. n. 18. vt pro illo apud Dominū pro grādine intercederet, vt cessaret, Sanctus promittēs illi

Ex. 9. 18.

Propheta orationem, immò & liberationem, sic dixit: *Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit.* Post quæ addit: *Noui autem, quòd & tu, & serui tui, nec dum timeatis Dominum Deũ.* Mirum, cur rogauit, cur liberationem à plaga spopondit? si sciebat hos Deum non timere? duros esse corde, ac peruersos, populumque non liberaturos? An quia Dei callebat conditionem, quia in multa patientia sustinet vasa iræ, etiamsi sciat in melius illa non euasura. Ideo promisit liberationem, & verba addidit illorum declarantia duritiam, vt ipsimet scirent eos Deum non decipere, ita vt quasi ab illis deceptus putans meliora facturos, moneretur ad eos liberandos sed eos ab illa liberaturum plaga, ob multam suam patientiam, ac bonitatem, ne aliquando vnquam contra eam obloqui possent, ac de nimia conqueri austeritate, seueraque iustitia.

20. Moyses rogauit pro Pharaone, etiam si sciret ipsum in melius non profuturum.

21. Ob hoc pro eis Sanctus orauit Moyses, licèt ab eis timorem sciret abesse Domini, adesse carnis, immò ipsemet Deus, ea sua est bonitas, vt pro eis oraret, interpellaretque, ipsos eum deprecare compellebat per ipsa tonitrua ipsasque grandines, vt adnotat August. in q.q. 35. in Exod. dicens: *De fragore cœli, & grandine exterritus orat Pharao, vnde rogabat Moysen, vt oraret pro eo, confitens iniquitatem suã, & populi sui, sed Moyses alium timorem quærebat, facile enim est pœnam timere, sed non est hoc Deum timere, illo scilicet pietatis timore, de quo Iacob dicit*, Gen. 31. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi.* Timebant ergo, sed non Deum, timebant, sed mala sua, quod licèt Sanctus sciret Propheta, orauit tamen pro ipsis, Dei adaptãs se conditioni, qui, vt inquit Cyrill. Hierosolymit.

21. Dei bonitas compellens Ægyptios, vt Moysen rogarent, vt apud Deum pro ipsis intercederet.

Cyrill.

22. Catechesi 2. de Baptismo, ignoscit etiã denuò peccaturis, quod probat exemplo Achab, cui Deus ignouit, etiamsi ab improbitate sciret ipsum non cessaturum, *non inducam malum in diebus eius*, dixit Dominus Heliæ 3. Reg. 21. n. 29. vbi Cyrillus. *Et quamuis etiam post hanc indulgentiam, iste non erat à sua improbitate cessaturus, remittens tamen Deus ignoscebat, non ignorans quid esset futurum.* Vnde rectè Saluian. lib. 2. de prouid. in Ægyptiorum percussione, non solùm Dei cognoscit iudicium, sed moderationem, atque patiẽtiam, *In Ægypto quippè, ait, non simplex tantùm, sed multiplex constat Dei fuisse iudicium, quotiescumque enim rebellantes Ægyptios percussit, toties iudicauit, sed post ista, quæ diximus, quid secutum est? Israel dimittitur, Pascha celebratur, Aegyptios spoliant, diues abscedit, Pharaonem pœnitet, exercitum contrahit, ad fugientes peruenit, castris iungitur, tenebris separatur, siccatur pelagus, Israel graditur, officiosâ vndarum patientiâ liberatur: Pharao sequitur, mare super eum voluitur, fluctu operiente deletur, puto iam non obscurè in his, quæ acta sunt, Dei esse iudicium, & quidem non iudicium tantùm, sed etiam moderationem atque patientiam, patientia enim fuit, quòd Aegyptij rebellantes sæpè percussi sunt, iudicij, quod contumaces in pertinaces morte damnati.* Nil melius. Vnde in multa sustinens Deus vasa iræ patientia, obmutescere ea facit, sicut in illa omnes obmutescent impij die, omnes inquam, quos Deus similiter ad instar obstinati sustinuit Pharaonis, expectãs, & præueniens eos, immò multò ante malum prædicens futurum, non solùm quando est venturum, sed quando ipse de eo incipit cogitare, ac intra se illud quodammodò fabricare, ita vt eis non solùm ipsum malum, sed ipsasmet suas patefaciat cogitationes, & simul vt sic dicam, modum quo dissipare eas possint, vt foras non exeant, & malum fabricatum, non producant.

22. Deus ignoscit etiam denuo peccaturis.

3. Reg. 21. n. 25.

Saluian.

23. Ægyptios castigando summa est vsus patientia.

24. Peccatorib. ipsis suas patefacit cogitationes de supplicio inferendo, vt se præueniant & effugere malum possint.

Nunc ergo dic viro Iuda, præcepit Deus Ierem. c. 18. n. 11. *& habitatoribus Hierus. dicens. Hæc dicit Dominus, Ecce ego fingo contra vos malum* (notandum verbum) *& cogito contra vos cogitationem, reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra.* Cogitationem interiorem pandit, fictionem manifestat internam. O mira & indicibilis bonitas! & insuper consulit, *vt reuertatur vnusquisque à via sua mala.* Ne foras prodeat cogitatio, quam intus fingebat malam, cõtraque eos terribilem, vnde si vellent, possent eã dissipare, & impedire, ne vlterius procederet, & intus dissiparetur, ob hoc pandit, eamque prædicit, dum adhuc non est formata, nõ obdurata, dum adhuc est in fieri, quia facili negotio eam dissoluere possunt, vix incipient beoefacere, & dissoluta erit, quòd si non faciunt, nec sic, illico castigat, sed sua astrictus bonitate, summo, indicibilique expectat patientia, & longanimitate, vt Sanctus aiebat Pater Machar. ho. 4. *Dominus enim* (suis aiebat, ad pœnitentiam eos animans) *misericordia motus, humaniter expectat, quando conuertantur penitus ad illum, ab omnibus contrariis nos ipsos eximentes, & si enim nos præ multa ignorantia, & stoliditate, ac nequitiæ præoccupatione, à vera vita deflectimus, atque ipsi nobis impedimenta multa accersimus, pœnitentiam verum renuentes, si nihilominus ipse summa erga nos misericordia ductus longanimiter expectat, quando conuersi accedamus ad ipsum, & interiori homine illuminemur, ne confundantur facies nostra in die iudicij.* Quòd si talem, tantamque Dei homines spernunt, contemnuntque patiẽtiam, quid amplius Deus facere, aut quomodò malus de illo conqueri potest? aut quam excusationem, siue accusationem contra Dei pertendet iustitiam? nullam equidem, quia validè Deus sufferentiã, æquitateque sua, contra malos se communiuit, quæ erit tunc in illa die veluti scutum eius impenetrabile, ab impiis vllo modo perforandum. Quapropter optimè, inquit noster Sapiens, *quòd sumet scutum.*

Ierem. 18. 11.

25. Quanta patientia peccatores expectet.

S. Mach.

Nu. 21. *Acuet duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Ad arma procedit Sapiens offensiua, vnde inquit non solùm Deum sumpturum lãceam; sed ad maiorem vindictam, iudiciique extensionẽ, quòd eam *acuet*; satis enim per se Dei ira acuta est, quid ergo quando ipsemet Deus addet ei acumen, & noo solùm iram suam, inquit, quòd Deus acuet, sed simul totus contra insensatos orbis terrarum, vt mox dicemos.

Connexio Capitis.

Duram iram, &c. Alij *dirum*, c. seq. n. 6. durissima dicitur, vtrumque dici potest; dicitur ira Dei dura in iudicij die, quia nulla prece; nulla arte, nullo modo flecti poterit: erit ibi iudiciũ absq; misericordia, vt inquit Iacob, 2. 13. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Vnde Matth. 25. nu. 10. affirmat, sponsum omnino ianuam clausurum, nec vllum agniturum: *Amen dico vobis, nescio vos*: nul-

1. Iudicium Dei durissimum in vltimo die.

Iacob. 2. 13.

Mat. 25. nu. 10.

lum ergo peccatorem ibi cognoscet, vt eius misereatur, sicut modò: vnde inflexibile, durum, ac dirum erit tunc iudicium.

2. Lancea, quid. *Budæus. Petr. Cri. Plin. Gellius.*

In lanceam. Laocea propriè longius telum est, licèt aliquando pro quouis iaculo, seu spiculo accipiatur, vt vult Budæus. De hac re legendus Petrus Crinitus lib. 13. cap. 6. Plinius lib. 7. cap. 56. Æltolio tribuit lanceæ inuentionem, & Gellius lib. 10. cap. 25. affirmat esse telum Thracæ natioois. Acuet ergo Deus contra impios duram iram suam in lanceam, quæ ferit eminus, attingens quæcumque remota, vt inquit Bou. vnde nullum intactum, nihilque inuindicatum relinquet, penetrabit vsque ad intima. *Bona.*

Pugnabit cum illo orbis terrarum, &c. ad vltionem suimet, & vt se liberet à seruitute peccatoris, dum illo vsus contra suum fuit creatorem: *Qui in cunctis delinquimus,* ait Gregor. homil. 35. in Euan. *in cunctis ferimur, vt impleutur quod dicitur; Et pugnabit pro eo orbis terrarum, contra insensatos.* *Greg.*

B

3. Peccatores cur insensati.

Contra insensatos, &c. contra eos scilicet, qui hîc animaduertere noluerunt, nec intelligere, & ideo insensati sunt, & sine sensu prudentiæ in æternum manebunt, & insensati etiam sunt, dum ipsimet sibi ipsis mala creant, ac suis accrescunt peccatis; nã contra illos orbis non pugnaret terrarum, nisi ipsi peccatis suis orbi vt pugnaret ansam dedissent: vnde si terra sterilitate contra impium pugnat non de ipsa egreditur flagellum, sed de hominum peccatis: sic quando Adæ dictum: *Maledicta terra in opere tuo,* Gen. 3. n. 17. ob quod spinas, & tribulos ei productura, non tantùm ipsa illos producebat, quãtum Adæ peccatum à terra eos extorquebat, vt infra dicemus. Nam peccata sunt, quæ è manibus Dei flagellum extorquent, vt feriat, *de humo non egreditur dolor,* inquit Iob, cap. 5. nu. 6. vbi pulchrè Greg. 6. Moral. cap. 6. *Nequaquam pœnu, ait, de ea nascitur creatura, qua Deus percutit, sed de eu proculdubio, quæ peccando vim percussionis extorsit; sic autem orbis terrarum cum Domino contra insensatos pugnat, quando in pœnam delinquentium, & elementorum aduersitas militat.*

4. Peccata sũt causa vt cõtra hominẽ orbis pugnet terrarum. *Gen. 3. 17. Job. 5. 6. Gregor.*

C

5. Fames, sterilitas, terræque cætera infortunia, vnde.

Num. 22. *Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium, exterminabuntur, & ad certum locum insilient.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

DEscriptis armis, describitur nunc à Sapiente pugna, & bellum, quod summus geret Imperator contra impios in die illa iudicij. Vnde ait.

D

Ibunt directè emissiones fulgurum. Græcè, *Ferentur directè iacula fulgurum, & tanquam ab intensissimo arcu nubium ad scopum desiliunt.*

1. Conflagratio in die iudicij an ante, an post illum. *Suarez.*

Ex hoc loco multi conflagrationem deducunt mundi in die iudicij. quæ conflagratio an sit futura ante diem iudicij, vel post, quæstio est inter Doctores. Mihi autem semper placuit illa opinio Suarez tom. 2. disp. 57. sect. 1. qui affirmat, talem ignem futurum statim post omnium hominum resurrectionem, ante aduentum iudicij. in ea quantitate, quæ sufficiens erit ad occupandum taotum locum damnatorum, & ad eorum corpora inuoluenda: vnde sicut electi, statim post resurrectionem transformabuntur, & corpora habebunt gloriosa, dotibusque beatitudinis statim frui incipient; sic pari modo, iusto Dei iudicio, statim ac corpora damnatorum resorgent, illico, & in ipsomet momento, incipient igne torqueti, ac statum damnationis sentire, in quo sicut in resurrectione corporum beatorum, illico Dei relucebit misericordia, sic in resurrectione corporum dãnatorum eius iustitia, ex cuius visione, sicut beatorum augebitur gaudium, sic damnatorum tristitia, dum igne corpora eorum inextinguibili comburentur in omnium præsentia beatorum, in quo miseri inuoluti perpetuam audient damnationis suæ sententiam, qui ignis, post peractum iudicium, augebitur, totum mundum conflagrans & purgans. Vnde ob id maximè non propensus in illam sententiam fui, quæ affirmat, hũc ignem ante iudicij diem venturum, totumque mundum arsurum, vt illum purget fœdatum à peccatoribus. Nam vt benè aduotat idem author, si hoc esset, iterum per resurrectionem fœdaretur malorum, qui blasphemiis suis, & suorum infectione corporum, iterum eum macularét, ac deturparent. Qua opinione etiam saluantur omnia Scripturæ loca. quibus affirmatur, ante iudicium futuram hanc conflagrationem: nam ante iudicium est, dum ante illud incipit, damnatorum conflagrans corpora, & post iudicium perseuerabit, purgans, totumque hunc exurens mundum. Quam conflagrationem intellexisse Sapientem per fulgurum directionem multi autumant.

A

2. Damnatorum in die iudicij misera & flebilis conditio.

B

3. Fulgur Dei admirabilites exprimit potentiam. *Seneca.*

Enimuerò in nullo ita admirabiliter Dei potentia exprimitur, ac in fulgure. in quo eius mirabilis erga Deum obedientia refulget, dum id tantùm, ad quod dirigitur, ferit, & percutit: vnde laudo Senecam lib. 2. q. nat. cap. 25. & 31. dicentem, *Diuinum virtutem fulguri inesse.* Quapropter speciatim se Deus apud Iob laudat de fulguris obedientia, assistentia, & promptitudine, c. 38. 35. *Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus?* vt scilicet iterum repercutiant, ac resiliant quò ille voluerit. Vnde benè antiquitas, & si cæca. Ioui tanquam primo Deo fulgura ascripsit, cum appellans fulminantem, fulgurantem, fulgentem, tonantem. Quam Dei in fulgure potentiam magnificans Eliu, Iob cap. 37. 5. planè confiterur, ob hoc solùm se Deum expauescere, ac peoè cor suum ob pauorem à loco suo se emouere: *Super hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo. Audite auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.* Et infrà, *Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia.* Vnde aliqui volunt, colubrum illum tortuosum, eductum ab obstricante Dei manu, vt inquit Iob, cap. 26. num. 16. fulgur esse, qui dum abruptis nubibus magno fragore exit, videtur à manu Dei obstricante, ac nubes perstringente exire, qui coluber dicitur, dum numquam iodirectum prodit, sed semper tortuosis ambagibus, horribilibusque discurrit, & erigitur.

C

4. In eo diuina adest virtus. *Job 38. 35*

5. Deus de illo gloriatur. *Ibid. 37. 5*

6. Corda concutit hominum. *Idem 26. 16.*

D

7. Coluber cur dicatur à manu Dei eductus. *Scaliger.*

Antiquitas, teste Scaligero in Festum, voce *occisum,* putauit Iouem fulminare iratum cõtra periuros, vel contra eos, qui sacra violabant. Meliùs dicemus uos, si affirmabimus, verum Deum fulminaturum contra sacrorum templorum violatores, quos ignominiosè ejecit Dominus noster facto flagello de funiculis, Ioan. 2. 15. Tacta etiam à fulmine, nefasta, ac malè ominosa sunt habita. sic Plin. lib. 14. cap. 19. & alij.

8. Digni vt eo percutiantur templi Dei violatores. *Joa. 2. 15.*

9. Ab eo tacta nefasta. *Plin.*

[1] *Et tanquam à bene curuato arcu*, &c. Alij legunt A
pro *à bene, habena*: vnde sic exponunt seo legunt,
10. Eius obedientia quanta. *ibunt emissiones fulgurum directè, & tanquam ha-*
bena, id est, ac si regerentur habenis; quæ lectio pul-
chrum facit sensum, ostendit enim potentiam diri-
gentem fulgur, comprimentem, ac ducentem ip-
sum quò vult, non secus, ac si esset equus quidam,
benè edomitus, ac obediens: vnde ideo subdit,

Et ad certum locum exilient, &c. id est, ad certum
scopum, quò Deus iusserit, ita vt nec quadrans au-
deat discedere: sic Exod 9. fulmina Ægyptios per-
Exod. 9. cusserunt, penitus intactis filiis Israël. Quod etiam
ex mirabilibus aliis, quæ passim in fulminibus suc-
11. Effectus eius mirabiles. cedunt, colligi potest, dum in cinerem redigit ouē,
pelle remanente intacta, exhaurit dolium, ipso illæ-
so remanente, fœtum in vtero matris occidit ipsâ
illæsâ, gladium consumit, non attingens vaginam:
Et tandem, vt retulit mihi quidam amicus ocula-
ris testis, in rosario ferteis annulis insetto, consum-
psit annulos, intactis remanentibus granis. B

Num. 23. *Et à petrosa ira, plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. ALia duo tela contra iniquos, grando scilicet,
& aqua, tum maris, tum fluminum, quæ ad
vindictam malorum eleuabuntur contra illos, ita-
vt meritò totus terrarum orbis contra insensatos C
videatur pugnare.

A petrosa ira, &c. id est, à petras iaciente ira;
multoties Deus vindictam sumpsit de inimicis per
Iosue 10. 11. virtutem grandinis, vt de Ægyptiis, & de hostibus
Iob. 38. 22. Iosue 10. num. 11. vnde apud Iob, cap. 38. num. 21. Ex
grandine suam magnificat Deus potentiam, dum
1. Deus sēper per grandines de malis sumpsit vindictam. ei dixit: *Numquid ingressus es thesauros niuis, aut*
thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tem-
pus hostis, in diem pugnæ, & belli?

Glossa Interlinearis, Hugo, & Olkot, intelligunt
Inter. per grandines, dura verba Christi, qui est petra in
Hugo. die iudicij, contra malos. Mysticus sensus, sed pri-
Olkot. mus litteralis, licèt negari non possit, verba tunc iu-
2. Verba Christi in die iudicij contra malos grandines terribiles. dicis, terribiliora, ac duriora grandinibus futura:
vnde non mirum si malos tunc pessumdabunt, ac D
terrebunt omninò.

Flumina concurrent, &c. id est, inundabunt, ob-
ruent, submergent, &c.

Duriter, &c. Præruptè, fortiter, sæuè.

HOMILIA CV.

Creatura huius mundi, acrè contra malos in die iudicij exercebit prælium.

A*Cuet duram iram in lanceam*. Ipsemet Deus,
inquit Sapiens, contra malos, & quasi sola sua
non sufficeret lancea, solaque sua ira, secum orbem
associat terrarum, *qui pugnabit cum illo* contra im-
A pios, scelestosque, quæ pugna, quàm valida, quàm
acris, quàm terribilis sit futura, vix imaginari, nec-
dum exprimi potest, talis vt Redemptor dicat no-
ster, quod præ timore arescent homines, Luc. 21. n. Luc. 21. num. 25.
25. *Erunt signa in Sole, Luna, & stellis, & in terris*
pressura gentium, præ confusione sonitus maris, &
fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & ex-
pectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Rationē-
que hominum ariditatis assignās addit: *Nam vir-*
tutes cælorum mouebuntur, id est stellæ, vt vult Ians. Iansen.
quæ contra impios iratæ pro Domino suo stantes,
in illis diebus non dabunt lucem, variabunt motus,
& aspectus, varios in terram immittentes influxus, 1. Stellę & orbis vt pugnabūt cōtra impios.
ita terribiles, vt per eorum commotionem tota
turbabitur terra, commouebiturque mare, præ cu-
ius confusione, & sonitu arescent homines, nesciē-
tes quò fugere, & vbi stare, quidue facere; nam cir-
ca mare non audebunt, horrendos timentes flu-
B ctus, pauentes impetus, extimescentes sonitum, fre-
mitumque, longè verò ab illo terræmotus, terræ-
que hiatio, fulgura, ventique, & tonitrua, grandi-
nes, ignesque tanta erunt, vt consistere non valen-
tes, præ timore arescent.

Enimuerò vnum tantùm erat illud peccatum,
(si peccatum dici potest) quod Sanctus patrauerat
Ionas; nolebat enim Dei acquiescere iussioni, Dei-
que fugiebat faciem; at per illud, seu, vt melius di-
cam, per illam tantùm imperfectionem, ita Deus
mare turbauit, vt feruescens, tumensque, omnes in
naui, quasi mortuos redderet, *Facta est tempestas*
magna in mari, & nauis periclitabatur conteri, &
timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum
suum. Ion. 2. n. 4. & nisi proiecissent Ionam, omnes Ion. 1. 4.
simul periissent, & tamen vna erat tantùm imper-
C fectio, & sic contra illam mare efferuescebat, vt si-
cut inquit Hieron. in hoc cap. *Malorum tempesta-* 2. Ionæ imperfectio vt punita à Deo.
te, & totius mundi contra se sæuiente naufragio, cō-
pelleretur sentire Deum, & reuerti ad eum, quem fu-
gerat. Quid quæso, quid tunc faciet mare, quando
Dei insurget iussu, non contra vnam vnius homi- Hieron.
nis imperfectionem, & vnius hominis Prophetæ, 3. Mare vt feruescet in die iudicij.
& Sancti; sed contra totam generis humani mas-
sam damnatam, & damnandam? contra impios,
scelestosque, ad Dei, creatorisque sui vindicandum
iniurias; & miseri homines tunc quid facient? quò
fugient? cùm quos non absorbebit terræ tempestas
in illis futura diebus, népè tonitrua, fulgura & grā-
dines maris absorbebit, cùm cōtra eos omnia con-
iurabunt elementa, terra, cælum, mare, & ignis.

Et iustissimè quidem: nam, vt inquit Augustin. August.
D lib. de diligendo Deo, loquens cum illo: *Cùm enim*
peccando à te recederem, non solùm iram tuam pro-
merui, sed & omnem creaturam aduersùm me exci- 4. Orbis terrarum quātatatione contra peccatores pugnat, & quis eum nunc à pugnando retinet.
taui, vt quantum spectat ad meritum meum, ita cō-
moui, vt meritò pro te pugnaret aduersus me totus
orbis terrarum: posset enim terra dicere mihi, nō de-
beo te sustinere, sed potius te absorbere, posset dicere
Sol, non debeo tibi lucere, sed ad vindictam domini,
qui est fons luminis, penitus radios meos tibi abscon-
dere; sic etiam cuncta quæque creatura, ad vlciscen-
dum tantam iniuriam sui creatoris, nisi impetus co-
hiberet ipse, qui non vult mortem peccatoris. Opti-
mè, & postrema ponderanda verba. Cohibet nunc
omnium creaturarum impetus Deus contra pec- 5. Creaturæ in die iudicij quāto impetu ferient peccatorem.
catorem, vim illis inferens, quia non vult mortem
ipsius: at quando tēpus veniet, in quo nō solū velit,
sed desideret omnipotēs pecca. mortē ob quod ele-
uās præceptum creaturis, in vltionem sui eas con-
uertere sinat, quæ per tot millia annorum curricula

vim passæ in peccatorem non irruerint, ingemiscentes,& parturientes, vt inquit Apostol. ad Rom.

Ad Ro. 8. 21.

8. num. 21. *Desiderantes liberari à seruitute corruptionis*. Quomodo tunc irrumpent in illum, quanta vi, quanta efficacia, quanta potentia, quanto desiderio, quanto consensu, ita vt velut ad inuicem condictæ, conuentæque, quod vna non occidet, pessumdet altera.

6. Sibi inuicē ad ferendum inuitabunt, & ent.

Iamque aduenerat vigilia matutina, inquit Scriptura, Exod. 14. num. 24. *& ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum, per columnam ignis,& nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.*

Exod. 14. 24.

7. Ægyptij vt mortui in mare, & si fugerent.

Quod cùm miseri vidissent, Deique cognoscentes manum, potentiamque, fugere, vt fulgurum grandinum, tonitruorumque euaderent tempestatem, attentarunt: *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis*. Sed ad quid miseris talis profuit fuga? nam quos cælestis non mersit tempestas, immersit mare, pessumque dedit aqua: *Fugientibusque Ægyptiis, occurrerunt aqua, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus*, adeo, vt cùm reuertissent, dicat Scriptura, quòd *operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, ita vt nec vnus quidem superfuit ex eis*. En qualis tempestas contra illos,& quomodò miseri, vnam fugientes, incurrerunt in aliam, coniurata contra se habentes elementa, *Terra eos impugnabat*, inquit Origenes homil. 4. in cap. 15. Iosue: *fluuius impugnabat, aer ipse impugnabat, mare absorbebat, totus denique orbis terrarum contra ipsos erat.* Et tamen licèt isti mali essent, vnum tantùm erat eorum peccatum, rebellio scilicet, contraque Deum obstinatio, & licèt mali, non ita, vt omninò totam illam Deus delere decreuisset gentem, sed tantùm regem cùm insequentibus: & tamen sic mare efferbuit, vt suprà omnes eorum se erigens currus, omnemque altitudinem, ita eos absorbuit, vt nec vnus quidem remaneret. Quid ergo faciet, quando contra impios, scelestosque se eriget, qui non Israelem, sed ipsum persecuti sunt Dominum, & quando vindictam, non de iniurijs sumet hominum, sed Dei creatoris sui? *Fugiamus Israelem* inquiunt isti, *quia Dominus pugnat pro eis*. Quid tunc dicent impij, quando Dominus, non pugnabit pro Israele, sed pro se, qui non *in vigilia matutina*, vt ibi, sed *serotina*, fessusiam amplius molem sustinere peccatorum mundi, vt inquit Hieron. lib. 3. in c. 15. Hierem. super illa verba, *laborans rogans*, respiciet *per columna ignis, & nubis*, id est per inflexibilem iustitiam suam, & non amplius per misericordiam. Quid dicent tunc impij, quò fugient? qualis terror? qualis metus apprehendet eos? equidem non mirum, si præ timore exsiccentur.

Origen.

8. Pugna orbis terrarū contra malos erit tam terribil.

Hieron.

Enimuerò volens Deus terrefacere Pharaonem, non autem occidere pro tunc, eius satagens pijssimus Dominus conuersionem, inter cætera portenta, vnum tonitruorum extitit, & grandinum: *Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram, & grando, & ignis mixta ferebantur, tantaque fuit magnitudinis, quanta ante numquā apparuit in vniuersa terra Aegypti, ex quo gens illa condita est*. Exo. 9. 23. Quod prodigium ita terrefecit illum, vt cùm prius pertinacissimus staret, postea aduocans Moysem, Aaronque similiter promittens, dimissionemque spondens Israelis, rogauerit eos, vt orarent pro illo: *Peccaui, etiam nunc Dominus iustus: ego & populus meus impij, orate*

Exo. 9. 23

Dominū, vt desinant tonitrua Dei, & grando, vt dimittam, & nequaquam hic vltra maneatis. Mirū, vt ad talem reduxerint statum tonitrua, fulgura, grādines pertinax cor istius, qui paulò ante dixerat: *Dominum nescio, & Israelem non dimittam*, Pharao durissimus. Meritò admiratur Orig. hom. 3. in Exo. *Tamen proficit verberatus, ante tonitrua Dominum nescit, post tonitrua verberatus, supplicari pro se Dominum rogat.* Ad correptionem ergo illa immisit Deus, non ad destructionem, ad emendationem, non ad consumptionem, vt cognosceretur ipse ad benefaciendum,& non ad destruēdum, & ad vnam tantùm gentem liberandam, non verò ad totum mundum,& tamen talis fuit grando, tantæque magnitudinis, quanta ante nunquam visa, & talia tonitrua, vt cor exterrefacerent durissimum;

Origen.

9. Pharaonis duritia à tonitruis emollita.

Quòd si hoc, qualis erit grādo, qualia tonitrua, qualis illa tempestas, quando Deus secum omnia mūdi aduocabit elementa, non ad hominem emendādum, sed ad destruendum, consumendúque, non vt illum amplius agnoscant benefacturē, & liberatorem, sed destructorem, & vindicem, *& non ad vnā tantùm liberandum gentem*, sed ipsammet creaturā, ab oppressione ab impijs passa scelestisque, qualis tempestas erit, qualis coniuratio elementorum? qualis commotio virtutum? qualis abyssus, & pelagus malorum? nonne meritò homines exsiccabuntur? immò exanimabuntur, vt eleganter cum Angelo loquens Michaele. Sanctiss. Sophro. Archiep. Constantinop. orat. 6. de Angelorum excellentia, malorum horribilium in iudicio futuram congeriem describit. Vnde cum Angelo loquens ait: *O ter sanctissime, summèque amande, & venerande, sacra militia Princeps, & administer Michael, Angelorum Coryphæe, omni cultu, omnique laude, & celebratione dignissime, qui Iudaici populi ductor quondam extitisti, ipsique planam ad meliora, salutique viciniora viam summa fide ostendisti, quique ingenti illa, horrēdaque, ac longè lateque per omnia sonitum spargente tuba olim personaturus es, cuius quidem terribili clangore, qui à sæculo mortui fuerint, ex abditis terra receptaculis resurgent, & terra velut pendula rotata è fundamentis mouebitur, & elementa dissoluentur, & solatro colore perfundetur, & in cilicini sacci modum obscurabitur, & Luna tota in sanguinem conuertetur, & Stella perinde ac grossas, è ficu dum valida vi venti agitatur, è cælo in terram decident, & vniuersus aër, quasi tetris nubibus obductus, in noctem vertetur, & cælum instar libri inuolutum, è medio facesset, & mons omnis, & vallis, & insula, & ciuitas, è sedibus suis emouebuntur, & magnates, & potentes, & duces, & terra iudices, & reliqui populi humiliabuntur, & quòd grauissimorum dolorum, & gemituum, striderumque dentium, ac omne genus suppliciorum tempus iam adesse cernet, præ timore, & horrore, exsiccabuntur, & exterminabuntur.*

S. Sophro.

10. Orbis terrarum cōmotio quāta in die iudicij.

Enimuerò pluens Dominus super Sodomā, Gomorrhāque, sulphur, & ignem. Gen. 19. 14. illas subuertens ciuitates, ita iustus extimuit Loth, vt licèt frater esset Abrahami, quem amicum Dei sciebat, licèt nullius conscium peccati se inueniret, licèt ab Angelis animatus, licèt tandem Segor propter illā solùm non subuersam vidisset, tamen ita timuit, expauit, exterritusque est, vt non audens amplius in ciuitate manere, in montem secedens, ob metum, pauoremque in speluoca se recluserit: *Ascenditque Loth de Segor, & mansit in monte, timuerat enim manere in Segor, & mansit in spelunca, ipse,*

Gen. 19. 14.

& duæ filiæ eius cum eo. Et tamen iustus, Deique amicus. Quid ergo homo faciet peccator? quomodò [illegible]nebit? qualis horror inuadet eum, quando perspi[illegible] ignem de cœlo cadentem, sulphur, & fumum, [illegible]uiam igneam, mareque (vt sic dicam) igneum, [s]uper terram? qualis timor eum apprehendet? cùm sciet se non esse Dei amicum, in cælo habere patronos, non Angelos confortantes, & tantum abesse, vt aliquid per ipsum, eiusque contemplatione saluari possit, quin quòd per illum ipse mundus pereat totus, ac finiat. *Quando, & tenebræ erunt*, vt inquit Chrysostomus homil. 10. in cap. 1. epist. Pauli 2. ad Corinthios, super illa verba, *omnes nos manifestari oportet, & stridor dentium, & vincula insolubilia, & vermis immortalis, & inextinguibilis ignis, & tribulatio, & angustia, & ploratus, & nullus audit,* (attende singula) *& ingemiscimus, & rigamur à doloribus, & nullus attendit, & omnia loca respicimus, & nusquam, qui consoletur.* Quid quæso faciet tunc peccator? ad quem respiciet, cùm non habeat, extimescet, ac præ timore exsiccabitur, & ad maiorem eius miseriam talia videns, mori cupiet, & mori non poterit.

Chrysost. 11. Peccatoris miser status & horribilis in iudicio.

12. Desiderabit mortē, & non inueniet.

Ioan. Apoc. 9. 6.

Audi Ioann. in Apoc. 9. num. 6. hoc prophetantem, mirabiliterque describentem, qui postquam vidisset stellam illam cecidisse in terram, diabolum nempè, & datam ei fuisse abyssi clauem, ipsumque aperuisse, & de ipso produisse fumum, qui & solem, & aërem obscurauit, & de fumo exijsse locustas, quibus data fuit potestas lædendi tantum homines, qui non haberent signum Dei in frontibus suis, sic postea ait, *Et datum est illi*, id est præceptum, *ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque, & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij, cum percutit hominem, & in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* En qualis miseria! vellent mori, ita vt summis diceret montibus clamantes, *cadite super nos, & collibus operite nos.* Luc. 27. num. 30. Attamen isti non cadent, ad maiorem eorum miseriam, nec colles operient eos, ad maiorem reseruati calamitatem, vt scilicet timore, & pauore exsiccentur, videntes contra eos totum orbem pugnare terrarum.

Luc. 27. 30.

Et vidi, inquit Ioann. Apocal. 6. num. 12. *cùm aperuisses sigillum sextum, & ecce terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram, & cælum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt.* En qualis commotio, en qualis tempestas, en qualis pugna aduersus miseros impios, en motio totius orbis (pondera singula) terra pugnabit cum terræmotu, sol auferens lucem, luna ostendens sanguinem, stellæ super ipsum decidendo, cœlum complicando se, & recedendo ab ipso, & tandem montes, & insulæ secum collidendo, seque de suis mouendo locis. Quid ergo deficiet ex orbe, quod non pugnet? qualis pauor tunc erit? qualem timorem hæc incutient? Vnde non mirum, si vt sequitur Ioannes, *Reges terræ, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?* (notanda hæc vltima verba) ipsi namque à montibus petierunt, vt eos absconderent à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, addentesque rationem loquiuntur; *Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum*, Cur ipsorum, & non ipsius? si à facie sedentis, & ab ira agni se abscondere desiderant, *ipsius*, debeirent dicere, & non, *ipsorum*: Sane quia in illa die, non solùm agnus erit, qui pugnabit, & vt noster Sapiens dicit, *Acuet in lanceam duram iram*: sed etiam totus terrarum orbis simul cum illo, ex quorum metu miseri isti abscondentes se in montibus, & collibus, desiderantes, quærentesque mori, non morientur, ad maius eorum malum; Vnde totus orbis armatus, contra illos instructus, cœlum, aër, terra, ignis, mare, & abyssus ita in vindictam creatoris sui tunc insurget, vt præ timore exsiccati, viuentes mortui & moriendo viuentes, dignissimas sui luent sceleris pœnas, & tunc experimento discent, quanto amore creaturæ suo deseruient creatori, cùm in eius obsequium ita se armabunt, iunctæque cum illo, pugnabunt, vt nulla ipsarum sit, quæ ad prælium non exeat, quæ in acie non stet, quæ tela contra istos non immittat insensatos, terra absorbendo eos, & inglutiendo, mare suffocando, ignis consumendo, & cruciando, aër contaminando, & tandem cœlum cadendo super illos, vt meritò dicat noster Sapiens quòd, *totus pugnabit cum illo orbis terrarum.*

Apocal. 6. 12.

13. Quomodo totus pugnabit contra peccatorem orbis terrarum.

Num. 24. *Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos, & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet sedes potentium.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

Aliud telum contra impios, ventus scilicet vehementissimus, & turbo magnus, dispergens, & disperdens illos, quarum plagarum causa sola est iniquitas malèfacientium. *Connexio Capitis.*

Spiritus virtutis, &c. Ventus validus, & vehemens. Hugo, Olkot, & Glossa ordinaria, per spiritum virtutis, intelligunt verba proferenda à Christo in die iudicij, sicut etiam supradixerant. Sensus non reprobandus, quamuis non litteralis, vti dixi. Carthusian. intelligit de Angelis ministris in die iudicij; bonus, sed nec litteralis. Per spiritum ergo virtutis, ventus validus, & vehemens intelligi debet, quo medio, siue quo instrumento sæpè vsus est Deus ad vindictam malorum. Vnde Nahum Propheta 2. num. 3. *Dominus in tempestate, & turbine viæ eius*, & Hieremias 23. num. 19. *Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.* Vide Isa. vlt. nu. 11.

Hugo. Olkot. Glossa ordinar. Carthu.

1. Deus sæpe vento turbauit impios.

Nahum. 1. 3. Hierem. 23. 19. Isa. vlt. n. 1.

Turbo venti, &c. Est *turbo*, ventus procellosus, ac violentus, infernè sursum versus, repentè agi-

2. Turbo quid.

tatus, & reuolutus in gyrum, se circumuoluens, terram, aërem que conturbans, ac vertice quodam circumuoluens ipsos homines, deijciensque eos. Talis erit procella illius diei contra impios, ac peccatores, diuidet, euentilabit, deijciet, ac prosternet miseros, descriptio illorum calamitatis est, quæ ad tale deueniet extremum, vt ad eremum omnis reducatur terra, ad desolationem scilicet, & ad destitutionem omnis auxilij, commercij rerum necessariarum, vtilium, iucundarum, vnde nihil prorsus solatij habebunt.

Ad eremum perducet omnem terram, &c. Desolabitur, in solitudinem rediget, multi per *eremum*, infernum, per *terram*, peccatores intelligunt ad infernum detrudendos in illo vltimo die, Lyranus de terra, elementisque intelligit conflagraturis. Omnium melius Lorinus, qui per eremum intelligit malum quoddam extremum, & vltimum, quo quis fauore, auxilio, commercio, & rebus necessarijs, vtilibus, ac iucundis destituitur, & insuper pro vastitate, & solitudine alicuius prouinciæ, ac regionis, quod malum grande, & vltimum, ait euenire ab iniquitate, & malitia peccatorum: qui sensus verissimus, & litteralis. Pro cuius intelligentia

Lyranus.

Lorinus.

Sciendum, quòd aliqui verba Sapientis intelligunt de tempore huius vitæ, scilicet de vindicta, quam sæpe sumere visus est Deus hîc de impijs, vt patet in signis, & portentis Ægypti. Alij verò de tempore iudicij. At, ni fallor, ad vtrumque respexit Sapiens, ita vt ex vno velit educere aliud, & sic respiciens ad factum Dei contra Ægyptios, educit faciendum contra impios similes, tum hîc, tum in die iudicij, ob quòd verè, sicut iniquitas in causa fuit, vt tota Ægyptus desolaretur cum eorum Rege, & Deus, ac totus terrarum orbis contra ipsum pugnaret; sic eadem iniquitas in alijs existens, idem efficiet nunc, & in hac vita, & in die extremo iudicij. Quo supposito

Verus sensus litteralis erit, *ad eremum*, hoc est ad extremam desolationem terram redigi nunc, & redigendum tunc in die iudicij, ob iniquitatem, & malignitatem hominum peccatorum.

Iniquitas, &c. Hæc est causa tantorum malorum iniquitas, & malignitas peccatorum.

HOMILIA CVI.

Peccata sunt in causa, vt terra desoletur, & destruatur.

ET *ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum*, inquit noster Sapiens: *ad eremum*, id est ad desolationem, ad vastationem, & ad destitutionem omnium rerum perducetur terra, ob impiorum iniquitatem.

Quidni, aut quid hoc mirandum, cùm semper peccata sint causa deuastationis consumptionisque prouinciæ alicuius, aut regni, non pluit & segetes siccantur, peccata sunt in causa; pestis grassatur, peccata illud faciunt, bellum vrget, peccata, dissentionibus, latrocinijsque de-

A solatur terra, & perimitur, peccata sunt tantorum origo malorum; mutantur tempora, & præter naturæ cursum aliud in malum nostrum ... munt. Quid miramur, inquit Basilius hom[il.] octaua, tomo primo, si pondere peccator[um] premimur? *Aspicito quæso*, ait sanctus, *quomo*[do] ... *nostrorum pondus peccatorum, anni, temporumque naturas mutauerit, statutasque semel rerum formas in alia temperamenta deduxerit. Hiems solitum humorem cum sicco non retinuit, sed in glaciem tota abijt, niuis, & pluuijs penitus expers. Vernum tempus alteram quidem sui officij partem ostendit, caliditatem dico, humiditatem verò nullam illi coniunxit. Æstus verò immensus, & frigora naturæ leges prætereuntia, ac in nos, damnumque nostrum coniurata, mortales ad victum, vitaque simul trahunt discrimina.* B *Vnde, fratres, talis rerum temporumque mutatio? an non quoniam fraternitatis charitatem occlusimus? ob hoc campi steriles, quia charitas frigescit?* Optimè; Cœlum mutatur, quia mutantur mores, & dum isti sunt pessimi, pessimum illud, & ad eremum deuenit terra; quia sicut eremus est conscientia impiorum.

[Hom]il. 1. [Tem]pora in peius mutantur ob peccata.

2. Charitate fraterna frigescente, campi steriles redduntur.

Maledicta terra in opere tuo. Genes. 3. num. 17. dixit Deus peccatori Adamo, quem locum exponens Diuus Hieronymus ait, per opus non intelligi debere, *Agros colere, & terram fodere*, sed peccata, vnde Aquila, Pagninus, & Chaldæus, vertunt, *Maledicta terra propter te*, idest, ob peccatum tuum, quod commisisti, vt infra dicemus ex sententia sancti Anastasij Synaitæ. Ideo illa terra, quæ priùs erat benedicta, nunc erit maledicta; illa, quæ priùs flores germinabat, C nunc spinas, & tribulos, illa, quæ priùs absque sudore te sustentabat, nunc cum sudore vultus tui; & tandem illa, quæ priùs erat Dei Paradisus, nunc ad eremum erit reducta ob peccatum tuum, & sic spinas, tribulosque germinabit tibi.

Gen. 3. 17.
Hierony.

Aquila.
Pagninus.
Chalda.

3. Terra maledicta ob peccatum semel tantum patratum.

At nunc quæso attolle considerationem, & mecum recogitando dic; si vnum tantùm peccatum vnius hominis, semel tantum patratum, in quo magnam obtinuit passio partem, sic reduxit terræ statum, vt ex paradiso fieret eremus, & ex regali quadam habitatione, spelunca; quid quæso facient tot, tantaque hominum peccata infinitorum, quæ quotidie patrantur sine numero, & sine Dei respectu? nonne terram ad desolationem reducent, ad vastationem, ad destitutionem, nonne colligent pro pomis spinas, & pro D segetibus tribulos? ex qua collectione confundentur, dum talia se seminasse viderint, taliaque messuisse, tumque fructus illorum dicent illis, quid sunt, & quare sic terra reddidit eis pro tritico spinas. Audi Hieremiam, cap. 12. num. 13. *Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, hæreditatem acceperunt, & non eis proderit.* Ex quo sequitur, *confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini.* Confundemini, id est, vt legit Pagninus, *pudore afficiemini*, velut Vatabl. *pudore suffusi sunt*, confundentur certè, & pudefient, quando contra eorum sensum, æstimationemque terra dicet eis, quales fructus ipsi merentur, & quales illis Deus iratus ob peccata reddit eorum.

4. Peccator à fructibus confunditur terræ.
Hierem. c. 12. 13.

Pagnin.
Vatabl.

O verè magna, & incredibilis vis peccatorum! ô certè infinita eorum malitia! dum sic potentia.

5. Peccatorũ vis ad deuastãdam terrã quanta sit.

validaque sunt, vt licèt vnus ea committat, & hic sit mortuus: tantam tamen Dei merentur iram, vt ob illius demortui peccata terram puniat, deuastet, & desoletur: non valentes viri sancti, Deoque grati, talem impedire deuastationem: *Facta est fames quoque in diebus Dauid*, inquit scriptura 2. Reg. 21. *tribus annis iugiter* Qua inualescente, & nullo modo intermittente, cum iam pœnè omnes deficerent, & terra omninò vastaretur, *Consuluit Dauid Domini oraculum*, vt sciret, vnde, & ex qua causa tantum paterentur malum, & sic terra consumeretur. *Cui Dominus: Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas*, respondit. O mira certè res! non dixit, propter peccata, quæ nunc fiunt, non propter scelera quæ nunc patrantur, non propter homines malos, qui nunc in vita sunt; sed propter Saul, propter hominem iam mortuum, qui in propria persona luerat iam pœnas, & luebat tunc in inferno, propter peccata illius. licèt essent præterita, tamen quia clamabant, desolauit Deus fame terram, & deuastauit eam: & hoc licèt sanctus viueret Dauid. Quidqnælo faciet, & facient peccata viuentium, si tantum possunt peccata mortuorum? & si iam inueterata, & à memoria hominum oblita sic valida existunt, quid poterunt recentia?

2.Reg. 21.

6. Terra deuastatur & fames immittitur propter peccata hominũ, etiam præteritorum iamul.

Chrysost.

Si ergo, inquit Chrysostomus in psalm. 14. *post sexcentos annos Deus iusiurandum vindicauit, & cùm alij iurassent, alij qui iusiurandum violarant, pœnas dederunt, quid patiemur, qui peierámus?* Et si tantum potuit peccatum vnum Saulis, quod contra Gabaonitas commisit, quantum poterunt non vnum, sed infinita peccata. non Saulis, sed Christianorum, cum quibus merito Dominus amplius indignatur? nonnè ad vltimum terram tedigent? nonne ad eremum reducent eam, omninò hominibus destitutam, quia, vt inquit sanctus Pater Macharius hom. 16. *Peccatum est causa, quod homines paralysi laborent, quod mutilati sint, quòd febricitent, ægrotent, & moriantur, illud enim est radix omnium malorum.*

S. Mach.

7. Peccata causa omnium infirmitatum

Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ, inquit Deus per Isaiam Prophetam 5. num. 5. *auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam, non putabitur, & non fodietur, & ascendent vepres, & spina, & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.* En quomodò in desertum, eremumque redacta fuit vinea pulchra, & dilecta. Quòd si rationem quæramus, scireque velimus causam, reperiemus esse, quia expectans Dominus, vt faceret vuas, ipsa autem fecit labruscas. *Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas, quia pro bonis mala reddidit, hoc indicium subijt*, ait Interlin. Ergo peccata fuerunt in causa, vt deuastaret Dominus vineam, & peccata ingratitudinis eorum, qui multum ei debebant, domus nempe Israel, quam expresse nominat Propheta dicens, *& vinea Domini exercituum, domus Israel est.* Idem Deus est nunc, qui erat tunc, hac tantùm differentiâ, quòd nunc plus offenditur, quàm tunc, non solùm plus in grauitate peccatorum, sed plus in circumstantia, qua ipsa patrantur: Nam tunc Deus non factus adhuc homo, sicut nunc, non natus, non mortuus, sicut nunc, vnde: si tantum Deus ex fallacia fructuum, quos dare debebat illa vinea, tunc indignatus; quantum credimus, quòd indignatur nunc,

Isai. 5. 5.

8. Christianorum totius desolationis reitæ.

Interlin.

quando & maiora nobis præstitit, maioraque nobis exhibuit? & si tunc reduxit eam, vt desertum, & ad eremum; quid nunc faciet, cùm non solum quaslibet, sed magnas ferat labruscas?

Enimuerò sic Deus sciendum, quòd peccatum, peccatoremque abhorret obstinatum, vt non solum terram destruet, quando illud patratur, & in qua ipse deget peccator, sed illam etiam, à qua ipse oriundus, in qua natus, educatusque, vt semel non miremur peccata terram destruere cùm & ortus tantùm illa patrantis sufficiens sit ad illam destruendam. Mirum equidem est illud, quod respondet Augustinus libro primo de mirabilibus sacræ scripturæ, soluens obiectionem, quæ contra ipsum fieri poterat, dum dixerat, quòd & si scriptura 3. Regum 17. num. 70. dixisset quòd, *Dominus non pluerat super terram*, pro terra, non omnem, sed tãtum Israeliticam intelligi debere, *Tempore Elia, inquit, vbi annis tribus, & mensibus sex non pluit super terram, hac plaga, vt multi magistri putant, tantum terram Israel castigauerat, sed moris est scripturarum, vt illam prouinciam, de qua dicunt, omnem terram indifferenter nominent.* Cui resolutioni cùm obijceretur, quòd eadem sterilitatis plaga etiam Sydonios tetigerat; sic respondet. *Ne verò quem moueat, quòd hac eadem plaga sterilitatis, & ariditatis, Sydonijs communis fuit cum populo Israel, quia inde Iezabel persecutrix Prophetarum, Sydoniorum Regis filia erat.* Mirum, vt Deus summus, sterilitate, & aquarum consumere etiam voluisset penuria Sydoniorum terram, non peccatis, quæ homines in ipsa existentes patrauerant, sed quæ impia Iezabel, quia à Sydonia oriunda, in terra existens Israelitica operabatur: tantum Deus peccatum, ipsumque abhorret obstinatum peccatorem, vt terram vastet, non solùm quia actu peccata patrantur, sed quia nefandus in illa natus est peccator. Quid ergo miramur (si hoc est) quia terra desoletur, nostrorum pondus peccatorum est in causa, ipsum enim anni, temporumque naturas mutauit. *Cælum nunc, fratres dilectissimi*, Magnus ait Basilius homil. 8. in diuites auaros tomo primo, *videmus solidum, nudum, ac sine nubibus, serenitate sua, & puritate nos contristant, quam ante iam desiderauimus, quando profundis coopertum nubibus, & procellosos nos reddebat, & sole priuabat: terra verò iam exsiccata ad extremam aspectu est horrida, & ad agriculturam sterilis, & infæcunda, deinde ob siccitatem scissa, hiatus patefecit maximos, vt in imis visceribus solis excipiat radios, fontes plurimi, & perennes nos deseruerant, fluminum quoque magnorum cursus desierunt, minutissimi, paruuli pedes illos permeant, & mulieres onusta totos penetrant, & transeunt, nostros quoque multos puteos aqua destituit, ac demum in magnam nos Deus viuendi difficultatem constituit. Discamus ergo, quòd ob auersionem nostram, ac negligentiam, has nobis calamitates inflixit Deus, quia scriptum est Amos 4. Et ego triam meas inm pluuiam ante vindemiatempus à vobis prohibebo, & pluam super ciuitatem vnam, & super ciuitatem vnam non pluam, & pars vna inundabitur, & pars altera, super quam non pluam, arescet: conuenient duæ, aut tres ciuitates vt bibant aquam, & non implebuntur, quia non conuersi estis ad me, dicit Dominus.*

9. Deus terrã ortus peccatoris abhorret, ob quod eam destruit.

August.

3. Reg. 17. 70.

10. Anni tempora ob peccata mutãtur, & siccitas terrã deuastat ob peccata.

Basilius.

Iſa. c. 27. 10. Nec equidem minus ſanctus minatur Iſaias, *Ciuitas*, ait, *munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſertum, ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, & conſumet ſummitatem eius in ſiccitate meſſes illius conterentur.* En fructus peccatorum, en quomodò ad eremum deducunt terram, nec ſanè mirum, nam ſicut peccatores eam peccatis commaculant, fœdantque ſuis, ſic iuſto Dei iudicio fit, vt ipſa in eorum pœnam fœda, inculta, horribiliſque remaneat. Quod quidem eleganter adnotat Origenes homil. 4. in cap. 7. & 8. Exod. in illa aquarum conuerſione in ſanguinem, qua Deus Ægyptios caſtigauit; adnotat enim dignè eis flumen ſanguinem reddidiſſe, ac ſanguine maculaſſe, qui ſanguine ipſum fœdarunt, & Deum dignè in ſanguinem vertiſſe flumen, horridumque illud feciſſe, in ſanguinis pœnam innocentum, quem ipſi perfidè ibi perfuderunt. *Quod aqua fluminum in Ægypto vertantur in ſanguinem, ſatis conuenienter aptatur*, inquit, *vt ie fluuius, qui Hebræorum paruulos crudeli nece tradiderant, authoribus ſceleris poculum ſanguinis redderet, & humorem polluti gurgitis, quem parricidiali cæde maculauerant, potando ſentirent, & hac pœna puniret Deus Ægyptiorum peccata.* Egregiè dictum, *vt poculum ſanguinis redderet, qui ſanguine ipſum fœdarunt*, ac macularunt. Sic certè, quid miramur mala? quid miramur orbem perire? quid miramur, ſi terra non generat, cælum non pluit, aër non lætificat, aqua non inebriat terram? quid ſi regna conſumuntur, & ciuitates deſtruuntur? ſi vbi erant virentes agri, & prata ridentia, fiat inculta, ſiceaque terra, aſpectum horridum, incultumque præ ſe ferens, & pro ſegete, & tritico, tribulos germinent campi, & ſpinas, reddunt enim nobis, quæ nos fecimus illis, peccatis fœdauimus terram, reddere debentes vuas, dedimus ſpinas, quid mirum ſi poculum ſanguinis nobis reddat, qui ſanguine peccatorum eam fœdauimus. Si vineam Domini Sabaoth deſtruimus, animam ſcilicet noſtram, & ex Dei paradiſo eam deſertum reddimus animalium, vitiorumque. quid mirum, ſi Deus in pœnam ſpecioſa deſtruat noſtra, & ad eremum, deſertumque redigat, quam inhabitamus terram? ita vt amplius non habitatio hominum, ſed animalium, non Ciuitas Regum, ſed ſpecus ſit beſtiarum, beſtiarum inquam, non domeſticarum, non pecudum, ſed ſerpentum, ſed leonum, ſed efferatarum, immo & dæmonum.

11. Fundamentalis ratio cur propriè peccatorum ſit terram deſtruere incultamque reddere. Origen.

12. Deus cur aquas in ſanguinem Ægyptijs vertit.

Erige mentis oculos, & ciuitates illas recole grandes, conſidera quid fuerunt, quid nunc ſunt? illas dico, quæ caput quondam fuerunt imperij & orbis, vbi eſt Niniue? vbi Carthago? vbi eſt illa Babylon famoſa & grandis? leonum, immo ſerpentum ob peccata facta ſunt receptacula. Conſidera Babylonem. Attende quanta & qualis fuit, quàm magna, quam ingens, quam copioſa? Audi Hieronymum, libro 5. in cap. 14. Iſaiam. *Herodotus refert*, inquit, *Babylonem fuiſſe potentiſſimam, in campeſtribus per quadrum ſitam, ab angulo vſque ad angulum muri, ſexdecim millia tenuiſſe paſſuum, id eſt ſimul per circuitum quadraginta ſtadia, Arx autem, id eſt capitolium illius vrbis, & turris, qua ædificata eſt poſt diluuium, in altitudine quatuor millium dicitur paſſuum. Deſcribunt templa marmorea, aureas ſtatuas, plateas lapidibus, auroque fulgentes, & multa alia, quæ penè videantur incredibilia.* En qualis erat magnitudo, ac maieſtas ciuitatis, caput imperij Chaldæorum, & domina gentium; vbi eſt nunc? ad quid eam peccata reduxerunt? Attende, quæ ſequitur Hieronymus. *Si liceret*, inquit, *introire barbaras nationes, & videre tanta vrbis extrema veſtigia, videremus poſſeſſiones exitij, & verè completum eſſe, quod nunc Iſaia vocibus canitur, ſcopabo eam in ſcopis terens, exceptis enim muris coctilibus, qui propter beſtias concludendas poſt annos plurimos inſtaurantur, omne in medio ſpatium ſolitudo eſt. vt videas Deum non ſolum in alio ſæculo, ſed in hoc punire acriter peccata.* En quale deſertum eu ad quale reduxerunt peccata exterminium, ciuitatem tam magnam, ſic populatam, tam copioſam.

13. Babylon quàm grandis ciuitas. Hieron.

14. Turris Babel ad quantam altitudinem iam peruenerat.

Idem.

15. Babylon ad qualem ſtatum ob peccata.

Sed ſileat Hieronymus, nihil dicat de hac re ſanctus. Audiamus ipſum Iſaiam cap. 13. qui ore Dei loquens, & de ipſa vaticinans, poſtquàm vocauit eam glorioſam, & inclytam, ſtatum ei prædicit futurum, ad quem ipſam peccata reductura erant num. 19. *Et erit Babylon illa, glorioſa in regnis, ait, inclyta ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham, non habitabitur vſque in finem*, id eſt numquam, & *non fundabitur vſque ad generationem & generationem, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi.* Mirum, vt talis, tantaque ciuitas, ad talem ſtatum deueniat, vt neque ad paſcendos greges apta amplius reperiretur; vnde nec pecudum ſtabulum eſſe potuerit. Cur? quia ſequitur, *Requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi* (id eſt Satyri, aut hirci, aut melius, dæmones ipſi) *ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.* O mira res! ô admirabilis! ô magnum peccatorum pondus! quod ad talem reduxit illam ciuitatem ſtatum, quam Pauſanias appellat maximam earum, quas ſol aſpexit, *Babylon omnium, quas ſol aſpexit vrbium, maxima, iam nihil præter muros reliqui habet.* Quam non ſolum deſtruxit, ciuibus euacuauit, gloria priuauit, ſolo æquauit, ſed nec dignum pecudibus habitaculum reliquit. Vnde redacta in ſpecum fuit beſtiarum, in cauernam leonum, in latebras ſerpentium, & tandem non ſolùm in deſertum, eremumque, ſed in dæmonum habitationem, ſpirituumque infernorum. Quis non admirabitur? quis ex hoc non perpendet, quantam in ſe includant malitiam peccata, dum cauſa talis exiſtunt deſolationis, vaſtationiſque?

Iſa. 3. 19.

Pauſan.

De quo ergo queruntur homines, quid tempora accuſant? cur maledicunt diei? cùm ipſi in cauſa tantorum ſint malorum? *Quicquid in mundo, vel bonorum accidit, vel malorum*, inquit Hieronymus, libro primo in caput primum Prouerbiorum, *non abſque prouidentia, & fortuito caſu accidit, ſed iudicio Dei, terra nunc fertilis non eſt, herba ſiccatur, vix noſce rationem: malitia habitatorum eius hoc faciunt, ita vt animalia ſuper herbam, & volatilia cæli conſumantur, quia in vſum hominum hæc creata ſunt omnia.* Nil melius. Poſtrema attende verba, & perſpicies rationem, cur peccata ſint deſolationis terræ cauſa; hanc equidem Deus ad vſum creauit hominum, ſimul cum omnibus, quæ in ea ſunt; At tu cùm hominem intelligis, intellige homi-

Hieron.

16. Deus cur ob peccata deſtruat terram.

17. Ob peccatorem hominem nil creauit. nem iustum, & sanctum, non verò peccato- A
sem: in vsum enim horum nihil creauit Deus,
immò quando homo ex iusto peccator deuenit,
illico terram maledixit, fœdauit, deturpauit, spi-
nas, & tribulos vt germinaret effecit, tum ob pec-
18. Cur terræ maledixit. catum tunc ab Adamo patratum; tum ob pecca-
cata postea à posteris patranda, vt in illud Genes. 3.
Genes. 3. 17. num. 17. scilicet, *maledicta terra in opere tuo*, san-
ctus Pater Anastasius Synaita libro vndecimo A-
S. Anasta. Synaita. nagogicarum contemplationum in exameron,
ponderauit, adnotans, Deum non maledixisse A-
damo, sicut serpenti, & Caino, sed terræ, & hoc
ob peccata, quæ in illa homo erat patraturus:
Non enim dixit, ait *sicut serpenti, & Caino, male-
dictus tu, sed maledicta terra in operibus tuis, in
operibus inquit tuis, quæ es compactarus terram
adorans, & lapides, & statuas, & eius aquas,
& ignem eius in eam en facies eam maledictam,* B
*in doloribus comedes eam, me inducente siccita-
tem, & sterilitatem, & sæpe famem, ad tuam ca-
stigationem & afflictionem.* Peccante ergo homi-
ne maledicta fuit terra, quæ prius erat in statu illo
manente iustitiæ, benedicta, signum euidens, quòd
summus ille Pater eã non creauerit, vt homo in il-
la viueret peccator, sed vt sanctus, & iustus, ob hoc
statum eam deformem reddidit, quia deformauit
se à priori statu per culpam primus homo; vn-
de sicut eam deturpauit, dum homo se fœdauit,
sic etiam eam pessumdasset, si nulla reformatio-
nis eius adesset spes, nulla sanctitatis præsumptio:
quia sicut nihil ob peccatorem creauit, sic etiam
nihil ob illum conseruat. conseruatio enim, vt
aiunt Philosophi, *quædam continuata creatio est.*
Cùm ergo ob peccatorem nihil conseruet Deus,
sed ob iustum: hinc fit, vt quando videt omnem C
hominem obfirmatum in peccato, & corruptum,
non amplius terram conseruet illam, sed destruat,
& ad nihilum redigat; quia finis, ob quem illam
conseruabat, deficit & perijt. Aquis diluuij ter-
ram destruxit vniuersam, *Quia cuncta cogitatio
cordis humani intenta erat ad malum omni tem-*
Gen. 6. 6. *pore*, Genes. 6. num. 6. *& omnis caro corruperat
viam suam.* Non erat iustus, omnes iniqui. ob
vnum tantùm, qui iustus. sufficiebat arca, pauca
sufficiebant animalia. Reseruentur ergo tantùm,
quæ iusto necessaria, & pereant cætera, quæ illi su-
perflua, simulque pereat mundus, quia iam om-
nes peccatores, omnes mali, omnes iniqui: ob
19. Iudicium finale quãdo adueniet. hoc perijt tunc mundus; ob id etiam finietur, ob id
non erit amplius, neque cœlum, neque terra, quia
completo prædestinatorum sanctorumque nume-
ro, ob quod Deus omnia creauit, non est cur Deus D
amplius ista conseruet; & sic mundus dissoluetur,
simulque omnia, quæ in ipso sunt. Hoc ergo,
quod tunc faciet Deus in toto, facit nunc per par-
tes, quando tale quid exigunt hominis peccata, vt
Hierony. inquit Hieronymus. Et ita si scire desideras, quare
destruuntur imperia & regna? quare desolantur ci-
uitates & campi? scias, quòd propter peccata, di-
cente Sapiente nostro, quòd ad eremum illa dedu-
cuntur propter iniquitates hominum impiorum.
Et ad eremum, &c.

HOMILIA CVII.

Malignitas, Principumque iniquitas, in causa, vt Deus ab eis tollat regnum.

ET *malignitas euertet sedes potentium*, inquit
noster Sapiens, vnde sicut ob peccata homi-
num desolatur terra, vt vidimus, sic ob peccata
Principes amittunt regnum, & ab eis tollit illud
Deus, siue auferendo vitam, siue dum viuunt, in
alium illud conferendo.

B *Si autem nolueris reddere*, dixit Deus Abimelech Gen. 20. 7.
quando ei præcepit vt Abrahamo redderet vxo-
rem, *scito, quod morte morieris tu, & omnia quæ tua
sunt.* Gen. 20. num. 7. Notandum illud, *& omnia,
quæ tua sunt*, quasi enim diceret; ita morieris, vt si-
mul & regnum perdas, quia non remanebunt ex
te filij, & nepotes, qui illud possidere possint. Vnde
transferetur à te, & à domo tua tota; & meritò qui- 1.
dem. nam sicut iter virtutis medium tenens, Rex Iter ad cõseruandum regnum Regium quale.
regia graditur via ad regni conseruationem, vt ele-
ganter dixit Philo libro de creatione Principis, sic
ad dexteram, sinistramque declinans, odio, amore-
que iniustitiam committens, illud amittit, ac per- Philo.
dit *Assequar*, inquit Philo, nempe ex lege diuina,
*vt neutram partem deflectam, velut in æquilibrio
recta regiaque mandatorum diuinorum incedens,
firmis passibus, nec vnquam offensantibus: talem*
C *enim viam Moyses solet appellare regiam, quæ in-
ter defectum, & nimietatem, tramitem tenet me-
dium, quoniam in ternione, quod medium est, princi-
patum habet, vtrique contigua coaptans vinculo in
solubili latera sibi, tanquam regis stipantia.* Vbi ad-
noto, talem viam Moysem dixisse regiam, hoc est
Regis propriam, peculiaremque, ad finem tenden-
tem prætensum, conseruationem nempe regni,
quod dixit Moyses Deut. 17. num. 14. de Rege lo- Deut 17. 14.
quens inaugurando, cui postquam diuinam legem
tradendam decreuit, subdit, *Ne eleuetur cor eius in
superbiam, super fratres suos, neque declinet in par-
tem dexteram, vel sinistram*, hoc est ad vitiorum
extrema, quibus deuius se suaque perdet, vti Abi-
melech, nisi vxorem reddidisset. Et tamen non fuis-
set illud, nisi vnum tantùm peccatum, quo non ob-
stante ob illud vnum, regnum Deus ab illo transtu-
D lisset, simul cum vita. Quid ergo quando peccata
Principum sunt innumera? & qui non solum eri-
piunt vxores, sed res, & vitam?

Enimuerò vnum tantum peccatum, licèt grauis- 2.
simum, fuit illud Dauid adulterij nempè, & ad sum- Dauid nisi pœnituisset propria ei pœna peccati priuatio extitisset regni.
mum duo, adulterij, & homicidij. Et licèt Deus
eum regno non priuasset, quia plorauit, quia pœni-
tuit, quia misericordiam Dei inuocauit, tamen pri-
uauit ad tempus, demonstrans ex facto illo condi-
gnam sui peccati pœnam fore regni priuationem,
nisi ipse plorasset, & misericordiam expostulasset. Gloss. in c.
Non pro seductione, & interfectione sacerdotum eie- 15. 2. Reg.
ctus est Dauid de regno, sed pro adulterio & homici- 3.
dio, Nathan cuncta prædicente, inquit Glossa in Propria peccatorum Principum pœna regni est priuatio.
cap. 15. 2. Reg.

Nec mirum, quòd Deus hoc faciat, & propria
peccatorum Principum pœna sit regni priuatio,

cùm qui malè regunt, in eo quòd malè regant, desinant Reges esse veri, & non nisi Reges sint picti,
Isidorus. aut quasi Reges. *Reges enim, à regendo*, inquit Isidorus lib. 3. de sum. bon. cap. 38. *ideo quilibet rectè*
4. Rex peccãdo nomen amittit Regis. *faciendo. Regis nomen seruat, sed peccando amittit.* Vnde qui malè regit, non verè regit, sed viderur in oculis hominum regere, cùm non regat. *Egressa est*
Dan. 13. 5. *iniquitas de Babylone*, inquit Dan. 13. n. 5. *a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum*: vbi
Hieron. Hierony. *Pulchrè, ait; de presbyteris peccatoribus*
5. Non regit verè, sed videtur regere. *asserit, non qui regebant populum, sed qui videbantur regere: qui enim benè præsunt populo, regunt populum, qui autem tantum nomen habent iudicum, & iniustè præsunt populo, regere videntur populum, magis quàm regunt.* Non regunt ergo dum malè
6. Essentialis ratio, cur statim ac Rex male regit, Deus eum regno priuat, peculiarisque eius talis sit pœna. regunt, dum ignauiter viuunt, dum peruersè. Quid ergo mirum, si auferet Deus ab eis regnum, quod necesse est, vt rectorem habeat, & sine capite consistere non potest? Vnde fit, vt in eo, quo quis Rex incipit peccare, malusque esse, in eo incipiat Deus eũ à regno amouere, & de altero prouidere, qui verè regat. Quapropter licèt in exteriori figura ipse gubernet, iam nõ est Rex coram Deo, nec regnum ipsius, sed alterius, & quicquid ipse agit post talem Dei datam sententiam, nil aliud sit, nisi præparare alteri regnum, & suomet studio se illo priuare.

Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei Dominus, vt esset dux super populum suum, eo quòd non seruaueris, quæ præcepit Dominus, inquit Samuel Sauli 1. Reg. 13. n. 13. vbi aduer-
1. Reg. 13. 13. tendum non dixisse, *quæret*, *sed quæsiuit Dominus virum*, non in futuro, sed in præterito Ad denotan-
7. Saul quando regno priuatus. dum, quòd in eo puncto, quo Saul incepit malus esse, in eo Deus incepit eum priuare regno, & de altero prouidere. Vnde sicut ipse opere compleuit
C
malum, sic Deus in æterno suo consilio actu definiuit sententiam, & quæsiuit virum, ipsammet quasi præueniens malitiam Regis, *Deus Dauid elegit obsequentem*,
Chrysost. inquit Chrysostomus homil. de Dauid & Goliath tom. 1. *& Saulem reprobat contemptorem, Dauid, qui notus populo non erat, promouetur, & Saul qui regnauerat, spernitur: hic ab omnibus ad regnum eligitur, ille à regno ad gladium destinatur, hunc sancta vita promouit, illum mandatorum despectio reprobauit. Dauid adhuc pastor debellat leonem, interficit vrsum, Saul contemnendo Dominum, malum spiritum in se prouocat, regnat Dauid sanctissimus sed latenter: Saul reprobus efficitur euidenter: hic iam Rex est, ille putatur, hic iam obtinet, ille tantummodo dicitur, hic occultam possidet dignitatem, ille habet publicam regni imaginem, à Deo Dauid sancto Spiritu inundatur, Saul verò spiritu isto*
D
deseritur. Nil melius. Vbi notãda sunt singula Chrysostomi verba: sancta Dauid vita, inquit, quòd promouit eum ad regnum, quando mala destinauit Saulem de regno ad gladium; audiant hoc Reges, & contremiscant. Dauid, inquit Chrysostomus, quòd latenter regnabat, dum Saul euidenter reprobus efficiebatur. Quid est euidenter? nisi quod ex illo, quo Deus reprobauit Saulem ne esset rex, talia Deum demonstrasse, sicque postea Saulem regnasse, vt verè, euidenterque omnes intelligerent Deum cum illo non assistere, verè Regem non esse, sic pessum omnia dedit, sic infortunatus in omnibus mãsit, quia, vt inquit Chrysostomus, *videbatur regere, sed non regebat.*

Amittit ergo Saul regnum, quia malus: sic amittent etiam Principes, quando mali, & iustè quidem

A
nam tales non solum non sunt amplius Reges, quando mali, quia non regunt, sed videntur regere, at quid peius, nam venatores sunt, Dei populum venantes, non regentes. Quo semel posito quid mirum si ab eis Deus regnum aufert, etsi propria peccatorum Regis pœna sit, ab eo regnum auferre? Venator quippe est malus Princeps; nam sicut 8. Rex malus venator non Rex.
iste non attendit, nisi ad captandum prædam, ad destruendum terras, per quas transit, ad occidendum, & deprædandum, & tandem ad nihil aliud, quàm ad suum commodum, gustumque sumendum. Sic malus Princeps non respicit regni bonum, sed suum, non bonum subditi, eiusque vtile, sed suum, vnde occidit, destruit, & deprędatur omnia sicut venator. quod cùm ita sit, quid mirum, si Deus eum expellit? *Audite hæc sacerdotes*, inquit *Oseas. 5. 1.*
Oseas ca. 5. nu. 1. *& attendite domus Israel, & domus Regis auribus auscultate, quia vobis iudicium*
B
est. Attende emphaticam locutionem, *quoniam laqueus facti estis speculationi*, hoc est populo, quem regitis, & rectè Hieronymus. *Et verè expansum Tabor.* Quem locum exponens idem sanctus affir- *Hierony.*
mat, Prophetam, Principes malè populum regentes, venatores appellare, omnino à principatu expellendos. *Speculatores*, inquit Propheta, ait Hieronymus, *vos posui, & principes in populo, vt populum regeretis errantem: vos autem facti estis laqueum: & non iam speculatores, & principes, quàm venatores expellendi.* Hinc, non solum regnum, sed no- 9. Inter Reges non computandus.
men, vt diximus, amittunt Regis, immo inter reges annumerationem: quod pulchrè affirmat Rupertus *Rupertus.*
lib. 4. c. 10. dicens: Reges non benè regentes, nomẽ regium non mereri, immo inter Reges computari non debere. Sic Iud 21. nu. 24. dicitur, *quod in diebus* *Iud. 21. 24.*
illis non erat Rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat; & tamen illo tempore gubernabat Heli. Quod aduotans Ruper- *Rupertus.*
tus, ait: *Idem namque est, ac si dicat, qui in diebus istis iudicabat Israel, & si secundum nomen, personãque aliquis erat, secundum rem, meritumque nullus.* Et paulò post, modum eius mortis adnotans affirmat, ideo Heliam retrorsum cadendo interiisse, quia ignauiter, maleque gubernans, indignus sedi- 10. Heli cur retrorsum cadens obiit.
li, indignissimus corona efficiebatur; *Cecidit Heli de sella retrorsum ait, iuxta ostium, & fractis ceruicibus moriendo, palam fecit, quod neque sedile, nec coronam auream meretur habere inter iudices alios.*

Talis sanè erat Nabucho. ille, de quo supra retulimus, qui nõ secus ac venator quidã, absq; delectu, & iustitia, *quos volebat occidebat, & quos volebat exaltabat.* Dan. 5. n. 19. Si enim à venatore petas, *Dan. 5. 19.*
quãdo venatur, cur potius hanc occidit ferã, quã illã, aut cur potius hãc deserit, quã illã? Nil aliud tibi 11. Nabuchodonosor nõ Rex sed venator digno regno priuatus, & in bestiã commutatus.
D
respondere poterit, quàm quòd sic eius fuit voluntas, sic eius tulit beneplacitum. Sic equidem mali Principes, dum malè gubernant, absque ratione, & iudicio, non sunt Principes, non Gubernatores, nõ Rectores, sed venatores, vt inquit Hieronymus, cor *Hieron.*
habentes eleuatum, & ferinum: vnde meritò ab hominibus eiecti, in feras commutantur, regnum amittentes, *quando autem cor eius eleuatum est, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni, & gloria eius ablata est*, inquit Daniel Baltazaro filio eius, nec regnum, & gloria solum, sed à filiis hominum eiectus, *& cor eius cum bestiis positũ est, & cum onagris erat habitatio eius, fœnũ vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est.* O verè condigna peccato eius pœna, ac

iustum

iustum Dei iudicium, ipse enim sic regebat subditos, ac si fuissent animalia quædam ad venationem exposita, & iustus iudex puniuit eum, vt haberetur sicut animal habitando cum illis, comedendo, quæ ipsa comedebant, ipse miser eleuatus in superbiam, vltra hominem se reputans, despiciens cæteros, quasi non esset vnus ex illis, velut bruta & animalia illos imaginabatur, & pensitabat; & Deus iustus iudex eum puniuit mandans, vt ipsemet de se nullam aliam æstimationem haberet, quàm ac si esset animal quoddam, vnde animal se reputans, vt animal viuebat. *Donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium*, ibid. cap. 4. num. 3.

Ibid. c. 4. 3

Pulchrè quidē, capilli creuerunt quasi aquilæ, & vngues quasi auis. Quid per capillos nisi superbas imaginationes, altasque cogitationes, quas miser ille de se habebat? Et quid per vngues, nisi rapinas excessusque, quos in regno contra subditos agebat suos, quasi venator non Rex? Vnde à Hieremia c. 4. n. 7. meritò vocatur *prædo gentiū*, sed tales imaginationes, insanasque cogitationes, Deus in capillos vertit aquilarum, & vngues auium, dum eijciēs eum ab hominibus, & à regno, sic eum humiliauit vt reputaretur quasi purum animal, & animal, non quodcumque, sed rapinæ, exprimens exemplo foris, quod ipse fuerat intus, erat aquila superbiens, magnatumque alarum, vti eum vocauit Ezech. c. 17. nu. 3. habeat pennas & vngues auium, erat animal, ferinum habens cor, *Comedat fœnum vt bos, & rore cæli corpus eius inficiatur*, indignus stabulo, qui antea indignos cæteros reputans, dignissimum se Altissimo æstimabat throno, *Quia elocutione cogitationis, se super omnes extulit*, inquit Magnus Greg. 5. Moral. c. 6. *ipsum, quem communem cum hominibus habuit sensum hominis, amisit*. Et cum sensu regnum, quia sine hominis, verique regis sēsu in illo viuebat, propriam impiorum luens pœnam regum, priuationem nempe regni.

12. Eius superbiā condignitas expēditur
Hier. 4. 7.
Ezech. 17. 3.
Magn. Gregor.

Quid enim quæso regnum à filio scidit Salomonis, nonne patris peccata, 3. Reg. 11. num 11. & licet Deus ipsum non priuauerit regno illico ac peccauit, & simul quòd non totum ab illo abstulit, hoc Dauidis ascribēdum est merito, vt apertè illi Deus, *Verumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, de manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum*. In quibus verbis illud pondero, quòd si Deus Salomonis peccata tantum respexisset, & non merita Dauid patris, condigna pœna fuisset ablatio regni, tum in vita ab illo, tum post mortem à posteris eius, quod si non fecit, ob merita Dauid fuit patris, vt inquit Theod. dum ait, *Quasi diceret Deus, facerem, sed tu quidem habes patrem adiutorem*. Et Chysostom. hom. 42. in Genes. hoc considerans ait: *Dauid, qui vita migrauit, author fit salutis hu*, *qui sua se perdiderunt desidia*. Quapropter reseruatio regni in Salomone, familiaque eius, quædam fuit exceptio illius regulæ vniuersalis, scilicet pœnam Regum peccatorum, malorumque esse regni ablationem.

3. Reg. 11. 11.
13. Deus cur regnum à Salomone non abstulit
Theod.
Chrysost.
14. Priuatio regni sic ordinaria peccatorū regum pœna, & vt

Dixi exceptionem regulæ esse vniuersalis, & meritò: diuinas enim lege historias, sacras perscrutare scripturas, & inuenies, quod vix vnus, immò nullus ioalus fuit Rex, qui aut in vita, aut in posteris eius non fuerit tali mulctatus pœna. Nonne Ieroboami domus destructa ad mingentem parietem, ablatumque à domo eius ob ipsius peccata regnum? *Cumque regnasset Baasa filius Abia, qui occidit Nadab filium Ieroboam, percussit domum Ieroboam, non dimisit nec vnam quidem animam de semine eius, donec deleret eum*, inquit Scriptura, 3. Reg. 15. n. 29. Nonne Ela filius Baasæ, occisus à Zambri, & ablatum ab eo regnum, ob peccata sua, patrisque sui? *Deleuitque Zambri omnem domum Baasa, & non reliquit ex ea mingentem ad parietem*. ibid. c. 16. n. 22. Nonne domus Achab similiter deleta ob peccata ipsius? Et ne longus sim, cæterorum Regum malorum, qui fuerunt in Israel enarrando mortes, excidia, & ruinas, scito omnes simul cum regno vitam amisisse infeliciter, violenterque, vt patet de Zibri 3. Reg. 16. n. 18. Ioas 4. Reg. 11. n. 21. Zachar. ibid. cap. 15. n. 10. Sellum, ibid. n. 14. Phaceia ibid. n. 15. Phacee ibid. n. 30. Amon. 2. Paral. 33. n. 24. & sic de cæteris. Vt semel videas, quàm certum sit, pœnam Regum, qui contra Deum suū peccant, priuationem regni esse, exceptionemque regulæ fuisse vniuersalis, à Salomone eum Deum non excidisse. Vnde ob hoc adnotandum, vt cùm à successoribus Salomonis, Regibus Iuda, Deus regnum non abstulerit, licet peruersi aliqui, & mali; ne aliquis Regum, priuationis regni timorē amitteret, omnesque scirent, exceptionem esse vniuersalis regulæ quod sęper de industria apponit Scriptura, hoc Deum fecisse propter Dauid seruum suum, vt 3. Reg. 15. n. 4. loquens de Abia filio Roboam, qui malus affirmat non abstulisse à domo eius regnum, *Ne periret lucerna Dauid & propter Dauid seruum suum*. Et 4. Reg. 8. 19. assignans rationem, cur Deus non destruxit pessimum Ioram, filium Iosaphat, inquit, quòd propter Dauid seruum suum, *Fecit Ioram quod malum in conspectu Domini, noluit autem Dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum*. Ex quibus locis apertè patet, ita generalem esse regulam priuationem regni à malo Principe, vt cùm in filijs Dauid illa non sit obseruata, necessarium fuerit, vt scriptura peculiarem exprimeret causam, declararetque exceptionem regulæ fuisse generalis.

quando nō tali plectūtur, exceptio fit vniuersalis regulæ.
3. Reg. 15. 29.
Ibid. 16. 21.
3. Reg. 16 18.
4. Reg. 11. 21.
Ibi. 15. 10.
Ibid. 14.
Ibid. 15.
Ibid. 30.
Paral. 2. 33. 24.
15. Regnum cur non ablatum à successoribus Salomonis.
3. Reg. 15. nu. 4.
4. Reg. 8. 19.

Vnde optimè respondit Thales Milesius, vt refert Laërtius in vita ipsius, illis qui ab eo expetiverunt, quid ipsi in mundo videbatur difficilius, quibus ille, *Malum Regem diu viuere*, cùm præter naturam sit, talem diu in regno durare, nam & ipsi subditi eum ferre, & quod maius est, nec ipsemet Deus potest, & sic illum dispergit, destruit, & occidit, sic vita priuauit impium Sisara Iudic. 4. sic pessimum Abimelech. Iudic. 6. sic blasphemum Sennacherib 4. Reg. 19. & tandem sic occidit impium Antiochum 2. Machab. 9. non enim diu illos ferre potuit, vnde occidit, miserabiliter ab illis auferendo & vitam, & regnum, sic exigentibus eorum peccatis. Vt semel videas, quàm verum sit id, quod noster Sapiens dicit, nempe ioiquitatem sedes euertere potentium: sed de hac iterum cap. sequenti num. 22.

Laertius. 16. Nil in mūdo difficilius quam diu malum viuere Regem
Iudic. 4.
Ibid. 6.
4. Reg. 19.
2. Mac. 9

PARAPHRASIS

CAPITIS QVINTI.

Num. 1. *Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.*

At tunc (in iudicio ſcilicet) ſtabunt iuſti in magna conſtantia coram, & aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt & in nihilum redegerunt labores eorum, tum ſpirituales, tum temporales.

Num. 2. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis.*

Et tunc iniqui videntes ſic ſtantes iuſtos, & iudicis maieſtatem, turbabuntur timore horribili, & de ſtatu mentis cadentes, mirabuntur in inopinata, & ſubita ſalute iuſtorum.

Num. 3. *Dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij.*

Et inter ſe dicent, ac intra pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, hi ſunt quos habuimus in deriſum, & in fabulam, eos reputauimus, ac in parabolam improperij.

Num. 4. *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore.*

Nos ſtulti, vitam & viuendi rationem illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore.

Num. 5. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.*

At ecce quomodo computati ſunt & annumerati inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.

Num. 6. *Nos ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.*

Errauimus ergo à via veritatis, & culpa noſtra iuſtitiæ lumen non affulſit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.

Num. 7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.*

Et ideo laſſati ſumus & impleti iniquitatis via & perditionis, & ambulauimus vias difficiles & deſertas, viam autem Domini ignorauimus.

Num. 8. *Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?*

Vt iacet.

Num. 9. *Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius velociter percurrens.*

Tranſierunt certè omnia illa tanquam vmbra, & tanquam oris nuncius, velociter percurrens.

Num. 10. *Et tanquam nauis, quæ pertranſijt fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus.*

Vt iacet.

Num. 11. *Aut auis quæ transuolat in aëre cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aërem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius.*

Vt iacet.

Num. 12. *Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius.*

Vt iacet.

Num. 13. *Sic & nos nati continuo desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, malignitate autem nostra consumpti sumus.*

Vt iacet.

Num. 14. *Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt.*

Vt iacet.

Num. 15. *Quoniam spes impij tanquam lanugo, quæ vento tollitur, & tanquam spuma gracilis quæ à procella dispergitur, tanquam fumus qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis diei vnius prætereuntis.*

Vt iacet.

Num. 16. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum & cogitatio illorum apud Altißimum.*

At iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio, siue cura eorum apud Altissimum.

Num. 17. *Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini, quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo deffendet illos.*

Ideo accipient regnum decentissimum, & diadema speciosissimum de manu Domini, quoniam dextera sua proteget, ac defendet eos, & brachio sancto suo, hoc est potentia, & fortitudine auxiliabitur eis.

Num. 18. *Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.*

Deffendet certè, obhocque accipiet armaturam zelus illius, & simul armabit creaturam ad vltionem inimicorum.

Num. 19. *Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum.*

Induct pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, hoc est non fictum, non simulatum, sed sincerum, nullam respiciens hominum personam.

Num. 20. *Sumet scutum inexpugnabile æquitatem.*

Sumet scutum inexpugnabile æquitatem, hoc est sanctitatem.

Num. 21. *Acuet duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.*

Vt iacet.

Num. 22. *Ibunt directè emißiones fulgurum & tanquam à benè curuato arcu nubium, exterminabuntur, & ad certum locum desilient.*

Ibunt directè emissiones fulgurum, hoc est directè ferentur iacula fulgurum, & à benè curuato arcu nubium exterminabuntur hoc est, & tanquam ab intentissimo arcu nubium exterminabuntur impij, dum ad certum scopum ipsa iacula desilient.

Num. 23. *Et à petrosa ira plenè mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.*

Et à petrosa ira, hoc est ab ira iaciente petras, mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter, hoc est inundabunt prærupte, fortiter, & sæuè.

Num. 24. *Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos, & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet sedes potentium.*

Contra illos stabit spiritus virtutis, hoc est ventus validissimus, & tanquam turbo venti, id est tanquam ventus procellosus, & violentus, diuidet & pessumdabit illos, & ad eremum, & desolationem omnium delectabilium perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet potentium sedes.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT VI.

Capitis Argumentum, & Diuisio.

IN hoc capite, postquam Sapiens differentiam vitæ, mortisque iustorum, à vita, morteque impiorum præcedentibus demonstrasset capitibus, & quomodo impij in suis vanis deciperentur ratiocinationibus, concludit tandem, meliorem esse sapientiam viribus, & vita: sermonesque suos dirigit ad Reges, ad quos vnicè datus, directusque hic est liber. In quo capite tria facit. Primò Reges exhortatur ad sapientiam, & iustitiam. Secundò, quàm grauia mala non sectantibus sapientiam immineant, declarat. Deinde sapientiam non esse inuentu difficilem promittit, & sic caput hoc in decem distribuit partes. Prima est conclusio ex dictis, nempe meliorem esse sapientiam omni malorum desiderio, iuxta illud: *Melior est sapientia*, &c. Secunda est in qua inuitat Reges, & iudices ad sapientiam percipiendam, vt rectè iudicare possint, iuxta illud: *Prebete aures vos, &c.* Tertia rationes proponit, quare iudices rectè iudicare, & Reges gubernare debeant, asserens esse in cœlis iudicem, qui eorum interrogabit opera, iuxta illud; *Quoniam data est, &c.* Quarta explicat de quibus iudicaturus sit Deus Reges, iuxta illud: *Quoniam cùm essetis, &c.* Quinta Dei declarat iudicia in illos, iuxta illud: *Horrendè, & cito, &c.* Sexta sapientiam extollit, iuxta illud: *Clara est, &c.* In septima tradit modos, quibus inueniri possit sapientia, & simul facilitatem eam inueniendi, iuxta illud, *Preoccupet, &c.* In octaua fructus sapientiæ edocet, iuxta illud, *Concupiscentia itaque sapientiæ, &c.* In nona promittit se demonstraturum, & edocturum sapientiam, iuxta illud, *Quid est autem sapientia, &c.* In decima tandem rationes assignat, cur eam sit edocturus, & inquit, quia secum inuidia non regnat, iuxta illud: *Neque cum inuidia tabescente, &c.*

Num. 1. *Melior est sapientia, quàm vires, & vir prudens, quam fortis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Pagnin. HIc versus in nullo Codice Græco habe-
Hugo. tur, sed eum habet Vulgatus, Pagninus,
Lyra. Hugo, Lyra, & Dionysius, & consonat
Dionys. cum illo Prou. 32. num. 16. *Melior est patiens*

A *viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Et cum illo Ecclef. 9. num. 16. *Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine.* Ratio autem, cur hoc dixerit Sapiens, optima est, quam affert Castro, nempe tacitæ esse responsum obiectioni, ne scilicet putarent Reges in armis solum esse ius regni, & nil aliud superesse; nam est aliud melius, fortiusque, sapientia scilicet, qua potius, quàm armis defenduntur Imperia; & simul cum hoc conclusio est omnium, quæ suprà capite præcedenti prædixerat.

Prou. 32. 16. Ecclef. 9. num. 16. Castro.

HOMILIA CVIII.

Regibus in gubernando, amplius prudentia quàm fortitudine vtendam.

MElius est sapientia, quàm vires, inquit noster Sapiens, & vir prudens, quàm fortis. Si melior, ergo in gubernando Principes sapientia, prudentiaque magis vti debent, quàm fortitudine, & vi: *Plura in summa fortuna*, inquit Tacitus 13. Annal. *auspicijs, & consilijs, quàm telis, & manibus geruntur*: Quod quàm verum sit, etsi ad probandû infinita extent ex prophanis exempla, tamẽ tam perlucida sunt, quæ in sacra inueniuntur scriptura, vt nefas sit alia adducere.

Tacit.

1. David in gubernando nunquã fortitudine sed prudẽtia vsus.

Enimuerò fortitudine, prudentiaque acquisiuit, conseruauitque Dauid regnum: nam si tota Regû historia perquiratur, nuuquam inuenietur fortitudine armisque vsus, tum ad acquirendom, tum ad conseruandum regnum. fortitudine inquam in subditos, aut acquirendos, aut regendos, sed semper ac illos, aut acquirere, aut subdere, aut pacificè tandem gubernare voluit, prudentia vsus reperietur. non fortitudine.

1. Reg. 30.

2. Quàm benigne lassos recepit.

Persequens enim Amalechitas, qui Sigelech succeoderant, ducenti viri lassi substiterunt, & sequi eum desierunt. 1. Reg. 30. redijt cum victoria: quomodo putas eum recepisse illi occurrentes? benignissimè. *Accedens autem Dauid ad populum, salutauit eos pacificè.* Imò amplius, compescuit iram aliquorum contra illos insurgentium & voluit, vt æquã partem haberent, ac illi, qui ad prælium descenderant: *Æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas.* En prudentia. Quid ergo mirum, si postea animas suas pro illo in manibus ferebant?

3. Qua mansuetudine populũ ad se reuocauit.

1. Reg. 19. num. 11.

Sed melius, contra ipsũ vniuersus se rebellauerat Israel, & quod amplius & Iuda, in Absalonis filij sui cõiuratione, paucis tantũ cũ eo remanentibus, victor euasit in prælio. quomodo sedauit populũ? numquid castigauit fontes? nũquid vi vsus, an prudentia? tantum enim à vi abfuit, vt morãtibus viris Iudæ venire ad eum, nõ respuit mittere ad illos legatos Sadoc, & Abiathar sacerdotes, qui nomine suo illos alloquerẽtur, dicẽtes. *Cur venistis nouissimi ad reducendũ Regẽ in domũ suã? fratres mei vos, os meũ, & caro mea vos, quare nouissimi reducitis Regẽ?*

4. Prudentia, & mansuetudo quam potens ad animos reconciliandos.

2. Reg. 19. nu. 13.

At parũ est hoc: maiori etiam prudentia est vsus, nã & specialius Amasæ, qui princeps exercitus extiterat Absalõ, misit dicens: *Nonne os meũ, & caro mea es: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magister militiæ fueris corã me omni tempore pro Ioab.* 2. Reg. 19. n. 13. En quantũ abfuit à vi, & fortitudine, vnde nõ mirũ, si, vt inquit scriptura, *Inclinauit cor omnium virorũ Iuda, quasi viri vnius.* En miraculũ: quãdo ergo hoc fecisset, si vi vsus fuisset? imò sic ad se omnẽ reduxit Israelem, vt iste contenderet postea de primatu cũ viris Iuda, eosque accusaret furti, quia prius reduxerant Regẽ, vnde eius beneficia cõmemorantes, se ipsos animarũt, ac veluti impulerunt nullo cogente, vt Regẽ reducerẽt, in regnoq; iterũ reponerent. *Qui de prælio fugerãt, reuertẽtes ad semetipsos*, ait Ioseph. *singuli mittebãt per ciuitates cunctas, Dauid beneficia cõmemorantes.* Nota verbũ: non dixit, iustitiã, seueritatẽ, vim, sed beneficia: *& libertatẽ, quam eis, resistẽdo multis hostibus præbuerat, edicentes, culpãtesque semetipsos, quia eũ expulisse viderẽtur à regno, & aliũ ordinassẽt defũcto Principe, qui ab eis fuerat ordinatus, rogare deberent Dauid, vt ab indignatione quiesceret, & recepto regno, illis suã prouidẽtiã nõ negaret.*

Joseph.

A Mirũ quod ait, vt qui de prælio fugerant, regnũ Dauid procurarent: si enim hoc alij, qui contra Dauid stetissent, efficerent, mirũ equidẽ non esset: at quòd illi, qui eum expulerãt, qui cum filio coniurauerãt, qui in acie steterãt, tale quid intentassent, hoc mirum, & mirandũ: at talis erat Dauid clementia, talis eius prudentia, talis eius vis, talem omnes, etsi rebelles, de eo conceperant spem, vt omni deposito timore, pro eo starent, qui cõtra eũ prius stetissent,

Enimuerò fortis erat Ioab, & magis fortis, quàm prudens, vnde occidere volebat Semei, etiã si veniã à Dauid petijsset. *Numquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo Domini?* At Dauid magis prudẽs, quã fortis, respõdit. *Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in Satã? ergo ne hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me factũ Regẽ in Israe.?* vbi sup. n. 22. quomodo hodie? cur non heri? quando vicit? quando hostes Vbi supr. num. 22.
B debellauit? quãdo occidit inimicos? Hodie dixit, & non heri, quia heri vsus vi, & gladio, & nõ reduxerat Israel, imò potius ab eo fugerat: at sequenti die, quę erat illud hodie, vsus clementia, & prudentia, totũ Israel, & Iuda sibi reduxerat, & sic hodie factus Rex, & nõ heri, quia clementia, & prudẽtia illũ Regem effeceraot, & non vis. vnde Ioab apperẽs Iacob vti vi, violẽtiaq; potius scandalũ illi opponebat ad regnum. quàm adiutoriũ, & illi in Satan, non verò in Angelũ erat bonum. Ex quo apparet resolutio, cur Dauid, vt suprà vidimus, Amasæ miserit dicere, futurũ ipsum magistrũ militiæ pro Ioab, cũ iste multos labores, multaq; pro ipso subijsset pericula, imò nuper in regnũ & ipsum restituerat Dauid: durum quippe penitius rem non cõsideranti videbitur: at respõdet Theod. q. 17. hoc dixisse Dauid, quia *Ioabi audaciã perpetuo odio habait, tolerabat autẽ propter eius ingeniũ, ac prudentiã, & suspectũ eũ habẽs, ne quid noui in eũ moliretur.* Ob hoc Satan eũ nunc appellat, durissimeq; illi respondens, & vtens magis sapientia, quàm viribus sapienter, ac prudẽter omnes ad se reduxit. Ex quo liquet quàm verum sit, quòd melior est vir prudens, quã fortis, & Principi magis conuenire prudentiam, quàm fortitudinẽ.

Theod.

C

5. Ioab Dauid cur semper infensus.

6. Vis & fortitudo in gubernando dissipat, quod prudentia vnit, & mansuetudo.

3. Reg. 12. num. 14.

Qua dum vti voluit Roboam nepos eius, magis eligens fortitudinẽ, respõdens populo *Pater meus aggrauauit iugũ vestrũ, ego autem cædã vos scorpionibus.* 3. Reg. 12. n. 14. discindens à se virorũ animos, scidit similiter & regnum, vnde populus respõdit: *Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hereditas in filio Isai?* In quo facto valde notanda est differẽtia inter prudentiã, fortitudinẽque in regimine, & quantum potior sit ad subijciendũ illa populũ, quã ista, mul-
D toties eueniẽs, vt quod illa adunauit, ac cõseruaoit, ista dissipet, & disperdat. vt in præcedẽti Dauid, Roboamq; facto satis liqoet: prudẽtia enim Dauid ita sibi populũ agglutinauit vniuersũ, populũ inquam, qui paulò ante ab eo discesserat, vt pro Rege cõtenderent inter se: *Propior est mihi Rex*, inquit Iuda Israeli, *cur irasceris super hac re?* irascebatur enim, quia præuenerat eũ Iuda ad reductionẽ Regis, vti diximus, cui Israel: *Decẽ partibus maior ego sum apud Regem, magisque ad me pertinet Dauid, quàm ad te.* 2. Reg. 19. n. 43. quis tale crederet de illis, qui die ante contra illũ præliabantur? nemo, nisi vim ignorãs prudentiæ, quantũque illa ad homines valeat regẽdos: hoc effecit prudẽtia, & hoc valuit apud homines paulò ante rebelles, cùm è cõtra fortitudo desciuit, quæ illa agglutinauerat, & dissipauit, quæ illa vnierat, & sicut prudentia ex rebellibus fecit subditos, sic ista ex subditis fecit rebelles, dicentes, *Quæ nobis pars in Dauid*, illa fecit, vt pro Dauid, &

2. Reg. 19. num. 43.

Rege contenderent, ista vt illum cõtemnerent: illa A facicbat, vt os, & carnem Regis se discerẽt subditi, ista vt eum non cognoscerẽt, nec æstimarent, aliũque pro eo eligerẽt, & vim vi repellentes occiderẽt eum, quem Roboam miserat ad eos reducendos.

7. Vir missus à Roboam ad reducẽdum populum eor mortoor, populum non redocens.

Sed notãdæ sũt personæ, quas misit vnus, & quas alter, quas misit prudẽtia, & quas fortitudo, vt exinde non mirũ fiat, quòd illac reduxerunt populum, isthac non solum non reduxerunt, sed ipsi æriet perierunt: prudentia Dauid misit Sadoc. & Abiathar sacerdotes, homines mites, inermes, & formidolosos: Roboami autẽ fortitudo misit Adurã, *qui erat super tributa*, vir fortis, & infensus, vnde nimirũ, si eum lapidãs populus ad suũ dominũ non sit reuersus: quid enim aliud à fortitudine exire poterat, & à fortitudine sine prudentia? *Quæ sine ab is magis in noxã*, vt inquit Isocrat. ad Demon. Vnde benè Alexand. apud Curtiũ l. 9. etsi armis vi, & potẽtia omnes debellabat, ac subijciebat, tamẽ affirmat dicẽs, B quòd *non est diuturna possessio, in quã gladio inducimur*, nec mirum, nam, vt inquit Seneca de Clem. 1. *Nullum animal homine morosius est, nullũ maiori arte*, id est prudẽtia, *tractandum*. Cuius equidẽ ratio, quia cũ homines nõ ex natura, sed ex dispensatione sint subiecti diuina, hinc fit, vt non sicut animalia, quæ natura subiecta, fortitudine tractãdi, sed prudentia, quia hominis timorẽ Deus, non hominibus, sed animalibus incussit. *Crescite, & multiplicamini*, magno dixit Deus patri Noë Gen. 9. n. 1. *& replete terra, & terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ.* Vbi pulchrè Greg. li. 11. Moral. c. 10. exponens illa Iobi verba c. 21. *Numquid nõ in vtero fecit me*, adnotat, non dixisse Deum, sit timor vester super homines, sed super animalia, *Nõ enim*, ait, *dixit, sit super homines, qui futuri sunt, sed sit super cuncta animalia terræ, homo quippe animalibus* C *irrationabilibus prælatus est, & idcirco ei dicitur, vt ab animalibus, & nõ ab homine timeatur.* Nil melius. Vbi elegãter etiã adnotat, subditũ superiorem timentem, non hominẽ, sed animal esse ex ea parte qua timet, & principem, siue prælatum timorem à subditis exigentem, eum non ab hominibus, sed ab animalibus exigere, à peccatoribus nempe, qui qua parte peccatores, animalia sunt. *In eo, quod Principes, ac prælati*, ait sanctus, *metum sibi à peruersè viuẽtibus exigunt, quasi nõ hominibus, sed brutis animalibus dominantur, quasi videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea etiã debeant formidini iacere substrati.* Egregiè quidem. Timẽt ergo homines Principes, timent potestatẽ, vt inquit Apostolus, quia peccatores, non quia homines, nam vt homines à natura timere alterũ non deberent. Cũ ergo homo homini à natura incutere ei timorẽ nõ D valeat, hinc fit, vt omnino imbecillis ad eum subijciendũ reperiatur vis, inueniatur fortitudo, quę tãtum timorẽ incutit: sicut è contra omnipotẽs, validissima prudentia, ac mãsuetudo, quæ nõ timorẽ, sed amorem cõciliat, quæ propriè est hominis vinculũ, quo ligatur, subijcitur, & attrahitur, iuxta illud Ose. 11. n. 4. *Trahã eos in funiculis Adã*, vbi Hieron. Aquila, Symm. & Sept. pro Adã, *homines* transtulerunt, quasi diceret, trahã funiculis illis, quibus ligari homines solẽt, ac trahi, nẽpe beneficijs, non verberibus vti belluæ: traham vt homines solẽt attrahi, nõ vi, non timore, sed amore, quẽ patiẽs prudensq; gubernatio sẽper parit, ac recõciliat, ex quo in gubernando rectè primas sibi prudentia, quàm fortitudo vindicat partes. Hinc factũ, vt quia Dauid prudentia vsus, homines gubernans, homines eos

Iſocr.
Curtius.
Seneca.

8. Homo cur non fortitudine, sed prudentia, ac mansuetudine tractandus.
Gen. 9. num. 1.
Greg.

9. Subditus magis timens q. ã omans prælatum animal est.

10. Principes à quo timorẽ exigere debent.

Ose. 11. n. 4

11. Prudentia gubernantes, in necessitatibus homines subditos inueniant, non animalia.

A in necessitate inueniret, ac reduceret, dũ è Roboam vi, fortitudineque contra vtens tanquã cũ animalibus, eos effugauit: hunc ista calcib⁹ cũ abijciẽtes, repudiãtesq; nõ homines illos sed animalia inuenit.

Quod equidem sciens vir ille prudentissimus, ac simul fortissimus Mathathias 1. Mac. 2. n. 65. de quo etiam infra redibit sermo, modũ filijs tradens, quo Israelem ab oppressione eripere valerent, non totũ illum posuit in fortitudine, sed in prudentia; immo primũ locum prudẽtiæ, quàm fortitudini assignauit, sciens sanè per prudentiæ gubernationẽ dominos, seu Principes, vt patres amari à subditis, & amore magna, arduaq; ab illis perfici, quod secus esset, si fortitudine, ac vi regerentur. *Vos ergo filij cõfortamini, & viriliter agite in legẽ, quia in ipsa gloriosi eritis, ecce Simõ frater vester, scio quòd vir cõsilij est, ipsum audite semper, ipse erit vobis pater.* Et post hunc, qui prudentiam significabat, adiecit fortitudinem. B *Et Iudas Machabeus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse agat bellum populi.* En quomodo duo ista coniunxit, prudentiam scilicet, & fortitudinem, primumque locum prudentiæ assignauit, quam vt patrem coli voluit, quod de Iuda non dixit, ad significandum profectò Reges illos, qui prudentia amplius vtuntur ad gubernandum, quàm vi, ita diligi à subditis, sicuti diliguntur patres à filijs, & patres posse magis dici subditorum, quàm dominos.

Sic quidem erat erga subditos suos Naaman ille Syrus, quem patrẽ vocabant ipsi, non dominum 4. Reg. 5. quẽ tantopere diligebãt serui, vt sanauerint eum, vim inferendo voluntati eius, quod nõ fecissent, si tantum vt dominũ eum respexissent, non vt patrẽ. Vnde ideo Reges, non tantũ Principes, quantum pastores subditorũ dicuntur, vt adnotat Philo C de vita Moysi, põderans, ideo prius Moysem pastorem, quàm principẽ extitisse, *Quia*, vt ipse inquit, *pastoralis ars ad regnũ est præludium, hoc est ad regimen hominũ gregis mansuetissimi: nam præfectura pecudum habet quiddam simile cũ regno in subditos: ideo reges cognominãtur pastores populorum, non contumelia, sed honoris gratia.* Quod etiã post Philonem Clemens dixit Alexandr. l. 1. stromatum ad finẽ, & satis liquet ex illo Psal. 77. n. 70. vbi ad regnũ elaturus Deus Dauid nõ aliunde, sed ex pastoritio eum assumpsit: *Sustulit eũ de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum, pascere Iacob seruum suũ, & Israel hæreditatẽ suã.* Vbi adnoto, nõ dixisse Deũ, vt regeret, vt imperaret, sed vt pasceret, ad denotandũ Regis officiũ, non tam imperando, quã populum pascendo perfici, mite desiderans ingeniũ, quale pastorũ, non ferox, quale venatorũ, mansuetudine magis imperans, quàm potentia, prudẽ- D tia magis, quàm vi, ac fortitudine, vt tãdem pater, non vt dominus. Pulchrè S. Antonius Abbas Melissæ l. 2. ser. 1. de Rege bono, ait in nullo Regem se principem esse, magis ostendere, quàm in beneuolentia erga subditos, eleganti vtens argumẽto, nempe patris erga filios, qui nec pater dici potest, nisi filios diligat, quãto magis nec Rex, si suos nõ amet. *Nihil est*, inquit, *quod sic magistratũ ostendas, vt amor, & beneuolentia erga eos, qui sunt sub ipsius imperio, nam pater, nõ solum procreando, sed etiam diligendo post creationem efficitur, quod si vbi natura est, charitate est opus, multo magis vbi gratia.* Nil melius: hoc enim pacto si patres, non domini, securi extabunt: nam qui vt domini tantũ gubernant, & qui tantum timentur, sed non amãtur, regnũ equidem instabile habent, nulloque modo

1. Mach. 2. 65.

12. Prudentiæ primas sẽper in gobernando dandum vices sicut fecit Mathathias.

13. Principes prudentia vtentes patres dicuntur.

4. Reg. 5.

Philo.

14. Reges pastores, & cur.

Clem. Alexand.
Psal. 77. num. 70.

15. Regis officium non tam est regere quàm populum pascere.

S. Anton. Abbas.

16. Pater non solum procreando, sed diligẽdo post procreationem efficitur.

durabile;diuidetur citò, ac ipse confundetur gubernans. A

Gen. 49. n. 7.

Simeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, inquit Iacob Genes. 49. num. 7. Vbi notandum

17. Vbi vis, ibi iniustitia.

coniunxille sanctum senem, iniquitatem cum bello; quia sæpè, & vt plurimum vbi vis adest magis quàm sapientia, iniquitas, iniustitiaque eam associant, sicut in facto isto Simeonis, & Leui cernere licet, nam quia magis fortes, quàm prudentes, ita absque prudétia vindictam exercuerunt, vt modú excederent, & iniquitatem committerent, vnde meritò facti sunt, *Vasa iniquitatis bellantia*. Sic Principes, & Reges illi, quorum ius in armis, qui prudentia non regunt, sed vi, ac fortitudine, sæpè & opprimunt iustum, aut si sontem castigant, modum excedunt, terminumque non tenent: vnde fiunt *Vasa iniquitatis*, id est peruersæ iræ, & furoris, à quibus meritò se elongat Dominus, eos in B manu consilij deserens sui. *In consilium eorum*, sequitur Iacob, *non veniat anima mea*, & vti ab ipso maledicti, in pessimum ruit semper status eorum. *Maledictus furor ipsorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* Vnde meritò & regnú eorum diuiditur, & dispergitur, *Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel*: amittunt regnum, immò sæpè & vitam, fortitudine vtentes,

18. Subditorú beneuoléntia magnú Principi præsidium & cæt.

quam conseruare possent, si non fortitudine, sed prudentia vterentur; cùm equidem verissimum sit, nullum Principi maius præsidium, quàm subditorum beneuolentiam. Vnde pulchrè idem sanctus Antonius Abbas Melissæ vbi suprà, rationem assignat, cur magis securus manet Rex, quem subditi amant, quàm quem timent:

19. Principi quando multi oculi, & multæ aures.

Quia, inquit, *cùm vulgus, & proceres assuefacti fuerint, non Principem, sed Principi timere*, nota verbum, *tunc multis oculis videt, multis auribus audit, ac quæ geruntur, præsentiscit.* Nil melius. C

Hieron.

Hinc D. Hieronymus epist. 62. ad Theophilum, Moysis principatum lenitati prudentiæq; adscribens; ideo diuturnú affirmat, quia lene, quia prudens.

20. Moyses in imperio diuturnus quia mansuetudine imperabat.

Dux ille, ait, *Israelitici populi, qui decem plagis afflixerat Ægyptum, & ad cuius imperium cælum, & terra, & maria seruiebant inter cunctos homines, quos tunc terra generauit, mansuetissimus prædicatur, & ideo per quadraginta annos obtinuit principatum, quia potestatis superbiam lenitate, & mansuetudine temperabat.*

21. Principes fortitudine dissipant, & amittunt regnum.

Quapropter hoc Principes paruipendentes, sæpè euenit, vt quia fortitudine tantum vti volunt in regendo, regnumque ampliando, aut se vindicando; non solum quod desiderant, non acquirant, sed insuper illudmet amittant imperium, quod habét. D Enimuerò Naas Rex filiorum Amon cecidit, & dispersus est, cùm pacificè possidere potuisset Iabes Galaad, si prudentiâ vti, non fortitudine voluisset

1. Reg. 11.

1. Reg. 11. *Seruiemus tibi*, dixerunt illi viri Iabes Galaad,

25. Naas Rex fortitudine vtens regnum amisit.

cùm eos obsideret: at iste incipiens agnoscere se superiorem, derelinquens prudentiam, fortitudinem tantum apprehendens, respondit insolenter: *In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israeli.* En partus fortitudinis, iniquitas: hinc vas iniquitatis bellans: quapropter modum nesciens iustitiæ, iustæque vindictæ, subditos, quos tenuisset, si prudenter se gessisset, perdidit, & insuper se ipsum, & illos, quos habebat, dicente scriptura, ita à Saul omnes consumptos, & dispersos fuisse, *Vt non relinquerentur in eis duo pariter*, num. 12. Fortitudo ergo dispersit,

A & amisit, quod prudentia acquisijsset, vnde ex hoc elucet, tanquam axioma quoddam, sæpè amittere Reges illud, quod prudentia acquirere, aut conseruare potuissent, vt ex hoc intelligas, quàm verum sit quod noster Sapiens dicit, nempe quod melior est sapientia, &c.

Num. 2. *Audite ergo Reges, & intelligite; discite iudices finium terræ.*

Num. 3. *Præbete aures vos, qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum.*

B

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. Cantac.

COmmoratur in verbis, & in sententijs, vt inquit Cantacuzenus, vt auditorum animos excitet ad ea, quæ dicturus est, & ad præcepta ab ipso danda, & sic ait.

1. Reges non semper præcipere sed obedire aliquando debent.

Audite ergo Reges, &c. Reges non semper præcepta dare, sed aliquando audire etiam ipsi debent, & vti consilijs, sine consilio nihil agere, cor habere docile; proinde eos admonet Sapiens vt audiant. De qua re fusè infra num. 23.

Lorin.

Continetis multitudinem, &c. id est, qui regitis, vel dominamini multitudini. Potest accipi in malam partem, id est qui tyrannicè dominamini. C Inclinat Lorinus, quia ad hos inquit scriptus hic liber: Non placet, ad omnes loquitur generaliter, tam bonos, quàm malos.

Gregor.

2. Apostasiæ crimen est delectatio prælationis.

Placetis vobis in turbis nationum, &c. id est, *gloriantes, superbientes, exultantes.* Sed vanè quidem *Toties Prælatus in apostasia crimen labitur, quoties præesse hominibus delectatur*, inquit sanctus Greg. in 2. Pastor. cap. 6.

Num. 4. *Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur.*

D

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

REdditis auditoribus attétis, hoc est ipsis Principibus, primum, quod vult Sapiens, vt attendatur, est, ab alio ipsos accepisse potestatem, & eam non esse eorum propriam, illique à quo eam acceperunt, nempe Deo, reddituros de eius vsu rationem, immo & propriæ actionis, cogitationisque, serui enim sunt ipsius Altissimi, licet dominatum habeant in alios.

Chrysost.

Vnde Chrysost. *Qui geritis potestatem*, inquit, *timete potentiorem, & qui in alto throno sedetis, altiorem.*

Damasc.

1. Principes rigidi sint erga seipsos iudices, beneuoli in subditos.

Ob quod etiam Damascenus vult, vt Princeps rigidè in se sua castiget delicta, tanquam rationem redditurus; *Optimum Principem*, inquit, *decet in suis quidem peccatis acerbum esse iudicem, & minimè ignoscentem: at in erratis subiectorum placidum, & ad ignoscendum*

facilem; reminiscens, non à se, sed à Deo illi collatam esse potestatem, vnde sequitur Sapiens. A

Quoniam data est à Domino potestas vobis, &c.

Paul. ad Rom. 13. n. 1.

Non est potestas, nisi à Deo, Paul. ad Rom. 13.1. Expositores potestatem hanc referunt ad actum iudicij, sicut virtutem ad actum vindictæ; quasi dicat, potestatem, id est actum iudicandi, & virtutem, id est actum subditos puniendi, à Domino accepistis, non à vobis habetis. *In manu Dei potestas terræ*, inquit, Eccles. 10. n. 14. ideo cui vult, dat illam, & sine sua voluntate, ac potestate, vt benè inquit Lorin. nec tyranni vsum haberent regnandi, vnde diabolus ipse potestatem à Deo petijt Iob affligendi cap. 1. n. 11. & Matth. 8. in porcos intrandi, vt semel videatur, quòd propemodum nihil, & diabolus, & homines possent, nisi à Deo illis permitteretur. Vnde Dominus noster Pilato; Ioan. 19. num. 11. iactanti se de sua potestate, expressis verbis dixit: *Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper*, vbi notandum verbum illud vllam; & tamen iste ab Imperatore erat iudex constitutus: at quia principaliter à Deo, ideo sine illo vllam haberet potestatem. B

2. Tyranni à Deo potestatem accipiunt.

Eccles. 10. nu. 14.

Lorin.

Job. cap. 1 num. 11.

Matt. 8.

Joan. 19. nu. 11.

At quia incidimus in hæc Christi Domini verba, placet hîc suggerere sensum difficillimum illorum, quæ Dominus eidem Pilato immediatè dixit post prædicta, Pilatus enim Domino nostro ait: *Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & dimittere te?* Cui Dominus: *Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Quibus dictis immediatè sequitur, *Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Cur hæc? seu ad quid ea Dominus Pilato? videntur enim superflua: nam Pilatus tantum de potestate se iactauerat, cui sufficienter satisfactum prioribus verbis, ad quid posteriora addere, & peccatum reminisci maius aliorum? videtur quippe extra rem. At si intimius verba considerentur, necessarijssima illa fuisse apparebit: voluit enim Dominus noster, etsi verberatus, ac sanguine, liuoreque plenus, respondete suum impium redarguens iudicem, implicitè illum malum, iniquumque appellans, iniquè, perfideque potestate vtentem à Deo sibi tradita, interficientem, iactantemque se interficere posse innocentem, supra quem ipse nullam potestatem legitimam habebat vt ei malum inferret; vnde iniustè, illegitimeque contra eum agebat. *Non haberes*, inquit Dominus, *in me potestatem vllam*, id est, etiã hanc iniustam, tyrannicam, & peruersam, nisi desuper tibi data fuisset, ob quod, quia ea vteris vti malus, & peruersus iudex, opprimens, innocẽtemque occidens, ideo malus es, iniustus, & peccas. C D

3. Christus Dominus cur Pilato dixit, maius peccatũ habuisse, qui eum illi tradidit, & qualis sit horum verborum sensus.

4. Pilatus quã iniquus fuerit iudex.

Quod satis etiam ex verbis eius colligitur, dum ait: *Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & dimittere te.* O bene: si innocens, quomodo crucifigere eum poterat? etsi reus, quomodo dimittere? ergo non vt minister, sed vt dominus sedebat. *Iudex ignorare non debet*, inquit S. Anton. Abbas Melissæ serm. 8. *se Dei iudicium administrare, se autem dominum non esse, vt sic iudicia gubernet, vt litigantibus, & in iudicium vocatis pœnam condemnet.* Peruersus ergo erat iudex, grauiterque peccabat, sed hoc non obstante, maius peccatum habebat, qui eum peruerso, iniquoque iudici tradidit: nam, vt inquit Augustinus, *Plus peccat, qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quàm potestas eum timore alicuius maioris potestatis occidens. Itaque non ait: qui me tibi tradidit, ipse peccatum habet, tanquam Pilatus nõ haberet, sed maius peccatum habet, vt etiam se habere Pilatus intelligeret.* Quod adeo verum est, vt benè callens Pilatus horum sensum verborum, *Exinde*, vt inquit Euangelista, id est, ob hoc: seu vt Augustinus, *ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem, quærebat dimittere eum.* Iniquus ergo erat, sed potestatem à Deo habebat, sed malè ea vtebatur, & tyrannicè, permittente Deo, seu volente ob bonum nostrum.

5. Iudex minister est non Dominus.

S. Anton. Abbas Melissa.

August.

Vnde fit, vt etiamsi mali, & impij Reges, à Deo tamen potestatem habeant, & ob id veri sunt Reges, nullius directè in temporalibus subditi iurisdictioni, vel potestati, vnde eos corrigere coactiuè nulli liceat: tamen sciant cum hoc, quòd licet sint legitimè Reges, non tamen ex Deo regnant, si non legitimè regunt, abutentes potestate contra Dei mandatum, ac præceptum, quem potestatis abusũ sciant, ne superbiant, quod Deus in furore suo permittit ad puniendum, castigandum, occidendumque qui iusto iudicio suo punitione, & occisione dignus reperitur: vnde benè tales instrumenta dicuntur Dei vindictæ, vt Isai. 10. num. 7. *Væ Assur virga furoris mei*, quorum manus ipse mouere dicit, vt apud eundem 45. num. 1. de Cyro affirmat ipsemet Deus: *Cuius*, inquit, *apprehendi dexteram*, licet postea eos castiget, vt egregiè adnotauit D. Augustin. in Psal. 73. qui de istis loquens, sic ait: *Impietas eorum, tanquam securis Dei facta est: facti sunt instrumentum irati, non regnum placati: facit enim hoc Deus, quod plerumque facit & homo: aliquando iratus homo apprehendit virgam iacentem in medio, fortasse qualecumque sarmentũ cadit inde filium, ac deinde proijcit sarmentum in ignem, & filio seruat hereditatem: sic aliquando Deus per malos erudit bonos.*

6. Rex nulli coactiuè subiacet.

7. Quando malus à Deo permittitur ad puniendos peccatores.

Isai. 10. n. 7.

Ibid. 45. n. 1.

8. Castigantur post Dei satisfactam iustitiam.

Idem August.

Interrogabit opera vestra, inquiret, perscrutabitur, nil relinquet. quod si benè princeps consideret, nihil in officio eum sic continebit, quàm talis cogitatio, nempe rationis ab ipso Altissimo reddendæ.

Cogitationes scrutabitur. Consilia, cogitata, & animo agitata, vel voluntates, & res volitas, omnia scrutabitur, ideo debent Principes plus omnibus timere, vt infra dicemus.

HOMILIA CIX.

Principes ideo rectè non regnant, malique sunt, quia Deum, eiusque examen ob oculos non habent.

QVoniam data est potestas vobis, & virtus ab Altissimo, inquit singulis noster Principibus Sapiens: non à se habent illam, vti diximus, sed à Deo: ex quo sequitur, tanquam ex consequenti necessario, vt reddere de ea rationem teneantur ei, qui ipsis eam contulit, quę quàm durissima, quamque erit exacta, nemo est, qui attingere possit, vltra captum, vltra humanã est cogitationem, perquiret, & requiret omnia, cogitationes, & opera, nil intactum deserens, nil imperscrutatum, nil abscõditum, quia cùm sit Dominus cordis, impossibile fit, vt aliquid ab eo abscondatur, & hæc est differentia inter Dei, hominumque iudicium, aut inquisitionem; hæc enim, id est hominum, deceptionem pati potest; Dei verò inquisitio minimè,

1. Inter Dei hominumque iudicium qualis differentia.

A Enimuerò Rachel furata erat Deos alienos Labani, quos cùm diligentissimè ipse perquisisset, non inuenit: quia inquit Scriptura, *Delusa solicitudo quærentis est*. Genes. 31. num. 35. non mirum, quia homo erat, & inquisitio hominis. At pone, quòd Deus inquirat, & Deos velit scire alienos, quos homo apud se habet, & videbis si eos ab illo abscondere poterit, etiamsi in corde, quamuis in præcordijs inclusos teneat. Congrediente Iuda Machabeo cum Gorgia præposito Idumeæ 2. Mach. 12. num. 54. inquit Scriptura, quòd contigit *Paucos ruere ex Iudæis*, & miraculosa cùm esset victoria, ipsi enim non amplius erant quàm tres mille, & quadringenti: exercitus verò contrariorum infinitus, admirationem fecit casus illorum, sed eam abstulit iusti declaratio iudicij Dei, qui inquirens, occultumque videns eorum, reperit in corde ipsorum absconsa idola, de quibus præceperat, ne abB sconderentur. *Sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, quæ apud Jamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse, omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Dei, qui occulta fecerat manifesta*, tunc certè hominibus manifesta post mortem, sed ipsi Deo ante mortem, vnde occulis; nam vt inquit Glosa hîc: *Virus doli, quod coram aspectu hominum latuit, interni iudicis intuitum non fefellit*.

Gen. 31. num. 35.

2. Mach. 12. 54.

a. Idola in corde hominum latentia Deo non latent.

Glosa.

At forsitan quòd non inquiret? immo & minutissimè. Audi Origenem lib. 3. in Iob super illa verba: *Non requirat eum Deus desuper*. Iob. 3. num. 4. *Quid dicis, ò beate Iob! inquit, ergo alios dies inquiret, vt de isto solo dicas, non inquirat illum Dominus desuper, vtique ait omnes dies sæculi inquiC rentur, omnia tempora, & momenta requirentur, & producentur*. Et declarans qui erant dies, subdit. *Nimirum non dies sæculi, qui naturam non habent iam transacti, sed verba, & facta, quæ in illis diebus sũt gesta, cogitationes, & cõsilia, atq; tractatus, qui in omni tẽpore, vel momento huius sæculi transacti sunt, atque cogitati. Hæc ergo omnia in omnibus gẽtibus, & in omni lingua inquisita in iudicio manifestantur in tempore inquisitionis*. Egregiè. Minutissimè ergo inquiret omnia, parua & magna, gesta, cogitationes, consilia, & tractatus, vanitates, falsitates, dissimulationes, & simplicitates: & licet minutatim hæc ab omnibus expetet, & inquiret, præcipuè illa à Principibus, vt pote qui nemini in hac vita rationem reddiderunt.

3. Deus subtilissimus indagator actionum hominum.

Origen. Job. 3. n. 4

Enimuerò loquendo de actione exteriori, multoties subditi hîc Principibus rationem reddunt D suis, puniuntur, castigantur, & sic non solum Dei iudicium, sed vt sic dicam, & inquisitionem fugiunt. At verò Princeps, qui hîc nemini debet rationem, nullusque sit, qui ab eo requirat, cur ita facis? qui solam suam cognouit voluntatem, qui non habet hîc supra se alium, quem timeat gladium, nonne totum iudicium, totaque eius penes Deum reseruatur inquisitio? *An quia Imperator es*, Anastasio Imperatori dixit sanctus Symmachus in suo Apologetico, *diuinum putas contemnendum esse iudicium?* Et paulò post. *Precor te Imperator, pace tua dixerim, memento te hominem, vt possis vti concessa tibi diuinitus potestate, quia etiamsi hæc*, scilicet, quæ agis mala, *sub humano præuenire iudicio moliris, sub diuino necesse est vt discutiantur examine*. Notandum illud, *necesse est*, aliter equidem fieri non potest, vt qui ab homine non iudicatur, à Deo non iudicetur: ob hoc tremendum Principibus reseruatur iudicium, quia qui eos iudicat, non homo, sed Deus est, cuius iudicium tremendũ, cuius scrutinium imperceptibile, cuius sententia formidabilis, vt alibi diximus. Hoc equidem si sẽper præ oculis Principes haberent, nullum eis aptius esset medium ad benè, recteque gubernandũ; nam ideo sæpè peccant, maleque regnant, quia nõ considerant alium esse supra eos dominum; ob quod fit, vt nullum timeant, nilque expauescant: non equidem peccarent, nec malè regerent, si Deũ Dominum, iudicem, vindicem, exactoremque ante oculos haberent.

4. Cur Deus à Principibus præcipuè exactã requiret rationem.

S. Symm. Papa. Baron. tom. 5.

5. Principum iudicium cur tremẽdum.

Caim peccauit & occidit fratrem, Genes. 4. & ad peccatum patrandum duo illum animarunt valdè. Primum deceptio Dei iudicij, & examinis: putauit enim Deum ignoraturum eius peccatum; ob idque percontanti Deo, *vbi est Abel frater tuus*, num. 9. respondit. *Nescio. Caim interfecit fratrem*, inquit Ioseph. lib. 1. Antiquit. *& cadauere eius abscondito, rem clam fore putabat*. Secundum verò, nullum timere in terris, qui eum puniret, & castigaret; nam cùm solus esset tunc Adam, & eius esset pater, iure ab illo non timebat. Pulchrè Ambros. lib. 1. de Caim. & Abel cap. 9. hanc Caim impiam exprobrans libertatem, immo & securitatem, sic ait: *Negat primum, quasi apud ignorantem, recusat fraternæ munus custodiæ, quasi exors naturæ, declinat iudicem quasi liber, quid miraris, si pietatem non agnouit, qui non agnouit authorem? cur nescit vbi est frater tuus? soli eratis cum duobus parentibus, inter paucos frater te latere non debuit, an quia parentes tui accusatores esse non possunt? nolo enim, vt ea necessitudo, quæ est author salutis, fiat author periculi, & in te solo leges suas natura amiserit: ideo ergo putas crimen latere, quia parentes accusare non debent, sed eò maior est condemnatio tua, nam etsi cara necessitudinis nomina accusare non debent, multò magis non debent occidere: si accusas parentes, parricidas probas, potuit fratrem occidere, qui non parcit parentibus, potuit parricida esse, qui de parricidis se ortum probare desiderat*. Nil subtilius. Iudicium ergo Dei non considerauit, in terris nullum timuit, intus passione, liuoreque premebatur, quid mirum si fratricidium commisit? non quidem commisisset, si superiorem vindicem considerasset, expauisset, etiamsi in terris aliquem non extimuisset. Sic Principes peccant, quia Dei obliti, & eius iudicij, nullum in terris timent, passionibus premuntur, immo & obruuntur: Quid ergo mirum, si in præceps ruentes, pessima, malissimaque operentur? nõ equidem ea committerent, si Dei iudicium extimescerent. In quod incurrit Ozias, dum nimis audax non pertimescit neque simul homines, Deiq; sacerdotes, plusque nimia sua fisus sublimitate audet miser alienum sibi officium assumere, incensũque in domo Dei, quod solis conueniebat sacerdotibus, offerre. 2. Paral. 26. num. 16. *Eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum*. Cui cùm sacerdotes validè obsisterent, parum de eis curans, *minabatur eis*, inquit Scriptura: præsumpsit iste, quia Dominum negligebat, hominesque, non formidabat: non ausus fuisset, si superiorem vindicem pertimuisset, cuius

Gen. 4.

6. Caim quæ animarunt ad peccandum.

Num. 9.

Ioseph.

Ambr.

7. Principis libertas in peccando vnde.

8. Oziæ frontositas in peccato vnde, eiusque supplicium.

2. Paral. 26. 16.

formidabile in ipsum statim incidit iudicium, colligens pro gloria, quam appetebat, ignominiam: *Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus*, loquit Scriptura, *in domo Domini super altare, & festinato expulerunt eum; sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quod sensisset illico plagam Domini*. Quem locum eleganti illustrãs paraphrasi Theodor. sic ait: *O Rex definita sunt à Deo, quæ Regibus conueniunt, & quæ sacerdotibus congruunt: singulare munus habent sacerdotes, quid conculcas legem à Deo datam? cur transgrederis terminos, rapiens ea, quæ non conueniunt? cur etiam perdes, sed ille non cessit: ergo pro gloria collegit ignominiam, eadem ei acciderunt, quæ primo parenti Adamo, ille enim cùm desideraßet fieri Deus, esse quoque Dei imaginem perdidit*. Et quia Dei erat hoc iudicium, non hominum, in quod incidere tremendum, ita miser hic inflexibiliter percussus mansit, vt sacer dicat textus, *Quod fuit leprosus Ozias vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini, & quòd Joathan filius eius rexit domum Regis, & iudicabat populum terræ*: ô Regibus formidabile iudicium: pro gloria superbus iste, qui aliquando humilis inditus fuit, & gloriosus, offerre incensum præsumpsit, Deum non timens, nec homines reuerens, & Deus in eodem puncto, in eodemque loco, à quo gloriam sumere sperabat, inglorium eum, ignominiosumque reddidit publicè, in fronte percutiens eum lepra super ipsummet altare, ad quod superbiens ascenderat: iste in domum Dei audens ingredi, tanquam in suam, cùm sacerdotum esset, suam eam facere satagit, non contentus propria. & Deus iustus iudex è sua propria, non solum è templo cum sic expulit, vt amplius in eam non ingrediens, contumeliosus in domo separata vsque ad diem maneret mortis suæ: iste tandem miser officium occupare intentauit sacerdotum, & vtrumque possidere regnum, spirituale, & temporale. At Dei iusto iudicio, & quod habebat, amisit, non amplius ipse regens, sed filius eius pro eo, ignominiosus intus sedens, qui gloriosus plus iusto foris desiderauit apparere. *Jacuit enim sedet in lecto*, inquit idem Theodoret. *lepra, quæ erat in fronte, vrgente, ne in multitudine versaretur, & liberè loqueretur, ferebat enim in fronte argumentum iniquitatis*. En quàm tremendum in Dei manum incidere, quam dum Reges non formidant, eius obliti iudicij, peccant sæpè, Deo recalcitrant sæpissimè.

Theod.

9. Principes ad quæ Dei sunt aspirantes, quæ habent perdunt.

10. Oziæ Regis supplicium regibus exemplum, ne quæ sũt Dei appetant.

Petenti Moysi vt dimitteret populum, quem tantopere opprimebat, respondit Pharao Exod. 5. num. 2. *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Jsrael? nescio Dominum, & Israelem non dimittam*. Iuraret ego, non dimissurum populum qui superiorem non recognoscebat, nec Deum sciret, qui super eum esset, vnde nullum timebat. Pulchrè Chaldeus vertit. *Et dixit Pharao; nomen Domini non est reuelatum mihi, vt obediam verbo eius, & vt dimittam Israel*: quasi diceret; Nouum est, quod mihi insinuas, alium esse Dominum, præter me: non solum illum non cognosco, sed nec nomen ipsum *Domini*, alias audiui. Quid ergo mirum, hunc non dimisisse populum, si Dominum superioremque non recognoscebat: dimisisset, si sciisset Dominum in cœlis esse, & considerasset ante eius tribunal se staturum: cuius signum, quia in eo, quòd alium esse Dominum præter se

Exod. 5. num. 2.

11. Pharao cur obstinatus ad populũ dimittendum.

12. Dimisit quando Dominum in cœlis esse agnouit.

A cognouit, illicò promisit se populum dimissurum. *Orate Dominum*, inquit Moysi. Exod. 8. num. 8. *vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, vt sacrificet Domino*. Vbi notandum, hanc primam esse vicem, qua Pharao Deum Dominum vocauit: signum, quòd vsque huc ipsum vt Dominum non recognoscebat, & sic ei obtemperare negligebat. Quod patet, quia quando post verè eum, vt Dominum agnouit, verè extimuit, & tam promptissimè obediuit, vt dicat scriptura, ibi. cap. 12. num. 30. quòd *surrexit de nocte*, & quod de nocte Moysen, Aaronque vocauit, & quòd illi eadem dimisit hora populum, sicut experierat Moyses, & insuper quòd serui eius, *Vrgebant filios Israel, vt exirent*. En quanta sollicitudo, & promptitudo post tantam segnitiem, reluctantiamque, vnde hoc, nisi quia iam Dominum esse in cœlis agnouit, & agnoscendo timuit, & timendo obediuit. B Pulchrè Origen. hom. 3. in Exod. tom. 1. hunc Pharaonis timorem, ac profectum agnoscens post flagella, inquit, *Donec in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagellatur, tenuit eum superbia: denique videbis paulò post, quomodo proficit in flagellis, & quanto melior verberatus efficitur iste, qui modo dicis, nescio Dominum, post eum vim senserit verberum, dicturus est, orate pro me Dominum, & non solum hoc, sed etiam contestantibus Magis fatebitur, quia digitus Dei est in virtute signorum: nemo ergo ita ineruditus diuinæ sit disciplinæ, vt flagella diuinæ perniciem putet, vt verbera Domini pœnalem credas interitum: Ecce Pharao durissimus, tamen proficit verberatus, ante verbera Dominum nesciit, verberatus supplicari pro se Dominum rogat, Israel dimittit, & non solum dimittit, sed ipse perurget eum exire*. C Nil melius: Tunc equidem dimisit, quando extimuit; tunc retinere non est ausus, quando supra se superiorem esse aduertit. Sic equidem Principes tunc malè agere sinent, quando Deum considerabunt superiorem, tunc etsi possint ad vetita manum extendere, non audebunt, quando Dei timor aderit, quando Deum verebuntur, quod si abfuerit, ruent, decident, pessimeque gubernabunt.

Exod. 8. n. 8.

Ibid. 12. nu. 30.

Origen.

13. Flagella Dei eius sunt gratia, non perniciei.

Auarus Labanus, passionibus plenus, malo pessimoque persequens Iacob animo, ac voluntate, vt scilicet eum occideret, perderet, dissiparet, bonaque ac filias, eiusque vxores ab eo eriperet, Gen. 31. num. 29. quid eum à tanto compescuit malo, cùm posset illud committere? timor Dei, & superiorem recognoscere vindicem. *Valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris vestri heri dixit mihi, caue, ne loquaris contra Iacob quidquã durius*. D Tolle hunc timorem, tolle hanc Labano cogitationem, quis esset sufficiens ad reprimendas inuidiæ, iræ, cupiditatisque passiones, quæ eum vrgebant? Deum non extimuisset, homines non veritus fuisset, nullum impedimentum, aut suæ malitiæ frenum habebat, occidisset, dissipasset; Adfuit Dei præsentia, & maiestas, *Viditque in somnis dicentem sibi Deum*, num. 10. Adfuit timor Isaac, & dixit ei Iacob, num. 42. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi*. Expauit Deum, timuit homines, ad peccauit, passiones cõtinuit, & oppressit. *Quia enim Deum sciebat ad pugnam contendentem*, inquit Chrysostomus homil. 57. in Genes. *& contra iustum insurgere volentem, verbo mentem ei quasi aufert, & dicit, serua te, ne loquaris cum Iacob mala, perinde ac diceret, cu-*

14. Labanum quid coercuit ne malum Iacobo inferret.

Gen. 31. num. 29.

Chrysost.

A *ne, ne vel verbis offendere Iacob coneris, sed serua te ipsum, contine multum tuum impetum, comprime furorem, refrena iratum tuum animum, & ne vel verbo ipsum contristari velis.* Quando hic se cohibuisset, nisi Deum extimuisset? sic equidem Principes, quia Deum non considerant, quia alium dominum supra se putant non habere, quia obliuiscuntur Deum in cœlis esse, & quòd eorum opera, cogitationesque interrogabit; ideo pessimè regũt, malè gubernant, omnia peruertunt, & subditos etiam ad nefaria compellunt.

15\. Principum insania in suis præceptis. *Plutarch.* Immò in tantam aliquando deueniunt dementiam, vt quod ab illis mandatum, ac præceptum, eisque ratum, volunt, vt etsi nefarium, scelestumque habeatur vt optimum, sanctum; (etsi Deo placet,) vti ab ipso sancitum. Seleucus Rex, vt inquit Plutarchus, in vita Demetrij, cùm in vxorem vellet dare Antiocho Filio suo Stratonicem, quæ eiusdem Seleuci erat vxor, & à qua etiam filium acceperat, quia pro ea filius deperibat, cùm facinus horrendum benè sciret, loquens ad populum, sic eum B excusauit: *Decreni, inquit, omnium superiorum prouinciarum Regem constituere Antiochum, & Stratonicem ei coniugem, Reginamque; filium autem existimo, vt hactenus in omnibus rebus voluntatem suam ad mandatum meum accommodauit, ita hac quoque in re obtemperaturum: quòd si Stratonice illegitimas nuptias detestat, amicos hortor, vti demonstrent ei, atque persuadeant honesta esse, & iusta omnia, quæ vtilitatis causa Rex statuerit.* En insania, en deceptio, en delirium: hinc postea fit, vt persequantur eos, qui contradicunt, & eorum resistũt voluntati: hinc, vt præmia nõ distribuant, nisi illis, qui in omnibus eorum obtemperant voluntatibus, siuè bonæ, siue malæ sint.

Dan. 3. num. 16. C Enimuerò impius Nabuchodonosor à tribus illis sanctissimis pueris voluit adorari, Dan. 3. n. 16. immò ab omnibus suis subditis, renuentibusque
16\. Nabuchodonosoris vesania in erectione statuæ vnde. ignem apposuit; cuius vesaniæ origo alia non extitit, quàm Deum supra se valentiorem non recognoscere, vnde insipienter dixit: *Et quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?* num. 16. Miser, & miserrimus, ad quantam eum impulit insipientiam bonorum ingens temporalium abundantia, diuturnaque prosperitas: vt Deum negaret, eiusque desi-
17\. Dei ignorãtia à quibus prouenit causis. *Pererius.* deret potentiam? Optimè equidem Pererius in ca. 5. Exod. disp. 2. quatuor assignans causas, quibus aliquis dicat se Deum nescire; nempe, aut subitus, repentinusque timor, vt beato accidit Petro: aut vana, crassaque ignorantia, vt hîc in hoc libro cap.
hîc cap. 13 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei:* aut impia insipientia, quam parit inueterata, corruptaque sceleribus vita, iuxta illud
Psal. 13. D Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, corrupti sunt, &c.* Vltimam posuit ingentem bo-
18\. Bonorum temporaliũ abundantia Dei parit obliuionẽ, immò & negationem. *Prou. 30.* norum omnium temporalium abundantiam, diuturnamque prosperitatem, tanquam omnibus valentiorem, potentioremque ad Deum obliuiscendum, eiusque potentiam non timendum; quam timens Salomon Prou. 30. ideo hanc superabundantem rerum copiam meritò exhorruit, vnde petens Deo dixit: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus?* Hac abundantia, hac rerum omnium copia impius abundabat Nabuchodonosor, vnde ad eam deuenerat dementiam, vt sibi sufficientem esse putans, Deum, Deiq; potentiam non timeret,

A vnde & dixit: *& quis est Deus, &c.* Quod miser reputans, quis quæso eũ in suis poterat cohibere passionibus? dum nullum, neque in cœlis, neque in terris recognoscebat superiorem. Vnde quid mirum, si in talem vesaniam, si in talem incidit iniustitiã? si talia iniqua à subditis exquirebat suis? Pari modò, quando similia in regnis videris, dic, quòd Deum tunc Reges superiorem non existimãt, nec putant alium Dominum se habere, etsi illud credant, ita est frigidè, ac demortuè, vt æquè sit ac si non crederent, inde est, vt in mille ruant mala, scelera, & peccata, quæ non patrarent, si verè crederent Deum esse vindicem, superioremque & potestatem, quam habent, non à se, sed à Deo, vt noster inquit Sapiens, accepisse. *Quoniam à Deo, &c.*

B Num. 5. *Quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis nec custodistis legem iustitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

STabilito semel à Sapiente, Deum Principum interrogaturum actiones, vt supra versu antecedenti; nunc de quibus inquiret, ostendit, & affirmat de tribus. Primò de non recto iudicio. Secundò de iustitiæ lege non custodita. Et tertiò tandem de voluntate Dei non adimpleta: Vnde ait, *Connexio capitis.* *Aristotel.* *Deut. 16. 20.*

C *Non rectè iudicastis.* Licet rectum, sed non sufficit, nam, vt inquit Aristoteles, *Non sufficit rectum, nisi rectè*, nisi cum modo; quod expressis verbis mandauit Dominus Deuter. 16. num. 20. dum non solum iudicibus præcepit, vt iusta decernerent, sed vt iustè: dicens, *Iustè quod iustum est persequeris.* Quod fit, quando ob finem honestum, ex amore iustitiæ, iuris ordine seruato, absque personarum acceptione, non precibus, non pretio, non odio, vel amore inordinato, denique non metu, vt inquit Lorinus. Cantacuzenus asserit hîc significari iudicium rectum, sine corruptela munerum, & personarum acceptione, quod non obseruant peruersi iudices, etiamsi rectum iudicent: Vnde asserit per *Non rectè iudicastis*, denotari iudicium rectum: per *Nec custodistis legem iustitiæ*, legum obseruantiam, per *Neque secundùm voluntatem*
D *Dei ambulastis*, pietatem circa Dei cultum, quæ adeo magni facienda est in iudice, vt Lacedæmonij prohibuerint iustam sententiam latam à fœdo iudice, & turpis vitæ, ab ipso pronunciari, sed ab alio, cuius vita probabilis, rectaque esset. Pulchrè Chrysostomus, *Cùm talis est magistratus*, inquit, *vt reprehendi non possit, tum potest summa authoritate, & punire, & ignoscere, quibus præsit omnibus*: nam aliàs turpiter viuens, sic supplicio dignus est iudicaas, ac iudicatus; vnde benè sanctus Maximus serm. 9. de magistratu, ait: *Honoris magnitudo ijs, qui non pro dignitate eius vitam degere instituunt, supplicij accessio est.* Et rectè Democritus. *Qui alijs imperaturus est, debet ipsi sibi prius imperare*: hoc est, prius à vitijs

1\. Non sufficit rectum nisi rectè fiat.
2\. Rectè aliquid fieri quas requirit conditiones. *Cantac.*
3\. Pietas & recta vita in iudice necessaria.
4\. Lacedæmonij prohibebant rectam sententiam à turpis vitæ iudice pronunciari.
Chrysost.
5\. Honor magistratus turpiter in illo viuenti accessio est supplicij.
S. Max. *Baron. t. 5* *Democr.*

vitiis se coercere, vt postea alios coerceat, prius se iudicare, vt rectè deinde alios diiudicet.

Damasc. 6. Princeps sibi rigidus, cæteris indulgens sit.

Optimum Principem decet in suis quidem peccatis esse acerbum iudicem, inquit Damascenus, *& minimè ignescentem, & in erratis subditorum placidum, & ad ignoscendum facilem.* Quòd si hoc Principem decet, quantò magis iudicem? vnde aptè Philo:

Philo.

Absurdum est, inquit, *criminibus teneri eos, qui alijs iura administraat.*

7. Principum, & iudicum errores.

Legem iustitiæ. In Græco deficit, *iustitia*. Augustinus legit, & Latinè, ad maiorem explicationem positum est. Hic est secundus error iudicis, dum iudicat, legem non obseruans, sed secundùm beneplacitum.

Neque secundùm voluntatem Dei. id est, secundùm consilium, aot præceptum. Hic est tertius error, impietas contra Deum, mala affectio contra diuina. De his enim tribus inquirentur Reges, Principes, iudicesque in iudicio valdè.

HOMILIA CX.

Accusationes Principum, eorumque imputationes ministrorum in die iudicij.

TRia imputanda Principibus in tremendo iudicij die affirmat Sapiens. Primum: *Quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis.* Secundum: *Nec custodistis legem iustitiæ.* Tertium: *Neque secũdum voluntatem Dei ambulastis.* De his tribus inquirentur, discutientur, rationem reddent durissimam, districtissimamque. De istis autem, quod attinet ad secundum, & tertium, nempè eos non custodisse leges iustitiæ, non viuendo scilicet secundùm illam, neque Dei voluntatem custodisse, eius sanctissima frangendo præcepta, ob quod grauius peccant, egimus cap. 2. num. 11. & infra homil. 111. aliqua dicemus. De primo ergo tantum hîc, nempè eos non rectè iudicasse, hoc est, non absque munerum acceptione, & corruptela, nam de personarum acceptione egimus cap. præcedenti, homil. 103.

Iudicabit ergo Deus Principes, iudicabit iudices, & ab eis inquiret, cur cùm essent iudices, munera acceperunt, cùm scriptum, & simul eis prohibitum

Exod. 23. num. 8.

ne munera accipiant Exod. 23. nu. 8. *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum:*

1. Munera quomodo verba subuertunt iudicum.

Quid est enim subuertere verba, nisi ea immutare, & facere, vt contrarium dicant illius, veritatisquam sinè muneribus pronunciaturi essent: vnde ex vidente iudex fit cæcus, immo orbatus, prorsus sine oculis, vnde Hebraicè:

2. Ex videntibus non videntes eos facinat.

Non accipies munera, quæ etiam eruunt oculos prudentibus: & ex iusto iniustus, obcæcatus, & immutatus à muneribus, & sic non amplius profert verba iusta, sed iniusta. Quod eleganter Petrus expressit Damianus epist. 2. lib. 2. quam scripsit ad sanctæ

Petrus Damian.

Romanæ Ecclesiæ Episcopos Cardinales: in qua

3. Ecclesiæ clades, ex vitio auaritiæ.

docet omnes Ecclesiæ clades ex vitio promanere auaritiæ, præsertim in accipiendis muneribus: *Acceptis quippe muneribus*, inquit, *si contra daterem quid agere volumus, mox in ore nostro verba mollescunt, locutionis acumen obtunditur, lingua quadam*

4. Ex muneribus acceptis quæ mala in iudice refunduntur.

pudoris erubescentia præpeditur, mens quippe percepti muneris conscia, debilitat iudicialis censuræ

A *vigorem, reprimit eloquentiæ libertatem: nam etsi iudicij rectitudo funditus non adimitur, iudicandi tamen authoritas eneruatur.* Nil melius. Vnde illico ac quis iustitiam administrans accipit, statim dic, quod iudicium peruertit. *Non ambulauerunt*, inquit scriptura de filiis Samoel

1. Reg. 8. num. 3.

1. Reg. 8. num. 3. *in viis eius, cùm posuisset eos iudices in Israel, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, ac peruerterunt iudicium.*

5. Iudices corrupti latrones.

Quid aliud quæso sequi poterat post munerum acceptionem, nisi iudicij peruersio? Vnde benè talis non iudex, sed vt à Diuo appellatur Chrysostomo hom. 81. in cap. 17. Ioann. latro, & homicida dici debet.

Chrysost. Isai. 1. nu. 23.

Sic eos sanctus appellat Propheta Isaias cap. 1. nu. 23. etsi Principes, etsi magnates. *Principes tui infideles*, inquit: hoc est, à Dei lege recedentes, declinantes, peruersi, & rebelles: vnde Aquila vertit: *recedentes*, Pagninus, *declinantes*, Pintus, *peruersi*.

B Septuaginta, & sanctus Hieron. *inobedientes*, in Hebræo enim pro, *infideles*, est, *sorerim*, à radice fur, vt volunt Hebraisantes: quæ omnia illa significat. Tales ergo Principes tunc in Dei populo regnantes appellat Propheta infideles, rebelles, peruersos, immo & latrones: vnde sequitur, *socij furum*, si socij, ergo & ipsi fures, & latrones, at in quo? *Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.*

6. Cupiditas in Principe, & iudice sufficit ad constituendum eum latronem.

Mirum: latrones sunt, quia munera diligunt: quid ergo erunt, quando ea accipiunt? si propensio ad accipiendum in Principe, aut iudice, facit eum nomine dignum latronis, quid erit quando actu accipit? si sola cupiditas damnatur, quid acceptio? *Dicet aliquis*, inquit Petrus Damian. vbi supra, hæc expendens

Damian.

Isaiæ verba: *Ego quidem nihil quæro, sed si quid gratis offertur, accipere non recuso: ecce hîc non notantur ij, qui munera quærunt, sed qui tantummodò*

C *diligunt.* Latrones ergo sunt munera accipientes, non iudices: furantur rempublicam, non iustitiam

7. Iudices corrupti impotentes ad videndũ.

administrant: non solum cæci, id est actu non videntes; sed etiam sine potentia ad videndum, quia vt Spiritus sanctus dixit, excæcant, hoc est, eruunt oculos prudentibus.

8. Munerum vis quanta.

In qua sententia illud valde adnotandum, non simpliciter Spiritum dixisse sanctum, munera quoslibet excæcare oculos, & quorumlibet immutare verba, *sed oculos prudentum, & verba iustorum.*

Caietan.

Vnde Caietanus legit, *quæ excæcant apertos*, idest, tam valida sunt, vt etiam illos, qui perfectè vident, excæcent, & eorum verba subuertant, immo & torqueant: vnde in Hebræo est, *& torquebunt verba iustorum*, vt scilicet dicant contrarium eius, quod antea dixerant, intusque sentiunt, flectendo illa, & illum. Ex

D quibus euidenter deducitur, quanta vis sit munerum, quantamque ad rectè iudicandum obsistentiam faciant, vt licèt sit quis iustus, tamen eius excæcet oculos, immo & eruat: ne quis falso decipiatur, aut in prudentia sua, aut in rectitudine fidens, quòd etiam cum muneribus iustitiam rectam exequetur, quodque iustum erit iudicabit, nam fallitur, quia munera excæcant prudentes, & apertos, subuertuntque, immo & verba torquent iustorum.

9. Deus ipse in actu iudicij à muneribus se cauet.

Quod equidem tam verum, extraque telam, vt magnum quid, admirãdumque dicam, sed verum, vt semel videatur, quàm potentia sint munera ad excæcandã vim, aciẽque tollendã diiudicãdi, vt nec ipsemet Deus, cũ sit impertuertibilis, naturaq; incorruptibilis, sibi fidat (nostro modo intelligẽdi) accipere munera, simulq; iudicare, vnde dũ actũ iudicij

Qq

exercere debet,non solum personam non accipit, sed nec munera. Deuter. 10. nu. 16. *Circumcidite praeputium cordis vestri*, inquit Moyses populo, *& ceruicem vestram ne induretis amplius, quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.* Vltimũ pondero, quasi diceret sanctus, si munera acciperet, nó esset terribilis, acciperet personam, non rectè iudicaret. vnde ideo est terribilis, rectè iudicat, omnibus aequalem dat iustitiam, quia cauet à muneribus, quasi ea timens. Immo non solum cauet à munerum acceptatione, sed etiam ab eorum cupidine, ita vt non solum ea non acceptet, sed vt rectus sit iudex, nec ea cupiat, non actũ tantum, vt sic dicã. sed etiam & desiderium à se abdicans accipiendi, quod vti malum in iudice, ipse reprobat, vt supra diximus. Hoc enim mihi videre videor in illis sanctissimi Principis Iosaphat verbis 2. Par. 19. num. 6. cùm iudices suo regno praeficeret. *Videte*, inquit, *quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini* Hoc est, non vos, sed Deus in vobis iudicat, non vos homines, sed Deos reputate, & vt tales in iudicio vos exhibete, Deo conditiones habentes, quas subdens pius Rex, inquit: *Non est enim apud Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Hoc postremum adnoto: non enim dixit, *nec acceptio munerum*, sed nec, *cupido munerum*: non solum non accipit, sed nec cupit accipere, exper se est, non solum acceptationis, sed & cupidinis. O mirum atque incredibile! quod Deus sibi ad nostram non permittit instructionem, putant homines sibi permitti, rectam scilicet exercere se posse iustitiae administrationem, etiamsi munera accipiant, cùm ipsemet Deus natura, essentiaque incorruptibilis, vt faciat iudicium pupillo, & viduae, munera nolit, immò nec cupiat: toto ergo aberrant coelo, & iustitiam non administrant, sed iniustitiam, quia vt illam rectè quis administrare possit, non solum non auri cupidus esse debet, sed auaritiam, seu auri cupidinem odisse, iuxta illud Iethri ad Moysem Exodi 18. num. 21. *Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.* Vbi Caietan. *Quamuis sufficiat homini non esse auarum, non sufficit tamen Principi, aut iudici, sed oportet tam alienum esse ab auaritia, vt oderit eam:* Ita vt ad accipiendum non solum manus habeat clausas, aut non extentas, sed penitus praecisas, decurtatasque. Quod optimè agnouerunt antiqui illi Thebani, de quibus sic scribit Plutarchus lib. 1. de Iud. *Thebis iudicum imagines visuntur absque manibus, & summi iudicis oculis conniuent.* Cuius interpretationem addens sequitur, *eo quod iustitia, nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur.* Optimè sanè: nam Princeps, qui iudicat, iudex, qui iustitiam administrat, omnino impotens natura ad recipiendum inueniri debet: non enim sufficit manus habere, aut clausas, aut non extentas, aut ligatas, sed prorsus illis carere, ita vt impossibile sit munera accipere: talis scilicet, vt omnes existiment illum ita incorruptibilem, vt nec suspicio, aut imaginatio corruptionis concipi de illo possit, & sic viuere, vt talia de illo omnes iudicent penitus scilicet illum non habere manus ad munera. *Verus Princeps*, inquit Themistocles, *est, qui auro inexpugnabilis est*: Hinc non satis vnquam laudatur in historijs Martius Curius Dendatus Senator, cui ad forum sedenti cùm

Deut. 10. num. 16.

10. Immo munerum praescindit cupidinem.

2. Par. 19. nu. 6.

11. Iudex abhorrere debet munera, non solum non accipere.

Exod. 18. num. 21.

Caietanus.

12. Princeps ad accipiendum sit sine manibus.

Plutarc.

13. Thebanae imagines cur sine manibus.

Themisto.

A Samnites ingens auri pondus attulissent, illud repudians dixit: *Mementote me, nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse, neque enim praeclarum est aurum habere, sed ijs, qui aurum habent imperare.* Sic Cicero in Catone. cuius auri despectionis caussam assignans, subdit: *Curium tunc, cùm Legati venere, rapam coxisse, illisque demonstratam dixisse, se post aurum non abiturum, quamdiu tali cibo contentus vixerit.* En ratio, non corrumpi potuit Martius, quia rapa contentus, quia paucis, quia suis tantum, quia non se ditescere, sed Rempublicam cupiebat. *Nunc autem*, inquit Saluian. libro primo de gubernat. Dei. *diues potestas pauperem facit esse Rempublicam, quando pauperes magistratus opulentam Rempublicam habebant* Si officium appetit iudex, vt ditescat, quomodo sine manibus esse potest? si commodum, non laudem affectat, quomodo non accipiet? *Principem*, dixit Bion Philosophus, *oportere magistratum discedentem, non diuitem, sed clariorem euadere.* At qui è contra non clarior, sed ditior esse, quomodo se ab auro continebit? quomodo sine manibus erit? quomodo iustitiam exercebit? Quomodo iustitiam exercebit dixi: nam si Princeps, aut iudex ad munera manus habet, equidem prorsus ad iustitiam non habebit, distrahet eam, torquebit: immo etsi specialiter Deus eam illi inhibeat, dissimulabit, infringet, tandem non eam exequetur. Memorabile de hoc in scripturis extat exemplum: Saul enim auarus ideo Amalech non deleuit, nec Agad regem occidit, quia cupidus auri, quia etsi iudex, manus tamen habebat, quas praescindere ab eo cupiens summus ille iudex, dum exactissimam ab Amalechitis vindictam sumere decreuerat, ita vt penitus eorum nomen à terra deleretur, non solum ei praecepit, vt omnia deleret, sed ne quidem concupisceret, timens si concupisceret, quod eo concupiscente euenit. *Recensui quaecumque fecit Amalech*, 2. Reg. 15. num. 2. dicit ei Dominus. Adnotandum verbum, *recensui* loquitur enim Deus iuxta illorum hominum consuetudinem, qui in annales referunt, quorum nolunt aboleri memoria, vt illorum memores suo tempore, aut mercede compenset, vt fecit Assuerus Esther cap. 6. aut supplicio afficiat, vt de Amalech, cuius peccatum Exod. 15. num. 14. scriptum traditur esse in libro, Domino sic Moysi mandante, *Scribe hoc ad monumentũ in libro*, scilicet resistentiam Amalech Dei populo, *& trade auribus Iosue, delebo enim memoriam Amalech sub coelo.* Humano ergo more loquens Deus quasi annales reuolutus inuenit Amalech deberi sibi poenas, quas sic à Saul exigi mandat, vt quod annotatum in annalibus erat, omnino eius nomen sub coelo deleretur: ob quod ei. *Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei*: & vt hoc exequi posset, adiecit: *& non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem, bouem, & ouem, camelum, & asinum:* omnino ex hoc praescindens eius manus ad munera. quia ad iudicium cum mittebat. At miser iste plus aequo cupidus, manus ad rapinam extendens, numquid Dei iustitiam exercere potuit? immo cum ea dissimulans, specie pietatis non iustitiam, sed auaritiam exercens contra Domini mandatum, Amalech omninò non deleuit, Agad impium regem non occidit: & quia omninò Dei exequenda erat iustitia, cùm inhabilis

14. Quibus praeclarum imperare. *Cicero.*

15. Vnde iudices incorrupti sunt. *Saluian.*

Bion.

16. Princeps non cõmodũ sed laudem expetere à republica debet.

17. Iudex manus ad munera accipienda habens ad iustitiam non habebit.

2. Reg. 15. num. 1.

18. Deus annales habet factorum hominum.

Exod 15. num. 14.

19. Saul iudex cum manibus, ideo iustitiã non exercuit.

esset iam corruptibilis Saul, necessarium fuit vt A alius iudex accederet ad exequendam Dei iustitiam omninò incorruptibilis, & qui non solùm munera non recipiebat, sed nec aspiciebat quidem, sine manibus prorsus existens; Samuel inquam, omninò sine manibus, & incorruptibilis, ipso probatus populi examine 1. Reg. 12. num. 3. *Conuersatus coram vobis ab adolescentia mea, inquit, vsque ad hanc diem, ecce praesto sum, loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi.* Cui populus testificans respondit. *Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quidpiam.* En quantum sine manibus erat, vt nec suspicio quidem corruptelæ apud aliquem vnquam de eo fuerit. En quàm incorruptibilis, vt non recusaret iudicium totius subire populi, sæpè sæpius cogitantis, loquentisque, non vera, sed falsa, tantumque imaginata. En quàm incorruptibilis, vt non refugiat iudicium etiam Regis nouiter electi, vt plurimum summi rigoris, & tandem summè incorruptibilis, quia nec Dei iudicium refugit, cùm dicat, *Loquimini de me corã Domino, & coram Christo eius*, loquebatur certè confidenter, quia sine manibus prorsus, nec magnũ, nec paruum recipiens. Vnde Septuaginta ad illud, *si de manu cuiuspiam munus accepi*, addunt, *vel calceamentum*, quo nomine exiguum aliquid significant, nam prouerbialiter, calceamentum pro re sumitur vilissima, vt Amos 2. nu. 6. *Pro eo, quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamento*, hoc est pro re vilissima. Vnde Sirac c. 46. n. 22. hãc summam Samuelis à muneribus puritatem laudãs, ait: *Ante tempus finis vitæ suæ, & seculi testimoniũ præbuit in conspectu Domini, & Christi, pecunias, & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo:* Quæ non solum non accepit, sed perfecti complens iudicis partes, penitus abhorruit, eorum prorsus cupiditatem abscissam habens: quod satis liquet ex eius, quæ addidit, verbis, nempe, *Et contemnam illud hodie, restituamque vobis*, vbi pondero verbum, *contemnam*, non enim dixit, *relinquam*, quasi illud diligeret, aut vt bonum aliquod desereret, sed contemnam quasi vile, sibi odiosum, infaustumque. Ob hoc equidem, quia sibi conscius iudiciũ subire non timuit, ita impensè eum procurans, vt dicat Iosephus, quod non solum petierit, orauitque, sed etiam per Deũ adiorauit populum, vt de suis rebus diligenter statueret, videret, & seuera castigaret censura, si quid inter tot annorum administrationem peccatum fuisset. *Samuel, inquit, propheta, priusquam comitia dissoluerentur, sic est allocutus populum: Adiuro vos per maximũ Deum, qui vobis optimos illos fratres Moysem, & Aaron misit, vt patres vestros ex Ægypto educant, vt absque pudore, ac metu, omnique affectu alio, liberè dicatis, numquid contra ius, & æquum fecerim, vel proprij lucri cupiditate, vel in alterius cuiusque gratiam: coarguite me, si cuiusquam vitulum, aut bouem, aut aliquid tale accepi.* Quod totum ideo adduxi, vt perspicuum cuilibet fieret, quam sine manibus, quàm lõgè à cupiditate, quàm à muneribus abhorrens fuerit Samuel. Vnde non mirum, si ipse Dei compleuit iustitiam incorruptibilis, quam corruptibilis non exercuit Saul, *Et in frusta concidit, ac occidit Regem, quem viuum reliquerat ipse.* Sic certè illi Principes, illique iudices

20.
Samuel iudex incorruptibilis, & cur.

1. *Reg. 12. num. 3.*

Septuag.

21.
Calceamẽtum in scriptura pro re vilissima.

Amos 2. num. 6.

Eccle 46. num. 22.

22.
Munera Samuelis vilissima.

Iosephus.

A iustitiam exercebunt, qui non recipiunt munera, qui incorruptibiles; nam qui munera, non habent manus ad occidendum, iustitiamque exercendam, adhibent excusationes, & sub colore Dei cultus auaritiam suam explere desiderant: manus habent ad munera, & sic Dei sententiam exequi non possunt, ac perfidis eam intimare: timent, horrent, se excusant, non palam loquuntur, immò nec veritatem vident, nec eam inueniunt, librorum multitudinem reuoluunt, & tamen nec in eis iustitiam reperiunt, immo nec eos legere valent.

23.
Iudices corrupti legere non valent iustitiæ libros, nec eã in illis inuenire.

Daniel. 5. num. 8.

Enimuero coram Balthasar Rege Dan. 5. num. 8. introducti fuerunt omnes sapientes eius, vt scripturam illam, quam Dei digitus exararat, legerent, & interpretarentur. *Sed nec scripturam legere, nec interpretationem valuerant indicare Regi:* Tunc introductus Daniel, & scripturam legit, & in- B terpretationem dicere valuit. Cur putandum? nisi quia cùm scriptura illa Balthazaris Regis iudicium contineret, nullus valuit illam legere, nisi incorruptibilis, & qui dona, ac Regis munera sperneret, quæ cæteris obtulerat, quod solus Daniel fecit, dum sic Regi respondit: *Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi Rex, & interpretationem eius ostendam tibi.* Legit, declarauit, percepit sensum, sententiam Dei impio indixit: non equidem legisset, & si legisset, non intellexisset; & si intellexisset, sententiam Regi non indixisset si ad munera aspexisset, si ea admisisset, si non respuisset. *Beatus Daniel*, inquit Theodoret. *irrisis impij Regis pollicitationibus, dixit ei: munera tua, &c. neque diuina enim vendere didici, neque humanam mercedem pro diuinis mysteriis accipere: gratis itaque accipe eã, quã tu ignoras cognitionem.* Ob hoc intrepidè, etsi C Regi, mortem annunciauit; nam aliàs, quomodo si dona accepisset, eam annunciare potuisset? *tristia annuncianteni indecens erat*, inquit glosa hîc, *dona suscipere.* Annunciauit ergo, verum scripturæ assecutus est sensum, quia munera respuit, quem assequi cæteri non valuerunt, quia munera non respuerunt. Sic iudices, & qui iustitiam dicere tenentur, qui Dei sententiam contra impium proferre, nec sciunt libros legere, & si legunt, non eos intelligunt, & si intelligunt, non audent sententiam proferre, quia ad munera aspiciunt, quia incorruptibiles non sunt. *Auaritia, & auri cupiditas*, inquit Chrysost. hom. 65. in ca. Ioan. 12 *grauis morbus est, grauis inquam, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera saeuiores reddit, non con-* D *scientiam, non amicitiam, non consuetudinem, non propriæ animæ salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus dirimens, in seruitutem sibi, quos cæpit, more sæuissimi tyranni vendicat.* Perpende singula Chrysostomi verba, auaritiæque conditiones, quas si semel iudici applicaueris, perspicies illa laboranti impossibile æquum, iustumque ab illo edici, cũ nec oculos habeat ad verum discernẽdum, nec aures ad verum audiendum, immo nec conscientiam, vnde Deũ non timens nec homines verens, non quod ius, sed quod aurum ei suggerit, pronunciat, & edicit.

24.
Daniel cur scripturam Regis sententiam cõtinentem valuit legere.

Theodore.

Chrysost.

25.
Auaritiæ effectus.

Quod vitium in iudicibus ita maximum est, vt id solum indecoros eos reddat, sicut è contra sola incorruptibilitate decorantur; vnde quamuis cætera requisita adsint, vt scientia, intelligentia, potentia, & similia: incorruptibilitatem si tollas, decorem auferes ab eis, sicut è contra decoros

26.
Sola incorruptibilitas in iudice decorum eum reddit.

reddes, etiamsi cætera desint: nam sicut in milite, A quod præcipuum requiritur, est fortitudo, & hac sola virtute decoratur, qua deficiente, etiamsi aliæ adsint, nihil ad illum: erit quidem vir bonus, sed nō bonus miles: & sicut in muliere, si continentia deficiat, etiamsi aliæ partes naturales, bonæque adsint qualitates, nihil ad æstimationem eius conducunt. Sic iudex, & qui iustitiam exercere debet, sit scientificus, sit potēs, sit validus, sit populo gratus, bonus erit homo: sed incorruptibilitate deficiente, nec bonus iudex nec honorabilis: at da eū incorruptibilē, etiamsi alia desint, nescio quomodo non sic eum delustrantes in pretio, æstimationeque habeatur, immò eum omnes timeant, & venerentur populi: quod cùm ita sit, quid hoc aliud est, nisi quia sicut miles sola fortitudine, sola mulier decoratur continentia: sic iudex sola incorruptibilitate? Hoc equidem mihi videre videor insinuatum 3. Reg. 7. n. 7. in

3. Reg. 7. num. 7.

27\. Solium Salomonis cur totum ex tabulis cedrinis.

B præcelso illo Salomonis solio, in quo cùm iudicia ibi edici deberent, non illud alijs texit, nisi cedrinis lignis, nulla aliorum permixtura lignorum: *Fecit porticum solij, in quo tribunal est, & eum texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem:* Quid enim cedrina ligna in portico solij, in quo iudex residere debebat, & iudicium facere, nisi incorruptibilitatem eius significant? Quod eleganter considerauit Bernardus serm. 46. in Cantic. explicans illa verba, *Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina.* Vbi postquam dixit per domos conuentum intelligi Christianorum, & per tigna cedrina Principes eos gubernantes, ac fortiter, iustis impositis legibus, regentes, *Ne suo quisque volūtate*, vt ipse inquit, *viuentes, tanquā parietes inclinati, & maceria depulsa dissideant à semetipsis, & sic omnis structura corruens ædificij dissipetur.* C Post quæ, quare Principes cedris assimilentur, addens, inquit, quòd propter incorruptibilitatem. *Cedrus quidem, quoniam imputribile est, nec non & odoriferum, altaque proceritatis lignum, satis indicat quales oporteat assumi viros in vices tignorum ad Reipublicæ gubernationem, validos nempè, constantes, incorruptibiles, nec non longanimes in spe, atque ad superna mentis verticem attollentes:* Textura ergo solij lignis cedrinis incorruptibilitatem in iudice significat, quam solam eius esse ornatum rectè dicimus, dum soliū absque mixtura aliorum lignorū, neque alia re coopertum reperimus, & hoc à summo vsque deorsum, significans incorruptibilitatem in iudice solum ornatum eius esse, solumq; decorem, vnicum, & singularem, quo circumindui, circūdarique etiā à summo debet vsque deorsum, idest, vt nō solùm ipse, sed domus eius tota, vxor, filij, parentes, & amici, serui & familiares incorruptibilitatem vestire, incorruptibilitatemque redolere debeant.

Bernar.

28\. Iudices quales assumi debent

29\. Iudicis domus etiam sit incorruptibilis.

D Qua sola equidem, non solum honoratur, sed etiā ab æmulis defenditur, atque ab inimicis, contraque fortunæ ictus stabilis semper permanebit ipse, domusque eius tota: sicut è contra pessum illa ibit, si corruptibilis: Audi eundem Sapientem alibi Prou. 15. num. 27. sic edicentem. *Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera, viuet.* Conturbat equidem iudex domum suam, muneraque statum peruertent illius, dum ea appetens, iustitiam non exercet: nam ex sola hac parte iudex, & qui iustitiam administrat, insectari potest ab inimicis tremunt isti, illum si viderint incorruptibilem, & non audentes loqui, Deum æstimantes, vt infra dicemus, in cœlum non audebunt ponere os

30\. Iudicis domus sola conseruatur incorruptibilitate.

Prou. 15. num. 27.

suum: vnde semper viuens, florensque erit: At da corruptibilem, non Deum illum facient, sed hominem, & vt hominem persequentur, calumniabuntur, destruent ac pessundabunt, ex quo conturbabit domum suam, immo & perdet, ac dispertiet: vnde Chaldeus legit: *Perdit domum suum, qui congregat mammonam iniquitatis*, & cum domo seipsum etiam: ita Septuaginta: *Disperdit seipsum acceptor munerum: qui autem odit munerum acceptiones, saluatur.* Quod dilucidè etiam expressit Iob cap. 27. num. 18. de alienorum bonorum direptoribus disserens: *Ædificabit*, inquit, *sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum:* Nam dum terendo tinea sibi domunculam construit, domum ipsam debilitat, ac perdit, quia lignum corrumpit, quod aliàs diuturnum esset, & molem sustineret ingentem. Sic pari modo vineæ custos, dum ex vineæ lignis vmbraculum sibi parat, vineam destruit, ac consumit. Ita equidem, inquit sanctus, non secus sunt bona malè à malis parta, maleque dictu, à corruptis acquisita iudicibus, domos eorum non ædificant, sed destruunt: tineæ sunt, non diuitiæ: vmbracula vinearum, non sustentacula, cadent tandem, ac pessum ibunt, sic iustitia ordinante diuina, ab hominibus insecuti, absque vllo timoris respectu, dum homines illos, vt dixi, non deos amplius æstimant, & iure equidem, nam sicut iudex incorruptibilis Deus in terris: sic corruptibilis, non amplius Deus, sed homo: iudices equidem dij sunt non homines in terris: de illis enim scriptum est: *Ego dixi, dij estis*, Psalm. 81. num. 7. & ex eo solo dij constituuntur: quia sicut Deus talis est, quia nullius bonorum eget, omnesque è contra, bonorum eius, vnde Dauid Psalm. 15. num. 2. *Dixi Domino Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges:* vbi Hieronymus: *quia non est mihi benè sine te.* In quo ob duo Deum Dauid esse suum Deum affirmare videtur. Primum quia bonorum suorum Deus non indigebat. Secundom verò, quia Dei bonorum ipse: vnde quasi diceret, ait, Deus meus es, quia bonorum meorum non indiges, & Deus meus, quia tuorum indigeo: tolle à Deo duo hæc, tolle sufficientiam, indigeat meorum, non erit Deus, non indigeam ego ipsius, ad quid habeam ego eum vt Deum; Deus ergo est, quia non est mihi benè sine illo, & illi est benè sine me. Sic certè iudex Deus est, tunc quando nullius eget, Deus est, quando nullius bona concupiscit; quando ipse à nullo accipit: & è contrario, omnes illius egent, omnes ab illo iustitiam, ius, æquitatem, bona tandem, vitamque accipiunt: At fac eum indigentem, fac appetentem, fac cupidum bonorum, hominem facies, non Deum, ex quo fiet, vt eum, vt hominem persequantur, calumnientur, adurant, consument: perdatque ipse domum, remque suam totam.

Iob. 27. num. 18.

31\. Auaritia & bona male parta cur tineæ domorum.

32\. Iudex incorruptibilis, Deus in terris, & cur.

Psal. 81. num. 7.

Psal. 15. num. 2.

Hieron.

Nec equidem minus eueniet, si iudex supremus sit, si Princeps, si Rex: perdet æstimationem, perdet decorem, perdet adorationem, & his amissis, dic, nonnè simul eum eis perdet & regnum? Quid enim occidit, causaque mortis Pertinacis extitit Imperatoris, vt scribit Pomponius Lætus, nisi contemptus eius, quem habuerunt milites, ex vilitate auaritiæ eius, qui non solum omnia vendebat, sed vt mercator negotiationes exercebat: amisit æstimationem, reputarunt eum hominem, occiderunt, quid mirum? Quid eri-

33\. Auaritia Principem constituit contēptibilem.

Pompon. Lætus.

puit regnum ab impio Achab, vnde peremptus iusto Dei iudicio, vitam etiam cum illo
3. Reg. 21. 2. amisit 3. Reg. 21. num. 2. nonnè fuit auaritia, concupiscentiaque honorum alterius? concupiuit, &
34. Princeps cupidus homo non Deus. concupiscendo statim, vt homo elanguit: *Et proijciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem.* En quàm vilem eum effecit concupiscentia! diceres tu hunc esse Deum? an potius hominem miserrimum, abhorrentem vitam, quia non perueniebat ad prædam.
Ambros. Quod eleganter dixit Ambros. lib. de Nabuch. cap. 3. causam assignãs, quare Achab panem non manducauerit: *Non manducauit*, inquit, *panem suum,*
35. Achab cur panem non comedit. *quoniam quærebat alienum, etenim diuites magis alienum panem, quàm suum manducant, qui raptu viuunt, & rapinis sumptum exercent suum: aut certè non manducauit panem suum, volens se morte*
36. Passiones in Principe quàm vehementes. *mulctare, quod ei aliquid negaretur.* vnde ex summo in terris, infimum ipsa concupiscentia effecit. Non mirum ergo si vt homo, quamuis esset Rex, deperijt in passione, & lectulo decumbens, & ac si fuisset miser, incænatus manens, vilem eum concupiscentia effecit, simulque iniustum, vnde iustitiæ leges non obseruans, innocentem, insontemque occidens, eius opera interrogans Deus inuenit illum non custodisse iustitiam, vnde eum occidit, regnoque priuauit: quia verissimum, quod inter cætera, quæ à Principibus Deus exquiret, illud præcipuum, si, vt inquit noster Sapiens, custodierunt, &c. & eos condemnabit, *quia non custodierunt legem iustitiæ.*

Num. 6. *Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. SVpra versiculo antecedenti expressit Sapiens, de quibus Deus inquiret Principes: nunc durum comminatur eis iudicium, qui malè populum rexerunt: cadent enim in manus illius Domini, qui personam non respicit, nec veretur, & hoc, *cito*, hoc est, repentè, subitò, ex tempore.

Apparebit vobis, Instabit, ingruet, imminebit, adueniet citò,

Iudicium durissimum, De omnibus fiet iudicium, sed præcipuè de ijs, qui hîc iudiciariam exercuerunt potestatem. Dei iudicium ea se durum est, nullus resistere potest: *Si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit?* Quid ergo erit, quando hoc iudicium, non solum durum, sed durissimum exercebitur? fugienda ergo sunt sceptra, fugiendæ dignitates, ne in durissimum incidamus iudicium.

1. Sancti vt summos renunciarunt honores. Ob id sancti viri hoc metu ducti, semper primas recusarunt Cathedras, primosque honores, vt Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, Bernardus, & Diuus, ac sanctissimus Thomas.
Prat. Spiritual. Sed quod admirationem, stuporemque facit, illud est, quod refertur in Prato Spirituali lib. 1. tract. de rebus mirabilibus cap. 16. & 17. de Zosimo Ab-
2. Zosimus Abbas etsi à Deo electus Episcopatum tandē reliquit. bate, cui cùm dixissent ex Dei reuelatione duo sanctissimi viri, vt ab eremo discederet, quia Deus summus ad regimen Ecclesiæ Babyloniæ destina-

A uerat, quod & euenit; nam pergẽs ad sanctissimum Patriarcham Alexandriæ Apollinarem visendum, in Episcopum Babyloniæ eum consecrauit: quod munus cùm sanctissimè per aliquot annos subijsset, tandem eo renunciato, iterum ad eremum se contulit, quasi reputans non se saluaturum, nisi dimisso onere rursus ad eremum confugisset, & tamen electus, & à Deo destinatus, ab illo vocatus, & non ipse se ingessit, sed vocarunt, sed vim intulerunt. Qui ergo se ingerit, qui non vocatus, qui negotiatione, prætensione (ne quid peius dicam) ad culmen honoris, prælationisque peruenit, & in ipso moritur, ad vitamnè ingredietur?

Nec minus mirum est illud Bernardi, de cuius 3.
familia cùm Eugenius Papa quemdam monachum sanctissimum ad Episcopatum vocaret, & vim inferret obedientiæ præcepto, ita renuit, vt Admirabile renunciationis dignitatum exemplum.
B diceret victurum se semper cum hæreticis, ac in perpetua excommunicatione mansurum potiùs quàm dignitatem illam acceptare: de qua renitentia cùm ipsemet Bernardus sanctissimos scandalum pateretur, reuelauit illi Deus, quòd si acceptasset monachus ille dignitatem, infallibiliter fuisset condemnatus, & tamen erat vocatus, & tamen vim illi summus inferebat Pontifex. Quis ergo non timebit hæc audiens, aut quis audebit se ingerere illi officio, in quo periclitantur etiam electi, & vocati, immò & coacti?

Expositores multam vim faciunt in verbo illo, *durissimum*. Vnde aiunt, quòd his, qui præsunt, fiet 4.
iudicium durum, si malè intrauerunt, durius si malè vixerunt, durissimum si malè rexerunt: seu dorum propter peccata subditorum, durius ministrorum, durissimum ob propria, quæ ratione muneris, Principes quòd iudicia subibũt.
C scandali, & damni illati maiora semper sunt.

Tandem summoperè mihi placet, quod ait Lorinus, de omnibus scilicet certum esse, quod generale iudicium fiet, sed maximum, & præcipuum de *Lorinus.*
his, qui iudiciariam hîc potestatem exercuerunt, quod probat illo Isai. 49. nu. 25. *qui iudicauerunt, ego iudicabo.* Si ergo generale iudicium tam strictum, & acre in omnes: quid erit in illis, qui speciatim, & particulariter ibi iudicabuntur, & contra *Isai. 49. num. 25.*
quos particulariter inquiret iudex? merito igitur sancti timent hoc iudicium, meritò tales fugiunt honores. Ex quo clarè deducitur multum, immò infinitè Deo obstrictum se reperire, qui gratia sua ab his exemptus periculis reperitur: vnde in priuata, humilique vita degens, tranquillè sine scopulis ad salutis sperat, tranquillitatisque portum peruenire perenniter. 5. Principes in iudicio peculiariter iudicabuntur.
D

Num. 7. *Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

VErissima sentẽtia, cui minus cõmissum minus exigitur: cui magis multum: qui maiorem recepit gratiam, & peccat, qui maiore vallatus est præsidio, & iniquè agit, durissimè contra eum agetur, mitius autem in eum, qui tantis non est circumfultos præsidijs. Mali ergo Religiosi potenter cruciabuntur, & mali Christiani, sicut *Connexio Capitis.*

A etiam& mali Principes,quibus multum creditum: Non sic verò plebeius, &,cui nil aliud præter se in gubernationem datum. Vnde benè S. Antonius Abbas Melissæ li.2.serm.1 de Rege bono,Regibus intimat,vt purpuram metuant. *Reges, inquit, purparam metuite,quid vobis sit commissum, cognoscite,& quale sit in rebus vestris mysterium: vniuersus mũdus sub manu vestra,exiguo diademate,& paruo panniculo tenetur: superna solius Dei sunt,at inferna etiam vestra: estote dij subiectis vt aliquid dicam etiam audacius.* Dij vult vt sint, sanctitas ergo Dei ab eis requiretur,an obtinuerint, inquirentur, discutientur,qua sine si inuenti,potenter tormenta patientur.

S. Anton. Abbas Melissa.

1. A Regibus, & Principibus quæ sanctitas requiretur.

Exiguo enim conceditur misericordia. Idest plebeio,vulgari,pauperi. Alij,ei,qui ex infirmitate,ignorantia,aut passione peccarunt. Placet, sed primus sensus est magis ad litteram: pauper enim, qui ex necessitate quodammodo coactus peccat, & nulli B alteri nocet, misericordia concedetur. Non sic autem Principibus,& Regibus, quorum peccata ruinæ publicæ sunt causa.

2. Iudicium mite cum paupere fiet.

Potentes autem potenter,&c. Idest validè,firmiter, vehementer inquirentur proceres,& primates, validis tormentis excruciabuntur, & magna de illis fiet quæstio,& inquisitio. At cur? quia potentes potenter etiam fecerunt malum,hoc est,vi, violentia, superioritate,& potentia abusi oppresserunt, diripuerunt, destruxerunt pauperem, ita vt nec mussitare quidem ei licuit: hi potentes potenter etiam tormenta patientur,& eadem vi,qua ipsi oppresserunt,opprimentur.

3. Potentes cur potẽter tormenta sustinebũt.

HOMILIA III. C

Iudicium, populos regentium, terribile, & formidabile.

H*Orrendè,& cito apparebit vobis.* Ad exercẽdum nempe cum Principibus iudicium, immò & generaliter cum omnibus, qui præsunt, qui Principes dici possunt,siue sint sæculares, siue Ecclesiastici: at quale erit tale iudicium? *durissimũ.* Cuius ratio,quia hîc potẽtes efficere voluerũt omnia,quæ in ipsorum animo fuerunt, nemine valente eis resistere,quamuis opprimeretur: vnde sicut vires habuerunt ad patranda mala,habeant ad sustinenda tormenta,& hîc potentes potenter tormenta patientur.

D Enimuerò tormenta correspondere debẽt peccatis: peccata autem potentum,& Principum,infiniti equidem sunt põderis: *Quatuor sunt,* inquit Hugo Cardin. *quæ peccatum aggrauant, & pondus eius faciũt, vt in immensum crescat, qualitas scilicet, frequentia, diuturnitas, impœnitentia.* Hæc equidẽ in peccatis Principum ferè semper inueniuntur: peccant enim grauissimè in qualitate,quia personæ publicæ,maioremque ob id obligationem habent non peccandi. Peccant in frequentia,quia ob opportunitatẽ,libertatemque, frequentius quàm alij peccant. *Lubrica est in bonis moribus licentia potestatis, & oblatio facultatis,* inquit Amb. in Apologia Dauid c.5. Peccant in diuturnitate, quia rarò se corrigunt: *difficile est Principem regredi ad melius,* inquit Isid. li.3. de summo bono c. 51. *si vitiis fuerit implicatus.* Cuius rationem addens sequitur; *quia populi peccantes iudicẽ metuunt, & à malo legibus coercentur, Reges autẽ, nisi solo Dei timore, metuque gehennæ coerceãtur, liberi in praceps prorũũt, & per abruptũ licentiæ in omne facinus labuntur.* Et tandẽ peccant in pœnitentia quia nec ad vltimum pœnitere volunt,nã ita assueti sunt ad suæ imperium voluntatis efficiendum,vt nec in morte velint eã submittere,& corrigere; vnde sic impœnitentes moriuntur,sicut in vita obstinati vixerũt. At licet quatuor ista simul maxime peccatũ aggrauẽt Principis, primum tamen (me iudice) supra cætera se eleuat, qualitas nẽpè,quia ex illa cæteros ad peccandũ impellunt, vnde sic eorum grauitas crescit,vt licet non sint multa,tamen totius populi æquiparentur peccatis.

1. Peccata Principum infiniti ponderis.

Hugo Cardin.

2. Eorum grauitas vnde.

Ambros.

Isidor.

3. Principes difficile emendãtur.

4. Impœnitentes moriuntur.

Quapropter valdè notandum est illud Leui. cap. 4. num.3. à Deo ordinatum, scilicet eodem extra castra modo hostiam cremari pro peccato sacerdotis, seu Pontificis maximi, ac eam pro peccato totius oblatam populi: *Pellem, inquit, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferet extra castra, incendetque ea.* Quod similiter iubet,vt de peccato totius fiat populi, vt scilicet pariter extra castra incendatur hostia. Cuius quidem ratio nulla extabit alia, nisi vt denotetur peccatum Pontificis,Præsulis, ac Principis valere,quantum totius populi, ac multitudinis peccatum, æquarique in qualitate. Et sicut castra per commune totius populi peccatum contaminabantur, ita vt necessarium esset extra castra victimam cremari, vt castra expiata remanerent, sic per vnum tantum Principis, Præsulis, seu Pontificis peccatum totum contaminari populum, totamque simul Rempublicam perturbari: *Tam pro peccato sacerdotis, quàm pro peccato multitudinis,* inquit Innocent. 3. Papa sermone primo, in consecratio. Pontific. *imperatur, vt vitulus offeratur immaculatus: vnde conijcitur, quod peccatum sacerdotis totius multitudinis peccato coæquetur, quia sacerdos in suo peccato totam facit delinquere multitudinem.* Hoc vltimum adnotandum: ferè enim semper ad peccatum Principis peccatum sequitur multitudinis: ob hoc notanda verba scripturæ,quæ grauitatis Præsulis peccati rationem indicant: inquit enim: *Si sacerdos,* Chald. *sacerdos magnus, qui vnctus est, peccauerit delinquere faciens populum.* Vbi notandum,non simpliciter dixisse,si sacerdos peccauerit,sed coniunxit, *delinquere faciens populum,* denotans hæc duo semper simul inueniri,nempe peccatum Principis, & ex illo peccatum populi: quapropter in Hebræo est: *Si peccauerit ad peccatum populi,* idest, incitans ad peccandum populum, nam dum peccat Princeps, peccat populus,& peccando Princeps peccare facit populum. *Principis error,* inquit Bernard. epist. 127. *multos inuoluit, & tantis obest, quantis præest: non præsumus vt perdamus, sed vt regamus per quem Reges regnant, ipse nos præfecit populis suis à nobis tuendis, non subuertendis, sanctæ Ecclesiæ ministros, non dominos.* Hinc grauitas Principum, Præsulumque peccatorum, nam fere semper secum & populorum peccata afferunt: vnde & consequẽter ex hoc eorum crescit pœna. Audi Aithardum de supplicio, vel mercede Præsulum, & Principum, qui sic ait: *Sicut in præsenti non sunt sicut cæteri hominum, sic non erunt vt cæteri in futuro: vt hîc non sunt in gradu alijs æquales, sic & alijs tunc erunt, aut superiores in gloria, aut inferiores in contumelia, recepturi siquidem sunt aut duplicem coronam, aut duplicem pœnam.*

5. Peccatum Principis peccato cõmensuratur totius populi.

Innoc. 3.

6. Peccante Principe totus peccat populus.

Bernar.

7. Prælatus à Deo est datus vt præsit, non vt mandet.

Aithard.

8. Principum iudicium strictum, cũ cæteris non erunt æquales aut in gloria aut in pœna.

Optimè equidem: recepturi enim sunt duplicem pœnam, quia peccatum eorum maius, cùm secum innumera alia fetat populi: nam peccantibus

2. Par. 12. num. 1. eis peccat & omnis populus, 2. Paral. 12. num. 1. *Roboam*, inquit Scriptura, *dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo.* Notanda coniunctionis particula: quomodo enim populus teneret legem Domini, si Princeps eam dereliquerat? vnde statim ac iste peccauit, peccauit etiam & populus, & quod caput incepit, perfecit corpus, consummauit

Ioseph. subditus. Quod adnotans Ioseph, lib. 8. Antiquitat.

9. *Regis exemplum quàm efficax.* cap. 10. ait: *Roboam spreuit Dei religionem, ita vt totus populus imitaretur eius iniquitatem; cum moribus namque Principum corrumpitur conuersatio subiectorum, & cùm viderent luxurias, suæ castitatis merita respuentes, quasi virtutem, eorum imitari nituntur illecebras: non enim opera Principum probari videntur, nisi etiam similiter hæc agantur. Cùm igitur Roboam ageret impiè, studebant serui non esse iusti, ne Rex videretur offendi.* Nil melius.

10. *Subditi cur peccant, peccante Principe.* Summam includit rationem, exemplorum efficaciæ Regum, Præsulumque offenduntur, nisi eos imitentur, & ne offendantur, omnes imitantur: inculpabiles apparere timent, ne culpam reprehendant in Rege, & dissimulant etiam vitia, quando etsi ex se vitiosi non sint, ne dissimiles à Rege appareant. Sic potens est subditorum erga Reges affectio, sic arduum eos imitandi studium, vt non solùm illis se in moralibus, sed in naturalibus etiam

11. *Subditi quāto conatu in omnibus Principi se assimilare studeant.* adaptari, assimilarique appetant, ita vt referat Diodorus Siculus, cap. 4. de fabulis antiquis, Æthiopes adeo suos in omnibus Reges imitari, vt si quando Rex aliqua corporis parte debilitaretur, ipsi quoque eandem sua sponte debilitarent, vt cum claudo Rege pariter claudicarent, & cum cæco similiter cæcutirent. Ex quo efficitur, vt peccatum Principis secum attrahat omnium populi peccatorum pondus, & licèt sit vnum, infinita quodammodò in

Nazian. se includit: nam vt inquit Nazianzen. in Apolog. *Si quis est in rectore vitiorum morbus, facilè in eos, qui ei ad obtemperandum prestò sunt, trahitur, at-*

12. *Malum Principis facilius ad subditos transit, quā eius bonū.* *que transfunditur, & multò facilius*, notanda verba, *quòd est malum ab eo transit, quàm si quid in eo virtutis & industriæ fuerit.* Sequuntur enim greges pastorem, sequuntur milites Imperatorem, & qualis iste fuerit, erunt illi, & sicut viderint hunc viuere, viuent & ipsi: sic etiam sequuntur populi suum Principem, & qualis iste fuerit, erunt illi: vnde semper peccatum huius, petra offensionis, scandalique cuncto est populo, cuius malitiam si semel

4. Reg. 17. nu. 12. imbiberit, nunquam ab eo amplius discedet: *Ambulauerunt filij Israel*, inquit Scriptura, *in vniuersis peccatis Ieroboam, quæ fecerat, & non recesse-*

13. *Radix durissimi iudicij in Principes, & Præsules.* *runt ab iis vsquequo auferret Dominus Israelem à facie sua.* 4. Reg. 17. num. 22.

Quod cùm certissimum sit, & in confesso apud omnes, en radix durissimi Dei iudicij, quod in Principes exercebit: inquirentur enim, discutienturque non solùm de proptiis, sed de totius populi peccatis, quæ innumera, quæ infinita: vnde & de

Ad Heb. 13. n. 17. illis accusabuntur, rationemque reddent: *Obedite præpositis vestris*, id est, Prælatis, & Principibus, *& subiacete eis*, inquit Paulus ad Hebræos, 13. nu. 17. *Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Vbi notanda est ratio, qua Apostolus obedientiam persuadere vult, subiectionemque homini naturâ libero, rem equidem perdifficilem, omnibusque durissimam, ac ita exosam, vt

Cicero. vltrà mortem eam refugiant: vnde Cicero prima

Philipp. dixit, quòd, *mors est seruitute potior*, ob quod anteponendam suadet primo Officior. *Mors seruituti, turpitudinique anteponenda.* Et Cœlius Rhodigin. lib. 7. lection. antiquar. affirmat celeberrimorum esse sententiam authorum, mortem seruituti præferendam: *Seruitutem esse omnium postremum, ait, non modo bello, sed etiam morte fugiendam, à celeberrimis authoribus pronunciatum est.* 14. *Seruitus morte durior.* 15. *Ei antepon. nenda.* *Rhodigin.*

Seruitus enim à seruando dicta est, quatenus captus in bello non occideretur, sed mandato seruaretur Principis; hinc talis eius efficiebatur seruus, qui vitam ei donauerat; vnde *seruitus*, vt inquit Iureconsultus Pomponius ff. de verb. & ter. signif. *Est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur.* Hanc ergo sic contra naturam seruitutem, sicque hominibus horrendā, non alia equidem ratione persuadet Apostolus, quàm proponendo commodum ex illa obedientia subiectis prouenturum; exemptionem nempè à iudicio, inquisitioneque diuina, si obedientes fuerint, quia pro eis subintrant eorum Prælati, superioresque ac Principes de eis rationem reddituri, quod commodum adeo subiectionis superat incōmodum, vt libenter, immò gratanter, illud subeant, ex hac sola ratione æstimet Apostolus, ex quo fit, vt sicut eos animat ad obedientiam; sic terrefaciat Principes, & Prælatos ad imperium, quia non tantum de seipsis, sed de subditis rationem reddere debent. Vnde Sanctissimus Apostolus Iacobus cap. 3. num. 1. huius oneris benè callens momētum, ob hoc solum à primatu principatuque amouere homines intendit: *Nolite plures fieri magistri fratres mei*, inquit, *scientes, quoniam maius iudicium sumitis.* Quomodo maius? quia duplex, & proprium scilicet, & alienum; & suum, & subditorum. *Penset*, inquit Gregor. 24. Moral. cap. vlt. *qui ad satisfaciendum districto iudici desunt tantùm animam vix potest, quia quod regendis subditis præest, reddendæ apud eum rationis tempore, vt ita dicam, tot solus animas habet.* Nil terribilius. 16. *Seruitur, vnde dicta.* *Pompon.* 17. *Est de iure gentium contra naturam introducta.* 18. *Obedientiæ suauitas & commodū ex quo elicitur.* *Iacob. 3. nu. 1.* 19. *Princeps in iudicio multas animas habet.* *Greg.*

Quod cùm ita sit, liceat nunc sic argumentari. Si discussio, Deique iudicium, ratioque quam ei homo reddere debet, tam terribilis est, quando tantum particularia discutit peccata, vt dicat Dauid, neminem ante tribunal illud consistere posse diuinum, si semel absque misericordia ea obseruare voluerit: *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Psalm. 119. 3. Ad quod alludēs Basil. hom. 8. in Psal 32. to. 1. inquit: *Si per se existeret iudicium Dei, ita vt nobis præcisè pro dignitate nostra retribueret ad ea quæ fecimus, qualis erit spes quis ex omnibus saluus fieret?* Ergo cùm cuiuslibet sic terribile erit iudicium, quid quæso, quando quis non solum reddere rationem de peccatis debeat suis, sed de alienis, & quando Deus ab illo inquiret, non tantùm peccata sua, sed aliena, quorum ipse extitit causa? nam, vt inquit Leo Papa, epist. 3. Decretal. *Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides, negligentésque rectores, qui multam sibi nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.* Non aliis dixit, sed sibi, quam dum eripere in aliis negligunt, nutriunt, non subdito, sed Prælato, quid magis horrendum? *Ps. 129. 3.* *Basil.* 20. *Peccata si in iudicio absque misericordia discuterentur nulla esset spes.* *Leo Papa.* 21. *Peccata subditorum Prælato imputabūtur.*

O res mirabilis, & omni terrore digna! obseruat Princeps Dei legem, nec eius transgreditur mandata, vt priuatus homo; & tamen quia deficit vt Rex, & Princeps, aut non castigans, & mala permittens, aut non inuigilans, & benè Regno, iusti- *Princeps licet bonus sit homo, condemnabitur, si malus Princeps.*

tiæque prouidens necessaria, condemnatur vt malus Princeps, licèt sit Sanctus homo. Certè Heli Sanctus erat vt homo priuatus; sed malus vt Princeps, & quia talis, acriter punitus à Deo, vnde à Sacerdotio reiectus: bonus erat, & ideo non eum Deus de peccatis incusauit suis, vt hominem particularem, sed in illu filiorum inuenit peccata, quæ corrigere debebat, & sic de istis punitus, quando de suis absolutus: *Magnus nobis timor incutitur*, inquit Gregorius Sanctus lib. 2. in lib. 1. Reg. cap. 2. *quia Heli filiorum culpâ damnatur, cuius peccata propria nulla referuntur: nam bonis subditis ad salutem benè viuere sufficit, Prælatis verò propria vita non sufficit.* Vnde non tantùm de sua, sed de aliorum etiam discutientur vita. Sic etiam Principes, & qui gubernacula tenent, discutientur, & inquirentur de suis, & alienis; rationem reddent de suis, & alienis. & sæpè licèt mala propria non habuerint, reperientur cum alienis, tantò difficilioribus, quantò minus cognitis, aut æstimatis; vnde licèt immaculati reperiantur in suis propriis, maculati erunt in alienis.

23\. Heli incusatus non de peccatis suis, quia bonus homo, sed de filiorum, quia malus Princeps. *S. Gregor.*

24\. Dauid quid per aliena peccata intelligebat. *Ps. 18. 14.*

Quod malum periculumque prænoscens Sanctus ille, ac fortissimus Rex Dauid, sicut sua rogat Deus vt parcat, sic & non minus efficaciter implorat, vt ab alienis eum defendat. *Delicta quis intelligit?* inquit, *ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo suo.* Psalm. 18. 14. Scio per aliena alios superbiam intelligere: scio alios, dæmones, aut idola: scio Augustinum per aliena extrinsecam malam suggestionem intellexisse: sed liceat nunc mihi eum Euthymio per aliena intelligere, non peccata propria, & occulta, quæ vt priuatus habebat, sed peccata subditorum, & à se alienorum, quæ vt Rex sua esse putarat: *Noueras Reges*, ait Euthymius, *& dominos obnoxios esse subditorum, & seruorum peccatis.* Rex ergo erat, & vt Rex desiderabat à peccatis liberari: ab occultis scilicet propriis, & quæ ipse ignorabat: & ab alienis, id est, ab illis, quæ subditi committebant, defendi, ne ipse causa esset illorum, fieretque sua: vnde Sanctus inquit Rex: *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo suo.* Ex quibus si semel se liberum reperisset, tunc, & non ante se immaculatum existimat futurum: vnde & sequitur: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Non ante immaculatus, quàm mundus à propriis, & ab alienis custoditus, quæ vt Rex contrahere possibile erat: quapropter sicut ab illis petit mundationem, quasi quòd iam in ea incurrisset, etiam si nescisset: sic ab istis (ab alienis nempè) petit custodiam, quasi facilè in ipsa casurus, nisi Deus ipsum custodiebat: vnde dicit, *ab alienis parce*, id est serua, custodi, defende, & libera seruum tuum: sciebat enim sibi non sufficere propriam, & peculiarem sanctitatem, nisi etiam & communem habuisset, vt sic dicam. *Aliter enim Rex*, inquit Augustinus, epist. 50. *seruit Deo, quia homo est, aliter, quia Rex est: quia homo est, seruit ei viuendo fideliter: quia verò etiam Rex est, seruit leges iustas præcipientes, & contraria prohibentes sanciendo.* adde, & custodiendo, & custodiri faciendo. Duo ergo Rex habere debet, siue vt melius dicam, duplicem in se continere iustitiam, regalem, & priuatã, vt scilicet coram Deo, & hominibus iustus sit: non enim sufficit, si iustus coram hominibus tantùm appareat, si rectè gubernet, si iustitiam rectè administret: nam si coram Deo malus, pessimus erit homo, licèt bonus Rex. Vnde valdè notandum in Regum historia, quòd ferè semper cùm de Regibus loquitur, qui vt homines fuerunt peruersi, & mali, semper apponit illos peccasse, & fecisse malum coram Domino: quod incipiendo à Salomone, in reliquis est videre 3. Reg. 11. num. 6. *Fecitque Salomon, quod non placuerat coram Domino*, ibid cap. 15. num. 26. de Nadab Rege Israël: *Et fecit, quod malum est in conspectu Domini.* similiter, & de Baasa, *Et fecit malum in conspectu Domini.* & sic de reliquis: semper enim apponit Scriptura particulam illam, *in conspectu Domini.* Cuius mysterium, ni fallor, illud est, quia tales mali in conspectu hominum non extiterunt: iustitiam enim illis seruauerunt, & secundùm politicam gubernationem populus non malos, sed bonos eos iudicauit: at quia priuatam iustitiam non habebant, & malum, quod faciebant, erat in conspectu Dei malum, hinc factum, vt mali, & peruersi dicti sint, quamuis publicam, hoc est politicam habuissent iustitiam.

25\. Tunc se immaculatum æstimabat futurũ, quando ab alienis eum Deus defendisset.

Euthym.

26\. Rex, & Princeps duas debet obtinere sanctitates. *August.*

27\. In Scriptura cur de regibus dicitur peccasse coram Domino. *3. Reg. 11. num. 6.* *Ibid. c. 15. 26.*

28\. Rex non sibi, sed populo viuit. *Xenoph.* *S. Thom.* *Seneca.*

Ex quo clarè deducitur publicam tantùm iustitiam Regibus non sufficere, neque satis esse si boni tantum Reges sint, nisi simul & boni homines: sicut è contra, si priuatam tantùm habeant iustitiam, & non publicam, cùm non sibi ipsis tantùm viuãt, sed toti populo. *Rex eligitur*, inquit Xenophon, lib. 3. de dictis & factis Socratis: *non vt sui ipsius curam habeat, sed vt per ipsum, qui eum elegerunt, in fœlicitate viuant.* Et S. Thom. Opusc. 20. de regimin. Princip. lib. 1. cap. 15. *Ad hoc præcipuum studium debet Princeps intendere, qualiter scilicet multitudo sibi subdita benè viuat.* Vnde optimè quidem Seneca, lib. de Consolat. ad Polybium, officium Principis describens, sic inquit: *Cæsari quoque cui omnia licent, multa non licent: propter hoc ipsum omniũ domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor: omnium delitias illius industria, omnium vacationem illius occupatio.* Optimè quidem, non sibi soli, sed alijs debet viuere Princeps, quia alijs natus, non sibi; vnde bello proprio pacem illorum emere debet, & omnium plagas in se vno sentire: *Dimitte populum meum*, dixit Dominus Pharaoni, *quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum.* Et infrà: *Tunc extendens manum percutiam te, & populum tuum peste, peribisque de terra.* Exod. 9. num. 15. Vbi aduertit Caietanus, Deum non interfecisse Pharaonem peste, neq; alijs prodigijs, quibus percussit Ægyptum, nisi vltimo in mari rubro: quomodo ergo inquit, quòd peste peribit, & quòd sit immissurus, *Omnes plagas suas super cor suum?* Cui dubitationi acutè & optimè respondet: quod Pharao, etsi aliundè malus, quia Deo non obediebat, & populum iniustè vexabat: tamen erga suos subditos bonus erat Rex, eos amans, & diligens: quapropter fiebat, vt mala eorum ita sentiret, ac si ipse ea toleraret, & non in corpore tantùm, sed in ipso corde, & sic plagas, quas Deus subditis inferebat suis in corpore, ipse patiebatur in corde, & pereuntibus cæteris, ipse viuens peribat: quod equidem verissimum, quando Rex, & Princeps gubernat vti debet, & regit vti par est, omnium mala sua sunt, & omnium infortunia sua, & si subditus in corpore patitur, ipse in corde. Quod egregiè ostendit Ecclesiæ Princeps ille Paulus 2. ad Cor. 11. num. 29. dum clamans dicit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* Omnium quippè mala iste sentiebat, quia omnium erat pater, & princeps; etsi isti in corpore vulnerabantur, ipse in corde, quia in corde, & medullis eos habebat:

29\. Subditorũ plagas suas reputare debet.

Exo. 9. n. 15. *Caetan.*

30\. Pharao, quomodo in se plagas sustinuit Ægyptiorum.

2. Ad Cor. 11. nu. 29.

31\. Paulus omnium mala in se sentiebat.

Chrysost. *Paulum eam ob rem.* scilicet ob charitatem, inquit Chrysost. hom. 32. in 1. epist. ad Corinth. c. 4. de charitate loquens in proximum: *Magis quàm ob mortuos suscitatos admirandum, stupenda vox est, quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non vror? sexcenta mihi narra miracula, nihil huic aquiparandum adduces.* Nil melius. Sic Principes, qui regnum acceperunt, & ob hoc ampliorem potestatem, diuitias, & gloriam, omnia subditorum sentire debent mala, & non tantùm sibi ipsis viuere, sed toti populo, vnde non sufficit eis, vt tantùm coram Deo iusti sint, sed etiam tenentur & coram hominibus, & sicut in vna manu Dei iustitiam, eiusque amorem, sic in altera Regni iustitiam, rectâque administrationem habere, vt perfectum Deo sacrificium offerre possint, & perfecti dicantur.

32. Cur præcipuè admirandus.

33. Principes in vna habeant manu ignem, in altera gladium.

Enimuerò Abraham typus Regum, & Principum, quem Deus elegit, vt in gentem faceret magnam, & à quo Reges progrederentur, Genes. 17. num. 6. *Faciamque te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus, Regesque ex te egredientur.* Oblaturus Deo filium suum, in vna manu habebat ignem, in altera gladium; ignem, quo incenderet sacrificium, gladium, quo immolaret filium, ignem amoris erga Deum, gladium iustitiæ erga filium, ignem charitatis in corde, gladium iustitiæ in manibus, & sic ex vtroque placuit Deo, & vtroque inualuit in virum, exemplarque perfectissimum, ex igne & gladio: non enim suffecisset, si tantum habuisset ignem, tantùm gladium, sed necessarium fuit ad perfectum sacrificium, perfectéque Deo immolandum, vt gladium haberet, & ignem: gladium inquam iustitiæ, sic acutum, sicque efficacem, vt ne recalcitraret filius, ideo eum alligauit, reputans peccatum fore suum, si aut flammæ exustione, aut timore ictus, aliquam filius faceret resistentiam. Quod pulchrè insinuauit Ambr. lib. 1. de Abraham cap. 8. dum dixit: *Nectit filio manibus suis vincula pater, ne refugiendo filius, & vi ignis exustus, peccatum incurreret.* Et Augustin. serm. 75. de tempore hoc etiam apertius innuens, ait: *Ne minus aliquid putaret exhibere, si impatientiâ doloris victima calcitraret.* Vnde ita feruens, ita rapidus ad occisionem currebat, vt ad eum detinendum, non simplex, sed ingeminata necessaria fuerit aduocatio diuina: *Et vocauit eum Angelus de cœlo, & dixit ei, Abraham, Abraham*: vbi Ambros. *Tenuit quodammodò manum eius diuina vox, & ictum vibrantis occupauit dextera: non semel vocauit, ne aut non plene audiret, aut fortuitam vocem putaret: sic reuocauit, quemadmodum imperauit, nutanda verba, repetiuit vocem, tanquàm veritus, ne præueniretur studio deuotionis, & vna vox impetum ferientis reuocare non posset.* Nil melius. Sic ardens erat ad iustitiam faciendam, sic resolutus, sic efficax Sanctus parens, sic (vt ita dicam) in illo actu, paternitatis oblitus, vt eius intuentes efficacitatem, etiam supremæ formidarent potestates; vnde ad eum cohibendum non simplici fideret voci, sed geminatæ, sed repetitæ. En qualis, en quanta erat huius iustitia Principis, & quomodo gladium portabat.

Gen. 17. nu. 6.

34. Abraham cur ligauit in strue filium.

Ambros.

August.

35. Cur bis à Deo vocatus.

36. Quantus eius amor in Deum *Chrysost.*

At non minor erat ignis intus ardens: quod eleganter dixit Chrysostom. hom. 47. in Genes. illud autumans ex igne, quem in manibus Sanctus ferebat Patriarcha: *Et manu quidem, inquit, ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuadebat, vt vinceret amator in Deum: vide, obsecro, ante sensibilem ignem incendium internum, quod paulatim exardescebat, & iusti mentem concremabat.* Quem etiam ardentem erga Deum amorem exhaurit Ambros. vbi suprà ex verbis illis: *Tolle filiū tuum, quem diligis Isaac,* vbi Septuaginta habent: *dilectissimum.* & in Hebræo: *quem dilexisti.* Cuius lectionum varietatis perpulchram ipse affert rationem, dicens: *Pungit pietatis aculeis, non satis putauit dixisse filium, adiungit amantissimum, quem dilexisti: possumus amantissimum ad præsens accipere, & quem dilexisti ad id, vt non recenti quodam impulsu amoris, sed insolito diu, & probato amore significaret dilectum: quod enim ad tempus augetur, ad tempus resoluitur: quod autem diu, aut semper placuit, citò aboleri non potest.* Nil melius: diu amauerat, & nunc etiam amabat, sed, vt inquit Origenes, homil. 8. in Genes. *Ignis superna charitatis, quidquid inuenit, superauit, & in altare cordis Abrahæ succensus, ipsum filium in cineres redigere potuit.* Ardebat ergo summus iste Princeps intus diuinæ charitatis flammâ: vnde iam coram Deo elatescens, perfectus erat homo, & quia etiam Princeps, necessarium fuit, vt non minus Regiâ emicaret virtute, gladium in manu habens, ac ideo vndique perfectus, consummatusque Princeps. Sic sic Reges, si in perfectos euadere desiderant viros, non sol in ignem charitatis in corde erga Deum, sed etiam gladium iustitiæ in manibus ad rectè gubernandum habeant: non tantùm erga Deum amorem, sed etiam in manibus iustitiam: vnde ambidextri, & vndequaque perfecti, ignem charitatis diuinæ in corde habeant, gladiumque iustitiæ in manibus erga suos subditos: ex quibus duobus, ex igne scilicet, & gladio, ex Dei charitate, & erga eum sanctitate, & iustitia erga homines, in viros coalescunt, simulque in Reges perfectos: *Non solù ipsi absque vitio sint,* inquit Orig. hom. 11. in Ex. c. 1. *sed vt in aliis oderint vitia.* Et alibi ho. 3. in lib. Iudic. *Dignus verò populi Princeps, qui nihil agit sinistrum, qui in vtraque parte dexter est, in fide dexter, in actibus dexter.* Optimè. In fide debet esse Princeps dexter, quia erga Deum fideliter se gerere debet, & in actibus dexter, id est, in recta regni sui administratione, & sic duplicem iustitiam habere, & coram Deo, & coram hominibus: quam, ni fallor, ab ipso Abrahamo expetijt Deus, dum facturus eum Regum patrem, ei indixit, vt ambularet coram eo, essetque perfectus: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Vbi primum, scilicet, *Ambula coram me,* iustitiam significat propriam. At quia hæc non sufficiebat, cùm pater Regum, exemplarque aliorum esset futurus, addit, *esto etiam perfectus,* hoc est, & etiam coram hominibus, quasi diceret, tene iustitiam propriam, & simul amplectere communem. Quòd si sic, & talis est Regis, ac Principis obligatio, quale erit illius iudicium? si vix est, qui cum particulari iustitia apparere potest in Dei discussione, & respondere vnum pro mille, quid? qui apparere tenebitur cum priuata, & communi, cum particulari & Regia?

Origen.

38. Reges perfecti qui dicantur, & quibus virtutibus in tales euadunt.

Idem.

39. Toti sint dextri.

O quàm durum tunc erit tale iudicium! ô quàm difficile tunc Principes absoluentur, quamque difficile in Dei regnum intrabunt! vt inquit Chrysostomus hom. 41. in Matth. tomo 2. *Nec enim respirare qui dominatui seruit, inquit, nec in re aliqua firmiter stare potest: cur autem respirare, aut firmiter stare diximus? difficile inquam huiusmodi homines, etiamsi mille virtutibus muniantur, in regnum Dei peruenient.* Admiranda quidem sententia, &

Chrysost.

40. Principes, etsi boni quàm difficile in regnum intrabunt, & huius rei ratio.

tremenda: difficile inquit, quòd perueniet ad regnum Dei, non quilibet Princeps, non Princeps peccator, non Princeps iniustus, non Princeps, qui sui curam negligit, sed qui *mille virtutibus eit munitus*.

At cur, si tantis sint stipati virtutibus, difficile saluabuntur? nonne, quia, vt diximus, non tantum de suis, sed etiam de totius populi sibi commissi arguentur delictis? Vnde Origen. hom. 20. in cap. 27. Num. super illa verba: *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulo. Populus peccat, & Principes puniuntur*, inquit: *non enim tantum pro suis urguuntur delictis, pro populo enim coguntur Principes reddere rationem, ne fortè non docuerint, non monuerint, non sollicitè arguerint eos, qui primùm peccauerant, ne contagium dispergatur in populos, in ipsos enim conuertetur ira Dei, & cessabit à populo.* Post quæ addit: *Hoc si cogitarent homines, principatus non ambirent.* Cuius rationem adducens, sequitur: *Sufficit enim cuique pro peccatis propriis urgeri, & reddere rationem.* En ratio durissimi, sed iustissimi Dei iudicij cõtra Principes: arguentur miseri, non tantùm de suis, sed de alienis, quæ fecerunt sua: arguentur non solùm de commissis, sed de omissis, *si non monuerint*, vt inquit Origenes, *si non arguerint*, arguentur de actionibus, tam in ordine ad seipsos, quàm ad subditos: arguentur de cogitationibus, tam priuatis, quàm regalibus, arguentur de affectionibus, tum priuatis, tum publicis. Deus bone, quis resistet? aut quis tunc respondebit? aut quis tunc, etiam *si mille praditus sit virtutibus* saluabitur? vt inquit Chrysost.

Enimuerò regere semper fuit difficile; at post Christum natum in infinitum magis. Cuius rationem elegantissimè assignat Gregor. Nazianzen. in Apologetico, vbi appellans gubernationem artem artium: *Re vera mihi videtur esse ars artium, & disciplina disciplinarum hominem vel regere, vel imbuere.* Asserit post legem Euangelicam multò perdifficilius esse rectè gubernari posse: *Regere*, ait, *secundum istam nostram disciplinam, quæ ex diuina lege descendit, & ad Deum ducit, multò perdifficilius est.* Cur? quia maiorem in homine virtutem exquirit nunc gubernatio Christiana, quàm antiquitus gubernatio Politica. *Quem rectorem*, sequitur idem, *primo omnium, vt mihi videtur, oportet, vt sicut argentum, & aurum probari, & ex omni parte circumspici, atque in omni tempore, & actibus contemplari, ne quid fortè habeat intra se admistionis alienæ, vel materia vilioris, & rauum sonum æris, vel plumbi admistione respondent, & lateat intus adulterinam aliquod, quod examinet & resolant.* Tremenda Principi sententia, nam ex ea declaratur qualis ipse esse tenetur, vt bonus sit Princeps, probatus equidem sicut aurum, & argentum, sine admistione aliqua intus, & foris: Hinc difficultas regiminis, hinc perdifficilis Principû salus.

Quod cùm ita se habeat, qualis Princeps timere, ac Dei horrere non debet iudicium, ante quod sic statutus est, vt sicut aurum sit, argentumque, vt durissimo resistere possit malleo, ictibusque respondere, ita vt raucum æris sonum, vel plumbi non edat: quis quæso erit hic, qui resistere possit ad ictus tam duros, quales affirmat noster Sapiens futuros contra leges? *Horrendè*, inquit, *& citò apparebit vobis.* Horrendos dicit futuros amplius & subitaneos: quid enim aliud per *citò*, nisi subitaneos, & vltra expectationem, vnde imparatum colligent.

Origen.

41. Principes arguentur, & de commissionis, & omissionis peccatis.

42. Regere post Christum natum difficile, & cur.

Greg. Naz.

43. Gubernatio spiritualis quàm difficilis.

44. Principes aurum coram Dei iudicio apparere debent, & cur.

Sed licèt sint ictus horrendi, & simul subitanei, minus malum fuisset, si duri insimul non essent, immò durissimi: vnde nisi sit Princeps aurum, argentumque, sicuti necessarium quòd sic, resistere non valens, in duro illo confringetur iudicio, vt dissipabitur, & condemnabitur, quia cùm non sit aurum, neque argentum secundùm Nazianzenum, resistere durissimis non valebit ictibus, id est inquisitionibus diuinis: qui ictus quamuis ex se sint durissimi, tamen etiam durissimi sunt & à manu, qua infligentur, quia *potenter potentes tormenta patientur*. Potenter, à manu valida, forti, dura, omnipotente. Quis ergo tunc resistet? quis respondebit? qualis Princeps stabit tunc? timeant igitur, etsi Principes, etsi Reges, quia vt inquit noster Sapiens, *Horrendè, & citò*, &c.

Num. 8. *Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam; quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.*

COMMENTVM LITTERÆ.

SVprà dixerat Sapiens horrendum Principibus esse Dei iudicium; nunc dat rationem, quia scilicet nullam Deus respicit personam, nec status valent apud ipsum, qui, vt omnium Dominus, indiscriminatim omnes iudicabit: vnde & ait

Non subtrahet, &c. Non cedet personæ, aut parcet gratiâ ductus, aut metu. Alia versio: *Non enim dimittet vultum suum quasi timeat omnium dominum.* Nullum timet, & sic liberè iudicat: vnde ob hoc nullius personam à suo iudicio subtrahet, quasi acceptor sit personarum, sed omnes æqualiter iudicabit.

Æqualiter est illi cura de omnibus, &c. id est pariter prouidet de omnibus. Pulchrè deducit Sapiẽs Dei prouidentiam ex omnium creatione, fecit pusillum, & magnum, omnia ipse creauit: ergo omnibus prouidet, cunctos confutans errores, in quos contra hanc diuinam inepti quidam inciderunt prouidentiam.

Confutatur enim Auerroes, qui prouidentiam Dei tantùm de incorruptibilibus fatebatur, vt refert Clemens Alexandrinus, 5. Stromat. cap. 6. & Eusebius 15. de præpar. Euang. cap. 4.

Confutatur etiam Cicero 2. de Diuinat. & refertur ab Augustino. 5. de Ciuit. cap. 9. qui à Deo abstulit cognitionem futurorum contingentium à nostro arbitrio pendentium, ac proinde prouidentiam horum effectuum, ac operationum.

Et tandem confutantur omnes Athei, qui necessitate naturæ omnia euenire arbitrantes, superuacaneam æstimarunt Dei prouidentiam, immò & Deum: sic Epicurus, Democritus, Heraclitus, vt referunt Lactantius 1 de ira Dei, cap. 9. & 10. & Nemesius 8. Philosoph. cap. 1. Confutantur omnes isti: nam eius est prouidere, cuius fuit facere, & creare: sed Deus omnia creauit, omnia fecit, omnia conseruat: ergo omnibus etiam prouidet. Ex quo fit, vt falsissimum etiam sit, quod Iulius Sere-

Connexio Capitis.

1. Deus in iudicio cur nullum timeat.

2. Prouidentiæ diuinæ inimici eorumque errores cõfutantur à Salom.

Auerroes. Clem. Al. Eusebius. Cicero. August.

3. Atheorum error.

Lactant. Nemes.

Iulius Seranus.

nus, 2. de Fato, cap. 25. docet, monstra, & omnes defectus naturales, non solùm secundis causis casu euenire, sed & Deo. Bellè, quasi Deus illos non preuenisset, statuisset: creaturæ ergo omnes à Deo cũ dependeant, tum in fieri, tum in conseruari, tum in operari, omnes Dei prouidentia egent, & omnibus prouidet Deus, vt optimè noster affirmat Sapiens. A

Lorin.

Et hoc æqualiter: hoc est, vt benè adnotat Lorinus, iuxta proportionem, & conuenientem cuiusque rationem: vnde æqualitas distributiuè sumenda, nulli deficiens, omnibus sufficientia præbens auxilia; licèt ratione effectuum, de alijs aliter, & magis curat de aliquibus, quàm de alijs, vt de iustis, ac electis, magis quàm de peccatoribus, ac reprobis: ob quod propriè, & peculiariter Deus illorum dicitur, vt notaunt Chrysostomus, homil. 39. in Genes. tamen omnibus sufficientia auxilia præbet, maiora, aut minora secundùm cuiusque necessitatem: sicut & efficacia secundùm suæ beneplacitum voluntatis, æqualiter de omnibus curans, nullam accipiens personam, de qua re dictum est suprà capite quinto, num. 19. hom. 102. B

4. Deus de iustis particularem curã habet.

Chrysost.

Num. 9. *Fortioribus autem fortior instat cruciatio.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. *Lorin.*

REpetitur idem, quod in versiculo septimo. Placet mihi quod adnotat Lorinus: nempe per has inculcationes significari, quàm iustè, & probè cognitâ prius causâ, damnationis proferatur in iniquos iudices, Principesque sententia; qui non iure, sed iniuriâ, non ex legis præcepto, sed ex animi arbitriu subditos iudicarunt. C

Cruciatio. Græcè, *scrutatio, inquisitio.* Vnde sensus erit: validis valida instat inquisitio: Vulgatus enim per effectum voluit indicare causam: ab inquisitione deuenitur ad cognitionem peccati, à cognitione peccati ad pœnam, valida pœna signum validæ inquisitionis: vnde in eo, quod est fortior cruciatio, signum est, quòd fuit fortior inquisitio; vnde Vulgatus sensum curauit, magis quàm verba.

1. Vulgatus sæpè sensum magis curat, quàm verba.

Num. 10. *Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & ne excidatis.* D

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

NOua inculcatio, totum quippè necessarium, vt Reges, Principesque aures præbere velint, & semel sapientiam ediscere, qua sola salui esse possunt. *Ad vos ergo*, inquit.

Castro.

1. Tyranni nomen antiquitus honorabile.

Reges. Græcè, *Tyranni*, in bonam partem accipiendum est, vt rectè adnotat Castro: nam tyranni nomen antiquitus ita honorificum erat, ac Regis, licèt eorum crudelitas in malam illud deflexit partem.

Ne excidatis, id est, ne iacturam faciàtis Regni, ne cadatis de iustitiæ statu, ne delinquatis, aut labamini.

Num. 11. *Qui enim custodierint iusta iustè, iustificabuntur: & qui didicerint ista, inuenient quid respondeant.*

COMMENTVM LITTERÆ.

EN ratio, & modus non excidendi, & simul benè euadendi à Dei iudicio, custodire iusta iustè, cùm non sufficiat sanctum, nisi sanctè, vt mox dicemus. *Connexio Capitis.*

Qui enim custodierint iusta iustè, iustificabuntur. Aliqui Codices antiqui, vt refert Lorin. legebant. *Qui enim custodierint iustitiam iustè iudicabuntur.* Quare autem pro iustificari posuerint iudicari, vide Lorinum: sed restituta est lectio ex Græco, vt nunc est, accipiendo iustitiam pro sanctitate, & iustum pro Sancto, & iustificari pro sanctificari, vt rectè adnotat Castro, & cum Vulgata, vt nunc est, legunt Cyprianus, lib. de singul. Cleric. & Augustin. in speculo. Sensus ergo est: qui sanctum sanctè agent, sanctificabuntur, id est, erunt Sancti, & Deo accepti: vbi notandum illud, *iusta iustè*, nam, vti diximus, non sufficit rectum, nisi rectè; non sufficit bonum, nisi benè, modus magis exquiritur in rebus, quàm ipsæ res. *Lorin.* *Castro.* *Cyprian.* *August.*

Et qui didicerint ista, inuenient, quid respondeãt. Græcè, *reperient Apologiam*, iniustus in iudicio obmutescet, & iustus minimè: securitas conscientiæ dat ei animum, & verba; vnde confidenter tũc ad Deum se habet, & pro se contra aduersarios respondebit: ratio, quia hîc se iudicauit, & hîc didicit Dei iudicia, quæ, dum extimuit, effugit.

1. Iustus in iudicio, cur sine timore.

HOMILIA CXII.

Qualitas in operibus bonis exquiritur.

QVi enim custodierint iusta iustè, inquit noster Sapiens, *iustificabuntur*, non aliter: nam indubitata est illa Aristotelis sententia, quòd non sufficit iustum, nisi iustè, non tantum opus Deus exquirit, quantum qualitatem, circumstantiamque: quapropter si rectè non procedit opus, si omnibus, vt aiunt, numeris non absolutum, indignatur potius, quàm placatur, despicit illud, non approbat. *Aristot.*

Pulchrum, ait Sanctus Thomas, 1. par. qu. 5. art. 4. ad 1. *consistit in debita proportione, & respicit vim cognoscitiuam, qua delectatur in rebus benè proportionatis, vti in sui similibus.* Vnde si benè proportionatæ res non erunt, non inueniet in ipsis cognitionis sensus, qui est, veluti *ratio quadam*, vt inquit Sanctus, ac proindè rectè, ac proportionatè discurrens, sui assimilationem, vnde nec cognoscet eas vt pulchras, quatenus cognitio fit per assimilationem, & sic eas non approbabit: vt ergo sensus approbet aliquid vt pulchrum, debet cognoscere in illo similitudinem suam, hoc est, debitam proportionem, & omnibus numeris absolutam: nemo equidem pulchrum dicet id, quod improportionatum viderit, & non absolutum: & per consequens nemo sibi complacebit in eo, quod improportionatum co- *S. Thom.*

1. Pulchrum in quo cõsistit.

2\. Opera bona non vndequaque perfecta Deus cur non approbat.

gnoſcet. Quòd ſi hoc verum eſt, vti veriſſimum, A en ratio quare opera in ſubſtantia ſua bona, ſed non vndequaque proportionata, Deus non approbet, immò quòd & deſpiciat, quia pulchra non ſunt, cũ non debitam retineant proportionem, & per conſequens nec Dei aſſimilationem; vnde nec illa ipſe cognoſcit, vtpotè obiecta improportionata cognitioni diuinę, quatenus cum illa aſſimilationem non habeant.

Matth. c. 7. n. 2.

Multi dicent mihi, dixit Dominus apud Matth. c. 7. n. 2. *in illa die, Domine, Domine, nonnè in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* En quanta bona! at videamus, ſi cognouit, & approbauit illa. Audi quid ſequitur: *Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: Tũc iurabo illis, quia neſcio qui eſtis*; legit Author imperfectus in Matt. hom. 19. *& iurat illis*, inquit, *vt amplius confundantur firmiori reſponſo.* Et iurat, quia neſcit qui ſint, at quomodo non nouit? nunquid aliquid oculis Dei, aut eius cognitioni latère poteſt? non equidem, ſed non cognouit, approbando ſcilicet, & ſibi complacendo, & pulchra eorum opera æſtimando, aut iudicando ea oculis obiecta digna ipſius: *Peccatores neſcit Deus*, inquit Author imperfectus, vbi ſuprà, *quia nec digni ſunt, vt cognoſcantur à Deo: non enim quia non cognoſcit ipſos, ſed ſuos eſſe illos non cognoſcit, ideo quia pereunt non fuerunt illius:* Poſt quæ pulchram addit ſimilitudinem: ſcilicet eodem prorſus modo Deum nos non cognoſcere, ſicut nos ipſum non cognoſcimus. *Aut quomodo*, inquit, *te Deus cognoſcat, cùm tu Deum cognoſcere nolis? ſicut enim omnes homines naturaliter cognoſcunt Deum, non autem videntur verè cognoſcere, quia non dignè colunt, ſicut factura factorem, & hoc eſt ſecundum naturam quidem cognoſcere, non autem ſecundùm voluntatem: ſic & Deus naturaliter omnes cognoſcit, ſed non eos videtur verè cognoſcere, quia non eos diligit, quaſi factor facturam, quaſi Dominus proprios ſeruos, & hoc eſt ſecundùm naturam cognoſcere, non autem ex voluntate, quia omne malum extraneũ eſt à Deo.* Nil melius. Cognoſcunt homines Deum ſecundùm naturam, non autem ſecundùm voluntatem, cognoſcunt eum, ſed non amant: ſic pari modo & Deus cognoſcit illos, ſed non amat, non diligit, non eorum approbat opera: ſic non ea nouit, & per conſequens nec eos, quia eorum opera licèt in ſubſtantia bona, tamen quia non vndequaque abſoluta, & proportionata, ideo nec pulchra, nec placita oculis eius, immò nec viſibilia ab eo, vt ſuprà diximus, cap. 3. nu. 10. ho. 57. ex Ambroſio, quia etſi *iuſta*, non tamen *iuſtè* facta, & ſic reprobata, & à Deo non cognita, ante cuius conſpectum non ſufficit iuſtum, niſi iuſtè, nec bonum opus, niſi vndequaque bonum, nec tantum ipſe reſpicit ad ſubſtantiam boni operis, quantum ad modum, quo deficiente, bonum non erit amplius bonum.

3\. Deus in iudicio cur malos non cognoſcet, & quomodo eos non cognoſcere dicatur.

Author imperf.

4\. Damnati nunquam Dei fuerũt.

5\. Peccatores quomodo Deum cognoſcunt, & ignorant, cognoſcuntur ab ipſo & ignorantur.

B

C

D

6\. Deus cur iuſtitias iudicabit hominum.

Ex dictis clarè radix elucet rationis, quare iuſtitias Deus hominum iudicabit, condemdabitque, & quare multa opera, quæ apud homines bona vidêtur, non vt talia Deus reputabit. Ratio equidem eſt, quia proportio talibus debita operibus, in aſſimilatione cum cognitione conſiſtit diuina: vnde ad hoc vt pulchra à Deo iudicentur, debent eſſe ita proportionata, & pura, vt cognoſcat in illis Deus ſimilitudinem, puritatemque ſuam; ob hoc enim ipſe præcepit dicens, Leuit. 11. nu. 44. *Ego enim ſum Dominus Deus veſter: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.* Quaſi diceret, ad hoc, vt ego vos approbem & cognoſcam vti meos, vobiſque complaceam, neceſſe eſt vt in vobis agnoſcam, & ſimilitudinem reperiam meam, alioquin vos non cognoſcam, nec approbare potero: vnde *ſicut ego Sanctus ſum, ſancti & vos ſitis*. Puri ſcilicet ſicut & ego, perfecti ſicut ego, abſoluti vndequaque ſicut & ego: vnde ad inſtar diuinæ perfectionis debent eſſe opera perfecta, & ad inſtar diuinæ puritatis pura: nam aliàs impoſſibile prorſus ſit, vt inter Deum, hominemque amicitia conſtituatur, niſi talis adſit ſimilitudo. Quòd egregiè Sanctus dixit Doctor 1. 2. q. 99. ar. 2. in corpore: probans veterem legem in ſe moralia continere præcepta, quia principalis eius finis erat conſtituere hominem Dei amicum, cuius amicitia in ſimilitudine cum Deo perficiebatur: ex quo fiebat, vt quia Deus ſanctus, neceſſe erat, vt etiam ipſi ſancti eſſent. *Nam*, inquit, *ſicut intentio principalis legis humanæ eſt, vt faciat amicitiam hominum adinuicem: ita intentio diuinæ legis eſt, vt conſtituat principaliter amicitiam hominis ad Deum; cùm autem ſimilitudo ſit ratio amoris ſecundùm illud, Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, impoſſibile eſt eſſe amicitiam hominis ad Deum, qui eſt optimus, niſi homines efficiantur boni: vnde dicitur Leuit. Sancti eritis &c. ad amicitiam ergo conciliandam ſuam petit Deus in homine ſimilitudinem.* Ob hoc equidem in amicum deſiderans patrem illum magnum Abrahamum, illicò et indixit Deus dicens: *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Geneſ. 17. n. 1. Vbi notandum, ſecundum eſſe prioris cauſam: nam niſi eſſet perfectus ad inſtar diuinæ perfectionis, coram Deo ambulare non poſſet, & per conſequens nec ab illo cognoſci, approbari, & videri, vtpotè homo à ſimilitudine degenerans Dei: vnde Græcè pro *ambula coram me*, eſt: *place in conſpectu meo, & eſto inculpabilis*: quam lectionem retinet Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. ca. 26. vbi legit: *place, & eſto ſine querela.* Quid ſit autem Deo placere, exponit Chryſoſt. hom. 23. in Gen. ſcilicet diuino calculo, ſuffragio, & teſtimonio commendari, & placere oculo diuino, qui omnia videt, nec falli poteſt. *Deo enim placuit Noe*, inquit Scriptura, *vt ſcias, quòd approbatus fuerit à Deo, & placuit illi oculo, qui falli non poteſt, per ſua bona opera.* Cùm ergo ambulare coram Deo idem ſit, ac ei placere, eique probatum eſſe, iure equidem, & meritò, vt ſit perfectus, ſtatim et indicitur: hoc eſt, in nullo claudicans, nihil intermittens: *non in hoc benè faciens, in illo verò peccans*, vt inquit Chryſoſtom. vbi ſup. ſed in omni virtute perfectus, vnde Sanctus, ſicut Sanctus eſt Deus: Deus per naturam, homo per gratiam ad ſimilitudinem Dei, qua ſine, nec coram Deo ambulare, nec illi placere vnquam poſſet. Vnde tantum fuit Abrahamo Deum indicere, vt perfectus eſſet: quantum ab illo ſuam requirere ſimilitudinem, ſuamque aſſimilationem perfectionis, & ex conſequenti opera vndequaque perfecta, vndequaque Dei exprimentia in ſe perfectionem, ad cuius inſtar cætera omnium debent eſſe hominum opera.

7\. Cur præcepit hominibus eſſe Sãctos, ſicut ipſe ſanctus eſt.

Leu. 11. n. 44.

8\. Amicitiæ cum Deo perfectio in eius conſiſtit ſimilitudine.

S. Doctor.

9\. Legis hum. & diuinæ finis, qui.

Gen. 17. n. 1.

10\. Præſentia Dei quibus cõcedatur, & quid faciendum ad illam habendam.

Auguſt.

Chryſoſt.

11\. Placere Deo, quid ſit.

Quòd ſi hoc, en ratio, quare multa, quæ hominum oculis apparent bona, Dei verò non apparebunt, niſi mala: quia licèt ſufficientem, vt in oculis hominum pulchra appareant, retineãt bonitatem, ac pulchritudini, humanorumque oculorum nitori ſimilia inueniantur: cùm tamen iſti reſpectu oculorum Dei, tenebræ dici poſſint, immò ſint, & opera, Dei oculis, non humanis apparere pulchra debeant:

12\. Opera bona in oculis hominum, cur non ita in oculis appareant Dei.

beant; hinc fit, vt multoties opera, quæ vti luces ante oculos resplendent homioum, tenebræ ante Dei oculos appareant. Quale ergo opus erit purum? quale opus perfectuin? qualis iustitia, pura iustitia? si ad iostar puritatis diuinæ puritas debet esse operis humani? Hinc meritò Isaias, cap. 54. num. 6. iustitias omnes pannum appellauit menstruatæ: *Facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruata omnes iustitia nostra.* Aut, vt inquit Complutensis, vestimentum abiectum: *Et facti sumus, vt immundus omnes, & sicut vestimentum abiectum, omnes iustitia nostra.* Quia ante oculos diuinos expositæ, licèt sint iustitiæ, anteque oculos hominum vestimeotum; tamen ante Dei oculos non sunt, nisi pannus menstruatæ, aut vestimentum abiectum.

13. Iustitiæ hominum pānus menstruatæ.

Js. 54. n. 6

Complut.

14. Vbi notandum, quòd hominis comparat iustitias, non panoo, vt Vulgata nostra, sed vestimento, ac tali, quod abiectum est, & derelictum, ac proiectum, quodque nec decens, nec ad vsum est, nec comparere potest, tum ob vetustatem, tum ob scissiones, tum ob menda, quale pauperum vestimentum esse solet: vnde Vatablus legit: *Et sicut vestis centonum abiectorum omnis iustitia nostra.* Ex quo nullo prorsus modo Principi alicui præsentari, aut donari potest, vt illud induat, & illo se vestiat: immò nec dignum est, vt ante conspectum eius appareat; & si tale quid aliquis audet, pœnam suæ reportabit audaciæ, eò quòd vestimentum est indignum Principis aspectu, licèt non indignum alterius aspectu pauperis, qui tale quidem vestimentum aptum iudicabit, immò pro egregio; non alia ratione, nisi quia pauper, quia miser, quia veram æstimationem non habet. Ex hoc ergo omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatæ, licèt in oculis nostris iustitiæ appareant, quia cùm illæ ante Dei conspectum apparere debeant, ante illum non sunt, nisi vestimenta centonum, vestimenta mendis mille coosita, indigna prorsus Altissimi aspectu; quæ si aliquando in diuino appareant iudicio, vti necesse est, quòd aliquando constituantur, culpas eas esse deprehendemus, quas ante illud virtutes reputauimus: vnde perspiciemus iisdem prorsus nos rebus Deo displicuisse, quibus summoperè ei placere reputauimus.

Et vestimentum abiectum, & cur sic dicātur.

Vatabl.

15. Quod egregiè dixit Gregor. in primum cap. Iob, ponderans illa verba. *Sederunt coram eo septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem esse vehementem.* Vbi ponderat Sanctus eorum verba ante Dei conspectum post tam diuturnum esse condemnata silentium: *Sed in hoc, quòd diu tacuerunt, & quandoque loquendo reprobati sunt, neglectè prætereundum non est.* Immò perpensis conditionibus, amplius mirum apparebit condemnatos eos esse, quos beneficatos oporteret. *Pensemus etiam*, inquit Sanctus, *cuius charitatis fuerit ad afflictum concorditer venisse, quanta virtus longanimitatis extiterit septem diebus, & septem noctibus cum afflicto tacuisse, qua humilitas in terra tot diebus, & noctibus iacuisse, qua compassio puluere capita aspersisse.* En quanta bona, & quale horum erat vestimentum? quis quæso hominum diceret Principe dignum illud non esse, & vestimentum putaret centonum Dei conspectu indignum, vti reuerà erat? *nam*, inqnit Sanctus, *inchoantes loqui vnde se extimarūt præmium mercedis acquirere, inde eos contingit reatum reprehensionis inuenire, & præcipiti locutione perdiderunt bonum, quod tanto labore mereati sunt, vnde iustè puniri poterant, vnde se placere domino mirabiliter æstimabant, & inde iudici displicent, vnde sibi quasi pro defensione iudicis per effrenationem placent.* Nil acutius: per id iudicem offenderunt, per quod pro illo stare putabant, quia effrenatè pro illo, non moderatè steterunt: vnde quia in eorum opere modus defecit, totam etiam eius substantiam perdiderunt, & malum coram Domino illud apparuit, quod bonum vndequaque oculus iudicabat humanus. Ex quibus duo summa elicit sanctus documēta. Primum, quòd si bona sic Deus castigat quando non perfecta, quomodo mala castigabit? *Considerandum*, inquit, *ea, quæ malo voto perpetrantur, quanta Dominus animaduersione puniat, si inchoata bono studio, sed negligentia indiscretionis admixta, tanta inuestigatione castigat.* Secundum autem documentum, propiusque ad rem nostram est, multa in districto illo examine culpas apparitura, quæ virtutes hîc cogitatio pensitabat humana: ex quo fit, vt non solùm peccata, quæ facimus, sed etiam bona timere debeamus. Vnde sequitur Sanctus: *Vt ante tribunal iudicis subtile, atque incomprehensibile examen, non solùm mala, quæ commisimus, sed ipsa etiam (si qua in nobis sunt) benè gesta timeamus: quia sæpè in iusto iudicio culpa esse deprehenditur, quæ virtus ante iudicium putatur.* Nil verius: culpas esse deprehendentur, quia oon vndequaque sana, quia defecerūt in modo, & vt inquit noster Sapiens, non fuerunt iusta iustè.

S. Greg.

In Dei iudicio iisdem rebus condemnabimur, quibus Deo placere sæpè iudicauimus.

16. Verba amicorum Iob eos ante Dei conspectum condemnata.

17. Deus quomodo mala castigabit, quando bona non perfecta sit acriter punit.

18. Bona quæ facimus etiam timenda.

Defecit ergo modus, periit opus: ob quod, non solùm præmium nō reportatur, sed pœna. Oza cur quæso occisus 2. Reg 6. licèt zelo motus cadentem Dei arcā tenuit: nonnè quia indecenter, vt aiunt aliqui, eam tetigit, cùm à mulieribus se illa nocte nō abstinuisset? Aut, vt vult Hieron. in traditionibus Hebraicis in cap. 13. lib. 1. Paralip. quia quod onus suis portare debebat humeris, plaustro imposuit, à bobus, non autem à Sacerdotibus, vti par erat, ferendum. *Insserat*, inquit, *Abinadab duobus filiis suis, Ozæ, & Ahio, vt portarent arcam Domini humeris suis, & quia neque ipsi eam portauerunt, neque Caathitis ad portandum dederunt: idcirco Oza mulctatus est morte: fuit enim peccatum in non portando, in non sustinendo arcam, iam pœna peccati.* Immò ex eorumdem traditione, inquit Hieronymus iusto Ozam iudicio fuisse punitum in eadem parte, quam Domino ipse subijcere debuisset, exsiccato eius humero, ac brachio, super quod Dei arcam ferre conuenisset. *Traditur*, inquit, lib. 1. ca. 28. *Quòd aruisset brachium eius, & humerus, vbi arca Domini portanda erat, & in illius loco diuisio quædam facta est.* Cuius opinionis est Rupert. lib. 2. c. 28. Theod. qu. 20 Procop. Lyra, Abulen. q. 10. idem Hieron. epist. 48. ad Sabinianum, & alij: quæ opinio omninò probanda: neque aliquid contra eam facit, quia non simul & Ahio frater percussus fuerit, neque alij, qui in opus illud, aut consilium venerunt: nam oon ob id, quòd multi peccant, omnes occidendi, sufficit enim, vt de vno, aut altero supplicium sumatur, eò vel maximè, si maior natu Oza fuisset, cuius temeritas in illu stetit: nam cùm (quod non deberet) arcam in plaustro ferendam posuisset, non debebat parumper tantum illam inclinatam temerè ad illam tenendam accedere, manumque absque vlla admouere reuerentia, zelum profitens indiscretum

2. Reg. 6.

19. Oza cur occisus.

Hieron.

20. In quo eius steit peccatum.

Rupert. *Theod.* *Procop.* *Lyra.* *Abulen.*

in arcæ retentione, quem non retinuit in condu- A
ctione: nam quodammodò (vt sic dicam) potius
21. Mali Deum irrident, dũ grauia non curant, leuia autem cauent. talis zelus irrisio, quàm erga Deum reuerentia ex-
titit, dum de casus timuit periculo, vbi non exta-
bat, & de graui irreuerentia sanctissimi taberna-
culi, refugiendo eius onus, plaustro, animalibus-
que imponendo non curauit, *calicem excolando,*
camelum inglutiendo. vt de talibus, inquit Domi-
Matt. 23. 24. nus noster, Matth. 23. num. 24. Meritò ergo pu-
nitus super temeritate, licèt opus, quod faciebat,
bonum ex se, non malum esset: at malum, quia cir-
cumstantia debita defecit: vnde periit miser, quia
22. modum non tenuit. Sic similiter & duo filij Aa-
Filij Aaron cur exusti. ron exusti, licèt piè ad adorandum Dei gloriam
thuribula incendissent, quia ignem eis alienum
Lyra. imposuerunt, & insuper, vt inquit Lyra, & Rabbi
Rab. Sal. Salomon, *plus debito potati irreuerenter ad mini-*
strandum accesserunt. Bonum quidem fecerunt, sed
quia modus defecit, perierunt. Sic & eadem de
causa Sacerdotes Dei perierunt in bello, vt habe- B
1. Mach. 5. nu. 67. tur in Machab. libris 1. Machab. cap. 5. num. 67.
quoniam voluerunt fortiter facere, & sine consilio
23. exire in prælium: *In illa die ceciderant Sacerdotes*
Sacerdotes percussi, quia modũ in opere non tenuerunt bono. *in bello, dum volunt fortiter facere, & sine consilio*
exeunt in prælium. Bonum fecerunt, bellum Do-
mini prælabantur; sed quia modum non tenue-
runt, in prælio mortui, & perierunt. Ozias simili-
ter incensum, & sacrificium Deo offerre deside-
24. bat: sed quia modus defecit cùm officium assume-
Sic & Ozias ret quod non ei competebat, non solùm misericor-
diam non metuit, sed Domini iram incurrit, vnde
leprosus à templo eiectus, & à Domino percussus,
vitam infeliciter consumpsit, qui gloriosus aliàs
2. Par. 26. vixerat, 2. Paral. 26. opus in substantia bonum erat,
fortasse & desiderium: at illi defuit modus, qui est C
veluti eius temperamentum, vnde non solùm mi-
25. sericordiam non est assecutus, sed supplicium. Sic
Sic & Saul. similiter & infelix ille Saul, dum placare Deum in-
tendit sacrificio, videns à se populum labi, potius
eum irritauit, ita vt expulsionem à regno, & stulti-
1. Reg. 13. nam. 13. tiam operasse audire meruerit, 1. Reg. 13. num. 13.
Stultè egisti, quod si non fecisses, iam nunc præparas-
set Dominus regnum tuum super Israel in æternum,
sed nequaquàm regnum tuum vltra consurget. Mi-
rum, cùm sacrificium obtulisset, non spontè, sed vt
ipse inquit, *necessitate compulsus*, ita vt contra vo-
luntatem suam illud fecerit. Quod expresserunt Se-
ptuaginta, dum vertunt: *Et vim feci, & obtuli ho-*
locaustum, id est, vim mihi intuli, vt sacrificarem,
dum te non expectabam, sed necessitas fuit in cau-
sa, vt sacrificium offerrem. populus enim à me la- D
bebatur. Quod cùm ita fuerit, non tamen eum ab
ira talis necessitas excusauit diuina, sed punitus est,
& à regno eiectus, quia modus defuit: obtulit, &
sacrificauit quando non debuit, & contra constitu-
tum sibi præceptum: quapropter nec bona inten-
26. tio, nec necessitas immunem eum reddere potue-
Cur acriter percussus. runt, sacrificiumque acceptum apud Deum face-
re. Cuius punitionis ratio, ne nimia alicui videa-
27. tur, ex illo sumenda est principio; seuerè scilicet
Leuia peccata contra legem in principio grauiter castiganda. castigandum, quando in principio lex aliqua fran-
gitur, nimiaque eius simul viget obseruatio, tunc
ob leuia, grauia etiam applicari debent supplicia,
vt cæteris terror sit, cautioque à transgressione: sic
Deus, vt in parente primo malum inobedientiæ,
28. etiam in minimis, disceret homo, grauiter eum
Adam cur tam grauiter mulctatus. mulctauit: ob hoc etiam, vt suprà dicebamus,
igne cœlitus missu Sacerdotes consumpti sunt: sic
primus, qui violentas manus fraterno sanguine fœ-

dauit, graues dedit, & longas homicidij pœnas.
Quod acutè considerauit, ponderauitque Isidor. Isid. Pel.
Pelusiota, epist. 181. de Ananiæ, Saphiræque morte
agens: *Non, inquit, crudelitatis, atque amentiæ*
fuit, quòd sapientissimus Petrus eos, qui peccaue- 29.
rant, morte affecit; verùm præscientis doctrina mul- Petrus non crudelis Ananiam eiusque coniugem occidens.
ta hominum peccata præsanantis: nam cùm tunc
Euangelij sementem facere incepissent, ac statim
enata zizania conspexissent, sapienti consilio eam
sapienter euulserant, ne vnà cum tritico aucta, futu-
ro igni ad exustionem seruarentur: ad eundem enim
modum diuinus quoque Moyses legem ab initio da-
tam violatam perspiciens, etsi ob exiguum pecca-
tum, saxis tamen obrui iussit, qui die Sabathi ligna
collegerat. Sic pari modo, cùm primus esset Saul in
Israele Rex, primumque à Deo præceptum acce-
pisset, vt expectaret septem dies, donec à Samuele
immolarentur hostiæ, iustum equidem fuit, vt se-
uerè de transgressione puniretur, vt eius exemplo
cæteri edocti Reges discerent, & Dei obedire
mandatis, & Sacerdotis personam reuereri, & si-
mul non dominos eos esse absolutos, sed supra se a-
lium dominari, cuius omnino obtemperandum
iussis pro certo scirent: ob hoc, etsi non in offeren-
do, sed quia ante tempus tantùm peccauit dignè
tali fuit punitus pœna, qua in humanis nulla vide-
tur esse grauior.

Defecit ergo Saul in circumstantia, Deum, vti
par erat, non requisiuit: hinc indignationem pro-
meruit, non præmium. Quapropter benè Isaias 29.
Propheta dum contra Duman prophetabat, ostẽ- Isaias quomodo consulit Deum quærẽdum esse.
dens populis modum, quo ab ira fugere possent,
eis dicit: *Si quæritis, quærite: conuertimini, & ve-*
nite. Isai. 21. num. 12. Optimè quidem, si quæritis,
quærite: hoc est, verè quærite, vtiliter, prudenter, Is. 21. 12.
aptè, & omnibus numeris absolutè, nihil desit: ad-
sit opus, adsit & modus: efficaciter quærite dum
quæritis: seu, vt vult Hieronymus in epist. ad Da-
masum, tom. 3. opere, non voce, non semel, aut bis: Hieron.
vnde ait: *Si verè me quæris, dicit Dominus Eccle-* 30.
siæ, opere ostende quòd me quæras, nec semel tibi quæ- Deus non semel quærendus.
siisse sufficiat, sed quem inueneris semper inquire, vt
perfectius teneas. Quod eleganter etiam dixit Ri-
chardus de Sancto Victore, lib. 2. de Emanuele ca.
16. vbi sic: *Si quæritis, quærite, & inquirendo per-*
seuerate, immò & multipliciter quæretur, qui nun- Rich. de
quam ad plenum inuenitur. Quæ omnia summam S. Vict.
in inquirendo indicant diligentiam, absolutam,
omnibusque perfectam numeris, in nullo deficien-
tem. Hinc equidem ratio elucet, quare hodie multi
Deum quærant, & tamen nunquam illum attin-
gant: quia quærentes non quærunt, & multi orẽt, 31.
& non exaudiantur, quia orantes non orant, & Cur non inuenitur.
multi sacrificent, & Deum non placant; quia sa-
crificantes non sacrificant, nec offerunt sicuti offe-
rendum est: non ergo orant sicut orandum, non
Deum quærunt sicut quærendus, deficiunt in mo-
do, non faciunt iusta iustè: quid mirum, si nun-
quam quod optant, attingunt, si Deum non pla-
cant, immò si eum talibus fastidiunt, adeo, vt sic se
offensum æstimet à sacrificio malè oblato, & ab o-
pere bono malè peracto, & ab adoratione, sacrile-
gaque idolorum oblatione: ex quo fit, non secus à
Deo æstimari malè offerentem, quàm idololatran-
tem & thus Dijs sacrificantem.

O mira res, & omni attentione dignissima! 32.
quam certè nisi ipsa Scriptura diceret, minimè Opus bonũ non ritè factum quãrum Deo displiceat.
crederem, vt sic coram Deo appareat illi sa-
crificans, sed non vti debet, ac illi, qui idolo,

Isa.66.3. & Diabolo ipsi. Audi Isaiam, cap. 66. num. 3. *Qui immolat bouem, inquit, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo.* Quid clarius? immolabant illi, sed non debito modo, non cum necessariis circumstantiis immolabant, sed extrinsecè tantum; vnde non sanctitatem interiorem, & propriam procurantes, tantùm se in immolatione extrinseca exercebant: deficiebat modus, conditio deficiebat necessaria: hinc talis immolatio, vti peccatum, fœda, immunda, ac sacrilega apud Deum apparebat, sic vt illis eam comparet rebus, quibus Deo nil in Scriptura odiosius, nil magis immundum, vt per singulas discurrendo comparationes satis apparebit. *Qui immolat bouem*, inquit, *quasi qui interficiat virum.* Res Deo odiosissima, ac molestissima, iuxta illud Prou. 6. 16. sex sunt, quæ odit Dominus, inter quæ sunt *manus effundentes innoxium sanguinem.* Sequitur. *Qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem.* Canis enim in Scriptura sumitur pro re execrabili, & fœda, propter animalis impudentiam, & tetrum odorem, vnde eodem prorsus modo Deus renunciat pretium eius, ac prostibuli, Deuter. 23. num. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, neque pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est, quod voueris, quia abominatio est vtrumque apud Dominum.* Cuius abominationis rationem adnotat Hieronymus, quia vtrumque animal pronum est ad libidinem: si ergo canis ex se odiosum est animal, quanto magis caput eius excerebratum, quod putidissimum, fordidissimumque; adeoque iugratum, vt nec oculos figere tantillum quis patiatur. Sed nec contentus Sanctus Propheta, vt amplius denotet Dei fastidium ob talia, subdit dicens: *Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat.* Per oblationes autem intelliguntur (vt optimè adnotat quidam hic) omnia illa, quæ sine sanguine offerebantur: hæc autem, quæ gratissima Deo esse solebant, comparat sanguini illius animalis, quod fœdissimum, & abominabile in lege æstimabatur; Leuit. cap. 11. num 9. & de quo præceptum, non solùm ne aliquod illius offerretur, sed nec comederetur, tam abominabile erat. Quod cùm ita sit, nihilominus talibus comparatur eorum oblatio, qui externâ tantùm figurâ contenti, non perfectè, non integrè sacrificium, & oblationem offerebant, sed quod caput est omnium, quæ diximus, non tantum suillo, cani, & homicidæ talem oblationem comparat, sed sacrilego, & idololatræ, quod cæterorum est maximum, & vltra quod amplius quid excogitari non potest: vnde & sequitur: *qui recordatur thuris*, id est, libat, pro opere enim sumitur, *quasi qui benedicat idolo*; id est, idolo sacrificat: quæ mira, & admirabilis amplificatio est, vltra quam alia excogitari nequit. Pondera ergo Dei odium, abominationemque contra idololatriam, idololatrasque, & ex hoc perspicies etiam, quantum opus abhorreat sine modo debito factum, licèt aliàs bonum. Pondera, & attende quomodo ob idololatriam & odium in eam, sæpè Deus destruxerit terram, arefecerit agros, eradicauerit arbores, siccauerit fontes, occiderit animalia, occluserit cœlum; quomodo ob illam interfecerit subditos, mactauerit Principes, necauerit Reges, destruxerit regna, repudiauerit suos, conculcauerit dilectos, renuntiauerit filios, susceperit alienos. Quæ horrenda cùm sic consideraueris, & odium idololatriæ admiratus fueris: attende postea, & recogita, quòd sic etiam abhorret Deus opus sine modo factum, & non secus ac si esset; & expauesce, ac time: nam, vt rectè inquit Vualfridus Strabonus, lib. de exordiis, & incrementis rerum Ecclesiasticarum, cap. 14. tractans de iustis oblationibus: *Non est remedium peccati, si contempto salutis præcepto ipsius signa contemptus obijcias præceptori.* Acutè nimis: sacramenta enim malè administrata, & opus bonum non debita peractum circumstantia, & vti Deus iubet, ante diuinum conspectum non sunt sacramenta, sed signa contemptus, quibus magis Deus irritatur, quia talibus irridetur, non honoratur: ob quod & talia horum sacrificia, illusiones, non sacrificia appellat, iuxta illud Isaiæ, vbi suprà: *vnde & ego eligam illusiones eorum*, hoc est, vt vult Cyrillus, & Procopius, sacrificia eorum ficta, & laruata.

33. Quibus rebus comparetur in Scriptura

Prou.6. 16.

34. Canis in Scriptura cur Deo execrabilis.

Deut.23. 18.

Hieron.

Sanchez.

Leu.11.9.

35. Idololatria quantum Deo abominabilis.

Vualfr.

36. Sacramenta & bona opera non ritè facta sunt signa contemptus.

Cyrill. Procop.

Perfectum ergo debet esse opus, vt Deo placeat, & non est perfectum, si absit modus. *Nulla est perfectio*, inquit Basilius, in libro, cuius titulus est, Admonitio ad filium spiritualem, *in vna parte esse sublimem, in alia esse prostratum: in vna parte fulgere, in alia vitiorum caligine occupari: nam ciuitas si fuerit forti compage solidata in se, ex alio verò destructa, aditum ad se hosti præbebit: & nauis si fuerit forti compage solidata, & vnam in se tabulam perforatam, repleta aquarum fluctibus mergetur in profundum.* Nil amplius ad rem. Sit opus bonum, magnum, præclarum, excelsum, sit sacrificium, sit holocaustum Deo gratissimum, sit ad instar ciuitatis, & nauis benè instructæ, & vallatæ, deficit modus, iam non est amplius tale opus Dei, sed hostis, iam non ad cœlum aduolat, sed in profundum mergitur: quia est sicut ciuitas, vt inquit Basilius, ex vna parte instructa, ex alia destructa, & nauis benè solidata, tamen cum vna tantùm tabula perforata, vnde & illa hostium erit, & hæc in profundum demergetur: sic & opus bonum si modus deficit, qui est totalis eius structio, ex parte destructum est, perforatum est, hostes intrabunt, fluctus inundabunt, dissipabitur, demergetur, licèt non sic videatur illi, qui opus tale perficit, dum putat se per illud sanctificatum.

Basil.

37. Opus bonū deficiente modo, non est perfectum, nec laude dignum.

Hinc deceptio multorum bona operantium, qui multoties putant Deo, verbi gratia, sacrificasse, aut ieiunasse, & quia aliquid adfuit imperfectæ intentionis, non Deo, sed sibi sacrificarunt aut ieiunarunt. Sic se decepit, Zachar. 7. num. 2. Sarazar, Rogomelech, & viri, qui erant cum eo, cùm misissent ad domum Dei, & ad Sacerdotes domus Domini, vt dicerent, si amplius illis esset ieiunandum. *Numquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis?* Quæ sententia, vt intelligatur

38. Deceptio aliquorum in operibus bonis, vnde.

Zach.7.2.

39. Sarazar & eius socij, vt se deceperunt in opere bono ieiunij

Notandum, Templum Hierosolymitanum exustum mense quinto, qui dicitur *Ab*, qui Iulius noster est, 4. Reg. vltimo, & eodem anno, mense septimo, qui *Tisri* dicebatur, occisum Goliath terræ gubernatore; ob cuius mortem, aliquibus in Ægyptum, aliis aliò dispersis, reliqui qui Hierosol. remanserunt, ob tales calamitates ieiunium quinti, & septimi mensis ad Deum indixerant placandum, tum sibi, tum fratribus dispersis. Post an-

quod faciebant.

40. Templum Hierosoly. quo mense exustum.

nos verò septuaginta cùm iam instauratum esset templum, & captiuitas finita, & multi habitantes in Hierusalem: reliqui, qui adhuc in Babylone, vel alibi manebant, & qui redire in Hierusalem amplius non curabant (nam certum est, non omnes Iudæos, qui erant in Babylone, voluisse reuerti, vt patet ex libr. Esdræ) miserunt ad Sacerdotes, petentes ab eis, numquid amplius obseruare debebant ieiunium quinti, & septimi mensis indictum ob templi destructionem: nam cùm iam cessasset illa calamitas, ob quam impositum erat, videbatur non amplius
41. Ieiunium & fletus sanctificari dicuntur in Scripturis. Hieron. ieiunandum, & sic dicunt: *Numquid flendum est mihi?* vbi flere, stat pro ieiunare, *vel sanctificare me debeo*, ieiunio scilicet: nam, vt obseruat hic Hieronymus, fletus, atque ieiunium sanctificatio dicitur: putabant ergo isti, dum ieiunabant, seipsos sanctificatos coram Deo, & sic tale ieiunium sanctificationem vocant: petunt ergo, & dicunt: numquid flendum amplius nobis est, aut ieiunandum, quod est sanctificandum, sicut iam feci multis annis? quibus Dominus per os Prophetæ. *Loquere*, inquit, *ad omnem populum terræ, & ad Sacerdotes, dicens: Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & septimo per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi?* Quid est hoc, & quale est tale Dei responsum? cui ergo ieiunarunt, si non illi ieiunarunt? & cui fleuerunt, si non illi fleuerunt? per septuaginta ergo annos ieiunarunt, putantes se sanctificatos, & cùm à Deo gratias accipere putarent, audiunt non illi eos ieiunasse, nec illi tale ieiunium acceptum. Mirum, quid ergo defuit? intentio recta; & modus: ioteotio, quia sibi ieiunabant, & non Deo; quia cùm ieiunare deberent ad Deum placandum, ad peccata abluenda, ad animas suas sanctificandas, non ob hoc ieiunabant, sed potius vt ab exilio liberarentur, & ideo sibi, non Deo ieiunabant. Quod fit planum, quia postquàm soluta est captiuitas, & templum excitatum, id agunt, vt liberi sint à ieiunij voto: vel, vt inquit Ribera hic, ieiunabant,
Ribera. *Non vt Deo placerent, sed vt religiosi viderentur, aut vt sumptui parcerent*: intentio ergo defecit, dum non perfecta intentione ieiunabant. Et modus, dum ieiunaotes exteriùs, interiùs à vitiis non ieiunabant, dum materialiter tantùm corpus premebant, non verò animam castigabant, sic ieiunantes sicut antiqui patres eorum, quos Deus destruxerat, & extorres fecerat. Vnde sequitur Dominus. *Numquid non sunt verba, quæ loquutus est Dominus, cùm adhuc Hierusalem habitaretur, & esset opulenta ipsa, & vrbes in circuitu eius?* Quasi diceret: iam tunc dixi, non mihi cordi esse tale ieiunium, sed illud:
42. Ieiunium verum quale. nempè, *Iudicium verum iudicate, & misericordiam, & miserationes facite, vnusquisque cum fratre suo, & viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari, & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo.* Quasi diceret, nam hoc est ieiuniom, quod mihi cordi est, estque ieiunium verum: non autem illud, quod vos per septuaginta annos fecistis, & ideo sugillans Deus verbum sanctificationis, & tale non sustinens ieiunium sanctificationem vocari, illud illis improperat, dicens: *Numquid ieiunium ieiunastu mihi? & cùm comedistis, & bibistis, numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis?*

Quod est dicere: tam in ieiunio, quàm in comestione vobis ieiunastis, & comedistis, non mihi; cùm siue ieiunabatis, siuè comedebatis, ob vestrum emolumentum illud faciebatis; ieiunium scilicet ad soluendam captiuitatem, comestionem ad reparandas vires, non mihi, sed vobis, vt amplius peccaretis, & vt validiores ad peccata patranda reperiremini: vobis ergo ieiunastis, vobis comedistis, vnde non solùm tale ieiunium non est sanctificatio, quin potius maculatio: ex quo non meritum, sed pœnam reportare debetis. Vnde ergo tanta istorum deceptio? nisi quia non obseruantes, nec in opere bono intentionem curantes, & modum; quando sanctificatos se putabant, immundos se repererunt, & hoc non post vnum, duos, aut tres, sed septuaginta post annos. O omnibus, sed Religiosis præcipuè sententia tremenda, valdeque formidanda! quis scit, si post multos in Religione expletos annos, si post infinitos transactos labores, si post innumera pœnitentiæ opera completa, quia non eo modo, quo necessarium, ea peregimus, non nobis præmium, sed ex illis pœna supersit. & in illo vltimo terribilitatis die, quando pro Domino multa operasse existimemus, non pro Domino, sed pro nobis illa operasse reperiemus, terribiliter per os Domini audientes, *Numquid ieiunium ieiunastis mihi? numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis?* Et simul admirantes videbimus, sacrificia, orationesque nostras, non Domini laudem, sed oppressionem fuisse. 43. Religiosis quid formidandum.

Ad resuscitandum properans Dominus noster Iairi filiam, Marci, 5. num. 24. inquit Euangelista, quòd *sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.* Quo sic ambolante, secretò accedens mulier sanguinis fluxum patiens, tetigit tantùm vestimenti eius fimbriam, & statim Iesus clamauit: *quis tetigit vestimenta mea?* Quod admirantes discipuli, dixerunt: *Vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit?* Mirum equidem, vt tactum notaret Dominus vestimentorum, cùm turba eum oppriveret. At in hoc stat mysterium: nam cùm reliqui, non ea fide, non ea deuotione, non ea charitate ad ipsum accederent, qua illa mulier, opprimebant eum, non tangebant: sustinebat ipsos patiens, non delectabatur in illis: quia, vt diximus, orationes, sacrificia, officia coram Domino fundere, non vti par est, non laudem ei, sed oppressionem afferunt. Quod equidem notauit Glossa in facto illo Amani Esther 7 num. 8. in illis Assueri verbis: *etiam me præsente vult opprimere Reginam*: vbi inquit. *Deprecatio Aman oppressio dicitur: quia in die iudicij iniquorum oratio, irritatio est.* Quod intelligendum, tum de oratione, quam tunc f- dent, tum de illa, quam in vita fuderunt, non de- o scilicet modo, non debitis circumstantiis. En miser iste orabat pro sua salute Reginam, at quia indebitè, & indecorè, *reperit enim super lectum corruisse, in quo iacebat Esther*, ibi num. 8. oppressionem reputans Rex, pro salute mortem, pro vita interitum reportauit, cùm, vti diximus, modus magis desideretur in re, qoàm ipsa res. Marci 5. 24. 44. Christus Dominus non percepit turbam opprimentem sed bene mulierẽ eum tangentem. 45. Sacrificia & opera bona non benefacta oppressiones sunt Dei. Gloss. Esth. 7. num. 8. 46. Aman cur occisus.

Enimuerò ille est, qui opus bonum qualificat, & non sufficit iustum, vt diximus, nisi iustè, & non sufficit offerre, nisi benè offeratur: quod sic extra telam est, sicque patens, vt lumine tantùm instructus naturali illud docuerit 47. Gentiles etiam cognouerunt à modo id accipere qualitatem.

A

Seneca lib. 1. de beneficiis cap. 6. dum non tam pensandam putat beneficij, munerisque magnitudinem, quàm largientis animum, à quo munus habet, vt magnum, aut exiguum sit, vt gratum, aut secus ad alterius accedat animum.

Seneca.

Animus, inquit, *qui parua extollit, sordida illustrat, magna, & in pretio habita dehonestat: ipsa, quæ appetuntur, neutram naturam habent, nec boni, nec mali: id refert, quo illa rector animus impellat, à quo forma datur.* Quo posito, quasi quòd Zacharias vt suprà vidisset, sequitur. *Secus nec in victimis quidem, licèt optima sint, auroque præfulgeant, Deorum est honos, sed recta, ac pia voluntate venerantium: itaque boni farre, aut fictili, religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint.* Nil purius ab impuro, nil aptius ad rem, de qua agebamus, dici potuit. Ieiunabant illi, sed non recto animo: flebant (recole quæ supra ex Zacharia dicebamus) sed non rectè, non Deo, sed sibimetipsis: ieiunium, & fletus neutram naturam habent, animus est, qui illa ad bonum, ad rectum, ad sanctum addicere habet.

B

At non solus animus sufficit, necesse est, vt reliquæ adsint circumstantiæ, vt vndequaque sit refertum opus: nam aliàs rectè inquit Seneca: *Non effugies impietatem, licèt sanguine multo aras cruentaueris.* Quod est, si Christiano modo loqueretur: licèt multùm ieiunaueris, licèt multùm fleueris, licèt multùm te afflixeris, licèt noctes, diesque in oratione consumpseris, deest recta intentio, deest modus rectus, & iustus, nil factum, pro nihilo reputabitur.

48.
Cain munera cur repudiata.
Gen. 4.

Obtulit Cain, sed non ex optimis, defecit in modo, licèt sacrificium obtulisset, Genes. 4. quo factum, vt Deus ad munera eius non respexerit,

C

quia etsi esset iustum, non tamen iustè, & ideo non iustificatum: quia verum est, quod noster Sapiens dicit, nempè quòd *qui custodierint iusta iustè, iustificabuntur.* Secus autem qui tantùm iusta, sed non iustè. Loquatur ergo noster Sapiens ad Reges, loquatur ad Principes, qui magna se operari putant, qui regna gubernare, qui iustitiam administrare rectam, vt timeant, animaduertantque sibi, an Deo regna gubernent, sibi, an Deo iustitiam administrent: nam si modus desit, pro præmio pœnam reportabunt.

49.
Reges non sibi, sed Deo regna administrent.

Enimuerò ad destruendam Hierusalem Nabuchodonosor Dominus misit, & vt eius peccata castigaret, suum eum ministrum effecit: at quia modum non tenuit, mensuram excessit, crudeliter se habuit, potius suas,

50.
Nabuchodon castig. quia sibi nõ Deo militauit.

D

quàm Domini vindicans iniurias, & vt suum ampliaret dominium, non vt Domini exerceret iudicium, bellum gessit: ideo consummatus ipse, destructus, ac penitus deletus. *Grex dispersus Israel*, inquit Hierem. cap. 50. num. 17. *Leones eiecerunt eum, primus comedit eum Rex Assur, iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor Rex Babylonis.* Verbum, *exossauit*, ponderandum: *Propterea*, sequitur; *hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo Regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui terram Assur.* Et paulò post. *Vox belli in terra, & contritio magna, illaqueaui te, & capta es Babylon, & nesciebas, inuenta es, & apprehensa, quoniam Dominum prouocasti.* Mirum vt prouocaret, cùm ipse iusserit: at prouocauit, quia modum in executione non tenuit iustitiæ: hinc vnde præmium reportare præsumpsit, reportauit pœnam, accepit supplicium: nam verum, etsi multa bona coram hominibus, mala tamen coram Deo apparent.

Hier. 50. 17.

51.
Deus cur sibi iudiciũ reseruauit de factis alienis.
Matt. 13. 28.
Hieron.

Hinc euenit, vt hominibus omnino iudicium de alienis Deus interdicat factis: nam cùm inter triticum, & zizaniam discernere nesciant, prohibet ne euellant, ne fortè malum dicant bonum, bonum malum. Matth. 13. 28. Quam parabolam mysticè interpretatus Hieronymus ait: *Inter triticum, & lolium, quamdiu herba est, & nondum culmus venit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo, aut nulla, aut perdifficilis distantia: præmonet ergo Dominus, ne vbi quid ambiguum est, citò sententiam proferamus, sed Dei iudicio terminum reseruemus.*

52.
Cor hominis inscrutabile, ab ipsomet homine eũ possidente.
1. Reg. 15. 24.
2. Reg. 12. 13.

Quod etsi de alienis dicitur factis, non minus (me iudice) de propriis asserendum: sic enim prauum est cor hominis, sic sui proprium, vt sæpè dum pro Deo stare pensitat, pro se contendit, & Deum reputans quærere, se inuenit. *Peccaui*, inquit Saul, 1. Reg. 15. 24. *quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua.* Quando non putaret iste veram se pœnitentiam non egisse, vnde & dimissionem peccati meruisse? Non amplius equidem Dauid dixit sanctissimus 2. Reg. 12. 13. & tamen se fefellit, quia non Dei amore, sed dominatus ingemuit: non quia Deum offendit, sed ne regnum amitteret, indoluit: hoc nec ipsemet persensit, sed Deus, qui, vt inquit Ambros. lib. 1. de Abraham cap. 7. *Verè interioris est arbiter conscientiæ, & animi, ac mentis interpres.* Vidit, quod ipsemet non attendit, intimiusque perspiciens id reprobauit, quod ipsemet vt bonum iudicauit.

53.
Occultum nostrum aliquando nec ipsi scimus.
Ambros.

Ad doctrinam nostram hęc scripta sunt, vt pertimeamus, tremendumque expauescamus iudicium, ante cuius conspectum, nonnisi iustè iusta operantes iustificabuntur, vt noster inquit Sapiens, *Qui custodierint iusta*, &c.

HOMILIA CXIII.

Se, suaque consideret, qui diuinum effugere iudicium satagit.

E*T qui didicerint ista, inuenient quid respondeant*, inquit noster Sapiens, seu vt Græce: *reperient Apologiam*, id est, non obmutescent, sed pro sua iustitia stabunt, quia in hac vita non ignoranter, non oscitanter, non desidiosè, sed attentè vixerunt, semper se, suaque considerantes, semperque se discutientes, & præ oculis habentes, cogitabundi incedentes, quapropter non mirum si sic præuenti ad Dei iudicium accedentes non obmutescent, sed inuenient quid respondeant.

Habac. 2. nu. 1.

1.
Quanta attentione se suaque quis attendere debeat, Deique iudiciũ preuenire.
Theodor.
Aquila.

Super custodiam meam stabo, inquit Habacuch Propheta cap. 2. num. 1. *& figam gradum super munitionem, & contemplabor, & videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.* Imparatus inueniri nolebat, sententiam pro se referre cupiebat, ideo antea, & in vita se muniuit, firmiter super se stando, se, suaque contemplando, & ita firmiter, & immobilis, vt veluti circulo aliquo inclusus videretur: vnde Theodoretus vertit: *Figam gradum super girum.* Et Aquila, *super circinum*, id est, stabo

immotus, quasi circulo inclusus, nullibi distractus, ad hoc vt in vita considerem quid respondeam arguenti, cùm certè nullum aptius sit medium ad Dei iudicia superanda, & ad pro se sententiam obtinendam, quantum hic se hominem considerare, hic se discutere: *Vide enim quid sit*, inquit Chrysostomus, homil. 2. in Psalm. 50. *si tu memor sis, Deus non erit memor: si ta oblitus eius fueris* (peccati nempè) *Deus eius memorabitur: si semper memor fueris cumuli peccatorum tuorum, erit memor magnitudinis beneficentia Dei.* Optimè: & ponderandum quòd beneficentiæ memor erit, ait, quia ex tali memoria peccatorumque discussione, non solùm pœnam non reportabit, sed misericordiam, ac beneficentiam.

Chrysost. 2. Peccatorũ non reminiscitur Deus, si homo eorum recordatur.

Ideo Sanctus Propheta David, Psalm. 50. cognoscens, apprimèque hanc Dei sciens conditionem, cùm peccasset, peccatum suum semper in corde, semper ante oculos habebat, cum ipso vigilabat, cum ipso dormiebat, & sic inquit: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Pagninus, *coram me: Quasi diceret*, inquit Chrysostomus, vbi suprà, *ego illud video, ta ne id cõsideres, ego illud scribo, vt quasi Dominus dele*, sicut & deletum, rasum, & oblitum. Nonnè tibi videtur, quòd sic agens Propheta apologiam pro se habebit in illa die? vnde pro se stans respondebit, quia si adulteraui, si occidi, dolui, ingemui, pœnituit, iudicaui, condemnaui, castigaui: & sic Dei effugiet iudicium *qui bus non parcis in idipsum.* Quod equidem bonum, non aliunde, nisi ex iudicij Dei præoccupatione, ex consideratione, ac discussione sui, quam qui semper ob oculos habent, continuèque in illa se exercent, ante se ambulantes, ideo firmiter in iudicio stabunt: quia semper de bono in melius procedentes, perfecti vndequaque in illo apparebunt. Hoc in illis sanctis quatuor attendendum animalibus, sic minutatim à Daniele descriptis, in quibus inter cætera notatu digna vnum est, quòd *vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent*, Dan. 1. 14. Magna siquidem, & maxima dignitas, ita ambulare, ita rectò per viam incedere tramite, ita in directum ad finem tendere, vt numquã necessarium sit aliquando reuerti, & ita perseueranter in via persistere, vt numquam sit tegressionis interruptio. Quis est hic ita fortis, ita constans, ita inquinens, vt à semel arrepto itinere non sit deflexus? & ita dono perseuerantiæ munitus, vt numquam sit reuersus cùm ambularet, & in via Dei incederet? is (ni fallor) qui semper se considerauit, qui continua discussione semper se præsentem habuit, se attendit: lege superius, & intelliges profectò, vnde non reuertebantur ista animalia cum ambularent, & inuenies, quia *vnumquodque coram facie sua ambulabat*, id est, coram se se habebat vitam, actionesque suas semper, continoèque examinando, quod est coram se ambulare. *Omnis iustus*, inquit Gregor. homil. 4. in Ezech. *qui vitam suam sollicitè aspicit, & diligenter considerat, quantum quotidie in bonis crescat, aut fortusse quantam à bonis decrescat, ille, qui se ante ponit, coram se ambulat, quippè qui vigilanter videt vtrùm surgat, an desinat.* Coram se ergo ambulant iusti, & ante faciem suam se aspiciendo, & inquirendo continuè, & sollicitè: quid ergo mirum si non reuertuntur cùm ambulant? & insuper, quòd *vbi est impetus spiritus, illac grudiantur?* non resistendo, non diuinis reluctando inspirationibus. Nam quomodo resistere illis potest, qui retroacta inspiciens pericula, ac vnde suum malum euenit, satis perpendens videt, quia si citò non consentit, quòd cadet, quòd corruet, quòd in mortem spiritus lethaliter abibit cedet illicò, velociterque sanctis assurget afflatibus, & sic gradietur vbi spiritus erit impetus, ex quo salutatio eius eueniet, gloria, & sanctificatio. Cuius radicem, principiumque si rectè inquiras, reperies considerationem, discussionemque fuisse sui ipsius, & ex eo, quòd coram se, facièque sua ambulauit, quod propriè iustorum.

Ps. 50. n. 5.

3. David ad peccatum suum delê dum quid faciebat.

Pagnin. Chrysost.

3. Sui discussio ad virtutem augmentum gradus.

Dan. 1. 14.

4. Perseuerãtiæ donum cui concedatur.

5. Animalia Ezechielis cur non reuertebantur cum ambularẽt.

Greg.

6. Discussio sui ad inspirationes

A

diuinas obsequendas optimum medium.

At verò contra, iniquorum est, sui met semper viuere oblitos, & numquam coram se ambulare: nam, vt inquit idem Sanctus. *Quisquis, qui vita sua custodiam negligit, discutere que agit, que loquitur, que cogitat, nec despicit, aut nescit, coram se iste non ambulat, quia qualis sit in suis moribus, vel actibus ignorat.* Ex quo fit, vt in illo tremendo iudicio postea obmutescet, & non sicut iustus pro se apologiam reperiet, quia cùm tales ignorent hic, & motus nesciant, actusque suos, pro illis ibi respondere non poterunt, & eos defendere, aut excusare; & ideo obmutescent, tum non respondendo pro malis, tum non allegando pro se bona: bona inquam, quæ vera sint bona, nam peruersi, etiam si aliqua bona hic fecerunt, hæc malis actibus perdiderunt, quod non considerantes, nec hic animaduertentes, dum in illis sisi putant se aliquid in illa pro se allegare posse die, decepti miseri inuenient nullam pro se habere apologiam.

B

7. Mali in iudicio cur obmutescent.

Multi dicent mihi in illa die, inquit Dominus noster Matth. 7. num. 22. *Domine, Domine, nonnè in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* In qua sententia illud pro certo tenendum, hos vera dixisse, non falsa, vt autumat Author imperfect. hom. 19. *Considera*, inquit, *eos etiam post mortem mentientes, Domino in nomine tuo hoc, & hoc fecimus, numquid nesciebant ipsi apud se, quia numquam nec dilexerunt Christum, nec fecerunt voluntatem eius? sed putant se, sicut in hoc saeculo homines deceperunt, sic & ibi etiam Deum fallere posse.* Quod vltimum si de peccatoribus in hac vita degentibus diceret, conuenirem equidem cum Authore: nam sic multi in illa viuunt, bonum, bonaque dissimulantes opera, vt penè dicas eos, sicut homines, sic etiam & Deum fallere posse credere, nullum Dei, nullumque hominum extimescentes iudicium: at quòd in altera illud vita falsò dicere possint, non credo; cùm quanta iudicis sit scientia optimè ipsi calleant: vera ergo prophetarunt: verè dæmonia eiecerunt, virtutesque multas fecerunt, quæ omnia dona sunt gratis data cum statu peccati etiam compatibilia, & sic in illis sisi, pro se in ibi allegabunt. At quid iudex? *Et tunc confitebor illis, quia numquam noui vos*, approbationis scilicet, & amicitiæ cognitione, *Discedite à me, qui operamini iniquitatem.* Quomodo iniquitatem? ergo opera illa iniquitates erant? sic equidem, non quatenus talia, sed quatenus à talibus, quia dum aliàs malè operando, mercedem talium

C

Matt. 7. num. 22.

Auth. imperfect.

8. Hypocritæ Deum decipere præsumunt.

D

9. Mali in iudicio sua allegantes bona, quomodo confundentur.

ipsi amittebant, ad maiorem eorum condemnationem ipsa eis deseruiebãt; ob hoc iniquitates. Quod

10. Insipientes sunt in bono operando, & cur.

non pensitantes miseri, mercedem suam in sacculum congregauerunt pertusum, vt inquit Aggeus Propheta cap. 7. num. 6. *Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.* Quod exponens Diuus Gregorius vbi supra, *De pertuso sacculo aliunde exit*, ait, *quod aliunde mittitur, quia indiscreta mentes mercedem, qua ex bono opere acquiritur, non aspiciunt, quomodo ex malo opere perdatur.* Quod (vt idem inquit sanctus) malum, illis non eueniret, si coram se, sicut iusti, perfectique ambularent: *Quia*, inquit, *si sibimet ipsis prasentes essent, omnia, qua agunt, subtiliter viderent, qualiter bona opera malis actibus perdant, agnoscerent.* Faciunt ergo mala, amittunt, & perdunt bona, & insuper hoc non considerant, nec perpendunt: quid ergo ibi pro se allegabunt? nihil: vnde quid mirum si obmutescent, apologiamque non habeant?

Agge. 7. num. 6.
Gregor.

At verò iusti, & sancti, in illo tremendo die pro se stabunt, pro se respondebunt; quia semper hîc se considerarunt, & iudicarunt, sic verè, ac strictè, vt prorsus suimet obliti viderentur, ac si non de sua, sed de alterius agerent persona, sic in semetipsis vitia persequentes propria, ita mala ea in semetipsis iudicantes, ac in alijs; ita contra se mortis sententiam referentes, ac si ipsi non essent: quod propriè iustorum, sanctorumque est, qui non vnam pro se, alteram verò pro alijs teneret mensuram, leue iudicantes, quod ipsi graue, quod alteri perpetrantur, sed iustè iudicantes quæ in alijs condemnant, in se ipsis etiam vt malum iudicant, & damnant: quod totum non aliunde, nisi quia se ipsos semper præsentes habent. Quod satis egregiè adnotauit idem sanctus super illud Salomonis Prou. 20. num. 10. nempè: *Pondus, & pondus: mensura, & mensura: vtrumque abominatio est apud Deum.* In quo loco sic ait. *Scimus, quia in negotiatorum duplici pondere, aliud magis, aliud minus est: nam aliud pondus habent, ad quod pensant sibi, & aliud pondus, ad quod pensant ea, qua sunt proximi. Omnis itaque homo, qui aliter pensat ea, qua sunt proximi, & aliter ea, qua sua sunt, pondus, & pondus habet: vtrumque ergo abominabile est apud Deum.* At verò sancti non sic: nam, isti, vt inquit sanctus, *in suis actibus se ipsos, tamquam alterum attendunt, non habentes vnam pro se, alteram pro proximo mensuram.* Quod inde cuenit, quia, vt idem affirmat sanctus, *veraciter se ante se ponunt, sibique in præsenti semper sunt*, rectè semetipsos iudicantes, rectéque actiones suas: quo fit, vt semper medullitus eas exquirentes, ac præponderantes, si malæ sunt, antè iudicis interrogationem eas mulctent, ac earum maculas lauent: quod vbi factum, quid mirum si ex hac digna præparatione in illo tremendo die apologiam pro se inuenient, & tremendum illud iudicium non subeant, quod præoccuparunt?

11. Iusti strictissime se diiudicant, ac si de alterius nõ sua ageretur persona.
12. Vnam eandemque in diiudicãdo tenent mẽsuram.
Grego ibi.
Prou. 20. num. 10.

Optimus ad hoc est ille Pauli locus primæ ad Corinth. 11. num. 31. vbi assignans rationem infirmitatis, imbecillitatis, mortisque ipsorum, quam ex mala subibant receptione sacramenti, indignaque eius sumptione, inquit, quod hoc illis eueniebat, quia iudicium Dei ipsi non præueniebant, neque ipsi priusse iudicabant: vnde inquit: *Quòd si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Cuius ratio, quia iam iudicati, & Deus bis vnum non iudicat peccatum. Ergo & tu, quisquis es, scito, quòd cùm iniudicatus manere nequeas, iudicium subire necessarium tibi est, & inexcusabile. Elige vnum è duobus, aut à Deo iudicari, aut à temetipso si tu te non iudicas, Deus te iudicabit, si tu te iudicas, Deus te non iudicabit, iudiciumque Dei effugies: & vt inquit Chrysostomus homil. 43. in Matth. *Terribili futuri iudicis tribunali latus assistes.* Quia accedes securus de condemnatione, quia ibi pro te loqueris, quia quid respondeas habebis, & vt noster inquit Sapiens, apologiam pro te reperies. At non sic euenit illis, qui hîc sui negligunt iudicium nam quotidie neglectu crescente, peccatorum sarcina crescit, augetur debitum, & dum tempus soluendi adest, impotentes ad solutionem reperiuntur, vnde miseri non habentes quid soluant, nec responsionem, igni traduntur æterno: immudum hîc se non discutiunt, nec de peccatis dolent, vnum alteri addendo, impœnitentes manendo, non solum se ipsos perdunt, sed simul & omnia sua, filios, filiasque, vxores, rem, domumque totam: cujus equidem ratio, quia ad tot soluendam delictorum pœnam, ipsi soli non fuerunt sufficientes, vnde ad iustitiæ integrè satisfaciendum diuinæ necessarium fuit & reliqua adiungere Genes. 18. num. 10. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhaeorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Pondera verbum, *multiplicatus*, & *aggrauatum*. Vnde enim multiplicatus clamor? vnde aggrauatum peccatum? nisi quia dum quotidie se de illo pœnitere neglexerunt, vnum ad aliud addendo, multiplicatus fuit clamor, & aggrauatum peccatum, quod non fuisset, si quotidie doluissent, quamuis quotidie peccassent: nam ideo peccatum aggrauatur, quia super alium cadit non contritum: at da præteritum contritum, cùm illud, quod superuenit, aliud non inueniat, profectò aggrauare non potest, quia suppositum non inuenit aggrauandum: at grauat, quando aliud inuenit, quod cùm sæpius fiat, in immensum moles crescit peccatorum, fiuntque miseri soli ad soluendum impotentes, vnde se, suaque simul perdunt, quia ad solutionem omnia necessaria. Quod grauiter considerauit Chrysostomus homilia de Sodomitis tomo primo, dum inquit. *Tale est peccatorum debitum, vt si solliciti sumus ad soluendum, leue sit*: attende singula, *sin negligentes, erit grauissimum: tot am enim simul mergit debentium substantiam. Non curabant Sodomita, debita neglexerunt, quotidie neglectu crescente, creuit debitum, repetitionis chirographum auctum est, fœnera peccati aucta sunt, factum est tempus repetitionis, non erant soluendo, imperauit dominus debiti, vt traderentur igni, & mulieres eorum, & filij eorum, & omnia qua habuerunt, in satisfactionem cederent.* Nil melius. Neglectu crescente creuit debitum, non creuisset, si diligentia adfuisset: nam, vt inquit sanctus, debitum peccatorum, si sollicitudo adsit, leue est; si negligentia, grauissimum: hodie peccas, hodie confiteris, hodie ad iudicium te vocas, & conteris: cras peccas, cras simul confiteris, & te conteris, & sic similiter semper agis in dies quando peccas, & si millies pecces, leue erit debitum, quia sollicitudo adest: at si negligentia, si numquam erit confessio, si numquam conscientiæ discussio, fit grauissimum: & non eris postea soluendo: quod valde in Chrysostomi dicto ponderandum. mulieres enim,

1. ad Cor. 11. nu. 31.
13. Dei iudiciũ effugiemos si nos prius iudicabimus.
Chrysost.
14. Peccata per confessionẽ non delere, nec per contritionem, omnium origo tribulationum in hac vita, & cur.
Gen. 18. num. 10.
15. Filios, domum, & rẽ simul cum vita cur aliqui deperdunt.
Chrysost.
16. Peccatorũ debitum ex negligentia fit grauissimum.
17. Confessionis assiduitas quàm magnũ homini præstat emolumentum.

filij, res tandem Sodomitarum percussæ sunt, igni- A
que traditæ (quamuis in culpa etsi aliquæ mulieres, aliqui filij, saltem paruuli non essent) quia in satisfactionem patrum cesserunt, dum multitudine peccatorum aucta, non habuerunt vnde redderent. Audiant hoc, qui sine fræno peccant: audiant, qui summe obliti se non discutiunt hic, nec de peccatis iudicium sumunt; vnde in dies erescentia in immensam assurgunt molem: audiant, & contremiscant Nec mirentur, si facto repetitionis tempore, vxores perdunt, filios amittunt, resque consumitur, ac penitus omnia pessum eunt; cesserunt enim in satisfactionem, quia ipsi tantum non erant soluendo, nec eorum tantum sufficiebat persona. O magnus confessionis frequentiæ fructus! ô ingens discussionis conscientiæ commodum! non aggrauatur peccatum, etsi millies perpetretur, clamor eius non multiplicatur, B
quamuis millies peragatur: non fit homo non soluendo, quia sigillatim soluit sigillatim peccando, & tandem non imparatus ad iudicium vocatur, quia se præuenit discutiendo, & vt inquit Apostolus, non iudicabitur, qoia se antea iudicauit.

Psal. 76. num. 5. Hoc enim considerans, sanctusque perpendens Propheta Dauid Psal. 76. num. 5. talem elegit præuentionem, ne ad illum imparatus inueniretur tremendum diem, sciens nullum aptius esse medium

17. ad Dei iudicium effugiendum, quàm illud examinatione præuenire, ac discussione. *Anticipauerunt vigilias oculi mei*, inquit, *turbatus sum, & non sum loquutus*. Verbum pondero, *anticipauerunt*: non enim dixit, vigilarunt oculi mei, sed anticipauerunt vigilias: ergo ipse vigilabat, quia alij etiam vigilabant, quorum vigilias ipse anticipabat. At quorum erant istæ, nisi inimicorum suorum, qui ad perscrutandum actiones suas, & ad accusandum semper stabant intenti? *Qui sunt isti inimici*, inquit sanctus Augustinus in hunc locum, *nisi illi, de quibus dicit Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus. Ergo aduersus Diabolum, & angelos eius inimicitias exercemus, cum quibus nulla concordia est.* Horum vigilias præuenit ipse sanctus, ne imparatus inueniretur, ex qua præparatione quid sit secutum, adiunxit: *Turbatus sum, & non sum loquutus.* Cur turbatus, cur non loquutus? quia mala, quæ foris fecerat, intus rememorās, turbabatur, & foris obmutescens intus loquebatur, vnde dicit. *Cogitaui dies antiquos & annos æternos in mente habui.* Sed quid ex hac cogitatione? *Et meditatus sum cum corde meo, exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Aquila: *& sarriuit spiritus meus.* En finis anticipationis vigiliarum, exercitari, & scopere spiritum: *Scipsum enim interrogabat, seipsum examinabat, ipse iudex erat*, inquit Augustinus hic. Hic finis anticipationis vigiliarum; hic finis cogitationis, & perscrutationis antiquorum annorum, se exercere antequàm à Deo exerceretur, & scopere, rimari, seu, vt vertit Aquila, *sarrire*, antequàm, siue ab inimicis, siue à Deo scoperetur, rimaretur, aut sarriretur. Cuius equidem fructus non minor, quàm condemnationis, & à facie Dei proiectionis euasio; vnde & sequitur. *Numquid in æternum proijciet Deus?* quæ verba per affirmatiuum sensum leguntur ab Augusti-

David quorum vigilias præuenit, vt se paratum ad iudicium inueniret.

August.

Aquila.

August.

Idem Aquila.

August.

no: vnde illud, *numquid*, quod est interrogatio, Augustinus legit affirmatiuè: *non in æternum repellet Deus.* Cur quæso non repellet in æternum? quia tu te repulisti in tempore, examinando, & te corrigendo, tu te abiecisti, & Deus te non abijciet; tu te indignum oculorum Dei iudicasti, ac despexisti, & vt proiectum quidpiam in tempore te tractasti, ideo & in æternum te Deus accipiet, & in æternum te non abijciet.

O magnum! ô ingens bonum propriæ discussionis, considerationisque! effugit tremendum illud iudicium qui se discutit, quis non se discutiet? liberat à condemnatione, quis se hîc non condemnabit? condonare facit debitam mulctam, quis se non mulctabit hic, prius quàm illic à Deo in æternum mulctetur? Dicam certè cum Augustino hîc, & cum illo exclamabo. *Redite præuaricatores ad cor, scrutamini spiritum vestrum, recolite annos æternos, inuenite misericordiam Dei circa vos, attendite opera misericordiæ eius: quò itis? quò veritis? quo non solum à Deo, sed à vobis ipsis fugitis? habemus enim & nos cubile nostrum, quare non illuc intrumus? quare non in silentio agimus? quare non sponsum nostrum perscrutamur? quare annos æternos non cogitamus? quare in operibus Dei non latamur?* Perscrutemur ergo peccata nostra; perscrutemur & cor, actionesque nostras, consideremus nos, consideremus nostra si volumus iuxta nostrum Sapientem, apologiam pro nobis reperire in illo tremendo die, nam sicut ille ait: *Et qui didicerint, &c.*

C Num. 12. *Concupiscite ergo sermones meos, & diligite illos, & habebitis disciplinam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Sequitur Sapiens modum præbere sapientiæ adipiscendæ, qui est concupiscentia, & amor ipsius, quem qui habet, obtinebit illam, de qua re infra. *Connexio Capitis.*

Concupiscite, hoc est, optate vehementer, & desiderate totis viribus: hoc intensum desiderium significat verbum Græcum: ex quo desiderio sequitur vehementer inquisitio, vt infra. D

Habebitis disciplinam. Græcè, *erudiemini*, disciplina vox Ecclesiastica est, significans aptam vitæ rationem ex virtute regulatam: nam vera sapientia, seu Philosophia refertur ad vitam rectè instituendam, vt inquit Cicero 1. de nat. Deor. & vt Seneca, *Ad animum potius excolendum, quàm ingenium.* Vnde, qui rectè scit instituere vitam suam secundùm rationis regulam, hic disciplinam possidet, & ad sapientiam perueniet. De disciplina Christiana exstant Patrum tractatus, vt Augustini, & Hugonis Victorini. Concupiscentes ergo, & sapientiæ sermones diligentes, sapientes erunt. 1.

Disciplinæ vox quid significet.

Cicero.

Seneca.

August.

Hugo Victor.

Disciplina ergo in hac significatione accepta, est apta ratio bene instituendi vitam ex virtute,

Lorin. quæ propriè denominatur à discendo, habens respectum ad docentem. At quia (vt benè inquit
2. Dei castigatio cur disciplina sæpe dicatur. Lorinus) sæpè discipulus, siue ob ruditatem, siue ob leuitatem non ediscit, nisi verberibus, inde fit, vt Dei castigatio sæpè disciplina nominetur,
Is. 53. n. 3. vt Isaiæ, 53. num. 3. *disciplina pacis nostræ*: idest castigatio, vt vult Hieronymus & hinc fit, vt erudire sit idem, atque castigare, vt Deuter. 8. num. 5. & Prou. 13. num. 24. *Qui parcit virgæ odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit*, hoc est castigat.

Hieron. Dent. 8. 5. Prou. 13. 24.

3. Antiquitus disciplinæ vox etiam pro flagello accipiebatur. Sed etiam passim hæc vox vsurpatur pro materiali flagello, quam etiam antiquitus fuisse vsurpatam ex Tertulliano, & Ammiano euidenter apparet: hîc autem, vti diximus, pro eruditione accipitur, & ratione benè instituendæ vitæ.

HOMILIA CXIV.

Desiderium virtutis intensum vnicum medium ad acquirendum sapientiam, lucemque diuinam.

CONcupiscite ergo, inquit noster Sapiens, *sermones meos*. sed concupiscite non quomodocumque, at voluntate, & amore, diligendo illos, quod est concupiscere intensè, & efficaciter, ad quod desiderium statim sequetur fructus, sapientiæ nempè acquisitio, & possessio, cùm certum sit nullum aptius medium ad sapientiam acquirendam, quàm eius desiderium intensum, quo fit, vt animetur homo ad labores perferendos necessariò ad eius acquisitionem interuenientes.

Attende ad dicta: non acquiritur dico sapientia illa diuina, non possidetur Deus à desidiosis, ab otiosis, à delicatis, à dormitantibus, sed à vigilantibus, à bellantibus, à strenuis, & fortibus, cum scriptum sit, *Quod regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Bellum sufferendum, labores tolerandi, & non quilibet, sed maximi, & prægrandes: & quidem satis iustum, vt hoc à nobis requirat Deus ad se ipsum dandum, cùm mundus & Diabolus duriora, quàm Deus exigant, vt vilia hæc impartiantur, & tamen homo non incusat mundum, non conqueritur de Diabolo, sed libenter ea sustinet, incessanter laborando, *Et hoc non ineuitabili necessitate, sed culpabili voluptate*, vt ait Augustinus, quem supra retulimus cap. 5. num. 7. hom. 93.

1. Iuste Deus ad sua dãda labores exigit, & cur.

Audiamus quæ dicunt satellites Holophernis, dum loquentem Iudith intuebantur, Iudith. 10. num. 18. *Quis contemnet populum Hebræorum, aiunt, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Parui videbantur istis belli labores, cùm tam immensi, ad prouidendam mulierum pulchritudinem: ictus, vulnera, quasi dicerent, pericula, frigus, & æstus, fames, & nuditas parua sunt. pro nihilo sunt, nam meritò omnia hæc præstantes toleramus. dum ad talia possidendum spem erigimus, & habemus: nihil ergo sunt huiusmodi labores, & tamen certum, quòd præmium non

Iudith. 10. 18.

2. Homines quàm proni ad labores sustinẽdos pro huius mundi bonis.

A excedebat vnam pulchritudinem miseram, & fallacem.

Quòd si hoc tibi non placet, quasi iudicium sit hominum peccatorum, & carnalium, accipe aliud hominis spiritualis, & sancti: audi quid dicat scriptura de sancto illo Patriarcha Iacob Genes. 29. num. 20. quòd seruienti illi septem annis pro Rachele, *Videbantur pauci dies præ amoris magnitudine*. Et si scire velimus, quæ patiebatur, audiamus ipsum infra loquentem, & conquerentem de Labano, & cum Labano cap. 31. num. 40. *Die, noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi.* En quanti labores! en qualis vita! en quantum durauit! & tamen videbantur illi, *pauci dies præ amoris magnitudine*, cùm nil aliud & tantis speraret laboribus nisi vnius præmium pulchritudinis, non obstante quòd sanctus esset, ac

Genes. 29. 20.

Ibi. 31. 40.

B spiritualis. & quod mirum, cùm pulchritudinem superiorem vidisset, licèt in somnis: tamen his non refragantibus iudicat, quod dignè talia patiatur, immò quòd parua, non magna, nec multa. Si ergo talia, ac tanta à mundo exiguntur, si ipsi homines iustum illud iudicant, & hoc ob res fragiles, caducasque, quid ergo mirum, si Deus ipse summus, & rerum dignissimus æstimator, nolit res suas, nolit sapientiam suam dare, nisi per magnos labores, vehementesque conatus: per ignem ergo, per aquam transeundum, & totum exiguum ad acquisitionem illius diuinæ, et sapientiæ. *In hoc sæculo non debemus quasi amare saginam*, inquit Augustinus psalm. 62. *hic sitiendum est, alibi saginabimur.* Et Firmian. libro sexto, de vero cultu cap. 4. *In hoc sæculo prius* inquit, *laborandum est, vt sis postmodum in otio, esuriendum, sitiendum, estus, frigora*

August.

Firmian.

3. In hoc sæculo laborãdum si ad requiem peruenire desideramus.

C *perferenda, vigilandum, periclitandum, præsens cõmodum differendum est: sic in omni vita omittenda est præsens voluptas, ne hostis opprimat vigilandum, stationes agendæ, militares expeditiones obeundæ, fundẽdus ad vltimum cruor, omnia denique amara patienter ferenda, quia nullus labor est recusandus, quibus id acquiritur, quod nullo modo possit amitti.* Nil verius dici potuit: iustum equidem est omnia illa pati: iustissimus Deus, quia ea omnia infert, sanctissimus, qui sine illis sapientiam suam dare recusat.

Quod equidem cùm verum, verissimumque sit, labores scilicet, non quoslibet, sed summos ad sapientiæ perferẽdos acquisitionem, pro certo etiam habendum, vnicum modum ad non deficiendum, esse, eam desiderare, illam summis appetere votis, magno, vehementique illius æstuare desiderio: hoc

4. Desideriũ vehemens tolerãtiam patit laborum.

D medio non deficiemus, in arduis facilia omnia & parua nobis videbuntur, & non deficiendo, certissimè ad illam perueniemus: *Vit enim desideriorum facit tolerantiam laborum, & dolorum*, inquit Augustinus lib. de patientia, *& nemo, nisi pro eo, quod delectat, sponte suscipit ferre, quod cruciat.* Nota illud *sponte*, non enim suffert coactè, non pigra, negligentique voluntate, sed spontè, libenter, hilari, promptoque animo, non qualibet, *sed quod cruciat*, quod dolet, quod angit, quod premit, ad hoc vt pertingat: quod totum vi desiderioram debetur: hæc enim facit, vt delectet quod aliàs cruciat, immò vt pro consolatione sit ipsemet cruciatus, qui si deficeret, tunc cruciaretur.

August.

5. Immo & in illis delectationem.

Hoc equidem obseruandum in illis verbis sanctissimi Patriarchæ, dum volentes eum filij consolari

6. Iacob cur lugens & non lætus in infernum dixit se descensurum. *Gen. 37. 35.*

lari de amissione Ioseph, cùm ipse nil magis in votis haberet quàm visionem filij, pro qua æstuabat, sic respuens filiorum consolationem, respondit. *Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Gen.37. num 35. cur lugens? non enim erat melius, vt lætus descenderat ad filium videndum, melius, sed si lætus vitamque dulcem duxisset, non descendisset ad filium, quod ipsi erat in votis, & sic vt inquit scriptura, *noluit consolationem recipere*, eligẽs potius cruciari, vt ad filium descendens illo potiretur, quàm hîc lætus viuere, quod totum vis eius desiderij efficiebat, videndi scilicet filium: immo notandum verbum

7. Cur filium putauit in infernum degere. *Hieron.*

infernum, cur non putauit in gloria esse filium suum? an quia, vt inquit Hieronymus epist. 129. ad Dardanum, sciebat obseratas tunc Paradisi esse portas, reseruatumque reserationis priuilegium Christo? *Terram*, inquit, *viuentium ante aduentum Domini, nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob, nec Prophetæ, & alij iusti viri consequi potuerunt: Abraham cum Lazaro videtur apud inferos, & Iacob dicit, lugens descendam ad infernum.* Ergo sciens se, si moriebatur, ad infernum descensurum, sic amore æstuabat, sic filij desiderio tenebatur, vt mallet potius ad infernum descendere, quàm in vita superstitem esse: magis, vt sic dicã, eligens cruciari cum filio, quàm sine illo lætari: sic desiderium

8. Desiderium virtutis intensum Dei auxilij vexillifer. *Leo Papa.*

erigit animum, sic ad ardua quæque animat: vnde non mirum, si postmodùm Deus talibus auxilium ad quod concupiscunt obtinendum præstet, vt egregiè dixit Leo Papa serm. 5. de Quadragesima. *Deus, ait, ideo dat preceptum, vt excitet desiderium, & præstet auxilium.* Nil melius. Vexillifer, vt sic dicam, Dei auxilij est desiderium; desidera, & auxiliabitur, vnde & obtinebis, quia, vt inquit S. Thom.

S. Thom. 9. Reddit hominem aptum ad gratiam suscipiendam. *August.*

prima 1. quæst. 12. ar. 6. in corpore, *Desiderium quodammodo facit desiderantem aptum, & paratum ad susceptionem desiderati:* desidera, & *omnia sana, & immania*, vt cum August. dicam ser. 9. de verbis Domini. *prorsus facilia, & propè nulla efficientur:* quia vt ipse ait, *quæ dura sunt laborantibus, mitescunt amantibus*, hoc est desiderantibus: nam desi-

10. Dura laborantibus, mitescunt amantibus.

derium amor est, sed amor concupiscens, hinc desiderantibus omnia facilia videntur.

Quanta quæso pertulit Dauid, & pauca ei videbantur? quot se periculis exposuit, vt gener fieret Regis? & licèt alij illa timerent, ipse autem minimè, *quia vis desideriorum fecerat tolerantiam.* Multum reputabat Saul, quod à Dauid petebat, quando ob Michol centum exposcit Philistinorum præputia, 1. Reg. 18 n. 25. *Non habet Rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philistinorum.* At

1. Reg. 18. num. 25.

quid Dauid? *Placuit sermo*, inquit scriptura, *in oculis Dauid, vt fieret gener Regis.* Et rei concupitæ desiderio motus, animatusque, *Post paucos dies surgens percussit ex Philistæis, non centum, sed ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annumerauit ea Regi, vt esset gener eius.* Saul non desiderans, impossibile illud existimabat: at Dauid concupiscens, pro nihilo duxit conditionem, & sic procedens ad executionem amore rei concupitæ, & pactum excessit, & non centum, sed ducentos occidit.

11. Desiderium vehemens causa perseuerantiæ, & tolerantiæ in laboribus.

Desiderium ergo vehemẽs, est causa laborum tolerantiæ, qui necessariò occurrunt ad sapientiam obtinendam, & ideo illa acquiritur, quia libenter sufferuntur, & non solùm, quia libenter, sed quia perseueranter, quod est aliud bonum desiderij rami, & alia ratio, quare per illa sapientia diuina acquiratur; perseuerantia scilicet in laboribus, ita vt non deficiat animus, sed libenter, patienterque, non vno die, sed per annos, labores sustineat necessarios ad rei desideratæ, concupitæque acquisitionem, sine qua tolerantia, ac perseuerantia, minimè acquiratur qood desideratur.

Filiorum desiderio æstuabat Anna, vsque adeo, vt pro illis possidẽdis moreretur. At videamus quæ fecit vt filios obtineret orauit, insuper *fleuit largiter*, adde, vouit filium Deo accommodare: sed licèt

12. Anna obtinuit filium quia perseuerauit in oratione. *1. Reg. 1. 12.*

hoc fecisset, tamen noo obtinuisset, nisi in oratione perstitisset: perseuerauit ergo orando, & inde obtinuit quod petebat. 1. Reg. 1. num. 12. *Factum est autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, assiduè sonabat: eadem*, inquit Chrysostomus hom. de Anna, *nec destitit ijsdem verbis iterandis multum temporis assumere.* Cuius etiam in orando constantiam agnouit Hieronymus, Thren. 3. num. 49. in illis verbis: *Et vultus eius non sunt amplius in*

Hierony. 13. Orandum perseueranter si obtinere velimus.

diuersa mutati. Vbi inquit. *Qui ad concupita venire voluerit, reflectere mentem ab studio orationis non debet, sed magis perseuerare in intentione capta illum oportet.* Quod exemplo Annæ confirmat, & cœci Ierichuntini, qui eò magis clamabat, quò magis iubebatur tacere, Lucæ 18. num. 39. Multi-

Luc. 18. 39.

plicauit ergo preces, perseuerauit, & perstitit in oratione, & licèt afflicta non tamen animo demissa: hinc factum, vt audire mereretur: *Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.* Vode ergo illi tanta perseuerantia in oratione? ex vi desiderij, desiderabat filios, durauit in labore.

Quod etiam considerandum in tollerantia illa Iacobi, seruiendo Labano ob desiderium Rachelis. *Seruiam pro Rachele filia tua minore septem annis*, Gen. 29. n. 18. sed hoc non multũ, nec magnũ: quod

Gen. 29. 18.

verò admirabile, nõ solom patienter sustinuisse seruitutem, labores, ærumnas, quas illi Labanus inferebat, sed deceptionem, & irrisionem; seruiuit enim

14. Iacob cur sustinuit Labanũ quando pro Rachele Liam supposuit. *August.*

pro Rachele, imposuit Labanus illi Liam, quis hoc ferret? quis indignatus calce noo abijceret Labanũ, domumque eius? nisi qui desiderabat obtinere, qui desiderio flagrabat, hic patienter sustinuit omnia, hic desiderauit, & perseuerando obtinuit: nam, vt inquit August. Psal. 83. *Desiderium differtur, vt crescat, crescit vt capiat.* Pulchrè, crescit vt capiat,

15. Desideria Deus quando crescere facit signũ velle dare quod desideratur. *Gregor. Nazian.*

quasi impossibile existimans sanctissimus Pater, vt crescendo desiderium non capiat, quod concupiscit: hinc viri magnis præditi desiderijs, altisque affectibus, sublimes, excelsiqoe dicuntur, quia semper qood concupiscunt attingunt. Vnde Nazianz. oratione de funere patris, summoperè laudans Diuum Basilium, vno verbo omnes simul eius laudes explicat, vocans eum, *Virum spiritualium deside-*

16. Viri desideriorum viri sublimes dicuntur.

riorum, quo nomine ait, *sublimes, & excelsos viros, & super ea, quæ oculis cernuntur, positos scriptura vocat, vt Daniel, quem virum desideriorum appellat.*

17. Sapientiæ pretiom eius desiderium. *Isai. 55. num. 1.*

Sed quid hoc mirum, cùm pretium sapientiæ apud Deũ nullum aliud sit, nisi fames, concupiscentiaque ipsius: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.* dixit Deus ipse per Isaiam cap. 55. n. 1. Vbi notandum, quod sic inuitat, vt gratis nolit dare, sed media emptione: *Properate*, inquit, *emite:* si ergo emere habeat, quomodo sine argento? quomodo sine vlla commutatione? Mysterium latet in verbo, *sitientes*, nam talis sitis est loco pretij, & tantum

Idem valet, quantum sititur. Ob hoc Nazianzenus oratión. 40. quæ est de baptismo, admirans hanc Dei benignitatem, hîc exclamat. *O ingentem benignitatis celeritatem! ô facilem contrahendi rationem!*

18. Deus sitit sitiri. *hoc bonum sola voluntate tibi venale proponitur, cupiditatem ipsam Deus ingentis pretij loco habet, sitit sitiri, bibere cupientibus potum præbet, cùm ab eo beneficium petitur, beneficio afficitur: promptus est, liberalis, ac munificus, iucundiùs dat, quàm alij accipiunt.* Nil melius, magisque ad rem: *sitit sitiri*, inquit: hoc desiderat Deus, hoc cupit, hoc hianti animo appetit: quid ergo mirum, si sitienti dat absque argento, aut vlla commutatione, cùm in illo, & ab illo accipit quod desiderat.

Esurientes impleuit bonis, inquit Prophetissa illa, & Virgo Dei sanctissima, vbi nullam aliam repletionis rationem adduxit, nisi esuriem, & sitim: sitierunt, concupierunt, bonis repleti sunt, quia Dominus *sitit sitiri*, & talem sitim loco pretij habet, si vis ergo sapientia impleri, desidera illam, & obtinebis. O magna res! ô ingens Dei bonitas! in manu tua, ô homo, stat bonis repleri, sitire, & exsatiaberis, quia magnus Dominus sitit sitiri; magna sunt, quæ habet; magna, quæ dare potest, & vult dare, *vinum*, scilicet, *& lac*, seu vt Septuaginta, *vinum, & adipem*, quod est lectissimum, & optimum cuiusque rei; vt vult Castro: sitim tantùm petit, desidera pro illis, suspira, & dabit.

Iosue 15. 19. Enimuerò Axa filia Caleb Iosue 15. num. 19. ad obtinendam terram irriguam, cùm arentem accepisset à patre, quid quæso aliud fecit, nisi eam vehementer sitire, talemque suspirádo, patri ostendere sitim?

19. Axa qui à Caleb Patre obtinuit pretio hæreditatem. *Suspirauit vt sedebat in asino, cui Caleb, quid habes, inquit: at illa, da mihi benedictionem, terram Australem, & arentem dedisti mihi, iunge, & irriguam:* quo à patre audito, *dedit ei irriguum superius, & inferius.* En quàm citò ad fertilem hæreditatem ista peruenit, quæ sterilem tantum primo possidebat. Ne mireris, vis suspiriorum, vehementisque sitis illud effecit: obtinuit citò, quia vehementer desiderauit; sic & nos obtinebimus, si verè, si ex animo Deum sitimus, & non solum spiritualia, sed těporalia, si verè anima, & insuper caro nostra ad Deú sitit. Sic equidě sanct⁹ ille Rex sitiebat,

Psal. 62. 20. quando, Psa. 62. n. 20. dicebat, *Sitiuit in te anima mea, quã multipliciter tibi caro mea:* Non solú anima,

20. Anima & carne quomodo ad Deum sititur. sed corpore sitiebat, quomodo corpore, quomodo carne ad Deú sititur, nisi quando quæ carnis sunt, non ab alio, sed à Deo etiã volumus, à Deo ca petimus, túc anima, & carne Deo sitimus, tunc veram habemus sitim, quia non apud alium sitimus. Pulchrè Augustinus in hunc Psalmum hoc expen-

August. dens, sitim carnis eo modo, quo nos dicimus, intelligit. *Bono Christiano, inquit, & fideli, etiam in hoc sæculo caro Deo sitit, quia si opus est carni pane, si opus est aqua, si opus est vino, si opus est nummo, si opus est iumento carni huic, à Deo petere debet, non à Dæmonibus, & idolis, & à nescio quibus potestatibus huius sæculi: sunt enim, qui quando famem patiuntur in isto sæculo, dimittunt Deum, & rogant Mercurium, aut Iouem: non Deo sitit caro ipsorum:*

21. Carnalia cur à Deo petenda, & non ab alio. *qui autem Deo sitiunt, vndique debent sitire, & anima, & carne, quia & animæ dat Deus panem suum, idest verbum veritatis, & carni dat Deus, quæ necessaria sunt; quia Deus fecit & animam, & carnem* Pulchra equidem ratio, digna Augustini sententia; apud Deum etiam quæ carnalia sunt, sitire debemus, si obtinere ea velimus: quia sic ille Pater summus curat de carne nostra, ac de spiritu nostro,

A etenim vtrumque ille plasmauit. *Numquid*, vt inquit idem sanctus, *animam Deus fecit, & carnem tuam Dæmonia fecerunt? qui fecit animam, ipse fecit & carnem, qui fecit ambas res, ipse pascit ambas res.* Nil melius: vnde rectè concludens, ait. *Vtrumque nostrum Deo sitiat, vt ex labore multiplici simpliciter satietur.* Hoc postremum notandum: ad Deum, inquit sanctus, quod anima, & carne sitiendum est, vt ex labore multiplici, non multipliciter, sed simpliciter satietur. Quis est labor ille multiplex, quo caro laborat, ipse supra dixerat, corruptio 22. Labor multiplex carnis qui. scilicet sua, quæ nunquam in vno permanens, semper immutando se, corrumpitur: *Modo enim*, inquit, *ex corruptione fragilitatis, si non manducemus, deficimus, & esurimus, si non bibamus, deficimus, & sitimus: si diu vigilemus, deficimus, & dormimus: si diu dormiamus, deficimus, ideo vigilamus:*

B *si diu manducemus, & bibamus, ipsa diuturna refectio defectio est: si diu stemus, fatigamur, ideo sedemus, & si diu sedeamus, & ibi fatigamur, & ideo surgimus.* Hic est carnis multiplex labor: at quomodo satiatur ex hoc labore? *Simpliciter*, inquit 23. Quomodo reficiemur & ad vnicam consolationem in hac vita peruenire possit. sanctus, non multipliciter, quomodo simpliciter? virtutem nempe Dei videndo, gloriamque suam simul, & hoc in sancto apparendo corã eo: *In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*, post suam aiebat sitim sanctus Propheta, vbi Augustinus, *Hæreditatem enim nobis dabit seipsum Deus, vt ipsum possideamus, & ab ipso possideamur in æternum: ergo in sancto appareamus Deo, vt appareat nobis: appareamus illi in sancto desiderio, vt appareat nobis in potentia, & gloria filij Dei.* Ergo vt simpliciter anima, & caro nostra satietur, in san-

C cto debet apparere, hoc est in sancto desiderio, non desiderans scilicet terrena, sed cœlestia, ad vnum omne suum restringens desiderium, ad vnum suspirans, vnum tantum quærens, vt ad illud perueniens, ex labore multiplici simpliciter consoletur: sitire ergo sic, & accipies, non solùm terrena, sed cœlestia, non solum irriguum inferius, sed superius: suspira sicut Axa, desidera vehementer, & dabit tibi Deus animæ & corporis bona: quia sitit sitiri, sitim loco pretij habet. Quàm pauca res est, quam à nobis exposcit Deus, & tamen multi non præstant, quia etsi sitim habeant, non tamen Dei: ob hoc non æterna sitiunt, quia terrena ambiunt, & pro 24. terrenis flagrant: res equidem miserabilis, & fletu Summa miseria aliud desiderare quàm diuina. dignissima, vt aliquis sit homo natura efficax, & in desiderando igneus, & in apprehendendo vehe-

D mens, & quòd aliud desideret, quàm Deum, aliud appetat, quàm cœlestia?

Hic equidem est sensus ille Dei, quem sapiens ille *Ecc. 51. 31.* Sidrac Eccles. cap. 51. num. 31. expressit ex Dei nomine terrena sitientibus: *Appropinquate, inquit, ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ, quid adhuc retardatis, & quid dicitis in his animæ vestræ sitiunt vehementer?* vbi Septuaginta sic hunc legunt locum: *heu, qui sititis, venite ad aquam.* Heu, inquit, quæ est interiectio miserantis, & dolentis, dolentis quidem nostræ miseriæ, & cæcitatis, qui sitimus, sed non veras aquas, & ideo semper æstuamus, & numquam adimplemur: *heu qui sititis, venite ad aquas*, inquit, quasi dicat: O 25. Cur dictum populum sitisse aquam. miserrimi! ô res gemitu digna! sititis, & nõ veras aquas sed falsas: heu qui sititis, venite ad veras aquas, ad aquas, quas qui biberit, nõ sitiet iterũ, *sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Hæ aquæ sitiendæ sunt, non salsæ, non lubricæ, non salebrosæ

Exod. 17. num. 3. Exod. 17. num. 3. iuxta lectionem Septuaginta dicitur, *quod sitiuit populus propter aquam*, vbi Origenes hom. 11. acutè adnotat, non superfluè positum esse, *aquam*, cùm superfluum videatur, nam dicendo tantum sitim, intelligebatur aqua: *Non est superfluum*, inquit Origenes, *sunt enim diuersa sites, & vnusquisque habet propriam sitim: qui beati sunt, secundùm verbum Domini esuriunt, & sitiunt iustitiam: qui verò peccatores sunt, patiuntur sitim audiendi verbum Dei.* Sed tu dic cum Gregorio, *sitim mundanarum rerum*, quam cùm in se habeant, non mirum, si iustitiam non sitientes, neque bona, quæ Dei sunt, numquam illa, & illis implcantur: quia, vti diximus, illos tantum Deus implet, qui suarum rerum sitim habent, quia loco pretij sitim accipit.

Origenes. *Gregor.*

26\. Quanti faciat Deus sitim & desiderium rerum cælestium.

Nec hoc mirum videri debet: nam sicut in commutationibus vnusquisque suum morem habet, suamque particularem æstimationem, ita vt aliquis dum commutat, licèt pretiosius sit id, quod dat, quàm id quod accipit, tamen sufficiet ad dandum, vt in sua æstimatione pretiosius sit id quod accipit sæpè enim videmus res pretiosissimas dari pro equo, vt aurum, argentum, gemmas, & quælibet alia, quæ pretiosiora sunt, & tamen dantur: quia plus æstimatur equus, licèt pluris non valeat, desiderium hoc efficit, illius rei amor, cupiditasque illum obtinendi. Sic, & pari modo non mirum hoc & in Deo videri debet, si pro sola suarum siti rerum ipsas det, pluris æstimans illarum sitim (vt sic dicam) quàm illas, quia conditio eius est, mos eius est, vt æstuantem sui repleat. Audi Chrysostomum homil. 4. in cap. 1. Genes. *Is enim Domini nostri mos est*, nota verbum, *vt quoties videt animam aliquam multo desiderio, promptitudineque intenta spiritualibus inhiantem, liberaliter illam gratia, & opulentis donis suis locupletet.* Optimè quidem: mos eius est, conditio eius est, vt quoties sitim videat, eam expleat, & pro ea, dona committet, ac gratias suas. Vnde si vis scire quantum Dei dona valeant, tantum quantum illa tu sitis. O mira Dei dignatio! ô ineffabilis Dei liberalitas! siti, & habebis, desidera, & explebitur anima tua; quia sitis est pretium, & sitiendo dantur res illæ summæ, ac præclaræ: cur non desideras? cur non sitis? mundana desideras, cœlestia fastidis, quid miserius dici potest?

Chrysost.

27\. Mundanarum rerum sitis fletu digna. *Hieron.*

Audi quæso Hieronymum epist. 1. ad Demetr. Virgin. validè de hoc conquerentem. *Considerare pudet*, inquit, *quantus sit feruor in sæculo, qua cura singula quæque studia hominũ quotidie ad perfectiora nitantur, diuitiarũ amor expleri nescit, honorum cupido insatiabilis est, celerem habitura res finem, sine fine quæruntur: nos diuinã sapientiã, cœlestes diuitias, immortales honores pigra quadam dissimulatione negligimus, & spiritales diuitias, aut ne attingimus quidem, aut si leuiter degustauerimus, continuo nos putamus esse exsatiatos.* Nil melius.

28\. Homines quam cito rebus exsatiantur spiritualibus.

Pudor certè est videre hominum sitim mundanorum, quam de rebus corporalibus habent, & plusquam pudor est videre hominum spiritualium de rebus spiritualibus, æternisque satietatem: vix attingimus, vix degustamus, & ob satietatem fastidimus. O res mirabilis! & omni admiratione digna! populus ille carnalis vix degustauit manna, & fastidiuit, & tamen pro carnibus, allijs, & Ægypti cæpis suspirabat, numquam illis exsatiatus. *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio, sedens, & flens, iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait: quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Numer. 11. num. 14. En quantis votis, quanto affectu, en quanto conatu carnes desiderauit: flagrauit desiderio, fleuit, & hoc turmatim: & tamen hic idemet populus manna illud cœleste, panem illum Angelorum è cœlo descendentem nauseabat. *Anima nostra arida est*, inquiunt, *nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man.* Et infra cap. 21. num. 5. *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Mirum: vnde meritò iustas luentes pœnas, à serpentibus consumpti sunt igniris, qui serpentina pro carnibus flagrarunt concupiscentia. Et non similiter nunc miseris non eueniet peccatoribus, dum quæ Dei sunt fastidientes, immò odio habentes, auaritiæ, luxuriæ, vanis honoribus, & lutuosis delitijs operam nauantes, has miseri sitiunt, pro his æstuant, nunquam modum, nunquam finem scelestis suis operibus, luxurijsque inuenientes, peccantes, non quomodolibet, sed auarè; hoc est, sic cupidè peccantes, vt quo plus peccant, plus peccare desiderent, quod est illud Apostoli ad Eph. cap. 4. num. 19. *Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritia.* Post enim Apostoli notandum verbum, *tradiderunt se*, inquit, *in operationem omnis immunditiæ.* At hoc non quomodolibet, *sed in auaritia*, hoc est, nunquam se exsatiantes, sed semper peccata peccatis addendo, plus sitiebant peccare, quàm peccabant: quemadmodum hunc intelligit locum Hieronymus dicens: *Vtinam peccasse sufficeret, & vel sero agerent pœnitudinem, damnarentque vitia, in quibus iugiter inhiarunt, esset remedium respicere post errorem: nunc verò desperantes, & se in ritam irrationabilium bestiarum cœno, voraginique mergentes tradiderunt impudicitiæ, atque luxuriæ, operantes quidquid corpus voluit, mens desiderauit, libido suggessit: & cùm nihil omnino prætermiserint, quod immundum sit, hoc totum fecere in auaritia, dum nunquam luxuriando satiantur, nec terminum eorum habet voluptas.* Egregiè quidem: luxuriantur, sed adhoc luxuriando non explentur, magis sitiunt, & licèt in actu delitientur, plus in mente delitiari desiderant: actu peccant, proposito destinant peccare, desiderio amplius cupiunt peccare, maiores se non habere vires, ad peccandum conquerentes, *tradentes se*, vti serui, *impudicitiæ*, tradentes, inquam, non solum corpore, sed animo, & animæ totis viribus, *in operationem immunditiæ*, sitientes semper maiorem, ampliorem que immunditiam, ita ei addicti, vt dies, noctesque in ea impendentes, nunquam dicant, sufficit. O mira res! quis sic sitit sapientiam? quis sic concupiscit illam? quis sic ei addictus est? quis sic spirituales illas diuinas adamauit diuitias? vnde quid mirum si illas non possidemus, si non habemus? Vis ergo, ô homo, sapientiam possidere? humanum quid dicam tibi cum Apostolo: *Sicut exhibuisti membra tua seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, sic nunc exhibe membra tua seruire iustitiæ in sanctificationem*, ad Roman. 6. num. 19. sicut res humanas sitisti, sic siti diuinas: sicut illas desiderasti, sic desidera istas: quia sic concupiscendo, & desiderando, vt inquit noster Sapiens, *habebit disciplinam.*

Num. 11. 14. *Ibi. 21. 5.*

29\. Peccatores in auaritia peccantes qui.

Ad Ephe. c. 4. nu. 19. *Hieron.*

30\. Sapientia quomodo adipiscenda. *Ad Rom. 6. 19.*

Num. 13. *Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia: & facilè videtur ab his, qui diligunt eam, inuenitur ab his, qui quærunt illam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. TRadito modo à Sapiente acquirendi sapientiam: nunc & laudem eius proponit, per quã intendit animum accendere ad illam, quod non solum facit eam laudando, sed etiam docendo facilitatem inueniendi, eamque acquirendi, vt quilibet eius desiderio accensus, summis ad acquirendam eam votis laboret.

Lorin. *Clara est*. Optimè Lorinus ait per hanc claritatem, non tam euidentiam denotari, quàm dignitatis splendorem, & incorruptibilitatem eius lucis: ob hocque dicit, & adiungit claritati immarcescibilitatem, dicens, *Clara, & quæ nunquam marcescit*.

1. Ad sapientiam acquirendam duo necessaria. *Et facilè videtur, &c. & inuenitur.* Amori dat visum diligentiæ, inuentionem sapientiæ: duo necessaria ad illam inueniendam, & fruendam, amor, & diligentia. Pulchrè Augustin. de moribus Eccl. cap. 1. *Scientiam veritatis*, inquit, *neque omnes, à quibus quæritur, docere possunt, neque omnes qui quærunt, discere digni sunt*: pietate ergo, & amore necesse est, vt scire mereamur, diligentia, vt scientes inueniamus. *August.*

HOMILIA CXV.

Tepiditatis malum sapientiæ amissio.

FAcilè videtur, inquit noster Sapiens, sed à quibus? ab amantibus, à diligentibus, ab æstuantibus pro ea: ab istis quippe facilè videtur, quia abscondere se à talibus, nec scit, nec vult, nec (vt sic dicam) potest Deus: sed de hoc infrà versu sequenti. Inuenitur autem, sed à quibus? à quærentibus illam: quia *quærendo inueniemus, & pulsando aperietur nobis*. Matth. 7. n. 7. inquisitione ergo, & diligentia nostra opus est, vt inueniamus, sine qua non inueniemus. *Matt. 7. 7.*

Dixi, diligentia nostra opus esse ad sapientiam inueniendam, pro qua non solum intelligo operationem nostram, seu, vt melius dicam, cooperationem nostram cum Dei gratia, nam de hoc alibi diximus: sed per diligentiam ad inuentionem sapientiæ necessariam intendo sollicitudinem, & feruorem operibus adiunctum, ita vt non sufficiat simplex inquisitio sed feruorosa, & sollicita: vnde qui solliciti sunt, & frequenter quærũt illam, inuenient eam, quod est amore quærere, & feruore, hi certè inuenient; minimè verò qui desidiosè, etiamsi noctu diuque operentur: tepiditas enim in operibus tantum abest, vt Deum attingat, quin potius ipsum ad vomitum prouocet.

Enimuerò vulgata est illa in Apocalypsi sententia, quam Laodiceæ Episcopo misit ipse Dominus A Apoc. 3. n. 15. *Scio*, inquit, *opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere.* Quæ sententia sua difficultate nõ caret, nam frigus longius à calore distat, quàm tepiditas: Cur ergo Christus Dominus magis frigidum optat hunc Episcopum, quàm tepidum? *Apoc. 3. nu. 15.* 1. Quo sensu dicatur, meliorem esse frigidũ quam tepidum

Vallef. Hoc argumentum adeò torsit Vallesiũ in sua sacra Philosophia, cap. 90. vt dicat sub nomine tepidi, significari pessimum quemque hominẽ, hypocritam nempe, speciem tantum præseferentem virtutis, ac extrinsecè solum demonstrantem sanctitatem, intus tamen maxima habentem vitia latentia. Sed si vera esset hæc opinio, hic certè non posset dici tepidus, sed frigidissimus, nec vnquam talis in scriptura tepidus nominatur, nec tali nomine dignus hypocrita inuenitur, cùm non tepi- B dus, sed frigidissimus ipse sit coram Deo, respectu cuius, tepidus inueniebatur Laodiceæ Episcopus, quod non satis considerauit Vallesius. Verè ergo Spiritus sanctus pro tepido intellexit hominem non vndequaque frigidum, sed ex tepore ad frigiditatem tendentem, ob quod peiorem dixit, quàm frigidum, quod qua eueniat ratione, nunc explicandum. Quapropter cum magno notandum Gregorio 3. lib. pastor. admonit. 35. duplicem scilicet esse tepidum, vnum, qui à frigore pergit in calorem, alterum, qui à calore ad frigus regreditur: & hoc loco tepidum posteriori acceptione esse accipiendum, cumque vocari deteriorem frigido: *Quoniam*, vt ait Gregorius, *frigus ante teporem sub spe est, tepor autem post calorem in desperationem.* Optimè: quia qui adhuc in peccatis est, conuersionis fiduciam non amittit: qui verò post conuer- C sionem tepescit, simul spem, quæ est de perfectione subtrahit. Itaque Deo, secundùm sanctum, potior est status frigidi, quàm tepidi, quia frigidus spem habet ad calorem: tepidus verò habet periculum reuolutionis ad frigidum, quod periculum in eo versatur: Nam cùm secundùm eundem sanctũ 34. Moral. cap. 2. ille sit calidus, qui charitatem habet. frigidus, qui ea caret, & in peccato viuit, frigidus illam non habere agnoscit, & sic multoties eũ procurat, vnde ad statum calidi deuenit: at tepidus fisus operibus, quibus segniter vacat, oscitanter viuit; vnde non curans melior fieri, in deteriora incidit paulatim, & sensim, & sic frigidus fiet, imò & frigidissimus. *Gregor.*

Paulatim dixi & sensim, quod equidem ex prædictis elucet verbis; nam in illis non dicitur: *Sed quia tepidus es, euomam te, sed incipiam te euomere*, id est paulatim, & sensim; cùm peccatis tepidi sic D exigeotibus, dum ipse leuia non curat, peculiaria quædam adiumenta, & præsidia gratiæ Deus ipsi non largitur, quæ dum absunt, certissimè in barathrum peccatorum miser corruet tandem. Quod egregiè explicauit Richardus de sancto Victore his verbis: *Qui per teporem resoluitur, non subito à gratia deseritur, vt statim in mala præcipitet: sed primùm minima, deinde maiora contemnens, gradatim à summis descendit, atque ad ima ruit.* 2. Tepidus vt paulatim in grauia incidit peccata. *Richard.*

Dixi hoc illi euenire, quia peculiaria quædam adiumenta gratiæ Deus ab illo aufert, sine quibus diu stare in illa non potest, cuius gratiæ iustæ subtractionis causa omnino indaganda, nam semel intellecta, duo, & sanè admirabilia colligemus. Primum, admirandam Dei iustitiam,

3. Cur Deus à tepido gratiam aufert efficacem. & æquitatem. Secundum, tepiditatis periculum, A leuiumque culparum.

Causa namque est, ipsa natura talium culparum, ipsumque iustum Dei iudicium, quod dum talia adiumenta subtrahit, sic æqualem pœnam tali determinat culpæ, vt magis propria, nec imaginari, nec appropriari possit. Pro quare,

4. Dei gratia duplex. Recole, quòd duplex est Dei gratia: altera sufficiẽs, altera abundans, & efficax. Illa, etsi liberaliter, tamen semper præsto est, & semper à Deo datur, ne homo de illo vnquam conqueri possit. Altera verò superabundans, & efficax, quæ etiamsi ex mera Dei voluntate, liberalitateque pendet, tamen non semper, sed quando, & cui vult, eam Deus dat. Similiter recole, quòd duo sunt operum genera, quæ efficere potest homo: alterum præceptorum, alterum supererogationis: Et similiter, quòd duobus modis aliquis efficere potest opus aliquod bonum; B Primò ita vt tantum præcepto satisfaciat, licet oscitanter, & mendosè. Secundò, vt non solum præcepto satisfaciat, sed perfectè, sine mendis, ac strenuè: ex his enim duobus modis primom debet homo, nisi peccatum velit mortale admittere: alterum verò minimè, sed licet debeat, non tamen sub mortali.

His ergo sic positis ratio nunc, quare Deus à tepido subtrahit quædam gratiæ auxilia, æqualitas est pœnæ tali delicto, nam iusto eius iudicio fit, vt quia tepidus de operibus supererogationis non curat, venialia prætereat, tantum à mortalibus vix se abstineat, oscitanter opera perficiat, æquali pœna puniatur; scilicet vt similiter Deus ab eo auferat ea auxilia gratiæ, quæ sunt supererogationis, & quæ homini non debebantur, ita vt sicut homo solis necessarijs præceptis est contentus, ita similiter Deus solis gratiæ necessarijs auxilijs, id est sufficientibus, & non amplius sit contentus illi subministrare ad illa, quæ necessaria sunt, vt ipse perseueret in illa præceptorum custodia: & sicut homo nullum aliud opus supererogationis addit, sic nec Deus vllum supererogationis gratiæ gradum, & eodem pari passu se habeat erga hominem, ac homo erga ipsum. Quòd sæpè à Domino factũ in scripturis ita reperiemus, vt nil magis in ipsa nobis clarescat: apud

Hier. 5.19 Hierem. enim 5. num. 19. sic Deus Prophetæ, populo vt respondeat, indixit: *Quod si dixeritis, quare fecit Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra; sic seruietis alienis in terra non vestra.* Notanda comparationis particula: sicut dereliquistis, sic seruietis. Iustum quippe iudicium, vt quia Deum dereliquerunt, Deus eos derelinquat: alieno Deo seruierunt, alienis dominis ipsi seruiant, & eodem passu, quo ipsi Deum, Deus eos deserat, *Loquens locutus sum*, inquit etiam ipse Do-

1. Reg. 2.30 minus ad Heli. 1. Reg. 2. num. 30. *vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum: nunc autem dicit Dominus, absit hoc à me, sed quicumque glorificabunt me, glorificabo eos, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* En rano expulsionis à sacerdotij bonore, Dei dehonestatio, non castigauit ipsum Deus morbo, non fame, sed priuatione honoris, quia ipse Deum dehonestauit, par pari reddens, eodem penè genere mulctans, ac extitit peccatum; iuxta quem

Hieron. sensum hunc locum intelligunt D. Hieronym. &

Sixt. PP. S. Sixtus Papa in epist. de malis Doctoribus. Sic

Mal. 2. etiam per Malachiam 2. num. 3. malis minatur Do-

nu. 3. minus sacerdotibus, par pari ipsum redditurum, de A honestaturum scilicet ipsos eadem prorsus dehonestatione, qua ipsi eum dehonorabant, *Ecce ego*, inquit, *proyciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum.* Pro quibus vltimis verbis legit D. Cyrill. Alexandr. *Et suscipiam vos in idipsum*, quod sic interpretatur: *Quoniam ipsi* D. Cyrill. Alex.

dedecor[illegible] altare, ideo Deus, velati par pari refe-[illegible]iam vos, inquit, in idipsum; eodem scilicet vos pœnæ genere mulctando, ac me dehonorastis. Sic equidem, parique modo se Deus cum tepido habet, eodem nempe pœnæ genere, quo ipse contra Deum peccat, Deus illum castigat; peccat subtrahendo debitum operis modum, peccat non adhibendo feruorem operi, peccat subtrahendo sollicitudinem circa leuia, peccat tandem subtrahendo opus supererogationis, & Deus eum castigat subtrahendo illi auxilia gratiæ efficacia quæ sunt supererogationis, ita vt tantũ abest, quod ipse acquirere possit sapientiam, quin potius eam amittat, & incipiat eum Deus euomere, ex quo à gratia excidet, nisi diligenter cum feruore, absque tepiditate opus Dei exerceat.

Ex dictis ergo, ratio subtractionis Dei auxilij à tepido elucet, & simul eius certum periculum excissionis à gratia, imò (vt semel totum dicamus) & damnationis æternæ nisi resipiscat, aut aliàs Deus sua infinita misericordia eius non misereatur, quod etsi omnibus hoc semper indictum, omnique tempore tepidis hoc adfuit periculum, maximè nunc 5.

nobis, qui Christi discipuli, qui Christiani, qui legẽ Christianis

ab eo immediatè accepimus, hoc instat discrimen, remissè legem obser-

damnationis nẽpe æternæ, si negligentiores, quàm uantibus

par est, in Dei legis obseruatione inueniamur. Hoc quantum

apertisque omnibus insinuauit verbis Apostol. ad immineat

C Heb. 2. n. 1. dũ dixit, *Propterea*, notandũ hoc aduer- periculum.

bium, *abũdantius oportet nos obseruare ea, quæ audiuimus*: abundantius dixit respectu sanctorũ anti- Ad Heb. 2. n. 1.

quorum Patrum, populique illius antiqui, & respectu obseruationis legis ipsorum, quam licet ipsi multum obseruauerint; nos tamen nostram abundantius tenemur seruare. At cur abundantius? *Ne fortè*, inquit, *pereffluamus*; hoc est, omnino omnia, quæ accepimus, perdamus, ducta est enim similitudo à vase fictili aquam, aut liquorem continente, quod si rimulam tantum habeat, res ab illo sic effluunt, vt tandem supereffluant, vase omnino vacuo reddito. Abundantius ergo, inquit Apostolus, oportet, vt nos obseruemus quæ nobis præcepta sũt, quàm illi, alioquin si sicut illi, *pereffluemus*, hoc est à gratia excidemus, & simul omnia perdemus.

Multum equidem hoc est, magnumque malum. D. Thom.

D Sed si cum D. Thoma hîc, velimus sensum verbi *pereffluere*, intelligere, acre quid, imò acerrimum audiemus: *ne fortè pereffluamus*, id est, inquit, *æternaliter damnemur: Nã*, vt ipse ait, *aliquis fluit per pœnas corporales, effluit per culpam, sed supereffluit corporaliter per damnationẽ æternã.* O mira, & admirabilis Apostoli sententia! ô tremenda, & omni tremore digna! periclitamur excidere à gratia secundum vnam sententiam, aut æternaliter damnari secundũ alteram, non quia legem, & mãdata non obseruauimus; sed quia abundantius non obseruauimus; abũdantius, inquam, nõ quomodolibet, sed hominum illorum sanctorum, qui antiquam illam legem obseruarunt, Samuelis nempe, Heliæ, Elisæi, Hieremiæ, ac Propheratum, vt alibi etiam diximus.

Nec hoc mirum, si rationem huius pœnæ,

quam adducit Apostolus, considerauerimus: *Si enim*, inquit, *qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* estque sensus. Si sic Deus illos castigauit, qui legem acceperunt ministerio Angelorum, dum eam non obseruabant: nos, qui legem

6. Lex Euangelica propter quæ abundantius oportet obseruare, quàm antiquam.

accepimus, non ab Angelis, sed ab ipso Domino Angelorum, ab ipso Deo, quomodo Deus castigabit, si abundantius quam illi legem nostram non obseruabimus? Quam, vt inquit sanctus Doctor, propter tria abondantius obseruare oportet: *Primò propter dicentis authoritatem, quia iste creator, & filius Dei, ille creatura, & Dei minister.* Quod etiam eleganter dixit sanctus Sixtus Papa vbi supra, suadens vt potius quis nobis præcipiat, quàm quid nobis præcipiatur, cogitemus: nam quamuis leue sit quod præcipitur, si præcipientem respiciamus, nil erit leue, nil non omni obseruatione dignum, dum, aut eius obseruantia, aut neglectio in honorem æquè incidat præcipientis,

S. Sixtus.

aut in vituperium. *Non magis*, inquit, *præcepti qualitas, quàm præceptoris attendatur authoritas: nolo tamen consideres quod præceptum sit, sed à quo præceptum sit, nec quale sit mandatum quod pro nihilo iudicas spernendum esse, sed cuius sit, omnipotentis Dei scilicet, qui se in præceptorum suorum qualitate, aut honorari dicit, aut pro nihilo computari.*

7. Præcepta etsi leuia strictè obseruanda, & cur.

Ob hoc equidem amplius nos, vt inquit sanctus Doctor, Dei legem obseruare debemus, quia qui nobis eam dedit, *Filius est Dei*, qui autem patribus antiquis, *creatura & Dei minister.* Secundò, inquit sanctus, amplius etiam eam obseruare debemus, *propter dictorum utilitatem, quæ suas verba vitam æternam, illa bonorum temporalium.* Ob quod Paul. ad Hebræos 7. num. 19. spem noui Testamenti meliorem vocat, quàm veteris, quia per eam non ad res ducimur temporales, sed ad Deum: *Nihil enim*, ait, *ad perfectum adduxit lex, introductio verò melioris spei per quã proximamus ad Deum.* Et cap. 8. num. 6. affirmat nouum Testamentum, *In melioribus repromissionibus sancitum*: hoc est, non in temporalibus, vt vetus, sed in cœlestibus. De qua re videndus est Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagian. Bernard. serm. 3. in Cantic. Augustin. contra Faustum lib. 4. & epist. 120. ad Honoratum, & 18. de Ciuitat. cap 11. vbi huius rei addit rationem, ob quam rectè infert sanctus Doctor, abundantius nos Dei legem obseruare debere, quantò præclariora sunt, quæ nobis ex illa promittuntur, quàm quæ antiquis. Et tandem tertiò addit sanctus Doctor, abundantius nos Dei legem obseruare debere, *Propter obseruantiæ suauitatem, nam mandata huius sunt suauia, illius verò grauia.* Ad quam grauitatem intelligendam vnum sufficiat Petri testimonium Actor. 15. qui asserit ita graue Mosaycæ legis fuisse iugum, vt nec ipsi, nec patres eorum portare valuerint. *Quid tentatis Deum*, inquit, *imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus?* Non equidem, quod impossibile illud fuerit, *Nam Deus*, vt inquit August. lib. de natura, & gratia, *impossibilia non iubet, sed iubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod non possis*: sed quod difficile, & graue, cuius cõparatione leue dicitur Christi iugum; ob quod Matth. 11. ad illud homines ad-

Ad Heb. 7. 19.

Ibid. c. 8. num. 6.

Hieron.

Bernard.

August.

Act. 15.

August.

8. Deus non iubet impossibilia.

Matt. 11.

A uocans à veteri lege, leue appellat iuxta Hilarij sensum, *Legis difficultatibus laborantes*, ait, *& peccatis sæculi oneratos ad se vocat.* Si ergo tantum gratiæ pondus suprà nos magis tenemus, quàm illi, ita vt in infinitum distet lex nostra à lege illorũ, & gratia nostra à gratia illorum; quid mirũ, si maius seruitium, abũdantioremque obseruantiã à nobis requirat Deus, quã si nõ præstabimus, aut gratia priuabit nos sua hîc, aut in æternum damnabit.

Damnabit inquam, quia post hanc vitam, cùm non sint amplius, quàm duæ mansiones, Paradisus scilicet, aut infernus, ad illam supernam patriam nullus negligens, nullus torpens, nullus in via Dei stans, & vltra non progrediens ascendit: sed eo ipso, vt incipit stare, ad ima mens incipit præcipitari. Hoc considerauit S. Bernard. in illa Iacobi scala Gen. 28. n. 3. dum ponderauit, quòd nullus Angelorum stabat, sed omnes, aut ascendebant, aut descen- B debant. *Si attentes stare*, inquit, *rau accesse est, & minimè bonus est, qui melior esse non vult, nam vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus.* Et similiter Hieronym. ad Demetriadem, ait: *Vbi cœperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi iam reuerti est.* Si ergo sursum ascendebant, ergo sursum ambulandum: si autem non ambulare est descendere, quomodo ad patriam pertinget, qui desidiosè stat? qui, aut non operatur, aut negligenter operatur? quod idem est, quia sic maledictus, qui opus Dei non facit, ac qui negligenter facit: *Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter*, inquit Hierem. 48. n. 10. vbi Septuag. transtulerunt: *Maledictus qui facit opera negligenter*: Si ergo maledictus, quomodo sapientiam attinget, quæ à desidiosis, negligentibusque minimè inuenitur?

9. Tepidus eus ad cælũ non introibit.

Bernard.

10. In Dei via stare nemo potest.

Hieron.

Hier. 48. 10.

Hac de causa Laodiceæ illi Episcopo, qui sic C tepidè viuebat, suadet Dominus, vt si vult diues euadere, & inopia non mori, emat à se aurum ignitum. *Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris.* Vbi notandum, quòd Dominus non simpliciter huic dixit, vt emeret aurum, sed *aurum ignitum*, & non solum ignitum, sed *probatum*, id est aurum finissimum, & purissimum. Cuius ratio ex superioribus petenda: hic namque Episcopus opera bona faciebat, sed tepidè, & remissè absque diligentia, absque feruore, quapropter deceptus putabat se ex talibus diuitẽ operibus, aurum erat, sed nõ ignitum, non probatũ, non purũ, sed mixtum scoria, vnde miser dicebat se diuitẽ: *Dicis, quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo*: quẽ reprehendens ipse Dominus, & à sua deceptione eripiens, sic illi inquit: *Et nescis, quia tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus, & nudus.* En quantas miserias D iste habebat, qui se putabat fœlicem. Eo quem statũ tenent, qui non operãtur sicuti debent, sed desidiosè, & pigrè, & imperfectè: *Sũt miseri & miserabiles*: id est infœlices, in statu positi abiectissimo, & infœlicissimo, ac tandem ita infimo, vt vix vno tãtum gradu à statu culpę distent. Sũt pauperes, quia, vt inquit Greg. vbi suprà, *Virtutum diuitias non habent.* Sunt nudi, quia charitate feruida non sunt vestiti, & tandem sunt cæci, quia miserum eorum statũ non vident, quæ miseria maxima. Tali ergo volẽs benignissimus Dominus opitulari, suadet, vt emat aurũ, & non solum aurum, sed *ignitum*, id est charitatem, amoremque feruẽtem, ita vt deinceps diligẽter operetur, si velit locuples fieri, & vestimẽtis albis indui, quod est, vt deinceps opera, quæ

11. Deus cur Laodiceæ Episcopo mandat vt emat aurũ ignitum.

facturus est, sint opera producta ex amore feruenti, sint plena, non defectuosa, sint & secundùm modum, & secundùm substantiam perfecta. Ex quo Domini præcepto satis apparet, quòd ad comparandam sapientiam non quælibet sufficit diligentia, non quodlibet aurum, sed aurum ignitum, & probatum, aurum electissimum, diligentia nempe feruens, & studiosa, non desidiosa, nam ista potius amittitur, quàm attingitur, vt noster inquit Sapiens, *Inuenitur ab his, qui quærunt illam*, hoc est, qui diligenter. Sed de hac etiam te vide quæ suprà diximus cap. 3. num. 10.

Num. 14. *Præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. SEquitur Sapiens confirmare facilitatem possidendi, inueniendique sapientiam, cùm dicat talem eius esse humanitatem, vt nolit molestè eos laborare in quærendo eam, & sic illos præoccupat, & præcurrit ostendendo se illis, qui eam videre, & possidere concupiscunt.

1. *Quomodo Deus dicatur hominem præoccupare.* *Præoccupat, &c.* Varij variè sentiunt hanc Dei præoccupationem, in quo scilicet consistat. Aliqui dicunt, quod stat in præueniendo desiderium illorum, qui concupiscunt illam videre, ita vt non expectet vt desiderent, sed præuidendo, quòd desiderabunt, illos præoccupat, & se eis ostendit. Alij, quòd præoccupatio consistit, vt in ipsa sapientiæ concupiscentia, quam quis habet, primas partes sibi vendicet ipsamet sapientia, quæ gratia excitante mouet illum ad eam concupiscendam. Hic sensus posterior est verissimus, & ad litteram, & vt in re fit: ab illa enim excitamur, & prior se illa nobis ostendit, & deinde nos in amorem eius exardescimus; ipsa enim prior stat ad ostium, & pulsat, Apoc. 3. num. 30. & vt inquit Bernard. de grat. & lib. arbitr. *Inueniri potest, præueniri non potest*; & loquendo in Theologiæ rigore, sensus verissimus, & litteralis tamen moraliter, & prout est, respicere ad facilitatem possessionis sapientiæ, quam intendit Sapiens ostendere, prior sensus magis est ad rem præsentem; sed vtrumque optimè sequi possumus. *Apoc. 3. nu. 30. Bernard.*

HOMILIA CXVI.

Amor Dei relucet in præuentione, & diligentia, qua nostram procurat salutem.

PRæoccupat, inquit, *qui se concupiscunt*, non subsequitur, ipse prior stat, ipse præuenit, nos illum non expectamus, ipse nos expectat, talis est suus amor, sic nos diligit, & amat: *Quasi diluculum præparatus est gressus eius*, inquit Oseas cap. *Os. ca. 6. v. 4.*

A 6. num. 4. *& veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus*: dicitur enim gressus præparatus, quasi diluculum, vel vt Pagninus, *Velut aurora*, quia dormientibus nobis, ac in culparum cubili stertentibus, ipse cubile, ac stratum præuenit nostrum luce sua, qua expergefacti, à statu iut gimus miserabili culpæ. Sæpè certè hoc euenit, vt per fenestræ rimas intrante sole, ab ipso quasi expergiscimur, & quasi vocati à lecto consurgimus: vnde prius stetit ibi aurora, prius sol eluxit, & ipse prior ad ianuam, vel fenestram stetit, quàm nos expergisceremur, quod quid quæso aliud est, quàm præoccupare qui se concupiscunt? *Semper Dominus manè surgentibus*, inquit Hieronymus hîc, *paratus est, qui possunt dicere, consurgam diluculo, & Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* Pulchrè dictum, qui possunt dicere, consurgam diluculo, quasi dicat sanctus: Ideo illud dicere poterunt, quia iam præparatum inueniunt Dominum, vnde non surgunt, sed consurgunt, quia prior ipse, *Tamquam sponsus egressus de thalamo suo*, Psal. 18. 6. — 1. *Deus veluti sol hominem gratia sua præoccupat.* — *Hieron.* — B

At non solum quasi diluculum, vel aurora nos præuenit, præuenit etiam quasi *Imber temporaneus, & serotinus*, qui dum madefacit terram, inuitat colonum ad seminandum, nihil de seminatione cogitantem, sed per imbrem quasi ad serendum inuitatur; vnde prius pluuia, & imber in campo, quàm ipse. Sic Deus noster nos præuenit excitando nos gratia sua, velut aurora, aut sol, infundendo nobis deuotionis succum, velut imbrem temporaneum, & serotinum, quo madefacta, & optimè disposita animæ nostræ terra, ad ipsum gratia sua mediante assurgimus, & eleuamur: vnde si C postea eum concupiscimus, hoc totum præoccupationi eius sanctissimæ debetur, sine qua nec assurgere, nec lucem illam diuinam concupiscere possumus.

Quaptopter benè Augustinus super illa verba Psalm. 142. *Expandi manus meas ad te, anima mea sine aqua tibi. Sitire*, inquit, *tibi possum, me irrigare non possum, citò exaudi me Domine, complue me, ne sim puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.* Pulchrè: *Sitire possum me irrigare non possum*, vnde nec fructificare: quapropter ad Deum expandendæ sunt manus, vt irriget, & madefaciat, si fructus reddere velimus: irrigabit autem, madefacietque non vtrumque, sed vt imber temporaneus antecedens, & præueniens nos, & vt serotinus ad perfectum nos adducens, æternas capientes fruges, vt ait Hieronymus, vbi suprà, di- D cens, *Christus non solum manè vocatur, & aurora, & diluculum, sed venit nobis quasi imber temporaneus, & serotinus terræ: nos Christum recipimus temporaneum, quando fidei nobis iacta sunt fundamenta, & suscipiemus eum imbrem serotinum, quando maturis segetibus fruges capiemus æternas, & in dominica horrea recondemur.* Quod totum præuentioni eius sanctissimæ debetur, dum, vt inquit Apostolus, *Prior ipse dilexit nos*, ex qua dilectione oritur nostra erga illum dilectio, ex hac autem maturitas frugum, æternorumque apprehensio fructuum: vnde ipse prius præoccupauit, ipse prius nostram præuenit dilectionem, & si diligimus, non ex proprijs nostris, sed ex proprijs Dei, & sumus Dei, quia prior ille fuit noster. — *August.* — 2. *Deus orandus vt nos eratiæ suæ rore madefaciat.* — *Hieron.* — 3. *Christus imber temporaneus, & serotinus.* — 4. *Dilectio nostra ex Dei dilectione.*

Cant. 2. num. 16.

Dilectus meus mihi, inquit sponsa Cant. 2. num. 16. *& ego illi*, non prius equidem illius, quàm dilectus sui, & vt illius esset, necessarium quippe extitit, vt prius dilectus esset eius, prius amans, prius diligens, prius se illi communicans. Quod acutè adnotauit Bernard serm. 69. in Cant. in hæc verba; dum inquit, *Redhibitionem gratiæ prudens sponsa, ad suam magis cauta est trahere partem, sciens se potius præuentam à dilecto: vnde est, quòd illius operam præfert, dilectus inquiens meus mihi, & ego illi: ergo ex proprijs, quæ sunt penes Deum agnoscit, nec dubitat se amari quem amat.* Nil melius; agnoscit equidem sponsa se amare, at non ex proprijs suis, sed ex proprijs Dei, *Quia*, vt inquit idem sanctus, *amor Dei amorem animæ parit, & illius præcurrens intentio intentam animam facit, sollicitudoque sollicitam.* Nil melius.

Bernard.

Quod etiam adnotat, & considerat idem sanctus paulò infrà in illis verbis Prouerb. 8. nempe: *Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me*: quæ sunt eadem cum ijs, quæ noster Sapiens dicit, super quibus sic discurrit sanctus. *Vides quomodo, non solum de amore suo certum te reddat, si quidem tu amas illum, sed etiam de sollicitudine sua, quam pro te gerit, si te senserit sollicitum sui. Vigilas tu, vigilat & ille, consurge in nocte in principio vigiliarum tuarum, accelera quantum vis, etiam ipse anticipare vigilias, inuenies eum, non præuenies, temere in tali negotio, vel quid prius aliquid tribuis sibi, vel plus, & magis amat, & ante.* Sic equidem est, nec vllus est dubitandi locus, prior nos amauit Deus; ex quo fit, vt magis etiam nos amet, inueniemus eum, non præueniemus, & inueniemus paratum, expeditumque ad adiuuandum, & auxiliandum, adeo vt nostram præueniens voluntatem, ipse prius expectans, nostrum præstoletur aduentum.

Idem.

5. Deus quanta præuentione Tobiæ succurrit.

Tob. 5. 2.

Pulchrè hoc, ni fallor, sanctus adumbrauit Spiritus in facto illo sanctissimi Tobiæ, moriturus enim se credens pater senex, filium cogitat mittere ad exactionem pecuniæ, quam debebat ei Gabelus: duo illi obiecit Tobias filius, ignorare scilicet se Gabelum, & simul viam. Tob. 5. num. 2. *Ego eum ignoro, sed neque viam, qua pergatur illuc, aliquando cognoui.* Cui pater cùm iussisset inquirere virum, qui secum pergeret, & in plateam exisset filius, sic sacer inquit textus, quòd *Inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.* Nota singula. Inuenit *iuuenem*, non senem, hominem scilicet potentem eum adiuuare, & associare: *splendidum*, non squalidum, non macie confectum, potentem eum consolari ex aspectu, ex verbis, ex confabulatione, ex conuersatione, si quando labor itineris hoc expetijsset: *stantem*, non sedentem, non oscitantem, vt fortem existimaret, & ad labores validum cum illo sustinendos. *Præcinctum*, tandem, *& quasi paratum ad ambulandum*, non discinctum, vt scilicet ex tali habitu inuitaret illum ad coambulandum. Mira equidem Dei prouidentia altissimi, vt sic paratum ibi inueniri voluerit Angelum, sicut necessitas postulabat Tobiæ, & qui nullam in se formam habebat, eam indueret, quam serui sui status requirebat. Quam Dei infinitam, erga homines prouidentiam adnotauit Theodoretus Zachar. 1. dum dixit: *Cœlestes spiritus omnis formæ expertes à Deo formantur, vt vsus hominum postulat.* Quod similiter idem adnotat, Oration. de Christi natiuitat; vbi pulchrè aduertit Angelum formam stellæ assumpsisse ad Magos conducendos, vt ea arte illos ad Christi cognitionem duceret, qua ipsi pollebant, transfiguratus totus, vt sic dicam, in id, de quo ipsi delectabantur, factus omnia in ipsis, vt ipsos lucrifaceret. *In præsepi, ait, positus Dominus, & à stella denuntiatus, non à stella descendente ad Magos, neque enim stellæ loca permutant, sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet stellarum motus inspicientes, virtus superna* (nimirum Angelica) *deducens Magos, assumpsit stellæ speciem, vt tamet doctrina sua Chaldæi, quod nesciebant, agnoscerent, vt cùm Astronomiam respiciunt, ab astris Christi mysteria docerentur.* Nil melius. Non solum Magos duxit stella, sed suauiter duxit, quia allectauit, non vim impressit, & dum se in stellam Angelus transformat, ad se eos rapuit, quia stellis delectabantur. In qua re, non solum mira Dei erga nos elucet prouidentia, sed suauitas, dum hominem ad se attrahens, hoc non alio, quàm connaturali ei facit modo, transformans Angelos, vt vsus requirit hominum, sicut inquit Thaodoretus. En Tobias, quia ambulaturus erat, & in terram peregrinaturus longinquam, Angelum stantem inuenit ad ambulandum præcinctum, vti vsus eius requirebat, vti necessitas postulabat. Quòd licet totum verum sit, tamen quod ego adnoto est, prius Deum in platea stetisse, quàm Tobiam, & quòd prius Deus se præcinxit ad iter, quàm ille. Vnde nam hoc, nisi quia *Magis amat, & ante*, vt inquit Bernard. *& inueniemus illum, non præueniemus?*

Theod.

6. Angelus cur in stellæ forma Magis apparuit.

7. Deus naturæ se accommodat, vt homines ad se attrahat.

Sed amplius; nam interrogans Tobias illum, an sciret viam in regionem Medorum ducentem, sic respondit: *Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages, ciuitate Medorum.* En quanta ei dixit, omnia vota, eiusque desideria præueniens: de via tantum interrogauit eum Tobias, & ille respondit non solùm de via, sed de itineribus, de ciuitate, de domo, de parente; quæ omnia dixit se nosse, & ambulasse, & in eis mansisse: à quo si petas, cur ambulauit? cur ea pertransiuit? cur mansit cum Gabelo? qua necessitate? qua occasione? quo fine? Angelus enim erat, in cœlis morabatur, ad quid in regione Medorum? ad quid tam frequenter omnia eius ambulare itinera? Ni fallor, non ob aliam causam, quàm præueniendo Tobiæ aduentum illuc: ideo, antequam, nec pater, nec filius de illo cogitarent, præueniendo Deus futuram serui sui actionem, vt nostro modo intelligendi expertus inueniretur Angelus, voluit vt antea frequenter illa ambularet itinera, in domo maneret Gabeli, vt sic paratior, aptiorque (vt sic dicam) inueniretur postea ad Tobiæ conductionem. Qualis quæso pater? qualis sic mater sollicita? sic præuenit vnquam filij actiones, sicut Deus actiones, creaturæque suæ vota.

8. Angelus cur Tobiæ filio respondit frequenter ambulasse itinera Medorum.

At quid hoc? Quod fecit cum sene Tobia per Angelum, operatus est nobiscum, non per Angelũ, sed per sanctum filium suũ, vt inquit Beda l. exposit. alleg. in Tobiam, dũ ait, *Apparuit Angelus Tobiæ, & sociũ se præbuit, & Filius Dei hominem assũpsit, & visibiliter cũ hominibus cõuersatus, humanũ genus saluauit*: sed cũ hac tamẽ differẽtia, vt quod illic per Angelũ, nil Angelo patiẽte, & sustinẽte, hic per filium, filio patiente, & moriente; & sic, vt in

9. In Christi incarnatione quàm ingens Dei amor elucet.

Beda.

10. Verbum æternum ante incarnationem multoties in similitudine carnis apparuit, humanæ. facto Tobiæ voluit, vt antequam eueniret, frequēter Angelus itinera illa ambularet, & Gabeli domum sciret; sic etiam voluit, vt antequam filius suus sanctissimus carnem nostram sumeret, prius multoties in similitudine carnis humanæ mulris appareret, vt multorum Patrum est opinio: sic *Clemens* Clemens lib. 1. const. Apost. cap. 21. Leo Pontifex *Leo.* epist. 13. ad Pulcheriam August. Hilar. lib. 12 de Tri- *August.* *Hilar.* nit. Ambr. lib. 1. de fide cap. 5. Irenæus lib. 4. ca. 37. *Ambr.* *Irene.* Nazianzen. in tract. de fide, Author quæst. ad An- *Nazian.* tioch. quæst. 12. Chrysost. Gen. 32. hom. 58. & alij *Author quæst.* quam plurimi, quasi volens, vt postea expertus in- *Chrysost.* ueniretur, & assuetus, vt omnibus numeris, & vndequaque perfectè opus exerceret redemptionis, salutisque nostræ: vnde à diebus æternitatis, antequam quisque nostrum esset, præuidens Deus nostri debiti contractionem, miseramque sub diabolo seruitutem, nobis prouidit, non Angelum, sed filium iuuenem splendidum stantem, præcinctum, & semper paratum; qui sic pro nobis stetit, & pro nobis pugnauit, vt intrans in domum fortis, illum totaliter expolians, ac *Omnia vasa eius diripiens, deleuerit*, vt inquit Apostol. ad Coloss. 2. num. 14. *Ad Col. 2. 14.* *quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, trahens illud de medio, affigens illud cruci, expolians Principatus, & Potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso*; vel vt Syriaca legit, *Deleuit in mandatis sibi Chirographum obligationum nostrarum, quod erat contrarium nobis, illudque sustulit de medio, ac ipsum affixit cruci suæ, & dum exuit corpus suum, diffamauit Principatus, Potestates, & confudit eos palam per se ipsum.*

11. Christus præceptum habuit moriendi. *S. Thom.* In qua lectione duo notanda, primum, illud *In mandatis*, nam non solum Deo satis fuit mittere filium, vt sic, & parare nobis talem iuuenem, sed sic misit, vt simul de solutione nostra mandatum, præceptumque haberet, vt ait sanctus Doctor 3. p. q. 47. art. 2. & 1. part. q. 42. art. 6. ad secundū, adducens illum nobis, ita vt ex tali mandato nos, & nostra iura, & ius in illum haberemus, tanquam si esset seruus, & non Dominus noster, dum mandatum tale acceperat à Patre. vt deleret debita nostra. At quæ debita, cùm iam non essemus? debita scilicet contrahenda per nos, tunc quando futuri; ergo præuidit Deus futura debita, & antequā essent contracta, præuidit solutionem, præuidit solutorē, sed præuidendo malum nostrum, præuenit remedium nostrum; & hoc mandando, iubendo, inhibendo, cui? filio suo, visceribus suis, vt sic dicam: mandauit ergo vt solueret.

At quomodo? *Exuens corpus suum*, quod est secundùm notandum. Quid est exuere corpus? nisi pati, & mori. & impleta est in illo lex illa, quæ mādat, *Vt qui non habet in bonis, luat in corpore.* Nil intulit Dominus Iesus in mundum, nil habebat in illo: non aurum, non argentum, quid dico? nec paruulam foueam. *Vulpes foueam habent, aues cæli nidos; filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Solum corpus habebat, soluit per illud, cùm in bonis nō haberet; captus est, flagellatus est, crucifixus est, occisus est; *Exuit corpus suum*, totum sanguinem suum fudit, & sic, *Deleuit Chirographum decreti, obligationum scilicet nostrarum, non suarum.*

At istud quomodo? non equidem nostro labore, nostra defatigatione, nostroque obsequio; sed dormientibus nobis, & in timore Domini in spiritualibus conuiuantibus delicijs. Sic Raguel roga- A uit Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se post matrimonij consummationem; annuit Tobias, sed tamen de patre sollicitus rogauit Angelū vt iret ad Gabelum, & reciperet pecunias; *Obsecro te, vt assumas tibi animalia, siue seruitia, & vadas ad Gabelum, reddasque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam.* Tob. c. 9. n. 3. Abijt, recepit, redijt, quo redeunte, inquit Scriptura, quòd *Tob. 9. 3.* *Inuenit Tobiam discumbentem.* Ergo domi mansit Tobias cum vxore, cum cognatis, placidè viuens, lætanter discumbens, dum Angelus in itinere esset, negotia ageret, pecuniam recuperaret, chirographum deleret. Sic Christus delet, Christus laborat, 12. Solus laborat nobis in otio morātibus. Christus sudat, Christus patitur, Christus moritur pro nobis, dum nos læti, & quieti in spiritualibus delitijs sumus, & epulamur, *Iugum oneris eius*, inquit Isai. cap. 9. n. 13. de victoria loquens Christi, *Isai. 9. 13.* B quam de diabolo reportaturus erat, *& virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian*, hoc est, sicut in die Gedeonis, cuius victoria tantum sterit in vasorum confractione, nullo ex exercitu fundente sanguinem, nullo moriente, sed tantummodo sonante. Sic, inquit Propheta; Christi futura victoria sic inimicum superabit. virgam cōfringet, sceptrum disrumpet, sicut in die Madian, hoc est, vt inquit Hieronym. *Hieron.* *Absque exercitu, absque effusione sanguinis suorum*, sed tantum ipso solo præliante, ipso solo sanguinem fundente, ac in millia vas, hoc est, corpus suum sanctissimum, disrumpente, quid, quæso, est hoc? nisi quod dicit Bernard. *Quia & ante, & magis amat nos, & inueniemus eum, non præueniemus.*

Non præueniemus equidem, sed inueniemus, quod satis etiam apparet in illo Iona, nam antè C fuit Dei prouidentia in mare, quàm ipse Ionas, proieceruntillum nautæ; quis non diceret mortuum Ionam? fremebat mare, intumescebat, feruescebat, ad cælum vsque se extollebat; peribant ipsimet, qui in naui erant, quomodo ergo non periret Ionas in mare missus, & immersus? non perijt, quia Deus prius in mari illum suscepturus, & ereptūrus, *Præparauit*, inquit Scriptura, (nota verbū) 13. *Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam.* Dei prouidentia erga Ionam quanta. cap. 2. n. 1. præparauit, inquit, ergo antequam Ionas esset proiectus, aut proijciendus, iam Deus præparauerat receptaculum, & sic inquit Hieronym. *Ion. 2. num. 1.* *Vt pro morte præberet habitaculum, vt qui in mari iratum senserat Deum, in morte propitium sentiret.* *Hieron.* Itaque præoccupando illum, prior se illi ostendit bonitas diuina, quàm ipse ad illam descenderet, sed non negligendum, hoc fecisse Deum cum Iona, D qui illum fugiebat, quid ergo cum illo, qui eum non fugit? sed obsequitur, sed concupiscit, si talia agit. cum suæ repugnante voluntati? in sequendo, & persequendo illum, quid faciet cum amante? illumque concupiscente?

Enimuerò libet hic considerare quanta sit Dei 14. charitas erga hominem, cùm non solum, *Præoccupet, qui se concupiscunt*, vt inquit noster Sapiens, Dei amor erga homines extenditur dum fugientes insequitur. sed etiam ipsum non concupiscentes. & qui ab illo fugiunt, & elongantur, eos insequēdo, amoreque suo ligando, hæc erat illa misericordia, quam tantopere sectabar David Psal. 22. n. 6. dicens: *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ* *Psal. 22. 6* *meæ.* Vbi Theodoretus legit, *Et persequetur me omnibus diebus vitæ meæ*, persequitur noctu, dieque, *Theod.* incessanter, perseueranter, palam & in abscondito, vt meritò de tali amore dixerit Dionysius Areo- *Areop.*

pag. de diuinis nominibus, quòd sit beneficus insidiator. *Amor Christi*, inquit, *est benefiens insidiator*, insidiatur quippe, vt rapiat cor, & rapit quidem dum ad se attrahit eum, neque vnquam cessat, donec pertingat, etsi millies obsurdescat homo, suasque claudat aures, ne intelligat fugiendo ab ipso. Eo Ionas fugit, Deus insequitur, ascendit nauim, turbatur mare, oe fremitus sentiat, dormit profundè, expergiscitur, vsque dum proiectus, Deus præparando cetum suscepit, accepit, portauit; quis nõ defatigaretur? qualis pater, qualis mater non desineret persequi, & monere? nullus, nulla, solus Deus est, qui non se defatigat, solus eius amor, qui sicut insistendo non quieuit, donec extra se Deum faceret, sic nec apud Deum extra se factum quiescit, donec omnino suis prouideret creaturis. Quod egregiè sanctus dixit Pater Maximus Centur. 5. Oeconom. cap. 86. dum ait: *Iusto quoque pro veritate dicendum est audacter, ipsum videlicet auctorem omnium, benefiè, bonoque cunctorum amore permotum, propter excellentiam amantissimæ bonitatis extra se effici, creaturis omnibus prouidendo, ac bonitate, dilectione, & amore quasi demulceri, necnon vi supersubstantiali illum extra se rapiente, & numquam deserente ab eo, quod ab omnibus, & supra omnia eleuatum erat, in id deprimi, vt in cunctis esset.* Optimè quidem. Deprimit amor Deum, vt in cunctis sit, vt omnibus assistat, vt nullum deserat, vt numquam defatigetur, & similes repellatur, vt in insidijs sistens, quodammodo quod aperto Marte ad se attrahere non potest, occultis insidijs illud efficiat, ob hoc equidem non defatigatur, sémperque in insidijs stat, noctu, diuque, subdio, ad æstum, ad solem, ad frigus, quia insidiator est, quia deprædator est, quia nomen eius est, *Accelera, spolia, deprædare*, sicut Propheta Isaiæ cap. 8. n. 3. præceptum, vt vocaret eum: *Voca nomen eius: accelera spolia, detrahere, festina, prædari.* Ergo si fugientes persequitur, quid mirum si præoccupat insequentes?

15. Amor Dei est insidiator beneficus.

S. Max. 16. Extra se eum traxit.

Isa. 8. n. 3.

Præoccupat, non solum amantes, prius amando, sed præoccupat desertutos, ne ipsum deserant, talis est eius amor, Gen. 4. n. 5. Caim vultus concidit, iratus procedebat, contra fratrem, fratricidium cogitabat, antequam illud peragetet, immo antequam ipse se determinaret, præsto illi fuit Deus adiuuans, consulens, & terrens: *Quare iratus es? & cur concidit facies tua? nonne si benè egeris, recipies, sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit?* Faciem considerauit minus lætam, & illico occurrit suæ impatiens tristitiæ creaturæ, præueniens damnum futurum, prouidens consolationem, *Nonne si bene egeris, recipies?* prouidens etiam remedium: *Sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit.* Hoc erat remedium, nam fretus Cain secreto, occultationeque delicti, occidere pensitabat. At Deus publicitatem opponit illi futuram, ob quam retineri deberet à peccato, & amplius: nam etiam certiorem illum redditit, si vellet superiorem euasurum tentationi, vnde inqoit: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Spem ergo dedit victoriæ, terruit publicitate, inuitauit præmio, ne peccaret. quid ergo amplius præuenire potuit ne eum Cain derelinqueret, & contra se peccaret? *Expende, oro te*, inquit Chrysostom. homil. 18. in Genes. *ineffabilem misericordiam, eiusque in decendo nos congruam humilitatem, qui post quam vidit illum*, (Caim scilicet) *ab inuidentia affectione oppugnari, vide quomodo*

Gen. 4. 5.

17. Deus vt præueniret Caim ne peccaret.

Chrys.

pro sua benignitate, congrua ipsi remedia apponit, vt statim educatur, & aquis non obruatur, atque remedia efficacissima, & cordi accommodata: Ipsius cor habebat oppressum desperatione commissi in sacrificio peccati, suam exhibet illi primò misericordiam: vnde sequitur Chrysostomus, *Peccasti, & grauiter peccasti, verumtamen pœnam delicti neque sic repeto, sed ostendo dumtaxat delictum, & consilium affero, quod si accipere volueris, & peccatum emendabis, & teipsum grauioribus malis non inuolues.* Secundò angebatur miser reputans primogenituram ob peccatum amisisse, & Deus, vt inquit sanctus, *Verba illius infirmitati accommoda proferendo, congruam ipsi medicinam protulit*, certiorem eum reddens, non primogenitura eum priuaturus, etiamsi peccasset. Quod colligit sanctus ex verbis illis: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*, quod ipse cum Septuag. legit: *Ad te conuersio illius*, scilicet, Abel, *& tu illius dominaberis*. vbi prooomen illius, nõ refert sanctus ad peccatum, vt communiter, & rectissimè omnes expositores, sed ad Abel, vnde ait: *Ne putes licet tuum auersatus sim sacrificium ob prauam mentem, fratrisque oblationem gratam habuerim, ob sanam intensionem, quod ideo primatu te destituã, & primogenituræ dignitatem à te auferam, nam, licet honore illum ego prosecutus sim, grataque fuerint illius dona, verumtamen ad te conuersio illius, & tu ipsius dominaberis, atque post peccatum hoc permitto, vt primogenituræ priuilegijs gaudeas, illumque sub tua potestate, & dominio esse iubeo.* Quid plura, quæso, amantissimus fecisset pater? amantissima mater, ne filium seipsum derelinqueret, ne in desperationem abiret, ac quæ cum Caim Deus, ne fœdera cum ipso omnino abscinderet, ne desperationis, ac peccati barathro se traderet?

Sic etiam præuenit & Abimelech, ne in eum peccaret, sed dissimili euentu, & fortuoatione (vt sic dicam) Genes. 20. n. 3. dum illi dixit: *En morieris propter mulierem, quam tulisti*: cur morietur? si tangat nempe, & ne tangat, ego autem præuenio, & ne contra me peccet admoneo. Vnde & subdit, *Et ego custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam*; vbi Septuag. *Et peperci tibi, ne peccares in me.* Pulchrè: nam nulla Dei maior miseratio, quàm nos præuenire, ne in eum peccemus. Gen. 20. nu. 3.

At cur peccasset Abimelech tangendo Saram? numquid sciebat ipsam esse Abrahæ vxorem? etsi ignorabat, vti reuera ignorabat, reputans eam eius sororem, vnde peccasset: ob quod necessaria Dei custodia, ne eam tangeret; *At ego scio, quod simplici corde feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi, vt tangares eam.* Respondent cõmuniter custodisse eum Deum à peccato materiali, quod commisisset, si Saram tetigisset, vnde *Custodiui te ne peccares in me*, hoc est, ne vel inscius mœchareris, ne licet non iniustè, tem tamen faceres non iustam: quæ interpretatio optima est, licet & aliam ego affertem, scilicet non dimisisse Deũ, vt Abimelech, qui vt inquit Perer. hic, probus erat vir, Dei veri cultor, iustitiæ amator, & obseruator, tangeret Saram, eique copularetur, ne in eum peccaret, hoc est, postquam sciuisset eam esse Abrahæ vxorem: nam si semel eam tetigisset, forsitan nec eam restituisset, vi ex incepto opere passionis aucta, nec peccare destitisset. Vode ob hoc, ne contra Deum peccaret, noluit, vt ipsam tangeret, ne mordaces in ipsum spiritus exutgerent luxuriæ, 18. Abimelech cur peccasset tangendo Saram.

19. Modus ne in peccata quis labatur optimus.

misertus eius. Præbens nobis ex hoc exemplum, A quòd si Deum offendere nolumus, occasionem fugiamus, pericula vitemus, malum agere ne incipiamus; nam semel occasione abrepta, vel leuiter prælibata, faciliter peccata vitabimus, malaque, ac contra Deum peccata excusabimus. Pepercit ergo Deus Abimelech, ne in eum peccaret, admonendo, eumque præueniendo, dum etiam ipse dormiret: mira, & magna bonitas, præoccupare animos, ne fœderis iura cum ipso abrumpant; & ipsum nos præuenire, non eum nos.

Misericordia hæc Dei magna est, amor hic immensus est adeo, vt ob illum innotescat eum esse Deum nostrum, quia scilicet non subsequitur, sed gratia sua præuenit nos, prius nos ille amando, quã nos illum diligendo: *Fortitudinem meam à te custodiam*, inquit Dauid Psal. 58. num. 10. Campens. *robur meum tibi acceptum fero*, id est, quicquid sũ, quicquid valeo, omnes vires, & articulos meos Domine tibi custodiam, id est, tibi reseruabo, nulli alij B eas insumam, nulli rei nisi tibi tantum me impendam attende nunc rationes, *Quia Deus susceptor meus est*. Camp. *propugnator meus est*. D. Hieronym. *eleuator meus est*, Pagnin. *Tu Deus eleuatio mea*: Pratens. *protectio mea*, quasi diceret: Ero tuus, & tibi me seruabo, quia suscipis me, quia pugnas pro me, quia eleuas me, quia protegis me, suscipis me ad te currentem, & protegis me vndique ab hostibus impetitum, pugnas pro me ab inimicis oppresso, eleuas me cadentem, tibi ergo *Fortitudinem meam custodiam*. At quòd pro Deo te habeam, illud me mouet, quòd misericordia tua me præuenit semper, ne cadam, & te diligam, vnde sequitur, *Deus meus, misericordia eius præueniet me*. Ob hoc Deus meus es, quia præuenis me, quia præcurris ante me, quia ex hoc plus amas me. Sic equidẽ nulla efficacior reperitur ratio, vt Deũ pro Deo, C & nostro habeamus, quàm dulcissima hæc præuẽtio, qua nos præuenit, tum eripiendo nos à periculis, & à peccatis, tum admonendo nos, vt ad eam redeamus, & reuertamur, tum tandem præoccupando nos in dilectione, qua eum diligimus, & amamus, vt meritò dixerit noster Sapiens: *Præoccupat, qui se concupiscunt, vt se prior illis ostendat, quia*, vt dixit Bernard. *& ante, & magis diligit, & inueniemus eum, non tamen præueniemus*.

Ps. 58. 10.

20. Cur homines Dei esse debeant, & cur Deũ pro Deo suo habere.

Num. 15. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, assidentem enim foribus suis inueniet.*

COMMENTVM LITTERÆ.

DVlcis, & efficax exhortatio est Sapientis ad sapientiam procurandam post facilitatem inueniendi ostensam, dum promittit non laborandum, neque multum desudandum ad illam inueniendam.

Qui de luce vigilauerit, &c. Græcè, qui *maniceuerit*, id est, qui manè, siue diluculo surexerit.

Non laborabit, &c. diu, scilicet, frustra, & multo labore, etsi labor aliquando sustineatur, amor non sinit vt dicatur labor: Parum, immo nil laborant serui Dei, quin Deus illico se eis det.

Assidentem, &c. Stat scilicet ad ostium, & pulsat: per fores, tum ipsius sapiẽtiæ intelligi possunt, quæ sunt Doctores, & ipsemet Christus, tum fores nostræ, quæ sunt ipsum liberum arbitrium, ac voluntas, apud quas stat Deus pulsans, vt illi aperiamus, & præstolatur patienter, ita vt apud ipsas sedeat, donec aperiamus: magna, & indicibilis bonitas. Ex qua documentum eligere debemus, scilicet ne talem motam, assistẽtiamque spernamus, nam non spernenda, sed statim captanda est occasio, ne fugiat, & abscedat.

1. Vocatio Dei non spernenda.

Fortuna in somnis Galbæ apparuit, vt refert Suetonius in eius vita cap. 4. ei alloquens, & dicens se ante fores suas stare defessam, & nisi statim aperiret, aliò volaturam, & alteri se præbituram: qui euigilans simulachrum æneum Deæ iuxta limen inuenit: portẽtum fuit futuri Imperij. & admonitio, ne occasionem perderet. Qua etiam nos edocemur, diligentia, solertiaque sapientiam acquirendam, & dum in foribus assidet, vt citò aperiamus, transmigrabit aliò nisi citò fecerimus. Hoc nobis consulit Ambros. serm. 12. in Psalm. 118. *Qui venit, & ianuam pulsat, ait, vult semper intrare, sed in nobis est, quòd non semper ingrediatur, non semper maneat; nam etsi possit intrare, non vult tamen importunus irruere, non vult inuitus cogere, citò recedit, si tardius sponsa pessulum aperit.*

Sueton.

2. Amittitur nisi citò admittatur.

Ambr.

HOMILIA CXVII.

Fructus maturæ conuersionis, Deum inuenire.

QVi de luce vigilauerit, seu, vt Græci habent, *qui maniceuerit, non laborabit*, nam inueniet eam assistentem, *in foribus suis*, inquit noster Sapiens. Quis scit si inuenisset, si de luce nõ vigilasset, si ad occasum eam requisisset, si in nocte senectutis, annisque tenebrosis, Cantic. 3. 1. *In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni.* Non mirum, per noctes enim quæsiuit, tardè quæsiuit, inuenisset, si tempestiuè, si manè in ipso feruore iuuentutis.

Cant. 3. 1.

1. Sponsa cur non inuenit sponsũ.

Apparuit Dominus Abrahamo Gen. 18. non equidem in nocte, sed in ipso feruore diei, non declinante sole ad occasum, sed quando magis emicabat, ideo cùm in tali recepisset eum hora Abrahamus, illumque paratum inuenisset Deus, filium meruit accipere, & benedictionem, num. 10. *Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, habebit filium Sara vxor tua*, num. 10. Tempestiuè D ergo præstolatus fuit Domini aduentum Abrahamus, quid mirum, si Dominum inuenit, si filium? *Ante ostium*, inquit Ambros. lib. 1. de Abraham cap. 5. *sedebat Abraham, sedebat in meridie, quãdo alij requiescebant, iste hospitum explorabat aduentus; meritò illi Deus apparuit ad quercum Mãbre, quia fructum hospitalitatis studiosissimè requirebat, non otiosus; sedet, qui longè aspicit, nec aspexisse contentus occurrit obuiam, festinauit occurrere, quia non satis est rectè facere, nisi etiam matures, quod facias.* Nil melius. Quod etsi de opere intellexit bono Ambros. nil minus & de tempestiua dixisset conuersione; non satis scilicet esse, si rectè faciamus, nisi etiam ad bonum faciendum maturemus; nam, vt ipse inquit, *Vberes fructus habet accelerata deuotio.* At verò è contra, nil horum

Gen. 18.

Num. 10.

2. Abraham cur filium meruit.

Ambr.

3. Maturè opus operandum bonum.

meruit Loth frater suus, nescio an quia nocte præstolabatur Domini aduentum, non manè, sicut frater eius, in cuius domo hospitalitatem didicerat, vt inquiunt Doctores, *Venerunt duo Angeli Sodomã, vespere sedente Loth in foribus ciuitatis*, cap. 19. n. 1. in cuius ruina periisset, nisi orationes fratris eum adiuuassent, & liberassent, licet ipse iustus etiam, & sanctus; at quia non sic feruens, vt Abraham, ad suã iustitiam necessaria etiam oratio fuit fratris, ne periret, dicente Scriptura, *Cùm enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus Abrahæ liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat*. Quem locum pulchrè illustrat Chrysost. homil. 44. in Genes. probans ex illo, orationes iustorum parum proficere, nisi operibus eorum, pro quibus ipsi orant, adiuuentur, *Cur igitur*, ait, *dixerit aliquis, propter orationem Patriarchæ iustus seruatus est? & non propter suam iustitiam? ita certè etiam propter orationem Patriarchæ; quando enim quod ex nobis est, simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert, quod si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest; non quòd infirmi sunt iusti, sed quia propter nostrã desidiam nos ipsos perdimus.* Quod probat sanctus ex illo Hierem. 7. n. 11. *Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te*: vbi ipse, *Vide Domini misericordiam: prædicit Propheta, vt ne cùm post orationem non exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis, & ideo iam prædicit ei populi malitiam, & prohibet, ne precetur. vt & ipse scire queat immedicam Iudæorum peruersitatem, & illi sciant, quòd nihil eis prodest Propheta, nisi & ipsi quæ sua sunt proferre velint.* Nil melius. Oratio Abrahæ Loth profuit, quia iustus, quia opera faciebat & ipse iustitiæ, sicut & frater, licet non sic ardentia, licet non (vt sic dicam) matutina, sed vespertina, ob hoc ipsa sola sua iustitia eum saluare non potuit, sed oratio necessaria fuit fratris, & vt semel videas quàm difficile sit, vt tales euadant à Dei iudicio, qui tempestiuè ei non occurrunt. Attende, quòd vt saluaretur Loth, necessaria fuit coactio, Angelorumque vis; *Cumque esset manè, cogebant eum Angeli*, quo non obstante, etiam ipse dissimulabat, ita vt per vim necessarium fuerit extra ciuitatem illum extrahere, *Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem*. Vnde ergo tanta repugnantia? vnde tanta difficultas conuersionis? nonne quia imperfectus? quia nõ feruens in Dei seruitio? Quia (vt vult Rupert.) vt domum, supellectilemque suam ab incendio eriperet, ideo dissimulabat egredi rerum amore tentus terrenarum, ideo quantum esset ex se solo, Deũ, Deique misericordiam non inuenisset, nisi simul frater pro eo orasset, quam Abraham inuenit, quia feruens in Dei seruitute, tempestiuè, & in ipso diei feruore Deum præstolabatur.

Gen. 19. num. 1.

4.
Loth cur saluatus ob orationem fratris, etsi iustus.

Chrysost.

5.
Orationes iustorum operibus adiuuandæ eorum pro quibus deprecant, si exaudiri eos velimus.

6
Cur eorum orationes aliquando sine fructu.

7.
Qui tardè conuertũtur quã difficile illud exequũtur.

Rupert.

Ad quod confirmandum, valdè notandum, in numeratione Leuitarum, hos annumeratos esse ab vno mense, & suprà, dum in cæteris tribubus numerabantur à vigesimo anno, & suprà. Num. 3. n. 15. *Numera filios Leui per domos patrum suorum, & familias, omne masculinum ab vno mense, & suprà*, vbi è contra de aliis suprà dixerat, cap. 1. n. 3. *à vigesimo anno & supra omnium virorum fortium ex Israel tollite summam*: suprà ex Origene homil. 1. in Num. adduximus, quia scilicet, etsi pueri, non tamen senes, quia Deo consecrati. Sed accipe nunc aliam rationem, & aliud agnosce mysterium magis proprium ad ea, quæ nunc dicimus. Leuitæ enim peculiari, ac præcipuo cultu futuri erant omnes Dei, immo erant ipsius: *Eruntque Leuitæ mei*. eodem cap. nu. 13. quod & ipsum nomen declarat, *Leui*, enim Heb. idem est, quod *addictus, & assumptus*, scilicet à Deo, ad ministerium Tabernaculi, vt inquit quidã. Cùm ergo Dei futuri essent, nullum equidem aptius medium ad se eos colligendos Deus inuenit, quàm præmaturè eos adscribere, & quàm, quòd præmaturè eos Deo seruire inciperet; nam (vt inquit Quintilianus lib. 1. Institut. cap. 3. *Citiùs frangas, quam corrigas, quæ in prauum obdurarunt*. Ob hoc sancta mater Greg. Nazianz. (vt ipse narrat, Orat. 15. de patris funere.) filios suos, non solum quãdo paruulos, sed nondum natos Deo offerebat, ipsum anteuertens vitæ tempus (vt sic dicam) ad hoc vt facilius postea, quando proprium ipsi haberent, Deo seruirent: *Fuit*, inquit Nazianzenus, *illustre illud eius facinus, quod nos prius etiam quàm nasceremur, Deo nihil futuri euentus metu exterrita, promisit, vitæque lucem ingressos protinus consecrauit*: sciebat enim, vt inquit Chrysostom. homil. 1. de Dauide, & Saule, *Quod quando diutina quapiam, & dura inflatio corporibus inhæsit, tum & longo tempore, multoque labore, & multa sapientia in admonendis remediis est opus, vt collectus humor absque vitæ periculo dissoluatur.* Quod ergo hæc prudens fecit mulier, optans Dei futuros filios, sanctissimus peregit Deus sibi ascribens Leuitas, ob hoc ab vno mense, non à viginti annis mandauit eos numerari, vt certò ipsius essẽt, & simul absque labore ipsum inuenirent, nam dum Leuita crescebat ætate, ascriptum se Dei seruitio inueniebat nullo sui labore; vnde, quia à primo mense totum se Deo dedicauit, etsi non per se, per parentes suos, similiter à primo mense, & Deus se illi dedit; & quia manè vigilauit ad Deum, ideo non laborans inuenit illum, immo occurrit nil de Deo cogitanti, immo, vt sic dicam, nescienti.

8.
Leuitæ cur numerabãtur ab vno mense & suprà.

Num. 3. n. 15.

Origen.

Ibid. n. 13

Quintil.

Nazian.

9.
Filij ante natiuitatẽ Deo offerendi exẽplo matris sancti Nazianzeni.

Chrysost.

1. Reg. 3. n. 4. Vocauit Dominus Samuelem, dum dormiret, qui cucurrit ad Heli, & non ad Dominũ, cuius causam explicat Scriptura dicens, quia non nouerat Dominum, num. 7. *Porrò Samuel nec Deum sciebat Dominum, neque reuelatus ei fuerat sermo Domini*, & tamen etiamsi ipse Dominum nesciret, Dominus illi locutus est, nõ equidem alia ratione, nisi quia de luce vigilauit Samuel ad Dei seruitium, & vt sic dicam, Domini fuit, ante quàm ipse infantulus eum cognosceret. Vnde non mirum, si & ipsius Deus, etiam si Deum ipse dum ætate minor suo modo nesciebat; *Puer autem erat adhuc infantulus*, adnotat Scriptura, vbi suprà cap. 1. n. 24. & hoc quando parentes eius Domino illum obtulerunt. Ipse ergo oblatus, & Domino dicatus, antequam Dominum agnosceret, antequam quid ille esset, sciret; quid mirum, si paria illi Deus referens, illi se obtulit, etsi Deum nesciret, dormiẽtem vocauit, dormienti astitit. Hinc inuenit Samuel Dominum absque vllo labore, assistentem in foribus eius, quia de luce vigilauit, quia à iuuentute eum exquisiuit; quia tandem talibus delectatur Deus, vt optimè adnotauit Clem. Alexandr. lib. 1. pædagog. cap. 5. *Quemadmodum*, inquit, *patres, & matres libentius vident equorum quidem pullos, boum vitulos, leonum catulos, ceruorum hinnulos, hominis puellum; ita vniuersorum pater eos recipit, diligit, ac defendit.* Adnotanda postrema sancti

1. Reg. 3. nu. 4.

10.
Samueli Deus cur dormienti apparuit & vocauit.

Clem. Alex.

11.
Deus quàm libenter recipit & aspicit maturè conuersos.

12. Cõuersionis maturæ priuilegia.

verba, *Recipit, diligit, ac defendit*. Priuilegia maturæ sunt conuersionis, recipit facilius, diligit ardentius, defendit instantius; cuius equidem ratio, quia qui à teneris se Deo dicauit annis, primæuos

13. Cur Deo illa tantopere est cordi.

Deo, atque, vt sic dicam, præcoces offert sui fructus, qui amabiliores; ideoque cupidiores, quod nõ sic, qui iam maturos, etiam præ temporis mora propè effætus; *Quia*, vt inquit Ambros. serm. 16. in

Ambr.

Psal. 118. *quid potest habere laudis, si effætum corpus voluptatibus, etiam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia, deposito iam senio, vigore conuertat?* Ob hoc Deus libenter talibus se offert, libentius recipit, impensius amat, quia non effætum corpus, sed viride, non fructus putrescentes, sed sanos, non corpus offerunt fœdatum, sed impollutum, ob id instantius eos defendit, ne fœdentur, neque labantur. Quod considerauit Bernard. ser. 14.

Bernard. *Psal. 44. num. 15.*

in Cant. super illa verba Psal. 44. n. 15. *Adducentur Regi Virgines post eam, Virgines dico*, inquit, *illas, quæ ante Christo fœderata, quàm fœdata mundi amplexibus, ipsi firmiter perseuerant, cui se tanto felicius, quanto maturius deuouerunt*. Pulchrè, firmiter perseuerant, quia antè fœderatæ, quàm fœdatę; ob hoc instantius eas custodit, ne fœdentur semel fœderatæ, ob hoc eas amplius diligit, quia preciosiores sunt hi fructus: cùm equidem præstantius sit peccata non admittere, quàm admissa purgare; nã,

14. Virgines Deo charæ quæ.

Ambr.

vt inquit Ambr. vbi suprà ser. 2. *Hoc debilitatis est remediũ, illud robur salutis*, ob quod suadet in iuuentute iugum Domini, non in senectute tollendũ, vnde ait: *Non solum tollere iugum verbi, sed in iuuentute debemus tollere, si enim serò tollamus, incipimus pœnitẽtiam superiorum magis habere, quàm tenere gratiam*. Puer ergo Samuel ex talibus erat, Deo confœderatus, ante quàm fœdatus, fructus erat præcox Deo libatus, antequam natus. Vnde quid mirum, si à Deo impensè dilectus, antequam eum sciret se illi priorem ostendat, ipsu dormiente, nilque laborante?

Parum est hoc: amplius quid dicam; non enim solus Deus talibus se spontè offert, sed illis negotia sua mandat, quod mirum, etiamsi pueri, & iuuenes sint; immo dolet validè, si ipsi quasi infirmi se excusent. Iuuenis erat Hieremias, & tamen dixit illi: *Prophetam in gentibus dedi te*, qui suammet admirans ætatem respondit: *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum*. Hierem. 1. n. 5. quasi

Hierem. 1 n. 5.

Deum corrigens, illi diceret, cur tantum iniungis puero munus, infantilique ætati? puer adeo sũ, vt loqui nesciam. At quid Deus huic obiectioni?

Ambr.

15. Deus cur puerũ Hieremiam ad onus elegit prædicandi.

Etiamsi verè, vt inquit Ambros. vbi suprà super illa verba, *in quo corrigit adolescentior viam suam: erat Hieremias ætate iuuenis: Noli dicere, puer sum, quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loqueris*. Mirũ; qualis Rex tantum puero negotium committeret? qualis humana prudentia? qualis discursus naturalis? nullus equidem, attamen diuina aptum iudicauit prouidentia ad tantum munus obeundũ Hieremiam, etiamsi puer, & iuuenis esset, & nil tale ipse de se cogitaret: cuius rationem, ni fallor, superius indicauit, antequam ei munus iniũgeret; nempe præmaturam eius ad ipsũ conuersionem; *Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua, sanctificaui te* præmaturè te elegi; & sanctificaui, & tu etiam ex parte tua meæ gratiæ cooperans, præmaturè etiam, & ante lucem ad me vigilasti: non mirum ergo si tantum munus tibi iuueni demando, quia tales ego quæro, & talibus me ipsũ offero, immo ante fores ipsorum ego assideo, quia de luce vigilauerunt ad me. Vnde ne dicas: *Puer ego sum, quia ad omnia, quæ mittam te ibis*. Quod eleganter etiam expressit Origenes, tẽpestiuam adnotãs Hieremiæ sanctificationem præ

Origen.

cæteris, vnde sic homil. 1. *Factus est sermo Domini ad eum, certum est, quia ad Hieremiam, quid dicit sermo Domini ad eum? præcipuum præ omnibus, quæ dicta sunt Prophetis, hoc enim ad nullum Prophetarum dictum inuenimus; Abraham Propheta nuncupatus est in eo, quod dicitur, Propheta est, & orabit pro te, & tamen non dixit ad eum Deus: priusquã te plasmarem in vtero, noui te, & priusquam exires de vulua, sanctificaui te, sed postea in extremo iam tempore sanctificatus est Abraham, quando egressus est de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, ex repromissione natus est Isaac, & tamen neque ad eum reperimus hunc esse dictum sermonem & quid me necesse est per singulos currere, Hieremias præcipuum inter cunctos consecutus est donũ.* tempestiuam nempe sanctificationem, & præ cæteris, vt sic dicam, eius ad Deum manicationem. Quid ergo mirum, si tempestiuè etiam ad munus vocatus prædicationis, si iuuenis, si puer, nam tales

Chrys. 16. Deus cur pueris delectatur.

Deus eligit, & de talibus delectatur. Cuius rationẽ eleganter expendit Chrysost. in Psal. 14. vbi sic: *Si nullus vestrum vult possidere seruum senem, quantò magis Deus vult adolescentiam, & nunquam intactam Virginem eam sibi iungit, vt eius vitæ primitias ambiat, ne quis eum inuentutẽ peccato exhauserit, languidam, & eneruatam senectutem virtuti reseruet, & vitæ acem temperet sapientia*, quasi repugnet hæc, quæ vinum est preciosissimum, quæ liquor suauissimus cum annosis, effœtisque se attemperare annis Hinc putas, iuueniles que ambit ætates; hinc annorum flosculos, vt puro se attemperent fonti; ob hoc equidem non mirũ videri debet, si nunc in Ecclesia Dei & iuuenes prædicent, &

17. In Dei Ecclesia cur iuuenes nunc prædicant & sacramenta administrant.

iuuenes à peccatis absoluant, & sicut Hieremias Dei habeant verba in ore suo; *Euellũt, & destruũt, dissipant, & plantant*. Maturè enim inceperunt, de luce vigilarũt, ab incunabulis, vt sic dicam, Domini fuerunt & antequam patrem, & matrem inuocare scirent, religiosi extiterunt.

Ob hoc etiam, & spiritu Prophetiæ repletus Daniel, etsi puer Dan. 1. n. 17. *Danieli autem dedit Deus intelligentiã omnium visionũ, & somniorum,*

Dan. 1. 17

sicut & socijs suis scientiam, & disciplinam in omni libro & sapientia: eatenus vt ipsamet scriptura dicat, *Quod omne verbũ sapientiæ, & intellectus, quod sciscitatus est ab eis Rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in vniuerso regno eius*: Et S. Ambr. vbi suprà inquit, *Quòd cùm*

Ambr.

puer esset, accepit spiritum, vt redargueret senes, ipse non senior longæuitate, sed gratia. Vnde ergo tanta illi sapientia? nisi quia, cùm adhuc puer esset, proposuit in corde suo ne pollueretur de mensa Regis, neque de vino potus eius, ob quod iustè super senes intellexit, qui sanctitate, morumque grauitate, ætatis præcurrit maturitatem: nam, vt inquit Ambros. vbi suprà serm. 19. *Præcurrit ætatis maturi-*

18. Iuuenis senex qui dici potest.

tatem quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadã continentia regit, feruoremque viuentis corporis in vna merum maturitate componit. Vigilauit ergo sanctissimus puer ad sapientiam, manicauit, vt sic dicam, ad eam, & illam omnibus præposuit Regijs diuitijs, opulentijsque, quid ergo mirum, si eam facilè adinuenit, & absque labore possedit?

19. Deus quibus deuincitur actionibus.

Nec quidem mirandum, Deum sic erga iuuenes propensum, qui à teneris illum requirunt annis, nã illæ actiones Deum obtinẽt, propensumque ad nos faciunt, quæ miræ, quæ raræ. quæ singulares, quæ tandẽ masculæ. vt sic dicã: præpotentior enim cum Deo vna est harum, quàm mille ex illis, quæ non miræ, nõ raræ, non singulares, non masculę, sed fœminæ. Enimuerò multa seruitia Deo Abrahã impenderat; sed nunquam illi Deus iuramento se obstrinxit, (quod magnum, quod maximum quid est) nisi quãdo filium suum immolauit. egrediẽti enim

Gen. 12. 13. à terra sua benedictionem illi Deus promisit, Gen. 12. n. 3. sed absq; ioramento: quod similiter simpliciter

20. Quando Abrahamo iurauit.

confirmauit post longas peregrinationes, largosque labores, similiter post deuictos Reges, post prælium gestum, post diuiuas repudiatas, trãsactis his, tantum illi simpliciter Deus indixit, vt timere nollet, quia ipse protector suus, *ac merces magna nimis*, Gen. 15. sed absque iuramento, absque pacto:

Ibid. 15. num. 1. at post filij oblationem, post tantam, taléque actionem, seruitiumque, iuramẽto se obstrinxit: *Per me metipsum iuraui*, dicit Dominus, *quia fecisti hanc rem*; (nota verba) *& non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi*, Gen. 22. n. 16. promiserat prius, sed simpliciter; promiserat, sed modo

Ibid. c. 22. n. 16.

ordinario, simplici verbo, vti Dei decebat maiestatem, nõ enim solent Reges iurare; indignum enim maiestate illud iudicant: at si aliquando illud faciunt, non nisi in grauibus. & cum paribus, & sibi similibus; com inferioribus enim numquam. Quis maior Rex, quàm Dominus, Deusque noster? iurauit tamen Abrahamo seruo suo, ac si esset eius par,

Ad Heb. 6. 13. & vt inquit Apost. ad Heb. 6. n. 13. *Quoniam neminẽ habuit, per quem iuraret, maiorẽ; iurauit per semetipsum.* Non equidem mirum, nam talis erat actio, quã præstiterat, tam vnica, tam singularis, tam Dei propria, vt videns illam Deus in Abrahamo, & veluti seipsum, ac sui parem eum æstimãs, iurauit illi: solius Dei erat dare vnigenitum suum; nullum hominum, vt sic dicam, æstimabat, nostroque modo intelligendi iudicabat Deus ad illam charitatẽ peruenturum: at quãdo experientia didicit esse in terris, qui illam præstaret, nõ hominem inferiorẽ, sed veluti sui parem ipsum ęstimans, iurauit illi, & totũ se illi deuinxit, *Vide quomodo in sermone se demittit*

Chrysost. *Dominus*, inquit Chrysost. hom. 45. in Gen. *per memetipsum iuraui, inquit, humana vsus cõsuetudine*, sie potens cum illo fuit vna talis, tamque singularis actio; deuincunt ergo Deum actiones singulares,

21. Iuuenis virtutis homo admiratione dignus.

actiones, vt sic dicã, heroycæ, & masculæ; quòd si hoc, quid tam præter ordinarium, præterque naturę cursũ, quam iuuenem, mundũ, diuitias relinquere, ac delitias. & à teneris se totum mancipare annis? *Certè admiratione dignũ est*, inquit idẽ Chry-

Idem

sost. hom. 50. in Matth. *vt in adolescentia diligens fulgeat moderatio, nam qui modestus est in senectute, cùm ætate plurimum iuuetur, non magnam sua modestia mercedem arbitror habiturum: illud verò mirum est, vt in fluctibus, & procellis tranquillitate fruaris, & in media fornace non ardeas, & in iuuẽtute nulla corrumparis luxuria.* Optimè quidem; senem mundũ relinquere, quando iam mundi, & eorũ, quæ mundi sunt plenus, atque in illis anima nauseat, non magnum, non mirum, non singulare: experientia enim didicit, omnia vana, omnia ad nihilum redigi, & nihil aliud superesse ex omnibus, nisi vanitatem, & spiritus afflictionem; at iuuenem hæc omnia relinquere, & spernere, cui arridet ipse mũdus, quem inuitat honoribus, diuitijsque pellicit, illum spernere, calce eum abijcere, Dei seruitio se mancipare; hoc mirũ, & maximũ: ad quod Deus respiciens, cùm tales actiones illum deuincãt, ideo illico se illi dat, se illi demõstrat: ex quo fit, vt non multum tales laborent ad illum inueniendũ, imò assidentem in foribus reperiant suis, *Quia*, vti inquit noster Sapiens. *de luce vigilauerunt ad sapientiam, ideoque labore illam inuenerunt.*

HOMILIA CXVIII.

Labores in acquirenda Dei sapientia tolerati, non labores, sed quasi labores.

QVi de luce vigilauerit, non laborabit, inquit noster Sapiens; & verè. labores enim, qui ad acquirendã Dei sapientiã sustinentur, verè labores nõ sũt, sed quasi labores; quod miseri nõ intelligẽtes peccatores putãt plenos sapiẽtiæ seruos esse laboribus, tristissimãq; ducere vitã, ac prorsus seruilẽ.

Enimuerò cùm Iacob clam à Labani domo fugeret Gen. 31. n. 28. secũ suas ducẽs vxores, quæ per- *Gen. 31. 28.*
libẽtissimè sic illũ sequebãtur, vt domus, soliq; patrij derelictionem in delicijs haberent; insanus tamen pater, ac peccator, vt captiuas illas æstimabat, & captiuas gladio; sic cũ Iacobo quærulans; *Quare ita egisti, vt etiã me abigeres filias meas, quasi captiuas gladio?* perbellè: vxores erant. & dominæ, libẽter egressæ, & voluntariè, cũ viro amantissimo cõuiuebant, & captiuas hic eas æstimabat. Non mirũ, quia suo sẽsu loquebatur, captiuus enim ipse fuisset & vti captiuũ se æstimaret, si à domo, si à delicijs, si à diuitijs discederet, sicque sũmos, validosq; se perpeti diceret labores, vnde non mirũ si similiter de filiabus iudicauerit. At licet impiè, maleq; cogitasset, propriè tamẽ etsi nesciens, est locotus: nã equidem nõ dixit: *Captiuas gladio*, sed *quasi captiuas*, nam verè nõ captiuæ, sed quasi captiuæ: videbãtur adsportari velut captiuæ, nõ tamẽ erãt, sed dominę, sed vxores, sed in delitijs habitæ; vnde labores illi, derelictionis scilicet domus, itineris, viriq; sequelæ, nõ verè extabãt labores, sed quasi labores. Quod perlucidè dixit Aug. in Ps. 48. in illa verba: *Verũtamen Deus redimet animã meã de manu inferi cũ acceperit me*, vbi postquã dixit in hac vita nihil aliud superesse, nisi laborem, pressurã, tribulationẽ, *Hic ergo quid? ait, labor, pressura, tribulatio, tẽtatio, nil aliud speres*, tamen gaudẽdum asserit, *in spe futura*, iuxta illud dicti Apost. 1. ad Cor. 6. *semper autem gaudẽtes.* Quòd quomodo sit possibile semper in tantis gaudere tribulationibus, respõdet, quia sãctorum mœstitia in istis non est vera mœstitia, sed quasi mœstitia, non vera tristitia, sed quasi tristitia. Ob quod Apost. dixit: *Quasi tristes, sẽper autẽ gaudentes*, sicut ẽ cõtra lætitia, vera lætitia est, verũ est gandium, *Tristitia nostra habet quasi*, inquit sanctus, *gaudiũ nostrum nõ habet quasi, quia in spe certum est, quare tristitia nostra habet quasi, quia sicut somnus transiret, & dominabuntur recti in manè, nouit enim charitas vestra, quia qui somniũ indicat addit quasi, quasi dicebã, quasi loquebar, quasi prãdebam, quasi equitabam, quasi disputabam, totum quasi, quia cùm euigilauerit, non inuenit, quod videbat, quasi thesaurum inueneram, dicit mendicus, si quasi nõ esset, mendicus nõ esset, sed quia quasi erat, mendicus est, itaque modo qui ad lætitias sæculares oculos aperiunt, & cor claudunt, transit quasi eorũ,*

1. Peccator vt falso iudicat de Dei seruorum vita.

August.

2. Quomodo & cur in tribulatione gaudẽdum.

& veait verum ipsorum, quasi ipsoram, felicitas est sæcali, verum ipsoram pœna est; nostrū autem quasi, tristitia est, gaadium nostrum non est quasi. Non enim ait Apostolus, qaasi gaudentes, semper autem eristes, aut quasi tristes, & quasi gaudeates, sed ait: quasi tristes, semper aatem gaudentes. Nil melius. Quod confirmat prosequens sanctus eadem Apostoli doctrina, *Quādo, ait, sicut egentes, multos autē locapletaates, quasi ail habeates, & omnia possidentes, cùm hoc diceret,* inquit sāctus, *aihil habebat Apostolus, omnia sua dimiserat, diuitias nullas possidebat, & tamen ipsum nihil habere, quasi Apostoli erat, qaasi egebat, non autem qaasi, sed verè multos ditabat, quasi nihil habebat, non autē quasi, sed omnia possidebat, vade verè omnia possidebat, quia omnium creatori adbarebat.* Quid pulchrius dici potuit? paupertas Dei seruorū non est paupertas, sed quasi paupertas, quia omniū creatori, qui sūmè diues est, adhærent. Sic tristitia, non est tristitia, sed quasi tristitia, quia summo gaudio coniunguntur.

Chrys.

3.
Nil hilarius sanctis quam pro Christo pati.

Pulchrè Chrys. hom. in martyres Ægyptios, to. 6. *Non enim est,* inquit, *non est, inquam, anima quidquam bilarius, qua digaa est habita pro Christo pati quidpiam eorū, qua nobis grauia, & iatolerabilia videntur.* Optimè equidē, nobis grauia vidētur, qui carnales, sanctis leuia, quia spirituales Labano filiarum vita, vti captiuatum, quia carnalis homo: at filiabus non nisi ingenuarum, quia labores, quos patiebantur, non veri erant labores, sed laborum vmbræ, & figmenta.

4.
Labores pro Dei sapientia sūt veluti figmenta, & cur.

Figmenta dixi, & verè, patebit enim, si cū mundi laboribus, si cum eiusdē præceptis cōparemus, nam licet in Dei præceptis sit affixus labor, tamen non sic atque in his, quæ mundi, labor quippe est, sed ad optimū finē intentus, labor, sed tantis cōsolationū adminiculis circumdatus, vt labor amplius dici nō possit, sed laboris figmentū: Non sic autē mundi labor, imò & labores, quos in præceptis suis mundi effingunt Principes; præcipiunt enim isti, oneraq; imponūt, non nos, sed se respiciētes, non bonū nostrū, sed suū, præcipiunt, non vt nos alleuient, sed vt onerēt, potestate vtuntur, vt nos supplantent, nō vt ducāt: quare eorū sedes nō sanctitatis, sed iniquitatis dicitur, quia vt plurimū iniquitatis præcepta ab ea emanāt. Quod cōsiderans Regius Psaltes, ne quis se decipiēdo, talē etiam Dei sedē æstimaret, dum laborē in suis figit præceptis, pro Deo stans Ps. 93. n. 11. ait: *Nūq; qd adhæret tibi sedes iaiquitatis? qai fingis laborē ia præcepto?* vbi notandū, quòd verbum *fingo*, nō stat pro simulare, & effingere, sed pro formare, & veluti imprimere & affigere laborē, vnde sensus: numquid ne iniquus eris dñ præcepto tuo affingis, siue affigis, imprimis, & formas laborē, sicut faciūt cæteri Reges, qui iniqui sunt, qui præceptis iniquis, peruersisq; populū edictis diuexāt? vel, vt Campens. ait: *Numquid commane tibi quidquā erit cū solio, & potestate tyranni, qui struit calumniā iasontibus, idque suo more, & tāta calliditate, vt legitimè illud facere videatur,* vnde Hebr. habēt, *qui afflictionē fingis prætexta legis*: nō ergo, inquit Dauid, eris tu, sicut illi, iniquus, licet laborē ponas in præcepto tuo, quia illi ad perdēdum præcepta fingunt, laborēque in illis absque vlla emolumentorū cōsolatione, vnde & sequitur, *Captabāt in animā iusti, & sanguinem innocentē condemnabunt,* captabunt, hoc est, venabuntur, & prædam capient fraudibus, ac dolis sanguinē condemnantes innocentē, illum ipsi ebibentes, ac potantes, ob quod impij in præceptis suis, iniqui in sua sedētes sede, labores in præceptis figentes. At Deus non sic, nā etsi figit laborem in præcepto, tamen tantis hic idē labor circumdatus est emolumentis, talique consolatione diffusus, vt nō labor amplius, sed quasi labor videatur, ad quod insinuandū antea dixerat, *Secundùm multitudinem doloram meorū in corde meo consolationes tua lætificauerunt animā meam*, vel vt Hebr. habet, *in multitudine cruciatuum meorū internorū, solatia tua reficiebāt animam meam*, quasi diceret Dauid, ideo tu non iniquus es fingēdo in præcepto tuo laborem; quia iuxta hunc est consolatio tua, ita vt iam labor nō sit, sed quies, vt sic dicam, sed fruitio, sed quasi laboris vmbra, nam Dei consolatio eiusmodi est naturæ, vt etsi in tribulatione, etsi in necessitate aliquis sit, nec tribulationem sentit, nec necessitatem percipit. Mirum, Ioan. 4. n. 18. vt hydriam suā relinqueret Samaritana illa, quæ ad hauriendam venerat aquam, sitibunda, sitis, aquæque oblita. Pulchrè Rupert. hîc huius rei reddit rationē dicens: Sitim non explesse, aquamque non hausisse Samaritanam, quia non amplius sitim, non amplius aquæ penuriam sensit, præ aquæ gaudio viuæ, quam inuenerat, *Continuò,* inquit, *sitim suam, propterquā venerat haurire aquam, pra gaudio aqua viua, quam inuenerat, oblita est.* Nil melius. Quare etiam affirmat sanctus, martyres tormenta sustinuisse, mortēque appetijsse, quia ob diuinam dulcedinem, non solum cupiditatum, sed propriorum immemores erant corporum, *Ex dulcedine diuina fiebat,* inquit, *vt non solā cupiditates abiectas rursus liberè non appeterent, sed & ipsa animarum vasa fictilia, id est corpora sua penitus addicerent.* Quare Deus non iniquus, etiamsi labores in præceptis figat suis.

Ps. 93. 11.

6.
Deus iustus etiamsi laborem posuit in præceptis, & cur.

Campens.

7.
Principum sedes cur iniquitatis dicatur

A

8.
Dei consolationis vis.

Ioan. 4. 18

9.
Samaritana cur hydriā reliquit.

Rupertus.

B

10.
Martyres cur sic libēter tormēta sustinebant.

At non sic mundus, qui labores dat, sed absque consolatione, labores immittit, sed absque requie: Audi Hier. 16. n. 13. *Seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem*, Dijs alienis, hoc est gentibus Deos alienos colentibus, sic D. Thom. & Rabbi Dauid, & Selo, hoc est, sæcularibus Principibus, qui non dabunt vobis requiem die, ac nocte, neque somnum ad refocillandos artus præbebunt, nonne sic, noctu magis laborant peccatores, quàm die, & ita laborant, vt nullum iumentum, vel vt sic dicam, nullus asinus, tanta sustineat, ac ipsi: falsa miseri decepti imaginatione fallacis boni, falsæque requiei, quam apprehendunt.

Hier. 16. nam. 13.
S. Thom.

C

11.
Peccator iumentum mundo feronera portat grādia.

Issachar asinus fortis, dixit Iacob. Gen. 49. n. 14. de filio suo, seu vt Hieronym. vertit, *asinus osseus*, sic dictus, ad denotandam grandem, extremamque eius fortitudinem: nō enim videbatur carnem, sed tantum ossa habere, vnde asinus osseus, hoc est fortis, & robustus; At videamus ad quid tātum robur? *Accubans inter duos terminos vidit requiem, quòd esset bona, & terram quòd optima.* Peto quomodo vidit requiem? visus enim non percipit requiem, intellectus enim est, qui requiem apprehendit, sic est, sed loquitur sensu malorum, vidit namque terram optimam, eamque tantum videndo, apprehendit requiem se ex ea possessurū, vnde in illa stetit, & accubuit: non amplius progredi curans, nec militare, & dum accubaret, requies, quam inuenit, fuerunt onera ita grauia, vt totum illud robur necessarium fuerit ad illa sustentanda, vnde & sequitur, *Supposuit humeros suos ad portandam, factusque est tributis seruiens.* En quam peccatores dicūt requiem onera, & tributa, defatigationes, & labores, ne mireris, quia iumenta sunt, & ideo asini dicuntur, falsa æstimatione decepti.

Gen. 49. 14.

D

12.
Quam appellat requiem.

Enimuerò semper plus admirari libet admirandū illud populi Israelis factū, Regē à Samuele petētis, dum

13. Populi Isfaelis stultitia in petēdo Rege expēditur. 1. Reg. 8. num. 5.

dum ita mente capti, & iudicio prorsus priuati existebant, vt semel apprehēdentes feliciter se sub Regis victuros vmbra, nihil cū illis profecit ius grauissimum Regis, & regni, quod illis proposuit Dei mandato ipse Samuel 1. Reg. 8. n. 5. *Constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut vniuersa habeat nationes:* dixerūt isti ad Samuelem; cuius petitionis causa ea erat, vt filiorum declinarent auaritiā Samuelis, iuxta vias patris non ambulantium: *Non ambulauerunt filij illius,* inquit scriptura, *in viis eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudiciū.* Quod malum vt declinarent, petierunt à Samuele Regem, æstimantes melius se sub Rege deuictuos, & non amplius mala passuros, quasi Rex futurus, non esset futurus homo, nō futurus malus. Quam deceptionem volens Deus sua benignitate vitare, antequam eis cōcederet Regem, Samueli mandauit, vt ius Regis eis prædiceret: *Verumtamen contestare eis, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus est. Videamus ergo,* inquit

Greg.

Magn. Greg. lib. 4. in Reg. *stultæ audaciæ hominis quàm digne respondit pia dispensatio conditoris, iura hominum proponuntur contemnentibus iura Dei, & his, qui mitia, & salubria diuinitatis consilia spreuerat, dura, & importabilia humanæ seruitutis onera prædicuntur, vt ex his secum rationem facerent, quàm intolerabilia essent imperia hominis eis, qui non tam imperantis, quàm monentis Dei ne id peterent, consiliis obedire noluissent: Filios tollet,* inquit eis sanctè Propheta, *& miseræ seruituti adiget, filias etiam, agros, oliueta, & optima tollet,* & nō suo vsui, minus enim malum hoc esset, *sed dabit ea seruis suis:* nihil hoc æstimatunt, *segetes & vinearū reditus addecimabit,* adiecit, *vt det Eunuchis,* semiuiris, pænè nihil Reipublicæ seruientibus. nihil proficiebat Samuel, *seruos, ancillas, iuuenes optimos auferet, & ponet in opere suo, greges addecimabit, & tandē ipsi vos eritis ei serui.* Nil minus, Regē petebant, quā æstimationē cū vidisset Samuel, proslpiciēs nihil profuisse, neque eos terruisse quòd Rex futurus filios filiasq; tolleret, agros, oliueta, & optima, segetes vinearūque reditus, & fructus, ancillas, seruos, & famulus, ne eis superesset, qui ad colligēdos fructus adiuuare possent, & tandē ipsi essent seruos futuros, cùm enim omnia hæc nō sufficerēt, vltimū adiecit, terribile putās hoc vnū suffectutū, effecturumque, quod cætera nō effecerunt, & sic adiecit: *Et clamabitis in die illa à facie Regis vestri, quē elegistis vobis, & nō exaudiet vos Dominus in die illa.* O magnum malum, & omniū, quæ prædixerat, maximū! cætera enim alia tolerari poterāt, quatenus erat spes euadendi ab eis, sed præcludere spem, & intimare, quod nequaquā amplius Deus à tātis illos eriperet, esset malis, etiāsi clamassent ad illum, sed perpetuò sub ipsis victuros, semperque illa duratura. Hoc, vti diximus, magnū, maximūque erat malum, & tamen responderunt: *Nequaquā Rex erit super nos.* Quis vnquam talem vesaniam audiuit aut vidit? ne miteris, absque iudicio sunt, malum bonum dicunt, perturbationem, quietem, iugum Dei spernunt ob iugum hominum, siue vt melius dicam, putant suauius iugum esse hominum, quàm Dei, & ideo commutare illud intendunt, miseri à falsa sua decepti æstimatione: *Habent corda carnaliū,* inquit Grego.

Idem.

14. Peccatores cum integrā habent rationem, cur

vbi suprà, *temeritatē ex incremento audaciæ, habent duritiā ex simulatione rationis, ex temeritate quidē facile agenda deliberant, sed quia quod malè proponūt aō intelligunt, meliorū consiliis adiuuari nō possunt.* Nil melius, simulatā habent mali rationem, nō

A veram, fictam, non solidam, vera nō percipiunt, falsa tantum intelligunt: hinc in malū obstinatio, & bonorum inperceptio cōsiliorum. Malum filiotū Samuelis cōsidera, vnum erat, *munera accipere,* malū equidem, sed erant tandem munera à libera oblata voluntate, nō vi extorta, erant ea munera, quę quisque offerre, nō ea quæ filij volebant Samuelis, erāt munera ex superfluis, vt sic dicam, non ex substantialibus, at quæ Rex ab eis ablaturus, ex substantialibus, & non ex superfluis futura, erant & per vim rapta & nō spōtè oblata, & non solum res eorum, sed filios, filiasque, & tandem ipsosmet, qui illum petebant, & iugum: *Quis sapiēs nō attendat,* inquit idē sanctè vbi su. *quia nequius sit publica violētia, agros, & vineas tollere, quàm vt acciperent munera prætextu veritatis iudiciū permutare, hac culpa quadā verecundia tegitur, pudore obumbratur, culpa verè illa tanto aequior cernitur, quāto manifestius, atque*

consilijs non acquiescunt.

B *atrocius perpetratur.* Et tamē iugum Dei commutare volūt cum iugo hominum, & licet multa mala audissent eis superuentura, Deū nō audierunt rectè eos admonente; quid ergo mirum, si nec Deus postea eos exaudiuit clamātes. Tremēdè Greg. hic, & verè super hæc verba: *Et clamabitis,* ait, *diuino siquidem iudicio cum eis agitur, vt qui noluerunt mala vitare cùm possent, non possint vitare cùm volūt, & qui sponte incurrunt mala præcognita, fugere non possint experta.* Nil verius. Quod sæpe, vt hoc dicā, in illis, qui semel peccare incipiunt, experimur, licèt mala præuideāt futura, peccāt in spe euasionis, peccāt in spe futuræ mox cōuersionis, quā proponunt, nil passione oppressi de malis curātes futuris, quę eis inspiratio suggerit diuina, hīc miserrimè fit, vt peccare incipiētes sic iusto Dei iudicio illaqueentur, vt

15. Quādo mala etsi cognita non curant, expetita postea vitare nō possunt.

16. Peccare incipientes cur in peccato sistunt etsi surgere desiderent.

C quia spōtè in mala præcognita incurrerūt, experta, etsi velint, non possint fugere, & infelicissimè sēper cadant, surgere cupientes, sed sub occasionis onere pressi nullo modo eā vitare valentes, quia primo libēter se illi tradiderūt. Sic miseri isti præcognita Regis onera nō curarunt, meritò experta nō vitarunt, & dum iugum Dei suaue abiecerunt, iustè in durum inciderunt. Confer, quæso, labores cum laboribus, iugum cum iugo, seruitutem cum seruitute, confer dolores, quos passuri erant sub Rege, cū illis, quos patiebantur sub Deo, & luce clarius videbis, quod dolores, laboresque isti non verè respectu illorum dici possunt, sed quasi labores, quasi dolores.

Sed agedum, consideremus, quæso, in praxi labores, quos patiuntur, qui dominis seruiunt carnalibus, consideremus enim istos in vno illo homine, qui in dictis suis minimè falli potuit: in sancto scilicet Iacobo, de quo sępe etiam, & alibi mentionem

17. Iacob quos labores pertulit in domo Labani. Genes. 31. num. 31.

D fecimus: & videamus quos labores ipse in seruitio pertulit Labani, & tamen auūculus erat illius. Gen. 31. nu. 31. *Die noctuque æstu vrebar, & gelu,* inquit, *fugiebatque somnus ab oculis meis, captum à bestia non ostendi tibi, quisquid furto peribat, à me exigebas:* En quales labores, en quale seruitium, en qualis vita, requiē nō habebat nec per diem neque per noctem, sub dio permanebat, siue sol torrebat, siue nox gelu terrā replebat, & quod maius erat, si casu, si forsan post talem, tantamque diligentiam aliquid deperibat, ipse luebat, ipse damnum resarciebat. *Captum à bestia non ostendi tibi, ego damnum omne reddebā.* En qualis vita, quale seruitiū in domo Labani, en quales Iacobi labores, & tamē auunculus, quid si fuisset extraneꝰ? quid si inimicꝰ? quales ergo erunt labores eorū, qui mūdo, carni, & diabolo seruiunt, cum quibus bellum proclamatum est perpe-

tuum? Confidera quæso, illos, & confer eum laboribus, quos serui Dei in eius sustinent seruitio, & videbis quomodò non labores, sed quasi labores dici possunt: non expetit quidem Deus somnum, immo illum seruo suo custodit: audi in Canticis 2. num. 7. *Adiuro vos, ne euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* Non vult vt peccator soluat peccati pretium, ipse soluit: *attritus est propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus,* Isa. 53. nu. 7. Quid ergo? nonnè verè non sunt labores, quos in Dei seruitio patimur, sed quasi labores? sic vndique consolationibus referti, sic vndique medullitus intus dulcedine saginati.

18. Deus quàm leue postulat à seruis suis seruitium.

Cant. 2. n. 7.

Is. 53. 7.

Fugientem hunc eundem Iacobum fratris iram, è domo egressum paterna, à cura emandatum patris, in suam Deus recepit: at carnis sensu, quàm durè, non enim inuenit ibi, vbi quiescere posset, præter lapides. Genes. 28. num. 11. Quis non diceret verè labores sustinere Iacobum? at si somnum attendas, si visionem, si locum, inuenies lapides illos dulciores quouis puluinari. Quod cõsiderauit Hieronymus, de consol. ad Iulian. ep. 34. tom. 1. *Iacob ditissimi patris filius,* inquit, *solus, & nudus in solo baculo pergit in Mesopotamiã, iacet lassus in itinere, & qui delicatissimè à Rebecca matre fuerat educatus, lapide ad caput, pro puluillo vtitur:* at sequitur sanctus, *Vidit scalã à terra vsque ad cælũ, & ascendentes per eam Angelos, & descendentes, & desuper innitentem Dominum, vt lapsis manum porrigeret vt ascẽdentes suo ad laborem prouocaret aspectu:* Nil melius. Expauisti lapides, cõsidera Angelos, horruisti terreni durissima soli, attende scalã è terra iustum subleuantem: admiraris pauperiem, respice diuitiarum, cælorumque Dominum scalæ innixũ, suos ad laborem animantem: ad quæ respiciẽs, non equidem lapides illos dicas, sed quibusuis puluinaribus meliores, non lapides, vt sic dicam, sed panes. At contra mundus, & diabolus, lapides porrigit veros: immo lapides pro panibus, iuxta illud Math. 4. n. 3. *Dic vt lapides isti panes fiant:* bellè. Cur famelico non porrigit panes, sed lapides? stultus, ad tentãdum properat, vt gulæ vitio peccet, ad famelicum, esurientemque accedit. & non panes, sed lapides porrigit. vnde illi tãta dementia? Duabus dicam rationibus: prima ex innato eius contra nos petita odio, si lapidib⁹ nos decipere potest, ne speres panes: sic nos odit, sic nos abhorret: secunda verò ex eius impotentia, lapides porrigit, quia ipse panes illos efficere non potest, à te expetit, vt panes eos facias, vt scilicet, etsi dura præcipiat, si impossibilia, si grauia, si laboriosa, innumerisque plena ærumnis, tu ea vt panes comedas. & facias eos panes, non equidem delectationis, sed sustentationis, quia te sic volente, illis sustentaris, at non in illis delectaris; *Mitte virum istum in carcerem,* impius mandauit Achab de sanctissimo Propheta Michæa. 3. Reg. 22. n. 27. *& sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ,* hoc est, vt inquit Lyra, *pane sic exiguo, vt tantũ ad alimentũ seruiat, & non ad delectationẽ,* Vt virtutẽ reseruet ad amplius patiendum, non ad lætè conuiuandum, vt tandem eum præseruet, nõ vt viuat. sed vt per me occidatur, *quando reuertar in pace.* Iurarem ego ob dicta, panẽ impium istum Michææ præbiturũ, cũ sciret eius esse inimicum, vnde nõ panem ei offerre, sed lapides intentabat: at quia eis sciebat viuere nõ posse, panes porrexit, sed lapidibus duriores, tribulationis nempe, & angustiæ. Sic mũdus, sic diabolus pro panibus lapides porrigit etsi aliquãdo panes lapidibus ipsis duriores, cõsolationes præbet, ne deficias, at sic mœroribus circumseptas, vt panes sint tribulationis, & angustiæ, & illas præbet, non vt delicieris, sed vt moriendo viuas ab ipso postea occidendus. At Deus non sic, ex lapidibus panes facit, ex laboribus consolationes, sic nos amans, sic nos diligens, vt etiam dans lapides panes porrigat, ex quo fit, vt etsi labores conferat, panes consolationis simul porrigat: vnde labores non sunt veri labores, sed quasi labores.

Gen. 28. n. 11.

19. Euam dulciter succurrit Iacob pro se laboranti.

Hierony.

Math. 4. num. 3.

20. Diabolus cur lapides pro panibus offert.

3. Reg. 22. 27.

Lyra.

Sed agedum iterum, pensitemus hoc alia ratione Dei labores cum mundi laboribus comparando: nam etsi laborando, & mundo seruiendo spes mercedis esset, licèt tam durè, crudeliterque seruitium exposceretur, certè aliquando solatium inter tam miseras esset ærumnas, sed quid? non solum non merces, sed multoties persecutio pro mercede accipietur, multoties exitium pro præmio. En Iacob, quem è domo Labani excedentem persecutus est ipse Laban, cum cæteris fratribus suis, ita vt nisi Deus pro Iacob stetisset, & rem, & vxores, & filios, immo & vitam ei ademisset, vt supra diximus, *Nisi Deus Patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses.* O quoties hoc euenit: vt post multa annorum curricula, in quibus quis mundo, & Principi alicui seruiuit, nihil ei amplius ex illis supersit quàm persecutio, inimicitia, destructio, nuditas, quid dico? exitium, confusio, strages. & hoc sæpe in historiis legimus, immo & nunc præ oculis habemus, quando hæc dicimus, cogitamus, & scribimus. Ad quid ergo vetera indaganda, si noua, & recentia videmus? Percurre Germaniam, Galliam, Hispaniarumque regna, perpende quæ hisce temporibus, quæ hoc anno, scilicet 1621. Aulæ familiaribus, & Regum primatibus, seu, vt vocant, priuatis euenerint, vide bis luce clarius, quæ dicimus, quæ scribimus: perpendes nil eis amplius ex vniuerso illo suo superfuisse seruitio quàm labores, carceres, expoliationes & exitium. Vnde enim hoc tantum malum? ex insita talium conditione dominorum, non enim solum retributionem non conferunt, sed tandem ruinam: nisi adsit miraculum, nisi Deus ipse descẽdat, vt sic dicam, impediatque calamitatem, vti ruinã præcauens Iacob à Labano inferendã, interminãs ei præcepit: *Caue, ne quicquam asperè loquaris contra Iacob,* quod si non fecisset, miserè post tales tantosque labores periisset Iacob. Cõfer ergo nunc per Deum hos labores cum illis, quos Dei serui patiuntur, & videbis quomodo non labores, sed sint quasi labores: quem enim vacuum mercede dimittit Deus? aut quale seruitium, etsi minimum, nõ remunerat? *Quis est ex vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meũ gratuito?* dixit per Malach c. 1. n. 10. omnes remunerat, omnibus dat, & affluenter, immo & superabundanter, *Mensuram bonã, confertam, coagitatam, supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Luc. 6. n. 38. Pondera singula, & cõfer cũ præmio mundiali, & videbis, qualis laborũ finis eorũ, qui mundo seruiunt, & qualis eorũ, qui Deo, *inuenietis pullũ ligatum, soluite & adducite,* dixit Dominus noster discipulis suis Luc. 19. n. 30. Ergo finis Dei est soluere pullũ, hominũ ligare, Dei, præsepe præparare, hominis, destruere, Dei, pullum saginare, hominis descedere. O quam eleganter hoc dixit Athanas. in sermon. super illa verba, Math. 21. *inuenietis pullũ,* dũ illa cõsiderat quæ discipulis Iesu pullũ soluẽtib⁹ dixerũt domini eius: scilicet, *cur soluitis pullũ* põderat enim S. Pater dominos pullũ habuisse ad eum ligandum, non soluendum, ad eum

21. Mundus suos non remunerat, immo insequitur.

22. Ferdinãdus Imperator carcere obstrinxit Cardinalẽ Ghisellium sũmũ Rodulphi prædecessoris sui amicũ. Ludouic⁹ Rex Franciæ occidit Conchinũ Marchionem de Anchre, admirallũ, qui Franciæ tũc dominabatur, rem eius, & vxorem decapitauit. Philippus, Hispaniarũ Rex è domo, & curia Ducẽ amandauit Lermensem Cardinalem omniũ quos vnquam fuerunt priuatorũ Regum, maximum.

Malach. 1. num. 10.

Luc 6. n. 38.

Athanas.

opprimendum, non exonerandũ, ad eum tandẽ defatigãdum, non subleuandũ, & ad hæc non vnũ eius esse dominũ, sed plures; *Qualis igitur est hic pullus,* ait, *qui non vnũ dominum habet, sed plures, nonnè si mente præditus esset sufficeret, etsi vnus dominus assideret, nunc autẽ cõplures sunt eius domini, & nullus eorũ negotia obit, nemo eorum abscedit, imo nullũ illis opus in manibus, omnes pariter non in aliud occupati sunt, quàm vt asellum in binio alligent, asinus interea præsepe non habet, diuersorium non habet, non est qui in forum descendat, id tantummodò agitur, vt pullus vinciatur.* Nil melius, & quod, si rectè res expẽdatur, quod agitur, quod experimur, ad vnguẽ declarat, exprimitque: hoc vnum mundo, hoc vnũ dæmoni, & carni intẽtum, non quomodo hominẽ soluant, sed quomodo vinciãt; hoc enim etiã Principibus negocium, quomodo subditos alligẽt, submittant, obstrictisque catenis circũdent, non quomodo soluant, exonerentque; mirum, negocia non obeunt, vt inquit Atha. otiosè viuunt, nullũ opus in manibus, ad hoc vnũ tantũ intendũt, quomodo pullum alligent, quomodo oneribus, tributisque premant, nullum pullo diuersorium parant, nullũ præsepe, immo tollunt, si possunt, non mirandũ postea si fame, inediaque consumptus miser obijt: confer nunc labores cum laboribus, & attendes, quòd Dei non labores, sed sint quasi labores.

23. Principum intentum populos ligare non solacre.

At dices, quòd licet verum hoc, tamẽ quòd ardua, quòd difficilis est perfectionis semita, ad quam ascendendum, quodque Deus cũ in summitate adstet scalæ, ad illam diffidis altitudinem ascendere, vnde licèt labores, qui ad Deum virtutemq; acquirẽdam sint quasi labores, tamen te ipsum considerans non audes hos ipsos tolerare, quia indignus es vt ad talem tantumque statum ascendas.

Optimè quidẽ, negare enim nõ possum altissimũ esse perfectionis statum, & in summitate scalę Deũ sistere, sed cũ hoc velim scias, quòd etiã ex hac parte facillima est Sapientiæ semita, & quòd parum, aut nihil, vt sic dicam, ad eius laboratur acquisitionem, vnde etiam ex hac parte sunt quasi labores, qui ad eam tolerantur obtinendam.

24. Sapientiæ acquisitio omnibus facillima & cur.

Proqua re adnotandum, omnibus ita diuinam sapientiam se ostendere, vt qui ad illã non valent ascendere, ipsa ad illos descendat, facta minima cum minimis, magna, & alta cum magnis: non potes ad excelsa ascendere, descendet ipsa, cum tua se adaptabit paruitate, sic 4. Reg. 4. n. 34. *Incubuit Eliseus super puerũ, posuitque os suum super os eius, & oculos super oculos eius, & manus super manus eius, & incuruauit se super eũ, & calefacta est caro pueri.* Calorem accepit puer frigidus, qui cùm ex se non posset pertingere ad magnitudinem Prophetæ, attigit illã ex incuruatione illius: sic etiam debilis es, attingere non potes neq; ascendere cum Apostolis, *ad montẽ excelsum valdè,* vt Deũ transfiguratũ videas, descendet ipse de mõte & Apostolus etiã eris, licèt non dignus fuisti talis ascensionis, talisque visionis, licèt in domo tua maneas, & Apostolicã vitã non teneas, in tua domo te repetiet Deus, vsq; ad illã se humiliabit, & spiritu suo te replebit, immo explebit.

4. Reg. 4. num. 34.

25. Dei bonitas in hominis salute procuranda quanta.

Num. 11. num. 26.

Mandauerat Deus Moysi Num. 11. n. 26. vt secum accipiens ex senioribus adduceret illos ad tabernaculum, ad hoc vt spiritu eos repleret suo: *Congrega tibi septuaginta viros, quod tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri, & duces eos ad ostiũ tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecũ, vt ascendant, & loquar tecum, & auferã de spiritu tuo, tradamque eis.* Inter istos autem duo fuerunt, qui in castris remanserunt, siue ob humilitatem, vt vult Lyra, & Theodoret. siue ob alias suas necessitudines, vt alij: *remãserunt autẽ in castris duo viri, quorũ vnus vocabatur Eldad, & alter Meldad.* Quia ergo remanserunt, & ad tabernaculum egredi nõ valuerunt cum Moyse, & alijs, numquid super eos Deus non descendit? numquid ipsi etiam non prophetarunt? nũquid vsque ad eorum domos Deus fortasse nõ peruenit? *Et descendit & impleuit,* inquit scriptura, *requieuit super eos spiritus Domini, nã & ipsi descripti fuerunt,* & etiam ipsi prophetarunt in castris, & in domo sua, sicut alij extra castra. De qua re pulchrã S. Pater Cyril. Hierosoly. Cath. 16. affert rationem, dum agnoscit mysterium in eo quod spiritus descensurus, non ex largitione pendebat humana, sed diuina, non ex Moyse, sed ex Deo, forsitan si ab humana, illos dereliquisset, aut morositate impedita, aut paruitate detenta, at quia Dei largitio extat, nec hominum morositas, neque eorum paruitas detinere eam potuit quin ad eos non efflueret, ad ipsosque non ingrederetur, etsi ipsi ad eum non egressi: *Sexaginta tantum, & octo aderant,* inquit S. Pater, *Eldad, & Meldad aberant, vt igitur ostenderet nõ Moysem esse largitorẽ, sed spiritũ operantẽ, Eldad, & Meldad vocati quidẽ, sed non occurrentes Prophetabãt.* Pulchrè: Deus erit, qui spiritum effundet, non homo ideo si semel vocat, etsi tu non vales, ipse valebit, & si tu ex tua egredi non potes domo, ipse ad eã accedet, vt te sanctũ, vt te perfectum faciat, domũ, parentes, diuitias relinquere nõ potes, infirmus, & occupatus es, distractus in pluribus, ad mõtem conscendere non vales, ne diffidas, descendet Deus, & perfectum in hoc ipso statu te faciet: tantum tuam obserua stationem, & satis erit.

Lyra. Theodo.

26. Deus cur descẽdit super Eldad & Meldad etiã si in castris remanserant.

27. Eius liberalitas quàm differens ab hominum liberalitate.

Enimuero dum Dauid Amalechitas persequeretur, qui vxores, & filios, filiasque eius tulerãt, captiuasque duxerant, inquit scriptura 1. Reg. 30. nu. 10. *Quod ducenti substiterant, qui lassi transire nõ poterãt:* Quos tamen reliquit ipse Dauid in sarcinarũ custodia, numquid ergo, quia substiterant, lassique Dauid sequi non poterãt, vacui mercede, vacuique præmio? minusque Principi affecti, & accepti? immo sic accepti, vt contrariũ æstimans nota pessimi à scriptura inuratur, *Respondit que omnis vir pessimus, & iniquus, de viris, qui ierant cũ Dauid. Et dixerunt, quia non venerunt nobiscũ, non dabimus illis quicquã de præda, quã eruimus, sed sufficiat vnicuique vxor sua, & filij.* Tale enim erat istorũ iudiciũ: iudiciũ quidem carnale, iudiciũ pessimũ: quid ergo Dauid? quid ille, qui typus erat Christi? *Absit,* respondit, *non audiet vos quisquã super sermone hoc, æquè enim pars erit descendẽtis ad præliũ, & remanentis ad custodiã, & sarcinas, & similiter diuidẽt.* Quę sẽtẽtia ita iusta visa est, vt dicat scriptura, quòd remansit, *quasi lex in Israel vsque in diem hãc,* Pulchrè equidẽ ad nostrã doctrinã hæc scripta sunt, nõ potes mundũ relinquere, officiũ, professio, status illud requirũt, manes in castris, manes in domo, cum vxore, filiis, rebusq; tuis Christũ sequi nudus nõ vales, nũquid peribis? nũquid partitionẽ suã tecum nõ diuidet, & spolijs, quæ ab inimicis eripuit, te nõ ditabit? si tuã tenuisti stationem, si tuas custodisti sarcinas, si rectè administrasti domum, custodisti res, si benè educasti filios, diuidet, *quia lex in Israel, vsq; in diẽ hanc,* & æqua pars erit tibi, licèt non descenderis ad præliũ, & ita fortiter non exieris, ipse pro te prælialitur, tantummodo tu expecta, & partem custodi tuam, & iuxta vias tuas in custodia labora non vltra vires: quod cùm sit, quis non videt, quod tales

1. Reg. 30. num. 10.

28. Dauid lex de æqua parte descendentis ad prælium & remanẽtis ad sarcinas ad mores accomodatur.

29. Omnes homines in quolibet statu perfecti esse possunt.

non est labor, sed quasi labor: vnde merito noster A Sapiens dixit: *Quod qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit.*

HOMILIA CXIX.

Qui sunt, qui de luce vigilant ad Dei Sapientiam, & quasi non laborant in acquisitione eius?

QVi de luce vigilauerit, inquit noster Sapiens, *ad illam, non laborabit.* Qui sunt isti? quisnam est ille, qui de luce vigilat ad Sapientiam? cuius vigilia ita Deus delectatur, vt nolit eum in acquisitione illius laborare?

Ni fallor, ille, qui ita se, suaque disponit, vt primum locũ semper in corde, præcordijsque suis Deo, sapientiæque det diuinæ, ita vt licèt sit in pluribus B distractus, sic ipsius requirente statu, vt diximus ho. antecedenti, tamen semper primam in ipso sedem, primumque amorem, vt sic dicam, sapientia possideat æterna, hoc enim vult Deus, hoc exquirit, non enim vult nostra sed nos, da ei principem locum, &

1. Deus primum tantũ locum ab homine expetit.

cætera sint tua, possidc, lætare, vtere bonis, gaude, & viue feliciter. tantum da primum Deo locum, & satis illi erit: non laborabis amplius ad eius acquisitionem, *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*: inquit Dauid ps. 61. n. 12. Nota dictum, non enim ait, si

Ps. 61, 12.

affluant, relinquite illas, aut non vtamini illis, *sed nolite cor apponere.* Diuitiæ enim ex se bonæ sunt, non malæ, seu neutram naturam habent, si in cor non intrent, si extra cor sunt: Eccl. 7. 12. *Vtilior est Sapientia*, inquit, *cum diuitijs, & magis prodest videntibus solem:* Mirum, vt diuitiæ, quæ spinosæ, quę exitiales, quæ ruinarum origines, nunc non solùm vtilem, sed vtiliorem dicat, quod reddant Sapien- C tiam. Reliquis relictis expositionibus placet mihi illa Victorini Monachi, & Ioannis Feri, hoc dixisse Salomonem, ne videretur per sese diuitias suprà damnasse, cùm illę per sese, neque bonę, neque malæ sint, & ideò nunc docet multum emolumenti ex illis percipi posse, si ad sapientiam quis accesserit, si vti Sapiens his vtatur, si extra cor eas habeat: si tandem pro corona capitis, non pro cordis ligaminibus eas vsurpet, quare Prou. 14 n. 14. dixit: *Corona sapientium diuitiæ ipsorum*, Non etenim eas cordis Sapientiam, sed coronam appellauit, nam stultorum est diuitias habere pro corde, vt tales eas reputabat stultus Labanus, dum insequens Iacobum amplissimas asportantem opes dixit Genes. 31. nu. 26 *Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas,* vbi in Hebr. est: *quid fecisti? & furatus es cor meum, & abduxisti filias meas*, id est iuxta Caietanum, D *furatus es meas diuitias, quæ mihi erant cordi, seu instar cordis.* Ob hoc ergo sanctus Propheta superabundantibus diuitijs tantum cor negauit, non vsum: quare dixit: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere:* Quod etiam egregiè dixit Abbas Marcus in vltimo suo opusculo in colloquio cũ anima sua, asserens diuitiarum malum, nõ in earum vsu, sed in earum affectu consistere: *Et nos inquies, ait, anima chara, neque aurum, nec prædia possidemus, & ego respondebo tibi, nec aurum, nec prædia per se detrimentum afferre, sed præposterum illorum vsum:* Nil melius: præposterus vsus diuitias malas facit, quando ptimum eis locum damus. Da ergo cor Deo, da principem partem, cæteris vtere, vt placet, vt libet, inter membra, magnitudinę, siue mole minimũ est cor, maius est caput, maius brachiũ, maius mẽbrum

2. Diuitiæ neutram naturam habent.

Ecc. 7. 12.

Victori.

Ferus.

3. Diuitię quo loco habẽdæ.

Prou. 14. num. 14.

4. Peccatores veluti cor suum eas æstimant.

Caet.

Abbas Marcus.

5. Diuitiarum affectus dãnandus non vsus.

A manus: mole vti diximus, minimũ est cor, sed tamẽ, quia princeps inter cætera, etsi minimũ, tamen illo Deus sibi satisfacit, multa possides, magna, & magna valde, necessaria tibi sunt ad vsus tuos, ad commoditatem tuam, ad victum tuum, vix parua Deo accommodare potes, sed tamen prima, & ex illis Deo seruis, sufficit, abundabis, afflues, quia primum locum ei dedisti.

3. Reg. 17. nu. 11. Venienti enim Heliæ ex præcepto Domini in Sareptam Sydoniorum, occurrit quædam mulier vidua, cui Helias: *Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam*, sed cùm illa pergeret, clamauit etiam Helias post eam dicens: *affer mihi, obsecro & buccellam panis in manu tua*: quod cùm audisset, respondit: *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho, en colligo duo ligna, & ingrediar, & faciam illum filio* B *meo, vt comedamus, & moriamur:* cui Helias, *Noli timere*, inquit, *sed vade, & fac sicut dixisti*, hoc est fac illum tibi & filio tuo, comede, non vt moriaris, sed vt viuas: *Verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulũ, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea*, Mira verba, in quibus duo notanda, quę à vidua ista petit Elias, vt eius experiretur sanctitatem, primum vt sibi priusquàm filio prouideret, sicut notauit Chrysostomus ex varijs hom. 15. tom. 2. dum sanctitatem huius mulieris adnotans, ait: *Erat cor illius beata quodammodo positum in trutina, & dubium, quonã vergeret, ad filij sui beneuolentiã, an ad hospitalitatem erga Prophetam: at illa verò elegit potius se, & filium adducere in angustias, quàm Prophetam non suscipere.* Et hoc iuxta Prophetæ mandatum, scilicet vt primùm sibi, sed prophetæ apparasset. vnde C sequens sanctus ait: *Non primum tibi & postea mihi, non sicut Caia, & Ophi, & Phinee filij Heli sacerdotis, qui despiciebant honorem Dei, primam sibi sacrificiorum primitias eligentes, sed primum mihi, postea tibi.* Alterum verò, quod Propheta petijt, fuit vt non magnum, sed paruulum sibi faceret panem, & ad illum afferret: *Panem paruulum affer ad me*, quid enim hoc? quid dicit hoc? nisi id, quod suprà dicebamus, nempè primum locum à te exposcere Deum primum in rebus tuis, & non totum, sed partem, & partem, non solum paruam, sed paruulam: *subcinericium panem paruulum.* O mira dignatio! de paruulis nostris paruula quærit: parua habes, ne angustieris, non parua, sed paruula à te quærit, da ei talẽ partẽ, da ei primũ, animoque libẽti antepone eum tibi, rebusq; tuis, primũ Deo satisfac, vt sic dicã, quàm tibi, filijsque tuis, & de cætero se- D curus viue, possidebis, abundabis, affiues, non morieris, sed viues: *Hæc autem dicit Dominus Deus Israel*, adiunxit Propheta, *hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non erit diminutus vsque ad diẽ, in qua Dominus daturus est pluuiã super faciem terræ:* quod & factum, *nam comedit ipse, & illa, & domus eius, & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est diminutus.* En quãta bona ex vna tali actione, parum dedit, sed primum, & multiplicatum est parum illud, quod habebat, & numquam defecit, parum erat: vix sufficiens sibi, & filio, & multiplicatũ est ita, vt ex illo paruo tota domus sustentaretur: parum erat, & ita parum, vt potius ad moriendum deseruiret, quàm ad viuendum, *& comedamus*, inquit, *& moriamur.* Et ita multiplicatum est, vt cautè, & abundanter de cætero viuerẽt, quid mirum? principẽm locum Deo dederũt, vnde

3. Reg. 17. num. 11.

6. Elias Propheta quæ à vidua petiit, & quo ordine.

Chrysost.

7. Deo primitias tribuẽs etsi parua, omnibus affluet.

licèt paruus, tamen, quia primus placuit Deo, & vixerunt, fac tu similiter viues, vigila de luce, & inuenies Sapientiã, sit prima cogitatio tua de Sapientia, expergiscere cum illa, in omnibus festis tuis sit prima de Sapientia cogitatio, & de cætero epulare, & lætare, quàm parum petit memoriã tantum ipsius in tuis festiuitatibus & cætera tibi cedant. Hoc mysterium agnosco in Domini mandato, quando

Nu. 10. 9. Nu. 10. 9. iussit, vt sic tubis clãgerent ad bellum exituti, ac quando epulatori; *Si exieritis ad bellum de terra vestra*, inquit, *contra hostes, qui dimicant aduersum vos, clangentes vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorũ, si quando habebitis epulũ, & dies festos, & Kalendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri, ego Dominus Deus* B *vester*. Mirum, vt sic exquireret tubas ad bellum ac

Raban. ad epulandum. Rabanus agnoscit mysterium ad-

8\. monitione, vt scilicet per tactum quilibet admonitus inueniatur, sic in lætis timendum ipsi, ac in aduersis, *Id factum*, inquit, *vt in prosperis, & aduersis eadem semper sollicitudo pulset animum nostrum, & ita nobis in summa rerum prosperitate sciamus formidandum, sicut timere etiam in bello fortissimi, & prudentissimi consueuere*. Optimum equidem consilium, sed ad nostra magis iste facit sensus, scilicet

Dei timor semper & in prosperis & in aduersis habendus.

9\. tam in bello, quàm in epulis tubas Deum requirere: ad hoc vt ipsi in vtrisque memoriã, principeque locum illi demus, in bello clangentes, vt non tam in nobis, quàm in ipso fidẽtes simus, in epulis, vt ipsius non obliuiscamur. Vnde notandus diuersus tubarũ in vtroque casu finis: finis tubarum in bello est, *vt eruantur de manibus inimicorum*, finis in epulis, *vt sint in recordatione Dei assidui, quia ipse Dominus*. Ergo siue vt à periculis eruaris, siue vt in bonis delecteris, etsi Dominus, cui ex iure omnia debentur, nil aliud à te petit, nisi sui recordationem, memoriã quidem, non obliuionem: papæ quàm minimum! sed quia primum, sit illi est, vltro ob hoc se tibi præstabit, absque labore inuenies eum.

Deus cur in prælio & in epulis tubas requirebat.

10\. Absque labore, dico, nam quid tam absque labore, quàm Deo principem dando locum, cum eius posse benedictione affluenter omnibus huius vti mundi bonis? Quid amplius desiderari potest? licèt sit carnalis homo, viuat quis in Dei timore, & epuletur, & exultet, hęc est Dei volũtas: audi Proph. ps. 75.

Vult hominem lætari sed cum ei⁹ timore.

Ps. 75. 4. n. 4. *Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia*. Quid est in cõspectu Dei? nisi ac si essent in eius presentia, sic epulẽtur, & exultẽt, cũ illa reuerentia, & discretione, cũ eius timore, & D amore, qui cũ adsit, exultent, & epulentur, ac lætentur, edãtque feliciter. Cũ enim venisset Iethro ad so-

Exod. 18. num. 12. cerũ suum Moysem, Ex. 18. n. 12. sacer inquit textus, *Quòd obtulit holocausta, & hostias Deo*, quib⁹ actis, *venerunt Aaren, & omnes seniores Israel, vt comederent panẽ cã eo corã Domino*. Vbi Orig. tropolo-

Origen. gicè, vt assoler, explicans quid sibi velit, comedere

11\. panẽ corã Domino: *Tanquã qui Deũ præsentẽ spectat*, ait, *Sãcti omnes sua opera faciant corã Domino, & vt ab eo spectẽtur, iugiter in cõspectu Dei versantur, operantur, & ambulãt*. Optimè quidẽ, epulantur, comedunt, lætantur, & exultãt, exultãt quippe, *sed coram Domino*, exultẽt, sed cum Dei timore, comedant, sed ac si coram Deo, lætentur non Deũ

Sancti omnia vt in Dei præsentia agunt.

12\. expellendo, sed cũ Deo conuiuant feliciter, sed dent Deo primum mensæ locum, seu primum Deo parent conuiuium, deinde sibi; nam quid iniquius si aliter agatur? Hoc esse peccatum filiorum Heli ad-

Peccatum filiorũ Heli in quo steut.

A notauit Rabi Ber Eison dum ponderauit sacrificium esse Dei mensam, & conuiuium, quod sequebatur, esse mensam seruorũ, filios autem Heli prius de sua curare mensa, dum antequã adoleretur, carnes tollebant, deinde eius, quæ Dei erat: *Curabant prius suam mensam*, ait, *quàm Dei, quia præripiebãt carnes, antequã adoleretur adeps*. ob quod pecca- tum improbos, sceleratosque eos appellans Chrys. *Chrysost.*
ho. 8. ep. ad Thessalon. grauissimas eos affirmat ob hoc dedisse pœnas. Nõ ergo ne conuiueris Deus à te exposcit, sed ne primum: da ei primum locum, & vtere vt libet, vt tibi commodo est, vult ne eo derelicto tua sequaris, ea tene, sed sic, vt quandu causæ articulus id poscit, lubenter ea deserens ad bellandum pro Deo egrediaris.

Samsun equidem in delitijs habens mulierem suam, ab ea se vinciri, & ligari sinebat: at similes B delitiæ non amplius durabant, quàm quod in eius auribus clamor perueniebat: *Philistiim super te Sãson*. Iudic. 16. num. 9. dum enim talis vox sonabat, *Iudic. 16. num. 9.*
rumpebat vincula, prosiliebat foras, delitias calcabat, non reminiscebatur amplius amicæ, tandiu enim in eis erat, quousque bellandum cõtra inimicos. Sic etiam faciendum nobis, & Sapiẽtiam possidebimus: vtamur sanè his, quæ licita sunt, in quo & 13.
Samsonem præcedemus: illicitis enim ipse vtebatur, qua de causa in manus incidit inimicorum, expulemur, & rebus, quas nobis Dei benignitas contulit, vtamur feliciter, sed vsque dum bellandum est pro Deo, vsque dum clamor inimicorum Dei super nos, tentantes eripere à nobis Deum nostrum, cùm enim talem clamorem audierimus, excutiamus, rumpamus, scindamus vincula, & foras prosi- 14.
lientes stemus pro Deo, immo & pro animabus no- C stris, stemus pro Sapientia diuina, inueniemus eam talia operantes, & absque labore: sit primus locus eius, primus noster amor Sapientiæ, ordinatè amemus, ita vt secundùm Dei beneplacitum, & secundùm quòd ille desiderat, & amemus impensè. Quod egregiè adnotauit Chrysostomus obseruatum à *Chrysost.*
Paulo homil. 2. in ep. ad Roman. super illa verba: *Orans si quomodo aliquando prosperum iter contingat, volente Deo vt veniam ad vos*. Vbi ponderans sanctus summum Pauli affectum discipulos inuisendi, tamen adnotat sic illum moderatum fuisse, vt neque vnguem à Dei excederet voluntate, *Vides*, inquit, *& summo affectu desiderantem eos videre, nec sustinentem tamen id facere præter Dei placitum, sed habentem desiderium suum cum Dei timore coniunctum, amabat quidem illos, ad quos & sollicitè festinabat: sed tamen etiamsi amaret, præter* D *Dei voluntatem videre eos nolebat*. Fac tu similiter, 15.
& Sapientiam obtinebis: sic cætera ama, vt nullo modo, ob quamcumque causam eam in discrimen ponas, inuenies equidem eam absque labore.

Huius mũdi rebus quousque vtendum.

Deus à nobis exposcit non vt alia non amemus, sed vt ordinatè amemus.

Nullo modo & ob nullã causam à nobis in discrimẽ ponendus.

Perdiderat enim sanctus ille Patriarcha filium suum Ioseph Genes. 42. num. 38. *Quem*, vt inquit scriptura *irremediabilibus lachrymis* flebat, fame *Gen. 42. num. 38.*
deperibat, & tamen ad emendum cum fratribus frumentum, etiamsi panis deerat, etiamsi fame periturus, Beniamin dimittere nolebat: *Descenderunt fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus suis: ne fortè in itinere quidquam patiatur mali*. Et dum fame amplius postea premerentur, cùm in Ægyptum redire minimè possent absque Beniamin iuxta Iosephi præceptum, & à patre illum expostularent: *Non descendet*, aiebat, *filius meus vobiscum, nam si quid ei aduersi*

A *accideris in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* O sanctus, immò sanctissimus amor! prius fame perire volebat, quàm in discrimen ponere salutem filij. Vnde ex hoc amore factum, vt non solum hunc reciperet filium, sed & alterum perditum, non quomodocumque, sed totius Ægypti Principem, & ad perditum sine labore perueniret, noluit ergo prius dimittere filium suũ, & quando dimisit? non antequàm necessitas extre-

Philo. ma premeret, vt notauit Philo hunc locum referens, & enarrans, vbi sic: *Iacob cùm esset vir sapiẽs reputans cum animo suo tolerabilius esse vnius filij incertum periculum, quàm tot filiorum, suamque perniciem quapropter domum fame oppressam vitare non poterant respondet: cedendum est necessitati, vt video, ite, & minimumquoque fratrem, quando ita videatur, assumite:* Immo nec prius dimisit, quàm suæ esset securus salutis: *Mitte puerum meũ,*

Genes. 43. num. 9. inquit Iudas, Genes. 43. num. 9. *ego suscipio puerum de manu mea, require illum, nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in omni tempore:* Quod cùm audisset, dimisit securus iam de salute filij sui: vnde securus? ex sponsione Iudæ, qui se ad peccati reatum adstrinxit, nisi puerum redderet: *Ego suscipio puerũ, de manu mea require illum, nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in omni tempore.* Hoc dixerim, quia noluit puerum Ruben dare, etsi primogenitum, mortemque duorum obtulisset filiorum, *trade illum in manu mea, duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi,*

16. Iacob cur Beniamin Ruben primogenito dare noluit. *Theod.*

cui Iacob: *Non descendet filius meus.* Cuius rei varias reddunt Doctores rationes. Prima, quia conditio Ruben iniqua, absurda, irrationabilis, meritò à Iacob non admissa, secunda, quæ est Theod. qu. 103. quia Ruben, ob petulantiam, incestumque, patri inuisus, cui merito filius non credendus, cùm & matertera secuta cum ipso non extitit: *Quare,* inquit, *noluit Iacob committere Beniamin ipsi Rubẽ? quia suspectus illi erat propter illegitimum congressum, & petulantiam in cubili patris commissam.* Tertia, quæ ad rem nostram propius accedit: quia grauior conditio Iudæ, quàm Ruben, immo apud Iacobum grauissima, nempè peccati reatus, qui dum intercessit, securum æstimauit filium; potentiorem iudicans peccati timorem, quàm filiorum mortem, securus ergo de salute filij dimisit eum, quod cùm egisset, non solum & hunc sospitem recepit, sed ad illum, quem mortuum putabat, sine labore peruenit.

Absque labore, inquam, quid enim laborauit? dum Ioseph misit ei plaustra, & cibaria in itinere,

Gen. 45. num. 25. Genes. 45. num. 21. *Dedit eis plaustra Ioseph, & cibaria in itinere,* immo & munera, *singulis quoque,* inquit scriptura, *proferre iussit binas stolas, Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, tantumdem pecuniæ, & vestium mittens patri suo, addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti, & totidem asinas triticum in itinere, panesque portantes.* En quanta commoditate descendit ad videndum, ad fruẽdum, ad possidendum filium, cum plaustris, cum cibarijs, cum muneribus, quid ni? talis amor, talis voluntas, talia merebantur; fac tu similiter, & absque labore inuenies Dei sapientiam; inuenies, vt sic dicam, in plaustris, incedendo lætus, cum honore, & voluptate, da ei primum locum, desiderium, amoremque eius non ponas in discrimine, retine eam domi, potius quodlibet velis subire periculũ, quàm eius discrimen iacturę, sustine famem, sustine tribulationes sustine pericula ob incolumitatem illius; maneat domi Beniamin, stet ille securus, cætera abeant, attinges, tandem peruenies ad illam lætus, & gaudens, & non solum fame non peribis, sed exsatiatus cum illa epulaberis, quia Principem illi dedisti locum.

Principem, dixi, hoc est primum, alioquin illã nõ attinges, cum illa non epulaberis, ieiunus semper manebis. Attẽde quod inferius c. 16. n. 18. adnotauit *Infe. cap. 16. nu. 18.*
Sapiens noster de manna loquens diuino, considerauit enim in illo occultum quidem, & mirabile: inuenit enim, quod calefactum ab igne non liquefiebat, ab exiguo autẽ calefactum solis radio, statum tabescebat, *Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactũ tabescebat.* Grãde quidem mysterium, cur ab ignis calore non liquefiebat, à calore autem solis statim absque vlla mora? humida enim quæ à calore liquefiũt, scimus omnia sic liquefieri ad ignis, ac ad solis calorẽ: cur ergo hoc non sic eueniebat in pane illo diuino?

17. Manna cur ab igne calefactũ non liquefiebat, secus autem quando a solis radio.

B Admiratur iustè quidem noster Sapiẽs, sed agnouit ipse mysterium, Deo illi reuelante, agnouit quidem ad Dei munera suscipienda, præuentione, diligentia ac solertia opus esse, ita vt præueniendus sit ipse sol, si eo frui velim⁹; *Vt notum omnibus esset,* inquit ipse, *quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.* Optimè quidem. Præueniendus est sol ad Dei adorationem, primus dandus est ei locus, vix oculi aperiendi, ac animus cum Deo iungendus, si expectas, si postponis, si prius alia tractas, si vltimum das ei locum, si non exurgis, sed in cæteris prius te sternis, tabescet panis ille diuinus, non percipies sapientiam, non ex illa, & cum illa edes, at si præuenies solem, si ad ortum auroræ surges, si primum, & principem ei

18. Ad orationem maturè assurgẽdum, & solem præueniendum. *Chrysost.*

C locum dabis, manducabis, afflues, inuenies panem, panem inquam, vt inquit scriptura, *absque labore paratum,* paratum illis tantum, qui solem præueniunt, qui primum ei locum dant: hi enim sunt, qui non laborant qui facilè eam inueniunt: *Oportet,* inquit Chrysostomus libro primo de orando Deum, *stratis relictis diuino cultui præuenire solis ortum, & noctis maximam partem precibus impendere, ac flexis genibus multo cum tremore instare deprecationi: nam dic mihi, qua fronte solem intueberis, nisi prius adoremus eum, qui lumen illud dulcissimum oculis immittit?* Egregiè quidem, solem oportet præuenire, nisi confundi velimus, solem præuenire, si manna degustare dulcissimum, degustabimus quidem, si præueniemus, si primum locum dabimus, & degustabimus, vt inquit noster

D Sapiens, *absque labore.*

HOMILIA CXX.

Dei sustinentia in peccatis sæpè ipsum conuertit peccatorem.

A*Ssidentem in foribus suis inueniet,* inquit noster Sapiens, præstolans nempè, patienterque expectans ipsum peccatorem, tanta patientia, vt sæpè eueniat, nullo alio Deum medio peccatorem ad se conuertere, quàm sustinendo, illumque sufferendo.

Nonfornicaberis, inquit Deus per Oseam cap. *Ose. 3. nu.*
3. num. 3. *& non eris viro, sed ego expectabo te,* Ex *3.*
qua expectatione, Deique sustinentia, factum est,

vt tandem ad ipsum reuerteretur: *Et post hac reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum.* Non equidem alio impulsu, quàm patientiam Dei considerando tanto tempore illos præstolantis; illos, inquam, qui in miserrimu, Deoque nimium exoso statu manebant, & tamen eos sustinuit: *Non fornicaberis*, inquit, *& non eris viro.*

1. Tepidorũ status pessimus ac inferno proximus. *Bernar.* *Ribera.*

Status tepidorum inter omnes malos status pessimus, & vt inquit Bernard. serm. 5. de Ascens. Dom. inferno proximus. & mortis vmbra: *Perniciosa tepiditas, ait, quia periculosa est, quia molestissima est: plena miseria, & doloris, & inferno planè proxima; vmbra mortis iure censetur.* Vnde rectè Ribera locum Oseæ exponens ait: *Cuiuscumque status nullus intra suos fines videtur esse periculosior, quàm status illius animæ, qui laborum, & via Dei tadet, neque vlla ratione se ad progrediendum erigit, atque excitat, nec tamen idola mundi colit, nec amore terrenorum multùm deducitur.* Quod est non fornicari, nec viro esse, & tamen cùm tales sint hi peccatores, vt *euomere Deum faciant*, vt inquit Apostolus, eos patienter sustinet, & patientiâ ad se attrahit, ita vt si aliquando in peccatorem necessarium sit animaduertere, & non patientiâ, sed flagello ad se eum trahere, sic faciat inuitus, coactus, atque extortus, cùm suæ naturæ sit patienter semper illum ferre, & patientiâ ad pœnitentiam adducere, si velit, vt non tantùm Deus ex se flagellate, quantum ipsemet peccator se flagellum dicatur extorquere.

2. Peccatores à Deo flagellum extorquent.

Saluian. *Gen. 18. num. 19.*

Optimè quidem hoc ponderauit Saluianus Massiliensis Presbyter, lib. 1. de gubernat. Dei super illa verba Gen. 18. num. 19. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est*: vbi sic ait: *Quare autem peccata hominum quasi clamare testatur? quia ostendere vult quàm inuitus puniat, etiam grauissimos peccatores, quasi diceret: misericordia quidem mea mihi suadet vt parcam, sed tamen peccatorum clamor cogit vt puniat.* Ob hoc etiam adnotat, quòd pessimos illos non illicò castiganit, & quòd Angelos misit, & vt etiam contra eos nefanda intentarent iniqui permisit, vt manifestè fieret, non tantum Deum punire, quantum istos iram contra se ab illo extorsisse, *Et ideo, cùm Angelos Sodomam Deus mitteret, hoc nobis probare voluit*, sequitur, *quòd etiam malos puniret inuitus, scilicet cùm legeremus quæ à Sodomitis Angeli pertulissent, & videremus scelerum immanitatem, criminum turpitudinem, libidinum obscœnitatem, probaret vtique nobis Deus, quòd ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorserint, vt perirent.* Nil melius dici potuit.

3. Deus cur Angelos Sodomam misit.

4. Iniustus esset si peccata non castigaret.

Extorquent namque peccatores à Deo sententiam damnationis perseuerando in malitia, quia si non feriret, & damnaret, iniustus esset, iudicium non administrans, iustitiamque non faciens petentibus eam, expostulantibusque peccatis, quæ semper apud ipsum clamant, vt vindicet, & non solùm vt vindicet, sed vt citò vindictam incutiat; quam tamen, etsi expostulatus, differt, misericorditerque, ac patienter expectans peccatorem, vt suâ ipsum patientiâ conuertat, & ad se omninò attrahat. Quod egregiè considerauit Chrysost. homil. 10. in Gen. 6. super illa verba: *Et erat Noe annorum quingentorum*, vbi sic: *Porrò obstupescenda est ineffabiliter misericordia Dei: ecce enim quingentis annis vixerat iustus ille clamans, & testificans suo nomine futurum per vniuersum orbem diluuium, ob nimias hominum malitias, & neque à malitiis declinare voluerunt, & misericors Deus neque post tantum vaticinium, neque post tot annorum numerum pœnas inducit, sed denuo suam acturus longanimitatem, & alios non paucos annos suæ tolerantia adiungit: neque enim ideo produxit humanum genus, vt puniret, sed planè è diuerso, vt donaret nobis immensa bona, quibus frueremur: & propterea ipsam vbique vides cessantem, & moras nectentem in pœnis infligendis.*

Chrysost.

5. Cur peccatores patienter sustinet.

Nil melius: moras nectit in pœnis infligendis quia non nos produxit, vt puniret; sed vt ad se attraheret, bonisque cumularet: ob hoc, etsi peccatores, patienter nos expectat, patientiâ satagens nostram vincere duritiem, quod & sæpè feliciter euenit, etsi rebellis, etsi obstinata, atque in peccatis immersa sit anima peccatrix.

Os. 2. n. 7.

Liceat hoc penitius in anima illa respicere rebelli, quæ diu, multùmque à Deo præstolata, tandem victa prorupit dicens: *Reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat tunc magis, quàm nunc*, Oseæ 2. num. 7. Rebellis quippe erat, Deum nullo modo audire volebat. post concupiscentias effrænata suas, *Vadam*, aiebat, *post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* En quàm rebellis, en quàm determinata ad faciendum malum, en quomodò cognoscebat multos, amatores, Dei penitus oblita, viri sui omninò immemor: vnde ergo factum est postea, vt dicat, *reuertar ad virum meum?* quomodò viri sui recordata hæc mulier adeò illius immemor? vnde illi reminiscentia delitiarum antiquarum, quas in domo viri sui habuit? nisi ex Dei sustinentia, qui patienter eam sustinens, tum eripiendo ab illa amatores, tùm illi blandiendo, tempus expectauit conuersionis eius, & expectando reduxit eam: præripuit namque priùs occasiones, præclusitque vias: *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet.*

6. Dei magna misericordia à peccatore occasiones tollere peccandi viam sepire spinis.

Mira misericordia! spinis, doloribus, & afflictionibus gaudia miscere mundi, & ita lapidibus eam circumdare dolorosis, vt vix aut nullo modo attendere possit ad inuestigationem suorum assecutionis desideriorum; vnde etsi amores sequatur suos, desideria scilicet, seu concupiscentias, eas tamen non apprehendat: ex quo defessa tandem, vidensque, quòd vltra nõ profecit, ad virum suum reuerti desiderat dicens: *Reuertar.* Pulchrè Hieronym. super illa Isai. verba cap. 23. num. 10. *Transi terram tuam*, vbi Septuaginta legunt: *Operare terram tuam, Etenim naues nequaquam venient de Carthagine, & manus tua nequaquam præualet, quæ in mare prouocat Reges.* Vbi ponderat Sanctus, superiùs animasse Prophetam Tyros, vt Carthaginem irent, nunc ne eant, sed vt terram operentur suam, quia amplius de Carthagine naues non erant venturæ, quod magnum Dei beneficium fuit, dum præripiendò illis naues, ad terram addixit operandum suam: malorum illis occasionem subtrahẽs. *Profuit Tyro*, inquit Sanctus, *naues interire peregrinas, vt cogatur operari terram suam, de qua in Prouerb. dicitur, Qui operatur terrã suam, saturabitur panibus, vt nequaquam de incerto, naufragorumque discrimine, sed operis sui viuat frugibus.*

Is. 23. nu. 10. *Hieron.*

Quod magnum extitisse beneficium probat loco Oseæ à nobis adducto: vnde sequitur: *Scriptum est in Osea meretricis vias septas esse à Domino spinis, ne sequi posset amatores suos, vt hac necessitate compulsa reuerteretur ad virũ suum pristinum.* Nil melius, non pœnas huic rebelli Deus infligit, sed tantùm occasiones præripit, patienter illam expe-

ctans, parienterque sustinens, donec ad se reuersa, A
malumque prospiciens suum, fessa iam ad virum
desideratet regredi priorem; &, vt inquit idem
Sanctus, hunc ipsum exponens locum, dicat illud
de Euangelio; *Quanti mercenarij in domo patris*
mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo.
Vbi ootandum, huic Deum pœnas non inflixisse,
sed tantùm panes subtraxisse, malorum scilicet oc-
casiones præripiendo.

At si hoc non prodest, addit & flagella, addit &
mala, eripit bona, quibus gaudebat, & lætabatur,
patienter ipsam amplius expectans: vnde sequitur:
Nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum,
oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, qua
feeerunt Baal: idcircò conuertar, & sumam fru-
mentum meum in tempore suo, & vinum meum in
tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum
7. *meum, qua operiebant ignominiam eius.* Eripit ergo
Paupertas ab ea delicias, immittit angustias, paupertatemque,
causâ Deo expectans patienter. Nam, vt inquit idem Hieron. B
aliquando vbi suprà: *In saeculi rebus frequenter animaduerti-*
immittitur. *mus multos, qui per prospera, & abundantiam re-*
rum omnium, Dominum sentire nō poterant, intelli-
gere per inopiam, & conuerti ad opera iustitia, post-
quàm manus eorum non praeualuerit felicitate hu-
ius saeculi perfrui. Et merito quidem eum illis
Deus hoc agit: nam iustum equidem non est vt
diuitias possideat ille, quas cum labore, Christique
lachrymis, vt sic dicam, obtinet, dum eis malè vti-
tur, dum per eas ad Deum non reuertitur. Quod
Nazian. etsi alio proposito rectè admonuit Nazianzenus,
orat. 9. ad Iulian. suadens illi, ne lachrymis alienis
suas misceret diuitias, quia rubigo erant, quibus cō-
sumptæ ad eas euomendas suum cogebant posses-
8. sorem: *Ne diuitias cum lachrymis alienis miscea-*
Diuitiæ la- *mus, ait, à quibus tanquam à rubigine & tinea con-* C
chrymis *sumantur, & vt Scriptura verbo vtar, euomantur.*
acquisitæ Pulchrè dictum: euomuntur diuitiæ lachrymis a-
alienis sunt lienis mixtæ, & non solùm illæ euomuntur, quæ
rubigo, & malè partæ, sed quæ iure debentur, vt eleganti simi-
euomūtur litudine explicat Nicetas in Comment. ad prædi-
Nicetas. ctam Nazianzeni orationem, verbum exponens
Euomendi, dicens, *Vt enim, qui noxium aliquem ci-*
bum sumpsit, vnà cum eo probos etiam euomit: sic
qui iniquè congerendis opibus studet, non solum ip-
sas, sed etiam, quas prius iure possidebat, plerumque
amittit. Si ergo diuitiæ euomuntur lachrymis
mixtæ humanis, numquid dignum non erit, vt
euomantur, quæ lachrymis mixtæ sunt diuinis? Ob
hoc eas Deus ab anima illa rebelli tulit, ad se eas re-
Bernar. uocando: non equidem hoc spontè, sed coactus ab D
9. illa, vt egregiè dixit Bernard. serm. 5. de Natal. Do-
Deus in se mini: *Deus, ait, ex se sumit materiam, & velut*
seminarium *quoddam seminarium miserendi: nam quod indi-*
habet mi- *cat, & condemnat, nos eum quodammodo cogimus.*
serendi. Coactus ergo, flagella addit, dum occasiones priùs
præripiens medium prospexit insufficiens.

At si neque hoc sufficit, non ob hoc ipsa miseri-
cordia laxatur diuina, non ob hoc patiēter eam non
sustinet, sed videns ad flagella obliuiosam non me-
liorari, nihilo fessus mutat media, commutansque
que manus, disciplinam abiiciens: incipit benè fa-
10. cere, bonisque eam cumulare diuinis: vnde ait:
Dei ingens *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in*
misericor- *solitudinem, & loquar ad cor eius.* O ingens Dei
dia expen- misericordia! ô mira Dei bonitas! quis vnquam
ditur in cō talia audiuit? quis pater filium, mater filiam, spon-
uersione sus tali prosequitur amore sponsam, vt animam
animæ. Deus peccatricem? Dei hæc obliuiscitur, vadit

post amatores suos ipsius Dei inimicos, præcludit
primò ille vias, eripit occasiones, immiscet dolo-
res: & cùm hoc non sufficiat, addit expectans tri-
bulationes, & cùm neque sic eam reducat, non ani-
mum spondens, nec patientiam amittens, plus a-
more feruens, mutat media, cùm nec perclusione,
nec laboribus sufficiat, extendensque, vt sic dicam,
patientiam, dat gaudia, dat sapores, lactans, & lo-
quens ad cor, tanquàm amicus ad amicum, spon-
sus ad sponsam, amans ad amantem.

Hoc equidem adnotauit Hieronym. in cap. 3. *Hieron.*
Sophon. Nam cùm Dominus contra Hierusalem *Soph. 3.*
minas spargeret, num. 5. *Manè, manè iudicium* *nu. 5.*
suum dabit in lucem, & non abscondetur, illicò ad-
iungit: *Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli*
earum. Vbi Hieronym. *Manè, manè iudicium suū*
dabit in lucem, idest manifestè, & absque aliqua am-
biguitate faciet de ea iudicium, & hoc faciet Do-
minus, vt correpta ciuitas conuertatur ad melius,
B *sed iniquus Israel non intellexit, idcircò sibi illatas*
plagas, vt ageret pœnitentiam: vindicaui te, in-
quit, posteà de gentibus, vt qui per plagas me non
senseras, saltem per beneficia cognosceres. Sic tali a-
nimæ peccatrici, & ingratæ quæ dolores non sen-
serat, addit fauores, vnde victa tandem tam longâ
sustinentiâ, tamque continua prosecutione, non
valens amplius resistere, degustato lacte reminisci-
tur, quòd melius ei erat cum viro suo quàm nunc
cum amatoribus suis: vnde & dicit: *Reuertar ad*
virum meum priorem, quia benè mihi erat tunc
magis, quàm nunc. Quis ergo talem animam ac-
quisiuit, nisi Dei amor, & patientissimus amor?
quis, nisi illa Dei longanimitas, qua patienter expe-
ctans illam ob peccata, & pessima quæque opera,
C consolationes, & delitias dedit: quod dum animad-
uertit, licèt crudelissima & pertinax, deuicta tan-
dem cecidit feliciter, quando contra Deum erecta
infelix extabat. Quod pulchrè ex aliorum senten-
tia idem Hieronym. dixit in cap. 11. Oseæ num. 9. *Os. 11. n. 9*
super illa verba: *Non faciam furorem iræ meæ, non* *Idem.*
conuertar, vt disperdam Ephraim: Deus ego, & 11.
non homo, in medio tui Sanctus, & non ingrediar Peccatores
ciuitatem. Vbi Sanctus: *Hunc locum quidam sic* sæpè con-
interpretati sunt, vt dicerent Domino populum re- uertuntur
spondisse, quia conuersum est cor tuum in te, & non videntes se
secundùm peccata nostra fecisti nobis, sed imitaris à Deo non
clementiam tuam, & nostra delicta non punis, & flagellari,
polliceris te Sanctum, & clementem in nostri medio sed sustine-
versaturum, idcirco & ego malorum hominum non ri.
ingrediar ciuitatem, neque ero de numero peccato-
D *rum, sed ambulabo post Dominum Deum meum.*
Optimè equidem: post Deum ambulabit, quia
non percussit, etsi percussione dignos, post eum
ambularunt, quia etsi mali, peccatoresque, tamen
vti Sanctus, & clemens cum eis versabatur, eos
fouendo, amplectendo, consolando, spiritualibus
gratiis replendo. Hinc post eum ambularunt isti,
sicut & illa virum suum cognouit, ad eumque re-
uersa est, postquam etsi rebellis, etsi indigna, etsi ob-
stinata, lactauit tamen eam, consolationibusque
repleuit.

Cognouit, inquam, quia pro certo supponen-
dum, nullo alio potiori Deum cognosci medio,
quàm considerando, quæ suffert, quæ sustinet à ma-
lis, à quibus tamen non irritatur, & non eos per-
fundat, sed patienter expectat: de qua re vide
quæ suprà diximus, homil. 40. & 41. Pulchrè etiam
hoc elicitur ex illo Isai. cap. 53. n. 4. *Verè languores* *Is. 53. n. 4.*
nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit, &

12. Deus ex patientia qua peccatores sustinet cognoscitur.

nos putanimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, quæ vltima verba aliqui legunt, *& percussum Deum*, videtunt languores ferre, doloresque portare non amicorum, sed inimicorum, eosque sic patienter ferre, vt pro eis etiam oraret; vnde dixerunt, qui verum lumen habebant, percussum, non hominem, sed Deum, & talem talia sufferentem, non hominem, sed Deum esse: quod si miseri non intellexetunt Iudæi, cæcitas hæc ex parte illorum extitit, vt Diuus inquit Paulus ad Rom. 11. nu. 25. quando ait: *Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, quia cæcitas ex parte contingit in Israel*, quia si lumen habuissent, satis ex illis doloribus, ex illis afflictionibus, ex illa sustinentia sic à Prophetis prædicta sic prædicata, & annunciata, illum esse Deum cernere potuissent, & summam illam pulchritudinem in illa summa refulgentem deformitate, aspicere potuissent, vt ait Augustinus, serm. 50. de verbis Domini: *Quia ergo cæcitas facta est*, ait exponens verba Pauli modò adducta, *ideo sine decore vidistis: ille, qui nos quasi fœdos tolerauit, pro nobis formosus orauit: Pater, ignosce, quia nesciunt quid faciunt: si enim sine decore, quid est, quod amat ista, quæ dicit: annuncia mihi, quem diligit anima mea.* Pulchrè dictum; ictus enim, sanguisque effusus pro dilecto, in eius oculis pulchrius efficiunt corpus illud, non illud deformantes, sed honestantes; ita vt oculos dilecti non auertant, quin imò attrahant; vnde si turpem Iudæi Christum æstimabant, illud erat in causa, quia non amabant, & anima amans, dum pro illa talia sustinuisse adspiciebat, sic illum in cruce pulchrum æstimabat, ac quãdo gloriosus ab omnibus proclamatus miracula edebat: quod eleganter expressit idem Augustinus super titulum Psalmi 44. dum sic ait: *Si aliquid fœdi inuenerimus in eo, non amemus eum: at hoc ipse, quòd talem carnem indutus est, vt de illa etiam diceretur, vidimus eum, & non erat ei aspectus, neque decor, si consideres misericordiam, qua factum est, & ibi pulcher est: nobis ergo vtique sponsus pulcher occurrat, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro, pulcher in cælo.* Nil melius, vbiq; pulcher est Deus, vbique pulcher sponsus, pulcher miracula faciens, pulcher pro me in cruce pendens: non minus illum Deum agnoscam miraculis coruscantem, atque in cruce pendentem, & sanguinem pro me effluentem: immo amplius: nam non sic ad suæ Deitatis cognitionem homines Christus miraculis attraxit, quantùm crucis tolerantiâ, patientiâque, itavt audeat Sanctus dicere Chrysostomus ser. 4. de Fer. 5. Passionis tom. 3. non tantùm Christum in Crucem ascendisse, vt satisfaceret, quantùm vt se Deum esse homines crederent: *Deus noster*, ait, *expandit ecce manus, & alas extensas aperuit, non vt crucis supplicio satisfaceret, sed vt nos ex omni orbe ad credulitatem Ecclesiæ congregaret.* Ad credulitarem Ecclesiæ dixit, hoc est, ad credendum, ipsum Deum verum esse de Deo vero: ergo ob hoc in crucem ascendit amplius, quàm pro satisfactione, quasi efficacius nullum reperiret medium, vt Deum illum homines agnoscerent, quàm talia se viderent illum pati, & sustinere.

Ad Ro. 11. nu. 25.

13. Cæcus qui illud non animaduertit.

August.

14. Christus decur turpis in cruce, vt pulcher appareat amãti

15. Et plus in cruce pendens quàm miracula coruscans.

Chrysost.

16. In crucem ascendit vt Deus crederetur.

17. Latro ex sustinentia crucis Christum agnouit.

Ambros.

Hoc, vt aliàs diximus, ad Diuinitatis cognitionem felicem illum attraxit latronem, de quo tãntopere miratur Ambros. serm. 44. de latrone beato: sic exclamans: *Mira res! plus in Cruce latro Christum diligit, quàm Judas dilexit in cœna: inde enim exiuit vt magistrum traderet Judas, & in cruce vel saltem sui memoria precatur latro.* At hoc non mirandum, quia, vt inquit Augustinus ser. 120. de tempore, Angelicis oculis vidit percussum Deum, in cuius oculis addit, largiùs se diuinitatem infudisse: *Illuminauerat, credo*, ait, *fidem credentis in Christum Diuinitas, quã se largius sub momẽto illo pro peragenda redemptione infuderat: vnde vix dum discipulus, & iam magister, atque ex latrone confessor, quia etsi pœna caperat in latrone, nouo genere consumatur in martyre.* Pulchrè hoc postremum, incœpit pati, vt latro: at quia eandem pœnam vidit in innocente, dum huius defendit innocentiam, moritur non vt latro, sed vt martyr, diuinitatem testificans illius, quem suæ consortem pœnæ videbat: Crux ergo Christi, eiusque patientia hunc ad sui cognitionem attraxit: non equidem solum, nam & omnes per eandem crucẽm, patientiamque Christi, quasi per scalam quamdam, ad Dei cognitionem, Patrisque agnitionem gradus struimus, vt optimè inquit Cyprianus, lib. de operibus Cardinalibus Christi, vbi sic: *Considero opera tua, & admiror te cruci inter damnatos affixum, & eleuatum in sublime, & quasi cælo proximum superioribus inferentem consumati agonis vexillum, & inferioribus erexisse scalam in Patris occursum.* Nil melius: scala in Patris occursum, qui nos sua dignos cognitione, beneuolentiaque efficere appetit Crux Christi est, eius passio, eiusque sustinentia, qua peccatores expectat, pro quibus talia pati dignatus est, hæc sola multoties peccatores conuertit, per hanc sæpè sæpius ad Dei agnitionem venimus, ad eum conuertimur, in Patris occursum prosilimus.

August.

18. Sanctus Latro martyr moritur & cur.

19. Christi patientia scala ad Dei cognitionẽ.

Cyprian.

20. Multi peccatores ea abutuntur.

Ecc. 8. n. 11.

At proh dolor! licèt hoc verum sit: tamen ex hac Dei sustinentia non omnes conuertuntur, immò indurantur: vnde alijs: *Hæc Dei patientia est odor vitæ ad vitam, alijs odor mortis ad mortem.* alij conuertuntur, alij indurantur. Audi Salom. Eccles. 8. num. 11. *Etenim, quia non profertur citò contra malos sententia absque timore vllo filij hominum perpetrant mala*: vel vt eleganter Tigurin. *quia non statim negotium patrantis scelus conficitur absque vllo timore*: vel vt Septuaginta, *ideo repletum est cor filiorum hominum in eis ad faciendum malum.* Replentur, quia Deum patientem vident, & ansam sumunt ad peccandum, vnde debebant ad flendum, & contra Deum superbiunt, vnde viuere humiles deberent.

Job. 24. num. 23.

Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, aiebat Sanctus Iob, hanc suggillans obstinatorum impœnitentiam cap. 24. num. 23. *Et ille abutitur in superbiam.* Ponderandum primum, quantum scilicet sit, locum alicui pœnitentiæ Deum tribuere, vt impœnitentis malitia magis elucescat: vnde notandum Iobi locum aliter in Hebræo legi: nam vbi nos legimus: *Dedit ei locum pœnitentiæ*, in Hebr. stat: *Dabit ei fiduciam, & innitetur:* vel vt ex eodem Hebr. Caetan *Dabit ei securitatem*, vel vt Vatabl. *Dat illi confidentiam*, quæ omnia includuntur in illo: *Dabit ei locum pœnitentiæ.* Nam cui Deus tempus pœnitentiæ tribuit, non castigando, pœnamque infligendo, simul & fiduciam præbet, & confidentiam, immò quodammodò securitatem, vt legit Caet. potuit damnare, & non damnauit: spem, cõfidentiam, & quodammodò securitatem habere possem, quòd non damnabit, si facti tantùm me pœniteat; vnde meritò locum, siue tempus pœnitentiæ, tempus fiduciæ, tempus confidentiæ, tempus securitatis potest appellari. Quod etiam tem-

21. Locum tribuere pœnitentiæ quam ingẽs Dei beneficium.

Caiet.

22. Tempus pœnitentiæ quomodo nominauit Paulus.

2. Ad Cor. 6. nu. 2. pus à D. Paulo 2. ad Cor. 6. num. 2. vocatur, *tempus acceptabile*, vel vt apud Isai. 44. 8. à quo Paulus, *tempus accepti*, id est, *induciarum*, quas iudex sua bona voluntate nobis tribuit, antequàm processus occludatur, & statuatur dies sententiæ, ob quod rectè Paulus suadet, vt nullo modo illud præterlabi sinamus, sed omni instantia, celeritatéque sumamus: *Ecce nunc*, inquit, *tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Vbi figenda est consideratio in illis duobus voculis; scilicet, *Ecce nunc*, quasi diceret, iam adest occasio ne sinatis eam præterlabi: *nunc*, id est breuissima, non differenda in postremum, nunc adest, quis scit si postea aderit? *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*, in quibus negotiari possumus, & pro nobis agere, antequàm veniat tempus sententiæ, & occludatur processus, causæque articulus finiatur: nunc negotiamini, quando dies salutis sunt, qui dies, vt inquit
Budæus. Budæus, in forensibus apud iurisperitos dicuntur,
23. *dies vtiles, vel legitimi*, in quibus dabantur dilatio-
Dies forenses qui & dies cessionis. nes ordinariæ ad dilatandã sententiam. sicut è contrà dies sententiæ dicebatur, *dies cessionum, & dies iustus*. Negotiamini ergo, inquit Apostolus, nunc, quando sunt dies salutis, dies dilationis, dies vtiles, quos vobis Deus confert ad pœnitentiam agendam: ergo Deus locum tribuens pœnitentiæ, tempus communicat fiduciæ, & confidentiæ, & securitatis, & totius beneplaciti, quod cùm ita sit, illæque statim ad pœnitentiam vti deberet peccator: ille (vt inquit Iob) abutitur eo in superbiam, ex tali flore non mel, sed venenum eliciens, impœnitentiam namque, & ansam ad peccandum: superbit, quia non castigatur, & ex Dei tolerantia libertatem ad amplius peccandum educit.

Enimuero notandum valde, vnde sumpserit Pha-
24. rao occasionem ad se indurandum, contraque Deú
Pharao vnde induratur. peccandum, non equidem ex malis, quæ illi inferebantur, non ex passione, ex futura amissione prouentus ex filiis Israel, sed ex benignitate, induciaque, qua illum Deus sustinebat, Exod. 8. nu. 15. *Vi-*
Exo. 8. n. 15. *dens Pharao, quod data esset requies*, à ranis nempè, *ingrauauit cor suum, & non audiuit eos*. Mirum, vt ex requie, & ex bono, quod illi contulerat Deus, ex patientia nempe, qua illum sustinebat, ingrauauerit iste cor suum, vt benè adnotauit Augustinus,
August. lib. quæst. in Exod. qui hunc ponderans locum ait: *Hic apparet, non illas tantum fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, quod incantatores eius similia faciebant: verùm etiam ipsam Dei patientiam, qua parcebat*. Ergo vnde pœnitentiam debebat, inde obdurationem miser iste elicuit, exemplo confirmans suo Apostoli sententiam: *Dei nempe patientiam aliis esse odorem vitæ ad vitam, aliis odorem mortis ad mortem*: vnde rectè idem Augustinus: *Patientia Dei secundùm corda hominum*, inquit vbi suprà, *quibusdam vtilis ad pœnitentiam, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, & in malo perseuerandum*. Alij per ipsam saluantur, alij damnantur, qua nulla maior miseria: sic prauum aliquando cor est hominis, vt ex flore non mel, sed fel eliciat, quod contra accidit illis, qui gratiâ Dei adiuti, dum Deum sic patientem vident, & quòd ita eos sustinuerit *assidens in foribus*, vt inquit noster Sapiens, conuertuntur, sed de hac re iterum ca. 7. num. 23.

Num. 16. *Cogitare de illa sensus est consumatus, & qui vigilauerit propter illam, citò erit securus.*

Connexio Capitis. DEmonstrauit Sapiens superiùs facilitatem in sapientiæ acquisitione, nunc fructum ostendit, qui duplex; perfectio intellectus per actum prudentialem, quem exercet in acquirenda sapientia, & securitas, & pax mentis, vt infrà dicemus.

Sensus est consummatus. Græcè, *scientia, vel prudentiæ perfectio*. Sensum pro prudentia in Græco
Castro. sæpè Vulgatus accipit, vt notauit Castro, vnde cõsummata prudentia est cogitasse de Sapientia acquirenda: non mirum, cùm ipsa, *sit finis pruden-*
Cicer. *tiæ*. Vnde aptè Cicero, vt apud Augustin. contra A-
1. cademi. cap. 3. beatum pronunciat eum, qui verita-
Beatus qui veritatem inuestigat etiam si ad eam non perueniat & cur. tem inuestiget, etiamsi ad eius inuentionem non valeat peruenire, & dicitur sensus consummatus, siue prudentia consummata cogitasse de Sapientia acquirenda, quia cùm ipsa in se contineat comprehensionem earum rerum, quæ veram felicitatem, veramque pariunt beatitudinem, inchoata tantùm notitia eius, respectu aliarum scientiarum notitiæ, meritò sensus consummatus, & prudentia consummata dici potest; cùm finis hominis sit inuestigare veritatem illam, nempè, quæ Deus est, vnde qui quantum potest, ac debet, dat operam inueniendi hanc veritatem, etiamsi non inueniet, beatus est, vt
Friger. inquit Friget. in eod. dialog. apud August. cuius ratio est, *quia totum illud fecit, ad quod faciendum natus est*.

S. Thom. Natus est, dixi: nam (vt inquit Sanctus Doctor 2. 2. q. 2. art. 3. in corp.) perfectio rationalis creatu-
2. ræ non solùm consistit in eo, quod ei competit, se-
Perfectio rationalis creaturæ in quo consistit. cundùm naturam, sed in eo etiam, quod ei attribuitur ex quadam supernaturali perfectione Diuinæ bonitatis: vnde cùm ipsa natura per gratiam eleuata sit ad capacitatem beatitudinis, & possessionis, ac fruitionis Diuinæ, fit vt eius vltimus finis
3. sit beatitudo, quæ consistit in supernaturali visione
Beatitudo huius vitæ est cogitare de sapientiæ acquisitione & cur. Dei, & in acquisitione increatæ sapientiæ, quæ per talem visionem veluti per quandam manum apprehenditur, & possidetur; quapropter inchoatio talis acquisitionis hîc, est Beatitudo, quæ in hac vita haberi potest, & principium, ac inchoatio perfectæ illius beatitudinis, quæ erit in altera, ac proinde cogitare de illa, & de eius tractare inuestigatione, & acquisitione sensus erit consummatus.

At qui vigilauerit, &c. *Citò erit securus*, &c. noua versio, *continuò*, in idem recidit, erit sine cura, & quasi celebrans inge conuiuium, magnum, ac indicibile bonum, quod nulla huius mundi præstare res potest, sed sola Dei, eiusque Sapientiæ acquisitio.

HOMILIA CXXI.

Beatitudo huius vitæ acquisitio virtutum.

COgitare de illa; id est de sapientia, inquit noster Sapiens, est sensus consummatus, hoc est totus homo, & vltima prudentia, vltimaque beatitudo, quæ in hac vita haberi potest.

1. Philosophi antiqui in quo beatitudinem posuerunt.

Quæstio est, tum inter Philosophos, tum inter Theologos, an in hac vita sit beatitudo, & in quibus ea sit. Pythagoras enim fœlicitatem posuit, *in scientia numerorum*. Anaxagoras, *in speculatione operum naturalium*. Herillus, *in scientia*. Antistenes *in gaudio*, Herates, *in sufficientia omnium rerum*, Titemon, *in tranquillitate vitæ*, Simonides, *in sanitate, pulchritudine, & diuitiis*. Epicurus tandem obscœnissimè, *in voluptatibus corporis*. De qua re

Ambros.

videndus est Ambros. lib. 2. Officiorum, ca. 12. Omnes insanierunt. Cuius insaniæ ratio, ni fallor, nulla extitit alia, nisi desiderium beatitudinis homini innatum, quem miser assequi non valens, illis eam

2. Cur eam in rebus huius vitæ posuerunt. *Maxim. Tyr.*

affixit rebus cuius amore ipse tenebatur. Quod & si aliò tendens dixit Maximus Tyrius Platonicus sermone 38. homines ideo vitiis nomina imposuisse virtutum, quia dum ea amabant, diuinitatem, qua beati possent, eis affigere satagebant: *Cum desiderium nos habeat*, inquit, *diuinæ naturæ intelligendæ, ita est humanæ mentis imbecillitas, vt*

3. Vitiis nomina virtutum cur homines imposuerũt carnales.

quæcunque hominis pulchra videantur, ab ipsius Dei natura, diuina nuncupemus, sequentium, amantium illum affectum, quibus eorum quos amant, simulachrum, præbere iucundissimum solet spectaculum, iucundè enim inspicitur lyra, iaculum, vel quicquid potest amati memoriam suscitare: vnde euenit, vt nomina virtutum vitiis imponant. Sic isti miseri, quia voluptates, externaque bona diligebant, pulchréque æstimabant, diuinitatem, summumque bonum eis affigere appetierunt, quo bearentur; vnde errantes, dum beatitudinem in illis expetierunt, in summa semper miseria infœliciter, miseréque remanserunt. Quapropter relictis his, ad nostros accedo.

D. Thom.

De hac re disputant Theologi omnes apud D.

4. Beatitudo duplex.

Thomam, p. 2. q. 2. per totam. & cùm omnes distinguant beatitudinem in naturalem, & supernaturalem, & naturalem dicant illam, quæ conuenit homini secundùm sua naturalia tantùm considerato, nec ordinato in finem supernaturalem; supernaturalem verò, quæ homini ordinato ad finem super-

5. Beatitudo naturalis non est in hac vita. *Vasquez.*

naturalem, semper ea mihi arrisit sententia, vllam naturalem beatitudinem, quæ verè sic dici possit, existere in hac vita. Nam, vt optimè, inquit Vasq. in 1. 2. disp. 12. cap. 3. nihil, quod cum summa miseria simul consistere potest, nomen beatitudinis mereri. At quidquid in hac vita boni, quidquid fœlicitatis, quidquid delitiæ, honoris, & cupiditatis esse potest, etiamsi simul & aggregatim sumas, sine dono gratiæ Dei, cum peccato mortali esse potest, quæ est summa, & indicibilis miseria: ergo nomen beatitudinis non meretur. Quod egregiè dixit

Chrysost.

Chrysostom. homil. 9. in 1. epist. ad Cor. *Quamuis quispiam, vt locuples sit, & generosus, est tamen inter abiectos abiectissimus, cùm à peccato vincitur:*

6. Peccatum facit hominem seruũ.

quemadmodum enim si Rex quispiam barbarorum seruus fiat, omnium est miserrimus: sic qui in peccato viuit, barbarum namque peccatum est, animam enim sub tyrannidem redigit. Seruum ergo cùm peccatum constituat hominem, & seruum barbari, & seruum abiectissimum, quomodo in peccato manens vnquam beatus dici poterit?

7. Et ipsam miseriam constituens eum feram, & dæmonẽ. *Chrysost. vbi sup.*

Adde, quòd non solùm facit peccatum hominem miserrimum, sed ipsammet miseriam, dum ipsum constituit feram, immò & dæmonem, apud quem nulla potest esse fœlicitas. Cuius rationem eleganter prosequitur idem Chrysostomus, vbi suprà. *Peccatum*, inquit, *feras ex hominibus facit, immò & dæmones: nam in istis non est cælestis regni amor, non gehennæ metus, nullus hominum pudor, nulla misericordia, nulla humanitas, sed impudentia, temeritas, futurorum omnium contemptus, & quæ de futuro iudicio dicta sunt fabulas arbitrãtur, & minas illas risu ducunt.* Optimè quidem. Pondera singula, & perspicies, quomodo nil à dæmone differat peccator, non appetit dæmon gloriam, infernum non meruit, hominem non veretur, nullius miseretur, inhumanus est, impudens, temerarius, iudicium Dei esse credit, irridet: sic constituitur per peccatum homo, quid ergo differt à dæmone?

Sed peiores feris sunt, inquit Chrysostomus: 8.

Nam feræ natura tales sunt, peccatores autem naturalem mansuetudinem habentes, præter naturam in immanitatem se vertere conantur. Qua ratione ipsemet constrictus, sicut priùs dixerat, hominem per peccatum dæmonem fieri, nunc addit & peiorem, quàm dæmonem: *Dæmon*, inquit, *cum hominibus, non cum eiusdem generis dæmonibus certat: peccator autem consanguineum, & familiarem, pro viribus malo afficere conatur, neque naturæ eum pudet.* Nil melius: seruus ergo est peccator, dæmon, fera, immo peior quàm dæmon, & fera; quomodo ergo cum tali miseria simul existens, beatus nunquam dici potest? etiamsi simul naturalia bona possideat. cùm beatitudo ex se omnem debeat miseriam excludere?

Immo dæmone peiorem. *Idem.*

Sed si placet, adde aliam, & efficacissimam rationem, qua Sole clariùs elucebit veram, perfectamque beatitudinem naturalem in hac vita consistere non posse: ea namque est, quia ad veram beatitudinem consequendam, requiritur perpetua illius boni, quo quis fruitur, duratio, quæ sententia est Aristotelis 1. Ethic. cap. 7. propè finem, cùm dixit: 9.

Ver enim, nec vna facit hirundo, nec vnus dies, & beatum hominem eodem modo, nec vnus dies, nec breue vllum efficit tempus. Adde Augustinum 13. de Trinit. c. 8. vbi fusiùs, & ex professo probat, de ratione beatitudinis esse perpetuam durationem. Quam etiam sententiam cum D. Thoma, 1. 2. q. 3. art. 4. tradunt Caiet. Conradus, & recentiores Thomistæ.

Ad veram beatitudinẽ requiritur perpetua boni duratio. *Aristot. August. D. Thom. Caietan. Conrrad.*

Et quidem ratio ex se patet: nam ad hoc vt aliquid veram rationem consequatur beatitudinis, necesse est, vt ex se sufficiens sit, totum hominis explere desiderium, ita vt quiescat & sine amaritudine sit. Dixi vt ex se sufficiens sit: nam licèt actu non impleat, & actu non omne expleat desiderium, satis erit si ex se sufficiẽs sit, vt possit explere. Quòd si hoc verum, vt ex se manifestè apparet, certè vllo modo desiderium hominis explebitur, nisi securus sit vnquam illi defuturum bonum, quo fruitur: nã si semel animaduerterat possibile esse illo carere, cũ anxietate viuet, cum formidine, timoréque, tanto maiore, quanto maior erit fruitio, ac delectatio, amorque boni quo fruitur, & sic nullo modo beatus dici poterit, & quòd vera beatitudine fruatur.

August.

Quod præclarè dixit Augustin. 11. de Ciuit. cap. 11.

10. Angeli in sua creatione non fuerunt beati, & cur.

probans Angelos in prima sui creatione beatos non extitisse, quia cum anxietudine viuebant illius, quo fruebantur, status duratione: *Non erat*, inquit, *talis istorum vita beata*, loquitur præcipuè de dæmonibus, *quia quandoque desitura, & propterea non æterna, siue id scirent, siue nescientes aliter putarent, quia scientes timor, nescientes terror beatos esse vtique non sinebat, si autem hoc ita nesciebant, vt falsis, incertisque non fiderent, sed vtrum sempiternum, an quandoque finem habiturum esset, bonum suum in*

neutram partem firma assensione ferrentur, ipsa de tanta fœlicitate cunctatio, eam beata vita plenitudinem, quam in sanctis Angelis esse credimus, non habebat. Nil melius, ipsa cunctatio, ipsaque anxietas, dubiumque, an status ille ipsis duraturus esset, propemodùm perfectam ab illis auferebat beatitudinem. De qua re vide, quæ suprà diximus, cap. 1. num. 15. Quòd si hoc verum, vti verissimum, Deus bone, qualis erit beatitudo naturalis huius vitæ, cùm nihil in ea sit perpetuum, nihil, quod non solùm perpetuam non habeat durationem, sed nec paruam, aut minimam?

11. Beatitudo naturalis si aliqua est in hac vita, in Dei cōtemplatione naturali consistit.

Enimuerò, tum Philosophi omnes, tum Theologi in eo conspirant, si aliquam naturalem in hac vita beatitudinem cognoscunt, eam consistere in operatione perfectissima intellectus circa Deum naturaliter cognitum, cognitione naturali, quæ haberi potest in hac vita. Quod cùm certum sit, attendeq́uàm inconstanter intellectus noster in Dei contemplatione persistat, quis est qui experientiâ non sciat, nec paruo temporis interuallo posse intellectum firmiter in Dei contemplatione manere, quin non fluctuet, & per immensa vagetur, traue nec momento temporis diu stare in illa flamma, delectabilique sciat suspensione. *Facilius atomos mundi dinumerare*, inquit, mentis inconstantiam deplorans Bernard de interior. dom. cap. 62. *quàm motus cordis mei: velocitas animalium, & volatilium, meis motibus æquiparari non potest, cogitationes meas non est qui possit comprehendere, desideriorum meorum non est modus, nunc illa, nunc ista cogito, & desidero, nec illa habere possum, dum corpore vaco, cogitationibus per diuersa loca vagor, nullâ hora, nullo temporis momento quiesco, sed in momento, in ictu oculi, per multa spatia locorum discurrens, nouas creaturas creo, & iterum easdem eadem facilitate deleo, vel alio, atque alio modo multipliciter vario, illud, vel illud habere desidero, talis, vel talis esse cupio, quasi Deus illud dare, vel talem me facere nescierit, aut non potuerit.* Quòd si hæc Bernardus, qui summum contemplationis tenebat apicem, quì longè ab illo, qualis erit eius vagatio mentis, qualis inconstantia?

12. Intellectus in contemplatione diuinorum quàm instabilis, & fluidus. *Bernar.*

13. Bona externa non sunt de essentia beatitudinis naturalis.

Dixi in actu contemplationis aliquos aurumare aliqualem inesse naturalem beatitudinem: nam de reliquis huius mundi bonis, certum est non esse de essentia beatitudinis naturalis, immò & si essent, & ad illam conducerent, ex hac etiam parte, nullomodo hominem beare possent. Quid enim instabilius fortunæ, mundique bonis? heri fuerunt, hodie non sunt: *Simul vt contingant, statim secedunt*, inquit Basil. in Psalm. 61. super illa verba, *diuitiæ si affluant*, & nos etiam alibi: naturâ enim tales sunt, vix perueniunt, ac secedunt, implent, ac implendo exeunt, & exunerant, nesciunt immobiliter stare possidentur, & dum possidentur, depereunt, nulla alia ratione, nisi quia naturâ suâ instabiles sunt, nullam habentes perpetuitatem. Contemplatio ergo de Deo naturalis, perpetua, & diuturna esse non potest, vt experientiâ constat: cætera autem bona, nec stabilia, nec perpetua sunt, sed fluxa, & fluida. Concluditur ergo, quòd ex hac parte naturalis beatitudo in hac vita esse non possit.

Basilius.

14. Et si essent etiam hominem beare non possent.

15. Beatitudo supernaturalis huius vitæ in quo consistat.

Remanet ergo, vt aliqua sit beatitudo in ea, quæ supernaturalis dicatur, quatenus hominem ad finem supernaturalem conducit acquirendum, & hanc nos dicimus consistere in acquisitione virtutum, & in recta, ac sancta voluntate, gratia Dei simul prædita, in charitate, Deique amore fundata.

A Sic idem Augustinus, vbi suprà, cap. 12. quando primos parentes beatos appellat, dum in prima iustitia manebant, sicut & cæteros iustos in virtute proficientes. *Hac ipsos tantùm*, id est Angelos, ait, *quod attinet ad rationalem creaturam, vel intellectualem, beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in Paradiso negare audeat beatos fuisse ante peccatum, quamuis de sua beatitudine, quàm diuturna, vel vtrum æterna esset incertos, esset autem æterna si non peccassent, cùm hodie non impudenter beatos vocemus, quos videmus iustè, ac piè, cum spe futura immortalitatis hanc vitam ducere, sine crimine vastante conscientiam, facilè impetrantes peccatis huius infirmitatis* (hoc est venialibus) *diuinam misericordiam.* De quibus etiam Sanctus asserit Pater sicut de primis parentibus beatos dici posse, etsi de sua perseuerantia non sint securi. In quam sententiam & reliqui sunt Theologi, cum Sancto Thoma, vbi suprà, q. 5 conspirantes omnes, veram beatitudinem huius vitæ in Dei charitate, eiusque amore, & in operibus cæterarum consistere virtutum.

August.

16. Iusti in hac vita beati dici possunt & cur.

B Cuius rei ratio, ex se manifestam etiam facit hanc sententiam; nam eatenus aliquis in hac vita vocari potest beatus, quatenus initium aliquod habet veræ beatitudinis, quam sperat in alia vita; hoc autem initium contingit per modum meriti, quod meritum præcipuè est opus charitatis, deinde aliarum virtutum. Ergo ex consequenti in charitate, & in operatione cæterarum virtutum, à quibus meritum consurgit, consistit beatitudo huius vitæ, non verò in rebus externis, cæterisque huius vitæ bonis. Quapropter meritò Sanctus Basilius epist. 118. quæ est Gregorij Nazianzeni ad Eudoxium, orat. 3. reprehendit Aristotelem, externas æstimantem facultates, necessarias ad beatitudinem huius

Basilius.

C vitæ, *Non laudo*, inquit, *Aristotelis sordes, qui fœlicitatem nobis definiens, aliquatenus rectè processit animæ actionem secundum virtutem hanc esse pronuncians, in vita perfecta, illud verò valdè humiliter dixit, ac sordidè, cùm addit externas facultates.* Cuius rationem assignans Sanctus, sic subiungit: *Veluti si quis pauper existat, aut morbosus, aut æger, aut exul, per hoc fœlicitas ipsi impediatur.* Optimè, impedire certè minimè possunt beatitudinem calamitates illæ, immò aliquando fœliciorem hominem reddunt. Quapropter pulchrè Augusti. vbi suprà asserit, beatiorem esse nunc quemlibet iustum, gratia munitum Dei efficaci, licèt in tormentis, pœnisque viuat, Adamo in Paradiso in statu illo fœlici degente, licèt non quantum ad delectationem præsentis boni, sed quantum ad spem futuræ beatitudinis, cùm iste per Christi merita, ampliorem consequatur gratiam ad beatitudinem supernaturalem acquirendam, quàm Adamus in

17. Tribulationes & calamitates beatitudinē huius vitæ impedire non possūt.

August.

18. Iustus in tormentis cum gratia efficaci, beatior Adamo in Paradiso in delicijs degens.

D illo suo statu: nam Adamus tantùm sufficientem habuit, qua si voluisset, non in peccatum incidisset, iustus autem in tormentis efficacem, qua nullo modo cadet: *Quantum itaque, ait, pertinet ad delectationem præsentis boni, beatior erat primus homo in Paradiso, quàm quilibet iustus in hac infirmitate mortali: quantum autem ad spem futuri boni, beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum, omni molestia carentem societatem Angelorum, in participatione summi Dei, quàm erat ille homo sui casus incertus, in magna fœlicitate Paradisi.* Nil melius. Beatior est iustus, licèt in tormentis viuat, Adamo, quia ampliorem

pliorem de vera beatitudine spem habet; ergo ca-
lamitates, miseriæ, tribulationesque, non adimunt,
sed augent huius beatitudinem vitæ: vnde meritò
Sanctus Pater Basilius, vbi suprà, eos laudat, qui in
ipsa virtute fœlicitatem reponebant, non verò in
Basilius. mundi bonis: *Laudo quidem*, ait, *Stoicorum gra-
uitatem, & animi magnitudinem, qui nullum im-
pedimentum esse aiunt res externas ad fœlicitatem,
sed esse virtuosum beatum, etiamsi Phalaridis tau-
19. rum ardentem habeat.* Pulchrè, virtuosum ho-
Iustus cur minem beatum prædicant, etiam si inclusus ma-
in tormen- neat in Phalaridis tauro ardenti, & vbi ardeat. Vn-
tis non mi- de enim in tanta miseria non est miser, sed beatus?
ser, sed bea- quia etsi foris inclusus, etsi ardens, intus tamen, &
tus. in animo liber est, & non ardens.

20. Recole historiam illam Danielis trium pue-
Tres pueri rorum, & veritatem perspicies Stoicorum: In-
cur in me- clusi manebant, ligati, proiecti, non in taurum
dus flam- ardentem, sed in caminum flammantem, itavt
mis beati. sicut Scriptura ait, *Effundebatur flamma su-* B
Dan. 3. *per fornacem cubitis quadraginta nouem.* Dan.
47. 3. 47. Rex contra eos iratus, *Tunc Nabuchodo-
nosor repletus est furore, & aspectus faciei illius
Num. 19. immutatus est.* Num. 19. Ministri, & proceres in
vltionem, & vindictam, immò & cruciatum eo-
rum toti erant, *Et non cessabant, qui miserant eos
ministri regis succendere fornacem.* Quis quæso
miseros, immò & miserrimos tales non iudica-
ret? qualis mundi miseria eos non cingebat, &
circumdabat? quale tormentum? qualis pœna?
nulla quippè deerat, & tamen beatissimi, & fœ-
licissimi, immò & lætissimi in tali manebant
statu ambulantes in medio flammæ, *Laudantes
Deum, & benedicentes Domino.* Vnde hoc, nisi
quia res hæ externæ non conducunt ad beatitu-
dinem, & sicut illam non possunt dare, ita nec
auferre? intus illa manet in animo, & anima, in
mente, & corde, in virtute, actionéque sancta.
Vnde, quia isti sancti iuuenes, intus recti, virtuo-
sique, inde factum, vt miseri esse non possent,
etiam si miseria eos foris cingeret, & in Phalaridis
tauro, seu in Nabuchod. fornace, ligati existerent.

Quid miserius Susanna, quæ infamata, quæ tra-
dita, quæ condemnata; ac tunc beata intus, quan-
do foris magis afflicta. *Erat cor eius*, inquit Scri-
21. ptura, Daniel. 13. num. 35. *fiduciam habens in Do-
Susanna mino.* Et tunc erat fidens, tuncque ad cœlum suspe-
cur beata xit, *quando consurgentes presbyteri, in medio popu-
in medio li, posuerunt manus super caput eius.* Considera
tribulatio- ouem sub luporum dentibus, quis miseram non
num. diceret? at tunc, tunc suspexit ipsa in cœlum, *quia
Dan. 13. 35. aliunde*, vt inquit Lyra, *non poterat habere auxi-
lium*, & non suspexit addubitans, sed confidens,
sciens tunc Deum sibi affuturum, quando amplius
desperatum. *Proprium diuinitatis est*, inquit idem
Lyra. Lyra, vbi suprà, *succurrere in casibus desperatis.*
22. Misera ergo hæc non, & si accusata, & si conuicta,
Dei propriũ immò nec fuisset & si incensa, mortemque subiis-
in casibus set, illæsa intus, seruata virtute, vt præclarè dixit
succurrere Chrysostomus, homil. de hac Sancta tomo 1. *Etsi
desperatis. tunc esset mortua pudicitiæ quæ obesset*, ait, *dum ca-
Chrysost. ro conderetur sepulchro, & castius redderetur Deo.*
23. Nam, vt ipse egregiè infrà ait: *Falsi testes possunt
Falsi testes facere malam famam, non verò interficere conscien-
infamare tiam.* Hac autem viua semper existente, etsi fo-
possunt, cõ- ris angustiæ premant, intus non penetrant: hinc
scientiam beata ista, confidens erat intus in corde, non e-
destruere quidem ab extra in parentibus, aut amicis, quia
non possũt. etsi foris condemnata, intus immaculata, ac pro-

A inde beata, cuius vna sola virtus intus existens,
plus valuit, quàm inimicorum foris millia, quia
bellum benè foris piis, sanctisque intonare possunt 24.
hominibus, intus autem nunquam, quorum au- Quarum
dacia contra Dei sanctos, virtutisque amatores contra san-
tandiu durabit, quandiu ad experimentum con- ctos pugna
flictumque ventum: nam semel ad congressum duret.
peruentum, malo discent suo, quàm inanis eorum
audax contra virtutis homines fuerit superbia.
Quod egregiè dixit Philo, lib. de præmiis, & pœ- Philo.
nis, inuehens contra tyrannos homines persequen-
tes iustos. *Quorum bellum*, inquit, *nunquam pene-
trabit regiones priorum, sed in ipso conatu corruet,
hostibus sentientibus aduersus quales viros certan-
dum sit, firmatos inuictis auxiliis iustitiæ, virtus
enim augustam & reuerendam præ se fert spe-
ciem; & sola potest sedendo magnas calamitates
immittentes repellere, aut si per insaniam rabidi
ruant in bellum pertinaciter, tantisper dum con-
B grediantur, durabit audax superbia: vbi verò ad
conflictum venerint, discent inanem fuisse suam
iactantiam, & frustra conceptam spem victoriæ.*
Nil luculentius. En tibi Susanna in exemplum:
bellum, quod illi petulantes senes inferebant, intus
in cordis regionem penetrare non potuit: at dum
ipsi per insaniam rabidi pertinaciter in bellum ru-
runt, tandiu certè durauit audax eorum vesania,
quatenus ad congressum peruentum: nam ad con-
flictum transilientes, quando iam amplius bel-
lum truculentum, tunc victi, tunc occisi, tunc dis-
secti, illæsa intactaque fœminæ manente virtute.

Similiter, nec Abraham infœlix, & si extra ter-
ram propriam, peregrinus in aliena versatur: nec
Daniel miser, & si in mediu ferarum: nam omnes
isti, quia virtutis viri, etsi in medio ærumnarum,
tamen beati: ob hoc Abraham, non dubitauit di-
C cere Saram sororem suam, nec Daniel in lacum
expauit descendere leonum, quia dum intus nulla
existebat malitia; quæ extrinsecus erant, & si vio-
lenta, non formidabant, immò nunquam Danie-
lem audeo dicere sic delitiosè, ac propemodùm 25.
beatè, noctem discurrisse, quàm quando in lacu Daniel nũ-
pernoctauit leonum. Quod admirabile, quod mi- quam sic
randum, dixit Chrysostomus, homil. 32 in Genes. lætus ac
Admirandum, inquit, *& rarum erat, videre vi- quando in
rum desideriorum stare in medio ferarum, & nihil medio leo-
pati, sed quasi oues eum circumire, & ita illæsum num.
egredi de lacu.* Quis enim videns in lacu perno- Chrysost.
ctare leonum Danielem, non diceret illum iam de-
uoratum: aut si saluatum (vt multi dubitabant, te-
ste Hieronymo, & Theodor) non crederet, cum ti- Hieron.
more, tremore, anxietudinéque noctem transe- Theodor.
gisse: at nunquam sic discubuit, nunquam sic secu-
rus, ac gaudens, dicam nunquam sic beatus, quia
vir virtutis, quia vir iustus. *Deus meus*, respondit
Regi percunctanti, an viueret, Deusque valuerit
D liberare eum, *misit Angelum suum, & conclusit* 26.
ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo Danielli-
iustitia inuenta est in me, sed & coram te Rex deli- beratus à
ctum non feci. Pondero primam rationem libera- leonibus,
tionis, iustus erat coram Deo, iustus coram homi- quia iustus.
nibus: quid mirum si leones in eius corpus sæ- Chrysost.
uire non potuerunt, protegente eum Deo, qui tunc 27.
potestatem suam erga suos manifestat, quando Abrahæ
amplius vrget necessitas, vt inquit Chrysost. vbi Deus tunc
sup. dum adnotat non liberasse Deum Saram vxorẽ succurrit,
Abrahæ, nisi quando rex ad extremum deuenerat quando ad
malitiæ: *Talia sunt, quæ à Deo dispensantur*, inquit, extremum
rara semper, & admirabilia, & quando apud ho- res vxoris
cum Rege
erat redacta.

miatu desperatum est, tunc potentiam, & sapientiam suam Deus declarat: admiratione dignum est hoc facinus, quòd iusti vxor nullam coaamelliam experta à Rege Egyptio tyranno intemperante, exiuit salua: Deus enim erat, qui faciebat omnia, & in inuijs viam dabat, & spem bonam semper in rebus deploratis afferre valet. Secundum, quod adnoto, sunt verba illa, *& misit Angelum suum, & conclusit ora leonum.* Ad quid dicere Angelum misisse, vt ora concluderet leonum, nunquid satis non fuisset, si diceret conclusisse Deum ora leonum? An hoc dixit, quia cum Angelo ipse versatus illa nocte, vnde nunquam sic lætus extitit, nunquam sic gaudens, & beatus, quod colligo, quia non dixit, *misit Angelum vt concluderet*, quasi non ad alium Deus cum misisset finem, sed dixit: *Misit Angelum, & conclusit*, copulatiuè loquens: quasi diceret, misit Angelum ad me custodiendum, seruandum, alleuiandum, securũ reddendum, ac omni lætitia explendum, qui simul hæc faciens conclusit ora leonum. En iustus, virque virtutis, quàm lætus, quàm beatè deguit, & si in medio esset leonum, & si in summa miseria, nun equidem aliunde, nisi quia res hæ exteriores ad beatitudinem non conducunt, sed beatum hominem virtus reddit, virtus inquam approbata, longorumque saltem annorum circulo radicata, vt optimè inquit Philo, de

28. Virtus quæ beatum hominem faeit, quæ dicatur.

Nuninum mutatione, dum ait: *Is verò demum beatus est, cui liberum integramque fuit longiore vitæ tempore in meliorem ac diuiniorem partem propendere.* Talis erat Daniel, de quo obseruat Cornelius hîc, nonaginta & octo annorum extitisse, quãdo in lacum missus, durauit in sanctitate, beatus erat, & si externa omnia ei defecissent, vnica tantùm contentus iustitia, cuius periculum ne subiret, vt inquit Tertullianus, lib. de Idol. *Non magis leones regios timuit, quàm pueri Hebræi regios ignes.*

Cornelius.

29. Daniel quo ætatis suæ tempore in lacum missus leonum.

Tertull.

At è contra, da hominem his bonis abundantem, da affluentem, effluentemque, & simul da eum impium peccatoremque; videbis ipsum, non beatum, sed miserum, immò & miserrimum. Aman sit tibi in exemplo, quantis huius vitæ affluebat bonis, immò & effluebat, & tamen miser, & miserabilis erat, *Reuersus in domum suam*, inquit Scriptura, *conuocauit ad se amicos suos, & Zarem vxorem suam, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & quantã eum gloriã super omnes principes, & seruos suos, Rex eleuasset.* Esther 4. num. 10. fœlicissimus erat, omnium mundi bonorum abundans diuitiarum, gloriæ, honorum, & fauoris insuper principum: vnde & ipsemet addidit. *Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege, præter me, apud quam eras etiam cum Rege pransurus sum.* En quanta iste habebat, en quantis abundabat; num non diceres fœlicissimum? at infœlicissimus extabat: Audi quid post hæc subiungit, *Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum sedentem ante fores Regias.* Deus bone! quanta ille possidebat, & beatum non reddebant, vnum illi deerat, at infœlicissimum se æstimabat: ô inutilitas bonorum huius vitæ ad veram fœlicitatem consequendam! Verè equidem Diuus affirmat Chrysostomus, homil. in Psalm. 127. tom. 1. super illa verba: *Beati omnes qui timent Dominum*: vbi ponderans (omnes) dixisse Prophetam, hoc est vt ipse ait, *Siue sit seruus, siue dominus, siue pauper, siue mancus, ac mutilus corpore: ac denique quicumque sit, nihil eorum vetat, quominus habeat hanc quam*

30. Bona huius vitæ sine virtute & si abundent miserrimũ constituunt hominem.

Esth. 4. 10

Chrysost.

31. Nullus à beatitudine excluditur huius vitæ, dummodo timor sit Dei in illo.

A *ipse dicit beatitudinem.* Affirmat, alios præter hos, non veros dici beatos, sed fictos; & præclarè ponderat, quòd etsi fictam habeant beatitudinem, ad hoc vt eam talem possideant, multa simul concurrere debent, quibus simul non concurrentibus, nec fictè beatus erit. Cuius verba ita præclara sunt, vt piaculum ducam si aliquid ex eis demam; *Si quis sit diues, ait, hoc ei non sufficit ad beatitudinem, sed oportet etiam adesse sanitatem: si enim sit quidam diues, corpore vero mutilus, claudicat eius beatitudo, & est miserior pauperibus: multi certè diuites cum morbis conflictantes, pauperes, qui compita mendicantes obeunt, fœlices esse dicunt, & se miseros esse ducant cum decem millo talentis. Rursus si sit quidem sano corpore, & diues, gloria autem & honore careat, est aliud rursus impedimentum: sunt enim nonnulli, qui plurimam quidem possident pecuniam, suntque corpore integro, & inoffenso, sed ab ijs, qui principatum obtinent, & magistratum gerunt, grauissima patiuntur, & in militiam trahuntur, eo enim, quòd nullius sunt honoris participes, existimant se esse omnium miserrimos. vt qui ijs pareant, quibus sæpè habent seruos locupletiores: rursus si adsit quidem gloria, diuitia, & sanitas, non adsit autem securitas, vtpotè quòd innumerabiles ei insidientur, is erit omnium miserrimus, vitam agens leporis, & vmbras habens suspectas, omniaque horrens, & pertimescens: quod & si ab ijs etiam sit liber, & omnia ei succedant ex animi sententia, quod fieri non potest, & tamen ita esse fingamus, improba sæpè, & peruersa muliere sibi coniuncta, cadit ijs omnibus miserior, qui carent ijs omnibus, quòd si ei vxor bona, & ex animi sententia euenerit, si malos habeat filios, eam esse omnibus miseriorem necesse est: quòd si nullos habeat lugere & lamentari.* Quid melius, siue quid verius? En tibi Aman, quanta habebat, quanta ad efficiendum eum non verè beatum, sed fictum concurrebant, Rex, diuitiæ, potentia, sanitas, honor, imperium, vxor, filij, amici: at quia vnius tantùm reuerentia defuit, nec fictum beatum illum efficere potuerunt, quid miserabilius? Immò sic impotentes sunt huius mundi res ad beatum aliquem constituendum, vt quando possidentur, non ex aliis, sed ex ipsismet rebus possessis oriatur infortunium, & infœlicitas; ita vt eędem res, quibus beatum aliquem prædicant, eædem eum infœlicissimum sæpè sæpius constituant. Quod egregiè obseruauit idem Sanctus, vbi supra dicens: *Illa enim beatitudo nunquàm planè constiterit, nisi omnia concurrerint: immò verò etiamsi concurrerint, nunc labefactatur ab ijs ipsis, quæ illam pariunt: nam & diuitia perniciem attulerunt, & vxor formosa sæpè fuit causa interitus, & famuli prodiderant, & filij fuerant parricidæ.* Quòd si hoc non sic se habet; dic quæso, quis ruinarum Aman causa extitit? nonnè ea ipsa, quæ dum eum super omnes constituebant, simul non ad gloriam, sed ad crucem, sed ad patibulum eleuabant: furiis enim adactus superbiæ, ex illismet rebus, quas possidebat ansam tulit spernendi iustum: vnde & occisus. Quis ergo beatum dicet talia possidentem, quæ nisi iunctim, nec fictum beatum aliquem efficiunt, & tandem ipsiusmet sunt causa ruinæ.

32. Nun qui homines fictè dici possunt, quod sint beati.

Idem.

32. Beatitudo ficta humana quantis constare debeat, & quàm sit difficilis.

B

C

33. Bona huius mundi quã impotentia ad hominẽ beatum efficiendum, tantum valida ad illud miserũ constituendum.

D

Idem.

Idem.

At è contrà, inquit Chrysostomus, *non est huiusmodi, qui Deum timet, solo Dei timore fit beatus: immò etsi omnia contraria confluant, non modo nihil lædunt eius beatitudinem, sed eam firmiorem reddunt, & constantiorem; nam & si sit*

33. Virtus sola quam potens ad hominem cõstituendũ beatum.

paupertas, & si ignominia, & mutilatio corporis, & uxor improba, & scelerati filij, & quodcumque aliud dixeris, hoc nihil deprimit, aut labefactat eius beatitudinem. Cuius rationem assignans Sanctus prosequitur, *Neque enim suum ex illis habet ortum, vt ex eis conuulsis labefactetur: sed habet radicem à superis: quocirca manet inexpugnabilis.* Quod multis è Scriptura petitis confirmat Sanctus exemplis. Ergo ille beatus, qui vir virtutis, ille infœlix qui peccator, etiamsi omnibus huius mundi affluat bonis.

33. Verę definitionis signum quale.

Enimuerò doctrina Philosophorum est, ad cognoscendam veram alicuius rei definitionem, nullum aliud esse signum, nisi si circumscriptis omnibus, & tantùm definitionis subiecto remanente, ac prædicatu, remaneat ipsa res; aut è contra, si positis omnibus, & tantùm subiecto, prædicatoque illius circumscripto rei, ipsa non remaneat; signum dicunt illud esse veræ definitionis certissimum, vt in exemplo definitionis hominis satis liquet: nam si ab eius definitione animalitatem tollas, & rationalitatem, cæteraque omnia remaneant, in mundo equidem homo non remanebit, aut si rationalitatem, animalitatemque ponas, cæteraque tollas, homo remanebit. Vnde vera erit hominis definitio, quæ assignatur, nempè: *homo est animal rationale.*

34. Efficax ratio cur virtus sola hominē beet.

Hoc ergo sic posito. En ratio, cur omnia huius vitæ bona nihil ad beatitudinem conducant, nihilque ad ipsam faciunt intrinsecè. Nam pone ea omnia, & tolle virtutem, tolles omnino beatitudinem, vt ex supradictis patet; sicut è contra, pone virtutem, & circumscribe cætera, pones beatitudinem, pones totum hominem, vt loquit Ecclesiast. dum ait. *Deum time, & mandata eius obserua; hoc est enim omnis homo.* Eccles. 12. 13. id est, vt Campensis ait, *hoc solo adquiritur quicquid verè hominem, ac solidè beatum facere potest*, vel (vt Victorinus & alij) *hoc est omnis homo*, id est, *hoc præstando, homo se præstat hominem, non belluam ad pastum natam, sed hominem ad intelligendum, & agendum, vt Philosophus dixit, quasi mortalem quemdam Deum.* Optimè quidem, Deum timere, mandata eius obseruare est totus homo, & tota hominis definitio, quam si tolles, etiam si cætera omnia in ipso remaneant, si diuitiæ, si gloriæ, si bona, si delitiæ non erit amplius homo, sed bellua ad pastum nata, non ad intelligendum, & agendum, & sic nec beatus, quia non homo: at pone Dei timorem, pone in ipso virtutem homo erit, etiam si cætera omnia desint, homo remanet, & homo beatus: quia mortalis Deus in terris, non aliundè, nec extra se gaudium, lætitiamque sumens, sed veluti Deus ex seipso, & in seipso. Quod pulchrè dixit Philo, lib. quòd deterior potiori insidiatur, super illa verba Exod. 9. num. 14. quæ Deus Moysi dixit, scilicet, *Aaron frater tuus, ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde,* quæ vltima ipse cum Septuag. legit: *Et videns te lætabitur in se ipso.* Ex ipsis enim probat iustum, non aliundè esse beatum, & gaudere, quàm in seipso, scilicet ex virtute, quam habet, non verò ex externis bonis; & ideo illi propter virtutem gaudendum, quæ intra se, non verò propter exteriora bona, quæ circa se: *In seipso gaudere dogma indicat,* ait, *ad rempublicam pertinens, ostendente legislatore, germanum, & maximè proprium hominis gaudium, nec à pecuniarum, possessionumve gloria, nec à splendore gloriæ, nec ex vllo omninò inanimato, infirmoque opere, quod per ipsum est corruptibile, posse contingere, immò nec à robore, agilitatéque corporis, aut cæteris id genus dotibus, quæ vel cum pessimo quoque communes sunt, & habentibus se nonnumquam perniciem attulerunt ineuitabilem. Quoniam igitur in solis animæ bonis, pura, & minimè adulterina inuenitur lætitia, in seipso vtique gaudet omnis Sapiens, non in his, quæ circa se habet: in seipso enim habet mentis virtutes, quas nobis placere æquum est, circa se verò bonam habitudinem corporis, & externarum rerum copiam, propter quas non est quòd nobis placeamus.* Nil melius. In seipso gaudet homo virtutis, non extra se, beatitudinem non ab extrinseco habet, sed ab intrinseco, à virtute pendens, ab amore, ac diuina charitate sapientiæ, de qua cogitare, in quam tendere, rectè noster dixit Sapiens, sensum esse hominis consummatum, siue vltimam prudentiam, huiusque beatitudinem vitæ; dicat ergo: *cogitare de illa, &c.*

Eccl. 12. 13.
Campens.
Victorin.

35. Quomodo qui Deum timet omnis dicatur homo.

36. Homo virtutis cur Deus in terris.

Philo.

37. Iustus ex quibus gaudere & lætari debet.

HOMILIA CXXII.

Seruus Sapientiæ pro ea laborans, quietè, securéque in hac degit vita: spesque Sanctorum quàm firma, quamque citò eam Deus impleat.

ET qui vigilauerit propter illam, citò erit securus, inquit noster Sapiens: magnum equidem præmium laboris, qui in acquirenda Dei Sapientia sufferetur, quies animique, ac conscientiæ securitas, & hoc tale, tantumque bonum, non post longa promittitur sæcula, sed *citò*; vel (vt alia versio ait) *continuò*, illicò, mox. nec mirum, nam pacatum habent, quem timere omnes debent: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*, inquit noster Saluator, *sed potius timete eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam.* Matth. 10. num. 28. hunc non timent, qui amici eius, & eum inquirunt: securi ergo manent, etiamsi in mediis fluctibus positi à tribulationum procellis iactentur.

1. Iustus cur semper securus.

Matth. 10. 28.

Hoc in magna illa considerandum tempestate, quam diuus sustulit Paulus, dum ab Hierusalem Romam solueret, quàm securus ipse in illa, quàm cæteri turbati omnes, quàm animo constans Paulus, quàm inconstantes reliqui, tandem quàm ipse alacer, quàm cæteri mœsti. Vnde enim ei tanta quies, tanta securitas, tanta demum alacritas, nisi quia Dei seruus illum quærebat, sub eius protectione manebat, & ideò quietus inter collidentes degebat vndas? Quod stupendum, vt amplius eluceat, attendenda est tempestas: *ne dum magna non putatur*, vt inquit Chrysostomus, *miraculum ipsa securitas non æstimetur.* Actor. 27, num. 15. *Data naue flatibus ferebamur*, inquit Lucas, (*summisso vase*, id est antenna) *sic ferebamur*, parum hoc, *sequenti die iactum fecerunt*, & hoc etiam parum, vnde & addit, *& tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt.* At videamus, si aliquod refrigerium ex aliqua luce illis affluebat, nil minus, *neque autem Sole, neque syderibus apparentibus.* At forsitan aliqua erat spes? nulla prorsus, *iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.* At quantũ tẽporis hoc durauit? vno forsitã vel altero die? nil minus, quatuordecim cõtinuis diebus tẽpestas illa insurrexit. En quãta mi-

2. Paulus quã securus in tempestate, quamque hæc extitit grandis.

Chrysost.
Actor. 27. num. 15.

A feria, quantum periculum, quanta tempestas, omnes timebant, plorabant, ieiuni manebant: at Paulus lætus, alacer, securus, & quod caput est, non tantùm pro se, vt inquit Chrysostomus, sed pro omnibus illis, qui cum ipso in naui erant, *& nunc suadeo vobis bono animo esse.* Et infrà, *Rogo vos accipere cibum, pro salute vestra, quia nullus vestrûm capillus de capite peribit.* Adeò securus manebat, quid plura? *Sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium, & cùm fregit, cœpit manducare.* O mira securitas! ô admirabilis in medio tantorum fluctuum quies! vnde quæso illi tanta securitas, nisi quia seruus Dei, pro illo laborabat, illum quærebat, illi seruiebat? non mirum ergo si securè, si lætus, si alacer, si in tantis fluctibus tranquillè comedebat. Quod admirans

Chrysost. 3. Iusti afflicti, causa salutis peccatoribus, & licet seruus dominis imperat.

Chrysostomus, homil. 53. in Acta, tomo 3. ex facto hoc Pauli elicit, iustos in tribulationibus, in angustiis, nil mali pati, securéque semper degere:
B *Atque ita, ait, iusti licèt in tempestate sint, licèt in mari, licèt in pelago, nil graue patiuntur, quin & alios secum seruant.* Mirum, Paulum vinctum ducebant, catenisque cinctum; ipsi autem liberi erant, vitæ, mortisque domini: & tamen vinctus, & seruus, liberis imperabat, liberis consulebat, liberos animabat, *Licèt vinctus esset*, Sanctus ait Chrysostomus, *maiora solutis operabatur, solutus Centurio vincto illo habebat opus, gubernator peritus non gubernante egebat,*

Idem.

immò liberis, dominisque vitam præbet, quo sine omnes peribant. *Astitit mihi hac nocte*, illis dixit Apostolus, *Angelus Dei, cuius sum ego, quem & colo*, signa verba, *dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti, & ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.* Quos sic donauit, vt audeat & ipse dicere, quòd ne capillus de eorum capite peribit, vt suprà diximus.

Apostol.

C Qualis ergo, quantus, quàm magnus est hic vinctus, propter quem talia agit summus cœli moderator? ne mireris, Dei erat, eumque colebat, iustus, ac Sanctus, propter quem quæ non aget Deus? *Si nauigantes, periclitantesque*, inquit Chrysostomus, *& naufragium sustinentes, si & vincti per Paulum seruati sunt, cogita quid est esse virum sanctum in domo.* Egregiè Paulus ergo in naui: turbetur cœlum, obscuretur Sol, claudantur stellæ, obnubiletur Luna, flaucant venti, pugnent Aquilones, intonet cœlum, igneæ discurrant sagittæ, turbetur mare, fremant aquæ, collidantur vndæ, eleuentur vsque ad cœlum, deprimantur vsque ad Abyssum, conspiret totus infernus simul, totaque Sathanica militia: si Paolus in naui, nec capillus peribit hominum, nisi sola nauis, & hoc, vt inquit Chrysostomus: *Vt discant homines, quale periculum euaserint, quia non totum fiebat humano adiutorio, sed manu Dei, quæ absque naue seruauit.*

Chrysost. 4. Sanctorum societas quàm proficua peccatoribus.

Idem

D Hinc Pauli securitas, quia sub Dei adiutorio, hinc eius quies in tempestatis medio.

At si Paulum comedentem in medio tempestatis admiraris: admirare etiam Ionam in non minori dormientem, dormiebat iste securus, dum cæteri nautæ de salute desperantes, penè iam emortui languebant, Ion. 1. num. 6. *Accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid sopore depriméris? surge, inuoca Deum tuum, si fortè recogitet de nobis, & non pereamus.* Mirum, vt in tantis dormiat fluctibus homo, vt inter tot, tantasque vndas se securum æstimet, cæteris præ timore iam exanimatis. *Alijs turbatis*, inquit Hieronymus. *Propheta securus, & tranquillus describitur, vt in interioribus nauis placido somno perfruatur.* Ne mireris, seruus erat Dei, & ex tali seruitute, licèt ab ipso fugeret, securitas, *Hebræus ego sum, & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.*

Ion. 1. num. 6.

5. Ionæ securitas in mari, vnde.

Hieron.

At si tibi hoc non placet, forsitan, quia Ionæ somnus, non tantùm ex securitate, quantùm ex tristitia illi accidit; vtpotè qui de peccato dolens commisso, vt infrà ex Chrysostomo dicemus: admirare eius securitatem, tranquillitatemque intrepidè post quam Deum timuit, vt in mare præcipitaretur suadentis, ob quod eius expendo verba, *Deum cœli*, ait, *ego timeo, qui fecit mare & aridam.* Cur mare, tempestatemque non timebat sicut cæteri? an quia in hac vita solus Deus timendus? immò illud solum timendum, ne aliquid magis, quàm Deum timeamus, vt egregiè dixit Nazianzen. orat. 12. dum ait: *Nec quidquam perinde timendum, quàm ne quid magis, quàm Deum timeamus.* Et Chrysostomus homil. 5. in epistol. ad Roman. audet, & dicit, ob vnam hanc causam dignos nos gehenna, quia plus illam, quàm Deum timemus: *At nunc, ait, tam miserè animati, affectique sumus, vt nisi gehennæ timor esset, ne propositum quidem nobis sit bono aliquo opere fungi: quapropter si nullam aliam ob causam, certè ob hanc vnam gehenna dignissimus, quòd videlicet plus gehennam, quàm ipsum Christum timemus.*

6. Deus solus in hac vita timendus.

Nazian.

7. Alia magis quam Deũ timere quãta nos pœna dignos efficiat.

Chrysost.

Ob hoc Ionas interrogatus, non respondit se mare timere, vndasque formidare, sed Deum Cœli, maris, aridæque conditorem, secundò, Deum cœli timeo, inquit, cur in præsenti, & non in præterito, (timui) vti debebat dicere, dum ipsam fugiebat? at rectè dixit, quia Deum fugiens, mandatoque eius resistens, non eum tunc timebat: at tunc timuit, quando iam tempestate, clamoréque edoctus maris, obedire proposuit, Deoque non amplius obsistere, tunc Deum timuit: nam, vt inquit Chrysostomus, homil. de Sancto Iona, to. 1. vix tempestatem vidit, ac peccatum ita doluit, vt præ tristitia dormitum iret. *Jonas somno premebatur, ait, sed sopor ille tristitia fuit, non requies: nam idonea, benignaque mancipia culpam suam non tardè cognoscunt: hoc & Propheta sustinuit admisso peccato, crimen peccati cognouit.* Deum ergo iam Ionas timet, quid inde? securitas, nullusque tempestatis timor: immò vt tantum abfuerit, quòd mare formidauerit, quin vt in illud eum proiicerent, persuaserit: *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis.* Vt semel discamus, quàm securus, quàm quietus, qui seruus est Dei, quique eum timet, viuat vt mare non horreat tribulationum, immò vt in illo proijciatur, ambiat, & procuret.

8. Ionas quãdo Deum timere incœpit.

Chrysost.

At si Ionam admiraris, sic in medijs degentem fluctibus, admirare etiam Heliam dormientem, dormientem, inquam, tunc, quando ad mortem ab impia expetiebatur Iezabele. 3. Reg. 19 num. 5. *Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi.* At dices, non ex confidentia dormisse, sed ex mœrore, & tristitia, ac defatigatione, quod non inficias eo, sed hoc nonobstante dico, ob securitatem etiam obdormisse.

9. Heliæ securitas in tribulatione expenditur. *3. Reg. 19. nu. 5.*

Sed antequam illud expendam, admirari lubet, cur tantus vir, qui neque regem timuit, neque populum, qui regium stipabat latus, qui

10. *Cur Iezabelem tantum timuit.* *Chrysost.* *Surius.*

ausus est copiosum prophetarum agmen occidere, qui cœlum verbo claudebat, aut aperiebat, nunc vnius fœminę vultum ita exterreat, vt quasi ebrius, (vt inquit Chrysostom. homil. de Petro & Elia. quæ est apud Metaphrastem & adducitur à Surio tom. 4. in mense Augusto) ab illo fugiat? *Non vno, aut altero*, inquit Sanctus, *sed quadraginta diebus aufugit, & ad regionem omnino desertam se contulit, non nutrimentum, non cibum aliquem secum ferens, nam tanquam ebrius præ metu, cætera nihil curabat, sed desertas tantum regiones sequebatur, immò sic timore percussus extabat, vt veniens in Bersabee Iuda, dimiserit ibi puerum suum.* Ne puer ab aliis cognitus, incautè forsitan proderet magistrum; sic timidus, sic propè extra se, vt dicat Scriptura, vt fugeret, *quocumque eum ferebat voluntas*, mirum, si virum, si animum, si gesta eius consideres.

11. *Rationes Heliæ timoris.*

Multas huius timoris assignant sancti, ac Doctores, rationes, Lyranus affirmat hoc ex dispensatione factum esse diuina, Eliæ custodiens humilitatem, ne dum recoleret sic intrepidè se contra Achab stetisse, & si Regem; aliqua ei subreperet superbia, ideo voluit Deus, vt mulierem timeret, qui Regem non formidarat, *Deus*, ait, *permisit eum timere ex humana fragilitate, ne nimis eleuaretur ex constantia præcedenti.* Quod idem & Rabanus, *Sancti*, inquit, *viri, ne superbiant, tentationibus in hac vita reprimuntur, mulierculam fugit, qui mortuos suscitabat, ventura præuidebat, aliaque præclara faciebat.* Chrysostomus, vbi suprà, quia Deus declarare voluit miracula facta, non ab Elia, sed à sua processisse potentia: *Vide quid faciat*, ait, *quo tempore Deus ipse operabatur, Reges, Principes, & populi Eliæ succumbebant, cùm vero Deus abscessisset, etiam mulier vna Prophetæ ibi terribilis visa est: abscessit Deus & natura humana redarguta fuit.* Verbum adnoto Chrysostomi, *mulier vna Prophetæ ibi terribilis visa est.* Quid ibi? in Iezrael scilicet, vbi habitabat Iezabel; ibi terribilis visa est mulier Heliæ, quando paulò ante, nil talem timens mulierem, & si omnes suos occiderat Prophetas, *accinctus lumbis*, vt facer inquit textus. 3. Reg. 18. num. 46. currebat ante Achab, non tantùm currens, quantùm volans, nunc ibi eam timet, ad quam antea tam intrepidè, festinanterque accesserat: ne mireris, quia dum accedebat: *Manus Domini*, inquit oraculum, *facta est super Eliam.* qua postea recedente, viliter timuit, quam antea despexerat. Abulens. hic. q. 3. huius Eliæ timoris assignat pro ratione, iram mulieris multò magis timendam, quàm cuiuscumque hominis: *Non est caput nequius*, inquit Eccl. 25. num. 23. *super caput colubri, & non est ira super iram mulieris.* De qua re videndus est Chrysostom. in sermone de Decollatione Sancti Ioannis, tom. 2. vbi inter alia: *Timuit mulierem*, ait, *qui totius mundi statum, & cœli pluuiam, agri speciem, in lingua potestatem portauerat, qui ignem è cœlo eduxerat, & per virtutem orationis mortuos suscitauerat: hic timuit mulierem, timuit, inquam, nulla enim malitia æmulari potest mulierem malam: ô malum summum, & acutissimum Diaboli telum mulier.* Timuit ergo Elias, ob hoc fugiens ex timore, ex lassitudine, ex inopia, ex inedia tandem vitæ dormiuit; quo nonobstante dico, & etiam ex securitate dormiuisse, tali, tantaque, vt necesse fuerit ab Angelo expergisci, de periculo eum admonente, vt ait quidam, sic securus, quietéque dormie-

12. *Sancti tentatis permittuntur ne superbiant.*
Lyra. *Raban.* *Chrysost.*

13. *Et vi Dei recognoscatur potentia in illis.*

3. Reg. 18. 46.

Abulen. *Eccl. 25. 23.*

14. *Mulieris ira quam formidabilis.* *Chrysost.*

15. *Mulier malum summum.*

A bat. *Respexit*, inquit Scriptura, *& ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo & bibit.* Quo refocillato, nunquid iterum fugam arripuit? nunquid amplius timidus? nunquid iam quasi ebrius currit, auolat, fugit? Nil minus, sed *rursum obdormiuit*, inquit sacer textus, sic, vt ab Angelo necesse fuerit expergisci, reuersusque est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitque illi, *Surge, comede: grandis enim tibi restat via.* Quasi ei diceret: fugis Iezabelem, & dormis? vndique tibi insidiatur, & securus manes? surge, nam, vt salueris, scito quòd grandis tibi adeunda est via: quid hîc stas? ne mireris Angele Dei, nam dormit iam securus Propheta, quia iterum facta est super eum manus Domini: degustauit enim diuinæ prouidentiæ panem, hinc amplius mulierem non timet, ferrum non exhorret, iugulum non fugit, immò nunc amplius ad Iezabelem reuerti, quàm ad B montem proficisci in votis est, ob id securus dormit.

Cuius equidem sanctorum securitatis rationes lubet expendere, quarum prima inde firmissima elucebit, si eius fundamentum semel expendentes, attendamus, in qualibet tribulatione, in qualibet angustia, in quolibet periculo, Sanctorum spem non in his inferioribus sitam, neque radicem ex terra habere, sed ex Deo, in quo confidunt, inde succum, humoremque confidentiæ ebibentes, cuius terra cum sit firmissima, indeficiensque, hinc firmissimi, indeficientesque sancti in spe, & securitate. Quod pulchrè deuotéque dixit Guarricus, sermone 2. in solemnitate Sancti Benedicti, dum ait: *Merito proinde* C *Benedictus in Domino vir, qui confidit in Domino, quia qui in Domino fidit, in eo seipsum figit: vbi autem arbor radicem figit, inde succum vitæ, atque humorem pinguedinis bibit, planè ad humorem radices misit, qui spem suam Deo commisit, ac de ipso fonte summi boni aquas vitæ totius benedictionis, & gratiæ bibit, per hanc nempè piam, & fidelem fiduciam remittuntur peccata, sanitatum corporalium, sed magis spiritualium obtinentur remedia, propulsantur pericula, terrores contemnuntur, vincitur mundus, omnia denique possibilia credenti redduntur.* Nil melius. Vbi pondero illud, inde scilicet humorem arborem elicere, vbi radicem figit, hinc etsi bella premant, si tempestates oriantur, si tandem mors vndequaque immineat, D fixi in spe Sancti, florentesque manent, quia humorem ex Deo habent: sic premebatur aliquando Paulus, vt dicat, quòd & tæderet eum viuere, & quòd vndequaque mortis terroribus cingebatur: ita vt secundùm humanum inspecta re iudicium, impossibile esset euadere, 1. ad Corinth. 1. 8. *Non enim volumus vos ignorare fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet etiam nos viuere*, scilicet per se, & naturaliter, non autem secundùm charitatem, Deique gratiam, quæ tribulatio tanta, talisque erat, vt secundùm iudicium considerata humanum, impossibile videretur, vt eriperentur: vnde & subdit, *ipsi in nobismetipsis*, hoc est secundùm nostrum iudicium, vt Ambrosius, & Theophylactus, *responsum mortis habuimus*, hoc est, certò existimamus mori: at quid? ergo amisit spem, nil minus, immò, & tunc ma-

16. *Sanctorum securitatis in tribulatione prima ratio efficacissima.*
Guarric.

1. ad Cor. 1. 8.

17. *Paulus quā confidens in tribulationibus, etsi magnis.*

Ambros. *Theophil.*

18. *Spes Sanctorum in Deo quàm semper florens, & præpotens in illis.*

A gis florens extitit, ardens, & dicens, tantamque permisisse Deum tribulationem, vt amplius, ampliusque in ipso figeret spem, confidentiamque suam; vnde & sequitur, *Vt non simus confidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quem speramus, quoniam adhuc eripiet.* Pulchrè, eripuit, eripiet, nouam spem, nouum humorem, ex terra illa indeficienti attraxit, vt; non simus, inquit, *confidentes in nobis, sed in Deo.* En radix in Deo, quid inde? virens semper spes, eripuit, eripiet: hinc securitas, hinc Sanctorum tranquillitas, sperant in Deo, cui absolutè sperandum, absolutè, inquam; vnde quamuis aliquis de cœlo descenderet, siue Angelus, siue Sanctus, non in isto, sed in Deo sperandum. Præclarè hoc Origenes, homil. 2. in cap. 1. Genes. *Considera*, inquit, *ne fortè illud, quod scriptum est, maledictus à Deo omnis, qui pendet in ligno; sic debeat intelligi, quomodo est illud, quod alibi dictum est, maledictus homo, qui spem habet in homine, pendere enim à solo Deo debemus, & in nullo alio, etiam si de Paradiso Dei procedere quis dicatur.* Pondero sensum Origenis, vt illud Deuteron. 21. num. 23. *Maledictus à Deo, qui pendet in ligno.* Intelligat pro homine in homine confidente, quid vnum cum alio? quid lignum cum homine? At recole in quo mulier confidentiam posuit suam, vt in Deum euaderet, & perspicies, quàm aptè Origenes sentiat, in ligno confidit mulier, non in Deo, à ligno sua pependit spes, meritò maledicta, ac spe frustrata sua, quia in alio confidit, quia in ligno; hoc etiam maledictus, qui confidit in homine, & non in solo Deo, in solo Deo, inquam, nam penè impossibile sit vt simul in homine, ac in Deo speretur. Quod egregiè ipsemet dixit Origenes, homil. 5. in Psalm. 36. vbi ait: *Sicut nemo potest duobus dominis seruire, ita nemo potest duobus dominis sperare.* Etiam si sit bonus, etiam si sit Sanctus, etiam si sit Dei Angelus, liberaberis, si tantùm in Deo: at si in alio, præterquam in illo, sub onus cades peccatoris. *Eruet eos à peccatoribus*, inquit Dauid, Psalm. 36. num. 40. *quia sperauerunt in eo*, in quo loco ipsemet Origenes, *Nisi enim in solo Deo speraueris, & videat Deus spem tuam ad sæcula æterna esse conuersam, & quia aliam nullam spem geris, nisi in ipso, non poteris eripi à peccatoribus.* Succumbes, cades, morieris in tribulatione, dum in alio, quàm in Deo speras, euades, vinces, lætus victoriam canes, si tantùm in Deo solo sperabis, sic sperabat Paulus, sic sperant sancti firma, validaque spe in Deo, cui seruiunt, & pro quo laborant credentes; vnde non mirum, si quieti, securique in mediis maneant tribulationum vndis.

19. *In solo Deo sperandum non in aliqua creatura, etiamsi Angelus sit.*

Origen.

Deut. 21. 23.

20. *Quomodo maledictus dicatur qui pendet in ligno.*

21. *In Deo & in homine simul sperare impossibile.*

Idem.

Ps. 36. 40.

Idem Origen.

Cuius equidem rei & secunda addenda est ratio, quia nempè sciunt potentissimum ipsum esse; vnde pro se eum habentes, nil amplius timent. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* aiebat D. Apost. ad Rom. 8. num. 31. Quem locum præclarè elucidans Augustin. sermone 4. de pluribus martyribus, tom. 10. sic ait: *Fremebat mundus, populi meditabantur inania, principes conueniebant in vnum, excogitabantur noui cruciatus, & pœnas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas, obruebantur opprobriis, falsis arguebantur criminibus, custodiis intolerabilibus includebantur, vngulis arctabantur, ferro perimebantur, bestiis subigebãtur, ignibus cremabantur, & dicebant: Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Quam vocem admirans

22. *Sanctorum securitatis secunda ratio, Dei Omnipotentia.*

Ad Rom. 8. 31.

August.

23. *Martyrum securitas in tormentis, vnde.*

Augustinus sic prosequitur: *Totus mundus contra vos, & dicitis, quis contra nos? Respondent, ait, & quis est totus mundus, quando pro eo morimur, per quem factus est mundus? sæuire possunt, maledicere possunt, postremò possunt, non solùm corpus perimere, sed dilaniare: & quid faciunt: Ecce Deus auxiliator est mihi, & Dominus susceptor est animæ meæ, mundus interfector corporis, Deus susceptor animæ, & quando Dominus est susceptor animæ meæ, erit restitutor corporis mei. Quid mihi deerit, si membra mea dilaceret inimicus? quando capillos meos Deus dinumeret? quid ergo timebo damna membrorum, quando securitatem accipio de numero capillorum?* Nil melius. Quomodo possunt tribulationes timere, aut in illis quietè non degere Sancti, si sub illius se protectione vident, qui nec capillos eorum tangere sinet, si sic expedit: *Et congregati Satrapæ*,

B dicitur in Dan. 3. num. 94. *& Magistratus, & Iudices, & Potentes Regis contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus.* Mira potentia, in tantis flammarum globis non solùm corpora saluauit, sed capillos; & tantus ignis, non solùm in corpora, sed nec in capillos potuit, quia qui omnia potest, noluit, & igni interdixit, non solùm corpora, sed capillos in sanctis enumeratos suis. Quod argumentum eloquentissimè, vt assolet, prosequitur Chrysostomus homil. de tribus pueris, tom. 1. *In fornacem ligna inyciuntur, ait, quasi ad consumenda corpora contemptorum, crescit captiuis constantia, & amplius furit tyrannus, cum de gloria plus miratur, pueri iactantur in flammam, ibat circa innocuos pedes, nouo libramine temperatur artifex ignis, & tot circumuolans pastus, sola consumere vincula laborauit circa dãnatos suos, innocens pœna blanditur, non audet ignis innocentis Domini sui fauces irrumpere, ne nubilo ductu vaporans eloquentis ora conturbet. O! Dei potentia clarius luce monstrata: furatur pastus alienos incendium, nam consumpsit quos propè inuenit, quia ieiunat in suis, custodiam suam vehementer horrescens, ne iam faciat vel ipso fumo sanctis quos tuetur iniuriam, foris tantùm dicit vrere, liberantur inclusi, & pereunt spectatores: mira etenim ratione vis horrida commutatur in solo loco, vbi incenditur, illic refrigerat, aut tepescit.* Nil præclarius: foras erupit ignis, non solùm ne vreret, sed ne fumo sanctis iniuriam faceret, ne capillos denigraret. Verè ergo exclamat Chrysostom. *Ecce Dominus non in auro lucet, sed in flammis, quæ illuminãt, non quæ incendunt.* Pulchrè, flammæ sunt Sanctorum passiones, in illis dum patiuntur elucet Dominus, sed attende, quòd etsi flammæ, non tamen

Dan. 3. 94

24. *Deus quãta cura suos custodit.*

Chrysost.

C

D incendunt, sed illuminant, sed refrigerant, sed roborificant, sed viuificant. Quis ergo diffidet? quis alibi suam ponet spem? quomodò sancti securi non manebunt, dum tali Deo seruiunt, qui in flammis elucet, non ardentibus, sed illuminantibus?

Idem Chrysost.

25. *Tribulationes sanctis non sunt ignes inflammãtes, sed lucentes.*

Manent ergo securi, quia Deum sequuntur, quia pro eo laborant, quia sub eius protectione manent, quia in ipso solo sperant: attende & tertiam quietis sanctorum rationem; quia ipsum solum amant, ex cuius amore fit, vt tribulationes huiusque vitæ angustias non sentiant; vulneratus enim magno vulnere, si aliud minus illi acciderit, dolorem huius minoris non percipit, quia dolor maioris hùc minoris absorbet: sancti equidẽ omnes vulnerati à Dei charitate sunt, non paruo, sed magno, sed præclaro vulnere. Audi sponsam, *fulcite me*

26. *Tertia quietis sanctorum ratio, Dei amor.*

Cant. 2. n. 5.

floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, c. 2. n. 5. at qualis erat hic languor? vulnus nempè amoris, vnde & 70. legunt, *quia vulnerata Charitate ego ſum*: magnum hoc vulnus dum adeſt, non ſinit alia ſentire. Præclarè hoc Origen. lib. 6. in ep. Paul. ad Rom. 6. in expoſit cap. 8. in illa verba, *in his omnibus ſuperamus, Non noſtra virtute*, inquit enim *ſed per eum, qui nos dilexit: dum enim in illius amore pendemus, ſenſum doloris non recipimus*. Mirum dictum, vt pendens in Dei amore ſenſum doloris non recipiat, vnde illi talis inſenſibilitas? *Nam*, reſpõdet Origen. *Charitas eius, qui nos dilexit, affectus noſtros ita in ſe, eiuſque amorem rapuit, vt dolores, cruciatus, imminentiaque mala terrena non ſentiamus, quia vulnerata charitate ego ſum*: Vulnera autem charitatis maiora ſunt, grandia ſunt, ingentia ſunt, ærumnarum verò huius mundi, etſi multa, parua tamen ſunt, leuia ſunt; ſic nimirum huius mundi laborem nominauit Apoſtolus, cùm inquit: *Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue, tribulationis noſtræ, ſupra modum, in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in cælis*, 2. ad Corinth. 14 nu. 17. leuis ergo & momentanea, ſiuè vt Græca habet, *Momentanea leuitas, eſt omnis afflictio huius vitæ*. Leuem ergo ictum infligit è contra charitas, cùm eius ictus vſque ad animam, medullaſque pertingat, grauem & præpotentem. Hinc eſt, quòd ab hac ſancti vulnerati charitate, ita ab illa abſorbentur, vt amplius alia vulnera non ſentiant.

27. Languor ſponſæ amoris vulnus.

Origen.

28. Amoris Dei vulnus externa non ſinit ſentire vulnera.

2. ad Cor. 14. nu. 17.

29. Laurentius martyr cur ignem foris exurentem non ſentit.

S. Leo Papa.

Quod etiam præclarè adnotauit ſanctus Leo Papa in ſermone ſancti Laurentij, ponderans plus potuiſſe in Laurentio ignem charitatis, quàm tyranni. *Nihil obtinet*, ait, *nihil proficis, ſæua crudelitas, ſubtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio in cælos abeunte tu deficis: flammis tuis ſuperari charitatis Chriſti flamma non potuit, ſegnior fuit ignis qui foris vſſit, quàm qui intus accendit*. Egregiè. Si quidem foris vrebatur Laurentius, torrebatur, cremabatur: ſed quid ex hoc? tantum abeſt vt martyrem ignis afficeret, quin potius tyrannum deridens: *verſa*, ait, *& manduca, aſſatum eſt iam*, ad flammatum dolores dentium morſus deſiderabat, parum illi videbantur ignes, ſi etiam canini dentes non accederent. Deus bone! vnde tanta inſenſibilitas dolorum? ex charitate, & ex igne, qui intus ardebat, plus iſte vrebat, maiores flammas excitabat, maiora vulnera infligebat: quid ergo mirum, ſi minora non ſentiebat, quæ foris tyranni ignis cauſabat?

30. Sancti quàm inhianter tribulationes ſitiant.

Hieron.

Hinc fortitudo ſanctorum, hinc lætitia in tribulationibus, hinc, vt ſic dicam, ingens tribulationum ſitis, non quarumlibet, ſed ingentium, ſed exquiſitorum, dicam non ſolum quas homo, ſed quas diabolus inferre poteſt, has ſitiunt, has expetunt. Beatiſſimum attende martyrem Ignatium, quid diſcipulis ſuis ſcribat, vt refert ſanctus Hieronymus libro de ſcript. Eccleſiaſticis. *Vtinam fruar beſtiis*, inquit, *quæ mihi ſunt præparata, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici adeò me dendum me, ne ſicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere, quòd ſi venire noluerint, ego vim faciã, ego me vrgebo, vt deuorer, ignis, crux, beſtia, confractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum Chriſto fruar*. O mira verba! ô admirabilis vis charitatis Chriſti! non ſolum enim facit vt huius vitæ tormenta non timeantur, ſed vt deſiderentur; immò quod mirum, quod maximum, tormenta diaboli expetit ſanctus martyr, & non vnum vel duo, ſed omnia. Quid tormenti poſſit conferre diabolus, conſidera. Extende imaginationem quia latus eſt campus, multa poteſt inferre diabolus, mira, magna, horribilia, omnia hæc, poſtquàm ſi conſideraueris omnia, deſiderat Ignatius, vt tantum Chriſto frueretur, quia plus erat tormentum amoris Chriſti plus ictus charitatis intus exiſtens, quàm quod foris tyrannus dare poterat, immo quàm quod diabolus ipſe, vnde non mirum, ſi tormenta, ſi cruces, ſi oſſium confractiones, ſi beſtias, ſi tandem ipſos dæmones non timebat, exultabat enim lætus in amore dilecti vulneratus charitate, ſine pœna degebat iam, quia vnicè, & ardenter amabat, *Nunquam tantas tribulationes carne toleraret martyr*, inquit Auguſtinus in pſal. 36. tom. 8. *niſi magnam quietem mente conciperet*. Quam quietem cõcipiunt ſancti, quia plagæ, quas foris infert tyrannus, minores ſunt iis, quas intus infligit amor, vnde non mirum, ſi inſenſibiles foris, dum totus eorum ſenſus manet intus: quietè ergo, & ſecurè viuunt, quia ſapientiam inquirunt, quia pro ea laborant, & quia grauiter eius amore vulnerati ſunt.

Auguſt.

Adde & aliam rationem: quia ſcilicet amando alibi viuunt, non equidem vbi animant, ſed vbi amant. Præceptum expendo amoris. *Diliges*, inquit Dominus, *Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua*. Deut. 6. num. 5. aut ſicut Marcus legit cap. 12. num. 30. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua*. Animam ergo, mentem, & totam hominis virtutem petit amor. *Quatuor in Deum à nobis*, inquit Bernardus de natura & dignitate amoris diuini ca. 10. *& tota exiguntur affectus, totam ſibi vendicat voluntatem, totum amorem, totam virtutem huius charitatis, totam fruitionem*. Tolle ergo omnia hæc ab homine, eaque transfer in dilectum, non amplius in ſe homo viuet, ſed in dilecto, totus in illo occupatus, ſiue abſorptus: ſancti amant equidem, vt amandum eſt, Deum diligunt ex tota anima, ex tota mente, ex tota fortitudine & cùm in Deum hæc habeant, ergo non viuunt vbi animant, ſed vbi amant. Quod egregiè ſanctus dixit Hieronymus in cap. 2. ep. ad Epheſ. ſuper illa verba Pauli: *Cùm eſſemus mortui peccato, viuificauit nos in Chriſto, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus cum Chriſto Ieſu*: vbi ſanctus. *Quæritur quomodò Deus, qui nos ſaluos fecit, & ſuſcitauit, ſimul fecit ſedere cum Chriſto: ſed dicendum iam ſanctos ſedere, & regnare cum Chriſto, quia habent conuerſationem, & ſpem in cæleſtibus fixam, quia vbi theſaurus noſter eſt, ibi eſt & cor noſtrum, ibique firmi, & ſtabiles ſedemus cum Chriſto*. Quod eleganter etiam ſanctus dixit Bernardus ſermone 61. in Cantic. fortitudinem in tormentis conſiderans martyrum: vnde inquit, *Stat martyr tripudians, & triumphans, toto licèt lacero corpore, & rimante latera ferro, non modò fortiter, ſed alacriter, ſacrum è carne ſua circumſpicit ebullire cruorem, vbi tunc anima martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viſceribus Ieſu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum, ſi in ſuis eſſet viſceribus ſcrutans ea ferrum, porro ſentiret: nunc autem in petra habitans, quid mirum, ſi in modum petræ duruerit, neque mirum, ſi exul è corpore dolores non ſentiat corporis, neque hoc facit ſtupor, ſed amor, ſubmittitur enim ſenſus, non amittitur*. Pulchrè, amor illud efficit, non ſtupor, ſubmittitur, non amittitur ſenſus: quia cor in Chri-

31. Quarta quietis ſanctorum ratio in tribulationibus.

Deut. 6. 5. Marc. 12. 30.

32. Amoris præceptum quod ab homine requirit.

Bernar.

33. Sancti habitant non vbi animãt, ſed vbi amant.

Hieron.

Bernar.

34. Dolores cur nõ percipiant.

Hieron. sto habent, qui est eorum thesaurus, vt inquit Hieronymus, vbi ergo est cor, ibi est vita. quia principium vitæ in corde, Viuunt ergo vbi cor habent, in Christo scilicet, qui in cœlestibus sedet, ibi consedent licèt ambulent in terris, ibi conuersantur iuxta Apostoli dictum licèt cum hominibus versentur, non homines iam, sed Angeli Dei, vitam Angelorum in terris degentes.

35. Sicut Angeli viuunt in terris.

Vitam dico Angelorum in terris degentes. quia sic in ea viuunt ac si non viuerent: sic conuersantur, ac si non conuersarentur, edunt non edentes, ambulant non ambulantes, dormiunt non dormientes, sicut Dei Angeli, quando in terris versantur. *Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram*, dixit Raphael Angelus ad Tobiam cap. 12. num. 18. *ipsum benedicite, & cantate illi: videbar quidem vobiscum mandacare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.* (*Tob. 12. 18.*) En angelorum vita quando in terris degunt; talis est sanctorum, qui conformantes se, seu Apostoli præcepto se aptantes, vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, 1. ad Corinth. 7. nu. 31. (*1. ad Cor. 7. nu. 31.*) non tantum, *quia præterit figura illius*, seu, vt Græca, *decipit*, quantum. quia cor alibi tenentes, non stant hîc in illo quod agunt, sed in eo quod amant, vbi totaliter & toti sunt. Ergo si hîc non manent, si alibi sunt, ærumnæ, labores, miseriæ, ac dolores huius vitæ eos non inueniunt, & sic semper quietè, placidèque cum Deo viuentes, tranquillè ducunt hîc vitam suam. Vnde meritò inquit noster Sapiens, *quòd qui vigilauerit ad illam, citò erit securus.*

36. Præmium virtutis à Deo non differtur, sed etiam illud in hac præbet vita.

Sed ponderandum, vti in principio diximus, non post mille annos nobis hanc talem, tantamque promitti quietem, sed citò, illicò, continuè, statim ac aliquis verè, sineque fictione destinauit viriliter sapientiam sequi, seruus eius esse pro illa laborare, & ad illam vigilare.

Hoc equidem in illa diuina sponsione, quam Christus suis, qui omnia propter ipsum reliquerunt, adnotandum, celeritas scilicet præmij, & solutionis ob labores ob ipsum susceptos. Ait namque illi Petrus; *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te* Luc. 18. num. 29. (*Luc. 18. 29.*) magnus labor omnia relinquere, sequi Christum ad crucem, ad labores, ad paupertatem, & tandem ad omnium derelictionem, labor quippe est. At videamus quando talis fiet retributio laboris: illico, mox, sine mora, *Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxores, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multa plura in hoc tempore*, (*Marc. 10. 30.*) seu vt Math. 10. dicitur, *nunc in tempore hoc, & in sæculo venturo vitam æternam: nunc*, inquit, *in tempore hoc:* (*Math. 10.*) non remittit solutionem alibi, hîc promittit se soluturum, & omnium quæ dimisimus centuplum dare. Pulchrè Augustinus in psalm. 43. (*August.*) explicans illa verba: *Quorum filij, sicut nouella plantationes*, distinguens bona, alia ait esse sinistra, alia dextera: & sinistra esse huius vitę, dextera verò alterius: vtraque verò Deum promisisse ijs, qui omnia pro ipso reliquerunt, temporalia scilicet bona, & æterna: temporalia hîc in centuplum multiplicata, æterna in altera vita, vbi centuplum intelligit sanctus, non in ordine ad vitam æternam, sed in ordine ad hanc, de temporalibus bonis, *An forsè Apostoli, ait, relinquentes omnia sua, sine diuitijs in hoc seculo remanserunt? & vbi est illa promissio sinistra, centuplum accipietis? multiplicationem promisit, & re vera quid desit homini Dei? siquis fortè infidelis*

37. Sancti centuplum in hac vita etiam quoad temporalia accipiunt bona.

vnam domum, aut paucas habet, fidelis hominis totus mundus plenus diuitiarum est, vides sinistram eius plenam sub capite, accipiet in hoc sæculo centuplum, vide dexteram complectentem, & in futuro sæculo vitam æternam. Iuxta illud Cantic. 2. (*Cant. 2.*) *Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me:* Quem locum exposuerat sanctus. Hîc ergo promisit remunerationem, statim, illico, absque mora, & remunerationem in centuplum.

38. Abraham multiplicatus in centuplum.

Vix Abraham egressus de terra sua, patriam, suosque relinquens, at Deus diuitijs in centuplum eum ditauit magnis. *Seuit autem Isaac in terra illa*, nempè in Geraris, sacer inquit textus Genes. 26. n. 12. (*Gen. 26. 12.*) *& inuenit in ipso anno centuplum, benedixitque ei Dominus.* quid clarius? Nec mirum, nam omnia relinquens, ad Deum accedens, cùm in brachijs suis eum reciperet, vtrisque bonis eum, vt ditaret, necesse erat, temporalibus scilicet, & æternis: quia, vt alibi inquit Salomon Prou. 13 *in dextera eius anni vitæ, & in sinistra eius diuitia & honor.* (*Prou. 13.*) Quod dixit Apostolus Timotheo, pietatem suadens, 1. ad Timoth. 4. num. 8. *Exerce*, ait, *teipsum ad pietatem, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ*, (*1. ad Tim. 4. 8.*) vt scilicet vitam pacatam, longæuam, & omnibus bonis instructam hîc habeas. Quomodo & hunc locum intelligit Augustinus vbi supra, suadens, vt sinistra Dei, id est temporalia non habeamus super caput, sed infra illud, sicut & dextera, hoc est æterna, supra illud. (*August.*) *Sinistra, inquit, eius sub capite meo, non deseret me, & in temporalibus necessariis, & desiderijs, sed tamen ipsa sinistra sub capite erit, non capiti proponetur, vt dextera eius complectatur me, pollicens vitam æternam: ita enim sinistra sub capite, dextera super caput, impleturque quod ad Timotheum scriptum est, promissionem habens vitæ præsentis, & futuræ.* Ex quo fit, vt si laborem sustinuimus in dimittendo, quæ nostra erant: illico quietem recipiamus accipiendo multo plura, quàm quæ dimisimus, Quod equidem non aliundè, nisi quia continuè soluit Dominus noster, & solutionem debiti non in longum protrahit, ex quo fit, vt vix aliquis ad sapientiam euigilet, quando mox fit securus.

39. Bona temporalia in quo habenda loco.

Hoc equidem etiam adnotandum in illa magna fœmina Samuelis matre: ista enim vix ad Dominum accessit, & ad eum euigilauit, quando mox quietem aduenit: amaro namque animo erat, tristis, afflicta, ita vt cibum capere non valeret. *Porro illa flebat, & non capiebat cibum*, 1. Reg. 1. num. 7. (*2. Reg. 1. 7.*) & cùm talis maneret, surrexit ad inquirendum, & adorandum Dominum. *Surrexit autem Anna, postquàm comederat, & biberat in Silo, & Heli sacerdote sedente super sellam & cùm esset amaro animo orauit ad Dominum*, Surrexit, postquàm comederat & biberat, inquit, cur non ante? an ad denotandum, quàm fragiles huius sint vitæ consolationes? *Flebat illa*, prius afflicta, *& non capiebat cibum*, inquit sacer textus. Cui blandis, amorosisque eam consolans verbis Elcana vir suus, effecit, vt cibum caperet, vt affluenter biberet. *Dixit ergo ei Elcana vir suus, Anna cur fles & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij?* His persuasa comedit & bibit, numquid ob hoc læta effecta? immo magis afflicta, quia si prius externis oculis flebat, deinde ne virum contristaret intus reuocatis lachrymis corde flebat amaroque erat animo. O debilitas humanarum consolationum, potius augent, quàm dolorem minuunt. Quod

40. Cōsolationes huius vitæ quàm leues ad animum cōsolandum.

Theodore. consideraüit Theodoret. quæst. 12. in Deut. ponderans Magos in Ægypto supplicia addidisse, non alleuiasse: *Iussit*, inquit, *Deus, vt plagas à Deo immissas augerent ipsi, qui tamen dissoluere supplicia non poterant.* Cuius rei dat Augustinus rationem in psalm. 105. super illa verba: *cito fecerunt, & non sustinuerunt consilium eius: Festinauerüt*, inquit, *beati fieri temporalibus rebus, qua ideo nemini conferunt veram fœlicitatem, quia non extinguunt insatiabilem cupiditatem.* Nil melius, dare non possunt, quod animus desiderat, immo vnum dant pro alio, filios petebat Anna, pro filijs deperibat, Elcana pro filiis dat ei panem, dat potum, dat cibum, ad quid hæc cum filiorum desiderio? ideo post esum amaro est animo, quia non læta ab eo recessit, vnde terrenis spretis alleuamentis, ad cælestia currit adiumenta, ad orationem, ad lachrymas, sperans à Deo, quod ab hominibus non credebat sublenamen, vt ponderauit Chrysostomus, hom. 1. de Anna, eam scilicet ad Deum confugisse: *Nullo è terrenis accito adiutorio.* Cuius rationem reddit: *quia eius tristitia non nascebatur ex iactura pecuniarum, vt aliquis allato auro diluere posset angorem: neque ex aduersa corporis valetudine, vt accitis medicis morbum posset abigere, natura erat maledicto obnoxia, cælestem manum desiderans: idcirco pratermissis omnibus terrenis, ad natura dominum confugit, nec priùs destitit, quàm illum flecteret, exoraretque vt orbitatem tolleret, vuluamque aperiret.* Hoc vltimum pondero, non prius destitit, quàm Deum flecteret. Mirum, si tempus, mirum si petitionem cunsideres; quantum orauit? vix horulam; quid petebat? miraculum, vt scilicet ex sterili fieret fœcunda, vt etsi octogenaria, vt vult Hildebertus Cænomanensis Episcopus, tamen pareret, & cùm tale, tantumque peteret, non prius destitit, quàm impetraret! O mira Dei dignatio, quæ sic celeriter suos exaudit, sic cito accurrit! Orauit quidem hæc, fleuit, preces multiplicauit, & inde factum, vt quæ amaro erat animo, iucundè, ac lætè vitam postea transigeret. Vnde Chaldæus. *Vultus mali non fuerunt ei vltra*, hoc est tristes, ac contracti, & 70. *& facies eius non concidit vltra*, hoc est, obmœrorem, tristitiamque, post orationem ergo inquit scriptura, *quod abiit in viam suam*, hoc est in domicilium, quod tunc habebat in Silo, antequàm in domum reuerteretur suam, & quòd comedit, & quòd non sunt amplius eius vultus in diuersa mutati. O vis consolationis, dulcedinisque diuinæ! quàm potens est ad animâ alleuiädum! ô imbecillitas consolationis humanæ! Recole, quę supra diximus, post esum, & potum à marito præstitum, amaro fuit Anna animo, nilque ex illo quidquam lucrata lætitiæ, vt supra diximus: at post fusas preces coram Domino, iterum quòd comedit, affirmat facer textus, sed quòd non amplius fuit amaro, sed læto, hilari, lubenticique, animo. Verè equidem sanctus dixit Bernardus sermone quodam de fallacia præsentis vitæ, cælestem consolationem, flumen esse affluentem, non effluentem, *Flumen*, inquit, *planè est, sed quod affluat, non quod fluat vel effluat, flumen vocatur, non quod transeat, vel pertranseat sed quòd abundet*. Terrenæ consolationes flumina sunt, sed effluentia, immo torrentes cito pertranseuntes: sic sterilem, sic siccam terram derelinquentes; ac antea. At cælestes, flumina affluentia, non effluentia, resident in anima, non prætereunt, eam fœcundant, pinguescunt, saginant, vt sic dicam, ac lætificant, ita vt amplius mœrore affici non possit. En fœlix hæc mulier, ex consolatione diuina sic læta remansit, vt amplius dolere non potuerit & ad vnam tantum Sapientiæ inquisitionem, statim, illico facta fuit secura, vt inquit noster Sapiens.

Margin notes: 41. Potius angent quàm dolorem imminuüt. *Augus.* 42. Efficax huius recitatio. *Chrysost.* 43. Anna tristis curad Deü refugit. 44. Quam cito exaudita. *Hildeber. Canoma. Episcop.* *Chald.* 70. 45. Diuinæ cõsolationis vis ad animum alleuiandum quanta. *Bernar.* 46. Sunt flumẽ affluens nõ effluens.

A B C D

Sed consideremus. & aliam etiam præclarissimam mulierem, quæ suorum oblita, omnia relinquens, patriam, parentes, & amicus, vt Deum quæreret, ad terram deuenit extraneam, non tantum ne socrum relinqueret quantum ne Deum, vt Dious inquit Hieronym. de vera circumcisione Ruth, in-quam Moabitem; hæc enim omnia relinquens, & ad Deum confugiens, pauperem vitam in Israele gerebat *Nuntiata sunt mihi omnia, quæ fecern socrui tua*, dixit illi Booz cap. 2. num. 11. *& quod relinquens parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea nesciebas: reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Deum ergo hæc quæsiuit, ad eum confugit, ad sapientiam vigilauit, at quantum temporis permisit Deus, vt sic derelicta, pauperque maneret? quantum vt inquieta, & anxia? nonne illico, statim, moxque quietem adepta præclara hæc est fœmina? *Filia mea*, dixit illi socrus sua, *quæram tibi requiem, & prouidebo vt bene fit tibi*, cap. 3. num. 1. Quod & factum, requiem adinuenit, lætata est, locupletata est, diues facta est, mater effecta est, quæ prius afflicta, turbata, pauper erat & orba. At quantum temporis intercessit? quantum Deus moratus? illico dixi, vix dies intercesserunt. Attende. *Reuersa est*, inquit scriptura, *Noemi in Bethleem, quando primum hordea metebantur*, cap. 1. num. 22. Et Deus Ruth requiem, quam in terra sua perdiderat, reddidit, antequàm hordea excuterentur, *Cumque comedisset Booz, qui fuit maritus eius, & bibisset, & factus esset hilarior, iissetque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum.* En triticum adhuc in manipulis, venit ergo ad Deum Israel quærens illum, *quando hordea metebantur*, & venit afflicta, & turbata, & pauper: deuenit læta, diues, & plena, quando in manipulis ipsa hordea erant: vix ergo dies transierant, & læta facta est: vix parum temporis & iucunda: ne mireris, quia sapientiam exquisierat & ad illam euigilauerat, & sic mox requiem inuenit, mox inquam, illico, statim: sic citò Deus ad se properantes sucurrit, sic ad se clamantes citò exaudit. *Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me, Nihil medium*, ait Basilius, *nullumque internallum fuit inter meam vocem & tuam gratiam, sed simul atque clamaui, & sanitas prodiit.* Optimè quidem. Ad clamorem quærentis, & ad diuinam euigilantis sapientiam, non prodijt vox, sed vocis effectus, non verbis respondit, sed actione, non respondit, sed sanauit, & non respondit, ne ipsa vox, media inter clamorem petentis, & affectum exauditionis intercederet, ac mediaret, ita citò Deus exaudit, & ita velociter diuina Sapientia quietem præbet eis, qui vt inquit noster Sapiens, ad illam euigilant. *Et qui, &c.*

Margin notes: *Hierony.* *Ruth. 2. nu. 11.* 47. Ruth Moabitis quàm cito consolationem inuenit quia Deum quęsiuit. *Cap. 3. 1.* *Cap 1. nu. 22.* *Psal. 29. 2.* *Basil.* 48. Orationem suorum quã cito Deus exaudit.

Num. 17. *Quoniam dignos se circuit ipsa quærens, & in viijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

BEnignitatem repetit sapientiæ, quæ non solum se præbet ipsam inquirentibus, sed etiam circuit eos quærens, se ostendens in omnibus eorum negotijs, tum priuatis, tum publicis, vt mox dicemus.

1. Sapientiæ inquisitio ipsius facit dignos inquisitores.

Dignos se, &c. Quærendo namque facit illos se dignos, nam illos præoccupat. vt supra dixit, & sic præoccupando, & quærendo, facit illos sui dignos possessione.

Iansen.

Et in viis, &c. Indefinitè, & vt Iansen. ait, de viis hominum intelligendum est, quapropter emendata editio abstulit pronomen, suis, quod appositum erat. In quo ergo reperitur hæc diuina Sapientia? ad est ei in omnibus suis negotiis, & apud ipsum stat in omnibus quæ gerit, & agit, & maximè in rebus arduis, & difficillimis, vt vult Cantacuzenus, & hoc hilariter, id est libenter, benignè, placidè, & beneuolè; ex quo fit, vt latè procedant homines, qui serui sunt sapientiæ.

2. Sapientia suis continue assistit in omnib⁹.

Cantacn.

3. Muneris conditiones quales.

Hilariter, &c. Id est libenter, placidè, beneuolè, conditio necessaria in gratiis dandis, vt hilariter detur. Ob hoc Poëtæ tres Gratias finxerunt, Aglaiam, Thalaiam, & Euphrosinem, prima hilaritatem, secunda memoriam beneficij, tertia delectationem, non solum in datis, sed acceptis referebat; inter ornatus, talaria ponebant, celeritatem dandi beneficium significantia. De qua re videndus est omnino Seneca 2. de beneficiis, vbi præclarum illud, *Non dicitur beneficium recepisse, qui non accepit, sed extorsit.* Et primo libro cap. 1. *Qui dat,* inquit, *ne tardè det, quia cum in omni officio magni æstimetur dantis voluntas, qui tardè fecit, diu noluit.* Pulchrè recipitur donum, sed non voluntas, hinc fit, vt transacto beneficio amittatur dantis memoria, immo & amor: hic enim amore acquiritur, qui enim sine voluntate dedit, beneficium præstitit, non amorem, hinc & si gratias ei dent, non tamen voluntatem, amoremque rependunt. Hinc optimè Terentius in Phorm. Act. 3. Scena 2. *Potior,* inquit, *fit, qui prior ad dandum est,* Potior, quia minus qui accepit laborauit, vnde firmius in corde beneficium. Quod egregiè dixit Dionys. Halycarnassæus, lib. 9. dum ait, *Voluntaria sunt erogantibus dulciora, quàm coacta, & accipientibus firmiora, quàm inuite præstita.* Hinc prouerbium, *qui citò dat bis dat,* quod à Spiritu sancto videtur firmatum Eccle. 20. num. 10. *Est datum,* ait, *quod non est vtile, & est datum cui retributio duplex.* Duplex retributio, quia etsi vnum fuit datum, tamen celeritate non vnum, sed duplex. Hinc non vna ei debetur gratia, sed duplex, cum, vt inquit Philo libro primo de vita Moysis, accipienti hoc vnum fit in animo, gratias scilicet referre, *Qui demulcti sunt muneribus, promptissimè,* ait, *nauant operam, non conferendo, sed referendo gratiam debitam.* Ob hoc in Gratijs,

4. Gratiæ à pœnis fictæ tres, & cur.

Seneca.

5. Celeritas in dando necessaria.

Terent.

Dionys. Halycar.

Eccles. 20. 10.

6. Dans celeriter bis dat.

Philo.

vt supra diximus, hilaritatem ponunt, quia ex illa talaria habent, hoc est celeritatem. Immò Plutarch. lib. de disp. Philosophor. affirmat, ob hoc Gratijs tria illa nomina insignita, quæ omnia lætitiam significant, quia vt ipse inquit, *Hilarem esse, & gaudere in conferendo beneficium, id est maius, & pulchrius.* Vnde Eccles. 1. num. 35. *in omni dato hilarem fac vultum tuum:* nam aliàs & beneficium deperditur, & gratia amittitur. Quàm durè se habuit Pharao ad beneficium conferendum! hinc postea, quando illud contulit, nullas retulit gratias. Primò enim tantum viros voluit dimittere; *Ite tantum viri, & sacrificate Domino, hoc enim & ipsi petistis.* Exod. 10. nu. 11. Deinde, etsi filios concessit præcipiebat tamen, vt pecora, & armenta desererent, tandem compulsus, vique coactus, dimisit populum, *Vocauitque Pharao Moysen & Aaron nocte, ait, surgite, & egredimini à populo meo vos, & filij Israel, ite immolate Domino, sicut dicitis oues vestras, & armenta assumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi,* Cap. 12. num. 31. At numquid benedixit illi Moyses, gratiasque rependit? nec verbum in scripturis; signum, quòd nec illi benedixit, nec gratias retulit, quia tardè, & coactè beneficium præstitit, quod non nisi cito, hilariterque præstandum.

Plutar.

7. Hilaritas in dando necessaria.

Eccl. 1. n. 35.

Exod. 10. 11.

8. Tardè se coactè dãs, beneficium perdit, gratiasque non refert.

Ca. 12. 31.

In omni prouidentia, &c. Græcè, *in omni consilio, adinuentione, excogitatione, cura, studio,* Vatabl. *studioque summo occurrit,* refert enim talem prouidentiam ad sapientiam. Melius Cantacuzenus, ad hominum prouidentiam, cui sapientia occurrit, vnde benè inquit, *Quòd non tantum rectè factis ipsa præsidet, verum ijs consilijs, quibus quis inire prudenter solet, vt etiam antequàm res agantur ob ea, quæ rectè cogitat, probetur & placeat.* Dauid tantum cogitauit de ædificanda domo, & illico ei sapientia affluit, & sic sensus est, quòd in omni consilio, adinuentione, excogitatione seruorum suorum ipsa illis occurrit, adiuuans, animans, & vires præbens. Verus sensus, & omnino sequendus. Hugo intelligit per hæc verba communicari à sapientia prouidentiam de futuris. Bonauentura, quod prouideat de necessariis ad salutem. Carthusianus, vt auxilium, & gratiam, quam tribuit omnibus numeris absolutam, & vndequaque perfectam præstet, & vt Vatablus inquit, studioque summo occurrit. Omnes boni sensus, sed præferendus, quem retulimus.

Vatabl. *Cantac.* *Hugo.* *Bonauen.* *Carthu.* *Vatabl.*

HOMILIA CXXIII.

Deus suis consiliarius aßistens, consulens, & adiuuans, in quo sanctorum quies.

IN viis, inquit noster Sapiens, quòd se ostendit Sapientia diuina suis, *in vijs,* id est, vti diximus, in omnibus negotiis, quæ gerunt, & agunt, maximè in rebus arduis, tanquam fidus consiliarius, consulens, assistens, & adiuuans, quo duce non errant, nec errare possunt, maxima fœlicitas, magnum bonum, inæstimabilis thesaurus, Deum habere consiliarium, & ductorem, sive ad mala vitanda, siue ad bona prosequenda.

Considerandum hoc in Rege illo fœlicissimo,

1. Sapientiæ diuinæ assistentia suis, & præcipuè Dauid. *1. Reg. 23. num. 7.*

qui tantum sapientiam quærebat Deumque amabat, Dauid, dico, quomodo semper ei Deus consiliarius fuit fidus, & optimus, eruens eum à periculis, assistens ei in laboribus, ducens, & in cunctis viis eum dirigens suis 1. Reg. 23. num. 7. manebat Dauid in Ceila, per ipsum è manibus erepta Philistæorum, & ab incendio rescriuit hoc Saul, ad capiendum eum se, suusque accinxit. *Nunciatum est autem Sauli, quòd venisset Dauid in Ceilam, & ait, tradidit enim Deus in manum meam, conclususque est introgressus vrbem, in qua porta & seræ sunt.* Quid amplius? *præcepit omni populo, vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid, & viros eius.* En Dauid conclusus, en Dauid captus, en Dauid sine consilio. rumor ad eum deuenit, incertus quid faciat, ignorat, inter tot tantasque confugit ad Deum angustias, petiit ab eo consilium, accepit, fugit, euasit, ait Dauid, *Domine Deus Israel audiuit famam seruus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam.* Noto (audiuit famam) rumor tantùm erat, vnde quid ageret Dauid, prorsus nesciebat, fugeret ne, an sisteret; fidendum Ceilitis, an non, anxius, dubius permanebat. Orat e[illegible]. *Audiuit famam seruus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me, si tradent me viri Ceilitæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus?* Cui Dominus, *descendet, tradent*, fugit, ob hoc saluatus, quod videns Saul, *dissimulauit exire.* Quid familiarius, quid ve solicitiùs ad amici periculum præcauendum? & tamen Deus erat, qui sic cum Dauide se gessit, ac si vnus solus Dauid esset in mondo. Quam diuinam prouidentiam erga singulos suos considerauit Augustinus 3. Confess. 11. & Soliloquiot. 14. ponderans, sic singulis iustis Deum adesse, ac si illius tantum illi cura esset, & non infinitorum. *In toto tempore*, ait sanctus, *totum me simul, semperque consideras, ac si nihil aliud considerare habeas, sic super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis, quocumque iero tu me Domine non deseris, nisi prior ego te deseram.* Pulchrè, quocumque iero, tu me non deseris, nisi prior ego te deseram. En Dauid à Saule expellitur, profligatur, fugit, in Ceila clauditur, & Deus semper cum eo, consulens, adiuuans, præueniens, pericula edicens. Quid mirabilius siue quid securius? Ingresso Noe in arcam Genes. 7. num. 17. inquit scriptura, *Quod inclusit eum Dominus de foris.* Mirum, vt secum asportare vellet clauem, ita vt nec ipsi Noe eam fideret, sic hominem amat, sic de eius est prouidus cura, *Clausit Dominus forinsecus illius arcam*, inquit Chrysostomus homil. 25. in Genes. *vt doceat quàm securum fecerit iustum:* Immo eum clausit, vt non solum securum redderet, sed & quietum, ob hoc ipsi non fidit clauem, ne si aperiret, generisque videret stragem humani, affligeretur, ac tristaretur: *Quapropter*, sequitur idem Chrysostomus, *adiecit forinsecus, ita vt ne possit videre iustus generalem omnium interitum qui fiebat, vnde maiori dolore conficeretur.* Sic Deus de suis est prouidus, sic præuenit futuros etiam dolores possibiles, vti prouidit Dauid ad eum confugienti, dum & traditionem Ceilitarum ei prædixit, ac Saulis descensionem.

August. 2. Deus suis sic assistit, ac si eorum tantum curam haberet.

3. Cur Noe à foris clausit in arca. *Genes. 7. num. 17.*

Chrysost.

Deum ergo consiliarium habuit Dauid ad malum fugiendum; attende nunc ipsum Deum, non solum consiliarium, sed assistentem, & adiuuantem ad bonum prosequendum, victoriamque capessendam. *Nuntiauerunt Dauid*, inquit scriptura, *dicentes: Philisthiim oppugnant Ceilam, & diripiunt areas.* Quid ad hunc nuntium Dauid? vadat ne an non? liberabit Ceilam, an ipse cum suis cadet? consulit Dominum, qui respôdit, *vade, percuties Philistæos, & Ceilam saluabis.* Mirum videbatur, pauci erant, & cum metu manebant adhuc in terra sua, quomodo nunc aduersus Philistæorum agmina ire auderent? vnde & ei ipsimet eius socij. *Ecce nos*, inquiunt, *hic in Iudæa consistentes timemus, quantò magis si ierimus Ceilam aduersus agmina Philisthinorum?* En consilium hominum. Quid ergo faciet Dauid, sistet ne, an perget? anxius, dubius manet, & maneret, nisi Deum haberet consiliarium, Dominum consuluit, qui respondens ait, *Surge, & vade in Ceilam, ego enim tradam Philistæos in manu tua.* Abijt, pugnauit, vicit, occidit Philistæos & Ceilam eripuit, Deo consiliario, & adiutore suo, quo vicit, qui aliàs non vicisset.

4. Consilium humanum quàm incertum.

At libet hic cum Theodoreto quæst. 54. pietatem Dauid ponderare, qui nec digitum sine Dei voluntate vnquam mouere audebat. *Diuina scriptura*, inquit Theodoretus, *ostendit Dauidis pietatem, semper enim Deum sciscitans, & aciem instruebat, & quiescebat.* Quare nil Deo gratius (ni fallor) fieri potest, quàm si homo in omnibus suis semper eum proponat actibus, ad ipsum inuigilet, cum ipso, priùs quàm cum hominibus consilium capiat. falluntur hi sæpe, immo & continuè, at illa Dei superna falli non potest sapientia. En tibi Dauid, si consilium sequutus fuisset suorum, nec Philistæos vicisset, nec Ceilam liberasset, hinc sapiens hic Rex Dei oculos in se vigilantes metuit, quia suos à Deo nunquam eripiebat Psalm. 31. *Firmabo super te oculos meos*, promissum Dei sibi affirmat factum. Vbi pulchrè Augustinus. *Non à te auferam oculos meos, quia & tu non aufers à me oculos tuos.* Vnde rectè Bernard. in speculo Monac. cordato consulit viro, vt nunquam à Deo oculos auertat, sciens tempus prorsus amisisse quo de ipso non cogitauit. *In omni actu* (signa verbum) *vel cogitatu tuo, tibi Deum adesse memineris, & omne tempus, quo de ipso non cogitas, perdidisse te computes*, Immo non solum tempus, sed & negotia Hinc Iosue deceptus à Gabaonitis, quia sua fisus prudentia os Domini non consuluit, Iosue. cap. 9. num. 14. *Susceperunt de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt*, Vidit vestes conscissas, panes duros, calceamenta perantiqua, sua fisus prudentia, os Domini non consuluit. & reputans vera esse dicta, cum eis, cum quibus licitum non erat fœdus, contulit, & se decepit, in hoc exemplum sui deserens magistri, Moysis nempe, qui & in paruis & in magnis semper Dominum consulebat, vt patet Num. 27. in quæstionibus filiarum Saphad, super paterna successione, & de matrimonio contrahendo num. 36. Hinc documentum eruendum ad orationem, ni falli velimus, ad orationem etiam, si fœliciter negotia gerere desideramus confugiendum. *Quæ*, vt inquit Augustinus tractatu de misericordia tom. 10. *qui stant non cadunt, qui elisi sunt, eriguntur, hæc magna seruat, hæc tueatur minima, per hanc gubernamur in prosperis, per hanc fiduciam gerimus in aduersis, hanc quasi tutissimam nauim desideriorum nostrorum mercibus oneramus, vt ad Deum omnipotentem perueniat.* Pulchrè nauem dixit orationem: nam sicut sine ista ad regiones merces peruenire non possunt longinquas, sic nec vota, desideriaque ad Deum nostra, qui in alto sedet empyreo, & longe à nobis residet, & si non distantiæ loco, voluntate tamen concedendi, nisi

Theodore.

5. Deo quàm gratum in omnibus ab eo consilium petere, & auxilium.

6. Reges quomodo ad se oculos attrahêt Dei. *August.* *Bernar.*

7. Tēpus deperditum illud dici potest, quod de Deo non cogitatur.

8. Negotia humana sine Dei consultatione pessum eūt. *Iosu. 9. 14.*

9. Moyses sēper in paruis & magnis Deum consulebat. *Num. 27. & 36.*

10. Oratio in omnibus necessaria. *August.*

11. Eius effectus.

12. Est nauis & cur sic dicatur.

oratio ad eum perueniat. Hinc ergo non mirum, si Dauid omnia prosperè cederent, si vincebat quocumque se verteret, si populos liberabat, qoia continuè ab illa diuina pendebat prouidentia, sine cuius consilio, præceptoque nec bellum incipiebat, vt ait Theod. nec aciem struebat.

13. Deus consiliarius ad mala resarcienda. *1. Reg. 30. num. 4.*

Adiutorem ergo Dauid Deum ad victoriam capessendam, consiliarium ad inimicos persequendos perspeximus; attende nunc ipsummet Deum, consiliarium assistentem, & adiuuantem ad mala resarcienda 1. Reg. 30. num. 4. Percusserant Amalecitæ Sigelec, vbi erant filij, vxores, bonaque Dauid, suorumque, dum ipse alibi versabatur, captiuas vxores duxerant, captiuos filios, bona omnia diripuerant; aduenit Dauid, ciuitatem inuenit igne succensam, *Leuauerunt*, inquit scriptura, *Dauid, & populus, qui erat cum eo voces, & planxerunt donec deficerent in eis lachrymæ.* Abierant Amalecitæ iam, & quò nesciebatur. Quid ergo faciet Dauid? quid, nisi adire consiliarium suum? consuluit Dominum dicens, *persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non?* cui Dominus, *persequere, absque dubio comprehendes eos, & excuties prædam.* Notanda verba, plus ei dixit quàm Dauid petijt; ipse enim nihil aliud, nisi si comprehenderet, at Dominus adiecit, *& prædam excuties.* Miram in hoc Dei pondero prouidentiam, ipsiusque bonitatem: prouidentiam, cùm sic omnia Dauid Amalecitis dederit, vt nec stagmen quidē voluerit vt ex eis deperderetur: quin omnia redirent ad Dauid, vt infra dicemus, præueniens eius lachrymas, eiusque desiderium, ita vt antequàm Dauid oraret, immo antequam sciret esse orandum, præuenit rerum suarum custodiam, sciens ipsum oraturum: Quam summā Dei prouidentiæ dulcedinem in dando meritò admiratur Bernar. serm. 39. ex paruis, ideoque exclamat insipidum, immo & insipientem esse, cui tantæ Dei prouidentiæ dulcedine non sapit, *Non modò immeritos, ait, sed malè meritos præuenit, & non potentibus quidem, immò & impotentibus, non inuocātibus, sed prouocantibus, non interpellātibus, sed etiā repellentibus spiritum bonum, spiritum vitæ, adoptionis spiritum largitur, quid illi anima dulce sapiat, cui misericordia tanta nō sapit? meritò proinde benedictio dulcedinis nominatur ea, quæ præuenit, quia quæ adiuuat fortitudinis, quæ consumat, plenitudinis est.* Nil melius. Fortis est Deus, quando adiuuat, plenus, abundantissimus, quando consumat: at dulcissimus, quando præuenit: *Præuenisti eum*, de iusto loquens ipse Regius Psaltes psal. 20. n. 4. *in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Quem locum exponens de Christo D. Hieron. subtiliter annotat, Patrem, antequam Christo præceptum imponeret obedientiæ, grauissimæque mortis, eum benedictionibus dulcedinis præuenisse, tum infinitarum gratiarum, tum benedictionum omnium Prophetarum, incipiendo à Melchisedech, quando Abrahamum benedixit, *Quoniam præuenisti eum, hoc est, ante præuenit eum in benedictionibus dulcedinis*, ait, *quàm à Iudæis fel porrectum gustasset, quia antea eum istæ benedictiones præuenerunt.* Sic à longè iustum suum præuenit Deus, antequàm patiatur, vt priùs dulcedine replcat, postea pati eum sinat: prius prouidet remedium, postea casum, vt sic dicam. Sic ergo prius prouidit omnium Dauid rerum salutem, custodiamque, postea earum direptionem concessit.

14. Quàm mirabilis sic eius prouidentia erga suos.

Bernar.

15. Qoam ampla in omnes.

16. Diuinæ prouidentiæ dulcedo, fortitudo, & plenitudo, quæ.

Psalm. 20. num. 4.

Diuus Hieron.

17. Christus à patre benedictionibus præuentus dulcedinis.

Secundo adnoto Dei bonitatem: plus dedit, quàm Dauid petijt, vt dicebamus, Dauid si eos, hoc est, latrunculos, comprehenderet, & Dominus adiecit, *& prædam excuties*, sic vndequaque integrā, vt sacer dicat textus, *Quod nec defuit quidquam à paruo vsque ad magnum, tam de filijs, quàm de filiabus, & de spoliis, & quæcumque rapuerant, omnia adduxit Dauid.* Magna Dei bonitas, non solum de vxoribus, de filijs, filiabus, curauit Dauid, sed de spolijs, & de istis, nō solum de opimis, sed de omnibus, etiam vilioribus: *quicquam non defuit, à paruo vsque ad magnum* Non tantum petierat Dauid, immo nec somniauerat: at Deus, & quæ ipse non cogitarat Math. 18. n. 26. patientiam tantùm expetiuit seruus ille multa debens talenta, iurans se omnia redditurum: at Dominus omne ei debitum remisit, tantum voluntate reddendi contēta. Quem locum expendens Chrys. hom. 27 in Gen. *Bonus Dominus* inquit, *misericors, nostrique curam agens, supplici beneuolens, non solum quantum petiit, sed quantum ne cogitare quidē ausus fuit, dedit.* Quam vltra vota liberalitatem expendit etiam Amb. Luc. 23. in beneficio latroni exhibito, memoriam tātum ille petijt, at Christus Regnum dedit, *Vberior est gratia, quàm precatio*, ait Ambrosius sermone 8. in psalm. 118. *Futurum promittis*, inquit, *sed id quod futurum est, vnius diei spatio non patitur præstolari.* En Dauid vindictam tantum latrunculorum expetijt, at Dominus non solum hos, sed & omnia sua, immo & aliena, nam omnem Dauid abstulit prædam eorum, & etiam quam ipsi ex Philistæis eripuerant: ob hoc sancti exultant in tribulationibus, & lætantur, quando vident prælium, quia sub protectiooe Dei viuunt.

18. Deus liberalis vltra vota. *Math. 18. num. 26.*

Chrysost.

19. Latro quā abundāter exauditus & vltra vota.

Ambros.

Sic dulciter experientia edoctus canit ipsemet Regius vates psalm. 45. num. 1. *Deus noster*, inquit, *refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Quid ergo inde, aut qualem animum habes ob hoc, quia Deus est adiutor tuus? *Propterea non timebimus*, sequitur, *dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris*, immo lætabimur, *nam fluminis impetus*, hoc est dulcedinis gratiæ inundatio, *lætificat ciuitatem Dei.* Pondero non dixisse, quod flumen lætificat, sed quod impetus fluminis, non gratia, sed impetus gratiæ, hoc est superabundantia, supereffluentia inundationis eius, vt sic dicam, quam sustinent, qui pro Deo patiuntur, hinc eorum lætitia, hinc exultatio; *Conturbantur montes*, inquit Augustinus hîc, *cùm sæuit mare non deserit Deus ciuitatem suam per impetus fluminis, qui sunt isti impetus fluminis? inundatio illa Spiritus sancti, de qua Dominus dicit, si quis sitis, veniat ad me, & bibat.* Abundant delectationibus, dolere non possunt, ad Deum confugiunt, hinc nec timere, quia Deus refugium, & virtus: *Cùm illuc confugerimus firmi erimus*, inquit idem sanctus hîc, ponderans non tale refugium esse Dei ac hominis, de quo nos alibi: sed esse refugium firmissimum, ad quod tantummodo confugientes sancti in loco sunt tuto ac fidissimo: *Homo omnis*, inquit Basilius homilia duodecima in psalm. 45. *ob sibi iacentem, & insolitam suaptè natura debilitatem, tot adeo rebus in se irruentibus mœroris, periculi, ac laboris, perquàm plenus non mediocri eget auxilio, hic tot cinctus calamitatum procellis, refugium inquirit, aut asylum quoddam, aut certè defugit ad montem: at sanctus Dauid confugit ad Deum ipsum, sibi ducens vnicam esse requiem tantisper dum in eo permaneat.*

Psal. 45. num. 1.

20. Gratia superabundās sanctos in tribulatione quātum lætificet. *August.*

21. Deus refugium firmissimum. *Basil.*

maneat. Optimè, stabat quidem Dauid securus, etiamsi sonuerant & turbatæ fuerant aquæ maris, & conturbati fuerant montes, quia in altiori stabat, nempe in Dei auxilio, ac prouidentia, sic etiam & reliqui Dei serui, ac sancti, stant in Deo, seu in Dei prouidentia, tanquam in asylo quodam, ac loco tutissimo, ob quod securissimi, immo & fœlicissimi, subtus se tribulationes prospicientes, non supra se, vnde etsi à tribulationibus circumdati videantur, euadent certè securissimi.

22. Suos eripit quando vndique eos tribulatio circumdat. Circumdati dixi & appositè, nam multoties ita vndique serui Dei tribulationibus cinguntur, quod impossibile videatur, vt euadant: sed cùm Deum habeant adiutorem, nescio quomodo, aut vnde, quando tribulatio magis vrget, tunc liberantur, tunc exiliunt. *Profectus est Saul*, facer inquit textus, *Dauid in deserto Maon, & ibat Saul ad latus montis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera. Itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos*. En in quali erat Dauid angustia, en quomodo illum cingebat vndique tribulatio, adeo vt ipsemet Dauid euasionem desperaret. *Porro Dauid desperabat se euadere posse à facie Saul*. Quid ergo? numquid comprehendit illum Saul? immo tunc quando circumdatus, ereptus, & quando ipse desperatus, tunc saluatus. *Nuntius venit ad Saul*, inquit scriptura, *dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid*. Et sic Dauid euasit quando minus euasionem sperabat, tum ipse, tum etiam reliqui qui cum ipso. Quod semel Dauid, quotidiè euenit Dei seruis, qui toti in Dei protectione viuunt, tunc liberantur, quando vndique à tribulatione cinguntur, quando desperata res, quando de eis actum humana prouidentia iudicat, tunc liberantur & euadunt, quia, *Quasi vnus aliquis imperator*, inquit Basilius vbi supra, *exercitus armis promittentibus generositatem animi instructus, nullo enim tempore non paratum auxilium opportunè, vt ferat facessenti, ac destituta viribus parti: sic & Deus adiutor noster, & omni militanti contra omnes diaboli insidias, ministros Spiritus in salutem indigentium emittens*. Semper enim Deus stat paratus, semper promptus, semper expeditus ad auxilium, & opem ferendam, vt suos eruat & liberet, consulendo, assistendo, & auxilium præbendo.

1. Reg. 23. 27.

23. Eis veluti Imperator armis instructus assistit.

Basil.

Consulendo dixi: nam nullus equidem alius melior consultor, quàm Deus noster; in Isai. enim, cap. 9. num. 6. inter cætera Christi nomina, vnum & præcipuum consiliarius, *Et vocabitur*, inquit, *nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Princeps pacis*. Multis quidem rationibus Christus Dominus consiliarius dicitur Primò, quia ipse, vti vna ex diuinis personis, magno illi interfuit consilio redemptionis generis humani de incarnatione ipsiusmet Verbi, quod per antonomasiam dicitur magnum Dei consilium: vnde ob hoc Septuaginta verterunt pro, *Consiliarius, magni consilij Angelus*, id est nuntius, & prædicator magni illius consilij, incarnationis scilicet. ipse enim nobis illam manifestauit, ex ore eius accepimus, tantumque scimus sacramentum, tantumque consilium, ipse enim nobis dixit, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, ipse se Deum prædicauit, Deum inquam incarnatum, fas quippe erat, vt tale tantumque sacramentum à nullo prius prædicaretur ac manifestaretur, quàm ab ipsomet Deo, impares enim erant, non solum hominum, sed Angelorum linguæ ad tale tantumque Dei consilium depromendum. Vnde Diuus Anastasius libro de beatitudine filij Dei dixit, appellatum Christum magni consilij Angelum, *Quia missus est à Patre ad annunciandum, & peragendum magnum redemptionis consilium*. Et Diuus Dionysius Areopag. de Cœlest. Hierar. cap. 4. *Dominum Iesum missum à Patre*, ait, *ad redimendum genus humanum, & ad clarificandum Patrem, & ideo appellatum Angelum magni consilij*. Consiliarius ergo dicitur Christus, seu magni consilij Angelus; quia annunciauit, & interfuit, calculumque, vt sic dicam, tulit magno illi Incarnationis consilio.

Isai. 9. 6.

24. Christus cur consiliarius dicitur.

25. Incarnationis mysterium à Christo primitus prædicatum.

Anastas.

Dionys.

Secundò etiam Consiliarius dicitur, quia omnia, quæ Patris sunt, ipse scit, nihilque ab eo absconditur; & quia ipse solus optimè voluntatem nouit Patris, vt ipsemet in Euangelio, vnde Tertullian. lib. de carne Christi, *Quoniam annunciator filius Dei venit paternæ voluntatis, magni consilij Angelus est appellatus*.

Tertul.

Tertiò tandem, propiùs ad rem nostram, Consiliarius dicitur, quia vt inquit quidam, ab eo omne rectum consilium dimanat, omnis bona, ac sancta cogitatio, vnde nullus melior ipso noster Consiliarius esse potest, cuius equidem ratio, quia simul cõsilium præbendo, est potens vt fortiatur effectum. Ob quod notanda nominum series Isaiæ, post nomen enim, *Cõsiliarius*, stat, *Deus fortis*. Quid enim est hoc? aut quid aliud significare potest, nisi quòd quibus Deus consulit, est potens vt fiat consilium? Nam quis potens, sicut Christus Deus noster, tum si ad miraculorum virtutem oculos inijcias, tum si ad firmitatem eius refugias, ipse equidem per antonomasiam hic, *Deus fortis*, dicitur, & Luc. 11. nu. 22. forti armato *fortior*, cuius non solum fortitudo, sed infirmitas omnem humanam excedit fortitudinem: *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*, inquit Paulus 1. ad Cor. 1. n. 25. vbi per Dei infirmũ Christi in passione infirmitas intelligitur. Quam summam in imbecillitate fortitudinem considerãs idem Isa. cap. 8. num. 4. dixit sic Christum fortem futurum, *vt antequam puer sciat vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci*, hoc est omne dæmoniorum robur, vt intelligit Alexandrin. hîc; *Robur*, inquit, *& firmamentum omne Assyriorum, fuerant dæmonia, quæ singuli colebant*. Quod si eius infirmitas tam fortis, quid eius erit fortitudo? Vnde meritò Diuus Gregorius in primum Regum 2. antiquis Patriarchis, Prophetisque Christum in patrandis miraculis anteponit, pulchrè miraculum transitus maris rubri cum deambulatione Christi supra mare comparans, elegantius affirmat hoc fuisse, quàm illud. *Moyses*, inquit, *mare*, Exo. 14. n. 21. *Helias flumen diuisit*, 4 Reg. 10. *Dominus noster Iesus super mare ambulauit*, Mat. 14. n. 25. *Quid ergo est elegantius, in sicco profundi alueo viam transeunti populo exhibere, an ipsam maris faciem viam facere: illi quippe, quia humanitatis deprimebantur pondere in profundi solido viam qua pergerent, requirebant: sed qui infirma humana natura in celsitudinem diuinitatis assumpsisse cognoscitur, super aquas virtute propria ferebatur*. Nil melius: Qui Christum pro consiliario habet, qui pro suo adiutore, ne timeat,

26. Christus Deus fortis.

Luc. 11. 22.

27. Eius infirmitas omnem fortitudine robustior.

1. ad Cor. 1. 25.

Isa. 8. 4.

Alexan.

Gregor.

28. In miraculis patrandis omnibus superior.

Exod. 14. 21.

4. Reg. 10.

Math. 14. 25.

A etsi mare ante se videat, inimicosque post se, vnde vndique conclusum se reperiat, sicut se filij reperierunt Israel Exod. 14. quia vt effugiat, non est

Exod. 14.

29\. Quàm securè in ipso fidendum, etiamsi tentatio vrgeat.

29\. necesse, vt mare diuidatur, vt via pateat, vt vndæ extollantur, vt siccum appareat, hoc est vt tollatur tentatio, vt euanescat tribulatio, vt auferatur inimicus, sed stantibus vndis, effusoque adhuc æquore, sicco transiliet pede, calcatis aquis, quia plus quàm Moyses hic, tantummodo fides non infirmanda: qua stante, sic supra mare stabimus, ac si supra aridam, ac supra firmissimum petram: quia petra est Christus. Hinc Dauid Psalm. 17. prout in secundo Regum cap. 22. num. 22, multis à suis hostibus petitus insidijs; ad hanc confugit petram, qua se liberatum pronuntiat. *Dominus*, inquit, *petra mea & robur meum, & saluator meus*, Pulchrè petra, robur, & saluator: non sufficiebat esse petram, nisi & robur esset, & saluator: est petra recipiens nos, & robur defendens nos, omnem à nobis auferens timorem: & tandem est Saluator noster, perfectè nos ab inimicis eripiens. Sunt enim aliqua humana refugia, quæ etsi petra, robur tamen non habent, nec firmitatem. De qua re videndus est Augustinus in psalm. 45. vnde & nos nec saluant: at Deus refugium robustum, potens saluare. Hinc Isaac Iacobo à patria peregrinaturo Genes. 28. num. 3. *Deus omnipotens*, inquit, *benedicat tibi*. Hebraicè, *Deus Saddai*, hoc est, *fortis, & victor*. Quod considerans Caietanus, affirmat aptè sub Deo Saddai Isaac Iacobum posuisse, quia & Deo forti, & victore indigebat, dum sic è domo eum amandabat sua: fortis ergo est Deus & victor simul, hinc petra, robur, & Saluator. Ob quod Dauid ipse, hoc benè callens, nullum aliud exquirebat refugium, nisi Deum, psal. 30. num. 3. *Esto*, inquit, *mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias*. In quem locum Diuus Gregorius homil. 9. in Ezechiel. *Quæsiuit*, inquit, *locum quò fugeret, sed sine Deo inuenire non potuit munitum, ex qua re & ipsum sibi fieri locum petijt, propter quem locum quæsiuit*. Fortis ergo cùm sit Deus consulens, potens ad consilium exequendum, viresque præbendas, hinc vnicè consiliarios, à quo & summa deuenit seruorum Dei pax, vnde per Isaiam post consiliarij, & fortis nomen, positum est, *Princeps pacis* quia ex Dei fortitudine omnis pax nostra dum Dei regimur consilio, quod equidem non euenit illis, qui non Dei, sed humano, immo & aliquando diabolico: nam cùm Deum secum non habent, in vanum quidem consilium petunt, aut enim illud non inuenient, aut decipientur.

Psal. 17.
2. Reg. 22. num. 2.

30\. Deus est petra, robur, & Saluator suis.

August.

Gen. 28. 3.

Caietan.

Psal. 30. num. 3.

Gregor.

B

C

D

31\. Duo dixi, peccatores scilicet, à quibus Deus abest, vanè consilium petere, cùm aut illud non inuenient, aut si inuenient, erit falsum, ac deceptorium. Miser Saul, à quo Dominus recesserat, consilium quidem petijt, sed non inuenit, in magno cùm reperiretur conflictu inter Philisthinorum agmina manens. *Dominum*, inquit scriptura, *consuluit*, 1. Regum 28. num. 5. *sed quia Dominus ab eo recesserat, non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per Prophetas.* Quid fecit? Pythonissam adijt, à qua consiliũ miser caperet, non recordatus, quod ipse paulo ante, *abstulerat omnes Magos, & Ariolos a terra*, & nunc infœlix ad ipsos Magos confugit, quos gladio peremerat, & dignos morte æstimauerat. Nun miteris, nam sic illis euenit, qui fictè actiones aliquas, etsi aliundè bonas agunt, non à recto moti fine, sed aut prauo aut carnali: eo enim postea recedente illas deserunt, aut si malas & ipsi perpetrare eas desierant ob aliquod particulare commodum, si hoc recedit, ad illas postea redeunt, velociterque currunt.

31\. Peccatores consilium à Deo non requirẽtes, aut illud nõ inuenient aut decipientur.

1. Reg. 28. num. 5.

32\. Impiorum mos in bono agendo, aut malo non perpetrando.

En tibi Saul carnali fine, vt inquit Iustin. Martyr quæst. 52. ad Orthodox. Magos occiderat, sperabat enim ob illud factũ, Dei de priuatione regni sentẽtiam mutaturum, *Sustulit*, inquit, *diuinatrices, quod hoc facto Deum placaturum se esse ita speraret, vt sententiam suam qua eum regno priuaret, abrogaret, non quod diuinatricum scelus odisset, sed quod regnum amaret.* Cuius signum, nam cùm negotium regni eum facessit, statim ad diuinatrices recurrit, eas amplectens, quas paulo ante ob negotium etiam regni, secundùm Iustinum, occiderat. Hinc derelictus à Deo, consilioque orbatus, ac bonitate, ad Diabolum confugit. Peruenit tandem ad Pythonissam, suscitauit illi hæc Samuelem, à Samuele petijt consilium, & oraculum, cui Samuel, *Quid interrogat me, cùm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum?* Vbi notandum, noluisse ei dare consilium, cùm quæ ei dixit, potius ad prædicanda futura pertineant, quàm ad consilium. *Cras*, inquit, *tu, & filij tui mecum eritis, & castra Israel tradet Dominus in manibus Philistim.* Prædictio enim hæc fuit, non consilium, quod noluit illi dare, quia ab eo recesserat Dominus: digna quidem peccati pœna, vt qui consilium Dei sequi noluit, consilium in arduis non inueniat.

Iustin. Martyr.

33\. Saul quo fine magos abstulit, & postea ad illos consulendos accurrit.

At si inueniet, non erit bonum, sed deceptorium, sed fallax 3. Reg. 22. n. 6. Pessimus Achab quæsiuit consilium, sed non à Prophetis Domini, quæsiuit, & inuenit, sed fallax, sed falsum, sed deceptorium. *Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Ascende, & dabit eam Dominus in manu Regis* responderunt fallaces, falsique Prophetæ. Inuenit ergo consilium, sed fallax: ea quidem ratione, quia Dominus non erat cum eo, quia pessimus homo, & sic deceptus in consilio, vnde cecidit miser, se suosque perdens, iusto quidem Dei iudicio, vt qui malo consilio occidit innocentem, ad rem non suam possidendam, per malum etiam consilium perderetur, & simul cum vita perderet regnum. Consilium pessimum fuit formare litteras, & præcipere, vt falsos inducerent contra Naboth testes, vt supra c. 21. hoc consilium fuit vxoris, quod ipse approbauit, & executioni mandauit, vt inquit Lyra, & optimè. Per malum ergo consilium occidit, & possedit, *Occidisti & possedisti*, dixit illi Elias, per malum ergo consilium iustum erat, vt etiam periret. *Quis decipiet Achab Regem Israel*, inquit Michæas, quod dixit Deus spiritibus, qui ante se astabant, *& quod dixit vnus verba huiuscemodi, & alter aliter*, sed cùm omnes ad rem non dicere viderentur, inquit, *quòd egressus est spiritus, & stetit coram Domino, & ait, ego decipiam illum, cui locutus est Dominus, in quo? & ille ait, egrediar & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, & dixit Dominus: decipies, & præualebis, egredere, & facita.* O mira Dei æquitas! ô æquissimum Dei iudicium! verè enim per hæc quis torquetur, per quæ & peccat. Multis alijs quidem modis poterat Deus inferre mortẽ Achab, multisque alijs medijs, sed illud tãtùm elegit, quod aptius ad eius peccatũ puniendum; sagacitate, mendacio, falsitate oppressit innocentẽ, rapuit alienũ: sagacita-

3. Reg. 22. num. 6.

34\. Achab à cõsilio deceptus quia Dominus non erat cum eo.

35\. Consilio perijt, quia consilio occidit innocentem.

Cap. 21.

Lyra.

ce, mendacio, ac falsitate opprimatur ipse, & A qui sanguinem alienum fudit pessimo consilio: altero non minus pessimo fundat proprium, & lingant canes huius peccatoris sanguinem, sicut linxerunt illius innocentis, & pereat fallaci consilio, qui fallaci & iniquo vixerat, moriaturque ad eius manum, qui in manibus pessimi vitam suam duxit consilij. Sic similiter & cæteri decipiuntur peccatores, nam iusto Dei fit iudicio, vt quia ipsi Deo credere noluerunt, ac eius inimici, ipsius consilia tenuerunt, decipiantur, & in errorem miserè inducantur. Quod voico verbo dixit Paulus 2. ad Thessalonicen. cap. 2. num. 11. vt obseruauit Augustinus libro quinto, contra Iulianum Pelag. cap. 3. tomo septimo, dum rationem tradit Apostolus eorum deceptionis, qui Antichristo credituri sunt. Quem Deus in ostensione omnium propemodum virtutum venire permittet, *Cuius est aduentus*, inquit Apostolus, *secundum operationem satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, ijs qui pereunt.* Quod mirum, quod mirandum primo apparet aspectu, vt talia Deus ad seducendum diabolo permittat, vltra quasi fragilitatem existentia humanam; vnde excusari filij videantur perditionis, si in errorem inducantur, cùm vt inquit Dominus noster Math. 24. num. 24. talis erit illorum temporum deceptio, *vt in errorem inducantur* (si fieri potest) *etiam electi.* At non mirum, inquit Apostolus, cùm illud Deus in pœnam permittet filiorum perditionis, iusto enim suo iudicio decipi permittet: immo & vult, vt illi in pœnam suorum præcedentium delictorum decipiantur, ob quod talem dæmoni in illis tribuit temporibus potestatem, qui eius veritati non credentes, eius consenserunt C mendacio, derelinquentes charitatem, amicitiamque, *eo quòd*, inquit Apostolus, *charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent.* Notandum verbum, *charitatem veritatis*, hoc est amorem, beneuolentiam, amicitiam, feruentemque propensionem, qua illis Deus veritatem propinauit, insinuauit, declarauit, vt vult Anselmus: qua non obstante illum recipere noluerunt: *Ideo mittet illis Deus*, sequitur Apostolus, *operationem erroris, vt credant mendacio*, par pari reddens, vt puniens altero peccatum: mendacio ergo credent, qoia charitatem veritatis non receperunt, quia tandem, vt inquit Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius, Christum, qui est charitas, & veritas, non dilexerunt: hinc decipiuntur homines, hinc qui Deum non diligunt, & quibus Deus noo adest, aut non consilium non inueniunt, aut si inueniunt, dolosum est & fallax, cui Deo summo annuente, credent, vt inquit Augustinus vbi supra.

2. ad Thessalon. 2. n. 11.

August. 36.

Deus cur Antichristo tantam tribuet potestatem ad fallendum.

Math. 24. num. 24.

Anselm.

Chrysost. Theophil. Oecumen.

August.

Non sic equidem sapientiæ serui, qui Deo seruiunt, & cum ipsis est Deus, fæliciter viuunt, tranquillam ducunt vitam, in arduis semitam certam inueniunt, quam inoffenso pede currunt, Deum consiliarium & adiutorem in omnibus habent, quia, vt inquit noster Sapiens, *Et in vijs ostendit se, &c.*

Num. 18. *Initium autem illius verissimum est disciplinæ concupiscentia.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Concludit, quomodo acquiri possit sapientia, & ait, concupiscentia, eiusque desiderio: nam sicut velle esse sanus, solet dici pars sanitatis, & velle esse bonus, pars bonitatis; sic velle esse sapiens est initium sapientiæ. — Connexio Capitis.

Initium autem illius, &c. Potest sic verti, vt in B quiunt Castro & Lorinus, *initium enim ipsius verissimum, disciplina cupiditas est*, vel. *initium enim ipsius, verissima est disciplina cupiditas*, Hoc est, non dissimulata, aut incerta, vt inquit Castro, & ad alia desideranda distracta; nam totum postulat hominem: Qui sensus summoperè mihi placet, cùm reuera illa dici possit vera sapientiæ concupiscentia, quæ omnibus alijs relictis, ad solam acquisitionem eius intendit: nam ad multa distractus, non verè concupiscit: & ideo non mirum, si eam non acquirat, Quod, è contra, si veram habeat de illa concupiscentiam, noo pigram, sed feruentem, piam, puram, prudentem, obtinebit eam, quod quomodò hoc sit certum, probat insequentibus Sapiens.

Castro. Lorin.

Castro.

HOMILIA CXXIV.

Desiderium Dei acquirendi sapientiam, gratiamque vnitum erit, non distractum.

Initium acquirendi Dei sapientiam verissimum, *Est sapientia concupiscentia*, inquit noster Sapiens, hoc est, vt nos supra diximus, concupiscentia noo dissimulata, non ficta, tandem non distracta, sed vnita & ad vnum taotùm redacta, hoc est cor habens vnitum, non distractum, non diuisum, cùm vbi hoc non integrum, ibi mors potius, D quàm sapientiæ acquisitio, *Diuisum est cor eorum*, inquit Oseas 10. num. 2. Quid inde? *nunc interibunt*, nunc inquit, tempus non dat, in instanti, illicò, & meritò, nam ex diuisione cordis, eius vagatio sequitur, ex hac robur animæ amittitur, ex qua cogitationum conturbatio, & ex hac tandem non amplius Dei, sed rerum humanarum gustus, & delectatio, hinc mors animæque interitus. *Oculus meus deprædatus est animam meam*, Tren. 3. num. 50. inquit Hieremias. Radix Hebræa, *vagatio abstulit robur meum, & conturbauit cogitationem meam, & posuit os meum, & linguam meam ligatam in compedibus.* Pulchrè, vagatio inquit, hoc est, cordis diuisio ad plura, non ad vnum collectum, abstulit robur, quo Deum priùs inquirebat, hinc factum, vt etiam cogitatio sit conturbata, & vagans, ita vagans, & conturbata, vt

1. Cor diuisum animæ interitus, &c.

Oseas 10. num. 2.

Tren. 3. num. 50. Hierem.

2. Eius vagatio animæ deliquium.

ipsemet homo amplius se ipsum sustinere nequeat, sic multitudine cogitationum pressus, & obrutus, Quod eleganter dixit Bernardus de interiori domo cap. 4. dum ait. *Porrò animus, qui non studet in se consistere, nec in amore Dei desiderium figere, per oculos, & aures, aliosque corporis sensus foras egreditur, atque in his exterioribus delectatur, sed cum inuenerit portas istas clausas, tunc rediens ad se, & videns se nudum, & desolatum, inæstimabili confusione, & horrore concutitur, & quia mundi consolationem quæsiuit, illam, quæ à Deo intus in conscientia datur, non habebit: & non solum eum dedignabitur Deus visitare, sed nec ipse quidem male sibi conscius se ipsum poterit tolerare, requiem in se non poterit habere, quoniam illum dereliquit, cum quo habitare, & requiescere debuit.* Nil melius, nil experientia reste certius, cor diuisum, non vnitum, sibi onus est, sibi ipsi toleratu difficile, sic conturbatum, sic pressum à multitudine reperitur cogitationum, ex qua diuisione statim sequitur, vti diximus, non amplius Dei, sed rerum humanarum gustus, de quibus iam animus loqui, & tractari delectar, vnde ait Propheta, *Et posuit os meum & linguam meum in compedibus.* Quid per compedes, nisi hæc mortalis intelligitur vita, eiusque res? *Habemus compedes*, inquit Gregorius homil. 12. in Ezechiel. super illa verba, *Ecce data sunt super te vincula, ipsam infirmitatem, atque corruptionem mortalis vitæ nostræ.* Ad hanc statim ac cor diuisum est, ligatur lingua, ligatur os, quia iam amplius de Deo loqui, amplius de Deo cogitare non libet: immo etsi aliquando ad Deum mens accedit, nil aliud coram illo, nisi misera hæc eructat; nam sicut quando Deo vnitum est cor, nil aliud eius cogitatio, nisi Deum depromit, vt inquit Bernardus epist. 356. dum ait, *Cor hominis Deo datum, omnis cogitatio terminatur in eum, girat, & circumflectitur super eum, & nil vult possidere præter eum, sicque colligato sibi animo eum diligit, vt sine ipso amarus sit omnis amor.* Pulchrè, vt sine ipso amarus sit omnis amor, quia animæ Deum amanti, sic omnia mundi dulcia amara fiunt, vt nil propemodum dulce reperiat, nil iucundum: hinc est, vt de ijs cogitare, de ijs eloqui non possit, etiam si cum Deo non loquatur, quia illi amara sunt; sic è contra quando cor diuisum, sicut hæc illi dulcia, non amara: sic semper de illis eloqui desiderat, etiam cùm ad Deum accesserit, *Et non clamauerunt ad me in corde suo*, inquit Dominus per Oseam 7. num. 13. *sed vlulabant in cubilibus suis super triticum, & vinum ruminabant, quia recesserunt à me*, sic ad hæc addictum habebant cor, sic delectationem & gustū. Merito ergo cùm ad talem peruenerit cor statum, interijt. cuius radix eius diuisio, eius à Deo recessio: ex quo fit, vt quod supra dicebamus, cor, siue desiderium, quando non est vnitum, ad sapientiam acquirendam non conducit, quinimo & illam amittit. & ipse penitus interijt.

Bernar.

3. Homines spirituales quando se ipsos sustinere non valent.

Gregor.

4. Cor distractū de Deo loqui recusat, & in rebus totus est huius vitæ.

5. Secus vnitum.

Bernar.

6. Deum amāti, amarus est omnis amor.

Osee 7. 13.

Vnitum ergo debet esse desiderium, vnitum cor, non distractum, si Deum attingere velit, semotum à curis, semotum à cupiditatibus. Nam, vt inquit Isidorus in cap. monasticæ exercitationis, & habetur primo tomo Bibliothecæ Patrum, apud me colum. 141. *Qui in medio versatur tumultibus, & vult nosse cælestia, non animaduertit, quod id, quod seminatur in spinis, ab illis suffocatur, & qui non fuerit in otio, remotus à negotijs, Deum nosse non potest.* Quod eleganti probat, & explicat similitudine sanctus Pater Basilius, in tractato illo de vita solitaria, quem ad sanctum Gregorium inscribit, probans hominem curis rerum sæcularium distractum, ad Sapientiæ visionem peruenire non posse: sic enim inquit, *Vt enim oculus continuè circumacta versatus, & nunc horsum, illorsumque deflexus, nunc sursum, deorsum erectus, vicissim ac depressus, exactè cernere nequit, sed obtutu incumbere in rem visam eum oportet, siquidem conspectum rei perspicuum futurus est: hunc in modum mentem hominum sexcentis mundi curis distractam, euidenter cernere*, adde tu & possidere, *veritatem, vix est vt euenire possit.* Optimè, satisque apta similitudo, cuius vis omnino radicitus depromenda. Pro qua re

7. Ad Deum contemplādum solitudo necessaria, & à curis semotio.

Isidorus.

Basil.

Recolenda famosa illa in nostra Theologia quæstio, in qua scilicet operatione, intellectusne an voluntatis nostra consistat beatitudo? Et licèt Scotus in 4. d. 49. qu. 5. velit eam consistere in operatione voluntatis, in actu nempe amoris, & charitatis, quem ipse appellat fruitionem, quo quis fruitur de bono Dei, vt est bonum ipsius: semper tamen mihi placuit opinio Diui Thomæ, qui asserit eam consistere in operatione intellectus, nempè in visione clara Dei, qua Deus fit intellectui præsens beato.

8. Beatitudo in qua consistat operatione, intellectus ne an voluntatis.

Scotus.

S. Thom.

Ratio autem quæ me mouit, non fuit sanè nobilitas operationis: nam semper rationem existimaui formalem nostræ beatitudinis, non esse ex nobilitate sumendam operationis, sed ex illa, qua id, quod est causa beatitudinis, possidemus; at cùm Deus clarè visus, sic nostræ beatitudinis causa, quæ, vt inquit sanctus Doctor, 1. 2. quæst. 3. artic. 4. pendet ab aliquo extrinseco, nempe ab obiecto, quod est Deus, illud equidem formalis erit nostra beatitudo, seu illa operatio erit nostræ beatitudinis causa, quæ veluti manu quadam hoc apprehendit obiectum, efficiens, vt illud nos possideamus, coniungitque illud nobis, cùm possessio Dei sit, quæ facit hominem beatum: hoc autem, si attentè velimus considerare, nulla alia efficit operatio nisi visio clara Dei, nam cùm ex suis principijs, seu vt sic dicam, ex suis naturalibus, hoc habeat visio, vt faciat obiectum præsens, & coniungat illud cum potentia, quod equidem nulla alia obtinet operatio, fit ex hoc, vt visio clara Dei, & ipsa operatio veluti quadam manu accipiat obiectum, quod est ipse Deus, & videndo illud attrahat ad se, possideat in se, & faciat ipsum suum, in quo verè consistit nostra beatitudo, vt optimè totum hoc probat Vasquez prima secundæ, disp. vndecima, capite septimo.

9. Ratio efficas, cur formalis nostra beatitudo consistat in operatione int.

Vasquez.

His ergo sic constitutis vt certis, optimè ex his colligere possumus, quòd similiter nunc in hac vita, Deum, vti possibile est, possidemus, quando per illuminatum fidei oculum videmus eum: & tunc facimus eum nostrum, quando, vti possumus, in eum intendimus, licet obscurè, & vt inquit Apostolus, per speculum, & in ænigmate: nam sicut in cœlo clara visio Dei clarè visi, facit nobis illum præsentem, & apprehendens illum facit, vt nos eum possideamus, ex quo beatissimus, sic in hac vita, vbi per fidem, & obscuram visionem incedimus, tunc quippe dicimur Deum (vti fas est hîc) possidere, quando per contemplationem, quantum hu-

10. Contemplatio quomodo beatum constituat in hac vita hominem.

11. Potentia contemplationem Dei eliciens, vt eum apprehendat qualis debet existere.
Bernar.

mana suffert fragilitas, cum nobis præsentem facimus: & tunc eum apprehendimus, quando in eum vim contemplationis dirigimus. Sed notandum, quòd vt talis contemplatio Deum apprehendat, & illa sit actio qua Deus possidetur, debet à potentia procedere apta, benèque disposita ab intellectu nempè purgato, & vnito, qui est animæ oculus. Nam (vt inquit Bernardus tractatu de interior. dom. capite primo) *Conscientia ædificanda est, sed prius mundanda.* Ergo intellectus noster vt perfectè contempletur, duo habere debet, purgationem scilicet, & intentionem, vt scilicet sit purgatus, dilucidus, illustris, sine aliqua peccati macula intinctus, ac imperfectionis, si verè, & totaliter Deum apprehendere velit. Quod

Bernar.
12. Peccatorũ memoria contemplationem impedit.

dixit Bernardus sermone quinto de Assumptione, dum de impedimentis discurrens contemplationis, inter primum, & principale ponit peccata, immo secundùm ipsum, & recordatio peccatorum. *Hæc igitur tria sunt*, inquit, *quæ oculum intelligentiæ confundunt, atque à contemplatione veri luminis excludunt, tenebræ scilicet peccatorum, recordatio eorumdem peccatorum, cura terrenorum actuum* Dixit sine aliqua macula peccati, & imperfectionis, si verè, & totaliter Deum apprehendere & possidere velit, nam licèt cum peccatis venialibus, (exclude omnino mortale) & imperfectionibus, possit esse contemplatio, & aliqua Dei possessio in

13. Venialia grauia, & malitiosa impediunt omnino contemplationem.

hac vita, vera tamen, & totalis non erit, nisi in anima, quæ caret imperfectionibus, & venialibus (grauiora intelligo, & quæ non sint vti defectus quotidiani:) nam contemplatio illa, quæ est vnio cum Deo in hac vita, purissimam exigit, ac purificatissimam animam, ita vt nulla sit in ea macula, vel ruga, tanquam vitrum, seu Chrystallum mundum, quæ animæ

14. Anima quibus modis purgatur ad Deũ fruendum.

purificatio in aliquibus tam quoad culpam, quàm quoad pœnam qui ad sublimem vnionis gradum in hac vita vocantur, fit hîc medio igne amoris, & charitatis, spiritusque insuper intrinseca, forti, terribili, & acutissima tribulatione, per quam ab imperfectionibus, & venialibus culpis purgatur & illustratur anima, vt digna talis fiat vnionis, in alijs verò, qui in hac vita ad talem vnionem non sunt vocati, sed in altera, fiet in illis talis purgatio quoad pœnam, non equidem igne amoris, sed Purgatorij, quò sic animæ purificabuntur, & illustrabuntur, non secus ac ab igne aurum; vnde illo mediante in aurum mundum, purum, aptum euadent, vt in eis vniatur, & conglutinetur adamas ille diuinus, essentia nempè Dei.

Secundum autem, quod possidere debet est, vt totaliter in Deum intendat obtutum, & non sit alibi distractus, nam tam excellens obiectum est Deus, tam subtile, & delicatum, tam altum & admirabile, vt nisi omni conatu in illud oculus defigatur, nullo modo apprehendi

15. Ad cõtemplationem quàm vnitum debet se cor inuenire.
Bernar.

possit, immo nec possibile, vt apprehendatur. *Mens enim*, inquit idem Bernardus de interior. dom. capite decimo sexto, *quæ se ad sui considerationem non subleuat, sed adhuc per varia desideria spargitur, & varijs cogitationibus huc, illucque distenditur, non potest seipsam in vnum colligere, quia nondum nouit ad seipsam intrare, sed adhuc in imo est cogitatione, & conuersatione, ideoque non potest ad ea, quæ supra ipsam sunt, penna contemplationis euolare.*

Ex his ergo clarè elucet, quàm aptè, appositéque gloriosus dixerit pater Basilius, *Mentem sexcentis mundi curis distractam, cernere non posse veritatem:* Quia cùm ipsa sit oculus animæ, per quem vnicè, vt diximus, hîc Deus apprehenditur, nisi hîc omnino figatur, & vniatur ad vnum, non attinget ad illud. Non secus ac oculus corporeus, vt inquit sanctus, quòd si non cernit, si non contemplatur, si obiectum illud non habet præsens, nec possidebit, nec illam tenebit veritatem, sapientiamque diuinam, cùm hîc non aliter, vt diximus, Deus obtineri possit, nisi per contemplationis actum, neque illo frui, nisi per internam visionem, quæ vt Deum attingat, omnino vna, vnitaque manere debet.

Basilius.

Ob hoc Iosue ille sanctissimus, tanquam vnicum medium ad Deum consequendum, cordis hanc coniunctionem à populo exigit dicens, *Nunc ergo timete Deum & seruite ei perfecto corde, atque verissimo*, Iosue vigesimo quarto, numero decimo quarto. Duo hîc, secundùm Doctorum sensum, præcepit Iosue; cultum scilicet internum, & externum; internum, dum dicit, *corde perfecto*, externum, *verissimo*: nam tunc est cor verissimum, quando exterius operatur, quod interiùs sentit: & è contra, cùm id, quod exterius est, interiori consonat. Seruite ergo, eis dixit Iosue, perfecto corde, atque verissimo, quod fuit dicere, seruite corde vnito, non distracto, non diuiso, integro, non abscisso, vnde in Hebræo, pro perfecto corde est, *In integritatibus, & simplicitatibus.* Quod admirabiliter conuenit: nam tunc quis perfectum cor habet ad Deum, quando habet illud integrum ad ipsum, quando simplex, non admixtum, quando vnum, non multiplex: tunc timet Deum, tunc est capax eius possessionis, tunc vulneratum habens Deum, vti captiuum ad se attrahit, cùm non duplici, sed simplici oculo se vulneratum dicat sponsus iuxta illud Cantic. quarto numero nono, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Non duo fuerunt oculi, nec duo crines, sed vnus oculus, & vnus crinis, qui sponsum vulnerauerunt*, inquit Philo Carpathius hîc, quia tunc anima sancta, pia, & Deum ipsum vulnerat, & veluti captiuum ducit, quando in vnum omnia sua redigit desideria, omnesque cogitationes: ita vt omnia hæc non faciant, nisi vnum oculum, quo Deum desideret, & vnam cogitationem, qua Deum solum cogitet, ad quem statum redacta, vulnerat, captiuumque ducit sponsum, possedit, & eo fruitur, supra seipsam, immo extra seipsam pro admiratione ac dulcedine facta. Quod egregiè sanctus dixit Bernardus de inter. dom. cap. 17. vbi sic ait: *Qui ita omnes in vnum vagationes collegit mentis, & omnes cordis motus in vno æternitatis desiderio figit, profectò iam ad cor suum redijt, & iam ibi libenter moratur, ac mirabiliter delectatur: & cùm se ipsum præ gaudio iam capere non possit, supra se ipsum ducitur, & per excessum mentis ad summa eleuatur.* Nil melius: ad summa eleuatur, quia infima deseruit: ad summa eleuatur, quia mentem, cordisque motus in vnum collegit. Hinc vigens

Iosue 24. num. 14.
16. Ad perfectũ Dei seruitium quæ à populo exegit Iosue.
Can. 4. 9.
17. Anima quãdo Deum vulnerat, & quasi sui reddit captiuum.
Philo Carpath.
Bernar.
18. Cor vnitum supra seipsum eleuatur.

A & fortis anima effecta, in ipsa sua eleuatione sponsum vulnerauit, vt præclarè diaerunt tres Patres

19. Deum vulnerat. *Theodore.*

in Catena, in expositione Cantic. loc. cit. vt est apud Theodoretum, aientes, sponsum se sponsæ vulneratum confiteri, quia in vnum ipsa ioentem, rationem, & spiritum collegit, quasi summum diceret animæ verbum, ioquiunt. *O qua mihi carnu coninnctione es soror, ac propter voluntarinm charitatis vincnlnm, atque vnionem Spiritus mihi es desponsata, vulnerasti nos, quia in amorem, & desiderium tni concitasti tres vnius Trinitatis Personas, cui mente, ratione, & spiritn complacuisti, in tui desiderium nos inflammasti, tum in vno ocnlorum tuornm, mente scilicet tua, qua me veritatem, atque intelligibilinm finem cognitione perpetua contemplaris, tnm in vno torque colli tui, ratione videlicet tua, qua tu velnti ornamento colli decorata in cnnctis actionibus me summum bonum & finem omninm insequeris.* Vbi ootandum, hos B sanctissimos Patres per oculum mentem superiora contemplantem intellexisse, per crinem verò rationem, hoc est voluntatem, quæ omnes eateriores ad summum dirigit bonum actiones. Ex qoo fit, vt supra dicebamus, quod totus homo fiat vnus exteriùs, & interiùs: interiùs, *Vnicè, & cognitione perpetna Deum contemplando*: eateriùs, *omnes actiones ad summum bonum dirigendo*, quod est Deo seruire, vt postulabat Iosue, *corde perfecto, atque verissimo*, seu vt in Hebræo, *in integritatibns, & simplicitatibus*, quomodo ad supernam illam obtinendam sapientiam peruenitur, & non aliter.

Enimucto ad certam amicitiam, pactumque

Genes. 15. nu. 9.

confirmandum cum Abrahamo Genes. 15. num. 9. vt sumeret iussit illi Deus, vaccam, capram, a- C rietem, & insuper, *turtnrem, & columbam*, quæ accipiens Abrahamus, licèt animalia per medium dissecuisset, aues tamen integras posuit, eas non diuidens: *Qui tollens vniuersa hac, diuisit ea per medium, aues autem non diuisit.* Quod licèt lit-

20. Abraham in sacrificio aues cur nō diuisit.

teraliter Doctores exponentes dicant hoc factum, quia in faciendis pactis, firmandisque fœderibus, mos erat id temporis, non aoes, sed animalia terrestria dissecare; tamen mysticè hoc intelligens

August.

Augustinus de Ciuitate Dei libro vndecimo, cap. 16. pulchrè ait, dissecuisse Abrahamum animalia, non aues: quia per illa peccatores, per has iusti significantur, spiritualesque viri, qui indiuisi in vno Dei cultu, in vno Dei manent amore: ob quod æternam capiunt hæreditatem, æternamque promissionem. *Nec vllo modo dubitauerim*, inquit, D *spiritnales viros, in eo populo præfiguratos, additamento turturis, & columba, ideoque dictum est, aues autem non diuisit, quoniam carnales inter se diuiduntur, spirituales autem nullomodo, siue à negotiosis conuersationibus hominum se remoueant, sicnt turtur, siue inter illas degant, sicut columba.* Et

21. Spiritualis homo semper vnitus.

rectè quidem per turturem, columbamque spirituales designantur viri, cùm Hebraicè, *turtur*, vocetur, *thor*, dicitur autem, *thor*, à, *thur*. quod est cogitare, seu meditari, vt volunt Hebraizantes, quod intus loqui videtur turtur, ad instar eorum qui meditabundi incedunt. Per columbas autem, vox Hebræa, *Gozal*, originem ducit à *GaZal*, quod est rapere, eo quòd pullus columbæ ex ore matris cibum rapit. Quæ duæ significationes optimè spiritualia daptantur viro, dum hic semper meditabundus incedit, semperque sulpensus, ac sopra

22. Cur turturi, & Colūbæ assimilatur.

A se eleuatus, & simul quòd non ab alio, quàm à Deo necessaria expetit & procurat. Meritò ergo magnus Pater Abraham aues non dimisit, quia ad hoc vt spirituales viri Deum apprehendant, ipsumque consequantur, non diuisi, sed integri, permanere debent, corde vno, totali, & integro Deum sequentes, qui vt se det, tales amatores requirit, tales adoratores, integros scilicet, ac vt sic dicam, totales.

23. Ad Deum possidendū totum requiritur homo & quàm hoc iustum.

Nec equidem hoc mirum videri, nec magnum ab homine æstimari debet, vt Deus ad se possidendum, totum eius desiderium, totumque eius requirat affectum, non distractum, sed vnitum: nam ad vilem possidendum hominem, etiam nostro modo intelligendi, similiter suum Deus colligit affectum, ita vt animæ aioanti, sic eam Deus amare sibi videatur, ac si nullam aliam præter se, diligat & amet. Pulchrè siquidem

24. Deus totus vnius animæ.

B hoc insinuare videtur Sanctus, mellifluusque Bernardus sermone 69. in Cantic. circa finem disserens de modo, quo anima in cælis Deum videt, *Vnnm, inquit, dico spiritualibus, qui in nobis sunt, mirum, sed vernm, animam Deum videntem, haud secus videre, quàm si sola videatur à Deo.* Mirum dictum, sed verum: secretam quandam amoris vim eaplicant diuini, quam ooo penetrant, nec sentiunt, nisi eaperti: infinitus est Deus, magnus, immensus, *maior*, vt inquit Apostolus, *corde nostro.* Ipse solus sufficit, vt omne teplear omnium creaturarum desiderium, etiamsi infinitæ, & tamen quia suaptè natura, & intrinsecè amor totum petit amantem, ita vt solus sit ad ipsum amandum, totusque in ipsum tantum intendat: hinc licèt sit Deus immensus, infinitusque, se accommodans amoris naturæ conditionique, sic totum vni se dat animæ, vt alterius videatur non esse, & sic ipse eum intuetur, vt videatur ipsa sola ab ipso videri. Quid mirabilius?

25. Anima sic Deum in eā propensum videt in patria, ac si nullam aliā aspiciat nisi ipsam. *Bernar.*

Hinc voces illæ sanctorum Deum vocantes suum, quasi non omnium esset, quod profectò non audent peccatores dicere; immo tanquam si nón esset eotum Deus, sed tantum iustorum, non Deum suum illum appellant, sed illorum. Hoc obseruo in locutione illa, quam Rahab meretrix cum exploratoribus babuit. *Dominns*, inquit, *Deus vester ipse est Deus*, Iosue 2. num. 11. vbi Diuus Cyrillus Hierosolymitanus. *Denm*, inquit, *suum dicere non andebat, eò qnòd se impuram esse sentiebat.* Similiter Darius Rex Danieli, *Dens tnus*, inquit, *quem colis semper, ipse liberabit* D *te*, cap. 6. num. 16. Quod etsi nesciens, diait infœlia Saul, dum cum Samuele loquens ait, *Pepercit populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo*, primo Regum numero decimo quinto. Mirum, cùm hic sic Deum adoret, ac Samuel, nullumque alium præter Deum Samuelis recognoscebat. At non mirandum: nam statim ac peccauit, tanquam alienum à se ocum sensit, vnde & suum amplius appellare non est ausus: Quod equidem obseruauit Vrbanus Papa in psal. 50. super illa verba, *Miserere mei Deus*, vbi rationabiliter obseruat, oauid cùm aliàs oeum, non simpliciter solitum vocare, sed suum, vt psal. 117. *Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu & exaltabo te*, & psal. 7. n. 2. *Domine Deus meus in te speraui.* & alibi sæpe, hîc tantùm Deum vocet, non addendo suum; cuius

26. Peccatores non audent Deum, suū appellare sicut iusti. *Iosu. 2. nu. 11.* *Dan. 6. n. 16.* *1. Reg. nu. 15.* *Psalm. 50. num. 1.* *Psal. 117.* *Psal. 7. 2.*

rationem assignans ait, ideo Dauid sic Deum vo- A
27. David cur in Ps. 50. Deum non vocat suũ. casse, quia cum propter peccata in Deum suum peculiarem sibi videbatur, quòd perdidisset, *Solummodo*, inquit, *te Deum agnosco, sed meum dicere non præsumo, nam cùm esses mihi natus, & mihi datus, & ideo propriè propius Deus meus, ego infœlix propter peccata mea te perdidi.* At è contrà iusti Deũ semper suum appellant, tanquam si alterius non esset, sibi quod commune, priuatim vindicantes, vt adnotauit Diuus Chrysostomus, homil. 2. super illa
D. Chryso. verba Pauli ad Rom. 1. num. 8. nempè: *Gratias ago Deo meo*, vbi Chrysostomus, *Vide quanto cum affectu gratias agat, non enim dixit Deo, sed Deo meo, quod ipsum & Propheta faciitant, quod commune est, sibi priuatim vendicantes.* Nil melius, Cõmunis est Deus, Deus omnium est, in fœlicissi- B ma illa patria omnes & singuli Deum vident, omnes & singulos Deus videt, sed ita à qualibet videtur anima, & è contrà, sic ipse quamlibet videt animam, vt reputet hæc ipsa sola ab ipso videri, sic vnitum, sic recollectum, vt sic dicam, sic tandem totum ad illam prosequendam videt, licèt immensus, licèt sit infinitus.

Magna quidem res, & mira, vt totus Deus, totus quantus est, licèt sit omnium, vnius tantùm sit animæ, ac si non esset omnium. Quod mysterium liceat etiam in illis Dei annotare verbis, quæ ad Moysen dixit, Exod. 3. num. 14. de eius nomine expostulantem. *Hæc dices filiis Israel: Dominus*
Exo. 3. nu. 14. *Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, misit me ad vos.* Ad quid quæso illa reduplicatio, (Deus) in singulis, non
28. Deus cur se nominat Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iac. enim sufficeret dicere, *Dominus Deus Patrum vestrorum?* Aut si Abraham, cæterosque nominare speciatim voluisset, non sufficeret semel tantùm dixisse, Deum Abraham Isaac, & Iacob, & non ad singulos illos Dei repetere nomen? Non equidem sufficit: nam in reduplicatione latet mysterium, & mysterium mirum; datur enim intelligi, quòd nunc nos dicimus; sic nempè Deum esse omnium, vt tamen sic sit singulorum, ac si non esset omniũ, & totum esse omnium, & totum singulorum, *Dominus Deus Patrum vestrorum*, se nominat, primò
29. Sic est omnium Deus, vt sit singulorum. omnium, sed cùm sit omnium, est Deus Abraham, est Deus Isaac, est Deus Iacob, ac si non esset aliorum; quia sic se accommodat Deus amanti, vt totus ipsius velit videri, & non alterius. Quod etiam obseruauit Chrysostomus, vbi suprà, vbi ponderans
Chrysost. Paulum Deum vocare suum ait: *Et quid mirum, si Propheta, hoc enim Deus ipse in seruis quoque facere identidem videtur, Deus Abraham, & Isaac, & Jacob, tanquam peculiaris tantùm illorum esset se vocantem.* En vis amoris diuini, & quomodò Deus amat, cùm sit infinitus, & immensus.

Quòd si ita est, quid ergo mirum, si vicissitudinem requirens, totum expostulet hominem ad se amandum? Deus sedat totum, ad hoc vt hominis amori satisfaciat, Deus totus vnitus vult esse, quãdo amat, & homo non erit vnitus; sed distractus, quando amare vult Deum? Deus putat amato non sufficere homini, vilissimę quæ creaturæ, nisi se to-
30. Hominum deceptio posse se Deo, & mũdo satisfacere. tum dederit, & homo miser, & miserrimus, putabit sufficere se posse Deo, & Deo satisfactum, si simul Deo, & mundo se dederit? Mira deceptio; admirabilis fallacia, impudentia, vt sic dicam, infamis, *coangustatum est stratum, ita vt alter decidat*, Isa. 28. num. 20. *& pallium breue, ita vt vtrum-*
Js. 28. n. 20. *que operire non possit.* Hæc est summa: si Deus est amandus, si Deus possidendus, vni cor, desiderium- A que tuum, oculos tuos, potentiasque vni, omnesque tandem vires tuas, & sic fruêris, & possidebis: quia (vt inquit noster Sapiens) *initium illius est*, &c.

Num. 19. *Cura ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est; custodia autem legum consummatio incorruptionis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. PVlchra gradatione Sapiens per Spiritum Sãctum edoctus, probat id, quod versiculo antecedenti dixerat, nempè concupiscentiam Sapientiæ esse eius initium adeptionis: nam inquit, quòd ex tali diligentia, seu concupiscentia, nascitur dilectio, ex dilectione custodia, obseruatioque legum, præceptorumque Sapientiæ: ex tali autem obseruatione consummatio incorruptionis, id est perfecta immortalitas, seu certa spes immortalitatis, vt mox dicemus.

Custodia autem legum, &c. id est attentio, & accurata diligentia, qua perficere curamus id, quod in animo nobis est.

Consummatio incorruptionis, &c. id est *confirmatio*. Augustin. in speculo, id est constitutio, seu fir- August. mamentum immortalitatis, vel integritatis in ani- 1. Legum obseruantia certissima incorruptionis spes Castro. ma, & in corpore. *Vt sit quædam quasi certificatio, hoc est persuasio, ac certissima spes incorruptio-* C *nis, quam ostendit, & excitat obseruantia legum*, inquit Castro, optimè, vera spes in custodia legis fundatur diuinæ, vt mox dicemus, &c.

Num. 20. *Incorruptio autem facit esse proximum Deo.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. DIxerat Sapiens, obseruantiam legis parere incorruptionem: addit nunc effectum incorruptionis, qui est facere hominem proximum Deo.

Proximum Deo, &c. immortalitate scilicet: nam 1. D sicut ipse naturà immortalis, sic per gratiam disci- Immortalitatis donũ ob Christũ etiam corporibus refunditur damnatorũ; Lorin. puli sapientiæ per eam fiunt etiam immortales, ac sic Deo proximi, & similes, in quo consistit nostra fœlicitas. Optimè adnotat Lorinus, immortalitatem corporum ob Christi priuilegium, qui fuit primogenitus mortuorum, conuenire non solùm beatis, sed etiam damnatis: nam in damnatis erunt corpora incorruptibilia miserè, fœtidè, ac putridè, ita vt dici possit, quòd corruptibiliter sint incorruptibilia: at contra beati similes Deo fiunt, videntes eum sicuti est, &c.

HOMILIA CXXV.

Spes vera immortalitatis in obseruantia mandatorum, sitat & impetrationis, dum oramus.

CVstodia autem legam, inquit noster Sapiens, quòd *est consummatio incorraptionis*, id est, vt suprà diximus, certificatio, persuasio, seu certissima spes incorruptionis, siue immortalitatis. Ex quibus verbis nostra elucet propositio, spem veram immortalitatis, gloriæque in obseruantia fundari mandatorum, falsamque esse illam, quæ in cultu non innititur Dei præceptorum.

Ad Gal. 6.7. *Nolite errare*, inquit Apostol. ad Galat. 6. nu. 7. *Deus non irridetur, qaa enim seminaueris homo, hac* B *& metet: quoniam qai seminat in carne saa, de carne & metet corruptionem: qai autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam.* In qua Apostoli sententia valde notanda sunt verba illa, *Deus non irridetur*: nam in Græco, est verbum,

1. Irridere aliquem, quid sit.

quod significat, *nasam saspendere*, hoc est irridere suspenso naso, vti faciunt, qui cùm alios deceperint, à tergo in eos linguam, nasum, digitum in signum irrisionis extendunt, vecordiam eius irridentes, ac pro nihilo hominem ducentes, in magnam irrisi infamiam: quod præcipuè fit, quando in commutationibus, aut venditionibus vnum pro alio alicui datur, veluti vile pro pretioso, vetus pro nouo, hordeum pro tritico. & tandem si cum illo quis efficit, vt vnum pro alio intelligat, aut speret, quod C non sperandum, aut credat, quod non credendum; in his enim casibus solent homines alios irridere,

2. Deus quomodo non irridetur.

nasumque suo pendere, digitúque portigere. Deus autem, (inquit Apostol.) nolite errare, non irridetur, vt scilicet credatis, aut quòd ipse accipiet vile pro pretioso, carnalia scilicet pro spiritualibus, aut quòd putet aliud à se messurum hominem, quàm quod seminauit: nam irrideret ille Deum, qui dũ seminauit corruptionem, à Deo acciperet incorruptionem: at Deus non irridetur, nam *qua seminaueris homo, hac & metet*, inquit Apostolus; non seminabit vnum, metet aliud; sed quæ seminauerit, hæc & metet, *seminat in carne*, carnem metet, hoc est corruptionem, *seminat in spiritu*, spiritum metet, hoc est vitam æternam; quòd si aliter putat, decipitur, etsi aliter sperat, vana est eius spes, desi- D deriaque frustratoria; vt optimè adnotauit D. Salonius in Parabolas Salomonis super illa verba, *D. Salon.* Prou. 10. *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo astato, & non dabitur ei.* Vbi respondens Veranio dubitanti, quomodò esset illud possibile, vt in æstatis tempore inuenire piget non possit, qui aliquid sibi det, ait, pigrum significari à Salomone illum, qui propter desidiam hîc nil laborauit, qui in die iudicij mendicabit, quia (hunc Apostoli locum adducens) cùm nil seminauerit, nil etiã & metet. *Piger*, inquit, *in hoc loco illam significat qai propter desidiam, & huius mundi aduersitatem, in Dei seruitio negligit laborare, & idcirco in futuro die iudicij mendicabit, quia non habebit opera bona, pro quibas mereatar accipere beatitadinem, quoniam quicquid seminaueris homo, hoc & metet.* Nam aliàs si colligeret, Deus irrideretur, sicut etiã si operãdo quis bonum, non vti oportet, & Deus eũ

A sic remunetaret, ac si perfectè operatum, vt Sanctus inquit Policarpus Smyrneorum Episcopus, *S. Policar.* ad Philippenses scribens, viduis & cum eis simul omnibus suadens, vt perfectè, & vndequaque absolutè operari velint, quia Deus non irridetur, vt inquit Apostolus: *Vidua*, ait, *padica circa Dei fidem interpellent incessanter pro omnibus, elongantes se ab omnibas Diabolicis detractionibas, & falso testimonio, & ab omni malo, cognoscentes seipsos, quia sint sacrariam Dei, quoniam omnia Deas prospicit, & nihil eam latet, neque cogitatio, neque conscientia, neque aliquod abditum cordis, scientes, quia Deus non irridetur, debemus dignè* (notandum verbum) *in mandatis eius & gloria ambulare.* Nam aliàs iuxta seminationem erit & messis, hoc est, si bona, vitam æternam, si mala, æternam condemnationem: nam Deus non irridetur, nec est quòd de sua quis blandiatur misericordia, nam si misericors, est etiam & iustus.

B Pulchrè equidem adnotauit Augustin. tom. 33. in *August.* Ioan. cap. 8. quòd quando Dominus dixit adulteræ, *Nec ego te condemnabo*, addidit, *Vade, & iam amplius noli peccare.* Vbi Augustin. sic: *Non dixit, inquit Dominas, nec ego te condemnabo, vade, & viue, ve, vis, sed noli amplius peccare.* Apta equidem adnotatio. & Augustino digna, non te condemnabo, dixit Dominus, *si amplius non pecces*, sed si perseueraueris peccando, & ego te condemnabo, erit tibi spes si amplius non peccabis, sed si peccabis, non est cur falsò speres, quia licèt mansuetus sum, sum etiam & verax, sum & iustus. *Intendant ergo* (sequitur Sanctus) *qui amant in Domino mansuetadinem, & timeant veritatem, etenim dulcis & rectas Dominus.* Psalm. 14. num. 8. *amas, quòd dulcis est, time qaòd rectus est.* Optimè quidem, C sperandum & timendum nobis est, sperandum, quia bonus Dominus; timendum, quia iustus, & ita sperare debemus, vt in timore sit spes fundata nostra, in timore inquam, qui nos possidens ad operandum salutis opera impellet, quibus gratiæque Dei simul iuncti dignè speremus, non à falsa, vanaque spe decepti. *Sperando decipitur*, inquit Augustinus, vbi suprà, *qai dicit, bonas est Deas, misericors est Deus, faciam qaòd mihi placet, quodlibet, laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria anima mea, quia misericors est Deas, mãsuetus est Deas: deciperis, & spe ista periclitaris, occidet te spes, & cùm multum speras de misericordia, incides in iudicium.* Nil melius: fructus ergo talis spei non est consecutio æternitatis, sed iudicij: non est spes præ- D mij, sed spes pœnæ, non pariet talis spes saluationem, sed condemnationem.

3. Deus etsi misericors est tamen iustus, ob idque timendus.

Ps. 14. n. 8

4. Quomodo in Deo sperandum.

August.

5. Spei falsæ fructus.

Quid, forsitan speras quia diu peccasti, vindictam non vidisti, ex quo vanè argumentaris, non amplius Deum se vindicaturum? Falsò speras, falsissiméque confidis, totoque erras cœlo in Domini iudicio: nam etsi patiens est, scito, quòd non negligens: quod præclarè dixit idem Augustin. sermone 102. de Tempore: *Numquid*, inquit, *prolixa misericordia potest Deo aaferre iustitiam? quantò enim diatias expectat, tantò gravius vindicat: quãdo enim prolixis temporibus peccamas, & nihil mali à Domino sustinemus, patientia est, non negligentia.* Pulchrè, patientia est, non negligentia, patienter expectat, si forsitan ad pœnitentiam te adducat: non quasi negligat, & de vindicta non curet; nam, *eo quo diutius expectat, grauius postea vindicabit.*

6. Deus in vindicando patiens est, non negligens.

7. Spretus grauiùs postea punit.

Grauiùs, inquam, quia, vt inquit Sanctus Hiero- *Hieron.*

nymus in epist. ad Rom. cap. 20. super illa verba: *Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, &c. Sicut qui paulatim arcum intendit, tempus dat alteri vt fugiat: qui si fugere nolit, tantò fortiùs*
8. Laneos habet pedes, ferreas manus. *sagitta emissa configitur, quantò maiori tempore arcus intentio fuit facta: sic Deus, qui laneos habet pedes, sed ferreas manus, tarditatem supplicij grauitate compensat.* Dictum expendo Hieronymi, Deũ scilicet laneos habere pedes, sed ferreas manus. hoc est lentè ad puniendum incedere, sed potenter deinde ferire, grauitate recompensantem supplicij
Gen. 9. 13. eius tarditatem. A principio mundi arcum posuit in nubibus, signum quippè fœderis, Genes. 9. nu. 13. sed recole instrumentum etiam esse bellicum: *Cũque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordaber fœderis mei vobiscum, & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuersam carnem.* Ponderandum verbum illud, *cùmque obduxero nubibus cœlum.* Ad quid nubium congeries in cœlo? ni fallor, ad hominem propter peccata iterum perdendum; sic illis exigentibus. Quod benè præuidens Dominus, vt aiunt communiter Doctores soper illa verba, *Neque vltra maledicam*
9. Arcum cur posuit in nubibus. *terra propter homines: sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Voluit se verbo astringere, ac promisso, ne vltra, etsi peccatis coactus, posset amplius diluuij aquis terram inundare. Ob quod fit, vt obductio nubium in cœlo sit veluti signum quoddam, quo demoustretur condignum tunc hominis supplicium fore, vt aquis iterum Deus perderet mundum, quod non facit; quia verbo se obstrinxit, si-
10. Quid illud significet. gnoque arcus in nubibus. Ergo attendẽdum, quòd simul, & semel, ac arcus in nubibus apparet, etsi signum fœderis sit inter Deum, hominemque; toties etiam est signum irati Dei, ac dissimulantis, & differentis iram, sed intendentis arcum, quod cùm ferè ab initio sit mundi, lancos quidem, optimè inquit Hieronym. quòd habet pedes, & intendens arcum tempus dat, vt quilibet fugiat; caue ne sistas, ac fugere negligas, quia ferreas habet manus, & tantò fortiùs sagitta emissa configetur, quantò maiori tempore arcus extitit intensio: quapropter non est, quia Deum vides patiẽtem, seu dissimulantem, vanè in confidentiam, ineptè ad spem erigaris, cùm ex hac tua spe potius iram, quàm miseri-
Apost. ad Rom. 2. 7. cordiam reportabis, ignorans, vt inquit Apostol. ad Roman. cap. 2. num. 4. *Quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*, quam peccator habere non curans, immò vana spe ductus, duro, impœnitentique corde misericordiam sperans, non misericordiam, sed iram sibi thesaurizat, euacuans in se misericordiam Dei, vt inquit Bernard. sermone de triplici misericordia, dum ait, *Thesaurizas tibi thesaurum iræ pro prorogatis thesauris misericordiæ, quos contemnis, & euacuas in te misericordiam Dei.*

Bernar. Pulchrè quidem inquit Bernard, quòd peccator
11. Peccator vt Dei euacuat misericordiam. quem non pœnitet, Dei abutens misericordia, qua illum diu expectat, *euacuat* in se illam. Quid est enim euacuare in se misericordiam, nisi consummare illam, & extra se facere? enimuerò plenus Dei misericordia est peccator, quando incipit peccare, & statim non punitur, statimque ad infernum non
12. Quando illa dicitur plenus detruditur; plenus inquam Dei misericordia est, quia etsi in tali peccato, illum tamen sustentat benefaciendo, admonendo, suscitando, patienter ex-
August. pectando: *Si enim diligenter attendere velimus*, inquit Augustinus, vbi suprà *& erga illa sexcenta*

A *millia, quæ mortua fuerunt, Deus noster misericors fuit, quo modo non fuit misericors, qui eos per quadraginta annos reseruauit, & expectauit ad pœnitentiam?* Expectauit, custodiuit, muniuit, & à malis innumeris liberauit, ab hostibus, à fame, à serpẽtibus, à mari, quod cùm ita sit, nonnè dices, quòd tales pleni erant Dei misericordia? sed dum in malis perseuerauerunt suis, immò in dies peiores, euacuauerunt in se misericordiam istam, & loco illius thesaurizauerunt in se iræ thesauros, vt inquit Ber- *Bernar.*
nard. *Pro prorogatis thesauris misericordiæ.* Vnde vbi priùs erant vasa misericordiæ, facti sunt vasa iræ, omnia ad interitum ordinata, ita vt nullus ex tota illa sexcentorum multitudine millium in promissionis terram, præter duos tantùm introiuit; non mirum, quia euacuauerunt in se Dei misericordiam, & pro misericordia reportarunt iram: quod & similiter peccatori eueniet, qui mandatorum Dei oblitus, impœnitens, durumque retinet B cor, in diesque magis peccans: sciat equidem, quòd thesaurizat sibi iram, euacuans in se Dei misericordiam Vnde non est, cur ingressum in terram illam speret promissionis, sic perseuerans, quia vana erit eius spes, infirma, fragilis, & vt sic dicam, fucata, & inutilis, cùm vera incorruptionis spes, in obseruantia fundetur mandatorum Dei.

Audi Ioan. epist. 1. cap. 3. num. 21. *Charissimi*, in- *Ioan. 1. ep. 3. 21.*
quit, *si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, &* 13. Fiducia in Deo quæ hominem non decipit qualis.
ea, quæ sunt placita, coram eo facimus. Vbi notandum in quo Ioannes fiduciam ponat nostram apud Deum. Reperies equidem, quòd eam ponat in nõ reprehensione cordis, vt sic dicam, *Si cor nostrum non reprehenderit nos*, inquit, vel, vt legit Ecume- *Ecumen.*
nius interpres, *si cor nostrum non condemnet nos*, hoc C est, vt ipse inquit, *Si ita nos præparauerimus, vt indemnati apud nos ipsos simus*, hoc est puri, in nullo nostram timentes conscientiam, tandem sancti sicut Deus Sãctus est. Quod superiùs dixit ipsemet Apostolus quando nu. 3. ait, *Et omnis qui habet spem in eo, sanctificat se, sicut & ille Sanctus est*, seu vt Augustin. legit, *castificat seipsum*, hoc est purum *August.*
se, castumque reddit ad similitudinem Dei, vt sic constitutus aliquando ad similitudinem Dei consurgere possit, ad quam nonnisi, qui mundo sunt corde, accedunt, vt inquit Didymus hunc Aposto- 14. Ad Deum non accedunt nisi corde mundi.
li glosans locum, dum ait, *Dũ ergo sit expectatio, & sperat vnusquisque similem se fore Deo, vt excellenter videat eum, castificet semetipsum, sicuti est castus ille, quem sperat inspicere, mundus corde consistens.* *Didymus.*
Nam aliàs solummodò in Deo sperare, nil operando, potius hæreticorum dogma est, quàm Catholicorum: *Nam etsi Deus*, vt egregiè inquit Prosper, *Prosper.*
lib. contra collatorem, cap. 61. *hominem peccatorem ex inuito volentem facit, & quibuslibet modis* D *infidelitatem resistentis inclinat, vt cor audientis obediendi in se delectatione generata, ibi surgat, vbi premebatur, ibi discat, vbi ignorabat, inde fidat, vnde diffidebat, inde velit, vnde nolebat.* Tamẽ scito, quòd hoc sine tuo liberi annisu arbitrij, tuaque etiam opera nunquam Deus aget, vt apprimè adnotat Augustin. in citatis Apostoli verbis, scilicet, 15. In Deo sperare sine operibus bonis hæreticorum est dogma.
qui habet spem in eo, sanctificat, seu vt ipse legit, *castificat se. Videte*, inquit, *quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, vt diceret, castificat seipsum,* 16. Quomodo dicatur Deũ cor inclinare. *August.*
quis nos castificat, nisi Deus? sed & Deus te nolentem non castificat, ergo quòd adiungis voluntatem tuam Deo, castificas teipsum, castificans te, non de te,

A *sed de illo, vt habites in te: tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum est, vt dicas sicut in Ps. 26. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, si dicis adiutor meus esto, aliquid agis: nam si nihil agis, quomodo ille adiuuat?* Quod idẽ

Idem. elegantissimè Sanctus dixit Pater, lib. de Grat. & libero arbitr. cap. 15. vbi sic ait: *Meminerimus Deum dicere, conuertimini & viuetis, qui dicitur conuerte nos Deus: meminerimus Deum dicere, proijcite à vobis omnem impietatem vestram, cùm ipse iustificet impium, meminerimus ipsum dicere, facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, cui dicit, dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum, quomodò ergo quod dicit facite vobis, hoc dicat dabo vobis? quare iubet, si ipse daturus est? quare dat, si homo facturus*

17. Quid sit eius datum. *est? nisi quia dat quòd iubet, cùm adiuuat, vt faciat cui iubet.* B Nil melius. Vbi notandum, quid sit Dei datum secundùm Augustinum: nam nil secundùm ipsum aliud est, nisi eius auxilium, vires præbendo efficacissimas voluntati; vnde date Dei est ipsum adiuuare, & hoc quod adiuuat, tibi illud dat; quia sine illo nihil efficere posses, vnde si efficis, gratiâ illius efficis; ergo non Deus solus, sed tu cũ Deo, Deus adiuuando, tu bonum operando, nil mali agendo, cor possidens irreprehensibile. Ergo si fiduciam veram, si veram desideras habere spem, intra in cor tuum & aspice, si in illo indemnatum te inuenis, nam fundamentum fiduciæ est irreprehensio cordis.

Hinc efficacia orationis: ob quod sequitur A-

18. Orationis efficacia, vnde. postol. *Et quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus.* Vbi notandum hoc vltimum fundamentum esse prioris, scilicet cordis irreprehensibilitatis, vt sic dicam, quasi diceret Apostolus, vti dicit, fiduciam habeamus ad Deum, si cor nostrum nos non reprehenderit, quã- C do mandata eius custodimus, *& ea, quæ sunt placita coram eo, facimus semper.* Ergo eũ fiducia orandum, & hanc obtinebimus, si mandata obseruabi-

Greg. mus: nam, vt inquit Gregor. lib. 10. Moral. cap. 17. super illa verba Iob, cap. 11. num. 25. *Tunc leuare*

19. Vnde etiã ei parua fides. *poteris faciem tuã absque macula. Ab spei fiducia protinus frangitur, si intenta precibus, nec dum deuicta culpæ memoria mordetur, diffidit namque se accipere posse quod appetit, quæ profectò reminiscitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit.* Nil melius. Ergo si fiduciam in oratione desideramus, cor indemnatum habendum, & tunc tale extabit, quando mandatorum vigebit obseruantia: ex quo fit, vt tota orationis efficacia ad obseruantiam Dei mandatorum reducatur, & tunc speret quis eum exauditurum, quando iustum se inueniet, hoc est Dei præcepta obseruantem.

D Enimuerò exauditionis suæ fiduciam, immò &

Psal. 4. 1. certitudinem in sua iustitia, Dei gratiâ obtenta posuit Regius Psaltes, quando Ps. 4. num. 1. dixit: *Cùm*

20. David suæ orationis fiduciam in quo posuit. *inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ,* vbi notandum, non simpliciter dixisse, *exaudiuit me,* neque simpliciter Deum appellasse, sed Deum iustitiæ suæ: hoc est iustitiæ, quam gratiâ suâ possidebat, quam in illo Deus inueniens, exaudiuit eum, vix inuocantem. Quod equidem egregiè obserua-

Chrysost. uit Chrysost. in hunc locum, vbi sic: *Non dixit, inquit Propheta, exaudiuit me, sed iustitiam meam, suam in Deum fiduciam ostendens, & quod cum ea omnino ad Deum accedat: ne dicat enim quispiam, ille fuit exauditus, quoniam erat David, ego verò non exaudiar, quoniam sum pupillus, & abiectus: ostendit quòd nec illum audit quomodocumque, nec* A *te non audit temerè & nulla ductus ratione, sed semper res, & facta exactè contemplatur, quæ si habueris, & earum possis vti defensione, omninò exaudieris.* Exauditus ergo fuit, quia iustus; tu verò mini- 21.

mè, quia peccator, iuxta illius cæci sententiam a- Quo sensu dicendum Deum peccatores non exaudire.

pud Ioan. cap. 9. num. 31. *Scimus autem, quia peccatores Deus non exaudit, sed si quis illius cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Scio Augustinum, & Bedam nonnullosque alios ex interpretibus, existimare cæcum illum, tanquam adhuc Dei rerum ignarum, & non benè à Christo adhuc instructum, generaliter pronunciasse, quod generaliter non est verum: nam, vt ait Basil. lib. de Constit. Monach. cap. 1. & in Reg. Breuior. reg. 26. ex sacris litteris deprehenditur, non tarò peccatores à Deo B exaudiri, & vt ait Beda, *Si Deus peccatores non exaudiret, frustra ille publicanus oculos in terram demitteas, & pectus suum percutiens diceret, Deus propitius esto mihi peccatori.* Scio etiam gratiam, & sanctitatem, non esse prorsus ad impetrandum necessarias, cùm impetratio in Dei fundetur liberalitate, ac bonitate, quæ non pendet ex meritis, nec in angustias, vt sic dicam, quælibet peccatorum moles eam addicere potest, vt vult idem Basil. vbi sup. cap. 1. Chrysostom. hom. 18. in Matth. in imper: Augustin. tractatu 44. in Ioan. Sanctus Thom. 2. 2. q. 83. art. 15. & 16. sed tamen etiam scio quòd si peccator in suo scelere persistat, nulla pœnitentia ductus, immò & in ipsamet precatione peccans, vix vnquam à Deo exauditur, cùm scriptum sit, Isa. 1. num. 15. *Cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et alibi cap. 12. 1. 2. *Aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuise-* C *runt inter vos, & Deum vestrum.* Et Malach. 2. 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* Et clariùs Salom. Prou. 28. num. 9. *Qui declinat aurem à Dei lege, oratio eius fiet execrabilis.* Vnde ad hoc, vt oratio sit efficax, in iustitia, Deique obseruantia præceptorum fundari debet, quia, vt inquit Gregor. lib. 9. epist. ep. 95. *Inanis fit oratio, vbi praua est actio.* Et meritò equidem, nam sicut amor amorem, sic subiectio voluntatis subiectionem conciliat voluntatis, vnde nulla equidem via, ad aliquam attrahendam voluntatem expeditior inuenitur sic, vt quod velimus faciat, quàm illam prius subiectione ligare.

Iohan. c. 9. nu. 31.

August.

Beda.

Basilius.

Beda.

22. Ad impetrationem orationis sanctitas nõ simpliciter necessaria.

Basilius.

Chrysost.

August.

S. Thom.

Is. 1. n. 15.

Ca. 12. 12.

Malach. 2. 2.

Prou. 28. 9

S. Greg.

23. Voluntas voluntate, & subiectione lucratur.

Hoc quippè optimè agnouit Pythonissa illa, ad quam consulendam accessit Saul, 1. Reg. 28. num. *1. Reg. 28. 22.*

22. Nam nullo alio vsa est argumento, ad Saul, vt comederet, conuincendum, cùm comedere nollet,

nisi quia ipsa prius se totam eius subdiderat volun- 24.

D tati: *Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea, & audiui sermones tuos quos locutus es ad me, nunc ergo audi & tu vocem ancillæ suæ, & ponam coram te,* &c. Putauit ergo & optimè, debere Saulem eius voluntati obtemperare, dum ipsa prius obtemperauerat suæ, & impossibile esse, vt non cederet, cui priùs ipsa cesserat. Nec eam eius fefellit argumentum: nam etsi priùs renitens, tandem deuictus, surrexit & comedit, quia, vti diximus, nulla maior extat vis ad aliquam conuincendam voluntatem, quàm ad illam subiectio, præceptorumque, seu, vt sic dicam, volitorum eius executio. Quo semel statuto, hinc equi- 25.

dem licet rationem colligere; quare Deus orationes exaudit eorum, qui mandata eius obseruant, simulque, quare oratio vt sit efficax, obseruantiam

Saul vt cõuictus ad comedendum à Pythonissa.

Efficax ratio cur Deus orationem exaudiat iustorum.

postulet mandatorum: nam cùm talis obseruantia A executio voluntatis sit diuinæ, subiectióque ad illam, fit vt ex tali executione, subiectióneque deueniat quis ita validus eum Deo, vt (vt sic dicam) sibi ipsam Dei voluntatem quodammodò subijciat, ad quæcumque velit ipsam adducens. Vnde pleno ore possit dicere cum Dauid de intercessione certus, vt
Ps.4.n.1. suprà, *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus.* Psalm. 4. num. 1. nulla interposita dubitatione, quia, vt alibi scripsit idem Propheta, *Voluntatem timentium*
Ps.144. *se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Psalm. 144. & alibi: *Praparationem cordis eorum audiuit*
Ps.9.12. *auris tua.* Psal. 9. 12.

Sed si voluntatem eius non audiuimus, nec quæ sunt ei placita facimus, vt inquit Apostolus, quomodò audiet & nos Deus? aut quomodò oratio
Origen. nostra efficax erit? Optimè Origen. in Psal. 37. super illa verba: *Quoniam in te speraui Domine, tu*
26. *Oratio nostra cur inefficax.* *exaudies*, &c. *Si essemus*, inquit, *tales, quales nos vult esse sermo diuinus, sicut Helias diceremus viuit Deo, vt daret pluuiam, & plueret, sicut Samuel* B *in diebus messium peteremus, vt præstaret de cælo imbrium copiam & audiremur: nunc autem quomodò nos audiet Deus, cùm nos ipsum non audiamus? quomodò faciet ille quod volumus, cùm non quæ ille vult, nos faciamus?* Nil verius. Audiamus Deum, si audiri velimus, faciamus eius voluntatem si nostram volumus vt ipse faciat. & tunc exaudiemur, si mandata eius obseruabimus, sicut & tunc fiduciam veram habebimus, si cor nostrum non reprehenderit nos, vt inquit Apostolus. Pulchrè quidem Tertullianus adnotat, lib. aduersus Psych. c. 6.
Tertull. Orationem Eliæ quando verbo cœlum clausit, 3.
27. Eliæ oratio vnde fiducia plena. Reg. 17. num. 1. ideo firmam, plenamque extitisse fiduciæ, quia *ieiunio, abstinentiaque vallabatur.* Cui C concinnans D. Ambros. lib. de Elia, cap. 2. ait: *Eliæ ieiunio ore vox emissa cælum clausit sacrilego populo Iudæorum digna pæna, qua intemperantiam*
Ambros. *dignè coëreet, vt cælum impijs clauderetur, qui terrena polluerant.* Fiducialiter ergo orauit Elias, quia opera exercebat virtutis, quia Sanctus, quia iustus, ideo tunc certissimè se exaudiendum dixit, quia cor eius in nullo eum reprehendebat. Sis tu Eliæ similis, opera exerce virtutis, indemnatum te exhibe, & confidenter spera: quòd si cor tuum te non reprehendit, quidquid oraueris accipies.

Fondamentum ergo exauditionis obseruantia est mandatorum, cordisque irreprehensio, sicut & spei immortalitatis, tunc enim immortales, fœlicesque nos esse rectè sperabimus, quando cor nostrum nos non reprehenderit, immò quando nec D
28. In iudicio Diabolum verum habens accusatorem falso immortalitatem sperat. Diabolus: vanè vitam sperat immortalem, qui verum accusatorem in iudicio ipsum habebit Diabolum, etsi aduocatus eius sit Christus: non enim est quòd quis de aduocato blandiatur, si verè eum tùc Diabolus accuset; vnde vanè in Christo sperabit tunc, si vera desit opponere Diabolo præstitit núc. Quod acutissimè adnotauit Origen. in epist. Pauli
Origen. ad Rom. 8. num. 33. super illa verba, *quis accusabit aduersus electos Dei.* Vbi, postquam dixit, hoc non esse intelligendum, quasi non sit aduersus Sãctos Diabolus accusans, & calumnians, cùm nullus, quamuis Sanctus, se à dæmonum eximet accusatione; sed quòd quamuis ille accuset, est Christus Dominus, qui eos defendet, Diaboli destruens calumnias: post quæ acutè adnotat, Apostolum non
Origen. dixisse, quis accusabit aduersus vocatos, sed aduersus electos: *Sed diligentius intuere*, ait, *quomodò Apostolus in sermonibus suis ab insita sibi cautela non discedat: non dixit, quis accusabit aduersus vocatos, sed aduersum electos, nisi enim fueris electus, nisi in omnibus te exhibueris probabilem Deo, habebis accusatorem.* At quid refert, dices, si aduocatum habemus apud patrem? ipse destruet accusationes, non equidem: nam addit Origenes: *Si* *Idem.*
enim causa tua mala est, si te crimen suum astringit, quid enim tibi proderit aduocatus, etiam si Iesus sit qui interpellat? Cuius rationem assignans, addit. *Iesus enim veritas est, non potest ergo pro te veritas fallere.* Nil melius: non enim pro nobis aduocans Iesus, si vera opponet contra nos Diabolus, dicet non esse verum; ergo dices in quo nobis opitulabitur aduocatus noster? *Ne accusatoris calumnijs inuoluaris*, respondet Origen. *ne sibi* *29. Christus Dominus qualiter apud patrẽ fit pro peccatoribus aduocatus.* *Idem.*
præterita peccata, quæ sibi per baptismum deleta sunt, imputentur: si verò post hæc iterum delinquas, nec vllis hæc pænitẽtiæ lachrymis deleas, accusatori tuo criminandi te materiam dabis, & quamuis Iesus interpellet pro nobis, non potest tamen dicere Iesus, tenebras lucem esse, neque amarum dulce. Pulchrè. Ergo dices, quid faciendum, vt certam spem habeamus? vt à tali accusatore liberemur, vt eum fructu defendere nos possit aduocatus noster? Audi eiusdem authoris consilium: *Si ergo vis vincere*, sequitur, *quando iudicaris, fac quod de insto scriptũ est, dispone sermones tuos in iudicio, prapara opera ad exitum* (signa verba) *memento nouissimorum tuorum, & non peccabis.* En modus veram habendi fiduciam, veramque obtinendi spem, si cor non reprehenderit, si Diabolus non accusat, non accuset inquam cum veritate, si te verè calumniari non poterit, aut quia non fecisti, nec peccasti, aut si peccasti, quia lachrymis factum, peccatumque deleuisti, si hoc in te inueneris, spera, & confide; sin autem, minimè, quia vana erit spes tua, deridebit te, teque confundet, cùm spes illa, quæ non confundit, vt inquit Apostolus, non est spes vacua ab operibus, sed spes bonis innixa, sententiæ nostri Sapientis consonans, scilicet, quòd *custodia legum est consummatio*, &c. *30. Vt verè speremus quid faciendum.*

Num. 21. *Concupiscentia ergo sapientiæ deducit ad Regnum perpetuum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Conclusio totius Syllogismi, & inductionis, scilicet, concupiscentiam sapientiæ, acquisitionem esse sapientiæ, quæ hominem ad perpetuitatem ducit regni, at de quo regno loquitur? videtur de æterno, non est improbabilis sententia. Sed sentio cum Castro, quòd loquatur de regno temporali, perpetuitatéque regnandi in hac vita, tradens modum quomodò ad eam peruenire possint, qui est sapientiæ dilectio, & custodia legum illius, quod euidenter conuincitur versu sequenti, vnde & sequitur, &c. *Connexio Capitis.* *Castro.*

Num. 22. *Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ô Reges populi, diligite Sapientiam, & in perpetuum regnetis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. NOn adimit noster Sapiens ab hominibus regnum; immò tradit modum perpetuò regnandi, qui non alius, quàm sapientiæ dilectio, quæ etsi ob ipsam solam expetenda, tamen expetere, & diligere eam debent, qui auidi regnandi, cùm ita stabiles eos faciat in regno, vt in perpetuum regnent.

1. Thronus, quid. Lorin. Olkot. *Sedibus*, &c. id est *Thronis*, qui propriè Regum, estque sella angustior, & plerumque, vt benè annotat Lorinus, synonimæ sunt voces; Sedis, Throni, Cathedræ, vel exedræ, solij, tribunalis; sed Olkot lect. 84. affert ex Eueratdo distinctionem his versibus.

Rex solium, Doctor cathedra, Iudexque tribunal Possidet, & sedem Præsul, Prætorque curulem.

2. Sceptrum, quid. 3. Quid significabat. Roa. 4. Hasta antiquitus pro Sceptro. Pontanus. Iustinus. 5. Sacerdotibus sceptrū tributum & cur. Homer. Cl. Alex. *Sceptris*, &c. insigne regium, quod olim erat virga ex ligno, auro, & si non auro, ære ornato, siue ferro, ex quo absolutè vocabatur posteà ferrea, non ob seueritatem, sed ob perpetuitatem, & firmitatem; vnde Psal. 2. num. 9. *Reges eos in virga ferrea*, vt probat Roa, 2. singular. cap. 5. Hastæ etiam pro Sceptro antiquitus in vsum fuisse docet Pontanus, in 2. Æneid. immò & pro diademate, vt vult Iustio. lib. 43. sicut alij securi vtebantur, vt affirmat Plutarchus Prob. 158. Omnia sunt signa iustitiatiæ potestatis, quæ à Deo Regibus tribuuntur, vt illius loco iudicent ac regnent, immò etiam signum doctrinæ, ideoque etiam præbentur Sacerdotibus, quorum est concionari, & docere: vnde Homerus Iliad. 2. refert Apollinem Chrysi Sacerdoti suo concionatori sceptrum tradidisse, vide Clem. Alexandrin.

6. Baculum Pastorale quid significet. 7. Cur eum non fert Summus Pontifex. Eadem etiam ratio est de baculo Pastorali secundùm quandam analogiam ad sceptrum regale. Consule Durant. 2. de Ritib. cap. 9. num. 38. 39. 40. quod baculum Summus Pontifex non fert, quia eius Potestas vniuersalis cùm sit, & nulli loco contracta, nulli incuruatur. Vide D. Thom. in 4. distinc. 24. q. 3. ad 8.

HOMILIA CXXVI.

Regnum non stabile absque Dei amicitia, Regumque simul miseria.

COncupiscentia, sapientiæque dilectio, inquit noster Sapiens, quòd regnum stabile, perpetuumque facit, seo ad perpetuitatem deducit regni, quod nos in litera intelleximus de regno terreno, ratione ibi adducta: ergo qui diu regnare vult, qui perpetuitatem desiderat in dominio, qui semper Rex, vt sic dicam, esse desiderat, in regia via, amor sapientiæ, eius concupiscentia, eiusque ami-

A citia, practica siquidem, non speculatiua tantùm.

Practicam dixi, hæc est enim, quæ veros facit amicos, quando scilicet, quod ipsa vult, quod ipsa imperat, quod ipsi placet, nos operamur, & facimus. Regnum ergo in principe tunc perpetuum, quando Dei amicus, quæ amicitia cùm supponat rectam, perfectamque vitam, tunc dicemus principem aliquem perpetuò in regno daturum, quando recta aget, quando virtutes sequatur, peccata fugiat, nam securè Reges, securéque etiam teneant Principes illis inferiores, quòd absque Dei amicitia nullum regnum erit stabile, nulla dominatio, nulla (vt sic dicam) bona fortuna, sic quòd si è terra, nullum periculum timeant, è cœlo absque vlla humana veniet industria. 1. Dei sola amicitia stabile facit regnum.

Videbas, dixit Daniel Regi Nabuchodonosor, Dan. 2. num. 34. *& ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna, & statura sublimis, stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis, caput ex auro* Dan. 2. 34.

B *optimo, pectus, & brachia de argento, venter & femora ex ære, tibia autem fictilis.* En quàm grandis statua, quàm mira, quàm magna, quàm terribilis, quàm fortis, quis diceret casuram, & in fauillam euasuram? qualis potestas, qualis vis, qualis fortitudo reperiebatur io terris, quam dicere quis posset euersuram statuam talem, sic magnam: sic pari modo, quis vnquam diceret potentiam alicuius Regis intuens, possibile aliquando esse, vt decidat, & euanescat? qualis statua similis ei? vides certè in eo potentiam, vides magnitudinem, vides diuitias, vides fortitudinem, vides tandem terribilitatem; vides diuitias in auro & argento, vides potentiam in ære & ferro, vides seueritatem in magnitudine, vides terribilitatem in aspectu, quomodo cadet res tam magna, tam fundata, tam terribilis, qualis potentia in terris contra eam, quæ audeat tale facinus assumere? non erit quidem in terris: at erit in cœlis, & sic cecidit statua illa, non manibus hominum, non potentiâ terrenâ, sed cœlesti: *Abscissus est lapis sine manibus de monte, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos: tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiua areæ, quæ rapta sunt à vento, nullusque locus inuentus est ei: lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Mirum, & multa ponderanda. 2. Statuæ Nabuchodon. mysterium explicatur in ordine ad Reges.

C

Primum, quòd lapis *abscissus est sine manibus*, id est sine vlla industria humana, nulla humana vi, nulla negotiatione, sed tantùm diuinâ industriâ, & voluntate, præmaturè mortuus est Rex, perdidit cum vita regnum, quis fuit in causa? nullus in terris, lapis abscissus absque manibus. Cecidit pessimus Iulianus, dum ingentem exercitum duceret, & quis eum in terris percussit? nullus, lapis abscissus sine manibus, Angelus de Cœlo, fulgens argento, & auro, à toto populo acclamatus, veste regia vestitus. Moritur infœlix Herodes, Actor. 12. num. 23. quis eum in terris occidit? nullus, lapis sine manibus, Angelus Domini, *eò quòd non dedisset honorem Deo, & consummatus à vermibus expirauit.* Immò si dicere licet, percussus ab Angelo, sed occisus à populi vocibus; quis hoc æstimaret? *occisus*, inquit Chrysostomus hic, *quia accepit vocem, quia diguum se putauit esse adulatione.* Quod dixit & Iosephus 19. Antiquit. cap. vltim. *Hanc impiam adulationem*, ait ille, *nec castigauit, nec repulit, paulòque post sufficient vidit supra caput bubonem funi extento* D Herodes occisus à populi vocibus, & quomodo hoc intelligatur. Actor. 12. 23. Chrysost. Ioseph.

extento insidentem, mox que vt sensit hunc esse calamitatis nuntium, qui olim fœlicitatis fuerat, ex intimis præcordiis indoluit, secuta sunt ventris tormina statim in principio vehementia: conuersis igitur in amicos oculis, En, inquit ego illa vestra appellatione Deus, vitam relinquere iubeor, fatali necessitate coarguente vestrū mendaciū, & quē immortalē salutastis, ad mortē rapior. Adulatio ergo, vocesque populi illū occiderūt. Quis hoc vnquā crederet, vt tūc vitā miserabiliter finiret Rex, quādo magis securus, quādo magis laudatus, quādo in omniū erat ore, & quòd eū ipsamet eius potentia, ipsamet eius perimeret magnitudo, nulla vi existente extranea, nulloque externo hoste; ne mireris, peccator erat, impius, ideò nō ab alio, nisi à suamet interfectus impietate. Quo etiā modo impius ille petiit Antioch. quādo sic negotiū contra Iudæos factū cogitabat, vt tāquā ad rem iam peractam, Mach. 2. c. 9. nu. 4. *Iussit agitari currum suum sine intermissione agens iter, locutus se venturum Hierosolymum, & congeriem sepulchri Iudeorum eam facturum.* At vix verba infœlix, & tumidus pronunciauit, *Quando apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta,* quo nihilo melior effectus, *superbia repletus, ignem spirans animo in Iudaos, præcepit accelerari negotium.* Nullum timebat, cū exercitu se reperiebat valido, contra subditos currebat, & si cum dolore, adhuc erectus, ignem furoris spirabat, nil timens; at miser dum sic fœliciter, acceleratéque curreret, contigit illum *impetu euntem, de curru cadere, & graui corporis lisione membra vexari, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius, & fœtore, exercitus grauaretur, ita vt eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.* Quid plura? sic fœtidus deuenit, vt tandem *nec ipse fœtorem suū ferre posset.* Vnde coactus, clamans dixit, *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Expende quæso singula: primò huius superbiam, deinde securitatē, tertiò Dei patientiam, & admonitionem, ac huius impij obstinationem: tandem casum, vltimò percussionem, vermes, fœtorem, postremóque, quòd nūquam ad se reuersus miser iste, nisi quando ad ipsū suusmet peruenit fœtor, quem eum ferre non posset, tunc se recognoscens mortalem, impium iudicauit paria Deo sentire. Quo animaduerso perspicies, inde impios perire Reges, quia se non considerant, nec quantum malè oleant, odorantur: hinc mortales se esse obliuiscuntur, nec priùs deceptionem suam sentiunt, quàm experientiâ doceantur, plus omnibus illos fœtere, vltra captum abominabiles esse, *Grauabatur exercitus fœtore, ita vt nemo poterat eum præ fœtore portare,* n. 9. At ipse, hoc non obstante, quasi nihil sentiens ad cœptum pergebat, nil de exercitus grauamine curans, suprà homines se existimans, quod equidem & hodie in plurimis videre est principibus: fœtent vitiorum scaturigine, grauantur eorum populi, ita vt portare eos amplius non possint, non ob hoc desistunt, ampliusque in dies in mala ruunt, veniet dies, in quo è cœlo cadens lapis sine manibus cadent, vti scelestus iste, & tunc quantum in vita fœtuerint, in morte experientur. De quorum similium morte, vide Hieron. in c. 3. Abac. Belarm. to. 1. lib. 4. de Eccl. c. 17. Bozium de notis Eccl. lib. 23. Feruadensium in Esth. qui dignè de hac re. Lenseū lib. de persecutione Eccl. Ioseph. Stephanum lib. de vnica religione, Georgium Ederum lib. 1. Mallei hæreticorum.

4. Antiochi Regis mors expēditur. Math. 2. c. 9. nu. 4.

5. Reges, vnde superbiunt.

N. 9.

Hieron. Bellarm. Bosius. Feruad. Leuseus. Ios. Steph. Ederus.

Secundò notandum, verbum illud, *abscissus*: non

A enim dixit, cecidit lapis, sed abscissus est: denotans non casu factū, non fortuitò cecidisse, sed ratione, cōsilio, ac præmaturo cogitatu; si non humano, certè diuino, vt sciāt Reges, quia *excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersa terra Rex imperat seruienti.* Eccle. 5. n. 8. Quod adnotauit Hier. vbi sup. super illa verba Abacuc secundùm Sept. lectionem, *Diuisisti in stupore capita potentiū* Dicēs, nemini mirādum, si tam citò aliquando viderimus potentes concidere, quādo minus illud posse accidere sperabamus nam hoc equidē nō casu fit, sed Dei præmaturo cōsilio, ad hoc vt talis casus in stuporē cūctarū sit gentium. *Possumus,* inquit, *vti hoc Abacuc versiculo, diuisisti in stupore capita potentiū: si quando Reges & Duces eorū Christianū viderimus sanguinē fundere, & postea vltionē Domini consecutū, hoc fieri in stupore credentiū, vel in stupore cunctarū nationū, quæ eos nō putabant tā cito posse concidere.* B Immò ipsemet, qui hominibus videtur casus, altissimū est Dei consiliū, qui manu hominis casu mota ad finem suū maturè præuolitū dirigit, & ordinat: casu tetēdit arcum, & quasi ludēs emisit sagittā ille, qui Achab miserum occidit. 3 Reg. 22. n. 28. *Vir autē quidā tetendit arcū in incertū sagittā emittens, & casu percussit Regē Israel inter pulmonē & stomachū.* Quando etsi attētissimè sagittā emitteret sic percussisset? Chald. legit, *inter iuncturas loricæ.* Totus extabat armatus, ferro vndique cinctus, inde securū se æstimabat: at nūquid ferri iuncturæ Deo latêre potuerūt? per eas ingressa est sagitta casu ab homine emissa, sed Deo manū dirigēte, & mouente, omniaque iustè gubernāte, *Quod, qui credūt,* vt optimè inquit Athenagoras Philosophus Christian. in tract. de Resur. mort. in Biblioth. Patrum apud me pagina 402. to. 1. *æquum est, vt nihil existiment, neque terrestrium, neq;* C *cœlestium rerū cura, & prouidentia destitutum esse, sed in omnia æque, tum quæ in aperto sunt, tum quæ latent, in magna item, & parua penetrare creatoris sollicitudinē.* Hoc postremum verbum notandū, non solùm Deus omnia, vt sic gubernat, sed sollicitè, hoc est cum studio, consilio, indesinenter, infatigabiliter, acutè; vnde & si totus vndique armatus Achab, loricæ iuncturæ effugere sollicitudinē non potuit diuinā. Hinc lapis iste, qui eū occidit, nō casu abscissus, sed cōsilio, si non hominū, saltem diuino.

Eccl. 5. 8. Hieron.

6. Cur ex tēpore cadūt.

7. Ad Dei ordinatum pertinet consilium, quæ casu fiunt ab homine. 3. Reg. 22. 28.

8. Dei maturum consiliū in Achabi morte expenditur. Chalde. Athenag.

9. Prouidentia diuina sollicitè quantum gubernet singula.

Quod cōsiliū, vt vltimò hoc adnectā, sic certū, sic infalibile existit, vt quādo euenire, & iā foras prodere ab alta illa sit determinatū mēte; ita ineuitabile sit, vt etsi illud homines sciāt, eosq; nō effugiat, nec possibile illis, vt euitēt, fiet, vt semel attēdāt, qui vanis, futilibusq; incūbūt Astrologiæ vaticiniis, quàm vanū illorū sit studiū, dū quod semel à Deo decretū inuenitur, impossibile sit vt ipsi effugiāt. En tibi Achab in exēplū, à duobus de suo admonitus prophe- D tis malo, Helia, & Michæa, immò ab hoc posteriori, clarè, & euidēter insuper & in particulari successu pronūtiante illi certā mortē in bello, quod parabat: & tamen ire nō destitit, immò sic vesanus, vt Prophetā iuberet in carcere detrudi. *Tollite Michæam & maneat apud Amō Principē ciuitatis,* &c. *& dicite eis, Mittite virū istū in carcerē, & sustentate eū pane tribulationis, & aqua angustia, donec reuertar in pace.* ibi. eod. c. Mirū cùm ipse Prophetā adiurasset, vt verū sibi diceret, dū Propheta illi, vt ascēderet dixisset: *Iterū atq; iterū adiuro te, vt nō loquaris mihi, nisi quod verū est in nomine Domini.* Quod cū ei Propheta indicasset, fructus huius scientiæ, parturitio extitit incredulitatis, obdurationis, & obstinationis: vetaro Domini voluntatem cupit scire,

10. Dei consilium ineuitabile, etiam sciuū.

quem etsi non adorabat, formidabat, cur postquàm A sciuit nō credidit, nec ire destitit? ne mireris; *Quia cogitandum*, vt inquit Iosephus, lib. 8. Antiquir. ca. 15. *ex his, qua Regi Achab prouenerunt, quia quod debetur, neque dum præscitum fuerit, enitatur, donec à Deo debita passio compleatur.* Ad bellum procedit Saul, etsi ex illo casurum se sciret, velox ad campum redit, tanquam si properaret ad palmam, cùm non nisi ad mortem, vnde ille sic desperatus ardore, nisi quia, *quod debetur, neque dum præscitum fuerit, enitatur?*

10. Achab cur non obstāte Michea monitu ad bellum processit. *Ioseph.*

Tertiò notandum, vbi percussa est statua, in pedibus nempè, & percussa io pedibus tota corruit, cur non in capite? cur non in brachiis? cur tandem in pedibus, non in capite? quia ex auro optimo, non in brachiis, quia ex argento, non demum in tibiis, quia ferreæ, omnia enim erant solida, omnia sana, omnia fortia, imperfectio fuit in pedibus; non enim Deus flagellat, nisi vbi adest peccatum, non destruit, nisi vbi est mala actio, nisi vbi est demeritum, quid per pedes, nisi gressus actuum hominis B designantur? Sic Gregorius hom. 3. in Ezechiel. super illa verba: *Pedes eorum pedes recti. Quid enim per pedes*, inquit, *nisi gressus actuum designantur? Quatuor ergo animalia, pedes Christi esse describantur, quia sanctorum Euangelistarum, atque omnium perfectorum opera ad sequendam iniquitatem non fuit retorta.* Pedes ergo sunt gressus Principis, sunt opera eius, quæ cùm sint mala, sunt fictiles, sunt mixti, sunt incoharentes, vt sic dicam, non sunt vniti, sunt ex ferro, sunt ex luto, sunt ex testa; talia sunt mali opera Principis, sunt ex ferro, hoc est crudelia; sunt ex luto, quando sunt impudica, ex testa, quando fragilia, & humana, tantùm perspicientia, in pedibus ergo percussa est, in actionibus, hoc C est ob actiones malas, quia tunc Deus in pedibus aliquem percutit præpotentem, quando eius visitans actiones, eum destruit, annihilat, & pessumdat: vt luat in corpore, quod in anima peccauit. Quod egregiè considerauit Chrysostomus homil. 4. de verbis Isai. *Vidi Dominum*, supplicium ponderās Regis Oziæ dum in fronte leprosus apparuit, quia nimis audax contra præceptum incensum offerre in templo attentauit: *Semper enim*, ait, *Deus, vbi peccauit anima, punit corpus: sic & Caim anima peccauerat admisso parricidio, & corpus illius paralysi tactum est.* Cuius rationem adiungens, illud efficere Deum affirmat, vt omnibus, etiam & ipsis percussis tacentibus, eius æquum iudicium patefiat, omnibusque ne similia patrentur, per ipsam intimetur pœnam. *Et circuibat Cain*, ait, *omnibus* D *loquens, silentio vocem edens, silentioque erudiens, lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cunctisque exponebant, cur gemeret, cur tremeret.* Sic percutiuntur Reges, luentes in corpore, bonisque, quæ mala gesserunt in anima, amittentes regnum, dignos se tali constituentes pœna, pedes habentes fictiles, hoc est actiones malas, indecentesque.

11. Nabuchod. statua cur percussa in pedibus. *Greg.*

12. Reges cur à Deo percutiuntur. *Chrysost.*

13. Deus corpus percutit in eo in quo peccauit & cur.

14. Caim cur paralysi correptus.

Quartò demum notandum, quòd destructis pedibus eius, tota ipsa corruit, in nihilum redactum argentum, & aurum, & insuper quòd sic ipsa destructa, vt *nullus locus inuentus est ei*. Mirum, quam prius mundus non capiebat, nunc dicitur, quòd *nullus locus inuentus est ei*. Notandus modus loquendi; comminuti sunt pedes, ex hac comminutione secuta est contritio omnium, & totius statuæ; ex hac reductio in fauillam æstiuæ areæ à vento raptam. Post quæ addit Propheta: *nullusque locus inuentus est ei*, quasi diceret, rapta sunt à vento,

quia nullus locus recipere volebat fauillas illas, ac reliquias, quæ ex statua illa grandi remanserant. En mira calamitas: corruunt Reges, gloria eorum in puluerem redigitur: & insuper talis puluis à nullo recipitur, non solùm, non locū, nō focū, non amicū, non propinquum inueniunt, qui eos recipiat, qui vicem eorum doleat. Vnde ergo tantum malum? ex lapide exciso sine manibus humanis, sed diuinis, ceciderunt, quia Dei inimici: & sic ceciderunt, vt nullus eis amplius locus sit inuentus in terris. Quod considerauit Ambrosius libro de Nabuchod. cap. 6. in Rege Achab, ponderans canes eius linxisse sanguinem, quia qui eum colligeret, non fuit. *Multos Reges gentium*, ait, *propter perfidiam Dominus fecit esse captiuos: Achab Regem cælestibus ingratum beneficiis, ita iussit occidi, vt canes eius vulnera lamberent: etenim quia pauperis vineam concupierat, nequaquam tantis opibus expletus imperij, infra omnem inopiam redactus à Domino, non qui vulnera eius lauaret inuentus est, non qui corpus operiret, defecit circa eum hominum humanitas, canum successit asperitas, dignos planè sui ministros funeris auarus inuenit.* Nil melius: canes ministros inuenit funeris, qui non vt Rex, sed vt canis carnes deuorans suorum vixit.

15. Regum calamitas dū à Deo percutiuntur.

Ambros.

16. Dei iudiciū in morte Achab, & cur canes eius linxerunt sanguinem.

Historias percurre humanas Regum, & Principum superborum, ac grandium, videbis ita esse eos fractos, & infractos, vt post eos occisos, & excisos, nec terram habuerint, quæ eos cooperiret, nec etiam post mortem tuta eorum corpora ab inimicis. Nonne Cambises Persarum Rex, Cyri filius, ab Amaso Ægypti Rege elusus, cùm bellum ei inferret, & mortuum reperisset ipsius corpus? vt refert Herodot. lib. 3. sepulchro eruit, verberibus cecidit, acutis ferramentis dilaniauit, & tandem in cinerem redegit? nonnè Bagoas Eunuchus Artaxerxem occidit, &, vt ait Elianus lib. 6. variar. histor. cadauer eius feris dilaniandum, deuorandumque proiecit? & tandem ex femoribus eius manubria gladiorum fieri curauit? Nonnè Galba Romanorum Imperator à militibus occisus, ita ab illis post mortem miserè actus, vt capite amputato (vt inquit Xiphilinus in eius vita) corpus eius miris, infinitisque afficerent contumeliis: immò Othoni oblatum, cum ludibrio circumferendum mandans, tandem lixis, calonibusque eum donauit. Quid de Vitellio dicam? qui (vt inquit Thomas Treter.) *Ab hostili exercitu in vrbem irrumpente, à latebra extractus, ligatis post tergum manibus, iniecto ceruicibus laqueo, lacerata veste, seminudus in foro traxerunt, mucrone sub mentum posito, quibusdam cœno, & stercoribus incessentibus, aliis incendiarium, helluonem, ebriosum, vociferantibus, tandem ad Gemonianas scalas raptus, infinitis verberibus casus perijt.* Et vt omnia adessent, ne aliquid calamitatis remaneret super, vltimò post mortem, *Vnco tractus, in Tyberim est proiectus.* Nec dissimilem passus est fortunam Clodius Albinus, cuius corpus ante prætorium ad fœtorem vsque iacuit, laceratumque à canibus, tandem in profluentem coniectum, vt interim taceam de Domitiano, qui à suis occisus, de Commodo, qui strangulatus, de Pertinace, qui confossus, de Diuo Iuliano, qui obtruncatus: de Pescennio, qui decapitatus, de Caracalla, qui occisus, de Macrino, de Heliogabalo, de Alexandro Seuero, de Maximino, de Gordiano, qui omnes occisi miserabiliter vitam finierunt, sepulturaque caruerunt: deficeret equidem tempus, si singula enarranda essent. Pereunt ergo miserè, &

17. Regum infortunia & calamitates, etiam post mort. *Herodot.*

Elian.

Xiphilin.

Th. Tret.

ita pereunt, vt quos priùs totus non capiebat orbis, posteà nec locum in illo miseri amplius inueniant.

18. Statua cur redacta in puluerem æstiuæ areæ.

Sed vnum notandum, quòd excissa statua, & comminuta, redacta est *in fauillam æstiua areæ*, quod est in cinerem, & puluerem paleæ; cur non in fauillam auri? cur non in puluerem argenti, æris, & ferri, ex quibus statua constabat, sed in puluerem æstiuæ areæ? an quia habebat pedes fictiles, testaceos, terrenos, tanti ponderis, tantæque vis, ac efficacitatis, vt semel excisâ statuâ, in se aurum conuerterent, argentum, & ferrum, licèt validiora essent, & fortiora. In qua re vanitas rerum huius figuratur mundi: in terram, puluerem, fauillam, paleam, lutum, omnia rediguntur, semel excisâ statuâ; quia, vt loquit Hieronymus in cap. 1. Sophon. super illa verba: *Et erit fortitudo eorum in direptionem. Cùm venerit tempus mortis, tunc omnis fortitudo eorum in direptionem erit, vt quod malè valebat & dirigebatur aduersus Dominum, infirmum fructùmque vertatur.* Nam semel Rege mortuo, omnia ipsius corruunt, in fauillamque rediguntur; quia ipse terra & lutum, ideo in terram, lutumque omnia sua conuertuntur, & absorbentur, etsi argentea, etsi aurea.

Hieron.

Vltimò tandem notandum, quòd lapis ille excissus, factus est mons magnus, qui impleuit vniuersam terram, exaltatus est post excissionem statuæ, occupauit locum illius, creatus est vbi erat statua, & decidente hac, ventus rapuit adhuc reliquias, vt mundus esset locus, vt commodè, & absque repugnantia crescere possit lapis ille, & fieri mons, mons magnus.

19. Quid significet lapis excissus mons factus magnus.

Sic euertere solet Deus Regna, & Reges, quando stulti sunt & peccatores; sic transferre regnum, & sceptra, vt nihil illius reliquum sit, alium in eius eligens locum, non quippè diuitem, non sæpè ex Regia stirpe, sed pauperem, & inopem, ad deprimendum ipsum diuitem, potentemque, *Melior est puer pauper, & sapiens, Rege sene & stulto*, inquit Eccl. cap. 4. num. 13. *qui nescit prauidere in posterum.* A quo si petierimus rationem, respondebit, quòd *de carcere, & catenis interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno, inopia consumitur.* Pauperem etiam interdum eleuat Deus, & de carcere vocat ad Regnum, & de regno expellit, immò ad carcerem impellit, deprimit, annihilat, destruit, ac euanescere facit statuam illam magnam, hoc est impium, superbumque Regem, efficitque vt in montem magnum consurgat paruus lapis, & lapis excissus, vnde exaltatur humilis, deprimitur superbus.

Ecc. 4. 13.

20. Inopes ad regnum exaltantur, vt superbi decidant Reges.

Quid? historias percurre, tum diuinas, tum humanas, & videbis vi, voluntatéque tantùm diuina, pauperem in Regem exaltatum, Regem verò depressum. Nonnè de post fœtantes accepit Dauid, vt Saulem deprimeret, & in locum ipsius Regem eũ constitueret? Nonnè Ieroboam seruus erat Salomonis? & tamen Deus in Regem, eius abscindens regnum, elegit, ita vt congregato exercitu contra eum à Roboam Salomonis filio, vnusquisque postea reuersus sit in domum suam, nemine contra Ieroboam præliari audente, quia à Propheta audierant à Domino illud esse factum: *Factum est verbum Domini ad Semeiam virum Dei: loquere ad Roboam, &c. Hæc dicit Dominus: non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel, reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est verbum hoc: audierunt enim sermonem Do-*

3. Reg. 12. 22.

A *mini, & reuersi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus.* 3. Reg. c. 12. n. 22. Nonnè Baasa seruus erat Nadab Regis Israel, 3. Reg 15. 27. & tamen interfecto eo, domoque eius tota, nulla anima relicta, pro Nadab regnauit? Quis ad regnum hunc euexit, & à regno alium exturbauit? nonnè Dominus? Quis statuam illam magnam euertit, fecitque loco eius, vt cresceret lapis ille in montem magnum? Dominus quidem fuit, & *Dominus est, qui facit, vt de carcere, ac catenis quis egrediatur ad regnum, & alius natus in Regno, inopia consumatur.*

3. Reg. 15. 27.

At si externa, & humana considerabimus, & velimus ea numerare, tempus deficiet: lege Plutarchum in Paral. & Apohteg. Amm. lib. 14. Valerium Maximum, lib. 2. c. 7. & lib. 7. c. 9. Tacitum lib. 6. Annal. Trog. Pompeium, lib. 44. Thor. li. 2. cap. 19.
B Polyb. lib. 8. histor. Paul. Æmil. in Dion, Petr. Greg. lib. de Republ. ca. 3. nu. 10. Lege quidem hos Authores, ludibria Principum, Regumque percurre, & perspicies, quomodò superbus, & insolens Dei inimicus, & rebellis, à sede vi euertitur diuina, non humana, vt semel intelligant Reges, nullum Regnum diuturnum, si ipsi in virtute, sapientiaque stabiles non perseuerent, coniunctique amicitiâ cum Deo non sint. Enimuerò mirum, admirandomque est, quod quidam modernus adnotat in Iosue, Chananæorum Reges triginta & vnum fuisse potentissimos, & ditissimos, hosque omnes sic potentes, sicque diuites, non amplius, quàm per spatium quatuor annorum, Deo vlciscente, vitâ, honore, Regno omnes priuatos, ac miserabiliter defunctos, immò & occisos, ac dilaniatos ludibrioque habitos.

Plutarch. *Ammo.* *Valer.* *Max.* *Tacitus.* *Tro. Põp.* *Thor.* *Polyb.* *Paul. Aemil.* *Pet. Greg.* *Magalla.*

21. Chananæorum Reges quàm ci, & quàm cito omnes perierunt.

Ludibrio dixi, nam tùm equidem in ludibrio euaduot Reges, ac reuerentiam, debitumque amit-
C tunt cultum, quando ipsi reuerentiam summo omnium debitam Principi non reportant. Quod aptissimè adnotauit Irenæus in Salomone 3. Reg. 11. considerans, quòd quando Salomon Dei erat amicus, eumque venerabatur, in maximo honore, quando verò inimicus, in maximo erat dedecore. *Cùm Salomon*, inquit, *sine offensu seruiret Deo, & ministraret dispositionibus eius, tūc glorificabatur: cùm autem vxores acciperet ab vniuersis gentibus, & permittebat eis erigere idola in Israel, tunc inglorius fuit.* Immò ex tunc contra eum caput aliqui, non quidem ex supremis erexerunt, non ex se, sed à Domino in cœlis dominante excitati, 3. Reg. 11. *Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum, Razon filium Eliad, & Ieroboam quoque seruus Salomonis leuauit manum contra Regem.* Vnde ne mirentur Reges, si bellis premuntur, si inimici suscitantur, tum intra, tum ex-
D tra, cùm inimici Dei sint, contraque ipsum bellant.

22. Reges quãdo in dedecore apud suos deueniunt subditos.

Irena.

3. Reg. 11. 14.

At notandum, quòd scissurus Deus regnum à Salomone, & alteri traditurus, non extraneo alicui, non altero Regi, non Principi pronuntiat se regnũ daturum, sed eius seruo; cur non principi, aut alteri alicui ex Regibus? nonnè, quia seruus ipse mulierum factus est & peccati: Optimè Tertullianus lib. 2. aduersus Marcion. *Reijcitur Salomon*, inquit, *sed iam à mulieribus alienis possessus, & idolis Moabitarum, & Sydoniorum mancipatus.* Mancipium se fecit ex libero, seruum ex domino, subditum ex Rege, detur ergo regnum mancipio, vt sic dicam, seruo, & subdito, & fiat subditus hominis, qui se Deo subijcere neglexit.

23. Deus Regnum à Salomone scissurus eius seruo illud dedit, & non altero.

Tertull.

Roboam quoque filius eius, nonnè tunc seruus factus, quando Deum dereliquit & inimicus eius

Par. 2. 12. num. 2. constitutus? Par. 2. num. 12. num. 2. *Anno autem quinto Regni Roboam, ascendit Jesac Rex Ægypti*, inquit Scriptura, *in Hierusalem, quia peccauerat Domino, cepit ciuitates munitissimas Iuda, & venit vsque in Ierusalem.* Vbi notandum tempus, in quo hæc misero euenerunt Roboam: tunc enim calamitas hæc illum obruit, quando magis securus, quando magis armis cinctus, quando, vt suprà eodem lib. cap. 11. *Ciuitates dicitur ædificasse muratas, ac munitissimas, quasque cùm muris clausisset, posuit in eis principes, ciborumque horrea, ne quid in obsidione deficeret: immò quòd in singulis vrbibus fecit armamentaria scutorum, & hastarum, firmauitque eas summâ diligentiâ.* En quàm firmus extabat, quàm potens, quàm armatus: at cùm sic roboratum, confortatumque habuisset Regnum, legem Dei derelinquens, *Ascendit Iesac, & cœpit ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Hierusalem.* Nil ei suis proficientibus muris, nil suis præmentionibus, nil armis, nil principibus, quin omnia in manus Iesac deuenirent, quia vnus deficiebat ei custos, timor nempè Domini; ob huc eas nullo negotio cœpit vsque ad Hierusalem excurrens, in qua cùm Rex obsideretur, ipse cum principibus suis, qui ad eum conuenerant, per sanctum Dei Prophetam Semeiam, Domini sententiam immò Dei consilium, rationémque audiuit, ob quam scilicet causam talis eis insurrexerit tribulatio. *Vos reliquistis me, dicit Dominus, & ego reliqui vos in manu Iesac.* Et cùm isti tribulationis pondere pressi, sic coram Domino humiliarent, & Deus mutasset sententiam (delectionis nempè, non verò seruitutis) sic adiunxit: *Quia humiliati sunt, non disperdam eos, dabóque eis pauxillum auxilij: verùm tamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.* Seruierunt ergo hominibus, quia Deo seruire noluerunt, & seruitutem hominum experti sunt, quia seruitutem Dei non curauerunt, regnum amiserunt, quia supremi Regis amici esse noluerunt, omnia perdiderunt, quia vnum, & vnicum Dominum amittere non curarunt.

24. Roboam Rex tunc deuictus quando magis munitus, &c. Eod. lib. cap. 11.

Recessit Iesac Rex Ægypti ab Hierusalem: at quomodo? *Sublatis thesauris domus Domini, & domus Regis, omniaque secum tulit, & clypeos aureos, quos fecerat Salomon.* In qua re adnotandum, in quo seruitutis distantia, Dei hominisque consistit, quam Dominus dixit experturos eius rebelles, in eo equidem, quia scilicet omnia abstulit Iesac nil relinquens, in quo hominum imperium consistit, cùm è contra Dei in dando, non verò in auferendo. *Vt sciant*, inquit, *distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.* Quam illicò quasi subiungens ait, *Recessit Iesac Rex Aegypti ab Hierusalem sublatis thesauris.* In hoc stetit seruitutis differentia, quia in hoc terrenorum stat imperium Principum, in auferendo scilicet à suis, non verò in dando: *Diuites*, inquit Ambros. de Nabuth c. 4. hoc est Reges, nam de Achab loquebatur vineam Nabuth quærente, *magis alienum panem, quàm suum manducant, qui rapiu viuunt, & rapinis sumptum exercent suum.* Notanda hæc postrema verba, impendunt, sumptusque faciunt, sed ex rapinis, nisi malis dicere ex sanguine subditorum: ob quod egregiè affirmat idem Sanctus in principio libri, historiam Nabuth tempore veterem, sed vsu quotidianam, & vnum Achab natum, quotidiè nasci, qui aliena rapiat, aut vi, aut falso, palliato iustitiæ colo-

25. Inter Dei hominum que seruitutem quæ, sit distantia & in quo consistat.

Ambros. 26. Reges ex quo viuunt, & sustentantur.

27. Quomodo alienum rapiunt.

A re, quod dixit Michæas 7. n. 3. dum ait: *Princeps postulat, & iudex in reddendo est.* Cuius est sensus, Princeps contendit in iudicio de possessione pauperis, & iudex principi eam adiudicat; etsi non adiudicandam, cuius iniquitatis, iniustitiæque causa illa extat, quia dando principi, à principe ipse sibi iniquus dandum sperat iudex. Quod eleganter dixit Chaldæus, dum habet. *Princeps postulat, & iudex dicit, fac pro me, & retribuam tibi.* Quod etsi sæpè in particularibus euenit postulationibus, quotidiè tamen hoc in tributis, exactionibusque populo imponendis experimur: dum non tantum princeps postulat, quantum iudices in reddendo sunt, quia manet illis in corde vox indita illa, *Fac pro me, & retribuam tibi.* Horum ergo imperium in tollendo stat, non in dando: quod clarissimè inspicitur in illa iuris Regij à Samuele facta prædictione, vbi nil prorsus inuenies, nisi deprædationē Regis à suis, collationē verò vllam Reg. 1. 8. n. 10. Tollet filios, filias, agros, vineas, oliueta, segetes, & vinearum fructus, gregesque adderimabit, seruos etiam tollet, & ancillas, tandem omnes seruos efficiet: persecrutare collationem, non inuenies quod eis protestatus est, vt inquit Iosephus 6. Antiq. c. 4. *Vt qualem mutationem habere festinarent, scirent.* Sic imperare Roboamo Deus Isaac iussit, vt sciret seruitutis distantiam, quia, vt inquit Lyra, *Seruitus Dei suauis est & consolabilis: seruitus autem humana, dura, & quasi importabilis.* Seruiuit ergo Roboam Ægypto Regi, tributum soluens, quia Deo seruire desiit, perturbatum est eius regnum, quia Dei seruitium & ipse disturbauit, cùm equidem illud verum, certumque, pacem nempè vllam in regno possibilem futuram, sicut nec in eius Rege, qui illam cum Deo non habet, quinimò disrumpetur, ac ipsius prorsus scinditur regnum, 3. Reg. 11. nu. 31.

Mich. 7. num. 3.

Chald. 28. Iudices cur semper in fauorem propensi regum.

29. Regum dominatus omnis in tollendo. Reg. 1. 8. 11.

B

Joseph.

Lyra.

30. Nullam habebunt pacem si cū Deo inimicitiam.

C Abias namque Propheta, annuncians Ieroboamo reguum, simulque cum regno eius prauidens malitiam, annunciauit & eumam scidit quidem pallium nouum in duodecim partes, inquit Scriptura, & Roboamo dixit, *Tolle tibi decem scissuras.* Cur non dixit, tolle tibi decem partes, sed decem scissuras? hoc mysterium quidem agnouit Rupert. recognoscens regni ab ipso scissuram, immò scissuras, tum ab ipso Roboamo, tum à reliquis, qui pessima eius vestigia sunt sequuti: vt simul intelligas eo ipso, quo quis ad regnum assumitur, eo ipso si malus præsumitur, scissionem sibi regni præparari.

3. Reg. 11. nu. 31.

31. Abias cur se Roboamo dixit, tolle tibi decem scissuras.

Rupert.

Transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aquæ, inquit Os. 10. n. 7. vbi notRegem appellari per Synecdochem, id est Reges, quia omnes perierunt, at cur sicut spumam? audi eundem Rupert. *Emeruit*, inquit, *Samaria, vt Rex eius transiret, & regnum eius scelueretur sicut spuma super faciem aquæ, sicut enim ella feruente, superiores D aqua in spumam, bullasque erumpunt, ipseque bulla subsilientes collidunter, & alys emergentibus, alia crepant, & dissiliunt: ita Samaria, vel Decem tribus, ingi feruentes igne discordia, Reges alios super alios creuerunt, & vsque ad decem vices percussis regibus aly Reges superfederunt.* Transierunt ergo sicut spuma, quia ipsi spuma & scoria coram Deo, & transierunt sicut spuma; quia eodem igne, quo ad excelsa peruenerunt, eodem euanuerunt, seditione creuerunt, & ebullierunt, seditione peremptisunt. Seditione Ieroboam contra Roboamum peruenit ad Regnum. 3. Reg. 12. Seditione extinctus est filius eius Nadab, & domus eius tota à Baasa, 3. Reg. 15. num. 27. Seditione creuit

Os. 10. 7.

Rupert.

32. Samariæ Reges cur sicut spuma transierunt.

3. Reg. 12.

3. Reg. 15. 27.

3. Reg. 16. 9. 10. *Ibi. 17. 18* *4. Reg. 9. 24.* *4. Reg. 15. nu. 10.* *Ibi. n. 14.*

Baasa, & factus est Rex. Seditione Zambri serui eius interfectus est filius eius Nela 3. Reg. 16. num. 9. & 10. Seditione peruenit ad Regnum Zembri, & seditione Amri etiam occisus est, ibi. 17. & 18. Seditione ascendit Amon ad Regnum, & seditione Iehu extinctus est. Ioram nepos eius, & cum eo domus eius tota, 4. Reg. 9. num. 24. Seditione creuit Sellum, occidens Zachariam, Iehu pronepotem, 4. Reg. 15. num. 10. Et seditione occisus est ipse à Menahem, ib. num. 14. & sic de singulis Regibus, vt videre est in libris Regum, qui omnes, quia mali, mortui, & interempti, & sicut spumæ transierunt, quia in se vllam habebant virtutis substantiam, timorisque Domini. Perierunt ergo, quia Dei inimici, non certè periissent, si amici; quia, vt inquit noster Sapiens, diligenda est sapientia, vt in æternum regnetur, *Si ergo delectamini*, &c.

A

Num. 23. *Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis.*

B

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

HIc versus desideratur in Græca lectione; sed tamen omnes expositores eum admittunt: persuadet enim Sapiens omnibus, qui præsunt, vt quod in votis semper habere debeant, sit desiderium luminis sapientiæ, vt rectè præesse possint, ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant.

HOMILIA CXXVII.

C

Prælati, & Principes ad consilia capessenda proni sint, non suam, sed aliorum sequantur sententiam.

DIligite lumen sapientiæ, consulit noster Sapiens Præsulibus, & qui populum gubernant. In quibus verbis illud adnoto, Sapientem scilicet talibus non dixisse, vt sint sapientes, sed vt lumen diligant sapientiæ: ergo quod suadet, est dilectio luminis sapientiæ, quod est desiderium efficax sciendi, licèt actu non sciant, licèt actu sapientes non sint: malum quippè est Præsulem non scire, sed pessimum nolle scire; si nescit, & vult scire, ac animo habet sapientiæ apprehensionem, inquiret sapientiam, & apprehendet illam; vnde & rectè gubernabit: et si non vult scire, nec amorem sapientiæ habet, quid de eo fiet, quid de regno? dignus ergo erit præsulatu ille, qui etsi actu non scit, desideret tamen scire.

D

1. *Regimine dignus, quis.*

3. Reg. 3. num. 7.

Enimuerò in illa tam celebri Salomonis petitione, quando à Deo sapientiam expostulauit, 3. Reg. 3. num. 7. notandum, postulasse illum sapientiam, quia viderat se illa carere; cognouit enim imbecillitatem suam, impotentiamque ad benè regendum: vnde orauit: *Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum*: seu, vt Vatablus, & Pagnin. *Et non scio egredi, vel ingredi, & seruus tuus in medio populi est, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari, & supputari non potest.* Quasi diceret: nescio gubernare me ipsum, & circa propria negotia nescio viam, qua ingrediendum, aut egrediendum, quomodo sciam, quæ ad tantam, tamque magnam pertineant multitudinem? necessaria ergo mihi est sapientia ad discernendum, atque faciendum iudicium: ergo petiuit sapientiam, quia non solùm intellexit illam futuram necessariam ad rectè gubernandum: sed etiam, quia vidit se illam non possidere: *Sapientiam postulauit*, inquit Ambrosius, Apolog. 2. pro Dauid cap. 4. *vt quam non habebat, acciperet.* Ex quo deducitur in illo tunc, quando Salomon electus, ac constitutus Rex, non habuisse ipsum necessariam sapientiam, scientiamque ad gubernandum, sed tantùm eius desiderium, & tamen hoc solum sufficit ad eum constituendum optimum Regem, dignumque regiminis, vt sic dicam, licèt de facto non esset sapiens, sed sapientiæ tantùm amator & expetitor: ex cuius desiderio factum quippè, vt illam expeteret, & expetendo acquireret, fieretque postea omnimodè sapiens, sapientissiméque gubernaret. Si ergo sapientiæ amator non fuisset, non eam petiisset, inde nec acquisisset, semperque in sua mansisset vecordia: studiositas ergo eius suffecit ad constituendum eum dignissimum Præsulem, dignissimumque Regem. Sic nos pari ratione dicimus, suademusque Principi, Præsuli, & Prælato, non tantùm necessariam esse eidem sapientiam, & si necessaria sit, quantum desiderium, & desiderium efficax eius, quod si habebit, euadet sapiens, & eruditus, quia lumen sapientiæ exquiret à consiliis, sicque rectè gubernabit, administrabitque: nam nulla res ita Principi necessaria, quàm vt alieno potius, quàm suo regatur consilio, licèt ipse prudens, magnoque præditus sit ingenio, reportabit equidem ex hoc laudem, sicut è contrario vituperium. Hinc ab omnibus damnatur Cæsar, qui nec in Dictatura, nec in Consulatu consilio Senatus est vsus. Sueton. in eius vita, ob hanc etiam causam, & Nero. Vnde

Vatabl. Pagnin. *Ambros.*

2. *Salomon quando Rex non necessariã obtinebat sapientiam.*

3. *Princeps potius alieno quàm suo se regere debet consilio.*

Sueton.

Notandum illud, pro quo Salomon orauit: non enim sapientiam primò, principaliterque expetiuit: non enim sic orauit, dabis seruo tuo sapientiam, sed, *Dabis seruo tuo cor docile, vt iudicare possit populum tuum, & discernere inter malum, & bonum.* Non enim petiuit sapientiam, sed cor docile: quid enim aliud est cor docile, nisi cor inclinatum ad apprehendendum, & ad consilia capessenda, & ea intelligenda? hoc expetiuit, quia hoc intellexit esse securius, & melius: vnde in Hebræo, *pro cor docile*, est *cor audiens*. & in Græco legunt alij, *cor sapiens*, quasi idem sit cor sapiens, quod cor audiens. Vnde rectè Plato, teste Macrobio lib. 1. in somnium Scipion. cap. 8. docilitatem posuit inter partes prudentiæ. Quod confirmauit Sanctus Thomas 2. 2. q. 49. ar. 3. asserens eam & subditis, & maioribus esse necessariam. Neque contra dicta facit, quod 2. Par. cap. 1. num. 10. videtur, Salomonem postulasse sapientiam, & intelligentiam: nam, vt optimè quidam ait, hunc reconcilians locum cum illo Paralip. re verà principis ea sũma videtur esse sapientia, atque intelligentia, si se ab illis regi sinat, in quibus propter ætatẽ, & iudicij maturitas est, & vsu multiplex rerum experientia cõparata: nam sic eorũ prudentiæ, atq; iudicij ipse Dominus fit, vnde summam sapientiam, sum-

4. *Salomon cur non sapientiam, sed cor petiuit docile.*

5. *Cor sapiẽs, quale.*

Macrob.

6. *Prudentiæ pars docilitas.*

D. Thom.

2. Par. c. 1. 10.

Sanchez. hic.

mamque prudentiam videtur expostulasse tunc Salomon, quando *cor docile*, hoc est, *audiens* expetiuit. Quod equidem, vt dixi, securius principi, meliusque suis extat negotiis, cùm nunquam sic secu-

7.
Principi securius alienum sequi iudicium & cur.

rus ipse incedet, quàm quando, derelicto proprio, alienum sequetur iudicium: facilè equidem decipietur sequens proprium, quia in propriis facilis est deceptio. cùm (vt inquit Nazianz. ep. 121. ad Eudoxium: *Facilius in alienis est, quàm in propriis philosophari.* Et Quintus Curtius lib. 7. *Natura mortalium, ait, hoc quoque nomine praua, & sinistra dici potest, quòd in suo quisque hebetior est, quàm in alieno.* Et Tullius lib. 1. Officior. *Fit nescio quo pacto, vt magis in alienis cernamus si quid delinquitur, quàm in nobismetipsis.* Ex quo euenit, vt sæpè errent, qui propria sequuntur, aliena relinquentes.

Nazian.
Q. Curt.
Tullius.

B

Enimuerò si superbus Holophernes secutus consilium Achior fuisset, Iudith 6. nunquam ipse periisset, & simul cum ipso gens eius tota; spreuit consilium, tam ipse, quàm eius Principes, proprium anteponens iudicium alieno, exinde factum, vt confunderetur, & à fœmina decollaretur, præsumpsit de se, confusus est; quia scriptum est, *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes*, Isa. 5. num. 21. Væ illis, quia difficilè à malo reuocantur, & emundantur, bonaque, quæ ipsis intimantur, non capiunt, vt inquit

Iudith. 6.
8.
Holophernes cur se perdidit.
Is. 5. n. 21.

Hilarius lib. 6. de Trinitate: *Emendatio, ait, difficilis stultorum est, per quos primùm, & ratio intelligentiæ non requiritur, & deinceps ab intelligente intimata non capiuntur.* Quapropter optimè consulit Salomon, Prou. 3. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Et alibi, alter sapiens, *Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis*, Eccl. 32. num. 24. Vbi notandum illud, post factum non pœnitebis, quid si malum eueniet? si infesta res? si contraria

Hilar.
9.
Consilium non requirens stultus dicitur.
Prou. 3.
Eccl. 32. 24.

C

votis? nonne dolebit, nonne pœnitebit? non equidem, quia præcessit consilium, & pœnitudini non dedit locum. Cuius quidem ratio perspicietur, si attentè considerauerimus duo in quolibet interuenire negotio, euentum scilicet ipsius, & prudentem modum, seu prudentem ipsius gubernationem: primum in potestate non stat hominis, sed Dei, *cor hominis disponit viam suam*, inquit Salomon, *sed Domini est dirigere*, id est perficere, ad finem ducere, *gressus eius*, Prou. 16. num. 9. Dispositio ergo, seu prudens viæ gubernatio est in hominis potestate, hanc ipse adhibere tenetur, hanc exquirere, hanc modis omnibus apponere, quam si semel adhibet, non est quòd amplius desideret, nec quòd amplius facere teneatur: expleuit enim officium suum, & totum id, quod in se erat faciendum, fecit: quòd si postea euentus non successit, nec prudenti modo

10.
Cur consilio operãs se pœnitere non possit, post factum etiam si votis contrarium.
Pro. 16. n. 9.

D

casus, vt desiderabatur, euenit, cùm hic in sua non esset potestate, sed alterius; hinc fit, vt nullus locus pœnitentiæ detur, quia nihil ipse mali commisit, nec aliquid omisit eorum, quæ ipse facere tenebatur: non ergo peccauit, non ergo pœnitere potest. prudenter se gessit, non sibi fidit, sed amicorum consilio, etiam si malè succedat, non est cur pœniteat, quia (vti diximus) nihil mali gessit: nam, vt inquit Liuius Decad. 3. lib. 2. *Euentus stultorum magister est*, hoc est, stultorum esse ab euentu rem iudicare. Vnde rectè Euripides in Bell. *Rebus ipsis, inquit, indignari non oportet: nihil enim eius cura est, vtens verò rebus, si eas benè instituerit, prosperè egit.* Nil melius. Vbi notandum illud, prosperè egit, hoc est, etiam si malè successit. Quapropter optimè iniquum esse duxit Plinius Iunior lib. 5. epistol. ad Rufum, ab euentu rem iudicare, *Est omninò iniquum, ait, sed vsu receptum, quòd honesta consilia, vel at turpia, prout malè, aut prosperè cedunt, ita vel procedant, vel reprehendantur, vndè plerumque eundem factu modò furoris, modò libertatis nomen accipiant.* Hinc euenit, quòd pœnitere non potest, quia aliorum vsus est consilio, etiam si res infesta procedat, quod equidem secus esset, si sibi ipsi fidens, ac sibi tantùm credens, negotium gessisset, cùm nihil sic perditum (vt sic dicam) hominem reddit, quàm si sibi prudens ita videatur, vt cæteris indigere non putet. Quod malum, vt euitetur, consulit Paulus ad Rom. 12. num. 16. dicens: *Nolite prudentes esse apud vosmetipsos*: vbi Chrysostom. *Nihil enim, ait, ita à reliquis auellit, & abscindit, quemadmodum si quis se sufficere sibi ipsi putauerit.* Vbi bellè Apostoli sensum intellexit, nempè tantum valere prudentem sibi ipsi aliquem esse, quantum putare se sibi sufficere, nullius consilio, operaque indigere, quo nihil stultius, nihilque insipientius. Vnde idem Apostol. vbi suprà, cap. 1. num. 22. *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt*, hoc est stolidi, amentes, ab ipsis suis dementati cogitationibus, in quibus quasi in labyrintho quodã inclusi, inde exire, aut quid deinde facere prorsus nesciant, in quem labyrinthum eos suamet iniecit arrogantia, ac præsumptio. Quod eleganter dixit idem Chrysostom. locum exponens Pauli, *Cogitationum natura*, inquit (scilicet eorum, qui sibi sapientes sunt) *labyrintho cuipiam similis est, nullum vnquam finem habens, originem ab arrogantia, & propria sui æstimatione sumens.* Nil melius. Hinc, vt inquit Seneca 3. de ira cap. 36. nunquam ad veram peruenient sapientiam. *Puto, inquit, multos ad sapientiam potuisse peruenire, nisi putassent se peruenisse.* Hinc istis euenit, vt dolore quasi

Liuius.
11.
Ab euentu negotium iudicare stultorum est.
Euripides
Plin. Iun.

A

12.
Immò iniquum.

13.
Euentum sit malum sibi sufficiẽs videri.
Ad Rom. 12. 16.
Chrysost.

14.
Superbi proprium sequentes iudicium sunt in labyrintho.
Idem Chrysost.
Seneca.
15.
Cur multi ad sapientiam non perueniũt.

pereant, quando res ad votum non successit, quando infecta euasit; quia sine consilio processerunt. Quapropter optimè à sapiente Sydrac consultum, sine consilio nihil faciendum, si post factum pœnitere nolimus, immò si bona accipere, si mala vitare, semper consilium sumendum à quolibet, etiam infimæ viro sortis.

Nunquid quæso Pharao ille Ægypti Rex famem effugisset, si consilium Ioseph spreuisset? Gen. 41 at accepit consilium, etiamsi serui, etiam si captiui, etiamsi extranei, etiamsi pauperis, & accipiendo consilium vixit ipse, regnumque eius totum. Accepit consilium ab inferiori, quia à talibus est accipiendum quandoque, personaque, etsi infima, non spernenda, *summi Gubernatores in magnis nonnunquam tempestatibus vectoribus admoneri solent*, inquit Cicero Philippi. 3. & Dion. Cassius refert de Adriano Imperatore, quòd *aliquando libenter patiebatur admoneri, & corrigi, vel ab humili persona.* Sic Moyses consilium à Ietro accepit, Exod. 18. Sic Dauid ab Abigail 2 Reg. 25. & tunc præcipuè quando irritatus, quod equidem ingenui, pronique ad consilia capessenda animi insigne extitit documentum. Quæso si Naaman ille Syrus seruos suos non audisset, à lepra nunquid mundatus? spreuit prius Prophetæ consilium 4. Reg. cap. 5. num. 11. *Iratus Naaman recedebat dicens, Putabam, quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? Cum dicens abiret indignans.* Vnde indignans? quia dixerat ei Propheta:

Genes. 41.
16.
Consilium etiam ab inferiori aliquando sumẽdum.
Cicer.
Dio. Cass.
Exod. 18.
2. Reg. 25.
4. Reg. c. 5. nu. 11.

Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Hoc erat Prophetæ consilium, nolebat Princeps acquiescere, quia aliud faciendum ipse existimabat, præponebat suum Prophetæ consilio, recedebat indignatus, sed leprosus, non mundatus, accurrunt famuli, & qui noluit Prophetæ sequi consilium, famulorum sequutus est auxilium, consuluerunt, eumque animarunt ad proprium iudicium relinquendum, & alienum sequendum, alienum sumpsit consilium, reliquit proprium, descendit, lauit, mundatus est, sanatus est, accepit incolumitatem, proprium relinquens iudicium, sequens alienum, qui dum proprium tenebat, infirmus, & leprosus manebat. *Descendit*, inquit scriptura, *& lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri, & pueri paruuli.* Ad quid hoc? numquid non sufficiebat dicere, *mundatus est?* hoc tantum erat, quod expetebatur. Ad quid ergo similitudo pueri, & pueri paruuli, sane ad confirmandum quod dicimus: pueri enim, & præcipuè paruuli, nunquam suum sequuntur iudicium, nunquam suam voluntatem, semper alienam suæ præponunt, de sua non fidentes. Mundatus ergo est Naaman Syrus, sed quando? quando puer paruulus effectus, quando sicut puer obediens, contra proprium alienum secutus est iudicium, tunc mundatus, tunc lauatus, tunc, quod caput est, Deum agnouit, & adorauit, tunc prospera cuncta ei euenerunt, quia alienum sequutus est consilium: non verò sic, si suum proprium assecutus fuisset, quod qui sequuntur non secus ac idem Naaman, leprosi, immundique reperiuntur.

17. Naaman sanat⁹ quia proprium dereliquit consilium.

18. Et quia paruulus effectus.

Lepra proprij consilij, inquit Bernardus Sermone 3. de resurrectione, *eò perniciosior, quò magis occulta, & quantò plus abundat, tanto sibi quisque sanior esse videtur.* Vnde isti superbi? *Et quæ maior superbia*, inquit idem sanctus, *quàm vt vnus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei?* Quapropter non mirum si semper errant, quia contra se Deum habent, cum scriptum sit, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* 1. Petr. 5. & si tanquam feruens mare vndis cogitationum agitati sunt, nunquam stabiles, & firmi in vna remaneant voluntate: *Quia dissipantur cogitationes, vbi non est consilium: vbi vero sunt plures consiliarij, confirmantur*, inquit Salomon Prou. 15. num. 22. vel si cum Iansenio, & Rodulpho aliter hanc sententiam sentire velimus *dissipantur*, nempè *cogitationes*, id est conatus Principum, & Præsulum, qui non præmisso consilio, deliberationeque prudentum res magnas suscipere volunt: vnde tales, qui sic de sua sola sententia fidunt, non sapientes, sed superbos merito dixit Lucius Æmilius, vt refert Liuius decad. 5. libro quarto, dum ait, *Qui de sua unius sententia omnia gerit, superbum magis, quàm sapientem esse iudico.* quapropter semper in bellis, in dissidiis, in contentionibus manet: *inter superbos iurgia sunt*, inquit Sapiens Prou. 13. n. 10. *qui autem agunt omnia consilio, reguntur sapientia.*

Bernar.

19. Iudicium proprium sequens leprosus dici potest.

20. Et superbus semper errans.

1. Petr. 5.

21. Semperque instabilis.

Prou. 15.

22.

Iansen.

Rodulp.

Lucius.

Liuius.

22. Atque in bellis continuis.

Prou. 13. 10.

Quid ergo aget Princeps, quid aget & Præsul, qui se talem viderit, talemque apprehenderit, qui omnia suo tantum marte gubernare vult, suo iudicio regere, nisi omnia pessum ire desideret, nisi suam frangere voluntatem, alienam sequi, vim sibi inferre, vt quod alijs placet, sequatur, non quod sibi. Notanda equidem est lectio aliquorum in illud Prouerbij, quod modo diximus, nam vbi noster legit, *dissipantur cogitationes, vbi non est consilium.* alij per modum imperandi sic legunt, *frange cogitationes, quando non est consilium, & in multitudine consiliariorum confirmaberis*: quasi diceret, infringe tuas ipsius cogitationes, animique decreta, quando aliorum consilio vsus non es: si tamen plures tibi suppetunt consiliarij, multorum arbitrio quidlibet tuto suscipere, & aggredi poteris.

23. Princeps suam ad bene regendū infringere debet voluntatem.

Enimuerò vir ille sapientissimus Mathathias, 1. Machabæor. 2. num. 65. volens post mortem securos reddere filios, certamque simul de inimicis victoriam, cùm duos inter cæteros haberet eminentissimos filios Simeonem nempe, & Iudam, primum consilij virum, secundum fortitudinis, sic eos distinxit, vt primum apposuerit virum consilij, deinde fortitudinis: *Et ecce Simeon frater vester, scio quod vir consilij est, ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater: at Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.* Primum ergo consilium, deinde fortitudo: quia hæc sine illo nihil valet, nihil deseruit. Vnde rectè Lyra, ideo affirmat Simonem Iudæ præpositum, quia per Simonem prudentia significatur, *Quæ*, vt ipse inquit, *in bellis est magis necessaria, quàm fortitudo.* Sint ergo Reges quantumlibet potentes, sint omnibus viribus præditi, sint fortissimi, armis vndique cincti, si consilium illis desit, inermes sunt, imbelles, cadent miseri, miserabiliterque ruent.

1. Mach. 2. num. 65.

24. Consilium fortitudini præponendum.

Lyra.

25. In bellis plus consilium necessarium quā fortitudo.

Quid Roboamo fortius? filius Regis ad regnum destinatus, Regni successor, & totus Israel erat cum eo, tertio Regum duodecimo, *Venit Roboam in Sichem, illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum Regem.* Cum eo ergo erat omnis exercitus, omnis Princeps, omnis populus, immo, & quod maius, omnium voluntates; congregatus enim erat omnis Israel ad constituendum eum Regem, qualis ergo vis valida fuisset ad eum deponendum? nulla: aut qualis ei defuit in regno? nulla equidem, sed defuit consilium, noluit senibus acquiescere, vnde factum, vt nihil vis proficeret, nil arma, nil miles, nil omnis ille Israel, quin miser perderet regnum, & ex duodecim decem amitteret tribus, & vt saluare posset vitam, qui ad coronam venerat, festinus ascendens currum, pauidus fugit in Hierusalem. Ob hoc, etsi ætatis annorum amplius quàm quadraginta, quando regnum accepit, vt patet 3. Reg. 14. num. 21. & 2. Par. 21. num. 13. puerum tamen, stolidum, insipientem merito eum vocauit Abias eius filius 2. Par. 13. num. 7. *Porro*, inquit, *Roboam erat rudis, & corde pauido*, in Hebræo est, *erat puer*, vbi Lyranus, *non quidem ætate, sed sensu*: vnde, vt benè adnotat Hieronymus, iuuenes illos, à quibus ipse derelicto seniorum, consilium cæpit, non fuisse iuuenes ætate, sed moribus, sed sensus prauitate, cùm ipsi fuerint Regis synchroni, seu coæui. Defuit ergo ei consilium, consequenter defecit ei regnum, in cuius substentatione primas sibi partes vendicat consilium, quo, sicut quando bonum, sustentatur, sic quando malum, deperditur: ob hoc magis æstimandus, magisque vir consilij est timendus, quàm fortitudinis, rectéque Simon Iudæ à sancto præpositus Mathathia, quia Simon vir consilij, Iudas autem fortitudinis.

3. Reg. 12.

26. Roboā ob consilij defectum regnum perdidit.

3. Reg. 14. 21.

2. Par. 21. 13.

27. Puer dictus etsi vir iam maturus, & cur

Lyran.

Hieron.

28. Cōsilij vir, viro præponendus fortitudinis.

Magis timendus dixi, & meritò, nam plus hic valet, quàm omnia arma simul: fugiens

29. Magisque timendus.

enim Dauid sui iram filij, & fugiens cum paucis, A non timuit vires, non exercitus, quos secum habebat, non populum, qui quasi arena erat maris, non arma, sed tantùm consilium Architophel. vnde illud extimescens, cùm audisset cum Absalone esse, sic orans ait. *Infatua quaeso Domine consilium Architophel.* 2. Reg. 15. num. 32. renuncians que societatem amici, nempe Chusai Arachites, à se illum dimisit, vt consilium dissiparet Architophel, quia hoc tantum timebat; cur non arma, non populos, non Principes, non milites, non exercitus, non tandem omnem Israelem, qui erat cum Absalone? nisi quia, vt ipse erat prudens, sciebat validius esse consilium, quàm arma, quàm exercitum, quàm militem, quàm populum, quàmque omnes Principes simul. & ne fallum, seu & ne videtetur Dauid se decepisse, appositè scriptura explicans, consiliumque narrans Architophel addit, B *Domini enim nutu dissipatum est consilium Architophel vtile, vt induceret super Absalon malum.* Ex quibos elucet verbis, victoriam contra Absalon, non tantum tribuendam viribus, armis, militibus. militiæque, ac Dauid principibus, licèt isti fortissimi, quantum errori Absalon, dum vtile consilium deserens Architophel, miserè se ad illud Chusai, quod inutile, addicauit. Ex quo constat, validius esse consilium, quàm vim, meliora consilia, quàm arma, vt inquit Cicero de Senectute, *Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur: sed consilio, & authoritate, & sapientia.* Ergò Princeps, qui securus incedere vult, magis præditus debet esse consilijs, quàm armis, & tunc aggredi quodlibet difficile opus, quando adest consilium, tuncque illud deserere, quando solus, & à cæteris non adiuuatur: nam nihil illustrius quid Princeps faciet, quàm si in hoc seipsum vincat, voluntatem deserens, iudiciumque proprium, sequens alienum, etiamsi inferioris sit, etiamsi subditi. Quid? in nullo equidem tantum Christo Domino nostro se assimilabit, quantum in hoc, qui licèt esset Deus, ipsaque sapientia Patris, tamen optimum, rectumque iudicauit, aliquando proprium deserere iudicium, & sequi alienum.

2. Reg. 15. num. 32.

29\. Res magnæ non fortitudine, sed cōsilio perficiuntur. *Cicero.*

30\. Princeps Christo similis erit suum deserens consilium alienumque sequens.

Hoc equidem deuotissimè adnotauit mellifluus ille Bernardus sermone 3. de resurrectione, ponderans verba, factumque illud, quando reperiens Iesum Maria mater, & Domina nostra in templo, dixit illi: *Fili quid fecisti nobis sic?* Luc. 2. num. 48. Ponderat enim Bernardus, reliquisse tunc Dominum Iesum Christum consilium suum, D vt sequeretur matris, patrisque ipsius, licèt ipse sapientia Patris, isti pauperculæ essent creaturæ. Audiamus Bernardum, cuius verba deuotissima, mellifluaque. *Attende*, inquit, *quid fecerit magni consilij Angelus, quomodo consilium suum postposuerit consilio, vel magis voluntati mulieris vnius, & fabri pauperis: inuentus enim in medio doctorum, audiens eos, & interrogans, quodammodò increpatus à matre est, Fili quid fecisti nobis sic? At ille, Quid erat inquit, quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? at illi non intellexerunt verbum, non capiebatur, in se descendit, ita vt esset etiam subditus illis.* Nil melius, & illustrata Bernardi intelligentia, sensus est: quasi matri diceret Christus: consilium meum est, vt semper sim in his quæ sunt patris mei, cuius voluntatem iudico esse, vt

31\. Christus Dominus vt suum deseruit sæpe consilium. *Luc. 2. n. 48.*

Bernar.

A inter istos sim. Hoc non percepit mater in illo tunc, sed potius æstimauit voluntatem patris esse, vt ipse secum descenderet. Quod videns filius, magis iudicauit sequi consilium matris, licèt ipsa non intellexisset verbum, quàm sequi suum, qui intelligebat verbum. O diuinum factum, & omni admiratione dignum! ipsa sapientia Dei magna, & infinita descrit consilium suum, vt consilium suæ creaturæ sequatur, *Quis iam non erubescat*, merito exclamat Bernardus, *obstinatus esse in consilio suo, quando summa sapientia ipsa deseris? quæ sic mutauit consilium suum, vt quod iam tunc cœperat, ex tunc vsque ad trigesimum ætatis suæ annum prorsus dimiserit?* Et tamen filius Dei, & ipsa sapientia Dei, ipsummet, vt sic dicam, consilium Dei dimisit consilium optimum, vt sequeretur consilium Matris suæ: mira res, & B meritò admiranda, & quidem cum ipsomet Bernardo quærendum, quare sapientia æterna suum deserit consilium, cùm vtique bonum, sanctumque esset. *Idem.*

Sed fortè quærendum, inquit Bernardus, *ab ipso est, quomodo voluntatem suam, consiliumuè reliquerit?* nam si bonum erat, cur derelictum? etsi non bonum, quomodo suum? *O Domine*, inquit sanctus, *voluntas, de qua dixisti, vt fieret, si bona non erat, quomodo tua erat? & si bona, quomodo derelicta? sic & consilium, si non bonum, quomodo tuum? si bonum, quomodo relinquendum? Et bona erant*, respondet, *& eius erant: neque minus tamen relinquenda*, cur relinquenda? *vt fierent meliora*, respondet sanctus. vnde meliora? *quia voluntas Christi bona erat*, ait, *qua dicebat, Si fieri potest, transeat à me calix iste: sed ea C melior, quæ dicebat, Fiat voluntas tua. Sic bonum erat consilium illud Christi, quod ait, Quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse: sed quia illi non intellexerunt, mutauit illud consilium in melius, scilicet, vt nos mundaret ab ea lepra, quæ proprij consilij est. Exemplum enim dedit nobis, vt nos ita faciamus: nam ab initio nouerat quid esset facturus: sed voluit formam nobis huius humilitatis exhibere, ad lauandam pessimam hanc lepram proprij consilij.* Præclarius dici non potuit: bonum erat Domini Iesu consilium, esse in his, quæ patris erant, scilicet vt esset cum illis doctoribus, vt esset in templo, vt moraretur illic: sed melius fuit consilium obtemperandi matris voluntati pro tunc, quæ cùm non intelligeret verbum, adiudicauit illum secum descensurum: & vnde melius? vt ex hac humilitate, proprijque derelictione D consilij, suo nos doceret exemplo, animaretque ad proprium derelinquendum consilium, & curaret nos, qui curare nos veneat. En cur melius? finis Christi, & Patris nostra salus, quæ media propius ad istam, meliora erant: non equidem tantum, secundùm Bernardum, nobis Christi profecisset consilium, si ibi mansisset, quantum nobis sua erga matrem obedientia profecit descendens cum illa. Hac docemur, hac curamur, hac ad derelinquendum proprium animamur consilium, in quo multoties nostra est salus: hoc tandem exemplo lepra proprij mundamur consilij, cum qua impossibile est, vt ad sanctam illam ciuitatem ingrediamur, ad quam nullus ingreditur, qui mundus non sit corde, mundus à lepra.

Idem

32\. Cur illud fecit, etsi bonum cur deseruit illud.

Bernar.

33\. Princeps proprium debet derelinquere cōsilium vt veritatem scire possit.

Derelinquere ergo debet Princeps proprium

consilium, nec illios tenax esse debet, ad imi-
tationem Christi, derelinquere multoties de-
bet etiam illud, vt veritatem sciat: si enim teoax
erit illius, nunquam ad veritatem perueniet, nul-
lus audebit suum illi manifestare consilium, ap-
plaudebit tantum, peribit hinc miser. Liceat nouo
enucleare sensu verba illa sancti Spiritus quæ ea
Prouerbijs supra retulimos, scilicet, *Dissipantur*
cogitationes, vbi non est consilium: vbi verò sunt
plures consiliarij, confirmantur. Quem locum sic
Septuaginta legunt: *differunt cogitationes, qui*
70. *non honorant consilium: in cordibus autem consul-*
tantium manet consilium. Differunt cogitatio-
nes, inquiunt. quid enim est differre cogitationes,
qui non honorant consilium, nisi Principem nil
maturè agere, nil tempestiuè, dum coosilia suo-
rum non honorat, & magni facit, dum suum con-
siliom priuatum, singulareqoe consilio suorum, &
communi anteponit: nil certè maturè faciet, nil
tempestiuè, nil ad rem: sed semper cogitationes
suas differet, ad executionemque non mandabit:
quia nullus audebit ei cousulere contra illud, quod
ipse dicet, sed veritatem rei in corde suo abscon-
det. *In cordibus autem consultantium manet*, id
est manebit consilium, seu abscondetur in corde
consultaotium, & consiliariorum, quando prin-
ceps sui tenaa erit, nam nullus suum audebit pro-
palare, quilibet suum retinebit veritatem, hinc mi-
ser decipietur.

Dixit quidem Rea Achab, 2. Par. decimo
2. Par. 18. octauo, numero decimo quarto, Micheæ Prophe-
num. 14. tæ, petens abeo consilium, *Ire debemus in Ramoth*
Galaad ad debellandum, an quiescere? cui ille, *As-*
cendite: cuncta enim prospera euenient, & tradentur
hostes in manus vestras. Cur hoc dixit, cùm aliud
haberet in corde? *quoniam Achab existimabat*
Prophetam propter odium prædicere ea, quæ erant
ei molesta. Inquit Glossa, priùs dixit ea quæ erant
Glossa. iucunda, seruans in corde suo quæ erant molesta,
sed vera, proferena, quæ erant Regi iucunda, sed
falsa: vnde iucunda? an quòd victurus? hostes de-
34. bellaturus? spolia diuisurus? & quidem propter
Micheas Propheta cur Achabo primum prospera dixit, sed nõ vera. ista, sed alia magis iucunda suppeditabat ratio,
quia scilicet consilio tantùm suo applaudens, pro-
spera ei prædicebat. 3. Reg. 22. *Dixit Rex Israel*
ad seruos suos, ignoratis quod nostra sit Ramoth
Galaad, & negligimus tollere eam de manu Re-
gis Syriæ. Consilium ergo tantùm eius fuit, non
3. Reg. 22. suorum, hinc ab omnibus & si falso applaudebatur,
& ipsemet Micheas Sanctissimus distulit primo
veritatem ei dicere, illudens veluti ei, qui à pro-
prio illusus extabat consilio, nullum aliud ex se re-
quirens, quod fecisset oisi suasus à Iosaphat, à Do-
mino postea petierit consilium; at quia assuetus
semper erat suum sequi, spreuit Prophetæ consi-
lium, vnde & miserè deceptus, infœliciter mor-
tuus, regnumque cum vita amisit, oon amisis-
set, si rectum secutus Micheæ fuisset coosilium.
35. Princeps vt prudens euadat sit pronas ad consilia. At non solum vt veritatem sciat, pronus ad con-
silia debet esse Princeps; sed etiam vt prudenter
se in omnibus gerat, prudentiamqoe acquirat,
quam nulla res magis conciliat, quàm pruden-
tum consilia; nam vt optimè adnotat Lipsius in
Lipsius. sua Politica. *Nescio quomodo Regibus, & prin-*
36. A natura principes non multũ sapientes. *cipibus sine ætate, sine institutione, sine natura,*
illa animi, ingenijque negata sors est. Vnde si
rectè gubernare velint, coosilijs magis, quàm
cæteri indigent, vt prudenter se gerant, pruden-
tiaque præditi sint, vt potè virtus supra cæteras 37. Prudentia supra amnes cæteras principi necessaria virtus.
omnes amplius principi necessaria. Quapropter
benè Aristoteles 3. Politic. capite tertio ait, quod
Prudentia, est imperantis propria, & vnica vir-
tus. Quæ, vt inquit Ambrosius libro de benefi-
cijs cap. 14. *Omnia operatur, cum omnibus bonis*
habet consortium. Et de qua affirmat Bion Philo- Aristot.
sophus, vt refert Laertius in eius vita, *tantum à* Ambros.
cæteris virtutibus differre, quantum visus ab alijs 38.
sensibus. Et Diuus Bernardus sermone 49. in Can- Quam sit excellens.
tica, quòd perpetuitatem rebus ipsa imponat.
Discretio, inquit, *omni virtuti ordinem ponit, or-* Bion.
do modum tribuit & decorem, etiam & perpetui- Laertius.
tatem, vnde ordinatione tua perseuerat dies; diem Bernar.
virtutem appellans. Et de qua asserit Philo Iu-
dæus primo de legibus Magor, esse fluuium illom Philo.
Paradisi, omnem terram rigantem. *Primus il-*
le fluuius, ait, qui à magno Paradisi flumine deri- 39. Est paradisi flumen.
uatur, & rigat terram Euilath, vbi est aurum
purissimum, prudentiam significat, quæ placidam
mentem conseruat: sicut autem metallorum opti-
mum, probatissimumque est aurum: ita inter a-
nimæ virtutes prudentia habetur probatissima.
Vnde meritò affirmat Aurelius Victor in vita
Traiani, duo esse Principi necessaria, sanctita-
tem domi, & fortitudinem in armis, vtrobi- Aurelius
que vero prudentiam. *Duo sunt*, inquit, *quæ ab* Victor.
egregijs Imperatoribus exquiruntur, sanctitas do- 40.
mi, in armis fortitudo, vtrobique prudentia. Quod Principi domi sanctitas in armis fortitudo necessaria.
cùm ita sit, & à se ipsis illam Principes non ha-
beant, quomodò sine consilijs gubernare, & soo
tantum marte omnia gerere, omniaque audebunt
ordinare?

Mirum quidem factum illud videri debet,
quod egit Salomon, quando ædificare templum
Domino constituit: à Rege nempe Tyri virum
expetijt eruditum, cuius consilio omnia ageret,
& institueret, 2. Par. 2. num. 7. *Mitte ergo mi-* 2. Par. 2.
hi virum eruditum, qui nouerit operari in auro, & num. 7.
argento, & ære, & ferro, purpura, coccino, & hya-
cintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his arti- 41.
ficibus, quos mecum habeo in Iudæa, & Hierusa- Salomon quam prudenter se gessit in structura tẽpli petens virum eruditum, proprio non fidens consilio.
lem. Mirum certè hoc videri debet, si attentè
considerauerimus quis eum petijt? ad quid petijt?
ob quam necessitatem? cùm prima fronte, super
flua equidem Salomoois apparere alicui poterit
diligentia. Quod etiam dubitat Abulensis hîc
quæst. vigesima prima, quis petit? Salomon om-
nium sapientissimus, qoi omnia callebat, omnia-
que sciebat, ad quid petijt? ad templom ædifican-
dum, cuius descriptionem, & exemplar à Patre Abulen.
acceperat 1. Par. 28. oum. 11. *Dedit autem Dauid* 1. Par. 28.
Salomoni filio suo descriptionem porticus & tem- num. 11.
pli, quam ei declarauit esse descriptionem Dei,
numero decimo nono, *Omnia venerunt scripta* Num. 19.
manu Domini ad me vt intelligerem vniuersa ope-
ra exemplaris, & amplius: nam non solum ei re-
liquit totum auri pondus, & argenti, sed quod
maius, per singula distributum vasa, numero vige- Num. 24.
simo quarto. *Aurum in pondere per singula va-*
sa, vt nihil super videretur reliquum difficultatia
ad templi perfectionem, at ob quam necessita-
tem? si artifices in regno defuissent, optimè con-
sultum, extra regnum quærere, at cùm adessent,
ad quid? *Vt sciat*, inquit, *sculpere cælaturas cum*
his artificibus, quos mecum habeo in Iudæa &
Hierusalem. Ergo habebat artifices, immò pru-
dentissimos vt patet ex his, quæ ei pater dixit suus

A primo Par. 22. numero decimo sexto, ad quid ergo ab extra alios quærere? superflua quippe videtur diligentia.

At non Salomoni, qui ob hoc vir prudentissimus existimatus, vt talis cognoscens, quod ad perficiendum, vti par erat, opus, non solum viri erant necessarij prudentes, & quomodolibet scientes, sed scientissimi, prudentissimique, qualis erat Hira, vt testatur de illo Rex Tyri. *Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum, Hiram*

2. Par. 2. 13. *patrem meum*, 2. Par. 2. num. 13. & sic prudentissimè existimauit, quòd dum non esset talis in regno, foris erat exquitendus, nulli pareens labori, nullæ diligentiæ, licèt ipse & sapientissimus esset, & exemplar templi benè calleret multosque secum alios haberet magistros. Ex qua doctrina apparet manifestè, quantum consilia Principibus sint necessaria, quantumque cordi ipsi ea habere

B debeant, nam si sapientissimus Salomon, et litalis, alia exquisiuit, adiutoremque petijt, & sine illo non est ausus templum inchoare, licèt optimè templi exemplar calleret, magistrosque haberet, quid Principes facere debent, quando non Salomones, non tantum templum vnum ædificare, sed Regna & Imperia gubernare? qui non incidere, aut lapides sculpere, sed homines, cordaque regere humana, qui non mortuas formare picturas, sed homines facere iustos, qui non adaptare lapides, sed iustitiæ, & veritati conformare subditos debent? & tandem, qui nec prototypum habent

42. Cur Reges bene alios non regũt. *Lyra.* certum, & euidens, sed valde incertum, quod sequantur; hinc equidem euenit, vt nesciant benè alios regere, quia seipsos ab alijs regi non sinunt. Quod pulchrè adnotauit Lyra in cap. 9. libri primi Regum ponderans verba Elisæi 4.

C *4. Reg. 2. num. 12.* Reg. 2. num. 12. ad Heliam ad cœlum ascendentem nempè. *Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius.* Vbi Heliam, & currum, & aurigam vocat, currum, qui ab alijs regitur, ad Heliæ

43. Helias cur nominatus ab Eliseo currus, & auriga. significandam alijs obedientiam: aurigam, qui regit, ad eius optimam ostendẽdam post obedientiam gubernationem. *Currus, qui ducitur*, inquit, *hic ponitur primò, & auriga, qui ducit, secundo: ad ostendendum, quòd ille benè ducit regendo, qui primo*

44. Vir obediẽs rectè gubernabit. *Bernar.* *fuit ductilis in obediendo.* Nil melius. Hinc Bernardus epist. 42. *dedignatio subiectionis, prælationis*, ait, *reddit indignum.* Pulchrè adnotans in Centurione Math. 8. num. 9. prius dixisse se subditum,

45. Inobediens gubernatione indignus. quàm sub se milites habere; *Dicturus quippe*, ait, *habens sub me milites, præmisit, homo sum sub potestate constitutus, prius se agnouit hominem,*

D *Math. 8. num. 9.* *quàm potentem.* Egregiè, & digna Bernardi sententia, documentum Principibus præbens, cur obedire subditis, cur consilia capere teneantur, quia

46. Principes cur consilia capere debent. prius se homines considerare debent, hoc est fragiles, scientia diminutos, non omnia callentes, auxilio indigentes, & postea potentes, non potentia scientiam, sed scientia potentiam metientes, quam in tantum securam obtinebunt, quantum in eis scientiæ erit, quia nulla maior in principe, vt supra diximus, quantum se consilijs intelligere, aliorumque scientia indigere. Vnde optimè concludens sanctus de Cẽturione ait, *Reuera, quia non confusus est de subiectione, iure ex prælatione meruit honorari.*

Enimuero Moyses non solum spiritu erat Dei repletus, sed etiam quotidie, immo ferè semper cum eo loquebatur, habens illum & fidum con-

A siliarium, firmissimumque adiutorem, immo & conductorem, quo non obstante auxilium, consortiumque hominis petijt, vt eum dirigeret, & adiuuaret, Nobat scilicet cognati sui, Numero, *Num. 10. 31.*

decimo, numero trigesimo primo, qui tenuens pergere cum illo, rogare non desistens sic ei dixit. *Noli nos derelinquere: tu enim nosti, in quibus locis castra per desertu ponere debemus, & eris dux*

47. Moyses cur adiutorium & societatẽ expetiuit Nobath cognati sui. *ctor noster.* Mirum consideranti Moysis qualitatem, eiusque familiaritatem cum Deo, & maximè cùm castra sine Dei non mouebantur, nec castra metabantur nutu: & tamen consilium hominis exquisiuit, & hoc ita ardentet, vt ei diceret, *Cumque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.* Aliqui dicunt hoc petijsse Moysen, non quasi eius opera indigeret, sed quia cùm esset gentilis, suisque affinis, similem captauit occasionem, vt eum à Deorum cultu ad veri

B Dei adorationem adduceret, vnde optimè Rabanus, & Rupertus, Moysis in cognatum reducendo *Raban. Rupert.*

48. Ad infideles reducendos qui modus optimus, & prudens. dexteritatem collaudant, *Vir prouidus*, ait Rabanus, *eluto auditori colloquens, solatium petijt, vt duret, ducem requirebat in via, vt dux ei fieret ad vitum: plerumque enim persuadere elutis vtilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius, quàm illis profuturum dicimus, sicque id quod petimus, nobis potius, quàm ipsis impendi postulemus.* At Lyra sentit verè ab eo tale *Lyra.*

postulasse auxilium: nam licèt sciret Moyses castra esse ponenda vbi nubes sistebat, tamen nescire poterat, an ad partem anteriorem, an ad posteriorem, an ad dexteram, vel sinistram. Sed quicquid sit de hoc, siue sciret, siue nesciret,

C quod notandum, illud est, ab homine petijsse auxilium, cùm à Domino facilitet petere posset

49. A Deo immediate regi velle quando liceat. si nesciebat, quod prudens, humilisque homo ideo fecit, quia sciebat, etsi Deum consiliarium, conductoremque vsque tunc habuisset, hoc euenisse, quia humanus ei, & consiliarius, & adiutor non occurreret, quo deficiente eius suppleuerat vires Deus: at humilis homo, statim ac virum reperit prudentem, & scitum, illico consilium, consortium, auxiliumque ab eo exposcit, tanto desiderio, vt optima quæque ei promitteret, benè callens consilij, hominisque prudentis necessitatem: documentum siquidem Principibus, & gubernatoribus relinquens, quanti facere debeant homines prudentes, & consilij, nam si tantus homo, vnam tantum

D gentem regens, & ita familiarem Deum habens, sic ardenter hominem expetijt consilij, quid facere debent Reges, quid Principes, qui non tanti homines, non vnam tantum gentem, non sic Deum familiarem habent, etiam si sapientes, prudentesque? Quod & adnotauit Lyra in Glossa Morali, dicens: *Quamuis enim* *Lyra.*

50. Consilium hominis semper expetendum, etiamsi cõsiliũ habeamus diuinũ, & cur. *Deus esset Deus illius populi: tamen cum hoc Moyses volebat habere directionem hominis periti. Ex quo docemur, quòd licèt nos Deus dirigat in via morum: tamen non debemus negligere adiutorium humanum: nam in hoc homines sunt Dei adiutores, vt habetur primo ad Corinthios tertio*, immo, eo quo homines sapientiores sunt, eo magis consilia expetere debent.

Optimè quidem Lucilio respondit Seneca lib. 19. epist. 110. percunctanti, an vir sapiens con- *Seneca.*

A filia expetere deberet, cui Seneca respondit, non secus ac in infirmitate vnos ab altero medicus, 51. *Sapiēs quid sapiēti prodesse potest.* cuius emolumentum declarans, postquàm petijt, *Qaid sapiens sapienti proderit ?* respondet, *Imperium illi dabit, occusiones actionum honestarum demonstrabit, prater hæc, aliquas suas cogitationes exprimet, docebit, qua inuenerit: semper enim sapienti restabit quid inueniat, & quò animus eius excurrat.* Optimè quidem: Non enim omnia omnes sciunt, aliquid semper alter scit, etiamsi infimus, quanto magis si sapiens: vnde consultum Principi semper erit, si libenter consilia expetat, immo si sæpe de sua addubitans, alienam sequatur opinionem: ex hoc magis sapiens, quia vt inquit Salomon Prouerb. *Prou. 12. num. 15.* duodecimo, numero decimo quinto, *Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilia.* B Audit consilia, quia semper de via sua dubitat, an recta sit, immo numquam recta illi apparet, ex quo sapiens amplius est, immo etsi non est, fit, consiliorum semitam sequens.

2. Reg. 18. Enimuero prudens ille Rex secundo Regum decimo octauo, omnino ad bellum exire, & contra Absalon pugnare constituerat, vnde suis dixit: *Egrediar ego vobiscum:* tamen repugnante populo, & respondente, *non exibis*, suum consilium deferens, & illud populi amplectens, sic respondit. *Quod vobis videtur rectum, hoc faciam:* Digna regis sententia, non dixit, faciam, quia vos dicitis, etiam si rectum mihi non appareat, *sed quod vobis videtur rectum, hoc faciam.* Quasi dicat, rectum mihi videbatur vobiscum ad prælium exire: tamen deseram hoc rectum meum pro vestro, & quod vobis rectum videtur, C 52. *Dauid quo modo consilium secutus alienum propriū deferens, ob quod ad pacifice regnum peruenit possidendum.* illud prosequar, non quod mihi: ob hoc vicit, immo ob hoc & regni quietem, securitatemque acquisiuit. Vnde hoc? quia si ad bellum ipse exijsset, profecto Absalon non interfectus, hinc rursus bella, rursus seditiones, rursum regni pericula: consilium sumpsit, vicit, securus deinde pacatusque semper extitit, quod & similiter principibus eueniet, qui non semper quod eis apparet, tantummodo rectum æstimant, nam qui tales non solum stulti sunt, vt sapiens inquit, sed etsi fortè sapientes, stulti fient, prorsus irrationales. *Consilium meum accipe*, dixit Daniel Nabuchodonosor Dan. 4. quod cùm accipere noluisset, *Dan. 4.* in animal euasit, fœnumque, vt bos comedit, & 53. *Consilia nō admittētes in animalia velut regūtur.* sensus eius immutatus est, spreuit consilium, irrisit monitum, ex sapiente stultus factus, in animal D conuersus est, & qui prius cælum se tangere putabat, quia alienum spreuit, terram reptans, nec oculos ad cœlum attollere amplius potuit, sed deiectus, cum bestijs, ferisque conuersabatur, factus tanquam vna ex illis, non ad talem equidem statum se redegisset, si monitum nostri sapientis obseruasset, diligens nempe lumen sapientiæ, hoc est consilium. De qua re videndus est Paleot. Cardinal. tract. de sacris Consistor. consultation. Martin: Baudent, tractatu de consiliar. Boerius de auth. Magn. consil. *Paleot. Martin. Baudent. Boerius.*

Num. 24. *Quid est autem sapientia, aut quemadmodum facta sit referam, & non abscondam vobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem.*

COMMENTVM
LITTERÆ.

B HActenus, sicut ex præcedentibus constat, totus fuit Sapiens in adhortando ad sapientiam, tradendoque modum eam acquirendi, simulque in reprehendendo, impiosque confundendo eius inimicos. *Connexio Capitis.* Nunc opportunè expositionem naturæ sapientiæ, descriptionemque proprietatum eius proponit, vt animati eius discipuli, tum ab ipsa sapientiæ natura, & claritate, tum ab exemplo eius, qui eam possedit, totis se illi dent viribus, se ipsos illius mancipantes seruitio.

Sacramenta Dei, &c. in Græco non est, Dei, sacramenta autem vocat, arcana sapientiæ, nullis, aut paucis peruia sic Castro. *Castro.* Magnum equidem promissum reuelatio illius sapientiæ, de qua petit sanctus Iob, *Vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ?* cap. 28. num. 12. *Ca. 18. 12.* cuius viam, locumque ipse solus Deus intelligit, cuius arcana incerta & occulta appellauit C Sanctus Propheta Dauid Psalm. 108. *Psal. 108.* magnum inquam promissum, mirumque, talia velle sacramenta reuelare, omnibusque patefacere: sed vt inquit, & optimè Lorinus ad præsentem facit illa sententia Raphaelis Archangeli *Lorin.* Tob. 12. num. 7. bonum esse, *Sacramentum Regis* (hoc est arcanum) *abscondere: opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificum esse.* *Tob. 12. 7.* Mysteria enim etiam opera sunt Dei: ad gloriam ergo Dei pertinet talis reuelatio, vnde non mirum, si sapiens ea ob ipsammet reuelet gloriam, ob quam etiam reuelata illi.

Ab initio natiuitatis, &c. Non sapientiæ, sed Salomonis, vt vult Castro, & Lorinus cum Hugone: *Castro. Lorin. Hugo.* vnde sensus erit, Ad vobis declarandum sapientiam, eiusque proprietates, incipiam ab exordio D natiuitatis, meæque conceptionis, in qua inuestigatione, siue ex qua scientia, multum pendet intelligentia sapientiæ, placet: nam vt verè quis sapientiam cognoscat, prius debet cognoscere se ipsum, ex qua cognitione, veluti ex vno extremo, cognoscet alterum, sapientiam scilicet Dei, qua ipse conditus.

HOMILIA CXXVIII.

Cognitio sui ipsius homini necessaria.

A*B initio natiuitatis* (suæ) scilicet, vt diximus, inquit noster Sapiens, quod vult inuestigare sapientiam, quia nulla melior via ad il-

1. *Cognitio sui ipsius quomodo ad cognitionem ducat Dei.* Iam, quàm hominem cognoscere se ipsum: cognoscere, inquam, statum suum, ærumnas suas, miserias suas: ex hac enim cognitione suam percipiens necessitatem, ea stimulatur, & expunctus, clamabit ad Dominum, & clamans adiuuabitur, adiutus experientia discet, quid sit sapientia illa diuina. Pulchrè Bernardus sermone 76. in Cantic. tractans quomodo ex cogitatione sui ipsius deueniatur ad cognitionem Dei, inquit, quod hoc fit, quia cognoscens se ipsum homo, ærumnasque, ac miserias suas, affligitur, ac tristatur, & ad lachrymas conuertit se totum, & cum humilitate clamabit ad Dominum, in quo recipiet consolationem, & auxilium, & experietur in se quid sit ipse Dominus, ex qua experientia deueniet in ipsius Dei cognitionem, qua nulla securior via. *Volo*, inquit Bernardus, *Bernar.* *animam primò omnium scire seipsam, quod id postulet ratio, & vtilitatis, & ordinis: ordinis, quoniam quod nos sumus primum est nobis, vtilitatis verò, quia talis scientia non inflat, sed humiliat, & est quadam preparatio ad edificandum: nisi enim super humilitatis stabile fundamentum, spirituale edificium stare minimè potest. Porrò ad humiliandum nihil anima inuenire vinacius, seu accommodatius potest, quàm si se in veritate inuenit. Nam quomodo non verè humiliabitur in vera cognitione sui, cùm se perceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatam, terrenis intricatam curis, carnalium desideriorum fece infectam: cacam, curuam, infirmam, implicitam multis erroribus, expositam mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus aramnosam, procliuem ad vitia, inualidam ad virtutes? vnde ergo hinc extollentia oculorum? vnde leuare caput? nonne magis conuertetur in ærumna sua dum configitur spina? conuertetur ad lachrymas, conuertetur ad planctus, & gemitus, conuertetur ad Dominum, & in humilitate clamabit: Sana animam meam quia peccaui tibi: porrò conuersa ad Dominum, recipiet consolationem, quia pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis.* Optimè quidem. Sed quid inde? nam inquit Bernardus, *Si autem suspexero, & leuauero oculos ad diuina miserationis auxilium, temperabit mox amaram visionem meam visio lata Dei: nam non mediocris Dei visio, piam & deprecabilem experiri.* Nil melius. Hic certè videri Deus non potest sicuti est; nec cognosci, in patria enim hoc reseruatur, ibi tenebimus & videbimus eum sicuti est, ibi possidebimus eum totum, quod est: at hîc quomodo videtur? experientia sanè, experiendo quid nobis est. & non oculo, sed manu cognoscitur hîc Deus, non videndo sed palpando, vnde exclamemus postea cum Apostolo, *Dominus* *Ioan. 20. num. 18.* *meus, & Deus meus*, Ioan. 20. num. 18. tetigit quid secum fuit Deus tagendo plagas, & experientia Dei bonitatis, peruenit ad lucem Deitatis. Sed vnde hæc experientia, nisi ex Dei consolatione? at hæc vnde, nisi ex humili cognitione sui, suique status? vnde clamans exauditus est, consolatus est, animatus est, & ex profundo miseriæ suæ clamans, extollit oculos ad Deum, & eos extollens, experientia didicit, quid esset Deus, vnde ex sui cognitione, in Dei cognitionem Altissimi peruenit.

2. *Humilitatis via cognitio sui ipsius.*

Cuius cognitionis dum semel misera obliuiscitur Eua, seque cognoscere destitit, in illo tunc de- A sijt, & Deum cognoscere, & miserabiliter cadere: si enim semper in humili sui cognitione permansisset, numquam diabolo credidisset, numquam, audeo dicere, cecidisset: putauit enim se esse, quod non erat, hinc decepta misera, sicut se non recognouit, sic & Deum non agnoscens affectauit eius similitudinem, quam non expetijsset, si Deum summum agnouisset: vnde antequam à diabolo deciperetur, prius ipsa se deceperat extollendo se, & putando esse aliquid, cùm nihil esset. Egregiè hoc Diuus Bernardus sermone 69. in Cant. vbi tractans, quomodo Deus deprimit omnem altitudinem extollentem se contra verbum, Dei que scientiam, de extollentia hominis hic ait: *Denique credidit insipiens mulier pollicenti, sed fallacenti: eritis sicut Dij, scientes bonum & malum, iam se se ante seduxerat, cui persuaserat similem fore Altissimo, nam qui se putat aliquid esse,* B *cùm nihil sit, ipse se seducit*, ad Galat. 6. num. 30. Optimè equidem: iam sese ante seduxerat Eua, quomodo? se ex donis, quæ in se videbat extollens, putans esse aliquid, iam sese duxerat oblita sui, & immemor, quod ex carne fragili, quod ex osse puttido, quod ex terra, quod tandem ex nihilo. Vnde sui oblita, miseraque à se ipsa decepta, locum diaboli, aperuit deceptioni, existimans se Altissimi apprehensuram similitudinem, quem illusa paulò magis esse, quàm se ipsam æstimabat, & sic vnde se deliquit cognoscere, inde Deum, seque non intelligens cùm in honore esset, *comparata est iumentis insipientibus, & similis facta est illis.* Quod eleganter etiam dixit Augustinus libro primo contra aduersarium legis, & Prophetarum, cap. 15. tom. 6. perpendens, ideo hominem, ac diabolum cecidisse, deceptosque esse, quia prius ambo se ipsos deceperant, cùm victor semper in eorum exititerit ruinis Deus. *Non itaque*, ait, *sicut* C *inquit iste blasphemus, inuenitur serpens in loco meliore, quàm Deus: quia preualuit decipere hominem, quem fecerat Deus: nullo enim modo homo deciperetur, si non in se, exaltato corde, recessisset à Deo. Vera quippe, quoniam diuina est illa sententia, ante ruinam exaltatur cor, & vbi contra Deum exaltatur, ab illo deseritur, & in se tenebratur: quid autem mirum, si dum tenebratur, nescit quid sequatur, quoniam non à se ipso lumen est, sed ab illo illuminatur. Quod ergo Deus semper inuictus fit, etiam homo victus ostendit, quia victus non fuisset, nisi ab inuicto non recessisset. Quomodo est autem victor hominis deceptor, cùm à se ipso sit etiam ipse deceptus? vnde & ille, qui decipit, & ille, quem decipit, ambo decepti sunt, recedendo ab eo, qui non potest decipi, & ambo sunt victi, rece-* D *dendo ab eo, qui non potest vinci, à quo vtique qui plus recedit plus vincitur, qui tanto est inferior, quanto deterior.* Nil luculentius. In sui non sistens cognitione miser homo, prius se decipiens, tenebris suæ obtutus ignorantiæ, cùm lumen non esset, sine lumine mansit: hinc à Diabolo deceptus, qui ideo è cælo abactus vtique fulgur cecidit, quia prius etiam in se ipso ceciderat, supra seipsum se extollens: quod in se expertus, eandem suam in homine videns elationem, præsumpsit ad tentandum accedere, sperans ex sui experientia casum, & à terrestri, sicut ipse à cælesti, electionem Paradiso: Nec ipsum sua fefellit opinio, quia à Paradiso miserum exturbauit hominem non tantum ab illo, quantum à se ipso deceptum; quod equidem non euenisset,

Right margin notes:
3. *Eua miserè cecidit quia se non cognouit.*
Bernar.
ad Galat. 6. nu. 30.
August.
4. *Adã & Eua a seipsis prius quàm à diabolo decepti.*
5. *Deus semper in omnibus victor.*
6. *Diabolus ad tentandũ Euam vnde animum sumpsit.*

euenisset, si stabilis in sui cognitione permansisset, nunquam enim diabolo credidisset, nunquam, audeo dicere, cecidisset; timuisset, exhortuisset verbum, vnde mansisset in se, & nunquam corruisset, fuit miser extra, & suptà se; hinc deceptus prius à se ipso, postea à diabolo deiectus fuit, & experientia didicit, quòd nec se, nec Deum cognoscebat; & qui prius in delitijs manebat diuinis, post modum miser à Paradiso eiectus, post fluidas cucurrit passiones humanas, dignas sue luens obliuiscentiæ pœnas.

7\. Propriæ cognitionis obliuio quos malos parturiat effectus.

Hæc equidem est pœna illorum, qui se non agnoscunt, negligentesque in propriæ sunt studio agnitionis; à summo scilicet fastigio sanctitatis cadere; & vt sic dicam, à Paradiso extorres fieri, & qui prius primum locum apud Deum tenebant, incipiant nouissimum tenere, & qui virtutes colebant, vitia, passionesque deinceps sentiant, & experiantur. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres*, sponsæ inquit sponsus Cant. 1. num. 8. *egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Quæ verba explicans Origen. homil. 22. in cap. 2. Cant. inquit, sonare comminationem quandam terribilem, horrendamque deiectionem, nempe à sanctitatis fastigio, ad abyssum culpæ & peccati, ex ignorantia sui. *Quasi diceret*, inquit, *nisi cognoueris te, ô pulcherrima inter mulieres, & agnoueris pulchritudinis tuæ causam inde descendere, quòd ad imaginem Dei facta es, per quod inest tibi plurimum decoris, & cognoueris quàm pulchra eras ex initio, quamuis & nunc iam præcellas cæteras mulieres, & pulchra inter eas sola dicaris: tamen nisi cognoueris teipsam quæ sis, iubeo te exire, & in vltimis gregum vestigijs collocari, & iam non oues, neque agnos, sed hædos pascere.* Terribilis comminatio, ne dicam horribilis, vt

Cant. 1. num. 8.

Origen.

8\. Oues quid significent in scriptura.

ad talem miseriam deueniat anima, talis, vt quæ prius oues, agnosque pascebat, nunc pascat hædos: quid enim per oues nisi cogitationes sanctæ & mundæ significantur? iuxta Diuum Gregorium qui super illa verba Iob. *Et fuit possessio eius septem millia ouium*, sic inquit: *Oues septem millia possidemus, cùm cogitationes innocuas perfecta cordis munditia inter nosmetipsos inquisito veritatis pabulo pascimus.* & quid per hædos, nisi è contrario, cogitationes immundæ intelliguntur? Ignorans ergo anima seipsam, & sui met oblita, ad illam miseriam deuenit, vt quæ prius oues pascebat, pascat hædos, vt quæ prius sanctas, mundas, planeque diuinas cogitationes nutriebat, postmodum, fœdas, immundas, ac

Gregor.

9\. Cogitationes pati immondarum summus spiritualibus dolor.

planè infernales experiatur. O magnum, indicibileque malum, quod nisi expertus, nullus sanè intelligere potest, nullus quippe scit, nisi edoctus, quantum doloris immundam sentire afferat cogitationem, qui prius mundissimam habebat; & distractam inuenire animam, qui prius vnitam possidebat: non est certè dolor huic similis, nec tribulatio, quæ huic comparetur, *Cogitationes meæ dissipatæ sunt*, inquit Iob cap. 7. num. 11. at quid inde? *torquentes cor meum.* Iuratam ego, quod ex dissipatione cogitationum secutura erat cordis tribulatio: quod equidem, si quid sit cogitatio

Iob. c. 7. 11.

attendere velimus, clarius innotescet.

10\. Cogitatio quid sit, & quomodo possessio dicatur cordis.

Cogitationes enim sunt veluti possessiones cordis, siue actiuè eas sumas, siue passiuè; actiuè inquam, nempe si dicas, quòd sunt possessiones, quia cor ipsum possident; passiuè, quia à corde possidentur; vnde in Hebræo vbi noster legit *cogitationes*, ipse legit, *possessiones*. Cùm ergo sint hæ cordis possessiones, qualis dolor erit ille, quando tales dissipantur, & conuelluntur, ac ab vnico illo summè delectabili discinduntur obiecto, quod prius anima vnicè contemplabatur, vniceque diligebat.

11\. Iobi dolor cogitationum diuisio.

Hic equidem erat dolor sanctissimi Iob, hic gladius acutus, non posse scilicet propter vim doloris amplius contemplationi intendere, sicut antea. *Sentiebat enim dolorem*, inquit Philippus, *quòd non poterat iugi contemplationi rerum diuinarum, vt quondam solebat, intendere propter vim doloris.* Vnde cùm ipse ad illam vnitatem, quouis conatu suas redigere cogitationes, sicut prius, non posse experiebatur, torquebatur cor suum, immo disrumpebatur, tam ipsum, quàm eius articuli. Vnde Septuaginta, *Rupti sunt articuli cordis mei*, imò eius compages, vt vult Augustinus, qui legit *Conuulsa sunt compages cordis mei*, vel vt Chaldæus *tabulas cordis mei*; in quibus veluti characteres inscribuntur, cogitationesque cælantur. Torquetur ergo cor, & dissipatur, ex cogitationum dissipatione, disrumpuntur eius articuli, conuelluntur compages, scinduntur tabulæ, ac tandem dissipantur, eradicantur, & distrahuntur eius possessiones, quando malas patitur cogitationes; qualis ergo erit dolor, qui ex tali dissipatione sequetur? Illum ergo experietur immemor sui, vt inquit Origenes, & se non cognoscens, ad talem deueniet miseriam, ad talem statum, ad talem dolorem, vt videat se, qui prius agnos pascebat, sanctas scilicet, mundasque cogitationes, ad vnum tantum redactas, postea immundas, distractasque pascere, quæ in millia repartientes, scindentesque cor, ipsum torqueant, conuellant, ac disrumpant.

Philipp.

Septuag.

August.

Chald.

12\. Superba spiritualium hominum deceptio putantes se aliquid esse vnde.

At hoc, etsi malum, tamen non tantum, quantum quòd non considerans homo seipsum, suique oblitus, ad illam tandem deueniet miseriam, vt cæcus omninò factus, cùm sit miser, & miserrimus, non se agnoscat, diuitem se reputans, cùm pauperrimus existat; vnde plaga eius irremediabilis. In tali si quidem miseria extabat Episcopus ille, cui in Apocal. 3. num. 17. dicitur, *Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Quem locum expendens Diuus Gregorius lib. 34. Moral. cap. 13. sic ait, *Quasi diuitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur, sed pauper, cæcusque & nudus arguitur: pauper vtique, quia virtutum diuitias non habet; cæcus, quia paupertatem, quam patitur nec videt: nudus, quia primam stolam perdidit.* Optimè quidem: vltimum enim malorum est malum se non agnoscere, & infirmum, infirmissimumque existentem, sanum se reputare; plaga incurabilis redditur, quia dum non cognoscitur, non medetur. Cuius radicem si perquiris, inuenies, hoc ideo homini euenire, quia se cõsiderare, seque cognoscere non procurat, & statum, in quo est, non atten-

Apoc. 3. 17.

S. Greg.

ait vnde malum suum non intelligens, hoc ipsum, quod patitur videre nescit. En tibi exemplum, Episcopus supradictus Laodiceæ miser, tepidus erat, neque calidus, neque frigidus, in tali misero statu, vt potius frigidum eum desideraret Deus, & tamen hoc non obstante, sic cæcus, sic demens, sic insensatus existebat, vt se diuitem reputaret, & non solum diuitem, sed locupletem, hoc est omnibus bonis virtutibusque affluentem, in tantam tandem dementiam deueniens, vt suprà omnes eleuatus putaret quòd nullius egeret. Quorum tantorum malorum remedium adhibere desiderans pijssimus Dominus, illi suadet inter alia hoc primum, hoc maximum, *Vt collyrio inungat oculos suos*, vt scilicet procuret se cognoscere, vt inquit Rupertus, & sicut per ignorantiam sui ad superbiam elatus, in eum statum miserrimum deuenerat, sic per cognitionem sui humiliatus ad subliniorem ascendat. *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas*, inquit Rupertus, id est, *cor tuum vera humilitate purifica, vt per paupertatem tuam videas, verasque diuitias bonitatis Dei agnoscas.* Vbi notanda sunt Ruperti verba, scilicet, *vt per paupertatem tuam videas, verasque diuitias bonitatis Dei agnoscas.* Non enim dixit, vt paupertatem tuam videas, sed *Vt per paupertatem tuam*, dans nobis intelligere, quòd medium ad verum recipiendum lumen, simulque ad Deum cognoscendum vnicum & singulare, cognitionem esse paupertatis nostræ, vilitatis nostræ.

13. Humilis cognitio sui est Dei collyrium quo oculos aperit superborum, ad eorum salutem. *Rupert.*

Ioan. 9. num. 6.

14. Est lutum quo Christus oculos aperuit cæci. *Ambr.*

Ob hoc Dominus noster Ioan. 9. num. 6. cæco illi restituere satagens visum, primùm lutum imposuit super oculos eius, *Fecit lutum ex sputo & imposuit oculis eius.* Quod sanctus considerans Ambrosius libr. 3. de sacrament. cap. 2. ait: *Tibi imposuit lutum, id est considerationem fragilitatis tuæ*, à qua, & per quam lumen, tum veritatis sui ipsius, tum bonitatis diuinæ, ipsiusquemet Dei nobis prouenit. Vnde cæcus hic per lutum vidit, oculos recepit, & quod maius est, per hoc lutum recipiendo oculos, Christum filium Dei agnouit, & adorauit. *Credo Domine, & procidens adorauit eum.*

15. Sui obliuio causa alienę indagationis vitæ.

Sed quid, numquid hoc solum malum affert obliuio sui, se scilicet non cognoscere, ac proinde à suis non euadere malis? Nonne & aliud, & pessimum originat, nempe eodem passu, quo sui obliuiscitur, eodem aliorum recordari, non equidem ad eos laudandos, sed iudicandos; vnde miser vbi sua grauia non cōsiderat, transit ad aliena, & videns festucam in oculo fratris sui, trabem, quæ in suo est, non considerat, nec perspicit.

Saluian.

16. Absalonis scelus in patrem quā magnum.

Rebellis, ingratus, ac pessimus Absalon contra patrem rebellauerat, prætendens ab eo regnum auferre, & vitam; quod parum etiam illi visum, nisi & deturpationem adderet, ob quod, *Impurior nescias, an cruentior filius*, vt inquit Saluianus, *quia interficere patrem non potest parricidio, fœdat incestu, & quidem incesti nefas, per industriam accumulandi sceleris elatum.* Vnde, vt optimè ait idem, non solum patrem, sed totius orbis oculos deturpans, ac fœdans, *Cùm vtique facinus, quod etiam secreto abominabile facerent*, ait, *persecutor parentis publicè perpetraret? scilicet vt feracissime crimine non pater tantum abscensus deformaretur, sed oculis eius totius orbis publice fœdarentur incestu.* Optimè quidem; ob quæ immanis, scelestus, parricida, & insuper turpissimus homo, ne dicam bellua, ab omnibus meritò nominatur, & dicitur. Hic ergo talis, tantusque parricida, & rebellis, cùm talia, ac tam atrocia scelera, in se vno haberet, omnium oblitus, infidelitatis ausus fuit fidelissimum notare Chusai Arachitem ad se venientem; vnde insultans illi dixit 2. Regum 16. num. 17. *Hæc est gratia tua ad amicum tuum, quare non iuisti cum amico tuo?* Mirum, si personam, si filium rebellantem, patri insidiantem, ac eum deturpantem attendas; quomodo quæso notauit iste in seruo, quod in se filio inerat, & malum ei apparuit, quod in suamet persona optimum; & vnam defectionem tantum in alio redarguit, qui & parricidali crimine, feralique inhonestate plenus erat? Ne mireris amice, in superbiam elatus, immemor erat sui, se non videbat, alios respiciebat, & leuia alterius prospiciens, sua grauia non attendebat, proprium illorum malum, qui sui immemores aliena tantum attendentes, quæ sua sint mala non agnoscunt, ob quod inemendati viuunt; quia sua non corrigunt; vnde miseri cum malis suis ad mortem properantes, non secus ac pessimus iste parricida, à capillis, hoc est à malis suis suffocantur, vt æternaliter in infernum detrudantur.

17. Sua non considerās scelera aliena læuia prospiciebat. *2. Reg. 16. 17.*

At contra boni, dum seipsos aspiciunt, sola sua esse mala considerant, immò ad aliorum respectum malorum, sua prima & maxima. *Fidelis sermo & omni acceptione dignus*, inquit sanctus Apostolus ad Timotheum scribens 1. cap. 1. num. 15. *quòd Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Quomodo primus? an quia dum seipsum considerabat, solum peccatorem reperiebat grauitate primum? Quod eleganter dixit Bernard. ad fratres de monte Dei: *Neque enim*, ait, *hoc dicebat mentiendi præcipitatione, sed æstimandi affectione; qui enim perfectè examinando semetipsum intelligit, suo peccato nullius peccatum par esse existimat.* Nil melius. Vnde fit, vt tali cogitatione oppressi, sic in se intrinsecus maneant, vt extra se penitus non sint, obliti non solum eorum quæ ad alios, sed quæ ad se, vnde sic suæ incumbunt cognitioni, vt nil illis amplius horum curæ sit exteriorum. Quod consulebat Ambrosius sermone 2. super Psalm. 118. in illa verba Deut. 17. scilicet, *Attende, & audi Israel*, quæ ipse legit. *Attende tibi, ne fiat verbum absconditum in corde tuo:* vbi sic ait, *Tibi inquit attende, non vtique dicit pecunia tua, non passionibus tuis, non viribus corporis, sed animo tuo, & menti tuæ, vnde omnia consilia tua, facta, cogitationesque manant.* Nobis certè est incumbendum, non rebus istis exterioribus, si salui esse velimus, nobiscum immorandum, si cum Deo nos ipsos cognoscere, si ad lumen sapientiæ diuinæ peruenire, ita vt non solum nos eam cognoscamus, sed etiam vt alios eam doceamus, vti fecit noster Sapiens, qui edocturus

18. Sancti sola sua mala maxima iudicant, semper se considerantes. *ad Tim. 1. 1. 15.*

19. Paulus ve se primum æstimabat peccatorē. *Bernard.*

20. Sancti toti in sui cognitione, exteriorum penitus obliti. *Ambr.*

eam ab initio natiuitatis suæ, hoc est, propriæ A suæ cognitionis incepit, vnde & dicit, *Quid autem est sapientia, &c.*

Num. 25. *Neque cum inuidia tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Lorin. PAtet sensus, licet Lorinus dicat esse ambiguum, vel ad suam, vel ad alterius personam, nempe, quod dicat Salomon, se non communi- B caturum inuido sapientiam, mihi satis clarus videtur; Salomonem de se loqui, rationemque præberc, quare ipse ita libenter sapientiam communicet, quia scilicet inuidia caret, & ideo libenter donum Dei impartitur, nec esse possibile, sapientiam cum homine inuido habitare, cui proprissimè tabes appropriatur, cùm tabescere faciat hominem ab illa semel possessum, & simul sit vitium, & pœna. vnde quia Salomon ea carebat, libenter donum, quod habuit, impartiuit. De inuidiæ malo vide quæ suprà diximus cap. 2. num. 15. homilia 45.

Num. 26. *Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum est.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. DEclarat Sapiens damnum, quod inuidus infert non communicando sapientiam, seu quod ipse inferret, si eam à Deo sibi datam non communicaret, vt homines sapientes euadere possent; nam inquit, damnum perditionem esse mundi, vt sic dicam, & regni, cùm multitudo sapientium sit sanitas orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum, seu vt Græcè dicitur, *Principatus sensati stabilis erit.*

Num. 27. *Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

SEnsus patet; Est conclusio discursus, & argumentum ab vtilitate, quod agit Sapiens, homines ad acquisitionem sapientiæ inducendo.

HOMILIA CXXIX.

Principes non vno debent vti consiliario, sed pluribus.

SAnitas ergo orbis terrarum, inquit noster Sapiens, quòd consistit in multitudine sapientium; ergo & sanitas regiminis in eius multitudine, non autem in vno. Fallitur ergo Princeps, qui vno tantum vult vti consiliario, & ab vno omnia dependere, & non à pluribus, cum vno tantum conferre, & cum isto tantum communicare, & definire, quæ sunt eius propria, & quæ ipse per se determinare debet, ac cum vno solo ex consultatis ab alijs elicere sententiam, consiliumque definire, de hoc enim consilio loquimur.

Malum quidem hoc reperit ambitio, non ratio; nam si ratione agendum, euidentissimè prospicerent Principes, impossibile illud esse, non solum difficile. Enimuerò si rectè attendatur, & per regna, nationesque oculi extendantur, vlla quidem reperietur tam barbara, incultisque ac ita lumine priuata; vt ad singula quæque tractanda peculiares suas non haberet congregationes, senatusque distinctos ad varia, distinctaque tractanda negotia. alios quidem ad res ciuiles, alios ad bellica, alios ad statum negotia, alios demum ad curandum de re pecuniaria, fiscique thesauro. Quod equidem non alia, nisi illa ratione; quia impossibile æstimarunt ab vno tantum omnia illa pendere posse, immò nec possibile illud esse. — *1. Ad vnum omnia redigere cõsiliarium plusquam barbarum.*

C Hinc insuper considerandum, quòd non solum materiæ illæ distributæ reperiuntur in diuersis singulis (vt sic dicam) sed in diuersis congregatis; vt ex diuersorum consilijs vnum eligeretur optimum, & omnia ex consilio optimè procederent, quòd inter plurimos reperiri solet, & non in vno; plus enim sapiunt multi quàm vnus, & plus multorum oculi vident, quàm vnus; immò sapientius consilium exagitatis elicitur sententijs, ac controuersis disputationibus. quàm si nulla esset controuersia, nulla agitatio; ensis quidem quanto plus limatur, lucidior euadit, sic consilium eò, quò magis controuertitur. Vnde optimè dictum, quòd consilium, vt inquiunt philosophi, venit à *Con*, & *salio*, quòd scilicet *in vnam sententiam plures rationes consiliant*, id est, quod simul conueniant. Considerauit ergo prudens antiquitas, etsi vna esset tantum materia tractanda, non esse prudentem modum, immò nec possibile, vt ab vno tantum tractaretur, sed à pluribus, iudicans & optimè, sic reipublicæ, sic materiæ illi particulari consultum, alioquin nec rectè determinari posse, nec gubernari. Hinc magnus ille Romulus supremæ mundi vrbis fundator, illico, ac primum in illa iniecit lapidem, simul, vt inquit Pomponius Iurisconsultus, & curiam instituit. *Romulus*, inquit, *populo in triginta partes distributo, quas curias appellauit, quòd tunc reipublica curam per sententias earum expediebat, leges quasdam, curiatas ad populum tulit*, leg. 2. ff. de origin. Iurisconsult. Mirum si rei- — *2. Consilium vnde dictum.* D — *Pompon.* *3. Romulus quid primũ in sua instituit republica.*

publicæ statum tunc considerabimus, vix, è mœnibus egrediebatur, & tamen prudens iste fundator, non duas, vel tres, sed triginta instituit curias, quibus parua illa regeretur respublica. Quid ergo mirum, si consilijs abundans, longè, lateque diffusa, postea ad totius orbis peruenerit imperium, obtinueritque fastigium? Hinc, vt inquit Alexander ab Alexandro Genial. dier. libr. 1. cap. 16. multitudo Romæ curiarum, vti Calabra iuxta Capitolium, & Pompeij, & Pompiliana, & Iulia, & Augusta, & Gerusia, & Octauia, & Leucadia, & tandem Salia, in quibus omnibus secundùm diuersarum exigentiam rerum, diuersisque negotijs, non duo vel tres, sed curiatorum selecta multitudo conueniebat, & tamen in qualibet, etsi multi, de vna tantum re, siue materia, non equidem de omnibus, nec de toto agebatur regimine. Quod si sic, quomodo ergo possibile illud, quod nunc ambitiosa, (vt sic dicam) inuenit præsumptio, superbaque pertendit ambitio?

Alex. ab Alex.

4. Curiarum multitudo Romæ quāta earumq; nomina.

Sed dato, quòd sit possibile, non equidem alia ratione, nisi quia fit, aut factum. Tyberius enim Seyano solo vtebatur, Diocletianus Patritio, Assuerus Amano; tamen considerandum, quòd licet possibile sit Physicè (vt sic dicam) moraliter tamen penitus impossibile reperitur. Nam etsi occidere mihi non conuenit, nec expedit, tantum est, quantum mihi moraliter impossibile, *Omnia mihi licent*, aiebat Apostolus, *sed non omnia expediunt*, quæ cùm non expedire iudicabat, impossibile vt ab ea fierent affirmabat; hoc enim impossibile, aut possibile morale, quod bonitatem respicit & malitiam, sicut physicum vires tantum; hoc inquam est, quod omnes attendunt homines prudentes, omnes reges & principes iusti, cordatique; secundùm quod affirmo impossibile esse, vt ab vno omnia dependeant, vt vnus tantum omnia faciat.

5. Ab vno omnia dependere consiliario moraliter impossibile.

Attende quæso, & considera, quòd non omnia Deus vni tantum dedit, non omnia talenta vni committuntur, *Diuisiones gratiarum sunt*, inquit Apostolus 1. ad Corinth. 12. num. 5. *idem autem spiritus, & diuisiones ministrationum, idem autem Dominus; & diuisiones operationum, idem autem Deus.* Ad quorum intelligentiam notandum, quòd tria cuilibet necessaria sunt ad operandum, vt inquit hîc sanctus Doctor, facultas, ministerium, seu officium, & executio, siue operatio; sine facultate quomodo operabitur? sine ministerio, seu officio, quomodo constituetur ad operandum? sine executione tandem quomodo exercebit? hæc tria, inquit Apostolus, quòd confert Deus, facultatem ad operandum per gratias gratis datas, quas Deo vt Spiritui sancto attribuit, mysterium per electionem, quam Deo vt Domino, operationem per exercitium, quam vt Deo, qui omnis est principium operationis. In quolibet ergo horum membrorum, inquit, quòd sunt diuisiones, id est, quòd non omnia, quæ sub illo includuntur, vni soli dedit (hanc enim plenitudinem solus Christus accepit) sed cuilibet diuisit suas partes; ergo nun habent omnes gratiam, & facultatem omnia agendi,

6. Cur Deus non omnia vni dedit talenta.

1. ad Cor. 12. n. 5.

7. Ad operādum cuilibet tria necessaria.

S. Thom.

non omnes habent in se, & continent omnia ministeria, quibus Domino seruitur, non omnes exercent, & operari possunt omnia, quæ operanda sunt, sed singulis singula distribuit Deus, diuisit gratias, diuisit administrationem, diuisit & operationem, non singula hæc in vno posuit, sed in multis. Quod cùm ita sit, duo euidentia concluduntur, quæ sine errore negari non possunt: primum, quòd vnus non omnia continet & habet: & secundum, quòd Deus non omnes facultates, non omnia ministeria, non omnes operationes vni tantum dedit. O ergo stultitia humana! ô deceptio Principum & Regum! quod Deus non dedit, ipsi dare volunt, & quo Deus suæ in administratione reipublicæ non vtitur, licet posset, si vellet; ipsi vti volunt, cùm non possint.

Benè equidem Deus, & Dominus noster, vni omnia illa dare potuit, & vnum constituere, in quo omnia illa residerent, sed noluit; quia non decuit; *Nam*, vt ait sanctus Thomas hîc, *sicut in corpore naturali caput habet omnes sensus; non autem alia membra; ita in Ecclesia solus Christus habet omnes gratias, quæ in aliis membris diuiduntur.* Et de ministerijs loquens ait, *Quòd pertinet ad decorem, & perfectionem Ecclesiæ, vt in ea diuersa ministeria sint, quæ significantur per ordinem ministrantium.* Certè Regina illa, quæ à finibus terræ veoit videre Salomonis scientiam, intet cætera quæ eius absorbuerunt spiritum, ordines fuerunt ministrantium. *Videns*, inquit Scriptura, *omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, non habebat vltra spiritum*, 3. Regum cap. 10. num. 5. Ordines dixit, non ordinem, & quod ad stuporem induxit, multitudo ordinum fuit ministrantium; quia quod pulchrum, quod decorum in domo reperitur Principis, multitudo est, ordinesque ministrantium. Sic similiter & in republica, quod decorum in illa, illud, vt non vnum sit ministerium, sed multiplex, non vnus sit minister, & ordo ministrantium, sed ordines illorum. Si ergo Deus non dat talentum, quia non decet, quia non est conueniens, quia sic ad ordinem pertinet regiminis, quia tandem sic ipse regit, ac gubernare quomodo quæso sine talento, sine facultate operabitur quis? operabitur inquam benè, & optimè? Si non sapiens, quomodo sapientes? si non iuris peritus, quomodo lites? si non miles, quomodo bellum? si non expertus, quomodo regnum?

D. Thom.

8. Multitudo & ordo ministrantiū ad decorē & ornatum pertinet Ecclesiæ.

3. Reg. c. 10. 5.

Expertum dixi, vtpote necessarium requisitum ad gubernandum, vtpote conditio, sine qua non, ad benè regendum. *Impossibile est, vel certè admodum difficile*, inquit Aristoteles lib. 8. Politic. cap. 6. *vt qui opera ipsa non tractat, peritè valeat iudicare.* Nam, vt sanctus inquit Cyprianus in prolog. serm. de Natiuitate Domini, *Non facilè de artibus rectè iudicat, qui artes ignorat*: Quia, vt Spiritus inquit sanctus Eccles. cap. 38. num. 35. *Vnusquisque in arte sua sapiens est.* Certè Sanctus ille minister, quem Pharao ita prudenter elegit, &

9. Experientia quam necessaria ad regimē.

Arist.

Cyprian.

super omnes cæteros exaltauit, statim atque ad A regni regimen se sensit promotum, *Illico*, inquit Scriptura, Gen. 41. num. 45. *quòd egressus est ad terram Ægypti, & circuiuit omnes regiones Ægypti.* Pondera factum, & perspicies, quòd secundùm humanam, qua nunc vtuntur homines, prudentiam, & quæ nunc in hac misera sola valet tempestate, nil eo imprudentius, nil proprio commodo inconsultius; vir extraneus, seruus, recens, immò in regis amicitia recentissimus, super omnes sublimatus in instanti, & per saltum, latus deserit Regis, desertum locum eminentiæ, quid imprudentius sapientia diceret humana? quid contra propriam fortunam aptius? Datur locus inuidiæ, aperitur campus æmulis, nullo resistente, apertæ remanent Regis aures, imprudentia est hæc, & maxima. At omnia hæc non B curauit prudentissimus ille, non prudentia humana, sed diuina, qui spiritu Dei repletus; vt asseruit de eo ipsemet Pharao, secundùm illum se regebat: vidit enim, satque perspexit, sine experientia, actualique scientia male se gubernare posse, perspexit se sine illa, vtpote iuuenem, & qui nunquam de domo exierat. Primum ergo quod acquirendum studuit, experientia fuit, & sic licet contra proprium commodum esset latus deserere Regis, & contra factum tota prudentia clamaret humana: maluit priuata deserere, quàm communia, & vt istis potius consultum esset, quàm suis, egredi voluit, & totas peragrare regiones Ægypti, vt oculis videret subditos, quos gubernaturus, manibus attrectaret negotia, pedibus terram quam esset recturus, vnde prudens C & prudentissimus factus; optimè omnia disponeret, omnia gubernaret, non speculatione tantum & exauditu, vt nunc: sed practica, oculataque scientia.

Gen. 41. 45.

10. Ioseph cur circuire voluit totã Ægypti terram.

Arist.

11. Experientia quid.

S. Thom.

Enimuerò definiens sanctus Thom. lib. 2. post Aristotel. experientiam, eam dixit consistere ex visione multorum in memoria retentorum cum aliqua ratiocinatione, & discursu, circa particularia, quæ in præsenti occurrunt, cum quibus collatis præteritis visis, eligit quis conclusionem, qua prudentior factus optimè consulit de præsentibus, benè de futuris. *Experientia nil aliud est*, inquit, *nisi acceptum aliquid ex multis in memoria retentis, cum aliqua ratiocinatione in particularibus.* Ergo ad hoc vt aliquis benè consulat in præsentibus, necessarium est, vt præteritorum habeat memoriam, & quòd per ipsum multa præterierint; alioquin non benè consulet, nec benè D prouidebit, etiamsi præteritorum speculatiuam tantum habeat memoriam. Ob id certè Aristoteles lib. 1. Metaph. dixit homines practicos, & expertos, sæpius attingere finem, quem volunt, etiam si inscientificos, quàm scientificos, & sapientes non expertos, nec practicos. *Sapius animaduertimus*, inquit, *qui vsu valent, quàm eos, qui sine vsu, ratione, & arte præditi sunt, id quod volunt consequi.* Cuius rei perbellè quidem rationem addens, sequitur, *Propterea quòd experientia, & vsus, rerum singularium cognitio est; ars vniuersarum; actiones verò & effectus omnes in rebus singularibus versantur.* Nil melius. Quid enim prodest circa vniuersalia versatum esse, si circa singularia quis est prorsus ignarus? cùm gubernatio non circa vniuersalia, nec quid speculatiuum tantum sit, sed tota practica & actiua, circa singulares ordinata actiones; ergo melius gubernabit, qui expertus, quàm qui scientificus tantum. Hinc nunquam non laudare, ac summis extollere votis authores desinunt Imperatorem Alexandrum Seuerum, qui, vt inquit Elianus Lampridius in eius vita, eos tantum homines ad consultationem vniuscuiusque rei aduocabat, qui periti, expertique in illa essent facultate. *Vnde si de iure tractaretur*, inquit Lampridios, *solos doctos in consilium adhibebat, si verò de re militari milites veteres, & senes, & benè meritos, & locorum peritos, eosque qui historiam callebant, requirens quid in eisdem causis antiquos Imperatores fecisse historia memorarent.* Sapienter intelligens in rebus agendis, non tantum speculationem, quantum actionem necessariam esse. Vnde etsi homines scientifici, non tamen practici essent, ad gubernationem ineptos iudicabat, ad negotiaque gerenda inutiles. Quod cùm sit, & nec scientificus benè gubernabit si non expertus: dic mihi, quomodo benè reget, qui nec scientificus, nec expertus? quomodoque tuta Princeps conscientia inexperto regni committere negotia poterit?

12. Homines practici sæpè attingunt finem quod non scientifici tantum, & cur.

Arist.

Ælian. Lampr.

13. Alexander Seuerus Imperator expertos tantum eligebat ministros.

Quid dicam? magnum quid dicam, mirum, sed verissimum. Nec ipse Deus Pater voluit, vt prius actualem omnium rerum gubernationem acciperet filius suus Iesus Christus Dominus noster, licet potentialem semper habuerit, & verè erat Rex noster, omniumque C Princeps terrestrium, cælestium, & infernorum, antequàm experientia propria disceret obedire, & per proprios experimentales casus, sciret, vt sic dicam, experimentaliter quomodo gubernandum. Quapropter post resurrectionem suam inuenimus, quòd dixit. *Data est mihi omnis potestas, & in cælo & in terra.* Matth. 28. & non ante. Quam potestatem actualem post resurrectionem ipsi fuisse collatam, multi sentiunt, vt refert Suarez 2. tom. disp. 48. sect. 2. At si post resurrectionem, post experientiam dicendum, vt verum sit, quod Apostolus Paulus dixit ad Hebr. cap. 5. num. 8. *Et quidem cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam*, didicit scilicet, *scientia experimentali*, vt inquit sanctus Thomas, *obedientiam*, id est eius magnitudinem, excellentiam, meritum, & præ- D mium; nam eius merito postea se vidit ad summum euectum gloriæ gradum, vt inquiunt Chrysostomus, Theophilactus, & modernus Cornelius hîc. Ergo priusquam Pater sanctus, actualem possessionem, regimenque Christo filio suo, licet esset Deus, & Dominus, daret, exercitiumque (vt sic dicam) eius, voluit vt experientia edoctus esset, licet scientia simplicis intelligentiæ omnia calleret, vt benè inquit sanctus Thom. vbi suprà, ad exemplum certè Principum, ad doctrinam Regum vt similiter ipsi facerent, & quod ipse non fecit cum ipsomet filio suo, qui erat ipsa sapientia diuina, ipsi non auderent.

14. Christus Dominus actuale exercitium supremæ potestatis in gubernando non a patre accepit nisi post experientiam.

Matt. 28 18.

Suarez.

15. Quomodo dicatur obedientiam didicisse.

Ad Heb. 5. 8.

S. Thom.

Chrysost.

Theoph.

Cornel.

D. Thom. vbi sup.

Enimuerò offerens se Dauid Sauli ad contra Philistæum pugnandum, illico ei Saul

adolescentiæ opposuit inexperientiam. *Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem vir bellator ab adolescentia*

1. Reg. 17. 38.

sua. 1. Reg. cap. 17. num. 38. Vbi notandum, non solum Saulem Dauid pueritiam obiecisse, sed inexperientiam; ob hoc non solum, inquit, *non vales resistere,* scilicet quia puer es, sed adiecit, nec pugnare, quia armorum scilicet experientiam non habes: è contra verò Goliath est vir, hoc est potens, viribus vastus, & insuper vir bellator ab adolescentia

Chrysost. 16. Saul non prius facultatem præbuit Dauid cōtra Philistæum pugnandi quā sciret ipsū ad pugnādum expertum.

sua. *Quasi diceret,* vt inquit Chrysostomus homil. de Dauid, & Goliath tom. 1. *tu enim puer es, ille bellator, tu insuetus es, ille peritus, tu pastor es ouium, ille Rex, & Imperator est populorum.* Quod vtique argumentum nulla alia soluit Dauid ratione, nisi probando se expertum esse ad pugnas, solitum sæpè pugnare cum vrsis, leonibusque, quibus cùm similis esset Philistæus ille, benè ad singulare contra illum properare poterat certamen. Cuius Dauidis verba eleganter, vt assolet, scribens Chrys. ait,

Idem.

Ego contra illum exeam, ego pugnam contra eum instituam, & iactantiam eius, & superbam vocis insaniam Deo mitigante consternam; nam cùm pascerem gregem in campo, ouem mihi à leone, & vrso abreptam his belluis interemptis prædam excussi, ouem eripui, nocentes bestias interfeci: hoc exēplo etiam istam immanem belluam prouocem bello, pugna congrediar, Dei populum de eius manu eripiam, & ipsum, vt nocentissimam belluam, Dei virtute percutiam. Hinc animæquior factus ipse Saül, ad bellandum contra potentem ire permisit, fidens de victoria, quia iam securus de expetientia. Sic etiam Deus electurus Moysen ad regimen, prius voluit vt esset ouium pastor, & ex illo regimine experiretur quomodo homines postea gubernaret. Quòd eleganter dixit Philo in libro de

17. Deus cur voluit vt Moyses pastor esset antequam ad præsulatum ascenderet: Philo.

vita Moysi, probans pastoralem artem ad regnum esse præludium, sicut venaticam ad belli, exercitusque regimen. vbi postquam de nuptijs Moysis dixisset cum sacerdotis filia contractis, sic ait, *Post eas nuptias præfuit gregibus, ad principatū se præparans: Nam pastoralis ars ad regnum est præludium; hoc est ad regimen hominum gregis mansuetissimi, quemadmodum bellicosa ingenia praexercens se in venationibus; in feris enim experientur futuri præfecti militiæ, brutis præbentibus materiam exercitij, tam belli, quàm pacis tempore, nam præfectura mansueti pecoris habet quiddam simile cum regno in subditos:* ideo Reges cognominantur pastores populorum, non contumeliæ, sed honoris

18. Pastoralis ars præludium ad regimen sicut venatica ad bellum.

gratia. Immò tantum est Philo in hoc asserendo vt affirmare audeat, solum illum perfectum futurū regem, qui benè artem calleat pastoritiam, vnde sequens ait, *Immò quantum ego intelligo, non iuxta vulgarem opinionem, sed rei veritatem inuestigans (rideat qui volet) solus potest esse Rex vndequaque perfectus, qui benè callet artem pastoritiam.* Quod

19. Reges cur dicti pastores. Idem.

equidem non alio probat argumento, nisi quia pecora curans, expertus ad regnum euadet, artem ex minoribus animalibus regendi maiora apprehendens, vnde sequens ait, *Quia curando minora animalia didicit quomodo debeat præesse præstantioribus, impossibile est enim vt magna prius quàm parua perficiantur.* Nil melius. Hinc vt consummatus ad regimen euaderet Moyses, non equidem vno, vel altero cum pastoralem exercere artem voluit Deus anno, sed quia per quadraginta annorum curricula populum erat Dei recturus, voluit vt &

20. Optimi illi erunt qui prius pastores fecundū Philonem, & cur.

A per alios quadraginta prius se in gregum gubernatione exerceret, in anno per annum, in die per diem vesuti eum instruens, ac dirigens, vt expertus postea in principem euaderet perfectum, experientiaque procederet ad regnandum indutus.

Mirum equidem, quælibet enim facultas antequam exerceatur, experientia indiget, alioquin quid sciri potest sine illa? *Qui non est tentatus,* id est experientia edoctus, *quid scit?* inquit Eccles. cap. Eccl. 34. 9.
34. num. 9. Quis enim miles fuit sine bello, quis nauium gubernator sine nauigatione, quis tandem doctus euasit siue studio? nullus: *Vir in multis expertus cogitabit multa,* inquit idem, *& qui multa* Idem.
didicit, enarrabit intellectum. Optimè quidem; loquitur enim Sapiens de illo, qui magister vult fieri scripturæ, & inquit quòd iste, nisi sit expertus, Lyra.
id est exercitatus, vt ait Lyra, in multis scripturæ

B locis, quomodo eam explanabit? nam qui in illis expertus, & sudore, ac vigilia in eis desudauit, iste cogitabit multa, quia *per vnum passum scripturæ sibi notum, declarat alium magis occultum,* inquit Lyra, & sic enarrabit intellectum occultum, & difficilem, quem enarrare non potuisset, nisi exercitatus esset, cùm, vt idem inquit Sapiens, *qui non est expertus, pauca recognoscit.* Solum (ô mira res!) in gubernando, & regendo, quæ est ars artium, vt inquit Nazianz. in Apologetico in principio, putant non esse necessariam experientiam, & quemlibet sufficere ad gubernandum. *Cum de prosperitate, saluteque nauigantium agitur,* inquit Philo lib. de creatione Principis, reprobans eius per sortem electionem, *non sorte decernitur quis gubernaturus puppim, ascendat, ne fortè aliquis imperitus, vel in tranquillitate, ac serenitate asciscat naufragium, sed quæritur aliquis, qui artem gubernandi à*

21. Ad sacram intelligendam scripturam experientia necessaria.

Nazian.

Philo.

22. Inexpertum ad regimē assumerè quàm innaturale.

C *iuuentute didicerit, hoc est qui sæpè nauigauit, perlustrauitque, aut omnia, aut plurima maria, & postea ciuitates magnas, populosas, plenas habitatoribus, earumque administrationem, & curam rerum priuatarum, ac publicarum, sacrarum, ac prophanarum, quam meritò quis artem artium, & scientiam sciētiarum dixerit, committemus incerta rei, fortuitaque, reiecto veritatis examine?* Nil melius, imò nil ploratu dignius, dum ad summam gubernaculi arcem hi assumuntur, qui nulla callent experientia, nulla regnādi arte, & principes videmus, qui subditi esse nescierūt, nullo, vt inquit Philo, veritatis examine, nulla discretionis trutina, sed tantum voluntate Principis iubente, ac ordinante. Quid ergo mirum, si in tranquillitate, ac serenitate videamus naufragia, & nullo perurgente intrinsecus hoste, assentur regna, absumantur Imperia?

D At demus, quòd vnus omnia possideat, quod est impossibile: demus, quòd vnus in se omnem contineat scientiam, omnemque intellectum, omniūque experientiam, demus hoc, etsi impossibile, tamen cum hoc dicimus, nō rectè Principem agere, huic vni omnia committere, nam etiam si hic omnia talenta in se haberet, non equidem omnia in excellentissimo possideret gradu, sed in vno tantū excelleret vel altero, cætera verò communia in illo essent, si peritus in bello, & excellens militiæ Imperator, non sic erit in pace, sed moderatus tantum gubernator, sic excellens quis iurisperitus, non sic excellens in status consilijs. Nam, vt certè inquit Cicero. Cicero 2. de Inuentione, *Nihil in simplici genere natura omni ex parte beatum, atque perfectum expoliuit, tanquam cæteris non habitura, quod largia-*

tur, si vni omnia concesserit. Quod cùm sit, ad hoc autem vt Respublica benè gubernaretur, illis equi-

23. Munia regiminis quibus in republica distribuenda essent

dem sola ea onera essent imponenda, in quibus excellentissimi essent ad ea portanda, & circa quæ excellentissimmum ipsi haberent talentum, non verò ea, circa quæ communia, hoc enim modo excellentissimè respublica gubernaretur, omniaque destinatum attingerent finem. Hoc equidem considerandum, ponderandumque in sapientissimo illo

1. Mac. 2. n. 50.

sane Mathathia 1 Mach. 2. n. 50. qui moriturus, distribuens officia sic filijs locutus. *Vos ergo fily confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa*

24. Mathathias cur officia filijs distribuit, cum vnus tantũ ad omnia illa sufficeret.

gloriosi eritis, & ecce Simon frater vester, scio quòd vir consilij est, ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater, & Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis Princeps militia, & ipse aget bellum populi. Ad quid quæso in populu ita paruo, & in regimine ita debili, committere illud, non vni, sed duobus? cùm ipse Simeon etiam esset miles, & ordinare posset exercitus, sic vt tandem mortuo fratre eius Ionatha ordinauit, ac etiam imperauit,

1. Mac. 13.

bellumque gessit 1. Mach. 13. ad quid ergo illa officia distribuere, nonne melius in vno resedissent? sanè quia sciebat prudẽtissimus senex, quòd etiam si Simeon militibus imperare scisset, tamen nõ ita ac frater suus Iudas, nam in eo quod Simeon excedebat, non erat fortitudo, sed consilium; sicut è cõtra in eo quòd Iudas, erat fortitudo, non consiliũ. Ad hoc ergo vt benè parua illa respublica gubernaretur, voluit, vt de eo curaret ille, qui excedebat in illa facultate; non verò qui circa illum commune cum alijs talentum habebat, & sic negotia, quæ cõsilio indigent, committantur Simeoni, *Ipse sit pater*: at verò ea, quæ fortitudine, committantur Iudæ, *& ipse sit dux.* O sancta propemodumq; diuina distributio, ad exemplum cæterorũ scripta Regum, Principumque, vt si benè rectam eorũ rempublicam videre velint, sic faciant, sicut sanctissimus iste senex, distribuant ministeria, dent officia, non omnia vni, sed singula singulis, & illa illis, qui excellens habent talentum ad ea administrãda, bellum bello expertis, & qui eminent in ea arte, consilium consiliarijs, qui eminent in consilio: sic enim benè regent, beneque administrabunt.

Imò amplius in sanctissimi senis Mathathiæ verbis adnotare licet, nam nõ sic equidem Simonem, & Iudam elegit, vt tantum electionem pronuntiauerit, sed prius præmittens, *Scio Simonem virum esse consilij, sicut & Judam fortitudinis,* quasi reddens electionis rationem, vtpote qui excellentem, quæ in ipsis inhærebat, virtutem optimè calleret, & insuper modum ad eligendum præbens, nempe illos ad officia assumendos esse, qui iam maturi sũt

25. Ad munia eligendi experti & probati, nõ probandi

ad illa exercenda, non verò qui in illis maturitatẽ acquirant, qui iam docti, non qui doctrinam ex officio accipiant, qui iam probati, non qui ex dignitate probationem assumant. Gen. 47. nu. 6. in-

Gen. 47. 6

troducens fratres Ioseph ad Pharaonem, postquam indicarunt pastores eos esse ouium, terramque dedisset eis Gessen, sic ipse Iosepho alloquitur. *Quòd*

26. Pharao vt à Iosepho exquisiuit pastores.

si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. Duo equidem requisiuit, certitudinem talenti, *quod si nosti,* inquit, & secundò eius (vt sic dicam) possessionem actualem, non futuram; non enim dixit in eis futuros viros industrios, sed esse viros industrios, ad denotandum ad magisterium assumendum, virum iam debere esse industrium in præsenti, non in futuro. Nam, vt op-

Bernard.

timè inquit Bernard. ad Eugenium Papam 4. de Consideratione, in officio oportere viros eligere probatos, non probandos, *Hoc tibi persuade,* ait, *qui admittendi sunt, difficilè in curia posse probari, & ideo si fieri potest, viros probatos oportet deligi, nõ probandos.* Et hoc non ex quibuslibet, sed ex præelectis, & vt diximus, ex his, qui ad officium illud exercendum excellens habent talentum. Cùm equidem non minor ad officium aliquod assumendum quempiam, adesse deberet diligentia, quàm ad aliquid Deo ipso offerendum, vnde sicut quan-

27. Electio nõ selecta à Deo reprobatur.

do illi selectum non offertur, respicit, & condemnat; sic pari modo reprobatam dic illam electionem, quæ non ex selectis. Pulchrè Theodoret. qu.

Theod.

1. in Leuit. quærens quare Deus noluerit sibi in lege mel offerri, rationem reddẽs ait, quia apis simul

28. Mel cur noluit Deus offerri in antiqua lege.

illud ex impuris, purisque colligit floribus, *Nullo delectu præcedente inter venenosos, saluiferosq; flores, sed ex omnibus simul rorem percipit, fauosque fabricat.* Cùm tamen, quæ Deu offerri debent ex selectis tantum, purisque debent esse floribus. Sic pari modo, vt Deo grata sit electio, vt illi placita, non ex puris, impurisque hominibus fieri debet, sed ex selectis & ad munia reipublicæ obeunda Princeps non quemlibet, sed selectum, nõ qui mediocria, sed qui excellentia obtinet talenta, eligere debet & illum ad id tantum munus, cuius respectu non quodlibet, sed singulare habet talentum.

Obiectio.

At contra hoc videtur esse; quòd si hoc valeret, nec vni tandem deferendum esset regnum è medio Monarchiam auferendam; nam etiam vnus est Rex, qui omnia gubernat, & ad quem omnia referuntur. Et quòd hoc regimen sit cæteris melius & expeditius in confesso est apud omnes; & tamen verum, non omnia talenta in eminentiore gradu Regem habere.

Solutio.

Verum quidem; sed considerandum, magnum

29. Cur etsi vnus sit Rex vnus non debeat esse eius minister.

esse inter Regem, cęterosque discrimen, nam Rex, vtpote à Deo electus, & constitutus, iuxta illud, *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Prou. 8. 15. illi Deus omnia necessaria, requisitaque confert talenta ad regnum gubernandum, iuxta ordinem temporum, meritorumque exigentiam: nam licet sit aliquis Rex, qui potius destruat,

Prou. 8. 15.

perdatque rempublicam, quàm eam gubernet, & regat, hoc in pœnam peccatorum est subditorum, ita vt aptior Rex ad eam pro tunc inueniri nõ potuerit, nec qui aptiora ad eam gubernandam haberet talenta iuxta illud, quod talis tunc respublica

Anast. Nissen.

exigebat. Quod expressis dixit verbis D. Anast. Niceni Episcopus, in quæstion. in scripturam qu. 15. vbi respondens quæstioni an omnis Rex, & Prin-

30. Rex indignus à Deo constituitur, & cur.

ceps à Deo constituatur, sic ait. *Cùm Deus dicat in lege, dabo vobis Principes secundùm corda vestra Hierem. 3. est euidens, quod ex Principibus, & Regibus alij quidem à Deo præficiuntur tanquam digni eo honore; alij autem rursum cùm sint indigni, Dei permissione, aut voluntate, præficiuntur populo, digno eorum indignitate.* Nil melius, peccatis enim populi sic exigentibus, nullus equidẽ illis dignior Rex, quàm indignus, nullus sic talentis abundans, quàm illis carens. Quod terribili confirmat san-

Idem.

ctus exemplo. Vnde sequitur; *Quando Phocas tyrannus factus fuit Imperator, & per Bonosum lictorem eius cœpit facere sanguinis effusiones, quidam Monachus in ciuitate Constantinopolitana vir sanctus, & qui ad Deum magnam habebat fiduciam, cum Deo disceptabat, dicens in simplicitate;*

31. Phocas Imperator constituitur a Deo quia nullus eo peior. *Greger.*

Domine cur eum fecisti Imperatorem? Deinde cùm permultis diebus hoc dixisset, vox ad eum venit à Deo dicens, Quoniam non inueni peiorem. Hinc rectè D. Greg. lib. 25. Moral. cap. 20. super illa verba Iob. *Qui regnare facit hypocritam*, ait, *Nullus, qui talem rectorem patitur, eum quem patitur accuset, quia nimirum sui fuit meriti peruersi rectoris subiacere ditioni.* Peccata populi requirunt malum rectorem, peruersum Principem, impium Regem, talem dat illis Deus cum talibus talentis, vt eos perdat, ac mactet; dat dico, non libenter, sed coactus, quem ipse non mittit, sed è suis abstrahunt manibus populorum peccata; vt egregiè

32. Malum principem non dat Deus, sed eum populi ab eius manibus abstrahunt. *Theod.*

dixit Theodoretus sermone 7. de Prouid. propè finem. *Quòd si Dominos*, inquit, *nimirum crudeles, & insolentes admodum esse videns, offenderis, dico quòd istiusmodi hominibus, non Deus imperium commiserit, sed subditorum nequitia horum imperium sibi ipsi contraxit.* At verò si hoc peccata non requirant, dat eis iustum, sanctumque, omnibus numeris absolutum, cum proportionatis, accommodatisque ad regendum talentis. At non sic quando electio non est Dei, sed hominum; quia cùm isti potestatem, ac potentiam non habeant, neque discretionis iudicium sicut Deus; nō habenti talenta, ea dare non possunt, etsi ea sint abscondita, ipsi ignorant: non sic autem Deus, qui non solum eligit habentem, sed si non habet, potest ea illi conferre. Hinc fit, vt electio Regis, Principisque, cùm à Deo supponatur, consequens esse videtur, necessaria talenta etiam in illo supponere; quod non sic in electione, quam conficit homo: nam si inhabilem eligit, inhabilis prorsus remanebit nullo ex electione addito talento, nulla ampliori aptitudine.

33. Deus eligens talenta tribuit non habenti.

Hoc equidem considerandum in electione illa sancti Prophetæ Moysis, quem Deus ad gubernandum populum elegit suum, qui cùm apud Deum de immodico conquereretur onere, quod sustinebat, sic præcepit illi Num. 11. 16. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sint, & magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, & sustentent tecum omnes populos, & non tu solus graueris.* Vbi multa consideranda.

Num. 11. 16.

Primum, quod iubet illi Deus, vt eligat septuaginta viros de senibus, & quos ipse cognosceret esse senes, & populi magistros, id est, quos sciret esse sensibus senes, non annis, & verè esse omnino & moribus compositos, isti enim senes in scriptura nominantur. *Iuuenes namque dici solent*, inquit Gregorius lib. 19. Moral. cap. 15. *qui nulla consilij grauitate fulciuntur, senes verò non eos scriptura sacra vocare consueuit, qui sola quantitate temporum, sed morum grandæuitate maturi sunt.* Hos ergo voluit Deus vt Moyses eligeret, & insuper, quòd præter senectutem, vitæque probitatem, etiam magisterium in populum habuerint, & quos populus vt tales veneraretur. Quòd cùm tales isti essent, quis homo prudens, & cordatus, immò & Dei timoratus, eos videns non diceret aptissimos esse ad gubernandum, nullumque præter eos meliorem inueniri posse? nullus quippe, & tamen verissimum, quòd non erant apti, & vt essent, necessarium fuit, vt Deus sumeret de spiritu Moysis, id est, non vt quasi illum minueret, vt eis conferret, hoc enim erat impossibile, vt benè notant hîc expositores. Sic Theodoret. qu. 18. S. Augustin. hîc qu. 18. & 5. de Trinit. ca. 14. sed de nouo creando spiritum, similemque gratiam illi, quam Moyses habebat, illisque eam conferret. Ergo licet boni, licet sancti, licet senes, licet magistri, tamen non apti, quia deficiebat illis talentum, & talenta necessaria ad talem gubernationem, quæ solus Moyses tunc habebat, vnde necessarium fuit, quòd de nouo illa Deus crearet, illisque infunderet. Ex quo facto, duo clarissima patent: primum illud, Deo scilicet eligente etiam non habenti talentum, de nouo illud conferre, quod non potest homo: & secundum, quòd licet isti sancti, bonique, talesque apud populum reputarentur; tamen ad regimen non erant apti, quia carebant necessario ad tale regimen talento. Vt ex hoc semel discant homines, discant & Principes, quàm difficile, quàm arduum negotium sit donum regiminis in aliquo cognoscere, quantaque maturitate sit eis necessarium in hac re ipsos procedere.

34. Senes in scriptura qui dicantur. *Greg.*

Theod. August. Cornelius hîc.

35. Donum & talentum regiminis cognitu quàm difficile.

Secundū autem in hac re considerandum, illud est, scilicet, in solo Moyse, in eiusque persona quādo vnus erat ad regimen, tantum spiritus, talentique extitisse, quòd ad LXX. satis fuisset; vnde ipse solus pro LXX. stabat, prius quàm suū spiritum repartiret Deus. Vt semel videas, quantum electio à Deo facta, ab ea distet, quam homines faciunt: Deus enim Moysen elegit vt Imperator esset populi sui, qui cùm in principio solus esset in gubernatione futurus, tantum ei contulit pondus talentorum, vt pro LXX. suppleret. Ex quo clarè patet inter personam Regis differentia, & ministri ab eo electi, cū Rex constitutus talenta habeat necessaria ad regni administrationem, quæque ad illā, quæ à solo illo pendent, necessaria sunt; vnde & benè gubernabit, beneque reget, immò & quòd poterit gubernare, onusque portare. At minister, quē non elegit Deus, sed prudentia humana, & multoties, ac sæpè non prudentia, sed passio, sine vllo delectu, sine vlla discretione, si talenta non habet, quis ea illi conferet? si nec vires, quomodo onus sustentabit?

36. Electio à Deo facta quantum distet ab ea quam homines conficiunt.

Ex qua re, & duæ aliæ ad nostrum institutum satis accōmodatæ considerandæ veniunt: prima, quia daturus Deus Moysi adiutorem, qui illum in onere adiuuaret, non dedit illi vnum, sed Septuaginta, & tamen respublica non erat nec grandis, nec dissita, vt mox dicemus: benè certè vnum illi addere potuisset Deus, si vnum æstimasset sufficere; at addidit Septuag. vt ex hoc innotesceret, non vni omnia committenda, & hoc exemplo discerēt Principes, quomodo ad imitationem Dei gubernarent, quomodo regerent.

37. Deus cur septuag. elegit, vt Moysen adiuuasent in onere.

Secunda ratio validior ad id quod intendimus, illa est, nam si Moyses, etsi talenta habebat pro septuaginta, qui sic præstantioris ingenijque acuti, vt ipsos suos superaret præceptores, vt inquit Philo lib. 1. de eius vita vbi sic. *Præceptores puer intra modicum tempus superauit, natiua docilitate institutionem præcurrens, vt reminisci videretur, non discere, in rebus difficilioribus de suo commiscens aliquid, quippe præclara ingenia multa nouant circa sententias.* Solus sustinere non potuit onus illius populi, qui, vt dixi, nec multus erat, nec ita dissitus, vt vno tantum oculi ictu videri non posset, nec sic distinctus, & varius, vt non omnes vnius essent nationis, nec sic ignotus, vt non omnes ipsemet Moyses agnosceret, &

Philo.

38. Moyses quàm præclari ingenij.

tamen ipse etsi tantus, solus non potuit. Quid ergo? poterit ne administraturus res non vnius populi, sed multorum, non regni vnius, sed regnorũ, quæ & distincta, dissitaque moribus, spatijs, rebus, conditionibusque, reperiuntur?

Obiectio.

At contra hoc est, quia dicere potest quilibet, nõ sic se rem habere; quia in quolibet regno distincta sunt consilia, distinctæ congregationes, & sic negotia distributa in multis, vnde quod vni tantum committit Princeps, non est, nisi quod ad se spectat, graue scilicet, & singulare.

Solutio.

Optimè. sed, ô bonitas, Deique sapientia! quàm illud est verum, quòd *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Et simul illud, quod scribit Chrysostom. *Chrys.* nec apices in scriptura diuina superfluos, superuacaneosque esse, ad hanc quidem apparentem delendam rationem, voluit infinita illa sapientia diuina, vt antequam Moyses

39\. Quando de onere conqueſtus

de onere illius populi incomportabili apud ipsam conquereretur, prius secundùm consilium Ietri soceri sui populum in Tribunos distribuisset, Centuriones, Quadragenarios, & Decanos, qui iudicaturi essent communes, ordinariasque res, & sola grauia referrent ad eum. Exod. 18. num. 24. *Quibus auditis fecit omnia, quæ ille suggesserat, & electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos Principes populi, Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos, & iudicabant plebem omni tempore; quicquid autem grauius erat, referebant ad eum.* *Exod. 18. 24.* Quid clarius? constituta erant iam consilia, vt sic dicam, constituti præsidentes, sola ob grauia recurrebant ad Moysen; & tamen ab illis subactus conqueritur, & lamentatur, ita vt dicat se potius velle mori, quàm amplius tale sustinere onus. *Cur afflixisti populum tuum, & cur non inueni gratiam in oculis tuis, & ecce imposuisti pondus vniuersi populi huius super me, non possum solus sustinere omnem hunc populum, quoniam grauis est mihi; sin aliter tibi videtur obsecro & interficias me, ne tantis afficiar malis.* Et talis conquæstio licet sit determinata, absolutaque, bona visa apud Deum, ita vt decernens dare illi adiutorem; non dederit illi vnum, sed septuaginta.

Ex quo facto, alia etiam ratio adducitur ad nostram confirmandam sententiam, nempe quòd dato hominem vnum posse cum tantis, quia talenta habet, tamen non deberi illi omnia con-

40\. Ministro quantum deberetur oneris imponi. *Seneca.*

ferre, quia vt hic benè ad munia sua attendere posset, non tantum oneris illi imponendum esset, quod summas, vltimasque suas attingeret vires, ita vt facilè defessus subiaceret, sed id tantum, quod commodè, & vt sic dicam, placidè leuare posset, vt videlicet tempus ei adesset ad sua tractanda, ad subleuamen laborum, & etiam ad animum recreandum, ita vt non semper resolutionibus addictus, & veluti venditus sit. Nam vt optimè dixit Seneca de tranquillitate vitæ, *Debet semper plus esse virium in latore, quàm in onere: necesse est enim opprimant onera, quæ ferente maiora sunt*, immo adde, etsi æqualia; minora ergo, quàm vires debent esse, ne eas absumant,

41\. Cur Deus Moysem exonerauit, cum talenta haberet.

hinc homines non grauandi secundùm totum, quod possunt. Quod considerandum in isto Moysi facto, nam exonerauit illum Deus, non quòd Moyses non posset, quia vt vidimus, talenta habebat, & vsque tunc solus sustinuerat onus, sed illum exonerauit, vt deinceps placidè, gratanterque, (vt sic dicam) posset onus illud sustinere. Hoc notandum in illis verbis, *Vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.* Diuina consideratio, sapientiæque digna diuinæ, quasi diceret; potes, sed non est iustum, vt graueris; solus potes pondus ferre, vt vsque huc sustulisti, sed grauaris multum; iustum ergo est, vt non solus graueris, & quòd non totum onus totis tuis sustentes viribus, sed ita sustentes, vt etiam vires tibi adsint ad alia sustentanda, ad tuos, ad tuos, ad domum tuam, ad te denique. Elige ergo septuaginta.

Quid ad hæc quæso responderi potest? nisi quod ambitio excogitat humana? quis contrarium cuilibet suadere, nisi qui diuina non penetrans, totus carnalis, totus cupidus est homo, & sic amico si amicus, sic domino suo si seruus, consulat, & suadeat, vt scilicet omnia amplectatur, vt dominus omnium fiat, nullumque admittat in onere regiminis socium; vox hæc, vox sensualium est, vox carnalium reprimenda penitusque non audienda; talis certè vox fuit illa Iosue Num. 11. num. 23. quia adhuc non totus spiritualis, videns spiritu Dei repletos Edad & Medad, qui ex Septuaginta erant in medio castrorum prophetare, pro domino suo æmulatus, tanquam non solus iam esset propheta, nec solum spiritum Dei haberet, ac non pro propheta solo deinceps habiturus esset, nec solus gubernaturus populum, grauiter pro domino suo hoc sentiens, sic ei dixit, *Domine mi Moyse prohibe eos*, vox hæc, vox hominis fuit, vox serui dominum amantis, sed carnaliter, vox amici consulentis, sed terrenè, & insciè.

42\. Iosue à Moyse digne reprehensus de æmulatione pro illo. *Num. 11. 23.*

At quid Moyses? *Quid æmularis pro me*, respondit, *quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* ô diuinus homo! ô homo lenis, & sincerus! ô propheta Dei amicitia dignus! qui nullo proprio affectu, nullo proprio commodo, nulla ambitione, nulla inuidia, qui denique nullo dominandi desiderio tenebatur, qui sic repressit famulum, vt simul normam daret cæteris, qualiter se habere debeant in similibus. Cuius egregiam summi legislatoris humilitatem expendens sanctus pater Cyrillus cathec. 17. sic ait, Moysen Iosue respondentem introducens, *Cyrill. Hieros.* *Non possum cohibere, cælestis enim est ita gratia, & tantum abest, vt eos cohibere queam, vt etiam fateri cogar me ex gratia Domini id habere, sed non puto te ex odio ista dicere; caue autem, vt æmuleris pro me, vel inuideas quod illi quidem prophetant, tu autem nequaquam, expecta tempus, quis dabit vniuersum populum esse Domini prophetas.*

Sed demus, quòd vnusquantum est ex se, benè, optimeque solus possit, tum quia talenta habet, tum quia vires eius suppetunt sufficientes, nec propter hoc solus esset onerandus, nec solus ad negotia proponendus, quia etsi ipse posset, 43.
tamen res esset populo intolerabilis, qui malè se ad vnum redactum, vnumque tantum ostium esse sustinet, ac per vnum aquæductum omnia currere; quæ res sic illi infenia molestaque reperitur, vt totaliter illum absumat, immo & consumat.

43\. Populus quàm malè sufferet vt omnia, ad vnum redigantur ministrum.

Hoc notandum in illo consilio, quod socer Moysi eidem dedit, vbi sic eum allocutus; *Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, tu & populus iste,* *Exod. 18. 17.*

qui tecum est. Exod.18.12. Notanda verba, non solũ dixit ipsum Moysem stulto consumi labore, sed & ipsum populum. In quo quæsitu erat iste populi labor, ita grandis, vt sufficiens esset ad eum consumendum, & decidendum. Labor certè erat ipsius Moysis, qui cogebatur à manè vsque ad vesperam assistere, vt omnes audiret, non verò populi: at nõ sic, sed labor erat Moysis, & populi, immò maior huius, quàm Moysis (vt sic dicam) dum cogebatur stare ante Moysis ianuam de mane vsque ad vesperam sæpius ob multitudinem non audiri, necessarium bis, ter, quater, decies, etiam millies redire, & ob difficultatem aditus penetrare non posse, nec ad præsentiam Principis deuenire, relinquere sua, suos, domum, & familiam, nonne omnia hæc sunt populi consumptiones, ac defectiones? hinc lamẽtationes contra Principem, hinc querelæ, hinc iurgia, hinc odia, hinc alienatio voluntatum à Principe, omnium malorum, ruinarumque principium. Bonam ergo rem Principes non faciunt, stulto labore consumunt, tum illum cui omnia committunt tum & populum, quem cogunt ad illum vnũ tantum accedere, & ab illo vno pendere. Quam rationem etiam Domino ipsemet sanctus proposuit Moyses, vt illum ad se exonerandum attraheret, dixit enim sic, vt suprà vidimus, *Cur afflixisti populũ tuum, & cur non inuenio gratiam in oculis tuis?* duo equidem apponit, & populi afflictionem, & non inuentionem gratiæ apud illum, vt ita dicam, afflictio populi erat dum se ad vnum tantum ostium astrictum videret non inuentio gratiæ, onus importabile illi, ad quod respiciens Dominus, & populum exonerauit & Moysi gratiam impertiuit, iustam adiudicans petitionem serui, simulque iustissimam populi afflictionem.

44. *Omnis homo mendax, & quo sensu. Psal. 119. num. 1.* Sed quid, licet hæc omnia deficerent superioresque efficaces non essent rationes, esset quidem illa nam diuidendo Princeps negotia in multis & non tantum vni fidendo, liberatur à deceptionibus, & ab eorum periculo, quod non sic quando omnia vni committit, vnique tantum fidit.

Pro qua re suppono illud Prophetæ Dauid, nempe omnem hominem mendacem fallacemque esse, *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Psal.119. n.1. & hoc non solum in verbis, sed in operibus, *Mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Estque sensus, mendaces sunt in suis contractibus, in suis negotijs, in suis amicitijs, stateris dolosis acquirere & præoccupare socium ambientes, ipsi inquam sunt qui decipiunt, qui de vanitate veniunt, qui de nihilo, qui vani sunt, ipsi de vanitate scilicet venientes *in idipsum*, id est in ipsammet vanitatem conuertendi, & tamen cum de nihilo sint, & ad nihilũ tendant, tantopere satagunt vt diuitias, honores, & præeminentias acquirant, vt pro nihilo ducant mentiri, & fraudare.

45. *Cur homines falluntur, & dolosè incedunt.* At iuxta Hebræos si velimus ly, *vt decipiant, pro ascendere*, intelligere, ita vt non legatur, *vt decipiant* sed vt *ascendant*, vt ipsi legunt, præclarum faciet sensum ad nostrum satis propositum, nam si petas, cur fallunt filij hominum? cur decipiunt? cur dolosè agunt? nempe vt ascendant, vt valeant, vt sublimentur, vt primum tum in rebus, tum in honoribus teneant locum. Hinc omnia mendacia, hinc deceptiones hominum, vt scilicet ascendant, qui adeo mendaces sunt, vt nisi mendacio, deceptioneque nihil agere sciant. Mentiens Caim, occidit Abel, Simeon, & Leui mendacio iniuriam vlti sunt sororis: mendacio Philistæi captiuarunt Sãsonem, & mendacio ac fraude Dalida accepit ab eo secretum: mendacio Ioab occidit Abner ipsumq; fratrem suum Amasan, inuidia ductus ne ascenderet, vt infrà dicemus, & tandem mendacio decipiens Amon sororem suam, altero occisus est ipse à fratre. 46. *Summum locum vix nisi fraude & dolo acceptunt.*

Quid si ad prophanas deueniemus historias difficile quidem reperietur quempiam nisi mendacio ascendisse, aut tractasse, & nisi dolo, aut fraude sũmum locum obtinuisse. Vix pene fuit Romanus Imperator in illis diebus qui traditione non sit occisus, nonne Romulus fraude occisus, eadem Tarquinius Priscus, Seruius Tullius, Scipio Africanus minor, Pompeius & tandem Cæsar? ita vt benè dicat Plutarchus, *Quis non proditur in purnis quotidie, & in magnis, nisi cui nullus est penitus à quo prodi possit.* Et vt cæteros derelinquam, vnum tantum placet adducere, tanquam omnium summi; Philippum nempe Alexandri patrem, de quo Curtius scribit ad summum Græciæ Principatum, non alijs armis deuenisse, quàm fraude, dolo, & mendacio istæ erant suæ in Palatio speculationes, hoc erat ingenium, hæ erant præparationes mendacijs, fraudibus, dolis omnem circuire Græciam, *Porro omnium insidiatus Græcorum ciuitates, quæ dominandi libidine singula imperare cogitauerant, omnes in suam redegit potestatem.* At quomodo? *Inferioribus enim contra superiores suadens certamina, omnibus ad inuicem collidi incitatis, omnium ad vltimum efficitur dominus, ac princeps, & victos pariter atque victores seruitutem subire coegit.* Non est amplius addendum, sed semel concludendum, omnem hominem mendacem esse, & præcipue ad ascendendum, & si aliquando talis non est, hoc ex se non habere sed ex gratia virtuteque diuina, vt inquit S. Thom. in cap.3. ad Rom. lect.1. *Sicut aër, inquit, sine illuminante remanet tenebrosus, ita & intellectus noster nisi à prima veritate illuminetur de se in mendacio remanet.* Probat enim ibi sanctus ex se hominem esse mendacem, quia falli potest, cùm accipiat à rebus cognitionem, & adæquari possit & non adæquari illis in quo consistit veritas, quæ est *adæquatio rei ad intellectum*: si ergo adæquari & non adæquari potest, ergo indiget lumine superiori vt adæquetur, ergo sine superiori lumine, quantum est ex se omnis homo est mendax, & si non est, hoc ex gratia Dei, eiusque prouenit illuminatione. Hinc duo Principi valde necessaria eliciuntur; primum vt sciat, & intelligat certeque supponat, cõsuetum hominum modum negotia peragendi illud esse, mendacio circumuenire fratrem: & secundum, quod illi hoc primum negotium incumbit, scilicet se à traditionibus, mẽdacijsque præcauere, ita vt quantum fieri potest vllo modo decipiatur.

Plut.

47. *Philippus Alexandri pater quãta dolositate ad sũmum ascẽdit Græciæ fastigium.* Curtius.

S. Thom.

48. *Homo quomodo ad veritatẽ obtinendã superiori indiget lumine.*

49. *Principi quæ duo maxima necessaria sunt.*

Quod si hoc, quale medium aptius inueniri potest, quàm non vni soli fidere, sed pluribus, non vnum tantum audire, sed plures, non vni omnia cõmittere, sed pluribus. Amã enim decepisset Assuerum si pluribus fideret, fidit vni omnia, deceptus est: quid mirum, & decipietur quilibet Princeps si idem faciat. Nam illud est verissimum quod nempe inquit Plutarch. dialog. de prodit. nullum hominum genus ita proditionibus addictum ac regium. *Nullum hominum genus, inquit, tam obnoxium proditionibus est quam Regium.* Cui pharmacum

50. *Reges proditionibus addicti.* Plutarch.

51. Earum remedium non vni fidere.

applicans sequitur. *Etenim verò quo maior quisque eo minus potest fidere, eoque plus fidere, ac pluribus necesse est.* Nil melius. Pluribus fidendum, pluribus negotia impartienda, plures occupandi, si securus, si benè regere princeps vult, si demum ipsasmet fraudes ipsasque deceptiones scire appetit. Nam si plures sunt, quod vnus intentat, alter manifestabit.

Sed ad hanc rationem, aliam etiam addere necessarium duco, nam non solum id conuenit Principi ne in negotijs decipiatur publicis, sed etiam ne ipsemet deueniat, vt sic dicam in necessariam quandam seruitutem tolerandi imperfectiones, immò peccata illius cui omnia committit, & non solum peccata, sed etiam quæ contra ipsius voluntatem agit contraque eius beneplacitum. Nam multoties

52. Quanta incommoda Principi sequantur, dum vno fidit ministro & in qualem deueniant seruitutem.

euenit, vt isti plus in regno valeant, quam ipsemet Rex, ita vt ad illam miseriam deueniat Princeps, vt non possit alteri aliquod aliud negotium committere, nec vt suam exequatur voluntatem, sed velit nolit voluntas illius faciẽda quem super omnes solum sublimauit, & cui omnium curam commisit. At si aliquando sic exigentibus causis necessarium sit, vt debeat Princeps talem castigare aut deponere, ob vnicam, singularem, magnamque quam obtinet aothoritatem, non possit; necessariumque sit illi dissimulare, multo dolore, magnoque tormento.

Vnicum tantum ad hoc confirmandum exemplum adducam ex scripturis, quod cùm sit à Spiritu sancto, erit omni exceptione maius. Sit ergo

53. Ioab quantum Dauid infensus, & quæ ab illo Dauid pertulit.

huius dicti exemplum Dauid, qui cùm super omnes subleuasset Ioab, eumque Principem omnium & solum totius constituisset exercitus, omniumque militum, in tantam potestatem libertatemque hic deuenit, ac sic se suprà Dauid erexit, vt non amplius esset Dauid potens rem bellicam alteri committere, nec erat possibile à Ioab in illis quæ ipsi non videbantur obediri.

Semel voluit Dauid quoddam bellicum committere negotium Amasæ vni ex principibus, fortissimisque viris 2. Reg. 20. num. 4. *Dixit autem Rex Amasa conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertiam, & tu adesto præsens.* Audiuit hoc Ioab, & graui inuidiæ vlcere motus, proditoriè occidit Amasam, licet esset frater suus, filius sororis matris suæ. *Tenuit manu dextera mentum Amasa, quasi osculans eum, & percussit eum in latere, & mortuus est.* Vbi Lyra. *Occidit autem eum ex inuidia, timens ne ei æquaretur.* Vnde aliqui viri Ioab insultantes dixerunt. *Ecce qui voluit esse pro Ioab comes Dauid.* Quid? immo nec amico Dauid, etsi esset Princeps, etiamsi esset grandis, parcebat, tam ipse, quàm parentes eius, si ipsis commodum non erat, etiam si talis amicitia ad negotia conduceret, vtilisque Regi erat 2. Reg. 3. Magnam inierat amicitiam Dauid cum Abner, *Fecit Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo conuiuium.* Multum illum æstimabat Dauid, immo multum talis amicitia ad Dauid negotia conducebat, vt pote homo qui vniuersum ad eum reducturus erat Israelem, & tamen nec amicitia suffecit, nec Regis commodum, nec fœdus quod cum ipso rex contraxerat, quin Ioab eum proditoriè non interficeret, quia in bello occiderat fratrem suum, immò etiam aliqui, vt est apud Lyram, à quibus ipse non dissentit, dicunt quod & per inuidiam, *Motus inuidia, quia timebat ne Dauid faceret Abner Principem militiæ, sicut fecerat cum Saule.* Quæ cùm

2. Reg. 20. 4.
Lyra.
2. Reg. 3. 10.
Lyra.

A talia essent, sicque ipsi Regi, negotijsque suis incommoda, tamen ad omnia silendum Regi, non alia equidem ratione, nisi quia suprà omnes vnicè illum sublimauerat.

Sed parum hoc, immo nec potens erat Rex aliquid præcipiendi, quod (si videbatur Ioab contrarium) executioni mandaretur. Sic præcipit Dauid Ioab toto audiente exercitu, ne occideretur filius eius Absalon 2. Reg. 18. *Et præcepit Rex Ioab Abisai, &c. dicens, seruate mihi puerum Absalon, & omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis Principibus pro Absalone.* Obseruatum ne est præceptum Regis? occidit ipse Ioab Absalon, non obstante præcepto Regis, & occidit iamjam parta victoria, manuque sua. Quid durius aut quid liberius contra Regem agi potuit? & tamen ad omnia ista necesse fuit silere Dauid. Sic etiam de-

B terminabat Dauid constituere Salomonem Regem post se, hoc non placebat Ioab, Adoniam pro Salomone contra Regis beneplacitum ad regnum euehere conatus est. Vnde ergo tanta licentia? vnde tanta libertas? ex authoritate quidem vnica, & singulari quam ei Dauid super totum dederat exercitum, habens enim omnia in manibus quæ ad bellum pertinebant, nec regni, vt sic dicam, erat dominus Dauid. nec illum castigare poterat, sed necessarium dissimulare vsque ad diem mortis eius. Quid quæso durius? *Ioabi audaciam*, inquit Theodoret. in Gloss. *perpetuo Dauid odio habuit, tolerabat autem, suspectum eum habens, ne quid noui in eum moliretur.*

2. Reg. 18.
54. Cur eum tolerabat.
Theod.

Immo res aliquando eò deuenit, vt nec conqueri possint Principes si aliquid contra illos isti agãt. 2. Reg. 3. num. 8. Abner, cui summam regni dederat Isboseth, magna eum incussit iniuria, ingrediens ad concubinam patris sui, cui nihil aliud dixit Isboseth nisi, *Quare ingressus es ad concubinam patris mei?* Quid mitius? aut quomodo Isboseth illud dissimulare poterat? At quid fecit iste, aut quid non fecit, quid dixit, aut quid non dixit, consule scripturam, & tamen cùm illa diceret tacet inquit textus, *Quod Isboseth non potuit ei respondere quidquam, quia metuebat illum.*

C

3. Reg. c. 3. num. 8.
55. Isboseth quæ tolerauit ab Abner quia omnia ei fidit.

Atquid si hic ab opinione dissentit Principis, & rectum ei non videtur quod princeps mandat & iubet, nunquid executioni mandatum præstabit, aut obediet? etsi tandem obediet, quàm coactè, quàm illibenter, quàm remissè, quàm denique oscitanter? & vltimo quàm diminutè 1. Par. 21. num. 6. populum numerare decernens Dauid, malè sentiebat illud Ioab, vnde dixit, *Quare hoc quærit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli:* at

D cùm sermo Regis magis præualeret, licet obediret, quia tamen ægrè illud tulerat, desijt numerare Tribus Beniamin & Leui, cuius facet addit rationem textus, quia scilicet inuitus mandatum exequeretur Regis. *Leui, & Beniamin non numerauit, eò quod inuitus exequeretur Regis imperium.* Cum Dauid non senserat, contrariæ fuerat opinionis, alteri committere negotium Dauid non poterat, hinc diminutè factum, & imperfectè, & similiter illis eueniet Principibus qui vni se addicunt, vnique omnia sua committunt.

56. Quando vnus est minister quã insolens ad obediendũ regi euadit.
1. Par. 21. 6.

Sed licet hoc inconueniens non eueniret, illud tandem vllo modo excusaretur, quod scilicet, si hic siue morte, siue alio casu deficeret, cùm sit vnus, remanebit Princeps solus, sine socio adiuuante, vnde onus fiet importabile aut si alium exaltet

57. Principes vni omnia addicere non debẽt, ne si iste deficiat soli reperiantur in onere.

hie cùm inexpertus ad negotia reperitur, aut illi vllum erit fulcimentum, aut malè admioistrabit regetque, inconueniens, quod quando cætera non adessent, hoc solum sufficeret vt Princeps vllomodo ad illas se tedigeret angustias, velletque non ab vno, sed à pluribus adiuuari, cùm vnus prorsus insufficiens ad Regem sit subleuandum.

Tacitus.
Hoc erat illud quod ipsemet Tyberius vt expertus consulebat, vt inquit Tacitus lib. 1. Annal. cap. 4. scilicet, *Ne principes ad vnum omnia differrent*: cuius rationem addit, *quia plures facilius munia reipublica, societatis laboribus exequi poterant.* Pondus certè quod ad portandum duos requirit, melius, faciliusque quatuor sustinebunt quàm duo, quid si vnus? cùm verum equidem sit, in dies vires hominis deficere, onus autem semper esse idem, nisi maius dicas, *Homo natus de muliere*, inquit sanctus Iob. 14. num. 1. *breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Considera singula, & perspicies quàm debilis sit homo, quàm exiles eius vires, *natus de muliere.* quid debilius? *repletus miserijs.* ergo quomodo totus poterit esse ad aliena subleuanda? *quasi flos egreditur.* quid delicatius? aër, sol, lux, vmbra, ipsamet dies eum perdunt. *fugit velut vmbra*, quid velocius? & tandem quod caput est, *nunquam in eodem statu permanet.* Nunquam vires sunt eædem, aliæ sunt pueri, aliæ iouenis, aliæ viri, aliæ senis, & tamen verum, quod istis in dies, immò per momenta decrescentibus, onus non decrescit, nisi maius vt dixi in dies fiat, sic postulāte affectu, sic desiderāte appetitu ambitioneq;.

Iob. 14. 1.
58. Homo quā fragilis res.

Res hæc ex se ita clara est, vt probatione non indigeat, ad subleuamen scilicet Regis non vnum sufficere. Sed ne videamur hęc proprio dicere marte, placet ex scripturis etiam illud comprobare: Darius enim summus Imperator, vix Chaldaico potitus Regno, composque illius vix factus, mirū si adiutores, si consiliarios quos sibi asciuit consideres, non ego dicam, sed ipsemet sacer loquatur textus, Dan. 6. n. 1. *Placuit Dario*, inquit, *& constituit super regnum Satrapas centum & viginti, vt essent in toto regno suo.* Quid quæso clarius? At quasi paruus videretur ei talis numerus, & alios tres super eos placuit ei nominare, *Et super eos Principes tres, vt Satrapa illis redderent rationē.* At cur hoc? *vt Rex non sustineret molestiam.* Ad subleuandam ergo Regis molestiam, iste sapientissimus Rex sibi centum adiunxit & viginti socios, & insuper tres alios super eos, qui essent veluti residentiæ iudices, vt sic dicam, hoc enim modo reputās se gubernare posse absq; molestia, sine quo defecturū se sub onere pro certo ęstimabat.

59. Darius quantos sibi asciuit ministros.
Dan. 6. nu. 1.

At si hoc exemplum quasi à non sancto, & à Gentili despicitur, & non admodum applaudet, exeat quidem aliud nō nisi à Spiritu sancto dictāte, exaratum in scripturis: enimuero cuilibet notū esse debet, quàm paruum erat totum Israelis Regnum, quàm stricti eius limites, non attingebant quidem fines moderatissimi alicuius Regni; nam cùm, vt inquit Magallanes in Iosue lib. 2. in Epist. Isagogica sect. 1. n. 4. tractus ipsius Regionis vltra triplum latior esset, quàm vbi longissimus, & in latitudinem discurrens à Septētrione vsque ad Austrum, hoc est à Dan vsque ad Bersabee, non extenderetur amplius quàm per centum sexaginta millia passus, qui ad nostram leucarum reducti mensuram, leucas conficiunt quinquaginta tres, quæ latitudo cùm triplex maior reperiretur longitudine, sequitur vt per longum non amplius se Israeliticum extenderet Regnum quàm per leucas decem & octo; quid breuius? Huius ergo tam exigui Regni licet opulentissimi, tum rerum, tum personarum erat Rex ipse Dauid, Dauid inquam ille sapientissimus, in regnique negotijs strenuissimus, tum bellicis, tum pacificis; Dauid ille qui nec palmus extabat in Israele, quem pes eius non calcauerat; Dauid tandem ille, qui omnes suos subditos agnoscebat, beneque omnes intelligebat. Hic autē Dauid talis & tantus vir, & Princeps, debellatis vndiq; ac subiugatis inimicis, rediens Hierusalem ad pacificè gubernandū, vt inquit historia Reg. 2. 8. sic distribuit negotia, *Faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo.* At quomodo? solus ne an associatus? etsi associatus vno vel pluribus; accipe non virum, sed viros, non vnum, sed plures. *Ioab autē filius Saruin erat super exercitū*, sequitur scriptura, nempe ad belli negotia, *Iosaphad filius Abilud erat à commentarijs*, scilicet secretarius gratiarum, *Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes*, super res nempe Ecclesiasticas, *& Sarias Scriba*, hoc est secretarius litterarum & regni, *Banaïas autē filius Ioiada super Cerethi, & Pheleti.* hoc est præerant criminalibus, & in quātis distribuerat negotia, quæ ad ipsum Dauid solum pertinebant, & quę sub illius cura immediata stabant, præter cōsilia cæterasque congregationes, quæ in singulis habebātur ciuitatibus & in ipsamet Hierusalē, & in quibus singulis, singulæ materiæ distributæ erant, ob hoc equidem sancta Scriptura à Spiritū sancto dictata affirmauit Dauid, *Facere iustitiā & iudicium omni populo suo*, quia pluribus fidebat, quia pluribus negotia commiserat, nullus quippe erat qui iustitiam non acciperet, nullus qui ea careret, nullus qui indicatus remaneret, ob hoc scriptura particulam illam apposuit vniuersalē, scilicet *omni populo*, sufficiebat dicere *populo suo*, si non intendisset dicere, quod nec vnus ex populo remanebat qui iustitiam non acciperet, hoc autem præstare non potuisset, si solus ipse Dauid, si cum vno solo, quia nec vires ei suppeterent, nec tempus, vnde omnia plena lamentis, omniaque essent quætelis.

Magall.
60. Israeliticū regnum quàm angustum.

61. Dauid in quantos distribuit negotia ministros.
2. Reg. 8. 15

Attende ansam quam cepit Absalon, vt populū à Dauid abstraheret, & vt regnum regnicolarumq; corda ab illo diuelleret 2. Reg. 15. 30. *Videntur mihi*, aiebat, *sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat cōstitutus à Rege.* Quomodo hoc poterat dicere, cùm Dauid non tantum vnum, sed sex cōstituerat super regni negotia? At vt Lyra benè adnotat, quādo hoc fecit Absalon, rex Dauid iā senex erat, & senescētibus annis nō ita assiduus in audiēdis esse poterat negotijs, sicut antea, vnde inquit quod illis verbis dicere volebat, *Absalon Rex iā est antiquus, nec potest cōpetenter attendere talibus, & ideo magnū damnū est quod alius habens zelū communitatis nō sit ad hoc cōstitutus.* Quæ ratio ita potens fuit, sicque valida, vt à Dauid auerteret regnū, & ad se omniū attraheret corda. *Venit nuntius ad Dauid dicens, toto corde vniuersus Israel sequitur Absalon.* Et tamen verū, quod inter sex, Dauid negotia diuiserat, & quę ad illum pertinebant solum, non erant nec esse poterant multa, tamē quia se remissior habebat in auscultandis tantum subditis, cū ætas illud ferebat, ansam præbuit rebellioni, ad periculum

2. Reg. 15 36.
Lyra.
62. Regnum eius à Dauid ad Absalonem desciuit.

periculum se regnumque exposuit, & ob hoc solum, simul omnium perdidit voluntates, omniumque vt sic dicam amorem. Vt semel discant principes, & exemplo expergiscantur alieno, non vni omnia committere, quia vt leuent onus sine molestia, conscieotijsque consulant suis, ne grauiter peccent vti grauissimè contrarium facientes, necessarium est pluribus fidere, quia nec vnus Physicè po-
A test, nec moraliter, cùm non omnia possideat talenta, nec si possidere posset, cùm non sufficerent ei vires, etsi sufficerent, esset populo res intolerabilis & ne decipiatur ipse, obque vtilitatem suam ne solus remaneat in regimine, & tádem, si bene gubernare, si iustitiam optime administrare velit, nam vt inquit noster Sapiens, *vbi multitudo est sapientum ibi est sanitas orbis terrarum.*

PARAPHRASIS

CAPITIS VI.

Num. 1. *Melior est sapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis.*

Num. 2. *Audite ergo Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ.*

Vt iacet, &c.

Num. 3. *Præbete aures vos qui continetis multitudinem & placetis vobis in turbis nationum.*

Præbete aures vos qui continetis, seu regitis multitudinem gloriantes, & superbientes in turbis nationum.

Num. 4. *Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur.*

Scitote quoniam à Domino data est potestas iudicandi vobis, & virtus puniendi ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes, seu voluntates, & res volitas scrutabitur.

Num. 5. *Quoniam cùm essetis ministri Regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis.*

Quia cùm essetis ministri Regni illius non rectè iudicastis, accipiendo munera, & personas, nequæ custodistis legem iustitiæ, hoc est neque secundùm legum obseruantias iudicastis, neque secundùm voluntatem Dei & præcepta ambulastis.

Num. 6. *Horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium ijs qui præsunt, fiet.*

Horrendè ob hoc, & repentinè apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum ijs qui præsunt, fiet.

Num. 7. *Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.*

Nam exiguo, & pauperi, cui nulla cura demandata est, misericordia conceditur, potentes autem, & qui rexerunt malè agentes, potenter tormenta patientur.

Num. 8. *Non subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.*

Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, hoc est oon parcet gratia ductus, aut metu, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus, hoc est pariter prouidet de omnibus.

Num. 9. *Fortioribus autem fortior instat cruciatio.*

Nam fortioribus fortior instat inquisitio, ac proinde cruciatio.

Num. 10. *Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei vt discatis sapientiam, & ne excidetis.*

Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & ne excidatis, hoc est ne iacturam faciatis Regni, aut de statu iustitiæ cadatis.

Num. 11. *Qui enim custodierint iusta iustè iustificabuntur, & qui didicerint ista inuenient quid respondeant.*

Intelligere enim debetis, quod qui sanctum sanctè agent, iustificabuntur, & sancti erunt, & qui ista didicerint, & opere complent, inuenient in indicio, quid pro se respondeant, seu pro se reperient Apologiam.

Num. 12. *Concupiscite ergo sermones meos, & diligite illos & habebitis disciplinam.*

Concupiscite ergo sermones meos, & diligite illos, & sic habebitis disciplinam, hoc est, instituetis aptam vitæ rationem ex virtute regulatam.

Num. 13. *Clara est & quæ numquam marcescit sapientia, & facile videtur ab ijs qui diligunt eam, inuenietur ab ijs quiquærunt illam.*

Vt iacet.

Num. 14. *Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.*

Præoccupat qui se concupiscunt, hoc est gratia sua excitante, prius mouet illos ad se concupiscendum, vnde prior se illis ostendit.

Num. 15. *Qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit, assidentem enim foribus suis inueniet.*

Vt iacet.

Num. 16. *Cogitare ergo de illa sensus est consumatus, & qui vigilauerit propter illam cito erit securus.*

Cogitare ergo de illa est prudentiæ perfectio, & qui vigilauerit propter illam, cito, hoc est continuo erit securus, id est sine cura.

Num. 17. *Quoniam dignos se circuit ipsa quærens, & in vijs ostendit se illis hilariter, in omni prouidentia occurrit illis.*

Securus certe, quoniam ipsa non solum se præbet quærentibus, sed circuit quærens se dignos, in omnibus eorum actionibus, & præcipue arduis, hilariter, ac promptè se ostendens, occurrens illis in omni eorum prouidentia, seu cogitatione.

Num. 18. *Initium autem illius, verissima est disciplinæ concupiscentia.*

Cuius acquisitionis initium, est verissima illius concupiscentia.

Num. 19. *Cura ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius, custodia autem legum consumatio incorruptionis est.*

Nam talis concupiscentia, sollicita, & acurata, parit dilectionem dilectio, legum illius custodiam, custodia autem legum certissimam immortalitatis spem, & incorruptionis consumationem.

Num. 20. *Incorruptio autem facit esse proximum Deo.*

Incorruptio autem facit esse proximum Deo, immortalitate scilicet.

Num. 21. *Concupiscentia ergo sapientiæ reducit ad regnum perpetuum.*

Concupiscentia ergo sapientiæ reducit ad regnum perpetuum, hoc est ad perpetuè regnandum in hac vita.

Num. 22. *Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ô Reges populi, diligite sapientiam vt in perpetuum regnetis.*

Vt iacet.

Num. 23. *Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.*

Vt iacet.

Num. 24. *Quid est autem sapientia, aut quemadmodum facta sit referam, & non abscondam vobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non prætereibo veritatem.*

Diligite, nam ego quid sit sapientia, & quemadmodum facta sit referam, & non abscondam à vobis illius sacramenta, & recondita, & incipiam inuestigationem ab initio meæ natiuitatis. & ponam in lucem scientiam illius, & non prætereibo veritatem.

Num. 25. *Neque cum inuidia tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.*

Num. 26. *Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum, & rex sapiens populi stabilimentum.*

Num. 27. *Ergo accipite disciplinam per sermones meos & proderit vobis.*

Vt iacet.

Non erit particeps sapientiæ, ob damnum quod infert mundo, non communicando sapientiam, & ob hoc non faciendo homines sapientes, cùm multitudo sapientium sanitas sit orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT VII.

Capitis Argumentum, & Diuiſio.

POLLICITVS Salomon dicere de ſapientiæ ortu, de modo eam acquirendi, ac de eius natura, attentos iam redditos auditores capitulo præcedenti, in iſto quod promiſerat, aſtruit, præclara dicens de ſapientia, mirisque modis eam extollens, & ne magnitudine illius aliquis oppreſſus forſitan deſperaret, exemplo docet ſuo, quod quamuis homo, ſicut cæteri, tamen benignitate Dei ad ſummum ſapientiæ faſtigium fuit euectus, vnde non eſſe cur aliquis deſperet, cum ſimiliter, ſi ſummis eam votis exquirat, & à Deo petat, ſicut ipſe, illam regnis, ſceptriſque anteponens eam obtinebit, non ſecus ac ipſe. Vnde caput hoc in quatuor diuiditur partes. In prima narrat quomodo, cùm ſit ipſe homo cæteris æqualis, acquiſiuit tamen ſapientiam: iuxta illud, *ſum & ego mortalis, &c.* In ſecunda aſſignat gradus, quibus ad ſapientiam peruenit: iuxta illud, *propter hoc optaui, &c.* In tertia emolumenta ſapientiæ, & dona quæ propter illam ipſi euenerunt, edicit: iuxta illud, *mihi autem dedit, &c.* In quarta demum quid ſit ſapientia multis edocet: iuxta illud, *eſt enim in illa ſpiritus, &c.*

Num. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis omnibus, ex genere terreni illius hominis, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

SVVM proponit exemplum, vt diximus, ad hominem animandum, & ſimul docendum, vt ſicut ille ſapientiam acquiſiuit, ſic etiam ipſe ad eam acquirẽdam, ſe iiſdem gradibus præparet, ac primò vtilitatem propoſuit ſuam, dicens.

1. Mortale hominis proprium epithetum. *Lorinus.*

Sum quidem & ego mortalis homo, &c. familiare hominis epithetum, *Mortale*, immo vt benè adnotat Lorinus ſæpe per *mortale*, tantum ipſe ho- A me intelligitur, adeo mors illi intrinſeca, nam verè puluis & in puluerem reuertetur.

Similis omnibus, id eſt omnibus æqualis, eadem lege moriturus qua omnes.

Ex genere terreni. Græcè, *ex terra prognatus protoplaſto*, id eſt Adamo, epithetum proprium Adami, *primus homo de terra terrenus*, 1. ad Corinth. 15. 47. *qualis terrenus tales & terreni.* Quid ergo ſuperbit Princeps, cùm ab vno, & terreno, ſic ille deſcẽdat, ac viliſſim^9 quilibet? Meritò Petrus Damianus vt apud Baronium tom. 11. pag. 315. Agneti ſcribens Auguſtæ, hunc locum declamans, ſic concludit. *Erubeſcant ergo cordis elata ſupercilia, & qui ſe conſiderat inter ortum, &* B *exitum communi cum cæteris natura lege conſtringi, deſinat de ſublimiori gloria ſingularitate iactari.* Immò ipſi amplius quàm cæteri humiles viuere deberent, cùm non ſolum æqualem introitum, ſed breuiorem etiam exitum ſemper habeant, *Omnis potentatus breuis vita*, inquit Eccleſ. cap. 10. num. 11. Quorum exempla ſi deſideras, lege Hiero. in epitaphio Nepotiani apud me pag. 31. Ioſeph.

1. Cor. 15. 47.

2. Principum vanitas vnde humiliare ſe debẽt. *Pet. Dam.*

3. Principes ſemper habent breuiorem vitæ terminũ. *Ecc. c. 10. num. 11.* *Hieron.*

Genes. 50. num. 23. 3. Reg. 1. 2. Reg. 5. num. 4.

enim minimus inter fratres, omniũ tamen primus obijt, vt patet Gen. 50. n. 23. & de Dauid 3. Re. 1. dicitur quod, *senerat habebasque ætatis plurimosdies*, cùm tamen annum septuagesimũ nondũ explesset, vt patet ex 2. Reg. 5. n. 4. cùm alij inferiores, etsi ad illam perueniunt ætatem, sensibus vigeant. Regum ergo vt cum D. Hier. dicam, talis cõditio est, *feriũtque summos fulgura montes*. Simili ergo cum cæteris introitu ad vitam hanc veniunt, sed breuiori curso eam transeunt, quid ergo superbiunt?

Ambros. 4. Deus solicite hominẽ efformauit.

Qui prior factus est, &c. Amb. ser. 8. in psa. 118. legit, *fictus*. Significat accuratum laborem, ac studiũ quo in homine efformando Deus vsus: pulchrè ipse vbi supra ser. 8. sic inquit. *Deus quidem laboris expers est, sed tamen scriptura verba quid aliud nisi studiosam tui ob gratiam operationem eius ostẽdant?* vnde duo elicit documenta salutaria. *Primum ergo,* inquit, *si Deus te maiori quodam studio creauit, cur ipse tui studium derelinquis? si Deus in te laborauit qui laborare non nouit, cur ipse fugitans sis laboris?*

5. Homo quãta cura sibi & æternæ saluationi ĩtendere debet.

6. Ad Deus conuincendum quo argumento vti debemus in oratione.

Secundum debere nos in oratione vti hoc argumẽto ad Deum placandum, nempe nostri debere misereri, quia nos plasmauit, ad nosque viuificandos laborauit: vnde ipse sic Deo ait: *Opus tuum Domine ne deseras, non derelinquas, authorem te conuenio, & teneo coaditorem: aliena præsidia non quæro in adiumẽtum, accingere, qui accinctus vt creares.* Egregiè.

Castro.

Et in ventre matris figuratus sum, &c. Græcè, *sumptus sum* Multi libri hinc versus sequentis faciunt principium. Castro illud tenet, quia inquit carnis figurationem in vtero fieri decem mensium spatio, at coagulationem sanguinis ex semine, breuiori tẽpore. Vnde ipse sic legit. *Et in ventre matris figuratus sum caro decem mensium tempore.* & deinde. *Et coagulatus sum.* Parum refert siue vno, siue altero modo accipiatur, in idem prorsus omnes reincidũt sensus, ad probandum nempe idem fuisse Salomonis initium, etsi regis, ac cæterorum hominum, licet vilissimorum, vnde & sequitur.

Num. 2. *Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis, & delectamento somni conueniente.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. 1. Natiuitas quę decimũ attingit mẽsem omnibus absoluta.

PErgit Sapiens declarare suam cum cæteris communem natiuitatem, vt ex illa pateat, non plus se habuisse in illa, quàm cæteros homines, sicque ait fuisse in vtero matris decem mẽsiũ spatio, quod inchoatiuè sumendum, & coagulatum ex semine sicut cæteros eodemque delectamẽto, ac reliquos. D

Aristote. Tiraquel. Menoch. Federicus. Bonau. Raban. August. 2. Christ⁹ natus post nouũ mẽsem.

Decem mensium, &c. Quamuis 7. 9. vel 10. mense præter octauum, qui vitalis non est, multi nascãtur, tamen natiuitas quæ decimum attingit mẽsem inchoatiuè ab omnib⁹ præfertur, vt pote totaliter absoluta. Sic Arist. sect. 10. Prob. 41. & 7. de hist. anim. c. 3. & 4. Vide Tiraq. c. de reuoc. donat. *Siquidem* & Menoch. pluribus in locis. Quod etiam argumentum tractat Federicus Bon. de octim. part. Raban vt in Glossa, docet natos decimo mense magis vtiles esse ac perfectiores. Vnde secũdùm Au. li. 83. quæst. q. 56. Christus natus post nouem menses, & sex dies, tanti enim excurrunt ab octauo Kalend. Aprilis, vsque ad octauum Kalend. Ianuarij, quod

A tempus cõficit numerum dierum 276. excludendo diẽ Conceptionis, & Natiuitatis. Eiusdem etiam opinionis est Chrysosto. sermo. de Ioan. Bapt. vide Olkot lectione. 88.

Chrysost. Olkot.

3. Corpora in ventre quo modo coagulantur.

Coagulatus sum in sanguine, &c. Iob 10. n. 10. *nõne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti:* Græcè, *caseasti*. Coagulantur corpora in ventre matris secundum Augustinum hoc modo: Primis sex diebus cõceptio corporis humani habet similitudinem quasi lactis, nouem vero diebus sequentibus conuertitur quasi in sanguinem: duodecim inde solidatur in carnem, & deinde per 18. formatur, & perfectè delineatur corpus humanum: qui dies simul iunctim accepti, nempe 6. 9. 12. & 18. cõficiunt dies 45. quibus vno addito fiunt 46. qui numerus multiplicatus per senarium conficiunt numerum dierum 276. qui distributus in menses, tribuendo B singulis triginta dies conficit numerum nouem mensium & sex dierum quod est tempus perfectissimæ natiuitatis.

Castro. 4. Regum cõceptio cõmunis cum omnibus. Lorinus. Lyra. Isidorus.

Delectamento somni conueniente, &c. Id est delectamento vnà cum somno conueniente vult Castro. Sensus est, se noctu esse formatum, quando homines somno indulgent, in quo tempore solẽt matrimonio cõiuges operam dare. Noua lectio habet, *& voluptate vna cum somno veniente*, vnde benè adnotant Castro, & Lotinus hîc non esse sermonẽ de somno pueri intra matris vterum, vt volebant Lyra, & Isidorus. Planus ergo sensus litteralis est Sapientem loqui de tempore cõceptionis, quã per delectamentum intendit, & ait hanc fuisse in eo quo, & cæteræ conceptiones solent aduenire, nempe noctis, ne plus aliquid accepisse suã æstimaretur, si diuerso tempore facta, vti interdiu, aut quod Prin C cipum natiuitas, seu conceptio proprium, & peculiare haberet tempus, & ideo affirmat non solum illam esse communem in modo, sed etiã in tempore.

HOMILIA CXXX.

Bonitas Dei relucet in eo quod amat, & vult ab homine amari mortali.

S*Vm quidem & ego mortalis homo similis omnibus.* Animat, vt diximus, noster Sapiens quẽlibet ad acquirendam sapientiam, licet sit puluis, & cinis, cùm ipse licet rex summus, cæteris omnibus imperans, nihil aliud erat nisi puluis, nisi cinis, sicut cæteri efformatus ex carne, quæ puluis, & quæ in puluerem reuersura, & tamen cùm puluis & cinis cum sapientia dilexerat diuina, & ipse amator euaserat illius, licet vna infinitæ maiestatis, infinitæ alter vilitatis.

1. Dei summa bonitas ab homine vt diligatur dignari. Bernar.

Qualis ergo est illa Dei bonitas vt licet sit ipse talis, ac tantus, talis, tantæque maiestatis amat, & vult amari ab homine, qui est cinis, & puluis, immò amorem eius expetit, & desiderat. *O mira comparatio*, inquit Bern. serm. 68. in Cant. super illa verba, *Dilectus meus mihi & ego illi: ô mira comparatio inter tam distantia extrema! dilectus Deus est, at nos qui sic sumus, ac si non essemus, quasi nihilũ, & inane reputati, nobis attendit maiestas illa infinita quæ creat, & moderatur vniuersum, insolens verbum, & ego illi, nec minus insolens, dilectus meus mihi.* Optimè quidem, & digne admiratur Bernar. talia scilicet præsumere animam, & ad talem fiduciam deuenire vt dicat, *Dilectus meus mihi, & ego illi,*

2. Corpurum audax in Dei cõuerſatione.

vt ſic Deus erga eam ſe habeat ac ſi ſola eſſet in mundo, & nil amplius intenderet. *O quid audet cor purum*, inquit Bernardus, vbi ſupra, *& conſcientia bona, & fides non ficta, ita ne huic intenta eſt illa Maieſtas cui gubernatio pariter, & adminiſtratio vniuerſitatis incumbit, vt ad ſola transferatur negotia, immo, ocia amoris, & deſiderij huius.* Mirum equidem, & admirandum vt ſic Deus ſuum expetat amorem creaturæ, immo ſic in eam intendat, vt ab anima amante ſibi ſolæ intendere videatur.

3. Deus ita ardenter amat animã vt hæc putet ſola ab illo amari.

Bernar.

Attende quæ dico, talis eſt Dei cum anima intentio, talis familiaritas, talis aſſiduitas verbi, vt hæc ex tali præſumat aſſiſtentia, ſic ſibi ſoli Deum vacare, vt de nullo alio ipſi ſit cura quàm de ſe, nam ſicut amor in patria Dei clarè viſi, ita feruens eſt, ita intenſus, tum ex parte animæ, tum ex parte Dei amãtis, & amati, vt faciat vnum mirum, ſed verum, vt inquit Bern. ſerm. 69. in Cant. nempe quod anima ita ſe amari putet, vt quaſi ſola ametur, & videatur, vt ſupra nos etiam alio propoſitò diximus, ex eod. Bern. cuius verba ſunt; *Vnum dico ſpiritualibus, mirum quidem, ſed verum, animam Deum vidẽtem, haud ſecus videre quàm ſi ſola videatur, ea ergo fiducia dicis illum intendere ſibi, ſeque illi, nihil præter ſe, & illum videns.* Sic pari modo hîc licèt anima Deum non videat, ſed amet, ad talem ſtatum deuenit, vt ſola putet amari à tanto Deo, tantoque Domino, vnde audet, & dicit, dilectus meus mihi, & ego illi, totus meus, quia ego tota ſua, quid mirabilius?

4. Salomonis admiratio de Dei inhabitatione inter homines expenditur.

3. Reg. 8. num. 27.

Enimuerò Salomon cùm domum Domini compleſſet, quæ auro, argentoque tota erat conſtructa, tamen nebulam domum illam perſpiciens implentem, exclamauit, & dixit. *Ergone putandum eſt quod vere Deus habitet ſuper terram? ſi enim cœlum, & cœli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui?* 3. Reg. 8. n. 27. Tantã enim maieſtatem in illo templo habitare, licet eſſet tale, ac tantum, vt maius quid ſuper terram excogitari non poſſet, nefas duxerit Salomon illud æſtimare, & ne aliquis deciperetur, ductus ex magnitudine ſtructuræ, diuitiarumque copia, quã illic cernebat, dixit, vt inquit Lyra, verba ſupradicta: *Ad hoc vt intelligerent domum illã non eſſe ædificatã vt ibi habitaret ſicut homo, ſed vt preces ibi factæ eſſent magis exaudibiles, quã alibi propter exercitium cultus diuini.* Et tamen templum erat magnificum argento, auroque, gẽmiſque compactum: quo nonobſtante exclamauit, Ergone? Quid ergo diceret ſi nec ſolũ habitantem cerneret, ſed diligentem, ſed amantem, ſed ob amorem depereũtem, ob amorem, inquam, depereuntem, non templi magnifici, non auro, aut gemmis contexti, & ornati, ſed deſtructi, ſed demoliti, ſed confracti, ſed turpis, ſed tandem peccatoris, & hominis puluis, & cinis.

Lyra.

5. Salomon quo ſenſu dixit Deum in templo inhabitare.

6. Deus hominis vnius plus quam totius orbis, eſſe gloriatur.

Geneſ. 26. num. 24.

Quem puluerem, quem cinerem ſic amat, ſic diligit, vt licet conditor, Deusque vniuerſi ſit orbis, omniaque quæ in cœlis quæque in terris poſſideat, ſic de hoc puluere gloriatur, vt quaſi cætera nõ reputans, quod ille ſit huius ſe prædicat, & extollit Gen. 26. n. 24. De odio, inuidia, eiectioneque Abimelech, & de calumnia iniuſtitiaque Paſtorũ Geraris animæquiorem facere Iſaac geſtiẽs ſic ei affatur. *Ego ſum Deus Abrahã patris tui, noli timere.* Mirũ cur non Deus orbis non Deus cœli, non Deus exercituum, quibus profectò nominibus potentia eius declaratur, qua tunc Iſaac cõtra inuidos, potẽteſque indigebat, ſed tãtum Deus Abraham dixit, an quia nominando ſe Deum Abrahami, ſimul & quæ pro illo fecerat recolebat, ab omnibus illũ eripiẽs anguſtijs, ſimulque infinitam erga Abrahamum caritatẽ oſtẽtans, dũ non tantũ de poſſeſſione totius gloriabatur orbis, quantum de vno Abrahamo, quem ipſe ſuum effecerat, beneficijſque deuinxerat. *Cõſidera*, inquit Chry. ho. 52. in Gen. *Dei celſitudinẽ, vt Iſaac refocillet ac fidentiorem faciat, apparet ei, & dicit. Ego ſum Deus patris tui Abrahã, qui patrẽ tuũ glorificaui, & peregrinum & aduenã illuſtriorẽ omnibus incolis effeci, ego ſum, ne igitur timeas, ne te iſtud perturbet, & mirum videatur, quod ab Abimelech ſis expulſus, quod à paſtoribus ſis iniuria affectus; multa tulis & pater tuus pertulit, & inde glorioſior eſt effectus.* Quibus dictis ſummam erga Abrahamũ Dei caritatem conſiderans ſic ait. *Conſidera miſericordiã Dei, nã cùm dixiſſet, Ego ſum Deus Abrahã patris tui, oſtẽdit quomodo ſibi vindicauerit, & proprium fecerit Patriarchã: ita vt dignatus ſit ſe vocare Deum Abrahã, & dominus orbis, & conditor, vnius hominis Deum ſe dicens non concludit, & abreuiat cum patriarcha appellatione ſuũ dominiũ, ſed magnam in illum ſuam beneuolentiã monſtrat, ita inquit eum mihi feci propriũ, vt apud me reputetur tanti quanti alij omnes.* Nil melius. Tãtum vnũ Deus ſolum Abrahamum, qui puluis, qui cinis, reputabat, quantum & alios omnes, non equidem ſolum homines, ſed Angelos, ſic noſtrum Deus æſtimat puluerem ſic noſtrum cinerem, vt particularis Deus dicatur illius immo ſic de illo curat, vt quaſi de ſe ſuique cultus oblitus, nihil aliud cogitare videatur quàm de iſto puluere, vnde prius vult ſuper terram hũc, quàm ſe, accommodare. Hoc equidem innuunt illa verba Salomonis vbi ſupra quando dixit. *Benedictus Dominus Deus Iſrael qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meum dicens, A die qua eduxi populum meum Iſrael de Ægypto, non elegi ciuitatẽ de Tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomen meum ibi.* adnoto verbum, *non elegi ciuitatem vt ædificaretur domus.* Ergo nil Deus ex toto illo quod cõtulerit regnum, pro ſe petijt, quaſi de ſe nihil curans, totus in prouidendo Dauid eiuſque domum poſitus, & diſtractus, vnde appoſitè ad hoc, ſubdens Salomon inquit, *ſed elegit Dauid vt eſſet ſuper populum meũ Iſrael*, nota verbum, *elegi*, non elegit domum pro ſe, ſed elegit Dauid, hoc eſt prius curauit vt Dauid eſſet rex, prius, quæ Dauid erant, ordinauit, poſtea ſua exquiſiuit. Vnde ergo tantus amor? vnde homini miſero tanta benignitas? vnde tanta tamque profuſa dilectio?

Chryſoſt.

7. Deus prius de hominis curat quàm de ſua commoditate.

1. Reg. 24.

8. Abigail humilitas expenditur.

Mittens autem Dauid nuntios ad Abigail 1. Reg. 24. vt eſſet ei vxor, ſic reſpondit: *Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorũ domini mei.* & tamen Abigail diues valde, nobiliſſima, & quæ vxor magni fuerat viri, & tunc Dauid non niſi pauper & extorris, ab omnibus inſecutus, & calumniatus, cum ſpe tantum regni, & tamen ex hoc ſolo, ſic illum hæc æſtimauit mulier, vt indignam ſe nomine reputans ſponſæ, dicat ſe famulam, & ancillam, & inſuper dignam non amplius quàm ad pedes lauandum ſeruorum. Quod ſi hoc hæc talis ac tanta mulier ad Dauid qui tantum in ſpe rex, quid ergo quis dicere debet quãdo videt ſummum illum Regum Regem eligentem hominem puluerem, & cinerem, ad talem, tantumque honoris gradum, vt velit ab ipſo amari, & ipſum amare, non ſecus ac ſponſus ſponſam, immo ſibi eius ſpõſare animam, qualis eſt hic amor? qualis eſt hæc Dei benignitas? qualis eſt hæc bonitas? quæ ſic ad amandum hominem impellit, vt licet ex ſe nihil ſit, immò licet ex ſe

nil aliud ſit niſi tenebræ, & vt ſic dicam, inane vacuumque quid, tamen abyſſus ille omnis eſſe, omniſque boni fons, in illum fertur, circum illum ſe agitat, volitat, expandit, & ducit.

8. Bonitas Dei in hominũ amore quãta.

Auguſt.

Hoc admirabile conſiderauit, & accuratiſſimè adnotauit Auguſt. lib. 1. de Gen. ad literam ſuper illa verba, *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Adnotauit enim quod priuſquam Moyſes hæc verba diceret, dixerat quòd terra erat inanis, & vacua, & quòd tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi. *Prius dixerat Moyſes, terra erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, & ſtatim addit, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* In quo myſterium cognouit magnum, amorem ſcilicet, ac ſuperabundantem illam Dei charitatem, quæ nonobſtante quòd talis tunc eſſet creatura, ita inanis, ita vacua, ita tenebris obruta, & tota fœda, ſpiritus tamen eius, hoc eſt amor eius ferebatur ſuper illam, ne quis vnquam crederet aliud ad amandum Deum impuliſſe, quam ſuperabundantem eius bonitatem, beneficentiamque. *Quoniam cùm commemoraretur in perfecta creatura ſpiritus Dei,* inquit Auguſtin. *in quo eius ſancta beneuolentia, dilectioque intelligitur, ſuperferri dictus eſt, ne faciendo opera ſua per indigentiæ neceſſitatem, priuſquam per abundantiam beneficentiæ Deus amare putaretur.* Egregiè quidem. Quid fœdius, quid quæſo, miſerabilius excogitari poteſt quàm mundus in illo ſtatu, totus tenebræ, totus chaos, totus materia informis, totus abyſſus. Conſidera quæſo hoc & horrebis; & tamen tanta Dei erat benignitas, vt amor, eiuſque ſpiritus ſuper talem ferretur fœditatem, talemque enormitatem, ſic ſic eſt anima peccatrix, ſic ſic eſt homo peccator, chaos, abyſſus, totus tenebroſus & miſer, inanis, & vacuus, immò nihil, tale enim nomen in Scripturis ſortitur peccator iuxta illud Eſther 14. num. 11. *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt,* id eſt peccatoribus, & tamen cùm hoc ita ſit, & talis ſit homo, ſpiritus Dei fertur ſuper illum, amor Dei exquirit illum, totus Deus eſt in illo, vultque illum & ab illo amari expetit.

9. Amoris Dei erga homines motiuũ eius bonitas.

Auguſt.

10. Homo peccator abyſſus & tenebræ.

Eſth. 14. 11.

Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, inquit Ioan. Bapt. Ioan. 3. num. 29. loquens de Chriſto, qui ſponſus erat Eccleſiæ, de Chriſto qui erat Deus. At videamus quomodo quæſiuit ſibi hanc ſponſam? quando eam amauit? quando dilexit? quando amorem eius expetiuit? *Tranſiens per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo, vbera tua intumuerant, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confuſione plena, & tranſiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium.* Ezech. 16. num. 8. O mirum! ô admirabile! quis tale crederet? quis diceret tempus eſſe amantium, perſpiciens mulierem in ſanguine conculcari, tumida, & piloſa, nuda, & confuſa, quis hanc fœdam, & ſtomachoſam, obiectum diceret amoris & amantis? cuius oculus attraheret, cuius cor amore ſauciaret? cuius voluntatem caperet? nullius equidem niſi Dei, cuius tanta bonitas, vt talem ſic fœdam, ſic deturpatam, ſic maculoſam, ſic derelictam, ſic abominabilem in ſponſam ſibi eligat & velit, *Et expandi amictum meum,* inquit, *ſuper te & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi.* Mirum, ſed verum, mirum, ſed veriſſimum, quod talis in ſponſam euaſerit ſummi, & Altiſſimi illius. Quis quæſo crederet quod talem, ac tam fœdam ſponſam quæreret ſibi ſponſus Deus? talem quippè duxit in ſponſam, ſuper talem expandit amictum ſuum, pallium ſuum, miſericordiam nempè, benignitatemque ſuam, immò & iurauit illi in ſponſam ſe ducturum, & ne timeret, fecit cum illa pactiones, firmauit capitula, promiſit mira, & tandem facta eſt ſua. ex quo lætus ipſe veluti tripudians inquit, *Et facta eſt mihi.* Quæ eſt hæc miſericordia? qualis eſt hic amor? qualis hæc benignitas? hæc equidem eſt illa caritas de qua inquit Apoſtolus, quòd ſuperat omnem ſcientiam, omnemque intellectum, amare ſcilicet Deũ tales. velle enim amari à talibus, immò in talibus quieſcere, quod egregiè adnotauit Ambroſ. in illud Geneſ. 2. *Nempe requieuit Dominus ab omni opere quod patrarat,* vbi cap. vltimo lib. 6. Exam. ſic inquit. *Gratias ago Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi opus fecit, in quo requieſceret, fecit cœlum, & non lego quod requieuerit, fecit Solem, Lunam & Stellas, nec ibi lego quod requieuerit, ſed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit.* Et cur requieuit? forſitan ob præſtantiam, ob decorem, ob pulchritudinem quam in homine perſpiciebat. Nil minus, inquit Ambroſius, ſed requieuit, *habens cui peccata dimitteret.* immò, & pro quo effundere ſanguinem poterat, *Aut fortè, tunc iam Dominicæ paſſionis præceſſit myſterium,* ſequitur, *quo reuelatum eſt quia requieſcet Chriſtus in homine, qui requiem ſibi prædeſtinabat in corpore, pro hominis redemptione.* Pulchrè, requiem ſibi Deus prædeſtinabat in corpore Chriſti, non equidem tantum pro illo, quod in Chriſto habebat, nempè pro theſauris illis in diuino illo reconditis homine, quantum pro hominis redemptione, pro ſanguinis effuſione, pro peccatorum condonatione, itaque requiem ſuam dixit mortem pro homine ſuam. Vnde rectè dixit Tertull. lib. de Reſurrectione carn. cap. 6. hominem creans Deus ex limo, in faciemque eius ſpirans, non tantum limum illum opus fuiſſe Dei, quantum pignus Chriſti futuri, & inſpirationem non tantum animæ infuſionem, quantum vitæ animæque ſuæ expoſitionem ob redemptionem formati hominis. *Recogita,* inquit Tertull. *totum illis Deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & ipſa in primis affectione qua lineamenta ducebat, quodcumque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus, quod & limus, & caro, limus ille iam tunc imaginem induens Chriſti futuri in carne, non tantum Dei opus erat, ſed & pignus. Inſuper etiam videmus quod dum veluti pater ex præcordijs animam in faciem plaſmati hominis inſpirat, iam tunc quodammodo pollicebatur, ſe vitam & animam expoſiturum pro ſecunda creatione, & generatione filiorum, quos coram ſemen longæuum videret, & ideo fortaſſe hominem de luto produxit, fragilemque naturam conceſſit, vt inde videretur quodammodo obligari ad ipſum reparandum, & reficiendum ſi cecidiſſet.* Nil melius: requieuit Deus in homine, quia vt inquit Ambroſ. moriturus erat pro homine, & requieuit in eius creatione, licet præuideret eius caſum, eiuſque deformitatem, quia redempturus erat illum: & ne hoc in dubium verteretur, ex limo illum efformauit, qui ſimul eſſet pignus futuræ redemptionis, futuræque refectionis, vt inquit Tertullian. Ergo indignos amauit, pro indignis deperiit, pro indignis ſpopondit, in iſtis requieuit, qualis eſt hæc Dei caritas? qualis hic amor? vt tales Deus quærat, tales ſitiat.

Ezech. 16. nu. 8.

11. Deus quando animam in ſponſam eligit, in quo ſtatu eã reperit.

12. Charitas Dei in quo maximè elucet.

Ambroſ.

13. Deus in quo requieſcit.

14. Deus requieſcit dũ pro homine ſanguinẽ fundit.

15. Spiritus Dei in faciem hominis ſpiratus, pignus extitit Chriſti, eiuſque ſanguinis effuſionis.

Tertull.

16. Deus hominem de luto creauit, vt ad illum reparandum ſe obligaret, ſi frãgeretur.

Immò tam ardenter, vt quod mirum, quod admirabile reperitur, ſit, vt etſi ipſum fugiant, ipſum

17. Deus homines à ſe fu-

repellant, sic à se eijciant, plus sitiat, plus amet, plus prosequatur, quod erat illud admirabile ab Augustino adnotatum, super illa verba, Psalm. 61. num. 5. scilicet, *pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: Honorem meum*, inquit Augusti. *cogitauerunt repellere, retribuebant mala pro bonis, illi interficiebant, illi repellebant, & ego eos sitiebam, illi honorem meum cogitauerunt repellere, ego eos in corpus meum sitiebam traijcere.* Videas hoc quippè quotidie, immò quis est qui talem Dei bonitatem, talemque Dei amorem non sit expertus: tu fugisti Deum, & Deus te insequutus est, quoties hoc tibi euenit! quoties ingratus eum aspernatus tergum monenti clamantique ostendisti, & noluisti retrospicere, & tamen Deus plus sitiuit, & semper te fugientem prosequutus & insequutus est, vt te liberaret, vt intra se te impium, ingratumque absconderet. Impium Deus sitit, & impium bibit, & impium fugientem procurat modis omnibus acquirere.

gientes prosequitur, & eo quo fugiūt plus insequitur.

August. Ps. 61. n. 5.

Ose. 2. n. 5.

B Nonne erat impia, & fugitiua anima illa quæ dicebat Oseæ 2. num. 5. *Vadam post amatores meos qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum & potum meum.* En ingrata, & immemor Dei, frumentum quod ipse illi dederat, Dei oleum, Dei argentum, & aurum appellat frumentum, & oleum amatorum suorum, & illis offert ea, non verò Deo suo, *Et hæc nesciuit*, inquit Deus, *quod ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal.* Quod tamen ipsa negans, & mundi ea esse affirmans, & Diaboli, post illos, inquit, quod vult abire & non post Deum, eo quod isti illa ea sibi tradunt & non Deus. *Vadam*, ait, *post amatores meos*, Deum fugiens, inimicos Dei insequens, quid ergo ad hæc Deus, nunquid ab hac

C fugit, etiam si ipsa illum fugiat, an potius modos inuenit quomodo apprehendat illam, & ad se conuertat, & attrahat, quia quo plus hæc eum fugit, plus ipse eam desiderat, plus eam sitit, *propter hoc*, inquit (nota causalem) quid, *propter hoc*, nisi ob hoc quia me fugis, quia me abhorres, quia me spernis, quia post amatores tuos vadis, *Propter hoc sapiam viam tuam spinis, & sapiam eam maceria, & semitas tuas nō inueniet.* Pulchrè. Spinis, & macerie vult viam sæpire, non quidem vt eam pungat, non vt mali quid illi inferat, non vt eam castiget, & puniat, sed vt ad se attrahat, & illam, vt sic dicam, bibat, & ebibat, *Et sequetur amatores*, inquit, *suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet, vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* En cur

D sæpiuit spinis, en cur vndique conclusit eam, en cur demolitus est, vt ad se attraheret, & ipse venientem amplecteretur, & ad præcordia sua, vt inquit August. eam immitteret.

18. Deus labores immittit, non vt dolorem causent, sed vt homines ad se attrahat & ebibat.

Quod pulchrè etiam adnotauit idem Sanctus, vbi suprà, in facto illo Moysis, quando nempè confregit vitulum, redegit in puluerem, sparsit in aquam, deditque eum populo bibere, Exod. 32. num. 20. In quo facto illud agnouit mysterium, nempè Deum quando hominem punit, & flagellat, non ideo illud agere vt puniat, vt flagellet, vt ad nihilum redigat, sed potius vt ad se illum attrahat immò ebibat: *Capus vituli*, inquit, *quid aliud significat nisi corpus impiorum in similitudinem vituli comedentis fœnum, & terrena quærentium? hoc iratus Moyses in ignem misit, comminuit, in aqua sparsit, bibendo populo dedit, & ita Prophetæ administratio facta est prophetia.* Quæ prophetia? qualis? quid per hoc?

Idem August.

Exod. 32. num. 20.

19. Moysis factum in cōfractione, & epotatione vituli fuit prophetia.

A quid? inquit Augustin. illud quod quotidie videmus, Deum nempè peccatorem conterere, & affligere, in puluerem redigere, non vt spargat, sed vt ipsum ebibat, & intra cor reponat. *Bibendo enim*, inquit, *quid facimus nisi humorem foras positum in membra mittimus, & in corpus ducimus nostrum, sic Deus sitit peccatorem vt ebibat illum, & intra cor suum reponat, redigit in puluerem, spargit in aqua contritionis. Et hac est sitis Dei, hæc sitis Christi, ex qua sitit, & currit in siti, multos enim bibit, sed nunquam erit sine siti, inde est enim sitio.* O infinita Dei bonitas! quæ sic expetit peccatricem animam ipsum fugientem, & non amantem, vt eam sitiat, & quo cum fugit magis sitiat, & sitiendo comminuat, non animo comminuendi, in ignem mittit non animo adurendi, sed animo ebibendi & intra cor suum reponendi. Quid mirabilius? qualis est hic amor Dei nostri erga creaturam suam tam fœdam, & lubricam, cùm sit ipse Deus summæ, indicibilisque maiestatis? *Samaritana illa*, sequitur Augusti-

20. Christi sitis in cruce, quæ.

B nus, *ad puteum sitientem Dominum sensit, & à sitiente satiata est, sensit prior illa sitientem, vt biberet ille credentem, prior ergo Iesus sitiuit, prior sedit, fatigatus ex itinere sic suprà fontem, quam Samaritana veniret.* Venit hæc, at qualis erat hæc aqua? quàm turbida? quàm fœda? quàm putrida? vtpotè mulier quæ septem viros habuit, & quem tunc habebat non erat suus, peccatrix erat & fœtida, & tamen hanc aquam sitiuit Dominus, & postulauit ea ea bibere, *Mulier, da mihi bibere.* O quàm grandis, quàm propemodum infinita Dei est sitis! nam cum sit talis hæc aqua sic maculata, sic fœda, sic turpis, sic malè olens, eam tamen sitit, & vult eam bibere. Non equidem sine causa dicitur quod erat Ie-

August. ibidem.

21. Samarit. satiata ex Christi siti.

22. Sitis Dei animarum quā grandis.

C sus, *fatigatus*; nam fatigati, & sitibundi sunt qui quamlibet aquam bibunt. Fœtidam aquam corruptamque ebibens Artaxerxes sitibundus, & prælio lassus, percontatus à Satibarzane Eunucho à quo eam acceperat, *Si non plurimum illius potu molestiam sensisset: respondit Deos testatus*, inquit Plutarchus in eius vita, *nunquam se ita suauiter vel vinum bibisse, vel aquam lenissimam, atque purissimam.* Sic Christus, quia fatigatus est prælio, non equidem alio nisi amoris, bibere vult, quia vehementer sitit, & quia si speciosam aquam requireret nunquam biberet, vnde & siti periret, hinc aquam quam inuenit ea sitis vehementia bibit, licet fœtida, licet sit putrida, ac corrupta.

23. Artaxerxes fœtidam bibens aquam præ siti eius non sensit fœtorem.

Plutarch.

Hinc equidem intelligo quid sibi voluit pius Bernard. in sermone Sancti Ioan. Bapt. dum in-

24. Deus non quærit spōsam pulchram, licet eam velit.

D quit: *Licet Deus velit gloriosam sponsam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, non tamen quærit talem.* Mirum dictum, vult sponsam sine macula, & non quærit talem. Quid dicis, Bernarde? res inusitata est hæc nunquam audita, si vult speciosam, & gloriosam, quærat talem, nam si talem non quæret non inueniet, nisi fœdā: sic est, respondit Bernard. *Nam si speciosam quæreret, vbi enim illam inueniret?* nullibi, ac propterea quærit fœdam, amat turpem, vt speciosam postea ipse faciat, quia, *talem potius ipse facit*, inquit Bernard. Turpem ergo amat vt pulchram faciat; pauperem, vt diuitem, fœdam vt speciosam, causa talis existens amoris, sola eius bonitas, eiusque sola misericordia, quæ facit, vt talem Deus quærat, cum hac se iungere desideret, cum hac nuptias contrahere etsi fœda, etsi turpis.

Bernar.

Pulchrè D. Gaudentius Brixiensis Episcopus, ser. 8. in illud Ioan. 2. *Nuptiæ factæ sunt.* obseruat, non

D. Gaud.

simpliciter Euangelistam dixisse, *Tertia die nuptiæ factæ sunt*, sed dictionem copulatiuam apposuisse

25. Deus cum genere humano tres contraxit nuptias.

dicens, *& die tertia nuptiæ factæ sunt.* Quod mysticè ipse interpretans, supponensque primas Deum contraxisse nuptias cum Adamo, secundas cum Israelitico populo, tertias tandem inquit fuisse cum fœda, horribili ac superba Gentilitate, cuius figura erant ipsæmet nuptiæ, quę, vt ipse inquit, magis inter gentes fiebant, quàm inter Iudæos, cùm ibi esset Mater Iesu, quam, secundum maternam genealogiam, ex gente constat esse Moabitarum, *Et die*

26. Christus in Cana Galilææ nupt. contraxit cum Gentilitate.

tertia, inquit, *nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi, vbi? vtique apud Gentes, nam beatam Mariam constat de gente Moabitarum ex matre traxisse originem.* Ob quod admiratur ad tales nuptias vocatum esse Iesum, vocatum esse Deum *Magnum*, inquit, *mysterium pietatis, ipse qui sponsus est inuitatur, inuitatur autem vocibus Prophetarum.* Cuius admirationis ratio eam assignat, quia non ad pulchram, non ad diuitem,

27. Duxit fœdam vt pulchram faceret.

non ad nobilem inuitatur, sed ad fœdam, ad pauperem, ad ignobilem, vt scilicet *horreatis idololatriæ spinas deserens*, vt suprà ipse dixerat *& stabula immanium ferarum, dæmonum quippè cubilia derelinquens, ad Omnipotentis Dei cultum properet, eiusque complectatur fidem, qui eam diuini amoris gratia sponsam vocare dignatur.* Fœdam ergo amauit, turpem dilexit, immò in carne apparens illicò cum turpi nuptias tractauit. Vnde hoc? nisi

Bernar.

quia, vt inquit Bernard. *Si speciosam requireret, vnde inueniret?* Quod cùm sit nemo desperet amari, nemo trepidet illam summam, indicibilemque Dei amare maiestatem, cùm, sicut inquit noster Sapiens, licet ipse esset mortalis homo, eam tamen acquisiuit. vnde ob hoc ait. *Sum & ego*, &c.

Num. 3. *Et ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similis omnibus emisi plorans.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

ENumerat Sapiens alia, quæ etiam cum cæteris habet communia, respirationem nempè aeris, eandem terram, vagitum, & ploratum, quæ omnino demonstrant naturæ humanæ miseriam, pertenuemque conditionem.

Et in similiter factam decidi terram. Id est similiter patibilem, aut similiter affectam, similibus obnoxiam passionibus, communibus præditam molestiis, quas viuentes, hominesque perferunt. Opti-

Castro.

mè Castro, terram hîc accipi pro vita huius mundi quæ super terram transigitur, omnibus subdita molestiis, ac inclementiis: vnde tantum est dicere, *in similiter factam decidi terram*, quantum ad vitam deueni omnibus subiectam infortuniis, quibus non solum quilibet subiectus est homo, sed quodlibet

1. Antiquorum mos in infantis natiuitate.

etiam animal. vnde licet sim Rex, Regisque filius, nil peculiare habui, nil à cæteris dissimile, communem aërem, communem terram.

Varro 1. ling. Lat.

Varro 1. de ling. Lat. affirmat antiquitus morem fuisse, natum infantem in terram nudum sternere, ac *Deam Opem*, quam terram faciebant, implorare. Cuius consuetudinis etiam meminit Augustin.

2. Dea Opis, quæ.

August. de Ciu. c. 10.

4. de Ciuitate cap. 10. vnde ob hoc nascentes dicebantur absolutè cadere. Vt verò educarentur excipiebantur, & attollebantur, vnde *Leuanam Deam*, appellabant, quæ pueris de terra leuandis præesset,

3. Dea Leuana, quæ & Statina.

& *Statinam*, cui debebatur constitutio infantis super terrã. Debiles certe, ac flaccidi, vt sic dicam, Dij, cùm non vnus sufficiens ad tres tantum hominis actiones, sed tres essent necessarij & miseri tunc

4. Dij gentiũ flaccidi.

homines, qui cùm veri Dei cognitione carerent, sentiebant quippè deffectum, causamque seu eius

5. Deorum multiplicatio, vnde.

principium nescientes, opitulationem infelices requirebant, vnde & Deos multiplicabant ipsique fructu. Quantum ergo beneficij pondus super nos posuit Deus noster, quando cognitionem ipsius

6. Cognitio veri Dei infinitum Dei beneficium.

animis indidit, impressitque nostris. Merito ergo exclamat Augustin. in lib. Soliloq. tom. 9. hanc Dei ponderans cognitionem. *Dij qui non fecerunt cælum, & terram, pereant de cælo, & terra, qui creauit cælum, & terram, cæli, & terra benedicant.*

August.

Arist.

Et primam vocem emisi plorans, &c. alij, *edidi flens*, principium imbecillitatis, & prognosticum

7. Pueri ante 40. diem lachrimas non emittunt, sed vagitum.

infortunij. Adnotandum ex Arist. 7. de histor. animal. cap. 10. pueros ante quadragesimum diem lachrimas non emittere, sed vagitum. Vnde quod dicit Salomon non de lachrimis. sed de vagitu intelligendum, quem vagitum edidit etiam Christus Dominus noster, vnde ei canit Ecclesia.

8. Ploratum ex peccato, ortum.

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia.

Plin.

Obseruant omnes enarratores, ploratum ortum ex peccato, vnde canunt.

9. Hominis miseria ex ortu.

Omnis masculus, A, nascens: E, fœmina profert,
A, dat Adam genitor, E, dedit Eua prior.

Plin. lib. 7. in proœm. eleganter deplorat hunc infantis vagitum. *Hominem tantum nudum*, ait, *& in*

10. Plorat, quia natus.

nuda humo natali die abijcit natura, ad vagitus statim, & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lachrimas, & has protinus vitæ principio. Itaque feliciter natus, iacet manibus, pedibusque deuinctus, flens animal cæteris imperaturum, & à supplicijs auspicatur, vnam tantã ob culpam, quia natum est.

Tiraquel. de nobilit. c. 31. n. 503

11. Gentilium aliquorum mos puerũ lamentari nascentem.

Ob hoc vt ait Tiraquel. de Nobilit. cap. 31. n. 503. Franci, Thraces, Cansiani, Gandenses natum puerum lamentabantur, morientem lætitiã prosequebantur.

12. Vaticanus Deus, vnde dictus.

Gentiles quoque more suo cùm cuilibet primæ pueri actioni Deum vnum ascriberent, *Vaticanum Deum*, primę oris pueri apertioni destinabant, vt apud Gellium lib. 16. cap. 17. à vagitu infantis sic

Gellius.

13. Vicarius Petri cur in Vaticano sedet.

dictus. Vnde merito sancta sedes illic suam constituit & habet, à qua est omnis oris apertio: nam cùm secundùm Chrysost. *Petrus sit Apostolorum os*, merito eius Vicarius in illo loco constituitur vbi antiquitus Deus oris constituebatur.

14. Petrus Apostolorũ os.

Num. 4. *In inuolumentis nutritus sum, & magnis curis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

POst natiuitatem cum cæteris communem, describit etiam communem educationem, asserendo ipsum, etsi regem, tamen & inuolumentis eguisse, ne imbelle, fragiléque corpusculum in ter-

1. Infantiæ misera cōditio.

ram decideret,&similiter magnis curis, tum maternis,tum paternis ne periret. Misera infantia quæ tantis indiget. Vnde meritò Augustin.21. de Ciuit. cap.14. *Quis non exhorreat,inquit, & mori eligat, si ei proponatur, aut mors perpetienda, aut rursus infantia.* Et alter senex, *Nolo mihi compati*,ait, quod sim senex,*sed compatere quod iuuenis fui.*

August.

2. Compatiē dum senescenō, quia fuit infans.

In inuolumentis,&c. id est in pannis, seu fasciis inuolutus & astrictus.

Num. 5. *Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium.*

Conclusio vniuersalis ex dictis,sensusque patet.

HOMILIA CXXXI.

Vitæ humanæ misera conditio.

PRimam vocem, inqoit noster Sapiens, quòd *emisit plorans*,licet esset Rex ,Princepsque magnus.Sic omnes primã vocẽ emittũt plorãtes,præsentes enim lachrymantur miserias, futurasque præsagientes,miseram simul, ærumnosamque huius conditionem vitæ contristantur, & dolent. *Mentior*,inquit Tertullian. lib. de anima, cap.19.

Tertull.

1. Puer nascens plorat futura præsagiens infortunia.

si non statim infans, vt vitam vagitu salutauit,hoc ipsum se testatur sensisse, atque intellexisse quod natus est. Cur flet,qood natus est? *quia*,respondet, *de prospectu lachrymabilis vitæ omnium incommodorum cumulum, quidam vocem illam flebilem interpretantur.* Immò mala ipsa aogurantur, *Infans non à risu*,inquit Augustinus lib.21. de Ciuit. *sed à fletu*

August.

orditur hanc lucem,quia quid malorum ingressus sit nesciens prophetat quodammode. Vnde tanquam

2. Zoroastes Rex risit quando natus.

monstrum,& portentum quoddam,refert Zoroastem Bactrianorum Regem quando natum risisse, sed infausto omine,à Nino enim Assyriorum Rege bello victus,tandem è regno expulsus,vnde eius risus non ex lætitia,sed ex magno ei prouenit dolo-

3. Risus aliquando ex dolore, & cur.

re,cùm verum sit,dum magna,& dura nobis superueniunt,aut magna ira perfundimur, ridere solemus: cuius rationem assignat acutè Dan. Barb.3.

Dan.Bar.

Reth.cap.12.dum dixit, quod *risus, maximarum rerum sapè momenta quis versans,tristes soluit affectiones,animum ab intentione,à labore, à satietate, ad interspirationem,& quietem tradacens.* Oppressa namque natura ab imaginatione, & apprehensione tristium,ex se nullo iuuante releuamen procurat,& interspirationem, & sic licet grauatissima ridet non qoidem ab hilari,sed à tristi causa. Talem ergo fuisse risum Zoroastis ego existimo, diuinans enim tristitiã quam passurus, grauata ex illis natura risit,malum sibi euenturum ominans.Ad quid hæc? vt semel intelligas ita ærumnosam,miseramque hanc esse vitam, vt non solum planctus, sed

4. Planctus,& risus huius vitæ miseria summa.

eius risus sit omen tristium, malorumque præsagium, qoibus cùm plenus sit mundus, ideo infans in illud ingrediens futura ominans plangit, & lamentatur primitias degustans malorum. *Nec mirandum*,inquit Hiero. in ep.ad amicum quendam

Hieron.

ægrotum tom.9. *quod malorum frequentium stragibus variis,sic mortalium vita populetur in mundo,in quo nemo nascitur ridens,in quo nemo lumen vitæ nisi cum lachrymis auspicatur, flentes didicimus mundum,vt quasi malorum primitias in primis lachrymis gustaremus.*

Hinc elucet qood quaquauersum hanc respicias vitam, miseram eam semper inuenies, tùm si ortum inspicias,tùm si prosecutionem,tum si finẽ: Ortus namq; est cum lachrymis,doloribusque,& *primam vocem similem omnium emisi plorans*, vt inquit noster Sapiens. Prosecutio cum labore, *In inuolumentis nutritus sum & magnis curis.* Finis autem est mors,cinis,puluis, vt infrà dicemus.

5. Vita hæc misera in ortu,in prosecutione,& fine.

Considera quæso prius principium, & nisi dolores nil aliud perspicies,in dolore parit mater, & antequam lætetur de prole,dolet,fletque amarè,ita vt concepisse pœniteat. Filiorum desiderio valde tenebatur Rebecca,quam ne pereuntem videret pro ea orauit vir eius Isaac: *Deprecatusque est Isaac Dominum pro vxore sua,eo quod esset sterilis.* Gen. 25.num.21. Immò sic constanter, perseueranter qoe orauit,vt per viginti annorum curricula instando oraret,vt adnotat Chrysost.homil.49.in Genes.vbi ait, *Non qaia mox ita subditur & scriptum est,nempè,deprecatus est Isaac,& exaudiuit eum Deus.Pates è vestigio, & protinus assecutum esse quod optabat, & quærebat, nam viginti annis perseuerauit orans,& deprecans Deum, & tunc tandem assecutus est quod desiderabat.* Quod ex Scriptura probat,dum inquit,quadraginta annos habuisse Isaac, quando Rebeccam duxit, sexagiota verò quando ei Rebeca peperit Iacob,& Esau, ergo viginti orauit annis,non solum ipse,sed ipsa.Vnde propriè aliqui ex Hebræo legunt: *Orauit Isaac Dominum, è regione vxoris suæ*,siue vt Vatablus, *præsente vxore sua*, & Oleaster: *Multiplicauit Isaac Dominum orare contra vxorem suam.* Quorum orationem, multam, instantemque fuisse obseruant Rabi Dauid.& Rabi Selomo. Quale ergo matris fuit desiderium vt pareret, dum sic perseueranter induxit virum vt oraret,ipsaque simul orauit, concepit tandem,sed vix paruuli,qui in ventre creuerant,ac inimici,*& collidebantur.* Quid ergo Rebecca? *Si sic mihi futurum erat*, inquit, *quid necesse fuit concipere?* Pœnituit se concepisse. dum prius tantopere desiderauerat concipere. Quid est hoc? nisi misera conditio huius vitæ, in qua sæpè sæpius, immò & semper prius dolemus quàm ad desiderata perueniamus,& miseros nos dicimos ex iis ipsismet quæ tantopere prius expetiuimus, anxiéque desiderauimus,nec mirum,nam sæpè sæpius ruinam causant, immò & mortem.

6. Adhoc cōcepisse dolet,præ angustia.

Gen.25.21.

Chrysost.

7. Isaac quantum temporis orauit vt filios reciperet.

8. Homines sæpè dolēt ob concupita acquisita.

Rachel quo desiderio,quáue anxietate filios desiderauerat? vsque ad mortem.Gen.30.n.1. *Da mihi filios,alioquin moriar*, meritò dixit, Hebraicè iuxta Caietan. *Mors tua ego*,vel iuxta Peter. *Si non morior*, hoc est si liberos non dederis vitam pertæsa finiam. Suscepit filios, sed suscipiendo eos, & parturiendo ob dolorem defecit, & dum animam traderet apellauit filium, *filium doloris*, & tamen læta cùm conceperat,sed misera peperit;ne mireris conditio est humanæ vitæ, vt occidat in ipso lætitiæ ortu,& antequam mater gaudeat, tristetur, ac etiam in tristitia moriatur. Quod egregiè docuit Basil.homil.de Paradiso ante medium,comparans huius vitæ voluptates cum rosa spinis coniuncta, quam dum delectat pungit, & simul quod vix decerpta marcescit. *Florida quidem est rosa*,inquit,*sed mihi tristitiam infligit, & hìc quidem transitoria, ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc desiderantes destituit. Nondum enim ab illorum collectione domum reuersi sumus,& ecce in ipsis ad-*

9. Res concupitæ obtētæ sæpè generant mortem.

Gen.30.num.1.

Caietan.

Peter.

Basilius.

10. Vitæ humanæ delectatio, pungendo delectat.

11. Cito marcescit.

hue manibus nostris constituti marcescunt. Nil melius: in ipsius manibus, in ipso delectationis principio marcescunt bona, consumuntur, imò, & qui ea recipit: en tibi Rachel, pro filiis deperit, sed in ipso partu, in ipsa perit infelix lætitia.

12. Vitæ humanæ miseria inimicum & aduersarium statim à principio habere.
Eccl. 33. 15.

Sed in prædictis Scripturæ locis, duo etiam velim consideres: primum, quod in conceptu Rebeccæ antequam pueri nascerentur *collidebantur*, & vix conceptus est Iacob, ac datus est ei inimicus Esau. Vt ex hoc perspicias vnam ex magnis huius vitæ miseriis, nempè vix esse aliquid in ea, quod illicò ac nascitur peculiarem non habeat contradictorem, inimicumque, vt verum sit quod inquit Eccles. cap. 33. num. 15. *Contra malum bonum: & contra mortem vita: & contra virum iustum peccator: & sic intuere in omnia opera Altissimi, duo, & duo, & vnum contra vnum.* Quod equidem si attentè consideres, hoc ab ipso nascentis mundi exordio perspicies, vix ortus Abel, immò antequam natus, iam erat Caiu contrarius: cõtra Cain Lamech; contra Noe. Nemrod; contra Saram, Agar; contra Isaac, Ismaël; contra Ioseph, fratres; contra Dauid Saul; & tandem contra Balthasar Regem, Darius, vt suprà diximus, cap. 4. num. 16. Et sic per totam discurrens Scripturam, cernes eo ipso quod aliquis ad vitam venit, incipitque ascendere, eo ipso præparatur illi inimicus, & contrarius. Vt semel apprehendamus quàm misera, quàm infœlix sit hæc vita, adhuc in eius principio dum vix puero in lucem edito, ac simul eius editur inimicus, & contrarius, eiusque Sathan, & debellator, eiusque tinea, vt diximus, quæ eum corrodat, corrumpat, ac desiccet.

Ioan. 4. 5.

Enimuerò hoc considerandum in arbore illa hæderæ Ionas, de qua sic scribit Scriptura, Ion. 4. nu. 5. quod *cùm fecisset sibi Ionas vmbraculum vt sub vmbra sederet, preparauit Dominus Deus hæderam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim & lætatus est Ionas super hæderam lætitia magna.* Sed quid? eodem prorsus momento, quo præparauit Deus hæderam, eodem prorsus dicitur, *Quod & parauit Deus vermem ascensu diluculo in crastinum, & percussit hæderam & exaruit.* Quot verba tot documenta, tangam solummodo singula.

13. Ionæ charitas diminuta & qui ei similes.
Hiero. in Psal. 93.
14. Impatientia humana vult Deũ sibi patientem, proximis impatientem.
Bern. ser. 12. in Cãt.
Exo. 32. nu. 32.

Primò namque considerandum, quòd Ionas fecit sibi vmbraculum finem expectans, immò appetens, ciuitatis, diminuta charitas, ipse solem ferre non poterat, & tamen excidium ciuitatis expetebat. *Impatientia humana*, inquit Hieronymus in Psalm. 93. explicans illa verba, *Vsquequo peccatores Domine, non vult Deum habere patientiam, miseri nos qui volumus nobis Deum esse patientem, & inimicis impatientem.* Sic etiam multoties, aliqui sunt spirituales viri, qui nimio zelo agitati, sic contra peccatores mouẽtur, vt omnino quod eos Deus perdat desiderent, nil interim incommodi eos patientes. Hi equidem non habent illud pietatis oleũ, quòd facit, vt inquit Bernard. serm. 12. in Cantic. vt potius extorres à Deo esse velint, quàm sine fratribus Deum gustare, neque patres dici possunt, cùm isti potius fame mori quàm sine filijs panẽ gustare queant. Quod equidem Sanctus considerauit in illis verbis sanctissimi Moysis, Exod. 32. num. 32. scilicet, *aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me: Verè hominem,* inquit Bernard. *vnctum vnctione misericordia, loquitur planè parentis affectu, quem nulla possit delectare fœlicitas extorribus quos parturiuit: verbi gratia, si diues quispiam mulieri pauperculæ*

A *dicat, Ingredere tu ad prandium meum, sed quem gestas infantulum relinque foras, quoniam plorat & molestus est nobis, nunquid faciet? nonnè magis eliget ieiunare, quàm exposito pignore charo sibi prandere cum diuite? Ita nec Moysi placet solum se introduci in gaudium Domini sui, foris scilicet remanente populo, dolet viscera, sed tolerabiliorem sibi indicat torsionem, quàm euulsionem.* Nil dulcius, mauult torqueri quàm viscerum pati euulsionem; & hoc quia etsi malus, etsi peccator ille populus, tamen viscera æstimabat sua, & vt viscera cum amabat, ac diligebat: non sic Ionas, ideo pereant Niniuitæ, dum sub vmbra ipse stet, & vmbraculum non excidat.

15. Deus vt edocet homines sine compassione, charitatéque fraterna.

Secundò considerandum tantum abesse Deum etsi vidisset diminutam Ionæ charitatem, voluisse eius euertere vmbraculum, sicut ipse euersionem, ruinamque desiderauerat ciuitatis, quinimò *præparauit hæderam*, non vt Ionas lætaretur, sed vt
B maiorem posteà conciperet dolorem, quia multoties euenit Deus, etsi ei modica fraterna seruorum suorum charitas displiceat, vt non statim eos corrigat, immò ad vota multa eis aliquando peruenire permittat, vt posteà fortius collisi, ex tribulatione discant, aut feruentiores esse, aut magis erga proximos charitate feruentes.

3. Reg. 17. num. 1.
Chrysost.

Helias zelo plusquam nimis armatus, iorauit pluuiam non futuram nisi iuxta oris sui verba 3. Reg. 17. num. 1. non fidens, Deum pro sua misericordia in sententia duraturum, ideo, vt inquit Chrysost. serm. de Helia, tom. 1. affirmauit pluuiam non iuxta oris Dei, sed oris sui futuram. *Viuit Dominus Deus Israel in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.* Quasi diceret, *non quando tibi videtur*, inquit Chrysostomus, *pœnæ*
C *finem facias, tibi enim pro clementia sua semper videtur clementer agendum, sed tunc quando pro eis orauero.* At quid Deus, vt Prophetam mitesceret, populique miserantem faceret, tantum abest vt eũ illico admoneret, aut corriperet, quinimmò & coruis iussit vt eum alerent, & de aqua eum prouidit, immò & mulieri viduæ præcepit, vt eum pasceret. At quid? excurso digno pœnitentiæ tempore cùm in zelo etiam perseueraret Elias, & torrens siccatus est, & filius viduæ apud quam sustentabatur, ægrotauit, & languit, & mortuus est: quibus afflictus experientia proprij mali didicit misereri, & populo compati, dum pro se compassionem exquirebat, vnde clamans ad Dominum dixit: *Deus meus etiamne viduam apud quam vteumque su-*
D *stentor afflixisti, vt interficeres filium eius.* Quem locum expendens Diuus Chrysostomus, vbi suprà, sic Heliæ verba intelligit, vt per ea Deo significatu velit compulsum ipsum esse, vt pro populo intercederet, dum Deus eum ad deprecandum pro se impulisset: *Quasi diceret*, inquit, *non est mors hæc naturæ euentus, tuum opus est Domine, tua techna, quibus me in misericordiæ necessitatem adigis, vt si dicere tibi voluero, Domine miserere filio viduæ mortuo, tu mihi ex aduerso respondeas miserere filio meo Israel, petis à me gratiam, petitur vicissim & à te gratia, solue famis sententiam, & ego soluam mortis calculum.* Nil melius, sic etiam & cum Iona se habuit, habebitque cum cæteris Ionæ similibus, præparauit hæderam, non ad Ionæ lætitiam, sed ad eius documentum, vt exsiccatione hæderæ disceret cõpati, disceret & misereri.

16. Deus vt se habuit cum Helia, vt eius mitesceret cor, & ad compatiandum aucaret.
Idem.
17. Cur Ionæ præparauit hæderam.
18. Cito decident qui per falcum promouentur.

Tertiò considerandum breuitas ascensionis hæderæ, in vna tantum nocte creuit, vt ex hoc discas quã

certò deperant magnitudines, elationesque illæ aliquorum qui per saltum crescunt, & dum heri pauperes, nudi, ac rustici, hodie fiunt diuites, potentes, & Principes; eadem quippè celeritate decidēt, ac creuerunt, quia sic Ionæ hædera in vna nocte creuit, in altera exsiccata est.

Quartò considerandum, quod Ionas lætatus est lætitia magna, ad cuius mensuram posteà successit tristitia, ita vt odio haberet vitam. *Petiuit enim animæ suæ vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori, quàm viuere.* Non sic tristatus esset, si non sic lætatus fuisset; vt ex hoc præter breuitatis lætitię rerum huius mundi euidentiam, dum vna tantum die hæc lætitia Ionæ durauit, discas etiam non multum lætari ex prosperis, ne multum posteà doleas ex aduersis, causamque quare multum dolemus in aduersis eam esse, quia multum lætati sumus in prosperis.

19. Ex prosperis non multum lætandum.

Ob hoc obseruat acutè Oleaster super illud Nu. 29. n. 7. scilicet, *decima dies mensis septimi*, hoc est Septembris, *erit vobis sancta, atque venerabilis, & affligetis animas vestras*, ideo Dominum afflictionem indidisse animarum potius in Septembri, quā in alio mense, quia tunc profusa ex messium collectione solet esse lætitia, ne nimis iusto lætarentur, vnde iubet gaudiis misceri tristitia. *Eo igitur tempore*, ait, *animorum afflictio imperatur, vt nouerit Dei populus omnem prorsus vitæ iucunditatem, & dulcedinem, afflictionibus, & amaritudinibus permisceri, & veluti condiri, ne omnino dulcescat.*

20. Cur in aduersis multum dolemus. *Oleaster.*

21. Deus cur mense Septembri afflictionē indixit & pœnitentiam.

Quintò notandum, quòd Deus præparauit hæderam vt esset vmbra super caput Ionæ, quia vt inquit Scriptura, *laborauerat*, quæ fuit veluti quædā laboris merces, sed licet talis, quia tamē in hac vita, non amplius quàm vna durauit die. Vt semel discant serui, Deique amici, hanc vitam non esse ipsorum mercedis laborum, etsi aliquando Deus eis aliquid tribuit hoc parum, & pro paruo existere tempore, ita vt illicò exsiccetur. Nam vt inquit Victor Antioch. in illud Matth. 20. *Nescitis quid petatis Præsentia non gloriam, non quietem, non alia huiusmodi seruis Dei, sed cædem, sed bella, sed pericula plurima, quæ id genus alia exigunt.* Ex quo etiam qui non sunt Dei amici considerare documentumque elicere possunt, quàm parum debeant in protectione fidere Principum, huiusque mundi rerum, dum sic citò transeunt, & exsiccantur.

22. Merces in hac vita Dei seruorum, aut parua, aut parum durat. *Victor Antioch.*

Sextò demum, considerandum id quod dicebamus, huius scilicet miseria vitæ quæ sicut misera est in eius principio, dum flentes ad eam venimus, sic etiam miserrima in principio bonorum quæ concedit, nam cuilibet ascensioni, vt sic dicam, illicò, & eodem prorsus momento, præparatur illi descensio, illicò contrarius ac vermis, *qui ascensu diluculi*, notanda verba, percutiat hæderam vt exsiccetur qui percutiet potentem, fœlicemque, infelicem eū reddens, ac impotentem, illum constanter persequens, non secus ac Esau Iacob. Vt semel omnes miseram huius vitæ intelligant conditionem, in qua nullus est qui sit prorsus fœlix, & qui suum, vt sic dicam, interfectorem non habeat.

Secundum autem considerandum in illis Scripturæ locis suprà adductis, & in illo Rachelis facto, est illa vitæ huius miseria, quæ suprà alias se extollit, ac erigit, nempè bonorum eius vanitas ac inanitas, talis, & tanta, vt sicut ex vna parte desiderium eorum in homine accendunt, ac sitim; sic etiam ex altera nunquam eam explent, nunquam exsatiant, immò augent magis. Ecce Rachel; ipsa namque vsque ad mortem desiderabat fieri mater, & à se sterilitatis auferre notam, quæ maxima in illis diebus; audiuit enim eam Deus, concepit, & peperit, sed notandū nomen quod filio imposuit. Gen. 30. n. 23. appellauit enim Ioseph quod *augmentum* interpretatur & dixit, *addat mihi Dominus filium alterum*. Mirum, miraque res insatietas humana, desiderabat parturire ne opprobriosa esset, compleuit Deus desiderium, & vix hoc expleto, sitibunda amplius effecta, illicò pro alio anhelauit, vnde & posuit filio nomē *Augmentum*, peperit hunc læta, sed quia insatiabilis, nesciens finem desideriis imponere suis, dedit ei Deus augmentū, concessit & alterum, sed periit, nō enim mortua tunc esset, si desiderare desiisset. Vt ex hoc discant omnes modum, finemque desideriis imponere suis, ne dum in infinitum ea crescunt, in ipsis obtentis iam moriantur, & decidant, pœnam luentes insatietatis suæ, *Comedent & non saturabuntur*, inquit Oseas 4. n. 10. vbi Hiero. ad voluptates referens corporeas ait. *Voluptas insatiabilis est, & quanto magis capitur tanto plus vtentibus famem creat.*

23. Bona huius vitæ sitim accendunt non tollūt.

24. Rachel cur filio posuit nomen Ioseph. *Gen. 30. nu. 23.*

25. Desideriis finis imponendus, ne pereamus.

Ose. 4. nu. 10. Hieron.

Sed quod mirum illud, vt vix optatis potita, ac recens in bono concupito, desiderauit Rachel, cur quæso desiderio non gaudet expleto, & desiderare, etsi ad momentum tantum non cessat? Ne mireris, miseria est vitæ huius, quæ tales in se continet res, vt vsque ad mortem, desiderentur, & dum non habentur, malunt homines mori quàm sine illis reperiri; habitæ tandem, nec ad momentum exsatiantes appetitum, illicò moxque ad noua accendunt, nouòque cruciantur desiderio. Quod egregiè de ambitioso, & auido dignitatum temporalium exemplificans Bern. ep. 22. ad Henric. Senonens. vt alibi etiam diximus, sic ait: *In quacumque Eccl. Decan. Præpositus, Archidiaco. aut aliquid huiusmodi non contentus vno in vna, plures sibi, immò quodcumque valet acquirere honores satagit, tam in vna quam in pluribus, quibus tamen omnibus si locus euenerit, libenter vnius præferet Episcopi dignitatem: factus Episcopus, Archiep. esse desiderat, quo fortè adepto, rursus nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus & sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, quasi nosas sibi quasdam exinde comparans amicitias.* Accendunt ergo, sitim, non extinguunt, augmentant famem, non satiant. Nam si aliquis rebus huius mundi exsatiatur, ille solus est qui eas contemnit: *Noui ego homines satiatos hoc mundo, noui satiatos pecunia, satiatos honoribus, satiatos voluptatibus non mediocriter, sed vsque ad fastidium satiatos*, inquit idem Bernar. de Conuers. ad Cleric. c. 22. At quomodo? *Dei gratia*, inquit, *nam hanc satietatem non parit copia, sed cōtemptus.* Nil melius, sic certè res mundi huius non exsatiant dum habentur, sed dum contemnuntur, quia habitæ maiorem excitant sui sitim. En tibi Rachel vix obtinuit, & statim amplius concupiuit, non exsatiata, sed amplius sitibunda, iterum tristis in ipso adepti boni principio: ne mireris, conditio huius est vitæ, misera in principio sui.

26. Bona huius vitæ nec ad momentum exsatiant. *Bernar.*

27. Clericorū ambitio quanta.

Idem.

28. Contemptus rerum earum parit satietatem.

HOMILIA CXXXII.

Vitæ miseria amplius consideratur ex eius prosecutione.

Misera ergo est hæc vita in eius principio, vt vidimus, tùm ex parte eius, tùm ex parte bonorum

norum eius, nec minus misera in eios est prosecutione, dum & misera si bona non tribuit, & miserrima si ea dat.

1. Bona huius vitæ tunc finiunt, quando ad summum veniunt. Quid? nonnè summa eius miseria, præsagium finis bonorum eius, esse eorum satietatem, vnde tunc finiunt quando exsatiant, non habita miserum reddunt hominem carnalẽ, & quando tandè habẽtur, illicò ac eis frui cogitat, potiùs iã desideratis ea deperdit moriẽdo, vitamque hanc miseram finiendo. *Stultè repetent hac nocte animam tuam à te, qua autem parasti cuius erunt?* Luc. 12. n. 20. de illo diuite fatuo dixit Dominus noster: at cõsidera quando ei hoc dixerunt, quando scilicet dixit animæ suæ; *Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Quid quæso, amplius dixisset, si non homo, sed bellua esset? *O verba stultissima!* inquit Basil. homil. contra ditescentes, *ò dementiam singularem! nam si porcinam habuisses animam, quid aliud ipse enumerare potuisses? ita ne pecuinus es tu, ita bonorum animæ ignarus, vt eam exceptis carnalibus epulis, & quæ ului secessus recipit anima destines?* At considerandum quando hic brutus homo ea dixit, perspicimus equidem quod tunc quando iam quod ipse concupiuerat acquisiuerat, quando iam exsatiatus, frui bonis quæ habebat desiderabat, tunc dictum est illi, *stulte hac nocte*. Omen ergo mortis ipsa fuit satietas: nam vt inquit Gregor. lib. 18. Moral. cap. 38. super illa verba Iob. *Tabernaculum impiorum non subsistet*, hunc Lucæ exponens locum, *Vita fugientis amatores, dum studiosè in præsentibus consistunt, repentè ad æternam pœnam rapiuntur. Vnde cùm diues Euangelij diceret, anima habes multa bona, requiesce, illico audiuit, stulte hac nocte.*

Luc. 12. 20.

2. Diuites carnales bestiis similes. Basilius.

3. Mortis omen satietas bonorũ huius vitæ. Greg. Iob.

4. Holophernes tunc decidit quando amplius lætus. Iudith. 12. 20. Quod etiam in superbo illo considerandum Holopherne, tunc enim decidit quando amplius exsatiatus, iucundus factus est vsque ad summũ, Iudith. 12. n. 20. *Et iucũdus factus est Holoph. ad eã, bibitque vinũ multum nimis, quantũ nunquã biberat in vita sua.* Adnoto hoc postremum, nunquã sic lætus extitit, nunquã tantũm in tota biberat vita, ad desideratos reputabat amplexus iã se peruenisse. Sed quid? illa ipsa nocte periit miser, & insuper per illius dexterã ipsumque medium, quo lætissimũ, iucundissimumque fore se æstimabat, factus omnium superborum, carnaliumque crudele spectaculum, remanens truncus sine capite, qui superbè illud, vsque ad cœlum exrulerat: *Perierunt propter iniquitatem suam*, inquit de peccator. Dauid, seu de Babylonis humana fœlicitate gestientibus, Ps. 72. n. 19. *Velut somniũ surgentiũ Domine in ciuitate tua imaginẽ ipsorũ ad nihilũ rediges.* Theod. ait istos periisse, hoc est, humanã eorũ fœlicitatẽ trãsiisse velut somnũ, quia, *Scena humanæ vitæ ab insomniis nihil differt.* Nam, vt inquit Philo, lib. de Ioseph: *Profana gaudia somnij sunt simillima, veniunt, abeunt, occurrunt, refugiũt, priusquã cõprehendãtur, auolant.* At aliud mihi videre videor dũ illos redactos affirmat Dauid velut somniũ surgẽtiũ; nõ enim adnoto dixisse dormientium, sed surgentium, nã isti sunt qui à somno exsatiati surgunt, & quando sic tunc somnia euanescũt, vnde satietas somni est euanitio insomnij. Somniauit Holophernes gaudiorum satietatẽ, & vigilando miser somniauit, hinc in somno postea sepultus, tũc euanuerunt insomnia, quãdo ad satietatẽ se peruenisse æstimauit, quia, vti dixim^{9}, tũc bona peccatorũ euanescunt, quando illis exsatiantur, perierunt propter iniquitatem, & perierunt velut somnium surgentium, hoc est tunc quando iam amplius expleti. Quod etiam est videndum in illo flagranti po-

Psa. 72. num. 19. Theodor. Philo.

5. Bona huius vitæ somnia sunt surgentiũ, & cur.

A puli desiderio carnium, Num. 11. n. 4. *Vulgus quippè promiscuũ quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio sedens, & flens, iunctisque sibi pariter filiis Israel ait, Quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Desiderauit carnes, eis potitus est vsque ad satietatem, *Sed adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis.* Vix ergo exsatiatos, ac periit, & præsagium mortis, seu omẽ ipsa fuit saturitas. *Pluit sicut puluerem carnes*, inquit Dauid, Psal. 77. n. 30. *& sicut arena maris volatilia pennata.* Sicut arena equidem, nam ad summam summam duodecim millia millionum ea ascendit. Coroel. in c. 11. Num. En quanta. Sed adnoto dixisse Dauid Dominum pluisse sicut puluerem, cur nõ sicut aquam, cùm proprium pluuiæ sit aqua & non puluis? an quia puluis est mortis symbolũ, quã illico post saturitatẽ subituri erãt incõtinentes, ideo nõ B sicut aquã, sed sicut puluerẽ dedit eis carnes, in puluerẽ statim redditurus gulosos. Vnde optimè à Deo, Sanctus Drogonius Hostiẽ. Episc. serm. de Domin. in Pass. deuotè rogat, ne tales illi cõpluat carnes, quę in cinerẽ statim vertunt hominẽ: *Ne pluas super nos coturnices Domine, ait, hoc est desideria carnis nostræ, qua nonnisi duobus cubitis leuantur à terra, quia nõ attingunt dona Spiritus S. ne pluas super nos sicut puluerẽ carnes, quia caro puluis est, & in puluerem dedncit.* Postrema hæc notanda sunt verba, *desiderauerunt carnes quæ puluis*; merito ergo in puluerẽ reducti, ideo, *pluit super eos Dominus sicut puluerem carnes, & sicut arenã maris volatilia pennata.* Pulchrè sicut arenã maris, quæ salsa, quæ amara, in amaritudinẽ statim omnẽ carnis reductura dulcedinẽ. *Gaudet edacitas*, inquit idẽ Sãctus, *pennulas mouet, sed mox in puluerẽ conuertitur: gaudet luxuria, modicũ volitat, sed mox in arenã maris trãsit.* C *Omnis dulcedo carnis in amaritudinem finit, modicum leuans infœlicem animam, sed mox agrauant in arenam.*

Nu. 11. 4.

Ps. 77. 30.

6. Coturnices populo exhibitæ Israelitico quantæ. Cornel.

7. Cur dicãt pluisse sicut puluerem. S. Drog.

8. Bona huius vitæ amaræ amaritudinem affe*re*ntia.

9. Animam sublenant, vt amplius mergant.

Sed pergo adnotare verba quæ Dominus, dum carnes daturus erat Moysi dixit: carnes promisit tanta equidem abundantia, tantaque cõtinuitate, vt nũquã se defiturũ ait donec ipsæ per aures exirent, verterenturque in nauseam, *donec exeat per nares vestras, & versatur in nauseã.* Cuius prodigalitatis rationẽ adiũgens ait, *Eo quod repuleritis Dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo dicentes, quare egressi sumus ex Aegypto?* Tremenda quidem verba, valdeq; peccatoribus formidanda, & iis qui nunquã huius exsatiantur rebus mundi, qui Dominũ derelinquentes, vt ad desidetata, per fas nefasq; peruenìant, peccant, tergaque Deo vertunt, flentes & se angustiantes, quia non habent, possidentque quod summopere desiderãt; ijs, inquam, formidãda talia verba: nã multoties eis summus ille modera- D tor Deus, desiderata cõcedit vsque ad saturitatem, immò & vsq; ad animi deliquiũ; quæ cõcessio non equidẽ ab illi^{9} prouenit beneuolẽtia sed ira, non in mercedẽ, sed in affectus pœnã immoderati. Ex quo fit vt vix saturati, ac moriãtur, vitãq; simul cũ ipsismet deperdãt rebus, miseréq, in ipsismet suis concupiscẽtiis sepeliãtur, ipsãmet mercedẽ tãtis cõcupitã votis multoties stomachantes, ac in nauseã habentes. De qua re testimoniũ perhibere vt oculatus testis optimè possem, simulque iorate ab illis sæpè audiuisse voces, lamentationésque statum deplorantes pristinũ, etsi non summũ, & nõ tãtis præstẽt ambiisse votis, quãtis illum derelinquere cupiẽtes, nauseãtes, stomachãtes, infœlicesq; omnino se proclamãtes, & tamẽ verũ erat pro illo prius deperiisse,

10. Deus quibus res cõcedis vsque ad nauseam.

nullũ q; intermisisse lapidẽ, vt eum non attingerẽt.

A

Petrus Cellensis.

11\. Aliquibus ex indignatione bona concedit.

Quod tamen concessit illis Deus, sed ad stomachũ vti carnibus istis, quæ, vt inquit Petrus Abbas Cellensis lib. de Panibus, hanc populi concessionem ponderans, eiusque in petendo frontositatem, *concedantur potius ex indignatione, quàm ex miseratione, quia post impetrationem desideriorum carnalium, castrorum perimuntur extremitates.*

12\. Magnam potentiam inexpertus desiderat.

Pompe.

Plutarc.

Hinc factum, vt summi præclarique duces, ac Reges, de dignitatum quas possidebãt stomachatione luculentũ semper dederint testimoniũ. *Magnã potẽtiã ambit inexpertus*, inquiebat Põpeius, *odit expertus*. Et Antioch. vt refert Plutarch. in vita Scipionis, cũ maximã sui partẽ regni, ex pacis conditione Romani ademissent. *Benignè sibi à pop. Rom. factũ dixit, quod magna cura liberatus, modicis Regni terminis vteretur.* Quod cõsiderans ipse Plutarch. præstare ait illis carere quã illa possidere. *Ampla enim Imperia, & nimia quæ expetũtur opes, tot tãq; varias, & undique circumfusas molestias habeat, vt non minus verè, quã elegãter à Theocrito dictum sit.*

13\. Regum & magnorum Principum testimonia de labore quem summi afferunt huius vitæ status.

Idem.

B

Non mihi sint nec opes Pelopis, nec multa talẽta,
Hac celeri cursu ventos superare fugaces,
At vacuo curis liceat cantare sub antro
Et procul, è specula mare prospectare profundam.

14\. Regnis potius præstat carere, quam ea possidere.

Theocrit.

Ælian.

Plutarc.

Hinc Themistocles, vt refert Ælianus lib. 6. *Se malle ad sepulchrum, quàm ad tribunal ire*, aiebat: & Seleucus Rex teste Plutarcho aiebat: *Si sciret vulgus quã laboriosũ sit legere, aut scribere solũ tot epistolas, Diadema ne humo quidẽ tollere dignaretur.* Immò Adria. Papa, I. teste Petrarcha, nullũ supplíciũ maius de hoste poscebat, quàm vt Papa fieret.

15\. Laboriosissimum in regno epistulæ.

Petrarch.

Qualis ergo istius summi erat animus Põtificis, talia de Papatu depromẽtis, quẽ gradũ sic aliqui expetũt, vt penitus depereãt. O quàm intimè illius onus, animæq; in illo periculũ sanctissimus prospexerat Pius V. qui dicere solebat, *Cũ essem religiosus sperabã benè de salute animæ meæ, Cardinalis factus extimui, nunc Pontifex creatus penè despero.*

C

16\. Adrian. Papa, quid de Papatus dignitate sentiebat.

17\. Quid Sanctissimus Pius V.

Quale ergo est illud fastigium quod in tales redigit animum angustias. Merito ergo stomachum generant dignitates, & præcipuè quæ nullo intercedente Dei metu anxiè, obnixèque expetuntur, ideo possidentibus in amarorem vertuntur nõ secus ac edacibus istis vti diximus carnes. Quod cùm sit, qualis ergo est hæc vita, qualis illius miseria, dum supremum illud quod habet, quodque sic anxiè ab omnibus expetitur, dominium nempè, imperium, ac regnum, talẽ stomachum causat, tale tormentum?

18\. Regum fauores multoties infœlicem constituũt hominem.

D

Quid quæso in hac vita fœlicius ab homine excogitari potest priuato, quã regis alicuius esse amicũ, in diesq; ab illo honorari, & præ cæteris blãdiri, supraq; cæteros exaltari? Quid optabilius regiis fauoribus? quẽ beatũ nõ faciũt? & tamẽ qui eos possidet multoties euenit, vt sint ei tormẽtũ, beatũq; prædicet, qui lõgè ab eis inuenitur. Cõsiderãdũ hoc in Amano Regis Assueri amico, & suprà cæteros exaltato, inuitatus quippè fuerat à Rege ad prãdium simul cũ Regina, qui summus, vltimusq. est fauor quẽ Reges amicis concedere possunt suis, sic cognitus; ab ipsoq; Amã etiã æstimatus 4. Esth. n. 11. *Nã vocatis amicis*, facet inquit textus, quod *exposuit illis magnitudinẽ diuitiarũ suarũ, filiorũq; turbam, & quanta eũ gloria super omnes principes, & seruos suos Rex eleuasset.* Quibus enarratis, vltimò tãquã omniũ sũmũ adiecit. *Et Regina quoq;* Esth. *nullũ alium vocauit ad cõuiuiũ cũ Rege præter me, apud quam etiã cras cũ Rege prãsurus sum.* Hoc quidẽ erat vltimũ ad quod peruenire vnquam ille amicus Regis poterat, & sic optimũ de eo iudicium faciebat. Vnde Rabi Salomõ magnitudinẽ illius considerãs, ob hoc Esther affirmat Amanũ ad conuiuiũ solũ inuitasse, vt cæterorũ inuidiã Principũ, ex tali cõtra eũ excitaret fauore. Quapropter ipsamet Scriptura sũmã apud Regẽ Dan. gratiã, fauorẽq; exprimere volẽs, vnico tãtũ eã verbo expressit c. 14. n. 1. *Erat autẽ Dan. cõuiua Regis & honoratus super omnes amicos suos*, merito super omnes honoratus dicitur, qui cõuiua Regis asseritur. Quod cùm sit, quis nõ beatũ prædicaret Amã, qui talibus honoribus, fauoribusque vtebatur? at sic miserum illum faciebant, vt vocatus ad prandium necesse fuit impellere, eumque cogere vt iret, sic cõtra voluntatẽ suã ibat, sic molestum tunc illi erat ire, Esth. 6. n. 14. *Adhuc illis loquentibus venerant Eunuchi Regis, & citò eum ad conuiuiũ quod Regina parauerat pergere cõpulerũt.* Nota cõpulsionẽ. Ergo ad tã grandẽ, tãque magnũ fauorẽ necessaria fuit cõpulsio, nõnè iste antea beatum ob istud met se prædicabat, nunc cur necesse eũ cõpellere vt illum susciperat? nisi quia in illo tunc nõ appetebat Aman conuiuium sed potius planctum, angustiabatur miser tunc. & angebatur, ac cum amicis lamẽtabatur matutinum factum, dum à Rege coactus per plateas ciuitatis Mardochæũ suum inimicũ sũmo honore sũmóq; duxit fastu. Vnde *lugẽs, opertóque capite, rediit ad domũ suã plorans. & flẽs.* Hoc tunc erat ei solatium, & hoc appetebat, nõ vero conuiuium, & cum Rege, Reginaque prandere, & sic tormentũ, pœna, tristitiaque magna tũc illi, talis erat honor, & non beatum, sed infœlicissimum eum reddebat. quid ergo miserabilius excogitari potest, vt res ipsæ quæ beatum aliquẽ faciunt, ipsæmet miserrimum reddãt? Quod equidẽ frequẽter, immò & sẽper similibus Principũ familiaribus euenit, ita vt ipsimet fauores sint ei onera, & grauissima, & quæ tãtopere antea appetiuerunt postea beatum prædicent ipsis carentem, vnde merito infœlices eos nominauit Diog. nã audiẽs Callistenem beatum dici eo quod esset Alexãdri amicus *Immò*, ait, *infœlix est, quia tunc prandet, & cœnat quando Alexãdro videtur.* Optimè quidẽ. Vnde gemunt sub onere, & cùm ad voluntatẽ alterius sẽper viuere teneãtur, sufferre iã amplius eã non possunt vitam, & nõ ita illã prius ambierũt, vt nunc eã deserere cupiãt: dormire desiderãt, & euigilare tenẽtur, euigilare, ac dormire habẽt, domi residere, in plateis stare, silere appetunt, necessarium est eis loqui, solitarios se videre, nõ eis cõceditur. & tãdẽ plãgere desiderãt, & ridere tenentur: & cum hoc ita sit, omnes beatum hunc prędicant, beatum reputãt, ne mireris, cæci sunt, dormiunt, oculos apertos non habent, nam si haberent pro nihilo eos ducerent.

Rabi Sal.

Dan. 14. 1.

Esth. 6. 14

21\. Regum priuatorum miseria.

Diogen.

Esth. 4. 11.

19\. Conuiuium esse Regis extremus inhumanis fauor.

20\. Esther cur ad conuiuium inuitauit Amã.

22\. Bona huius vitæ magna apparent non videntibus.

Enimuero illuminans Dominus noster cæcũ illum ex Bethsaida, Marc. 8. n. 22. imponẽsq; illi manus interrogauit eũ *Si quid videret*, at ille aspiciẽs ait, *video homines velut arbores ambulãtes.* Cui cũ iterum imposuisset manus, nõ amplius aspexit homines sicut arbores, sed sicut in se ipsis erãt. Vidit ergo pri⁹ sicut arbores, quia nõ rectè videbat, in tenebris quasi manebat & sic homines sicut arbores magnifaciebat: nã vt rectè inquit Chrysost. hom. 5. in c. 1. ep. Pauli ad Tim. Peccatores qui cæci, rationis iudiciũ rectũ nõ habẽt, vnde amarũ dulce & econtra dulce amarum dicunt, sicut & pretiosum vile, vileq; pretiosum. *Causa huius rei*, inquit Chrysost. *non ex rerum natura, verùm ex peruersitate sentẽtia ducitur, laborat enim morbo nostra rationis iudiciũ, sicut n. statera si lãcem loco motam habeat, põdera iustè nõ indicat: ita & anima nisi habeat rationis lancem, stabilem, ac firmiter vi diuini amoris affixam, res*

Marc. 8. num. 22.

23\. Cæcus à Domino sanatus cur homines vt arbores videre affirmauit ambulantes.

Chrysost.

24\. Homines carnales infirmum habent rationis iudicium.

fincere diyudicare non valet, sed circumfertur ingiter, ac deprimitur. Hinc fit, vt miseri passione cæci, vile pro magno teputant, magnum pro vili. Pessimus proditor triginta tantum totius Dominum orbis æstimauit argenteis, quando Magdalenæ vnguentum trecētis denariis, Marc. 14. 25. *Poterit vnguentum istud venundari plusquam trecentis denariis, suo ipsius damnandus iudicio,* vt inquit Paulin. ep. 4. *quo triginta aureis vendidit eum, quem mulier vt ipse taxauerat vnxit trecentis, sed in hoc peruersus quod ipsum vili æstimant Dominum vnguentum illud carè æstimauit.* Cæcus erat, non videbat, sicut videns Magdalena, quæ sic magni fecit Dominum, vt dignum tali æstimaret vnguento, & è contrà sic vile vnguentum, vt non parua dignum effusione, sed profusione. Ob quod signanter dicitur, *quod fracto alabastro effudit super caput eius.* Non equidem fregisset, si pretiosum illud æstimasset, at quia vile comparatione eius quem vngebat, ideo non tantum eum fudit, sed profudit, secus autem peccatores, vnde commiseratione dignos suspiciunt, & beatum prædicant quem miserum existit: nec mirum, quia non vidēt sicut cæcus iste, qui tamen quãdo clarè, perfectéque prospexit, iam homines non sicut arbores, sed sicut & cæteros prospiciebat, sic Principes isti, ac potentes, non rectè videntibus sicut arbores magnæ, procereſque videntur, at videntibus non sicut arbores, sed sicuti in se ipsis sunt apparent, homines nempe, miseri, infœlicesque, nulliusque æstimationis.

25. Iudæ falsissima æstimatio quiq; ei similes. Mar. 14. 25. Paulinus.

26. Magdalenæ recta de Domino æstimatio, cur que alabastrum fregit.

27. Principes magni, ac qui altum possident statum cui magni appareant.

Rediens quidem Iacob è Mesopotamia, valde pertimescebat fratrem suum Esau, magnique eum faciebat, timebat eum, vtpote potentem, & principem, in tantum vt Deo diceret: *Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo.* Gen. 31. audierat enim in occursum ipsius properare cum quadringentis, timuit Iacob, hunc magnifaciens peccatorem, tanquam arborem magnam, & magnũ quoddam, contra quod ipse stare, nec posset, nec auderet Non miteris, quia oculos apertos nondum habebat, sine vt eos aperiat, quòd tunc extitit quãdo Deum vidit, & perspicies quomodo tunc lætus canet: *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Mirum, quomodo salua? quibus armis? quibus militibus? qua acie? qua munitione? tam pauper & imbellis tunc erat ac antea, & tam fortis Esau ac antea, vnde nunc saluus? aperuit quippè oculos, vidit Deum & videndo Deum pro nihilo duxit peccatorem hunc, & qui prius magnum eum æstimabat & pertimescebat, nunc pro nihilo eum ducit, & saluum ab ipso se reputat: sic, qui cæci sunt, tales magnifaciunt homines beatosque eos prædicant, non sic qui oculos apertos habent, æstimant eos sicuti sunt, miseros nempè, quia quod beatos eos facere vulgus hominum cogitat, hoc ipsum miseros, infœlicesque eos constituit, talis est huius vitæ miseria.

28. Iacob magnum quid æstimauit Esau, ante Deum visũ, nihil post visionem.

Sed si ad hanc, addas inconstantiam huius mundi rerum, quamque parum in vno sistant, dilucidius earum perspicies miseriam, *Feruntur vltro citroque ventorum in morem,* inquit Philo Hebr. lib. 1. de Monarch. *quia sicut interdum repentè aduolant, ita priusquam prehendantur possessore illuso rursum auolant.* Celebris quidem sententia digna vt non cursim attingatur.

29. Rerum huius vitæ inconstantia. Philo Heb.

Primum enim inquit quod res huius vitæ, *vltro citroque in morem vētorum feruntur.* Optimè, nam ipsæ quid aliud sunt nisi venti? quid sunt Regna? quid Imperia? venti sunt. *Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ærei,* inquit Zach. Propheta c. 6. n. 1. Omnes enim interpretes, sine vllo discrimine per quatuor istas quadrigas, quatuor Imperia, quæ vniuersum orbē subiecerunt, intelligunt; Chaldęum primum, Persicum secundum, Græcum tertium, Romanum quartum: cuilibet enim sui proprij equi assignantur, coloribus variis, iuxta id quod erga Iudæorum populum, aut bona, aut mala fecerũt & sic in prima, *equi rufi,* quia Chaldæorum imperium sanguinolentum Iudæis: in secunda, *equi nigri,* quia graui luctu atque metu Persæ afflixerunt Iudæos: in tertia, *equi albi,* quia Græcorum imperium placidum eis fuit: in quarta, *equi varij,* quia Romanorum Imperatores partim in Iudæos propitij, partim fuerunt inimici. Cōsulè Riberam hîc. Certum ergo est per has quatuor quadrigas quatuor illa Imperia denotari. Sed quod ego admiror, responsum est Angeli Prophetæ datum interroganti, quidnam hæ quadrigæ significarent, cui Angelus, *isti sunt,* inquit, *quatuor venti cœli qui egrediuntur vt stent,* id est vt seruiãt, vt obediant, vt faciant eius iussa & mandata, *coram dominatore omnis terræ.* Quid quadrigæ cum ventis? quadrigas vidit Propheta, & equos, non verò ventos, quomodo ergo Angelus ventos appellauit? scio appellasse ventos, & sic eas denominasse à celeritate obedientiæ, qua iussa Dei erant executuræ, & in totum orbem discursuræ. Sed aliquid aliud mihi in verbis Angeli discooperitur satis ad rē nostram, nam prospiciens Angelus horum inconstantiam Imperiorum, & quod non tam citò in vno essent quàm in alium transirent, ideo ventos appellauit, quia vt benè, inquit Philo, *Regna, & Imperia feruntur vltro, citroque, ventorum more.* Inconstantissimi enim sunt, nullam vnquam securam, diuturnamque cognoscentes sedem, ita vt benè idem de eis dixerit lib. quod Deus sit immutabilis, *Quod totus orbis habitabilis more nauis susque deque iactata marinis fluctibus, nunc secundis ventis, nunc aduersis vritur.*

30. Feruntur in ventorum morem vltro citroque.

Zach. 6. 1

31. Quadrigæ quas vidit Zacharias Propheta, quid significent.

32. Quidue earum color.

Riuera.

33. Angelus cur eas appellauit ventos.

Philo.

Nisi etiam velis dicere vētos nominasse Imperia Angelũ, nã omnia Imperia quid sunt nisi ventus & vmbra? *Nihil est in humanis rebus,* inquit idem author, vbi sup. *ac negotiis præter vmbrã, aurãque leuissimã sine mora præteruolãtē.* Mirũ, sed verũ, omnia illa magna, mira, & admirabilia, quæ in Regnis, & Imperiis cernũtur, & ad quæ tãtopere aspirãt homines, & per quæ corpus, animamque simul deperdũt, nihil aliud prorsus sunt, nisi vētus, & mollis aër, qui citò trãsit, ita vt nec eorum esse, aut trãsitus memoria amplius subest. Quod disertè inquit idē author. vbi sup. *Marini æstus,* inquit, *nunc cum magno impetu, sonituq; accedũt, & longè, latéq; per littora diffunduntur. Vndis stagnantibus, nunc refluunt retro, magnãq; maris partē in formã continentis redigunt: simile quidē accidit, quãdo fortuna postquã populosam aliquã gentē innundauit magnis fœlicitatibus, fluxu auerso, ne guttã sinit reliquam deletis etiã vestigiis opulentiæ pristinæ.* Egregiè, ne guttam sinit reliquam, ita deperduntur, ita pessumdantur ac si non fuissent.

34. Imperia ventus, & vmbra. Idem.

Idem

Quod si hoc sunt Regna, & Imperia, & sic ista transeunt, quid dicendum de fortuna alicuius priuata, Principis, & præpotentis amici?

Placet quidem amicè paulo diutius in hoc immorari, nam cùm pœnè totã siue Romæ, siue in Regis Aula duxerim vitã, Deus bone! quãtũ homines prospexi auidos Regum, Pontificumque amicitiæ,

35. Regum priuatorũ, eorumque status vanitas pericula, eacidia latè prosequuntur.

Genes.29. 53. torris, Gen.29.nu.53. sic eum recepit Laban, vt ampliora, si filius eius esset, amoris signa in eum ostendere non posset. *Cùm audisset Laban venisse Iacob filium sororis suæ, concurrit obuiam ei, complexusque eũ, & in oscula ruens, duxit in domũ suã. Auditis autem causis itineris, respondit, os meum es, & caro mea.* Quid amplius dixit Adam vxori suæ? tamen totus hic amor deperiit, in odium versus, tunc quando Iacob gloriosus, in conspectu Laban diues apparuit, ac inclytus, n.43. *ditatusque homo*, id est Iacob, *factus est inclytus*. Apparuit gloriosus corã Laban eiusque filiis, acta res est, periit Iacob nisi fugiat, deperdita est amicitia, surrexit murmuratio, & mutatum est cor Laban. *Audiuit verba filiorum Laban dicentium, tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de eius facultate factus est inclitus. A Laban filiis*, inquit Ambrosius de Iacob & vita beat. lib. 2. cap. 5. *vt opulen[illegible]us in inuidiam vocabatur, qui suum gregem ali[illegible]gregis accessione cumulasset.* Attende murmurationem, eadem enim prorsus est, quam miseri subeunt isti, dum inclyti apparent, tulit omnia Regis, dicunt, pauper Rex effectus est, at ipse diues, & quid ex hoc? *Animaduertit quoque Iacob faciem Laban quòd non esset erga se, sicut heri, & nudius tertius.* Cuius causam si quæras nullam aliam inuenies, nisi quòd inclytus apparebat coram eo Iacob, & tamen nepos, cognatus, ac filius eius. Quid ergo facient Reges illis, qui non filij, sed tantum amici? quando eos tales viderint, & sublimem pertimescant eorum statum? pessumdabunt eos, ac fecisset Laban nisi Deus pro Iacob stetisset.

42. Iacob vt à gratia excidit Labani. num.43.

Ambros.

43. Murmurationes contra Regum amicos, quæ.

At quid fecisset Laban Iacob, sed audi prius quid fecit: persecutus est eum, scrutatus est omnem supellectilem Iacob, furti eum arguit, & clarè confessus est, quod intulisset ei malum, nisi Deus illi minatus fuisset. Et quidem hoc post tantos Iacobi labores, post tantos sudores, post tantas vigilias, post tot, tantaque domui Laban emolumenta collata, post hæc, inquam, nudum, solumque eum dimisisset, magis & amplius quàm quando in domum eius prius ipse Iacob aduenerat. Vnde sic ipse quæritans dixit, cap.31. num. 42. *Nisi Deus Patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses.* Nudum dimisisses, inquit, certè Iacob etsi pauper, nudus tamen ad domum Laban non accesserat, nam etsi parum, tamen aliquid habebat vestium saltem, at si Deus pro illo non stetisset, nudum illum dimisisset Laban, non solum ab eo tollens quæ sudoribus in eius domo parauerat suis, sed etiam quæ à paterna attulerat domo. Deus magne, Deus sancte, numquid non hoc sæpè, immò quid dico, nunquid non semper hoc euenit Regum amicis familiaribusque, quando à gratia eorum decidunt? Vidimus sanè diebus nostris, legimus in antiquis, & nolo verba præterire Laban, quæ respondit Iacob, quando de eo conquerebatur, quæ etsi aliàs ponderauimus, ne lector meus alibi ea quærat, hîc placet etiam ea inferre, nam satis ad hanc rem.

44. Iacob nudus à domo exisset Labani, nisi Deus eum miraculosè saluasset. c.31.42.

45. Amici regũ expoliati, & nudi ab aula semper decedunt.

Filiæ meæ, inquit, *& filij, & greges tui, & omnia quæ cernis mea sunt.* Quomodo sua? pro filiabus nonnè quatuordecim seruiuit Iacob annis, & pro gregibus nonnè sex? *per viginti annos*, inquit Iacob, *in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis.* n.41. Quomodo ergo hæc erant sua? & quomodo iste æstimabat omnia illa sua? ita vt tanquam sua à Iacob eripuisset, nisi Deus illi minatus? Ne mireris, conditio Principum est omnia facere, & dicere sua, nihil seruitiorum, nihil amici laborum, nihil priuati meritorum ipsi reminiscentes, sed putantes omnia sua, non solum rem, sed, vt sic dicam, & vxores, & filios quos ab eis adimunt, & profligunt, vt mox dicemus, qualis ergo est hic status, quæ talia patitur, qui ad talem, tantamque hominem adigit miseriam?

N.41.

46. Regum cõditio omnia sua facere.

Optimè quidem Plutarchus de amicit. Reg. Dialog. 49. respondens illi, qui dixerat, *Regibus charus sum*, sic inquit, *Vilis ergo tibi est anima tua, virtus, fama, quies, otium, securitas, notus est mos Regum, vix diligunt, nisi qui his omnibus neglectis, & abiectis, illorum se sæuitiæ, ac libidini, & auaritiæ seruum fecit: si ergo charus es Regibus, non est quod amplius de te quæram, vilis es tibi.* Egregiè, & nil melius. Vnde rectè prudens ille Aratus, vt Plutarchus scribit in eius vita, cùm prope esset morti per venenum illi à Rege, apud quem familiarissimus extiterat, procuratæ, & cruentum quid expuisset admirante Cephalone vno ex eius familiaribus, *Hæc*, ait, *præmia sunt amicitiæ Regiæ.*

Plutarch.

47. Qui regum amicitias satagunt viles sunt sibi.

Idem.

Tertiò quod adnoto est percussam esse statuam non in capite, non in pectore, sed in pedibus, & redacta omnia in fauillam æstiuæ areæ, quæ propriè est arena siue minutissimus puluis. In quo duo adnoto, primum percussionem in pedibus; secũdum quod etsi omnia reducta in puluerem, non remansit tamen puluis auri, aut argenti, aut æris, sed omnia reducta in puluerem terræ, ita vt in terram, cineremque omnia illa sint conuersa metalla. Primò ergo percussa est statua in pedibus, quia soli pedes erant fictiles, & non toti, sed pars tantum quædam eorum: quid per hoc? nisi quod, etsi amicus Regis totum caput aureum habeat, totum pectus argenteum, & totus ipse sit bonus, si in vno tantum sit fictilis, si vnam tantum habeat imperfectionem, ad hanc oculos dirigunt omnes, ad hanc Reges ipsi, & per hanc eum destruunt, & hanc pro scuto ad eorum defendendam inconstantiam, vanamque assumunt voluntatem. Sint virtute prediti amici, sint toti ex auro, & argento, habeant quid fictile, cadent sine dubio, ad hoc omnes lapides inuidorum vsque dum ad nihilum eum reducant. At sicut nullus est qui sine sua sit nota, nullusque vndequaque perfectus, sic nullus horum, qui non cadat, qui non certam habeat ruinam.

48. Statua Nabuchodon. cur percussa in pedibus.

49. Priuatorum Regum vnde certa ruina, & quod omnes certissimè cadent.

Pulchrè Scriptura, Dan.6.n.4. aulicorum desiderium, vt Dan. ab amicitia eijcerẽt Regis, describẽs, asserit eorum studium in illud fuisse, vt aliquid fictilis, vt sic dicam, in Daniele inuenirent: vnde licet totus ipse esset aureus, totusque argenteus, certã habebat ruinam, si aliquid tantum terreum in ipsũ reperissent. *Porro Rex cogitabat constituere Dan. super omne Regnum, vnde Principes, & satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regni*, id est, vt inquiunt Hiero. & Vatablus ibi, *ex parte Regni*, vel quia malè administrasset regnũ, vel vt ait Maldon. quod mala fide regiã pecuniam tractasset, quod cùm inuenire non possent, ad technas, malitias imposturasq; recurrerũt. Res assueta, vt inquit Plutarch. in vita Arati, nam semper *infinitum malitia & inuidia Regum tyrãnorumque amicitias comitatur quam tamen plerique appetunt, magnoque amoris feruore contrahunt.* Insani, qui si saperent, semper in animo illud Ptolomæi Mathematicorum Principis, Regis conuiuiũ recusantis, impressum haberent scitum: *Regibus*, scilicet, *contingit ferè quod considerãtibus picturas, quæ cũ videntur eminus placent, propinquæ verò non dulcescunt.*

Dan. 6. nu. 4.

50. Culpæ priuatorum, etsi minimæ, acriter à purpuratis reliquis indagantur & perquiruntur.

Hieron. Vatabl. Maldon. Plutarch. Ptolom.

51. Reges à longè pulchri, cominus verò inelegãtes.

Pergo ad secundum, etsi redacta in fauillam metalla, si tamen puluis remaneret metallorum, minus quidem malum. sed non sic, nam statua cum auro, & argento reducitur in puluerem non auri, non argenti, sed terræ. Quod me iudice clarè colligitur ex translatione Chald. nam vbi nos legimus, *Redacta quasi in fauillam æstiua area*, ipsi *fuerunt quasi palea æstiuarum arearum, quas ventus rapit.* Vnde particula, *quasi*, non similitudinem dicit, sed proprietatem, vt in multis aliis Scripturæ locis vti Ioã. 1. *Gloriã quasi vnigeniti à Patre.* Vbi non est alia gloria quàm vnigeniti, sed vt rectè inquit Sanchez in Isa. c. 13. n. 23. talis significatur qualis vnigenitim maiestatem decebat. Is. vbi sup.: *quasi vastitas à Domino veniet*, hoc est non alia, sed qualis ipsius furorem, & potentiam decet. Sic nũc redacta *quasi in fauillam æstiua area*, hoc est in fauillam, & in minutissimum puluerem terræ, cuius proprium est à vento tolli, quod non sic si puluis esset metallorũ: quod equidem & ad id quod intendebat satis etiam proprium erat, nam cùm euersio quatuor imperiorum significabatur, totalisque eorum deiectio, quæ per mortem, incinerationemque fit hominũ, rectè dicitur in cinerem, pulueremque omnia illa redacta; in puluerem ergo, & puluerem redacta fuerunt terræ, quid hoc? nisi quod si istis datum esset post amicitiã dissolutam, post bona proscripta, in vita remanere, minus quippè eis esset malum, sed occiduntur, necantur, in cinerem redigũtur, vnde nec misera eis conceditur vita. Consule historias, & vix reperies horum aliquem excidisse ab amicitia, quia nõ simul cum vita. Filium Parmenionis occidit Alexander, nunquid viuere desiit Parmenio, talis ac tantus amicus eius? vt dixit Antipater: *Si tantus amicus Alexandri fefellit, non est tutum cuiquam amico fidere, si Alexander nihil commeritum sustulit, præstat à Regum negotiis abstinere.* Plutarc. in Apolog. Reg. Tyberius, nunquid vitam Seyano suo non sustulit? Pyrrhus Faustum suum non necauit? Domitianus nonnè Rufum? Adrianus nonnè Ampronium? Diocletianus nonnè Patritium, quẽ semper & amicum, & socium vocabat? Et si Iustinianus Belisario Narsetique vitam non ademit, peius quid cùm illis egit, nam non illis eam reliquit vt viuerent, sed vt molliter, lentéque perirent, in puluerem ergo eos redigunt, & ob hoc in puluerem omnia statuæ metalla redacta.

52\. Puluis statuæ verè non fuit metallorũ, sed terræ, & cineris.

Ioan. 1.

Sanchez.

Is. 13. n. 13

53\. Priuatis post ab amicitia casum, nec vita conceditur.

Plutarc.

Quartò quod adnoto est, scissum esse lapidem sine manibus, id est sine vlla industria humana, sed tãtum diuina, à Deo scissus est lapis, non ab hominibus, qui solus, quem debeat Regis esse amicum, ipse determinat: *Multi requirunt faciem Principis*, inquit Salom. Prou. 29. n. 26. *& iudicium à Domino egreditur singulorum.* Ergo si Deus particulari cura, præcipuaque prouidentia eos ponit, peculiari etiam vigilantia in eos intendit, hinc sic talium exigentibus peccatis, quando magis tuti esse vidẽtur, deiiciuntur, nulla præcedente causa, nisi, quod sic Deus iubet eorum vindex operum malorum. Vnde talis status non solum periculosus, multumque ex parte tantum Regum formidabilis reperitur, sed etiam ex parte Altissimi vindicisque qui in cœlis. Cuius equidem ratio in promptu est, nam cùm isti ordinariè, infinita soleant, Regis amicitia freti, perpetrare mala, iniustitiasque committere, aliena rapere, sibi omnia assumere, bonos persequi, Rempublicam deprædari, peccare impudenter, honorem eripere, munia indignis dare, & propemodum alia innumera, quibus omni digni fiunt supplicio. Cum

54\. Deus decernit Regi priuatũ.

Pro. 29. n. 26.

55\. Eius status non solum ex parte Regis, sed Dei periculosissimus.

56\. Deus priuatorum vindex.

autem hoc eis Rex non infert, durante amicitia, obturatas omnino habens aures, fit vt talium supplicium Deo remittatur, ipsique incumbat, qui cùm iustus æquusquè sit iudex, personamque hominis non accipiat, fit vt licet tardè, vindictam sumat posteà de omnibus. & hoc quando magis isti securos se esse putant, quando omnia in manibus, quando nil mali æstimant sibi euenire posse, tunc ruit lapis, qui eos destruet & pessumdet, non equidem ab alio, nisi à Deo.

Ioab Dauid amicus 3. Reg. 2. duos Principes occidit fretus Dauidis amicitia, siluit Dauid, tẽpus aduenit mortis, quis non diceret securum esse Ioab, obliuioni mandatas esse illorum mortes, & à mente Dauid cancellatas, non remanẽte quopiam qui eas repeteret: at non sic, sed tunc quando magis ab illis securus Ioab [illegible] tunc iussus occidi, tunc necari, quis ergo eum [illegible]it? qualis inimicus? nullus, sed Deus iustus vi[illegible].

3. Reg. 2.

57\. Ioab occisus quando magis securus.

Saul impius, & auarus, pallio zeli simulans cupiditatem 2. Reg. 21. occidit Gabaonitas, tollens possessiones eorum, (vt inquit Lyra) mortuus est Saul, regnabat Dauid penitus huius facti oblitus, aderant Saul nepotes, viuebant securi, immò securissimi; fauebat enim eis Rex, *orta est fames tribus annis iugiter*, facet inquit textus, consulit Dauit oraculum, respondit, *Quod propter Saul, quia occidit Gabaonitas*, quid tandem? *septem filÿ Saul suspensi sunt.* Deus terribilis! quis non tunc diceret peccatum Saul oblitum, nullus erat qui reclamaret, securi stabant eius filij, at non sic quando magis securi, tunc scissus est lapis, & eos occidit nullo procurante, sed Deo vindicante, cuius est vindicare iniurias, iustitiamque facere oppresso.

2. Reg. 21.

58\. Saulis peccata vindicantur, quando penitus à mente hominum excisa.

Timentes enim fratres Ioseph ne reminisceretur iniuriæ, mortuo patre, miserunt ad illum sic dicentes, Gen. 50. n. 15. *Oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc, & venerunt, & adorauerunt*: quibus Ioseph: *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Pagnin. autem sic vertit: *Ne timeatis, numquid enim loco Dei sum?* Quasi diceret, non sum ego Deus, qui iniuriæ proximorum non obliuiscitur, etiamsi multa intercesserint tempora, & qui nullum peccatum inultum relinquit. sed homo sum, cuius partes iniuriæ obliuisci acceptæ, & Deo eam derelinquere, qui etiamsi multùm pœnam differat, tandem quando minus homo aduertit, eam infligit nullo petente, ac reclamante.

Gen. 50. 15.

Pagnin.

59\. Hominis est iniuriã dimittere, Dei eam vindicare.

Quod etiam adnotauit Theodoret. ponderans factum illud Gabaonit. quod supra nos adduximus, sic discurrens. *Per hæc autem nos docet, quod omnia sapienter administrat Dominus, quod etiamsi diuturna vtens lenitate, ac patiẽtia, non inferat statim pœnas legis non obseruatæ, posteà tamen iusta exigit supplicia, nã cùm quadraginta anni præteriissent, nubes quidem alligauit, ne parerẽt, sterilitatis morbo terrã subiecit, fame autem puniÿt eius habitatores.* Mirum, quadraginta anni transierant, intercesserantque à peccato Saulis, vnde in hominibus amplius eius memoria non extabat, quis ergo diceret Deum tunc vindicaturum tale peccatum, aut quis putaret tunc filios Saul pœnas luituros, aut non securos? nullus quidem, sed tunc quando magis securi, tunc scissus est lapis sine manibus, qui eos cruci affixit miserabiliterque ad nihilum redegit. Sic cõtra istos, *potentes à sæculo viri famosi*, qui omnia suo arbitrio regunt, & qui nullum timent in terra, quia potentiam pro se habent Regis, quia stipata habent latera Principis, qui eius habent in manibus

Theodor.

60\. Deus etsi tardè, tamẽ nunquam desinit peccatum punire, insontemque hominem relinquere.

voluntatem, tunc quando magis securi, *proijcitur lapis sine manibus*. Peruenit ad eos desolatio, & scissio, vnde minus cogitauot, quapropter merito dici potest, quod etsi omnium, præcipuè tamen istorum est vindex Deus, ex quo elucet huius miseria status extrema, nempe Deum habere vindicem, vltoremque, & in iudicium incidere omnino formidabile, tremendumque, immo horrendum, vt pote Dei viuentis.

61. Priuatorum ruina non communis. Quinto demum quod adnoto est, omnia illa conuersa fuisse in fauillam, & amplius quod rapta sunt à vento ita vt, *nullus locus inuentus est eis*. Primò considero non dixisse scripturam, omnia, aurum scilicet, argentum, & æs ac ferrum, confracta, sed in cinerem reducta, quod quid aliud innuit nisi horum ruinam non esse communem, sed singularem, & maximam, nullumque horum fuisse qui semel cadens omnino non pessumiuisse.

B Placet hoc considerare in ruina illa perfidi Aman, in qua multa notatu digna, & ad rem satis nostram, cap. enim 7. dicitur quod, *Aman surrexit* (Esther. 7.) *vt rogaret Esther Reginã pro anima sua, intellexit enim à Rege sibi paratum malum, qui cùm reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset domum conuiuij, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam Reginam vult opprimere me præsente in domo mea*. Deus magne; vnde hæc phantasia Regi? (62. Aman occisus a Regis falsa imaginatione nō ob necem intentatam Iudæis.) miser Aman ad supplicandum surrexit Reginam pro anima sua, & Rex inquit, quod vult eam opprimere, nec per primam cogitationem hoc Aman illuxit: parum huc, sed hæc dicens Rex operuerunt vultum eius Eunuchi, mandans illis vt occideretur, *appendite eum in eo*. Ergo appensus est Amã, non pro nece Iudæorum, sed quia opprimere voluit Reginam, vt Rex putabat, sed falso, ergo ex vana tantum imaginatione Regis, perdidit hic miser & statum, & vitam. Mirabile sane documentum, mirabilisque miseriæ huius status euidentia, qui à Deo ruinæ subiectus est, vt non sufficiat malum nō operasse, sed necesse est, vt Rex illud intelligat, at si semel contrarium apprehendat, licet vanè, licet sine fundamento, actum est de amico, de amicitia, de statua, de vita, de domo, de familia. Quis ergo tam amens est, qui statum sic vitreum, fortunamque sic fragilem ambiat & desideret? Considera quæso, est ne in natura res magis possibilis quam speciem aliquam in mentem alicuius falsam, erroneamque aduenire, & præcipue Regum, quibus numquam veritas innotescit, quibusque semper contra amicos iacula immittuntur vera, vel falsa, nã cùm status eorum obiectum omnis sit inuidiæ, cùm vt S. inquit Petrus Chrysolog. ser. 122. *Est enim graue illis malum*, hoc est cæteris, qui illo carent gradu, *est illis incendium non ferendum, quos aliquando habuere cõtemptui videre fœlices*. Ob quod, vt inquit Æmilius Probus in vita Chabriç, nil libentius aguñt quã illis detrahere, & vt sic dicam, vellicare. *Ob hoc commune vitium, ait, in magnis, liberisque ciuitatibus, vt inuidia comes gloriæ sit, & libenter de his detrahant quos emergere vident altius*. Vnde tanquam axioma certum pronunciauit Iosephus Antiq. lib. 10. cap. 14. *Mordentur semper qui quosdam apud Principes plusquam se valere conspiciunt*. Ob quod bene Lucian. *Aures, ait, & oculi regis multi sunt, qui non solum vera vident, sed semper aliquid addunt ne coniçere videantur*. Si ergo semper mordentur, intrinsecusque dilaniantur, consequens quidem erit, vt & semper etiam cogitent, quomo-

63. Miseria statūs priuatorum quanta non illis sufficit malum nō patrasse.

64. Priuatorum status inuidiæ obiectum.

S. Petrus.

Æmil. Prob.

Iosephus.

Lucianus.

A do apud Principem illum dilanient, conuellent, in malamque faciant opinionem. Hinc contra illum calumniæ, verborumque iacula, quæ etsi hodie cor, animumque Regis non feriant, cras ferient, & si non hac hora præsenti, possibile vt altera sequenti, semel autem immissa, illaque apprehensa specie contra amicum, licet falsã, illico statimque secum & voluntatem attrahet, qua semel attracta, en amicitia deleta, en amicus suspensus, & occisus, etiamsi nullum commisit malum, etiam si nec somniauit illud facere.

Occasione huius non possum equidem non mirari, quomodo non omnes Dei amicitiam appetant, contraque omnes non exclamare, O fatui, & amentes filij Adam, sic fatui, vt amicitiam tam fallacem, & inanem, tam futilem fucatamque, tam fragilem, & vitream sequimini, derelinquitis autem veram, & firmam, tam firma, vt semel admissa nisi vos prius deseratis eam, ipsa prius vos non deserat, vt sanctum inquit Tridentinum Concilium, cùm ait, *Deus namque sua gratia semel iustificatos nõ deserit, nisi ab eis prius deseratur*, Sess. 6. c. 11. hoc certè nisi aliud Dei haberet amicitia, sufficiens esset vt omnes eam, & præter ipsam vllam appeterent aliam. Securus ergo sum, quod si ego non ero primus ad scindendum cum Deo amico, ipse prior non scindet, quid dulcius excogitari potest? & secundò securus sum, quod si ego contra ipsum non fuero malus, si ego eum non offendero, si rectum erga eum meum erit cor, nullus erit, qui mihi sugillare, nullus qui aliter quàm ego sum illi me depingere poterit, quid quæso securius? & tamen tanta est fatuitas, ve dicam, humani cordis stultitia, vt potius mundi amicitiam eligat, spreta diuina. Merito ergo pœnas luunt, dum etsi aliquando

65. Dei amicitia quàm expetenda.

Concil. Triden.

66. Ipse primus nunquam fœdera scindit, sugillatores non admittit.

C nihil contra amicum peccarunt in minimoque eum offenderunt, sola vana, falsaque deferuntur imaginatione, immo & occiduntur, vt ab Assuero Aman, à Iustiniano Belisarius, Narsetesque, & tandem à Dionysio Martia, *Quem*, vt ait Rhodig. lib. 22. cap. 10. *occidit, licet cer ei dedisset*, non ob aliud, *nisi quia semel aliquid de eo seminauit, aut minus erga eum fidum, aut minus rectum*. Ex quo patet sic vitream, sic fragilem, sic periculis vndique subiectam priuatorum esse fortunam, vt necesse non sit ad illam adimendam vis magna, potentia ingens, industriaque valida, nam & somnium sufficit vt eam deturbet, ac pessumdet. Qualis ergo est hæc fortuna, aut dic tu quis in terris eos figere potest rotam, cùm per somnium etiam exturbetur, & conteritur, vadat nunc priuatus, & firmiter latera stipet Regis, turbæ adsint amicorum, clientum, consanguineorum, vndique illis vallatum retinens principem, ne aliquid contra eum suggeratur, ne aliquid mali audiat, vt semper bona, etsi falsa propinent. Insomnium quidem detinere non poterit, insomnium inquam ab alto emissum, lapis sine manibus scissus, qui eum pessumdabit, funditus destruet, ac ad nihilum, non solum ipsum, sed sua rediget.

Rhodig.

67. Somnium Regis sufficit ad destruendum amicum.

D

Quod secundò adnoto in Amani facto, cùm non solum ipsum occisum, sed filios, filias, vxores, parentes, rem destructam, perditam, funditus euersam domum, agros, vineas, omnia tandem: vt semel videas, quomodo verum sit in fauillam redigi totum huius status, quæ tam magnæ, tamque admirandæ molis erat, *Die ille*, inquit scriptura, *dedit Assuerus Esther Reginæ domum, Amã*, cap. 8. num. 1. *tulit annulum, & tradidit Mardocheo*, En domum, & (Esth. 8. 1.)

Ester.10.

dignitatem deperditam. *Suspensi sunt decem filij Aman in Susan*, ca.10. A En filios occisos, quid amplius remanebat? solum amici, omnes nullo relicto, occisi, tum per occisionem factam infusis, tum per eam quæ in omnibus Prouincijs, ita vt, *septuaginta quinque millia occisa sint.*

August.
68.
Periculosa amicitia cũ priuatis eorum ruina secum attrahit & amicos.

Ex quo elucet quàm verum sit illud sapiens Augustini dictum, horum amicitiam potentum, non solum non expetendam alicui, sed potius timendam, nam si ipsi cadunt, fere semper, & amici cum illis, *Sunt quædam refugia*, inquit Augustinus super illa verba psalm. 45. *Deus refugium nostrum & virtus, vbi non est virtus, quò quisque cùm fugerit, magis infirmatur, quàm confirmatur, confugis v. g. ad aliquem in sæculo malum, facias tibi potentem amicum, refugium tibi videtur, tanta tamen huius sæculi in incerto sunt, & ita potentum ruina quotidiana crebrescunt, vt cùm ad tale refugeris, & confugeris, plus ibi timere incipias.* B Nil aptius dici potest. Nõ solum ipsi pessundantur, sed amici, & dum truncus cæditur, cadunt etiam & rami. Vt semel videas quod ruina horũ non est ordinaria sed singularis, & quæ post se ruinã attrahit omnium, tum parentum, tum amicorum, nihilque eorum remanere quod non in fauillam, cineremque redigatur.

Vltimo tandem quod adnoto in casu huius statuæ est, *quòd nullus locus amplius inuentus est eis in terra*. In qua re modum dicendi pondero scripturæ, nam non dixit quod fauillæ raptæ sunt à vento, & euanuerunt, ad nihilum redactæ, sed quod, *nullus locus inuentus est eis*, quod est dicere, nullum locum ad quem ibant eas recipere voluisse, nec eis locum præbere, vt ibi habitarent, sed omnes eas expellebant, receptionem, auxiliumque negantes, opem insuper, fauoremque, imò omnes simul à se C eas abigebãt, ita vt nullus penitus locus amplius inuentus est eis. Mirum. Statua illa quæ totum prius replebat mundum, & per quam solum mundus videbatur efformatus, quamque omnes prius sus-

69.
Priuatus post casum nec locum inuenit vbi se recondat, omnes eum derelinquunt.
Chrysost.

piciebant, neque locus reperitur in terra, qui fauillas eius velit recipere, qui residuum eius velit accommodare, nullus qui amicitiæ, qui fauoris, qui mercedis, qui beneficij, nullus qui bonorũ operum eius reminiscatur, nullus qui amicè, nullus, omnes eam negant. O quàm bene hoc sanctus declarat Ioannes Chrysostomus hom. in Eutropium Eunuch. Patricium, & Cõsulem, præfectumque cubiculi Arcadij Augusti, qui de amico factus inimicus ad mortem expetebatur.

70.
Priuati morte suam emunt securitatem eius amici.

Vbi nunc, inquit, *pocillatores tui? vbi qui in foro populum de viu decedere cogebant, tuasque laudes passim apud omnes deprædicabant? transfugerunt, deseruerunt tuam amicitiam, suam securitatem tuis periculis quærũt.* D O aurea verba, *suam securitatem tuis periculis quærunt.*

71.
Eorũ amor odium.
Idem.
Chrysost.

Nam isti primi sunt ad eum tradendum, & negandum, illique imponendum, salutem putantes suam, mortem istius, signum euidens quod illorum amor non erat nisi odium. Quod etiam præclarè idem dixit Chrysostomus hom. de diuit. & paupert. vbi enarrans quod nullo modo diuites fidere deberent in honore, quem illæ afferunt, cùm fucatus sit, immo potius honore priuant, nam honor qui diuiti habetur, non ipsi, sed diuitijs fertur, *Cùm non sit in naturam*, vt ipse inquit, *sed in speciem potius esse videtur*, & diuitias nihil aliud esse nisi colores fucatos, quibus deformis vultus deceptus formosus apparet, sic postea inquit, *Quod si quando personam istam compositam, rerum commutatio superueniens è conspectu subduxerit, & redargnerit, tunc probe* A *cernes superiori tempore infra omnes te fuisse contemptissimum, apud eos qui te colebant, & honorem tibi haberi te putauisse ab ijs qui te in primis oderant, & in extremis calamitatibus videre te cupiebant.* Nil melius. Quod satis serui confirmant Assueri, qui omnes adorabant Aman, & tamen vix eis oblata occasio, quando mortem ei machinarunt, viderunt tantum contra eum iratum Regem, & cùm nihil eis dixisset Rex, *operuerunt vultum eius.* Ester 7. num. 8. quod erat signum ad mortem destinati. *Ester. 7. num. 8.* Quis ergo eis tale imperauit? ne mireris, amici falsi erant, oderant intus, licet foris amorem ostentarent, & obsequium. Fucata erat illa amicitia, fucati sæculi amici, falsi, & penè inimici, qui tẽpore casus sic expellunt amicum, vt quo se saluet, non solum non præbent, sed illius periculo salutem suam quærunt.

B Hoc placet expendere in prima, ac maxima illa mundi amicitia, Adami scilicet Euæque, qua nulla maior, nulla arctior, nulla strictior, eam appellans, *Os ex ossibus meis & caro ex carne mea.* quid arctius? *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Gen. 2. num. 23. quid fortius? *Genes. 2. num. 23.* Quin & ne contristaret ipsam, vt inquit Augustinus, mandatum Dei spreuit, sciens mala quæ erat subiturus, tam grandis erat amor Adami, *August.* sic grandis eius amicitia. At qualis eius in Euæ casu

72.
Adam periculo Euæ, suam intentauit emere salutem.
Genes. 3. num. 12.

constantia? percunctanti enim Deo inculpantique Adamo de culpa respondit, *Mulier quam dedisti mihi socium, dedit mihi de ligno & comedi*, Genes. 3. num. 12. O bellè, vbi nunc est ille amor? Adam, cur nunc incusas eam, de ea nemine tibi percunctante? cur periculo, & sententiæ os tuum, carnemque exponis tuam, insuper & delicias tuas? cur non excu- C sasti? cur non tacuisti? cur supra te solum tantum non imposuisti culpam, vt quam dicebas carnem os que tuum, saluares? Amice ne mireris, mundi amicitia est, *Periculo amici emunt saluationem suam.* Inculpauit Adam Euam putans se periculo illius saluari posse, & pœna illius impunitum se mansurum, & sic tunc videns eam denudatam, & eiectam, à gratiaque collapsam, primus fuit, qui eam negauit, primus qui vt se à pœna liberaret, & sola eam Eua portaret, contra eam testimonium dixit. *Considerandum Adamum*, inquit Bernardus *Bernar.* sermone primo in fest. Omnium Sãctorum, *quàm fuerat indulgens vxori in culpa, tam fuisse aduersus eum postea crudelem in subeunda pœna, nam transferendo culpam à se in vxorem, pœnam quoque meritam voluit in eam solum traducere: ô peruersitas, pœnam pro ea suscipere refugis, & culpam ad-* D *mittere non recusasti!* Nil melius, culpas cum priuato admittere amici non refugiunt, imò & ipsum sæpe sæpius ad illas adiuuant patrandas, pœnam tamen cum illo suscipere recusant. Liceat ergo simul cum diuo exclamare Bernardo: O peruersitas in delicijs, ac peccatis fuistis, & tamen nunc iunctim pœnas omnes sumere refugitis. At si tantum pœnam recusarent, minus quidem esset malum, sed addunt, eum expellendo, & à se eijciendo, & tanquã si eum nunquã cognouissent, auxilium, opem, fauoremque ei denegãdo, vt miser nullum in terra locũ, sicut nec fauillæ illæ statuæ prorsus repeniat.

Euanuerunt ergo omnia, & ad nihilum redacta sunt, ventus ea tulit, nec vestigium remansit, en fortuna quã tantopere homines appetunt, mala in principio, peior in prosecutione, pessima in fine.

At si hîc mala sisterent, minus malum, vnum superest forsitan omnibus maius, contrita est statua

73. Priuatorum vltimum malum, & horrendum ipsis.

à lapide sine manibus, sed conterendo lapis statuam, notandum tantum absuisse ipsum conterritum, quin potius creuent in montem, montem magnum. *Lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Hoc maius malum, videre scilicet, & oculis sæpè perspicere suis, in locum eorum æmulos subintrare suos, ruinarumque causam suarum, & in sublime gladium attolli fortunæ suæ. Est ne aliquid aliud magis intolerabilius? plus audeo dicere, hoc est, quàm amissio ipsiusmet fortunæ ipsiusmet vitæ. O si vixisset Aman infœlix, plus doluisset, si annulum Regis, quem ipse possidebat, in Mardochæi vidisset manu, & sublimem hunc plus quàm ipsum factum, hic equidem maior dolor, maiorque omnium extitisset cruciatus.

2. Reg. 17.

74. Achitophel cur se suspendit.

75. Cur Dauid oderat.

Hieron.

Sic sanebes hîc.

Theodore.

Quid nonne Achitophel 2. Reg. num. 17. se suspendit ne iterum Dauid videret in Regno, quem impensè odio prosequebatur ex adultero concubitu cum Bersabea quæ vt inquit Hieronymus ex traditione Hebræorum, neptis erat sua. Præuidens enim acutus homo victorem fore Dauid, vt inquit Theodoretus, maluit mori ne victori occurreret, videretque iterum in sublime erigi, quem deiectum tantupere ipse cupierat, *Nam cùm ad rerum finem prauidendum esset idoneus*, inquit Theodoretus, *non admissa eius suasione, Dauidis futuram credidit victoriam, & timens proditionem*, immò adde ipsius Dauid glorificationem, *sua manu de se sumpsit supplicium*, mallens mori, quàm inimicum videre exaltatum. Quid ergo facient, qui non tantum inimicum, sed æmulum, & exaltatum non ex alienis, sed ex suis, malunt equidem mori, immò si viuunt, in pœnam potius eis conceditur vita, quàm in subsidium.

76. Visio æmuli exaltati plus dolet quàm ipsa mors.

1. Reg. 2. 31.

Comminans Deus Heli ob peccata filiorumque scelera 1. Reg. 2. num. 31. inter alia, hæc ei dixit: *Videbis æmulum suum in templo in vniuersis prosperis Israel, non erit senex in domo tua omnibus diebus.* Mortem hic comminatur omnium suorum, at quia hæc minus erat malum quàm ipsa visio æmuli, ne putaret Heli hoc maius malum ei defuturum, ideo subdidit Dominus. *Verumtamen non auferam virum penitus ex te ab altari meo.* Cuius rationem adiungens audit, *vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.* Sic hunc locum interpretatur

Lyran. Abulen. Caiet. Isidorus.

Lyranus, Abulensis, & Caiet. è quibus Isidorus Clarius sic ait, *in mœrorem animi tui, & consumptionem oculorum tuorum, in infimis permissi sunt officijs, qui prius summam tenebant arcem.* Nec mirum, nam

77. Æmuli vox quid importet.

si benè quid vox æmuli in se importet considerauerimus, ex illa eliciemus, qualis quantus que æmuli dolor sit supra mortem futurus propriam, *videbis æmulum*, videbis, *angustiatorem*, ex Hebræo, videbis, *tribulatorem*, vt ex Symmacho, tribulatur cor, angustiatur, affligitur, angitur, ita vt ad tabem vsque ipsam reducat animam, vt quod mors post

78. Æmulationis passio quam terribilis.

occisum corpus sine dolore causat, ipsa æmulatio cum dolore in vita, tabescit corpus post mortem à morte, at sine dolore, tabescit ab æmulatione, sed cum dolore, cum gemitu, cum tristitia, hinc aliqui potius mori, quàm æmulum sustinere ambiunt.

Gen. 3. 1.

79. Rachel potius mortem elegit, quam æmu-

Cernens autem Rachel, sacer inquit textus, *quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait; Da mihi liberos, alioquin moriar*, Genes 3. num. 1. mortem quippe præeligebat ista, potius quàm æmulam videre: & tamen vxor erat sicut illa, immo & prædilecta, quid quæso, fecisset si non prædilecta, si Lia ob filios tulisset illi locum, præocupassetque Iacobi amorem? perijsset sine dubio, tabuisset, se occidisset, nam supra mortem quidem est æmulatio, *dura, sicut infernus*, vt inquit spõsus, seu vt alia littera, *sicut sepulchrum*, cuius partes sunt consumere ac tabe conficere, quod mors relinquit, vnde morte intolerabilius. Quod cùm ita sit, qualis dolor, qualis gemitus, qualis tabes erit illa animi priuati alicuius, à gratia Principis excidentis, in sublime videre elatum, lapidem illum suæ ruinæ, ac destructionis causam, morietur sanè, tabescet anima, deficient oculi, & supra ipsam mortem infortunium æstimabit istud.

lam videre.

Zachar.

En amice illius fallacia status, quem tantopere homines appetunt, en eius ludibrium, en vanitas, sed quid mirum, vt iterum ad Zachariam reuertamur, si Regna, & Imperia ipsa, *venti sunt*, quomodo non ventus priuata bona? immo quomodo non minus quàm venti, si omnia hæc humana minus sunt? Chrysostomum audiamus vbi supra, Orat. in Eutrop. vbi sic ait, *Nihil est humanis rebus infirmius, quapropter quocumque nomine earum vilitatem significaueris, minus quàm pro rei veritate dixeris, vel si fumum eas, vel fœnum, vel somnium, vel flores vernos, vel quilibet aliud nominaueris, vsque adeò sunt fragiles, & magis nihil quàm nihil ipsum.* Postrema hæc verba notanda, quid vanius quàm nihil, & tamen magis vana sunt hæc, quia magis nihil sunt, quam nihil ipsum, quomodo? 80.

Chrysost. vbi supra.

Res huius mundi plus nihil sunt quàm nihil ipsum.

nam nihil vnquam fuit, vnde non multum quod nec fiat, memoria, nec æstimatio eius, at quod illud quod fuit, ita in nihilum abeat, vt nec memoria, nec æstimatio ipsius amplius supersit ac si non fuisset, *Certe hoc magis nihil est quam nihil ipsum.* Talia sunt omnia hæc, prætererunt, & ne vestigium quidem ipsorum reliquerunt, ingrediuntur ergo homines in hanc vitam plorantes, vt inquit noster Sapiens, prusequuntur eam gementes, misera ergo in principio, misera in prosecutione, miserrima in fine & exitu, quia in puluerem redigitur homo, vt mox dicemus.

Num. 6. *Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similiter exitus.*

Sensus patet, conclusio est antecedentium.

HOMILIA CXXXIII.

Vita miserabilis, quia finis eius puluis: eiusdemque pulueris consideratio quantum homini proficua.

Miseram hanc vitam perspeximus in eius principio, miserrimam in prosecutione, vltra omnem nunc miseriam eam inspiciemus in fine, & termino. *Vnus ergo introitus*, ait noster Sapiens, *est omnibus ad vitam*, qui est planctus, & lamentum, *Similis exitus*, similis finis, mors, cinis. *Homines*, inquit sanctus Isidorus libro primo different. differen. 23. *sunt tardi ad sapientiam, veloces ad mortem, de præteritis nudi, de præsenti-*

Isidorus.

1. Hominis periphrasis ex Isidoro.

bus exigui, de futuris incerti, concipiuntur in iniquitate, in peccato nascuntur, in labore viuant, in dolore moriuntur, in cinerem reuertuntur. Apprimè dictum, & apta infœlicitatis humanæ periphrasis. Infœlix est homo, quia currens ad mortem lento tamen ad sapientiam graditur pede, ita vt sæpe prius in ipso lumen extinguatur vitæ, quàm sapientiæ accendatur, quid infœlicius? Infœlix etiam, quia præterita non habet, & præsentia cùm sint vilia, in ipsis est exiguus, futura autem etsi sperat, tamen de eis incertus manet, quid miserius? At supra has, superimminent infœlicitates aliæ; nam si eius vitæ principium inspicias, ait Isidorus, in iniquitate concipitur, & in peccato nascitur, si prosecutionem, in labore viuit, si finem, in dolore moritur, in cinerem reuertitur, quo nil miserius excogitari potest. Itaque vndequaque hominem inspicias miser est, miser in principio quia cinis, miserior, quia in cinerem vertendus.

Isai. 40. n. 15. Enimuero inanitatem hominis siue eius exiguitatem expendere desiderans sanctus Propheta Isai. cap. 40. num. 15. multum se dixisse æstimauit, stillam situlæ omne genus appellans humanum, vnde ait, *Quasi stilla situla omnes gentes in conspectu Dei sunt.* Quem locum luculenter, vt assolet, expendens Chrysostomus homil. 2. de incomprehensibili Dei nat. postquam singulas mundi enumerasset nationes, magnas, pergrandes, ac propemodum infinitas, illasque ponderans, postquam omnes tanquam stillam situlæ coram Deo esse adnotauit affirmasse Prophetam, tandem ad particularem deueniens hominem, sic ait, *Dic quæso quota huius gutta particula sis?* Nil melius. Si totus mundus stilla situlæ, vnus homo quid? si totus mundus seu tota terra, vt Mathematici inquiunt, respectu cœli, ad instar est puncti, homo vnus qui in ea, quid erit? minus quàm punctus, minus quàm stilla. Multum hoc si paruitatem perspiciamus hominis, sed minus dictum si ad eius vilitatem, quia etsi esset stilla, minus malum, at est cinis, & lutum. Vnde nescio an aptius sanctus dixisset Propheta, si omnes appellasset gentes, luti, cinerisque granum vnum, quod simul & inanitatem, & vilitatem eius expressisset, sic inanis, sic paruus, sic vilis est omnis homo à natura, quòd si aliter apparet artificiale est, non essentiale.

2. Genetis humani exiguitas quanta.

Chrysost.

3. Quanta vnius hominis, quanta sit eius vilitas.

Sanctus Chrysost. vbi supra. Quod egregiè sanctus dixit Chrysostomus vbi supra. *Si homo formosior, inquit, & late nobilior apparet, hoc non diuersitate natura, sed ingenio artificis prouenit, nam materia quidem ratione, nihil inter latam, & illam interest, quod si non credis, sepulchra & monumenta inspice maiorum, illa enim facile suo exemplo possunt tibi persuadere puluerem, & lutum te esse,* Nil melius. Lutum omnes sunt, siue Principes, siue Reges, summique Monarchæ, quouis præcellant cæteros fulgore, etsi aliquid præ cæteris ostentant, ars illud fecit, non natura: quod si eam ab illis auferes, illico quid sint apparebit, inspice intro, ne sistas extrinsecus, nam si introspexeris, etsi foras tremendos, totosque refulgentes auro inspexeris, intus lutum esse eos inuenies, prorsusque miserabiles.

4. Ars non natura homines dissimiles in præstantia fecit.

5. Inspicie ndi intus, si quid sit scire velimus.

Ad suum adorandum Deum, summus ille Baltazar Imperator attrahere desiderans Danielem, ab illo percunctatur cur, *Bel non adorabat,* Daniel.

Dan. 14. num. 4. 14 num. 4. cui cùm respondisset Daniel, *quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum,* miratus Rex, Deum non viuentem illum appellasse, sic ei obiecit, *Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? non vides quanta comedat, & bibat quotidie?* At

A Daniel ridens respondit. *Ne erres Rex, iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æneus, neque comedit aliquando.* Luteus à natura, æneus ab arte, comedebat artificiosè, quia non ipse, non comedebat à natura, adorabatur, tremendusque apparebat, sed ab errantibus qui tantum exteriora respiciebant, despiciebatur ab eo qui introspiciebat in æneo lutum videns, infirmitatem prospiciens, non decept' ab arte, sed edoctus à natura. O si homines sic aspicerent quæ sunt mundi altiora, lutum inuenirent, quod aurum putant, etsi à natura artem discernerent, quid essent Reges, quid illi, qui Dij reputantur in terris, illico cernerent: tolle à Rege quæ ars fecit, quæ homines ei conferunt, tolle potentiam, quam ab hominibus habent, tolle diuitias, tolle milites, tolle arma, tolle exercitus, tolle coronam, quæ omnia ars fecit, quid remanet nisi lutum? nam omnis eorum Maiestas, gloriaque omnis, ficta est, non vera, vacua, non plena, hinc

B adminiculis eget quę sic falsa, luteaque sunt vt ipsi.

6. Artificiosa à Regibus tollantur & ficta, nil remanebunt.

Pulchrè Origenes homil. in Matth. 35. ponderat summum in antiqua lege sacerdotem ineffabilis Dei nomine inscriptione processisse decoratum, dum illo summus Pontifex caruerit Christus. Cuius rationem assignãs, ait hoc ideo factum, quia his Christus adminiculis non egebat, quia natura Rex, quia essentialiter Diuinus, quia pro litteris, ac nomine summum in se includebat patrem: *Princeps quidem sacerdotum, ait, secundum litteram Regis portabat in capite suo sanctificationem Domini scriptam in metallo; verus autem princeps sacerdotum, & Rex Iesus, in cruce quidem habet scriptam, Rex Iudæorum, suscipiens patrem in se pro litteris, & pro nomine, qui nominatur & habet eam coronam, & dignus eo effectus, & solus sufficiens patrem capere potest.* Ponder o illud,

Origen.

7. Christus ad sui maiestatem adminiculis non indigebat, quia essentialiter Rex.

C *in cruce habet scriptum Rex Iudæorum,* non in auro, non in gemmis, non denique in margaritis regale insculpsit nomen, sed in cruce, hoc est, in ligno, in quo pendens erat maledictus, & tamen vt Rex recognoscitur, & adoratur, tremebundum cœlo, terræ, infernoque ipsum sacrosanctum apparens nomen, etsi in ligno. Ne mireris, quia essentialiter Rex est, non vt cæteri Reges, qui non à natura, sed ab artis adminiculis, sic vana, futiliaque, ac ipsi vani, futilesque qui titulos gemmis coronant, altibus ornant stemmata, quæ omnia vana, quæ verum in se non habent, sed quasi esse. Quod eleganter dixit Ambrosius libro de initiandis cap. 4. tom. 4. ponderans in baptismate sancti Spiritus apparitionem in columbæ specie, adnotans, quòd etsi vera fuerit illa columba, non tantum apparens, tamen ab Euangelista Luc. cap. 3. num. 22.

8. In cruce cur inscribi voluit Rex Iudæorum.

9. Principum stemmata quam vana.

Ambros.

D quasi apparens describitur, *descendit Spiritus sanctus, inquit, corporali specie sicut columba in ipsum.* Quod dubium resoluit, affirmans ideo dictum, quia omnis creaturæ species dum facile soluitur, atque mutatur, non omnimodè dici potest quod sit, sed quod quasi sit, vnde licet vera fuerit columba, fuit quasi columba, nam sola diuinitas verum in se includi esse. *Sed quid tam verum, inquit, quàm diuinitas quæ manet semper, creatura autem non potest veritas esse, sed species quæ facile soluitur, atque mutatur.* Nil melius, sunt, quasi non sint, hinc futiles vanæque, vnde & ipsæ vanæ, & ipsi, qui eis vtuntur, foris aurei, intus lutei. Ne erres ergo, ô homo, vt cum Daniele dicam, quia tales dij non sunt, nam forinsecus tantum ænei vel aurei, intus autem lutum.

Luc. 3. nu. 22.

10. Columba in Iordane supra Christum apparens vera extitit non ficta.

11. Creaturæ non simpliciter sunt, sed quasi sunt.

Ambr.

A At expendo Baltasaris rationem affirmantis illum esse Deum, & Deum viuentem, *non vides*, inqoit, *quanta comedat, & bibat quotidie*. O dementia! vnde deberes colligi non esse, affirmas illum Deum tuum esse, sic fatuus. *vt per singulos dies ibat adorare eum*, si pane, ciboque indiget, vnde ergo

12. Reges non sunt dij, quia alienis egent.

est Deus? si tois eget, & si illi non præbeas, fame, miseriaque consumetur, vnde illi diuinitas? etsi tandem tibi nil confert, imo à te tua aufert, cur insanè Deum dicis? *Si Deus es*. Alexandro Scytha ille sapiens cuius terras inuadebat, dixit, *tribuere beneficia debes, non sua ab hominibus eripere, si autem*

13. Quis verus Deus.

homo es, id quod es, semper te esse cogita, stultum est eorum meminisse propter quae tui obliuiscaris. Quid verius, si Christianus dixisset, ad cõfusionem equidem eorum, qui hæc non considerantes, statuas has adorant, verumque pro illis Deum derelinquunt, B miseri non attendunt, quod non aliter isti Dij sunt, nisi quia vitam, sanguinemque ebibunt populorum, & quod habent, ars fecit non natura, forinsecus ænei intus lutei, in lutum, cineremque reuertendi, licet auro, argento gemmisque fulgeant.

Enimuero statua illa Nabuchodonosor, de qua supra aliqua diximus, etsi ex auro, argentoque, ære, ac ferro compacta, in puluerem tamen non auri, non argenti, non æris, aut ferri, sed æstiuæ areæ fuit redacta, vt supra explicuimus, id est in puluerem terræ, in cinerem & lutum; & si ipsa ex auro, sic potens, sic valida, illa minima pars extitit terræ quæ in illa: quod etsi in pedibus, tamen ad se, & in se, aurum conuertit, & argentum. Quãto magis isti magni, potentesque isti qui orbi dominantur, & vrbi, etsi auro fulgeant, argentoque emicent, in puluerem tandem miseri, & in lutum redigentur, cùm C non compacti ex ære argentoque, sed toti terrei, nõ solum pedes, sed ipsum totum habentes terreũ corpus, ob quod non longo, sed breui spatio defuturi,

Hierony.

vt egregiè dixit Hieronymus ep. 3. ad Nepotian. *O si possemus*, inquit, *ascendere speculam de qua vni-*

14. Homo in sepulcro, & cito in puluerem reuersurus.

uersam terram sub nostris pedibus cerneremus, iam tibi ostenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus, & Regnis Regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios ad seruitutem trahi, hic nuptias, ibi planctum, illos nasci, istos mori, alios affluere diuitijs, alios mẽdicare, & insuper non Xerxis tantum exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc viuunt in breui spatio defuturos. Nil melius, in cinerem sunt reuertendi, at si post secula longa

15. Quo plus viuere appetit eo citius currit ad mortem voluntariè.

minus malum, at non sic, sed breui spatio, sed illicò sed post instans, & hoc velint nolint, quia ventus est vita, & non nisi breuis ad mortem cursus, quam D dum homines subire refugiunt & viuere desiderant, quo hoc plus appetunt, eo plus ad mortem

Idiota.

quam refugiunt, peruenire desiderant. Quod eleganter dixit Idiota lib. 5. de morte cap. 14. in suis Cõtemplationibus, *Velatus est*, inquit, *vita nostra, quia inuisibiliter, & incessanter, & sine reditu transit, & comparatur vmbra quae semper sequitur corpus, nec est aliud vita præsens, quàm cursus ad mortem, & quamuis homines laborent vt diu viuant, & ut ad terminum vitæ perueniant, nihil tamen,*

16. Incineratio vltima miseriarum.

Domine, est viuere nisi ad finem currere, quare ipsi ambulant quò peruenire nolunt, & currunt voluntarij ad terminum quem refugiunt. Quomodo voluntarij? quia voluntariè viuunt, & vita non est aliud nisi cursus ad mortem, ad resolutionem, ad incinerationẽ, quæ vltima omniũ est miseriarum.

Genes. 3. num. 17.

Primo enim nostro Deus maledicens parenti, Genes. 3. num. 17. mortem, inter cætera pœnarum A genera ei inflixit, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es*. Quibus dictis adiecit, *quia puluis es, & in puluerem reuerteris*: Si mortem inflixit vltimum terribilium, ad quid hoc postremum, ad quid adijcere, *& in puluerem reuerteris*? an quia incineratio vilior ipsa est morte? Aliquod quidem Adamo solatium extitisset, si post mortem in suo remansisset esse eius corpus, etsi cadauer, quod vt Dominus præscinderet, sciretque nullum ipsi conueniens esse solatium, qui Deum ne solatium suum contristaret offendit, ideo adiunxit ad mortem, incinerationem, tanquam quid vilius abiectiusque, adeo vt veniens Christus Dominus noster, etsi omnia voluit sustinere opprobria, omnesque Adami pœnalitates, ad quas sustollendas libentissimè se sanctissimo obtulit Patri, hanc tamen noluit, immò pro ea orauit, quam cùm obtinuisset sic vndequaque lætus extitit, vt intus ipsam lætitiam continere non valens, & anima, & corpore exultauit, totusque in iubilum, vt ita dicam, euadens, reminiscens se in puluerem non resoluturum. *Prouidebam Dominum*.

17. Adamo cur dixit Deus, in puluerem reuerteris.

18. Christus Dominus noluit assumere incinerationem Adami, etsi omnes eius ceteras pœnalitates.

Psal. 15. num. 8. ex persona Christi Regius inquit Psaltes, *in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear: propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe*. Vbi Hebræi tres hominis cõmemorari partes aiũt, cor nempè, hoc est animi præstantiorem partem, animam, quam pro lingua accipiunt, nam vbi vulgatus, *linguam* ipsi, *gloriam*, reddunt, vnde Hieronym. *& exaltauit gloria mea*, & carnem, quibus tribus partibus homo constat, ad denotandum iubilum Christi non tantum interius fuisse, sed exterius, non tantum in anima, sed C in corpore, ideo vt totus ipse exultaret lætatusque sit anima, & corpore, cordeque, spiritu, & carne. Vnde ei tantum iubilum? ni fallor quod etsi tormẽta, afflictiones, crucem, mortem tandẽ se subiturum vidisset, tamen non sui incinerationem, nõ sui sanctissimi resolutionem corporis. vnde & sequitur, *quoniam nõ derelinques animam meam in inferno*, hoc est diu in illo commorari, *nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*: hoc est corpus meũ videre incinerationem, vt inquit Euth. & Ber. serm. 35. in Cant. dum ait, *haud dubium quin de corpore dicat, quod in sepulchro iacebat exanime, hoc enim sanctum, & Angelus qui nunciauit virgini locutus est*, cuius corpus corrumpi, ita affirmat impossibile extitisse, ac impossibile, vt semel virgo post partum sanctissima existens Genitrix, virginitatẽ amitteret. D *Quo ergo pacto*, inquit, *sanctam fœnum*, hoc est corpus, *poterat videre corruptionem quod de incorrupti vteri perpetuo virore vernantibus pascuis ortum, etiã auidos Angelorũ in se figere possit obtutus, insatiabiliter oblectandos, perdat sane fœnũ viriditatẽ, si Maria virginitatẽ amiserit*. Ergo, etsi pœnas, etsi tormenta, etsi vilissima quæq; passurus esset opprobria Christus, toto tamen lætatus est corde, quia nõ sui resolutionẽ corporis, nõ sui incinerationẽ, sic res est vilis incineratio, sic abiecta. Ob quod tanquam omniũ malorũ extremũ, ni fallor, sibimet imprecatus est Dauid quando ps. 7. n. 5. inquit. *Persequatur inimicus animã meã, & cõprehendat, & cõculcet in terra vitã meã, & gloriã meã in puluerem deducat*. Vbi aliqui pro, *gloria*, animam intelligunt, facitque sensum: Deducat animã meã ad illũ vilẽ abiectũque statũ, vt sicut prius gloriosa extabat cũ corpore habitans viuido, florenteque, postea ab illo separata in gloria, vilisque existat, dũ in puluerem, cineremque

Psal. 15. 8.

19. Eius iubilum de hoc.

Hebræi. Ibidem.

Hierony.

Ibidem.

Euthim. Bernar.

20. Dauid tanquam omnium malorum extremum sibi incinerationem imprecatus est.

Psa. 7. 5.

Tertiò tandem perierunt, quia vt diximus, cinerem noo animaduerterunt. Mirum cùm tanti essent, & insuper quod cum facibus, lucernisque, sine dubio accederent, sic ebrij, sic extra se fiebant, vt cùm essent tanti, nec vnus inter eos extitit qui cineres animaduerteret, cineresque consideraret, hinc trucidati, omnesque mortui.

32. Adam perijt quia cineris oblitus.

Perijt homo, & ex sublimi in infimum prolabitur statum, etsi lumen in se ratioois habeat. Si causam quæris, scito quia cineres non considerat suas. Perijt miser Adam, & ex Deo in terris, comparatus est iumentis insipientibus, scito causam, inquit Bernard. hom. 35. in Cant. *Quia positus in honore non intellexit, quod limus esset, honoris fastigia delectatus. Va misero quòd non fuit qui tum tunc diceret ei, quid superbis terra, & cinis, hinc egregia creatura, gregi admixta est, hinc bestiali similitudine Dei similitudo mutata est, hinc societas cum iumentis, pro consortio Angelorum, inita est*, nam si se cinerem consldetasset nunquam profectò se in altum extulisset, nunquam decidisset. Bella mouentur inter homines & lites, trucidantur, miseteque pereunt, vnde tantum malum, nisi quia in altum se erigit cinis hîc, & dum in terra sistere nequit, altaque petere conatur, bella, rumores dirosque in terra causat cruciatus.

Tollite plenas manus cineris de camino, præcepit Dominus Moysi, & Aarō Exod. c. 9. n. 8. *& spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone.* At quid ex hac sparsione secutū? puluis in tota Ægypti terra. *Vlcera, & vesicæ turgentes in vniuersa terra Ægypti.*

Exod. 9. n. 8.

33. Superbia hominis in altum se erigese capiens omnium malorum causa.

Mortes, dolores, plagæ diræ, & crudeles, iuraram ego tales effectus, semel si cinerem in cœlū sparsum vidissem. Quid ni? vnde tumores in hominibus? vnde vlcera? vnde dolores? vnde vulnera? vnde excidia, & ruinæ? nisi quia puluis homo in cælum per superbiam se eleuat? vnde nisi quia cinis ad cælum ascendere cupit? inde mala non solū omnibus, sed sibi.

34. Homo superbus sui ruina, & casus.

Bernard. vbi sup.

Superbus enim homo sui oblitus non solū aliorū, sed suæ etiam ruinæ est causa, ita vt totus in se mutatus, de alto veluti ruens cœlo, in ima descendat tartara, & ex homine totus spiritualis, totus fiat carnalis. Quòd egregiè expendit Bernard. vbi suprà super illa verba Cant. 1. *Si ignoras te*, tractans de ignoratione sui, ac de superbiæ malo, deplorat admirans quomodo ex tali sui ignoratione homo qui prius spiritualis, totus deueniat postea carnalis.

35. Sanctorum conuersatio in hac vita.

Turpis mutatio studiorum, inquit, *vt cui ante studij fuerat peregrinantem & exulem animā suam sacris meditationibus tanquā cælestibus pascere bonis, Dei beneplacitum, & mysteria voluntatis eius inquirere, penetrare deuotione cælos, & mente supernas circuire mansiones, salutare patres, atque Apostolos, & chores Prophetarum, Martyrumque admirari triumphos, ac stupere pulcherrimos choros Angelorum. Nunc omnibus his omissis, turpi se mācipare corporis seruituti, ad obediendum carni, ad satisfaciendum ventri, & gulæ, ad mendicandum in vniuersa terra, vnde ex ea quæ præterit mundi huius figura, suam semper famelicam curiositatem aliquatenus consoletur.*

36. Vnde decidunt per superbiam.

Quem miserum deplorans statum sequitur dicens, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei super huiusmodi animum, qui cùm nutriretur in croceis, demum amplexatur stercora.*

37. Homo cinerem se considerās cælum inuolat.

Perit ergo homo dum cineres non considerat, è contra saluatur dum se cinerem esse reputat, fiduciamque arripit cœlum ipsum inuolandi, dum se cinerem aspicit. Mirum, sed verum, *loquar ad Dominum meū*, magnus ille dixit Parens Gen. 18. n. 27. causamque audaciæ locutionis abijciens ait, *cùm sim puluis, & cinis*, vbi particula, cùm, vim causalitatis habet, id est, ideo loquar quia sum puluis, & cinis: sic eam intellexit Philo Hebræus in lib. Quis rerū diuinarū sit hæres, vbi sic ait, *Cū sim puluis & cinis, id est quoties puluerem, cineremque, aut si quid his abiectius est, meipsum sentio.*

Gen. 18. nu. 27.

38. Abraham ex cineris consideratione fiduciā ad Deū habuit.

Philo.

Hoc vltimū adnoto scilicet *Quoties meipsum sentio.* Pulchrè dictū, experimento enim scimus omnipotētes cū Deo esse, qui non extrinsecè, non superficialiter, non ore tātū, sed practicè in se, intimiusque in corde reconditum habent se cinerem, se puluerem esse, hi equidem vim Deo ipso inferunt, hi quod volunt impetrant, non secus ac Princeps iste inclytus, qui quātum voluit, quantū petijt, tantū obtinuit, quia in infimis se posuit, vt egregiè dixit S. Greg. 3. Moral. ca. 13. reprehendens eos, qui cùm imperfectiooibus toti scateaot, de nescio qua vmbra gloriātur virtutis.

39. Practicè humiles cū Deo potentes.

Gregor.

Aperte cernimus, inquit, *in quo se apud se loco posuerit Abraham, qui puluerē se, ac cinerē etiam tū cū Deo loqueretur æstimabat. Si igitur ita se despicit, qui vsque ad honorem diuini colloquutionis ascendit, sollicita intentione pensandum est, qua pœna illi feriendi sunt, qui ad summum non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur.*

40. Spirituales superbi graui digni pœna, & qui sint.

Imò notandū, prius Abraham cū Deo cœpisse loqui, quā se puluerē, cineremq; recoluisset, sed ita timidè locutū, vt ad saluandum Sodomam non minus quā quinquaginta iustos Deo opposuerit, *Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate peribūt simul.* At post suæ vilitatis recognitionem, quā ex colloquio auxit diuino, vt rectè obseruat D. Greg. 18. Mor. c. 35. *Sācti omnes*, ait, *quando in Dei visione proficiunt, quanto magis diuinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt, nusquam quippe legitur quod Abraham cinerem & puluerem se esse professus est, nisi cùm habere Dei meruit colloqutionem, vbi enim ad immutabilem contemplandum super se raptus est, impletus tanta contemplationis potentia, dum videret illum, nihil se esse nisi puluerem vidit.*

41. Abraham in humilitate proficiens audax factus cum Deo.

42. Eius in humilitate profectus ex colloquio diuino.

D. Greg.

Sic animæquior est factus, vt non quinquaginta nec triginta, aut viginti sed decem opposuit, & obtinuit, sic potens, sic valida est cum Deo humilis sui recognitio, humilis cinerum recordatio.

Hinc equidem fit, vt grata Deo sit eorum pœnitentia qui eam cum his cineribus miscent, súmeque verò ipsi ingrati qui sine illis se lustrant. Ex qoo fit vt nunquam tales ex peccatoribus fiant omoino iusti, ex odiosis omnino grati, ex immundis totaliter mūdi, hoc enim, ni fallor, mihi videre videor io præcepto reseruationis cinerum vaccæ, Num. 19. num. 9. *Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo*, cuius rationem, finemque assignans, *Vt sint*, inquit, *multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis.*

Num. 19. num. 9.

43. Pœnitentia sine cinere vana, & Deo ingrata.

Custodiebantur ergo hi cineres, vt positi in aqua immundi illis aspersi mundarentur. Vnde si aliquis immundus non cineribus aspersus auderet sancta attingere, non minori pœna plectebatur, quàm morte, *Omnis qui tetigeris humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commixtione non fueris, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel, quia aqua expiationis non est aspersus.*

44. Cineres in aqua antiquitus ad quid reseruabantur.

Aqua ergo sola sine cinerum admixtione, hominem non purificabat, non mundum reddebat, necessaria erat admixtio cioerum, sine qua immundus remanebat,

qui si sancta tangebat periebat, & moriebatur. Sic ploret quis peccata, aqua aspergatur compunctionis, quod nisi in aqua hac cineres spargat humilitatis, ac propriæ recognitionis, non erit aqua expiationis, non emundabit illum, non veram obtinebit contritionem, vnde si sic immundus accedet ad sancta, immundus manebit, vnde peribit. A

Rodulph.
45. Cur lauans cineres vaccam immundus manebat.

Pulchrè Rodulphus illam soluit quæstionem, cur scilicet qui hos cineres lauabat immundus remanebat. *Colliges autem vir mundus cineres vaccæ*, aiebat lex, *& effundet eos extra castra, cumque lauerit, qui vacca portauerit cineres immundus erit vsque ad vesperam.* Cur immundus cùm se lauit? an sacrificio est pollutus? minimè inquit Rodulphus, sed ideo immundus, qoia superbè accessit, mundum se reputans, *Omnis qui sancta tractat non exinde polluitur*, ait, *sed quia se mundum reputat, eum Deo approximat, inter immundos, & superbos reputatur*; lauit se, sed sine humilitate, hinc immundus remansit, cinis ergo necesse est vt sit cum aqua, vt sit expiationis aqua, humilitas scilicet in contritione, humilis cum lachrymis cognitio sui, hac aqua expiabitur homo. Hanc peccator effundere debet coram Altissimo, si mundus apparere desiderat. B

46. Sancti antiqui pœnitentes in cinere cur sedere dicebantur.
Judith.4. 16. 7.4. 9.1.
Esth.14.2
Job.42.6
David Ps.101.10
Hierem.

Quapropter hæc vnica erat causa, quare semper ac sancti in scriptura pœnitentes numerantur, in cinere sedere, aut cinere operire caput dicebantur. Iudith.4.16.7.4.9.1. Hinc Esther non solum cinerem, sed etiam stercora adiecit cap.14.num. 2. *Et pro vnguentis varijs cinere, & stercore impleuit caput.* Hinc Iob pœnitentiam acturus, inquit, *Agam pœnitentiam in fauilla & cinere.* cap. 42.n.6. Hinc Dauid Psal.101.nu.10. *Cinerem tanquam panem manducabam.* Hinc Hieremias 6. C num.26. suadens pœnitentiam, consulit indui cilicio, cinereque aspergere caput, & sine cinere nunquam peccata plorabant, sciebant enim sine propriæ vilitatis cognitione, sine profunda sui humilitate, nunquam Deum ipsos placaturos, nunquam misericordiam consequuturos. Primus ergo gradus, aut primum limen, vt sic dicam, veræ pœnitentiæ cinis est, humilitas scilicet, suique cognitio.

47. Primus pœnitētiæ gradus humilitas.
Septuag.
48. Ex illa consolatio pœnitētis.
Aquila.

Vnde eleganter Septuaginta illud Iob, *In fauilla, & cinere*, legunt sic, *putaui me terram, & cinerem*, hoc primum in se sentire debet pœnitens, hanc, submissionem, hanc animi sui abiectionem, hanc vt sic dicam, inanitatem, vt pœnitentiam operetur veram, immò vt consolationem suorum accipiat remissionis peccatorum; vnde illudmet Iob Aquila vertit, *Consolatus sum in fauilla, & cinere.* Pulchrè, nam nulla similis consolatio vt D illa, quam in corde suo accipit verè humilis, verusque sui cognitor, & æstimator: nam eo ipso quo quis se humiliat, & seipsum stomachatur, vt faciebat Iob.

Job.

Vnde pro eo quòd noster Vulgatus legit, *Reprehendo meipsum*, Septuaginta legunt, *despexi meipsum*, hoc est nauseo, reprobo, cum fastidio abijcio meipsum, eo ipso in ipsamet fauilla, in ipsomet stercore diuinam recipit consolationem, artham nempe remissionis peccatorum.

49. Et peccatorum remissio.
Chrysost.
50. Magdalena statim ac humilis salutem consecuta.

Quod egregiè adnotauit Chrysostomus orat. 2. de Prec. in facto sanctæ Magdalenæ ponderans statim ipsam salutem consequutam, ac se ad pedes proiecit humilis, *Mulier*, inquit, *quæ intemperantia, & meretricio quæstu omnem anteactam vitæ cursum confecerat, simul atque se ad Christi pedes abiecit, salutem consecuta est.* A Quo insinuare videtur, vt simul ac humilitas ad fuit, & gratia comitata est, nam simul eunt, simulque gratia, humilitasque procedunt, quam, vt diximus, veri acquirunt humiles, perdunt superbi, plus coram Deo vnum humilis verbum ponderans, quàm multa superborum facta.

51. Gratia & humilitas semper associatæ incedunt.
52. Verba humilium plus cum Deo valēt, quàm superborum opera.
Idem.

Quod pulchrè idem ponderauit sanctus hom. 4. in Is. in illo Publicani, & Pharisæi, dum animaduertit validiora fuisse illius verba, quàm istius opera. *Pharisæus*, inquit, *opera iustitiæ præstabat, Publicanus verba dicebat modestiæ, & verba plus potuerunt quàm facta, mutusque thesaurus cum contumelia reijcitur, & tanta inopia in diuitias commutata est.* Nil melius. Humilitas inopiam in diuitias commutat, qualis maior inopia, qualis miseria maior quàm cinerem hominem esse, in cineremque reuerti, & tamen si hos ipsosmet cineres considerauerimus, si libenter eos nostro imposuerimus capiti, diuites ex illis fiemus, fœlices, salui. B En quale thesaurum effodere possunt ex suis hominibus cineribus, qualis gloria, ex tali huius vitæ miseria, quæ semper misera, tum in principio, tum in prosecutione, tum in fine, in principio est cum lachrymis, in prosecutione cum labore, in fine cum corruptione, nec nullus est, qui eius expertus non sit miseriam, nec Principes, nec Reges, dicat ergo Salomon, *Vnus introitus est omnibus.*

53. Pharisæi opera directa, & Publicani verba accepta ob humilitatem.
54. Humilitas inopiam in diuitias cōmutat.

Num. 7. *Propter hoc optaui & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.* C

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

EX perspicaci humanarum cōsideratione miseriarum, & præcipuè propriarum, deuenit Salomon in cognitionem necessitatis sapientiæ diuinæ, sine qua vidit impossibile illi fore benè viuere, recteq; ordinare vitā. Ex quo optimè colligitur quàm fructuosa necessariaq. sit cognitio sui ipsius, rerumque humanarum, de qua nos suprà c. præcedenti n. 24. & quàm copiosum fructum præbeat ijs, qui eam exercent; cùm Salomon ex tali consideratione, ad cognitionem necessitatis sapientiæ deuenerit, & ex hac ad summum eius desiderium, & ex hoc ad continuam pro ea ardentemque orationem, D ex oratione autem ad cōsecutionem eius, vnde ob id inquit, *propter hoc optaui*, id est cum viderim, considerauerim, probauerim quæ suprà dixi, *optaui, &c.*

1. Cognitio sui ipsius quam necessaria.

Optaui, &c. id est votum meum illi exposui, rogaui illum, pro eodem enim accipiunt Authores verbum *optare* & *orare*, sed melior illa sententia quæ asserit, hîc non pro eodem, sed verbum *optare* pro illo primo accipi animi motu vehementi, quo quis desiderat consequi aliquid, ex quo prouenit postea oratio. vnde illud quod postea sequitur, *Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ*, non est explicatio prioris sententiæ, vt vult Castro, sed effectus desiderij vehemētis Salomonis ob sapientiā, ex quo effectu processit continua, feruēsq; oratio, ex quo sequitur, vt prim⁹ gradus quē

2. Quid hic pro optaui.
Castro.

3. Desiderij vehemens impetrationis causa.

scandere debet quis, si aliquid à Deo impetrare vult, sit vehemens de ea re desiderium, de qua nos supra cap. præced. n. 12. & 18. quod desiderium, ex consideratione acquiritur dignitatis ipsius. Optauit ergo Salomon vehementer sapientiam, & data est illi.

Lorin. 4. Vox sensus sæpè transfertur ad facultatem intellectiuam eamq; denominat. Sap. 9. 17. Paulus ad Rom. 14. 5.

Sensus, id est prudentia, & intelligentia, optimè Lorinus adnotat, Latinè sensum, qui facultatem sensitiuam denominat, sæpè transferri ad facultatem intellectiuam, & tunc illam denominare, vt illud *terrena cogitatio deprimit sensum*, id est intellectum, seu mentem multa cogitantem Sap. 9. 17. aliquando etiam denominat mentis conceptum, vt illud Pauli ad Rom. 14. 5. *Vnusquisque in suo sensu abundat*, aliquando id quod verbis, & oratione significatur, vnde tot illi qui distingui solent scripturæ sensus. Hic autem sensus accipitur pro prudentia, & sapientia, seu intelligentia.

5. Aliquando conceptũ mentis, & quod verbis significatur. Cantac.

Inuocaui & venit ad me, &c. Cantacuz. ex his B verbis optandi, & inuocandi, eluit assiduitatem orationis, vimque, aut efficaciam, quando verè aliquid à Deo consequi velimus, quod fecit Salomon vt sapientiam acquireret. Placet, experientia enim ipsa hoc docet.

HOMILIA CXXXIV.

Aßiduitas & perseuerantia in oratione, necessaria ad impetrandum.

INuocaui, & venit, inquit noster Sapiens, inuocauit, & orauit, at non semel, aut bis, sed continuè, incessanter, perseueranter, & ob hoc venit in illum sapientiæ spiritus, cùm perseuerantia sit, quę Deum vincit, perseuerantia, inquam, in oratione, vnde si quis accipere vult, persistendo oret, pulsando persistet, & accipiet.

Luc. 11. 8.

Petite, & dabitur vobis, inquit Dominus noster, Luc. 11. num. 8. *quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur.* At quomodo petendum? quomodo quærendum? quomodo pulsandum? Nunquid semel, bis, aut incessanter, & importunè? vt sic dicam, importunè equidem, quem profectò sensum ipse intellexit Dominus, vt elicitur ex his, quæ immediatè dixerat. Proposuerat namque similitudinem amici ad amicum de nocte euntis, vt tres panes sibi accommodaret, qui repulsam passus ab amico, tamen non destitit rogare, petere, pulsare, *Qua tandem importunitate victus dedit ei, quod volait panes, etsi ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* Et immediatè post hæc subiungit, *& ego dico vobis petite & dabitur*, vbi aduoto illa verba, *etsi non dabit eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen surget.* Ergo sic Deo improbitas, vt sic dicam, importunitasque in oratione cordi est, vt hanc plus faciat quàm amicitiam, & quod amicitiæ denegat, improbitati concedit. O magna perseuerantiæ vis ad obtinendum, quàm pronus, quàm vehemens, quàm ardens, quàm immensus sit Deus in amicitia considera, quamque ab illa se vinci sinit, & tamen plus cum illo potens aliquando est importunitas in oratione, quàm amicitia.

1. Christus Dominus importunos nos vult in oratione.

2. Plus importunitatem facit quàm amicitiam.

Hieron.

Egregiè Hieronym. in hunc locum. *Magna* A *res perseuerantia*, ait, *quæ quamdiu importuna est, quamquam molesta sit, Deo tamen plus amica est quàm amicus, nam quod amico negatur, perseuerantia promeretur.* Nil melius Quòd sciens Christus, quia Patris sapientia, ex nostræ desiderio salutis & impetrationis hoc latens aperuit nobis mysterium, tradens certissimum impetrandi modum, scilicet petendi, sicut ille alter petijt, hoc est importunè: vnde ait, *Petite*, hoc est, illo modo, quo ille petijt, quærite illo prorsus modo, quo ille alter, pulsate eadem perseuerantia, eadem improbitate, qua ille, & sic vobis dabitur, vobis aperietur, & certo inuenietis, quod quæritis & vultis. Audi eundem Hieron. vbi supra. *Christus Dominus noster hanc subiecit parabolam*, inquit, *vt intelligeremus importunos nos amicos esse debere pulsando Christum, ipse enim, si rectè viuamus amicus noster est, huius amici ostium incessanter pulsare debemus, & horis enim inquietare nocturnis, & vsque adeo molesti esse vt importuni etiam iudicemur, sed non huius* B *importunitatis vereamur offensam, quia hæc apud Dominum importunitas opportuna est.* Nil melius, opportuna est talis importunitas, cuius rationem addens sequitur. *Nam acceptior est illi imprudens deprecatio, quàm secura præsumptio, hoc est plus meretur, qui sollicitè orat instanter, quàm qui confidens dissimulat negligenter.* Pulchra ratio, Hieronymi digna, duo sunt vitiosa, vt sic dicam, extrema præsumptio, & imprudentia, hanc Deus eligit vt illam euitet, sic ei cordi est humilitas, vt etsi ad defectum inclinet, placet: at sequitur de orationis perseuerantia concludens sanctus sic. *Non multum ergo iuuat frequenter orare, cui contigerit aliquando cessare. Semper ergo, & sine intermissione petendum est, & pulsandum, ne precatio ante acta nihil prosit, si non ad finem eodem quo cœperit tenore* C *permanserit. Petendum cogitationibus, quærendum verbis, pulsandum operibus, & omnia aperientur nobis.* Optimè quidem, postremaque notanda sunt verba, innuunt enim nobis modum certum, infallibileque quidpiam à Deo obtinendi, pete *cogitatione*, id est, oratione mentali, pete affectu animi, pete totis animæ potentijs, intellectu, ac voluntate; quære *verbis*, hoc est, oratione vocali, ad mentalem orationem adijce vocalem, adijce preces, supplicationesque, adijce psalmos, scripturæque verba: & tandem *Pulsa operibus, bene viue*, adhibe ad preces, orationemque vocalem, opera, adhibe ieiunium, pœnitentiam, corporisque afflictionẽ, hoc enim faciens, omnia tibi aperta erunt.

Hieron. vbi sup.

3. Oratio importuna apud Deum opportuna iudicatur & cur.

Idem.

4. Humilitas quantum Deo cordi est.

Idem.

5. Modus infallibilis obtinendi quis.

6. Quomodo orandum efficaciter.

Hoc quidem sanctus fecit Daniel quando tẽpus liberationis populi sui impensè scire cupiebat, mẽte orauit, verbis insuper & operibus Dan. 9. nu. 3. D *Posui faciem meam*, inquit, *ad Dominum Deum meum, rogare, & deprecari in ieiunijs, sacco, & cinere, & oraui Dominum Deum meum, & confessus sũ, & dixi.* Petiuit ergo Daniel primo mẽtaliter, dũ dixit quod *posuit faciẽ suã ad rogandum*: pulsauit operibus, quia *deprecatus est in ieiunijs, sacco, & cinere.* quæsiuit tandẽ verbis, dum ait, *confessus sũ, & dixi.* Quid ergo mirum si sic orans, & pulsans, ostium illi apertum, & quicquid voluit, obtinuit? & in principio quidem precum suarum, *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo*, dixit ei Angelus. Fac tu similiter, & obtinebis, & ostium tibi aperietur, pete, quære, pulsa instanter, perseueranter, obtinebis, sicut Daniel, insta sine verecundia, sine pudore, vt sanctissimus adnotat fecisse spon-

7. Daniel quomodo orauit.

Dan. 9. n. 3.

8. Eius oratio forma nostræ deberet esse orationis.

Bernard. ſam Bernard. ſerm. 23. in Cantic. qui loquens de

9\. Amor vehemens in oratione verecundiã exuit.

feruoroſa ſponſæ, importunaque oratione eamque excuſans, ſic ait *Sed nec in ſenſu apparet verecundia, quam fortaſſe habet in moribus, amor intemperans facit hoc, nempe is eſt qui omnem in ſe triumphans, captiuanſque pudoris ſenſum, totius modeſtiæ, & opportunitatis neglectum quendam, & quandam incuriam parit.* Egregiè dictum.

10\. Magdalena frontoſa ad orationem. *Auguſt. Hierem. Idem Auguſt.*

Conſidera hoc in Magdalena, quæ totum, quod voluit, impetrauit, quia impudens acceſſit, vt inquit Auguſtinus lib. 50. homil. 23. *Quæſiuit*, ait, *pia impudentia ſanitatem.* Et Pſalm. 140. applicans illi illud Hierem. 3. num. 3. *Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere:* ſic ait, *Illa quondam frontoſa ad fornicationem, frontoſior facta eſt ad ſalutem, neſcit amor pudorem.* Quod cùm feciſſet, quid mirum ſi totum quod concupiuit, hauſit, & obtinuit? fac tu ſimiliter & obtinebis.

11\. Deus vt à nobis impetret quomodo à nobis petit.

Nec ſane multum à nobis petit Dominus noſter, nec eſt cur quis conqueri poſſit de difficultate ab eo obtinendi, quia ſcilicet vult vt inceſſanter, ac importunè, noctu diuque pulſetur, nam ſi vt ipſe à nobis obtineat aliquid, etſi bonũ ſit noſtrum, inceſſanter, perſeueranter, non ſemel, aut bis oſtium pulſat cordis noſtri, quid mirum, ſi etiam ipſe ad dandum nobis bona ſua, exquirat, vt inceſſanter, perſeueranterque ab ipſo petatur? Apoc. 3. n. 19. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias.*

Apoc. 3. nu. 19.

En quantum erat quod dare volebat *æmulare*, adiecit, *& pœnitentiam age.* At nunquid ſemel ſuaſit? nunquid hoc ſemel expetiuit? nunquid illico ille emit? pœnitentiam egit? audi quod ſequitur. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*, ſtabat Dominus, pulſabat, opportunè, importunè donec ille aperiret & ab illo emeret quod ipſe dare cupiebat, *Ecce ille immobilis ſol iuſtitiæ*, inquit C Philo Carpathius in cap. 5. Cantic. hunc Apocalypſ. exponens locum, *qui vt hic mobilis ſemper illucet, aperta, & patentia illuminat, clauſa, & obſtructa percurrit, ecce inuitat hominem ad vitam, ecce allicit ad ſalutem, ecce donat gratiam promerendi, offert vt capias, hortatur accipere, oſtentat accurrere, pulſat vt aperias, ait enim, ſto ad oſtium.*

Philo Carpath. in cap. 5. Cantic.

At quid? nunquid quilibet in ſe hoc non experitur? ſtare ſcilicet Dominum noſtrum, noſtrumque pulſare oſtium, non ſemel aut bis, ſed millies, & non per vnum, duoſque dies, ſed per annos continuos, donec illi aperiatur.

12\. Ad ſimilitudinem Dei orandum inſtãter, & perſeueranter. *Bernard.*

Quis eſt qui illico reſpondeat? Si ergo Dominus inceſſanter pulſat, vt det, cur nos inceſſanter non pulſabimus, vt nobis detur? ſi ille perſeueranter à nobis petit vt elargiatur, cur nos perſeueranter non petemus, vt accipiamus? Vnde rectè Bernard. D ſerm. 5. Feria 4. Ciner. hanc in oratione perſeuerantiam ſuadens ait. *Pro neceſſitatibus animæ orandum eſt frequentius, & feruentius, pro obtinenda gratia, & virtutibus, ſic & pro vita æterna, tota pietate, & toto orandum eſt deſiderio.*

13\. Homines quàm inſtanter petunt terrena.

Mirum equidem apparebit, ſi ſemel conſideremus perſeuerantiam, importunitatemque quam homines adhibent quando aliquid quærunt, & exquirunt, quæ non fecit Dalida, aut quam perſeuerantiam non adhibuit, ſeu importunitatem, vt ſecretum à Samſone eliceret, vt quod volebat obtineret, etiamſi deluſa non bis, ſed ter fuiſſet, peruenit tandem ad id quod cupiebat, quia moleſta, quia perſeuerauit, quia nunquam intermiſit orare Iudic. 16. num. 16. *Cumque moleſta eſſet ei, &* A *per multos dies iugiter adhæreret ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt, tunc aperiens rei veritatem, &c.* Mira perſeuerantia, ne dicam impudentia, vt nec ad quietem ſpatium tribueret, cuius cauſam ſi quæris, pecuniæ fuiſſe auaritiam inuenies. Quod valde ſanctus admiratus Ambroſ. lib. 1. de Offic. cap. 26. n. 4. vt mulieris vnius auaritia ſollicitudoque illum deciperet, quem nec leones, nec vincula, nec funes ſoperare potuerunt. *Quid fortiſſimum omnium Samſon*, ait, *nonne Dalidæ mulieris auaritia decepit? Itaque qui rugientem leonem manibus diſcerpſit ſuis, qui vinctus, & alienigenis traditus, ſine vllo adiutore ſolus diſſolutis vinculis, mille ex his peremit viros, qui funes intextos neruis velut mollia ſparſi fila dirupit, is ſuper genua mulieris inflexa ceruice truncatus* B *inuicti crinis ornatum, prærogatiuam ſuæ virtutis amiſit.* Sic moleſta, ſic importuna ei fuit mulier vt aurum acciperet, ſic perſeuerans, vt nun vno tantum, ſed per multos dies iugiter adhæreret.

Iudic. 16. 16.

14\. Auaritia Dalidæ ſuperauit Sãſonem, eamque impulit ad perſeuerãdum in petitione. *Ambr.*

Pudeat ergo nos non ſic Deo adhærere, non ſic orare, ob æternitatis amorem, noſtræque demus ſocordiæ, ſi non impetramus, non liberalitati diuinæ ſi non præſtet, dum non ſic ad diuina impetranda conſtantes reperimur, ac ad humana, ad iſta duramus, perſeueramus, inſtamus, non vno, vel altero die, ſed per annorum curricula, dum ob illa vix incipimus, ac deficimus.

15\. Hominum ſpiritualiũ oratio cõfunditur à modo quo carnales terrena petunt.

Quod egregiè conſiderauit Chryſoſtomus homil. 35. in Ioan. illius ponderans patientiam ægroti, qui ſi nec primo, nec ſecundo ſanum ſe vidit anno, ſic inſtanter, ſic continuè perſeuerauit, vt per triginta, & octo annorum tempora, non deficeret, ſemper inſtans, ſemper ſuam experiendo ſortem, ſemper è C lecto ſurgens, licet experientia didicerat alium præcurrere citius. *Pudeat nos*, inquit Chryſoſt. *& incredibilem ſocordiam noſtram deploremus, triginta & octo annos ille expectauerat continuos, nec eius impletum eſt deſiderium, nec id culpa, aut negligentia eius factum eſt, nec propterea deſperauit, nos autem ſi vel decem dies orationibus, inuigilantes non exaudimur iam tepeſcimus.* Nil melius.

16\. Perſeuerãtia ægroti piſcinæ ſalutem meruit.

Chryſoſt. homil. 35. in Ioan.

Chryſoſt. vbi ſup.

Vbi notandum id, quod ait Chryſoſtom. culpa ſcilicet, aut negligentia infirmi factum non eſſe, vt ſuum non impleretur deſiderium, quia, vt inquit Euangeliſta, iſte dum aqua turbabatur è lecto ſurgebat, deſcendere ſatagebat in piſcinã, ſed à diligẽtia præueniebatur, alterius Ioan. 5. n. 7. *Dum venio enim ego, alius ante me deſcẽdit.* Et tamẽ cùm hoc eſſet, nec ſic deſperauit, nec ſic perſeuerare deſijt, donec tandem obtinuit. O peccatorum nimia turD pitudo! malè orant, deſides ſunt ad orandum, ſua non exaudiuntur culpa, & tamen vix orant, quòd ſi citò non exaudiuntur, tepeſcunt, quid mirum, ſi ad optata non perueniunt? clamandum quippe eſt inceſſanter, perſeuerandum eſt clamando vt exaudiri mereamur, nam ſic & ſancti clamarunt, inceſſanter, perſeueranter, longanimiter inſuper Dei miſericordiam præſtolando.

Ioan. 5. 7.

17\. Peccatorũ ſecurdia in orando, & quàm malè de non impetratione cauſantur.

Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, ſacer inquit textus, Geneſ. 25. num. 11. *eò quòd eſſet ſterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.* At quantum orauit? & quando eum exaudiuit Deus? numquid ſemel? numquid bis? numquid vno vel altero die? an multum diuque orauit & poſt longa eum exaudiuit Deus tempora? immò poſt tam

Gen. 25. num. 11.

18\. Iſaac quantum orauit pro Rebecca, vt filios acciperet.

longa, vt ſpatio viginti annorum orauerit,& poſt viginti exauditus eſt annos, *Quadraginta enim annorum erat*, inquit Scriptura, *quando duxit vxorem Rebeccam, & deprecatus eſt pro vxore ſua, ſexagenarius erat, quando nati ſunt ei paruuli.* Ergo ſpatio viginti annorum perſeuerauit orans, pulſans,& quærens,& tandem exauditus eſt. Quid ad hæc nos qui illico exaudiri volumus? etſi illico Deus non audit deficimus, & ab oratione ceſſamus, nunquid exaudiemur? *Si enim iuſtus ille*, inquit Chryſoſtomus homil. 49. in Geneſ. cap. 25.

Chryſoſt. *ita virtute praditus, & tantam apud Deum gratiam habens, tantam pra ſe tulit conſtantiam, & ſtudium continuo Deum orando, ita vt ſolueretur Rebecca ſterilitas, quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur? ſed etſi aliquid boni egimus, ſtatim torpeſcimus, & reſilimus niſi ſtatim exaudiamur; propterea oremus, vt ex his qua iuſto illi euenerunt eruditi, nunquam ceſſemus orare Deum, ferueníque, & aſtuant deſiderium oſtendamus, & non agrè feramus, neque ſegniores efficiamur, ſi non ſtatim audiamur.* Ni-

19. Regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud.

hil ad rem melius, nec aliquid Chryſoſtomo addendum. Si vis ergo accipere pete,& in petendo ne defatigeris, perſeuera, pulſandoque inſta & accipies, *Nam Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. O beata violentia!* inquit Ambroſ. ſerm. 13. de natal. Domini, *qua non indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur: Beata, inquam, violentia, qua vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo cauſatur, vis admittitur & Religio propagatur. Quiſquis enim violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur.* Egregiè quidem, religioſior habebitur à Chriſto, qui violentior cum illo fuerit, vnde irreligioſior qui remiſſior. Hinc ille exauditur, quia importunus, gratiamque extorquet, qui violentus, religioſa tamen violentia, quam cæca hominum turba ignorat. Marc. 10. n. 46. *Bartimeus cæcus ſedebat iuxta viam mendicans, qui cùm audiſſet, quia Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare, & dicere: Ieſu fili Dauid miſerere mei, & comminabantur ei multi vt taceret, at ille multo magis clamabat, fili Dauid miſerere mei.* Quid quæſo importunius, quid irreligioſius? nec multitudinem attendit, nec comminationem timuit, nec perſonam eſt veritus, ſed ſemper opportunè, importunè clamauit, nunquid ob id repulſus, an potius vt Ieſus ambulans ſtaret, illumque vocaret obtinuit? *Stans Ieſus præcepit vocari illum.* Beata importunitas, quæ ambulantem ac prætergredientem firmauit, immobilemque reddidit, ſalutem eripuit, viſum recepit, & qui prius nec greſſum ſolus dare poterat, poſtea exiliens ſequebatur Chriſtum. Perſeuerauit ille, & impetrauit, importunitas extorſit, fac tu ſimiliter, ora ſicut orauerunt ſancti, & accipies.

Ambr. ſerm. 13. de natal. Domin.

20. Violentior in oratione religioſior reputatur.

Mar. 10. 46.

21. Cæcus illuminatur quia inſtiter, & importunè petijt.

Quod ſi non obtines, quod ſi non tibi apetitur, crede quod non oras, non petis quomodo orandum, quomodo petendum. *Quemadmodum nunc petimus*, inquit Chryſoſtomus homil. 24. in cap. 7. Matth. *riſus quidem eſt noſtra petitio, & riſus non ſobriorum hominum, ſed temulenti à ſauciorum.* Ob hoc quidem non obtinemus, quia riſus, id eſt ridendus eſt modus, quo petis, ſic oſcitanter, ſic tranſeunter, ſic tepidè, vt riſus noſtra ſit petitio, id eſt, modus quo petimus. Pulchrè Cyprianus de oratione Dominica. *Vt*, inquit, *eſſe Deum me-*

Chryſ.

22. Oratio noſtra riſus.

23. Cor non exauditur.

Cypr.

A *morem tui, cùm rogas, nec teipſe non audias.* En petitio riſu digna, neſcis quid petis, immò ſi petis adhuc non attendis, & vis vt Deus attendat, & exaudiat, nonne riſu dignus talis petendi modus? Sicut & quo aliqui petunt, & obtinere aliquid à Deo volunt, dum non per ſe illud agunt, ſed per alium, loquuntur aliquem qui pro illis petat, & oſcitantibus ipſis putant per alium exaudiri. ſtolidi ſanè & riſu digni. Hinc non mirum ſi ſancti qui pro illo intercedunt non exaudiuntur, dum ipſemet non adiuuat, non cooperatur, Gabriel quidem Angelus tunc coram Deo orationes Danielis expoſuit, quando ipſemet Daniel ſimul cum illo orauit, ſeque afflixit. Aduolans enim ad illum Gabriel Angelus ſic ei dixit cap. 10. num. 12. *Daniel ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendam, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos.*

24. Sancti orãtes pro aliis eur non exaudiuntur.

Dan. 10. n. 12.

B Quæ poſtrema ſic legit Hieron. *Et ego ingreſſus ſum ad verba tua*, hoc eſt, vt inquit idem ſanctus, *poſtquam tu cepiſti bonis operibus, & lachrymis atque ieiunio Dei inuocare miſericordiam, ego accepi occaſionem vt ingrederer in conſpectu Dei, & orarem pro te, & Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi.* Ergo ſi Daniel non ipſe oraſſet, ſi prius ipſe non ſe afflixiſſet, occaſionem, anſamque Gabriel ad Deum orandum, imprecãdumque non habuiſſet: ex precibus ergo Danielis occaſionem ſúpſit, vt inquit Hieron. Deum orandi, & pro Daniele impetrandi.

Hieron.

25. Sancti Angeli, ex noſtra oratione anſam ſumunt Deum pro nobis orandi.

At pondero verba illa, *Ex die primo exaudita ſunt verba tua.* Si ergo ex die primo, cur ad Danielem die primo non venit, ſed poſt dies vnum & viginti? ne ſcilicet locum ſuum apud Deum deſertum relinqueret, gratiamque Daniel, etſi non C in toto, in parte tamen amitteret. Nam cùm Angelus Perſiæ coram Deo ei obſiſteret, liberationéque contradiceret Iudæorum, pro quibus orabat Daniel, ideo noluit Gabriel locum coram Altiſſimo deſerere, ne gratiam quam Deus Daniel fecerat, Angelus ſugillaret Perſiæ, vſque dum Michael Gabrieli ſe adiunxit, nam tunc relicto Michaele vt Angelo Perſiæ obſiſteret, ipſe ad Danielem venit, *Princeps Regni Perſarum*, hoc eſt Angelus Regni Perſarum præſidens. Sic S. Hieron. & Greg. 17. Moral. S. Thom. 1. p. q. 113. ar. 7. Lyra & alij, *reſtitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta Regem Perſarum*, hoc eſt iuxta Angelum, qui mihi obſiſtebat dum eram ſolus, ac propterea non veni vſque modo, nam ibi vt Angelo Perſiæ reſiſteret, Michaelem reliqui, quod lectio exprimit Septuaginta dum ſic legunt. *Ecce* D *Michael vnus de Principibus venit ad auxiliandum mihi, & ipſum reliqui ibi cum Principe Regni Perſarum.*

26. Angelus cur ad Danielem nõ illico venit, poſt quam à Deo exauditus, ſed dies expectauit vnũ & viginti.

Hieron. Gregor. S. Thom. Lyra.

Septuag.

Ob hanc ergo cauſam prima Angelus non acceſſit die, ex quo loco duo admodo ad noſtrã rem valde conducentia. Primum quàm neceſſaria ſit perſeuerantia, continuaque in oratione aſſiſtentia, dum nec ipſis Angelis aliter eſt conceſſum, quando pro nobis orant, ità à varijs cauſis noſtra poteſt impediri oratio coram Deo, non ſolùm terrenis, & naturalibus, ſed etiam cœleſtibus, & ſupernaturalibus. En Gabriel timens, non auſus fuit locum ſuum apud Deum derelinquere, vſque dum in adiutorium eius Michael acceſſerit, & in locum ſuum eum dereliquerit, ſemper inſiſtens, ac per-

27. Impetratio orationis impediri poteſt, non ſolum à cauſis naturalibus, ſed etiam ſupernaturalibus.

feuerans non vno, vel duobus, sed trium hebdomadarum diebus.

28. Pugna inter Angelos cur dicitur viginti & vno diebus durasse.

Et secundum, quòd etsi orauit Gabriel pro Daniele, non totum negotium Daniel Gabrieli dimisit, immò vt rectè adnotat quidam, pugna inter Angelos, etsi viginti & vno durauit die, tamen hoc non propter ipsos fuit Angelos cùm eorum actus sint instantanei, & perficiantur in instanti, sed vt acueretur Daniel ad magis orandum, & simul vt Iudæi pugnæ huius liberationisque scirent difficultatem. Ergo primas in hoc negotio partes Daniel sibi vindicauit, & tunc Gabriel ad Deum accessit orandum, continuè, instanterque, quando eum vidit afflictum, quando aspexit plorantem, quando ieiunantem, tunc orauit, tunc & perseuerantet, efficaciterque Gabriel pro Daniele intercessit: Nunquid intercessisset si ridentem, si debacchantem, si oscitantem eum vidisset? rideo, nec Danielis meminisset quidem. Sic nūc risus est modus noster, quo petimus, risus quandu aliquos, vt pro nobis petant, oramus, risus quando sanctos inuocamus, non sicut debemus, totam scilicet negotium illis committentes, nihil nos facientes, nec manum quidem amouentes, immò multoties Deū ipsum offendentes. Quid ergo mirum, si non exaudimur, etsi sancti nos non audiant, nec ipsi à Deo pro nobis exaudiantur, si non sicut oportet, oramus?

29. Gabriel quādo pro Daniele orauit.

30. Sanctorum inuocatio, nisi ex parte nostra aliquid addamus frustratoria.

Recordatus est Dominus Abrahæ, sacer inquit textus. Gen. 19. n. 29. *cùm euerteret Sodomum, & liberauit Loth*, ergo non propter se etsi iustus, sed propter orationem fratris liberatus Loth. Perijsset ergo iustus, si Abraham non orasset? absit. Imò vt optimè respondit Chrysostom. homil. 44. in Genes. & propter suam iustitiam, & etiam propter Abrahami orationem, quæ nil illi profuisset, nisi & iustus etiam ipsemet Loth esset, iustitia sua orationem adiuuans Patriarchæ, *Et propter iustitiam suam*, inquit Chrysost. *& propter orationem Patriarchæ: quando enim quod ex nobis est, simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum plurimum nobis confert, quod si ipsi negligentes fuerimus & spem in illis solis collocumus nostræ salutis, nil amplius nobis prodest.* Nil melius: ergo & nos etiam cum sancto orare debemus, & hoc quidem perseueranter, immò vnitè, vt inquit idem Chrysostom. hom. 24. in c. 7. Matth. *Non tantum obiter postulare iussit Christus, sed cum sedulitate multa, & magna intentione, hoc est enim quod ait, quærite, si quidem ille qui quærit aliquid, cuncta profectò alia mente proijciens, vnum intendit, illud quod solum requirit, ac præsentium rerum nihil omnino considerat, hoc est quærere: pulsare vero vehementer accendi & ardere prorsus mente præcipit.* Egregiè. Duo ergo requirit, perseuerantiam, & feruorem: feruorem in petendo, perseuerantiam in postulando, & quærendo. Nam vt ipse inquit, *Propterea ostium clausum est, vt tu ad pulsandum inducaris: idcirco non celeriter annuit, vt tu diutius inquiras, permane igitur in quærendo, & pulsando, & absque ambiguitate percipies.* Notandum hoc postremū. Sic enim de perseuerantia orationis præsumit Chrysostom. vt sine ambiguitate ei tribuat exauditionem, absque ambiguitate inquit percipies. Qood pulchrè ipse inde elicit, quia illa exēpla aduertit posuisse Christum illorum hominum, à qoibus si instanter, ac perseueranter petimus, impossibile est vt non accipiamus, vti patris filijque petentis, *Quis ex vobis est pater quem si filius suus petat panem, nunquid lapidem, &c.* vbi sanctus. *Ne enim diceres, quid si petiero neque accepero, vt te securum redderet, parabolicu locum ratione conclusit, de communibus certè rebus sententias proferendo, & exemplis hominum ad impetrandi rem fiduciam nutriendo.* Considera Deum esse patrem, tu filium, filiali petentem affectu, ad hæc etiam, vt benè aduertit idem sanctus, *quæ sola sunt poscenda deposcere*, hoc est necessaria, & ad salutem pertinentia. *Nam etsi filius sis*, inquit sanctus, *non tamen tibi sufficit ad omne quod poposceris impetrandum, sed hoc ipsum est quod obstat, quo minus accipias, quod cùm sis filius Dei, ea quæ non tibi conueniunt depreceris.* Qnod ex Christi etiam exemplo apparet, qui filium inducit, panem petentem, non altilia, non aurum, non argentum, non pretiosas res, non deoique superflua, sed panem, hoc est necessaria, conuenientia, vtilia, quæ dum adsunt, & pater sit, à quo petitur, filius quæ petit, & hoc instanter, perseueranter, qoomodo non obtinebit? *Et tu igitur*, sequitur sanctus, *ista considerans*, scilicet te necessaria, vtiliaque petere, hoc est spiritualia, vt ipse inquit, *non desistas, donec inuenias, ne recedas, nec omnino abeas, quousque clausa referentur, si enim tum hoc studio mentis accesseris, & dixeris, nisi accepero non recedum, prorsus accipies.* Nil melius, cum determinatione enim ad orationem accedendum, resolutè non prius inde discessurus, quàm acceperis, quod si feceris, prorsus accipies. Sic legitur iuuenem Tobiam constanter, resolutè Saram petijsse, & accepisse, Tob. 7. nu. 10. *Hic ergo hodie non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filium tuam.* Sic etiam & prudentem illum Abrahami seruum, Gen. 24. num. 33. & Rebeccam, *Non comedam, donec loquar sermones meos*, instanter, resolutè, cum animu petierunt, hinc acceperunt, & lætati sunt, sic tu similiter, & accipies.

31. Loth liberatus, & propter suam iustitiam, & fratris orationem.

Gen. 19. num. 29.

Chrysost.

Idem Chrysost.

32. Oratio duo habere debes feruorem, & perseuerantiā.

Idem.

33. Perseuerātia si in oratione adest certissime impetrabit.

34. Christus exempla posuit de oratione loquens, quæ fiduciā impetrandi darent.

Idem.

35. Necessaria in oratione petenda vt impetremus.

Idem.

36. Non exaudimur, quia non vt Dei filij oramus.

Idem.

37. Ad orationem cum magna accedendum determinatione vt impetremus.

Tob. 7. 10

Gen. 24. 33

Secundum autem quod Chrysostomus requirit, vnitas est cordis, *Qui quærit*, inquit, *cuncta proijciens vnum intendit.* O si sic peteremus, infallibiliter acciperemus! *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum.* Cant. 4. num. 9. At quomodo? *In vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Tunc homo*, inquit Ambros. serm. 11. in Psal. 118. *consolutione fulcitur, cùm oculus mētis, & oculus corporis vnus oculus fiunt, cùm caro, & mens diuersa non cupiunt, sed vnum inquirunt; ita vt intenti ad eum, qui dicit, ego & pater vnum sumus, ipsi quoque se vnum esse confiteantur, quia vno, & eodem desiderio, officioque iunguntur, intendendi scilicet in sponsum.* Duobus oculis quælibet anima, licet spiritualis sit, prædita manet: vno, quo Deum, & diuina, altero, quo humana intendit, nam dum in hac vita degit, impossibile est, vt aliquando ad humana non descendat. Quod cùm ita sit, ad vulnerandum Deum, excitandumque illum, vt mox dicemus, vt nobis conferat, quod petimus, ita necessariom est duos istos oculos vnire, vt non duo iam appareant, sed vnus, eodemque prorsus modo quo Christus, & Pater vnum sunt, ita vnum vt licet personis distioctis, indiuisam tamen indiuisibilemque habeant essentiam. Sic licet duo sint in sponsa oculi, ad feriendum tamen cor Christi, & ad impetrandum, in vnum coalescere debent, vnum inquirere, ad vnum tendere, ad vnum tantum sco-

38. Orandum corde vnito.

Chrysost.

Cant. 4. 9

Ambr.

39. Quid sit vnum habere oculū quo sponsus vulneratur.

40. Deus semel vulneratus ab anima quanta, & quam mira facit.

pum aciem mentis dirigere, quod si fit, vulnerabitur Christus, vulnerabitur Deus, & semel vulneratus quid non faciet, aut quid de Deo talis non faciet anima? mira quidem, inaudita, prorsusque stupenda. Quod intelligemus si varias huius sententiæ lectiones explicabimus.

41. Anima vnitum habens cor quàm potens cum eo.

Primò enim talis anima vnitum habens cor, sic illud vulnerabit Christi, vt non quomodolibet feriet, sed transfiget, vnde alia versio, *Transfixisti cor meum.* Secundò capiet illud, ac in eius, vt sic dicã, euadet domina. *Cor meum cepisti*, legit Ambros. (*Ambr.*) serm. 16. in Psalm. 118. vers. 3. Tertiò auferet illud, & ad se transferet, vnde Pagninus (*Pagnin.*), *Abstulisti cor meum, excordasti me.* Quartò faciet, vt Deus corde suo viuat, ita vt sicut ipsa corde Dei, sic Deus corde suo; vnde Nissen. (*Nissen.*) hom. 8. in Cant. legit *Incordiasti me*, seu *indidisti mihi cor.* Quintò ad quodcumque velit, cor Dei excitatum, sollicitumque B habebit. Vnde Symmach. (*Symmac.*) *Excitasti cor meum.*

42. Deus de quibus se fidit.

Et tandem talem faciet, vt Deus de se habeat fiduciam, vt de illa amplius non timeat, nec dubitet, ad eius voces responsuram, ex quo fit vt etiam ipsa similem concipiat de Deo confidentiam, secura, semper, Deum quicquid ipsa velit facturum, certa de omnium suarum petitionum impetratione. vnde quinta editio legit, *fidere me fecisti.* En quãta, quantumque anima valet non distracta, en quomodo semper ostium apertum habet, quia quærit & pulsat, vt quærendum pulsandumque, pulsa tu similiter, quære simili diligentia, simili conatu, simili vnitate, & acquires, inuenies & obtinebis.

Paul. 1. ad Cor. 9. 24.

Quod clarè expressit Apost. 1. ad Cor. 9. nu. 24. dum ait. *Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite, vt comprehendatis.*

43. Forma traditur ab Apostolo quomodo impetrare quidquid velimus, possimus.

C Et postea formam exhibens, quomodo currendum, vt comprehendamus, similitudinem ponit Agonis, *Omnis autem qui in Agone contendit ab omnibus se abstinet.* En forma quomodo comprehendere debeamus, ab omnibus scilicet nos abstinere, ad vnum nos redigere, vnum quærere, incessanter currere, apprehẽdemus infallibiliter, & quid multum, quòd à nobis hoc expetant, cùm quod nos petimus incorruptibile sit, & non corruptibile, vt illi. *Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Quasi diceret, parum est quod exquiritur, nemini Deus iniuriam facit, si ad incorruptibilem acquirendam coronam, eadem petit, quæ ad corruptibilem exquiruntur. Certè maiora deberet petere, sed eius voluntas dandi, vt amplius maioraque non peteret, effecit. Pete ergo sic, inquite sic, instanter perseueranterque, & accipies.

Hieron. vbi sup.

Pulsemus ergo, inquit Hieron. vbi suprà. *ostium* D *Domini non solum per fidem, sed etiam perseuerantia, vt aperiatur nobis.* Oremus perseueranter, vt sapientiæ, & scientię panem percipere mereamur, sicut accepit noster Sapiens dum dixit, *Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit ad me spiritus sapientiæ.*

44. Deus pronus ad dandum

Benignus est Deus, dabit sic inuocanti, qui nihil amplius desiderat, quàm dare: nullus pater ita sic filio impendere desiderat, ac Deus noster, nullus pater ita bonus in filium, ac pater noster cælestis. Egregiè hoc considerauit Chrysost. (*Chrysost. vbi sup.*) vbi suprà super illa verba. *Si vos cùm sitis mali nostis bona data dare.* vbi sic ait, *Hæc dixit non vituperans humanam naturam, sed ad exprimendum distinctionis inter Deum & hominem grande discrimen, ad comparationem enim benignitatis* A *suæ amorem patrum malignitatem vocat, tanta quippe est in illo excellentia charitatis, & tanta largiendi voluntas.* Nil melius. Pete ergo & perseueranter à tali patre, à tali benignitate, dabit sicut nostro dedit sapienti qui obtinuit quod optauit, quod rogauit, dicens, optaui, &c.

45. Benignitas humana Dei respectu benignitatis malitia dici potest.

Num. 8. *Et præposui illam Regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi.*

Num. 9. *Nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum* B *in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

ORauit Sapiens pro acquisitione sapientiæ, & obtinuit, vt versu superiori dixit; nunc in his, & sequentibus mirificè concupitam, obtentamque laudat sapientiam, & quibus potest eam extollit modis, suum erga illam declarans affectũ, quamque de illa æstimationem habeat, vnde ait, quòd sic ęstimat, vt comparatione eius nec regna, nec thronos, nec diuitias dicat esse aliquid, sed C omnia lutum. Ex quibus licet colligere, sapientem cum fortunæ bonis sapientiam comparasse, illamque omnibus anteposuisse, immò omnia illa ita iudicauit vana, vt nec comparatione digna cum sapientia æstimauerit, misera enim sunt, vana, propriè stercora, vt diximus.

Num. 10. *Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

D COmparauerat supra sapientiam cum bonis externis, nunc eam comparat cum bonis corporis, præponens, & præeligens illam. Hæc autem sunt duo, valetudo, & species, super hæc ait dilexisse illam, & quia præcipuum bonum, præcipuaque pulchritudo, quę est in corpore, consistit in oculis, seu in visione, ideo non contentus præposuisse illã generaliter valetudini, & speciei, specialiter voluit declarare chariorem illam habuisse ipsamet oculorum luce, immo præ luce, quibus admonemur, quomodo diligere debeamus Deum, si verè illum possidere velimus.

1. Deus quomodo diligendus.

Super salutem, &c. id est, *super sanitatem.* Plato (*Plato.*) in Gorgia dixit, *Optimum esse bene valere, secundum formosum esse, & tertiũ diuitias habere*

4\. Eius seruitium amplius appetitur, quam alijs imperare.

matio, ſicque eam omni dignam veneratione æſtimant, vt in colendo eam non defatigentur, vt præclatius æſtument illi inſeruire, quàm alijs dominari, vt moleſtè ferant, niſi ſeruiant, & obtemperent, & tandem vt nulla inurant nota, (quod equidem in alijs non reperitur rebus) qui eam venerantur & adorant, immò etſi pro ea depereant, omni dignam eam iudicantes dilectione, ita vt modus eam diligendi ſit ſine modo. Quod etſi in prophanis tantum tale de ea eſſet iudicium, non multum

5\. Diligendi eam modus, eſt ſine modo. *Eccl. 26. num. 21.*

equidem, ſed quod caput eſt, & idem reperio in diuinis. *Omnis autem ponderatio*, inquit ſapiens Sydrac cap. 26. num. 21. loquens de muliere continenti, & pulchra, *non eſt digna continentis animæ, ſicut Sol oriens in mundo in Altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies, in ornamentum domus ſuæ.* Pon-

6\. Mulier pulchra, & honeſta æſtimatione incomparabilis omni digna amore.

deto particulam vniuerſalem, omnem ponderationem dixit, nil excluſit, ergo quantumuis ponderetur amor erga mulierem pulchram cõtinentemque, eius dignitate non inuenietur dignus. Hinc in ſcripturis reperio, ſanctos valde pulchritudinem amaſſe ac quodammodo pro ea deperijſſe, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, & non inde reprehenſos, immo quod ſtatim, ac exceſſum alicuius in aman-

7\. Scriptura pulchritudinis amatores excuſat. *2. Reg. 11. Cap. 13.*

do enarrat, veluti illum excuſans, ſemper pulchritudinis notam in ſuperlatiuo addit, veluti 2. Reg. 11. peccatum Dauid edicere volens primo ait. *Erat autem mulier pulchra valde*, & ſimiliter c. 13. de Amnon amore locutura, præmiſit, *Factum eſt autem poſt hæc vt Abſalon filij Dauid, ſororem ſpecioſiſſimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon.* Quod equidem ad eorum peccatum quoquomodo excuſandum apponit, etiam ipſa diiudicans, ſpecioſitatem omni veneratione dignam, eo vel maximè quando cum virtute, continentiaque adiuncta reperitur. Quod cùm ſit, non equidem mirum, ſi prophani tanti eam faciant, vt diuinum quid eam æſtiment, contra quam vt ipſemet Iſo-

Iſocrat. 8. Contra eã Dij ire non audent.

crates, *Nec ipſi Dij ire audeat.* Vnde multorum Iouis transfigurationes enarrans, ad pulchritudinem conſequendam alicuius, vt quando Amphitrioni factus ſimilis. vt Alcmenam conſequeretur, quando in aureum imbrem mutatus, vt Danaem, quãdo in figuram Oloris, & Nemeſeos, & Ledam. Concludit tandem, ſemper ad has conſequendas,

Idem.

arte Iouem vſum, non violentia. *Iupiter optimus maximus, ait, cùm in alijs potentiam ſuam demonſtret, ad pulchritudinem verò humili perſona ſuſcepta, accedendum eſſe cenſeat*, immò ſic ad pulchri-

9\. Verecundia, obſcenitas, atque turpitudo Gentium in pulchritudinis æſtimatione. *Idem.*

tudinem inſanit extollendam homo iſte, vt non vereatur dicere, ſic apud Deos in veneratione eã fuiſſe, vt vxoribus ſuis parcerent, cùm ab ea vincerentur: vt ſemel videat Chriſtianus, quando ſine fidei lumine aliquis procedit, ad quale barathrum deſcendat, & ſimul quales Deos crediderit cæca Gentilitas, vnde ſequitur iſte, *Et apud Deos forma*

10\. Dei Gentilium quales turpitudinis.

tanti eſt, quanto apud nos honoratior, vt etiam ſuis vxoribus cùm ab ea vincuntur, ignoſcant, multaque Deorum immortalium proferri poſſunt, quæ cùm humanæ formæ ſuccumberent, tantum abfuit vt ulla re ſibi dedecori eſſe putarent, aut clam habere ſtuderent, vt tanquam re bene, ac laudabiliter geſta, hymnis celebrari potius, quàm ſileri voluerint. Quid fœdius? attamen ſic eos pulchritudo inſanire. ſic elegans forma eos dementauit, vt laude dignam ipſammet vituperationem iudicarent: ô vtinam, & nunc non ſic!

Quod nos conſiderantes, cùm de vanitate Regnorum, ac cæterorum, quæ in hac vita ſunt ſupra diſſeruimus. placuit hîc attentè etiam de vanitate diſſerere pulchritudinis, de eiuſque periculis, ac incommodis, ne miſerè decepti homines, plus æquo ipſam diligentes, ſupra diuinam eam ament, ac æſtiment ſapientiam.

11\. Pulchritudo vana res. *Prou. 31. num. 30.*

Hoc tandem, conuictus planè Rex ille tantum pulchri amator, confeſſus eſt, dum diſtinctè, & apertè inclamauit, *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.* Prou. 31. n. 30. Vbi placet expoſitio moderni cuiuſdam, Salomonem ſcilicet hanc prouũciaſſe ſententiam. quaſi reddens rationem, cur cũ tam præclara de illa enarraſſet muliere, nil de pulchritudine eius diſſeruiſſet, quia ſcilicet, pulchritudo, & gratia, nihil aliud niſi quid ſunt vanum, inane, fallax, fluidum, propemodumque nihil.

Cant. 1. num. 4. 12. Sponſa cur pulchritudinem ſuã tabernaculis comparauit.

Nigra ſum, inquit ſponſa Cantic. 1. n. 4. *ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Quid pulchritudo cũ tabernaculis? Scio quid alij dicunt, & optimum eſt, comparaſſe ſcilicet ſponſam, pulchritudinem ſuam tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis, quia iſta deforis apparebant deformia, intus tamen rutilantia. Scio hoc, ſed aliquid aliud, ni fallor, mihi videre videor, cõparaſſe ſcilicet ſponſam pulchritudinem ſuam tabernaculis, quæ ſub dio exſtant, mille expoſita periculis, mille ſolis, aëriſque inclementijs, & tandem nunquam fixa & ſtabilia, ſed ſemper nutantia, mutantiaque ſolum, quaſi diceret, ſum nigra, ſed formoſa, formoſa natura, ſed accidentaliter nigra, formoſa ſum, ſed hæc mea formoſitas mille ſubiecta periculis. mille aëris, ſoliſque inclementijs, vnde &

Ibidem. 13. Pulchritudo incõſtãs res mille ſubiecta periculis.

ſubdit. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Quid hinc? niſi documentum vanitatis pulchritudinis, quæ ad inſtar tabernaculi eſt, & tabernaculi Cedar, mille periculis, ac infortunijs expoſita mille. *Omnem formæ pulchritudinem mihi breue ver affert, & eam aut hyemis aſperitas protinus extinguit, aut enim eam morbus frãgit, ac debilitat, aut ipſa certè ſenectus delet, & obli-*

Nazian. 14. Fallax.

terat, inquit Nazianz. in oratione contra fœminas ſe excolen. Inconſtans ergo eſt, fluida, mille ſubiecta infortunijs, mille mutamentis, inſuper & fallax. *Cùm videris venuſtam mulierem*, inquit Chry-

Chryſoſt.

ſoſt. oratione de mulier. & pulchritud. *fulgidum habentem oculum, vultu hilari coruſcantem, eximiam quemdam decorem, aſpectu præ ſe ferentem, vrentem mentem tuam, & concupiſcentiam augentem, cogita terram eſſe id quod admiraris, ſtercus quod te vrit, detege ipſius cutem vultus, & tunc videbis omnem venuſtatis vilitatem. Cogita eam alterari, ſeneſcere, ægrotare, ſubſidentes oculos, cauas genas, florem omnem illum defluentem, animaduerte quid admiraris, & pudeat te iudicij tui.* Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus verbis licet fallaciã, vanitatem, & inanitatem colligere pulchritudinis, ex inconſtantia & varietate eius.

15\. Pulchrum corpus ſepulchrum calce illitũ.

Quam etiam vanitatem educit idem ſanctus ex conſideratione ſubſtantiæ pulchritudinis, nutrimentoque, quo nutritur, nam hoc inquit, non eſt niſi pituita, diſtillatio, ſanguis. Vnde demum concludit venuſtatem corporis, nihil aliud eſſe quàm ſepulchrum calce illitum, quod foris venuſtum apparet, intus autem plenum eſt mortuorum oſſi-

Bernard.

bus. Pulchrè Bernard. medit. cap. 3. *Si diligenter conſideres, inquit, quid per os, & nares, cæteroſque corporis meatus egrediatur, vilius ſterquilinium nunquam vidiſti.* Vbi adnotanda duo, primum

4. Eius seruitium amplius appetitur, quam alijs imperare.

matio, sicque eam omni dignam veneratione æstimant, vt in colendo eam non defatigentur, vt præclarius æstiment illi inseruire, quàm alijs dominari, vt molestè ferant, nisi seruiant, & obtemperent, & tandem vt nulla inurant nota, (quod equidem in alijs non reperitur rebus) qui eam venerantur & adorant, immò etsi pro ea depereant, omni dignam eam iudicantes dilectione, ita vt modus eam diligendi sit sine modo. Quod etsi in prophanis

5. Diligendi eam modus, est sine modo.

tantum tale de ea esset iudicium, non multum equidem, sed quod caput est, & idem reperio in diuinis. *Omnis autem ponderatio*, inquit sapiens Sydrac cap. 26. num. 21. loquens de muliere conti-

Eccl. 26. num. 21.

nenti, & pulchra, *non est digna continentis animæ, sicut Sol oriens in mundo in Altissimis Dei, sic mulieris bonæ species, in ornamentum domus suæ.* Pon-

6. Mulier pulchra, & honesta æstimatione incomparabilis omni digna amore.

dero particulam vniuersalem, omnem ponderationem dixit, nil exclusit, ergo quantumuis ponde- B retur amor erga mulierem pulchram cõtinentemque, eius dignitate non inuenietur dignus. Hinc in scripturis reperio, sanctos valde pulchritudinem amasse ac quodammodo pro ea deperijsse, vt Abraham, Isaac, & Iacob, & non inde reprehensos,

7. Scriptura pulchritudinis amatores excusat

immo quod statim, ac excessum alicuius in amando enarrat, veluti illum excusans, semper pulchritudinis notam in superlatiuo addit. veluti 2. Reg. 11. peccatum Dauid edicere volens primo ait. *Erat autem mulier pulchra valde*, & similiter c. 13.

2. Reg. 11. Cap. 13.

de Amnon amore locutura, præmisit, *Factum est autem post hac vt Absalon filij Dauid, sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon.* Quod equidem ad eorum peccatum quoquomodo excusandum apponit, etiam ipsa diiudicans, speciositatem omni veneratione dignam, eo vel maximè quando cum virtute, continentiaque C adiuncta reperitur. Quod cùm sit, non equidem mirum, si prophani tanti eam faciant, vt diuinum

Isocrat.

quid eam æstiment, contra quam vt ipsemet Iso-

8. Contra eã Dij ire non audent.

crates, *Nec ipsi Dij ire audent.* Vnde multorum Iouis transfigurationes enarrans, ad pulchritudinem consequendam alicuius, vt quando Amphitrioni factus similis, vt Alcmenam consequeretur, quando in aureum imbrem mutatus, vt Danaem, quãdo in figuram Oloris, & Nemescos, & Ledam.

Idem.

Concludit tandem, semper ad has coosequendas, arte Iouem vsum, non violentia. *Iupiter optimus maximus*, ait, *cùm in alijs potentiam suam demonstret, ad pulchritudinem verò humili persona susce-*

9. Vecordia, obscenitas, atque turpitudo Gentium in pulchritudinis æstimatione.

pta, accedendum esse censeat, immò sic ad pulchritudinem insanit extollendam homo ille, vt non vereatur dicere, sic apud Deos io veneratione eã fuisse, vt vxoribus suis parcerent, cùm ab ea vincerentur: vt semel videat Christianus, quando sine D fidei lumine aliquis procedit, ad quale barathrum descendat, & simul quales Deos crediderit cæca

Idem.

Gentilitas, vnde sequitur iste, *Et apud Deos forma*

10. Dei Gentilium qualis turpitudinis.

tanta est, quanta apud nos honoratior, vt etiam suis vxoribus cùm ab ea vincuntur, ignoscant, multæque Deorum immortalium proferri possunt, quæ cùm humana forma succumberent, tantum absuit vt vlla re sibi dedecori esse putarent, aut clam habere studerent, vt tanquam re bene, ac laudabiliter gesta, hymnis celebrari potius, quàm sileri voluerint. Quid fœdius? attamen sic eos pulchritudo insanire, sic elegans forma eos dementauit, vt laude dignam ipsammet vituperationem iudicarent: ô vtinam, & nunc non sic!

Quod nos considerantes, cùm de vanitate Re- A gnorum, ac cæterorum, quæ in hac vita sunt supra disseruimus. placuit hîc attentè etiam de vanitate differere pulchritudinis, de eiusque periculis, ac incommodis, ne miserè decepti homines, plus æquo ipsam diligentes, supra diuinam eam ament, ac æstiment sapientiam.

Hoc tandem, conuictus planè Rex ille tantum

11. Pulchritudo vana res.

pulchri amator, confessus est, dum distinctè, & apertè inclamauit, *Fallax gratia, & vana est pulchritudo*. Prou. 31. n. 30. Vbi placet expositio mo-

Prou. 31. num. 30.

derni cuiusdam, Salomonem scilicet hanc pronũciasse sententiam, quasi reddens rationem, cur cũ tam præclara de illa enarrasset muliere, nil de pulchritudine eius differuisset, quia scilicet, pulchritudo, & gratia, nihil aliud nisi quid sunt vanum, inane, fallax, fluidum, propemodumque nihil.

Cant. 1. num. 4.

Nigra sum, inquit sponsa Cantic. 1. n. 4. *sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomo-* B

12. Sponsa cur pulchritudinem suã tabernaculis comparauit.

nis. Quid pulchritudo cũ tabernaculis? Scio quid alij dicunt, & optimum est, comparasse scilicet sponsam, pulchritudinem suam tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis, quia ista deforis apparebant deformia, intus tamen rutilantia. Scio hoc, sed aliquid aliud, ni fallor, mihi videre videor, cõparasse scilicet sponsam pulchritudinem suam tabernaculis, quæ sub dio exstant, mille exposita periculis, mille solis, aeri isque inclementijs, & tandem nunquam fixa & stabilia, sed semper nutantia, mutantiaque solum, quasi diceret, sum nigra, sed formosa, formosa natura, sed accidentaliter nigra, formosa sum, sed hæc mea formositas mille subiecta

Ibidem.

periculis. mille aëris, solisque inclementijs, vnde & subdit. *Noliте me considerare quod fusca sim, quia*

13. Pulchritudo incõstãs res mille subiecta periculis.

decolorauit me sol. Quid hinc? nisi documentum C vanitatis pulchritudinis, quæ ad instar tabernaculi est, & tabernaculi Cedar, mille periculis, ac infortunijs exposita mille. *Omnem formæ pulchritudinem mihi breue ver affert, & eam aut hyemis asperitas protinus extinguit, aut enim eam morbus frãgit, ac debilitat, aut ipsa certè senectus delet, & obli-*

Naziañ.

terat, inquit Nazianz. in oratione contra fœminas

14. Fallax.

se excolen. Inconstans ergo est, fluida, mille subiecta infortunijs, mille mutamentis, insuper & fal-

Chrysost.

lax. *Cùm videris venustam mulierem*, inquit Chrysost. oratione de mulier. & pulchritud. *fulgidum habentem oculum, vultu hilari coruscantem, eximium quemdam decorem, aspectu præ se ferentem, vrentem mentem tuam, & concupiscentiam augentem, cogita terram esse id quod admiraris, stercus quod te vrit, detege ipsius cutem vultus, & tunc videbis omnem venustatis vilitatem. Cogita eam alterari, senescere, ægrotare, subsidentes oculos, ca-* D *nas genas, florem omnem illum defluentem, animaduerte quid admiraris, & pudeat te iudicij tui.* Hæc Chrysostomus. Ex quibus verbis licet fallaciã, vanitatem, & inanitatem colligere pulchritudinis, ex inconstantia & varietate eius.

15. Pulchrum corpus sepulchrum calce illitũ.

Quam etiam vanitatem educit idem sanctus ex consideratione substãtiæ pulchritudinis, nutrimentoque, quo nutritur, nam hoc inquit, non est nisi pituita, distillatio, sanguis. Vnde demum concludit venustatem corporis, nihil aliud esse quàm sepulchrum calce illitum, quod foris venustum

Bernard.

apparet, intus autem plenum est mortuorum ossibus. Pulchrè Bernard. medit. cap. 3. *Si diligenter consideres*, inquit, *quid per os, & nares, cæterosque corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam vidisti.* Vbi adnotanda duo, primum

talia de corporibus egredi omnibus, etsi pulchris, etsi formosis, & secũdum quod hoc de corporibus affirmatur humanis. Quod si sic, liceat cum Innoc. Papa lib. 8. de contemptu mundi exclamare. *O vilis conditionis humana indignitas! ô indigna vilitatis humana conditio! herbas, & arbores inuestiga, illa de se producunt flores, & frondes, & fructus, & tu de te lentes, & pediculos & lumbricos, illa de se effundunt oleũ, vinum, & balsamum, & tu de te sputum, & vrinam, & stercus: illa de se spirant suauitatis odorẽ, & tu de te reddis abominationem fœtoris.*

15. Cæteris omnibus fœdius.

Sed dato quod non esset fluida, quod non esset inanis, est tamen fallax, quomodo? promittit multam & quasi æternam voluptatem, cùm certò fallat, nam non dat nisi breuem immò, instantaneam. *Vsque ad primum mensem*, inquit Chrysostom. hom. 20. in epist ad Ephes. *aut plurimum vsque ad annum, deinde non amplius, sed à consuetudine marcescit miraculum, & dum placet, fallit.* Egregiè, experientiaque comprobatur quotidiana: quid quæso in causa est. vt plerique viri, qoi mulieres pulcherrimas formosissimasque habent, alterius tamen teneantur amore, quæ multoties euenit vt turpis, incomptaque sit? nisi ea Chrys. quia nempe à *consuetudine marcescit miraculum*, & quæ prius in admiratione habebatur. iam nõ est amplius miranda; & altera magis placet, licet turpis, quia noua, ergo fallax pulchritudo longam promittens voluptatem, cùm non det nisi annualem.

16. Pulchritudo fallax diuturnam promittens voluptatẽ, non præbeos nisi instantaneam *Chrysost.*

17. Pulchritudo ex consuetudine vilescit.

18. Viri cur vxores pulchras despiciunt, alienas fœdas amantes.

Sed pace Chrysostomi nego annualem, vix concedo instantaneam, exemplum sit huius veritatis Amnon, cuius voluptas ad instans profectò durauit 2. Reg. vbi suprà. *Oppressit, cubauit cum ea &* (nota coniunctionem) *exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore quo dilexerat*, & tamen eam appellat scriptura speciosissimã. quantum ergo durauit voluptas? instans. vnde nunc odium & fastidiũ & non equidem ex consuetudine, sed & vno tantũ visu, nisi quia eodem instãti quo *Placet, fallit*, vt inquit Chrys. quia eodem quo placet momento, eodem prorsus fallit, nam eodem ipso momento quo delectatio capitur, & perficitur, succedit ijsdẽ prorsus gradibus (vt sic dicã) odium, & fastidium, nõ secus ac ad gradum vnius formæ deperditum, succedit alter contrariæ, vt ad calidũ frigidum in aqua. Fallit ergo dum longam promittit voluptatẽ, quia dat instantaneã, transitque ipsa, ac ipsum transit opus, quo peracto nulla amplius remanet voluptas, nullũ voluptatis vestigium. Quod eleganti declarat Nissenus cõparatione, hom. 4. in Ecclesiast. in fine. *Quomodo qui scribunt in aqua*, inquit, *manu quidẽ efficiunt scripturam, typos characterum scribentes in humido, ex characteribus autẽ nihil manet in figura, sed scribendi opera est tantũ dũ scribitur, manum enim semper sequitur aqua superficies, id quod est impressum leuigãs: ita omne studium, & operatio, quæ ponitur in fructa voluptate, apparet in ijs quæ fiunt, nã cùm cessauerit operatio, deletur etiam sensus voluptatis, neque eius quippiam amplius reconditur, neque ijs qui lætantur remanet vllum vestigiũ aut reliquia operationis, quæ erat ex voluptate.* Nil elegantius: in aqua scribũt qui voluptatem sequũtur, nam *Aqua multa populi multi*, Apoc. 17. n. 15. Ergo tantum voluptas durat, quantum ipsa operatio. qua transacta sensus deletur voluptatis. Et equidem non alio instrumento, nisi ab ipsamet operatione, quod est notandum in Nysseni sentẽtia, sicut littera nõ ab aliquo alio deletur instrumento, nisi ab ipsa aquæ superficie, quæ manũ sequens leuigat, quod est impressum, ergo manus motus, & transitus leuigationis fuit instrumentum: sic in voluptate quæ dum ab ipsa causatur operatione, cùm transit, ipsomet suo transitu voluptatem consumit, ad instans vt sic dicã durans, ita vt an quod fuit voluptas vix percipi possit. *Verũ*, inquit Chrys. hom. 12. ad Cor. 1. *solum habet nomen voluptatis, re autem ipsa caret, nam antequam ea fruaris, est insania, nõ voluptas, postquam ea frui cõtigerit, ipsa statim extinguitur, si ergo neque initio neque postea, licet eius vi tere voluptatem, vbi cernitur, & quando?* Quod confirmat sanctus, exemplo eius, qui pro aliqua deperiens, tandem ea fruitur, *Capitus est quispiã*, inquit, *amore cuiusdam pulchræ, & speciosa mulieris, is quidem donec assecutus fuerit vt fruatur amore, est similis ijs, qui sunt emota mentis, & delirãs, postquam autem est assecutus, extinguit desiderium. Si ergo neque in initio voluptas accipitur, res enim est insana, neque in fine, nam concubitus compescit æstũ amoris, vbi eam deinceps inueniemus?* Nil melius. Deliterat ergo operatio ipsa voluptate, quam meritò Tertull. lib. de habitu mulier. c. 1. & 2. vaporibus assimilat, qui subitò exhalati euanescũt appellans eum *momentum vaporatum*. Loquẽs enim de Angelis quos putat, è cœlo ob amorem mulierum cecidisse, (quod fabulosum, & Christiano viro indignũ est asserere) sic ait, *Interdum cogitabant, vnde cecidissent, & post libidinũ vaporata momenta, calũ suspirabant.* Pulchrè, si de viris spiritualibus dixisset, qui miserè à sũmo sanctitatis fastigio ruentes, in scylleos dantes libidinum sirtes, post vaporata momenta libidinum, cœlũ suspirant, vnde ceciderunt, ad momentum ergo durat, sed profundè postea sensum imprimit doloris: sic in Amnone, insaniit antequam ad desiderium perueniret, post eum assecutum, æstu efferuescente amoris, illico sensum percepit doloris, odio habens, quam prius amabat, imò abhorrens quæ iam ipsum diligebat.

2. *Reg. vbi sup. num.* 14.

19. Pulchritudinis delectatio vt instantanea, & fallit. *Chrys. vbi sup.*

20. Eo io instãti succedit odium & fastidium.

Nissen.

21. Elegans comparatio de manu ac instantanea pulchritudinis delectatione.

22. Homines carnales in aqua scribunt. *Apoc.* 17. 13.

23. Eorum volup, tas ab ipsamet eorum operatione cõsumitur. *Chrysost.*

24. Eius inanitas.

Tertull.

25. Voluptas momẽtum vaporatũ.

26. Spiritualiũ virorũ miserandi sũt casus.

O misera mulierũ deceptio, ad quam si semel attenderent non sic facilè se decipi sinerent infelices, perpetuũ, sibi promittunt amorem, si hominĩ cõplaceant, decipiũtur miserè, cùm inde sciãt hominem ipsas abhorrere, vnde eas diligere & primum earũ amoris instans esse vltimum amantis. En Amnon, *Surge & vade*, sorori dixit post concubitũ; cui illa respondens dixit, *Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, quàm quod ante fecisti, expellens me*, num. 16. Mirum, nõ ne ista erat, quæ antea sic validè restitit, verbis & operibus, vllo permittens modo in fratris venire desideriũ, vt nefandũ primò scelus ei anteponeret, opprobrium suũ futurum declararet, & insuper insipientem futurũ ei prædiceret, & tandẽ sic restitit, vt nisi præualens Amnon fuisset viribus, eam non opressisset. *Noli frater, mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel, noli facere stultitiam hanc, ego enim ferre non potero opprobrium meũ, & tu eris quasi vnus ex insipientibus in Israel.* At Amnon, *Noluit acquiescere precibus eius, sed præualens viribus oppressit eã.* Sic abhorrẽs erat illa facti, sic odio prosequebatur peccatum. Vnde ergo nunc ista de maiori incusat fratrem malo, & surgere, ac exire recusat? cur citius non surgit, cur foris non auolat? Ne mireris, nam ipsa tunc amare incœperat, quãdo frater eam odio habere, quod & semper euenit, nam tunc mulieres amare incipiũt, quãdo homines eas abhorrere, quia vt inquit Chrys. *concubitus compescit æstũ amoris*, in homine quidẽ, at accendit in muliere; ô si sensũ

27. Mulierum deceptio hominibus complacẽdo

28. Tunc amare incipiũt quando homines abhorrere. *Num.* 16.

29. Thamar tunc amare fratrem cœpit, quando ipsa eum abhorrere, & cur. *Chrys.*

A ipsæ hunc apprehenderent, hocque considerarent, non sic se miserè decipere facile sinerent, vti mihi semel nobilis ac Dei timorata mulier respõdit, quã cùm & multo tempore multisq; prosecutus modis nobilis quidam fuisset, nil intactũ relinquẽs vt eius frueretur amore, planeque ipsa confiteretur, omnino eum suã accepisse voluntatem, à qua eũ exposceret, & quid causæ fuerit, cur constans stetisset, respõdit, *Ne ego inciperẽ, vnde ipse destiturus erat.* En tibi misera Thamar in exẽplum, infœlix amabat quando eam odio habere cœperat Amnon, vt eadẽ prorsus vis, imò & maior, necessaria fuerit ad eam abijciendam, ac fuit ad eam opprimendã, quapropter cùm non solus eam eijcere potuisset Amnon, sicut solus opprimere, adiutorium expostulauit famuli, vt eam eliminaret, *Sed vocato puero qui ministrabat ei, dixit; eijce hãc à me foras, & claude ostiũ post eum.* Quod autẽ tunc petulans iste fecit, faciũt B nunc homines quotidie: faciunt amantes omnino depereuntes, qui cùm semel potiti pulchritudine sint, quam appetunt, amittunt voluptatem, & hac amissa, non amplius amant, cuius equidẽ ratio, quia fallax est mulierũ pulchritudo, & dũ placet, decipit.

30. Pulchritudo à magnanimis despecta, sicut & pulchros homines.

Dio Prus.

Quapropter meritò pulchritudo, apud cordatos, magnanimosq; viros, nunquam fuit in pretio, imò hominem despexerunt pulchrũ, quasi mulierem olentem. Bracmanos enim recolo, morem tenuisse, occidere filios pulchros, puellasque turpes, ac pro certo æstimasse, iram esse Deorum, dum pueri nascerentur pulchri, puellæque difformes. Vnde Dio Prusæus orat. 21. affirmat, nullum qui pulcher esset, eos ad societatem triginta nempe eorum qui gubernacula tenebant, admisisse, imò Critiam vnũ ex triginta, eos legislatorem creasse, ea solum ratione, quia pulcherrimã speciem, inter mares dixit esse, C fœminam, addensque, quòd & Persæ, ideo formosos Eunuchos fecisse, quia indignos eos nomine iudicabant viri. Vnde ipse orat. 29. optimo concludens iudicio, affirmat fortitudinem, modestiãque, in homine difficillimè cõsistere pulchro, *Parro*, inquit, *eidem inesse, difficillimũ est fortitudinem pariter & pulchritudinem, modestiamque, pulchritudo enim homines maxime emollit, persuadetq; delitiari, vt nullius alterius gloria indigas.* Vnde tales ab ipsamet spreti cæca Gẽtilitate. Hinc Philistæus ille superbus, Dauidem despexit, quia rufus, & pulcher 1. Reg. 17. n. 42. *Cũque inspexisset Philistæus, & vidisset Dauid, despexit eum, erat enim adolescens, rufus, & pulcher aspectu*, quasi indignaretur, certamen contra mulierem potius, quàm contra virum inire, sic vana res, & pulchritudo, sic futilis omnino.

31. Eunuchos, homines formosos, à Persis effectos, quia indignos eos iudicabant nomine viri.

Idem.

32. Pulchritudo difficile cõiungitur cum fortitudine.

1. Reg. 17. 42.

33. Dauid despectus à Philisteo, quia pulcher.

34. Pulchritudo quantorum malorum origo.

Gen. 3. num. 6.

35. Eua decepta à pomi pulchritudine.

Sed agedum, non sit vana, non sit fluida, sit aliquid, & permanens, quanta pericula secum attra- D hit, quantorumq; malorũ est ipsa origo, quid quæso decepit Euam omniumque nostrorum fuit origo malorum, non ne pulchritudo pomi? Gen. 3. n. 6 *Vidit*, ô si nõ vidisset! *quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Hinc misera decepta à forma, & pulchritudine, comedit, & perijt.

36. Quo sensu dicitur arborem vidisse.

Pererius.

Rupert.

Sed quid, nunquid antea non viderat arborem illam? etsi vidit quomodo speciositatem non notauit? eamque tunc non vidit? Optimè sanè respondet Pererius, vidisse, sed innocenti aspectu. *Viderat autem*, inquit, *mulier arborem illam simplici & innocenti aspectu, vidit tunc, sed ardens iam cupiditate illius fructus edendi, visa est ei arbor illa longè pulcherrima.* Quod sumpsit ex Ruperto lib. 3. de Trinit. c. 9. vbi sic. *Non temerè dictum est, vidit mulier, quasi non eam arborem antea vidisset. & reuera nondũ eo modo viderat, quia cũ hac præsumptione qua nunc initiata est, nec dum considerauerat.* Viderat ergo prius, sed simpliciter: vidit postea, sed animo concupiscenti: vidit prius, sed non ita pulchra ei apparuit, vidit postea & pulcherrimã iudicauit. Cupiditas ergo affixit arbori pulchritudinem, qua semel expleta, apertisq; oculis malo suo didicit se deceptam, & non fuisse arborem ita pulchram, vt antea cõcupiscens falso putauerat. Hinc eiusdem odium arboris: vnde sequitur Pererius, *Quã tamen mox, violata iam Dei præcepto, factaq; cœlestium bonorũ iactura, vidit, & odit, atque detestata est.* Quod etiam pulchrè Chrysost. hom. 7. in 1. ad Cor. dixit de radice, origineque corporum amoris disserens, vbi probat illũ, non ex pulchritudine corporum, sed ex concupiscentia oriri, vnde sic ait. *Vnde nascitur amor corporum? ab elegantia formæ, inquies, cùm scilicet pulchra, & venusta ea fuerit, qua vulnus infert, frustra, & temerè hoc dicis, nam si formæ pulchritudo amatores alliceret, omnes amatores haberet hæc puella, quod si non omnes habet, proinde nec naturæ, nec eleganti formæ, sed impudico oculo istud attribuendum est.* Quod cum sanctus exemplis probasset, corpore nempe formosos, non obinde obscænè dilectos, vt de Dauid, & generaliter de matribus, quæ etsi speciosissimæ sint, tamen à filijs non concupiscuntur; tandem sic concludit. *Liquido hinc constat, morbum hunc nõ corporis elegantiæ, nec simpliciter pulchritudini ascribendum esse sed animæ socordiæ, ac aberrationi, permulti enim, cũ innumeras præstanti forma mulieres præterijssent, deformibus se dederunt.* C Nil melius: desinunt amare pulchras, amantq; difformes; vnde hoc euenit nisi quia concupiscentia deformibus pulchrum affingit, quod non habent, vnde non est pulchrum verum quod allicit, sed fictum, atque à cõcupiscentia appositum, quę, dum transit, auolat, & pulchrum, & à satietate verberati, non sic prius amarunt, ac postea odio prosequuntúr, deceptionem suam experientes, falsumque sæpè suum ridentes iudicium.

37. Cupiditas pulchritudinem affingit dum non adest.

Chrys.

38. Est causa amoris corporum potius, quã eorum pulchritudo.

Idem.

At amplius quid experiuntur, nam sæpè sæpios euenit vt experiẽtia discant suo appetijsse pulchritudinem malo, in illaque nõ inesse eam quam illis oculi promiserant bonitatem, sed potius infelicitatem, cùm sæpè, & rem, & honorem, & vitã deperdant, ita afflicti viuentes, vt potius quod viuant, dicantur morientes. *Et multi ex his, qui meretricibus adhærent*, inquit idem Chrysost. orat. de mulier. & pulchritud. *non modo æternum inde mortẽ subierũt, sed & hic mali malè perierũt, ærumnas ab illis perpessi.* Quas declarãs sanctus duo nobis innuit, primum illud quod contendimus, nempe non inesse in pulchritudine suauitatem, sed potius dolores, & secundum quod omnia tempora vna fuerunt, mala D sunt nostra, peiora erant illa, quo fit vt verissimum sit illud Salomonis, stultũ esse dicere meliora fuisse antiqua, quàm noua. *Ne dicas quid putas causæ est, quod priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt, stulta enim est huiusmodi interrogatio.* Eccl. 7. n. 12. Declarans ergo Chrysost. tribulationes, quas mulieres hominibus eas amantibus tunc inferebãt ait, *Cùm enim contenderent illæ vt adhærentem sibi, amare sui penitus adstringerent, magicas artes excitarũt, amatoria pocula apparurunt, multasque præstigias consarcinarunt, ita deinde, in grauem*

39. Mala quæ homines à pulchritudine experiuntur.

Chrysost.

40. Mala sunt omnia tempora præterita, & præsentia.

Eccl. 7. 12.

Chrysost.

41. Homines vt ad manus mouẽtur mulierum.

A

morbam coniectam, & lui tabique lenta traditū, & in inaumerabilia mala coniectū ex hac vita sust ultruat. Nil magis ad rem, nec est quòd sic ad viuum vitā explicet, quàm pulchritudo amatoribus tribuit suis: vbi ergo suauitas illa quam oculi aspiciētes illis promiserunt? fallax equidem fuit, & vana.

42. Euæ deceptio ex visu quanta ei pepent mala.

Quod etiam mihi videre videor in illo Euæ, vbi scriptura inquit, *Vidit quod bonum esset lignum ad vescendum*, vnde peto illud collegit? ex visione, vidit quod bonum, meritò ergo decepta, nam gustus est qui de suauitate, bonitateque discernit saporis, non visus, vnde meritò, quia ex solo visu iudicauit bonitatem, suauitatemque pomi, decepta misera est, quando malo suo didicit, talem esse non dulcedinis, sed doloris, amaritudinisque fructum; vnde partus eius extitit suas multiplicare ærumnas e cōceptusq;, & in dolore filios parere, & sicut prius non nisi viri socia, post esum fieri seruam, & ancillam, *Sub viri potestate erit, & ipse dominabitur tui.*

B

43. Iudicij infirma, & cur.

Vnde meritò eam Ambros. de paradiso cap. 13. infirmam iudicij appellat, *Infirma authoriadicij*, ait, *quæ, de eo quod non gustauerat, iudicauit*. Ex quo salutare elicit documentum, *& ideo*, inquit, *non facilè nisi quod diligentiat pertractauerimus, quod*

44. Maturè ad opus procedendum, nisi decipi velimus.

interiore probauerimus affecta, videtur ad opus aliquod esse sumeadum. Quod dum non obseruat Eua, in miseras incidit ærumnas, sicut & cæteri sui assimiles, qui decepti ex visu, bonitatem, pulchritudinisq; suauitatem arguunt, at dum postea gustant experientia discunt, in se non habuisse, nisi ærumnarum, dolorumque multiplicationē, & vbi prius

45. Homines quando mulieribus subiecti euadunt.

ipsi mulierum erant domini, postea sub potestatē earum redacti, suo experiuntur malo, eas dominas esse effectas illorum, ita crudeles, vt in innumerabilia mala, vt ait Chrysostom. illos conijcientes, tandem & vitam ab eis miserabiliter auferunt, cuius tanti causa mali vna fuit. pulchritudo, origo, fonsque totius mundi perditionis.

C

Enimuerò hæc extitit quæ mundum aquis perdidit,

Gen. 6. nam. 2.

Gen. 6. n. 2. *Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchra, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant*, concupierunt, & ex hac con-

46. Pulchritudo mundi perditio.

cupiscentia acceperunt vxores: sed numquid malum nubere? non malum, sed nubere ex concupiscentia malum. Hoc adnotauit Chrysostom. hom.

47. Nubere ex concupiscentia malum. Chrysost.

22. in Genes. perpendens verba Moysis, vbi sic ait, *Concupiscentia illos in hāc induxit perniciem, pulchritudo aspectus intemperantiæ eis occasio fuit, à pulchritudine victi sunt, & frænum imponere inordinatæ concupiscentiæ suæ noluerunt, sed spectando capti, submersique sunt, & ob impiam hoc opus indignos se fecere, quorum superne Deus curam ageret, nō enim lege nuptiarum, neque procreandorum filiorū gratia hoc fecerant, propterea dicit, quod videntes pulchras.* Vbi duo in hoc Chrysostomi dicto adnoto, primum, quia isti ex concupiscentia vxores duxerunt, & non ex sancto matrimonij fine, ex eo indignos se constituerunt, *Vt Deus de eis curam ageret*, hoc est vt eos à malis liberaret, vt eos defenderet, vt sanctam eis daret prolem, sed si ipsi mali,

48. Mala malique filij cur aliquādo ex matrimonio, viri mulieresque experiantur.

pessimi ex eis fuerunt procreati filij, & tandem aquis diluuij omnes immersi. non ergo mirum, si mali, & iniqui parentibus nascantur filij, si bonorum dissipatores, parentibusque iniurij, si domorum penitus euersores, si tandem in infinita malorum barathra incidant coniugati, misereque moriantur, videant an ex concupiscentia nupserunt, & non mirentur.

A

Secundo adnoto causam diluuij concupiscentiam fuisse effrenatam in vxores diligendo plures multiplicesque, dum eas, vt inquit August. 15. de ciuit. c. 23. & nos etiam alibi, accipiebant, vt sibi ge- *August.*

49. Quid sit sibi generare filios non Deo.

nerarent non Deo, sicut fiebat antequam caderent, nā ponderans August. illud, *Et genuerant*, quod ipse legit, *& genuerunt sibi*, sic ait, *Satis ostendit, quod prius antequam sic caderent filij Dei, Deo generabant, non sibi, id est, non domināte libidine coeundi, sed seruiente officio propagandi.* Ergo plures elegerunt, non ad procreandum, sed ad luxuriandū, quapropter sic ex tali pessima irritarunt Deum multiplicatione, vt diluuium permittens malorum, alterum ingesserit aquarum. Quid ergo fecisset si v-

50. Christianis vnde tanta eueniunt mala.

xores non essent, si pulchritudo concupita vxorū causa tantæ extitit ruinæ, qualē pulchritudo attrahet non vxorum, sed pellicarum, sed mulierū alienigenarū, malè concupita, pessimè adepta, non mirū

B

ergo si filijs Dei, hoc est Christianis, tāta nunc eueniant mala, nam cùm sint, aut vt melius dicam, deberent esse sancti, Deique gens electa, eligunt sibi non in vxores, quia non possunt, sed in concubinas, quas sibi volunt, quasque libido eis suggerit.

51. Pharao cur flagellatus etsi innocēter concupiuit Saram in vxorem. *Ioseph.*

Hinc, etsi ignoranter, pulchritudinem Saræ cōcupiscens Rex Pharao, dum eam sibi non Deo vult accipere, plagis flagellatus est maximis, id est, tumultu, pestilētia, seditionibusq; popularib⁹, vt vult Ioseph l. 1. Antiq. *Cū itaque ingressus esset Abrahā Ægyptū, viderāt Ægyptij mulierē quod esset pulchra nimis, & nunciauerunt Principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illū, & sublata est mulier in domū Pharaonis, flagellauit autē Dominus Pharaonem plagis maximis & domū eius*, Gen. 12. n. 14. sin- *Gen. 12. 14.*
gula quidē verba scripturæ notanda, pretiosa enim continent in se documenta prælibabo tantum.

C

52. Aulicorum officium.

Primum est quod videntes Ægyptij pulchritudinē Saræ, illico *nunciauerūt Pharaoni*. En Aulicorū officiū, adulari, Principi placitura suggerere, libidini obsecundare, lenocinari voluptatibus.

53. Principum effrenata potentia cōtra pauperem dignè à Deo flagellatur.

Secundum est, nam dicitur quòd, *Ablata est mulier in domum Pharaonis*. Denotat enim violentiā, vim, celeritatem, violentamque abstractionem, ex qua licet colligere quàm effrenata sit multoties Principum cupiditas contra pauperem, quamque violenter res illius auferunt, vnde non mirum si plagis maximis à Deo iusto iudice postea flagellentur.

Tertium notandum, maximis flagellatum Pharaonem plagis, quia pulchritudinem amauit, & cōcupiuit, quam non debuerat, pulchritudinemque huius extitisse causam flagelli.

D

Quartum notandum, non solum ipsum flagellatum, sed simul totam eius domum, cuius rationem aptissimam adducit hîc Chrysostom. sic *Chrysost.*

54. Serui Principum flagellantur, quia causa sunt dominorum peccatorū.

dicens, *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abrahæ, non solam serui puniti sunt propter iniquitatem domini, sed etiam de propria improbitate castigati sunt, etenim illi pulchritudinem Sarai maiorem in modum laudauerant apud Regem, & ablatam viro ad eum adduxerunt, Regemque satis sponte sua propensam ad libidinem, vehementius incenderunt. Quid ergo mirum eos Regiæ pœnæ participes fuisse, qui Regis in patrando flagitio socij & adiutores fuerāt.* Nil melius. Socij, adiutoresque criminis fuerunt, hinc meritò, & pœnæ. iustè vindicans in eos Deus lenocinium, qui concupiscentiam castigabat in Rege,

A Rege, quorum omnium malorum, & pœnarum, si causam inquiris, vna pulchritudo fuit, vna tantum mulier formosa, vt semel videas, quàm periculosa res sit pulchritudo, quàm timenda, quàm, vt sic dicam, horrenda.

Diuus Ambros.

Quinto demum considerandum in hoc facto cum Diuo Ambrosio libro primo de Abraham cap. 1. violentiam quam Rex Abrahamo intulit, & Abrahami impotentiam ad resistendum, & quod tunc Deus vices suscepit Abrahami, ac pro Abrahamo stetit, vindicans matrimonij violati iniurias, vt pote author illius, & institutor, quando Abrahamo potentia deficiebat, ad illud tuendum, & defendendum. Ex quo dignè colligitur, quantum quisque se obseruare debet, ne thorum violet alienum, fretus aut impotentia, aut inscientia, aut stultitia viri, nam Deus est vindex violati matrimonij, licet homo non adsit, qui vindicet. *Magnum*, inquit, *prabet hic locus testimonium, documentumque castitatis, vt nemo alienum affectet thorum, nec latendi spe, aut faciendi impunitate alienam vxorem incestet, neque ad id inscitia, vel stultitia prouocetur mariti, aut longiore absentia, adest præsul coniugij Deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat, vicem absentis mariti tuetur, etsi maritum adulter fefelleris non falles Deum, nec si maritum euaseris, aut iudicem fori luseris, etiam iudicem totius orbis euadere poteris, ille grauius vlciscitur iniuriam inopis, & contumeliam imprudentis mariti.* Nil melius, nec magis ad rem nostri temporis, quando peccatis nostris videmus, Principes impune adulterari, tum quia contra eos non sunt iudices, tum quia mariti non audent, tum etiam (quod intolerabilius) ipsi mariti (minus in hoc quàm ipsæ bestiæ & iumenta) illud consentiunt, & permittunt, at adest Deus vindex, violatique thori acriter puniturus iniurias, sicut in Pharaone, qui pulchritudine allectus Saræ impotens Abraham ad illam defendendam, in suam eam assumere præsumpsit ad sui ruinam totiusque eius domus.

55. Adulterij peccatum cauendum quia Deus eius vindex.

56. Principes impunè hodie cur adulterantur.

B

C

Periculosa ergo est pulchritudo, fallax, omniumque malorum origo. Vltimum addendum malum extremumque pulchritudinis periculum, quod quando, etsi cætera deessent, ipsum tantum sufficeret ad eam spernendam paruifaciendamque. Nam quid quæso aliud magis obuium periculis inuenitur sollicitationum, magisque occasio peccandi, quàm pulchritudo, siue in muliere eam respicias, siue in viro; *Pulchra*, inquit Theophra. vt est apud. Hieron. li 1. contra Iouin. *cito adamantur, difficile autem custodiuntur quod plures amant, nihil tutum est in quod totius populi vota conspirant, alius forma, alius artificio, & ingenio, alius facetijs, alius liberalitate sollicitat: aliquo modo vel aliquãdo expugnatur, quod vndique impetitur, omnis quãtumuis circumspecta, & prudens custodia illuditur.* Nil melius, nil verius, quod dixit Theophra. pericula indicens merito ex muliere pulchra, quæ nisi miraculo vix euadet. Hoc considerandum in Sara, quia pulchra, quam nisi Deus miraculo defendisset, perijsset: hoc in sancta illa Susanna, addicta morti fuisset nisi spiritum pueri Deus suscitasset: hoc in Tamar, quæ quia pulchra, nec à periculo exemit in domo esse regia, & Regis filia. Quale ergo periculum subibunt cæteræ, quæ non Regis filiæ, non potentes, non associatæ, sed solæ.

Thephra. Hierony.

D

57. Pulchritudo occasio peccandi, incentiuũque occasionum malorum.

58. Mulier pulchra nisi miraculosè à periculis nõ euadet.

Sed nec si homo est, à periculis etiam vacat, numquid sanctus ille puer Ioseph, ob aliud in tantis se vidit periculis, nisi quia pulcher? *Erat autem Ioseph pulchra facie & decorus aspectu*, inquit scriptura Genes. 39. num. 7. ob hoc, *iniecit domina sua oculos suos in Ioseph*, si non pulcher, non equidem tanta subijsset pericula. *Mala bestia*, inquit Chry. hom. 62. in Genes. *Diabolus, vt primum enim vidit Ioseph gratiosum esse apud Dominum suum, & in rebus aduersis clariorem fieri, fremit dentibus, & profundum barathrum effodit, & horrendum præcipitium parat, ex pulchritudine Ioseph occasionem capit perdendi eum, vnde subdit scriptura, erat Ioseph, &c. hac enim de eo ideo narrat, vt ostenderet pulchritudine adolescentis captam dominam eius, & ad nefarium eius obitum fuisse concitatam.* In lacum ergo demersit Ioseph pulchritudo eius, causaque ruinæ extitit dominæ, immo & domini, vt alibi diximus, non quidem talia passus esset si non pulcher. Merito ergo spernenda talis res, quia vana, quia fallax, quia malorum origo, quia periculosa, quia exposita præcipitijs, vnde merito noster Sapiens, sapientiam ei anteposuit quando dixit, *& super speciem, &c.*

59. Nec si homo est.

Genes. 39. num. 7.

Chrysc.

60. Ioseph ob pulchritudinem in periculum animæ, & corporis.

Num. 11. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

EX contemptu omnium ob Sapientiam possidendam, quanta bona illi euenerunt, nunc enarrat Sapiens, & sic inquit, quod dum ad illam solam animum attenderet, omniaque propter eius amorem sperneret, factum est ex Dei infinita liberalitate, vt pariter cum illa, & cæteris etiam bonis afflueret.

Carthu. Hugo. Bonau. Lyra. Olkot. Lorin. Castro.

Venerunt mihi omnia bona, &c. Carthusianus per bona intelligit externa, per honestatem virtutes. Hugo, & Bonauentura per bona virtutes, per honestatem bona externa. Placet mihi sensus Lyrani, Olkot, Lorini, & Castri, tam per bona, quàm per honestatem, diuitias, bonaque significari externa, quæ Deus Salomoni petenti solum sapientiam, ob infinitam suam contulit liberalitatem, docens nos hæc esse externa petenda, tanquam adiectitia bona, sed primum, Dei Regnum, vt inquit Dominus Matth. 6. num. 33.

1. Bona externa vt petenda.

Math. 6. num. 33.

2. Diuitiæ cur honestatis nomine insigniuntur.

Inf. v. 13.

Innumerabilis honestas, &c. Græcè, *innumerabiles diuitiæ.* Vbi notandum verbum Græcum, quod diuitias significat, interpretem nomine honestatis transferre, eo quod hominem reddant honorabilem, vt etiam facit infra vers. 13. nempè, *& honestatem eius non abscondo.* In qua re notanda est consuetudo Hebræorum, qui donare alicui, vocant illum honorare, & ex consequenti donum esse honorem vt Num. 24. n. 11. *Decreueram magnifice honorare te*, idest tibi dare, & donare. Ita quoque Eccles. cap. 18. num. 1. *honora medicum propter necessitatem*, id est, da, & dona. & Paulus Apostolus non semel honorem accepit pro dare, ad Coloss. 2. num. 23. *non in honore aliquo ad*

3. Hebræorũ consuetudo dum donare honorare dicũtur.

Num. 24. 11.

Eccles. ca. 18. num. 1.

ad Coloss. 2. 23.

Ad Tim. 5. 3. & ibidem. ver. 16. & 17. *Mat. 15. 5.*

sanctitatem, id est, *non in dono*. Ad Timoth. 5. num. 3. *Viduas honora*, id est, *dando*, vt explicant ver. 16. & vers. 17. *Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni sunt*. reuerentia scilicet, & dono. Immo sic Christus intellexit mandatum Matth. 15. num. 5. *honora patrem, & matrem*. scilicet dando, & subueniendo eis: honestatem ergo donum intellexit Sapiens.

4. Scriptura hyperbole vtitur.

Notandum insuper Scripturam sacram sæpe hyperbole vti, vt hîc quando innumerabilem appellat honestatem, & paulo post num. 14. *infinitum thesaurum*, & in lib. Iosue cap. 22. num. 10. *Altare infinitæ magnitudinis*.

Iosue 22. num. 10.

5. Sapientia modū tradit diuitias comparandi, & augendi.

Per manus illius, &c. id est, *pendentes ab illa*, vel, *ex ea sequentes*. Nam ratio honestè, ac iustè diuitias comparandi, tuendi, augendi, dispensandi, à sapientia traditur, & sic diuitiæ dicuntur esse in ipsius manibus. Bene Cicero de Inuentione lib. 1. ait: *Ad rem publicam multa veniunt commoda, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia*. Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laudem, honorem, *dignitatemque confluunt, &c.*

Num. 12. *Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam bonorum omnium mater est.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio Capitis.

BOnis acceptis per Sapientiam enumeratis, versiculo antecedenti, in hoc depromit Sapiens lætitiam ex illis conceptam, & simul scientiam, nempè, quod mater omnium illorum bonorum esset sapientia, nam antè prorsus illud ignorabat. Olkot lect. 94. ex lætitia hac Salomonis, colligit lætitiam iustorum, qui in omnibus semper lætantur, semperque læti viuunt: optimum corolarium, & verum.

Olkot. 1. Boni semper læti. *Philo.*

Antecedebat, &c. Id est, præibat, sicut dux, fons, & caput.

2. Sapientia pater dici potest non solum Dei filia.

Et ignorabam, &c. Priusquàm enim sapientiam desideraret ac peteret, nesciebat emolumenta sapientiæ attingere etiam res externas, quod sciuit post acquisitionem eius.

3. Virtutes licet appellationem habeant fœmininam, actiones tamen possident masculas.

Mater, &c. Græcè, *genitrix*. Optimè adnotat Philo libro de Profugis, sapientiam dici filiam Dei, sed iure patrem dici posse, nam quamuis habeat nomen fœmineum, habet tamen naturam masculam, vnde licet virtutibus omnibus insit fœminea appellatio, vires autem, & actiones sunt virorum perfectissimorum.

HOMILIA CXXXVI.

Qui vere lætantur in bonis huius vitæ.

VEnerunt *autem mihi omnia bona*, inquit noster Sapiens, per quæ omnia, externa intelleximus in commentario, in quibus affirmat se lætatum, cuius rationem affert, quoniam illum antecedebat sapientia. Nil verius. Quod si semel scirent, hominesque credentent carnales, quique tantum pro delectatione aspirant, non sic à Deo recederent, sed quia ignorant, quoniam sapientia bonorum omnium est mater, ideo eam derelinquunt, putantque se non bene lætari posse, nisi Deo derelicto, cùm totum sit oppositum, eos scilicet verè lætari in hoc mundo, verèque diuitijs, honoribusque frui, qui hæc cum sapientia, Deique cum gratia possident.

1. Peccatores cur Deum derelinquant.

2. Deus vult vt homo bonis huius fruatur vitæ, attamen non eum derelinquendo.

Pro qua re, antequam ad eam probandam deueniam, placet primò vnum supponere, non esse scilicet Dei voluntatem, vt homo his bonis, quæ in hac vita sunt, aut non fruatur, aut ea non possideat, immo totum oppositum. Nam si scripturas inquiramus, inueniemus siquidem maioribus maiora amicis suis dedisse Deum huius vitæ bona: sic reperiemus Abraham, Isaac, & Iacob, ditissimos, tres vltra modum Dei amicos: sic Dauid, sic Salomonem, qui amabilis Domino vocabatur, antequam peccasset, sed quod à nobis petit, ea poscitque Deus, illud est, vt non istis ita cor apponamus, vt eum derelinquamus. Quapropter notandum illud Dauid, quando in Psalm. 61. num. 11. dixit. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* vbi non dixit nolite eas possidere, aut eis non frui, sed, *nolite cor apponere*, ita vt Deo derelicto, totum cor vestrum in eis infumatis, sed vtimini eis ita, vt cum Deo.

Psal. 61. num. 11.

Quod egregiè dixit Augustinus in Psalm. 143. num. 12. exponens illa verba, *quorum filij sicut nouella plantationes*, vbi adnotat, impiorum, malorumque peruersitatem, non stare in eo quod ijs rebus fruantur, quas in Dei sinistra asserit permanere, cùm & multi iusti illas possederunt, immo & quod eis etiam illa Deus promittat, sed stare in eo quod sinistrum dextrum faciunt, *Et beatum prædicant populum, cuius hæc sunt*, cùm ille sit beatus, *cuius Dominus Deus eius. Domum iusti*, ait, *innuenis abundantem omnibus bonis, sic domus Abrahæ abundans erat auro, & argento, familia, & pecoribus: nonne Iacob ditatus egressus est de Mesopotamia? quid, nonne est ista fælicitas? sit licet, sed sinistra. Quid sinistra? temporalis, mortalis, corporalis, nolo illam diffugias, sed neque dextram putes, non enim isti ideo maligni, ideo vani quia his abundant, sed quia id quod sinistrum esse debuit in dextra ponunt, ideo & dextera eorum dextera iniquitatis, ideo os eorum locutum est vanitatem.* Nil melius. Non est malum has possidere, sed malum cor apponere. Nam vt inquit idem Sanctus, *Si enim diuitijs affluentibus cor posueritis, quod sinistrum est, dextrum facietis.* Quod Deus abhorret, qui hominem amans, non solum diuinis, sed etiam terrenis eum cumulare desiderat bonis, vnde & ipsum non solum dextera sua, sed sinistra amplectitur. Quem experta amorem sponsa in Canticis secundo, numero sexto, ob id dixit. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vbi adnotat Augustinus vbi supra, sponsam non dixisse sinistram esse in capite, sed sub capite, hoc est infra se, non supra se, dexteram autem in capite, immo ideo eam Deum dextera amplexatum, quia sub capite sinistram habuerat. *Sinistra eius*, inquit Augustinus, *sub capite meo, non deseret, & in temporalibus necessarijs, & in desiderijs, sed tamen ipsa sinistra sub capite erit, non capiti propo-*

Psal. 143. num. 12. 3. Malorum peruersitas circa rerum vsū in quo stat. *Dauid* *August.* 4. Bona huius vitæ sinistra sunt, & vt talia despicienda. *Idem* 5. Deus temporalibus, & æternis desiderat hominem cumulare bonis. *Cant. 2. n. 6.* 6. Quibus illa præbet. *August.*

netur, vt dextera eius complectatur me, pollicens vitam æternam, ita enim sinistra sub capite, si dextera super caput. Pulchrè. Sic Deus gaudet vt homo de bonis huius fruatur vitæ, vt si vti deeet, illis vtitur ad illa & alterius addat, *Vt impleatur*, inquit Augustinus, *quòd ad Timoth. scriptum est, 1. cap. 4. promissionem habens vitæ præsentis, & futuræ tempori necessaria quæritis? quærite primum Regnum Dei, id est dexteram, & hæc omnia apponentur vobis, habens hîc diuitias, & gloriam, & in futuro seculo vitam æternam.* Quod sanctus exemplo probat Apostolorum, qui vnam domum relinquentes, totum mundum diuitiarum plenum possederunt, cùm omnia sua essent. Deus ergo non solum æterna homini vult dare, sed tempotalia, non solum vt illis fruatur, sed istis, quo semel sie pro eerto stabilito, nune videndum remanet, quis est ille qui verè bonis huius delectatur vitæ: Nos autem eum dicimus, qui ea sie possidet, qui eis sie fruitur, vt cum Deo possideat, cum Deo fruatur.

Idem August. ad Timo. 1. ca. 4.

7. Bonus & iustus, sine admistione doloris terrena hæc possidet bona, non vero peccator. *Chrysost.*

Quod vt clarè eonstet, die quis est, qui his mundi bonis absque mixtione fruatur afflictionis, nisi bonus & iustus? Non equidem peccator, nam mille ex illis pericula, mille habet afflictiones, & sæpè sæpius eis mortem asciseunt. *Quid est*, inquit Chrysostomus, *quod inuideas diuiti qui se ipsum plurimis diris subiecit? quòd difficiliori seruituti, quòd sexcentis cathenis velut eanis quispiam suis pecunijs alligatus est? Aduenit vesper, succedit nox, huic vero solatij & quietis tempus, fit tumultus tristitiæ, & mæroris, & sollicitudinis tempus, maiori torquetur sollicitudine quàm ille qui perdidit, nam qui semel perdidit, ac dolorem accepit, deinde verò euram deposuit, hic verò perpetuo secum illam gerit.*

8. Diuitiæ infirmitas pessima & diues infirmus. *Eccl. 5 12.*

Nonne sapiens Salomon pessimam vocauit infirmitatem diuitias, quia multoties acquiruntur, ad destruendum dominum earum, ad illumque perdendum? *Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruata in malum domini sui.* Ecelesiast. 5. num. 12. Vbi notandum secundùm Hebraicam versionem, infirmitatem hîc non solum simplicem, sed infirmitatem denotare cum languore, qualis solet esse quæ ex vulnere. Infirmus ergo est diues, & infirmus languens, varijs animi motbis, surditate, quia pauperem non audit: hydropisi, quia semper amplius sitit: frænesi, quia malè disperdit, & tandem quia in malum suum eas eonseruat, ideo voeauit Salomon hoc vltimum, *infirmitas pessima*, vel, *malum atrox*, vt Vatablus, vel, *tristissimum*, vt Campensis, vel, *grauis & intensus morbus*, vt Olimpiodor, quia per eas depereunt, & oeciduntur, vt volunt Nicolaus, Dionysius, & alij. Peccator ergo, etsi diuitias, mille tamen afflictionibus mixtas possidet, tanquam infirmus, qui, etsi diuitijs, honoribus, delitijs abundat, parum tamen ad animi eius leuandum dolorem faciunt. Quid ei aurum pretiosæque vestes, si eis indui non potest? Quid lauta mensa, si omnia fastidit? Quid famuli, & equi, si è lecto surgere non potest? Quid magni reditus, si in medieis eos eonsumit? Da diuitem, da præpotentem, da quantumuis gloriosum, si infirmus est, & non sanus miser est, & miserrimus. Sie est peccator bona huius vitæ possidens quia anima infirmus, at iustus sanus est, sine vlla diuitias admistione possidet doloris. *Benedictio Domini*, inquit Salomon Prouer. 10. nu. 22. *diuites facit, & non satiabitur eis afflictio.* Clara est, & expositione non indiget.

Vatabl. Campens. Olympio. Nicolaus Dionysi.

Prou. 10. num. 22.

9. Iustus ob tria diuitias possidet sine admistione doloris.

At dices cur sine admixtione doloris sancti diuitias, bonaque huius possident mundi? ob tria respondeo. Primo ob iustam, sanctam, æquamque eorum acquisitionem. Secundo ob bonam, sanctam, puramque conscientiam, qua illis vtuntur. Tertio tandem ob parum quod illis appositi, & ad illas addicti, ita vt si deficerent non multum curarent, cùm alias maiores semper sperent diuitias, vnde securi, vlloque absque timore eas possident. Da ergo hominem iustum bene acquisijsse, da bonæ conscientiæ, da supernam sperantem patriam, & do tibi eum in diuitijs, & in huius bonis vitæ, fœlicissimum, da, inquam, talem, & ego do tibi eum lætissimè, immò absque vlla eis fruentem admixtione doloris.

10. Diuites aliqui à Deo irato, aliqui à Deo amãte, eorumque proprietates.

Quid? si Deus dat diuitias, vt Deus dat iustè aequirenti, vt pote Deus amans, & non iratus, quomodo dolor in illis? Hoc enim ego inuenio diserimen, inter hominem à Deo amante diuitem factum, & illum qui non à Deo amante, sed à Deo irato, vt primus nolit esse diues, secundus vult diues fieri: primus laborat non ad acquirendum, sed ad se sustentandum, nihil de diuitijs curans, & secundus laborat non ad se sustentandum, sed ad se ditandum, vnde merito primus est sine dolore, secundus cum multis dolotibus. Genesis 30. num. 43. inquit seriptura de Iaeob, *Ditatusque est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas, & seruos, & camelos, & asinos.* En quanta dedit Deus Iacob, en quomodo eum diuitem effecit. Dico quod Deus diuitem feeit, quod & ipse fratri dixit, Genesis trigesimo tertio, affirmans omnia quæ attulerat, à Deo sibi esse data, *Suscipe benedictionem, quam attuli tibi & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.* Hoc dixerim, ne quis putet industria sua ditatum Iacob, sed potius Dei voluntate, & eharitate. Quod cum ita sit, numquid diuitias appetijt Iacob? numquid de diuitijs Deum rogauit? Audi, quid petijt de domo patris egressus, Genesis vigesimo octauo, numero vigesimo, *Vouit etiam votum dicens, si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum.* Panem tantum petijt, & vestimentum, hoc est neeessaria ad vitam, ob hoc non simpliciter petijt panem, nec simplieiter vestimentum, sed panem ad vescendum, hoc est ad victum necessarium, & vestimentum ad operiendum, hoc est ad corpus tegendum tantum, nihil de diuitijs curans, diuitem esse non apperens. Quod notauit Chrysostomus hîc homilia 54. dicens, *Non diuitias, non abundantiam quandam petiuit, sed panem, & vestem, & hanc ad contegendum corpus, illum verò in necessarium alimentum.* Tanto antè à magistra natura prælibans, quod postea Christus Dominus nobis effusurus erat. Vnde sequens Chrysostomus ait. *Considera quomodo nobis apostolicum caracterem petitione sua significauit, tanto sapientiæ studio plenus erat iusti animus, nam id quod Christus dicebat ne possideatis aurum, vel argentum, vel duas tunicas, hoc iste, nondum à quoquam doctus, sed à se ipso, & ab insita natura magistra nostra didicit, & optauit.* Nil melius. Ergo quia necessarijs tantum contentus, etsi superflua

Genes. 30. num. 43.

Genes. 33.

Gen. 28. n. 20.

11. Iacob tantũ necessaria petijt, nil de diuitijs curans.

Chrysost.

Idem.

postea suppeterent, tanquam quid adiunctum, non desideratum, eis sine tristitia fruebatur, vt infra dicemus.

12. *Diuitias appetens in quantis se malis immiscet.* *Paul. 1. ad Timoth. 6. num. 9.*

At, qui diues vult fieri, & non laborat pro necessarijs tantum, sed vt ditescat, sed vt diuitijs impleatur, & abundet, fruetur ne illis pacificè? Audi Apostolum, *Qui volunt diuites fieri,* inquit, *incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* 1. ad Timotheum sexto, numero nono. Hunc locum exposuimus supra cap. 4. num. 12. in homilia, sed expedit nunc de nouo illum enucleare, noua considerantes, & addentes. Primum ergo ait, *Qui volunt diuites fieri,* id est, vt exponit sanctus Doctor, *qui abundare vult, & non tantum necessaria quærit*, quod qui talis est, addit Apostolus, *incidit in tentationem, & in laqueum diaboli*, Per tentationem, intelligit Sanctus Doctor hîc, *illectio, & inductio ad peccatum*, hoc est, quod facile ad peccatum patrandum inducitur, qui diues vult fieri. Alij per tentationem, procliuitatem quandam intelligunt ad deserenda omnia diuina. Duo ergo, & horrenda mala, illectio scilicet ad peccandum, & procliuitas ad peccatum, ex quo fit, vt non necessarius sit Diabolus ad talem perdendum, sed ipsum met desiderium sufficiat diuitiarum, cùm ex se hoc ad peccandum illiciat, facilemque hominem constituat ex procliuitate.

S. Doctor. 13. *Diuitem in tentationem incidere quid sit.*

14. *Diuitiarum desiderium diabolus est homini, ad peccandum eum inducens ac omnium diabolicarum tentationum receptaculū constituēs.* *S. Iudas ca. 1. nu. 5.* *Caieta.* *Sa.* *Guilland.* *Salmeron.*

Quod vnico dixit verbo sanctus Iudas Apostolus cap. 1. num. 5. de malis, & peruersis loquens doctoribus, qui non secus ac Balaam mercede corrupti, ad multa profluxerunt, non solum falsa dogmata, sed peccata, *Væ, qui errore Balaam mercede effusi sunt.* hoc est, vt inquit Caietanus, *in summum libertatem peccandi deuenerunt*, decepti ab eodem vitio quo Balaam, nempe cupiditate habendi, concupierunt sicut ille, statim ergo in libertatem peccandi deuenerunt, *& affluxerunt*, vel in, *prolupsionem totius flagitij*, vt inquit, Sa, & Guillandus, vel vt Salmeron, *in falsi boni præcipitium.* quod totum secundùm Diuum Thomam dixit Apostolus dum ait, *incidunt in tentationem.* Sed liceat alium sensum adducere, vt scilicet illud sit in tentationem incidere, quod totum quantus est homo, tentationibus se exponere, habilemque se constituere, vt sic dicam, ad omnes suscipiendos diaboli ictus, ita vt veluti signum quoddam sit ad illos expositus, *Nihil enim sic diabolo subijci hominem facit*, inquit Chrysostomus homilia decimatertia in Matth. *vt inhiare opibus, atque habendi amore superari.* Nam cùm auaritia, *sit per se*, vt inquit Thalasius Monachus Hecatonta. 1. *mater affectionum, quarum illecebrosarum nullus erit modus si inualuerit*, fit, vt crescentibus affectionibus, omni ex parte anima validè exposita sit inimico: nam sicut quando pecuniarum studium non adest simul & omne aufertur malum, vt dictus inquit Chrysostomus homilia decima sexta in primam ad Timotheum. *Tolle*, inquit, *pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt.* Cùm vt inquit Saluianus libro septimo de prouidentia, *rabies cupiditatis vitium totius generis humani est.* Sic & quando & illud adest, hoc est studium pecuniarum, omnia simul & adsunt, pullulantque mala.

Chryso. 15. *Auaritia affectionum mater.* *Thalasi.*

Chryso. 16. *Omniumque malorum fomes.* *Saluian.*

A Oh quod Diuus Hieronymus 1. ad Timoth. 6. super illa verba, *errauerunt à fide*, consulit auaritiam, desideriumque habendi, non exscindendum esse, sed euellendum, quia, *radix, excisos*, inquit, *semper denuo repurat ramos, euellenda est ergo radix, ne rami superfluè excidantur.* Nā si illa remanet, quantumuis stipitem succidas, ramos amputes, frondes deijcias, semper in dies noua renascentium vbertate malorum repullulabit, hinc fit vt illa tactus homo in tentationem incidat, hoc est, vti diximus, in signum euadat omnium diabolicarum versutiarum, & insuper, vt inquit Apostolus & *in laqueum*, quod est secundum concupiscentiæ diuitiarum malum.

D. Hie. 1. ad Tim. 6. 17. *Desiderium habendi, nō excindendum, sed tollendum.* *Aposto.*

Quid per laqueum? Sanctus Doctor intelligit ipsas met diuitias malè partas, quas restituere non vult auarus. *Diuitias non habentibus ad tentationem, habentibus ad laqueum, quia non libenter reddunt eas, quas auferunt*, B Sanctus Chrysostomus, *infidelitatem.* Haymo, *damnationem.* alij, *superbiam*, alij, *captiuitatem.* vltimo tandem, & quidem optimè, per laqueum intelligit Cornelius, *ipsumet desideria multa, inutilia, & nociua*, in quibus incidūt tales homines, quæ, vt ait Apostolus, *mergunt hominem ad interitum*, id est, *in mortem temporalem*, vt ait Diuus Thomas, *& perditionem*, id est æternam, vt idem Sanctus. Hic certè est maximus ille laqueus diaboli, in quem qui semel incidit, in interitum, perditionemque vadet. Da hominem semel in corde suo desideria admittentem multa, inutilia, & nociua, & ego do tibi eum corpore perditum, & anima. Quod eleganter dixit Saluianus libro ad Ecclesiam Catholicam, cupiditatem Christianorum C perstringens, quam corpus simul, & animam eorum asserit perdere. *Maxima nunc*, ait, *filiorum tuorum portio mortiferarum rerum negociatrix est, propudiosis, & cauponibus similis terrenis, immo tartareis, perituris simul, atque perdentibus studet nundinis, lucro pecuniæ damnum vitæ emunt, vt acquirant quæ non sunt sua, prodigant quæ sunt sua, mandant terræ thesauros luctuosos, hæredibus breue gaudium, authoribus longum mœrorem allaturos, fraudantes vsu rerum præsentium tam alios, nàm seipsos.* Vbi notanda sunt illa, *lucro pecuniæ, damnum vitæ emunt*: nam dum frænum cupiditati imponere nesciunt, & dum amplius possidere appetunt, mediocribus non contenti, mare subeunt, ventis se donant, æstu, geluque D aduruntur, hinc vitam cum anima amittentes, lucro pecuniæ vitæ damnum emunt, in quod totum inciderunt, quia in desideria venerunt multa, & nociua, quorum, *radix*, vt inquit Apostolus, *est cupiditas*, auri scilicet, quæ dicitur, *radix omnium malorum*, vel vt inquit Augustinus, *quia impellit ad omne peccatum.* vel vt sanctus Doctor, 1. 2. qu. 84. ar. 1. & 2. *quia per eum exequitur homo omne peccatum*: vnde ordine intentionis inquit esse superbiam initium omnis peccati, executionis verò auaritiam.

S. Thom. 18. *Diuitiæ quomodo laqueum sunt.* *Sanctus Chrysost.* *Haymo.* *Cornelius.* *Apostol.* *S. Thom.* 19. *Desideria multa, laqueum diaboli.* *Saluia.* 20. *Animam & corpus perdunt.* 21. *Cupidi diuitiarum lucro pecuniæ quomodo vitæ damnum emunt.* 22. *Auaritia quomodo radix omnium malorum.* *August.* *S. Thom.*

Ex hac ergo radice, nempe argenti, aurique cupiditate, duo horrenda sequuntur mala, à fide Apostasia, & in multos casus dolores; vt inquit Apostolus. At quomodo auarus, seu qui diues vult fieri, desinit credere, & infidelis efficitur? quid auaritia, seu concupiscentia diuitem euadendi, vt aliquis fidem deserat? *Quia per sanam doctrinam fidei*, inquit S. Doctor, *prohibentur multa*

23. *Auarus & qui diues vult fieri quomodo à fide demat.* *Idem*

illicita lucra, à quibus desistere nolunt, & inueniunt sibi aliam doctrinam, vbi eis sit spes salutis, & hoc specialiter faciunt vsurarij. Verè, & egregiè dictum. In quibus sancti verbis adnoto illud *specialiter*, quia si licet hoc contingat vsurarijs, non ob id fit vt etiam alijs non contingat peccatoribus, fornicator enim qui impunè vult fornicari, videt quia sana doctrina non sustinet fornicationem, aliam inquirit, negans fornicationem esse peccatum, vt in ea habeat salutis spem. Sic & vorator, superbus, & inuidus, cùm sanam sustinere non possunt doctri-
24. Fons & origo omniū hæresum. nam, aliam perquirunt in quo spem possint habere salutis, ex quo imputo, obscænoqne fonte, omnes simul emerserunt imputæ, obscœnæque hæreses. Peruersi enim homines, non valentes conscientiæ morsibus resistere, quæ validè eos angebat, aduersus eorum latrans peccata, ex sancta Dei, Catholicaque Ecclesiæ doctrioa, peregrinam inuenerunt, qua, etsi propria à principio eorum obsistente conscientia, voluntariè, violenterque tandem eam sedarunt, noua lege, nonaque fide, tollentes è medio, omne illud quod nouam, & bruralem, vt sic dicam, eorum contractabat enormitatem; desiderabant quotidie epulari, ac inebriari, inuenerunt legem ieiunia, abstinentiamque tollentem, volebant luxuriari, abstulerunt Castitatis, Religionisque votum, volebant latè, & sine vllo fræno peccare, omnia legis Christianæ eliminarunt præcepta, solam fidem asserentes sine operibus sufficere, vt simul cum spurcitijs, quas operabantur, *spem haberent salutis*, cæci, & cæcorum duces, &c. Vnde & veram doctrinam amittētes, simul etiam & fidem Catholicam perdiderunt, quod etsi omnibus peccatis euenit, maximè autem auaritiæ, quæ vt inquit Apostol. aposta-
Apostol. tare facit à fide.

Enimuero statuam auream adorandam pro-
25. Nabuchodonosor cur ad statuam adorandam diuites non pauperes aduocauit. ponens impius Nabuchodonosor, vt faciliter hoc assequeretur, ad eam colendam, non pauperes, non viles, & nihil aduocauit habentes, sed principes, sed diuites, sed qui summa gubernacula tenebant, Danielis tertio numero secundo, *Itaque Nabuchodonosor Rex, misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, &*
Dan. 3. 2. *præfectos, omnesque principes Regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat.* Perquire aduocatum pauperem, & non inuenies. Cuius rationem adducit Hieronymus, tum quia seductis Principibus, seducuntur populi, tum etiam quia, cùm hi diuites essent, ne diuitias amitterent, facile credidit statuam ipsos adoraturos.
Hierony. *Excelsa periculosum stant*, inquit Hieronymus, *& citius corruunt quæ sublimia sunt; Principes congregantur ad adorandam statuam, vt per Principes seducantur & gentes, qui enim diuites sunt, & potentes, dum timent carere diuitijs, & potentia, facilius supplantantur.* Nil melius, nil experientia teste verius. Exemplum
26. Britāni cur a fide desciuerunt, & fœdissimè. tibi sit vna Britannorum gens, cuius Principes tantum in principio statim à fide aberrasse inuenimus, non alia equidem ratione, nisi quia, vt dictus inquit Hieronymus, carere potius diuitijs, quàm Deo timebant. Hinc vt, *lætificarent Re-*
Idem Hierony. *gem in mendacijs suis*, statuam non equidem auream (quod mirandum) sed terream, putridam, fœtosam, omni repletam spurcitie, Annam nempe Bolenam, ignauè, indecoreque adorarūt, præ cæteris hæreticis turpiter antiquam, sanctamque mutantes Religionem, dum alij, aut superbia, aut dominandi desiderio moti, à vera aberrarunt luce, Angli autem tantum vt Regi ignauè, turpiterque complacerent, & sic vt vna fruerentur fœmina, non equidem Regina, sed eius subdita, non virgine, pudicaque, sed lupa, ac vulgata. Quod si animaduerterent, hac solum ratione, quando & aliæ deessent, ad antiquam, ab illustribus auibus, proceribusque acceptam, sacrosanctam Religionem redire deberent, à qua sic miserè, sic fœdè recesserunt. Vt semel videas, quàm verum sit Apostoli dictum, desideria auri causam sæpè sæpius à fide esse Apostasiæ.

Secundum autem malum est, *immiscere se* 27.
doloribus multis, quia numquam sine dolore Auari numquam sine dolore diuitias possident.
possident, numquam sine tristitia. Vnde Chrysostomus. *O homo*, inquit, *qui appetis opes, spinas appetis, non rosas, aculeos quæris, non*
gemmas. Et in summa, qui vult diues fieri, ta- *Chrysost.*
les cruciatus in se sentit, vt pene omnes dolores in illo sint, Iob. 20. num. 22. *Cùm satiatus* *Iob. 20. n. 22.*
fuerit diuitijs, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet in eum. Nota particulam, *omnis*. Vnde diuitiæ, festiuaque gaudia, quando ad talium domos ingrediuntur, non secus ingrediuntur, ac si bellum, si pugna, si dissidium, si 28.
gladius. Populus certe lætabatur, quando vitulum adorauit, epulabatur, conuescebatur, choræasque ducebat, at dum Iosue has audiuit voces, *vlulatus pugnæ*, dixit, *auditur in castris*, Bona huius vitæ, eiusque gaudia quando sine Deo excidium sunt.
Exod. trigesimo secundo, numero decimo septimo, quid pugnæ vlulatus cum gaudio & lætitia? *Exod. 32. 17.*
multum equidem: nam omnis fruitio, omne gaudium, omnis lætitia, omnes denique diuitiæ quæ sine Deo sunt, & in domum ingrediuntur, pugnæ sunt, bellum, dissidium, excidium, ob quod quando in domum istæ adueniunt, non secus dominis plorandum, innuit sanctus Iacobus capite quinto, numero primo, *S. Iacobus ca. 5. nu. 1.*
ac si summa eis aduenisset miseria, cùm sic hominem perdunt, vt ipsæ solæ ad ipsum occiden- 29.
dum, condemnandumque sufficiant, *Agite*, inquit, *nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenerunt vobis*: hoc est in diuitijs vestris: has miserias dixit, vt adnotat Saluianus, Diuitię sine Deo miseriæ summæ omni fletu dignę.
libro primo ad Eccles. quia omnium causa sunt *Saluian.*
miseriarum, *Ad diuites*, ait, *peculiariter loquitur, plangere eos præcipit, mala futura nunciat, ignem perpetuum comminatus, & hoc, quo mina ipsa magis timenda sint, non propter homicidia, non propter fornicationes, non ob sacrilegas impietates, aut alia postremo vitia, letali gladio animas, & perenni occisione iugulan-* 30.
tia, sed propter solum tantummodo opes, propter infamem cupiditatem, propter auri, atque argenti famem, vt ostenderet scilicet, sufficere hæc homini ad æternam damnationem, etiam si reatus alij non fuissent. En qualem dant Ad æternam sufficiunt damnationē ex se solę.
diuitiæ malè partæ finem, qualem vitam, hanc in bello, illum in pœnis. Non sic verò, qui à 31.
Deo eas accepit, nam cùm ipse solis necessarijs contentus existat, lætatur dante Deo diuitias, securus quod si tollat, non ei panis deficiet, & aqua, vestimentumque, quod ipse tantum petebat, necessarijs tantum contentus, Diuitiæ cū Deo & a Deo tranquillam pariunt vitam.
quod Apostolus 1. ad Thimotheum sexto, numero sexto, quæstum magnum appellauit. *Est autem* *Paul. 1. ad Timoth. 6. num. 6.*
quæstus, inquit, *magnus, pietas cum sufficientia,*

August. quia, vt inquit Augustinus serm. 205. de Tempore in hunc Apostoli locum, *Cætera grunnant, non sublevant: onerant, non honorant.* De qua re videodus est Ambrosius, lib. 6. in Exameron cap. 8. circa finem. Hinc ipsa sola duce natura pietatem cum sufficientia quæstum esse magnum Philosophi cognouerunt. quorum princeps Plato Dialog. 3. de Legibus, postquam dixerat illorum cœtum virorum iustissimum esse, in quo nec inopia, nec diuitiæ essent, hanc sibi in Phædro postea beatitudinem postulat dicens, *Tantum mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alius, nisi vir temperans.* Quod Sanctus considerans Chrysostomus, tom. 3. homil. 79. *Ne patiamur*, inquit, *qui ad spem vitæ immortalis, Christum sequimur pauperem, vinci nos ab Ethnicis philosophis, qui paucis contenti, hilarem, & sine curis vitam traducebant.* Notanda hæc postrema verba, hilarem vitam ducit qui paucis contentus, quia sine curis, quam dum iustus tenet, merito illum frui de bonis huius dicimus vitæ, non verò peccatorem, etsi illis abundet.

32 Diuitiæ abundantiores grauat. *Ambros.* *Plato.*

33. Pietas cum sufficientia quæstũ esse magnum philosophi cognouerunt. *Idem in Phædro.* *Chrysost.*

At si ad hæc pacationem addas, securitatemque conscientiæ, talis fruitio non erit nisi pars fruitionis cælestis, foris enim gaudent in bonis, quæ possident intus lætantur conscientiæ pacatione, & lætitia: foris fruuntur delitijs, & reminiscentes quòd absque peccato, nullusque introeuntes ad semetipsos, quod adsit, stimulans, reduplicatur gaudium, crescit lætitia, quod non sic peccatoribus, nam stimulante intus conscientia in medijs eos cruciat, torquetque delitijs. Præclarè de hac re Augustinus in Psalm. 31. *Dominus, inquit, in Euangelio ait, intra cubiculum tuum & claude ostium, & ora in occulto, cùm intras cubiculum intras cor tuum, beati qui gaudent quando intrant ad cor suum, & nihil mali ibi inueniunt, quomodo nolunt intrare in domos suas, qui malas habent vxores, quomodo exeunt ad forum, & gaudent, capit hora esse quia intraturi sunt in domum suam, & contristantur, intraturi sunt ad tedia, ad murmura, ad amaritudines, ad euersiones, quia non est domus composita, vbi inter virum, & vxorem pax non est. Si ergo miseri sunt, qui redeunt ad parietes suos, quanto sunt miseriores, qui ad conscientiam suam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorum euertantur. Ergo vt possis libens redire ad cor tuum, munda illud, aufer mala, & intra cor tuum, & gaudebis ibi, cùm ibi cœperis gaudere, ipsa munditia cordis tui delectabit te.* Nil quidem melius, nec aptius. In qua Augustini sententia illud valde notandum, comparasse scilicet conscientiam vxori, & aptè, quæ comparatio, etsi in multis conueniat, præcipuè tamen in duobus: nam sicut ista indiuidua est comes, semperque assistit, numquam maritum derelictura: sic conscientia introstat, indiuidua, semperque adhærens socia, testimoniumque operum, ac sicut de tristibus affligitur vxor, de lætis gaudet, sic pari modo ipsa, optimè ergo vxori conscientia assimilatur. Quod cùm ita sit, est ne alia vita beatior, est ne fruitio similis? est ne aliud delectamentum maius in hac vita quàm fruitio, concordia, vxoratorumque pax? *Perfruere vita cum vxore, quam diligis,* inquit Salomon Eccles. 9. num. 9. *cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi, sub sole omni tempore vanitatis tuæ.* Vbi S. Hieron. sic legit, *Vide, & contemplare vitam ipse, & vxor tua tecum, quasi dicat, non enim poteris sine tali vxo-*

34. Conscientiæ bonæ securitas magnam diuitibus bonis parit lætitiam.

35. Conscientiæ malæ stimuli & tormenta. *August. in psal. 31.*

36. Conscientia vxori cur comparetur.

37. Fruitio summa, concordia inter virum & vxorem. *Eccl. 9. 9.* *Hierony.*

A *re solum viuere vitam.* Quasi diceret Sanctus, vitæ commoda considera, opportunitates & iucunditates, sicut etiam incommoda, atque discrimina, hæc enim malè sustinebis sine vxore, & illis perfectè non frueris sine illa. Sed licet hic sensus optimus sit, tamen quem noster efficit Vulgatus expressus est. *Perfruere vita cum vxore*, quasi dicat, alia desine oblectamenta inquirere, ad hoc vnum attende, perfrui scilicet vita cum vxore tua, quod est summum omnium in hac vita delectamentum.

38. Vxor vnicũ debet esse homini delectamentum.

Quid ni? nonne mulier vnum quid est cum homine, non solum vna caro, sed vnus, vt sic dicam, spiritus? Malach. 2. num. 14. increpans eos, qui non eo amore, quo par est, coniuges prosequuntur, sic ait. *Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui, nonne vnus*

39. Vnus & ei homine spiritus, non solum vna caro. *Malach. 2. nu. 14.*

B *fecit, & residuum spiritus eius est?* Locus perobscurus, cùm dissentiant authores quid intelligatur per illud, *vnus fecit*, cùm Hebræi, multique ex nostris, Abrahamum illum esse putant: breuiter cum Hieronymo, Chrysostomo in sermone de libello repudij tomo quarto, Cyrillo, Theodoreto, Ruperto, & Lyrano, *Deum*, intelligendum esse iudico, vnde sensus est, nonne vnus, nempè Deus, Adam fecit, & residuum, hoc est & mulier ex residuo Adami formata, etiam spiritus, hoc est Dei: vel etiam intelligi potest Adami, vt aliqui intelligunt, Dei nempe, quatenus, vt inquit Chrysostomus, ab ipsomet effecta, non ab altero, *Non potes dicere*, inquit Chrysostomus, *quod te quidem Deus fecit, illa vero non Deus, sed alius quidam illo deterior, sed vnus & idem, vtrosque, vt essent, produxit.* Adami autem quateous ad eius instar Deus

Hebræi. *Hierony.* *Chrysost.* *Cyrillus.* *Theodore.* *Rupertus.* *Lyran.* *Chrysost.*

C similem ei animam, simile inspirauit spiraculum vitæ. Vnde rectè non solum Adam dicere vxori poterat Euæ, *caro ex carne mea, sed, spiritus ex spiritu meo*, ex quo fit, vt sicut vna sunt caro, sic vnus debent esse spiritus, vnaque voluntas. Si ergo mulier spiritus viri, eiusque anima, qualis delectatio, qualis sine illa vita? Quapropter merito dixit Syrac cap. 26. num. 2. *mulieris bonæ beatus vir, & mulier fortis oblectat virum, & annos vitæ illius in pace implebit.* Dicat ergo Salomon, consulatque homini, vt cæteris præmissis oblectamentis, cum vna tantum sua fruatur vxore, nam vt inquit Diuus Chrysostomus homil. 38. in cap. 11. Math. prope finem, *Quid vxore casta, moderata & temperante marito dulcius?* Barbarosque adducit, Romanos derideotes, alia, extra vxores, solatia quærere. *Barbari quidem ipsi cùm de theatralibus his ludis, ait, & importuno delectationem fabularum audissent, dixisse feruntur verba omnibus institutis Philosophiæ dignissima. Romanos enim*

40. Vir & vxor vnus debẽt esse spiritus, vna voluntas.

Eccles. 26. 2.

Diuus Chrysost.

41. Vxore bona nil dulcius in hac vita.

D *dixerunt, quasi liberis, atque vxoribus careant, tales sibi excogitasse voluptates, quibus verbis ostendebant, nihil vxore modesta, nihil liberis esse posse suauius ei, qui honestè viuere velit.*

At si mala est mulier, maritoque non consentiens, nullus infernus similis, *Sicut iugum bouum, quod mouetur, ita & mulier nequam.* Iugum enim si non bene colligetur, colloque arctetor, excruciat boues, quassat, scindit, rumpitque ceruices: sic mulier quæ viro non bene colligata, scindit, frangit, rumpit eum. *Nil est molestius*, inquit Chrysostom. homil. 26. 1. ad Corint. 11. *quàm non cum beneuolentia intus habitantem ha-*

42. Mulier mala infernus. *Eccles. vbi sup. num. 10.* *Chrysost.*

bere vxorem, & quodcumque peccatum dixeris, nil dices quod maiorem afferas dolorem, quàm cum illa agitare seditionem. Nil melius. Quæ omnia ad conscientiam translata, quæ, vt inquit Augustin.

August.

veluti vxor hominis est, nulla equidem beatior repetitur vita, quàm sibi eam consentientem habere, hoc est non latrantem, non obiurgantem, non increpantem, non est gaudium simile, non est similis in vita fruitio, ex illis eium quæ probata coram Deo hominibusque sunt, vnum illud est, vt inquit Salomon, *Vir & mulier, sibi consentientes*, hoc est, qui simul gaudent, & simul onera portant, sic non est aliud, quod magis Deo probatur, quodque non solum apud homines, sed apud Angelos, magis egregiè appareat, quàm gaudium, & fruitio rerum huius mundi cum bona, sanctaque conscientia, hęc est vera fruitio, hæc est optimum illud oblectamentum, cui Deus hoc singulare concessit, vt in hac vita incipiat non altera expectata, & præmium partemque habeat laboris sui, quo sub Sole laborat, quod non sic quando rixosa est mulier, hoc est mala hominis conscientia, intus reclamans, obiurgans, dissentiens, continuéque latrans, viuunt equidem infœlices, etsi aliter foris appareat, hinc non sic læti sua possident, ac sancti & iusti pacatęque conscientiæ viri.

Eccl. 25. 5.

43. Deo Angelisque summè placet homo bonæ conscientiæ de huius mũdi fructibus bonis.

44. Iusti securè diuitias possident, pacatéque & cur.

At si ad hæc addas non solum conscientiæ pacationem, sed securitatem, qua iusti hæc bona possident, vtpote parum illis addicti, & toti in voluntate Dei repositi, securi, quia si ipse non vult, nullus est qui auferat, & si vult, eius tantum voluntas pro omnibus est eis diuitiis, Deus bone! quomodo securi degunt, quo modo sine metu manent?

Gen. 33. 15.

Notandum est sanè illud, quod Iacob respondit fratri suo, Genes. 33. n. 15. nam cùm illi dixisset Esau vt simul pergerent, & se excusasset Iacob, propter paruulos fœtasque oues, & addidisset Esau. *Oro te vt de populo, qui mecum est*, properauerat enim in occursum Iacob cum quadringentis viris, *saltem socij remaneant via tua.* Cui Iacob, *Non est*, inquit, *necesse, hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi.* Mirum quippè videri potest, cur Iacob socios non accepit itineris, & milites, qui illum, suaque custodirent, cùm per medium transiret extraneorum? cuius causa Esau non ausus est ire obuiam fratri, nisi non minus quã quadringentis stipatus armatis. At si ad quod dicimus attendamus, cessabit admiratio: Esau erat peccator, Iacob iustus, Esau sine securitate possidebat sua, ideo stipatus incedebat, at Iacob iustus, quia cũ magna sua fruebatur securitate & sine vllo metu, Deo se protegente; ideò, inquit, *non est necesse*, vno tantum indigens, nempè, vt inueniret gratiam in conspectu fratris, hac adepta nihil amplius ei videbatur esse super. Sic iusti nihil timent sibi, dum pacatum Deum tenent, omnia pro se stare reputant si Deus cum illis, vnde si perire cætera videant, de se semper securi sunt, sit ignis, sit grãdo, sint tonitrua, sit cœlum turbidum, totusque fulgoribus rutilus aër, ipsi securi degũt nil metuentes, nil reformidantes, Exod. 9. 29. cum Dominus misisset grandinem, & ignem in Ægyptum, & plueret, itavt dicat Scriptura, quod *grando, & ignis mixta ferebantur, & quod tantæ fuit magnitudinis, quanta antea numquam apparuit in Aegypto.* Dum Pharao oraret Moysen, vt pro ipso Deum deprecaretur, sic ei respondit: *Cùm egressus fuero de vrbe, extẽdam manus meas ad Dominum, & cessabant tonitrua.* Adnoto enim verba illa, *cùm egressus fuero de vrbe.*

45. Iustorum securitas quanta in medio periculosum.

Exod. 9. 19.

46. Moysis ad Deum fiducia quãta.

A Grandines immensæ cadebant, moles, homines occidentes, & animalia, ignis per totum ferebatur aërem, tonitrua cadebant, & fulgura, totum horrendè resonabat æther, & hoc nonobstante, Moyses vult egredi de vrbe ad orandum, potens in ipsamet orare domo. Quid est hoc? nisi quia etsi mundus totus consumitur, omnesque metu moriantur, vt penè moriebatur Pharao, solus Moyses, solus seruus Dei est, qui securus inter ignes, grandines, & tonitrua incedit, & in medio eorum palmas ad Deum extendit orans securus, & quietus. Sic pari modo iam timens Dominum Ionas, mare non timet, vnde & quòd in illud eum proijciant, rogat, securior in ventre Ceti, quàm in naui, in cuius profundo, quia à Deo fugiebat, præ timore alto tenebatur sopore, dum experrectus, & in vẽtre iam B Ceti tumulatus vigilans canit & exultat, felix magis, vt inquit Sanctus Zeno, sermone de timore, sepulchro, quàm naui, *Ionas*, inquit, *timens Dominum spontaneum non timet adire naufragium, Ceto inhiante miserabilius sepelitur, quàm præcipitatur, & tamen locus quò tendebat inuenit, antequam videat, fœlix magis sepulchro, quàm naui.* Nihil pulchrius. Vt semel videas quàm securi, ac fœliciter degunt Dei serui, dum oẽs trepidant etiamsi in mediis reperiantur vndis, solum *sine fine*, vt inquit idem Sãctus, *studens timere, ne quid præter Deum, quem diligunt, timeant, cuius suffragio*, nempè Dei, sequitur idem, *Daniel populis terribilem, inermis necat draconem, leonibus obiectus in periculo prandet, qui solet extra periculum ieiunare, Petrus asta marino fertur non naufragus, sed viator, timet profundum intercipere non timentem, nec tamen in toto dissimulat, ne per mare pedibus se ambulasse non credat.* Egregiè. Ambulauit Petrus suprà mare non ti- C mens, ventum vidit venientem & timuit, putans ad se immergendum in profundum, cùm non nisi vt pedibus se suprà mare ambulasse crederet: sic Dei seruo, omnia famulantur elementa, sic ipse securus consistere debet. Quod cùm ita sit nonne tibi videtur, quod illi tantummodo sint, qui perfectè de huius vitæ bonis gaudent, qui cum tali securitate viuunt, qui talem conscientiam habent, qui verè Dei serui sunt. Benè ergo Salomon ait, quod *lætatus est in omnibus*, quia ipsum præcedebat & comitabatur, *ipsa sapientia diuina, & latatas sum*, &c.

47. Ionæ fiducia quanta Deo placato.

S. Zeno.

48. Amplius securus extitit in vẽtre cæti quàm in naui.

49. Sancti solũ Deum timent offẽdere iratũque habere.

50. Immo timent, ne alium præter Deum timeant.

51. Petrus cur timuit vẽtum ambulans sup. mare, & cur cæpit summergi.

Num. 13. *Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo.*

D

COMMENTVM LITTERÆ.

SVpra enarrauerat Sapiens bona quæ illi à sapiẽtiæ acquisitione aduenerunt: nunc in hoc versiculo assignat modum, quo sapientiam didicit, ad hoc vt exemplo suo similiter alij eadem via incedentes, ad eam peruenire possint, modus autem fuit addiscere illam sine fictione, id est recto fine, & vt aliis proficeret.

Connexio Capitis.

Sine fictione, &c. id est sine dolo, sine fraude, recto animo, rectóque fine, non ad prauum, non ad vanum, vnde merito ad illam peruenit. Vatablus legit, *quam sine frustratione didici*, sensum faciens passiuum, nempè quòd non fuerit frustratus opi-

1. Salomon recto fine sapientiam desiderauit.

nione, quam de ſapientia habuerat, & commodis A quę promittebat, quodque doctrinam eius veram, vtilemque ſit expertus. Senſus non improbandus.

Sine inuidia, &c. Græcè *liberaliter*.

Honeſtatem illius non abſcondo, &c. Id eſt diuitias, vt ſuprà diximus, piger abſcondit pecuniam domini in ſudario, & ſic reprehēditur, at bonus ſeruus dat eam ad vſuram. Scientia non eſt abſcondenda, ſed prodenda, vnde peſſimè faciunt, qui docere poſſunt, & non docent.

2. Scientia nō abſcondēda.

Num. 14. *Infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati.*

COMMENTVM LITTERÆ.

B

Connexio Capitis.

DIxit ſine inuidia ſe communicare ſapientiam; nunc dat rationem quare ſine inuidia eam communicet, pro ratione infinitatem eius aſſignās, quæ nullo modo capax eſt inuidiæ, aut zeli, cùm tantum abſit vt communicata deficiat, quin etiam ſummè creſcat, ob quod ait *infinitus*.

1. Theſaurus quid. l. nunquam §. theſaurus, ff. de acqui. rer. domi. l. vnica, C. de Theſauris lib. 10. Florid. Sab.

Infinitus, &c. Græcè indeficiens, *Theſaurus*, trāslatitium nomen à Græco, quod Iuriſconſulti definiunt, *veterem depoſitionem pecuniæ, cuius non extat memoria*: vel, *mobilia condita ab ignotis dominis, tempore vetuſtiori, quorum inuentio cenſeri poſſit beneficium Dei*. l. nunquam §. theſaurus, ff. de acquir. rer. dom. l. vnica, C. de Theſauris lib. 10. Aptè C Floridus Sabinus lib. de Iuris Ciuilis interpretatione voce *peculium*, ait, vocem hanc *totam Græcam, ſignificare partem patrimonij, quam quis innumeratam, & ad caſus repentinos repoſitam habet*. Quam curam prohibuit Chriſtus, Matth. 6. dum theſaurizare theſauros vetuit in terra, curamque habere de craſtino, volens vt toti ab ipſius dulciſſima abſque cura prouidentia pendamus.

2. Chriſtus cur vetuit theſaurizare ſuper terram. *Mat. 6.*

Quo qui vſi ſunt participes, Græcè, *ſtrinxerunt cum Deo amicitiam*.

Propter diſciplinæ dona, &c. id eſt compoſiti cum Deo, propter dona illis ex diſciplina prouenta, per doctorem accepta, ſeu vt vult Hugo, per flagella, ad illos erudiendos à Deo immiſſa, per quæ magnis illos cumulauit donis. Vterque ſenſus probabilis, prior magis ad rem, & verior.

Hugo.

D

HOMILIA CXXXVIII.

Qui docere, & prædicare, qui verò non teneantur.

QVam ſine fictione didici & ſine inuidia cōmunico, inquit noſter Sapiens de ſapientia, à Deo miſericorditer accepta, vbi duo dixit, didiciſſe eam, *ſine fictione*, hoc eſt, non vano fine, vt diximus, & ſecundò communicaſſe ſine inuidia, hoc eſt, *liberaliter*. Iurarem ego, quòd ſine inuidia, liberaliterque communicaturum ſapientiam, ſi ſemel ea repletum viderem, & recta, optimâque eam intentione apprehendiſſe, non vana, non futili, nō inani. Nam qui ſic litteras addiſcunt, ideo eas non communi- A cant, quia ſoli ſapientes videri volunt, & ſolum ſciri, at qui recto fine, rectâque ſapientiam addiſcit intentione, illicò ſine inuidia eam communicat, illico eam liberaliter, promptéque effundit, ex quo optimum documentum elicitur, debere, ac teneri eos, qui à Deo gratiam acceperunt prædicandi, populumque edocendi, prædicare, & docere.

1. Qui ſunt, qui ſapientiam ſuam non communicant.

2. Prælati prædicare tenentur ex officio. *Conc. Tr.*

Non loquor hîc de Prælatis, & Epiſcopis, cuius eſt illud munus proprium, & ad id tenentur, iuxta decretum ſacri Conc. Trident. ſeſſ. 5. cap. 1. de reformat. Et ob id Sacerdos ſummus tintinnabula habebat in veſte, quæ ita ſtrictè præcepta vt ineſſent, quòd ſi abſque eis auſus ingredi in ſancta Pontifex eſſet, non minus quàm pœna mortis plectebatur, Exodi 28. num. 35. *Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus, quando ingreditur, & egreditur ſanctuarium, in conſpectu Domini, & non moriatur.* Per tintinnabula autem communis eſt Patrum conſenſus, prædicationem Prælatorum intelligi, quæ cùm ſub interminatione B mortis præcipitur, videant Prælati, quique pondus portant animarum, ad quod teneantur, & officio perfungantur ſuo, ni perire velint. *Sacerdos ingrediens, vel regrediens, moritur*, Sanctus loquit Gregor. lib. 1. Regiſtr. cap. 24. *ſi de eo ſonitus non audiat, quia iram contra ſe occulti iudicis prouocat, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit.* Quod officium ſic proprium eius voluit vt ſit Dei ſancti, quòd dicant, non ſolum lingua clamare debere ſummum Sacerdotem, ſed vita, ſed inceſſu, ſed veſtitu, ita vt totus ipſe vna ſit vox, ob quod conſiderant tintinnabula in veſte eſſe Sacerdotis, *vt vitæ viam cum lingua ſonitu, ipſa quoque Sacerdotis opera clamēt*, inquit idem Sanctus. Cui conſonans D. Hieronymus, ait, *Tanta debet eſſe ſcientia, & eruditio Pontificis Dei, vt & greſſus eius, & motus, & vniuerſa vocalia ſint, veritatem mente concipiat, & toto eam habitu reſonet, & ornatu, vt quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina ſit populorum, abſque tintinnabulis enim, & diuerſis coloribus, & gemmis, floribuſque virtutum, nec ſancta ingredi poteſt, nec nomen Antiſtitis poſſidere.*

3. Sacerdos ſummus cur tintinnabula gerebat in veſte. *Exo. 28. num. 35.*

4. Quid ea ſignificent.

S. Greg.

5. Prælatus totus debet eſſe vox.

Hieron.

At, vt dixi, de iſtis loqui non intendo, ſed de illis quibus prædicandi munus incumbit, quia talentum, ſcientiamque habent, de iſtis dico quòd debeat, & tenētur, *Qui ſancta prædicationis apud ſe verba retinet*, inquit Hieronym. exponens illa verba, Prou. 11. num. 26. *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis*, &c. *talis maledicitur in populis, quia non ſolum culpa ſilentij, ſed pro multorum, quos corrigere potuit, pœna damnatur.* Vbi notanda Hieronymi verba, nam ob duo, inquit, damnatur, ob culpam ſilentij, quia cùm deberet loqui, non eſt locutus, & ſecundò ob culpam quam incurrit, non liberans à pœnis, quibus ſi prædicaſſet, non incurriſſet, quod eſt maius, ac terribile iudicium, requiretur enim ab illo ſanguis, morſque iſtorum, vt patet ex illo Ezech. c. 3. num. 18. *Si dicente me ad impium*, &c. In qua Ezechielis authoritate duo placet adnotare, ſ. quanta prædicatori incumbat obligatio prædicandi, cùm etſi alias quis præſcitus ſit, ac reprobus, ſi tamen illi prædicator deſinet annuntiare, de animę illius perditione ſic tenetur, ac ſi per illum condemnaretur. *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.* Chald. *doctorem, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me: ſi dicente me ad impium morte morieris*, id eſt, vt ait Vatabl. *certiſſimè morieris morte corporis, & conſequenter animæ, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris,*

6. Quam ſtrictè teneātur prædicare valentes. *Prou. 11. 26.*

D

Ezech. 3. 18.

7. De morte, & damnatione tenētur hominum, quibus non prædicarūt, etiamſi alias etiam condemnarentur.

Chald.

Vatabl.

A *vt auertatur à via sua impius & viuat*, id est, vt quantum est ex parte tua, ipse viuere possit, *ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram*, quia scilicet culpa tua mortuus, & si aliàs esset moriturus, quod satis patet ex sequentibus. Vnde sequitur: *Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti*, hoc est immunem reddisti à perditione eius, quod non sic, etiam si aliàs ille perdendus. Quod quidem si intimius ponderetur, magnum cuilibet prædicandi talentum habenti, timorem incutere debet, cùm omnium, vt sic dicam, præscitorum reus teneatur, quia illis annuntiare destitit, quod annuntiare debuerat: vnde nil ei suffragabitur peccatoris obstinatio, vt rectè se à prædicatione excusatum putet, cùm & obstinato, & præscito, dum in hac vita viuit, secundùm Domini sententiam prædicare, & annuntiare teneatur: quæ sic acer Augustin. prædicandi stimulus extitit, vt etsi non audiretur, etsi nihil proficeret, immò & si oppugnaretur, nunquam prædicare destitit: vnde lib. 3. de verbis Domini sermone 3. sic ait: *Domine scis, quia dixi, scis, quia non tacui, scis, quo animo dixi, scis, quia animo fleui, cùm dicerem, & non audirer, ipsa puto quod ratio nostra integra est, quia cùm vidi gladium venientem, velut speculator, vt Dominus admonet per Ezech. annuntiaui impio impietatem suam.* Quod similiter repetit homil. 28. inter 50. & hom. 24. appellans persecutores suos, eius debitores, eo quod facerent quod dimittere illis posset, omnino affirmans impossibile esse vt eis non prædicet, *Die*, inquit, *isto solemni Episcopatus mei, prius paucis verbis alloquar debitores meos, qui mihi, nescientes apud Deum suffragantur, dum faciunt debita, quæ dimittant, vt & mea mihi dimitti promerear. Vobis itaque dico, quibus inimicus efficior verum prædicans, quorum requirens vtilitatem cogor offendere voluntatem. Nolite esse sicut equus, & mulus, non habentes intellectum: num & hæc inmenta eos calce, morsuque appetunt, à quibus curantur, & vt curentur eorum vulnera, contrectantur, non parcis, non parco, aduersaris, aduersor, resistis, resisto, lucta nos comparat, sed causa separat, tu inimicus es medico, ego morbo, tu diligentiæ meæ, ego pestilentiæ tuæ.*

8. Augustin. vt prædicationi insistebat. *August.*

9. Persecutores nostri, sunt nostri debitores. *Idem.*

B

10. Apud Deũ nos suffragantur.

11. Prædicatoris munus, & intentio qualis.

Secundum autem quod adnoto est, prædicatoris emolumentum, dum si per eum quis saluatur, aliàs saluandus, ipsiusmet sit animæ saluatio. Vnde sequens Dominus per Prophetam ait, *Sed etsi conuersus iustus à iustitia fuerit & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.* Septuag. *tormentum*, Theodotion *infirmitatem*, hoc est aliquid quod offendit, lædit, & pungit, quo puniatur, & punctus resipiscat, *ipse morietur, quia non prædixisti ei, sanguinem verò eius de manu tua requiram, si autem tu annuntiaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.* Hoc est, vt inquit Theodoret. *duplicem lucratus es vitam, tuam, & illius*, Quid maius?

12. Suam animam saluat proximi saluans. *Propheta. Septuag. Theodo.*

C

D

Theodoret.

13. Conuersio eius qui aliquando iustus, quãtum Deo sit cordi, quãtumque præmium promittat cooperatori.

Cuius occasione, cùm de conuersione iusti hîc sit sermo, ac de eius saluatione, adnotare libet, simulque ponderare, quantum Deo cordi sit, vnius hominis iusti conuersio, qui à iustitia decessit, cùm tãtum bonum promittat cooperatori. Enimuero, & si vitam pro quolibet deberous effundere peccatore, pro iusto autem, & qui à iustitia decessit, non vnam tantum, sed mille, quid quæso Deo gratius fieri potest? aut quale maius gaudium illi afferre, quam vnum reddere ex istis? Hic enim est ouis illa, Luc. 15. num 6. deperdita, de qua tantum gaudet pastor, dum eam inuenit, nam ista ouis erat pastoris, & inter oues accubans, & apud pastorem degens, & fugit ab ouili, & se perdidit, quam magno requisitam labore, tandemque inuentam, gaudens super humeros imposuit suos pastor diuinus. Hic est drachma illa perdita, per quam sapiens mulier totam euerrit domum, & inuenta conuocat vicinas, gaudens, vt sibi congratulentur, nam dum domi erat drachma, & non foras, iustum significat in domo patris manentem, & ab illa se emanentem ac se perdentem. Hunc etiam filius ille significat prodigus, de cuius recuperatione tantopere lætatus est pater, iustum lapsum designat, qui delitias paternæ domus semel degustatas miser deperdidit, ac in se postea reuersus, ad patrem redijt, quem tam festiuè accepit. Cuius Deus tantopere commisereretur, vt dicat quòd *ponet offendiculum coram eo*, hoc est, vt inquit Interlin, *ne planam viam inueniat, & languidus intelligat, & dicat, conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Quod filio euenit prodigo, dum consumptis diuitiis, inter porcos se inuenit, cupiens saturari de siliquis, quas nemo illi dabat, qui punctus & expunctus offendiculo, tandem ad se redijt, qui male extra se exiit, & ad domum patris regredi properauit humilis, qui superbus abscessit, de cuius reditu ita lætatus est pater, vt occiso vitulo, iubeat manducari, & epulari, *quia mortuus erat*, inquit, *& reuixit, perierat, & inuentus est.* Reuixit, inquit, ergo prius viuus, prius iustus, & à iustitia decessit, propter hoc gaudet, quia qui iustus, & sanctus, postmodum peccator, iterum ad sanctitatem redijt, iterum ad iustitiam, iterum ad reuiuiscentiam vt sic dicam.

Luc. 15. 6.

14. Est ouis perdita, & Euangelij dragma.

15. Filius etiã prodigus.

Inter.

Gaudet Deus, tristatur Diabolus, quia de talibus escis delectatur, & plus de vnius iusti quàm de infinitis peccatorum casibus tripudiat, cuius equidem est ratio quia tales prædestinatos putat, quos è manu Dei eripere gestit, & contra quos peculiare, & viricè habet bellum, vnde pro vno tantum ex istis, totam simul reproborum daret cateruam, quia si vnum tantum ille eriperet, potentior Deo euaderet, æternam prædestinationem illuderet, voluntatem Dei absolutam infringeret, vnde potentior factus supra Deum se extolleret. Quapropter non quærit Diabolus homines infideles, *non eos, qui foris sunt*, inquit Hieronym. epist. 22. ad Eustoch. & *quorum carnes Rex Assyriorum in olla succendit, de Ecclesia Christi rapere festinat, escæ eius secundum Abacuc electæ sunt, Iob subuertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrandos Apostolos expetit potestatem.* De talibus enim lætatur, tales necare festinat, contra istos bellum indicat, contra istos, inquam, nam istos timet, & hos reputat viros, cum quibus certandum, cæteros autem nonnisi fœminas, de quibus parum curat.

16. Diabolus cur de casu iustorum tantum lætatur.

17. Pro vno prædestinato omnes quos in inferno possidet, daret. *Hierony.*

Enimuerò Rex ille Ægypti Pharao, obstetricibus imperauit, vt mares necarent, fœminas verò seruarent, Exod. 1. num. 16. *Si masculus fuerit, interficite eum, si fœmina, reseruate.* Quid enim per masculum nisi iustus, nisi Dei seruus, nisi qui viriliter se totum Deo dedit: & quid per fœminas, nisi peccator debilis, & mollis, qui sub potestate dæmonis degens, parum eum timet, & ideo non curat eum necare? Vnde Origen. hom. 2. sic ait: *Si rursum quemque videas, vnum ex mille, ad Dominum conuerti, oculos sursum erigere, æterna quærere, contemplari,*

Ex. 1. n. 16

18. Iusti masculi reputãtur, sicut peccatores fœminæ. *Origen.*

non quæ videntur temporalia, sed quæ non videntur, A *odisse delicias, amare continentiam, excolere virtutes, istum quasi masculum, quasi virum necari cupit Pharao, persequitur, insectatur, mille aduersus eum machinis pugnat, odit tales qui fœminas amat.* Nil melius. Contra hos se armat Diabolus, quia scit ab istis se debellaturum, contra hos inuehit, hos necare cupit: quod si semel euenit, indicibile prorsus quomodo gaudet, quomodo lætatur. ob quod amplius, vt dixi, desudare debet, quis si Dei feruens amator est, tum ob ipsiusmet Dei lætitiam, tum ob Diaboli despectum, qui ob hoc tantum Dei seminatores verbi abhorret, summoperéque odit, vt inquit idem Origenes. homil. 27. in cap. 23. Num. 10. 1. *Super omnia verò eis est tormentorum genera, & super omnes pœnas, si quem videant verbo Dei operam dare, scientiam diuinæ legis iatentis studiis perquirentem.* Vbi notanda sunt illa verba, super omnia tormentorum genera. & super omnes pœnas.

Idem in c. 23. Num.

B.

19. Prædicatores non prædicantes grauiter à Deo puniuntur.

Ad Cor. 1. 9. 16.

Tenentur ergo valentes, prædicare; tenentur docere, quia causa illorum agitur, & non solum audientium, saluant enim animas suas, & væ illis, si nõ prædicant: *Væ enim mihi si non Euangelizauero,* inquit Apostol. ad Corinth. 1. cap. 9. num. 16. Cur væ mihi? quia *necessitas mihi incumbit*, talentum habebat prædicandi, immò & præceptum, prædicare debebat, nullóque modo ab illo se munere abstinere, quacumque ex causa. Vnde, quia semel Ierem. non amplius prædicare determinauerat, cap. 20. num. 9. *Et dixi non recordabor amplius neque loquar vltra in nomine illius*, ignis viscera eius exarsit, qui nisi foras erumperet, ea procul dubio scinderet, ac consumeret, *Factus est in corde meo quasi ignis æstuans, clausúsque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.* Vnde benè Hieron. vbi sup. *Magnum discrimen est*, inquit, *Dei tacere sermonem, vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem.*

20. Hieremias punitus, quia prædicare destitit.

Hiere. c. 20. 9.

Hieron. vbi sup.

C

21. Prædicator prædicet etiamsi fructum nõ faciat.

Paulus vbi suprà nu. 7.

22. Pauli locus difficilis de obligatione prædicandi explicatur.

At si nihil profuit prædicator, nunquid desistet? nunquid tutus erit, si prædicationem deserit? non equidem, cùm quod ei præcipiat Deus, sit prædicare, non verò fructum facere, illud ei incumbit, & præcipitur, quod dum exequitur etsi fructum non colligat, erit ei pro fructu obtemperasse, officiumque suum explesse, quod non mediocris gratiæ; hoc est illud Apostoli, vbi suprà. num. 7. *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.* Difficilia verba, & in quibus nullum reperi, qui ad sensum eorum mihi responderet, cùm multos consuluerim. Dicam meum, & fortassis minus probabilem, & est, qui mihi magis arridet.

23. Apost. Paulus ad prædicandum sumptus non requirebat.

Idem.

24. Gloriam suam nominabat prædicationem sine sumptibus.

D. Thom.

25. Gloriosi prædicatores hodie pauci reperiuntur.

D

De obligatione ergo prædicandi loquebatur Apostolus, qua ipse tenebatur ex Dei præcepto, & simul quòd ipse ad supererogationem sumptus prædicationis non requirebat, cùm posset, vnde sic inquit, *Ego autem nullo horum vsus sum*, nempè emolumentorum, quæ suprà enumerauerat, *non autem scripsi hæc vt fiant in me, bonum est mihi magis mori, quàm gloriam meam quis euacuet.* Vbi appellat gloriam, secundum D. Thom. mercedem plenam, & maximam, quam ex labore sperabat prædicationis, sine sumptibus. O quàm pauci sunt hodie gloriosi prædicatores! *Multi moderni doctores gloriã illam euacuant*, inquit Sanctus Thom. hîc, *vel propter intentionem sumptuum, vel propter fauorem humanum, nam si Euangelizauero*, sequitur Apostolus, *non est mihi gloria, necessitas mihi incumbit, væ enim mihi est, si non euangelizauero*, id est, si propter acceptionem sumptus euangelizauero, non erit mihi gloria, id est illa supererogationis, nam cũ ista detur operibus non ex necessitate factis, sed ex voluntate libera, & non coarctata propter præceptum, vt erat illa Apostoli ad prædicandum, ideo, inquit, licet prædicem, amittam tamen gloriam illam, quam nunc habeo, ex opere supererogationis; non accipiẽdo sumptus. Quod cùm dixisset, sic tandem concludit; *Si enim volens hoc ago*, id est, si libèter prædico, licet necessarium mihi sit. *mercedem habeo*, id est, gloriam illam supererogationis, quia sine sumptibus prædico, *Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est*, scilicet pro mercede, id est, merces, & fructus, licet inuitus prædicem, *est dispensatio mihi credita*, executio scilicet obedientiæ, & præcepti, qua adimpleta, mundus ero à peccato, & liber ab illo: vnde licet inuitus prædicem, tamen mercede non defraudor, quia obligationem adimpleo, qua teneor, & nihil amplius debeo: pro mercede enim reputauit Apostolus obedientiam, complementumque dispensationis sibi creditæ. Ergo licet ex hoc colligere quod diximus, nempè, si quis prædicet & laboris fructum non videat, tamen fructu non caret, *dispensatione*, nempè *sibi credita*, id est satisfactione præcepti, & obligationis, fecit quod suum erat, hoc est prædicare, hoc illi impositum ad nihil amplius tenetur. Quod præclarè dixit Bernard lib. 4. de Consideratio. ad Eugen. docens munus prædicatoris, & Prælati, esse mendicare, & non curare. *Noli*, inquit. *diffidere curam exigere, non curationem, denique audisti, curam illius habe, & non cura, vel sana illum. Verum dixit quidam.*

26. Prædicator etsi sine fructu prædicet mercede non caret, qualisque sit illa.

D. Bern.

Non est in medico, semper releuetur vt æger.

Paulus loquitur, plus omnibus laboraui, non ait plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificaui, aliàs vnusquisque secundùm suum laborẽ accipiet, non secundùm prouentum, & ob hoc in laboribus potius, quàm in profectibus gloriandum putauit, ita quæso factu, quod tuum est, nam Deus quod suum est absque tua sollicitudine curabit, planta, riga, fer curã, & tuas explicuisti partes, sanè incrementum vbi si voluerit dabit Deus, non tu, vbi forte noluerit, tibi deperit nihil, dicente Scriptura, reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Nil melius dici potuit. Vnde concludit tandem. *Securus labor, quem nullus valet euacuare defectus alicuius.* Non ergo desistet prædicator, licet fructus non colligat, quia ipse non sine fructu. *Si semen per te iactum*, inquit Chrysostom. Conc. 1. de Lazaro, *auditor non receperit, nec obedientiæ fructum retulerit, tu tamen cõmunicati consilij mercedem fert à Deo, nec minus accipies præmij non auditus, quàm acceptarus eras, si ille obtemperasset.* Cuius rationem addens, eam ipsam dat, quam Bernardus. *Quod erat in te præstitisti*, inquit, *vt enim persuadeamus auditoribus, non sumus obstricti, sed tantum vt admoneamus.* Vnde tantum in hoc premit idem Sanctus, vt infrà asserat, plus laudis mereri eum, qui nõ sperat fructum, & tamen non cessat verbum seminare, quàm eum, qui fructum ab auditoribus colligere confidit: *Quod si dicendum*, inquit, *aliquid nouum & admirandum dicam, quod haud tantumdem laudis meretur is, qui præscit futurum, vt is qui Concilium acceperit obtemperet, quantum is, qui frequenter loquutus, frequenter adhibita monitione frustratus est, nec sic tamen desijt.* Cuius rationem assignat, quia qui sperat fructum, etiamsi segnissimus esset. non desisteret prædicari, at qui non sperat nullum alium nisi, charitatis, proximique amoris stimulum habet,

27. Docere tenentur non persuadere, curare nõ sanare.

Chrysost.

28. Plus laudis meretur prædicator prædicans etsi sine fructu, quã qui cum fructu. Secundum Chrysosto.

Idem.

Idem.

quapropter ita se conuictum ex hoc asserit idem (A) Sanctus, vt prorumpat in hæc verba. *Meo quidem animo sic persuasi, quoad spirauero, & donec Domino visum fuerit nos in præsenti vita versari, hoc implere ministerium, siue quis attendat, siue non attendat, vt faciat ea quæ præcipiuntur.* Præclarum exemplum, omninoque sequendum, digna Chrysostom. sententia, quam determinationem ipsemet Sanctus multis corroborat argumentis.

29. Rationes quibus prædicator etsi fructũ non videat, cessare tamen non debet à prædicatione.

Primò enim suum Sanctus probat intentum, quia nunquam prædicatio est sine fructu, nam primò si non omnes, aliquos tamen cõuertit, etsi non aliquos, saltem vnum, & hic vnus sufficit *ad consolationem*, inquit. Secundò, etsi nemo conuertitur, quod difficile existimat Sanctus, *immo verò*, inquit, *pone neminem nostris dictis fuisse persuasum, quamquam id fieri nunquam potest, vt sermo in tam multis disseminatus, vacet omni fructu*: tamen & cum hoc non caret fructu prædicatio, nam & mali, etsi non conuertuntur, tamen non ita impensè nec li- (B) berè deinde malum operantur, & boni in bono magis confirmantur, & consolidantur.

Secundò confirmat ex spe; *hodie non persuasi, cras persuadere potero, hodie quod audiuit, repulit, cras fortassis audiet, & recipiet.* Hoc confirmat exemplo piscatoris, qui frustratus tota die, quando piscationem sero dimittit, tunc piscem colligit. Agricola etiam non ob id seminare desinit, quia non collegit, nec mercator mercaturam, quia semel, aut iterum iacturam fecit.

Sed quod caput est, suam tandem confirmat opinionem, exemplo Diaboli, quod qui semel prospiciet non est cur se excuset amplius. *Diabolus*, in-

Chrysost.

quit, *circumcursat obsistere cupiens nostræ saluti, non solum nihil lucri inde reportans, verumtamen suo* (C) *studio grauissima detrimenta sibi concilians, is tamen ita versutus est vt frequenter & illa tentet, quæ nequaquam fieri possunt, nec illos solum adoriatur, quos omnino confidit se supplantaturum, verum etiã eos, quos probabile est artibus ipsius fore superiores. Nec desistit laudato Job à Domino, omnia mouere, molirique, vt supplantaret hominem.* Quibus dictis meritò exclamat, *Et post hæc non erubescimus? quis ergo erit nobis veniæ locus, si cùm tanta sit dæmonis in nostrum exitium vigilantia, nos, ne tantulum quidem similis diligẽtiæ afferamus ad salutem fratrum nostrorum, præsertim cùm Deum habeamus auxiliatorem?* Nil melius, nec amplius Chrysostomo addendum, si Diabolus non defatigatur, etiamsi nullum sciat fructum collecturus, immò tormentum, cur seruus Dei defatigabitur, ab incœptóque (D) desistet, etiamsi nullum speret fructum? Enim verò si verum dicere teneor, dicam huius radicem diffidentiæ, charitatis esse tepiditatem, tum Dei, tum proximi: nam da animam amantem, da charitate proximi Deique feruentem, & ego dabo eam nunquam desistentem, etiamsi spe careat fructus. Nũquid Amnon 2. Reg. cap. 3. quia *difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum Thamar*, ideo perquirere destitit, & desiit sororem sollicitare? sed quia verè diligebat, ardensque erat in amore, spem non perdidit, & tentare non desijt. Nunquid Dalida, quæ non semel, nec bis, sed ter à Samsone delusa, ab intento destitit? Iudic. 16. minimè. Sed quia valdè præmij desiderio tenebatur promisso, nec semel, nec bis delusa, ac frustrata, animum despondit, sed semper concutiens, & collachrymans, tãdem ad optata peruenit, *Dedisti consilium*, inquit Chrysost. vbi suprà, *nec persuasisti, illachryma, pun-*

30. Prædicator cur a prædicatione desistit prædicare valens.

2. Reg. 13.

Iudic. 16.

Chrysost.

(A) *ge frequenter, & suspira paululum, vt tua sollicitudo incutiat illi verecundiam, & ita se conuertat ad salutem.* Amantis est hoc, sed quia non amamus, ideo frigescimus, animóque spondemus.

At, etsi non placet populo, & non eum sequuntur, & non audiunt, & pauci veniunt, & penè vnus, nunquid desistet?

31. Prædicator quem non audiunt, nec sequũtur an prædicare debeat.

In hoc casu distinctione opus est, vt rectè, & cum prudentia procedatur, aut enim verè, & realiter talentum possidet prædicandi, & à Deo ad id est vocatus munus, quod ex vocatione, inclinatione, partibus naturalibus, impulsu interiori, & patrum cõsilio dependere debet, aut realiter non verum, sed fictum obtinet talentum, & zelo animarum mouetur indiscreto, & in hoc casu planè consulo desistendum.

32. Regula qua quis discernere potest, quo fine ad aliquod bonũ mouetur agendum.

Albert. Magn.

Prima ratio, quia possibile fit, vt ad prædicationem illum aliquis temporalis moueat prouentus, etiam cum animarum zelo, vnde excellens est illa (B) regula, & valde notanda Alberti Magni tract. de Virtutibus c. 16. vbi inquit, quòd quando ad bonum aliquod faciendum duæ res me mouent, bonum temporale, & spirituale, semper suspecta haberi debet talis intentio, etiamsi rectificetur; quod posteà discerni potest ex actibus, v. g. si ad prædicandum zelus Dei, & animarum me mouet, & etiã in me laudis sentio appetitum, & video quod libẽtius in ciuitatibus prædico magnis, quàm in paruis, antè nobiles quàm ante ignobiles, ante diuites, quã ante pauperes, valde mihi suspecta esse debet talis intentio & talis finis. De qua re videndus est D. Gregor 23. Moral. c. 4. Cùm ergo in prædicatione

D. Greg.

faciliter cum zelo animarum se immiscere possit etiam aliquis finis temporalis, dum talentum quis (C) verè non habet, videat an temporalis prouentus eum moueat, & non spiritualis, nam sine talento se cernens, & tamen prædicare desiderans, si iam in virtutibus multum exercitatus non sit, valde ei suspectus esse debet talis zelus, talisque feruor.

Secunda autem ratio, quia si talentum non habet, nec Deus ad id munus eum aduocat, ad quid in vanum laborare? defatigabitur sanè, & nihil proficiet, in vanumque laborabit non ædificans. Cognoui ego homines sic tentatos in hac parte, & tanto prædicationi adherere affectu, vt ter, aut quater in die, si se occasio suggessisset, prædicabant, tam paruo fructu, auditorio ita diminuto, vt vix vnus, & alter esset, & quod caput est, ita frigidi, & incompti in dicendo, vt potius ad stomachum, quàm ad ædificationem prouocarent.

Chrysost.

33. Prædicator vt bene prædicet quæ possidere debet secundùm Chrysost.

(D) Duo quidem Chrysostom. lib. 5. de Sacerdotio requirit in prædicatore, contemptum auræ popularis, & vim dicẽdi, quam ponit in sale, & doctrina orationis, ita vt non sit prædicatio incompta, non sit languida, non sit frigida, non sit inornata, tractans enim Sanctus de labore prædicationis, eiusque lamentans difficultatem, ob inanem audientium gustum, qui semper noua audire desiderant, & quod nec ab alijs accepta, quis prædicare iam poterat, nec ea repetere quæ semel ab illo dicta, (vt videas non plus dicturum Chrysost. si in hæc tempora incidisset) *Nec minus molestũ est*, inquit, dixerat enim aliquos ad prædicationem accedere, non vt audirent, sed vt suggillarent, quod valde erat molestum, postea subdit. *Nec minus molestum est, nam si quem fortè ex concionatoribus cõtigerit partem aliquam eorum quæ ab aliis elaborata fuerint suis ipsius concionibus intexere, certè pluribus opprobriis obnoxium se reddit, quam qui alienas opes*

34. Difficultas prædicandi quanta, & ob quæ.

35. Noua sua, non aliena dicere semper tenetur nisi vt fur haberi velit.

susurrantur, & multoties euenit, vt ne aliunde quippiam mutuatus sit, sed ea de re tantum suspectus, instar furis alicuius in ipso furto deprehensi habeatur. Et cùm hæc dixisset, adiunxit. *Et quid dico eorum, quæ ab aliis elaborata fuerint? certè ne illi quidem*
36. Huius rei ratio. *licet suis propriis inuentis assiduè vti.* Cuius inconuenientis rationem assignans, sic addit: *Aurem suã vulgus assuefacere, non vt ad vtilitatem, sed vt ad voluptatem petias audiant.* Cui exiguitati vt ipsemet Sanctus consulit, sic ait. *Hic ergo generoso opus est animo, eoque qui longè exiguitatem hanc superet, vt multitudinis voluptatem illam immoderatam, infructuosamque compescat, possitque illorum audi-*
37. Prædicator ad se suumque sensum attrahere debet populum, nõ à populi attrahi sensu. *tionem, ad id quod vtilius futurum sit, transferre, hac ratione vt populum se sequentem ac sibi obsecundantem habeat, non etiam vt ipse à populi desideriis agatur, id quod præstare nemo potest nisi idem simul popularem aurem aspernatur, & simul dicendi vim obtineat.* Duo ergo requirit, auræ contemptum popularis & vim dicendi, & ita iunctim hæc duo, vt vnum sine altero constare minimè posse affirmet. *Quorum vtrumque nisi adfuerit,* subiungit, *certè alterum alterius auxilio destitutum nulli vsui esse possit, nam si is laudum titillationem forti animo contõnent, tamen non exhibuerit doctrinam* (notanda ver-
38. Sale non præditus & gratia proferendi sermonem prædicare non debet. ba) *sale, ac gratia conditam, fiet vt à multis despicabilis habeatur, nullo prorsus lucro commodoque ab animi magnitudine illa accepto.* Nil clariùs. Si gratiam non habet proferendi doctrinam bene conditam, sed insulsam, vt stomachum generet, ad quid in suggestum ascendere, & vano prædicare labore vanoque fructu, forsitan vt reprehendat tantum?
Idem. Audi quid dicat idem Sanctus. *Cum enim in medio exurgẽs, oransque populo ea elocutus fuerit, quæ ociosorum hominum ignauiam, atque socordiã perstringere possunt, ac deinde labatur, & intercidatur, illius oratio defluit continuo, atque euanescit omnium eorum, quæ dixerit, lucrum.* Vnde rectè concludens ait, *Eum ergo, qui optimus populi doctor futurus sit, vtraque illa dote præditum esse conuenit, vt ne altera si abfuerit, alteram subuertat.* Ergo, si eam, scilicet gratiam proferendi sermonem vti par est, non habet, inutilis erit prædicator, si inutilis ad quid prædicare? desistere ergo à munere debet, vtpote non vocatus ad illud, & se ad id transferre munus exercendum, quod consideratis omnibus circumstantiis, prudentique adhibito consilio, magis, & sibi, & aliis, profuturum viderit.

39. Prædicationis talẽtum habens prædices, etiãsi pauci eũ audiãt. At alter, qui & gratiam habet dicendi, & condiendi, & bene profert, & scit eruditè dicere, sed nescio quo euentu parum eum sequuntur, & pauci sunt, qui eum audiunt, nunquid desistet? minimè quidem, sed patienter toleret, fructu enim non frustrabitur suo, quis scit si in hoc loco eum non audiunt, audient in altero! Cognoui ego verbi Dei prædicatores, ita derelictos, vt nullus penitus esset qui eos audiret, & cognoui postea alibi, tam fructuosos, & acceptos, vt penè vniuersum post se adducerent mundum, magno cum lucro animarum, magno cum fructu animæ propriæ, insistat, perseueret, animo non despondeat, perseuerantiæ colligat fructum. Quis scit si sic permittit Deus, vt ad perfectionem eum euehat, vt discat aurem contẽ-
40. Vulgi iudicium in approbando prædicatore ignorãs, & stupidũ. nere popularem, vt se humiliet, & solum fructum requirat animarum, & sciat simul vulgi contemnere iudicium, qui multoties minus scitum minusque sequitur sapidum, quod est illud incomportabile, vt sic dicam in prædicatione, dum etiam ignorantissimi prętendunt de illa iudicium ferre posse, illumque esse dignum, quem approbant, illum verò indignum, quem reprobant. *Fælices, inquit Fabius,* ait *Hieron.* Hier. ep. 26. ad Pammach. *essent artes, si de illis soli artifices iudicarent, Poetam enim non potest nosse, nisi qui versum potest struere, philosophum nescit, nisi qui scit dogmatum varietates, manufacta & oculis patentia magis probãt artifices. Nostra quàm dura sit necessitas hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio, & ille in turba metuẽdus, quẽ cùm videas solum despicias.* Nil ad te magis, generoso ergo animo hic opus est, & mentem ad Deum extollendo, sic prædicare vni, ac si essent multi, quis scit si ille vnus plus à Deo, quã multitudo illa sit ma- 41. Prædicandum vni, nõ secus ac multis.
xima, quæ alium sequitur. *Multæ viduæ erant in diebus Heliæ,* inquit Dominus noster, Luc. 4. n. 25. *quando clausum est cœlum annis tribus, &c. & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierem viduam, & multi leprosi sub Elisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi* *Luc. 4. n. 25.*
Naaman Syrus. Ad vnam ergo missus est Prophe- 42. Deus quãtã sollicitudinem de vnoquoq; habet, & præcipuè de prædestinatis, quamque mira pro eis operatus.
ta talis, ac tantus, & hæc vna præ multis illis aliis plus à Deo habebatur, vnus Syrus mundatus, & multi Israëlitæ derelicti, quia ille vnus plus Deo placebat. At quid? nonnè Philippo demandatum, vt ad vnum Eunuchum prædicaret, Act. 8. n. 26. & illi fidem Christi demonstraret, tanto miraculo, tãtaque Dei cura, vt & Angelus Philippo præciperet, & Angelus ei diceret, vt accederet, adiũgeretque se ad currum, & post Christum euangelizatum sus tolleret eum in altum, vnus fuit, & pro isto vno tãta fecit Deus. Sic pari modo noster Prædicator pro *Act. 8. 26.* illo vno, qui eum audit, impendat, & superimpendat laborem, alacer, & festiuus, plus ei valebit iste quàm omnes illi alij qui alterum sequuntur.

Prædicare ergo debent valentes docere, & qui sapientiam à Deo acceperunt, & ad nostri exemplum sapientis, eam sine inuidia communicare, vt faciebat ipsemet dum dicit, *quam sine fictione, &c.*

Num. 15. *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur, quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientum emendator.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Dicturus Sapiens sapiẽtiæ laudes, illamque cõmunicaturus, vt suprà dixerat, vt illæ credantur, & simul vt homines donũ esse Dei, posse illas & concipere in mente, & enarrare, intelligerent, in hoc versu duo affirmat dona à Deo sibi concessa, nempè aptè, liberè, & congruẽter posse eloqui meditata. & secundùm dignè, resque meditari congruentes, immò ex præmeditatis præeligere digniora, & meliora: primum donum declarat illis verbis, *Cantacu. S. Greg.* *dicere ex sententia,* secundum, in illis, *& præsumere digna horum,* vt mox videbimus.

1. Prædicatori duo extremè necessaria, meditatio selecta, & oratio congrua. *Mihi autem dedit Deus, &c.* Cantacuz. & Greg. 23. Moral. c. 10. vel 17. non legunt, *dedit,* sed *dat,* per modum præsentis, vnde lectio apposita est. Ex qua optimè colligitur, duo esse cuilibet prædicatori necessaria, meditationem selectam, & orationem cõgruentem meditatis, & illa esse Dei dona, à quo sũt expetenda, vide August. 4. de doctr. Christ. c. 15. & 16. *August.*

Lorin.

16. Vide Lorinum, Act. 6. n. 4. Dixi meditationem selectam, nam ita turpiter, & ignauè aliqui cogitant, vt si ea prodant, qualibet eloquētia fulta, turpiora appareant, vnde non sufficit sola meditatio, & qualibet, sed selecta, quod donum Dei est, illudque possidebat Salomon, cuius confessio, seu sui laus, non est ex superbia, sed ex humili; honestaque donorum Dei recognitione, quæ licita, vt inquit Aug. in Ps. 85. n. 2. super illa verba, *Custodi animam meam quoniam sanctus sum*, vbi sic, *Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati: immò, & habere te cognosce, & nihil ex te habere, & noc superbus sis, nec ingratus, dic Deo tuo, sanctus sum, quoniam sanctificasti me, quia accepi, non quia habui, quia tu dedisti, non quia ego merui*: honesta enim sui laus aliquando licita est, vnde optimè Sapiens, recognoscēs illā à Deo, dona quæ acceperat, cōfessus est.

1. Laus propria ea humili Dei donorum recognitione aliquando licita. *August. in Ps. 85. num. 2.*

Dicere ex sententia, &c. Vatabl. *sententiosè & grauiter*. Budæus in Com. linguæ Hebr. docet, vim verbi significare, *propria sponte dicere, liberè, libenter*. Melius omnium Castro, qui affirmat, dicere ex sententia, esse accepisse facultatem, qua, coocepta, animique cogitata facillimè exprimere posset, facundiam scilicet, & eloquentiam, vnde ex sententia dicere, non est sententiosè loqui, sed facile, & pro facultate, ac voluntate de re proposita dicere. Greg. vbi sup. dicere ex sententia, moraliter exponendo, vti assolet, inquit, quòd est dicere ex sentiendo affectu, & experientia. Vnde inquit, *sit plerumque, vt fortiter dicant, sed tamen iuxta ea, quæ dicunt, viuere nesciunt, vnde bene quidam Sapiens dixit, Mihi autem Deus det hac dicere ex sententia, sententia quippè, à sensu vocata est, & recta, qua intelligit, non ex sola scientia, sed ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit.* Moralis sensus, litteralis autem est quem diximus.

Budæus. Castro.

3. Salomon facundus, & eloquens, & hoc donum Dei.

4. Quid sit ex sententia dicere. S. Greg.

Et præsumere, &c. id est præconcipere digna ijs quæ dātur, optimè Castro, qui sic inquit. *Quod duo sibi à Deo data gratulatur Salomon, & in loquendo facundiam, & præeligere quod Vulgatus dixit præsumere, ex cogitatis ea, qua dicturus esset, grauia, & digna tantis donis, id est talia, qualia decet dona à Deo data, & datorem eorum Deum, non lenia, ac ludicra, & inutilia, sed grauia, seria, & multa vtilitatis, vtpote ex sapientia profecta.* Optimè, & nil aliud addendum, norma enim sunt prædicationis.

Castro.

Quoniam ipse sapientiæ dux est, & emendator, &c. id est director, confirmator, moderator, bene dispositor, nam idem Deus tribuit & eloquentiam, & meditationem, & rectam dispositionem eorum, quæ meditata sunt, vnde ipse corrigit, disponit, & moderatur quæ dicenda. Hugo affirmat Deū esse ducem sapientiæ, quando verbum dirigit, emēdatorem quando corripit, ne in superbiam eleuetur sapiens. Lyran. & Carthus. omnia referunt ad infusionem donorum sapientiæ, ac rectum vsum eorum, omnes sensus accommodati, & qui optimè sequi possunt.

5. Deus solus dux prædicationis. Hugo. Lyra. Carthus.

HOMILIA CXXXVIII.

Verbi Dei concionator quæ meditari, & quæ eloqui debet.

DVo, inquit noster Sapiens, dedisse ei Deum, *dicere ex sententia*, id est facile, & ex voluntate, & *præsumere digna*, id est præcōcipere, & præeligere digna, & correspōdētia donis à Deo acceptis,

A sapientiæq; diuinæ, grauia nēpè, vtilia, seria, nō iocosa, nō scurrilia, nō inania, nō fabulosa, nō humanæ placētia, sed diuinæ Sapiētiæ. Magnū prædicatoribus documētū, magnūq; nobis ostiū aperitur, tum differēdi, quæ meditari, quæ eloqui debet Dei prædicatores, tū muehēdi cōtra eos, qui eneruantes, adulterātesq; Dei verbum, ita illud dissemioaot, ac si non essent margaritæ, ad vanum finem, vanumque dirigentes studium munus à Deo acceptum, qui non prædicatores, sed Dei corruptores verbi, potius dici possunt, vani, futiles, fabulosi, indigni prorsus munere, quo funguntur, quibus pro peccatis nostris, tantis abundat præsens seculum, vt vix vnus reperiatur, qui verè, & vera prædicet, qui ex corde, & cordatè dicat.

1. Prædicator vane prædicans non prædicator, sed corruptor verborum Dei.

At quid cogitare, quid præmeditari, quid præcōcipere debet prædicator? nōne quæ animū incutiāt peccatoris, & eū à malo terreant, & quæ animū foueāt iusti, eūq; in bono cōfirment? B Hoc acutissimè cōsiderauit Aug. ser. 106. de Tēp. in tubis illis sacerdotū, quibus muri ceciderūt Hierichūtini. *Non illos pulsauit aries, inquit, non expugnauit machina, sed quod mirū est, Sacerdotalis sonus, aut tuba terror euertit, & iustis aperuerunt, & defensionem perfidis negauerunt. Sacerdotales illius temporis tuba, præfigurabāt Sacerdotū nostrorū prædicationes, per quas nō cessant peccatoribus terribili sono, austerum iudicium annunciare, tristem gehennæ interitum prædicare, & quodā comminationis strepitu, aures delinquentium verberare.* En quæ prædicare, queque præcōcipere debet prædicator secundum August. en cui assimilatur instrumento, tubæ, non citharæ, quod terreat, nō quod oblectet, *Quasi tuba exalta vocem tuam*, præcipitur Isaiæ 58. n. 1. *& annuntia populo meo scelera eorum: Scitis*, inquit Aug. vbi su. *quòd tuba non tā oblectationis esse debeat, quā terroris,* C *nō tā delectationē inferre, quàm formidinē.* Ergo quasi tuba exaltare vocem tenetur prædicator, hoc est ea præmeditari, quæ formidinē, nō delectationē incutiāt, *Tuba peccatorib' necessaria est*, inquit idē Sāctus, *qua non solū aures eorum penetret, sed & cor cōcutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosq; hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis.* En duo illa quæ causare debēt prædicatoris verba, terrere scilicet malos, & hortari bonos, nam hæc duo facit tuba, inquit Aug. terret formidolosos milites, animat intrepidos, *Hac enim consuendo tuba est, ait, vt delinquentium opera dissipet, & sanctorum facta confirmet.*

2. Quæ præconcipere debet.

August.

3. Tubæ Sacerdotales antiquæ prædicationis figuræ.

4. Prædicator sit tuba nō cithara. *Isa. 58. n. 1. August. vbi sup.*

Idem.

5. Prædicationis bonæ effectus.

Sed quod valde notādū in cāsu murorū Hiericho illud est, scilicet eos cecidisse, nō ad cuiuslibet tubæ sonū, sed tubę quę ad annū seruiebat Iubilęi Iosue 6. n. 4. *Sacerdotes tollāt septē buccinas, quarū vsus est in Iubileo.* Ad differentiā aliarū, quatū vsus erat ad festa populū conuocandū, diesque lętitię, vt patet ex D Num. c. 10. in quibus erat etiā alia differentia, nam Iubilei tubæ erant ex cornu, siue arietū, vt vult Oleaster in ca. 25. Leuit. siue boū, vt vult Cornelius in Leuit. c. 15. asserens tubas ex arietino cornu fuisse illas, quibus vtebātur in festo tubarū, in memoriā arietis substituti pro Isaaco, à patre immolādo. Aliæ verò tubæ erāt ex argēto, & demū istæ argenteæ, nō erāt amplius quā duę, *Fac tibi duas tubas argēteas.* Iubilæi verò erāt plures, vt patet ex hoc loco, & ex ministerio ipso, cui deseruiebāt, nam ipsis Sacerdotes totū inuocabāt Israëlem per menses quinque, ante annum Iubilei, vnde per totū distributi regnū, bis prędicabant buccinis Iubilei annū, ex quo fit, vt necessario plures deberent esse. Vnde patet, vt bene

6. Mori Hiericho quibus tubis ceciderunt. *Iosue 6. 4.*

7. Tubarum Iubilei, & festorum quæ differentia. *Num. 10. Oleast. in cap. 25. Leuit. Cornel. in c. 15. Leuit.*

EEe

Cornelius.

adnotat Cornelius, harum sonitum buccinarum, A asperum, raucumque fuisse, (talis est enim corneum) aliarum verò lenem, & clarum: primus potius ad luctum & lamentum prouocans, quàm ad cantum & lætitiam vt secundus.

8.
Vox Prædicatoris vt peccatorem conuertat qualis.

In qua re duo adnoto, primum sonum buccinæ asperum & raucum prouocantem ad lamentum, & planctum, & non ad risum, & lætitiam, innuens oobis Deus ex hoc, qualis debeat esse prædicatoris vox, qualia verba, vt muri cadant Hierichuntini, vox certe illa talis debet esse, quæ ad plãctum excitet, & ad lamentum, nõ quæ ad lætitiam, & festum; vox quæ terrorem incutiat. vox quæ pertingat ad cor, & viscera penetret, & non quæ effundat illud ad extra, verbis delectans & sono; vox tubæ Iubilæi, vox ob ploratum rauca, & aspera, vox coroea, non argentea, peccatori infringens duritiam, intimaque eius penetrans, quæ clangat, & non cantet, incutiat terrorem, & non delectationem, nam qui sic prædicat, delectans potius, quàm terrificãs, Scripturæ verba ad sensum temperaus mollem, & lené, B eius potius corruptor dici potest, quàm expositor,

9.
Prædicator sensum Scripturæ emolliens ad vana, eius corruptor dici potest.

sic Hieron. Isa. 1. *Doctor, inquit, qui austeritatem Scriptururam per quam potest audientes corripere, vertit ad gratiam, & ita loquitur, vt non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctorum Scripturarum violat, atque corrumpit sensa suo.* Hoc vltimũ pondero, oon alio scilicet Scripturas corrumpi, quã prædicatoris sensu, quod fit, quando eis dat sensum non suum, hoc est sensum non Spir. S. sed sensum hominis, sensum carnalẽ, seosum mundanum. sensum vauum & aqueum, siue vt melius dicam, acetosom; quo violat, & sacrosanctas illas corrumpit litteras, ac sententias, omni adoratione, & veneratione dignas Quod cum faciunt concionatores, ad C vsum vasa ista sacra proferentes verum ad liquorẽ diuinum destinata, non mirom si scindantur & disrumpantur in iudicio, dum pro præmio, quod pro labore pretendunt, pœnam & faxit Deus, vt non æternam, accipiant, quia inuenientur, non plus, sed minus habentes; hoc est non opus prædicationis plenum, sed diminutum, & mancum.

10.
Scripturæ sensus quomodo violatur.

11.
Prædicatorum peccatum maximum, quod grauissimè à Deo punietur.

Dan. 5. n. 4.

Eoimuerò tunc factũ iudiciũ Regis illius iniqui Balthasar, Dan. 5. n. 4. quãdo tumulẽtus, præcepit afferri vasa aurea, & argentea, Deo cõsacrata, vt biberent vinũ in eis prophanũ, ipse optimates, & cõcubinæ eius, *laudabãt Deos suos aureos, argenteos, æreos*, &c. tunc apparuerũt digiti manus, scribẽtis sẽtẽtiã, appẽsusq; ipse in statera, *inuẽtus est minus habens.* Quæ sunt ista vasa argẽtea in domo Dei consacrata, oisi sanctæ Script. verba, quæ in se diuinum D illũ cõtinẽt liquorẽ, sensũ nẽpè Spir. S. *Scriptura enim sacra aliquãdo nobis est cibus, aliquãdo potus*, inquit Greg. in 1. c. Iob lib. 1. c. 7. *cibus in locis obscurioribus, potus in apertioribus.* Vasa ergo quæ continent honc cibum, hunc potum diuinum, verba ipsa sunt sacræ Script. quale ergo crimen, quale sacrilegium, alium cibum, alium potum præter diuinum ponere in illis? & prælibare cum eo idolis, id est hominibus carnalibus, adulantes eis, & verba placentia propinantes illis? Nonne accipiet sententiã talis prędicator, & in die illo tremendo, inueniet se, non plus, sed minus habentẽ, non quasi mercedẽ de animarũ lucro, sed condẽnationẽ, de profanatis Script vasis, reportantem, *Intelligo enim, Domine,* inquit S. Drog. Episc. Hostiẽs. ser. 1. Dom. Pass. *vasa vacua esse litterales quosdam, & historicos sensus Scripturæ tuæ, quæ non pauca sunt, vt totus mundus ea capere non possit, quæ quidẽ vasa sanctissimi Tẽ-*

12.
Scripturæ verba vasa argentea.

13.
Earum sensus cibus, & potus.

Greg. in 1. c. Job.

S. Drogon.

A *pli tui, Babylonius Rex (hoc est superbia Principatus) captiua sibi ducit, suisque conuiuiis non ad gloriam, sed ad ignominiã suã seruire cogit, vsurpans sibi scientiam legis tuæ, & bibens in vasis sanctuarij vinũ prostitutionis suæ, vnguentisq; meretricijs donaria tua cumulans.* Pulchrè dictũ hoc postremũ, vnguentis scilicet meretriciis cumulaos donaria Dei, quod & faciunt prædicatores quãdo superbiæ ducti spiritu, vti alteri, nõ Ecclesiæ Dei, sed Babyloniç Principes, fabulis facetiis, dicteriis, versibusque implẽt profanis Dei sanctã prędicationẽ. Quod dũ quis facit, quid mirã si appẽsus postea in statera, inuenitur minos habẽs, nõ solũ equidẽ ipse sed & sensus illius, dũ quasi emortui, vti reuera sũt, nihil operantur, nilq; propemodũ efficiunt, ad animarũ lucrũ nil deseruiẽtes, sępè sępius ab ipsismet suis occisi auditoribus, illos irridẽtes, subsanãtesq;, quod Dei iusta sit sentẽtia, vt idẽ notauit Sãctus subdẽs. *Propter quod, & ex aduerso parietis, crudelis, sed iusta* B *cõtra eos sentẽtia cõscribitur, quia omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur, & tradetur Medis, & Persis, qui argẽtũ nõ quærẽt, nec aurũ velint, sed venenatis, & ardẽtibus sagittis, paruulos, & stultos eorũ sensus interficiãt.* Nil melius. Quod & sępè ounc videmus factũ, & plãgimus, satyras cõtra cõciones iã scribũt, nullo reclamãte, omnibusq, ridẽtibus; fit sermonũ, in festo concursos celebrãdo, vix octauus expletur dies, ac satyricæ, ne dicã Satanicæ prodeũt Cãtilenç. vnde nã mõstrũ sic horrendũ? petulantia sic magna? insuper & inulta? nisi ex prędicatorũ culpa, qui dũ hęc vasa ad alienos ducunt liquores implenda, iusta Dei sententia in eos conscripta, ad interficiendum Persis, & Medis, hoc est carnalibus, profanisque, Christiano nomine indignis homi- C nibus, stulti eorum sensus coromqoe verba traduntur, minus habentia, sicut & ipsi inueniuntur minus habentes.

14.
Prædicator scurrilia prædicans meretricijs donariis vasa sacra profanat

15.
Vnde eius verba sine fructu.

16.
Cur contẽptui sępè sæpius habetur.

Idem.

17.
Mos pestilens contra concionatores satyras scribendi et andi candus, & vnde prouenit.

Inuenietur ergo prędicator minus habens, placentia loquens, alia etiam ratione, quia sicut quando dura & non mollia populo proponit, est virilis, & fortis, sic quando mollia prædicat *aures prurięs*, non est prędicator, sed prędicatrix, oon vir fortis, sed fœmina debilis, vnde minus est quàm homo, vt supra etiam diximus c. 2. n. 12 *in siccitate messis illius conterentur*, inquit Isaias c. 27. n. 11. *mulieres venientes, & docentes eum, non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum, & qui formauit eum, non parcet ei.* Tractans enim Propheta de desolatione Hierusalem, & populi illius insipientis, dat tantæ causam ruinę, nempè ve- D cordiam suorumque vesaniam doctorum, placentia tantum eis loquentium, fallentes eos, & in dementia sua eos confirmantes: hos autem doctores, qoi talia loquuntur, & prędicant, non homines, sed mulieres vocat, qoia dum mollia docent, & quæ sensibus magis blandiuntur, magisque muliebre probat ingenium, optimè mulieres, & non homines tales prędicatores dicuntur.

18.
Prædicator placentia loquens fœmina nõ vir, prædicatrix, non prædicator.

Isa. c. 27. 11.

Qood cõsiderauit Orig. super c. 13. Ezech. ho 3. super illa verba, n. 17. *Et tu fili hominis, pone faciẽ tuã cõtra filias populi tui*, seu vt legũt Sept. *obfirma faciẽ tuã super filias populi tui.* In quo loco obseruat Orig. potuisse melius dici, super filios, & nõ super filias, cũ sermo esset ad Prophetas falsos, cõtra quos loquebatur Propheta. *& potuit*, inquit, *dicere Propheta super filios populi tui, qui prophetãt.* Cui dubitationi sic respõdet. *Sed quia quasi omnes qui velamina cõtegũt, & ceruicalia cõsuũt, sub omni cubito manu.* Dixerat. n. suprà Propheta, *Væ qui cõsuũt pal-*

Origen. Ezech. 13. num. 17.

nillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis (quibus verbis falsos Prophetas taxat) *Mulieres fiut, & nullas inter eos viri nomine dignas habeatur, ait Propheta, in filios populi sui, effeminatæ quippè sunt coram magistrorum & anima, & voluntates, qui semper sonantia, semper canora componunt, & vt quod verum est dicam, nihil virile, nihil forte, nihil Deo dignum est in his, qui iuxta gratiam, & voluntatem audientium prædicant, idcirco omnes filias potius, quàm filios dixit assuentes ceruicalia.* Optimè, & nil melius, qui certè, ideo talia audent prædicare, *quia non populus sapiens*, qui eos audit, sed insipiens, nam si sapiens, cordatusque, cum quodam dico, *quod non ausi essent plurimi coram, qui in concionatorum munus irruperunt, nugari liberè, ne dicam impudenter.*

19. Prædicatores cur in sermonibus nugantur.

B Quòd malum, tam ex parte concionatoris, & doctoris, tam ex parte populi eum audientis, tam grãde est, sicque Deo displicens, vt dicat Dominus quòd ob hoc non miserebitur, neque populo parcet. Nunquid parcet doctori, qui causa tantæ est ruinæ? Non parcet sanè, sed castigabit, sed puniet, tanquam hominem diminutum, inuentum in statera minus habentem.

20. Prius se côcutere debent, vt postea peccatores possint.

Secundũ quod adnoto est, mãdasse Dominũ ad dirimẽdos muros, assumere Iubilæi tubas, & non alias. Duo enim in hoc agnosco mysteria, primum, quia cũ talis sonus, vt diximus, sit potius veluti plãctus, & vlulatus, significat illũ prædicatorẽ tãtũ côcussurũ, murosq; diruturũ pertinaciæ peccatorum, qui magis oculis, quã lingua loquitur, qui priusquã ad proferendũ verbũ accedat, seipsũ concussit, plãctu, vlulatu, & gemitu, nã cor tali flãma accensum est, qui peccatoris cor accẽdit, *Mens exterioribus concupiscentiis occupata*, inquit Greg. lib. 8. Moral. *igne diuini amoris non calet: Et idcirco ad supremã desideriũ inflãmare auditores suos nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur, neq; enim res quæ in se ipsa non ardet, aliud accendit. Vnde etiã fit, vt quẽ charitas ædificãdo non erigit, scientia inflando peruertat.* Prius ergo se conterere debet prædicator, prior sonitũ buccinæ ipse audire, si velit muros côcutere. Vnde nõ sine mysterio factũ, ante casũ murorũ, septies prius tetigisse sacerdotes, vt ex hoc quilibet prædicator attẽdat, quãtũ prius se côcutere debet, antequã ad concutiẽdũ peccatoris cor accedat.

Gregor.

21. Sermo qui passionem Christi redolet ad peccatorem conuertendum præpotens.

Oleaster. Pagnin. Muster. Eugubin. Genes. 22.

Secũdũ mysteriũ illud est, corruisse muros tubis Iubilæi, id est, quibus annus Iubilæi prædicebatur, qui annus, erat annus requiei, annus libertatis, annus redemptionis, quid enim per hoc, nisi nulla alia tuba Hierichuntinos posse corruere muros, peccatorũ scilicet pectora, quã illa anni redempt. illa quæ peccatori proponit, quæ pro illo egit, fecit, passus, & perpessus est Dominus noster? Vnde non immerito aliqui autumãt, ex arietino cornu fuisse has tubas, & præter Oleastrũ, quẽ sup. adduximus, sentit idẽ Pagnin. & Musterius, in suis Lexicis, & Eugubinus in annot. in c. vlt. Num. Nã per arietẽ, Christus Dom. indicitur, quẽ significauit aries ille pro Isaac immolatus, Ge. 22. tubę enim arietinę côcidũt, murosq; percutiunt, quibus concussis, ciuitas capitur, voces nẽpè illæ prædicãtiũ, quæ totæ Christi resonãt passionẽ, & sanguinẽ, istæ sunt voces Euangelicæ, istæ Apostolicæ, istæ quæ mundum, infernum & Diabolum vincunt, ac prosternunt. vox enim plena sanguinis Christi, vox illa quæ concisum hunc emittit sonum quomodo non destruet muros? si vix est, qui à planctu, à voce, à gemitu se continere possit, talem audiens vocem, talemque tubam. *Vnum est, quod me plus omnibus accendit*, inquit August. de diligendo Deo, *vrget, monet, & promouet ad Deum diligendum super omnia, ignominiosissima, & amara mors, quam sustinuit in opere redemptionis, hoc solum, vel hoc omnino totam vitam nostram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique nostrum facile sibi vindicat.*

August. 22. Passionis sermo totũ sibi vendicare debet hominem.

Vnde meritò Bernar. tract. de Passione Dom. c. 3. exclamat dicens, *Quis illud cor tam vulneratum non diligat? quis tam amantem non redamet? quis tam castum non amplectatur? diligit profectò vulneratam, quæ nimio illius amore vulnerata proclamat, Vulnerata charitate ego sum.* Vnde notandum illud quod exercitum excidit Madian, Iudic. cap. 7. non solum tubæ fuisse, sed etiam lagenarum clangorem confractarum. Quid per lagenas fractas intus lumen habentes? Multi ex sanctis corpora Sanctorum Martyrum intelligũt, qui thesaurum euangelici luminis in vasis fictilibus côtinuerunt, *quibus*, vt inquit August. lib. 7. q. q. in Iudic. c. 7. tom. 4. *in passione Martyrij, tanquam vasculis fractis, maior eorum gloriæ fulgor emicuit, quo impios euangelicæ prædicationis inimicos, inopinata illis Christi charitate superauit.* Quibus consonans Gregor. lib. 30. Moral. cap. 16. ait: *Armati enim venerunt, sub duce suo ad prælium Martyres Christi, scilicet tubis, lagenis, & lampadibus, tubis sonant dum prædicant, confringunt lagenas, dum soluenda in passione corpora hostilibus gladiis opponunt, fulgent lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscant.* At Ambros. lib. 1. de Sp. S. c. 16. corpora intelligit non solum martyrum, sed Prædicatorum, diuini ignis amorem spirantia, ac sonora voce Passionem Dom. declamantia: quem sensum, traditionem Apostolorum esse affirmat. C *Gedeon superaturus Madian, inquit, trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dextris tenere tubas. Ita nostri acceptam ab Apostolis seruare maiores, quod hydriæ sint corpora nostra, figurata de limo, quæ timere non norunt, si feruore gratiæ spiritalis ignescant, & Iesu Domini passionem canora vocis confessione testentur.* At notandum, non tantum trecentos solũ collisisse lagenas, sed etiam & ipsum Gedeonem, ad cuius exemplar, cæteri, & suas colliserunt. Vnde & sic eis ait. n. 17. *Quod me facere videritis, hoc facite*, n. 17. Vbi Gloss. Interl. Christum in Gedeone intelligẽs, sicut & Greg. vbi sup. per ipsius lagenã corpus eius in cruce côfractũ, intus lumen diuinitatis habẽs interpretatur, *relinquens*, inquit, *nobis exẽplum, vt sequamur vestigia eius.* Ergo, vox tubæ sola sufficiens non fuisset, nisi simul, & clãgor lagenarum, & præcipuè primæ illius, quæ primò se côfregit, puta D Gedeonis, hoc est Christi. Sic equidẽ, pariq; sic modo, vox prædicatoris sola absq; suæ, Christique clãgore lagenæ, hoc est absque sui mortificatione, & Christi passione, resonans, victoriã nõ reportabit, Madian non superabit. Tuba ergo quæ Madian superare debet, iuncta incurrit oportet cũ huius clãgore lagenæ, hoc est cũ Christi corporis passione, sicut & tuba quę Hierichũtinos debet prostrare muros, ex cornu debet esse arietũ, Christũ figurãs pro nobis passũ, nã tũc & illi cadent, & simul populus acclamabit, qui nõ ante in voces erupit, quã tubas audisset, vt sacer inquit textus, & aduocat Magalla. nã equidẽ tunc acclamabit auditor, tũc pectus percutietur peccatoris, quãdo in aurib⁹ eius talis intonuerit tuba, quę talẽ, tãtamque ei pœnitudinẽ incutiet, vt simul cum illa clamare cogatur, plangere, la-

Iudic. c. 7. 23. Lagenæ Gedeonis côfractę, quid significent.

24. Martyrum corpora aliqui affirmant.

August. D. Greg.

Ambros. 25. Prædicatorum alij passionem prædicantium.

26. Gedeon suã frangens lagenam quem significat.

n. 17. Glossa. Inter.

27. Mortificatio prædicatoris nisi simul procedat cum prædicatione Passionis parum proficiet.

28. Muros Hierico non ante cecidisse nisi post clamorem populi. *Magall.* quid significet.

postea suppeterent, tanquam quid adiunctum, non desideratum, eis sine tristitia fruebatur, vt infra dicemus.

12\. Diuitias appetens in quantis se malis immiscet.

At, qui diues vult fieri, & non laborat pro necessarijs tantum, sed vt ditescat, sed vt diuitijs impleatur, & abunder, fruetur ne illis pacificè? Audi Apostolum, *Qui volunt diuites fieri*, inquit, *incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis*, 1. ad Timotheum sexto, numero nono. Hunc locum exposuimus supra cap. 4. num. 12. in homilia, sed expedit nunc de nouo illum enucleare, noua considerantes, & addentes. Primum ergo ait, *Qui volunt diuites fieri*, id est, vt exponit sanctus Doctor, *qui abundare vult, & non tantum necessaria quærit*, quod qui talis est, addit Apostolus, *incidit in tentationem, & in laqueum diaboli*, Per tentationem, intelligit Sanctus Doctor hîc, *illectio, & inductio ad peccatum*, hoc est, quod facile ad peccatum patrandum inducitur, qui diues vult fieri. Alij per tentationem, procliuitatem quandam intelligunt ad deserenda omnia diuina. Duo ergo, & horrenda mala, illectio scilicet ad peccandum, & procliuitas ad peccatum, ex quo fit, vt non necessarius sit Diabolus ad talem perdendum, sed ipsummet desiderium sufficiat diuitiarum, cùm ex se hoc ad peccandum illiciat, facilemque hominem constituat ex procliuitate.

Paul. 1. ad Timoth. 6. num. 9.

S. Doctor.

13\. Diuitem in tentationem incidere quid sit.

14\. Diuitiarum desiderium diabolus est homini, ad peccandum eum inducens ac omnium diabolicarum tentationum receptaculũ constituẽs.

Quod vnico dixit verbo sanctus Iudas Apostolus cap. 1. num. 5. de malis, & peruersis loquens doctoribus, qui non secus ac Balaam mercede corrupti, ad multa profluxerunt, non solum falsa dogmata, sed peccata, *Væ, qui errore Balaam mercede effusi sunt*. hoc est, vt inquit Caietanus, *in summam libertatem peccandi deuenerunt*, decepti ab eodem vitio quo Balaam, nempe cupiditate habendi, concupierunt sicut ille, statim ergo in libertatem peccandi deuenerunt, *& affluxerunt*, vel in, *proruptionem totius flagitij*, vt inquit, Sa, & Guillandus, vel vt Salmeron, *in falsi boni præcipitium*. quod totum secundùm Diuum Thomam dixit Apostolus dum ait, *incidunt in tentationem*. Sed liceat alium sensum adducere, vt scilicet illud sit in tentationem incidere, quod totum quantus est homo, tentationibus se exponere, habilemque se constituere, vt sic dicam, ad omnes suscipiendos diaboli ictus, ita vt veluti signum quoddam sit ad illos expositus, *Nihil enim sic diabolo subijci hominem facit*, inquit Chrysostomus homilia decimatertia in Matth. *vt inhiare opibus, atque habendi amore superari*. Nam cùm auaritia, *sit per se*, vt inquit Thalasius Monachus Hecatonta. 1. *mater affectionum, quarum illecebrosarum nullus erit modus si inualuerit*, fit, vt crescentibus affectionibus, omni ex parte anima validè exposita sit inimico: nam sicut quando pecuniarum studium non adest simul & omne aufertur malum, vt dictus inquit Chrysostomus homilia decima sexta in primam ad Timotheum, *Tolle*, inquit, *pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt*. Cùm vt inquit Saluianus libro septimo de prouidentia, *rabies cupiditatis vitium totius generis humani est*, Sic & quando & illud adest, hoc est studium pecuniarum, omnia simul & adsunt, pullulantque mala.

S. Iudas cu. 1. nu. 5.
Caieta.
Sa.
Guilland.
Salmeron.

Chryso.

15\. Auaritia affectionum mater.

Thalasi.

Chryso.

16\. Omniũque malorum fomes.

Salmian.

A

Ob quod Diuus Hieronymus 1. ad Timoth. 6. super illa verba, *errauerunt à fide*, consulit auaritiam, desideriumque habendi, non exscindendum esse, sed euellendum, quia, *radix, excisos*, inquit, *semper denuo reparat ramos, euellenda est ergo radix, ne rami superfluè exciduntur*. Nã si illa remanet, quantumuis stipitem succidas, ramos amputes, frondes deijcias, semper in dies noua renascentium vbertate malorum repullulabit, hinc fit vt illa tactus homo in tentationem incidat, hoc est, vti diximus, in signum euadat omnium diabolicarum versutiarum, & insuper, vt inquit Apostolus & *in laqueum*, quod est secundum concupiscentiæ diuitiarum malum.

D. Hie. 1. ad Tim. 6.

17\. Desiderium habendi, nõ excindendum, sed tollendum.

Aposto.

Quid per laqueum? Sanctus Doctor intelligit ipsasmet diuitias malè partas, quas restituere non vult auarus. *Diuitias non habentibus ad tentationem, habentibus ad laqueum, quia non libenter reddunt eas, quas auferunt*, Sanctus Chrysostomus, *infidelitatem*. Haymo, *damnationem*. alij, *superbiam*, alij, *captiuitatem*. vltimo tandem, & quidem optimè, per laqueum intelligit Cornelius, *ipsamet desideria multa, inutilia, & nociua*, in quibus incidũt tales homines, quæ, vt ait Apostolus, *mergunt hominem ad interitum*, id est, *in mortem temporalem*, vt ait Diuus Thomas, *& perditionem*, idest æternam, vt idem Sanctus. Hic certè est maximus ille laqueus diaboli, in quem qui semel incidit, in interitum, perditionemque vadet. Da hominem semel in corde suo desideria admittentem multa, inutilia, & nociua, & ego do tibi eum corpore perditum, & anima. Quod eleganter dixit Saluianus libro ad Ecclesiam Catholicam. cupiditatem Christianorum perstringens, quam corpus simul, & animam eorum asserit perdere. *Maxima nunc*, ait, *filiorum tuorum portio mortiferarum rerum negociatrix est, propudiosis, & cauponibus similis terrenis, immo tartareis, perituris simul, atque perdentibus studet nundinis, lucro pecuniæ damnum vitæ emunt, vt acquirant quæ non sunt sua, prodigant quæ sunt sua, mandant terræ thesauros luctuosos, hæredibus breue gaudium, authoribus longum mœrorem allaturos, fraudantes vsu rerum præsentium tam alios, quàm seipsos*. Vbi notanda sunt illa, *lucro pecuniæ, damnum vitæ emunt*: nam dum frænum cupiditati imponere nesciunt, & dum amplius possidere appetunt, mediocribus non contenti, mare subeunt, ventis se donant, æstu, geluque aduruntur, hinc vitam cum anima amittentes, lucro pecuniæ vitæ damnum emunt, in quod totum inciderunt, quia in desideria venerunt multa, & nociua, quorum, *radix*, vt inquit Apostolus, *est cupiditas*, auri scilicet, quæ dicitur, *radix omnium malorum*, vel vt inquit Augustinus, *quia impellit ad omne peccatum*. vel vt sanctus Doctor, 1. 2. qu. 84. ar. 1. & 2. *quia per eam exequitur homo omne peccatum*: vnde ordine intentionis inquit esse superbiam initium omnis peccati, executionis verò auaritiam.

B

S. Thom.

18\. Diuitiæ quomodo laqueum sunt.

Sanctus Chrysost.
Haymo.
Cornelius.

Apostol.
S. Thom.

19\. Desideria multa, laqueum diaboli.

Saluia.

C

20\. Animam & corpus perdunt.

21\. Cupidi diuitiarum lucro pecuniæ quomodo vitæ damnum emunt.

D

22\. Auaritia quomodo radix omnium malorum.

August.
S. Thom.

Ex hac ergo radice, nempe argenti, aurique cupiditate, duo horrenda sequuntur mala, à fide Apostasia, & in multos casus dolores; vt inquit Apostolus. At quomodo auarus, seu qui diues vult fieri, desinit credere, & infidelis efficitur? quid auaritia, seu concupiscentia diuitem euadendi, vt aliquis fidem deserat? *Quia per sanam doctrinam fidei*, inquit S. Doctor, *prohibentur multa*

23\. Auarus & qui diues vult fieri quomodo à fide deuiat.

Idem

illicita lucra, à quibus desistere nolunt, & inueniunt sibi aliam doctrinam, vbi eis sit spes salutis, & hoc specialiter faciunt vsurarij. Verè, & egregiè dictum. In quibus sancti verbis adnoto illud, *specialiter*, quia si licet hoc contingat vsurarijs, non ob id fit vt etiam alijs non contingat peccatoribus, fornicator enim qui impunè vult fornicari, videt quia sana doctrina non sustinet fornicationem, aliam inquirit, negans fornicationem esse peccatum, vt in ea habeat salutis spem. Sic & vorator, superbus, & inuidus, cùm sanam sustinere non possunt doctri-

24. Fons & origo omniũ hæresum.

nam, aliam perquirunt in quo spem possint habere salutis, ex quo imputo, obscænoque fonte, omnes simul emerserunt impuræ, obscœnæque hæreses. Peruersi enim homines, non valentes conscientiæ morsibus resistere, quæ validè eos angebat, aduersus eorum latrans peccata, ex sancta Dei, Catholicaque Ecclesiæ doctrina, peregrinam inuenerunt, qua, etsi propria à principio eorum obsistente conscientia, voluntariè, violenterque tandem eam sedarunt, noua lege, nouaque fide, tollentes è medio, omne illud quod nouam, & brutalem, vt sic dicam, eorum contractabat enormitatem; desiderabant quotidie epulari, ac inebriari, inuenerunt legem ieiunia, abstinentiamque tollentem, volebant luxuriari, abstulerunt Castitatis, Religionisque votum, volebant latè, & sine vllo fræno peccare, omnia legis Christianæ eliminarunt præcepta, solam fidem asserentes sine operibus sufficere, vt simul cum spurcitijs, quas operabantur, *spem haberent salutis*, cæci, & cæcorum duces, &c. Vnde & veram doctrinam amittẽtes, simul etiam & fidem Catholicam perdiderunt, quod etsi omnibus peccatis euenit, maximè autem auaritiæ, quæ vt inquit Apostol. apostatare facit à fide.

Apostol.

25. Nabuchodonosor cur ad statuam adorandam diuites non pauperes aduocauit.

Enimuero statuam auream adorandam proponens impius Nabuchodonosor, vt faciliter hoc assequeretur, ad eam colendam, non pauperes, non viles, & nihil aduocauit habentes, sed principes, sed diuites, sed qui summa gubernacula tenebant. Danielis tertio numero secundo, *Itaque Nabuchodonosor Rex, misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes Regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat.* Perquire aduocatum pauperem, & non inuenies. Cuius rationem adducit Hieronymus, tum quia seductis Principibus, seducuntur populi, tum etiam quia, cùm hi diuites essent, ne diuitias amitterent, facilè credidit statuam ipsos adoraturos. *Excelsa periculosius stant*, inquit Hieronymus, *& citius corruunt quæ sublimia sunt; Principes congregantur ad adorandam statuam, vt per Principes seducantur & gentes, qui enim diuites sunt, & potentes, dum timent carere diuitijs, & potentia, facilius supplantantur.* Nil melius, nil experientia teste verius. Exemplum

Dan. 3. 2.

Hierony.

26. Britãni cur à fide defecerunt, & fœdissimè.

tibi sit vna Britannorum gens, cuius Principes tantum in principio statim à fide aberrasse inuenimus, non alia equidem ratione, nisi quia, vt dictus inquit Hieronymus, carere potius diuitijs, quàm Deo timebant. Hinc vt, *lætificarent Regem in mendacijs suis*, statuam non equidem auream (quod mirandum) sed terream, putridam, fœtosam, omni repletam spurcitie, Annam nempe Bolenam, ignauè, indecoreque adorarũt, præ cæteris hæreticis turpiter antiquam, sanctamque mutantes Religionem, dum alij, aut superbia, aut dominandi desiderio moti, à vera aberrarunt luce, Angli autem tantum vt Regi ignauè, turpiterque complacerent, & sic vt vna fruerentur fœmina, non equidem Regina, sed eius subdita, non virgine, pudicaque, sed lupa, ac vulgata. Quod si animaduerterent, hac solum ratione, quando & aliæ deessent, ad antiquam, ab illustribus auibus, proceribusque acceptam, sacrosanctam Religionem redire deberent, à qua sic miserè, sic fœdè recesserunt. Vt semel videas, quàm verum sit Apostoli dictum, desideria auri causam sæpè sæpius à fide esse Apostasiæ.

Idem Hierony.

27. Auari numquam sine dolore diuitias possident.

Secundum autem malum est, *immiscere se doloribus multis*, quia numquam sine dolore possident, numquam sine tristitia. Vnde Chrysostomus. *O homo*, inquit, *qui appetis opes, spinas appetis, non rosas, aculeos quæris, non gemmas.* Et in summa, qui vult diues fieri, tales cruciatus in se sentit, vt pene omnes dolores in illo sint, Iob. 20. num. 22. *Cùm satiatus fueris diuitijs, arctabitur, æstuabis, & omnis dolor irruet in eum.* Nota particulam, *omnis*. Vnde diuitiæ, festiuaque gaudia, quando ad talium domos ingrediuntur, non secus ingrediuntur, ac si bellum, si pugna, si dissidium, si gladius. Populus certe lætabatur, quando vitulum adorauit, epulabatur, conuescebatur, choræasque ducebat, at dum Iosue has audiuit voces, *vlulatus pugnæ*, dixit, *auditur in castris*, Exod. trigesimo secundo, numero decimo septimo, quid pugnæ vlulatus cum gaudio & lætitia? multum equidem: nam omnis fruitio, omne gaudium, omnis lætitia, omnes denique diuitiæ quæ sine Deo sunt, & in domum ingrediuntur, pugnæ sunt, bellum, dissidium, excidium, ob quod quando in domum istæ adueniunt, non secus dominis plorandum, innuit sanctus Iacobus capite quinto, numero primo, ac si summa eis aduenisset miseria, cùm sic hominem perdunt, vt ipsæ solæ ad ipsum occidendum, condemnandumque sufficiant, *Agite*, inquit, *nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenerunt vobis*: hoc est in diuitijs vestris: has miserias dixit, vt adnotat Saluianus, libro primo ad Ecclesiam quia omnium causa sunt miseriarum, *Ad diuites*, ait, *peculiariter loquitur, plangere eos præcipit, mala futura nunciat, ignem perpetuum comminatus, & hoc, quo mina ipsa magis timenda sint, non propter homicidia, non propter fornicationes, non ob sacrilegas impietates, aut alia postremo vitia, letali gladio animas, & perenni occisione iugulantia, sed propter solum tantummodo opes, propter infamem cupiditatem, propter auri, atque argenti famem, vt ostenderet scilicet, sufficere hæc homini ad æternam damnationem, etiam si reatus alij non fuissent.* En qualem dant diuitiæ malè partæ finem, qualem vitam, hanc in bello, illum in pœnis. Non sic verò, qui à Deo eas accepit, nam cùm ipse solis necessarijs contentus existat, lætatur dante Deo diuitias, securus quod si tollat, non ei panis deficiet, & aqua, vestimentumque, quod ipse tantum petebat, necessarijs tantum contentus, quod Apostolus 1. ad Thimotheum sexto, numero sexto, quæstum magnum appellauit. *Est autem quæstus*, inquit, *magnus, pietas cum sufficientia*,

Chrysost.

Iob. 20. n. 22.

28. Bona huius vitæ eiusque gaudia quando sine Deo excidium sunt.

Exod. 32. 17.

S. Iacobus ca. 5. nu. 1.

29. Diuitię sine Deo miseriæ summæ omni fletu dignę.

Saluian.

30. Ad æternam sufficiunt damnationẽ ex se solę.

31. Diuitiæ cũ Deo & à Deo tranquillam pariunt vitam.

Paul. 1. ad Timoth. 6. num. 6.

August. quia, vt inquit Augustinus serm. 205. de Tempora in hunc Apostoli locum, *Cætera grauant, non sublenant onerant, non honorant.* De qua re videndus est Ambrosius, lib. 6. in Examer on cap. 8. circa finem Hinc ipsa sola duce natura pietatem cum sufficientia quęstum esse magnum Philosophi cognouerunt, quorum princeps Plato Dialog. 3. de Legibus, postquam dixerat illorum cœtum virorum iustissimum esse, in quo nec inopia, nec diuitię essent, hanc sibi in Phædro postea beatitudinem postulat dicens, *Tantum mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alius, nisi vir temperans.* Quod Sanctus considerans Chrysostomus, tom. 3. homil. 79. *Ne patiamur*, inquit, *qui ad spem visæ immortalis, Christum sequimur pauperem, vinci nos ab Ethnicis philosophis, qui paucis contenti, hilarem, & sine curis vitam traducebant.* Notanda hæc postrema verba, hilarem vitam ducit qui paucis contentus, quia sine curis, quam dum iustus tenet, merito illum frui de bonis huius dicimus vitæ, non verò peccatorem, etsi illis abundet.

32 Diuitiæ abundantiores grauāt.
Ambros.
Plato.
33. Pietas cum sufficientia quæstū esse magnum philosophi cognouerunt.
Idem in Phædro.
Chrysost.

At si ad hæc pacationem addas, securitatemque conscientiæ, talis fruitio non erit nisi pars fruitionis cælestis, foris enim gaudent in bonis, quæ possident intus lætantur conscientiæ pacatione, & lætitia: foris fruūtur delitijs, & reminiscentes quòd absque peccato, nullusque introeuntes ad semetipsos, quod adsit, stimulans, reduplicatur gaudium, crescit lætitia, quod non sic peccatoribus, nam stimulante intus conscientia in medijs eos cruciat, torquetque delitijs. Præclarè de hac re Augustinus in Psalm. 31. *Dominus*, inquit, *in Euangelio ait, intra cubiculum tuum & claude ostium, & ora in occulto, cum intras cubiculum intras cor tuum, beati qui gaudent quando intrant ad cor suum, & nihil mali ibi inueniunt, quomodo nolunt intrare in domos suas, qui malas habent vxores, quomodo exeunt ad ferum, & gaudent, cæpis hora esse quia intraturi sunt in domum suam, & contristantur, intraturi sunt ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad euersiones, quia non est domus composita, vbi inter virum, & vxorem pax non est. Si ergo miseri sunt, qui redeunt ad parietes suos, quanto sunt miseriores, qui ad conscientiam suam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorum euertantur, Ergo vt possis libens redire ad cor suum, munda illud, aufer mala, & intra cor suum, & gaudebis ibi, cum ibi cæperis gaudere, ipsa munditia cordis tui delectabit te.* Nil quidem melius, nec aptius. In qua Augustini sententia illud valde notandum, compatasse scilicet conscientiam vxori, & aptè, quæ comparatio, etsi in multis conuenit, præcipuè tamen in duobus: nam sicut ista indiuidua est comes, semperque assistit, numquam maritum derelictura: sic conscientia introstat, indiuidua, semperque adhærens socia, testimoniumque operum, ac sicut de tristibus affligitur vxor, de lætis gaudet, sic pari modo ipsa, optimè ergo vxori conscientia assimilatur. Quod cùm ita sit, est ne alia vita beatior, est ne fruitio similis? est ne aliud delectamentum maius in hac vita quàm fruitio, concordia, vxoratorumque pax? *Perfruere vita cum vxore, quam diligis*, inquit Salomon Eccles. 9. num. 9. *cunctis diebus vita instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi, sub sole omni tempore vanitatis tuæ.* Vbi S. Hieron. sic legit, *Vide, & contemplare vitam ipse, & vxor tua tecum, quasi dicat, nec enim poteris sine tali vxo-*

34. Conscientiæ bonæ securitas magnam diuitibus bonis parit lætitiam.
35. Conscientiæ malę stimuli & tormenta.
August. in psal. 31.
36. Conscientia vxori cur comparetur.
37. Fruitio summa, concordia inter virum & vxorem.
Eccl. 9. 9.
Hierony.

A *re solum viuere vitam.* Quasi diceret sanctus, vitæ commoda considera, opportunitates & iucunditates, sicut etiam incommoda, atque discrimina, hæc enim malè sustinebis sine vxore, & illis perfectè non frueris sine illa. Sed licet hic sensus optimus sit, tamen quem noster efficit Vulgatus excellens est. *Perfruere vita cum vxore*, quasi dicat, alia desine oblectamenta inquirere, ad hoc vnum attende, perfrui scilicet vita cum vxore tua, quod est summum omnium in hac vita delectamentum.

38. Vxor vnicū debet esse homini delectamentum.

Quid ni? nonne mulier vnum quid est cum homine, non solum vna caro, sed vnus, ve sic dicam, spiritus? Malach. 2. num. 14. increpans eos, qui non eo amore, quo par est, coniuges prose quantur, sic ait. *Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui, nonne vnus* B *fecit, & residuum spiritus eius est?* Locus perobscurus, cùm dissentiant authores quid intelligatur per illud, *vnus fecit*, cùm Hebræi, multique ex nostris, Abraham illum esse putant: breuiter cum Hieronymo, Chrysostomo in sermone de libello repudij tomo quarto, Cyrillo, Theodoreto, Ruperto, & Lyrano, *Deum*, intelligendum esse iudico, vnde sensus est, nonne vnus, nempè Deus, Adam fecit, & residuum, hoc est & mulier ex residuo Adami formata, etiam spiritus, hoc est Dei: vel etiam intelligi potest Adami, vt aliqui intelligunt, Dei nempe, quatenus, vt inquit Chrysostomus, ab ipsomet effecta, non ab altero, *Non potes dicere*, inquit Chrysostomus, *quod te quidem Deus fecit, illa vero non Deus, sed alius quidam illo deterior, sed vnus & idem, vtrosque, vt essent, produxit.* Adami autem quatenus ad eius instar Deus C similem ei animam, simile inspirauit spiraculum vitæ. Vnde rectè non solum Adam dicere vxori poterat Euæ, *caro ex carne mea, sed spiritus ex spiritu meo*, ex quo fit, vt sicut vna sunt caro, sic vnus debent esse spiritus, vnaque voluntas. Si ergo mulier spiritus viri, eiusque anima, qualis delectatio, qualis sine illa vita? Quapropter merito dixit Sydrac cap. 26. num. 2. *mulieris bonæ beatus vir, & mulier fortis oblectas virum, & annos vitæ illius in pace implebit.* Dicat ergo Salomon, consulatque homini, vt cæteris præmissis oblectamentis, cum vna tantum sua fruatur vxore, nam vt inquit Diuus Chrysostomus homil. 38. in cap. 11. Math. prope finem, *Quid vxore casta, moderata & temperante marito dulcius?* Barbarosque adducit, Romanos deridentes, alia, extra vxores, solatia quærere. *Barbari quidem ipsi cùm de theatralibus his ludis, ait, & importuna delectatione fabularum audissent, dixisse feruntur verba omnibus* D *institutis Philosophia dignissima. Romanos enim dixerunt, quasi liberis, atque vxoribus careant, tales sibi excogitasse voluptates, quibus verbis ostendebant, nihil vxore modesta, nihil liberis esse posse suauius ei, qui honeste viuere velit.*

39. Vnus & cū homine spiritus, non solum vna caro.
Malach. 2. nu. 14.
Hebræi.
Hierony.
Chrysost.
Cyrillus.
Theodore.
Rupertus.
Lyran.
Chrysost.
40. Vir & vxor vnus debēt esse spiritus, vna voluntas.
Eccles. ca. 26. 2.
Diuus Chrysost.
41. Vxore bona nil dulcius in hac vita.

At si mala est mulier, maritoque non consentiens, nullus infernus similis, *Sicut iugum bouum, quod mouetur, ita & mulier nequam.* Iugum enim si non bene colligetur, colloque arctetur, excutiat boues, quassat, scindit, rumpitque ceruices: sic mulier quæ viro non bene colligata, scindit, frangit, rumpit eum. *Nil est molestius*, inquit Chrysostom. homil. 26. 1. ad Corint. 11. *quàm non cum beneuolentia intus habitantem ha-*

42. Mulier mala infernus.
Eccles. vbi sup. num. 10.
Chrysost.

bere vxorem, & quodcumque peccatum dixeris, nil dicas quod maiorem afferat dolorem, quàm cum illa agitare seditionem. Nil melius. Quæ omnia ad conscientiam translata, quæ, vt inquit Augustin.
August. veluti vxor hominis est, nulla equidem beatior reperitur vita, quàm sibi eam consentientem habere, hoc est non latrantem, non obiurgantem, non increpantem, non est gaudium simile, non est similis in vita fruitio, ex illis enim quæ probata coram Deo hominibusque sunt, vnum illud est, vt inquit Salomon, *Vir & mulier, sibi consentientes*, hoc est,
Eccl. 25. 5. qui simul gaudent, & simul onera portant, sic non est aliud, quod magis Deo probatur, quodque non solum apud homines, sed apud Angelos, magis

43\. *Deo Angelisque summè placet homo bonæ conscientiæ de huius mundi fruens bonis.*

egregiè appareat, quàm gaudium, & fruitio rerum huius mundi cum bona, sanctaque conscientia, hæc est vera fruitio, hæc est optimum illud oblectamentum, cui Deus hoc singulare concessit, vt in hac vita incipiat non altera expectata, & præmium partemque habeat laboris sui, quo sub Sole laborat, quod non sic quando rixosa est mulier, hoc est mala hominis conscientia, intus reclamans, obiurgans,

44\. *Iusti securè diuitias possident, pacatéque & cur.*

dissentiens, continuéque latrans, viuunt equidem infœlices, etsi aliter foris appareat, hinc non sic læti sua possident, ac sancti & iusti pacatæque conscientiæ viri.

At si ad hæc addas non solum conscientiæ pacationem, sed securitatem, qua iusti hæc bona possi-
Gen. 33. 15. dent, vtpote parum illis addicti, & toti in voluntate Dei repositi, securi, quia si ipse non vult, nullus est qui auferat, & si vult, eius tantum voluntas pro omnibus est eis diuitiis, Deus bone! quomodo securi degunt, quo modo sine metu manent?

Notandum est sanè illud, quod Iacob respondit fratri suo, Genes. 33. n. 15. nam cùm illi dixisset Esau vt simul pergerent, & se excusasset Iacob, propter paruulos fœtasque oues, & addidisset Esau. *Oro te vt de populo, qui mecum est*, properauerat enim in occursum Iacob cum quadringentis viris, *saltem socij remaneant via tua.* Cui Iacob, *Non est*, inquit, *necesse, hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi.* Mirum quippè videri potest, cur Iacob socios non accepit itineris, & milites, qui illum, suaque custodirent, cùm per medium transiret extraneorum? cuius causa Esau

45\. *Iustorum securitas quanta in medio periculorum.*

non ausus est ire obuiam fratri, nisi non minùs quã quadringentis stipatus armatis. At si ad quod dicimus attendamus, cessabit admiratio: Esau erat peccator, Iacob iustus, Esau sine securitate possidebat sua, ideo stipatus incedebat, at Iacob iustus, quia cũ magna sua fruebatur securitate & sine vllo metu, Deo se protegente; ideò, inquit, *non est necesse*, vno tantum indigens, nempè, vt inueniret gratiam in conspectu fratris, hac adepta nihil amplius ei videbatur esse super. Sic iusti nihil timent sibi, dum pacatum Deum tenent, omnia pro se stare reputant si Deus cum illis, vnde si perire cætera videant, de se semper securi sunt, sit ignis, sit grãdo, sint tonitrua, sit cœlum turbidum, totusque fulgoribus rutilus aër, ipsi securi degũt nil metuentes, nil reformidan-
Exod. 9. 19. tes, Exod. 9. 19. cum Dominus misisset grandinem, & ignem in Ægyptum, & plueret, ita vt dicat Scri-

46\. *Moysis ad Deum fiducia quãta.*

ptura, quod *grando, & ignis mixta ferebantur, & quod tanta fuit magnitudinis, quanta antea nunquam apparuit in Aegypto.* Dum Pharao oraret Moysen, vt pro ipso Deum deprecaretur, sic ei respondit: *Cùm egressus fuero de vrbe, extẽdam manus meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua.* Adnoto enim verba illa, *cùm egressus fuero de vrbe.*

A Grandines immensæ cadebant, moles, homines occidentes, & animalia, ignis per totum ferebatur aërem, tonitrua cadebant, & fulgura, totum horrendè resonabat æther, & hoc nonobstante. Moyses vult egredi de vrbe ad orandum, potens in ipsamet orare domo. Quid est hoc? nisi quia etsi mundus totus consumitur, omnesque metu moriantur, vt penè moriebatur Pharao, solus Moyses, solus seruus Dei est, qui securus inter ignes, grandines, & tonitrua incedit, & in medio eorum palmas ad Deum extendit orans securus, & quietus. Sic pari modo iam timens Dominum Ionas, mare non ti-

47\. *Ionæ fiducia quanta Deo placato.*

met, vnde & quòd in illud eum proijciant, rogat, securior in ventre Ceti, quàm in naui in cuius profundo, quia à Deo fugiebat, præ timore alto tene-
B batur sopore, dum experrectus, & in vẽtre iam Ceti tumulatus vigilans canit & exultat, felix magis, vt inquit Sanctus Zeno, sermone de timore, sepul-
chro, quàm naui. *Ionas, inquit, timens Dominum* *S. Zeno.*
spontaneum non timet adire naufragium, Ceto inhiante miserabilius sepelitur, quam præcipitatur, & tamen latus quò tendebat inuenit, antequam videat, fœlix magis sepulchro, quàm naui. Nihil pulchrius.

48\. *Amplius securus extitit in vẽtre ceti quàm in naui.*

Vt semel videas quàm securi, ac fœliciter degunt Dei serui, dum nil trepidant etiamsi in mediis reperiantur vndis, solum *sine fine*, vt inquit idem Sanctus, *student timere, ne quid præter Deum, quem diligunt, timeant, cuius suffragio*, nempè Dei, sequitur idem, *Daniel populis terribilem, inermis necat draconem, leonibus obiectus in periculo prandet, qui solet extra periculum ieiunare, Petrus asta marino fertur non naufragus, sed viator, timet profundum intercipere non timentem, nec tamen in toto dissimulat, ne per mare pedibus se ambulasse non credat.* Egregiè. Ambulauit Petrus suprà mare non ti-

49\. *Sancti solũ Deum timent offẽdere iratũque habere.*

50\. *Immo timeant, ne alium præter Deum timeant.*

C mens, ventum vidit venientem & timuit, putans ad se immergendum in profundum, cùm non nisi vt pedibus se suprà mare ambulasse crederet: sic Dei seruo, omnia famulantur elementa, sic ipse securus consistere debet. Quod cùm ita sit nonne tibi videtur, quod illi tantummodo sint, qui perfectè de huius vitæ bonis gaudent, qui cum tali securitate viuunt, qui talem conscientiam habent, qui verè Dei serui sunt. Benè ergo Salomon ait, quod *lætatus est in omnibus*, quia ipsum præcedebat & comitabatur, *ipsa sapientia diuina, & lætatus sum, &c.*

51\. *Petrus cur timuit vẽtum ambulans sup. mare, & cur cæpit summergi.*

Num. 13. *Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo.*

D

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

SVpra enarrauerat Sapiens bona quæ illi à sapiẽtiæ acquisitione aduenerunt: nunc in hoc versiculo assignat modum, quo sapientiam didicit, ad hoc vt exemplo suo similiter alij eadem via incedentes, ad eam peruenire possint, modus autem fuit addiscere illam sine fictione, id est recto fine, & vt aliis proficeret.

1\. *Salomon recto fine sapientiam desiderauit.*

Sine fictione, &c. id est sine dolo, sine fraude, recto animo, rectóque fine, non ad prauum, non ad vanum, vnde merito ad illam peruenit. Vatablus legit, *quam sine frustratione didici*, sensum faciens passiuum, nempè quòd non fuerit frustratus opi-

nione, quam de sapientia habuerat, & commodis quę promittebat, quodque doctrinam eius veram, vtilemque sit expertus. Sensus non improbandus. A

Sine inuidia, &c. Græcè *liberaliter*.

Honestatem illius non abscondo, &c. Id est diuitias, vt suprà diximus, piger abscondit pecuniam domini in sudario, & sic reprehēditur, at bonus seruus dat eam ad vsuram. Scientia non est abscondenda, sed prodenda, vnde pessimè faciunt, qui docere possunt, & non docent.

2. Scientia nō abscondēda.

Num. 14. *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.*

COMMENTVM LITTERÆ.

B

Connexio Capitis.

DIxit sine inuidia se communicate sapientiam; nunc dat rationem quare sine inuidia eam communicet, pro ratione infinitatem eius assignās, quæ nullo modo capax est inuidiæ, aut zeli, cùm tantum absit vt communicata deficiat, quin etiam summè crescat, ob quod ait *infinitus*.

1. Thesaurus quid.

Infinitus, &c. Græcè indeficiens, *Thesaurus*, trāslatitium nomen à Græco, quod Iurisconsulti definiunt, *veterem depositionem pecuniæ, cuius non extat memoria*: vel, *mobilia condita ab ignotis dominis, tempore vetustiori, quorum inuentio censeri possit beneficium Dei*. l. nunquam §. thesaurus, ff. de acquir. rer. dom. l. vnica, C. de Thesauris lib. 10. Aptè Floridus Sabinus lib. de Iuris Ciuilis interpretatione voce *peculium*, ait, vocem hanc *totam Græcam, significare partem patrimony, quam quis innumeratam, & ad casus repentinos repositam habet*. Quam curam prohibuit Christus, Matth. 6. dum thesaurizare thesauros vetuit in terra, curamque habere de crastino, volens vt toti ab ipsius dulcissima absque cura prouidentia pendamus.

l. nunquam §. thesaurus, ff. de acqui. rer. domi. l. vnica, C. de Thesauris lib. 10. Florid. Sab.

C

2. Christus cur vetuit thesaurizare super terram. *Mat. 6.*

Quo qui vsi sunt participes, Græcè, *strinxerunt cum Deo amicitiam*.

Propter disciplinæ dona, &c. id est compositi cum Deo, propter dona illis ex disciplina prouenta, per doctorem accepta, seu vt vult Hugo, per flagella, ad illos erudiendos à Deo immissa, per quæ magnis illos cumulauit donis. Vterque sensus probabilis, prior magis ad rem, & verior.

Hugo.

D

HOMILIA CXXXVIII.

Qui docere, & prædicare, qui verò non teneantur.

QVam sine fictione didici & sine inuidia communico, inquit noster Sapiens de sapientia, à Deo misericorditer accepta, vbi duo dixit, didicisse eam, *sine fictione*, hoc est, non vano fine, vt diximus, & secundò communicasse sine inuidia, hoc est, *liberaliter*. Iurarem ego, quòd sine inuidia, liberaliterque communicaturum sapientiam, si semel ea repletum viderem, & recta, optimáque eam intentione apprehendisse, non vana, non futili, nō inani. Nam qui sic litteras addiscunt, ideo eas non communi-

1. Qui sunt,

A

cant, quia soli sapientes videri volunt, & solum sciri, at qui recto fine, rectaque sapientiam addiscit intentione, illicò sine inuidia eam communicat, illico eam liberaliter, promptéque effundit, ex quo primum documentum elicitur, debere, ac teneri eos, qui à Deo gratiam acceperunt prædicandi, populumque edocendi, prædicare, & docere.

qui sapientiam in non communicant.

Non loquor hîc de Prælatis, & Episcopis, cuius est illud munus proprium, & ad id tenentur, iuxta decretum sacri Conc. Trident. sess. 5. cap. 1. de reformat. Et ob id Sacerdos summus tintinnabula habebat in veste, quæ ita strictè præcepta vt inessent, quòd si absque eis ausus ingredi in sancta Pontifex esset, non minus quàm pœna mortis plectebatur, Exodi 28. num. 35. *Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium, in conspectu Domini, & non moriatur*. Per tintinnabula autem communis est Patrum consensus, prædicationem Prælatorum intelligi, quæ cùm sub interminatione mortis præcipitur, videant Prælati, quique pondus portant animarum, ad quod teneantur, & officio perfungantur suo, ni perire velint. *Sacerdos ingrediens, vel regrediens, moritur*, Sanctus inquit Gregor. lib. 1. Registr. cap. 24. *si de eo sonitus non audiat, quia iram contra se occulti iudicis prouocat, si sine prædicationis sonitu incedit*. Quod officium sic proprium eius volunt vt sit Dei sancti, quòd dicant, non solum lingua clamare debere summum Sacerdotem, sed vita, sed incessu, sed vestitu, ita vt totus ipse vna sit vox, ob quod considerant tintinnabula in veste esse Sacerdotis, *vt vita viam cum lingua sonitu, ipsa quoque Sacerdotis opera clament*, inquit idem Sanctus. Cui consonans D. Hieronymus, ait, *Tanta debet esse scientia, & eruditio Pontificis Dei, vt & gressus eius, & motus, & vniuersa vocalia sint, veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet, & ornatu, vt quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit populorum, absque tintinnabulis enim, & diuersis coloribus, & gemmis, floribusque virtutum, nec sancta ingredi potest, nec nomen Antistitis possidere.*

2. Prælati prædicare tenentur ex officio. *Conc. Tr.*

3. Sacerdos summus cur tintinnabula gerebat in veste. *Exo. 28. num. 35.*

4. Quid ea significent.

S. Greg.

5. Prælatus totus debet esse vox.

Hieron.

At, vt dixi, de istis loqui non intendo, sed de illis quibus prædicandi onus incumbit, quia talentum, scientiamque habent, de istis dico quòd debent, & tenētur, *Qui sancta prædicationis apud se verba retinet*, inquit Hieronym. exponens illa verba, Prou. 11. num. 26. *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis*, &c. *talis maledicitur in populis, quia non solum culpa silentij, sed pro multorum, quos corrigere potuit, pœna damnatur*. Vbi notanda Hieronymi verba, nam ob duo, inquit, damnatur, ob culpam silentij, quia cùm deberet loqui, non est locutus, & secundò ob culpam quam incurrit, non liberans à pœnis, quibus si prædicasset, non incurrisset, quod est maius, ac terribile iudicium, requiretur enim ab illo sanguis, morsque istorum, vt patet ex illo Ezech. c. 3. num. 18. *Si dicente me ad impium*, &c. In qua Ezechielis authoritate duo placet adnotare, 1. quanta prædicatori incumbat obligatio prædicandi, cùm etsi aliàs quis præscitus sit, ac reprobus, si tamen illi prædicator desinet annuntiare, de animę illius perditione sic tenetur, ac si per illum condemnaretur. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel*. Chald. *doctorem, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me: si dicente me ad impium morte morieris*, id est, vt ait Vatabl. *certissimè morieris morte corporis, & consequenter animæ, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris,*

6. Quam strictè teneātur prædicare valentes. *Prou. 11. 26.*

Ezech. 3. 18.

7. De morte, & damnatione tenētur hominum, quibus non prędicaūt, etiamsi alias etiam condemnarentur.

Chald.

Vatabl.

vt auertatur à via sua impia & viuat, id est, vt quantum est ex parte tua, ipse viuere possit, *ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram*, quia scilicet culpa tua mortuus, & si aliàs esset moriturus, quod satis patet ex sequentibus. Vnde sequitur: *Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti*, hoc est immunem reddiisti à perditione eius, quod non sic, etiam si aliàs ille perdendus. Quod quidem si intimius ponderetur, magnum cuilibet prædicandi talentum habenti, timorem incutere debet, cùm omnium, vt sic dicam, præscitorum reus teneatur, quia illis annuntiare destitit, quod annuntiare debuerat: vnde nil ei suffragabitur peccatoris obstinatio, vt rectè se à prædicatione excusatum putet, cùm & obstinato, & præscito, dum in hac vita viuit, secundùm Domini sententiam prædicare, & annuntiare teneatur: quæ sic acer Augustin. prædicandi stimulus extitit, vt etsi non audiretur,

8. Augustin. vt prædicationi insistebat. *August.*

tur, etsi nihil proficeret, immò & si oppugnaretur, nunquam prædicare destitit: vnde lib. 3. de verbis Domini sermone 3. sic ait: *Domine scis, quia dixi, scis, quia non tacui, scis, quo animo dixi, scis, quia animo fleui, cùm dicerem, & non audirer, ipsa puto quod ratio nostra integra est, quia cùm vidi gladium venientem, velut speculator, vt Dominus admonet per Ezech. annuntiaui impio impietatem suam.*

9. Persecutores nostri, sunt nostri debitores. *Idem.*

Quod similiter repetit homil. 28. inter 50. & hom. 24. appellans persecutores suos, eius debitores, eo quod facerent quod dimittere illis posset, omnino affirmans impossibile esse vt eis non prædicet, *Die*, inquit, *isto solemni Episcopatus mei, prius paucis verbis alloquar debitores meos, qui mihi, nescientes apud Deum suffragantur, dum faciunt debita, quæ dimittant, vt & mea mihi dimitti promerear.*

10. Apud Deũ nos suffragantur.

Vobis itaque dico, quibus inimicus efficior verum prædicans, quorum requirens vtilitatem cogor offendere voluntatem. Nolite esse sicut equus, & mulus, non habentes intellectum: nam & hæc iumenta eos calce, morsuque appetunt, à quibus curantur, & vt curentur eorum vulnera, contrectantur, non parcis, nõ parco, aduersaris, aduersor, resistis, resisto, lucta nos comparat, sed causa separat, tu inimicus es medico, ego morbo, tu diligentiæ meæ, ego pestilentiæ tuæ.

11. Prædicatoris munus, & intentio qualis.

Secundum autem quod aduoto est, prædicatoris emolumentum, dum si per eum quis saluatur, aliàs saluandus, ipsiusmet sit animæ saluatio. Vnde sequens Dominus per Prophetam ait, *Sed et si conuersus iustus à iustitia fuerit & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.* Septuag. *tormentum*, Theodotion *infirmitatem*, hoc est aliquid quod offendit, lædit, & pungit, quo puniatur, & punctus resipiscat, *ipse morietur, quia non prædixisti ei, sanguinem verò eius de manu tua requiram, si autem tu annuntiaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.* Hoc est, vt inquit Theodoret. *duplicem lucratus es vitam, tuam, & illius*, Quid maius?

12. Suam animam saluat proximi saluans. *Propheta. Septuag. Theodo. Theodore.*

Cuius occasione, cùm de conuersione iusti hîc sit sermo, ac de eius saluatione, aduotare libet, simulque ponderare, quantum Deo cordi sit, vnius hominis iusti conuersio, qui à iustitia decessit, cùm tãtum bonum promittat cooperatori. Enimuero, & si vitam pro quolibet debemus effundere peccatore, pro iusto autem, & qui à iustitia decessit, non vnam tantum, sed mille, quid quæso Deo gratius

13. Conuersio eius qui aliquando iustus, quãtum Deo sit cordi, quãtumque præmium promittat cooperatori.

A fieri potest? aut quale maius gaudium illi afferre, quam vnum reddere ex istis? Hic enim est ouis illa, Luc. 15. num 6. deperdita, de qua tantum gaudet pastor, dum eam inuenit, nam ista ouis erat pastoris, & inter oues accubans, & apud pastorem degens, & fugit ab ouili, & se perdidit, quam magno requisitam labore, tandemque inuentam, gaudens super humeros imposuit suos pastor diuinus. Hic est drachma illa perdita, per quam sapiens mulier totam euertit domum, & inuenta conuocat vicinas, gaudens, vt sibi congratulentur, nam dum domi erat drachma, & non foras, iustum significat in domo patris manentem, & ab illa se emanentem ac se perdentem. Hunc etiam filius ille significat prodigus, de cuius recuperatione tantopere lætatus est pater, iustum lapsum designat, qui delitias paternæ domus semel degustatas miser deperdidit, ac in se postea reuersus, ad patrem rediit, quem tam festiuè accepit. Cuius Deus tantopere commisereB tur, vt dicat quòd *ponet offendiculum coram eo*, hoc est, vt inquit Interlin, *ne planam viam inueniat, & langu.dus intelligat, & dicat, conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Quod filio euenit prodigo, dum consumptis diuitiis, inter porcos se inuenit, cupiens saturari de siliquis, quas nemo illi dabat, quo punctus & expunctus offendiculo, tandem ad se rediit, qui male extra se exiit, & ad domum patris regredi properauit humilis, qui superbus abscessit, de cuius reditu ita lætatus est pater, vt occiso vitulo, iubeat manducari, & epulari, *quia mortuus erat*, inquit, *& reuixit, perierat, & inuentus est.* Reuixit, inquit, ergo prius viuus, prius iustus, & à iustitia decessit, propter hoc gaudet, quia qui iustus, & sanctus, postmodum peccator, iterum ad sanctitatem rediit, iterum ad iustitiam, iterum ad reuiuiscentiam vt sic dicam.

Luc. 15. 6. 14. Est ouis perdita, & Euangelij diagma.

15. Filius etiã prodigus.

Inter.

C Gaudet Deus, tristatur Diabolus, quia de talibus escis delectatur, & plus de vnius iusti quàm de infinitis peccatorum casibus tripudiat, cuius equidem est ratio quia tales prædestinatos putat, quos è manu Dei eripere gestit, & contra quos peculiare, & vnicè habet bellum, vnde pro vno tantum ex istis, totam simul reproborum daret cateruam, quia si vnum tantum ille eriperet, potentior Deo euaderet, æternam prædestinationem illuderet, voluntatem Dei absolutam infringeret, vnde potentior factus suprà Deum se extolleret. Quapropter non quærit Diabolus homines infideles, *non eos, qui foris sunt*, inquit Hieronym. epist. 22. ad Eustoch. & *quorum carnes Rex Assyriorum in olla succendit, de Ecclesia Christi rapere festinat, esca eius secundum Abacuc electa sunt, Iob subuertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrandos Apostolos expetit potestatem.* De talibus enim lætatur, tales necare festinat, contra istos bellum indicat, contra istos, inquam, D nam istos timet, & hos reputat viros, cum quibus certandum, cæteros autem nonnisi fœminas, de quibus parum curat.

16. Diabolus cur de casu iustorum tantum lætatur.

57. Pro vno prædestinato omnes quos in inferno possidet, daret. *Hierony.*

Enimuerò Rex ille Ægypti Pharao, obstetricibus imperauit, vt mares necarent, fœminas verò seruarent, Exod. 1. num. 16. *Si masculus fuerit, interficite eum, si fœmina, reseruate.* Quid enim per masculum nisi iustus, nisi Dei seruus, nisi qui viriliter se totum Deo dedit: & quid per fœminas, nisi peccator debilis, & mollis, qui sub potestate dæmonis degens, parum eum timet, & ideo non curat eum necare? Vnde Origen. hom. 2. sic ait: *Si rarum quemque videas, vnum ex mille, ad Dominum conuerti, oculos sursum erigere, æterna quærere, contemplari,*

Ex. 1. n. 16

18. Iusti masculi reputãtur, sicut peccatores fœminæ. *Origen.*

non qua videntur temporalia, sed qua non videntur, odisse delicias, amare continentiam, excolere virtutes, istum quasi masculum quasi virum necari cupit Pharao, persequitur, insectatur, mille aduersus eum machinis pugnat, odit tales qui fœminas amat. Nil melius. Contra hos se armat Diabolus, quia scit ab istis se debellaturum, contra hos inuehit, hos necare cupit: quod si semel euenit, indicibile prorsus quomodo gaudet, quomodo lætatur, ob quod amplius, vt dixi, desudare debet, quis si Dei feruens amator est, tum ob ipsiusmet Dei lætitiam, tum ob Diaboli despectum, qui ob hoc tantum Dei seminatores verbi abhorret, summoperéque odit, vt inquit idem Origenes, homil. 27. in cap. 23. Num. to. 1. *Super omnia verò ois est tormentorum genera, & super omnes pœnas, si quem videant verbo Dei operam dare, scientiam diuina legis intentis studiis perquirentem.* Vbi notanda sunt illa verba, super omnia tormentorum genera & super omnes pœnas.

Idem in c. 23. Num.

19. Prædicatores non prædicantes grauiter à Deo puniuntur.

Tenentur ergo valentes, prædicare; tenentur docere, quia causa illorum agitur, & non solum audientium, saluant enim animas suas, & væ illis, si nõ prædicant: *Væ enim mihi si non Euangelizauero,* inquit Apostol. ad Corinth. 1. cap. 9. num. 16. Cur væ mihi? quia *necessitas mihi incumbit,* talentum habebat prædicandi, immò & præceptum, prædicare debebat, nullóque modo ab illo se munere abstinere, quacumque ex causa. Vnde, quia semel Ierem. non amplius prædicare determinauerat, cap. 20. num. 9. *Et dixi non recordabor amplius neque loquar vltra in nomine illius,* ignis viscera eius exarsit, qui nisi foras erumperet, ea procul dubio scinderet. ac consumeret, *Factus est in corde meo quasi ignis æstuans, clausúsque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.* Vnde benè Hieron. vbi sup. *Magnum discrimen est,* inquit. *Dei tacere sermonem, vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem.*

Ad Cor. 1. 9. 16.

20. Hieremias punitus, quia prædicare destitit.

Hiere. c. 20. 9.

Hieron. vbi sup.

21. Prædicator prædicet etiamsi fructum nõ faciat.

At si nihil profuit prædicator, nunquid desistet? nunquid tutus erit, si prædicationem deserit? non equidem, cùm quod ei præcipiat Deus, sit prædicare, non verò fructum facere, illud ei incumbit, & præcipitur, quod dum exequitur etsi fructum non colligat, erit ei pro fructu obtemperasse, officiumque suum explesse, quod non mediocris gratiæ; hoc est illud Apostoli, vbi suprà, num. 7. *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.* Difficilia verba, & in quibus nullum reperi, qui ad sensum eorum mihi responderet, cùm multos consuluerim. Dicam meum, & fortassis minus probabilem, & est, qui mihi magis arridet.

Paulus vbi suprà nu. 7.

22. Pauli locus difficilis de obligatione prædicandi explicatur.

De obligatione ergo prædicandi loquebatur Apostolus, qua ipse tenebatur ex Dei præcepto, & simul quòd ipse ad supererogationem sumptus prædicationis non requirebat, cùm posset, vnde sic inquit, *Ego autem nullo horum vsus sum,* nempè emolumentorum, quæ suprà enumerauerat, *non autem scripsi hac vt fiant in me, bonum est mihi magis mori, quàm gloriam meam quis euacuet.* Vbi appellat gloriam, secundum D. Thom. mercedem plenam, & maximam, quam ex labore sperabat prædicationis, sine sumptibus. O quàm pauci sunt hodie gloriosi prædicatores! *Multi moderni doctores gloriã illam euacuant,* inquit Sanctus Thom. hîc, *vel propter intentionem sumptuum, vel propter fauorem humanum, nam si Euangelizauero,* sequitur Apostolus, *non est mihi gloria, necessitas mihi incumbit, va enim mihi est, si non euangelizauero,* id est, si pro-

23. Apost. Paulus ad prædicandum sumptus non requirebat.

Idem.

24. Gloriam suam nominabat prædicationem sine sumptibus.

D. Thom.

25. Gloriosi prædicatores hodie pauci reperiuntur.

A pter acceptionem sumptus euangelizauero, non erit mihi gloria, id est illa supererogationis, nam cũ ista detur operibus non ex necessitate factis, sed ex voluntate libera, & non coarctata propter præceptum, vt erat illa Apostoli ad prædicandum, ideo, inquit, licet prædicem, amittam tamen gloriam illam, quam nunc habeo, ex opere supererogationis; non accipiẽdo sumptus. Quod cùm dixisset, sic tandem concludit; *Si enim volens hoc ago,* id est, si libenter prædico, licet necessarium mihi sit, *mercedem habeo,* id est, gloriam illam supererogationis, quia sine sumptibus prædico, *Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est,* scilicet pro mercede, id est, merces, & fructus, licet inuitus prædicem, *est dispensatio mihi credita,* executio scilicet obedientiæ, & B præcepti, qua adimpleta, mundus ero à peccato, & liber ab illo: vnde licet inuitus prædicem, tamen mercede non defraudor, quia obligationem adimpleo, qua teneor, & nihil amplius debeo: pro mercede enim reputauit Apostolus obedientiam, complementumque dispensationis sibi creditæ. Ergo licet ex hoc colligere quod diximus, nempè, si quis prædicet & laboris fructum non videat, tamen fructu non caret, *dispensatione,* nempè *sibi credita,* id est satisfactione præcepti, & obligationis, fecit quod suum erat, hoc est prædicare, hoc illi impositum ad nihil amplius tenetur. Quod præclarè dixit Bernard lib. 4. de Consideratio. ad Eugen. docens munus prædicatoris, & Prælati, esse mendicare, & non curare. *Noli,* inquit, *diffidere curam exigere, non curationem, denique audisti, curam illius habe, & non cura, vel sana illum. Verum dixit quidam.*

26. Prædicator etsi sine fructu prædicet mercede non caret, quilisque sit illa.

D. Bern.

Non est in medico, semper releuetur vt æger.

Paulus loquitur, plus omnibus laboraui, non ait plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificaui, alias C *vnusquisque secundum suum laborẽ accipiet, non secundum prouentum, & ob hoc in laboribus potius, quàm in profectibus gloriandum putauit, ita quæso factu, quod tuum est, nam Deus quod suum est absque tua sollicitudine curabit, planta, riga, fer curã, & tuas explicuisti partes, sanè incrementum vbi si voluerit dabit Deus, non tu, vbi forte noluerit, tibi deperit nihil, dicente Scriptura, reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum.* Nil melius dici potuit. Vnde concludit tandem. *Securus labor, quem nullus valet euacuare deffectus alicuius.* Non ergo desistet prædicator, licet fructus non colligat, quia ipse non sine fructu. *Si semen per te iactum,* inquit Chrysostom. Conc. 1. de Lazaro, *auditor non receperit, nec obedientia fructum retulerit, tu tamen cõmunicati consilij mercedem fers à Deo, nec minus accipies pramij non auditus quàm accepturus eras, si ille obtemperasset.* Cuius rationem addens, eam D ipsam dat, quam Bernardus, *Quod erat in te præstitisti,* inquit, *vt enim persuadeamus auditoribus, non sumus obstricti, sed tantum vt admoneamus.* Vnde tantum in hoc premit idem Sanctus, vt infrà asserat, plus laudis mereri eum, qui nõ sperat fructum, & tamen non cessat verbum seminare, quàm eum, qui fructum ab auditoribus colligere confidit: *Quod si dicendum,* inquit, *aliquid nouum & admirandum dicam, quod haud tantumdem laudis meretur is, qui præscit futurum, vt is qui Concilium acceperit obtemperet, quantum is, qui frequenter loquutus, frequenter adhibita monitione frustratus est, nec sic tamen desijt.* Cuius rationem assignat, quia qui sperat fructum, etiamsi segnissimus esset, non desisteret prædicari, at qui non sperat nullum alium nisi, charitatis, proximique amoris stimulum habet,

27. Docere tenetur non persuadere, curare nõ sanare.

Chrysost.

28. Plus laudis meretur prædicator prædicans etsi sine fructu, quã qui cum fructu. Secundum Chrysosto.

Idem.

Idem.

quapropter ita se conuictum ex hoc asserit idem Sanctus, vt prorumpat in hæc verba. *Mso quidem animo sic persuasi, quoad spirauero, & donec Domino visum fuerit nos in præsenti vita versari, hoc implere ministerium, siue quis attendat, siue non attendat, vt faciat ea quæ præcipiuntur.* Præclarum exemplum, omnioöque sequendum, digna Chrysostom. sententia, quam determinationem ipsemet Sanctus multis corroborat argumentis.

29. Rationes quibus prædicator esti fructū non videat, cessare tamen non debet à prædicatione.

Primò enim suum Sanctus probat intentum, quia nunquam prædicatio est sine fructu, nam primò si non omnes, aliquos tamen cōuertit, etsi non aliquos, saltem vnum, & hic vnus sufficit *ad consolationem*, inquit. Secundò, etsi nemo conuertitur, quod difficile existimat Sanctus, *immo verò*, inquit, *pone neminem nostris dictis fuisse persuasum, quamquam id fieri nunquam potest, vt sermo in tam multis disseminatus, vacet omni fructu*: tamen & cum hoc non caret fructu prædicatio, nam & mali, etsi non conuertuntur, tamen non ita impensè nec liberè deinde malum operantur, & boni in bono B magis confirmantur, & consolidantur.

Secundò confirmat ex spe; *hodie non persuasi, cras persuadere potero, hodie quod audiuit, repulit, cras fortassis audiet, & recipiet.* Hoc confirmat exemplo piscatoris, qui frustratus tota die, quando piscationem sero dimittit, tunc piscem colligit. Agricola etiam non ob id seminare desinit, quia non collegit, nec mercator mercaturam, quia semel, aut iterum iacturam fecit.

Sed quod caput est, suam tandem confirmat opinionem, exemplo Diaboli, quod qui semel prospiciet non est cur se excuset amplius. *Diabolus*, inquit,

Chrysost.

circumcursat obsistere cupiens nostræ saluti, non solum nihil lucri inde reportans, verumtamen suo studio grauissima detrimenta sibi concilians, is ta- C *men ita versutus est vt frequenter & illa tentet quæ nequaquam fieri possunt, nec illos solum adoriatur, quos omnino confidit se supplantaturum, verum etiā eos, quos probabile est artibus ipsius fore superiores. Nec desistit laudato Iob à Domino, omnia mouere, molirique, vt supplantaret hominem.* Quibus dictis meritò exclamat, *Et post hac non erubescimus? quis ergo erit nobis veniæ locus, si cùm tanta sit dæmonis in nostrum exitium vigilantia, nos, ne tantulum quidem similis diligētiæ afferamus ad salutem fratrum nostrorum, præsertim cùm Deum habeamus auxiliatorem?* Nil melius, nec amplius Chrysostomo addendum, si Diabolus non defatigatur, etiamsi nullum sciat fructum collecturus, immò tormentum, cur seruus Dei defatigabitur, ab inceptóque D desistet, etiamsi nullum speret fructum? Enimuerò

30. Prædicator cur à prædicatione desistit prædicare valens.

si verum dicere teneor, dicam huius radicem diffidentiæ, charitatis esse tepiditatem, tum Dei, tum proximi: nam da animam amantem, da charitate proximi Deique feruentem, & ego dabo eam nunquam desistentem, etiamsi spe careat fructus. Nū-

2. Reg. 13.

quid Amnon 2. Reg. cap. 3. quia *difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum Thamar*, ideo perquirere destitit, & desiit sororem sollicitare? sed quia verè diligebat, ardensque erat in amore, spem non perdidit, & tentare non desijt. Nunquid Dalida, quæ non semel, nec bis, sed ter à Samsone

Iudic. 16.

delusa, ab intento destitit? Iudic. 16. minimè. Sed quia valdè præmij desiderio tenebatur promisso, nec semel, nec bis delusa, ac frustrata, animum despondit, sed semper concutiens, & collachrymans, tādem ad optata peruenit, *Dedisti consilium*, inquit

Chrysost.

Chrysost. vbi suprà, *nec persuasisti, illachryma, pun-* A *ge frequenter, & suspira paululum, vt tua sollicitudo incutiat illi verecundiam, & ita se conuertat ad salutem.* Amantis est hoc, sed quia non amamus, ideo frigescimus, animóque spondemus.

31. Prædicator quem non audiunt, nec sequūtur an prædicare debeat.

At, etsi non placet populo, & non eum sequuntur, & non audiunt, & pauci veniunt, & penè vous, nunquid desistet?

In hoc casu distinctione opus est, vt rectè, & cum prudentia procedatur, aut enim verè, & realiter talentum possidet prædicandi, & à Deo ad id est vocatus munus, quod ex vocatione, inclinatione, partibus naturalibus, impulsu interiori, & patrum cōsilio dependere debet, aut realiter non verum, sed fictum obtinet talentum, & zelo animarum mouetur indiscreto, & in hoc casu planè consulo desistendum.

32. Regula qua quis discernere potest, quo fine ad aliquod bonū mouetur agendum.

Prima ratio, quia possibile sit, vt ad prædicationem illum aliquis temporalis moueat prouentus, etiam cum animarum zelo, vnde excellens est illa regula, & valde notanda Alberti Magni tract. de B Virtutibus c. 16. vbi inquit, quòd quando ad bonum aliquod faciendum duæ res me mouent, bonum temporale, & spirituale, semper suspecta haberi debet talis intentio, etiamsi rectificetur; quod

Albert. Magn.

posteà discerni potest ex actibus, v. g. si ad prædicandum zelus Dei, & animarum me mouet, & etiā in me laudis sentio appetitum, & video quod libentius in ciuitatibus prædico magnis, quàm in paruis, antè nobiles quàm ante ignobiles, ante diuites, quā ante pauperes, valde mihi suspecta esse debet talis intentio & talis finis. De qua re videndus est D.

D. Greg.

Gregor 23. Moral. c. 4. Cùm ergo in prædicatione faciliter cum zelo animarum se immiscere possit etiam aliquis finis temporalis, dum talentum quis verè non habet, videat an temporalis prouentus C eum moueat, & non spiritualis, nam sine talento se cernens, & tamen prædicare desiderans, si iam in virtutibus multum exercitatus non sit, valde ei suspectus esse debet talis zelus, talisque feruor.

Secunda autem ratio, quia si talentum non habet, nec Deus ad id munus eum aduocat, ad quid in vanum laborare? defatigabitur sanè, & nihil proficiet, in vanumque laborabit non ædificans. Cognoui ego homines sic tentatos in hac parte, & tanto prædicationi adherere affectu, vt ter, aut quater in die, si se occasio soggessisset, prædicabant, tam paruo fructu, auditorio ita diminuto, vt vix vnus, & alter esset, & quod caput est, ita frigidi, & incompti in dicendo, vt potius ad stomachum, quàm ad ædificationem prouocarent.

Chrysost.

33. Prædicator vt bene prædicet quæ possidere debet secundùm Chrysost.

D Duo quidem Chrysostom. lib. 5. de Sacerdotio requirit in prædicatore, contemptum auræ popularis, & vim dicēdi, quam ponit in sale, & doctrina orationis, ita vt non sit prædicatio incompta, non sit languida, non sit frigida, non sit ioorʼoata, tractans enim Sanctus de labore prædicationis, eiusque lamentans difficultatem, ob inanem audientium gustum, qui semper noua audire desiderant,

34. Difficultas prædicandi quanta, & ob quæ.

& quod nec ab alijs accepta, quis prædicare iam poterat, nec ea repetere quæ semel ab illo dicta, (vt videas non plus dicturum Chrysost. si in hæc tempora incidisset) *Nec minus molestū est*, inquit, dixerat enim aliquos ad prædicationem accedere, non

35. Noua sua, non aliena dicere tempore tenetur nisi vt fur haberi velit.

vt audirent, sed vt suggillarent, quod valde erat molestum, postea subdit. *Nec minus molestum est, nam si quem fortè ex concionatoribus cōtigerit partem aliquam eorum quæ ab alijs elaborata fuerint suis ipsius concionibus intexere, certè pluribus opprobriis obnoxium se reddit, quam qui alienas opes*

A *ſuſſurantur, & multoties euenit, vt ne aliunde quippiam mutuatus ſit, ſed ea de re tantum ſuſpectus, inſtar furis alicuius in ipſo furto deprehenſi habeatur.* Et cùm hæc dixiſſet, adiunxit. *Et quid dico eorum, quæ ab aliis elaborata furetur? certè ne illi quidem*

36. Huius rei ratio.

licet ſuis propriis inuentis aſsiduè vti. Cuius inconuenientis rationem aſſignans, ſic addit: *Aurem ſuā vulgus aſſuefecere, non vt ad vtilitatem, ſed vt ad voluptatem potius audiant.* Cui exiguitati vt ipſemet Sanctus conſulit, ſic ait. *Hic ergo generoſo opus eſt animo, eoque qui longè exiguitatem hanc ſuperet, vt multitudinis voluptatem illam immoderatam, infructuoſamque compeſcat, poſsitque illorum audi-*

37. Prædicator ad ſe ſuumque ſenſum attrahere debet populum, nō à populi attrahi ſenſu.

tionem, ad id quod vtilius futurum ſit, transferre, hac ratione vt populum ſe ſequentem ac ſibi obſecundantem habeat, non etiam vt ipſe à populi deſideriis agatur, id quod præſtare nemo poteſt niſi idem ſimul popularem aurem aſpernatur, & ſimul dicendi vim obtineat. Duo ergo requirit, auræ contemptum po- B pularis & vim dicendi, & ita iunctum hæc duo, vt vnum ſine altero conſtare minimè poſſe affirmet. *Quorum vtrumque niſi adfuerit,* ſubiungit, *certè alterum alterius auxilio deſtitutum nulli vſui eſſe poſſit, nam ſi is laudum titillationem forti animo contēnens, tamen non exhibuerit doctrinam* (notanda verba) *ſale, ac gratia conditam, fiet vt à multis deſpi-*

38. Sale non prædiius & gratia proferendi ſermonem prædicare non debet.

cabilis habeatur, nullo prorſus lucro commodoque ab animi magnitudine illa accepto. Nil clariùs. Si gratiam non habet proferendi doctrinam bene conditam, ſed inſulſam, vt ſtomachum generet, ad quid in ſoggeſtum aſcendere, & vano prædicare labore vanoque fructu, forſitan vt reprehendat tantum?

Idem.

Audi quid dicat idem Sanctus. *Cùm enim in medio exurgēs, orauſque populo ea eloquutus fueris, quæ ocioſorum hominum ignauiam, atque ſocordiā perſtringere poſſunt, ac deinde labatur, & intercidatur, illius oratio deſluit continuo, atque euaneſcit omnium* C *eorum, quæ dixerit, lucrum.* Vnde rectè concludens ait, *Eam ergo, qui optimus populi doctor futurus ſit, vtraque illa dote præditum eſſe conuenit, vt ne altera ſi abfuerit, alteram ſubuertat.* Ergo, ſi eam, ſcilicet gratiam proferendi ſermonem vti pat eſt, non habet, inutilis erit prædicator, ſi inutilis ad quid prædicare? deſiſtere ergo à munere debet, vtpote non vocatus ad illud, & ſe ad id transferre munus exercendum, quod conſideratis omnibus circumſtantiis, prudentique adhibito conſilio, magis, & ſibi, & aliis, profuturum viderit.

39. Prædicationis talētum habens prædicet, etiāſi pauci eū audiāt.

At alter, qui & gratiam habet dicendi, & condiendi, & bene profert, & ſcit eruditè dicere, ſed neſcio quo euentu parum eum ſequuntur, & pauci ſunt, qui eum audiunt, nunquid deſiſtet? minimè quidem, ſed patienter toleret, fructu enim noo fruſtrabitur ſuo, quis ſcit ſi in hoc loco eum non audiunt, audient in altero! Cognoui ego verbi Dei prædicatores, ita derelictos, vt nullus penitus eſſet D qui eos audiret, & cognoui poſtea alibi, tam fructuoſos, & acceptos, vt penè vniuerſum poſt ſe adducerent mundum, magno cum lucro animarum, magno cum fructu animæ propriæ, inſiſtat, perſeueret, animo non deſpondeat, perſeuerantiæ colligat fructum. Quis ſcit ſi ſic permittit Deus, vt ad perfectionem eum euehat. vt diſcat aurem contēnere popularem, vt ſe humiliet, & ſolum fructum

40. Vulgi iudicium in approbando prædicatore ignorās, & ſtupidū.

requirat animarum, & ſciat ſimul vulgi contemnere iudicium, qui multoties minus ſcitum minuſque ſequitur ſapidum, quod eſt illud incomportabile, vt ſic dicam in prædicatione, dum etiam ignorantiſſimi prętendunt de illa iudicium ferre poſſe, illum-

A que eſſe dignum, quem approbant, illum verò indignum, quem reprobant. *Fœlices, inquit Fabius,* ait Hier. ep. 26. ad Pammach. *eſſent artes, ſi de illis ſoli artifices iudicarent, Poetam enim non poteſt noſſ. niſi qui verſum poteſt ſtruere, philoſophum neſcit, niſi qui ſcit dogmatum varietates, manufacta & oculis patentia magis probāt artifices. Noſtra quàm dura ſit neceſsitas hinc potes animaduertere, quod vulgi ſtandum eſt iudicio, & ille in turba metuē dus, quē cùm videas ſolum deſpicias.* Nil ad rē magis, generoſo ergo animo hic opus eſt, & mentem ad Deum extollendo, ſic prædicare vni, ac ſi eſſent multi, quis ſcit ſi ille vnus plus à Deo, quā multitudo illa ſit ma- *Hierony.*

41. Prædicandum vni, nō ſecus ac multis.

xima, quæ alium ſequitur. *Multæ viduæ erant in diebus Heliæ,* inquit Dominus noſter, Luc. 4. n. 25. *quando clauſum eſt cœlum annis tribus,* &c. *& ad nullam illarum miſſus eſt Helias, niſi in Sarepta Sydoniæ ad mulierem viduam, & multi leproſi ſub Eliſæo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi* *Luc. 4. n. 25.*

42. Deus quātā ſollicitudinem de vnoquoq; habet, & præcipuè de prædeſtinatis, quamque mira pro eis operatur.

B *Naaman Syrus.* Ad vnam ergo miſſus eſt Propheta talis, ac tantus, & hæc vna præ multis illis aliis plus à Deo habebatur, vnus Syrus mundatus, & multi Iſraëlitæ derelicti, quia ille vnus plus Deo placebat. At quid? nonnè Philippo demandatum, vt ad vnum Eunuchum prædicaret, Act. 8. n. 26. & illi fidem Chriſti demonſtraret, tanto miraculo, tātaque Dei cura, vt & Angelus Philippo præciperet, & Angelus ei diceret, vt accederet, adiūgeretque ſe ad currum, & poſt Chriſtum euangelizatum ſuſtolleret eum in altum, vnus fuit, & pro iſto vno tāta fecit Deus. Sic pari modo noſter Prædicator pro illo vno, qui eum audit, impendat, & ſuperimpendat laborem, alacer, & feſtiuus, plus ei valebit iſte quàm omnes illi alij qui alterum ſequuntur. *Act. 8. 26.*

Prædicare ergo debent valentes docere, & qui ſapientiam à Deo acceperunt, & ad noſtri exemplum C ſapientis, eam ſine inuidia communicare, vt faciebat ipſemet dum dicit, *quam ſine fictione,* &c.

Num. 15. *Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum quæ mihi dantur, quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientum emendator.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

Dicturus Sapiens ſapiētiæ laudes, illamque cōmunicaturus, vt ſuprà dixerat, vt illæ credantur, & ſimul vt homines donū eſſe Dei, poſſe illas & concipere in mente, & enarrare, intelligerent, in D hoc verſu duo affirmat dona à Deo ſibi conceſſa, nempè aptè, liberè, & congruēter poſſe eloqui meditata, & ſecundùm dignè, reſque meditari congruentes, immò ex pręmeditatis præeligere digniora, & meliora: primum donum declarat illis verbis, *dicere ex ſententia,* ſecundum, in illis, *& præſumere digna horum,* vt mox videbimus.

Cantacuz. S. Greg.

1. Prædicatori duo extremè neceſſaria, meditatio ſelecta, & oratio congrua.

Mihi autem dedit Deus, &c. Cantacuz. & Greg. 23. Moral. c. 10. vel 17. non legunt, *dedit,* ſed *dat,* per modum præſentis, vnde lectio appoſita eſt. Ex qua optimè colligitur, duo eſſe cuilibet prædicatori neceſſaria, meditationem ſelectam, & orationem cōgruentem meditatis, & illa eſſe Dei dona, à quo sūt expetenda, vide Auguſt. 4. de doctr. Chriſt. c. 15. & 16. *Auguſt.*

Lorin.

16. Vide Lorinum, Act. 6. n. 4. Dixi meditationem selectam, nam ita turpiter, & ignauè aliqui cogitant, vt si ea prodant, qualibet eloquẽtia fulta, turpiora appareant, vnde non sufficit sola meditatio, & qualibet, sed selecta, quod donum Dei est, illudque possidebat Salomon, cuius coofessio, seu sui laus, non est ex superbia, sed ex humili, honestaque donorum Dei recognitione, quæ licita, vt inquit Aug. in Ps. 85. n. 2. super illa verba, *Custodi animam meam quoniam sanctus sum*, vbi sic, *Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati: immò, & habere te cognosce, & nihil ex te habere, & nec superbus sis, nec ingratus, dic Deo tuo, sanctus sum, quoniam sanctificasti me, quia accepi, non quia habui, quia tu dedisti, non quia ego merui*: honesta enim sui laus aliquando licita est, vnde optimè Sapiens, recognoscẽs illã à Deo, dona quæ acceperat, cõfessus est.

2. Laus propria ex humili Dei donorum recognitione aliquando licita.
August. in Ps. 85. num. 2.

Dicere ex sententia, &c. Vatabl. *sentẽtiosè & grauiter*. Budæus in Com. linguæ Hebr. docet, vim verbi significare, *propria sponte dicere, liberè, libenter*. Melius omnium Castro, qui affirmat, dicere ex sententia, esse accepisse facultatem, qua, concepta, animique cogitata facillimè exprimere posset, facundiam scilicet, & eloquentiam, vnde ex sententia dicere, non est sententiosè loqui, sed facile, & pro facultate, ac voluntate de re proposita dicere. Greg. vbi sup. dicere ex sententia, moraliter exponendo, vti assolet, inquit, quòd est dicere seotiendo affectu, & experientia. Vnde inquit, *fit plerumque, vt fortiter dicant, sed tamen iuxta ea, quæ dicunt, viuere nesciunt, vnde bene quidam sapiens dixit, Mihi autem Deus det hac dicere ex sententia, sententia quippè, à sensu vocata est, & recta, quæ intelligit, non ex sola scientia, sed ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiẽdo desiderat experiri quod dicit*. Moralis sensus, litteralis autem est qoem diximus.

Budæus.
Castro.
3. Salomon facundus, & eloquens, & hoc ob donum Dei.
4. Quid sit ex sententia dicere.
S. Greg.

Et præsumere, &c. id est præconcipere digna ijs quæ dãtur, optimè Castro, qui sic inquit. *Quod duo sibi à Deo data gratulatur Salomon, & in loquendo facundiam, & præeligere, quod Vulgatus dixit præsumere, ex cogitatis ea, quæ dicturus esset, grauia, & digna tantis donis, id est talia, qualia decet dona à Deo data, & datorem eorum Deum, non leuia, ac ludicra, & inutilia, sed grauia, seria, & multa vtilitatis, vtpote ex sapientia profectu*. Optimè, & nil aliud addendum, norma enim sunt prædicationis.

Castro.

Quoniam ipse sapientia dux est, & emendator, &c. id est director, confirmator, moderator, bene dispositor, nam idem Deus tribuit & eloquentiam, & meditationem, & rectam dispositionem eorum, quæ meditata sunt, vnde ipse corrigit, disponit, & moderatur quæ dicenda. Hugo affirmat Deũ esse ducem sapientiæ, quando verbum dirigit, emẽdatorem quando corripit, ne in superbiam eleuetur sapiens. Lyran. & Carthus. omnia referunt ad infusiooem donorum sapientiæ, ac rectum vsum eorum, omoes sensus accommodati, & qui optimè sequi possunt.

5. Deus solus dux prædicationis.
Hugo.
Lyra.
Carthus.

HOMILIA CXXXVIII.

Verbi Dei concionator quæ meditari, & quæ eloqui debet.

DVo, inquit noster Sapiens, dedisse ei Deum, *dicere ex sentẽtia*, id est facile, & ex voluntate, *& præsumere digna*, id est præcõcipere, & præeligere digna, & correspõdẽtia donis à Deo acceptis, sapiẽtiæq; diuinæ, grauia nẽpè, vtilia, seria, nõ iocosa, nõ scurrilia, nõ inania, nõ fabulosa, nõ humanæ placẽtia, sed diuinæ Sapiẽtiæ. Magnũ prædicatoribus documẽtũ, magnũq; nobis ostiũ aperitur, tum differẽdi, quæ meditari, quæ eloqui debẽt Dei prædicatores, tũ inuehẽdi cõtra eos, qui eneruantes, adulterãtesq; Dei verbum, ita illud dissemioant, ac si non esseot margaritæ, ad vanum finem, vanumque dirigentes studium munus à Deo acceptum, qui non prædicatores, sed Dei corruptores verbi, potius dici possunt, vani, futiles, fabulosi, indigni prorsus munere, quo funguntur, quibus pro peccatis nostris, tantis abundat præsens seculum, vt vix vnos reperiatur, qui verè, & vera prædicet, qui ex corde, & cordatè dicat.

1. Prædicator vane prædicans non prædicator, sed corruptor verborum Dei.

At quid cogitare, quid præmeditari, quid præcõcipere debet prædicator? nõne quæ animũ incutiãt peccatoris, & eũ à malo terreaot, & qoæ animũ foueãt iusti, eũq; in bono cõfirment? Hoc acutissimè cõsiderauit Aug. ser. 106. de Tẽp. in tubis illis sacerdotũ, quibus muri ceciderũt Hierichũtini. *Non illos pulsauit aries*, inquit, *non expugnauit machina, sed quod mirũ est, Sacerdotalis sonus, aut tuba terror euertit, & iustis aperuerunt, & defensionem perfidis negauerunt. Sacerdotales illius temporis tuba, præfigurabãt Sacerdotũ nostrorũ prædicationes, per quas nõ cessant peccatoribus terribili sono, austerum iudicium annunciare, tristem gehennæ interitum prædicare, & quodã comminationis strepitu, aures delinquentium verberare*. En quæ prædicare, quęque præcõcipere debet prædicator secundùm August. en cui assimilatur instrumento, tubæ, non citharæ, quod terreat, nõ quod oblectet, *Quasi tuba exalta vocem tuam*, præcipitur Isaiæ 58. n. 1. *& annuntia populo meo scelera eorum: Scitis*, ioquit Aug. vbi su. *quòd tuba non tã oblectationis esse debeat, quã terroris, nõ tã delectationẽ inferre, quàm formidinẽ*. Ergo quasi tuba exaltare vocem tenetur prædicator, hoc est ea præmeditari, quæ formidinẽ, nõ delectationẽ incutiãt, *Tuba peccatorib⁹ necessaria est*, inquit idẽ Sãctus, *quæ non solũ aures eorum penetret, sed & cor cõcutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosq; hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis*. En duo illa quæ causare debẽt prædicatoris verba, terrere scilicet malos, & hortari bonos, nam hæc duo facit tuba, inquit Aug. terret formidolosos milites, animat intrepidos, *Hæc enim consuetudo tubæ est*, ait, *vt delinquentium opera dissipet, & sanctorum facta confirmet*.

2. Quæ præconcipere debet.
August.
3. Tubæ Sacerdotales aotiquæ prædicationis figuræ.
4. Prædicator sit tuba nõ cithara.
Is. 58. n. 1.
August. vbi sup.
Idem.
5. Prędicationis bonæ effectus.

Sed quod valde notãdũ in casu murorũ Hiericho illud est, scilicet eos cecidisse, nõ ad cuiuslibet tubæ sonũ, sed tubę quę ad annũ seruiebat Iubilęi Iosue 6. n. 4. *Sacerdotes tollãt septẽ buccinas, quarũ vsus est in Iubileo*. Ad differentiã aliarũ, quarũ vsus erat ad festa populũ conuocandũ, diesque lętitię, vt patet ex Num. c. 10. in quibus erat etiã alia differentia, nam Iubilei tubæ erant ex cornu, siue arietũ, vt vult Oleaster in ca. 25. Leuit. siue boũ, vt vult Cornelius in Leuit c. 15. asserens tubas ex arietino cornu fuisse illas, quibus vtebãtur in festo tubarũ, in memoriã arietis substituti pro Isaaco, à patre immolãdo. Alię verò tobæ erãt ex argẽto, & demũ illæ argenteæ, nõ erãt amplius quã duę, *Fac tibi duas tubas argẽteas*. Iubilæi verò erãt plures, vt patet ex hoc loco, & ex ministerio ipso, cui deseruiebãt, nam ipsis Sacerdotes, totũ inuocabãt Israëlem per menses quinque, ante annum Iubilei, vode per totũ distributi regnũ, his prędicabant buccinis Iubilei annũ, ex quo fit, vt necessario plures deberent esse. Vnde patet, vt bene

6. Muri Hiericho quibus tubis ceciderunt.
Iosue 6. 4.
7. Tubarum Iubilei & festorum quæ differentia.
Num. 10.
Oleast. in cap. 25. Leuit.
Cornel. in c. 15. Leuit.

A *nillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis* (quibus verbis falsos Prophetas taxat) *Mulieres sint, & nullus inter eos viri nomine dignus habeatur, ait Propheta, in filios populi sui, effeminata quippè sunt eorum magistrorum & anima, & voluntates, qui semper sonantia, semper canora componunt, & vt quod verum est dicam, nihil virile, nihil forte, nihil Deo dignum est in his, qui iuxta gratiam, & voluntatem audientium prædicant, idcirco omnes filias potius, quàm filios dixit assuentes ceruicalia.* Optimè, & nil melius, qui certè, ideo talia audent prædicare, *quia non populus sapiens*, qui eos audit, sed insipiens, nam si sapiens, cordatusque, cum quodam dico, *quod non ausi essent plurimi eorum, qui in concionatoram munus irruperunt, nugari liberè, ne dicam impudenter.* B Quòd malum, tam ex parte concionatoris, & doctoris, tam ex parte populi eum audientis, tam grãde est, sicque Deo displicens, vt dicat Dominus quòd ob hoc non miserebitur, neque populo parcet. Nunquid parcet doctori, qui causa tantæ est ruinæ? Non parcet sanè, sed castigabit, sed puniet, tanquam hominem diminutum, inuentum in statera minus habentem.

19. Prædicatores cur in sermonibus nugantur.

Secundũ quod adnoto est, mãdasse Dominũ ad diruẽdos muros, assumere Iubilæi tubas, & non alias. Duo enim in hoc agnosco mysteria, primum, quia cũ talis sonus, vt diximus, sit potius veluti plãctus, & vlulatus, significat illũ prædicatorẽ tãtũ cõcussurũ, murosq; diruturũ pertinaciæ peccatorum, qui magis oculis, quã lingua loquitur, qui priusquã ad proferendũ verbũ accedat, seipsũ concussit, plãctu, vlulatu, & gemitu, nã cor tali flãma accensum est, qui peccatoris cor accẽdit, *Mens exterioribus concupiscentiis occupata*, inquit Greg. lib. 8. Moral. *igne diuini amoris non calet: Et idcirco ad supremũ desideriũ inflãmare auditores suos nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur, neq; enim res quæ in se ipsa non ardet, aliud accendit. Vnde etiã fit, vt quẽ charitas ædificãdo non erigit, scientia inflando peruertat.* Prius ergo se conterere debet prædicator, prior sonitũ buccinæ ipse audire, si velit muros cõcutere. Vnde nõ sine mysterio factũ, ante casũ murorũ, septies prius tetigisse sacerdotes, vt ex hoc quilibet prædicator attẽdat, quãtũ prius se cõcutere debet, antequã ad concutiẽdũ peccatoris cor accedat.

20. Prius se cõcutere debent, vt postea peccatores possint.

Gregor.

Secũdũ mysteriũ illud est, corruisse muros tubis Iubilæi, id est, quibus annus Iubilæi prædicebatur, qui annus, erat annus requiei, annus libertatis, annus redemptionis, quid enim per hoc, nisi nulla alia tuba Hierichuntinos posse corruere muros, peccatorũ scilicet pectora, quã illa anni redempt. illa quæ peccatori proponit, quæ pro illo egit, fecit, passus, & perpessus est Dominus noster? Vnde nõn immerito aliqui autumãt, ex arietino cornu fuisse has tubas, & præter Oleastrũ, quẽ sup. adduximus, sentit idẽ Pagnin. & Musterius, in suis Lexicis, & Eugubinus in annot. in c. vlt. Num. Nã per arietẽ, Christus Dom. indicitur, quẽ significauit aries ille pro Isaac immolatus, Ge. 22. tubę enim arietinę cõcidũt, murosq; percutiunt, quibus concussis, ciuitas capitur, voces nẽpè illæ prædicãtiũ, quæ totæ Christi resonãt passionẽ, & sanguinẽ, istæ sunt voces Euangelicæ, istæ Apostolicæ, istæ quæ mundum, infernum & Diabolum vincunt, ac prosternunt. vox enim plena sanguinis Christi, vox illa quæ concisum hunc emittit sonum quomodo non destruet muros? si vix est, qui à planctu, à voce, à gemitu se continere possit, talem audiens vocem, talemque tubam. *V-*

21. Sermo qui passionem Christi redolet ad peccatorem conuestendum præpotens.

Oleaster. Pagnin. Muster. Eugubin. Genes. 22.

nam est, quod me plus omnibus accendit, inquit August. de diligendo Deo, *vrget, monet, & promouet ad Deum diligendum super omnia, ignominiosissima, & amara mors, quam sustinuit in opere redemptionis, hoc solum, vel hoc omnino totam vitam nostram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique nostrum facile sibi vindicat.*

August.

22. Passionis sermo totũ sibi vendicare debet hominem.

Vnde merito Bernar. tract. de Passione Dom. c. 3. exclamat dicens, *Quis illud cor tam vulneratum non diligat? quis tam amantem non redamet? quis tam castum non amplectatur? diligit profectò vulneratam, quæ nimio illius amore vulnerata proclamat, Vulnerata charitate ego sum.* Vnde notandum illud quod exercitum excidit Madian, Iudic. cap. 7. non solum tubæ fuisse, sed etiam lagenarum clangorem confractarum. Quòd per B lageoas fractas intus lumen habentes? Multi ex sanctis corpora Sanctorum Martyrum intelligũt, qui thesaurum euangelici luminis in vasis fictilibus cõtinuerunt, *quibus*, vt inquit August. lib. 7. q. q. in Iudic. c. 7. tom. 4. *in passione Martyrij, tanquam vasculis fractis, maior eorum gloriæ fulgor emicuit, quæ impios euangelicæ prædicationis inimicos, inopinata illis Christi charitate superauit.* Quibus consonans Gregor. lib. 30. Moral. cap. 16. ait: *Armati enim venerant, sub duce suo ad prælium Martyres Christi, scilicet tubis, lagenis, & lampadibus, tubis sonant dum prædicant, confringunt lagenas, dum soluenda in passione corpora hostilibus gladiis opponunt, fulgent lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscant.* At Ambros. lib. 1. de Sp. S. c. 16. corpora intelligit non solum martyrum, sed Prædicatorum, diuini ignis amorem spirantia, ac sonora voce Passionem Dom. declamantia: quem sensum, traditionem Apostolorum esse affirmat. C *Gedeon superaturus Madian, inquit, trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dextris tenere tubas. Ita nostri acceptam ab Apostolis seruare maiores, quod hydriæ sint corpora nostra, figurata de limo, quæ timere non norunt, si feruere gratia spiritalis ignescant, & Iesu Domini passionem canora vocis confessione testentur.* At notandum, non tantum trecentos solũ collisisse lagenas, sed etiam & ipsum Gedeonem, ad cuius exemplar, cæteri, & suas colliserunt. Vnde & sic eis ait, n. 17. *Quod me facere videritis, hoc facite*, n. 17. Vbi Gloss. Interl. Christum in Gedeone intelligẽs, sicut & Greg. vbi sup. per ipsius lagenã corpus eius in cruce cõfractũ, intus lumen diuinitatis habẽs interpretatur, *relinquens*, inquit, *nobis exẽplum, vt sequamur vestigia eius.* Ergo, vox tubæ sola sufficiens non fuisset, nisi simul, & clãgor lagenarum, & præcipuè primæ illius, quæ primò se cõfregit, puta D Gedeonis, hoc est Christi. Sic equidẽ, pariq; sic modo, vox prædicatoris sola absq; suæ, Christique clãgore lagenæ, hoc est absque sui mortificatione, & Christi passione, resonans, victoriã nõ reportabit, Madian non superabit. Tuba ergo quæ Madian superare debet, iuncta inueniri oportet cũ huius clãgore lagenæ, hoc est cũ Christi corporis passione, sicut & tuba quę Hierichũtinos debet prosternere muros, ex cornu debet esse arietũ, Christũ figurãs pro nobis passũ, nã tũc & illi cadent, & simul populus acclamabit, qui nõ ante in voces erupit, quã tubas audisset, vt sacer inquit textus, & adnotat Magalla. nã equidẽ tunc acclamabit auditor, tũc pectus percutietur peccatoris, quãdo in aurib' eius talis intonuerit tuba, quę talẽ, tãtamque ei pœnitudinẽ incutiet, vt simul cum illa clamare cogatur, plangere, la-

Bernar.

Iudic. c. 7.

23. Lagenæ Gedeonis cõfractę, quid significent.

24. Martyrum corpora aliqui affirmant.

August. D. Greg.

Ambros.

25. Prædicatorum alij passionem prædicantium.

26. Gedeon suã frangens lagenam quem significat.

n. 17. Glossa. Inter.

27. Mortificatio prædicatoris nisi simul procedat cum prædicatione Passionis parum proficiet.

28. Muros Hiericho non ante cecidisse nisi post clamorem populi.

Magall. quid significet.

chrymasque effundere, ad cœlum vsque vocem eleuare, quo facto statim muri cadent, & capietur ciuitas, cor scilicet peccatoris, quod non fiet, tali nō vtens tuba concionator, immò oppositum. Nam, vt inquit Greg. *Quem charitas ædificando non erigit, scientia inflando peruertit.* Quòd ego nō solum intelligo de ipso prædicatore, sed etiam de eius auditore, ambo enim peruertentur, & ipse dicendo, & ille audiendo.

S. Greg.

Et iustè quidem, cùm nihil sit quòd magis Dei subuertat Eccles. quam deprauatus auditorum gustus, dum mollia audire, suauiaque desiderant, dum ad prædicationem non vt corrigantur, accedunt, sed vt delectentur, causant enim ex hoc, vt prædicator etiam, non audens illorum contradicere sensui, ne audiatur, aut ne applaudatur, plus æquo timens, tantum delectabilia proponat, flores, flosculos, næniaque, sonos vocum, & syllabarum, vt delectet, non vt terreat, abundantem erroris sui prætēdens excusationem, in malo, deprauatoque audientium gustu, quod vt fit, da Ecclesiam Dei destructā, da populum perditum. *Hoc subuertit Ecclesias,* inquit Chrys. ho 30. in Acta Apost. *quod vos non quaratis audire sermonem, qui compungere possit, sed qui oblectet, & tinnule, strepitu, & verborum compositione* (notanda singula) *quasi citharædos, & cātores audientes, & nos frigide, & miserè, facimus, vestras affectiones sequentes, quas eijcere oportebat. Flosculos verborum, & compositionem, & harmoniam curiosius sectamur, vt canamus, non vt prosimus, vt simus in admiratione, non vt doceamus, & oblectemus, non vt compungamus, vt plausu, & laudibus obtentis abeamus, non vt mores componamus.* Nil melius, nilque amplius dixisset Chrysost. si in hæc incidisset tempora. Subuertunt ergo Dei tales Eccl. auditores, quid ergo mirum, si tātum originantes damnum, iusto Dei iudicio, non solum non emēdati, sed duplo magis peruersi, durique à prædicatione abscedant, & simul ipse prædicator, duplo quàm antea corde frigidus remaneat? si sic contra Deum agunt, sicque illum ad iram accendunt.

B

29. Prauus gustus auditorum Dei subuenit Ecclesiam.
Chryso. in Act. Apo.
30. Prædicatores vani, qui.
31. Inemendati cur à sermone auditores recedunt.

C

Ob hoc etenim, & huius damni timore plorabat D. Chrys. vbi sup. quando videbat se è suggestu discedere laudatum, sed non lucratum, vt sic dicam, quia nullum ad Deum conuerterat, plorabat quidē & se affligebat. *Credite mihi,* inquit, vbi sup. *quando inter dicendum plausum excito, per illud quidem tēpus, humanum quiddam mihi accidit, & distrahor, & diffundor, vbi autem domum redeo, & intelligo plaudentes sine fructu abijsse, ploro, & gemo, & lachrymor, & quasi frustra omnia dixerim, sic afficior, mihique ipsi dico, Quæ sudorum meorum vtilitas, si auditores è verbis meis nullum fructum accipere volunt?* Sanctus certè, & ob hoc Deo charus, lachrymabatur, quia non se, non sua quærebat, sed Christi: dolebat, quia non propriam laudem, non propriam æstimationem pro fructu reputabat, sed animarum lucrum, & ideo laudatus tristis abscedebat. Quis nunc ploraret? quis nunc tristis abscederet? (de vanis tantum loquor, excipio bonos, sanctosque, quibus & nunc etiam Dei gaudet Eccles.) nam dum propria quæritur laus, cùm hæc adsit, satis illi est, non amplius quærunt: non sic Chrysost. qui verè, & vera prædicabat, qui, vt noster Sapiens, præsumebat, ac cogitabat digna, sicut de se ipsemet Sapiens, inquit, *Mihi autem,* &c.

D. Chryso.
32. Chrysostomus plorabat quando in prædicando applaudebatur.
Chrysost.

D

A

Num. 16. *In manu enim illius, & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia, & disciplina.*

COMMENTVM LITTERÆ.

POst enarratum eloquentiæ donum, illud confirmat postremum, quod dixerat, nempè sapiētum esse Deum moderatorem; asserendo quidquid est homo, & quidquid aut eloquentiæ, aut sapientiæ, aut operum scientiæ, & disciplinæ habet, illud totum à Deo esse, & à Deo recognosci debere, nam Deus, eum moderatur, diligit, ac corrigit, tribuens quod vult, sicut ipsi tribuit ea, quæ inferius narrat, vt mox videbimus.

Connexio Capitis.

B

In manu illius nos & sermones nostri, &c. Si ergo in manu illius sumus, cur non in ipsum omnem nostram inijcimus curam? securè in ipsum quiescendo. In vita Susonis c. 6. cùm apparuisset ei Angelus custos, & illum sic orasset Suso. *O suauissime Spiritus, qui mihi diuinitus es assignatus custos, & consolator, obsecro te, per amorem illius, quo fertes erga Deum, ne me deseras.* Quem reprehendens, respondit Angelus: *Non es ausus fidere Deo?* Angelicum verè responsum, quid Deo non fidendum? *Crede mihi,* addidit Angelus, *tanta te benignitate, & charitate ex omni æternitate complexus est Deus, vt te non velit vnquam relinquere.* Quod Susoni dixit, omnibus dixit.

1. Deo omnis nostra inijcienda cura.
2. Suson reprehensus, quia non totaliter Deo fidit.

C

Operum scientia, &c. Græcè & *omnis prudentia, & opificiorum scientia.* Olkot, & Carthusian. per sapientiam intelligunt scientias speculatiuas, per operum scientiam, practicas, & factiuas. Lorino non placet, sed immerito. Cùm enim Salomon omnibus illis scientiis, & speculatiuis, & practicis cumulatus sit à Deo, cur de omnibus istis intelligere huius sensum versiculi non debemus? Acutè adnotat Castro breui sermone, perfectas eloquentiæ partes sibi datas affirmare Salomonem, inuenire scilicet quæ esset dicturus, cui maximè scientia deseruiebat vera rerum naturalium, quam possedit, vt inferius videbimus, disponere dum sibi datum affirmat præeligere meliora, & eloqui, dum datos affert sermones ad excogitata proferenda, optimè.

Olkot.
Carthus.
Lorin.
Castro.
3. Salomon perfectè omnes eloquentiæ calluit partes.

An regibus conueniat artes scire mechanicas, affirmat Lorinus, asseritque eas sciuisse Ptolomæum Philadelphum, Demetrium, Poliorcetem, Neronem, ac Valentinianum, non inofficio, ea præcipua conditione ne eas ipsi per se operentur. Vnde credibile fit, Salomoni etiam infusas cum cæteris scientiis, &c.

4. Regibus an conueniat artes scire mechanicas.
Lorin.

D

Num. 17. *Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarrum, & virtutes elementorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

PErgit nunc Sapiens distinctè enarrare eorum scientiam, à Deo illi per diuinam traditam sapientiam, quam scientiam appellat, vt pote cui non subest falsum, quia cùm acquisita non esset, fallere non poterat, sicut infrà dicemus.

Connexio Capitis.

Horum quæ sunt scientiam,&c.id est,eorum quæ verè,ac realiter sunt,non chimerica, & fictitia, de quibus non est scientia.

1. Cauilli sophistarum nomine scientiæ priuantur. *Carthus. 1.ad Tim. 6.20. Ambros. S. Thom. Ad Coll. 2.8. Olkot.*

Veram,&c. id est cui non subest falsum, abest enim periculum falsitatis à scientiis à Deo infusis, vt adnotat Carthusian. Excluduntur apparentes scientiæ,quas appellat Apostol.1.ad Timoth. 6.20. *Oppositiones falsi nominis scientiæ*, vel vt Ambros. legit,*Oppositiones fallaces nominis scientia*, id est quæ nomen tantum scientiæ vsurpant, vt cauilli sophistarum, sicut obseruat S. Thom. ibi. Quam philosophiam idem Apostol.ad Coloss. 2. num. 8. appellat, *inanem fallaciam*, *excludantur*, inquit Olkot, *per hoc Salomonis dictam, Necromantici, Alchimici, Præstigiatores, diuinatores, Physiognomici, Geomantici, Incantatores, & Magici.* Quorum non est sciẽtia vera,sed falsa,immò nulla.

2. Quas scientias exclusit Salomō, quasue non infudit illi Deus. *Ambros. Origen. Origen.*

Dispositionem orbis terrarum,&c.Ambros.lib. de fide.resurrect.legit.*Compositionem*. Origen. hom. 21.in Luc.*rationem orbis*. Intelligit Sapiens cõstitutionẽ ex partibus eius secũdùm variã collocationẽ. B

Et virtutes elementorum, &c. Origen. ibidem *opera*,efficaciam nempè,& vim operatricem.

HOMILIA CXXXIX.

Iudiciaria scientia vana, Christianoque viro indigna.

1. Iudiciaria scientia vana Christiano viro indigna.

DEdit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram, inquit noster Sapiens: veram dixit, vtpote distinctam à falsa, à vana, ab inani, vt sic dicam, talem iudiciariam existimo Astrologiam, futilem, vacuam, indignam prorsus vt à Christiano viro apprehendatur, & sciatur ad quid enim apprehenditur talis scientia à Christiano Deum timente? hoc enim ego scire vellem, quis finis? qualis scopus? quid intenditur? C

2. Modus in acquirendis scientiis à Diuo assignatus Bernardo, in quibus consistat. *1. Ad Cor. 18.2. Bernar.*

Sanctus quidem Bernard. serm. 36. in Cantic. in scientiæ studio, & apprehensione, modum requirit, quem ipse in tribus ponit, in ordine, studio, & fine. Vnde super illa verba Apostol.1.ad Cor.18. nu. 2.scilicet. *Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eam scire*, sic inquit, *Vides quomodo non probat multa scientem, si modum sciendi nescierit, modus est, vt scias quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat; quo ordine, vt prius quòd maturius ad salutem; quo studio, vt id ardentius quòd vehementius ad amorem; quo fine, vt non ad inanem gloriam, curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem suam, vel proximi.* Vnde concludit. *Sunt* D

3. Qui sunt acquirentes scientiam reprehensione digni, qui vero laude.

namque qui scire volunt eo fine, vt tantum sciant, & turpis curiositas est, & sunt qui scire volunt, vt sciantur & ipsi, & turpis vanitas est; & sunt qui scire volunt vt scientiam suam vendant, & turpis quæstus est, sed sunt quoque qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est, & item scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. Quo sic enarrato, tandem hoc modo determinat, sensumque includit suum. *Horum omnium soli vltimi duo non inueniuntur in abusione scientiæ, quippè qui ad hoc volunt intelligere vt benè faciant.*

4. Qui scientia non abutuntur.

Nil ad rem aptius, vana namque hæc scientia, ad quid peto. deseruire potest? aut ad amorem Dei, aut ad ædificationem proximi, aut ad salutem propriam? ego quidem illud nõ video, nec scio si præter inanem curiositatem, falsamque prædictionem, aliud aliquid in se contineat, ergo scientia isti, secundum Bernard. abutuntur, ordinem inuertentes sciendi, studium peruertentes, & finem. A

5. Astrologia iudiciaria infinitorum in Ecclesia origo malorum.

Damnandi ergo sunt qui iudiciariam sequuntur, & amplectuntur, cuius insania ita perniciosa est in Dei Ecclesia, tantorumque causa, origoque malorum, vt operæpretium me facturum spero si inanitatem eius edissero, quamque vanum sit ea sequi, probauero.

6. Naturæ humanæ insania quæ Dei sunt appetens.

Enimuerò mirum, admirabileque reperietur, si semel creaturæ humanæ superbia consideretur ne dicam, vesania, aut dementia, vt semper ab ipso ortu suo, cum Deo voluerit contendere, eius appetere Deitatem, ac tandem Deum esse, & licet suammet experta fuerit suo malo vanitatem, prætentionisque inanitatem, tamẽ semper, etsi millies fracta, & perfracta, abiecta, & disiecta, semper noua, & nouiter insurgit, quæ quæ Dei sunt apprehendere misera procurat, quid vanius, & simul perniciosius?

7. Deus suam Deitatem probat ex vera futurorum sciẽtia. *Isa.41.21*

præcipuum equidem in quo Deus in Scripturis suam veram constituit contra Deorum falsam Deitatem, in scientia vera est futurorum. Hoc est illud Isa.c.41.n.21. *Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus, afferte si quid forte habetis, dixit Rex Iacob.* Aduocat enim gentes, vt simul cum eo contendant, vt deorum suorum diuinitatem probent. *Accedant, & nuncient nobis quæcumque ventura sunt, priora quæ fuerunt nunciate, & ponemus cor nostrũ, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt, indicate nobis.* Duo ergo requirit, examen scilicet præteritorum oraculorum, vt si vera fuerint cum rei euentu examinentur, quòd est, *priora, quæ fuerunt, annunciate & sciemus*, id est probemus, nouissima eorum, id est euentus eorum, & veritatem, quam in se continebant, experiemini enim falsissima fuisse, & secundum futurorum præscientiam veram: *Et quæ ventura sunt annunciate.* Dixi veram, nam coniecturalem, & quæ falsitati subesse potest, Diabolus habet, & ideo multoties fallitur,

8. Diabolus futurorum coniecturalem scientiam habet.

quod cùm ipse præscit, semper ambiguè dedit oracula: de qua re vide Theod.lib.de Oracul. & Cicero 2.lib.de Diuinatione, vide Rup.3.de Trin.c.7.& 8.qui præclarè demonstrat, has dæmonis fallacias & ambiguitates, in illis quibus vsus est verbis, Gen. 3.*Eritis sicut Dij*, &c.*& nequaquam moriemini.* Sequitur ergo Isaias, *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos.* En quod signum dat veræ Deitatis, prædicere verè futura, ergo si esset aliquis, qui verè futura prædiceret ex se, seposita reuelatione, hic Deus esset, non homo, ob id Deus hanc præscientiam sibi reseruauit, & futurorum secreti adeo tenax semper extitit, vt non solum voluerit esse occultum futurum quod cras, sed quod post vnum instans, nam quis verè scit, quid ei post illud futurum sit? *Ne glorieris in crastinum*, inquit Salomon, Prou.17.*ignorans quid superuentura pariat dies, & non est via hominis in manu eius, homo enim proponit, Deus autem disponit.* Et tamen cũ hoc ita sit, à principio, & mundi origine, semper futura scire, & ediscere miser pertædet homo, nil melior ab experientia, sed in dies peior effectus, diuinam illam æmolans scientiam, fallaciter illi à dæmone promissa, dum in auribus ei instillauit, *Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum.* Gen. 3 nu. 4.

9. Semper ambigua dedit oracula. *Theodor. Cicero. Rupert. Genes.3.*

10. Deus futuri cur summopere celator *Prou.17. Genes.3.4*

11. Iudiciaria scientia arbor boni, & mali.

12. Arbor boni & mali cur sic appellata.

Vnde meritò hæc iudiciaria scientia (si enim est quod tale nomen meretur) verè, & propriè appellari potest, *Arbor scientiæ boni, & mali*, quę, vt ferũt communiter Theologi, sic appellata est, ab euentu, experimentalique scientia, quam post cibum, infœlix de bono, & malo obtinuit Adam, prius enim speculatiuè differentiam boni sciebat,

& mali,& quantum bonus distabat à malo status, A sed post esum miser, experiẽtia talem didicit distãriam,& in se practicè sensit,quantum malum esset experiri,quod speculatiuè tantum de bono,maloq; sciebat,quod dãnũ cùm ex illa ei cõtigisset arbore. ideo,*arbor scientia boni & mali* dicta est: sic Aug. lib.4.de Ciu.Dei,c.17.& lib.8.de Gen.ad lit. c. 6. & 15. sic Magist.& Theologi in 2.lib.Sent. dist. 17. Ita pari modo,iudiciaria scientia,*arbor sciẽtia boni, & mali* dici potest, respectu eorum, qui eam profitẽtur,nã semper,nescio quo fato,quáue fortuna, sed, vt melius dicã,nescio quo iusto sanctissimóque Dei iodicio,quẽ isti offendunt, assumeotes quod tantũ Dei est, vt & ipse cognouit gentilis Socrates, vt refert Euseb.lib.14.de præpar.Euang.c.4. *Cognitionẽ*

August.

Magist. sent.

Socrat. Euseb.

13. *futurarum rerum aiebat que in potestate Dei sunt,* B *non esse hominibus procurandam, neque enim posse homines eas res cognoscere, nec Deo gratum esse, si qua illis occultauit, ea mortales velint nimis studiosè, curioseq; rimari.* Nil melius. Eius ergo, vt dicebamus, iusto,ac sanctissimo Dei iudicio fit, vt semper quod colligũt isti miseri,nil aliud propè sit,nisi boni,maliq; experientiam, scire namque in se quãtũ distat

Futurorum cognitionẽ tantum Dei esse, Philosophi etiam cognoueríit antiqui.

14. bonũ à malo,experiendo semper malum,miseri sẽper,pauperes,abiecti,nullius ęstimationis,fame propemodum pereuntes, nudi,resarciati, incedentes, vestitu raso,& obeso,penè discalciati,ipsa consumpti sanie.& quod mirum,& admirandum, ipsimet amnt,eandem constellationem, quæ eos ad talem impellit scientiam, eandem in ipsos talem influere miseriam,talem pauperiem, inopiam, & abiectionem: & tamen cùm ita sit,& experientia illud ediscant,illud est mirandum,quod semper perseuerent prædicendo falsa,& experiendo vera,promittendo abundantiam,&patiendo inopiam,augurando bonam,&malam experiendo fortunam. Quid varius? C

Iudiciarij semper miseri, pauperes, & abiecti.

Quod nę alicui videatur nouum quid,hoc esse, & non semper sic fuisse,scilicet non semper talia hos miseros passos homines; attende quid de eis dicat Dominus per Isaiam Prophetam,c.47. nu. 13. qui prius,deridens Babylonios, ciuitatemque illorum, quasi homines toti positi in obseruatione syderum, sic contra eos ait, *Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior, defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stent, & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuncient ventura tibi:* quibus sic derisis subdit. *Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suam de manu flammæ, non sunt prunæ, quibus calefaciant, nec fo-*

Isa. c. 47. 13.

15. *cus, vt sedeant ad eum.* Duos sensus hæc posteriora D verba habere possunt. Primum, ita, tales Astrologos esse mendaces, dum fœlicia Babyloni promittebant, quin ad eam consumptionem, miseriam ac deuastationem deueniet ipsa Babylon. vt nec prunæ, nec focus de reliquiis incendij derelictus penitus erit, quin omnia in cinerem veluti ex stipula erũt redacta. Ex quo sensu patet primum, quã vana, quàm inanis, quàm futilis sit hæc scientia, vtpote

Mendacia & falsa semper promittunt.

16. quæ tanta ex astris promittebat bona, & tanta ipsamet Babylon fuerit experta mala: & secundum, quã perniciosa damnisque plena, vtpote causa ruinarũ, sicut ipsius extitit Babyloniæ. Vnde merito de illa supra, n.10. dixit idem Dominus, *Scientia tua, & sapientia tua hæc, decepit te*, reddens illam ex prædictione securam, & ad flagitia imperterritam, vt ait Haymo, vtpote nullum timens malum: ex qua

Causa sunt perditionis & excidij.

Is. vbi sup. nu.3.

Haymo.

securitate factum, vt tandem vltrice deuastata, exustaque sit flamma, vt merito tales Astrologi, secundùm lectionem Septuag. ignis ipsiusmet dicti fuerint Bayloniæ, quasi non tantum à Persarum, quan- 17.
tum ab Astrolog. igne fuerit combusta: sic legunt Septua. *Quia habes carbones ignis, sedebis super eos.* Per quos carbones rectè modernus quidam hîc, ipsosmet Astrolog. Chald. aut præstigiatores intelligit, qui in falsam spem ciuitatem induxerunt. Vnde non consiliatores fuerunt, aut propugnatores, qui patriam defenderent, sed carbones ardentes, qui illam inflammarent, & in puluerem inutiles redigerent. Nec immerito per ignem Astrologos intelligit, cùm tum apud profanos, tum apud sacratos authores, sæpè causam alicuius exitij, flãmæ, aut ignis dicitur. Fuerunt ergo mendaces, & insuper causa 18.
ruinæ, ergo & eius ignis prædixerunt bona, & euenerunt mala, augurarunt fœlicia, & experti sunt, qui crediderunt, infœlicia, & quod caput est, ad eam miseriam per talem inciderunt prædictionem, ergo & vana, immò malorum origo illis talis scientia, numquid hoc non verum? numquid quotidie non experientia constat? O quoties vidi deceptos ex eorum prædictione, & aut securè peccare, aut securè non se pœnitere, differentes pœnitentiam, quia longam habebant prædictam vitam, & vidi eos ante mortuos, quàm se delusos attenderent.

Septuag.

Sunt mundi ignis, quibus vritur.

Sanctius.

Causa alicuius exitij eius ignis, ac flamma dicitur.

Alter verò sensus prædictorum verborum esse potest, id quod dicebamus, accipiendo ea, non solũ de Babylone, sed de ipsismet Astrologis, vt aliqui accipiunt, nempè hos miseros prædicere bona, & experiri mala, prædicebant ingentia, & ipsi redigebantur in stipulam, prædicebant æternitatem, & ipsi comburebantur igne, prædicebant libertatem, & dominatum, & ipsi à flamma & miseria non se *poterant liberare*, & tandem prædicebant opulentiã, diuitias, fastus, & honores, & ipsi miseri, dum hæc augurabant, in domo nec prunas habebant, quibus calefieri poterant, nec focum, *vt ad eum sederent*, fame, & frigore mortui, & consumpti: nisi dicas ignem focumque eos habere, non ad calefaciendũ, sed ad se comburendum, stipulæ enim sanctissimæ suot Inquisitionis, cuius sacro igne sæpè combu- 19.
runtur, ac merito incenduntur.

Iudiciarij semper à Dei detestati Ecclesia.

Quid ni? semper enim à primordiis vsque suis sancta Dei Eccl. hos iudiciarios Astrologos odit, fugit, detestata est, ac dãnauit, stant seuerissima cõtra eos Eccl. decreta, vide in 2.p. Decr. C.26. q. 7. vide Conc. Braccar. 1.c.6.& Toletan.1. in assertion. fidei, cõtra Priscillian. cui se accommodans SS Patrum sancta prosapia, continuè contra istos consciunt acclamationes. Vide Basil. ho.6. in Gen. Greg. Mag. & Chrysost. in 1.c. Matth. Aug. lib. 2. super Gen. ad 20.
D litterã c.17.& 7.de doct. Chr. c.11.& lib. 5.de Ciu. Dei, Euseb. de præpar. Euang. lib.14.c.4.& lib.9.c. 19. Ex quo factum, vt in ipso nascentis Eccles. exordio, nec iussi, nec per pœnit. Sacram. coacti, vt vult Lorin. in Act. c.19.n.18. & 19. sed instinctu diuino, ad execrationem, & aliorum documentum, Christiani tales libros combusserunt, ac flammis donaue- 21.
rint, dicente Luca. *Multi autem ex eis qui fuerunt curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millia.* Quod autẽ hi libri fuerint, & si aliarũ curiositatum malarũ, etiã iudiciariæ Astrolog. nemo est Authorũ qui illud negat, & Aug. apertè cõfitetur in Psal. 61. Eccl. recõciliãs vnum ex istis. Ex quo merito fit, vt & matri Eccles. & SS. Patribus semper se adaptans

Braccar. Conc.

Toletan. Conc.

Basilius.

Et à SS. Patribus,

Gregor. Mag.

Chrysost.

August.

Euseb.

Primi Christiani ex se libros combusserunt iudiciariæ scientiæ.

Lorin.

Act. c.19. num. 18.

August.

& conformans, ipsa sancta, & generalis Inquisitio, eos damnet, mulctet, & sacro igne pœnitentiarum torqueat, & torreat.

22. Mulcta digni non solum iudiciarij, sed eos consulentes.
Nicol. 3.

Et si sensum meum dicere fas est, ego quidem non solum eos mulctarem, sed etiam & qui eos sequuntur, & obsequuntur, qui eos inquirunt, & talia inania prædicere veluti impellunt, vti summus Pontifex Nicolaus 3. qui per annum ministerio priuauit altaris sacerdotem quemdam, qui ob furtum Astrologum consuluerat, vti refert Pereira in Genes. tom. 1. lib. 2. cap. 1. hi enim magis culpabiles sunt, quàm illi, vt sic dicam, & quid mirum, si ob importunitatem, si ob assiduitatem, si ob molestiam, antiquis temporibus, Dæmon etiam mentiri cogebatur, falsaque prædicere. quid mirum si hoc nunc homines præstant, ducti ab importunitate, à precibus, à vi, ab authoritate magnarum denique personarum?

23. Sacerdos mulctatus à Nicolao 3. quia iudiciarium consuluit.
Pereira.

24. Iudiciarij sæpe mentiuntur ob importunitatem.
Porphyri.
Euseb.

B

Celebris est illa Porphyrij auctoritas, quam refert Eusebius lib. 6. de preparatione Euangel. & habet idem Porphirius in lib. de Oracul. qua asserit Apollinem mentiri sæpè coactum ab importunitate exquirentium. *Exquisitum enim, ait, futurorum cognitionem, non hominibus modo, sed multis etiam Deorum incomprahẽsibilem esse, unde interrogati mentiuntur nonnumquam, sed non sponte, solent enim præmonere se tunc vera respondere non posse, homines tamen, ex amentia, perseuerant vrgere, & cogere eos vt respondeant. Apollo ergo Delphicus, cùm eiusmodi esset cœli, & continentis affectio, vt verum prævidere non posset, retine, dicebat per vatem vim istam, & potentia verba ne proferas, falsa enim dicam si coges.* Ex qua authoritate duo colligere licet, primum quod diximus, non semper voluntate, sed sæpè ab importunitate inquirentium tales falsa prædicere coguntur, angustiantur, & vsque ad animi lassitudinem rediguntur. Quid ergo faciant? mendacia spargent, & prænunciabunt, non Prophetarent, si non esset qui vrgeret.

25. Apollo mẽtiri coactus ab importunitate exquirẽtium.

C

26. Astrologorum ioanis præsumptio.
Abbas Sirenus.

Secundum verò amentiam, ne dicam ineptiam Astrologorum, nam quod ipsi diabolo eorum magistro, vt vult Abbas Sirenus apud Cassian, non conceditur, autumant sibi concessum. Quid ergo diabolo non est concessum? semper prædicere, & ex constellatione verum colligere posse, vt inquit Porphyrius, at isti, continuè, & semper, ac interrogantur præsumunt edicere posse vera, & ex situ, ac stellarum positione, futura posse prænoscere, mirum, vix consuluntur, vix ad interrogandum quis accedit, ac statim respondent, & quod dæmon toto inspecto stellarum orbe, scire non potest, isti, vix vno, ac altero libro aperto, statim edicunt, ac prædicunt. Quid vis vt dicam? sapientiores sunt ipsis dæmonibus, ne dicam dæmoniores.

27. Eorum magister diabolus.
Porphyr.

28. Demoniòres ipso.

D

Sed peto, numquid isti semper vera prędixerunt? an aliquando mentiti? sed vt melius dicam, semper ne talis ipsorum scientia ipsismet veridica, an aliquando eos fefellit si semper vera dixerunt, si semper ex illa ipsi verum colligere, ac prædicere potuerunt, amplectantur eam sequantur, apprehendant, sed si multoties. immò semper eos fefellit, si semper falluntur, & fallunt, qualis stultitia, qualis vesania est, tum ipsorum qui eam apprehenderunt, tum illorum qui ab eis ediscere, aut scire futura prætendunt? Mirum & maximum, quod Augustinus inquit & tota Scholasticorum schola affirmat, vnum tantum si esset in tota sacra scriptura, licet leue mendacium, & si vnum tantum, tota sapientia diceret Christiana, & hanc esse falsam, & illam; nec

August.

29. Vnum solũ mendacium in scriptura si esset tota corrueret, sicut & similiter Christiana doctrina.

A

scripturæ credere tenerem, nec Christianæ sapientiæ, immo nec cordatus, aut prudens essem, si crederem, si fidem præstarem, tanta est vis mendacij, adeò eneruat doctrinam, doctorisque authoritatem. Quod cum ita sit, quæ vanitas quale delirium est illorum, qui istis credunt, dum non vnum, sed infinita dicunt mendacia, immò inter millia vix casu vnam tantum attingunt veritatem? *Quotidie refelluntur Chaldæi*, inquit Cicero 2. Diuin. *quàm multa ego Pompeio, quàm multa Crasso, quàm multa huic ipsi Cæsari dicta memini, neminem eorum, nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum, vt mihi permirum videatur, quemquã extare, qui etiam nunc credat ijs, quorum prædicta videnti quotidie, re, & euentu refelli.* Vnde merito de illis dicere libet quod Plato de Aruspicibus, vt refert Cicero vbi supra, *Mirari scilicet se, quod non rideret Aruspex, Aruspicem cùm vidisset*, nam aiebat, *quota enim res euenit prædicta ab ijs? aut si euenit quidpiam, quid afferri potest cur non casu id euenit?*

30. Iudiciarij semper falsa attingũt.
Cicero.

31. Admiratione dignum quod eis credatur.
Plato.
Idem Cicero.

At dices, vera aliquando prædicunt, verum, sed casu, sed fortuna, & diaboli arte fit, vt pauca ista in memoria retineantur, infinitaque illa quæ mendacia, excidant, vt de oraculis Apollinis quidam dixit, vera memoria retineri, falsa obliuisci, hoc equidem à diaboli arte euenit, ne penitus talis scientia, immò inscientia ab hominum excidat mente.

32. Diaboli arte fit vt falsa a memoria excidant quæ ab ipsis dicuntur.

At quomodo non semper mentientur, si edicere præsumunt quæ ex libero pendent arbitrio, quod flexibile, quod propemodum mutabile, ac semper instabile, & nonnumquam extraordinaria operatur ratione, & quòd caput est, omnino liber semper in operando manet? Quomodo non falsum dicent, si nonnumquam Dei interueniente gratia, aliter operamur quàm quod constitueramus? quomodo non fallent si aliquando etiam Deus, sua infinita bonitate motus impedit, dæmonisque deturbat machinas, & operationes, & tandem cum Deus aliquando operetur præter communem, & generalem suæ prouidentiæ regulam, quomodo isti non decipientur, aut vnde Dei consiliũ scire poterũt? *Quis consiliarius eius fuit*, audet, & dicit Apostolus Paulus, certè, si ex stellarum compositione Dei consilium scire posset Astrologus, responderem ego Paulo, nec mihi inficiari ipse posset.

34. Rationes quibus probatur impossibile vt non falsa iudiciarij edicant.

Ad hæc, sic licet certè arguere. Astrologia super quam hæc fundatur scientia à quo dimanauit? quomodo primus sciuit? aut enim ipsamet experientia, & obseruatione, aut Dei infusa scientia, & cognitione supernaturali, primum nequaquam sine risu affirmari potest. Difficile æstimamus, inquit noster Sapiens infra cap. 9. *Quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciet? nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis.* Remanet ergo vt sit infusa, & quòd Deus alicui eam infuderit, cognitionem scilicet virtutis cœlorum, & stellarum positionem, motum, influxus, qualitates, occursus inter eas, distantiam, varietatem, qualem habuisse Adamum in confesso est apud omnes Theologos. Vide apud Diuum Thom. pri. par. quæst. 91. & apud Magistrum sentent. dist. 13. qui communiter asserunt (præter vnum Caiet. explanans locum Moysi, de impositione nominum ab Adamo, & quidem sine ratione) Adamum scientia rerum cœlestium, tum elementorum, cœlorum, & stella-

35. Astrologiæ scientia à quo emanauit.
Sap. 9.

36. Astrologia naturalis Adamo infusa.
D. Thom.
Magist. sent.

37. *Etiam Salomoni. Pererius.* tumsitum omnium earum influxum apprimè fuisse scientificum. Hanc quoque pro certo habuisse etiam Salomonem in confesso est, vt ex versiculix infra sequentibus clarissimè constat. Vide Pererium in Genel. lib. 5. de statu Innoc. quæst. 2. Habuerunt ergo isti scientiam talem infusam, præter hos, alioxtalem etiam scientiam infusam habuisse, quod ex scripturis constet, nullus est, quem viderim, qui illud affirmet.

Dixi perfectam cœlorum scientiam, & cœlorum, & stellarum ac virtutis earum, fuisse in istis tantum infusam, nam imperfectam, variam, & opinabilem, à primis parentibus in alios transfusam, tum ab ipsomet Salomóne communicatam, tum longa aliqua experientia, & obseruatione acquisitam, non inficior, in multis, magix, aut minux fuisse, & esse, sed ita imperfectè, ita obscurè, ita diminutè, ita variè, vt in infinitis propemodum diuidantur inter se opinionibus Philosophi.

38. *Astrologia scientia perdifficilis, satis in hominibus imperfecta.* Certè Philosophorum Princeps ingenuè de se fatetur, (Aristot. dico) se, multarum rerum cœlestium non exquisitam scientiam, sed opinabilem, & coniecturalem tantum notitiam tenere, & quia manifestis, certisque rationibus destituatur, cogi se, nun raro probabilibus dumtaxat argumentis, & coniecturis vti; vide de hac re ipsum in 2. li. de cœlo textu 17. 34. 60. & 61.

Quis enim quæso, ad vetum vnquam sciuit absque reuelatióne, quo stellæ numero sint? vt moueantur? quam figuram habeant? quam magnitudinem? cur nunc maiores, pluresque, nunc pauciores, aut minores appareant? quid sit longitudo vel latitudo earum? quem locum obtineant, & in quo signo Zodiaci & eclipticæ? qualex earum orbes, quique Epicicli, quique vocaotur cócentrici, quomodo delineationes earum deprehendantur? quare stellæ fixæ, atque planetæ supra solem non patiantur Eclypsim, ob interiectam terram, quæ nunquam oriantur, numquam occidant, quæ semper appareant, aut semper latitent in qualibet regione? quid sibi velit descensio, & ascensio, vel etiã horoscopus? quid oriri cosmicè, chronicè, heliacè, quam habent singulæ propriã naturam, quam vim in hæc inferiora, qui sint aspectus illarum, coniunctiones, seu constellationes, & infinita alia quæ scire ad verum, & adamussim oportet, vt inde aliquid coniectare liceat, quis inquam verè, & scientificè, ac minimè opinabile de his, & similibus vnquam sciuit, ita vt certum aliquid ex eis elicere possit, immò propius ad veritatem accedere, alio sic, varie ab alio opinante. Ergo quod de Astris percipitur, quod de eorum virtute, magnitudine, & numero, diminutum est, varium est, opinabile est. Quod si hoc est verum, vti verissimum, & plusquàm Mathematica demonstratione patet, dic, quomodo aut qua ratione sciri possibile, quod ex eis est occultissimum, & omnino absconditum, veritatem nempè rerum futurarum: si fundamentum iudiciariæ ita est occultum, reconditum, & humanis sensibus impenetrabile ac occultum, vnde ipsa certa, vnde ipsa scientificè suas potest conclusiones elicere?

Demus quæso, influxum vnius astri perfectè ab Astrologo sciri, (quod omnino negamus) demus etiam perfectissimè Astrologum scire horam, & tempus influxus, demus scire partem orbis, quæ magis tali influxui subiecta, demus inquam totum hoc, quod penitus negamus; numquid sufficiens hoc erit, non dico ad veritatem futurorum liberorum indagandã, sed nec ad inclinationẽ verã illius veritatis, quod ipsi tenent pro absoluto, & ne in hæresim labaotur, cogũtur dicere, stellas scilicet non cogere, nec necessitatem inferre, sed tantum inclinare, & propensum facere hominem, vnde etiam asserunt, ipsos prædicere, non infallibiliter euentus, sed coniecturaliter, & taotum ad quid inclinant influxus, hoc inquam quod verè possint prædicere eis nego, ac vanum esse prorsus existimo: nam concedo stellas inclinare, & corpora nostra subiecta esse stellarum, & cœlorum motui, ac ex hac parte aoimum ex alteratione facta in corpore ioclinare, concedo inquam hoc, vt omnex Theologi confitentur, sed ad hoc, vt talis inclinatio verè cognoscatur, & exinde rerum fiat coniectura tantum probabilis, & incerta, euentus liberi, nonne perfectè oportet scire illius corporis compositionem, qualitatem, immo ipsammet organizationem talis influxus receptiuam? Ad generationem namque futurorum effectuum particularium, non modo concurrit cœlum, sed etiam causa particularis, cœlum enim est causa generalis, siue vniuersalis, & indeterminata, ad quoslibet effectus; determinatur ergo per causas particulares. Vnde verissimum est, quod inquit Aristot. *Sol, & homo, generant hominem.* Nam vt inquit Anasta. Nicenus quæst. 18. in scripturam ex Gregorio Nicen. *Ipsemet Galenus & Hypocrates, qui dicunt valere motum astrorum, ex subiecto per coniecturam, fatorum prædicunt. Quomodo oculi concaui, & tempora qua conciderunt, & frons durus, adhærens pelli mortem significat,* Quod si hoc, quis quæso futuram indagationem vere scire poterit, dum ipsum ignorat subiectum? sed sciat, etsi talis influxus, alio influxu impediatur, si mitigetur, si tollatur, si varietur, quomodo veritas ex tali elicietur inscientia? vt sic dicam. Merito ergo næniæ, merito sunt nugæ quæ ab istis edicuntur.

39. *Iudiciarij nec inclinationem hominum verè cognoscere possunt.*

Anast. Nicen. Gregor. Galen. Hypocra.

Vnde aptè Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana sic inquit. *Omnes ergo artes huiusmodi, vel nugatoria, vel noxia superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum vel dæmonum, quasi pacta infidelis, & dolosa amicitia constituta, penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.* Et lib. 2. de Genes. ad litteram cap. 17. sic ait, *Quapropter bono Christiano Mathematici, siue quilibet impiè diuinans, maxime dicẽtes vera, cauẽdi sunt.* Cur præcipuè cauendi qui vera dicunt, & vera diuinant? Quia quando isti vera prædicunt pro certo sanctus supponit Pater & infallibili, aut ex pacto expresso cum dæmone prouenire, aut ex occulto, & secreto instinctu. Vnde sic lib. 5. de Ciuit. Dei ca. 7. ait, *Non immerito creditur, cum Astrologi mirabiliter multa vera respondeant, occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est, has falsas, & noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus, atque firmare, non horoscopi notati, & inspecti, aliqua arte qua nulla est.*

August. 40. *Quantum Christiano vito fugienda iudicia.* *Idem.* 41. *Sicut & eos qui prædicunt ex illa maximè si vera.* *August.* 42. *Ex pacto dæmonis aut ex secreto instinctu diuinant Astrologi.* *Idem*

Certè constat apud Astrologos, in octauo cœlo numerari mille, & viginti duas stellas, & quælibet harum maiorem esse tota terra, vnde necessario euenit, vt vix, & ioluxus cuiuslibet sit grandis, quo posito, peto, habent ne hæ vim supra humana corpora an non? Ridiculum est hoc secundum affirmare, si ergo primum, cum earum notitiam ipsi non habeant, ergo nec effectuum, quapropter vere dixit Seneca lib. .oat. quæstion. cap. 32. ex hac inscientia imperitiam nasci Astrologorum, *Quid*

43. *Multarum stellarum naturam penitus ignorant.* *Seneca.*

44. Omnes stellæ in inferiora fluxum habẽt.
est aliud, inquit, *quod errorem incutiat peritis nata-*
liam, quam quod paucis nos sideribus assignant, cum
omnia quæ supra nos sunt, partem sibi nostri vindi-
cent? submissiora forsitan in nos propius vim suam
dirigunt, & ea quæ frequentius mota, aliter nos, ali-
ter cætera animalia prospiciunt, cæterum, & illa,
quæ aut immota sunt, aut propter velocitatem vni-
uerso mundo parem immotis similia, non extra ius
dominiumque nostri sunt. Nil melius. Vim habent
istæ supra nostra corpora, & maiorẽ fortasse, quàm
quæ ab Astrologis cognoscuntur. Si ergo hæc igno-
rant, quomodo norunt effectus earum? Diuinant
Basil. certè, non prophetant isti ridiculi, vt inquit Basil.
hom. 6. super Genes. *Deridendi profectò*, ait, *non*
mediocriter esse videntur, tam ijs qui studio huius
indulserunt artis, quam in ratione rerum nusquam
esse constat. Notandum hoc quàm illi, qui hiantes ab
illorum ore pendent intenti. Perinde quasi omnia illi
scire possint, quæ ipsis sunt euentura.

Sed agedum, vltimo tandem demus, quod vera
prædicant, ad quid quæso ea scire? vanitatem certè
45. Futura velle scire quã vanum, & inutile. huius curiositatis nolo aliter refutare quàm ijsdem
prorsus verbis doctissimi, & acutissimi Fauorini,
etsi gentilis, vt est apud Aulum Gellium libro deci-
mo quarto, capite primo, qui acutissimè sic ar-
Fauorin. guit. *Aut aduersa*, inquit, *euentura dicunt, aut pros-*
Aulus Gellius. *pera, si dicunt prospera, & fallunt, miser fies frustra*
expectando, si aduersa dicunt, & mentiuntur, miser
fies frustra timendo, si vera respondeant, eaque non
sunt prospera, iam inde ex animo miser fies, antequã
à fatofias, si fœlicia promissunt, eaque euentura
sunt, tum plane duo erunt incommoda, & expecta-
tio te spe suspensum fatigabit, & futurum gaudij
fructum spes iam tibi defloranerit. Optimè qui-
dem.

Falsa ergo est talis scientia, vana, futilis, tan-
S. Cyrill. Hierosolo. dem inutilis, immo vt sanctus Pater inquit Cyril-
lus Hierosolymitan. Cath. 3. de monarchia Dei, *fa-*
46. Iudiciaria ipsis astris iniuriosa. *bulosa*, ipsisque siderib⁹, astrisque iniuriosa. Mirum
equidem apparebit, si semel superbiam, ne dicam
vesaniam, ingenij consideraueримus humani, ab ip-
so enim suu ortu, semper audax, intraque suos se li-
mites continere nescius, vltra terminum rerum,
quem summus ei præscripsit gubernator, illis vti
47. Deus cur stellas, solẽ, & lunam posuit in cælo. ambigens, & procurans. Deus enim solem, lunam,
stellasque in cœlo posuit, *vt essent in signa, & tem-*
pora, & annos, vt per eas homo quæ ad humanæ
tantum, corporalisque vitæ vsum deseruirent, diri-
geret, non verò quæ ad animum, eiusque mentem.
Hoc equidem insana inuenit sapiẽtia humana, quę
48. Homo quomodo eis abutitur. numquam intra suæ limites paruitatis se continere
sciens, donaque à Deo accepit plus ęquò superba, in
suum conuertit exitium, dum plus iusto eis vtens,
Cyrillus vbi supra. immo abutens, vult, vt ad id, ad quod Deus ea non
ordinauit, ei deseruiant: quod eleganter dixit Cy-
rillus vbi supra, contra eos loquens, qui dicebãt aliũ
esse luminis factorem, alium tenebrarũ. *Operepra-*
tium autem fuerat illis, inquit, *non modo solis, & lu-*
næ machinam admirari, & stupere, verùm etiam
astrorum ordinatos progressus, & perpetuos cursus,
& vniuscuiusque opportunos ortus, & quomodo alia
quidem sunt signa æstatis, alia vero hiemis, & quo-
modo alia quidem tempus seminandi indicant, alia
nauigandi initium significant, ita vt homo in naui
sedens, & incertis fluctibus nauigans, in stellam aspi-
ciens, dirigat nauim, de quibus etiam scriptura, Et
erunt, inquit, *in signa, & tempora, & annos, non in*
Astrologia, & genethliacorũ fabulationes. Pulchrè.
Astra enim Deus ad illos ordinauit vsus, nõ ad istos,
A quod si non ordinauit, quomodo ad eum deseruire 49.
possunt? Merito ergo fallunt ipsa, & equidem in- Astra fallũt inculpabiliter, & cur.
culpabiliter, dum attrahuntur ad indicãdum, quod
nesciunt, culpabiliterque è contra fallit, qui ex eis
prædicit, dum vim eis infert eos, ad id quod suum nõ 50.
est, dicere ea impellit. Vnde tales non stellarum ob- Astrologi verò minime, vnde corruptores dici possunt stellarum.
seruatores, sed corruptores, non veneratores, sed
cõtemptores, ac infamatores appellari licet, de qui-
bus merito ipsamet astra, ipseque stellarum or-
bis, si sensum haberet, conqueri possit, dum men-
daciorum nota per eos inuritur, cùm ex se summè 51.
veridicus sit, attamen ad ea, ad quæ summus eum De eis cœlũ ipsum conqueritur.
indixit Creator, non verò ad quæ isti fabulones, si-
gnorumque corruptores cœlestium, *Sint in signa,*
in tempora & in dies, & annos, inquit sanctus Pater
Anastasius Synaita lib. 4. anagogicarum contem-
plat. *non ea dicit Deus, volens Astrologiam docere* *Anasta. Synait.*
homines, neque in sole, & luna, & astris habere spem
B *gubernationis, vt desipientium Astrologorum vide-*
tur vanitati, sed per hæc quæ apparent luminaria,
& stellas, docemur signa spiritualia, & tempora,
& annos, & ordines, & gubernationem, & my-
steria admirabilia. Hinc grauiter Sanctus Mar- *S. Mart.*
tialis Apostolus epist. 2. ad Tholosan. cap. 25. eis
consulit, ne velint his vanis attendere, sed in poten-
tia tantum Christi, cui omne patet secretum. *Ob-*
seruationes autem, inquit, *dierum, & temporum, at-*
que astrorum nolite attendere, quibus gentes idolis
deditæ attendunt, & tali obseruatione à diabolo de-
cipiuntur, & à veritate delinquunt: confidite ergo
in potentia Domini Iesu Christi, cuius clementia in-
mensurabilis est, cuius potestas ineffabilis, cuius glo-
ria semper & in æternum desiderabilis, quia num-
quam derelinquet nos, sed in omnibus vbique
C *vobis aderit, ipsi enim omnia abscondita patent,*
& nihil sine eius voluntate poterit vobis eue-
nire.

Tandem, vltimoque, huius vanitas scientiæ 52.
eiusque inutilitas, ex eo manifestè apparebit, im- Futura Deus à nobis abscondit ob nostrã magnam vtilitatem.
mo, & malitia, cùm reserare appetat id quod ad
summam nostram occlusit Deus vtilitatem, nem-
pè futurum. Quod egregiè Sanctus Pater Olym-
piodorus dixit in Salomonis Ecclesiasten, su-
per illa verba capite septimo, numero decimo *Olympio.*
quinto, *In die bona fruere bonis, & malam diem* *Ecc. 7. 15.*
præcaue, quæ ipse legit, *Viuere in bono, & intuere in*
die mali, huic fecit Deus de dissertatione, vt non
inueniat homo post eum quidquam. Vbi sic ait. *Et*
quid, cur nos hæc ventura non prauidemus, curue
earum euentuum causam ignoramus? nempe ad ma-
D *iorem nostram commoditatem, si enim quæ ventu-*
ra nobis essent homines præsciremus, nullus Dei no-
bis inesset metus, nulla religio, hac autem perutili
rerum ignoratione conclusi, cùm ad singula pende-
mus, & Deum percolimus metu, & cognoscimus. ab 53.
eo (& quidem solo) nobis malorum omnium finem Illam Astrologi à nobis præripere gestiunt.
futurum. Hanc autem vtilitatem nobis præripere
vaniloqui gestiunt isti, vana illa moti ratione, vt
scilicet se homo à malis præcaueat futuris, non so- 54.
lum corporis, sed animæ (si Deus vult) non consi- Funus eorũ excusatio præcluditur.
derantes, id quod idem Pater inquit, Deo excepto,
nullum curare, qui quod peruersum est in homini-
bus emendare possit. *Nullus quippe potest*, ait, *il-* 55.
lo excepto quod peruersum est in hominibus emen- Dei dissonũ est cõsonũ, & inæquale æquale.
dare consonum est itaque, quod esse videtur, disso-
num, & æquale, quod inæquale videtur, vnde
omnes eodem pacto, communique futurorum igno-
ratione, commonentur ad timorem Dei. Nil me-
lius. Cum quo etiam concludam, consulens, om-

56. Futura inquirere, & velle scire stupor est mentis freneticæ.

nibusque hæc lecturis suadens, *vt quæcumque ad nostram vtilitatem diuinus sermo nobis voluit esse occulta, ne solliciti simus ea inquirēdo, nam hac perscrutari stupor est quidam frenetica mentis vitium.* Hæc Olympiodorus. Ex quibus patet, quàm futilis sit hæc scientia, quàm vana, quamque Christiano indigna viro, non equidem sic ea quam à Deo noster acceperat Sapiens, quæ vti ab illo infusa, vera erat, substantialis, solida, vt ipse pronunciat dum ait, *ipse enim dedit mihi, &c.*

Num. 18. *Initium, & consumationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Capitis Connexio

Dona sequitur Sapiens ab hoc versu, vsque ad 21. enarrare, quæ à Sapientia acceperat, & in hoc scientiam ponit temporum permutationum, vt mox dicemus.

Initium, & consumationem, & medietatem temporum, &c. Ambrosius libro de Abraham, cap. 7. pro, *temporum.* legit, *omnium rerum*, nam res sub temporibus continentur, & sic sub illis possunt intelligi, vnde sensus, ipsum habuisse, seu per sapientiam sciisse principium, finem, ac medietatem omnium rerum, quæ sub tempus cadunt. At verò, vt benè adnotat Carthusianus, non nouit ipse finem temporum, nempè mundi, nam iudicij dies ignotatur; loquitur ergo de rebus naturalibus, quarum principia finesque sciuit.

Ambros.

1. Salomon principia media ac fines cognouit rerum naturalium.

Carthu.

Vicissitudinem, &c. Alij codices, quorum meminit Carthusianus & Bonauentura, legunt. *Vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum.* Ambrosius lib. 1. de Abraham. cap. 7. legit, *diuisiones temporum*, Origenes homil. 21. in Luc. *temporum varietates, & translationes mensium.* Vatablus interpretatur, *solstitiorum vicissitudines.* In quo omnes fere recentiores conueniunt, verusque est sensus: Cognouit ergo Salomon cursum solis, solstitia hyemalia, & æstiua, hocque intellexit per vicissitudinum permutationes, sicut per commutationem temporum, quatuor tempora anni, nempè, hyemem, æstatem, ver, & autumnum: sciuit enim & ingressum, & medietatem, omniumque horum finem, & simul effectus, eorumque mutationes, quod totum difficillimum est.

Bonauen. *Ambr.* *Origen.* *Vatabl.*

2. Sicut earum omnes permutationes.

Num. 19. *Anni cursus, & stellarum dispositiones.*

COMMENTVM LITTERÆ.

ANni cursus, Græcè, *Cyclos*, vel, *circulos*, solis scilicet conuersionem, quæ annum conficit, reuolutionem vulgus vocat.

Dispositiones, &c. Hoc est theses, oppositiones stellarum, seu syderum.

1. Scientia stellarū difficillima.

Quàm difficilis sit hæc scientia, si cupis scire, vide Basilium homil. 6. in Examer. Ambrosium in Examer. libro quarto, ca. 4. Augustinum 5. de Ciuitate cap 3. Philonem de somnijs, qui allatis de stellarum natura varijs opinionibus, tandem concludit, quæ de illis, cælisque circumferuntur, incerta incomprehensibiliaque esse, & coniecturis niti verisimilibus magis, quàm certis, verisque rationibus. Vnde iurare quis posset, & absque scrupulo, difficillima in tantum esse, vt potius somnient qui de ea scribunt, quàm quod aliquid verum dicant. Pulchrè Bion Philosophus, vt refert Stobeus sermone 78. de Dijs, audiens quosdam de figuris, astrisque disputare cœlorum, palmoque velut cœlum metiri, nomineque proprio quælibet aduocare signa, ridens circunstantibus ait, *Fluminis pisces propestantes non vident, & putant quæ in cœlis sunt, dum sic ab eo distant aspicere.* Vnde aptè Thaleti Milesio, vni ex septem Græciæ Sapientibus stellas contemplanti, inadoertenterque in foueam incidenti, vetula illa dixit, vt refert Laertius libro primo in eius vita, *qua ratione, ô Thales, qua in cœlis sunt comprehensurum te arbitraris, qui ea quæ sunt ante oculos videre non vales.*

Basilius. *Ambro.* *August.* *Philo.*

Bion. *Stobeus.*

2. Preclarum dictum Bionis contra Astrologorum præsumptionē.

Laertius.

Num. 20. *Naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

MIrifica scientia, ac supra modum delectabilis, vt testis est Aristot. 1. de partibus animal. cap. 5. ponderans delectationem huius scientiæ, ex illa quæ capitur ex sola effigiatione animalium, argumentans à minori ad maius, vbi asserit præclarum illud, nempè, *Nil adeovile esse in rerum natura, in quo non mirandum aliquid, ac diuinum inditum videatur* De qua scientia scripsit ipse quinquaginta volumina, incredibili Alexandri sumptu, qui, vt refert Athenæus lib. 9. ascendit ad summam quadringentorum octoginta millia aureorum.

1. In natura a:l sic paruū quod aliquid non contineat admirādum

Aristot. *Athene.*

Naturas animalium, &c. Generationem, essentiam, & proprietatem, omnia sciuit Salomon, & de omnibus scripsit, licet non extent eius libri.

2. Salomon de animalibus scripsit.

Iras bestiarum, &c. Græcè, furores, & ferociam bestiarum, vim scilicet irascibilem earum, Vatablus, & Cantacuzenus exponunt de cicuratione, placet, si vt finis cicuratio assumatur, nempè sciuisse Salomonem vim irascibilem animalium, tum ad docendum quomodo ab eis cauendum, tum quomodo ea cicuranda, id est mansueta facienda, quæ scientia, vt optimè asserit Lorinus, in Adam fuit, & Noë, & post peccatum dominium super ea, nisi aliquibus sanctis, vt Francisco, Antonio, atque alijs, nulli concessum.

Vatabl. *Cantacu.*

3. Eorum naturas calluit, & quomodo cicurarentur.

Lorinus.

Theatr. vita hum. Plinius Ælian. Philostra. Seneca.

Qui fuerunt primi animalium cicuratores, & quis primus equis frenos imposuit, vide Theatrum vitæ humanæ vol. 2. libro secundo pag. 3659. de qua re multa Plinius lib. 26. cap. 11. & alibi Ælianus libro primo de natura animalium, cap. 38. Seneca ep. 80. Philostrat. libro septimo, & alios.

Lorinus.

Vim ventorum, &c. id est impetus, & violentias ventorum, &c. detrimenta scilicet quæ per ventos fiunt, vt vult Lorinus.

4. Cogitationes hominū vt dicitur cognouisse Salomonē. *Castro.*

Cogitationes hominum, &c. Hoc est, secundùm Lorinum, ipsas cogitationes, per scientiam cōiecturalem, per signa, & effectus, per physiognomiam: melius Castro, per cogitationes, dialogismos, discursus, & ratiocinationes. Nil ergo tam altum, tam acutum, nil tam subtile homines excogitare potuerunt & verbis prodere, aut litteris mandare, quin Salomon non intellexerit, qui sensus verus & germanus. Huic scientiæ reuocanda est solertia Salomonis in eo de meretricibus iudicio 3. Reg. 3. & illa, callens finem Adoniæ, dum perut Abisag.

5. Quæ dicātur cogitationes a Salomone cognitas. *3. Reg. 3.*

Differentiam virgultorum, &c. Ambrosius libro de Abraham legit, *herbarum*, in idem reincidit, præclara ac delectabilis scientia, cuius scriptores si vis scire, consule Theatr. vitæ humanæ volum. 5. li. 1. p. 1221. Mathiol. in epist. nuncupat. Plini. lib. 25. cap. 1. & 2.

Theatr. vita hum. Mathiol.

Num. 21. *Et quæcumque sunt absconsa & improuisa didici, omnium enim artifex docuit me sapientiam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Cantacu.

IN credibilis conclusio, vt ait Cantacuzenus, nihil se dicit ignoraisse, siue obscurum, siue perspicuum, & ne se eleuaret, quasi à se eam habuisset scientiam addit per sapiētiam illi communicatam; adnotat Castro, & optimè, ex hoc loco Dei liberalitatem, qui semper plus dat, quàm ab eo petitur: Salomon enim, tantum sapiētiam gubernandi petijt, & Deus non solum istam, sed etiam & summam eloquentiam, & scientiam de moribus, & omnes artes, & Philosophiam naturalem, Astrologiam, Chronologiam, Historiam naturalem, Logicam, & demum quidquid sciri aut intelligi potest, ei' impertiuit. Mira Dei bonitas, mira liberalitas.

Castro. 1. Dei liberalitas plus dat, quàm ab eo petitur.

D

2. Salomon virtutes cognouit lapidum.

Quæcumque sunt absconsa, &c. id est virtutes occultas rerum, vt magnetis, vt rectè adnotat Lyranus, aliorumque lapidum, metallorum, & fossilium.

Lyran. Vatabl. Iansen. Carthu. Bonauen.

Et improuisa, &c. Optimè Lorinus, qui per improuisa, intelligit quæ subito, & de repentè accidunt, quorum causa ignoratur: Vatablus, & Iansenius vertunt, *manifesta & aperta*, improuisa inquit Chartosianus, idest, *quæ subito & impræmeditatè eueniunt.* Bonauentura putat synonimum prioris verbi, nempè absconsa, nam talia sunt improuisa ignorantibus, & non valentibus causam videre, in idem recidit cum Lorino. Virtutes ergo occultas rerum, & quæ subito accidebant mutatio-

3. Et rerum occultarū. *Lorin.*

A nes non ignorabat, per sapientiam sibi infusam, sed omnium causam sciebat, magnum, & præclarissimum donum.

4. Sapientia quomodo dicatur artifex.

Omnium enim artifex, &c. Cùm Deus operetur omnia per intellectum, atque more artificis per ideas, & scientiam, & per appropriationem, sicut secundæ Trinitatis personæ attribuitur esse Verbum, & Sapientiam, sic etiam esse ideam, quatenus idea in Deo non est exemplar ipsiusmet creaturæ, neque ipsamet essentia diuina vt sic, sed vt est species expressa siue verbum illius, ideo Sapientia diuina artifex dicitur omnium, quatenus omnia per ipsam, vt exemplar, & omnium idea, formata sunt. Vide de hac re Vasquez prima parte disputatione 71.

5. Idea in Deo quid.

B

HOMILIA CXL.

Deus liberalissimus in dando, parcissimus in promittendo.

QVæcumque sunt absconsa & improuisa, inquit noster Sapiens, quòd eum docuit Sapientia, non tantum petijt, & Deus illi quæ nec cogitauit tribuit. Quàm ergo munificus, quàm liberalis est Deus, Dominusque noster, nescit moderationem in dando, prius cordis deficit desiderium in petendo, quàm Deus noster in dando, prius vas cordis expletur, quàm ipse infundere desistat.

C

1. Cor hominis prius expletur in recipiendo, quàm Deus in dando. *4. Reg. 4. num. 6.*

Enimuero duo licet considerare in mirabili illa olei infusione, miraculosè ab Eliseo Propheta viduæ præstita. 4. Reg. 4. num. 6. Primum non antea stetisse oleum quàm vasa deficerent, *Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum, Affer mihi adhuc vas, & ille respondit, non habeo, stetitque oleum.* Ergo olei emanatio non prius cessauit, quàm plena vasa, quàmque deficerent: sic prius deficit vas, prius cor hominis deficit ad petendum, quàm Deus dare desistat, ita exsatians, ita plus quàm cor desiderat tribuens. Quod pulchrè adnotauit Hugo Victorinus libro primo Miscellaneorum de Dei tractans dulcedine, ponderans inter Dei dona, ac mundana differentiam, nam respectu istorum, superabundant vasa, & deficit donum, dum respectu Dei donorum, è contra, vasa deficiunt, sed donum supereffluit: in virginibus enim fatuis, Matth. 25. num. 3. defecit oleum, vasa superfuerunt, dum in hac Elisæi vidua, vasa prius, quàm oleum, defecerunt. *Habet oleum Deus*, inquit Victorinus, *habet oleum, & mundus, ad oleum Dei vasa deficiunt, oleum mundi in vasis deficit, oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi delectatio præsentium, illa sufficit, ista deficit.* Nil melius, sufficit quidem, at ita, vt vltra vota, vltra expectationem.

Hugo Victorin. 2. Donorum Dei, & mūdi differentia. *Matth. 25. num. 3.*

Quod est secundum notandum in isto miraculo, nam mulier non tantum petijt, quantum illi præstitit Propheta, solutionem debiti tantum ipsa postulauit, *Creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi.* Cui Eliseus, *Quid vis vt faciam tibi?* ergo postulationem satis, superque impleuet Propheta, si tantum olei ei, quantum ad solutionem debiti dedisset. Sed non sic, nam ita largiter oleum effudit, vt non solum ad debiti solu-

3. Sēper Deus dat vltra vota.

tionem, sedetiam ad sustentandam vitam, & ad inopiam subleuandam sufficiens existeret. *Vade*, inquit. *vende oleum, & redde creditori tuo, tu autem & filij viuite de reliquo.* En magnificentia, soluit debitum, & tribuit insuper vitæ sustentum, quod nec ipsa petijt, nec cogitaoit petere, liberauit à seruitute filios, & insuper vnde victum illis tribueret impertiuit. Mira liberalitas, sed non mirum, quia Dei, qui semper vltra optata, vltra vota dat, & vt inquit Cyprianus ad Donatum,

Cyprian.

4 Fides regula à Deo obtinendorum.

quantum illi fidei capaces nos afferimus, tantum inde gratiæ inundantis haurimus. Nota verbum, *inundantis*, non dixit gratiæ tantum, sed inundantis gratiæ, hoc est non solum ad capacitatem sufficiens vasi, sed ad illud inundandum, obruendumque, vt sic dicam.

5\. Deus quàm munificus cum Iacob. *Genes. 28. num. 20. Cap. 32. n. 10.*

Quid à domo extorris, solus, & pauper, in fide tamen diues à Deo petijt sanctus ille Patriarcha Iacob, B *Nisi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum?* Genes. 28. num. 20. At Deus quid illi contulit? audi ipsum cap. 32. num. 10. *In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Non solum panem, & vestimentum, sed filios, sed filias, sed vxores, sed seruos, & ancillas, sed pecora, & diuitias, in tantum vt simul cum fratre habitare non posset, *diuites enim erant valde*, inquit scriptura, vbi supra capite trigesimo sexto, numero septimo, *& simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum, præ multitudine gregum.*

Ibi ca. 36. num. 7.

En quàm abundanter, & vltra vota illi elargitur Deus. pauper exijt, & insuper vt pauper petijt, vt homo miser, paruum, angustiatumque habens cor, pane tantum, vestimentoque contentus: at Deus, vt Deus dedit, C vt Princeps, vt beneficus, munificentissimusque Dominus, vltra captum explens vota, & quæ nec ipse homo vnquam petere auderet.

Chrysost.

Quod sanctus considerauit Chrysostomus homilia 63. in cap. 45. Isa. 1. num. 28. in verbis illis eiusdem Iacobi, dum audiens filium suum viuere dixit, *Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit, vadam, & videbo illum antequam moriar.* Vbi non amplius amantissimus petijt pater nisi filij visionem, hanc ratus omnem esse ob descensionem in Ægyptum suam sufficieotiam, condignamque labori suo mercedem: at Deus quid? Genesis quadragesimo sexto, numero tertio, *Descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.*

Genes. 46. num. 3.

Vbi Chrysostomus, *Vide quomodo ea quæ iustus ille desiderabat, ea illi Deus pollicetur, immo &* D *multo maiora, liberalitate enim sua nostras petitiones transcendit.* Tantum videre Ioseph Iacob erat in votis, at Deus non solum illius concessit ei præsentiam, sed & suam societatem, & gentem magnam, immo ex Ægypto reuersionem. & insuper sic constantem sui filij visionem, sic sufficientem, vt sic dicam, vt ea vltra captum exsatiatus, non prius eius visionem amitteret, quàm terminus ipsius clauderetur vitæ, *Ego descendam tecum illuc, & ego inde te abducam reuertentem, Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.* Hoc vltimum pondero. Senex sic cupidus, sic pro magno filij visionem reputabat, vt tantum semel vidisse eum, totam sufficientiam æstimabat: at Deus vltra vota, non solum visionem tantum, sed durationem, perpetuitatemque promisit in illa, ita vt potius vita ei defutura, quàm visus esset Ioseph, & insuper

A ipsum eius clausurum oculos, quod sommopere antiqui officiom expetebant, vt à perquam eorum carissimis coniunctissimisque fieret, vt multa probant exempla antiquorum: sic, vt inquit Euripides in Hecuba, Polixene Hecubæ matri, infœlicitatis exemplum, tanquam solatium extremum promitiit, Polydorum filium eius clausurum lumina.

6\. Carissimi, in antiquis, extremo claudebant oculos die. *Euripides.*

Viuit, inquit, *premetque mortua tibi lumina.* Et apud Virgilium libro nono, Euryali mater plangit, se filio occiso operire oculos non potuisse.

Virgil.

Et apud Lucanum libro tertio in bello Iulij Cæsaris, contra Massiliam, Argus quidam lethaliter vulneratus, patrem suum ætate iam fessum cùm forte vidisset, hoc ab eo erga se officium expetijt.

Lucan.

De qua re memorabile etiam exemplum narrat Valerius Maximus libro secundo cap. 6. exemplo septimo, ipso scilicet præsente, apud Iulidam Græciæ oppidum; cùm nobilis quędam fœmina redditis rationibus, vti inibi mox erat, venenum haosisset, *Sermone significans*, vt ipse inquit, *quasnā subinde partes corporis sui rigor occuparet, cùm iam visceribus eum, & cordi imminere esset locuta, filiorum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium aduocauit.* Hoc ergo supremum officium, vltimæque charitatis certissimum experimentum, promisit Deus Iacobo, nil de eo cogitanti, vt semel omnibus innotesceret, quàm vltra vota Deus hominis desideria expleat, & impleat.

Valerius Maxim.

Sic pari modo aquæ penuria Israeliticus laborabat exercitus 4. Reg. 3. num. 13. & nil aliud tres illi nisi aquam Reges exquirebant, cuius defectu propemodum mortuos se existimabant, quod & Eliseo Rex significauit Israel dicēs, *Quare congregauit Dominus tres Reges hos, vt traderet eos in manus Moab?*

4. Reg. 3. num. 13.

7\. Dei liberalitas erga Israelis Reges. *Num. 17.*

ita siti premebantur, omnino aqua exercitu, iumentisque deficiente, aqua ergo tantum erat in votis, at Deus numquid aquam solum? audi num. 17. *Alueus iste replebitur aquis & bibetis vos, & familia vestra, & iumenta vestra, parumque est hoc in conspectu Domini, insuper tradet etiam Moab in manus vestras.* Parum ergo erat dare aquam in conspectu Dei, quod multum videbatur in conspectu hominum, quid hoc, nisi summam, indicibilemque Dei nostri prædicare munificentiam, qui semper tribuit vltra vota? Merito ergo exclamat Ambrosius super illud Luc. 23. num. 43. *Hodie mecum eris in paradiso: Pulcherrimum affectanda conuersionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur, & vberior est gratia, quàm precatio, semper enim plus Dominus tribuit, quàm rogatur, ille enim rogat vt memor sui esset Dominus, cùm venisset in Regnum suum, Dominus autem ait, Hodie mecum eris in Paradiso.*

Ambros. super Luc. 23. nu. 43.

8\. Latro vltra vota accepit.

9\. Deus foras parum ostētat totus intus diues. è contra mūdus.

Sed huius occasione Ambrosij dicti, considerare equidem libet quàm parum Dominus noster extrinsecè diuitias demonstret suas, quamque è cōtra diues est intus, mundus autem è contra, totus est foris, intus plenè vacuus, multum promittit, nil attēdit, & præter rerum vmbram, nil amplius in se retinet. Quis diceret, aut quis crederet, hominē illum qui tunc in cruce manebat exanguis, maculatus, clauibus fixus, & cōfixus, deturpatus, sanguine madefactus solus, nudus, dehonestatus, ac derisus, cui nisi solū labia, insuper, nil reliquum, talem, inquā, in se non minus quàm cæleste Regnum, quàm paradisum continere, dominumque eius esse? at verè,

etsi

etsi foras illud non ostentabat, intus tamen continebat, intus in quam, ex eo quia non humana, sed diuina eius erat potestas, sicut & regnū. Quod excellenter considerauit Ambros. vbi sup. in titulo crucis, adnotans illum suprà crucem positum, vnde ait: *Meritò suprà crucem titulus, quia non humanae corporis, sed diuinae potestatis est regnum, quod habet Christus, meritò suprà crucem titulus, quia licet in cruce erat Dominus Iesus, supra crucem tamen regis maiestate radiabat.* Hoc vltimum adnoto, infra crux, suprà regnum, crucis ergo emolumentum regnū, & æternū, quòd contra euenit in mundo, plenus apparet & vacuus est, pectus plenum demonstrat, at sine lacte reperitur, *Da eis Domine*, inquit Oseas 9. n. 14. *sed quid dabis eis? vbera arentia, & vuluam sine liberis.* Nota quod ait, vult vt habeat vbera tumentia, sed sine lacte, & vuluam tumentem, sed sine liberis, condigna pœna illorum, qui extrinsecè videbantur Deum colere, intrinsecus autem Deos adorabant; ergo mundus cui seruiunt, & à quo sperant, haber vterum tumentem, sed vacuum: habet vbera, sed sicca, multum ostendens, nil retinens; at Deus nihil demonstrat, sed multum dat, parum loquitur, multum cōfert, *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia*, Psalm. 61. num. 12. Lege Dauidis Psalmos, & inuenies Dauidem, oculos, manus, pedes, brachia, in Deo inuenisse, at verbum, vnum tantum, in quo verbo duo mirabilia audiuit, potentiam faciendi, quod promittebat, *Potestas Dei est*, & secundum, hanc totam ad hominis ordinatam bonum, *& tibi Domine misericordia.* Quæ cùm tanta sit, si extrinsecus requiras, nil reperies.

Ambr.
11. Crucis emolumentum.
Oseas 9. num. 14.
12. Hypocritarum pœna.
Ps. 61. n. 12.
13. Dauid cur vnum tantum verbum in Deo reperijt.
14. Quidquid Dei est ad bonum confert hominis.

Quis crederet, dum Christus esset in deserto, promptuarium quem eius respiceret, in quo non erant amplius quàm duo pisces, & quinque panes, quòd ex tam parua præuentione, vt sic dicam, & ex tam misero promptuario, tanta piscium, panumque prodiret abundantia, vt quinque millia hominum exatiarentur, præter mulieres, & paruulos, & insuper quod duodecim cophinos fragmentorum colligerent Apostoli. Ioan. 6. Enimuerò nec ipsi illud credebant Apostoli. *Desertus est locus*, dixerunt ad Dominum, *& hora iam præterijt, dimitte turbas, & euntes in castella emant escas.* Marc. 6. num. 35. Adnoto sterilitatem, & insuper quàm parum Deus extrinsecè curam demonstret nostri, locus desertus, & hora iam præterita, & Christus, quasi nihil curans, ita vt Apostoli illi dicerent, *Dimitte turbas, &c.* Quis quæso, non diceret Christum parum de necessitate curare turbarum, cùm nec verbum ex illius ore de comestione audiebatur, nec prouidentia perspiciebatur, tantæ possibilis multitudini, *Non habent necesse ire*, respondit Dominus, *date illis vos manducare.* At hoc audito, quid responderunt, *non habemus hic, nisi quinque panes, & duos pisces*, respexerunt prouisionem, quam attulerant, promptuarium, quod habebant, & licet essent duodecim, solum in illo, quinque panes, & duo reperti sunt pisces. *Quid inter tantos*, & tamen ex hac, siue vt melius dicam, in hac exinanita demonstratione externa, satur itas, abundantia que existebat illa. *Vir autem quidam*, inquit Scriptura Reg. 4. cap. 4. num. 42. *venit de Balsalissa, deferens viro Dei panes primitiarum viginti hordeaceos, at Eliseus præcepit ministro, da populo vt comedat.* Sed quid iste? *Quantum est hoc?* respondit, *vt apponam centum viris.* Parum ei videbatur prouisio, viginti tantum panes prospiciebat, homines tamen centum, vnde saturitas? at quid Eliseus, *De populo vt comedat, hæc enim dicit Dominus, comedent & supererit.* Comederunt, & superfluit, adnoto illud, hæc dicit Dominus, ad quid? nonne sufficiebat dicere comedent, & supererit, an hoc dixit, aspiciens ad diminutum panum numerum, in illo propriam solius Dei prouidentiam inueniens, quæ tunc abundanter prouidere solet, quando amplius deficit, in illa reponens penuria abundantiam, immò & abundantiæ excessum, saturauit ex panibus ex piscibus, & insuper post quam, *impleti sunt*, superfuerunt quinque cophini, ex prōptuario tam tenui, & parco. Pulchrè Abbas Cellensis, lib. 3. epist. epist. 4. *Nihil*, ait de hoc loquens miraculo, *infrà votum, suprà omnia abundant gaudia, explicat se voluntas ad volendum, vel etiam ad volandum, supercurrit oleum, quia vasa deficiunt, hic, manus dantis largior, & accipientis rarior, sola hæc ministrorum indignatio, quia pauci sunt, quibus fiat fercalorum distributio.* Adnoto illud, explicat se voluntas ad volendum, vel etiam ad volandum, pulchrè dictum, diminuta est ipsa voluntatis volitio, (vt sic dicam) ad dona Dei capessenda, tarda ad petendum, alas necessarias habet, vt perniciter petat, vt semper, continuè, festinè, sine intermissione, alta, & magna, & tamen cum hæc fecerit, sciat quia *supercurret oleum*, plus accipiet quàm petijt, etsi pauci videantur panes, superabitur vltra votum, quia Dominus parum ostendit, at retribuit vltra promissum, vltra vota.

15. Panum miraculum prouidentiæ diuinæ magnū experimentū.
Ioan. 6.
Marc. 6. num. 35.
16. Deus extrinsecè vt nostram probet fidē parum demonstrat de nobis curare.
17. In Dei paupertate, omnis abundantia.
Reg. 4. c. 4. 42.
17. Tunc abūdanter prouidet, quando amplius res deficiunt.
Abbas Cellens.
18. Voluntas habet alas ad petendū quia Deus pronus ad dandum vltra vota.

Mel & lac sub lingua eius, inquit sponsa in Cant. 4. num. 11. cur sub lingua, & non in lingua? Sanè quia mos Dei est bonum abscondere, parum de illo ostendere, intus illud habere, immò foras, quod horridum ostendere, hinc, *Labia eius lilia stillantia myrrham primam*, inquit eadem sponsa Cant. 5. num. 13. quid myrrha amarius? *Myrrha amara res*, inquit Bernard. & Rupertus, Stephanus, *gutta illius quasponte stillat viridis est, & amara*: Et Plin. lib. 12. cap. 15. sic ait de Myrrhæ arbore. *Altitudo eius ad quinque cubitus, nec sine spina, corticem habet spinosum, folium oliuæ crispum, & aculeatum, iuba Olassani iuniperο similem.* En qualis arbor, tota spinosa, aculeata, ossibus plena, talia sunt sponsi labia, tales sunt Christi sermones, inquiunt Theodoretus, & Cassiodorus, eximus mortificationem semper distillantia, pœnitentiam, paupertatem, labores, dolores, mortes, occisiones, en qualia se ostentant, quis ergo non dicet, & guttur etiam ipsius esse amarissimum, at non sic, sed sequitur sponsa, *& guttur illius suauissimum*, mirum vt à tali amaritudine ad talem deueniatur dulcedinem, quàm vt notat Rupertus, *Inexplicabilis est*, ob quod nulla illud celebratum similitudine, nullus equidem carnalis homo hæc crederet, at vt experta illud sponsa pronuntiauit, vti sciens per talem amaritudinem ad talem dulcedinem deueniri, & licet

Cant. 4. 11.
19. Dulcia Deⁱ intus habet, austera foris ostētat.
Ibid. c. 5. n. 13.
Bernard. Rupert. Stephan.
Theod. Cassiod.
20. Ab eius amaritudinē ad eius peruenitur dulcedinē.
Rupert.

21. Eius verba austera, sed effectus dulces, ficca sed abũdantia.

foras,& in labijs Deus amarum haberet, intus tamen totum dulcedine esse repletum, paupertatem foras ostentat, sed in illa diuitias inclusas habet, verba asperitatem resonantia, sed suauitatem includentia, ad promissa demum breuia, parca, imò & sicca, ad complementum autem vltra vota abundantia.

Enimuerò Deus, quod de semine suo ab Ægypto exituto, dixit Abrahamo, Genes. 15. num. 14. (*Gen. 15. 14.*) noo amplius quàm duo fuerunt verba, scilicet, *Verumtamen genti, cui seruituri sunt, ego indicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia,* non amplius adiecit. Quis ergo vnquam pēsitaret magnam hanc substantiam omnes penitus futuras Ægyptiorum diuitias, ita vt dicat scriptura Exod. 12. quod filij Israel, *spoliauerunt Ægyptios*. In quare, licet etiam considerare, filios Israel non amplius quàm libertatem à Deo postulasse, & Moysem ipsum, non amplius à Pharaone quàm armenta petijsse. sed nunquid hoc Deo sufficit? parum illi visum est, nisi & argentum, & aurum, & margaritas omnes adderet Ægyptiorum, quid mirum? Deus erat, ideo vt Deus dedit, & concessit, qui sēper amplius dat, quàm promittit.

22. Promissiones Abrahami adeo factæ, parū foras ostētabant, effectus autē fuerunt abundantissimi. *Exod. 12.*

Ambr. *Plena semper & redundantia sunt diuina beneficia*, inquit Ambros. in cap. 1. Lucæ, considerans quam plenè Deus orationem exaudierit Zachariæ, qui non plus quàm filium petebat, *Non exiguo constricta numero.* Notandum verbum, duo tantum Deus ad promissionem addit verba, sed dum ad complemeotum venitur, non exiguo constringuntur beneficia, verborum numero, *Sed vberi*, ait Ambrosius, *bonorum coacervantur congestu, vt hic*, nempe in Zachariæ exauditione, *primo precationis fructus, deinde sterilis partus vxoris, tum lætitia plurimorum, & magnitudo virtutis, Altissimi quoque propheta promittitur, quin etiam ne qua esset dubitatio, futuri quoque vocabulum designatur, tantis igitur supra votum fluentibus, non immeritò diffidentiæ pœna silentium est.*

23. Zacharias cur mutus redditus ob incredulitatem.

Hoc vltimum admirari libet Ambrosij dictum, totum oppositum dicere debebat, scilicet, non pœna silentij dignum, dum tanta supra votum affluebant, at satis dictum: æstimare enim sanctus debebat Zacharias ex Dei voce Angelum loqui, Deumque esse largitorem noo hominem: vnde ex quo diffidentiam, inde confidentiam haorire debebat, & credere promissa, quia vltra vota; vnde meritò silentij pœoa punitur, ne lingua diffidentiæ verba, quæ mens iotus conceperat, foras proderet. Et vnde sicut Isaias credendo factus Propheta, sic Zacharias diffidendo ex loquente mutus, *Condemnatur silentio*, inquit Ambrosius, *incredulitas sacerdotis, & fides prophetarum probatur oraculo, Clama, inquit Isa. 40. & dixi, quid clamabo? omnis caro fœnum, vides iubentis imperium, obtemperantis obsequium, interrogantis affectum, obsequentis oraculum, credidit enim, & quid clamaret exposcit, & quia credidit prophetauit, at verò Zacharias quia non credidit, non potuit loqui.*

24. Isaias factus propheta quia Deo credidit.

Debebat ergo credere, quia Deus erat qui spondebat, cuius est proprium promittere tantum flores, sed postea addere fructus. Hoc eleganter considerauit Origenes homil. 9. in cap. 12. Num. in promissione illa Dei de generatione virgæ, *Erit inquit Scriptura*, ait Origenes, *homo quemcumque elegero, virga eius germinabit, hoc est solum*

Origen.

A *quod promisit Dominus, vt virga eius quem elegerit germinet, vbi verò ad rem venitur, vt quod promissum est ostendatur impletum, non vnum illud quod promissum fuerat effectum dicitur, sed vide quanta adduntur, ait enim, Et ecce germinabit Virga Aaron in domo Leui, hoc est vnum quod fuerat promissum: sed adduntur alia, & dicitur, produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. Cùm ergo de solo germine fuisset promissum, vide quanta largitur Deus, vt non solum germen produxerit, sed & frondes, sed & flores, & non solum flores, sed & fructus germinauerit.* Egregiè, promisit tantum germina, sed addidit postea frondes, flores fructus, vnum promisit, quatuor dedit, triplicauit donum, nemine exposcente, immò oec cogitante.

Sic etiam vltra cogitatum, spemque, misericor-
B dia illa extitit, qua Deus vsus cum sene Tobia, iste Deum rogauit, sed quid rogauit? vt moreretur, angustia, & labore pressus cap. 3. n. 6. *Et nunc Domine* *Tob. 3. 6.*
secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum.

Sed antequam vltra progrediamur, prius dissoluendus est nodus ooo vulgaris difficultatis, circa huius sancti senis orationem, quæ à Deo exaudita, facer inquit textus nom. 24. *In illo tempore exaudita sunt preces amborum*, Saræ scilicet & To- *Vbi sup.*
biæ, *in conspectu gloriæ summi Dei, & missus est An-* *nu. 24.*
gelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ. At quomodo illa Tobiæ exaudita, qui mortem petijt non vitam, *Præcipe in pace recipi spiritum meum*, qui etiam ita confidenter ab oratione exijt, vt pro certo existimaret se à Deo exauditum, ac sine dubio moriturum, cap. 4. nu. 1.

25. Tobię oratio quomodo dicatur exaudita.

C *Igitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum*, testamentum suum iam condens, & vltima præcepta illi tradens. Si ergo quod & petijt fuit mors, & hanc oon obtinuit, quomodo oratio eius exaudita? *Ibid. c. 4. num. 1.*

Cuius nodi difficultatem antequam soluamus, expedit primum, vtilissimum omnibus, præcipueque vitæ spiritualis magistris, elicere documentum, nempe, vt ex hoc Tobiæ facto considerent, & experiantur, quàm sit difficile, ex sensu quem quis in oratione recepit, voluntatem Dei intelligere, quiue sit sensus Domini agnoscere. Ecce Tobias vir tantus, & sanctus, feruentissimè orans, ex motione interiori, ex spe concepta firmissima, ex hilaritate cordis, qua à Dei præsētia secessit, ex interioris testimonio exauditioois certissimæ, putauit se
D exauditum, vnde & domui suæ disposuit, quasi moriturus, & tamen fefellit se, & licet exauditus in vno quod efficaciter in corde, actualiter tamen nō erat ei in votis, sed tantum habitualiter, vt sic dicam, non fuit exauditus in altero, quod actu expetebat, & actu desiderabat. Vnde putauit Dei exauditionem, & gratiam, quam cor intus ei suggerebat certissimam, versam circa id quod actu ipse petijt, ex quo factum est, vt se deciperet, & sensum internæ motionis oon acciperet.

26. Magistri spirituales cauti sint in credendo.

27. Voluntas Dei, ex sēsu in oratione accepto quam difficulter accipitur.

28. Tobias sāctus vt se decepit.

Duo ergo rogauit, si benè attendantur verba, diuinæ scilicet complementum voluntatis, *Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum*, hanc efficacissimè voluit, vt impleretur, semper, & absolutè: hoc semper habebat in votis, & vt

dixi habitudioaliter, ex quo fiebat, vt conditionaliter peteret, secundum, vt si esset Dei voluntas, *Susciperet spiritum eius*, hoc secundùm actu tunc petebat, & exqoirebat, vnde quando putauit se exauditum, in hoc existimauit secundo, quod apprimè tunc & actualiter erat in votis, & tamen se decepit, nam infinita Dei bonitas, orationem audiuit in primo volito, vt sic dicam, & non in secundo. Ex quo patet quæstionis solutio, adimplendo scilicet voluntatem suam diuinam, benefaciendo ipsi, vltra captum, expectationemque, misericordiam multiplicando suam. & in hoc exaudita in conspectu Dei est Tobiæ oratio, licet non in secundo, quod erat de morte eius, vt ipse cogitabat.

29. Prudens spiritualis magister ex affectu interiori non se absolutè gubernet.

Ex quo facto duo deducuntur, primum difficultatis solotio, vt patet ex dictis, & secundum, ex interioribus signis, agnitionis difficultas voluntatis diuinæ, ita vt prudens quis spiritualis magister raro, difficulter, ac propemodum quasi nunquam, ex illis, aut certum iudicium, aut certam indagationem, aut certum debeat elicere consilium, ita vt in opus exeat, & secundum affectus illos foris, aut consulat, aut negotia perficiat, si securus incedere velit, & non errare, errabit multoties, & se deceptum millies erubescet, cùm certo certius sit illud, quod hic orans Sara dixit cap. 4. n. 9. *Non est enim in hominis potestate Dei consilium*, & verissimum etiam illud Pauli, quod *nullus consiliarius Dei sit*, & illud Domini nostri, *Nemo nouit quæ sunt patris, nisi filius, neque filij, nisi pater, & cui voluerit pater reuelare.*

Cap. 4. num. 9. Paulus.

Liceat quæso paulò diutius in hoc immorari, necessarium enim iudico non passim de hac re in hac dicere tempestate, sufferat interim patienter lector meus, incunctanter enim ad rem redibimus. Quid enim propria edoctus experientia semper obseruaui me non errasse quando in directione negotiorum, tum spiritualium, tum corporalium, prudentia vsus sum, ac naturali discursu, media applicans illa, quæ prudentia humana & cordatus suggessit, ac prouidit discursus, conclosiooes ex illis eliciens principijs deducibiles, ac secundùm illas operans, hoc enim vtens medio numquam me deceptum reperi, ac è contra cum interioribus motus signis, & motionibus aliorum, vltra humanam prudentiam, aliquid dirigere, aut consequi ausus sum, quasi semper reperi me deceptum, & deceptorias fuisse motiones illas, quæ, aut bonitate personæ, aut puritate eius vitæ, aut fama, & iudicio aliorum permotus, veras dixi, & iudicaui, quod aotem mihi, & infinitis accidisse, immò & accidere adnoto in dies, & doleo: nec mirum, si enim tantus vir, vt Tobias, earum non acquisiuit intellectum, quis audebit dicere, se verè eos intellecturus? Nonne dixit Dauid ad Nathan prophetam 2. Reg. 7. num. 26. *Vides ne, quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium*, cogitans ædificare Dei domum: cui Nathan eius approbãs cogitatum ait, *Omne quod est in corde tuo vade, fac, quia Dominus tecum est*, in quo sanctus se decipit Propheta, non distinguens motionem illam internam esse suam, non Dei, & licet non ex ore protulisset Domini sermonem, tamen ipse, se ex eo quod interius sentiebat persuadens, consulit Dauid, vt faceret quod cogitauerat, quia Dominus cum illo, & tamen deceptum se reperit quando clarè voluntatem suam Dominus reuelauit.

30. Modus procedendi prudens qualis erit.

2. Reg. 7. 2

31. Prophetæ aliquando se decipiūt, & vnde hoc euenit.

A

Quid? nonne Gerson de examin. doctrin. Christian. 1. consideratione, affirmat, Gregorium II. dum ex Auinione Romæ sanctissimam sedem transmigrare intendisset, prius à sanctissima Catharina Senensi, super hoc ad vnum faciendũ consilium petijsse, quod cùm sancta dedisset affirmasse si consilium sequutus, omnino se perdidisset ac pessumdasset: qua experientia motus, iamjam moriturus, sacram Eucharistiam in manibus habens, obnixè à circumstantibus rogauit, vt cauerent ab hominibus, & mulieribus, qoæ proprio reuelationes fingunt marte, licet non credendum, quod sancta finxisset, sed quod se decepit modo quo suprà diximus. Vide Franciscum de Villalba in libro cuius titulus est, *Empresas espirituales y morales*, in explic. 1. fundam. 3. qui hoc refert.

Gerson. 32. Et etiam sãcti, vt Catharina sãctissima.

Francisc. de Villalba.

Quid? nonne sanctissimus Vincentios Ferret. à quibusdam deceptus monachis, qui ei persuaserunt, reuelatum eis, diem astare iudicij, quorum reuelatione ductus, illud prædicabat, vt ipsemet scribit epist. ad Benedic. 13. cuius partes ipse in Hispania tuebatur. Vnde postea tract. de vita spirituali c. 11. & 12. has, similesque vocat reuelationes, *Rabiamenta mulierum.*

B

S. Vincēt. Ferrer. 33. S. Vincent. Ferrer. à quibusdam deceptus iadicium prędicauit.

Et vt certum semel sit, quàm fallax hominum extet iudiciom, etiamsi sancti, & alioquin præclari viri, nonne in illo diuturno schismate, quando tres viri summam tenere sedem præsumebant, quilibet illorum sanctum pro se habebat, Petrus enim de Luna, qui Benedicti 13. nomen sibi imposuerat, sanctum Vincentium Ferrer. sui prædicatorem, ac confessorem. Vrbanus VI. Romæ, sanctam Catharinam Senensem, Clemens verò, qui in Auinione sedebat, Petrum de Luxemburgo Cardinalem, cuius, vt scribit Buallius, de potestate Pontif. in princip. in qu. de Concil. Basiliens. authorit. & validit. pag. 51. mille nongenta sexaginta quatuor miracula, ritè digesta, & obsignata sunt, inter quæ, duorum & quadraginta mortuorum resuscitatio, & tamen certum est, Benedictum, & Clementem, tanquam Pontifices certos nunquam Ecclesiam agnouisse.

34. Hominum iudicium, etsi sanctorum, quàm fallax.

C

Buallius.

Sed quid? nonne ipsæmet claræ Dei reuelationes, quo ad sensum suum intimum, & quem Spiritus sanctus intendit, multoties obscurissimæ sunt & non intelliguntur, cùm interius aliud recondant quàm quod exterius sonant, & nisi Deus, suum declaret sensum, decipietur infallibiliter, qui tantum externam eorum corticem sumere velit Genes. 13. num. 4. *Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo, vsque in sempiternum*, dixit Dominus Abrahamo. Quam intelligens Abraham prophetiam, sicut exterius sonabat, in diebus scilicet suis Deum daturum illi terram, cùm in dies iam processisset, & non vidisset illam expletam, quando cap. 15. num. 8. idem promissum Dominus reiteraret, respondit ei. *Vnde scire possum quod possessurus sim eam?* Et tunc Deus verum absconditumque aperuit ei sensum, nempe promissionem intelligendam de semine, & oon de persona sua, nam verè illi eam dabat, quando propter eum semini suo. Quod ex illa Iacobi etiam reuelatione licet colligere, nam descendens in Ægyptum, dixit illi Deus Genes. 46. num. 4. *Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem.* Cùm hæc postrema verba, non de ipso Iacobo, sed de eius semine essent intelligenda; quæ si aliquis

35. Claræ Dei reuelationes obscurissimę, nisi illarum sensum Deus non reuelet.

Gen. 13. 4.

D

Gen. 46. num. 4.

accepisset, vt sonabant, certissimè se decepisset, eùm tamen reuelatio verissimum continuisset sensum. Si ergo in claris, si in manifestis, si in euidentibus elocutionibus & reuelationibus, sensus ita obscurus est, ita impenetrabilis, vt nullo modo assequi sit possibile, quid in motionibus non claris, quid in affectibus tantum, quos multoties, aut propria imaginatio, aut proprius affectus, aut ipse dæmon potest nobis illos suggerere? Quapropter rideo, subsanno, ac propemodum stomachor, modum loquendi aliquorum, & aliquarum, qui nec dum in spiritualibus concepti, non solum minimè nati, temerè audent & impudenter dicere, *Dixit mihi Dominus*. Quid? vnde illud sciunt? quis certiores eos reddidit? quale testimonium habent? qui sunt qui talia audent, & loquuntur?

36. Audax loquendi modus aliquorum, & aliquarum improbandus, & reprehendendus.

Mirum, & mirandum, in omnibus Pauli epistolis, nisi semel vnquam reperietur illa voce vsus, *Dixit Dominus*, semel tantum eam reperio in epist. 2. ad Cor. cap. 12. num. 8. quando Deus rogatus vt ab illo Angelus discederet satanæ, tunc ait Paulus quod ei dixit Dominus vt sufficeret ei gratia sua, *Propter quod ter Dominum rogaui, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea.* Et tamen Paulus erat Dei prædicator, & doctor Gentium. Qui ergo non Paulus, qui non Apostolus, qui non doctor, sed quid dico, qui demum in spiritualibus vix conceptus, nec dum natus, audebit ne vocem illam assumere sine temeritate, sine scandalo, immò sine risu? Cautè ergo procedendum, ne decipiamur, sicut noster se decepit Tobias vt tandem ad eum reuertamur, putans se exauditum, quo ad mortem, cùm non fuerit nisi quo ad voluntatis executionem diuinæ.

2. Corint. 12. 8.

At quàm liberalis erga illum talis extitit voluntas: ita equidem, vt ne ille excogitare posset, filium hospitem recepit, vxoratum, diuitem, pecuniam receptam, & insuper visum, quando mortem sperabat; quanta illi Deus liberalissimè, munificentissimeque contulit, vltra captum, vltra imaginationem, vltra spem, & suam, & aliorum, non mireris, Deus est, qui dat, & hoc tantum sufficit.

37. Dei liberalitas in beneficio mannæ expenditur.

Exod. 16.

At quid dicam de munificentissima illa Dei liberalitate, quando ad suum sustentandum populū illud admirabile pluit de cœlo man, Exod. 16. nonne vltra captum, vltra imaginationem extitit datum? Primò, panem isti petierunt terrenum, & Deus dat illis cælestem: secundò panem, isti, vt in Ægypto, quando *Sedebant super ollas carnium, & comedebant panem in saturitate.* Vnde elicet, concupijsse panem, etiam si cum illis laboribus, cum illis afflictionibus, cum illis molestijs, quas in Ægypto patiebantur, vnde petebant panem, etiam si cum labore, & Deus panem cælestem, superabūdantem, absque labore, angelicis manibus compactum, omnem saporem, ac suauitatis delectationem in se concludentem. Quid largius, quidue liberaliusne mireris, Deus est qui dat. Vnde meritò Chrysost. lib. 1. de prouid. Dei tom. 5. exclamat dicens, *Omnes nos Dei benignitatem, neque cogitatione comprehendere, neque narrare possibile esse.* Pulchrè adnotans, vt alibi diximus, super Mat. 7. num. 11. nempe, *Si autem vos cùm sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis, &c.* malos nominasse Christum homines, dum largiuntur non quia malè dando filijs, eisque prouidendo, sed comparatione ad Deum, eiusque prouidentiæ, à qua sic hominum bonitas prouidentiaque distat, vti malum à bono. *Nihil profectò*, ait, *per ista significans, nisi tantum esse diuinæ prouidentiæ, & gubernationis paternæ differentiam, quantum interest inter bonos, & malos.*

Chrysost.

Matt. 7. n. 11.

At amplius quid in ista summa Mannæ largitate admirari etiam libet, modus scilicet dati. Enimuerò satis erat, dum illam gentem Deus semel saturare vellet, præstare illis panem, sed non tanta missum authoritate, vt si essent omnes Reges, non sic ante eos apponeretur, hoc quidem præter dicta singulari in ista Dei magnificentissima adnoto liberalitate, non solum admiror datum, sed modum dati, & veluti si omnes essent Reges, sic eis inseruire fecit, eo prorsus modo ante eos cibum apponens, ac Regibus apponi solet; Regibus enim inter duos cibus apponitur catinos coopertos, adeo, vt si aliquis apud eos comedat, vllo modo cibus ei apponi permittatur coopertus, quia ad Regis authoritatem illud pertinet, vt scilicet coopertus ei soli offeratur, quem postea vnus è primatibus discooperit, Regique apponit, sic, hoc est regale seruitium, & sic Regibus, ac principibus deseruitur. Sicque etiam hoc modo Deus noster iussit vt creaturæ suæ cibus hic apponeretur, inter duos scilicet coopertus catinos, ab Angelis ministratus, & postea, dum ad colligendum filij accederent Israel, non ipsi, sed alter cibum illis discooperiebat minister: nam vt inquit Rabbi Salomon in hoc loco, antequam man è cœlo caderet, prius in terræ superficie cadebat ros, & pruina, super quam postea reponebatur man. Quod confirmat ex illo Num. cap. 11. num. 9. *Cumque descenderet ros super castra, descendebat pariter Man*, vbi in Hebræo, *Descendebat super eum Manna*, quasi stramentum, & catinum mannæ. Ergo antequam man caderet, præparabatur illi catinum roris, ne super nudam esset terram, & de illa acciperent illud filij Israel, super istum rorem ab Angelis reponebatur manna. Attende ministros, attende famulos, quo reposito, super illud cadebat roris opertimentum. Quod euidenter declarant verba Paraphrasis Chaldeæ, quæ sic ait, *Et manè ros descendit per circuitum castrorum, & sublatus est ros, qui descenderat.* Et vbi nostra Vulgata legit, *Manna ros iacuit per circuitum castrorum*, Hebræi legunt, *Manna quoque fuit opertimentum roris, per circuitum*. Manna ergo inter duo roris opertimenta reponebatur, quasi inter duos catinos. Ad colligendum autem cùm accederent filij Israel, primus ros, veluti primus catinus, subleuabatur accedente sole, & sic apparebat manna, quod colligebant postea: ergo seruitium erat regale, ab Angelis ministratum, inter catinos positum, à sole discoopertum. Quid amplius fecisset Deus, si isti nō homines sed dij essent? dedit abundantissimè, dedit vltra captum, vltra imaginationem, & tandem dedit regaliter, magnificentissimeque apposuit, talis est sua liberalitas, talis sua magnificentia, nescit enim modum in dando, nescit terminum, vltra postulata concedit, sicut nunc nostro Sapienti, qui tantum regiminis scientiam postulans, non solum hanc, sed omnium ei scientiam liberaliter impartiuit.

38. Modus dati quo Deus sua tribuit admirabilis, quòd patet in mannæ dato.

Rabbi Salomon.

Num. 11. num. 9.

39. Man vt reponebatur in terra è cœlo cadens.

At libet quidem in hoc Salomonis facto adnotare vnum, prudentiam scilicet in postulatione. Nam cùm ostium Dei apertum haberet ad quodcumque quod expetijsset, sic

40. Salomonis prudentia in postulando sapientiam.

1. Par. c. 1. 7.

enim ei per somnium dixit Dominus. *Postula quod vis vt dem tibi.* 1. Paralip. cap. 1. num. 7. non solum non postulauit diuitias, nec substantiam, nec dies vitæ plurimos, vt adnotauit Dominus, sed scientiam, & ita prudenter, vt non ad scientiam se extenderit vniuersalem, sed tantum regiminis, *Da mihi*, inquit, *sapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo.* Quod sic Deo placuit, vt non solum regiminis, sed omnem illi penitus scientiam infudit, sic, vt nec antea similis ei, nec postea erit.

41. Deus superabundantia tribuit, quando necessarijs nos videt satisfactos necessariaque petere.

Ex quo satis ad doctrinam elucet nostram, donis superabundantibus cumulatum Salomonem, quia tantum necessaria postulauit, non superflua, cùm enim esset Rex, necessaria illi erat prudentia, hanc postulauit, hanc exquisiuit. Qua modesta, prudentique oratione delectatus Deus, non solum necessariam, sed superabundantem, & hanc affluentissimè illi iofuderit sapientiam. Ex quo edocemur, tunc Deum nobis quæ superabundant concessurum, quando necessarijs contenti, necessaria tantum ab eo exquiremus, tunc abundantiam, tunc superfluentiam (vt sic dicam) dabit, & libentissimè, è contra verò, quando necessarijs oon contenti, superflua quæremus.

42. Abhorret, & stomachatur, superflua petentem.

Mirum quidem est, quomodo hoc abhorret Deus, quomodo nauseat, quomodo stomachatur, quando pro non oecessarijs, vt sic dicam, molestatur, quando pro superfluis oramus.

43. Populus bis contra Deum murmurauit, & quando.

Bis reperio populum contra Deum murmurasse petendo cibum, primum statim ac ex Ægypto exijt, panem postulando, & caroes, cui Deus abundantissimè prouidit, vt suprà vidimus, tribuens eis carnes, ac de cœlo panem. Secundò murmurauit quandò profecti sunt de deserto Sinai ad solitudinem Pharao, quod fuit anno secundo, mense secundo, vigesima die

Num. 10. 11.

mensis, vt habetur in Num. cap. 10. num. 11. fleuit enim, flagrans desiderio carnium, quibus

45. Bis eum Deus prouidit, sed cũ discrimine, nempe in secunda eũ puniens, & cur.

etiam abundantissimè prouidit, sed cum hoc discrimine, nam in prima murmuratione prouidit eis vsque ad saturitatem, in hac secunda non solum vsque ad saturitatem, sed vsque ad nauseam, vt suprà adnotauimus. *Sanctificamini vt det vobis Dominus carnes, & comedatis*, ex præcepto Domini dixit Moyses populo, *non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam.*

Ibidem c. 11. 19.

ibidem cap. 11. num. 19. In prima, etsi murmurauerunt, non eos puniuit Dominus, at in hac secunda, *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus*, ait scriptura, *percussit populum plaga magna nimis.* Qualis ergo causa huiusmodi discriminis? perquirenda sanè est: nam vtrobique murmuratio, immò in hac secunda tantum reminiscitur fletus, carniumque desiderij non verò murmurationis, signum non intercessisse. *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens, ac flens, iunctis sibi pariter filys Israel;* At in prima, apertè dicitur, quod fuit murmuratio, *Et*

Exod. 16. num. 2.

murmurauit omnis congregatio filiorum Israel, contra Moysen, & Aaron, Exod. 16. immò hîc principales murmurantes fuerunt filij Israel, ibi autem minimè, sed *vulgus promiscuum*, qui

A secum filios attraxit Israel. Quare ergo hîc sic puniti, ibi vero minimè? nisi quia. ibi, etsi imperfectissimè & culpabiliter, tamen de necessariorum murmurauit defectione, defecerat enim Ægypti farina, quam secum asportauerant, vnde & consequenter panis, & sic animo destituti, necessarium tantum petentes, de necessario quod non extabat, murmurauerant, licet, vt dixi, colpabiliter, cum ex ante actis de prouidentia diuina miraculis, optimè sperare absque murmuratione remedium poterant, & auxilium: at in secunda murmuratione, seu fletu, cùm necessarium adesset, superfluum appetierunt, superfluumqoe concupierunt, panem illum stomachantes diuinum; *Quis dabit nobis*, aiunt, *ad vescendum carnes, recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & alia, anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man.* Perquire ergo in

B hoc desiderio, & nisi superflua oihil aliud reperies, non ergo necessarijs contenti, superflua flendo expetierunt, habuerunt, sed ad nauseam, obtinuerunt sed ad eorum interitum, & perditionem, nam saturato desiderio talis saturitas causa illis extitit repletionis, qua infirmati, ita cibum deinde fastidio habuerunt, vt iam amplius nec comedere, nec aliquid aliud degustare potuerunt, vnde macie confecti superueniente dysenteria, omnes occisi, mortuique sunt. Quod expresè Regius declarat vates, vbi qualem horum fuisse mortem apertè declarat, dicens, *Concupierunt concupiscentiam in deserto*, Ps. 105. 14.

Notandum verbum, non dixit panem, aut cibum, sed concupiscentiam, id est, superfluum, non necessarium, quod gustum delectabat, non vitam sustentabat, *Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem*, originale Hebræum, *maciem in* 46. Animæ macies quæ.

C *animas eorum.* Quomodo macies in anima cùm spiritualis sit? optimè, nam macies est etiam spiritualis. *Est etiam spiritualis erugo animi*, inquit Ambr.

Ambros. in prœmium Lucæ, *cùm secularium sordibus cupiditatum, religiosa acies intentionis obducitur*, quam tum patitur anima spiritualis, quando prælibato Manua, hoc est perfectionis irioere, ad internum eius saporem nondũ perueniens, eũ fastidit, vnde non amplius de spiritualibus gustans

47. Religiosi vici vnde tabe consumuntur spirituali.

pro Ægyptiacis carnibus suspirat, hoc est, pro terrenis voluptatibus, pro superfluis, nõ necessarijs, pro sæcularibus tandẽ delitijs, in religione existẽs, quas dum comedit, ad malum induratur, peccatorumque macie omnino cõsumitur. Quod egregie adnotauit S. Drogonius Episc. Host. ser. 1. de passione Domini vbi sic ait. S. Drogonius.

Dicunt autem increduli manhu quid est hoc, quia minimũ, & humilẽ vident, & quasi

D *despectum sermonem tuum, & ido redeunt, & cõcupiscunt carnes magnas Ægyptias, quia nesciunt, neque gustauerunt absconditum intus Manna saporem, habentem omne suauitatis delectamentum, exsiccant eas ad solem in circuitu castrorum. Mirares, vno eodemque sole, & carnes indurantur, & manna liquescit, siccantur carnes, vt amplius durabiles sint, indurantur iniqui, vt suas diutius expleant voluptates, tunc autem Manna liquefiebat, cùm sol incalesceret, quia anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Egregiè dictum, redeunt, inquit, & iterum concupiscunt carnes, gustato manna, sed non perfectè, at dum semel ab incepto decidentes, iterum carnes degustant, carnei ipsi iam facti, in malis

obdurantur, & ad ſuas explendas voluptates iam obſtinati, omnino macie, peccatorumque ſanie animæ replentur eorum, cuius tanti mali cauſa, ſuperfluorum concupiſcentia, qua filij Iſrael repleti,

Septuag.
48. Rerum ſecularium prætenſores, & non ad neceſſitatem, illis adeptis, ad illa poſtea nauſeant.

vnde Septuaginta, *Miſit Deus repletionem in animas eorum*, conſumati fuerunt macie, tædioque, quò, quemlibet cibum poſtea nauſeantes, amplius comedere non potuerunt. Quod ſimiliter & multis euenit, qui dum neceſſariis non ſunt contenti, ſuperfluum per fas, nefaſque, exquirunt, contra Deum, hominesque murmurantes, ac flentes, concedit tandem illis Deus optata, ſed ad nauſeam, ad ſtomachum, ad interitum, nauſeant dum poſſidēt, & illud ipſum abhorrent poſtea quod tantopere concupierunt, & cauſa ruinæ ſæpè ſæpius illis fit deſiderium obtentum, dignas luentes pœnas, effrenati deſiderij non neceſſariorum.

49. Manna cur vermes ſcaturiebat.

B Quid enim aliud in cauſa potuit eſſe, vt vermes ſcaturiret Manna illud diuinum in craſtinum reſeruatum, niſi ſtulta hominum concupiſcentia, qui neceſſario victu non contenti amplius colligebant, quàm quod illis neceſſarium? *Et ſcatere cæpit vermibus atque computruit*, Exod. vbi ſuprà,

Exod. vbi ſup. n. 16.

Colligat vnuſquiſque, præcepit Moyſes ex Domini præcepto, *ex eo, quantum ſufficit ad veſcendum*. num. 16. collegit concupiſcentia, non ſolum ad ſufficientiam, ſed ad abundantiam, vnde ex ea, ipſum etiam putrefactum Manna diuinum, ipſum etiam Dei mirificum donum.

50. Concupiſcentia ſuperfluorū etiam & Dei dona computreſcere facit.

Quid ergo faciet in alijs ſuperfluis, quæ non Manna, quæ non Dei dona, ſed diaboli incentiua, ſed mundi præmia? computreſcere eos faciet, & vermes ſcaturient, hoc eſt conſcientiæ ſtimulos, quibus homo adactus infœlicē ducat vitam, peſſimamq; obtineat mortem,

51. Conſciētiæ remorſus generat.
Ambr.

Quiſquis auidior duplum manna cibum ſibi collegerit, inquit Ambroſ. ſerm. 31. in Dominic. 1. Quadrage C ſimæ, *hic hunc iniuria feriebatur, vt non tam cibū ſibi inueniretur ſeruaſſe, quam vermes, ſcilicet vt quia ſupra moderatam refectionem concupierat, velut ſtimulis quibuſdam conſcientiæ, in morem verminm vrgeretur.*

52. Gulæ & intemperantiæ pœna.

Quod de immoderata inquit Ambroſius refectione, par æque, immò & amplius de cæteris diceret deſiderijs, non neceſſariorum, ad quæ dum homo peruenit, ex homine non hominem faciunt, & vt ſemel dicam, ex mentis compote, propè impotem.

53. Superfluorum deſiderium mentem alienat.

Enimuerò primus qui in mundo iudicium amiſit extraque ſe abijt, illum in ſcriptura reperio, qui neceſſarijs non cōtentus, ſuperflua deguſtauit, Noe vir ſanctus, *& iuſtus plantauit vineam, bibēſque vinum inebriatus eſt*. Gen. 9. num. 21. *& nudatus in tabernaculo ſuo*, ſi vinum non deguſtaſſet, quod erat ſuperfluum, & tantum aquam, quæ erat D neceſſaria, bibiſſet, ſicuti vſque tunc, certè non inebriatus, non iudicium pro tunc amiſiſſet, licet inculpabiliter, vt vult D. Ambroſ. lib. de Noe & Arca cap. 29. & Theodoret. q. 65. tanquam vini ignorās potentiam.

Gen. 9. 21.
54. Noe inculpabiliter ebrius.
Ambr.
Theod.
Idem
Ambr.

Vnde Ambroſ. lib. de Elia c. 5. *Plantauit vineam*, inquit, *dedit naturam, ſed ignorauit potentiam, itaque nec vinum ſuo pepercit authori, cùm enim delectaret reperti muneris gratia, tentauit vehementior creaturæ, inſuetos ſenis artus turbauit noua potio.* Et Theodoret, *Ab inexperientia profecta eſt ebrietas, non ab intemperantia.* Immò vt rectè Ambroſ. vbi ſuprà Noe ebrietatem, nobis ſobrietatem perſuadere affirmat, cùm vt ipſe ait, *Semel inebriatus eſt Noe, vbi enim malum ebrietatis agnouit, inuentum ſuum ad remedium tē*-

Idem
Thood.
55. Eius ebrietas ſobrietatis nobis documentum.

A *perauit, non effudit ad vitium.* Quod etſi vinum, tamen iudicium amiſit, quia aqua non contentus. Quid ergo eis ſuperfluū efficiet, qui culpabiliter, qui lethaliter ſuperflua expetunt, ſi Noe, quia non aqua, quæ potus neceſſarius, vt inquit Ambroſ. dum ait lib. de Noe & arca vbi ſuprà,

Ambr. vbi ſup.

Siti vtique neceſſarius potus conſtitutus à Domino, non repugno, & ideo ad potum neceſſariam fontes, & flumina conuenit deriuare, quæ non vtique manu hominis effecta, ſed Domini Dei noſtri iuſſa, & operatione fluxerunt, ad vinum quod ſuperfluum deuertens, mente exceſſit, turpiterque denudatus, irriſione dignus peccatori apparuit filio.

56. Aqua potus neceſſarius.

Numquid viri ſpirituales, religioſique, dum auidè ſuperflua requirunt, neceſſarijs ſecundùm ſtatuta non contenti, peccatoribus riſus non præbebunt materiam, ipſiſque oſtentui ſecularibus non erunt, tanquam fatui B prorſuſque mente incompotes facti? inculpabiliter ergo ſuperfluum, innocentis iudicium turbauit, ad horamque perdidit: ſic etiam quod ſemel in iuſto effecit, facit nunc in peccatoribus, dum culpabiliter plus æquo ad ſuperflua inhiantes, ſæpè & iudicium amittunt, & dum plus poſſidere quàm par erat miſerè concupierunt, id quod habebant amittentes, nudi in domo ſæpè ſæpius remanent ſua, nam Deus ſicut promptiſſimus ad neceſſaria repartienda inuenitur, ſic difficilis ad ſuperflua cōcedenda.

57. Religioſi vt riſus cauſa ſecularibus, & oſtentui ſunt.

58. Concupiſcentia ſuperfluorū, nudum aliquando conſtituit hominem.

Vnde vult Chryſoſtomus in illo admirabili panum, piſciumque miraculo, panes tantum ſuperfuiſſe, non piſces. Vt ſemel intelligas quantum Deo placeat, ſiue quomodo Deus pronus ſit ad neceſſaria tibi præſtandum, non autem ſuperflua, panis enim qui neceſſarius eſt cibus, abundat, non piſces. Neceſſaria ergo tribuit libenter Dominus noſter, & ſuperflua etiam quando tu neceſſa- C rijs contentus, vti noſter Sapiens, qui cùm tantum ſcientiam regiminis poſtulaſſet, dedit illi Deus omnem ſcientiam, vt ipſe inquit, *Et quæcumque ſunt abſconſa, &c.*

59. In miraculo Chriſti quinque panum, hi ſuperfuerunt non piſces.
Chryſoſt.

Num. 22. ***Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat benefaciens.***

D

COMMENTVM LITTERÆ.

ENarratis donis, quæ à ſapientia acceperat diuina, nunc ad enucleatam, elegantem, profundamque ſapientiæ laudum ingreditur deſcriptionem.

Connexio capitis.

Ad cuius maiorem intellectum, operæ pretium erit primò ſcire, de qua ſapientia loquatur, de creata ſcilicet quam ipſe poſſedit, an de increata, etſi de hac, an de ſecunda perſona Trinitatis, quæ ſapientia Patris dicitur, an de tertia, quæ ſpiritus ſapientiæ nominatur, an verò de attributo ſapientiæ Dei, tribus commune perſonis diuinis, pro vt relationem dicit ad effectus, quos cauſat in hominibus.

1. De qua ſapientia hic agat Salomon.

Quo ad primum, certum eſt hîc non agere au-

thorem de sapientia creata, cùm multa, quæ dixit, appropriari illi non possint, vt quod sit omnium artifex, omnia prospiciens, quod attingat vbique, quod astitit Deo cùm omnia ageret, & similia, quę nullo modo sapientiæ creatæ, ac insulæ Salomonis accommodari possunt: quapropter certum est, sermonem esse de sapientia increata.

Origen. August. ad Cor. 1. 24. Ambr. Gregor. Nazian. Cantac. Bonau. Hugo. Lyra. Carthus. Olkot.

Quo ad secundum Origenes lib. 1. Periarch. ca. 2. Aug. lib. de Nat. boni cap. 29. & lib. de Incarn. ca. 13. volunt intelligi locum hûc de sapientia Patris, quæ est secunda persona sanctissimæ Trinitatis, quæ à Paulo ad Cor. 1. 24. dicitur *Dei sapientia*, vnde de ea explicant illa verba sequētia, nempe quod sit, *Vapor virtutis Dei, candor lucis æternæ*. Ambrosius tamen lib. de Incarnationis myst. cap. 10. & lib. 7. de Spiritu sancto cap. 19. & 23. Gregor. Nazianz. orat. 5. de Theologia. Cantacuzen. Bonauēt. Hugo, Lyran, Carthusian. & Olkot, & fere omnes B de tertia persona Trinitatis exponunt, hoc est de Spiritu sancto; vnde Cantacuz. asserit, authorem clarius multo quàm cæteros prophetas, vel precedentes, vel subsequentes, de Spiritu sancto locutū.

2. Salomon clarius quā cæteri prophetæ de Spiritu sancto locutus. *Paul. 1. ad Cor. 12. Ioan. 14. 26. & cap. 16. n. 13.*

Fundantur, quia Spiritus sanctus est, qui sapientiā amicis suis communicat: vnde Paul. 1. ad Cor. 12. numerans multa charismata subdit postea. *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus*. Et Christus Ioan. 14. n. 26. & cap. 16. n. 13. Spiritui sancto tribuit doctrinæ, & scientiæ communicationem dum dixit, *Ille vos docebit omnia, & docebit vos omnem veritatem*. Addēdum insuper, omnia ornamenta quę hîc numerantur, rectè Spiritui sancto conuenire posse, vel suapte natura, vel tanquam authori, aut causæ eorum.

Castro.

Castro intelligit attributum commune tribus personis, cui omnes appropriat laudes, quas hic refert Salomon de sapientia, & intelligit hoc attributum, quatenus resultat, in hominibusque relucet, Deique operibus, solus est qui hoc asserit, cùm neminem alium ego legerim, qui illud affirmet.

Ego autem, vt verum dicam, dilucidius affirmare, quid senserit Salomon, & de qua persona, seu sapientia increata sit locutus, difficile existimo, dū multa sunt in eius dictis, quæ optimè Spiritui sancto conueniant, multa quæ propriè loquendo difficulter, sed secundæ personæ, vt quod sit, *Imago bonitatis diuinæ, & speculum sine macula*. Imago enim propriè Dei filius est, non Spiritus sanctus, licet aliquo modo Spiritus sanctus etiam imago dici possit, & sic eum appellarunt sancti, vt infrà videbimus. Ex alia parte, omnia quæ enumerat Salomon, vt sunt dona, propriè ipsum Spiritum sanctū vt authorem respiciunt; & sic videtur de illo esse loquutum: affirmare autem contra communem D Patrum locutum de attributo sapientiæ, licet magis arrideat.

3. Sententia authoris de qua persona sit locutus Salomon.

Distinguendum ergo erit, & dicendum, quòd dupliciter sensus authoris sumi potest, aut in ordine ad Deum, aut in ordine ad se, & ad effectus quos Deus in ipso per sapientiam suam fuit operatus. Si primo modo sentiendum cum patribus, ita vt ipsū dicamus simul loqui de secunda & tertia persona sanctissimæ Trinitatis: si secundo, scilicet in ordine ad seipsum, loqui de attributo sapientiæ, quatenus in ipso effecit omnia charismata, quæ propriè sunt effectus sapientiæ, vt est attributum Dei, verbi gratia cùm sit Spiritus sanctus, spiritus intelligens ipse simul cum Patre, & Filio, per sapiētiam illorū, fecerunt ipsum intelligentem, & sic de cæteris. De

A sapientia ergo loquitur increata, & de hac, vt est secunda & tertia persona sanctissimæ Trinitatis, stando in consideratione, seu acceptione sapientię, pro vt illa in seipsa consideratur, quæ tamen pro vt beneficia in Salomonem, causans, & tales efficiens in illo effectus, de illa vt attributum commune tribus personis est loquutus, quatenus opera Trinitatis quæ ad extra procedunt sint indiuisa. Quibus sic statutis, primum quod de sapientia diuina affirmat, est quod sit

Vatabl. Complut. Regij. D. Greg. Lorin. Castro.

Spiritus intelligentiæ, &c. Græcè, *Spiritus intelligens*. Alij vertunt, *Spiritus sagax*, vt Vatabl. Cōplut. Regij *intelligentia*, Gregor homil. 5. in Ezechiel. *Spiritus intellectus*. Duplici ratione Spiritus sanctus, *Spiritus intelligentiæ* dicitur, primò, quia omnia intelligit, secundò quia vim intelligendi tribuit, sic Lorinus. At Castro ait, in sapientia Dei inesse spiritum intelligentiæ, quatenus suis studiosis inserit spiritum, seu impulsum, aut amorem intelligendi, quæcumque Deo grata, & spiritali profectui conducentia: verus sensus, si de attributo intelligatur, si verò de tertia persona, Lorini sensus est præferendus.

4. Spiritus sanctus dupliciter spiritus dicitur intelligentiæ.

5. Cur dicitur sanctus. *Lorin. Castro. Ad Rom. 1. 4. Olkot.*

Sanctus, &c. Spiritus sanctus cur dicatur sanctus secundùm Lorinum, vide apud ipsum ca. 1. n. 2. Actuum. Castro, sanctus, qui alios sanctificat, & Deo deuotos reddit, vnde Paulus ad Rom. 1. nu. 4. vocat eum *Spiritum sanctificationis*. Sanctus inquit Olkot, quia eos quos sanctificat, ab amore purificat terrenarum, & transfert, ac coniungit ad amorem cælestium, *Sanctus enim*, inquit, *idem est quod Agyos in Græco, Agyos autem in Græco, idē vult, ac sine terra, ab A, quod est sine, & Gyos quod est terra; vnde sanctus dicitur Spiritus, quia à terra* C *sustollit quos sanctificat*. Optimè.

6. Cur vnicus: *Lyra. Osorius. Carth. Glossa. Hugo. Bonau. Castro. Ambr.*

Vnicus, &c. Lyranus, quia multorum donorū, *vnus* atque idem author est, Osorius, & Carthusianus, quia vnica, & simplex est eius natura; Glossa, Hugo, & Bonauent. quia vnit bonos vnitate fidei, & charitatis, vt sint cor vnum, & anima vna. Castro, quia omnia seruorum Dei munia ad vnam Dei gloriam, vt ad vnicum finem coaptat, & colligat, sicut ipse ad vnam Dei gloriam, cùm vnus sit, tam multiplicia agat.

7. Cur multiplex. *Petrus Damian. Bernard.*

Multiplex, &c. Ambros. in symbolo, *Multiplex*, inquit, *appellatur eo quòd multa in se habeat, & per ea omnia vnus, nec in aliquid eorum quæ operantur, ipse mutatur*, sicut imago in annulo, quæ in ceram transit, & annulum non relinquit. Petrus Damian. libro de *Dominus vobiscum*, cap. 6. multiplex, *Per diuersa charismatum dona quæ dat* Ecclesiæ sanctæ, quam replet. Bernard. serm. 4. de Pētec. D *Multiplex, quoniam multipliciter filijs hominum inspiratur, ad vsum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad feruorem*. August. epist. 102. *Multiplex* dici potest, quia ita plenos, & gratiarum refertos efficit suos, vt multa impartiri, & simul multa agere, ac multos replere possint, sicut vnus Moysi spiritus sexaginta repleuit.

8. Cur subtilis. *1. ad Cor. 2. Ibidem.*

Subtilis, &c. Græcè, *tenuis*, omnia penetrans, etiam *profunda Dei*, vt inquit Apostol. 1. ad Cor. 2. subtilis etiam, quia tales reddit in quibus habitat, *spiritualis enim homo omnia dijudicat*, sicut ibidē Apostolus dijudicat, exquirit, inquirit, penetrat, spiritus discernendu, an veri sint, an falsi, an à Deo, an ab alio, discernit passiones ab inspirationibus diuinis, segregat spiritus vanos à veris, minutissimas

quasque labes dijudicans, penetrans, discernens.
9. Cur disertus. *Disertus, &c.* id est clarus, apertus, illustris, vt vult
Vatabl. Vatabl. *Quia omnia explicat & illustrat*, ait Na-
Nazian. zianz. & quo ad sermonem, quia verba suppeditat
apta ad mentis sententiam aperiendam, & perspi-
cuam efficiendam, verbis proprijs, & efficacibus.
Vnde infrà cap. 10. n. 21. *Linguas infantium fecit*
Isai. 35. 6. *disertas*, hoc est clara, lucida verba habentia, & Is.
Act. 2. 4. c. 35 n. 6. *quod aperta erit lingua mutorum*, & A-
ctuum 2. n. 4. *Cœperunt loqui varijs linguis*, & 6.
n. 10. *Iudei disputantes cum Stephano, non pote-*
rant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur,
Lorin. vide Lorinum Act. 7. & 14.

Cantac. Sunt aliqui, qui hoc nomen ad vigorem refe-
rant, vt Cantacuzen. qui pro diserto, intelligit inte-
grum solidum, adultum, non diminutum in ope-
rando & quasi vacuum, & puerilem spiritum ha-
bentem non est sensus improbandus, si coniunga-
tur cum priori, nam verba quæ subministrat spiri-
tus, non sunt vacua, non puerilia, non diminuta,
non vana, sed integra, solida, & verba adultorum.
Disertus est Spiritus sanctus, sed solidus, sed fortis,
10. Linguæ prædicantiũ disertæ quæ. sed imprimens, operansque per verba. Optimus
sensus. Ex quo prospicere licet, quàm pauca verba,
seu quàm paucæ prędicatorum linguæ in hac tem-
pestate sint disertæ, licet in oculis hominum tales
11. Velociter in prædicatione verba proferre, vitium non virtus. videantur, non equidem alia ratione, nisi quia ve-
lociter currant. &, vt sic dicam, non proferant, sed
transuolent verba; non virtus hæc, sed vitium, di-
gni qui tales, non suggestu sed curriculo, *Vis ista*
dicendi, aiebat Seneca epist. 40. *rapida est, atque*
Seneca. *abundans, aptior est circulanti, quàm agenti rem*
magnam, ac seriam, docentique, nec regere potest o-
ratio, quæ regi non potest, remedia non prosunt, nisi
immorentur: Medicus agros non curat in transitu,
percussis places vuda, non torrens. Optimè dictũ.
Mirari isti volunt, dicere, non proficere, & auram
popularem captare, vnde & auram tantum profe-
runt; quid ergo mirum si vacui postea discedunt,
& sine fructu, dum tantum eructarunt verba, sed
12. Spiritus sanctus cur mobilis. inania, quæ non à Spiritu diuino, sed à proprio ac-
ceperunt, vnde & ipsa, & ipsi euanuerunt, non cer-
tè à diuino diserti, sed deserti spiritu.

Mobilis, &c. hoc epithetum, Græcè est, ante-
Vatabl. præteritum, vt adnotant authores. Vatabl. legit, *ve-*
Ambr. *getus*. Ambros. 3. de Spiritu sancto cap. 19. vertit
bene mobilis. Mobilis dicitur Spiritus sanctus, quia,
Castro. vt inquit Castro, præsto est ad omnia consilia, & in
omnes partes celeriter moueatur. Sed melius mo-
bilis, quia in quibus est, mobiles, & dociles facit, ad
diuinos excipiendos impulsus, ad inspirationes ob-
sequendas, ad Christum imitandum, & hoc veloci-
Idem in c. 1. Luc. ter, nam vt inquit Ambros. in cap. 1. Luc. *Nescit*
tarda molimina Spiritus sancti gratia.
Vatabl. *Incoinquinatus, &c.* Vatabl. *incontaminatus*,
Ambr. Ambros. 4. de Spiritu sancto cap. 19. *immaculatus*,
Nazian. Nazianzen. *Ab omni labe, maculaque vacuus, im-*
13. Cur immaculatus. *pollutus, purus ab omni inquinamento*, tales effi-
ciens suos non habitans in corpore peccatis sub-
Cantac. dito. Vnde Cantacuzen. non solum incapax sor-
dium, sed vim habens eas expiandi, nec ipse ma-
culam habet, nec sinit habere in quo est.
14. Cur certus. *Certus, &c.* Ambros. vbi suprà, *manifestus*, Va-
Ambr. tab. *euidens*, id est non errans, neque errare faciens:
Vatabl. vnde in quo ipse, ita certum reddit de eo quod sẽ-
Lyra. tit vt nullo modo addubitare possit, ex hoc, inquit
Hierem. Lyranus Prophetæ sine hæsitatione propheta-
26. n. 15. bant, vt ait Hierem. 26. num. 15. *Quod in veri-*

A *tate miserit eum Dominus.*
Suauis, &c. Ambros. *inuiolabilis*, Vatabl. *inno-*
cuus, nocere non potest, nec sinit, vt in quibus est, 15. Cur suauis.
noceantur ab alijs, ex quo suauis est, inquit Castro, *Ambr.*
placet si formaliter intelligatur, id est innocuos *Vatab.*
reddere Spiritum sanctum suos, quatenus suauita- *Castro.*
te sua intus perfundente, sotis nihil amaritudinis,
aut displicentiæ ex aduersis sentiant, immò nec
sentire possint, Lorinus *suauis*, quia suaues, ac tra- *Lorin.*
ctabiles reddit suos, mansuetos, affabiles, & beni-
gnos lenitatis habentes spiritum, vt inquit Apost.
ad Galat. 6. n. 1. *Ad Gal. 6. 1.*
Amans bonum, &c. Vatabl. *boni studiosus*, ho- *Vatabl.*
minem in quo est constituens propensum, inclina- 16.
tum ad bonum, bonosque, sicut ipse est boni studio- Cur amans
sus, hominis nempe, & virtutis. bonum.
Acutus, &c. optimè adnotat Lorinus, hoc at- *Lorin.*
B tributum habere similitudinem cum mobilitate,
ac subtilitate, de quibus antea dictum. In quibus-
dam Codicibus non est *acutus*, sed *actum*, & iun-
gitur priori attributo, nempe *amans bonum actũ*,
sic Interlineal. vel, vt refert Hugo, *actus*, scilicet a- *Interlin.*
mans *bonum actus*, in genitiuo casu, quæ lectio op- *Hugo.*
timum efficit sensum, scilicet; Spiritum sanctum,
non amare materialitatem actus boni, sed ipsum
bonum, quod est in actu, formalitatem nempe, vti
verissimum est: ego autem cum Interlin. lego *a-*
ctum, non *acutum*, nec distinctum attributum hoc
facio, nam si acutus legatur, reuera coincidit cum
attributo mobilitatis ac subtilitatis.
Quem nihil vetat, &c. id est expeditus, cui agen- 17.
ti nihil obstat, prohiberi nescius, nulli imperio ad- Cur quem
dictus, perrumpens omnia impedimenta, & perrũ- nihil vetat.
pere faciens eos in quibus inest, fortes, & impaui-
dos eos constituens ad pericula, adamantinos ad
C labores, inuincibiles ad difficultates, ad non ope-
randum Dei voluntatem impossibiles.
Benefaciens, &c. Ambros. *munificus*, id est libe- 18.
ralis, omnibus præstans, omnibus largiens, dans af- Cur benefaciens.
fluenter, non improperans, vt inquit Apostol. Ia-
cob. 1. n. 5. faciens etiam suos, in quibus adest, muni- *Ambr.*
ficos, liberales, & præcipuè in pauperes. *Iac. 1. 5.*

HOMILIA CXLI.

Fortitudo & efficacia ad Dei voluntatem exequendam, difficultates superandas, opprobria sustinenda, effectus habitantis in anima Spiritus sancti.

D

SI omnes Spiritus sancti effectus prosequendi
essent & de illis singulatim discurrendum, o-
pus integrum necessarium esset, & in immensum
hoc cresceret, quod non desideramus; alter effi-
ciet, & melius, nos autem vno, aut altero contenti
erimus. Vnde inter cæteros, sanctissimi Spiritus in
anima effectus, vt suprà vidimus, ille me iudice
maximus, ac præcipuus, reddere nempe hominem
alioquin ex se imbecillem ac debilem, fortem, im-
perterritum ad pericula, & ad labores, infamiæ cõ-
temptorem, immò, eius cupidum, ita vt nulla vis,
nullus metus, nulla infamia, nulla sit potentia, quæ
ei minimum præbeat impedimentum, quin om-
nino quod Deus iubet, & eius sit voluntas, non

1. Fortitudo animæ in Dei voluntate exequenda signum maximum inhabitantis Spiritus sancti.

exequatur. Vnde nullum equidem validius esse signum inhabitantis spiritus in anima assertiuè affirmo, quàm hanc fortitudinem, hunc animum, hanc efficacissimam voluntatem, Dei iussa, Deique mandata exequendi, irrumpens anima non solum pericula ac difficultates, sed ipsam quoque mortem, si ita necesse fuerit. A

Luc. 24. 49.

2. Apostoli fortes, & validi ex diuina Spiritus sancti virtute. *Theod. Chrysost.*

Hæc quidem est virtus illa fortis, & robusta, vt communis est sensus Patrum, quam dixit suis Christus Dominus vt expectarent, & donec ipsa veniret sederent, nec quidquam auderent. *Et ego promitto promissam Patris mei in vos, vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Luc. 24. n. 49. nam semel illa induti, quid fecerunt, siue quid ipsi non effecerunt Apostoli, virtute induti, *Non humana, sed cælesti*, vt inquit Theodoret. hîc, vnde *nec dixit*, sequitur *suscipiatis, sed induamini, integram tutelam spiritualis numinis* B *indicans.* Et Chrysostom. *Sicut autem milites iauasuros multos, nemo dux exire sinit, donec armati sint, sic & discipulos ante spiritus descensum ad conflictum regredi non permisit, vnde subdit, vos autem sedete in ciuitate, &c.*

3. Animæ iustorum quantum validæ ex illa. *Psal. 114. num. 1.*

Enimuerò mirum est videre quantum fortitudinis ad cor accedat hominis, quando semel hac indutus virtute, ingrediendum ei est in Dei mandatorum viam. illico labores aspernit, difficultates superat, ipsamque negligit mortem. *Dilexi*, inquit Dauid Psal. 114. n. 1. quid inde ex hac dilectione? *circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me, tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui.* En dolores

4. Dolores sanctis ob amorem flores *Basil.*

mortis, pericula inferni, tribulationes, & dolores statim illum inuenerunt, ac diligere incepit, sed quid? nunquid ob hoc destitit? immò amplius perseuerauit; quia tales dolores etsi inferni, illi flores. C Quod dixit Basil. homil. 16. in hunc Psal. *Propheta regius*, ait, *amorem, quo in Deum anima eius ferebatur, asserit esse radicem, & originem ingentium bonorum, quorum vnum est, tribulationes, ac labores, æquo, ac grauati animo perferre, & propterea subiatulit, circumdederunt me, &c. omnia enim hæc amabilia ipsi apparuerunt.*

5. Amans feruenter cordi illi sunt tribulationes, & pro amato passiones *Act. 9. 16.*

Immò desiderabilia. Da amantem, & verè Deum diligentem, & perspicies nihil aliud in votis habere, quàm difficultates, ærumnas, ac tribulationes scire quasi in via sit Dei passurus, ita vt nil illum sic lætificet, ac præuidere passurum se multa, vt mandata Dei exequatur, ac consequatur. Hoc mihi videre videor in illis verbis, quæ Ananiæ Dominus Iesus dixit Actor. 9. num. 19. nam cùm iste timeret adire Paulum, quia potestatem audisset habere in eius inuocantes nomen, respondit ei Dominus, D

6. Paulo Deus cor in principio tribulationes ostendit.

Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Miranda hæc postrema verba. vas electionis imperfectus Paulus, tunc, è leone agnus, adhuc cæcus, nondum sanatus, & Deus

8. Deus suis doriora, & aspera in principio ab oculis aufert. *Exod. 13. nu. 17.*

primum quòd tali ostendit nouitio, tribulationes, angustiæque fuerunt, quas pro nomine eius erat passurus. contra eius mos est. qui ne sui retrocedant, grauia ab eis etiam à visu aufert; sic ex Ægypto egressuri filij Israel Exod. 13. nu. 17. cum illis se habuit. *Ergo cùm emisisset Pharao populum*, sacer inquit textus, *non eos duxit Deus per terram Philisthiim, quæ vicina est, reputans ne fortè pœniteret eũ, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum.* Principio ergo abstulit Deus à suis bella, timens pœnitudinem. Quòd cùm hic sit eius mos, quomodo non idem cum Paulo? sanè quia indutus iam Paulus Spiritus sancti virtute, per vocem Domini Iesu, sciebat, non solum ostendens Paulo tribulationes, ipsum non retrocessurum, sed cùm amore iam æstuaret, nihil amplius habere in votis, quàm pro nomine Iesu pati, & affligi, quod ex hoc manifestè apparet discursu.

9. Paulus ante conuersionem quàm durus Christi nominis persecutor. *Actor. 16. num. 9.*

Considera enim Paulum, *Spirantem minarum, & cædis in Domini discipulos*: illumque præcipuè hostem Domini Iesu, animaduerte cum epistolis proficiscentem, vt damnaret, vt perderet, vt tandem nomen exterminaret Iesu Christi, *Ego quidem*, ait ipsemet Actor. 16. n. 9. *existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Hierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotum potestate accepta, & cùm occiderentur, detuli sententiam, & per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare, & amplius insaniens in eos, persequebar vsque in exteras ciuitates.* Vide quanta contra Christum fecerit Paulus. Quæ sanctus Pater considerans Hieronymus lib. 2. in c. 1. Amos meritò illum turbinem, tempestatem, tumentes maris gurgites, contra Ecclesiam appellat. *Hieron.* Edisserens enim sanctus illa Prophetæ verba, *Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ*, sic ait, *Deus vocat ad se aquam maris, & effundit eam super faciem terræ, de peccatoribus iustos faciens. Paulus Apostolus, quasi turbo violentus, & sæua tempestas, & tumentes maris gurgites, persequebatur, & opprimere nitebatur Ecclesiam Dei, qui vocatus à Domino, effusus est super faciem vniuersæ terræ, vt prædicaret Euangelium.* Turbo ergo erat, tempestas, maris fluctus, immò & lupus rapax, contra Dei Ecclesiam, contra Christi sanctos, contra denique ipsum Christũ, supra omnes suos eum abhorrens, ac persequens coætaneos. Considera ergo sic Paulum, minas spirantem, & cædes, quem dum sic consideraueris, pone statim in illo, personæ illius, quem persequebatur reuelationem, ex qua illico, cum vt suum agnouit Dominum, & redemptorem, simulque statim, quæ pro illo passus, ante oculos eius obiecta fuerunt. Pone vidisse talem Dominum sui amantem, & pro illo depereuntem, etsi immaniter illũ

10. Post conuersionem vnica illi consolatio pati & pro nomine Iesu affligi.

persequentem: quæ dum consideraueris, expende si quid amplius in votis tunc habebat Paulus, quàm pro tali pati nomine, aut si aliter consolari potuisset, nisi ostendisset illi Christus quæ *Pro nomine eius esset passurus.* Amabat iam Paulus Christum, D æstuabat pro illo, iam Spiritus sanctus virtute sua induerat illum, quid mirum si fortis à principio, si imperterritus, etsi nouitius, si non solum pericula, & bella nõ exhorreat, sed desideret, sed in illis exultet, & veluti equus generosus, cùm procul odoratur bellum, hilarescat, & gaudeat. De cœlo emissa est sagitta, inquit Augustin. in Psal. 44. super illa verba, *Sagitta tua acuta. Corde percussus est Saulus nondum Paulus, adhuc erectus, nondum prostratus, accepit sagittam, cecidit in corde, & dixit, Domine quid me vis facere? Modo ibas ad Christianos alligandos, & modo dicis Christo, quid me vis facere? ô sagittam acutam potentissimam, qua accepta cecidit Saulus, vt esset Paulus.* Egregiè. Paulus *August.*

Hieron. vbi sup.

11. Pauli cor mare, & cælum. Chrysost.

A illic o extitit amans.& pro Christo deperiens, & vnde prius mare erat contra Ecelesiam turbidum, vt inquit Hierunymus, illico factus est tranquillum vt ait Chrysostomus hom.55. in Acta, *Non peccnuerit quis*, inquit, *si cor Pauli, mare, ac cœlum dixerit, cùm ob pacitatem, tum ob profunditatem.* Hinc factum, vt diximus, vt etsi in seruitio Christi nouitius, quia iam potenter à diuina percussus extabat sagitta, non addubitauerit Dominus illi, quanta oporrebat pro nomine suo pati ostendere, nam indutus iam virtute, vnde & fortis ad bellum & valens extabat ad pericula, ex qua etiam virtute, & fortes, & imperterriti, ipsi etiam alij facti sunt Apostoli.

12. Deus ad confirmãdos confortandosque Apostolos eos virtute induebat ex alto. Chrysost. Act.4.18.

Enimuerò horribilis excitata contra Apostolos persecutio, sic eos exterruit, vt ab Alto animũ petentes ad orandum impensè accederent. *Judæorum namque*, vt ait Chrysostomus hom. 8. de laudibus Pauli, *tunc populi mouebnatur, Pharisæorum quoque latrnbnat gressus, indignabatur conspiratio sacerdotum, in quo bello Judæi sociabantur, & gentes.* B Hinc factum, vt congregato Concilio Act. 4. num. 18. *Denunciauerant ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu.* Quo à discipulis audito, sic Dominum deprecati sunt. *Et nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Ad quorum orationem inquit Scriptura, quod *Motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.* Adnoto, responsum non fuisse verbum, sed Spiritus sancti repletionem, cur verbis non respondit Dominus exauditos eos esse, ipsum auxilium daturum, à principibus defensurum, persecutionem auersurum, vnde, & cum fiducia verbum loqui possent ipsius: nisi quod Spiritu repleti C sancto, eiusque induti virtute, sciebat. satisque superesse vt imperterriti, impauidi, fortes, adamantini ad pericula, ad bella, iam facti, nullum timerent, omnia despicerent, imò etiam ipsam vitam libenter prostituerent.

13. Anima ardens tormẽta spernit. Basil.

Diuino instigante amore, inquit Basilius lib. 6. de vera virginitate, *rotas carnificum, verbera, ignes, carceres, & bestias non expauescit quis, contemnit pretiosas, & decoratas vestes, & vili indutus tunica, ac sacco, quantumcumque perpendas in oculis hominum hæc deliramenta esse, vult stultus ab hominibus haberi, vt diuina (si ita dicere licet) insania sapienter sit insanus.* Nil melius. Et si rectè

14. Insana apperit apparere.

Basilij expendantur verba, mira Spiritussancti in anima vis elucet, homines enim cordati vltra res, vltra vitam, æstimant honorem. & præcipuè illum à conceptu hominis prudentis, sapientisque prouenientem. D Ob quod rectè dixit in fine cap. 9. ad

15. Honor à quibus admittendus. Simplic.

Epict. Simplicius, nõ quemlibet honorem esse admittendum, sed tantum illum qui, à prudentibus prouenit viris. *Non cuiusuis honor est admittendus* ait, *sed prudentum tantummodo, quorum testimonio credi potest.* quem iustè Quintilianus senior

16 Est p uperum cẽsus Quintil. Plinius iunior.

declam. 252. *pretiosissimum pauperum censum*, nominauit. Vnde rectè Plinius iunior lib. 5. epist. 15. consulit Tertullo, vt licet sit ab omni ambitione longè remotus, iucundus tamen ei debeat esse honor vltro datus. Quod cùm sit, tantique à viris honor æstimetur cordatis, fit equidem miraculum,

17. Non recusandus oblatus.

quando Dei spiritu homo indutus, vt ei placeat insanus cupiat videri, & vt insanus existimari, immò A insanum se dicere, & appellare. Enimuerò nemo ambiget, prudentem, cordatumque se æstimasse Paulum antequam ad Christi scholam accederet, honorem, famamque ab ipsa discipulorum Christi persecutione aucupans, vnde zelo paternarum repletus traditionum, prudentissimus sibi Dei persequedo Ecclesiam videbatur: At dum ad Christi scholam accessisset, huius virtute spiritus indutos, insanum se non solum dixit, sed reputari voluit. Hinc vox illa ad Agrippam regem Actor. 26. num. 10. *Et amplius insaniens in eos.* Hinc vocatus à Festo insanum, non solum contra eum indignatur, immò, vt adnotat Chrysostom. gratias ei egit, optimum eum virum appellans, *Non insanio optimè Feste sed sobrietatis, & veritatis verba loquor.* O mira Spiritus sancti vis! ô ingẽs huius fortitudo spiritus! qui sic hominem cordatum mutat, vt insanire præ amore appetat, insanumque videri; ita Deo addictus, vt nulli alij præterquam quod ipsi sapiens apparere velit, pro nihilo æstimationem, honoremque ducens, pro nihilo hæc omnia faciẽs, sic eum in hoc constituens mundo, ac si solus esset, ita vt præter Christum non alium videat, nec æstimet.

18. Paulus Dei amore insanus reputari voluit. Act.26.10 Chrys.

Hoc admirabiliter adnotauit Chrysostomus homil. 12. in Acta Apostol. ponderans illa verba Pauli Actor. 26. num. 30. *Opto, omnes qui audiant fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his.* quæ verba coniungens cum illis, 2. ad Timoth. 2. nempe, *Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse à mortuis, secundum Euangelium meum, in quo laboro, vsque ad vincula, quasi male operans.* ponderauit, tantam gloriam æstimasse Paulum, pro Christo pati, vt ad vincula adiecerit, *Quasi male operans*, ac si parum illi videretur ligatum esse pro Christo, ideo gloriatus amplius est, quia vt malefactor habebatur, tam auidus non solum vinculorum pro Christo, sed etiam abiectionis erat, & infamiæ per ipsum. Cuius tantæ opprobriorum sitis, causam exprimens Chrysostom. solitudinem assignat, in qua qui amore Christi semel captus fuerit stare se existimat, etsi in mundo. *Qui enim igne Christi captus fuerit*, inquit, *talis fit, qualis esset homo solus super terram habitans, adeo nihil curæ est ei gloria, & ignominia, sed sicut si solus habitaret, nihil curaret, ita & talis quoque non curat, tentationes autem, sic contemnit, ac flagella, & carceres, quasi in alieno corpore pateretur, quemadmodum si adamantinum possideret corpus.* Nil melius, amor solum constituit hominem statim ac amans est; nil aliud videt, nil aliud æstimat, nil aliud cogitat, vnum tantum habet in corde amato placere, irrumpit contra difficultates, nescius impe-

Act.16. num.30.

2. ad Tim. 2.

19. Summam æstimauit gloriam pro Christo pati in honore, & fama.

20. Sancti eur dedecora non sentiunt.

21. Amor Christi solos constituit sanctos in mundo.

D dimentorum, ignarus obstaculorum, & vt dixit August. frontem constituens meretriciam.

August.

22. Magdalene cor irrupit in conuiuium.

Quod si hoc verum non est, dic, quid fuit in causa, vt Magdalena sancta in conuiuium irrumperet lachrymans, etsi fœmina, etsi in alienam domum, etsi in conuiuio, etsi in tantorum præsentia, nisi quia amore æstuabat, & tali igne apprehensa, immò & comprehensa, solam se esse existimabat, & sicut illa nullum videt, sic putabat & nullum ipsam videre, *Eligens iacturam pudoris*, vt sanctus dicebat Ennodius lib. 7. epist. 27. *ne subiret dedecus non amatæ, sciens facilius posse sarciri frontis damna, quàm fidei.* Quod si hoc amor non facit, die vnde illa sancta scurrilitas, si dicere hoc fas est,

S. Ennod.

quam Dauid coram omni operatus est populo, A etsi princeps, etsi Rex, in tantum vt illum vxor sua irridens, despexerit dicens. *Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris*, 2. *Reg.* 6. *n.* 20.

2. *Reg.* 6. 20.

23. Dauid amore saucius saltauit coram arca, nullum nisi solum Deum aspiciens.

Vnde ergo talis impetus Dauid, nisi ab amore, amorisque igne diuini, qui ac si esset solus in mundo, & præter ipsum ac Deũ nullus alius, non erubuit denudari, ac totis viribus coram Deo saltare, *Dauid saltabat totis viribus ante Dominum accinctus Ephod lineo*, Regiæ oblitus dignitatis, populi, magnatorumque, immò nec suarum mulierum, & ancillarum animaduertens multitudinem, amor fuit in causa, Spiritus hic sanctus, qui nescit obstacula, ignorat impedimenta, ac si solus esset in mundo sic omnia agit.

Idem Chrysost.

Magna vis est charitatis, inquit idem Chrysost. hom. 63. ad popul. *ab omnibus separat, & amato animam* B *alligat, omnia præsentia vmbra, omnia imago videntur, & somnium.* Optimè, hominem inter solam vmbram, inter solas constitue imagines, constitue inter somnia, nonne solum talem diceres hominem? immò inter illa vnicum, vnde non mirum si nihil curat, nil æstimat, omnia audet, & molitur.

24. Deus amore fisus Abrahami eũ tentauit.

Quid? vnde credis Dei prouenisse fiduciam (vt sic dicam) quando tentare Abraham, non quidem in rebus, non in vita sed in vnico voluit filio, plusquam vitam ab eo dilecto, nisi ex scientia Abrahami in ipsum charitatis? Hac fisus tale de illo experimentum non dubitauit assumere, callens quod supra filios, suprà omnes res charas est verus Dei amor, impedimentorum ad mandata nescius, mo liminum etiam inscius, ac retardamentum. Ergo

25. Celeris obedientia Abrahami ex amore. *Gen.* 22. 2.

Abraham de nocte consurgens strauit asinum C *suum*, inquit scriptura Genes. 22. num. 2. de nocte consurgens, numquid diem non expectaret? tam dulce erat præceptum, tam delectabile, vt nec instans prætereundum: ne mireris, amor erat in causa, ignis qui intus ardebat, moræ impatiens, non expectauit diem, sed de nocte consurgens, ita ad immolandum filium, ac si ad illum perrexit coronandum.

Ambr.

26. Amor vt fortes constituit suos.

Adducit filium ad sacrificium, inquit Ambros. in orat. de fide resurrect. *& quem caro susceperat cito obtulit*, plus Dei præcepta æstimans, etsi carni duriora, quàm ipsa nominum pignora, etsi dulciora, *nec paterni nominis appellatione reuocatur, cùm ille patrem vocaret, hic filium. Chara quidem nominum pignora, sed amabiliora præcepta: itaque licet compaterentur corda, vota durabant.* Egregiè, vocauit Isaac Abraham, *pater mi*, respondit Abraham, *fili mi*, & tamen nominans vnus patrem, alter filium, nomina chara, & tenera, D non ob hoc retrocessit ab immolatione pater: vnde? nisi quia Isaac ligna, Abraham ferrum, & ignem in manibus gestabat, *Ipse vero portab at in manibus ignem, & gladium.* Vnde non mirum si gladium non excidit, quia ignis in manibus, ardebat in corde.

27. Spiritus sancti vis circa animi passiones.

O mira spiritus vis! quæ dum semel animum imbibit, imperterritum, fortem, adamantinum eum constituit, non dico ad extra se bella, sed ad quæ intra se quæ maiora, quæ maxima, quæ ingentia, passiones vincit proprias, domat, perstringit, subiectat, collidit, ligat, & veluti leuia folia, sua inspiratione mouet, & attollit, & A quod prius impossibile prorsus videbatur, postea facile, leue, iucundumque, vt verè dicatur, *Onus Dei, onus leue, & iugum eius, iugum suaue.* Vnde optimè Gregor. lib. 18. Moral. cap. 17.

Gregor.

Ardore diuini amoris, inquit, *cor antea durum emollitur ad amorem, & roboratur ad operationem, & sicut prius durum fuerat in amore sæculi, ita se postmodum forte exerat in amore Dei, & quod ante audire renuebat, iam & credere, & operari incipiat.* Nil melius.

28. Operari libenter facit quod antea audire homo recusabat.

& postrema adnotanda verba, antea nec audire quis patiebatur, sic exosum opus habebat, accedente postea amoris igne, libenter operatur quod prius audire recusabat.

Gen. 21. 10

Ludebat Ismael cum Isaac, Genes. 21. num. 10. quos ludentes videns Sara, dixit Abrahamo. *Eijce ancillam, & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo*, sacer inquit

29. Loquelæ Dei effectus.

B textus, contra Saram indignans, mussitans, ac penitus consilium paruipendens, auresque præbere recusans, asperum, durum, immò & durissimum, quod vxor suggerebat apparens. Vidisti ne hominem durissimum ad illud non tantum exequendũ, sed audiendum, accedat nunc Dei spiritus, loquatur Deus, idemque prorsus consulat mollem, videbis obstinatum, mitem, impatientem hilarem, tristem, obedientissimum, repugnantem. *Non tibi videatur asperum super puero*, dixit illi Deus, *& super ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* At Dei expendo loquendi modum, non enim illi simpliciter iussit, non quod eius erat voluntas aperuit, etsi asperum opus, & durum, sed ait, *Non tibi videatur asperum.* Vnde videtur,

30. Deus ab Abrahamo cæcam exquisiuit obedientiam.

non tantum voluntatis exegisse obedientiam, quantum intellectus submissionem, ne dicam ob- C cæcationem: Agar enim legitima erat Abrahami vxor, Ismael legitimus filius; contra ergo coniugalem fidem, contra naturale debitum, puerum matremque eijcere videbatur, vnde meritò Abraham dicere illud accepit, vti reuera durissimum; eo vel maximè ab vxore dictum nouerca, cui parere, sæpè sæpius res ingenuo indigna viro.

S. Hidelbertus.

Optimè sanctus Hidelbertus epist. 56. *In statu innocentiæ*, ait, *totum hominem obedientia vendicabat, omnia enim subiecta, quandiu mulieri subiectus non fuit, cui postquam malè morigeratus est, cœpit esse nõ suus, & tot dominis seruire, quot vitijs.*

31. Homo libertatem perdidit, semel se mulieri subiectans

Quod cùm ita videbatur, & ratio dictabat humana, non solum ei mandat Deus, vt vxori obediat, sed ne asperum ei videatur, quod asperissimum apparebat; vti dictum ita factum, sic post Dei locutionem leue mandatum apparuit Abrahamo, vt nihilo cunctatus, moræ impatiens noctis, *Surrexit*, inquit Scriptura, *itaque Abraham, & tollens panem,* D *& vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit.*

Chrysost.

En quàm facile, quamque promptè obediuit, non amplius asperum, nec graue reputans, quod prius prorsus incomportabile æstimabat,

32. Affectio humana cessare debet præcepto accedente diuino.

Durum ei videbatur ancillã, & filium mittere, inquit Chrysostom. *eo quod benè afficiebatur erga Ismaelem, & ideo dissimulauit ad tempus verba Saræ: verùm vbi Dominus præcipit, statim fecit quod imperatum est, genuini amoris oblitus, quasi diceret, vbi quid præcipit Dominus, facessant omnes affectiones quia natura Dominus est qui præcipit.*

33. Abraham prouidentiæ diuinæ magis quã humanæ admirabiliter innixus.

Immò sic fidelis mandato extitit, sic bonitati, promissoque diuino, vt amplius huic quàm prouidentiæ innitens humanæ, sic filio, & matri prouidit, vt

non desinens, quod suum erat facere, chara tamen pignora omnino dè curæ mandaret diuinæ. Ob hoc, etsi diues, etsi potens, non aurum multum, nõ argentum, non familiam puero, matrique contulit, sed tantum panem, vtremque aquæ, factum iam puerum in gẽtem magnam reputans, Deo fideliter credens illi dicenti, *Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.*

Theod.

Quod eleganter expendit Theodoret. dicens, *Veruntamen valde diligens puerum fecit, quod dominus præcepit, & sic promissionibus diuinis credidit, vt non datis illi seruis, ancillis, auro, vel argento è domo iussit abire puerum cum matre sola, cum paucis panibus, & vtre aquæ.*

34. Ludus Ismaelis cum Isaac qualis.

At vt amplius diuini huius elucescat vis spiritus in arduis, difficilibusque, expedit quidem ludum expendere Ismaelis cum Isaac, nempe qualis ille fuit; quadrupliciter enim illum Doctores intelligunt. Alij, *vidit ludentem.* dicunt, hoc est adorantem idola: alij, hoc est discooperientem turpitudinem, lasciuè, & obscænè iocantem: alij, hoc est illudentem, subsannantem, irridentem; alij demum *vidit ludentem*, inquiunt; hoc est percutientem, digladiantem, & occidere volentem, quæ opinio mihi placet. nam vt inquit Cornelius hîc, motus Ismael solemnis inuidia conuiuij, quod in ablactatione Isaac fecerat Abraham, & primogenituram inuidens, persequi & vexare eum tentabat, immò occidere, vnde rectè Apostol. hunc ludum persecutionem nominat ad Galat. 4. 29. dicens, *Sicut tunc is, qui secundùm carnem persequebatur eum, qui secundùm spiritum, ita & nunc.* Quem Pauli locum allegoricè intelligens Origenes, per illum difficillimum intelligit ludum carnis, & spiritus, hoc est quando caro spiritui blanditur, quando illi repugnat, quando eum supprimere gestit, *Sed videamus*, inquit, *quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata sit Sara? superius loco virtutis posuimus Saram. Si ergo cuius personam gerit Ismael qui secundum carnem nascitur, spiritui blanditur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptionibus agat, si delectationibus illiciat, voluptatibus molliat, huiuscemodi ludus carnis cum spiritu Saram maxime (quæ est virtus) offendit, & huiuscemodi blandimenta acerbissimam persecutionem indicat Paulus.*

Cornel.

35. Eum persecutionẽ nominauit Paulus.

ad Gal. 4. 29.

Origen.

Ludus ergo Ismaelis persecutio est Isaac,

36. Carnis ludus Spiritũ necat.

hoc est persecutio carnis, quia ex eo quod mollia carnis spiritui blandiuntur, deperditur Isaac, & necatur. Vnde optimè sequitur Origenes, persecutionem non solum esse Tyranni extrinseci ad idolorum immolationem cogentis, sed carnis, & concupiscentiæ nostræ intrinsecę, ad delectamenta incitantis. *Sed tu auditor horum*, ait, *non solum illam persecutionem putes, quando furorem Gentilicum ad immolandum idolis cogeris, sed si forte te voluptas carnis illiciat, si libidinis tibi illudat illecebra, hæc si virtutis filius es, tanquam persecutionem maximam fuge.* Ludus ergo carnis cum spiritu, delectamenta carnis, voluptates huius mundi, blandimenta huius vitæ persecutiones sunt spiritus, superatu difficillimæ, quæ sic gemere faciebant Apostolum, vt infœlicem se diceret, miserumque. *Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius.* Non ergo mirum, si asperum hoc videbatur Abrahamo, si terribile, si impossibile, vt non solum amplius Ismael non luderet cum Isaac, sed vt eijceret eum, proculque à domo amandaret: asperissimum quidem, cùm *Nemo carnem suam odio habuit*, vt inquit Apostolus. At accedat vox Dei, accedat flamma illa diuina, accedat amor, statim iucundum apparet id quod triste, facile quod difficile, suaue insuaue, dulce amarum, *Nullo modo*, inquit Augustinus lib. de bono viduit. cap. 11. *sunt onerosi labores amantium, in eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut labor ipse amatur.* Pulchrè, labor ipse amatur, ergo in votis cùm sit, dulciter ebibitur, etsi amarum sit poculum. Blandiatur ergo caro, contraque spiritum diabolicæ insurgant potestates, sæuiat tyrannus, nigrumque euomat anguis venenum, fremat mare, ad cælum vsque spumantes extollat vndas, *Ficus non afferat fructum, & non sit germen in vineis, mentietur opus oliuæ*, vt sanctus inquit propheta Abacuc. 3. num. 17. *& arua non afferant cibum*, quia amans, spiritusque indutus feruore, canet semper, *Ego autem in Domino exultabo, & gaudebo in Deo salutari meo.* Quem locum eleganter expendens Diuus Cyprianus libro ad Demetriad. ait, *Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas sæuientis ruinas erecta mens, & immobilis virtus, & nunquam nisi læta patientia, & de Deo suo semper anima secura, sicut per prophetam Spiritus sanctus loquitur, & hortatur, spei, ac fidei nostræ firmitatem cælesti voce corroborans, ficus non afferet fructum. Vinea licet fallat, & doleat, decipiat, & herbis siccatum, dormientibus æstuans, campus arescat, quid hoc ad Dei seruos, quos paradisus inuitat, quos amor omnes, & copia regni cælestis expectat, exultant semper in Domino, & lætantur, & gaudent in Deo suo, & mala, atque aduersa mundi fortiter tolerant.* Nil melius. Ergo durum fit dulce, & quod prius asperum molle, voce accedente Dei intus monentis, hinc ereptis anima spiritibus, sic fit potens ex fragili, sic feruida ex remissa, vt quasi verbo murum impellens, nil ipsam vetare possit quin non efficiat quod Spiritus iubet, & mandat, vt inquit noster Sapiens, *Quem nihil vetat, &c.*

37. Fortior persecutio carnis, quã tyranni.

Idem.

Apostol.

38. Carnis cõtraria, virtusque asperum dulce & planum fit amanti.

August.

39. Amaritudo ipsa amanti est in votis.

40. Semper lætus existit & canit.

Abac. 3. 17.

Cyprian.

Num. 23. *Humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capit omnes spiritus intelligibiles, mundus, subtilis.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Connexio capitis.

H*Vmanus, benignus, &c.* Hæ, cæteræque Spiritus sancti proprietates quæ in hoc versu afferuntur, ferè sunt prioribus affines, ideo ex illis petendus quasi ex maiori parte sensus, vt dicemus. Humani ergo epithetum, coincidit cum superiori, nempe suaui: solum hic addi potest, Spiritum sanctum humanum dici, quasi homines amans, sic Castro & Lorinus. Benignum autem est synonimum humani, vt omnes expositores aiunt.

Castro.

Lorin.

Stabilis,

1. Spiritus sanctus in amicitia firmus primus nunquam scindit fœdera.
Concil. Trident. sess. 6. 11.

Stabilis, &c. id est in fide perstans, qui non leuiter mutatur, qui numquam rumpit fœdera, nec primus deserit nisi prius deseratur, vt inquit Conc. Trident. sess. 6. cap. 11. & stabilis etiam dicitur, quia suos stabiles, firmos, ac perseuerantes in bono efficit,

2. Cur dicatur certus & securus.

Certus, securus, &c. Synonima sunt, & ex certitudine securitas. Quod epithetum differt à superiori, nam hic sumitur, *certus*, hoc est, *firmus, tutus, munitus ab aduerso casu*, ex quo securitas, id est tranquilitas in omni euentu. Item certus, securus, quia suos securos, tranquillos, sine cura constituit, proijcientes in eum totam ipsorum, securi degentes. De qua re multa & diximus, & dicemus.

3. Cur omnipotens.
Ambro.
Nazian.
Lorinus.

Omnem habens virtutem, &c. Ambrosius, *qui omnia potest*, Nazianzenus orat. de Theolog. *omnipotens*, Lorinus ait Spiritum sanctum, omnipotentem dici, quia ei gratiæ opera attribuuntur, quæ cũ sint ordinis supernaturalis, omnipotentiam requirunt, & etiam, quia per ea parcendo, miserandoque, maximè omnipotentia Dei manifestatur. Omnipotens etiam dicitur, quia, vt inquit Castro, suos omnipotentes facit, iuxta illud Pauli ad Philip. 4. n. 13. *omnia possum in eo qui me confortat.*

Castro.
ad Phili. 4. nu. 13.
Gregor.

Omnia prospiciens, &c. Omnia lustrans. Gregorius, *aut omnium Episcopus*, quod instar Episcopi, omnia circumspiciat, omnia scrutetur, & visitet. Reincidit cum superiori epithero, nempè, *ancte*.

Nazian.
Complu.
Reg
Vatican.
Ambros.

Et qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis, &c. Hîc variat multum, & differens est Vulgati lectio à cæteris, nam Nanz. Complut. Reg. & Vatican. verba *intelligibilis, mundus, subtilis*, legunt adiectiuè, & in accusatiuo: scilicet, *per omnes spiritus penetrans intellectiles, puros, tenuissimos*, seu vt alij, *& ad omnes capax spiritus intelligentes, mundos, subtilissimos.* Et Ambrosius, *per omnia penetrans spirituum intelligibilium*, Ex quo patet secundum istos, epitheta seu attributa intelligibilis, mundi, subtilis, non esse Spiritus sancti, sed spirituum, Angelicorum nempè, quos ipse penetrat. Adde ad hæc, quia tria illa, videntur coincidere, vt benè adnotat Castro cum, tribus ornamentis supra positis, vt intelligibilis cum, *intelligente*, supra posito, *mundus cum puro*, seu, *incontaminato*: *subtilis* autem cum *acuto*. Vnde secundùm hanc lectionem sensus erit, Spiritum sanctum capere, seu penetrare omnes spiritus intelligibiles, mundos, subtilissimos. Sed vt optimè adnotat Lorinus, ob authoritatem sanctissimæ Ecclesiæ, sic legere iubentis, non est recedendum à Vulgata, quæ optimum etiam facit sensum, nam licet coincidant hæc attributa cum supra dictis, repetuntur hic satis ad authoris intentionem, qui cùm totus sit in demonstrando, omnia illa quæ supra ipse de se enarrauerat, à sapientia illi euenisse, & ab illa ea ipsum didicisse, quæ supra intellectum sunt humanum, hîc tandem veluti concludens, vnico ait verbo, hoc non esse mirum, cùm ipsa sapientia diuina, ita in se sit intelligibilis, munda, subtilissima, vel sic habeat spiritus, vt distantia quadam infinita, omnes subtilissimos, mundissimos, intelligentes superet spiritus, non secus ac continens contentum, & sic ipsa summa, & infinita sapientia, intelligibilis, munda, & subtilis capit, hoc est absorbet, continet eminenter, & infinito modo in se quicquid intelligibilitatis, quicquid subtilitatis, quicquid munditiei, spiritus possident angelici & celestes, ex quo

Castro.
Lorinus.
4. Cũ Vulgata, & pro illa semper standum.
5. Spiritus sanctus cur dicatur intelligibilis, mundus, subtilis.

A fit, vt quicquid isti sciant, ab illa sit, & non aliunde, vnde non mirum si ab illa ipse tanta didicerit, qui sensus verissimus, optimeque Vulgatus legit noster.

HOMILIA CXLII.

Amicitiæ Dei perfectio.

EX omnibus quæ Sapiens in hoc versu de Dei enumerat spiritu, humanitas mihi summopere arrisit, ex illa enim, perfectionem Dei amicitiæ, eiusque cum homine vndequaque absolutum, perfectumque amoris nexum colligemus, quẽ per humanitatem significari voluit Sapiẽs: nam vti diximus ex Castro, *humanus* dicitur, quasi homines B amans, quasi illorum amicus.

Castro vbi supra.

1. Conditiones veræ amicitiæ in solo Deo reperiũtur.

Humanus, inquit, quod est Dei spiritus in homine habitans, *benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem*, perfectissimæ amicitiæ conditiones, quas impossibile in hominum amicitia semel inuenire, si humanus est amicus, si benignus, non erit stabilis: si stabilis, non certus: si certus, non securus: si securus, non omnem habẽs virtutẽ. Quapropter mirum, mirandumque est cùm Dei amicitia omnes illas obtineat conditiones, cur nõ omnes exquitãt? cur nõ omnes pro ea non depereant?

2. Sine amicitia impossibile, vt quis viuat.
Aristotel.
3. Principibus amici necessarij.
Cicero.
4. Nil præclarius, amicitia homines possident vna excepta sapientia.

Aptè dixi, cur non omnes pro ea non depereant, supposito quod sine amicitia impossibile vt quis viuat siue priuatus sit, siue Princeps. *Amicitia ad vsum vitæ*, ait Ari. *est maximè necessaria*, 8. Eth. c. 8. *Et vt quisque maxime opibus, principatu, & potestate excellit, ita amicis indiget maxime.* Vnde audet C Cicero de Amicitia, affirmare, præter sapiẽtiam nil melius amicitia mortalibus datũ. *Excepta sapientia*, inquit ibi, *nil melius datum est homini à Dijs immortalibus amicitia. Quid enim dulcius quàm habere cum quo omnia audeas sic loqui vt tecum? quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes amicum, qui illis æque, ac tu, ipso gauderet? aduersa enim ferre, difficile esset, sine eo, qui illa grauius etiam quàm tu, feret.* Impossibile ergo videtur quemlibet posse sine amicitia viuere, quod si hoc, cùm sola quæ veras amicitiæ conditiones retineat sit Dei, cur eam non expetunt homines? cur pro illa non depereunt? si benignus debet esse amicus, quis Deo benignior? si stabilis, quis tam firmus vt Deus? si certus, si securus, quis talis? si deD nique omnipotens, quis vt Deus? sed ad singula.

5. Prima amicitiæ conditio humanitas ac benignitas.
Aristote.
6. Inhumanus austerusque amicus esse non potest.

Prima ergo amicitiæ conditio, *humanitas*, ac *benignitas*, necessaria inter amicos, amicitia enim Græcè, *idis*, quod est suauis, & iucundus, nam nihil amicitia suauius iucundiusque, ex humanitate, benignitateque proficiscens amici. Quid enim iucundius esse potest in vita affabilitate, amicique in conuersatione, in locutione, & in conuictu humanitate? Vnde merito Arist. 8. Ethic. ca. 1. *Quis esset fructus in prosperis*, ait, *sublata benignitate? quæ in amicos extat maxime, & amplissimis laudibus afficitur.* Vnde impossibile vt inhumanus, austerusque amicus esse possit, *Quidam seueri, & tristes homines*, inquit idem vbi supra cap. 6. *beneuolentia inter se coniunguntur, cùm suos bonis velint affici, & adiumenta, præsidiaque suis rebus duris petant, tamen amicitia inter eos locum nõ habet, quod cũ alijs versari nequeãt.* Optimè, au-

steri, beneuoli esse possunt non amici, quia necessaria amicitiæ conditio humanitas, interque amicos affabilitas.

7. Deus humanissimus. Quod si hoc, quis tam humanus vt Deus, qui etsi summus, & altus, ita cum amicis conuersatur suis ac si non Deus, sed alter esset homo. *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem*, inquit scriptura Exod. 33. num. 11. sicut solet *loqui homo ad amicum suum*. Vbi notanda hęc postrema verba, nam aliquid peculiare innuunt, poterat enim dicere. loquebatur facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad socium suum, sed non sic, sed sicut solet loqui ad amicum suum, quomodo loquitur homo ad amicum? confidenter, quomodo loquitur? amanter, quomodo loquitor? gratanter, benignè, affabiliter, ita loquebatur Deus cum Moyse. Quod aliæ innuunt versiones. Chaldæus sic habet, *Loquebatur verbum ad verbum*, proponendo, & respondendo, sicut assolet inter amicos Septuaginta, *loquebatur, præsens præsenti, facialis faciali*. Nil aptius. Videbat Deus Moysen, videbatur ab illo sicut solent amici inter se colloqui se aspiciendo, intuendo, amabiliter inspiciendo, adeo vt ex benignitate & affabilitate Dei etiam Moyses affabiliter, immo audacter, cum ipso colloqueretur. Nonne audacter quando dixit, *Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro, quem scripsisti*. Exod. 32. nu 31. Quis æqualis ad æqualem talia diceret? ne dicam quis seruus ad Dominum, quis priuatus ad Regem, vt vilis homo ad Deum? in angustias, vt sic dicam, ipsum Dei liberum redigens arbitrium, vt non liber maneret quod vellet efficere, sed aut dimitteret noxam, aut perderet amicum: vnde talis audacia vili creaturæ, nisi ex Dei affabilitate, benignitateque, quæ sic amicum tranquillum constituit, vt non solum audacem eum faciat, sed etiam in audacia de obtentu securum? Quod eleganter Sanctus considerauit Paulinus, epis. 20. ad Adamandum dicens. *Ille diuini colloquij particeps, non salutis suæ negligens, nec insolens*, notanda verba, *Domino profundi arte consily, ausus est dicere, dimitte illis, aut dele me de libro tuo, domino iusto debitum peccatori populo interitum comminanti, oblationem sua potius abolitionis opponeres, diuina videlicet pietatis iustitiaque securus, vt parceret & in iustis misericordia Domini, dum iustum non potest delere iustitia*. Nil pulchrius, Confidenter petijt non solum de misericordia, sed de iustitia confidens, vtrasque enim benignas sperauit reperire dum de illa quod parceret se repromisit, & de iustitia, quod innocentem non feriret, hinc totus Deus benignitas, tum quando misericors, tum quando iustus.

Margin notes: 8. Eius humanitas cũ Moyse expenditur. — Chald. — 9. Moysis audacia cum Deo ex eius benignitate. — Exod. 32. num. 31. — S. Paulin. 10. Cur securus orauit pro populo. — 11. Deus totus benignus & quando misericors & quando iustus.

12. Suum volitum deserit aliquando, vt amici adimpleat. At ampliora inter Deum Moysemque amicitiæ signa licet expendere, nam quæ maior benignitas amici esse potest, vt illa, quando etsi non vult aliquid agere, quia aut non potest, aut illi cordi non est, tamen quia amicus rogat, illud efficit, & libenter: desiderat amicus ab amico comitari, necessarium est vni iter agere, alter in Ciuitate manere: deserit hic ciuitatem, iter cum amico arripit, cur? non quia negotium habet, sed quia vult amicus, nonne hæc maxima amicitia, summaque affabilitas? Quid, forsitã non sic cum amicis suis Deus noster Exod. 33. num. 1. *Ascende*, inquit Dominus Moysi, *in terram, quam iuraui Abraham Isaac, & Iacob*, &c. *& mittam, præcursorem tui Angelum, non enim ascendam tecum*. Nolebat omnino, vt videbatur Dominus ascendere cum populo, nolebat amplius cum ipso iter agere offensus ab illo, at quid amicus, numquid permisit? *Dixit autem Moyses, si nõ tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto*, cui Dominus. *Et verbum istud quod locutus es faciam*, O mira benignitas, miraque affabilitas! quis enim vnquam semel cognoscens, quis Deus crederet, tanta familiaritate, benignitateque cum homine vti, vt quod semel decreuit, aut saltem decreuisse videatur, non faciat, hominemque ad tantam cum Domino deuenire familiaritatem, ve dicam audaciam, vt resumat animum, contraque eius decretum audens, & spetans vincere, & vincat. Merito ergo exclamat Chrys. h. de prouidentia, 1. *Omnes nos Dei benignitatem, neque cogitatione comprehendere, neque narrare possibile esse*.

Margin notes: Exod. 33. num. 1. — Chrysost.

13. Amoris quærelas sustinet ab amico. Sed vltra, nonne etiam familiaritas benignitasque maxima est illa, quando inter se mutuo loquentes amici, ad hoc vt alter alterum ad quod desiderat, impellat, in mentem amico verba, amoresque, quos alibi, aliaque ei dixit occasione, reducit, de eo quærelas instituens, & lamentationes? tractus equidem amicorum intimorumque hic est. At nonne talis Moysis cum Deo. *Præcipis*, inquit, *vt educam populum istum, & non indicasti mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me*. Num. 12. Hoc postremum notandum, quærela quidem est amantis, præcipere, quod amans non appetit, & simul amare, *dixisti*, inquit, *noui te ex nomine*, hoc est vt Septuaginta legunt, *noui te præter omnes*, quæ verba magnum indicant Dei erga Moysem amorem. Vnde Augustinus hic quæst. 153. *Præomnibus*, inquit, *Moysem Deum sciebat, quia Deo præomnibus placebat*. Ob hoc equidem Deus illi dixit, *Noui te ex nomine*. Nam vt rectè Diuus obseruat Chrysostom. in Gen. homil. 7. super illa verba, *Adam vbi es*, signum Dei amoris erga Adam extitit, nomine eũ vocare suo, *Ex suo*, inquit, *ipsum nomine appellãs & dicens, Adam vbi es? amorem suum, & multam circa ipsum curã ostendit, sã enim nostis, quod hoc est legitima amicitia indicium: sic & mortuos reuocantes facere consueuerunt, continuè ipsorum nomina versantes, sicut vicissim odio habentes, & inimicè erga quospiam affecti, nec nomina eorum, qui se læserunt, ferunt commemorare*. Quod etiam eleganter Sanctus obseruauit Gregorius homilia 25. in Euangel. in dulcissima illa Christi Domini nostri Magdalenæ post resurrectionem apparitionem, in qua dum primo cõmuni vocabulo mulierem appellasset, nec eum cognouisset, amantius postea eam nomine appellans proprio, illico eum agnouit, *Postquã eam*, inquit sanctus, *cõmuni vocabulo appellasset ex sexu, & agnitus non est, vocat eã ex nomine, ac si ei apertè dicat, recognosce eũ, à quo recognosceris, Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognoscit authorem*. Ergo sanctus obijciens Moyses Domino, quod eũ agnouisset ex nomine, tãtum extitit, quantum summum erga eum rememorare amorem, de ipso quærulãs, quomodo scilicet dixit eum præ ceteris diligere, & tamen cũ ipso incedere nolle, quod impensè amantium est; vnde & ipsum reconueniens Deum, inquit, *Præcipis, vt educam populũ istum, & non indicas mihi, quem missurus es mecum*. Quomodo nõ indicanit? nonne ei dixerat, *mittã præcursorem tui Angelũ*? Rectè quidem, sed duæ assunt solutiones, prima, Deum Moysi nõ dixisse, qualẽ Angelum, vnde rectè illud dicere poterat, ansamque ex eo sumere ad petẽdũ, Deoque ite-

Margin notes: Num. 12. — 14. Quid significent verba illa Dei ad Moysen: *noui te in nomine*. — August. — Chrysost. — 15. Deus nomine suo vocans Adam eius ad puniendum defecerat, signum extitit amoris. — 16. Magdalena cur secũdo, & non primo Christum cognouit. — S. Gregor. — 17. Moyses cur dixit ignorare quem secum Deus esset missurus, cũ Angelum futurorum ei dixisset.

18. Sancti semper præteritorum immemores, ad altiora suspirant. *Gregor. Nissen.*
rum proponendo quod desiderabat, vti & fecit, se-
cunda autem quod sic ardenter, sic efficaciter, vni-
ceque Moyses Deum diligebat, vt etsi ei Deus An-
gelum missurus dixisset, ita sermonẽ exhortuit, vt
penitus à mente eius exciderit, summa attractus a-
lienatione Deum ipsum attingendi. Quod elegan-
ter Sanctus ponderauit Gregorius Nyssenus super
illa verba eiusdem Moysis, *Ostende mihi faciem
tuam.* ponderans quod etsi tantis afflatus sanctus
Moyses sublimationibus, tamen ampliora deside-
rans, tanquam si omnibus careret, sic immemor
earum viuebat, vt semper anxius ad Dei faciem
suspirabat. *Moyses*, inquit, *tot ac tantis subli-
mationibus elatus, adhuc ardet desiderio, adhuc
tanquam famescens, ac sitiens, tanquam eo carens,
quo semper fruebatur, orat vt videat, non vt ipse ca-
pere potest, sed vt se habet qui desideratur. Vnde ar-
bitror, immenso desiderio, atque ardore erga Deũ ita
fuisse affectũ, quod visionibus sibi euincit, vt ferre non
posset, quin ab ijs quæ cõprehendit, ad occultiora cõ-
pelleret: quocirca supremæ pulchritudinis amator,
quod iam viderat, tanquam imaginem eius quod non
viderat, credens, ipso frui primitiuo desiderabat.* Nil
melius. Si ergo & ipsarum Deus reuelationum S.
19. Angelorum societatem respectu Dei recusant pessimamque iudicant. *Rabanus.*
Propheta, tanquam si eis careret, non reminisceba-
tur, quomodo Angeli reminisceretur, cuius respe-
ctu Dei societas pessima dici potest, sic eã sacer ap-
pellans textus dicens, *Audiens quæ populus sermonẽ
hunc pessimum luxit.* Mirum cùm non hominem,
sed Angelum Deus sui loco sufficeret. At, vt inquit
Rabanus, nil habet boni, & si omnibus affluat, qui
Dei caret presentia. *Pessimum sermonẽ dicis audisse
populum*, inquit, *hoc est crudelissimum, atque mæstis-
simum, quod enim maius alicui præstari potest bene-
ficium, quàm Dei gratiam habere præsentem, ac cõ-
ditorem suum agnoscere sibi esse proprium, aut quod
maius est discrimen, quàm authoris sufferre iram, ni-
hil habet boni, qui creatoris sui carebit gratia, at-
que præsentia.* Merito ergo tanquam huius oblitus
Moyses sermonis, Deum vt amicum familiariter
compellans, & veluti de amicitia suggillans, confi-
denter, audacterque illi ait, præcipis me, &c.

Nec tamen (vt hoc obiter dicam) et talis cũ Deo
20. Moysis cũ Deo libertas non audacia, sed fiducia & cur. *Chaldæus*
procedendi modus, ad audaciam reputari potest, cũ
aliàs, & si iratus, flammis, ac igneis iræ vorticibus
spirantem vidisset, quanti eum faceret cognouit, dũ
quasi nil auderet ad ipsummet quodammodo de-
precandum se inclinauit, rogans vt ipsum dimitte-
ret ad irascẽdum Exod 32. *Dimitte me*, seu vt Chal-
dæus, *intermitte deprecationem, vt irascatur furor
meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gen-
tem magnam.* Quem locum eleganter expendens
Gregor.
Magnus Gregor. lib. 9. Moral. cap. 11. *Quid est*, in-
quit, *seruo dicere, dimitte me, nisi pensaquantũ apud
me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris quic-
quid pro populo exoras.* Ex qua erectus benignitate,
non audacia, sed fiducia vsus est sanctus cum Deo
Propheta, quod totum est ponderandum, ne aliquis
plus nimis ignorans, vilitatem æstimet Dei amorẽ,
audaciam, fiduciam. Quod egregiè disertissimus
Philo.
ponderat Philo libro, *quis rerum diuinarum sit hæ-
res*, excusans à libertate, qua videtur cum Deo vsus
Moyses, tradens has, similesque locutiones, non li-
bertates, sed fiducias extitisse, quia Dei erat amicus.
Moses, inquit, *tanta in loquendo cum Deo vsus est
libertate, vt dum non clamantẽ solum coram Deo,
verùm etiam Deo validè reclamantem audiamus,
vera scilicet fiducia, & affectu minimè fucato. Nã*

A *illa eius verba, Aut dimitte illis hãc noxã, aut si nõ
facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. & cum di-
xisset ei Deus, Facies mea præcedet te, & requiẽ dabo
tibi, ille quasi abnuẽs, Si non, inquit, tu ipse præcedas,
ne educas nos de loco isto. Atque alio loco, Cur affli-
xisti seruum tuum? nõ possum solus sustinere omnem
hunc populum, quia grauis est mihi, sin aliter tibi vi-
detur, obsecro vt interficias me, ne tantis afficiar ma-
lis, huiuscemodi inquam verba, quæ Moses dixit,
nemo opinor Regi cuiuis, aut Principi auderet dice-
re, verumtamen cum Deo loqui, tunc libere, summa
fuit non audacia, sed fiducia.* Cuius optimã addens 21. Libertas loquendi cum amico, non audacia, sed fiducia.
rationem sequitur. *Siquidem*, inquit, *sapientes om-
nes amici Dei sunt, libertas autem loquendi cognata
est amicitiæ, nam quicum, obsecro, loquemur liberè, si
cum amico non licet? rectè ergo in sacris litteris Mo-
ses amicus Dei celebratur, vt quoties audacius cum
B Deo loqui videtur, amicitiæ potius id, quàm arrogã-
tiæ tribuatur, arrogantis namque est temeritas, a-
mici vero fiducia* Nil melius, & necessaria excusa-
tio, cùm certissimum sit, è medio sublata inter
Deum, Moysemque amicitia, prorsus ab arrogan-
tiæ nota tales non abirent locutiones: at quia ami-
cus, quia charus, quia cum amico loquebatur, quod
ex gestu, ex tractu, ex familiaritate, adde & ex illa-
rum voluntate perspiciebat, non libertates, sed fi-
duciæ non tantum à Deo permissæ, sed exquisitæ
sunt dicendæ.

Sed quid, si ad hæc familiaritates illas addamus,
quibus Deus cum Abrahamo, vicissimque Deus
cum Abrahamo vsus, nunc fiducialiter, & amanter
ipse Abraham quasi exprobrans promissum, dicit 22. Dei benignitas cum Abrahamo expenditur.
Deo. *Quid dabis mihi, ego vadam absque liberis*, il-
lum veluti redarguens, quia ei dixerat, *Noli timere
Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua
C magna nimis.* Genes. 15. num. 21. Quasi diceret, qua- *Genes. 15. nu. 21.*
lis est hæc protectio, qualis hæc merces, dum quid-
quid contuleris, non meum, sed alterius erit, cùm
ego vadam absque liberis, nunc etsi multoties Deus
illi terram suæ promiserat peregrinationis hoc nõ
obstante, signum ab eo petens. *Vnde scire possum,* *Ibi. nu. 8.*
quod possessurus sim eum? nũc pactum, capitulatio-
nemque cum Abrahamo condens ipse Deus, more
gentiũ, ac si esset alter homo Abrahamo æqualis, vti
sacrificiũ extitit illud, quod in signum sui fidelitatis
verbi, mandauit offerri, & tandem ita labere, ita fi-
ducialiter cum Deo se habebat Abraham, vt pro
Sodomis intercedens, non bis, non ter, sed sexies
Dominum interpellauit, & quasi admonens, ausus
fuit appropinquãs dicere. *Numquid perdes iustum
cũ impio? absit à te vt rẽ hanc facias, & occidas iu-
stũ cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc
D tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam fa-*
cies iudicium hoc. Genes. 18. num. 23. Quis quæso, *Genes. 18. 23.*
amicus amico, tam familiariter, tam liberè con-
suleret, & tamen Deus erat, cum quo loqueba-
tur, & insuper Deum esse ipse optimè callens. Et
quod mirum, non solum hac libertate Deum
minimè indignatum, sed semper placidè Abra- 23. Abraham ad decem perueniens cur destitit rogare. *Tostatus.*
hamo respondisse, immo vt præclarè respon-
dit Tostatus, quærens cur vltra Deum am-
plius non instituit Abraham, sed ad Deum
perueniens desijt rogare. *Abijtque Dominus,
postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille re-
uersus est in locum suum*, Deum scilicet cohibuisse
mentem, animumque Abrahami, ne pergeret vlte-
rius deprecari pro Sodomis, neque vt vltra decem
procederet, nam sciebat in ea regione infra dena

rium aliquos extare iustos, ob quos tantùm illi non parciturus genti, & sic ne vnicè sibi charum contristaret amicum, ipsius auertit mentem, voluntatemque, ne amplius pro Sodomis intercederet. Nil melius. Auertit mentem, quasi æstimans impossibile ab amico non vinci semel rogatus, quæ maior ergo benignitas, quæne maior excogitari potest amici affabilitas, vti Dei nostri?

24. *Quibus cõcessum cum Deo familiariter loqui ac vti libertate. Philo.*

Quæ tam ingens, tamque propemodum infinita apparet, vt necessarium ducam hic optimam aduertere Philonis animaduersionem, ne aliquis hæc legens, insipienter audeat talia præsumere, sed sciat, quibus concessum tali familiaritate, talique cum Deo vti libertate. Philo enim vbi supra, ex hac Abrahami cum Deo locutione, eius fiduciam, libertatemque admirans, hasque nominans laudansque virtutes, sic ait. *Sunt profectò admiranda virtutes, vel fiducia, vel sermonis libertas aduersus præstantiores, quando res eam postulat, vt veræ potius quàm ludicra videri debent Comici illa sententia.*

25. *Libertas loquendi cum potentiore magna virtus.*

Si seruus consuescat semper silere,
Fiat nequam dediscens loqui liberè.

26. *Quando illa deceat, & cui.*

Quo dicto petit ipse, quando hac vti libertate aduersus dominum ei deceat. prudentissimè, aptissiméque respondens, ait, *Tunc sanè, cùm nullius est sibi maleficij conscius, certusque est, nihil à se dictum, factumque, nisi ad Domini sui pertinens vtilitatem. Similiter ergo decet famulum Dei, lingua vti libertate erga suum, & rerum omnium Principem, ac Dominum, si fuerit tamen ipse à peccatis purus, suaque erga Dominum suum charitatis sibi conscius, magisque gaudens Dei famulatu, ac seruitio, quàm si esset imperium in omnes homines terra, marique consecutus.* Nil melius. Cui annectenda præclara Origenis sententia. Ipse enim hom. 4. in c. 36 nu. 3. Iol. illud ponderans præceptum, scilicet vt populus ab arca ad duo millia distaret cubita Sacerdotes autem, & Leuitæ, proximi essent, sic ait, *Beati, qui merentur proximi esse Deo, sed memento quod scriptum est, qui approximant mihi, approximant igni: si aurum, vel argentum fueris, & igni approximaueris, multo per ignem splendidior & rutilantior fulgebis: si verò supra fundamentum in te fidei positum, conscius tibi es superædificasse te ligna, fænum, stipulam, cum tali ædificatione si igni approximaueris, consumeris. Beati ergo qui proximi sunt, vt ignis eos illuminet, non adurat.* Egregiè, satisque ad rem. Si aurum non es, & Deo liberè accedis, qui ignis, consumeris, adureris. Nam ille tantum cum Deo liberè vti potest, qui suam illi meruit familiaritatem, seruitio, vita, moribus, actu: qui autem sic se prospicit, videtque iam Deum secum vt amicum agere, confidat, libereque, & audacter loquatur, non enim erit libertas, sed amicitia, Deoque nõ ingrata, immo vt eius est benignitas, placita, & optata.

Origen.

27. *Dei propinquitas cui prodest, cui verò obest.*

§. I.

De Dei stabilitate.

28. *Deus amicus stabilis.*

AT si benignus in amicitia; numquid non stabilis? numquid varius? numquid in ea non persistens? numquid non in fide perstans? numquid leuiter mutatur? Deus sancte! qualis est tua in amicitia stabilitas, prorsus infinita, ob illam tantum quando alia deessent summis expetenda votis. *Amicitias probatas*, inquit Seneca epist. 79. in fine, *enixè pete, constanter retine, perenniter serua*, qualis magis probata, quàm Dei? Nec mirum, quia cùm eius amicitia ex parte sua, non in suo, sed in amici fundetur bono, ideo hæc sola stabilis, & firma. *Amicitia propter voluptatem, ac propter vtilitatem, fucata sunt, ac fortuita amicitia*, inquit Aristot. 6. Ethic. cap. 3 *quoniam non idcirco qui diligitur colitur, quia is ipse sit, sed quia vel vtilitatis minister sit, vel præbitor voluptatis, quocirca celeriter tales amicitia dirimuntur.* Cessante namque vtilitate, aut voluptate, iam non est amplius amicitia, vnde optimè ipsemet consulit, eos maximè in amicos habendos, qui amicis, non ipsorum respectu, sed illorum bonum desiderant. nam reuera cæteri, non amici. sed negociatores sunt, vt inquit Seneca ep. 9. *Qui enim vtilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit, hunc florentem amicorum turba circumsedit, circa euersos solitudo est, & verum amicum fugiunt, vbi probantur, negotiatio est non amicitia, qua ad commodum accedit.* At Deus noster, qui non suum intendit, quàm firmus, quàm stabilis est in amicitia, numquam enim ipse primus reperitur, qui fœdera rumpat, numquam primus qui malum inferat. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti*, inquit Moyses, vt vidimus. At quid Deus? *qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo*, quasi exprobrans, reputasse quempiam offensurum, aut amicitiam cum aliquo scissurum, qui prius amicitias, fœderaque cum ipso non rupisset.

29. *Amicitia probata magni facienda. Seneca.*

30. *Amicitia Dei cui stabilis.*

31. *Amicitiæ fucatæ quæ. Aristotel.*

32. *In voluptate, aut vtilitate fundatæ cito diminuuntur. Seneca.*

33. *Tales negotiationes potius dicuntur, quam amicitiæ sicut & negotiatores tales amici.*

Moyses.

34. *Moyses à Deo reprehensus in eo quod petiit, dele me scilicet. de libro tuo.*

Hoc equidem est in causa, vt quando de Dei spiritu, qui eius est amor, loquatur scriptura, semper firmitatis notam ei adiungat, Ioannis 1. num. 32. *Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.* Ne alas timeres, mansionem apposuit. Actor. 2. 3. *Factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis*, &c. *& apparuerunt illis dispertitæ linguæ, & sedit supra singulos eorum.* Volubilitatem linguæ ne expauesceres, sessionem addidit: hinc Dominus Ioan. 14. num. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Per hoc Dei cum homine immobilem stabilemque significans amicitiam, quantum est, ex parte sua, vnde si semel accedit, manet, sedet, mansionem facit numquam inde recessurus, nisi tu prius, vi, violentiaque eum expuleris.

35. *Deus in locutionibus Spiritus sancti qui eius est amor, semper firmitatis notam apponit.*

Ioan. 1. 32. Act. 2. 3. Ioan. 14. num. 23.

Hinc illæ Dei locutiones, semper æternitatem denotantes, vix enim reperitur in scripturis, vt Deus alicui, aut aliquid promittat, aut amicitiam coniungat, & fœdus, quin æternitatem non addat, Genes. 17. num. 13. *Eritque pactum meum in carne vestra, in fœdus æternum, inter me & te, & inter semen tuum post te, in generationibus suis fœdere sempiterno*, 1. Reg. 7. nu. 18. loquens cum Dauid, *fidelis erit domus tua, & thronus tuus erit firmus iugiter.* Quem gratiæ excessum admirans ipse, & plus quàm dici potest obstupescens, ante Dei ingressus conspectum prorupit dicẽs, n. 18. *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc vsque? sed & hoc paruum*

36. *Æternitatis notam in promissionibus addit, & cur. Genes. 17. nu. 13. 2. Reg. 7. nu. 13. Num. 18.*

visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: ista enim est lex Adam, quid ergo addere poterit adhuc Dauid vt loquatur ad te? quasi dicat, inquit Abulens. quæst. 11. *nihil manet quod ego petere possim.*

Abulens.

37. Quàm sollicitus de ijs quæ hominis sunt, curat.

Et exponens verba illa, *ista enim est lex Adam*, ait, *Hic accipitur Adam pro nomine communi, scilicet pro homine, & est sensus: ista est lex, quasi dicat, talis est lex hominis, id est nihil magis homo facit pro se ipso, quàm tu facis pro eo: nam homo sollicitus est semper pro statu suo, & posterorum suorum, nec se putat plenè fælicem; nisi filios quoque futuros felices putauerit, ita tu fecisti mihi*; loquens scilicet, & promittens amicitiam, beneficentiamque, non quamlibet, sed æternam, perpetuoque permansuram. Cuius supra hominis dignitatem gratiæ excessum, benè Sanctus callens Propheta, rectè infra cap. 23. num. 5. non sibi, sed eius filio, Christo nempè amantissimo tribuit dicens, *Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum.*

38. Christus Dominus nobis æternitatem Dei amicitiæ promeruit. *Lyra.*

Vbi secundùm omnes expositores, sermo est de Christo, *de domo sua nasciturο*, vt inquit Lyra. Quasi Sapiētissimus diceret Rex, nisi Christus Dominus, qui ex me descensurus est, non interueniret ad talem, tantamque sponsionem, sola domus mea non esset tanta, nec talis.

39. Semper amicus, etsi amicus hinc discesserit.

Sed quod vltra quàm excogitari potest, hanc Dei firmitatem, amicitiæque stabilitatem declarat, illud est, quod ita firmus, stabilis, immobilis, & tenax (vt sic dicam) amicitiæ, quam semel apprehendit, reperitur, vt etsi tempus, & tempora intercedant, prolabanturque, etsi è viuis decesserint amici, numquam tamen eius, quam in hac vita semel contraxit, non terminscatur, immo in diem magis confirmet augeatque. Hoc in illis considerandum verbis, quæ de medio rubi Moysi dixit, Exod. 3. num. 14. percunctanti quod nomen illi, & quomodo apud filios Israel eum esset nomenclaturus,

Exod. 3. num. 14.

Ecce ego vadam ad filios Israel, dixit Moyses, *& dicam eis, Deus Patrum vestrorum misit me ad vos: si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid dicam eis?* cui Dominus, *Ego sum qui sum, & sic dices*, filijs Israel, *Qui est, misit me ad vos.* Sed non contentus, neque satis hac Deus factus nomenclatura, quia tantum ipsum, suamque diuinam respiciebat essentiam, & alium sibi addidit nomen, suum amorem, suam beneuolentiam, suam denique æternam in illo declarans amicitiam, & sic subdit,

40. Nomē Dei, quo se manifestat quale.

Dixitque iterum Deus ad Moysem Hæc dices filijs Israel, Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationem. Mira verba.

41. Nomen à personis impositū scita essentiam declarat rei. *Lyra. Genes. 2. Eusebius.*

Ex quibus vt clarius talis Dei innotescat benignitas, simulque amicitiæ firmitas, considerandum, quod nomen à persona impositum scita, non à casu, neque fortuito, sed à ratione prouenit, exque cognitione illius essentiæ rei cui nomen imposuit. *Nā nomina bene imposita, à proprietatibus rei educuntur*, vt optimè inquit Lyra super illa verba Genes. 2. *Omne enim quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius.*

42. Adam scientifice nomina imposuit rebus.

Et Eusebius libro vndecimo de præpar. ca. 4. sic hæc explicat verba, idest, *Ipsius naturæ conueniens est nomen eius, quasi dicat*, inquit, *Adam singulis conuenientia indidit nomina, quæ singulorum naturam exprimerent.* Vnde rectè consulebat Plato, vt semper nomina cum rebus cōsentirent, ac propterea Lamprid. in Alexā. Seuero aiebat, *quod nomina insignia onerosa sunt*, quia onus imponunt operandi, quod nomen significat.

Plato. Lamprid.

43. Nomina insignia onerosa.

Ex quibus omnibus patet, nomen à sapiente impositū, naturam, quidditatem, essentiamque rei demōstrare ac indicare, primum hominem, quia è terra, & terra rufa, vocauit Deus Adam, hoc est, *terrenum*, aut *rufum*, vel, *sanguineum*: prima mulier, quia mater futura omnium viuentium, *Eua*, dicta est, quod est, *viuens*. Ergo nomina à prudente imposita, quidditatem rei, essentiam ipsius, naturam, genium, vt sic dicam, demonstrant.

44. Adam, & Eua cur sic vocati.

45. Nomen Deus Abrahā, Isaac, & Iacob Deū declarant totum esse amici.

Quo supposito, nonne dum Deus sibi hoc indidit nomen, *Deus Abraham, Isaac, & Iacob*, nomen ei in æternum, & memoriale ipsius in generationibus: simul essentiam, proprietatem, & vt sic dicam, quidditatem ipsius edixit, totam in amicitia, ac in dilectione esse suotum. Vnde sicut fit impossibile, vt Deus desinat esse, sic etiam impossibile vt non sit amicus, totusque amici, & in amicitia non stabilis, perseuerans, immo æternus. Si ergo nomen est, *Deus Abraham*, & ille qui sapientissimus, hoc sibi nomen imposuit, suam declarans quidditatem, ergo totus Deus, quātus est, est Abrahami, Isaac, & Iacob. Quid firmius, quid stabilius, quid præclarius dici aut excogitari potest? Quis hoc auderet non solum eloqui, sed nec cogitare quidem, nisi Deus ipse dixisset. Deus ipse pronunciasset? Ergo ne, tota Dei essentia, tota Dei quidditas, & maiestas, tota est amici, tota hominis dilecti, hominis qui terra, qui fæx, qui lutum, quid mirabilius?

Sed amplius notandum, hoc scilicet nomen declarasse, postquam aliud sibi imposuerat, primum fuit, *sum qui sum, qui est, misit me ad vos.* deinde addidit, *Deus Abraham, &c.* Quod equidem, ni fallor, non sine factum est mysterio, nomen enim, *sum qui sum*, Dei vnitatem, vt Sanctus inquit Martialis epist. 1. ad Burdegalenses capite decimo, significat, sicut *Deus Abraham Deus Isaac, &c.* Trinitatem.

46. Et simul trinum. *S. Marti.*

Quidam ex nostris, ait, hoc est Moyses, *in amore, & intelligentia magnus, præstolabatur populo suo dicens, Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Hoc enim solus, & vnus Deus, dum mitteret quem elegerat ad deducendum populum suum de seruituto, dignatus est pandere dicens: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, rursum Trinitatem in vnitate designauit dicens, Ego sum qui sum.* Quod cùm sit, primò nomen vnitatem suam significans pandit hoc est totam suam essentiam, & quidditatem: secūdò illud quod personarum Trinitatem, ita illas exprimens vt simul cum suis inuenirentur amicis, quasi significans, quod totum illud altissimum, diuinumque suum esse, totusque tandem Deus trinus, & vnus, Abrahami, Isaac, & Iacob erat, ita vt impossibile fieret vt quoties ipse Deus trinus nominaretur, non etiam & Abraham, Isaac, & Iacob nominarentur.

47. Deus Moysi se nominans cur primo se nominauit, sum qui sū, & postea Deus Abraham, Isaac, & Iacob. *Basil.*

Vt enim hos sanctos honore afficeret, Diuus inquit Basilius in 2. Isai. *perpetuo memoriali, eorumdem seruorum nomina, suo ipsius nomini attexuit, vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties commemorarentur nomina.* O Dei amor ingens! ô inexhaustum amoris pelagus! quis talia crederet, vt impositurus sibi nomen Deus, suam quidditatem, suum-

que declaraturum totalem essentiam, ita vt ex illa omnimodè cognosceretur, sicuti est trinus, & vnus, illud pendat, quid significet, totum illud esse, amicorum existere, ita vt sic innotescat ex eo quod, *qui est*, quam ex eo Abrahami, Isaac, & Iacob, vt non amplius sit ipsemet Deus, *qui est*, quàm Deus *Abrahami, Isaac, & Iacob*, nomen sic ei charum, vt quòd de altero non dixerat, dicat de isto, nempè quod sit, *memoriale suum in generationibus*. Quid est hoc? aut quid significat hoc? quantum valeo, quantum capio, nisi amplius velle ipsum innotescere, Deum esse Abrahami, Isaac, & Iacob, quam quod qui est, & amplius illi cordi esse, quod nomé, ait sibi inesse in æternum, stabilitatem, firmitatemque suæ insinuans, ac declarans amicitiæ, quid iucundius, immo quid mirabilius?

48. *Deus numquam primus ad fœdera scindenda. Hierony.*

Quapropter qui cum Deo rumpit fœdera de se conqueratur non de illo, nam ipse primus est qui scindit amicitiam, non Deus. hoc Concil. declarauit Tridentinũ vbi supra. Quod egregiè adnotauit Hieronymus lib. 13. in cap. 5. Isa. super illa verba. *Quis est hic liber repudij matris vestræ quo dimisi eam?* vbi adnotat Deum loqui ad Hierusalem, & pro se stare, dum illa de ipso quærulans dixerat, *dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei* quasi absque causa, & prior Deus illam dereliquisset, amicitiamque scindisset, quàm ipsa, vnde pro se respondens, stansque Deus ait, Hieronymus inquit, *Quis est hic liber repudij, quasi diceret, Putatis mea duritia matrem vestram terrenam Hierusalem esse proiectam, & quod ego mitis rigidus dederim ei libellum repudij, & non potius quod verum est, intelligitis, illam suo à me vitio prius recessisse. Dicõte enim me ad eam, Quiescite inique agere, discite bonum facere, audire me noluit, sed vertit contra me scapulam recedentem*: & infra. *Vt autem sciatis non à me repudiatam matrem vestram, sed voluntate propria recessisse, post multa beneficia, humanum corpus assumpsi, & nequaquam per Prophetas, sed præsens locutus sum, veni, & nõ erat vir; omnes enim viri, & hominis imaginem relinquentes, bestiarum, ac serpentum sumpsere imagines, vocaui, & non erat qui audiret, vnde relictus prius, reliqui vos* Nil melius. Derelictus prius, dereliqui vos, numquam prior amicitiam deserit, quantum ex se æternus est in illa, consistet securus amicus. quid si ipse non prius, numquam ex parte Dei scindentur fœdera, abrumpentur amicitiæ: nam stabilis ipse, firmus, semper in fide perstans, vt inquit noster Sapiens, &c.

HOMILIA CXLIII.

Deus amicus immobilis, longanimis, omnipotens.

BEnignus amicus est Deus, inquit noster Sapiens, *stabilis, certus*, hoc est in aduersa probatus fortuna, numquam amicum derelinquens, etsi in vinculis, etsi in carcere, de qua re infra cap. 10. num. 14. insuper, *securus omnem habens virtutem*.

1. *Deus pagientissimus*

Quid per securitatem, nisi eius in amicitia longanimitatem, patienter amicum sufferens, eius dissimulans defectus, non minutus, non subtiliter vt

A sic dicam, indagans, sic tandem dissimulans, ac si non esset videns, necessaria ad amicitiam conseruandam conditio, defectus scilicet amici longanimiter ferre, non semper rixas, & quærimonias dare, *Qui celat delictum, quærit amicitias*, inquit Salomone Prou. 17. num. 9. *qui altero sermone repetit, separat fœderatos*. Delictum celat amici, qui intra pectus illud obtegens, nec amico quidem illud aperit, hic, *quærit amicitias* seu vt vertit Hebræus, *quærit amorem*, nam illud omnia semper amici adnotare, omnia perquirere quoslibet defectus videre non equidem est amici, sed potius inimici. vnde bene sequitur *qui altero sermone repetit, separat fœderatos*. Quid est enim altero sermone repetere, nisi iterum, iterumque ad amici redire defectum, penitus que illud non abolere? Vnde Septuaginta, *Qui celat iniustè facta, quærit amicitiam, qui autem odit celare, diuidit amicos, & domesticos*. Nil melius. Si peccata non operit, tegit ac cooperit, non solum amicos, sed etiam ipsos scindet domesticos, hoc est sanguine coniunctos, vnde & ipsammet consangoinitatem, quanto magis amicitiam? Ob hoc hanc viucæ amicitiæ conditionem bene callens Apostolorum Princeps 1. Canon. ca. 4. nu. 8. illam summopere inter fratres exquirit. Vnde ait, *Ante omnia autem*, ponderandum verbum, *mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes*.

amicus, defectus dissimulans amici.

2. *Amicitiæ necessaria conditio, quæ. Prou. 17. num. 9.*

3. *Amicorum defectus nõ indaganda.*

70.

B

1. Petri 4 num. 8.

4. *Quam charitatem inter suos expetebat Apostolus Petrus.*

Pondero verbum, *mutuam charitatem*, non enim dixit absolutè, charitatem, sed mutuam, hoc est, eam quæ facit vt proximi deffectus non videantur. Hinc subdens ait, *quia charitas operit multitudinem peccatorum*. Ergo illam intellexit charitatem, quæ sit dissimulans, defectusqoe proximorum non videns, sine qua impossibile, vt absolutè inter fratres charitas consistat. Cuius equidem ratio ex defectibilitate pendet naturæ: hæc enim cùm ex se nihil habeat nisi defectus, & bonus vndequaque nemo reperiatur, fit vt nisi cooperiantur, impossibile reddatur amicitiæ doratio, quam cùm perennem desideret inter fratres Apostolus, eam mutuã exquirit inter ipsos charitatem, *quæ operit multitudinem, peccatorum*, hoc est defectuum fratrum patiens, eos cooperiens, dissimulans, & quasi non videns. Quam charitatem pulchrè Sanctus Pater Cæsarius Arelatens. homil. 19. præclaram eleemosynam appellat, qua sola affirmat nostrorum cooperiri multitudinem peccatorum. *Ecce dixisti*, inquit, *te nec abundanter frumenta colligere, vnde victum, ac vestitum possis pauperibus dare, nec iniuriam sustinere, quas inimicis debeas indulgere, & ideo dubitas, non habeas vnde possis peccata tua redimere. Accipe ergo & fideliter tene præclarum, & præcipuum tertium genus eleemosynarum, sit vita bona voluntas, omnes homines dilige, sicut teipsum, pro omnibus ora, & hoc illis desidera, quod & tibi: & clamatur tibi ab Angelis, Pax hominibus bonæ voluntatis: & quia bona voluntas ipsa est charitas, si illam habere volueris, impletur in te quod scriptum est, Charitas operit multitudinem peccatorum*. Bonam erga fratrem habere voluntatem, ipsi velle quod tibi, hanc sanctus dixit Pater esse præclaram eleemosynam, per quam multitudo à Deo nostrorum operitur peccatorum. At quid quæso nobis amplius cordi est, quàm ne proximi defectus videant nostros, quàm vt cum illis dissimulent, quàm vt compatiantur: fac tu hoc

C

Cæsarius Arelat.

D

5. *Bona voluntas præclara eleemosyna.*

cum fratre, & similiter pręclaram ei largitus es eleemosynam, & sicut tu fratris defectum tua cooperuisti charitate, sic Deus sua tuos dissimulabit, & sicut tu cum fratre, sic Deus tecum longanimis existet, patiens, quasi tua scelera non videns. Charitas ergo illa in amicitia necessaria est, quæ amici defectus dissimulet, longanimis, silens, patiens, quod quidem est illud in amicitia optimum, *improbas suspiciones eliminans*, vt inquit Isidorus Pelusiota, ep. 102. qui pulchrè lib. 3. ep. 28. asserit, sicut ipsum nec peccati se esse expertem, sic nec etiam amicos peccati expertes quærere, sed tantum satis sibi esse, si eos haberet, qui cum paucis vitiis: *Ego*, inquit, *nec peccati expers sum, nec peccati expertes amicos quæro, (non enim inueniam) verum eos quidem, qui maximis virtutibus, ac paucis, minimisque vitiis præditi sunt, in amicorum classem ascribo, eos autem qui contra affecti sunt, nec numero, nec rursus abdico*. Quod cum sit, & vt dixit Themistius, *nil omnino delinquere extra sortem humana est, conditionemque natura*. liquet necessarissimam in amicitia defectuum amici esse dissimulationem, si constans, si durabilis illa desideretur.

6. Deus quando cooperiet multitudinem nostrorum peccatorū.

7. Amicitiæ amor veteris.

Isid. Pelu.

8. Amici vt quærendi.

Themist.

Quod si hoc in amicitia necessarium, quis quæso, in amicitia magis dissimulans, quam Deus? sicut eius homines abusi dissimulatione, dum talem tamque eam prospiciunt, audent peccare, contraque illum sine vllo se timore erigere. De quibus sensitissimè per sanctum Isai. Proph. cap. 37. num. 11. ipse conqueritur, dum Hierusalem arguens, iniquitatesque illi objiciens suas, addidit, ideo illam talia perpetrare ausam, quia non illico pœnas suæ luit iniquitatis, non considerans, hoc non euenisse, quòd ipsa pœnas non meruisset, sed quia ipse erat tacēs, & quasi non videns, *Neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es*, quem locum sic exponit Hieronym. *Neque scilicet cogitasti, quia ego sum, qui semper tacui peccata tua, & scelera quacunque faciebas, quasi non viderem, dissimulatione neglexi, vt si non timore mei, saltem patientia ad me redires*. O primè, nilque melius. Et notanda postrema Hieronymi verba, nam quid amplius desiderari potest in amico, quā talis dissimulatio, talisque patientia, vt non alio medio amicum errantem, desciscentemque conuertat, secumque reconciliet, quam dissimulatione, & patientia?

9. Deus ob amicitiam tacens, & non videns defectus amici.

Isa. 37. 11

Hierony.

10. Patientia, & sustinentia ad se homines attrahit.

Hoc certè mirum, hoc magnum, maximumque hoc in Dei bonitate amoreque admirandum, quò hominem prosequitur, patientia scilicet hæc, qua hominem expectat, simulatio hęc, non ad eum perdendum, sed ad eum saluādum, ita. vt medium, quod infinita illa bonitas sumat, ad se rebellem trahendum hominem, non sit aliud nisi patientia, simulatio, sustentatio ipsius, quasi non videns, & nō perspiciens, quæ contra illum iniquus facit homo. Quid? nonne multoties hæc sola cogitatio, & non altera, hominem ad Deum conuertit? scilicet, quātum peccaui, quanto tempore, quàm patiēter Deus me sustulit, & sustinuit, profundè cogitans hæc, emollitur cor, & ad Deum redit. Quis ergo hunc peccatorem Deum parturiit? patientia ipsius, eiusque cum eo simulatio. *Deus erga vnumquemque nostrum*, Sanctus inquit Pater Macharius Ægyptius, hom. 4. *bonus, ac benignus, longanimiter agit, perpendens quantum quisque offendat, siletque expectans, quando resipiscat, & conuertatur, ne quid vltra delinquat*. Mirum dictum, siletque expectans, quando resipiscat, & conuertatur. Cur sic silenter expectat? an vt ipsemet suis exsatiatus peccator concupiscentiis, peccatisque veluti plenus, ipsammet stomachans plenitudinem ad ipsum cōuertatur? Sæpè enim peccatores Deus exsatiari sustinet permittit peccatis, vt ea postea euomant, ac fastidiant. Num. 11. 20. carnes dedit, *vsquequo per nares eas proijcerent, vt satiati de cætero eas amplius non desiderarent*, inquit Oleaster in cap. Exod. 32. num. 10. Et D. Hieronym. in ep. 12. ad Gauden. *Cupientibus Ægyptias carnes*, inquit, *vsque ad nauseam, & vomitum præbuit examina coturnicum, vt eas postea satiati contemnerent*. Ob hoc silet, conuersionem expectans, pro supplicio ipsa voluptatum concessione vtens, qua inordinatè, ac profusè epota, tandem vertitur in fastidium, sicque iā ipsis peccatis plenus, ac miser, ea stomachans peccator ad Deum conuertitur, prius ipse peccare, quàm Deus sustinere fessus, illum Deum vincens non oppugnando, sed sufferendo, non secus ac de certantibus dixit, pugilibusque Philo, lib. quod omnis probus sit liber, aliquos scilicet non resistēdo, sed sufferendo superasse. *Spectaui aliquando*, inquit, *certantes pancratio, alterum obtundentem pugnis, & calcibus, totisque viribus contendentem ad victoriam, tandem lassum, & incoronatum è stadio discedere, alterum carnosum, neruosum, musculosum, refertumque spiritu verè athletico, tanquā saxeum, ferreumque, nihil plagis cedere, solaque patientia superare aduersarium, & ad extremum adipisci victoriam*. Horret quippè mens, dum hæc cogitat, stupet, ipsaque tremens manus scribere recusat. Ergo ne huic similem Deum faciemus? vti faciendum, cùm & ipsa dictet experientia, nosque ipsi testes simus, sæpe Deum victoriam de peccatore adipisci, quia fessus iam iste eum percutere, obtundere, immò occidere, cedit Deo, non resistenti, sed sufferenti. O immensitas! ô pelagus inexhaustum bonitatis diuinæ! Meritò equidem hanc Dei summam patientiam, qua peccatores ad pœnitentiam, expectat, non bonitatem, sed diuitias bonitatis appellat Paulus ad Rom. 2. num. 4. dicens: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*. Meritò diuitias appellauit, nam & si summa eius bonitas, quando per centena annorum curricula peccatores expectat, nec eos punit, vsque dum numerum mensuramque impleant peccatorum, vti per quadringentos pessimos sustinuit Amorrheos. Genes. 15. quia nondum vsque ad illud tempus completa erat malitia eorū, tamen peccatores sustinere sic patienter, ac silenter, per annorum etiam curricula, non vt perdat, sed vt saluet, sed vt coronet, sed vt ditet, patientiaque tantum velle eos ad se attrahere, ac sustinentia, hoc thesaurus, hoc non tantum bonitas, quantum diuitiæ sunt eius bonitatis, quas ille ignorat, qui eas contemnens nescit, quod per illas ad pœnitentiam prouocatur. *Diuitias bonitatis Dei*, inquit Origen. in hunc Pauli locum, *ille agnoscere poterit, qui considerat quanta in terris mala quotidie hominis gerant, & quomodo pene omnes declinantes, & simul inutiles facti sunt, & spatiosam perditionis ambulant viam, si quis consideret, quanti in Deum quotidie blasphemant, & in cœlum extendunt linguas suas. Si quis ergo hanc bonitatem Dei, & sustentationem eius, & patientiam contemnit, ignorat, quod per hac ad pœnitentiam prouocatur.*

S. Mack.

11. Deus peccatores sæpè peccatis exsatiari finit.

Num. 11. 20.

Oleaster.

Hieron.

12. Sæpè sufferendo non oppugnādo peccatorem debellat.

Philo.

13. Patientia medium ad palmam consequendam.

14. Diuitiæ bonitatis diuinæ, eius patientia.

Ad Rom. 2. 4.

Gen. 15.

Origen.

Diuitiæ ergo bonitatis diuinæ, talis est sustinentia, talis dissimulatio. Vnde si Deus, *diues in miseri-*

15. Fortitudo Dei, eius patientia.

cordia, aptè nominatur hocque pretiatur nomine, A consequens fit, vt de nullo alio sic glorietur quàm de hac sustinentia, hacque dissimulatione; quam vrcè fortitudinem vocat suam, & merito, cùm nō tantum Deus sit fortis dum peccatores debellat, & punit, quantum dum eos dissimulat & sustinet, dúque vult irasci, & sua eum pietas non sinit. Hoc adnotauit Hieronym. in illis verbis, Isai. cap 27. num. 4. *Quis dabit me spinam, & veprem in praelio.* vel vt alij *adamātem, & loca sentium, gradiar super eam, succendam eam pariter, an potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.* Vbi Hieron. hæc ait verba sonare Dei desiderium iræ contra vineam suam, ad iram tamen non peruenire, *quasi dicat*, inquit, *quis me docebit, vt durus sim, & meam vincam clementiam, & in praelio atque certamine truculentus incedam? vt gradiar super vineam, quam antea seruaui? & succendam eam, quam meo sepseram muro? an potius id aget fortitudo mea, vt iram differam, & saluem eos clementia, & sic facient pacem mihi, pacem facient mihi.* B Desiderat ergo secundùm Hieronym. Deus irasci suamque immutare naturam, & durum, ac crudelem esse, & tamen ad tale non peruenit desiderium quia patientia, quam fortitudinem suam appellat, non eum sinit sed potius clementia sufferentiaque vtens pacem cum illo stipularunt. Fortitudinem ergo suam, patientiam hanc appellauit Deus & sustinentiam hanc qua peccatorem expectat, & qua eius peccata dissimulat, qua dissimulatione fit tandem pax, amicumque non amittit. *Propterea expectat Dominus*, inquit Isai. cap. 30. num. 18. *vt misereatur vestri. & ideo exaltabitur parcens vobis.* Vbi Hieronym. *Grandis clementia Dei, vt expectet nostram pœnitentiam, & donec nos à vitiis* C *conuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur.* Quid dulcios, quid amabilius de Deo nostro dici potest? qualis mundi amicus sic cum amico agit? qualis amicitiæ certitudo ad hanc Dei certitudinem vnquam peruenit? quis est qui tantillum proximi defectus dissimulat e sciat? quis dissimulatione non vritur, vt amplius irascatur, ampliusque hominem perdat? Aman equidem contra Mardocheum dissimulauit iram sed ad eum suspendendum, *indignatus est valde*, inquit Script. *& dissimulata ira, reuersus in domum suam conuocauit*, &c. Esther 5. num. 7. Vbi notanda sunt verba illa, *indignatus est valde*, nam ideo dissimulauit, quia indignatus valde. Quid per hoc? nisi id quod dicebamus, mundanorum conditionem eam esse, dissimulare proximi defectus non vt eum saluent, D sed vt perdant, & quo magis irascuntur, magis dissimulant

Isa. c. 27. 4. *Hieron.*

Is. c. 30. num. 18. *Hieron.*

16. Deus dissimulat vt pareat, homo vt perdat.

Esth. 5. 7.

17. Mirum equidem apparebit, si semel consideremus amicitiam illam, quæ inter Dauid, Ioabque intercessit, principem eum omnis exercitus constituit Dauid, & nil postulabat Ioab quod non fecisset Daoid, peccauit Ioab dissimulauit Dauid, dissimulauit vsque ad mortem, sed nunquid pepercit? dissimulauit vt ámplius, & magis perderet, *non deduces canitiem eius pacificè ad inferos*, mandauit Salomoni 3. Reg. 2. num. 6. nota verbum illud, *Canitiem*, saltem vt senex debebat eius misereri quando non vt amicus? ne mireris, amicitia est huius mundi, eiusque dissimulatio.

Dauid dissimulauit cū Ioab non ad ei condonandum, sed puniendum.

3. Reg. 2. 6.

18. Sed illud in hoc facto placet amplius adnotare, quod inter tria peccata Ioab, quæ numerauit Dauid, vnom tantum contra ipsum, reliqua contra alios extiterunt, vti percussio Abner, & Amasæ, in A quibus licet peccasset Ioab, tamen aut pro talibus punitus, aut ingentia præstitit deinde seruitia. Nam quoad percussionem Abner, licet nun eum Dauid in persona punierit propria, tamen eum in filiis & generatione, maledictione castigauit pessima, *Sanguis Abner veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab, fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane.* 2. Reg. 3. Ergo quoad mortem Abner satis punitus per maledictiones fuerat Ioab. Remanebat mors Amasæ, quæ licet dignissima punitione, tamen multa, & grandia post illam magnaque præstiterat Ioab seruitia, talia vt eius strateg à morte propemodum liberauerit ipsum Dauid. *Deficiente autem Dauid*, sacer inquit textus 2. Reg. 21. num. 16. *Iesbibenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid, præsidioque ei fuit Abisai filius Sarua, & percussum Philistæum interfecit*, saluauit ergo ipsius vitam, dignus ergo venia videbatur.

Peccata Ioab indulgentia digna.

2. Reg. 21. 16.

Vnum solum remanebat peccatum, specialiter contra Dauid à Ioab perpetratum, vt ait Rabi Salomon in Gloss. 3 Regum, 2. & subscribit Lyra, ostensio nempè litterarum Dauid vbi mortem Vtiæ præcipiebat, ad sui apud milites de morte Vriæ defensionem, quod equidem maximum. Nam sicut *sacramentum Regis abscondere bonum est* sic illud reuelare pessimum, estque id quod solent maximè Reges dolere cordati. Hinc in omnium sententia periculosissimum secretis communicari potentum. *Licet itaque*, ait Ioan. Satisberiensis lib. 30 ca. 12. *secretorum communio aliquid fœlicitatis videatur adducere, securitati tamen plurimum demit, difficile aut potius impossibile est, illos percurrere qui hac via aduersa descenderunt, aut pœnis nonissimis se ingemerunt affectos.* Cuius equidem ratio, qui cùm nil in vita infensius, quàm secretum reuelare, nilque magis Principibus sic dolet, & ex altera parte, difficile, immò impossibile sit, vt quælibet Principum secretæ sint actiones, fit vt in caput conscij malum reditnder propalationis, etiam si nihil ipse culpauit, nil ipse propalauit, *Habet hoc primum magna fortuna*, inquit Plin. cap. 68. ad Traianum, *quod nihil tectum occultumve esse patitur, Principum vero non modo domus, sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda fama proponit atque explicat.* Vnde bene idem Satisberiensis, vbi suprà. *Si motus rerum præscire desideras*, ait, *meritoria discurre, & lixarum castrensium inquire sententias, nihil enim adeo occultum est, quod eis ex aliqua parte nō reueletur.* Quod cùm sit, totum tamen redundat in caput conscij malum, tanquam si ipse dixisses. Bene hoc expertus est Ioab licet culpabiliter, dum secretum Regis, quod in imo debebat recondere pectoris, propalauit, & ne iniustè culparetur culpem refudit in Principem, quod ipsis horridum, ac perquam infensum inuenitur: rescuit hoc Dauid, & dissimulauit, immò sic, vt ne verbum quidem protulerit. At dissimulauit vt parceret; an potius vt amplius se de eo vlcisceretur. *Tu quoque nosti qua fecerit mihi Ioab*, inquit, mirum, & mirandum, seruitia rememorat Ioab, quàm grādia, quam ingentia semper Dauid astitit, nunquam illum deseruit, ad Regnum acquirendum magnum ei extitit adiumentum, in campo, in desertis, in persecutionibus, in fame, & siti, semper cum illo, primus qui muros Sion

Rabi Sal. *Lyra.*

19. Ioab contra Dauid peccauit literas ostendens Vriæ.

Io. Sarisb.

20. Secreta Principum scire periculosum.

Plinius.

21. Principum actiones nunquam secretæ.

Sarisb. vbi suprà.

22. A quibus propalantur & cognoscuntur.

23. Regum & potentum mos seruitiorum obliuisci, iniuriarum reminisci.

ascendit, ipse qui contra Absalon pugnans, totum Israelem ad Dauid reduxit, & tandem ita fidelis, vt non solum pro se aliquid, quod esset Dauid, exquirebat, sed ipsammet gloriam, pro qua totum homines depereunt, totam pro eo desiderabat, 2. Reg. cap. 12. *Misitque Ioab nuncios ad Dauid, dicens; Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est vrbs aquarum, nunc ergo congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam, ne cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria.* Et tamen enim tanta, tamque magna essent seruitia, nullorum, sed tantum vnius recordatus est peccati, *Tu nosti quæ fecit mihi Ioab.* Ne miteris, conditio Regum est, obliuisci seruitiorum, reminisci iniuriarum, & ob vnum tantum peccatum, licet ingentia acceperint seruitia, vitam tollere, & honorem.

2. Reg. 12.

Sed amplius notandum, illa fidelitate, scilicet gloriam ipsi reseruare Dauid visus Ioab post mortem Vriæ, in ipsomet bello vbi ille cecidit, quando B capienda erat Rabbath, sub cuius occisus muros. In quo facto maximum, ingentemque Ioab consilio deto amorem, & Dauid ergo fidelitatem, nam illo visus est facto, gloriam quam ostensione diminuerat litterarum recompensare quodammodo voluisse, vnde etsi in vno offenderat ad sui defensionem, diffamando, in alteto inseruiret, nomen gloriam que sustollendo ipsius, ampliorque gloria illum ex debellatione ciuitatis cumulans, quàm diffamatio ex ostensione extiterat litterarum: nam ex hac victoria vltus se Dauid ex graui illa eā iniuria, quam ei Rex irrogarat Amon, semiondos, semirasosque suos ei nuncios remittens, ita vltus, vt ferrauit populum: *Et circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris, & transduxit in typo laterum.* Vbi alia littera, *transfireque fecit eos per fornacem laterum.* Vt semel videas quantum vltionis ex illis expetut, & quàm bene, superabundanterque suam redemit infamiam, & insuper, *Tulit diadema Regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid.* En quantum gloriæ dedit Ioab Dauid, & tamen hoc nooobstante, nil horum recordatus in morte, diffamationis tantum meminit & non gloriæ, illam puniens, hanc non remunerans, dissimulans illam ad pœnam, non ad condonationem. O dira Regum conditio! ô ingratum semper hominum genus! amicorum peccata semper castigant, seruitia aut non remunerant, aut precibus, supplicationibusque extorti, quod ingratorum est, vt eleganter ait Ambros. de Noe & Arca, cap. 22. expendens Noë ædificasse Altare, à Deo non admonitus, nec iussus: *Qua ratione*, inquit, *supra Dominus admonuit, quæ faceret, & fecit Noe omnia, hoc autem quòd non admonitus est, fecerit, fortasse requiratur, sed vtique Dominus non debuit, quasi auarus mercedem gratiæ postulare, & iustus eam intellexit veram actionem gratiarum esse, quæ non inberetar, sed differretur, itaque nec dilationem passus est. Etenim gratia animi virtus passionem dubitationis excludit, qui autem debitum gratiæ, vt à se exigatur, expectat, ingratus est.* Nil melius. Quod cùm sit, nonne omnium natura Regū ingrata? dum nil conferunt, immò nec conferre sciunt nisi expostulati? nilque ab eis accipitur nisi extortum? ad vindictam proni, ad meritum rependendum pigri, beneficia dissimulantes accepta, iniuriarum semper reminiscentes, quòd proprium hominum est ingratorum, vt dixit in suo Panegy-

24. Ingratorū hominum genus Reges, ac Principes.

Ambros.

25. Ingrati animi est beneficia gratificate extortus, & rogatus.

A rico 2. ad Imperatricem Eusebiam Iulianus Cæsar: *Est autem is ingratus*, inquit, *non modo qui nihil vicissim facit, aut dicit, sed etiam qui tacet, ac dissimulat, & alterius in se meritorum obliuiscitur, atque eorum memoriam extinguit.* In quam notam, ne iuuenis incurreret Tobias, acutè Dinus adnotat Ambrosius Exam. lib. 6 cap 4. Raphaëlem Angelum sibi, & illi consortium adiunxisse canis, vt ex eius oatura gratam beneficij memoriam edisceret adolescens. *Talis canis*, inquit, *viator & comes Angeli est, quem Raphael in lib. Prophetico non otiose sibi, & Tobia filio adiungendum putauit, quando perrexit vt Asmodæum fugaret, firmaret copulam coniugalem, memoris enim affectus gratia pellitur dæmonium*, ponderanda singula, *stabilitur coniugium. Muta itaque specie Sanctus Raphael Angelus, Tobiæ iuuenum, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectum: quis enim non erubescat gratiam bene de se merentibus non referre, cùm videat etiam bestias refugere crimen ingrati? & illa impertita alimoniæ seruant memoriam, tu non seruas salutis accepte.* Rectè, impertitæ alimoniæ seruant memoriam dum Reges nec propriæ salutis acceptæ, hanc vt diximus à Ioab accepit Dauid, & tamen in morte eius oblitus, de sola reminiscitur iniuria. Hoc equidem dicimus non sanctum quasi notando Regem, neque eius quasi taxando actionem sed vt ex tali experiantur homines exemplo, huius amicitiæ mundi non fidere, nā etsi Sanctorum Regum talis amicitiæ finis, qualis impiorum? si talis Dauid qui Sanctus quales cæteri qui peccatores? Hinc in amicitia nil eo melior Salomon eius filius, Abiatharem Sacerdotem ab officio repellens 3. Reg. 2. 3. alium pro eo constituit, & tamen iste illius erat filius Abimelech, qui ob Dauid occisus cuius filij, & domus penitus ob Da- C uid perempti, Reg. 22. qui Dauid in omnibus secutus, qui fidelis vsque ad mortem, & hoc non obstante ob vnum tantum delictum eum expulit, & repudiauit, ne miteris, Regum mundique amicitiæ sunt. At non sic Deus noster, qui ita dissimular peccata propter pœnitentiam, vt amplius eorum non reminiscatur, amicique dissimolat defectus, ad saluandum, non verò ad perdendum, vnde certus, immò certissimus securusque est amicus.

Iul. Cæs. 26. Animus ingratus, qui.

Ambros. 27. Canis cur in itinere Tobiæ adiunctus.

3. Reg. 2. 3. 1. Reg. 22

§.

Dei in amicitia omnipotentia, prouidentiaque.

At si securus, & certus, numquid amicus imbellis? qui non possit, an potius omnipotens? quid necesse est hoc dicere, aut explanare in promptu est, quod *nullus fortis sicut Deus noster, ipse solus* D *est, qui facis mirabilia.* Quid non facit propter amicos? nunquid cœlum, terramque non inuertit vt amicum saluet? aut vt ei succurrat? Quid pro suis apud Ægyptios fecit? Cœlum, terram, mare, elementa ipsa commouit, nil intactum reliquit, quando eis necessarium. Res hæc clara, probatione nun indiget, ab exemplis abstinere lubet; quia passim obuia, vnum tantum afferam, quia recens charitate enim in præclarissimam illam, sed heroem, Sanctissimam dico Teresiam flagrans Christus Dominus noster, quadam cum ea colloquens die, sic ei est affatus, *Teresia ita te diligo, vt si Paradisum non creassem pro te sola nunc crearem.*

28. Deus in amicitia omnipotens.

29. Amor Christi erga Sanctissimam Virginem Teresiam.

A Pro Deo nunc peto, vt consideres Lector, qualis, quantusque sit iste, qui non pro toto mundo, non pro Angelicis choris, non pro matre sua, non tandem pro seipso, sed pro vna tantum amica, non terram tantum, non regna promittit terrena, non tandem cœlum, sed Empyreum fabricare, sed Angelos creare promittat, & potens sit efficere, ita potens vt vnico tantum prolato verbo, fiat, factus erit Paradisus, quid potentius?

30. Deus assiduus necessitatum amici inspector.

Sed licet potens, numquid non omnia tandem prospiciens? numquid aliquid necessitatis amici eum latere potest? nunquid aliquando ignorat amici statum? nunquid non semper oculi eius circa amicum? omnia prospiciens, omnia eius cupiens, omnia intelligens, subtilissimus omnium amici actionum necessitatumque indagator.

31. Amici huius mundi sæpè ignorant amici necessitaté, ob hoc diminuti in amicitia.

B Sunt equidem amici, qui etsi amici, & fideles, tamen multoties vot nesciunt amici necessitatem, aut obliuiscuntur Ionathas fidelissimus erat Dauid amicus, quærebat Saul pater eius occidere Dauid, nesciebat hoc Ionathas, ideo non ferebat auxilium, 1. Reg. 20. num. 2. *Hunc ergo celauit pater meus sermonem tantummodo.* respondit Dauid, quando ei nonciauit patrem eius quærere eum occidere, cui Dauid: *Scis profectè pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicis, nesciat hoc Ionathas.* (1. *Reg.* 20. 2.)

1. *Reg.* 14. Similiter amicus Absalonis Ioab, ipse reduxit eum in Hierosalem 2. Reg. 14. tamen angebatur Absalon, quia faciem Regis videre non poterat, & licet misisset ad Ioab, noluit ire, non perpendens tantam Absalonis esse tristitiam, vt potius optaret mori, quàm viuens in Hierusalem faciem Regis non videre. *Obsecro, videam faciem Regis, quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.* Nesciebat ergo amici tristitiam, & sic distulit ire: ergo cùm semper amicus amico adesse non possit, fit, vt non semper ei præsto sit, auxiliumque ferat.

C Adde, multoties ipsos etiam amicos, dolorem suum, passionemque quam patiuntur nolle amico indicare. Amnon adamans Thamar 2 Reg. 13. licet deperiret, Ionadab autem amico eius fidelissimo noluit indicare, in tãtum vt iste ei dixerit, *Quare sic attenuaris macie fili Regis per singulos dies? cur non indicas mihi?* Et cùm nullus hominum internorum possit esse cognitor, hinc multoties fit vt amicus doleat, tristetur, anxiusque sit, & amicus nesciens non ferat auxilium. (2. *Reg.* 13.)

32. Deus vbique ad amicum subleuandum, omnia eius semper prospiciens. *Deut.* 30. 11.

At Deus, qui omnia prospicit, quem nihil latet, cui omnia præsto sunt, qui intimius est animæ, quã ipsamet sibi, nunquid aliquid ei absconditur, aut latera potest amici? nunquid non semper est propè? nunquid vt succurrat de cœlo ipsum descendere, aut ad cœlum amicum ire necessarium erit? *Mandatum hoc*, scilicet de diligendo Deo, *quod ego præcipio tibi hodie*, inquit Moyses populo, Deut. 30. nu. 11. *non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad cœlum ascendere? vt deferat illud ad nos, & audiamus, & opere compleamus, neque transmare positum, vt causeris, & dicas, quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre vt possimus audire & facere quod præceptum, sed iuxta est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Sic equidem nullo modo de Dei amicitia causari nos possumus, reputantes longè à nobis amicum nostrum, nostraque non prospicere, quia procul non est positus, etsi in cœlis habitet, non est necesse vt nostra videat, vt ipse de cœlo descendat, aut vt nos ad cœlum ascendamus, non est transmare positus, ita vt transfretare necesse sit ad illum inuocando, aut illi miserias, tribulationesque nostras pandendas, sed eius præsentia in ore, & in corde, est nostro intimior nobis, quàm nos ipsi, omnia nostra prospiciens, omnia videns, actus, suspiria, desideria, & cogitationes omnes enumerans & signans. *Tu cognouisti*, inquit Dauid, Psal. 138. num. 1. *sessionem meam, & resurrectionem meam, intellexisti omnes cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti.* Quid dulcius? qualis amicus amico sic præsens? sic intimior? *Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades, si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Quid amplius desiderari potest? Attende singula pondera verba, & perspicies quod nihil amici latere potest quin non videat, quin Deus semper non prospiciat. Si laborat exterius cognoscit sessionem, si gaudet, cognoscit resurrectionem, si incipit cogitare interius, de longè, & multo ante præuenit ipsas cogitationes, si viuit & ambulat, semitam, & funiculum inuestigat ne offendat, si ad cœlum adspicit, ibi eum inuenit; si infernum timet, adest ibi ad sui præsidium, & tandem si transmare auolat, potens est eum inde reducere, immò tam præsens inuenitur vt etiam si velit amicus, se ab illo abscondere non possit, hoc equidem sonant illa verba, *quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?* semper ergo præsto est, semper omnia prospiciens, semper ob oculos amicum versans & trahens. *Quasi enim vnus aliquis Imperator*, ait Basil. homil. 12. in Psal. 45. *exercitus armis generositatem animi promittentibus instructus, nulla enim tempore parata auxilium operam vt ferat sciscitatur, ac destituta viribus parti: sic & Deus adiutor noster, & omni militanti contra nos Diaboli insidias, ministros spiritus in salutem indigentium emittens*, ipse adest, ipse præsens est, & cum ipso infinitus Angelorum exercitus. (*Ps.* 138. *n.* 1.; *Basilius.*; 33. Deus veluti in exercitu armatus imperator, semper ad auxiliandũ amicum assistit.)

Dixi infinitus Angelorum exercitus, nam ad amicum custodiendum, talis, tantusque est Dei erga illum amor, tanta, ac talis eius sollicitudo, vt non contentus sit vnum aut duos, sed exercitus ad illũ custodiendum mittere Angelorum. Hoc quidem adnoto in illis Domini nostri verbis quando in horto, vt gladium reponeret, Petro præcepit percutienti, *An putas*, inquit, *quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Matth. 26. num. 53. Ad quid, quæso, duodecim legiones Angelorum? numquid non paulo ante vnico verbo omnes illos D prostrauit? Numquid non vnum tantum Moysi promisit, vt populum ad promissionis introduceret terram? debellaturus hic solus Chananæorum, Amorrhæorumque populos infinitos? Cur ergo nunc duodecim legiones missurus pater ait, si ipse rogauerit? an quia de custodia suorum amicorum agebat? vndecim erant Apostoli, vnicuique vnam legionem destinabat, quia etsi vnus tantum Angelus sufficientissimus, tamen amoris vis sollicitudoque erga amicos parum faciebat vnum, & sic rogaturus non vnum, sed legiones ad amicos custodiendos, sanctissimus mitteret pater, quod non sic si de inimicorum ageretur debellatione, vnus tantum sufficientissimus æstimaretur, vnde ad debellandos Chananæos vnus, ad custodiendum verò amicos, eorumque animos sedandos, non vnus, sed (34. Angelorum multitudinẽ ad eum auxiliandum mittit.; *Matth.* 26. 53.; 35. Cur Christus duodecim dixit, se petiturũ à patre Angelorum legiones.)

Chrysost.

A Angelorum legiones promittũtur. *Etenim si vnus Angelorum*, inquit Chrysost. homil. 85. in Matth. *centum octoginta quinque armatorum hominum millia interfecit, quid facerent duodecim legiones in mille viros? Ita ad imbecillitatem, atque timorem eorum, qui metu iam semimortui erant, orationem accommodauit.*

36.
Christus vt æqualem se cum amicis iudicat.

At dices, si vndecim erant Apostoli, cur legiones duodecim, ad quid duodecima? ad custodiam quippè ipsiusmet Domini, qui licet Dominus, & Princeps, soloque antea eos statu prostrasset, tamen quando vt amicus agit, non plus videri appetit, quã vnus ex illis, quod amicitiæ signum est perfectissimum, tantum æstimabat amicos, sic apud ipsum hi erant, vt non plus custodię propter illum, quàm propter amicos suos desideraturus erat, nec æstimabat amplius patrem missurum propter illum, quàm propter amicos, vndecim erant Apostoli, & ipse Dominus duodecimus, duodecim legiones missurus erat Pater ad eos custodiendos, non con- B tentus vna.

Quis ergo talem non desiderabit amicum? quis talem totis non exquiret votis amicitiam? amicus benignus, amicus certus, amicus securus, amicus potens, amicus denique semper præsens, semper amico præstans, numquid talis mundi amicitia? qualis in mundo amicus magnus, qui sit benignus? qualis benignus, qui sit securus? qualis potens, qui succurrere velit? quis vult & semper necessitatem scit amici? Fallax ergo mundi amicitia, instabilis, minimeque secura. Sola Dei nostri amicitia verax, quia spiritus eius verax, quia vt inquit noster Sapiens, *benignus est, stabilis, certus*, &c.

C Num. 24. *Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia, attingit autem vbique propter suam munditiam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

DIxerat omnes spiritus intelligibiles, subtilissimosque facile capere permeareque sapientiam, nunc huius affert ratioоem, asserens omni motu mobiliorem ipsam esse, vt infra dicetur.

Fulgent.
1.
Sapientiæ subtilitas, & celeritas.

Omnibus mobilibus. &c. Græcè, *omni enim motu mobilior est sapientia.* Fulgent. in respon. ad 6. con- D tra Arrian. *omnium mobilitantium mobilior est sapientia.* Significat celeritatem sapientiæ, qua omnia perficit, peruadit, penetrat, transit, illustrat, tanta celeritate, vt ipsummet motum vincat, vt Sol penetrat infima quæque absque vlla sui diminutione, aut læsione, maculaque, vt mox dicemus, alas habet ad homini subueniendum, pernicior est quocumque volatu, nomen eius est, *accelera*, festina, Isa. 8. num 3.

Isa. 8. n. 3.
August.
2.
Omnia per ipsam stant.

Attingit autem vbique, &c. Græcè *peruenit, & procedit per omnia.* August. de Natura boni, *attingit omnia* tantum vt sine illa esse non possint, deficient illico, vbiquè, & in omnibus est.

Bonau. Carthus. Olkot. Lyra.

Propter suam munditiam, &c. id est propter abstractionem ab omni materiæ fęce. Sic Bonauent. Carthusian. Olkot, Lyra. Actus purus est sine permixtione vllius corporalitatis, infinitus, immensus, omnia replens, omnia explens, ideo vbique attin- A git, sicut etiam sui sequaces, sequuntur illam quocumque ierit, hi enim sunt Virgines, qui cùm incoinquinati maneant, videntur expertes esse materiæ ac corporeitatis, vnde propter suam munditiam, datum est illis, vt sequantur agnum quocumque ierit. Apoc. 14 num. 4. *incorruptio enim facit esse proximum Deo*, noster dixit Sapiens suprà 16. n. 20 & nos ibi. Placet etiam Castri sensus, vt dicatur, propter suam munditiam. Dei sapientiam, seu spiritum eius sanctissimum omnia attingere, quasi sicut Sol, nullis impediatur sordibus timore infectionis, quin omnia repleat, & illustret, adeò enim pura est & munda, vt à nulla re infici possit, & sic absque timore in omnes se infundit, vnde sequitur, &c.

3.
Virginum proprium sequi agnũ, & cur.

Num. 25. *Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nil inquinatum in ea inuenit.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

DIxerat mundissimam esse sapientiam, nunc huius dat rationem puritatis seu munditiei, asserens ipsam esse vaporem, qui inquinari non potest. Vnde ait.

Vapor est enim, &c.

Omnes expositores Latini in illam conspirant C sententiam, exprimi hîc consubstantialitatem filij secundæ personæ Saoctissimæ Trinitatis cum Patre, quam variè explicant, vt infrà dicam. Quæ expositiones verissimæ sunt, & omnes admittendæ, loquendo in sensu mystico. At sensus litteralis germanus. & verus, non est alter ab illo quem adducit Castro, nempè, hîc authorem reddere rationem, tum illapsus sapientiæ, & penetrationis in omnes, tum munditiæ ipsius, quæ nullo modo maculari potest, asserens illam esse vaporem virtutis Dei, & emanationem claritatis omnipoteotis Dei. Vnde sicut Dei virtus omnia penetrat, & peruadit, sic similiter sapientia, quæ est vapor ipsius, procedens ab illa, & simul cum illa; vnde sicut ex creatione vniuersi procedentis à Dei virtute, eius potentia dignoscitur, sic ex tali creatione, sic ornatè compo- D sita, & aptè distributa, veluti vapor ex aqua, resultat ipsa sapientiæ diuinæ cognitio. Vnde impossibile est, vt quis cognoscendo ex his rebus potentiam creatoris, simul non cognoscat eius sapientiam, potentiam in creando, sapientiam in componendo, & sicut in omnibus relucet potentia, sic in omnibus relucet sapientia, & sicut suæ potentiæ virtute omnia penetrat, & pertransit, sic similiter sapientia: ex quo fit, vt sicut dicit Cicero 2. de Natur. Deor. *Quod Solis calore oritur vapor, & tenuis quadã exhalatio, quæ deinde in terrã defluens illam fœcũdat.* Et impossibile sit vt accedente calore ex aqua, non oriatur vapor: sic similiter accidit in consideratione omnipotentiæ Dei, nam si semel hæc considerationis calore agitetur, considerando, & intimius penetrando, quæ fecit, impossibile inquam est, vt ex hac agitatione considerationis, non resultet veluti vapor ex aqua admiratio sapientiæ eiusdem creatoris. Ex quo fit, vt ex consideratione diuinæ Om-

1.
Verus sensus litteralis huius sententiæ.

Castro.

2.
Sapientia vt est vapor virtutis Dei.

3.
Vapor vnde oritur.
Cicero.

4.
Ex consideratione Dei Omnipotẽtiæ, admiratio consurgit diuinæ sapientiæ.

nipotentiæ oriatur ipsa diuina sapientia, & sit veluti vapos ex aqua, omnia penetrans, omnia peruadens quæ sapientia cùm etiam sit emanatio, quædam claritatis Dei, sincera, & impermixta, fit vt sicut ipsa Dei claritas nullo modo deturpari, aut fœdari possit, sic nec eius emanatio, & fluxus, quæ est sua sapientia: vnde non mirum si mundissima, & sincerissima omnia penetret, & peruadat, sicut supra ipse author dixerat, quem sensum puto esse germanissimum, & litteralem. At verò mysticus, quem omnes Doctores sanctæ Ecclesiæ prosequuntur, est de sapientia diuina, & verbo Dei, ac etiam de illa prout incarnata, supra dicta intelligunt verba. *Hugo.* Hugo in his verbis, cognoscit processionē Filij à Patre, sicut calor est ab igne, per quem sesultat vapor. *Carthus.* Carthusianus agnoscit consubstantialitatem Filij cum Patre, sicut vapor cum aqua. *Cantacu.* Cantacuze. Processionem, & consubstantialitatem. *Origen.* Orig. 1. Periarch. agnoscit propriam substantiam Filij, quatenus dicitur esse vaporem virtutis Dei, vide *August.* Augustin. vel alium 1. de Incarnatione Per sinceritatem, *Hugo.* agnoscunt aliqui exactam identitatem personarum in vna essentia. *August.* Hugo de Christo loquens, impeccabilitatem. Augustin. vbi suprà in emanatione æqualitatem Filij cum Patre, licet ab eo missus. Hugo per vaporem in altum ascēdentē, Christi ascensionem, per emanationem à fonte defluentem, descensionem ad terram, & ad inferos, omnes, vt dixi, mystici sensus, & optimi, sed litteralis est quem supra insinuauimus.

Num. 26. *Candor est enim lucis æternæ, & speculum Dei Majestatis, & imago bonitatis illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Alia similitudine confirmat author id quod supra dixerat, sapientiam nempè diuinam omnia peruadere, & mundissimam esse, nam cùm sit candor lucis æternæ, maculari non potest, & cùm sit speculum Majestatis, & imago bonitatis illius, sicut Majestas, & Dei bonitas in omnes se diffundunt ac penetrant, sic ipsa sapientia, quæ cùm sit speculum, debet ad viuum repræsentare omnia illius cuius est speculum, ac sic semper mundissima, penetrans omnia, illa peruidet, vt supra dixerat, qui sensus est litteralis, sicut mysticus, seu allegoricus de Christo, vt mox dicemus.

Ambros. *Candor est enim.* &c. Ambros. lib. 1. de Fid. cap. 4. *Conc. Tol.* & de Parad. cap. 1. legit *splendor.* Concil. Tolet. 11. *Castro.* similiter legit. Castro, qui de diuina sapientia hunc intelligen slocum, sic ait: *Quemadmodum quod purissimum ex luce Solis prodit, est candor seu splendor, qui omnia penetrat, absque eo quod ab vlla re inquinetur, aut obscuretur, ita ex luce Solis intelligibilis Deus prodit purissima sapientia, omnia illustrans, omnia vt splendor penetrans, atque ita elucet in omnibus, vt nihil sit quod eam coinquinet aut obscuret.* Optimus sensus. Origen. & Augustin. 4. de Trinit. 20. per candorem à luce procedentem, intelligunt emanationem Filij à Patre. Huc alludit Apostol. ad Hebræos cap. 1. num. 3. Augustin. tract. 10. in Ioan. per candorem intelligit inseparabilitatem Filij à Patre, idem Concil. Tolet. 11. Ambros. 1.

1. Sapientia diuina quomodo Candor lucis æternæ.

Origen. August. Hebr. 1. 3. August. Conc. Tol. Ambros.

de Fide cap. 4. & de Parad. cap. 1. in candore agnoscit consubstantialitatem, & æternitatem Filij cum Patre, quatenus est eius candor. ob quod Honorius 3. cap. sanè cùm olim de celebr. Miss. præcipit Eucharistiam ferri, & referri lumine præcedente, *quia candor est lucis æternæ,* &c. *Honorius.*

2. Sacra Eucharistia cur luminibus deferatur, & à quo illud institutum.

Speculum sine macula, &c. Ambrosius 1. de Fide, cap. 4. asserit Filium Dei esse speculum Patris, cum quo cæteri expositores conueniunt. Et dicitur speculum, quia nullus est in quo ita essentia, & attributa reluceant Patris, sicut in Dei Filio, qui per intellectum Patris producitur, tanquam species perfectissima, in omnibus ipsum repræsentans. Vide Bonau. & Hugon. *Ambros.*

3. Filius Dei est speculū Patris. *Bona. Hugo.*

Dei Maiestatis, &c. Radij Solis ad nitidissimum speculum percussi, mirabilem illum faciunt, & omni maiestate plenum, simul maiestatem, splendoremque Solis repræsentans: sic Christus mirabilis ipse ex affluentiis Patris, mirabilem facit Patrem ex sui cognitione & compositione.

4. Christus mirabilem facit patrē, ex sui compositione.

Imago bonitatis illius, &c. Filium Dei propriè esse Patris imaginem, quatenus ex vi suæ productionis per intellectum procedit, vt similis, in quo ratio imaginis sit, nemo est qui addubitet. Et licet aliqui Patres vocent Spiritum Sanctum Dei imaginem, vt Basil. 5. contra Eunom. cap. 1a. Damasc. 1. de Fide cap. 18. Thaumathurg. in Confess. Fidei, apud Nyssen. in vit. Athanas. Episcop. ad Ferap. post med. Cyrill. Alexan. 7. Thesaur. c. 13. tamen impropriè, & largo modo sumitur, cùm ex vi suæ productionis, non procedat vt similis. Vide Vasqu. in 1. Sancti Thom. qu. 35. consentiunt enim omnes reliqui Patres, propriè Dei Filium dici imaginem Patris vnicam, & singularem.

5. Verbum propriè Patris dicitur imago, impropriè & largo modo Spir. S. *Basil. Damasc. Thaumat. Athan. Cyrill. Vasquez.*

Bonitatis &c. optimè Lorinus, licet sit imago filius omnium attributorum, tamen bonitatis hic peculiariter dicitur, quoniam loquitur Sapiens de liberalitate, qua secum vsus est Deus, sapientiam ei sic largiter, & abundanter præstando, vt eius omnino superarentur vota, quapropter iustè eam nominat imaginem bonitatis Dei. *Lorin.*

HOMILIA CXLIV.

Incarnatio Verbi summum bonitatis Dei documentum.

Candorem, inquit noster Sapiens, sapientiam esse diuinam lucis æternæ, & speculum sine macula, imago nempè bonitatis illius, quæ vltima verba de sapientia intellecta incarnata, propriissimè illi adaptantur. Nam quid amplius Dei prædicat bonitatem, aut quid magis illam repræsentat quàm incarnatio Filij? dum audis Filium Dei hominem factum, noli amplius de Dei scire, aut percontari bonitate.

Enimuerò talis ea est, sic magna, sic admirabilis, vt in admirationem ipsammet diuinam adducat sapientiam, & in stuporem ipsum quem omnia stupent, ipse enim qui sapientia Patris, qui æternus illi, qui omnia sciebat, antequam essent, hoc considerans admiratus in illa prorupit verba, Ioan. 3. n. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Particula enim (sic) admirantis est, admiratio autem quomodo in Christo cadat, vide D. Thom. 3. p. q. 15. ar. 8. Interim sciendum est Augustin. ep. 102. tres admirationis existere causas. Prima,

1. Ipsa diuina sapientia de summet Incarnationis mysterio admiratur. *Io. 3. n. 16. D. Thom. August.*

2. Admirationis causæ.

ma, quando ratio latet rei, secunda quando ipsa singularis vel rara, 3. quādo inusitata, *Ista enim sunt admirationis causa*, inquit, *cùm vel ratio cuiusque rei latet, vel quod eadem res vsitata non est, quod aut singularis, vel rara est.* Prima enim causa certum est, quod in Christo cadere non poterat, bene autem secunda & tertia, experimentali enim sua sciētia de nouo, & nouiter, tale considerans donum, datumque Patris, tam singulare, & vnicum, in admirationem à raritate adductus, reique singularitate, admirans dixit, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Pondera singula, *filium suum vnigenitum*, omnia, & singula mira. Quid dedit? filium, cuius? suum. Qualem vnigenitum. Mirum & admirandum. Vnde merito Hilarius exclamat, *Hic proprietas est, natiuitas est, veritas est, non falsitas est. Hic fides dilectionis, & charitatis est, mundi salui, & filium, & suum, & vnigenitum præstitisse.* Egregiè; non falsitas est, inquit Hilarius, quasi diceret, tam mirum, maximumque est, quod dicitur, quod exprimitur, quod prædicatur, vt somnium, & figmentum videri possit, sed non est, talia enim pro nobis bonitas fecit Patris, vt carnalibus considerata oculis, figmenta appareant, fabulæ, næniæ, hyperbolæ, rationis entia, Deum Patrem Omnipotentem, summum, immensæ Maiestatis dedisse filium suum vnigenitum, Omnipotentem, summum, immensum, & hominem illum effecisse pro hominibus, somnium videtur, & somniantium verba, at non sunt, quia *proprietas est, natiuitas est, veritas est, non falsitas est.* Vnde merito hanc Dei summam considerans Sanctus quis bonitatem, totus contremiscit, totus stupet, penitusque deficit.

3. Admiratio in Christo quomodo cadit.

Hilarius.

4. Incarnatio quam magnum donum.

5. Sancti ad illam stupent.

3. Reg. 10. 5.

Enimuerò 3. Reg. 10. num. 5. Regina illa sapientiam videns Salomonis, *non habebat vltra spiritum*, vt loquit Scriptura. Cuius equidem ratio, quia oculis viderat suis, quod prius auribus audierat, minimeque credebat, vnde dixit, *Verus est sermo, quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nunciata non fuerit.* At si quæras vnde hæc in cognitionem sapientiæ deuenit Salomonis? aut ex quibus eam sic comparauit, vt in admirationem redacta, protinus defecerit? tibi sacer respondebit textus. *Quod videns omnem sapientiam Salomonis*, in ænigmatibus scilicet eius soluendis, *& domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltra spiritum.* Deus bone, si domus vna, si cibi vnius mensæ, si terrena habitacula seruorum, si vestes, & cætera, quæ omnia terrena, parua, viliaque sunt, talem causant admirationem, vt ad defectionem spiritum adducant, dic qualem in Dei seruorum anima admirationem, qualem Incarnatio Verbi stuporem in illa originabit. Quid domus Salomonis cum humanitate Christi domus ipsius Dei? Quid cibi illi cum pane illo diuino, panis Angelorum? Quid vestes? quid habitacula seruorum cum vestibus, & habitaculis seruorum Dei, per Christum tales effecti? Quid illa holocausta cum hoc Dei vnico holocausto, quod summa Dei, ac Patris bonitas pro nobis obtulit in sacrificium? Considera, quæso, singula, perque omnia discurre, & videbis quomodo deficiet spiritus, & admirans clamabit cum Regina, maior est sapientia, & opera Dei, quā rumor, quem audiui. *Res quidem stupenda*, Sanctus inquit Algerus lib. 1. de Sacram. c. 2. *& ineffabilis, sed nobis non incredibilis, quia omnipotenti non impossibilis.* Pulchrè, firmiter, fideliterque de Dei sentiendum est omnipotentia, si ad Incarnationis mysterium deficere nolimus, sic altum illud est, sic supra humanum, sic ad stuporem adducit defectionemque intellectum.

S. Alger.

6. Homines cur ad Incarnationis mysterium non stupēt.

Quod si non deficis, quod si non clamas, quod si totus in stuporem non vadis, illud in causa est, quia audis tantū Incarnationis rumorē, non verò vides illā. Quod adnoto in facto isto Reginæ, rumorē n. Salomonis sapientiæ audiens, nō deficit, at videns, oculisq; perspiciens, non habuit vltra spiritum. Sic equidem: duo genera sunt Christianorum, & fidelium, aliqui credentes, quia audiunt, non quia vident, aliqui verò non solum quia audiūt, sed quia vident, quomodo vident? fidei nēpè oculo, quem cùm obtenebratum habeant peccatores, ideo auribus tantum Dei percipiunt mysteria. Audi Orige. ho. 4. in Ps. 36. super illa verba, *Apud Dominū gressus hominis dirigētur, Gressus à gradiendo*, inquit, *secundum illud quod in Exod. scriptum est, quod Moyses vidit flammam ignis, & Angelum, cùm rubus arderet, sed non combureretur, & dixit gradiens sine pertransiens, videbo visionem hāc magnā. Audiui quemdam de Sapientibus antenos dicentem cū explanaret hunc locum, quia non est possibile videre visum magnum, atque prospicere magna mysteria stanti in conuersatione, & actibus mundi huius. Sed transire oportet prius ab his, & transcendere omnia sæcularia, & sensum nostrā, ac mentē liberā fieri, & tūc ad magnarum spiritualiū rerum intuitiam peruenire, & ita demum visum magnum videre.* Duo ergo ex hac Origen. authoritate elicio, primū quod sicut fides habet suum auditum, sic habet suum oculum, & quod mysteria non solum audiuntur, sed etiā oculo fidei cernuntur, nō lumine gloriæ, sed ardore charitatis, qua sic firmiter credit, præsentiaq; ea habet, ac si oculis prospiceret, visuq; rimaret, & secundum à quibus cernuntur, quod nō nisi ab ijs qui hæc secularia transierunt, purgatūq; fidei habent oculum. Ergo qui illa non transcendunt, oculum non habent, ideo cùm tantum sancta audiunt mysteria, non mirum si non obstupescant, si non admirentur, si non deficiant, at da sanctum, da virum hæc transcendentem, da mihi purgatum fidei oculum talē Dei considerantē bonitatē, Deūq; perspicientem hominē factū, & videbis quod illico stupens, admiransq; clamabit. *Maior est talis sapientia quàm rumor, quem audiui.* Sciunt enim hoc illi ad Deum conuersi noua oriente luce in eorum tabernaculis, vt quæ prius audita non admirabantur mysteria, postea ad ipsamet stupent, admirantur, silent, obstupescunt, ac pœnè deficientes exclamant, maior est Dei sapientia, Dei bonitas, quā rumor, quem audiuimus. Quod etsi de omnibus hoc fidei dicunt arcanis, tamen præcipuè de Incarnationis Augustissimo, reconditoque facto. Hinc etsi aliàs Augustinus Deum hominem factum intellexisset, non ob id admirabatur, & liquefiebat, quia auditu tantum illud ineffabile percipiebat mysterium, at post conuersionem oculos veluti aperiens *Non satiabar*, ait lib. 9. Confessionum, cap. 6. *dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij tui super salutem generis humani, quantum fleui in Hymnis & Canticis tuis, voces illæ influebant in auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, &*

7. Christianorum duo genera, aliqui mysteria Dei audiūt, aliqui & audiunt, & oculo fidei ea vident.

Origen.

8. Fides quomodo dicatur oculos habere.

9. Lux diuina ad cor accedens hominis efficit, vt nouiter apprehendat mysteria eadē, quam antea audierat & in stuporē vadat.

August.

10. Augustinus vt flebat diuinam cōsiderans Incarnationem. *ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant* A *lachrymæ, & bene mihi erat cum eis.* Sæpè quidem prius Deum hominem factum intellexerat, & tamen non liquefiebat, lachrymæ nō erumpebant sicut post ad Deum conuersionem, post à sæcularibus abstractionem. Vnde hoc? nisi quia prius audierat tantum, non perspexerat sicut postea, hinc cor æstuabat, lachrymæ currebant, & totus in dulcedinem versus, in consideratione tanti stupebat

11. Altitudo diuinæ Incarnationis quanta. mysterij, cuius altitudo, sublimitasque adeo magna est, vt nisi ipsemet Deus eam reuelaret, ipseque idem eam attestaretur, impossibile esset vt in mentem cuiusque siue hominis, siue Angeli deueniret.

Is. 64. 4. Quid? nonne hoc est mysterium illud, de quo clamat Isa. 64. num. 4. quod à sæculo non fuit vnquam auditum, nec in cor hominis vnquam ascendit, nisi Deus illud reuelasset, *A sæculo nō audierūt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit Deus*

Hieron. Ambros. Chrysost. Theophil. Oecumen. Primas. *absque te, quæ præparasti expectantibus te.* Sic cum Hieronym. Ambros. Chrysost. Theophilact. Occumen. & Primas. in Paul. 1. ad Cor. 2. hunc intelligo B locum, licet alij de Beatorum gloria etiam interpretentur, immò de Christi Incarnatione eiusque sanctissima œconomia, apertè mihi videtur, quod

12. Paulus de Incarnatione locū intellexit Isaiæ. hunc Isa. locum intelligat Paul. vbi suprà: *Loquimur*, inquit, *Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum huius*

Paul. vbi sup. *sæculi cognouit, si enim cognouissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Post quæ verba adducit testimonium Is. ad confirmandam Principum talis Dei sapientiæ ignorantiam, quia scilicet tam abscondita extabat, vt Deo non reuelante, vllo prorsus cognoscibilis erat modo, *quia*, inquit, sicut scriptum est, quod *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit* C *Deus iis, qui diligunt illum.* Intellexit ergo Paulus Isaiæ locum de Christi Incarnatione, deque mysterio illo tam abscondito, vt nisi Deus illud reuelasset, impossibile esset, vt in mentem hominis veni-

13. Nec homines, nec Angeli Deum fieri hominem cogitare auderent. ret. Quid? vnde nam mens humana, quid dico, immò & Angelica, vnquam cogitare audisset, Deum hominem fieri, hominem inquam, non quomodocumque, sed hominem mortalem, passibilem, vitæ passionibus, & inclementiis subiectum, qualis mens, qualis intellectus, qui tantum paruam de Deo haberet cognitionem, hoc cogitare, & credere auderet, itavt præ metu audens talia cogitare, non deficeret: si enim tantum ex sua consideratione plasmationis, terribilem Dei scientiam Regius appellauit Psaltes, Psal. 138. nu. 14. exclamans, & dicens: *Confitebor tibi, quia terribiliter magnifica-* D

Ps. 138. 14. *tus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis*, quasi dolens, ex nimia Dei operum appre-

14. Dei operū cognitio vt timorē affert animæ. hensione, nimiam eorum quam possidebat cognitionem, vertigine quasi tentatum, vt inquit Chrysostom. hom. 1. de incomprehensibil. Dei nat. vbi

Chrysost. post quam dixit quædam nos admirari sine metu, vt pratum multis floribus depictum, quædam autem cum metu, vt mare vasto gurgite profun-

15. Cognitio Dei Omnipotentiæ in humani effor matione corporis terribilis Dauid apparuit. dum, *Miramur*, inquit, *maris vastitatem immensosque gurgites, sed non sine metu cum eius inspicimus altitudinem.* Addit de hoc secundo genere metum existere Regis, *Sic & Propheta*, sequitur, *cùm vastum, immensumque sapientiæ diuinæ mare inspiciat, vertigine quasi tentatum obstupescit, ac summo cum timore demirans, recedit, atque exclamat, terribiliter magnificatus est.* Pondero verbū, *recedit*, quasi à cognitione diuinæ fugiens sapien-

tiæ, sustinere eam non valens, & tamen non vltra se extendebat cognitio quàm circa sui formationem corporis, & terribilem eam nominat. quid ergo erit? quàm terribilis, quàm formidabilis illa sapientiæ cognitio diuinæ, quæ non ad formationē corporis consideratur humani, sed diuini, non ad ossi excoxsionem terret, sed totius Dei fortitudinis. O mira ō admirabilis consideratio, quis ad aspectum tantum eius non refugeret, non tremeret, 16. non obstupesceret, merito equidem summus fidei Summus fidei actus Incarnationem credere etiam postquam Deus dixit, & eam reuelauit. est actus illud credere, postquam Deus dixit nam si Angelus tantum dixisset, remota Dei authoritate, nec crederem, nec ad credendum teneret: tanta est huius mysterij absconsio, tanta eius sublimitas, vt summum sit Dei seruitium, & pro summo ipse accipiat, vt eo dicente, credatur, & adoretur.

Enimuerò, hæc fuit illa excellentissima fides san- 17. Virgo Sanctissima, vnde beata, quia credidit. ctissimæ Virginis nostræ Mariæ, ob quam, beatam illam sancta prædicauit Elizabeth dicēs, *Beata quæ credidisti*, Luc. 1. n. 45. vnde beata? quia credidit, tā tum ne erat credere, quod ei Angelus annūciabat? semel cognito quod Angelus erat, sic certè, magnū *Luc. 1. num. 45.* maximumque fuit illud credere, tam maximum, vt merito Sanctus dixerit Pater Cyrill. Hierosolym. Cath. 12. hanc fidem Virgini Deum pro arrhis, pro gemmis, pro donis contulisse, quādo cum ipsa spō- *Cyril.* ponderit, in sponsamque assumpsit, *Et quæ sunt de-* 18. *sponsiones*, inquit, *Virginis sanctæ sponsæ, & despō-* Fides eius in Verbi Incarnatione pro arrhis ei fuit. *sabo te mihi ipse in fide, & Elizabeth loquens ad illā similiter dicit, beata es, quæ credidisti.* Egregiè. Tātę enim sublimitatis erat hoc ineffabile credere arcanum, vt merito pro summis à Deo eius fides æstimata est donis, quam matri suæ conferens, quando alia non intercederent, ea sola illa sanctissima esset beata. Nam si vt inquit Apost. ad Rom. 4. 19. tantū *Ad Ro. 4. 19.* Deo fides placuit Abrahæ, quia ei promittenti futurum Patrem multarum gentium, fideliter credidit, licet ipse centum esset annorum, & Saræ vulua emortua, *Et non est infirmatus*, inquit, *in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ, & ideo reputatum est illi ad iustitiam.* Quanto magis ad iustitiam, sanctitatemque virginis reputandus erit actus ille, quo credidit, non futuram gentium matrem multarum, sed quod paritura esset hominem Deum, & Deum carnem ex se sumpturum? Deum, inquam, illum, cuius magnitudinem, omnipotentiam, infinitatem, maiestatemque sic ipsa callebat, quātum mortalium quispiam, vllus vnquam, nec simul iunctim callere potuissent: & tamen cùm sic Deum cognosceret, tantaque de illo sciret, non est infirmata in fide, nec considerauit corpus suum esse virgineum, sed suprà se eleuata, supraque omnē captum humanum fideliter Deo credens, æstimauit possibile, quod impossibile ratio crederet humana, ob hoc beata, quia plus ipsa credidit, quàm Abraham, fortior fuit eius fides, quàm illius, quia Deo plus credidit, & possibile æstimauit 19. Deum hominem fieri, ob quod mysterium mirabi- Curobumbrata dicitur in Incarnatione Verbi. le, in illa ineffabiliter operandum, sic illustrata, radiisque vltra effatum vndequaque extitit cincta diuinis, vt obūbrare eā necesse fuerit, ne tāto irradiata fulgure deficeret, ac periret. Vnde illi Angelus, Luc. *Luc. 1. 13.* 1. n. 13. *Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Expressius* *Bernard.* *significans*, inquit Bernard. *modum secretissimum arcani incomprehensibilis, & ineffabilis Sacramenti, quo quasi in vmbra cum sola, & in sola virgine, sola Trinitas conceptum fuerat operatura diuinum.* Hinc beata, quia tale, tantumque

Dei etedidir opus. Sicut & beati etiam sunt ob hoc A maximè credentes, cùm in nullo tantum Deo fidimus, Omnipotentiam, bonitatemque eius prædicantes, quantum etedendo pro nobis hominem factum, & bominem mortalem, passibilem, quod nec auris vnquam audiuit, nec oculus vnquam vidit, ante quàm factum esset, immò nec in cor hominis ascendit, nec ascendere potuit.

21. Bonitas diuina in mysterio Incarnationis vt percipitur.

Quis quæso crederet, talem Dei fututam bonitatem, vt quia nos eum capere sicuti in se est non poteramus, fieri vellet sicut nos, ad nostramque descendere humilitatem? vt sic, veluti eius tepressis sublimitatibus, nube catnea inuolutis, ipso perfrui possemus. Enimoerò in igne descendens Dominus io monte Syna, ferte eum non potuit populus, vnde Moysi dixit, *Loquere tu nobis, & audiemus, & non loquatur ad nos Deus, ne forte moriamur.* Exod. 20. num. 19. Immò, & de ipsomet Moyse Dei amico, consortiique assiduo diuini, planè fatetur Paul. ad Hebr. 12. 21. qood totus factus sit tremebundus. *Et ita*, inquit, *terribile erat, quod videbatur, Moyses enim dixit, exterritus sum, & tremebundus.* Quod cùm sic esset, & impossibile, vt homo Deum videret, & viueret, ad nostram ipse commensuratus est humilitatem, vt videntes eum non moreremur, immò ad vitam coosolidaremur.

Exod. 20. 19.
Ad Heb. 12. nu. 21.

22. Verbi incarnatio animæ solatium.

Quod profectò in illa plusquam admirabili Danielis adumbratum repetimus visione, in qua oun antea ipsum valentem ad eam sustinendam reperimus, quàm eum manus tetigerit bomiois, *Et lenaui oculos meos*, inquit Daniel 10. num. 15. *& vidi, & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius cincti auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt, quasi species æris candentis, & vox sermonum eius, vt vox multitudinis* Perquite in hac visione, & nil aliud terribile inuenies præter ignem, & fulgorem, & tamen sic eam Sanctus extimuit Propheta, vt dicat, *quod non remansit in illo fortitudo, & quod species eius immutata sit in illo, & emarcuit, nec babuit amplius quidquam virium.* Et licet eius erigeret animum vir ille, extendensque manum ipsum erexerit, *Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum.* Tamen nec sic confortatus, iterum eum audiens, ad terram se collidit; *Cũque loqueretur mecum huiuscemodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui.* Qood ille videns, perspiciensque impossibile, vt Daniel splẽdorem illum, ac fulgorem sustinuetet, sua in eum commotus benignitate immutata specie, & homo factus, vnde prius timore eũ plenè oeciderat, amore postea totum eum coofortauit. *Et tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me, cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi, loquere Domine mi, quia confortasti me.* O mira Dei bonitas! sic se bomanæ accommodans infirmitati, vt potius eligat fulgorem, splendoremque immutare suum, quàm cum illa ooii loqui, non familiariter conuersari. *Experientia igitur*, inquit Sanctus Pater Cyrillus Hierosolym. Cath. 12. bunc Danielis pooderans locum: *nostra infirmitatis ostensa, recepit hoc Dominus, quod homo requirit, cùm enim in simili persona vult se alloqui homo, assumpsit illi simile Saluator, vt facilius erudirentur homines, sic non potuit recreari Daniel, donec, vt inquit Scriptura, eum manus tetigit hominis.* O mira Dei bonitas! quis ergo hoc crederet? quis vnquam tale quid de ea cogitaret? vt nostra cum apprehenderet, quia eũ in suis tenere oon valebamus: immò quod sic ad nos apptehendendos auidus ipse in se manens existeret, vt in sinu Patris degens, quasi ioquietus maneret, totus ad nos se infundendum propeosus, & quictus euaderet cùm ad nostra descendens, nobiscum conuersabatur.

Dan. 10. 5.

S. Cyrill. Hierosol.

23. Deus quodammodo ante Incarnationem in seipso inquietus existebat.

Hoc equidem insinuare mihi videntur ea Isaiæ verba, cap. 52. nu. 4. *Et nunc quid mihi est hîc, dicit Dominus.* Ad quorum intelligentiam sciendum, ibi Prophetam de liberatione agere populi Hebræorum à captiuitate Babylonica, & promittit ex Dei nomine ita eum Deum ab hac, sicut ab Ægyptiaca liberaturum; vnde ait. *In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi, & Assur sine vlla causa calumniatus est eum, & nunc quid mihi est hîc, dicit Dominus.* Quæ verba sic intelligenda sunt, Populus meus in sua fermè origine B in Ægyptum descendit, vbi tanquam colonus, & peregrinus habitauit, quem ego à Rege Barbaro violenter oppressum mirabiliter eduxi. Ecce Assur eadem nunc immanitate eundem vexat populum, quid ergo nunc otiosus hic sedeo? cur statim ad eius libertatem me non accingo? Ex qua intelligentia duo patent, primum tãtam Dei esse bonitatem, & erga hominem amorem, vt in labore eum videns, otiosum se existimat, ei non adiuuans, in suamet tranquilla perpetuaque manens operatione, & secundum, sententiam in sensu intelligendo spirituali, & allegorico. Verba illa bonitatis esse diuinæ, quæ à miseria humani generis, eiusque mota perditione, ita Deum ipsum, diuinumque illud pectus stimulabat, ita apud verbum clamabat diuinum, vt quietus in sinu Patris ipsum non sineret, sed qoasi in angustias adactus, diem non videret, quin descenderet, catoemque sumeret humanam.

Isa. 52. n. 4.

24. De⁹ otiosus se æstimat dum homines videt laborare ipse non laborans.

C Hoc eqoidem Sanctus explicuit Dauid dum dixit, *Elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem sibi*, Psal. 13. num 13. quæ verba legit Hieron. *Desiderauit eam in habitaculum sibi.* Vatabl. autem, *expetiuit eam sibi sedem.* Quæ omnia vehemens, ingensque ostendunt Dei ad carnem humanam sumendam desiderium, quasi illam repertutus in ipsa quietem, quam in sinu non inueniebat Patris, immò, & quam reperit, vnde & sequitur: *Hac requies mea in sæculum, hîc habitabo quoniam elegi eam.* Mirum & maximum, in sinu Patris ait, *Quid mihi est hîc.* Homo factus, & in sinu matris, *hac requies mea, hîc habitabo*, cum hominibus conuersans, stat in delitiis, *& delitiæ meæ esse cum filiis hominum.* In sinu Patris inquietus, vt sic dicam, quasi non assecutus quod summopere experebat, ô mira! ô ineffabilis Dei bonitas! Exclamet ergo merito Bernard. serm. de Natiuit. & dicat, *Quod quando Deus Pater* D *nobis Filium suum dedit, tunc Dei benignitas apparuit, qua non potuit amplius declarari, neque abundantius exprimi, neque euidentius commodari.*

25. Eius quies in Incarnatione.
Ps. 13. n. 13.
Hierony.
Vatabl.

26. Bonitas Dei in Incarnatione ineffabilis.
Bernar.

Sic eqoidem, non potoit euidentius commodari, neque amplius declarari, nam quis vnqoam talem benignitatem, taleque crederet miraculum, Deum attracturum hominem, & deuicturum, non alio modo quàm carnis infirmitate? quis vnquam crederet ad hoc, vt Iacob contra Angelum præualeret, prius oportuisse claudum & debilem fieri, vnde sanus nunquam, infirmus verò, & impotens potuit, & inualuit, Gen. 32. 2. Quis vnquam tale audiuit, necessarium scilicet esse infirmari hominem debilemque fieri, vt Omnipotens contra Angelos, hominesque inualesceret? Ne mireris,

27. Iacob ad vincendum infirmatus & cur.

Pater futurus erat Iacob Christi Domini nostri, & sic eo modo quo filius Diabolum, & mundum erat deuicturus, hominemque ad se attracturus, etiam ipse erat præliaturus & victurus. Vnde infirmatus audire meruit, *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quoniam si contra Deum fortem fuisti, quanto magis contra homines praualebis?* Et quod mirum, ita factus mirabilis post infir-
28. Quam fortis post infirmitatem, & vnde eius fortitudo. mitatem, & ita potens eius femur, vt ex illo educendi essent viri excelsi, ac famosi, viri Reges ac in bello duces.

Cyprian. Hoc mysterium considerauit Cyprianus 1. de Trinitate cap. 9. vbi expendens locum illum Genes. 49. num. 10. quando moriturus ipsemet Iacob
29. Reges ex femore Iudæ prodierant in virtute femoris Iacob. Iudæ prophetizans ait, *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.* Vbi Cyprianus, in cuius virtute femoris petit, educendi erant tanti duces, tantique Reges? in virtute femoris Iudæ, an in virtute femo-
Gen. 49. num. 10. ris Iacob? *In huius virtute quidem* respondit, ergo & femur Iudæ virtutem tales producendi Reges, immò & cunctis desideratum gentibus, ex femore illo sicco, & demortuo accepit. Quis vnquam tale crederet? & similiter quis æstimaret, quòd vt Deus contra homines fieret potens, prius infirmari deberet, & cum illo non in sua maiestate, sed in illius præliaturus esset infirmitate? *Diuites constituens,*
August. inquit Augustinus, *pauper efficitur, quod immensum est, capitur, incorporeus, carne vestitur, videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, memoratur in sæculo, qui est ante sæcula, quem cælum, & terra veneratur, in præsepio angustato colloeatur,* infirmitatesque nostras
30. Dei bonitas, nostra recipiens, sua nobis donans. in se recipiens per illas, & cum illis soluens, donans nobis sua, recipiens in se nostra, *De nostro est quod appendit,* inquit Faustus Rhegiensis Galliarum E-
Faustus. piscopus, ep. vltima, *de suo est quod donauit, de nostro habuit, vnde pro nobis solueret, de suo vnde penitus in illo debitor appareret, de nostro obtulit sacrificium, de suo contulit præmium, homo infirmitatibus agnoscitur, Deus virtutibus approbatur,* quis
Cyprian. hoc vnquam intelligeret? nisi, vt inquit Cyprianus: *Deus non dilatasset humani intellectus angustias, spiritus enim Sanctus humilium mentibus sese infundens, aperiebat interiores oculos, vt viderent inuisibilia, & intelligerent ea ad quæ humanus non attingit sensus, nec rationis penetrat intellectus.*

31. Patris bonitas quanta in incarnationis opere. Quis etiam vnquam crederet, talem summi extitisse Patris bonitatem, vt in Filio suo vnico, & dilecto omnium hominum simul imponeret iniquitatem? vt isti liberarentur & filius moreretur. Mirum equidem, maximumque videtur id quod Deus Abrahamo iussit, nempè vt filium sacrificaret, sed quid hoc? illud equidem esset mirum, si alterum Deus Abrahamo iussisset, nempè vt arietem offerret, & cùm ad montem peruenisset, arietemque super struem ligasset, vt arietem dimitteret, filiumque sacrificaret, & ad liberandum arietem, filium occideret. Quid ad hoc mens diceret humana? quis humanus non obstupesceret intellectus? hoc equidem esset mirum, & maximum: at hoc, quod & mens refugit humana considerare, hoc non hyperbolicè, non figuratè, sed verè, & realiter, Deus Pater effecit, qui vt peccatorem liberaret, plus respectu Dei, quàm aries animal ab homine distans, ipsum dilectum filium suum ad sacrificium dedit, & holocaustum, super illum omnium nostrûm imponens iniquitates, iuxta illud Isa. 43.
Isa. 43. 6. num. 6. Et *posuit in eo iniquitatem omnium no-*

A *strûm. Qui peccatum non fecit,* inquit Hieronymus in epist. ad Occeanum, *innocens, & immaculatus pro nobis sacrilegis, & peccatoribus, & æterno supplicio mancipatis, tanquam atrocissimus reus, ab iniquis iudicio sistitur, flagellis caditur, sputis irridetur, & ille pro salute nostra dorsum verberibus, sputaminibus faciem, maxillas palmis, non confunditur parare.* Sic ipsemet de hoc admiratus, videns se à Patre pro hominibus ita tractari, vt pendens in cruce, inquit idem Sanctus in hunc Isa. locum, à Patre causam tantæ expostulauerit derelictionis. *Christus despectus erat,* inquit, *& ignobilis quando pendebat in Cruce, & factus pro nobis maledictus, peccata nostra portabat, & loquebatur Patri, Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Quasi diceret, rationemque expeteret, vnde aut cur, animali dimisso, filium sacrificaret. Hieronym.

32. Christus in Cruce admiratus quod à Patre derelinquereretur ob peccatores.

B Enimuerò fabula est illa, hominisque inuentum, quod Ausonius narrat in Idylio 18. mulieres scilicet amantes, multaque ob Amorem passæ, quadam Amorem die, licet nube inuolutum reperisse, quem captum in myrthæ arbore crucifigentes, singulæ illum vulnerauerunt, illismet pœnarum instrumentis, quibus ipsæ vulneratæ extiterant, vnde quæ gladio se interemerat, gladio eum configebat, quæ lapidibus se obruerat, lapidibus vulnerabat, quæ se aquis præfocauerat, aquis immergebat, quæ se igne cremauerat, igne adurebat: quæ se fune suspenderat, funibus ligabat ac percutiebat, & tandem quæ in ligno se suspenderat, in ligno eum suspendebat, tanquam omnium culparum reus, cum nullius esset criminis conscius: quod faciebant, inquit Ausonius, vt in ipsum culpas reijcientes proprias, mundæ remanerent ipsæ. Auson.

33. Ausonij Fabula ad mysterium applicata Incarnationis.

C ——— *se quisque absoluere gestit,*
Transferat vt proprias aliena in crimina culpas.

Et hoc innocente Amore.

Afficiunt, reus est sine crimine, iudice nullo
Accensatus amor.

Configebant ergo, & mulctabant, licet nullam haberet culpam, sed etsi hoc verum, tamen aliqualem obtinebant mulieres istæ excusationem, nam re vera amore affectæ se vulneraurunt; vnde non mirum, si in ipsum culpam reijcientes suam, suis afficere eum voluerunt pœnis. At quale mirum esset, si non ipse, sed amoris Pater, & Mater in ipsum omnia illa tormenta, omnesque illas transferrent culpas, & ipsum crucifigerent, illarum amore mulierum, & vt istæ immunes euaderent, amori filio persuaderent, vt libenter omnia illa sustineret. Quale mirum, quale admirandum hoc esset, qualis Patris amoris erga illas dilectio? Deus bone, Deus Sancte, hoc quod mens finxit humana, & vt
D quid pensitauit impossibile, sed tantum ad vanam mulierum indicandam excusationem, dum amori ipsarum insanias imponunt & culpas, cùm re vera eius non sint, sed illarum hoc figmentum, hanc fabulam, hoc impossibile, pro hominibus in veritate, realiter, vereque sine vlla fecit Deus Pater exaggeratione, Pater dilectissimi Filij sui, pro omnibus nobis, pro hominibus peccatoribus, ipse enim Pater, & non alius, *Posuit in eo iniquitates omnium nostrûm.* Ipse extitit, qui cùm Filius suus omnis esset expers peccati, *fecit ipsum pro nobis peccatum,* vt nos ab ipsis emundati efficeremus, ita mundi, vt non solum diceremur iustificati, sed ipsa iustitia, vnde sicut Filium suum fecit peccatum, nos non solú

34. Deus Pater pro omnibus vera effecit, quæ figmenta sensus æstimauit humanus.

35. Non solum nos iustos effecit, sed ipsam iustitiam.

iustos per eum, sed iustitiam effecit ipsam. Audi A
Apostolum. *Et eum qui non nouerat peccatum, pro*
nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei
2. ad Cor. 5.21. *in ipso.* 2. ad Cor. 5. num. 21. sic etiam & Patris amo-
re, quia sic eius erat voluntas, *Languores nostros ip-*
Isa. vbi sup. *se tulit, & dolores nostros ipse portauit, vulnera-*
tus est propter iniquitates nostras, & attritus est pro-
pter scelera nostra. Isa. vbi sup. Certè si Adam mor-
te sua Christum affecisset, si Dauid persecutionem
filij in eum reijcisset, si Manasses suos carceres sua-
que vincula, si cæteri denique peccatores, sua in ip-
sum eiecissent onera, minus mirum, etsi esset ma-
ximum. At quod hoc non peccatores, sed Pater, &
ipse Pater Filium suum nube carnis inuolutũ, cruci
affigat, hoc maximum, hoc infinitè mirum, & ma-
gnum. Hæc equidem benignitas est, quæ omnem
36. Patris benignitas mouit verbum ad se incarnandum. penitus non solum hominem, sed Dei benignita-
tem excedit, voluisse Filium soluere quod peccatus
debebat, & quod genus non poterat soluere huma-
num. *Cùm videret*, inquit Athanasius, lib. de Hum. B
Athanas. verbi, *malitiam intolerabilem, neque mortale genus*
idoneum esse quod morti resisteret, neque pœnam ma-
lorum suorum persolueret, nam excessus malitia trã-
scendebat omne supplicium, videnśque simul Patris
benignitatem (notandum verbum) *& quàm ipse*
idoneus esset, & potens, commotus fuit sua humani-
tate, & misertus est nostra imbecillitatis. Patris ergo
benignitas mouit verbum, & videns eius volunta-
tem genus saluandi humanum, ipse Filius illa beni-
gnitate motus, vt Patri satisfaceret, seipsum obtulit.
Vnde audiens Patrem dicentem *quem mittam? &*
quis ibit nobis? illico respondit: *Ecce ego mitte me.*
Isa. 6. 8. Is. 6. n. 8. Qualis ergo fuit hęc benignitas? qualis hic
amor? qualis hæc Dei bonitas? qualis huius vis amo-
ris? vt Deum pro homine daret hominemque il-
lum faceret, & qui erat summus, & altus, infirmum
faceret, & debilem. O magna vis amoris, sic omni-
potens cum Deo, vt hominem illum faceret, ad hoc
vt homo in Deum exurgeret, vim quodammodo
37. Deus semel hominem amans, tanta vis eius exstitit amoris, vt infallibiliter eũ hominem constitueris. Deo inferens, ita vt etsi liberè prius amauit, liber-
que ad se incarnandum exurexit, postea quo erat
in nos suus amor, suaque benignitas, infallibiliter in
hominem euaderet, & homo in Deum. Illa enim
est vis amoris, vt amantem transferat in amatum,
& hæc est inter operationem intellectus volunta-
tisque differentia, nam intellectus vt intelligat ne-
cessarium est vt ad se aduocet res, intraque se eas
recipiat, ac in se transformet, faciatque intelligibi-
38. Differentia inter operationem voluntatis, & intellectus. les, è contrà verò voluntas ad hoc vt amet, necessa-
rium est, vt extra se tendat, & in amatum totum se
transformet, actus enim amoris est actus volunta-
tis tendens in amatum. Hinc ex necessaria fit conse-
quentia, vt talis sit amans, qualia sunt, quæ amat. Ex
quo num illud Augustini intelliges dictum, *si ter-*
ram diligis, terra eris; si cælum, cælum. Transfor-
39. Amor amãtem transformat in amatum. mat enim amor amantem in amatum. Hinc fit vt
diligentes Deum, Deificentur. diligentes creatu-
ram, & insensata, vilescant, & insensibiles fiant, vi-
Ps. 81. n. 6. de Dauid, Psal. 81 num. 6. *Ego dixi dij estis & filij*
Excelsi omnes. Quomodo? amando. *Homo cùm in*
honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis
& factus est similis illis. Quomodo? illa diligendo,
transformat ergo amor amantem in amatum,
hunc ergo amoris effectum quem in hominibus
videmus quotidie, cùm in Deo negandum non sit,
factum est, vt etiam amando Deus in amatum se
transformaret, & quia hic homo, homo fieret.

40. Deus amando bis se transformauit prius ad intra, secundo ad extra, & quomodo. Bis enim se transformauit Deus amando, vt sic
dicam, primo ad intra, quando Pater Filium intel-
A ligens in sua æternitate, & hic Filius Patrem, in
amorem concurrerunt, & se dilexerunt, ex quo a-
ctu toti in amorem, vt sic dicam se transforma-
runt, vnde est illud Ioan. 4. n. 8. *Deus charitas est.*
Ex quo amore, Deus vnus extitit, & trinus, totus-
que perfectus, tertiam producentes personam, Ioan. 4. 8.
Deus vt illi, & reuera quid aliud producere pote-
rant, dum Filius Patrem diligeret, qui Deus, & Pa-
ter Filium, qui etiam Deus, in amorem enim con-
currentes, amorem produxerunt, sed amorem per-
sonalem, Deus vt illi, ex quo Trinitas, totaque Dei
perfectio; Deus ergo, quia ad intrà se amauit, ad in- 41. Amore Deus fit homo, & homo Deus.
trà se transformauit, totumque infudit, non in sui
inferiorem, sed æqualem. Hinc in nullo ad intra di
minutus, æqualis semper in sua essentiali perfectio-
ne remansit; at dum extrà se amauit, dum melio-
rem se non potuit reperire, semel amare decernẽs,
amauit sui inferiorem, multoque inferiorem, ama-
uit creaturam, dilexit hominem. Hinc quia homo
B nõ erat Deus, factum est, vt homo fieret ipse Deus,
transformans se in amatum inferiorem sui: at quia
ex tali se non poterat meliorare occasione, nec vt
sic dicam Deificari sicut prius dum se ipsum ama-
uit, effecit, vt etsi ipse amando inferiorem, inferior
fieret amatus amando ipsum, superior ex inferiori
euaderet, & ex homine Deus, sicut ipse amando,
fecerat seipsum hominem. Deus ergo fit homo,
quia Deum amat, & Deus fit homo, quia homi-
nem. En vis amoris, quam quis, quæso, intelligat,
nisi Deus hoc illi reueler? Talia quidem pro nobis
operatus est Deus noster, vt nisi ipse lumen infun-
dat, impossibile est vt intelligantur. Hoc sanè lu-
men ab Ephesis cap. 3. num. 19. exposcebat Paulus Ad Eph. ca. 3. n. 19.
quando pro illis petebat, vt scirent *supereminentem*
scientia charitatem. Vbi Ambros. *Quis enim potest* Ambros.
C *mysterij huius charitatis rationem intelligere, vt*
Deus hominis causa homo nasceretur, & deinde mo- 42. Incarnatio verbi omnem supereminet scientiam.
reretur pro hominibus. Namquid enim charitas hæc
super scientiam hominum est? Hoc ergo vult nos sci-
re quod sensus noster assequi non potest, nec perspicere
profunditatem mysteriorum Christi. Desuper lu-
men accedendum, si semel hoc cognoscere veli-
mus, & lumen quod simul illuminãs, corda inflam-
met, cùm certo certius sit, quod nisi diligatur Deus 43. Mysteria Dei sine amore cognosci non possunt.
cognosci non potest. Amare ergo debemus, immò
& feruenter, si hæc profunda Dei, si hæc admirabi-
lia supraque captum, mysteria cognoscere deside-
ramus diuina.

Hoc, equidem mihi videre videor in illis Ioan- Ioan. ep. 1. 4. 8.
nis verbis, cap. 4. num. 8. ep. 1. *Qui non diligit, non*
D *nouit Deum*: cuius rationem assignans ait, *quia* 44. Quomodo verum sit quod amãdo cognoscitur Deus, & non amãdo non potest cognosci.
Deus charitas est optima, sed difficilis ratio. cùm
voluntate non cognoscatur, sed intellectu, nam
voluntate tantum amatur, non cognoscitur, im-
mò ad actum amandi, intellectus præsupponitur a-
ctus, & cognitio. Si ergo cognitio, intellectus est a-
ctus. quomodo amando cognoscitur, & non aman-
do non potest cognosci Deus?

Sanctus enim Thom. hunc explicans locum S. Thom.
hancque enodans difficultatem, intelligit de co- 45. Deus experimentaliter quid sit, non cognoscitur, nisi ametur.
gnitione experimentali, qua Deus cognitus, ani-
ma, qualis sit eius dulcedo, qualisque simul eius
experitur amor, *Non nouit*, inquit, *notitia experi-*
mentali, quia bonum huiusmodi cognitione cognosci
non potest, nisi diligatur, quia in maleuolam ani-
mam non introibit sapientia, qua dicitur sapida
scientia, vnde quantamcumque cognoscas, notitia
simplici non nouit sapientia experimentali. O-
ptimè: multi equidem cognoscunt Deum,

sed notitia quadam simplici, & debili, quia non amant, immò ideo non amant, quia sic Deum cognolcunt: nam si verè cognoscerent, & profundè, impossibile esset vt non amarent. Quo sensu etiam intelligi potest Apostolus dum dicit, *qui non diligit, non nouit Deum*, id est, qui non amat Deum, signum est Deum non cognoscere: nam si Deum verè cognosceret, illum amaret, non ergo est cur se pretiet Christianus, quod Deum cognoscat, si eum non amat. Quæ expositio etsi vera, alio etiam mo-
46. Differentia inter actum cognitionis Dei, & rerũ huius mundi. do verba Apostuli intelligere possumus ad rẽ nostram propior, nempè vt Deus cognoscatur, necesse esse vt prius diligatur, quæ est differentia inter actum rerum cognitionis huius vitæ, & Dei cognitionis, nam vt aliquid huius vitæ cognoscatur, non est necesse vt illud prius ametur, at verò vt Deus, prius ipse amandus, vt postea intelligatur.

Pro cuius intelligentia, sopponenda est doctrina
47. Intellectus ad hoc vt intelligat, quid necesse haber. illa philosophorum, nempè intellectum, vt intelligat, transformari se debere in rem intellectam, non in essendo, sed in repræsentando, media specie intelligibili, vnde verissimum illud philosophorum dictum, scilicet quod intellectus, *intelligens sit omnia*, quatenus omnia intelligit; sic etiam potentia visiua vt videat, in rem visam transformare se debet, alioquin non videbit, sicut intellectus non intelliget. Hoc ergo supposito, en manifesta Apostoli ratio, cur non amando, Deus cognosci non potest: Nam cùm ipse dicat, Deum charitatem esse amoremque, quod etiam post ipsum elegãter dixit Ber.
Bernar. 48. Deus totus amor, & cur vehementissimè amet. ser. 59. in Cant. *Amat & Deus*, inquit, *nec aliunde hoc habet, sed ipse est vnde amat, & ideo vehemẽtius, quia nõ amorem tam habet, quàm hic est ipse.* Amor ergo cum sit Deus, vt intellectus cùm cognoscat, necessario secundùm suum modum intelligendi debet se transformare, & cõformare obiecto, quod cùm sit charitas, & amor, in amorem, & charitatem se transformare debet, hoc est totum se in amorem transfundere, totum esse illustratum, non simplici, sed ardenti amoris igne, vt obiectum quod amor est, intelligere possit, hæc autem transformatio non potest fieri, nisi per charitatem, cuius proprius est actus. Ergo si homo prius non diligit, Deum non intelliget, quod in aliis cæterarum non euenit cognitionibus rerum, quia istæ cùm non sint charitates, cùm non sint amores, vt sic dicam, sine illo cognosci possunt, at Deus cùm totus amor sit, nisi ametur, non cognoscitur. Optimè ergo Apostolus ait, quod *qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est.* At quia non solum ipse charitas, sed etiam amores sunt, & charitates eius opera, hinc etiam fit, vt neque ista cognosci possint, nisi adsit amor, in quibus cùm omnium principem teneat locum, hoc magnum, maximumque Dei opus, incarnatio scilicet Filij, impossibile est, vt intelligatur nisi amoris flamma cor non ardeat, & accendatur.

Accensum ergo debet esse cor, vt talia intelligat,
49. Dei bonitas in incarnatione dum non solam spiritum, sed corpus voluit Deificare nostrum. & vt sic dicam amoris vi extra se factum, vt apprehendat qualis sit ista benignitas Patris, in incarnatione Filij, in qua, præter dicta, licet vltimo cõsiderare qualis sit illa ineffabilis bonitas, ad tantam dignitatem humanum assumens genus, vt non solum voluerit nos comparticipes gloriæ esse ipsios, conformationisque secundùm spiritum cum illo, sed etiam secundùm carnem, ita vt non solum Deiferi efficeremur, vt sic dicam, secundùm animam, sed etiam secundùm corpus, volens hoc terrenum, & infimum sublimari, quia nostrum erat, multum

A superque fuisset si tantum spiritum Deificare voluisset. at qualis est illa immensa suæ bonitatis largitas, vt etiam & corpus terrenum, infirmum, luteum, mortale, voluerit etiam, & Deum facere? Hoc mirabile, hoc admirandum. Considerauit quidem Cyprianus admirabiliter orat. de Natiui- Cyprian.
tate, vbi sic ait. *Frater noster fieri voluit, vt haberet tota compositio hominis, perfectam, plenamque latitiam, cum spiritus diuinam repræsentaret imaginem, & caro nostra Christi corporis similitudinem, ac consumata satietatis beneficium obtineremus. Cùm nominis Christi, & hæreditatis consortes, & diuina natura inueniamus per spiritum, & humana per corpus.* Quid amplius, quæso, excogitari potest, quid benignius? Ita sibi conformari nos voluis-
B sa Deum, vt non solum hoc esset secundùm animam, sed etiam secundùm corpus, quòd, quia impossibile erat remanente in suo simplici esse, voluit ad instar humani corporis corpus assumere, conformans seipsum nobis, vt sic nos ad se conformaret, non solum spiritu, sed etiam corpore, & benefaceret huic, & ad Deitatem eueheret propter nos, & quia corpus nostrum erat, licet esset terrenom, licet seruile, vnde non secus ac Abrahamo promisit se Ismaëli benefacturum, licet ex ancilla filius, quia suus. Gen. 21. num. 13. *Sed, & filiam ancillæ faciam* Ge. 21.13
in gentem magnam, quia semen tuum est. Sic, quia corpus, erat corpus nostrum, voluit vt nihil nostrum non remaneret Deificatum, & per omnia ei S. Leo Pa-
assimilatum. Vnde merito Sanctus stupẽs Leo Pa- pa.
pa, serm. de Natiuitate exultat, & ad exultandum, 50.
ob hoc, ingentesque Deo gratias agendum nos in- Ob incarnationem Verbi multum exultãdum & cur.
uitat dicens, *Exultent in laudem Dei corda credentium, & mirabilia eius confiteantur filij hominum, nam in hoc præcipuè Dei opere, humilitas nostra co-*
C *gnoscitur quanti eam æternus conditor æstimauerit, quod cum origini humanæ multum dederit, quod nos ad imaginem suam fecerit, reparationi nostræ multo amplius tribuit, cùm seruili forma ipse se Dominus coaptauit.* Ita coaptans, vt licet nostra in ipso non sit natura diuina, sit tamen Dei natura. Et vt inquit Gregor.
Gregor. Nyssen. *in humana natura splendens vita* Nyssen.
diuina. Quomodo vita diuina? nam cùm in illa 51.
Christi infirmitate consistat nostra fortitudo, in illa Omnia nostra humana in Christo facta sunt diuina.
humilitate, nostra sublimitas, in illa passione, nostra impassibilitas, in illius morte nostra vita, fit vt quidquid humanum nostrum in illo fuit, sit in nobis splendens vita diuina. Quod Deus faciens, ex se ve- 52.
luti egressus est, & supra se, misericordia sua, non se- Deus incarnando quomodo ex se egressus videtur.
cus ac flumen ex mare exiens, totumque inundans mundum quod est illud Isaiæ, *consumatio abbreuiata inundabit iustitiam.* Isa. 10. num. 22.

Vbi notandum, duo contraria videri à Pro- Isa. 10.22.
D pheta dici, abbreuiationem scilicet, & inundatio- 53.
nem. Flumina enim ad inundandum crescere de- Quomodo verum illud si consumatio abbreuiata inundabit iustitiam.
bent non abbreuiari, quomodo ergo ioundabit, si abbreuiabitur? At in hoc latet mysterium, nam vt Deus extra se fiat, & inundet, necesse est, non vt sicut flumen soperabundet, sed vt abbreuietur, cùm intra se manens, nullomodo amplius quàm est esse possit, nam nec magis omnipotens, nec magis immensus, nec magis infinitus, vnde verbum, quia amplius in se crescere non poterat, in se manens, ideo inundare non poterat, inuenit modum quo inundaret, & vt flumen ex mare exiens, totum operiret mundum, abbreuiauit enim se, & tunc dum se abbreuiauit, dum omnipotentia se debilitauit, dum immensitas se commensurauit, dum infinitas se terminauit, extra se flumen

misericordiæ exiuit diuinæ, amplius inundans reparatione, quàm generis creatione humani, vt inquit Leo Papa, quo quid benignius, quid humanius excogitari potest? Merito ergu Augustinus sermone 8. de verbis Apostol. hanc benignitatem admirans ait.

August.

Non liberaretur humanum genus nisi sermo Dei dignaretur esse humanus, nam vt homo ille dicitur humanus, qui se exhibet hominem, maximè certè qui in se ipso suscipit hominem, si ergo humanus dicitur qui hospitio suscipit hominem, quàm humanus est qui in se ipso suscipit hominem. Sic nihil humanius, nihil benignius excogitari potest. Vnde merito ipse Apostol. hoc mysterium appellauit ipsam benignitatem, ipsamque humanitatem, dum dixit venisse iam & apparuisse, *Dei benignitatem & humanitatem*, ad Timoth. 3. num. 4.

§.

Incarnatio verbi quantam homini inducat obligationem ad legis obseruantiam.

AT nos dum hæc audimus, & intelligimus, quale iudicium nobis impendet, si è somno peccatorum non expergiscimur. *Frater*, inquit Apostol. ad Roman. 13. n. 11. *hora est iam nos de somno surgere*, cuius ratio, *iam enim propior est nostra salus quàm cùm credidimus*. En tota ratio, cur dormire amplius non debemus, cur pœnitere. Sic Sanctus Ioannes Luc. 3. num. 5. pœnitentię baptismum prædicabat, dicēs, *pœnitentiam agite*, & rectitudinem vitæ consulebat, *rectas facite semitas eius*, at cur? *& videbit omnis caro salutare Dei*, vbi particula, & vim causalis habet, sicut multoties in scriptura, vt Ioan 1. *& dedit eis potestatem filios Dei fieri, & verbum caro factum est*, vbi Chrysostomus & Theophilactus aiunt particulam, &, causalem esse, nempè ideo homines filios Dei fieri, *quia verbum caro factum est*. Sic nunc Ioan. pœnitentiam agite, cur? *quia videbit omnis caro salutare Dei*, quia Deus homo factus, hæc est summa ratio, hæc vnica, cur pœnitentiam agere, cur amplius dormire non debemus.

Ad Rom. 13. nu. 11.
Luc. 3. 5.
54. particula, & in scriptura sæpè vim causalis obtinet.
Ioan. 1.
Chryso.
Theophil.
55. Pœnitentiæ vnica ratio, Deum hominem factum.
Exod. 3.

Moyses Exod. 3. videns Deum inter spinas, abscondit faciem suam, & soluit calceamenta, omnes pœnitentiæ actus. Quid est Deum esse inter spinas, nisi Christum inter carnis nostræ dolores, ac passiones? *Per succensam rubum*, inquit Gregorius lib. 28. Moral. cap. 2. Moysem alloquens, *quid aliud ostenditur, nisi quod ex illo populo exiret, qui in igne Deitatis carnis nostra dolores, quasi rubi spinas susciperet, & inconsumptam humanitatis nostra substantiam, etiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret.* Quid ergo facere deberet homo sic Deum videns? non equidem figuratè, sed verè, sed realiter, non tantum hoc à longè audiens, sed oculis aspiciens.

Gregor.
56. Moysi rubus Christus est dulores nostros portans.

Iob equidem sanctus cap. 42. num. 3. cur prius pœnitentiam non egisset, se excusans, pro vnica depromit ratione, quia tantum Deum audierat, at non viderat, quem statim ac vidit, illico pœnitentiam egit. *Audi & ego loquar, interrogabo te & ostende mihi, auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Causam ergo pœnitendi, Dei assignat visum. Deus bone, quid ad hoc nunc homines Christiani? malum erat antea Deum offendere, at minus malum quàm nunc, quia tantum audiebant Deum venturum, at postquam venit, postquam videmus eum, postquam manus nostræ contrectant vitæ verbum, quale erit malum? quale peccatum pœnitentiam non agere? *Quid enim magis indignum*, merito exclamat Bernardus serm. 1. de natiuit. *quid detestandum amplius, quid grauius puniendum, quàm vt videns Deum cœli, paruulum factum, vltra apponat homo se magnificare super terram? intolerabilis impudentia est, vt vbi se exinaniuit maiestas, vermiculus infletur, & intumescat.* Nil melius, quod & ad omnia etiam peccata, dictum extendendum Bernardi.

Iob. 42. 3.
57. Iob audiēs Deum pœnitentiam non egit, videns autē illico pœnituit.
58. Quàm malum sit post Christum incarnatum malum agere.
Bernar.

Parua quidem, & tantum venialia erant Isaiæ peccata, & tamen tantum de eis dolet, *Væ mihi quia tacui* Isa. 6. num. 5. *quia vir pollutis labijs ego sum & in medio populi polluta labia habentis ego habito*: cuius equidem rationem assignans ait, *Et Regem Dominum exercituum vidi oculis meis*, &, id est, *quia*, vidi Dominum. En causa; quasi diceret, vidi Dominum, & tamen pecco, væ mihi. Quid ad hæc, qui Dominum hominem iam factum & credunt, & in sacramento vident, & non venialiter, sed mortaliter quotidie peccant, non pœnitentes, sed in peccatis magis perseuerantes, Deumque etsi pro ipsis incarnatum derelinquentes in insanijs etiam permanentes suis. Pulchrè idem Bernardus sermone 3. de Natiuit. hanc considerauit hominum insaniam dum vitia non derelinquunt, & ludere non desinunt, etsi talia vident pro illis vnicum egisse Dei Patris, vt eos, non se, à morte eriperet iam condemnatos, *Fratres*, inquit, *lachryma Christi mihi dolorem pariunt, & pudorem, ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius, exijt posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedibus flens, & eiulans, quod morte damnatus esset seruulus eius, intueor illum subito procedentem, stupeo nouitatem, causam percunctor & audio, quid facturus sum? adhucne ludam, & deludam lachrymas eius? planè si insanus sum, & mentis impos, non sequar eum, nec simul cum lugente lugebo. Ecce vnde pudor!* Nihil elegantius. Ludere nō desistimus, etsi cur Dei filius incarnatus sit sciamus, qualis hic pudor! scimus sententiam nos incurrisse mortis, & Dei filium illam deplorare, & nos etsi eius inspicimus lachrymas, ridemus, qualis hæc vesania! Quid contra Loth non dicunt doctores sancti Genes. 19. qui post Sodomæ exustionem visam ausus est vino se inebriari & somno se sternere? vide Origen. homil. 5. in hoc ca. vide Basil. serm. 2. qui commonitorius est ad amplectendam vitam Monasticam. Sed quid hoc? comparatum post Deum in carne visum, totum amore exustum quomodo vigilare deberet homo ad non peccandum? quomodo totum in Deum tendere? quomodo ab omnibus se abstinere, perfectèque mortificare, quia Deum iam venisse aspicit, videt, & attrectat.

Isa. 6. n. 5.
59. Isaias cur tantum sua leuia peccata timebat.
Bernar.
60. Insania hominum dū peccant, & ludunt.
61. Dei filius cur incarnatus, scita homo, & peccare nō desistens, impudētissimus dici potest.
Gen. 19.
Origen.
Basil.

Helias quidem 3. Reg. 19. num. 12. audiens sonitum auræ lenis in quo Dominus veniebat, *cooperuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ.* Ad quid cooperire vultum? nonne in deserto? nonne solus? quod aderat impedimentum vt solum Deum non aspiceret, sane in deserto erat, & solus, sed sanctus considerauit Propheta quia ad Deum videndum ad ostium exiturus speluncæ, possibile erat vt arbores, petras, cœlum ipsum aspiceret. Vnde existimauit indignum vt oculi, qui Deum aspi-

3. Reg. 19. num. 12.
62. Helias cur in deserto pallio cooperuit vultum.

cturi erant etiam arbores, etiam petras, immo & A ipsum aspicerent cœlum, formam nobis tradens quomodo post incarnatum Dei verbum nil amplius cogitare, nil penitus amplius de hoc scire sæculo debemus.

Mirum, & mirandum, qoalem de lege illa satis imperfecta memoriam sanctus petebat Moyses Deut. 6. n. 7. *Eruntque verba mea quæ ego præcipio tibi, hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulãs in itinere, dormiens atque consurgens.* Cor, linguam, meditationem, intellectum, & memoriam talem, vt nec dormiens homo permittebat vt eius obliuisceretur, Qualem ergo memoriam, qualem mentis abstractionem, æquum erit vt à nobis exquiret Deus talis ac tanti beneficij, talis ac tanti mysterij, qualem præceptorum eius obseruationem, nomquid eam taotum quam ab antiquis petebat? B Pulchrè Hieronymus super illud Abac. 3. num. 4. scilicet, *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Quem locum Septuaginta legunt, *posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ.* Hoc est amorem fortem, valentem, vnicum, quando filium dedit in cruce pendentem, petit cur hoc Deus efficit pater? & respondet vt amorem hominis ad se attraheret non quomodocumque, sed fortiter, hoc est vt ipsum diligeret homo, non ordinariè sed robustè, valenter, vnicè; *Posuit cornua*, ait, *idest regnum in manu filij sui, vt faceret dilectum suum ab omnibus diligi, non leniter, sed vehementer, & fortiter.* Egregiè, antequam Deus incarnatus, antequam mortuus, aliquam pertendere poterant homines excusationem Deum ordinariè, non verò fortiter diligendi, at postquam incarnatus qualem pertexent excusationem, intimis Deum non diligere visceribus? C *Propterea abundantius*, inquit Apostol. ad Hebr. 2. num. 1. *oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus*, abundantius inquit referens legis obseruantiam antiquæ, qua, nouam, hoc est Christi, abundantius nos obseruare debemus, at si ad antiquæ obseruantiam sic totus requirebatur homo, vt penitus in illa absorberetur, vt supra vidimos, qualis nouæ debet esse. cùm abundantiorem, quàm Moyses Paulus obseruantiam requirat, & hoc sub interminatione, *ne pereffluamus*, quod equidem valdè notandum, pœna enim est non abundantioris obseruantiæ, ducta translatiua locutione, quod vasi euenit, cui si tantum rimula, & non vndequaque sanum existit, totus liqoor intus existens pereffluit. Abundantius ergo nostram, quàm antiqui legem obseruare debemus, inquit Paulus, ne pereffluamus, hoc est ne à sanctitate, D desciscamus, & in barathrum peccatorum deueniemus.

Deut. 6. n. 7.

63\. Qualis de Dei incarnatione memoria deberet esse.

Hieron. Habac. 3. num. 4.

64\. Deus pater cur filium in cruce posuit.

65\. Post incarnationem non qolilibet sufficit Dei amor.

Ad Heb. 2. num. 1.

66\. Nec quælibet legis obseruantia.

67\. Pœna legis abundanter non obseruare.

68\. Christiani cur tantum peccant.

Mirum, sed verum, hanc scilicet esse causam, cur Christiani, vt plurimum, sint peccatores, & in virtute non maneant, & à sanctitate semel decidant accepta: quia scilicet legem non obseruant, *abundantius*, in illa tantum legis obseruatiooe se continentes, quæ ordinaria, quæque ante Christum natum sufficeret, at cum Deo nunc illa non satisfaciat, hinc in bono iusto Dei non sistunt iudicio, & vt inquit Apostolus, pereffluunt, hoc est, à iustitia in peccatorum barathrum fluunt.

69\. Religiosi cur peccãt.

Hinc etiam religiosorum casus, hinc eorum perditio, quia abundantius quàm si essent seculares, legem non obseruant, admirandum quidem est videre virum, qui in sæculo bonus, & absque peccato viuens, animam saluaret suam, post factum religiosum, non absque peccatis viuere, eamque funditus perdere. Quod equidem non aliunde, nisi ex illamet radice, quia abundantius leges non obseruat, & præcepta. Quod maturè considerauit Gloss. inter. in illo facto Loth, ponderans, Loth iustum Sodomis, peccatorem tamen extitisse in monte. *Nam, inquit, sicut Loth in Sodomis, iustus in monte peccauit, sic quidam seculares inter malos statum rectitudinis tenent, cùm verò ad altitudinem, vitæ ascendunt negligentiores facti, grauiter peccant.* Notandum verbum, *negligentiores*, ponderandum illud, *grauiter peccant*, pœna enim negligentiæ, est peccatum graue, quod est, *pereffluere.*

Gloss. interlin.

70\. Loth in monte peccauit quorũ sit figura.

Ampliorem ergo, exactioremqoe Deus nunc legis requirit obseruationem quàm antiquitus, & merito quidem, Nam, *si enim*, vt inquit Apostol. vbi supra numero secundo, *qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* Efficax quidem argumentum. Vult enim Paulus dicere, si tantam legis obseruationem Deus exquirebat, cùm tantum per Angelos eam promulgasset, quantam putamus quod à nobis exiget, cùm eam non per Angelos, sed per ipsum filium dederit suum, qui cùm esset, *Principium locutus est nobis*, vt ipse dixit Ioan. 8. vnde merito illismet tanquam inobseruantibus, & tantum beneficium paruifacientibus, illico comminatus est dicens, *multa habeo de vobis loqui & iudicare*, num. 26. etsi tantas Deus exigebat pœnas ab ijs, qui tunc Angelorum legem non obseruabant, quantas putamus exacturus ab ijs, qui legem filij sui paruipendunt. Mirum, filij Aaron combusti, quia vnam tantum ceremoniam non obseruarunt, Leuit. 1. num. 2. Maria soror Moysis percussa quia tantum murmurauit. Num. 11. num. 10. Dathan, & Abiron absorpti propter vnam tantum superbiam. Num. 16. Achor lapidatus propter vnam tantum inobedientiam, Ios. 7. num. 28. Ipsimet Principes, Aaron scilicet & Moyses percussi, quia parum tantum increduli, & Deum vt debebant non glorificarunt, Num. 20. num. 13. Duo filij Heli mortui propter inobseruantiam, 1. Reg 4. num. 18. Saul reprobatus propter vnam inobedientiam, Ibi. cap. 16. nom. 1. Et tandem Dauid qui secundum Dei cor castigatus, & percussus, quia contra legem peccauit. 2. Reg. 12. & tamen lex erat per Angelos tantum promulgata, at nos qui eam à Deo accepimus, effugiemus vt inquit Apostol. *Si tantam neglexerimus salutem?* quam excusationem peccatis pertendemus nostris? cùm Deus pater nobis obijciet incarnationem filij, aut quam disculpam negligentiæ accidiæque adducemus nostræ post tale tantumque Sacramentum? Qualis, quæso, erit indignatio patris, si tantam viderit euacuati salutem, *Putatis fratres*, inquit Bernardus vbi supra, *parum mihi molestum esse si hoc ipsum verbum quod nunc loquar ad vos vacuum, & sine aliqua vtilitate deperire in cordibus vestris nossem; & quis sum ego, aut quis est hic sermo meus si hunc tantillum vocis laborem inutilem esse doleret homo pusillus, immò & nihili; quàm iustè indignabitur Dominus Maiestatis si tantam eius operam, nostra, aut duritia, aut negligentia contingit euacuari.* Nil melius. Vox frustra emissa, negligenterque admissa, sic aliquando dolet homo, vt mallet mori quàm amplius loqui, ita vt nisi vim ei Deus inferat, non audet, immo nec vult iterum proferre sermonem Hieremiæ 20. num. 7.

Paulus vbi supra num. 2.

71\. Quantam Deus legis antiquæ obseruantiam exquirebat.

Ioan. 8. n. 25.

Num. 26.

Leuit. 1. n. 2.

Num. 11. 10.

Ibi. c. 16.

Ios. 7. nu. 28.

Num. 20. 13.

1. Reg. 4. num. 18.

Ibi. cap. 6. num. 1.

2. Reg. 12.

Bernar.

72\. Opus incarnationis negligere, quantũ Deo ingratum.

Hiere. 16. num. 7.

Seduxisti me Domine, inquit Hieremias plus quàm nimis doleus, *& seduktus sum, fortior me fuisti, & inualuisti, factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & derisum tota die, & dixi, non recordabor eius neque loquar vltra in nomine illius.* Et tandem sciebat se à Deo missum & mandatam ei prædicationem, at sic de eius inutilitate dolebat, vt contra Deum audax, extra se præ dolore factus, amplius iurat se non prædicaturum. Si ergo sic dolet vocis tantum amissio, verbique deperditio prolati, quomodo pater ille summus dolebit si tantam viderit nos suam negligere salutem, tantumque verbum, & datum, totius eius bonitatis ostensiuum, ac vera, certa, & infallibilis eius bonitatis imago, expressaque figura, vt inquit noster Sapiens, *& imago, &c.*

Num. 27. *Et cùm sit vna omnia potest, & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

SEquitur Sapiens effectus sapientiæ diuinæ, eiusque laudes. Vnde sicut supra dixerat, esse vaporem, Deique emanationem, ne quis putaret esse aliquid à Deo distinctum, ac per hoc minus perfectum, ideo nunc de virtute, eiusque simplicitate disserit, vnde ait ita simplicissimam Dei esse sapientiam vt summè vna sit, adeo perfecta, vt multiplicitatem non admittat, ex quo permeat omnia, adeo bona, vt semper benefaciat, & sine acceptione personarum in sanctas se transfundat animas, siue per singula tempora, siue per singulas nationes, nullum enim tempus fuit, in quo suos non habuerit, nulla natio in qua non suos amicos.

Cùm sit certa, &c. Idest in eadem essentia cum Patre, vna, indiuisa persona, in suamet essentia nunquam distracta.

Omnia potest, &c. Sicut pater, est enim sermo omnipotens, infra capite decimo octauo num. 15.

In se permanens, &c. Immobilis, immobiliter, numquam transiens, mutationes nesciens, Lege Dionysium 3. de diuin. nominibus capite quinto, Irenæum libro secundo cap. 28. & 37. Iustin. quæst. 36. & 51. ad orthod. Augustin. 1. de Trin. cap. 1.

Dionysi. Irenaus. Iustinus. August.

Omnia innouat, &c. Siue per creationem, siue per productionem, siue per conseruationem, quæ noua quædam productio est, innouat etiam per sanctitatem infusam, nouum hominem ex veteri faciendo.

Et per nationes in animas sanctas, &c. Per nationes aliqui intelligunt, *tempora*, vnde erit

A sensus, in quocumque tempore se Deum communicasse. Alij, hominum generationes, qui in terra aliqua nascuntur, vnde sensus nullam esse nationem, nec gentem barbaram, in qua Sapientia diuina suos non habeat possideatque. Alij referunt dictum ad Dei rectitudinem, & iustitiam, quatenus sine vlla acceptione personarum in omnes se transfundit, eligens ex illis suos, se ad cuiusque captum accommodans, omnibus omnia facta, non alicuius naturam alterans, sed eleuans, se illi ita accommodans, vt quasi ipsa videatur: Apostolos ex piscium ad hominum captionem transtulit, non immutans, sed eleuans officium: sic Moysem ex pecudum ad hominum pastoritium, & tandem impurè Magdalena amans ad castos reduxit amores. De qua re luculenter Chrysostomus homil. 6. in Math. expendens, quomodo Deus per stellam Magos B duxit ad præsepium, quia stellarum periti arte, se eorum naturæ accommodans, sicut & Iudæorum genti, sacrificia illis præstans iuxta gentium ritum, *Nam*, Deus inquit, *ob deceptorum salutem per ea ipsa se coli passus est per quæ illi dæmones ante coluerant, aliquantulum illi in melius inflectens, vt eos paulatim, & à consuetudine sua reduceret, & Philosophiam reduceret altiorem.* Sic parique modo Dei sapientia in animas sanctas se transfert, non situs, sed effectus nouitate.

1\. Nulla est natio licet barbara in qua suos Deus non possideat.

2\. Sapientia diuina omnibus omnia fit.

3\. Eleuat, non destruit naturam.

4\. Ad cuiusque naturā accommodat vocationem.

Chrysost.

Amicos Dei & Prophetas, &c. Benè adnotat Lorinus Prophetæ nomen in scripturis sæpè amicum Dei significare, vt Genes. 20. vbi Deus nominauit Abraham, *Prophetam*, id est, Dei amicum, Ioan. 9. num. 7. Cæcus nominauit Chri- C stum Prophetam, id est Dei amicum. Vnde Euthimius in cap. 7. Luc. dixit aliquando in scriptura hoc nomen esse sanctitatis non officij. Constituit ergo ipsa sapientia diuina Dei amicos, & Prophetas, sanctos nempè, sine qua vlla est sanctitas, vlla Dei amicitia, vt mox dicemus.

Lorinus. 5. Prophetæ nomen Dei amicum significat. *Genes. 20. Ioan. 9. num. 7. Euthim.*

D

Num. 28. *Neminem enim diligit Deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

REddit rationem cur sapientia faciat sanctos, amicosque Dei, nempe quia illos tantum diligit Deus qui cohabitant cum sapientia, non verò eos qui nullam cum ipsa societatem habent, vt mox patebit.

Cum sapientia inhabitat, &c. Verbum Græcum correspondens verbo, *inhabitare*, significat, non quamcumque inhabitationem, sed qualis reperitur inter virum, & vxorem, continuam nempè, strictā, inseparabilem, indiuiduam, hanc qui habet cum sapientia à Deo diligitur, & amicus Dei fit.

HOMILIA CXLV.

Bonitas Dei ingens oſtenditur dum ſponſum eſſe dignatur animæ.

NEminem enim diligit Deus niſi eum, qui cum ſapientia cohabitat, inquit noſter Sapiens. quam cohabitationem non quamcumque, ſed qualis inter virum repetitur & vxorem. intelleximus, ex quo vt pote certum deducitur, illam à Deo expoſci ab anima cohabitationem, qualis inter ſponſum, ſponſamque, hoc eſt continua, ſtricta, inſeparabilis, indiuidua, vnita, ita vna, vt ex duobus deueniant vnum. Qualis ergo eſt hæc Dei bonitas, & nos diligens, & amans, non vt Dominus, vt Rex, vt Imperator diligat, ſed vt ſponſus, & ſimul vicisſimque, à ſua non petat creatura amorem ſubditi, & ſerui, ſed ſponſæ, hoc eſt perennem, & vnicum. Qualis ergo eſt hæc bonitas vt ſponſus noſter velit eſſe Deus, & ita ab anima tractari, illa ſcilicet familiaritate, illa libertate, qua ſponſa ſponſum.

Bernar.
1. Verba ſponſus, & ſponſa quales affectus parturit inter Deum, & animam.

Hoc equidem mirè conſiderauit, & elocutus eſt Bernardus 7. in Cant. ſuper illa verba, *Oſculetur me. Anima*, inquit, *quæ diligit Deum, ſpõſa vocatur, hæc enim duo nomina ſponſa, & ſponſus, maxime indicant internos affectus.* Quod ſi à Bernardo petas, quales affectus, *Quia*, inquit, *his omnia communia ſunt, vna hereditas, vna domus, vnu menſa, vnus lectus, vna caro.* Mira verba, ſed vera, immo veriſſima, ideo eſt ſponſa, quia vnum quid cum ſponſo, & non ſolum vnum quo ad ſe, ſed etiam vnum quo ad ſua, ſicut etiam ſponſus, è contra, vnum fit cum illa, non ſolum quo ad ſe, ſed etiam quo ad ſua. Extendè quæſo imaginationem, ſinuſque amplifica intellectus, pondera quod dicitur, & videbis quantum illud ſit, quàm magnum, quàm maximum, vocando namque ſe Deus ſponſum, ſtatim, & illico, fit cum ſponſa vnum, illi ſe, ſuaque communicans, ita vt ipſe, & ſimul omne ſuum ſint ſponſæ, hereditas, domus, menſa, lectus, tandem ipſa caro Dei, ita vt inter carnem Chriſti, & ſponſæ, talis ſit in ſpiritu vnitas, vt amplius non ſint duo, ſed vnum, ex qua vnitate, & ſponſalitio oritur, inquit

Idem Bernar.

Bernardus talis libertas, *Vt ei qui reſpicit terram, & facit eam tremere, tangit montes, & fumigant, oſculum poſtulet, & ab eo oſculari poſtulet*, & qood amplius eſt, vt adnotat ipſemet, *hoc ſine metaphoris, ſine circumlocutionibus, ac ambagibus, quibus fœmina in hac re verecunda vti conſueuerunt, ſed amore ingenti comite, ſtatim ait, oſculetur me oſculo oris ſui.* In quo amoris affectu, & caſtitatem, & ſanctitatem, & ardentiam recognouit Bernardus, vnde

Idem
2. Amor Dei qualis debet eſſe.

& ſequitur, *Amat profectò caſtè qui ipſum quem amat quærit, non aliud quid præter ipſum, amat ſanctè quia non in concupiſcentia carnis, ſed in puritate ſpiritus, amat ardenter, qui ita proprie inebriatur amore vt maieſtatem non cogitet.* Quod non aliunde niſi quia ſponſa, quia amoris erga ſponſum ebria, vnde merito exclamat Sanctus, *O quanta amoris vis, quanta in Spiritu libertatis fiducia!* cùm ſic animæ ſanctæ cum Deo conuerſentur, ac quælibet ſponſa cum ſuo ſpunſo. Qualis eſt hæc Dei bonitas, qualis creaturæ à tanto amoris pondere confuſio.

Idem
3. Amor Dei erga creaturã eam confundit ob magnitudinem.

A Mittens Dauid, primo Reg. 26. num. 45. ad Abigail vt acciperet eam in vxorem, illico vt hæc audiuit, *Conſurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce, famula tua ſit in ancillam vt lauet pedes ſeruorum Domini mei.* Mirum ſi conſideremus qualis Abigail, qualis tunc Dauid, nam hic pauper, extorris, vagus, perſecutus, cum ſpe tantum Regni: at Abigail nobilis, diues, pulchra, ſuæ domina domus, & tamen quia tantum futurum Dauid Regem audierat, ſic ſponſam eius fieri æſtimauit, vt ancillam ſe vocet, ad ſeruitium dignam, non ad concubitum. Quid ergo ſentire debet in ſe anima illa, quando ſponſam ſe videt nominari, & ad ſponſalitium euehi, & vocari, non regis futuri & in ſpe, ſed iam regentis, & regis æterni, iam poteſtatem omnem in cœlo terraque habentis. *Humana natura ſponſa eſt, illius dux, & princeps*, inquit Victor Antiochenus in caput (*1. Reg. 26.*) (*Victor. Antioc.*)

B primũ Marci, *Dei nimirum verbum caro factum.* Quaſi diceret, cùm audis ſponſam humanam eſſe naturam, erige aures, & admirare, nam non quilibet eius eſt ſponſus, ſed qui eius eſt princeps, & dux. Hinc ipſe optimè, eleganterque ponderat in illa Domini reſponſione Phariſæis percunctãtibus, quare diſcipuli Ioannis ieiunabant, non autem ſui, quibus Dominus, *Numquid poſſunt filij nuptiarum quamdiu ſponſus cum illis eſt ieiunare?* Chriſti benignitatem, qui tempus quo cum diſcipulis familiariter conuerſabatur, nuptias appellauit, & ſic impoſſibile Apoſtolis fuiſſe permanente com eis Domino lugere, aut aliquid pati, cùm talis ſit potentiæ, ſiue eſſentiæ ſponſus, vt ex ſe cum quo habitat omnem expellat ægritudinem, omnemque amarorem. *Dominus autem*, inquit, *quo in carne cum diſcipulis tempore familiariter ver-*

4. Dei tempus nuptiarum quale.

C *ſabatur nuptias vocat, quia omnem ægritudinem, omnemque animis moleſtiam ſecundum ſe ſecludere natum erat, is enim iuſtam lugendi cauſam habet, qui bonum, quod deſiderat, non obtinet, at verè qui præſenti bono iam potitur, is ab omni cura mœroreque ſolutus iure, meritoque lætatur.* Vbi adnoto non quodlibet tempus Chriſtum vocaſſe nuptias, ſed illud quo familiariter cum ſuis verſabatur, quod equidem veriſſimum, cùm etſi licet ſemper Chriſtus ſponſus ſit animæ, tamen tempus ipſius nuptiarum tunc eſt, quando familiariter, quando intimè, quando, vt ſic dicã, cõmuniter cũ anima agit, ſic nos diligit, ſic, vt ita dicam, pro animæ amore deperit, eiuſque eſt ſponſus. Hinc quia verè eſt ſponſus, etſi Deus, ſponſalitij iura non recuſat, Vnde vt Bernardus aiebat, ſua ſponſæque commonia faciens, ea non vocabulo amplius nominat particulari, ſed communi.

5. Sua Deus, & ſponſæ vocabulo nominat communi, & cur.
Bernar.

D Quod ita eleganter adnotauit idem Bernardus Sermone 59. in Canticum vt piaculum duceret aliquid aut addere, aut ex eius demere verbis. Admirans ergo verba illa ſponſi Cantic. 2. num. 12. *Flores apparuerunt in terra noſtra*, ponderans verbum illud, *noſtrum* ſic ait, *Aduerte*, inquit, *quantum ſuauitatis ſit Deum cæli dicere, in terra noſtra, quique terrigenæ & filij hominum audite, magnificauit Dominus facere nobiſcum, multum illi cum terra, multum cum ſponſa quam de terris, ſibi adſciſcere placuit, in terra inquit noſtra, non planè, Principatum ſonat vox iſta, ſed conſortium, ſed familiaritatem, tanquam ſponſus hoc dicit, non tanquam Dominus. Quid? conditor eſt, & conſortem ſe reputat, amor loquitur, qui dominium neſcit, carnem nimirum* (*Cant. 2. n. 12.*)

amoris est, nec alijs hec quàm amatorijs fulciri voluis. Nil melius sane, & admirandum, ad tantam scilicet vnitatem cum vili creatura, ipsam Dei summam deuenire maiestatem, vt terram hanc, ex qua propriè & vnde ipsa, appellet vocabulo communi, *terram nostram*, quasi iam sic terrenus ac conciuis esset ipse, ac ipsa, sed quid dico, quasi conciuis, immo verè conciuem nostrum, si fas est illum appellare.

6. Deus conciuis noster.

Quod expressit Isa. cap. 31. numero nono, dum ait, *Hoc dixit cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem*, hoc est ciuis, & quasi, vt sic dicam, oriundus ex Sion, ducta metaphora ex numeratione ciuium, qui per domos, & ignes numerantur, vnde ille ciuis dicitur qui domum, qui ignem in aliquo possidet loco. Hoc ergo inquit Isa. *dicit enim ignis est in Sion*, hoc est, qui ciuis, qui conciuis est noster, ita per omnia nobis assimilatus, & consociatus, vt non solum nostram assumere carnem voluerit, sed inter nos annumerari conciuemque nostrum fieri.

Is. 31. n. 9.

B

Bernar.

7. Per omnia noster effectus.

Vnde benè Bernardus vbi supra, *Quos amat Deus, inquit, amicos habet non seruos, neminem suspicit amor, sed nec despicit quidem, omnes ex æquo intuetur, qui perfectè se amant, & inter se ipsos, celsos, humilesque contemperat, nec modo pares, sed vnum eos facit: tu Deum forsitan ab hac amoris regula excipi putas? sed qui adhæret Deo vnus spiritus est, quid miraris hoc; ipse factus est tanquam vnus ex nobis, minus dixi, non tanquam vnus, sed vnus, parum est parem esse hominibus, homo est, inde terram nostram vendicat sibi, sed quasi patriam non quasi possessionem. Quid ni vendicet? vnde illi sponsa, inde substantia corporis, inde sponsus ipse, inde duo in carne vna, si caro vna, cur non patria vna? cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum, ergo vt filius hominis hereditat terram, vt Dominus subijcit, vt conditor administrat, vt sponsus communicat, dicendo in terra nostra, proprietatem profectò abnuit, societatem non respuit.* Nil dulcius. Proprietatem abnuit, non vult eam appellare suam, sed communem, nostram dixit, non quasi Dominus, sed quasi conciuis, quia sponsa non domina, sed conciuis, cum qua omnia habet communia non solum regna & Imperia, sed etiam potentiam.

C

8. Potentiam cum sponsa communicat.

Quid est Ester, inquit Assuerus rex penè emortuæ reginæ, *ego frater tuus sum, confide non morieris, quoniam commune præceptum nostrum est.* Essentialis ratio effugiendæ pœnæ, ingrediens ad Regem sine Regis licentia morte plectebatur: at hæc lex non imposita liberis, sed subditis, non proferenti, sed obtemperaturis, Rex enim à lege liber. Hoc equidem voluit Rex dicere Reginæ, tu mea sponsa cùm sis, & vnum simul communicemus imperium communeque damus mandatum, cur times cùm legi tu non sis subiecta, quia commune iam est, quod habeo, non solum regna, sed & potentiam, sed & imperandi ius: sic Deus cum suis, *Lex enim*, inquit Paulus, *non est posita iustis, sed iniustis*, ad Timoth. 1. numero nono; imperium in iniustos exercet, at cum eis qui iusti, qui amici, cum animabus denique quarum ipse sponsus, & regnum, & imperium commune habet, quia vt inquit Bernardus, *societatem non respuit*, immo proprietatem fugit.

D

Ad Tim. 1. num. 9.

Quam cum sponsa communicationem sanctus adnotans Pater Paulinus ad Sulpicium Seuerum ep. 5. non solam inuenit potentiam cum sponsa sponsum communicasse, sed honorem ijs prorsus nominibus eam insigniens quibus ipse, *Sic & honori suo implicans*

S. Paulin.

9. Et honorē suum.

A *suos, ait, vt prope omnia nobis etiam nomina sua communicauit, vt virtus Dei dicitur, ita & nobis virtus esse dignatur, Deus enim nostrum refugium & virtus; hæreditas vt illi nos, & ille nobis, nam sicut habes in Moyse, facta est Dei portio populus eius, ita & in psalmis habes, portio mea Dominus, & sicut ipse de se ait; Ego sum lux mundi, ita & ad suos dixit, Vos estis lux mundi.* Nil melius, omnia cum sponsa communicauit, regnum, potentiam, honorem & ne quid deesset etiam & patrem, quod vltimum, quod propemodum infinitum.

10. Et etiam Patrem.

Vnde rectè sequitur idem sanctus, *Sed quid miramur eum famulis suis induisisse sua nomina, quibus Patrem suū participat & regnum, dedit enim potestatem recipientibus se filios Dei fieri, & quantum in ipso est, omnibus dixit hominib⁹, Dij estis, & filij Excelsi omnes.*

Idem sanctus.

B Omnia ergo communicauit, nil peculiare sibi reseruauit, quid ergo ex hoc sequi poterat, nisi vt communes etiam essent & curæ, hoc est, vt sponsa de sponso, hic autem & de sponsa curaret: mirum, semel enim Deus factus animæ sponsus, ita se illi totum committit, vt amplius de se non curet honorem, gloriam, immo & vitam ipsam illi committens, vt illa de ipso curam habeat, sicut ille de ipsa, hoc verba sonant illa, *Dilectus meus mihi & ego illi*, reciprocā curam sponsæ, & sponsi, hic totū se illi committit, hæc illi, mirum & maximum.

11. Deus cum anima communes habet curas.

Vnde rectè exclamat Bernardus vbi supra sermone 68. *Mira comparatio inter tam distantia extrema, dilectus Deus est, at nos qui sic sumus, ac si non essemus, quasi nihilum & inane, reputati ei, mihi attendit maiestas illa infinita qui creat, & moderatur vniuersum, curam Dei sponsa vendicat sibi, sponsus sponsæ. Dilectus meus mihi & ego illi, mihi & non*

Bernar.

C *alteri attendit. Mira ipsius dilectio.* Et verè mira, creaturæ se Deum committere, illique fidere, quæ tota in se mendax, & fallax, nonne clamat Dauid in excessu suo quod, *omnis homo mendax*, Psalm. 115. numero decimo & in altero mendaces illos in suismet dixit vanitatibus, *Mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate, in idipsum* Psalm. 62. num. 10. id est, vt eodem mendacio, quo compositi decipiant, & hoc non ob aliud, quàm ob purum aliud mendacium: si ergo mendaces filij hominum, & ita mendaces, vt & mendacium ament, & ob mendacium fallant, quomodo Deus se illis committit? amor est in causa, vt Deus hoc faciat, & dum sponsus sit, impossibile est vt sponsæ se suaque non fidat.

12. Deus creaturæ fidit ob amorē, etsi ista mendax.

Psal. 115. 10.

Et 62. 10.

Dixi vt sponsæ, nam si non sponsa, licet soror, non sic cum illa se habet, non se totum illi committit, non se fidit.

13. Animæ aliquæ sunt sponsæ, aliæ sorores, & quæ differentia inter illas.

D Aliquæ enim animæ sunt quæ licet sint Christi sorores, non tamen sunt sponsæ, nam vt anima Dei sit sponsa, non sufficit vt tantum sit in gratia, & ex vno sit cum sponso, sicut sufficit ad esse sororem, iuxta illud Pauli ad Hebræos secundo, numero vndecimo, *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes.*

Ad Hebr. 2. num. 11.

Sed iuxta quod supra Bernardus dixit, necessarium est, vt sit vnum quid cum sponso, vnum dico dilectione, & spiritu, vnde nil præter ipsum aliquid desideret, nil aliud præter ipsum cogitet, tota in illum transfusa. Quod etiam idem considerauit Bernardus super illa verba sponsæ. *Osculetur me*, ponderans sponsam tantum dixisse osculetur me, non exprimens personā; quod ideo, nam sic in corde sponsus ei inhærebat, sic in illum tota ipsa transfusa, vt quem ipsa præsentem omnes simul & præsentem habere

A existimabat, *Nec dicit, inquit, osculetur me iste vel ille sponsus, vel amicus, vel Rex, sed indeterminatè loquitur, osculetur me, quemadmodum & Maria Magdalena dixit de Christo Domino, si tu sustulisti eam dicito mihi, quem eam? non aperit, quia palam omnibus esse credit quod à suo corde nec ad instans recedere potest: sic sponsa, osculetur me ait illa, qui numquam à corde meo absens est, amore enim accensa credit nomen sponsi omnibus conspicuum esse, & etiam cuius amore ipsa succensa sit.* Hæc enim est sponsa, quæ sic viuit vt plus sit vbi amat, quàm vbi animat, hæc quæ supra esse gratiæ, quod sororem tantum eam effecit, addit & feruorem, & ignem, & amoris incendium, quòd tota sit sponsi, vna vni, ad quem gradum cùm peruenerit, tunc & sponsus similiter vnus cum illa, totumque se illi committens, totaliter de illa fidens, secus autem de sororibus, hoc est de animabus illis, quæ tantum in gratia stant, sed non feruent, qui in Christo cre-

B dunt, sed non feruenter, nam istis etsi, *in nomine eius credunt, ipse autem non se credit eis*, Ioann. 2.

Joan. 2. n. 23.

num. 23. at sponsæ totum se fidit, curam sui illi relinquens, sicut ipse totus in illa sponsæ incumbit.

14. Deus totus in curam sponsæ.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit, inquit sponsus Canticorum secundo, numero decimo quinto. Mira

Cant. 2. n. 15.

equidem diligentia, miraque præuentio, ac sollicitudo, nondum vinea fructus parturit, & de floribus est sollicitus, & insuper sponsæ vineam non eius, sed communi vocabulo adnotat, qualis est hic amor, qualis hæc Dei cura? *Vocatque*, inquit Bernardus sermone 63. in Cantic. *amore suo profectus nostros fructus suos, habetque Deus tam grandem nostri curam, vt cùm vinea tantum flores habeat, iam de fructibus sollicitus sit ne pereant.* Hinc sponsam

Bernar.

15. Profectus animæ, sunt Dei fructus.

C vt pupillam custodit, vnde per Zachar. 2. num. 9. *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Hinc Moyses Deuteron. 32. num. 9. audet, & dicit, *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius, inuenit eam in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Hinc ipsamet audax ex amore effecta sponsi præsumit & petit, *à resistentibus dextera tua, custodi me vt pupillam oculi.* Quis seruus ad Dominum, quis subditus ad Principem vnquam tale quid perijt vt anima ad Deum summum infinitæque Maiestatis? Ne mireris sponsus est, pro sponsa deperit, etsi vilis, etsi abiecta, qui semper feruens in amore existit, vnde ipsa confisa bene audet, & dicit, *custodi me vt pupillam oculi.*

Zachar. 2. num. 9.

Deut. 32. num. 9.

Ps. 16. 8.

D

16. Deus semper feruens in amore sponsæ.

Semper feruens dixi, quod est satis in hac Dei desponsatione attendendum, cæteri enim semel potitis nuptijs, sponsas, maximè si viles, & non pares, abhorrere solent, at Deus semper ardens, indiesque magis accensus. Hoc adnotare libet in nomenclatura qua sponsus sponsam vocat, numquam reperies illam vxorem, sed semper sponsam vocare: cuius equidem rei rationem perpulchrè assignat Hieronym. lib. 3. super cap. 7. num. 2. Hierem. super illa verba, *Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ.* Vbi sanctus adnotat, Dominum vocare Hierusalem sponsam, ad ingentem amoris eius affectum significandum, cuius rationem assignans addit, *Quoniam nec dum potiti sumus, magis vt potiamur, appetimus.* Nil melius. Sponsa illa dicitur, qua nondum vir est potitus, vxor ad cuius amplexus iam perue-

17. Cur numquam vxorem, sed semper spõsam vocat animam.

Hierony. Hierem. 7. num. 2.

A nit, hinc feruentior erga sponsas amor, quàm erga vxores. Ad ostendendum ergo Dei erga animam amorem semper virentem, semper feruentem, vocat eam sponsam, non vxorem sic eam amans, sic eam diligens ac si semper in dilectione eius nouus esset. Hinc in desiderium eius ardens propter illam relinquens patrem, & matrem suam, vt vnus fiat cum illa, non eam ad se vocat, sed ipse ad eam descendit, quasi compar, non supremus Dominus. Quod eleganter de anima & Christo intellexit sanctus Anastasius Synaita, libro decimo de mulieris creatione, *Cor mundum*, ait, *vnitum Dei verbo ambo sunt duo in vnam carnem*, in qua carne? in nostra nempè, nam vt inquit Sanctus, *quandoquidem Christus habitat in nobis, conuenienter ei quod scriptum est, inhabitabo in ipsis, & inambulabo.* Ergo sic nos diligit Deus, quod vt sponsus noster fiat, non nos ad ipsum aduocat, sed ipse ad nos venit, ex-

Anast. Synait.

18. Ad nos venit vt nos exciperet.

B tra se ex abundantia amoris factus, vt sanctus ait Pater Maximus œconomic. centuria 5. cap. 86. vbi sic ait, *Iusto quoque pro veritate dicendum est audacter, ipsum videlicet auctorem omnium honesto, boneque cunctorum amore permotum, propter excellentissimam amantissimæ bonitatis extra se effici, creaturis omnibus prouidendo, ac bonitate, dilectione, & amore quasi demulceri.* Pulchrè amore quasi demulceri. Ad quid? vt extra se fiat, & ad sponsam veniat, relinquens propter eam patrem, & matrem suam, vt adhæreat vxori suæ, ea adhæsione, & aglutinatione, qua maior excogitari nõ potest, vt aër luci, ferrum igni, tinctura purpuræ, anima corpori. Quòd equidem nec cogitare auderem, nisi illud idem Sanctus enarrasset Pater Anastasius, probans enim verba illa Gen. *& adhærebit vxori suæ*, pro-

S. Maxi.

19. Extra se ob amorem factus.

20. Quomodo, & quam fortiter animæ vnitus.

Idem. Anast.

C priè de Christo intelligi, cùm nullus sit vir, qui propriè vxori adhæreat, & conglutinetur nisi solus Christus, qui verè sponsæ aglutinatur, hoc elicit ex aglutinationis essentia, *Nam quod adhæret, ait, & coaglutinatur, nullam neque loco, neque modo habet diuisionem, neque disiunctionem ab alio, sed semel ita est conglutinatum, vt aër luci vnitur, & ferrum igni, & tinctura purpura chlamidis, & anima indiuiduè est vnita corpori.* Quam aglutinationem, & de hypostatica Christi, & de gratuita tum anima intelligit, vnde & sequitur, *Intelligetur autem per hãc vxorem & viri cum ea aglutinationem, & adhæsionem Dei verbi, quæ per hypostasim fit cum nostra natura, quæ quidem est genitrix Ecclesiæ, quoniam membra sumus corporis eius ex carne eius, & ossibus eius.* Et infra illum de corde mundo Deo vnitum

D explicat. vt supra diximus. Qualis ergo est hic Dei amor, qualis hæc creaturę dignatio, quanta hęc Dei cum anima sponsalitij dignitas, vt ille summus, & altus, ille infinitæ maiestatis, ad nos descendens spõsus noster velit esse, ex cuius desponsationis vi, sic animæ aglutinetur, vt aër luci, ferrum igni tinctura, purpuræ, anima corpori, quis hoc vnquam crederet, aut cogitare quidem auderet, nisi ipsemet enarrasset, & dixisset, sponsum scilicet esse animæ nostræ. immo talem à nobis expetere amorem, vt Deus Pater nos amet, & diligat, cum vt inquit noster Sapiens, Deus neminem diligat, *nisi qui cum sapientia, &c.*

Num. 29.

Num. 29. *Est enim preciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Cennexio cupitis. Dixerat neminem Deum diligere, nisi cũ sapientia habitantẽ, sic sapientiam diligebat Deus, ounc hîc causam assignat sapientię dilectionis, eius nempe pulchritudo, dignitas, & æstimatio, nam siue soli eam compares, siue cõpositioni stellarum, siue luci, semper inuenitur prior, tum pulchritudine, tum dignitate.

B *Speciosior sole, &c.* De solis encomio vide Ambros. 4. Exam. c. 1. 6. 7. 8. Lorin. in Eccles. c. 11. *Sol illuminans per omnia respexit*, inquit Eccles. 42. 16. *& gloria Domini plenum est opus eius.* Vnde, *Vas admirabile opus Excelsi.* Ibid. c. 43. n. 2. sic admirabile. vt ex illo Dei possunt rectè admirabilia rimari. Hioc appositè consulebat Plato 7. de Republica, vt rerum cælestium varietate, ac pulchritudine, ad supernatum rerum vteremur cõtemplatione, quarum nulla præclarior sole.

Ambr. Lorin. Eccl. 42. 16. Ibidem 43. 2. Plato.

1\. Solis contemplatio ceteris rebus præclarior.

Luci comparata inuenitur prior, &c. prior autem tempore, si de increata sapientia accipiatur, aut dignitate, si de creata, & infusa.

HOMILIA CXLVI.

Sapientiæ diuinæ pulchritudo.

Est enim speciosior sole, inquit noster Sapiẽs de hac sapientia diuina, & quod, *luci comparata inuenitur prior*, id est dignior, & augustior, quid ni? imò lux ista luci comparata illi, illique pulchritudini, nox potius dicenda, quàm lux. Nil certè Deo pulchrius, nil formosius, cuius pulchritudo talis, vt visa deficiat anima, langueatque, dignitatem, maiestatemque eius sustinere non valens.

C

Enimuerò bis pulchram illam Reginam Esther reperio cecidisse, ac viribus destitutam esse, quando contra mandatum, vt supra vidimus Regis ad eum ingressa est, Esther 15. Primò quando maiestatem, decoremque perspexit Regis sed irati. Secundò quãdo eam non irati sed amaotis, tunc iterũ defecit, ampliusque quã antea: nam in prima, *Tãtum lassa, super ancillam reclinauit caput*, at quãdo blanditijs lenita, sc inter Regis reperit brachia, *Rursus corruit, & penè exanimata est, ita vt Rex turbabatur, & omnes ministri eius cõsolabantur eã.* Cur conturbata & exanimata? ipsamet exposuit, *Vidi te Domine*, inquit, *quasi Angelum Dei, & cõturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ, valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum*: gloriam autem huius Regis exprimunt Sept. sic. *Et ipse sedebat super regnum throni sui, & omnem stolam splendoris sui induerat, totus in auro, & lapidibus pretiosis, & erat terribilis valde, & eleuans faciem suam inflammatã gloria, in vigore furoris aspexit.* Quam gloriam, quam pulchritudinem, quem ornatum, quam maiestatem, ferre non valens Reginæ animus defecit, corruit, ac pœ-

1\. Esther regina bis corruit, & cur. *Esther. 15. n. 10. & 18.* *Sept. c. 5.*

A nè exanimata est. At quid hæc gloria cum Dei gloria? quid hæc maiestas cum Dei maiestate, quæ, vt inquit Thalasius Hecatonda 1. *Immensa, & infinita, ac penitus nobis incomprehensibilis est.* Quid illa pulchritudo cum Dei pulchritudine, quam sol, & luna mirãtur; quæ vt inquit sanctus pater Basil. Seleuciæ Episc. orat. 1. in Deip. anounciatione, venustorum omnium est venustas venustissima, loqnens enim de Dei incomprehensibilitate, & quod tantũ aliquid ex creaturis esse Dei rimari possit, sic ait, *Siquidem ex procreatarum rerũ magnitudine, & pulchritudine, illorum molitor, & opifex, qui est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, certa quidem ratione dignoscitur & spectatur. Hæc enim Trinitas in vnitate cognita, vnitasque vicissim in Trinitate adorata, illorum omniũ quæ natura constant, est principiũ sine principio, illuminationumque omniũ fons vberrimus, & venustissimorũ omniũ venustas venustissima.* Nil melius. Non solum Deus est pulcher sed

Thalas. Basil. Episc. 2. Dei pulchritudo omnium venustorũ venustissima.

B ipsa pulchritudo, non solum ipsa pulchritudo, sed supra ipsam pulcherrimus, quod est dicere in ipsamet pulchritudine immensus, indicibilis, inimaginabilis; hinc eam animæ sanctæ rimãtes, à superiori irradiatæ lumine, deficiunt in eius cõtemplatione, ac penitus moriuntur, pondus tantæ non valẽtes pulchritudinis sustinere, vnde admiratæ exclamant, *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus valde*, cuius decor, cuiusque pulchritudo quanta, siue incarnatam hanc consideres sapientiam, siue absque carne, vt perfectius innotescat.

3\. Animæ sanctæ deficiunt Dei pulchritudinem cõsiderantes. *Cant. 1. 16*

Notandum ex Platone in symposio, & ex Platonis discipulis, pulchritudinem in genere nil aliud esse quàm, *Gratiã quandam existentem in eo quod pulchrum sit*: quam gratiam in tribus præcipuè asserunt sitam, in virtute scilicet animi, in figura, seu specie corporis externa, ac tertio in voce, & sono.

4\. Pulchritudo quid, & in quibus consistat. *Plato.*

C Vnde Zeno Bitticus, vt refertur à Laërtio lib. 7. dicebat, *Vocem esse formæ florem*, oratio enim composita gratia addit formæ. Vnde dicunt hanc gratiã quæ ad se animum rapit per rationem, per visum, atque per auditum, pulchritudinem dici.

Laërtius. 5. Vox flos pulchritudinis.

Secundò notandũ ad hoc vt pulchritudo quę sita est, *in apta membrorũ proportione cũ quadam coloris suauitate*, sit vndequaque perfecta, simul debere esse cum decore quodã, qui supra pulchritudinem dictã, quandã iucundã addit atque suauem gratiã, quæ non tantũ in debita consistit partium figura, quantum in motu, in sermone, in habitu, vultu, & aspectu, atq; denique in omni actione, quam pulcher quis agit, ita vt nil prorsus eius sit, quòd procedens ab eo, non gratiã reconciliet & amorẽ, quæ gratia supra pulchritudinẽ addita, decor dicitur, & qui ea caret, licet dicatur pulcher, non tamen erit

6\. In pulchritudine decor necessarius, & quid sit.

D decorus, quæ tantũ valet, vt licet aliquis pulchritudinem summã non obtineat, licetq; non sit ita pulcher, tamen illa omniũ animos ad se attrahit, omnesque ad se vi quadã vehemẽti conciliabit. Quod apprimè adnotat Plutarch. in vita Anton. de Cleopatra, de qua asserit, etsi pulchra tamen nõ in admiratione, at supra modum gratiosissimam extitisse, *Etenim ferunt*, inquit, *pulchritudinẽ eius si sola spectaretur neqaaquam fuisse incomparabilem, neque eam quæ stuporem inspicientibus inijceret, verum in conuictu loquei inerant ineuitabiles, quippe facundia forma coniuncta, & gestus ad sermones quũuis accommodatissimi, atque ipsa suauitas vocis, aculeum relinquebant in animo colloquentis.*

7\. Quam potens sit ad animos reconciliandos.

His ergo sic notatis, qualis mens, qualis intellectus, quàm pulchra sit sapientia illa diuina, & quam

decora excogitare poterit, nisi in cõfuso eam admirans tantum cum sponsa exclamare, *Ecce quàm pulcher es dilecte mi, & decorus valde.* Nam si primo Dei virtutem, sanctitatemque consideres, quis bonus, vti Deus? qui est ipsa iustitia, ipsa sanctitas, qui propterea nos vult sanctos quia ipse sanctus, *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Leuit. 11. 44. in cuius conspectu, nec ipsi Angeli mundi sunt, *sed in eis reperit prauitatem.* Iob. 4. n. 18. cuius cõparatione, *Omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatæ.* Is. 64. n. 6. Si ergo tam bonus est Deus, & tã sanctus, vt infinitè sit bonus, infinitè sanctus, dic qualis erit eius pulchritudo, si hęc ex bonitate pensanda & expendenda, qualemque sui producet admirationem, stuporemque?

8. Pulchritudo Dei ex eius sanctitate.
Leuit. 11. 44.
Iob. 4. 8.
Isa. 64. num. 6.

Enimuero si bonitas Angelorum, hominumque iustorum, quæ bonitati Dei comparata, prauitas, menstruumque dicitur, ita hominũ animos attrahit, quid dico hominum, immo & ipsius Dei, vt in admirationem adducat, si sic dicere licet, ipsemet creator, & Deus, qui causa talis existit sanctitatis, talisque bonitatis, admiratione enim illa proferunt verba sponsi ad sponsam, *Ecce tu pulchra es amica mea,* vbi suprà n. 15. vbi particula, ecce, & ingeminatio pulchritudinis, ingentem sponsi admirationem pulchritudinis sponsæ indicant, vt benè adnotat Guisler hîc, nam vt ipse inquit, *Cùm verba sponsus minimè inuenire potuerit, quibus id quod intendebat, exprimeret per geminatam eorandem verborum exclamationem, pro viribus saltem se id significare enitnit.* Si ergo in talem admirationem talis sanctitas, talisque bonitas creaturæ, non sõlum homines, sed ipsum summum adducit factorem Deum, & animos extra se attollit; quid ergo faciet sanctitas bonitasq; illa, in cuius comparatione tales sanctitates, talesq; bonitates menstruatæ sũt, imò non bonitates, sed malitiæ quodammodo dici possunt, vt egregiè adnotauit Chrysost. in cap. Matth. 7. vt alibi etiam diximus super illa verba, *Si vos cũ sitis mali nostis bona data dare filijs vestris,* vbi Chrys. *Hæc dixit, non vituperans humanã naturam, sed ad exprimendum distinctionis inter Deum atque homines pergrande discrimen, ideo ad comparationem benignitatis suæ amorem patrum malignitatem vocat, tanta quippe in illo est excellentia charitatis, & tanta largiendi voluntas.* Si ergo talis est Dei sanctitas, vt hominum illi comparata, malum quodammodo dici potest, & tamen sic eius est pulchritudo, vt in admirationem inducat ipsũ Deũ; qualis pulchritudo, qualis gratia ex Dei bonitate erũpet, quomodo alliciet, & attrahet animos, & extra se penitus eleuabit, ac suspendet?

9. Animæ pulchritudinem ad miratur.
Vbi sup. nu. 15.
Guisler.
Chrysost.
10. Sanctitas hominum malitia respectu Dei sanctitatis.

Quid? parum dixi, amplius dicam, maius quid, altius, ac propemodum infinitũ, & vltra quod progredi non licet. Sanctitatis, ac Dei bonitatis magnitudinem eduximus ex comparatione hominũ sanctitatis, & Angelorum, diminuta est talis cõparatio, altior quęrenda, quæ iuxta Dei sanctitatẽ posita, quasi nihil reputetur; maior sanctitas, maior bonitas, maior iustitia erat Christi Domini nostri, quàm hominum simul & Angelorum, (de Christo pro vt homine loquor.) Quid, nonne per antonomasiam ab Angelo sanctus vocatur Luc. 1. *Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei.* Nonne pater ipsum sanctificauit, & misit in mundũ, Ioan. 10. 36. nonne de *Plenitudine eius omnes nos accepimus.* Ioan. 1. 16. qua sanctitate pleno ore vocat illũ Ioan. *Plenum gratiæ, & veritatis.* Sic equidem maior est Christi sanctitas, maior Christi iustitia, maior eius bonitas quàm omnium Angelorum, hominumque sanctorum, at si cum illa Dei comparetur; quid est? ipsemet filius dixit dum illi respõdit bonũ eũ appellanti, *Quid me dicis bonũ, nullus bonus nisi solus Deus.* Matth. 19. n. 17. indignè ferens bonum vt hominem dici, cùm esset Deus, vt eleganter dixit D. Gaudentius Brixiens. Episcop. tom. 7. ad Neophit. *Sed dicas,* inquit, *Dei filius per perfectam bonitatem cũ Patre, & Spiritu sancto possidẽs & vnam sciens esse bonitatem Trinitatis, sicut vnã diuinitatem, indignè talis bonum se iuxta conditionem creabilium bonorum nuncupari, & ait, quid me dicis bonum, hoc est, nolo dicas bonũ, quẽ nescis, scito prius qui sum, & cùm Deum verum cognoueris, amplector vt dicas bonum, quia nemo bonus nisi solus Deus.* Nil melius, laudem despuit bonitatis, quam vt homini ille contulerat, nam cùm esset simul & Deus, ante istam comparere illa non poterat, cùm illa Dei, vt inquit August. in Ps. 34. prorsus infinita, prorsus inexplicabilis sit. *Breuiter,* ait hũc etiam Matthæi explicans locum, *vno verbo explicata est laus Domini nostri dicẽdo, bonus Dominus, sed bonus non vt sunt bona quæ fecit, nam fecit Deus omnia bona, & bona valde, cælum, terram, bona fecit, & bona valde, si hæc omnia bona fecit, qualis est ille qui fecit, non inuenis melius quod de illo dicas, nisi quod bonus est Dominus.* Egregiè, quasi dicat August. ita ineffabilis est Dei bonitas, vt de ea tantũ asseri possit, quod sit, at qualis, quanta, minimè sed solum quia bonus Dominus, vltra quod amplius dici non potest, nam ipse solus bonus sine addito, ipse simpliciter, & essentialiter bonus, cætera verò non simpliciter, sed ad hoc vt intelligantur bona, apponenda est particula bonum, vt cælum bonum, terra bona, Angeli boni, at Deus, inquit August. sine addito bonus dicitur, *Ad Deum autem,* inquit, *cùm me refero puto melius nihil dicere, quã bonum, ipse Dominus Iesus dixit homo bonus, Luc. 6 ipsi autem dixit, nemo bonus nisi solus Deus, bonum sine addito.* Nil melius: ergo comparatione Dei bonitatis suam Christus exclusit, quasi non esset, cùm esset talis, ac tanta, quia etsi propemodum infinita, tamen cum addito, nam & homo erat bonus, at Deus sine addito, sufficit vt Deus dicatur, vt Deus nominetur, etsi nihil aliud addatur, infinitæ bonitatis ens statim intelligitur; Ergo bonitas, & Christi sanctitas, Dei sanctitati comparata excluditur, apparere coram illa non potest celsitudine, est quasi non sit, lucet quasi non lucens, micat quasi non micans, & tamen filij Dei sanctitas est. Ergo sic argumẽtari liceat. Si talis bonitas Christi tãtam ei affert pulchritudinem, vt gloriam eam appellet Apostolus Ioannes, *Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti,* ca. 1. n. 14. si Dauid in admiratione, & extasi pro ea est, ob quod speciosum forma præ filijs hominum eum appellat, si electum ex millibus eius sponsa, qualis erit Dei pulchritudo, cuius bonitas in infinitum præcellit Christi bonitatem, & cuius comparatione sola illa dici bonitas debet, admiranda sanè, indicibilis, ac propemodum infinita, extollet, sustollet, eleuabit animos, ac spiritus, deficient artus, & singuli clamabunt, *Ecce pulcher es dilecte mi, & decorus valde.*

11. Christus vt homo sanctior, omnibus hominibus & Angelis.
Luc. 1.
Ioan. 10. 36.
Ibid. 1. 16.
12. Dei sanctitati tamen comparata quasi nihil reputatur.
Matt. 19 17.
D. Gaudentius.
13. Christus cur dixit, nemo bonus nisi solus Deus.
August.
14. Deus bonus sine addito.
Idem.
Luc, 6.
Ioan. 1. num. 14.

At si figuram, & speciem postea consideres, quid pulchrius, quid venustius Deo? tam pulcher, tam formosus vt infigurabilis sit, & species eius sit esse sine figura; quomodo figurabitur, quòd exprimi, nec videri potest. *Pronior est existentiã.* sanctus inquit Pater Cyrillus Hierosolym. de Mo-

15. Pulchritudo Dei ea forma.
16. Illa caret quia infigurabilis

narch.Dei Catech.6. *Et sanctus,& omnium maximus,& omnium optimus,& omnium sapientissimus, cuius neque formam, neque speciem eloqui poterimus.* Cuius equidem ratio, quia simplicissimus cū sit,& vndequaque in perfectione perfectus, partes ei, figurasque assignare non possumus, *Non ex parte videns,ex parte autem visione priuatus*, inquit idem Cyril. vbi suprà, *sed totus oculus,totus auditus,& totus mens*,hinc insigurabilis. *Non subijciamus Deū membrorū compositioni*,inquit Chrysost.hom.13.in c.2.Gen. *& figurarum delineationi, sed honestè de Deo, & vt de illo conuenit imaginentur,simplex enim,& incompositus,& insigurabilis est.* At si pro figura, ipsius vis intelligere essentiam, quid illa pulchrius? *Pulchritudo illius beata, & ab interitu aliena natura*,inquit Chrys. hom. in Psal. 41.tomo 1.*res est quædam infinita, & nulla ratione superabilis,quæ omnem excedit rationem,& omnem effugit cogitationem.* Sic pulchra,vt visa tantū beet, & visa non ab Angelis,sed si à dæmonibus,si à dānatis in ipsismet tormentis, beati etiam essent simul ac gloriam illam,pulchritudinéque viderēt.

Idem vbi sup.

Chrysost.

17. Essentiæ diuinę pulchritudo. *Chrys.*

18. Essentia diuina si a damnatis videretur, etiamsi tormenta non cessarent eos bearet.

Dixi si à damnatis in tormentis videretur, quod intelligo etiam si tormenta non cessarent,quia maior esset fruitio pulchritudinis, quàm tormentotū vis,& hæc ab illa absorberetur, eam enim habet vim & efficacitatē pulchritudo illa diuina, vt tormenta omnia superet visa, omnemque dolorem, & vbi videtur,ita appetitum exsatiat,vt iā amplius nil reliquū supersit quod timeat. Hoc egregiè expendit idem Chrys.hom.58.in Gen.ponderās clamasse Iacob,saluam recepisse animā propè emortuam,quia facie ad faciem viderat Deū,& equidem non clarè, sed quantū homini possibile fuit; *Vides quantū ei fiduciæ*,ait sanctus,*à visione cōcessum,salua facta est anima mea,quæ erat propemodum mortua præ timore, quoniam videre mihi datū est facie ad faciem Deū.* Vbi adnoto à timore,ab omnique saluam recepisse Iacob animā dolore,etsi emortuā, quia vidit Deum,etsi luctans,& laborans, qualem quæso eam recepisset,si tantum fruens,& secundò, quòd etsi luctans quis,etsi in angustia manens.sufficit vt Deum videat, & etiam in ipsismet laboribus,in ipsismet beatus erit angustijs. *Nonne Abraham*,inquit Dominus noster,*exultauit, vt videret diem meum? vidit & gauisus est*, Ioan.8.num.56.at quando vidit,& gauisus est? Chrysost. Theophilact. & Euthimius,dum filium sacrificabat, *Tunc*,inquiunt,*tanquam insigura vidit diem Christi*. Ergo stante filio vnico, vnigenito,dilecto,super,lignorum struem,ad occisionem parato, patre amante, & pro filio depereunte,gladio euaginato,& manu extensa,præ dolore pœnè corde emortuo,& disrupto,videns tantum in figura, non essentiam diuinam,sed diem Christi,lætatus est, gauisus est, etsi ad occisionem ductus, & adaptatus, vnigenitum, & dilectum,vnicum,amatum videret.Deus bone, quomodo lætatus esset,si essentiam illam vidisset, si pulchritudinem illam,inter quam,& diem Christi,humanitatemque illam sanctissimam, infinita est distantia, infinita dissimilitudo. Si præsentia Christi in figura tantum,talem tantumque non sinit præsentire dolorem, & præsentia Christi crucifixi,vt inquit Chrysost. hom.47. in Genes. quid quæso faciet illius præsentia, pulchritudinis indicibilis infinitæ, omninoque immensæ, superabit ergo semel visa omnem tormentorum vim; vnde non solum beatos, sed etiam ipsosmet dæmones bearet:hinc cùm insigurabilis sit,vltraque captum humanum,si ardens cor aliqualiter ad illam attingere velit, supra omne, quod creatum est tam in terris,quàm in cælis extollere se habet. Audi Origen.hom.15.ex varijs, qui postquam dixisset, nec Angelorum, nec Archangelorum linguas sufficere ad Dei naturam, pulchritudinemque explicandam,sic ait,*Tu autem si aliquid de Deo dicere, aut audire cupis,mitte corpus vna cum sensibus corporeis,relinque terram,mare,& aërem sub tuis posito pedibus,supra æthera mentis oculos attolle,siderum cursus,miraadamque naturam præteriti, omnia mente sublimior factus despice,deinde supra cælum ascende,& animo pulcherrima quæ ibi adsunt contemplare,cœlestes exercitus,Angelorum choros, & singula percurrendo creata,mentem, amore diuino accensas altius illis extolle, ac omnium conditricem naturam diuinam intuere, stabilem,immobilem, nihil in se alienum retinentem, simplicem, impassibilem,indiuisibilem, incompositam, lucem inhabitantem,inaccessam, potentiam inflexibilem, magnitudinem incircumscriptam, gloriam superemicantem,bonitatem desiderabilem, pulchritudinem inenarrabilem.* Egregiè. Extende animi sinus, acue intellectum,imaginatione cunctam pulchritudinem considera creatam, tum naturalem, tum supernaturalem, corporum etiam considera pulchritudinem, tum animatorum, tum inanimatorum,terram,campos,flores,arbores, fontes,aquas, maria,cælum,solem,lunam, stellas, corpora animalium, & hominum, omnem inspice pulchritudinem, quæ in his perspici potest, & cùm eam admiratus fueris,ascende superius,eamque respectu pulchritudinis vnius cōsidera animæ in gratia, videbisq; nihil esse. Iterum te extollens,considera animam in gratia,& perspicies eam quasi alterum Deum, ascende superius, & pulchritudinem attende omnium Angelorum, totiusque illius exercitus admirabilis, & cùm tales pulchritudines admiratus fueris, compara eas cum pulchritudine Virginis, & reperies quòd nec comparere possunt, vt rectè ait Petrus Damianus in sermone de Assumption.Virg. dum inquit, *In illa enim inaccessibili luce perlucens, sic vtrorumque spirituum hebetat dignitatem,vt fiat quasi non sint, & comparatione illius non possunt, nec debent comparere.* Hanc autem contemplatus,& supra quam dici potest cùm admiratus fueris,compara eum pulchritudine animæ Christi,quatenus homo, & nil erit,& comparere etiam non potest,quam Christi summam animæ pulchritudinem,cùm attenderis, compara tandem cum Dei pulchritudine,& reperies quod nihil erit, quia finita,illa autem infinita, quid admirabilius?

Idem.

19. Iacob etsi luctans,& in femore percussus, tamen beatus Deum videns.

20. Abraham quando diē Christi vidit.

Joan. 8. 56.

Chrysost. Theoph. Euthim.

Chrysost.

21. Mens ardēs vt Deū attingat, quid facere debeat.

Origen.

22. Virginis pulchritudo suprà omnem Sanctorum & Angelorum pulchritudinē. *Petrus Damian.*

Sed agedum ex omnibus istis pulchritudinibus, tum naturalibus, tum supernaturalibus, fac aggregatum vnum, & sint in vno, nec sic reperies quod cum illa Dei infinita possint comparari, qualis ergo erit illa quæ sic excedit, & talem,tantamque hebetat pulchritudinem?

23. Argumentum ad Dei pulchritudinem eliciendam efficacissimum.

Sed quid?parum dixi, amplius tibi quid proponam,sume Angelum ex primoribus, ex altioribus, sume primum,& fac vt intellectu suo velocissimo, semper, ac continuè omnem dictam reduplicet pulchritudinem corporum, animarum, Angelorum, Virginis & Christi per spatium vnius diei, post quod dicat Deus,fiat talis pulchritudo, qualis erit hæc pulchritudo, sic per intellectum multiplicata,& reduplicata Angelicum?quis eam computare, aut quis eam apprehendere poterit?

& tamen comparata cum Dei pulchritudine verè nihil erit. Sed age, da ampliorem Angelo spatium, reduplicet non per diem, sed per mensem, per annum, per annos, immò & per centena annorum millia, semper, continuè, velocissimè, dicat tandem Deus, fiat, & cùm facta fuerit, compara talem, ac tantam pulchritudinem cum Dei pulchritudine, quasi nihil reputabitur, paruum erit lumen respectu solis, parua aquæ gutta respectu Oceani, granum arenæ respectu totius terræ, punctus respectu circumferentiæ, tandem nihil respectu totius esse. Qualis ergo, quanta, quàm grandis, quàm maxima, quàm ingens, quàm infinita erit illa pulchritudo, quæ sic talem excederet, tantamque admirabilem pulchritudinem? erit mira, erit admirabilis. Ob hoc, vt inquit Origen. omnia prætereunda sũt, omnia despicienda, terra, cœlum, Angeli, Angelorumque chori, adde & augustissimas illas glorias B humanitatis Christi, & Mariæ, si ad illam ineffabilem, inaccessibilem, augustissimamque deuenire semel pulchritudinem velimus, quæ animum inebriat, implet, exsatiat & extra se ponit, ita vt semel apprehensa tantum, licet non visa, corpus dirumpat, dilaceret, ac penitus diuellat.

24. Cur homo in hac vita Deum videre non possit, & simul viuere. *Exod. 33. num. 1.*

Hæc equidem est ratio illius sententiæ, *Non me videbit homo & viuet*, Exod. 33. nu. 20. cur non viuet? quia pondus illius pulchritudinis sustinere miserum hoc non valens corpusculum, nec violentiam ac impetũ animæ ad creatorẽ suum auolare ambientis, in millia frangeretur ac disrumperetur. Ex hoc voces illæ sanctorum, qui præsentiam Dei sustinere non valentes præ gaudio, præ lætitia, præ illius admiratione maiestatis, ac pulchritudinis, coactæ exclamant, *Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum*. Cant. 8. num. 14.

25. Sponsa cur petit à sponso vt fugiat. *Cant. 8. 14. Beda. Rupert. Philo Carpath.*

Quis enim eum quem diligit à se fugare præsentia velit? C inquit Beda, nemo, ergo cur sponsa fugam sponsi expetit? per quam substractionem gratiæ gratis datæ Rupertus & idem Beda intelligunt, nisi quia, iam eam sustinere non valet, cùm à maiestate pondereque illius opprimatur admirabilis pulchritudinis, imò & atteratur, *Sponsa dia adhuc in corpore inclusa*, inquit Philo Carpath. super illa verba, Cant. 5. n. 6. *anima mea liquefacta, &c. sustinere non valet sponsum, quia corpus, quod corrumpitur aggrauat hominem*.

Dan. 10. num. 8.

Quid hoc mirum? nonne pulchritudo vniusque præsentia tantum Angeli, visa, ita animum obstupescit vt pœnè ad mortem vsque redigatur, Dan. 10. nu. 8. Angelum tantum videos, pœnè defecit. *Ego autem relictus solus vidi visionem hanc grandem, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est, est in me, & emarcui, nec habui* D *quidquam virium. Quem florem, quam elegantiam oris*, (Danielis scilicet) inquit Chrysost. homil. de incomprehensibili Dei natura, *cùm summus præsentia Angeli pauor assumpsisset, palloremque induxisset, adeo vt perinde quasi expirare videretur, hac de causa dixit, species mea immutata est, & emarcui, laborabat propheta, & occumbebat, animus enim meus vehementi perculsus, conspectuque impatiens Angeli, minime lucem illam ferre idoneus admodum conturbatus cadebat.*

Chrysost.

26. Danielis quantus metus ex visione Angeli.

Ex quo egregiè exclamans postea, inquit, *Audiant qui Principem Angelorum perpensant, & examinant, si Daniel, qui plus quàm natura pateretur, efficere potuit, præsentiam sui Angeli conserui ferre nequiuit, sed defectissimus viribus, atque exanimatus iacuit, quomodo ipsam Dei substantiam nosse, aut sustinere* A *quis poterit?*

27. Dei contemplatio quã sublimis.

Nonne similiter Ezechiel visionem illam videns magnam, gloriamque illam cap. 1. illico cecidit in faciem suam? *Et vidi, & cecidi in faciem meam*. Vbi notanda coniunctio illa, *& vidi, & cecidi*, vidit, sed sustinere pulchritudinem illam, illamque non valuit gloriam, ideo illico cecidit. At qoid vidit, vnde sic cecidit? non equidem Dei gloriam, qood ponderandum, sed tantum eius gloriæ similitudinem. *Hac visio*, inquit, *similitudinis gloriæ Domini*, similitudinem tantum dixit, quam si attendas, reperies quod omne pulchrum, omne delectabile, omne splendidum, omne decorum, quod vnquam humanus excogitare potest intellectus in se includebat. vidit ignem, vidit aurum, vidit splendorem, vidit cœlum, vidit denique homines, vidit tandem Angelos, est ne pulchrius in terris, aut in cælis, & tamẽ omne hoc pulchrum, nihil B aliud asserit esse nisi similitudinem, figurã, repræsẽtationem tantum Domini gloriæ.

Ezech. 2. num. 2.

28. Si similitudo tantum Dei pulchritudinis sustineri non potest, quid ipsa pulchritudo?

Chrysost.

Quæ verba, vt optimè adnotat Chrysost. vbi suprà, apposoit propheta, vt exprimeret pulchritudinem illam, Deiq; gloriæ maiestatem, nec ab ipso, nec à superioribus vnquam exprimi posse virtutibus, *Cùm vellet exprimere*, inquit Chrysost. *nec ab ipso, nec à virtutibus illis meram ipsam substantiã recipi, illud addidit, hac visio.* Quod cùm sit, quid mirum si sancti pulchritudinem Dei sustinere non valent cùm pulchritudinem & maiestatem vnius Angeli ferre nõ possint? Benè ergo à tanto pondere oppressi exclamant præ magnitudine amoris, *Fuge dilecte mi*, rogant, interpellant, vt fugiat, & rursus sine illo viuere non valentes vt redeat, quod sonant verba illa, *assimilare capreæ hinnuloque ceruorum*, qui fugiẽtes sæpè retro aspiciunt, sæpè ad locum redeũt; C quasi dicerent, fuge dilecte, quia iam sustinere amplius tuam pulchritudinem non possum, sed redi cito, quia sine ea viuere non valeo, fuge quia præ tua dulcedine deficio, sed redi quia sine illa lãgueo, nec sine illa viuere desidero, vnde extra se penitus redactæ vti alter Petrus à maiestate, & gloria illius pulchritudinis oppressæ nesciunt quid dicant, imò nec quid desiderent.

29. Pulchritudo Dei ex eius amore.

Pulcher ergo est Deus, cuius pulchritudinem ex aliarum pulchritudinum comparatione eruimus, altius nunc eruendam, ex eius nempe amore non in ipsam equidem suammet pulchritudinem, sed in eius exemplar, imaginem, ac speculum, qua semel ab ipso perspecta, sic in amorem eius exarsit, vt præ desiderio eius ardens, & homo fieri voluit, & libenter pati, & mori. Hæc equidem est radix amoris Dei, hæc fons, & origo incarnationis diuinæ, hæc incitamentum Christi, vt sic dicam, ad sustinẽ- D dam crucem, mortemque, suæmet pulchritudinis amor similitudinis, qualis ergo erit principalis, si similitudo tantum sic Dei cor attraxit?

30. Incarnationis fons & origo.

Si enim à Theologis petas quid sit Dei gratia, tibi respondebunt, quod *Participatio quædam diuinæ naturæ*. vt quod Deus est in se per naturam, sit homo per gratiam ipsius. Vnde si bonus Deus per naturã, bonus dicatur homo per gratiã, si spiritualis Deus per naturam, spiritualis homo, si omnipotens Deus, omnipotens homo, Deus per naturam, homo per gratiam. Ex quo euenit vt sicut Deus, Deus est per naturam, homo Deus dicatur per gratiam, iuxta illud. *Ego dixi, dij estis & filij Excelsi omnes*. Ps. 81. n. 6. Quòd ita tamen euenit, & sic homo Deus fit per gratiam, vt substantia hominis non deperdatur, sed ea remanente appareat in ipso Dei participata natura, & veluti Deus reputetur, nõ secus

31. Gratia Dei, quid?

32. Anima per gratiam ad quem statũ deuenit.

Psal. 81. 6

ac ferrum ignitum, quod eius remanente substantia, totus ignis foris apparet, & quòd ignis per naturam, ipsum per communicationem tenet, lucet cùm sit obscurum, transparet cùm sit opacum, fit leue cùm sit graue, ardet cùm sit frigidum, ignem certè diceres non ferrum, si nūquam alium ignem vidisses, vides transparentiam, vides ardorem, lucē, leuitatem, ignem diceres non ferrum. Sic animæ sanctæ & beatæ Deus sunt per gratiam, Deum appareot, quia naturam ipsam diuinam ita participant, vt nisi tibi fides diceret, si semel eas perspiceres, quod Deus non sunt, vt Deum eas adorares. A

S. Dionys. Nunc intelligo, vnde mirabile illud sanctissimi Dionysij dictum de Virgin. ad Paulum originem

33\. Virgo sanctissima, cur Dionysium obstupuit.

habuit; Virginem scilicet sāctissimam, ipsum, nisi Paulus ei dixisset aliū extare Deum pro alio adoraturum. Vidit enim in illa quicquid de Deo audierat, vidit gloriam, vidit maiestatem, vidit supereminentissimam Deificationem, corruit, defecit, & nisi Deum illam noo esse Paulus ei dixisset, vt B Deum adorasset. Audiamus illum, cuius verba mirifica; sic enim ad Paulum scribit.

Verba Dionys.

Non credidi cōfiteor coram Deo, Princeps mi maxime, extra Deū summum, & optimum, esse, haberi etiam, nec posse ab hominibus percipi, quæ ego oculis non tantum mentis, sed corporis vidi, perspexi, atque proprijs oculis intuitus sum, Deiformem, atque super omnes cælicos spiritus sanctissimam matrem Christi Jesu Domini nostri, quam mihi benignitas Dei, Apostolicique culminis authoritas, & virginis almæ indeficiens clementia videre concessit. Fateor iterum atque iterum coram omnipotentia Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Virginis matris eius, quoniam cùm à Joanne, vertice, & Euangelij, & Prophetarum, qui in corpore habitant, quasi sol fulget in cælo, ductus fuit ad Deiformem præsentiā altissimæ Virginis, tantus me immensus diuinus C *splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiauit interius, tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundauit fragrantia, vt nec corpus infelix, neque spiritus posset totius, ac tantæ æternæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit & spiritus tanta gloria maiestatis oppressus, testor qui aderat in virgine Deum, si tua diuina cōcepta mente non me docuissent, hanc ego verum Deū esse credidissem, quoniam nulla videri maior posset gloria beatorum, quàm felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc verò felicissimus degustaui.* Diuinè propemodum. Sic certè, fides necessaria fuit, & fides firma, ac constans, ne Dionys. vt Deū sanctissimam illam ac propemodum diuinā creaturam non adoraret, at Deum esse non credidit, quia fides illum edocuerat, illam non à natura, sed à gratia eam habere diuinitatem, & alium esse in D cælis, qui à natura Deus erat: sunt ergo animæ sanctæ dij per gratiam, ac Deus est Deus per naturam. Vnde sicut Deus per naturam habet quicquid habet, ipsæ per gratiam, per quam etiam ipsam diuinam participant naturam, ex hoc euenit quòd tali gratia perfusæ animæ, similitudinem Dei exprimant, ac coram oculis illius maiestatis diuinę imaginem suam repræsentent, vt verè dicatur, & sit, homo *factus ad imaginem, & similitudinem Dei*, quam semel videns Deus, etsi similitudo tantum, & ipsius imago pulchritudinis, ita amore eius captus, & vt sic dicam, abstractus fuit, vt illa accensus, & extra se factus fieret homo, vt homines fugientes ipse apprehenderet, & quos Deos fecerat, non amitteret. Vnde suamet pulchritudine, quam in homine

A videerat, quasi alter Narcisus, de quo Poëtæ fabulātur, attractus, illectus, & auocatus, descendit, in aquis istis humanitatis se immergens, ita immersus vt per omnia similis fieret illis, vt semel imaginem illam pulchritudinis suæ apprehenderet, quam reperiens deturpatam sustinere illud nō valens, sym- 34.

pathia quadam, vt sic dicam, ductus, sanguine suo lauare, & emundare eam voluit tradens semetipsum pro ea, vt inquit Apostol. ad Ephes. 5. n. 27. *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, atque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.* *Vt ille enim*, inquit sanctus Basilius, Seleuciæ Episcop. orat. 1. de Incarnatione, *qui natura sua impatibilis est, animaduertit nos prorsus deploratos, omneque præsidiū quod ex claris operibus pati solitum est, abesse, imò verò certum propter praua opera exitiam adesse, totumque quod reliquum erat talis modi esse, quod omnes in nihilum redigere posset, quadam mox sympathia, si ita tamen loqui fas est, tactus, iram quam* B *iustè promeriti eramus, conuertit in amorem, quo prorsus indigni eramus. Itaque ad deprauatam imaginem mittis imaginis authorem, quo benignitatis suæ coloribus illam reformet.* Nil melius, & verè sympathia ductus, hęc enim mutuam quandā rerum inter se cognationem significat, quam inter Dei, animæque pulchritudinem ex ipsius reperitur gratia. Ob hanc ergo nullis eius præcedētibus meritis ductus, summus ille pulcher, ne similitudinariam eius amitteret pulchritudinem, quasi à sympathia adactus, non angelorum, sed hominum naturam apprehendit.

Deus sympathia quadam carnē assumpsit humanam. ad Ephes. 5. 27. S. Basil. Episc.

Cuius animarum pulchritudinem etiam videns in terris Christus Dominus noster, ita amore illius 35.

incensus, & captus extitit, vt etsi in angustia positus, sanguineusque sudor è venis scaturiebat, tamē C *hoc sibi gaudio*, nouiter ei ab Angelo proposito, animarum scilicet in antiquę formam pulchritudinis restitutione, ac redemptione, ad sui nominis gloriam extollendam, vt inquit Cornelius hîc, *Sustinuit crucem cōfusione contempta*, ad Heb. 12. n. 2. amplius pulchritudinem appretians illam, quia Dei pulchritudinis similitudinē exprimebat, quàm ipsam vitā suam, licet esset vita diuina, contemnit confusionem, & pro nihilo ducit quod passurus erat, aspiciens inter præclarissima redemptionis præmia, reductionē in suum pristinū imaginis diuinæ splendorem, pulchritudinemque; hominisq; etiam exaltationē, qui per peccatum in animal se reduxerat, *in consortium diuinæ naturæ*, ex tantis propemodum animalibus, tantos cōstituens Deos per gratiam, ipse qui erat Deus per naturam. Ex 36.

Christus in horto ex animarum pulchritudine animatus, sustinuit crucem. Cornel. Ad Heb. 12. 2.

quo etsi hominē Deus redemit, fas est dicere quod D redemit alterū Deū per gratiam; vnde Christus semel pro hominibus moriendo, mortuos hos Deos secū conuiuificans, ac ressuscitans, præmiū suæ reportans passionis, ante sanctissimū Patrē eos constituit, qua visione gauisus Pater est sanctissimus, ac lætatus, se in illis prospiciens, & suamet se pulchritudine delectans, filiumque extollens suum, ac suprà omnem eum eleuans creaturam, *In dextera sua sedis illum sedere fecit*, vt inquit Paulus; meri- *Paulus.*

tissimè illi sceptrum tradens suæ potentiæ, sub eius 37.

Deos redemit per gratiam.

pedibus inimicum prosternēs pulchritudinis, imaginisque suæ. Vnde etsi pro hominibus mortuus est Dominus noster, principaliter dicendum, mortuus pro patre suo, ponens pro illo animam suam, quod est illud Ioan. 10. *Propterea diligit me pater quia ego pono animam meam.* Ergo verè dicendum

Principaliter pro gloria patris mortuus. Joan. 10.

Deum amore deperijsse, & vt D. Dionys. dixit, *extasim passum fuisse*, pro imagine tantum pulchritudinis suæ, qua nil pulchrius, vt inquit Hieron. in c. 51. Isai. dũ cum Christo in cœlestibus regnat, *Quid pulchrius ait, quàm vt forma serui fieret forma Dei, & sederet & regnaret cum Christo in cœlestibus.*

Hieron.

Quod si ita est, qualis erit essentialis illa Dei pulchritudo, quam in se Deus habet, cùm imago eius tam pulchra sit vt totum cor Dei rapiat: iuxta illud Cant. 4. n. 9. *Vulnerasti cor meum*, vbi Sept. *excordasti me*, quis eam intelligere vnquam poterit, quis apprehẽdere, quis imaginari, quis penetrare? iure siquidem inimaginabilis ac impenetrabilis est supra omne humanum, supra omne Angelicum captum. Quod obseruauit Cyprianus in prologo de Cardinalibus operibus Christi, super illud Isa. 6. n. 7. vbi ante Deum Seraphin stabant, & volabãt, per volatum incomprehensibilitatem diuinæ naturæ, ac consequenter pulchritudinis intelligens, *Inaccessibilem naturam*, inquit, *hinc & inde Seraphin statu, & volatu circumeunt, statu immobilitatem æternitatis monstrantes, volatu verò altitudinẽ eius, sic eleuatam, vt quantumlibet ad cor altum homo ascendat, exaltetur Deus & comprehensionis importunitatem euadat.* Vident ergo beati illi superni que spiritus Dei pulchritudinem, at quanta illa sit, quàm ingens, & infinita, solus ipsemet eam comprehendere potest, angeli verò minimè, nam etsi multum, etsi magnum, etsi facie ad faciem eam respiciant, tamen ita magnum, ita infinitum est, quod de ea aspiciendum restat, vt quod aspiciunt facta comparatione cum eo quòd videndum superest, dici quasi potest quod nõ sit ipsa, sed ipsius similitudo pulchritudinis: ad quod fortasse Dauid allusit dum dixit Psal. 16. n. 15. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua*, seu vt est in Hebræo, *cum euigilauerit similitudo tua.* Quomodo similitudo, cùm facie ad faciem Deus in patria videatur, ratione sæpe dicta. Nam quemadmodum qui similitudinem videt, non cognoscit omnia quæ sunt in eo cuius illa est similitudo, sed multa adhuc ei supersunt cognoscenda: sic etiã Angeli, etsi beati in patria Dei pulchritudinem clarè intueantur, tamen quia hæc infinita, immẽsa, cognitione inapprehensibilis, hinc dici potest quod similitudinem eius videant, sic immensè, sic infinitè Deus, si naturam, si essentiam eius considetes, pulcher est.

Cant. 4. 9
Sept.
38.
Pulchritudo diuina etiam Angelis impenetrabilis.
Cypr.
Isa. 6. 7.
A
B
Ps. 16. 15.
C

§.

Pulchritudo Dei ex voce.

AT si hanc ipsius pulchritudinem considerare velimus ex voce, & sono, qualis vox, qualis sonus, vt vox Dei, qualis suauitas Dei voci similis 2. Reg. 19. n. 11. *Non in spiritu Dominus*, inquit Helias, *non in commotione, non in igne, sed in sibilo auræ tenuis.* Ob quod aptè Bernard. ser. de septem spiritibus beatam animam prædicat, qui tali digna facta est sibilo, *Felix*, inquit, *& beata est anima, quæ ventus susurri diuini percipit in silentio, frequenter iterant illud Samuelis, loquere Domine, quia audit seruus tuus.* Meritoque contra eos qui talem respuunt vocem inuehens, omni dignam supplicio talem iudicat vecordiam, seu temeritatem, vt ipse inquit, *Quanta temeritatis, imò quanta insania est, si fortè*, ait, *dum alloquitur nos Dominus maiestatis, nos insensati auertamus aurem, & ad nescio quas ineptias conuertamur? quanta est hæc iniuria, & quàm grauiter vindicanda, cum vilissimus vermis clamantem ad se audire dedignatur creatorem vniuersitatis.* Et meritò post hæc in diuinæ assurgit admirationem bonitatis, dum etsi non auditus, nihilominus clamare non cessat, *Quanta verò*, sequitur, *& quàm ineffabilis diuina dignatio bonitatis, quæ quotidie conspicit nos infœlices auertentes aures, obdurantes corda, & nihilominus clamat ad nos, & ingiter clamitat in plateis, & verè in plateis quia in latitudine charitatis.* Qua charitate ipsa, vt sic dicam, circumfulta voce, supra mel, supra fauum inuenitur dulcis, iuxta illud Dauid Psal. 118. n. 103. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*, vbi Ambros. *Et bene*, inquit, *faucibus dulcia, eo quòd in imis infusa visceribus gratia spiritualis sit.* Hinc sponsa sui guttur sponsi suauissimum dixit, vnde notandum quod cùm totas spõsi partes laudasset, ad guttur perueniens, ex quo vox, nil aliud exprimere de illo potuit, nisi esse suauissimum, *Et guttur eius suauissimum*, Cant. 5. n. 16. *& totus desiderabilis*, seu vt Hebræi legunt, *palatus eius dulcedinis, & totus desiderium.* Quid ergo, quale illud esset non explicuit: quia nec valet animus, nec sufficit lingua, nec adsunt verba, vt Dei verborum, quam anima in se experitur, dulcedinem exprimant, & declarent, sufficit tantum vt sciatur quod non dulcedo, sed dulcedines sunt, affatu impossibiles.

Reg. 19. num. 11.
Bernard.
39.
Dei vox animã beatificat.
40.
Quanto supplicio digni eam respuentes.
41.
Dei bonitas dum perseuerat vocare respuentes.
42.
Vocis Dei dulcedo vnde, & quanta.
Psal. 118. 103.
Ambr.
Cant. 5. 16
43.
Inexplicabilis reperitur.
D

Quod equidem patebit, si in quo vocis consistat suauitas discutiatur, hæc equidem non in sono, non in modulatione, nam hoc cantoris est hominis, non loquentis, suauitas ergo verbi, & vocis in homine loquentis, in recta consistit expressione concepti, & in efficacitate loquelæ & verbi operans, & efficiens in audiente quidquid vult. Da mihi verba, locutionemque quæ hæc duo efficiat, & do tibi eam suauissimam, iucundissimam & quæ summopere cor attrahat, & animum; da locutione bene, & aptè exprimentem quod vult, conceptũque animi declarantem sui, & da simul, vt quod loquitur, efficiat, vt si consolari vult consoletur, si medeti medeatur, si terrere terrefaciat, si eleuare animum eleuet, si ad ima deprimere deprimat, si ad æthera assurgere faciat, da mihi talem loquelam, & do tibi eam suauissimam, iucundissimam vltra captum, vltra imaginationem. Quod si hoc,

44.
Vocis suauitas in quo consistat.

Dic qualis locutio. qualisque tam dulcis, tam suauis loquela vt Dei loquela, quis vnquam sic ornatè, sic aptè locutus est vti Deus in filio suo: hoc significãt verba illa Isai. 50. n. 4. *Dedit mihi Dominus linguam eruditam*, hoc illud Dauid Psalm. 44. n. 3. *diffusa est gratia in labijs tuis*, tam diffusa, vt Petrus dicat Ioan. 6. n. 68. verba eius verba vitæ esse æternæ. *Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes*, tam gratiosa, vt omnes ad stuporem vsque redigerent, *Mirabantur omnes*, inquit Luc. 4. n. 22. *in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius*, tam singularia, vt suorum etiam iudicio inimicorum, *Nunquam sic locutus fuerit homo, sicut loquebatur ille*, Ioan. 6. n. 64. & tandem tam mirificè, & tam aptè loquebatur, vt ob hoc solum prædicaretur ipse beatus, & beata vltra quæ ipsum lactauerunt. *Et factum est cùm hæc diceret, extollens vocem quadã mulier de turba dixit illi, Beatus venter qui te portauit & vbera quæ suxisti.* Luc. 11. n. 27. vnde meritò Manil. lib. 4. c. 3. ait in Christo fuisse, *decus linguæ, regnumque loquendi.* Si ergo ex voce pensanda

45.
Verba Dei per Christũ composita & ornata.
Isa. 50. 4.
Ps. 44. 3.
Ioan. 6. 68.
46.
Æternam in se vitam includentia
Luc. 4. 22.
Ioan. 6. 64.
Luc. 11. n. 27.
Manil.

47. In Christo fuit locutionis regnum.

est pulchritudo & talis sit vox, & loquela Dei, & verba eius siut verba vitæ prorsusque admiranda, qualis erit illius pulchritudo, qualis ipsius formositas?

48. Dulcedo Dei vocis, ex effectibus quanta

At verborum Dei ipsiusque efficacitatem loquelæ postea si considerare velis, in quo verè vocis cōsistit dulcedo, quid Dei voce dulcius? nam qoid suauius illis verbis, aut voce illa, qua dicente ad mœstum, & dolore confectum, consolare, & consolabitur, ad timidum, noli timere, & iam non timet, ad desperatum, spera, & totus est spes, ad cæcum, vide, & videt, Deus bone, Deus sancte, qualis est ista vox, quàm dulcis, quàm suauis? *Vocasti me nomine tuo*, inquit Aug. lib. soliloqu.

August.

intonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei, fiat lux, & facta est lux, & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa qua operuerat oculos meos. Cæcus erat August. dixit tantum Deus, fiat lux, vide, & vidit: qualis vox dulcior? quæ vox suauior? re-

B

49. Mannæ similis reperitur, & cur.

Origen.

creans, refouens, ac penè viuificans animam, & ad omnes eius necessitates accurrens, non secus ac alterum manna, vt inquit Origen. hom. 7. in Exod. tom. 1. qui præter suauitatem, eiusque dulcedinem, efficacitatem considerauit eius, dum ad quod quisque volebat se conuertebat, gustui, necessitatique prouidens manducātis. Vnde Origen. sic *Pari modo*, inquit, *fiet tibi ipsum verbum quodcumque desideras, si tribularis consolatur te, si lataris cumulat tibi gaudia, si iracundus es mitigat te, si in doloribus sanat te, si paupertate consumeris consolatur te. Sic ergo Manna verbi Dei reddit in ore tuo saporem quemcumque volueris.* Nil melius.

Ambr.

Vnde Ambros. in præfatione Psal. 45. *Loquere Domine Iesu*, inquit, *verbum tuum medicina est, verbum tuum lumen est, verbum tuum nostra collauionis ablutio est, verbum tuum fons est, tu loqueris, & culpa lauatur.*

50. Dei vocis effectus in corde hominis.

Ioan. 15. 3

Egregiè, qualis vox similis, qualis similis dulcedo, vt tantum in auribus stillans, sic in cor influat, vt illud sanet, si infirmum, mollescat, si durum emundet si immundum, iuxta illud Ioan. 15. num. 3. *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis*: immò si frigidum totum in ignem conuertat.

August.

Quid est hoc quod sentio, inquit August. vbi suprà, *quis est ignis, qui calefacit cor meum, qua est lux, qua irradiat cor meum, ignis sancte quàm dulciter ardes, quàm secretè luces, quàm desideranter aduris.*

51. Experientia necessaria ad Dei vocis cognoscendā potentiam.

Diuine sane, & vti expertus loquitur, vis Dei scire dulcedinem loquelæ? experire, nam impossibile est vt inexpertus intelligas, & experiendo tria illa Augustini inuenies; ardorem animi, qood est proprium eius, iuxta illud Luc. 29. n. 32.

Luc. 29. 32.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? & experiendo

D

52. Tria in anima causat.

ardorem, inuenies te dulciter ardentem, secretè lucentem, & nunquam tali ardore exsatiantem, sed semper amplius, ampliusque sitientem.

53. Non solū auditur, sed videtur, & cur.

Hinc fit vt propter huius Dei efficacitatem vocis, loquela eius, non tantum dicatur audiri, quantum videri, quia quæcumque ille dicit, non ad vocis instar humanæ verba tautum sunt, sed opera. *Cunctus autem populus*, dicitur Exod. 20. n. 18.

Exod. 20. 18.

videbat voces, & lampades, vnde visus vocem percipit.

Philo.

Pulchrè Philo lib. de Decalog. hanc soluit dubitationem, *Humana enim vox*, inquit, *auditu, diuina visu percipitur. Quare? quia quacumque Deus dicit, non verba sunt, sed opera, quorum iudicium non tam est penes aures, quam penes oculos.* Nil melius. Ideo auditu percipitur, quia statim effectus videtur, quia vt

A

inquit Bernard. *Locutio verbi est infusio doni.* Qualis ergo vox sic dulcis, qualis illi similis?

Bernard.

54. Vitæ spiritualis amaritudo cur tam dulciter sapit.

Quod si aliter, dic mihi, quid est in causa, vt raptæ animæ à sæculo, delitijsque mundi, ita gaudenter, dulciterque in arcta virtutis semita viuant, nisi hæc Dei locutio quæ ad cor intrinsecè loquens, plus quàm si liberæ essent, tranquillæ alacresque degunt. Genes. 34. n. 3.

Gen. 34. 3.

55. Sichē blanditiæ, ad Dinam quales.

Enimuerò Dina filia Iacob à Sichem rapta, vique oppressa, in magna reperiebatur tristitia, vt inquit Scriptura, quod *Sichem tristem deliniuit blanditijs.* Quales hæ fuerunt, ex Hebræo eas habes, nam legunt, *& locutus est ad cor puellæ*, verba ad cor, ex qua loquela alacris effecta est ex tristi.

56. Verba Dei, vt animas lætificant.

At numquid minus quid spōsis euenit Christi quas Deus è manibus mundi, carnisque raptim violenterque eripit, principio tristitiam patiuntur, at tractu temporis, alacres, lætæ, & gaudentes eas

B

videmus, vnde nisi quia sponsus earum, *Deliniuit eas blanditijs*, loquens ad earum corda, vnde etsi vinculis Christi tenentur, plus gaudent quàm si solutæ in sæculo essent. Vnde ergo tanta lætitia? ex illa locutione qua Deus in secreto cordis earum loquitur, quæ vim continet, efficaciamque, cor animumque lętificandi, immò præ lætitia inebriandi.

Ambr.

Est etiam, inquit Ambros. in Psal. 118. super illa verba, *quàm dulcia faucibus meis, vis feruentior verbi* (scilicet diuini) *sicut & vini, est etiam in lactis specie sermo lucidior, edite inquit proximi mei, & bibite, & inebriamini; bona ebrietas, qua ad meliora, atque iucunda facit, quendam mentis excessum, vt immemor solicitudinum animus noster viuo iucunditatis hilaretur.*

57. Verba Dei animum lætificant, non tollēdo tribulationes, sed earum obliuiscentiā causando.

Pulchrè immemor sollicitudinū animus noster, quod mirum, quod admirabile in Dei verbo, si enim solicitudines tolleret, non equi-

C

dem magnum esset si animum erigeret, ac eleuaret, at illis remanentibus, quod ipsum eleuet, corroboret, & consoletur, sic illum ac si non essent cōstitueus, hoc magnum, hoc est admirabile, durant in laboribus, ac si non laborarent, vnde? nisi quia ebrij à verbo, immemores sunt sollicitudinum, pœnitentijs, ieiunijs, flagellis se affligunt, ac pene moriuntur, & hilares viuuot animæ sanctæ, vude? nisi quia ebriæ, & noo à vino, sed à Dei verbo, intus earum deliniente corda, immemores sunt solicitudinum, quid dolcius?

Richard. de S. Vict.

Cum in mente loquitur Deus, inquit Richard. de sancto Victore, ad illud Cant. 5. n. 6. *anima mea liquefacta est, emollescunt fortia, & qua prius dura videbantur propter terrena oblectamenta, cùm liquesit anima, & ita calesit, mollescunt, & delectabilia fiunt.* Nil melius.

58. Quæ prius dura post Dei vocem mollia apparent.

Hinc animū resumēs, etsi in medio se viderit inimicorum, animosa eos spernit, quos prius timida pauebat.

D

59. Animosa fit ex exanima, quæ prius timida.

Enimuerò Sennacherib, Assyriorum Rex, Hierusalem 2. Par. 32. n. 7. magno obsidebat exercitu, magnoque apparatu, erant illi plusquam centum militum millia, timidi Hebræi, exire nec præliari audebant. His ergo sic pauidis, sacer inquit textus, quod sanctus Ezechias Rex, *Locutus est ad cor eorum, & confortatus est populus verbis Ezechiæ.*

2. Paral. 32. 7.

Mirum, adhuc Rex ad mœnia præpotens, adhuc exercitus ingens, adhuc inimici validi, vnde confortati? ex verbis Ezechiæ, quia verba erant Dei. *Viriliter agite, dixit, & confortamini, nolite timere, ne paueatis Regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem qua est cum eo, multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo, cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster.* Mirifica verba, meritò confortatus est ex eis popu-

lus,vnde barbari spreuit exercitum Regis, pro nihilo eius duxit minas,libenter sustinuit obsidionē, & ex tristi alacer factus est. Deus sanctè,quomodo hoc experiuntur quotidie animæ, sæpè enim sæpius se videot ab inimicis ita oppressas vt iamiam captas se æstiment. vident multitudinem, vident fortitudinem, immò potentiam mundi, carnis, ac diaboli experiuntur, vndique tentationibus pressæ, vndique appetitæ, stant pauidæ, stant deiectæ, ac pœne collapsæ, sonat ex tempore, nescioque vox diuina, vox dulcis, vox potens, vox Dei ventis, matique imperans, dulciter animæ intonat, *Noli timere quia ego protector tuus sum, & merces tua ma-*

Gen. 15.1. *gna nimis*. Genes. 15. n. 1. & statim fit tranquillitas magna, ita vt ipsamet anima admirata, & admirās exclamet dicens, quantus est iste, *Quia venti, & mare obediunt ei*. Vix imperat, & factum est Psal.

Psal. 32. num. 9. 32. n. 9. *Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt*, inter dictum, & factum nil mediat, nec ipsa operationis interpolatio, sed sufficit vt dicat,

60. Dei vocis potentia in operando. Ambr. & illico factum. Quod egregiè sanctus dixit Amb. l. 1. Exam. cap. 9. hunc Dauidis exponens locum vbi sic ait: *Non ideo dixit vt sequeretur operatio, sed dictio absoluit negotium*. Pulchrè, dicendo tantum absoluit negotium, quia vt inquit Bernard. vt suprà diximus. *Locutio verbi est infusio doni*. O locutio diuina! ô efficacitas summa! quis sic loquitur sicut Deus noster?

Enimuerò pro magno narrat Scriptura, quòd Ruth illa Moabitidis, quæ vidua, quæ sola, quæ pauper, quæ aliena, apud extraneos degens, sic verbis tantum Boos animosior sit effecta, vt etsi in

Ruth. 2.13. tantis degens malis, plane se consolatam dixerit. *Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ*. Cap. 2. nu. 13. Mirum, vt verba talem, tantumque producerent effectum. At si medullitus rem inuestigemus, non equidem multum extitit, quia consolatus est eam, promittens ei, imò & permittens, vt cum puellis iungeretur, & cum illis manducaret, & biberet libereque colligeret, quid mirum si hæc faciens loquens consolatus sit eam? At da quòd oppositum faceret, quòd non permitteret colligere, quòd non daret ei potum, nec escam, quòd solam relinqueret, essent ne verba eius potentia? nō equi-

61. Sola sufficit ad consolandum, etsi omnia desint. dem, nam sola sunt Domini nostri verba, quæ talem possident efficaciam, potentiamque, vt etsi omnia ab anima adimat, etsi ab ea quicquid in mundo est, tollat, etsi sola & in deserto reperiatur, sufficit vt loquatur, & in summis anima delitijs

Ose. 2. n. 14. manebit, quod ponderandum in illud Osee 2. n. 14. *Ego lactabo eam*, dixit Dominus de Hierusalem, sicut de qualiber anima ad se conuersa, at vbi? *ducam eam in solitudinem*. Mirum, non ad hortos, non ad ciuitates, sed ad solitudinem, vbi squallor, vbi inopia, vbi defectus omnium rerum, ibi inquit ductutus eam ad lactandum, hoc est ad eam lætitia, gaudio, gloriaque implendam, ne miteris, quia sequitur, *& ibi loquar ad cor eius*, loquitur cum illa, sufficit, plena erit, abundans, superaffluens, omnibus superaffluens delitijs, tantum, vt eas non valens sustinere sponsa suam planè eloquens imbecillitatem dicat, *Anima mea lique-*

Cant. 5. num. 6. *facta est, vt dilectus loquutus est*. Cant. 5. num. 6. locutus est, iam delicias non possum amplius sustinere, tota liquesco, ac veluti mollis cera in amoris delicijs consumor.

In quo loco non possum quidem non admo-

A tare, & simul ad efficacitatem locutionis non stupere diuinæ, nam cùm anima peccatrix durior sit quolibet metallo, tamen inter locutionem sponsi, & liquefactionem sponsæ, ne momentum quidē intercessit. nam inquit, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*, vt locutus, id est statim, illico, in momento, vt locutus est, quòd nec scimus, nec vnquam de quolibet alio intelleximus igne, nam sit hic accensus quantum voles, in instanti nunquam operabitur, si metallum inijcies. Quātus ergo erit ille ignis, quem in anima Dei accender locutio, verbumque ipsius, cùm in instāti illam ex frigida calidam, ex nitrea igneam, ex dura mollem, & tandem ex inimica constituit amantem, ita amantem vt liquefactam se in amore dicat, *Mens hominis conditoris sui speciem non quærentis*, inquit Gregor. Papa hom. 25. in Euang.

62. In anima peccatrice quam sit omnipotens.

Gregor.

B *malè dura est, quia in semetipsa remanet frigida, at si ardere iam ex desiderio caperit, ad sequendum quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit fit desiderio anxia, vilescunt in sæculo quæ placebant*. Et hoc non equidem alio, nisi verbi instrumento, vt adnotauit Nyssenus hom. 12. in Cant. *Præterijt dilectus*, inquit, *non tamen prorsus animam dereliquit, sed eam ad seipsum attraxit, verboque attraxit*. Qualis ergo est vox ista? quale verbum ita suaue? qualis vox sic sonora? vt vox & loquela Dei nostri, quæ talium est effectrix, & quæ sola ita est potens, vt ad liquefaciendum duram sufficiat animam, & quod tribulationes & angustiæ, quas ad se eam reddendam prius Deus immisérat. efficere non potuerunt, ipsa sola efficiat locutio; quòd no tandum in his sponsæ verbis, cùm liquefactionem non sponsi pulsationi, sed locutioni tribuit. *Liquefacta est, vt dilectus locutus est*. non vt dilectus

Nissen.

63. Vox Dei intensior anima loquentis, ad eam conuertendam potentior quàm tribulationes.

C pulsauit. Qualis ergo est illa verborum Dei potentia, vt quod ignis tribulationum, qui validissimus, potens non sit efficere, efficiant, semel ac profectantur, qualis ergo vox sic sonora, qualis sic dulcis; ergo quis sic pulcher vt Deus qui talem possidet vocem?

§.

Dei pulchritudo ex decore.

PVlcher est Deus ex conditione, & bonitate, pulcher ex specie, pulcherrimus ex locutione. Quid inde nisi vt totus totus quicquid est, sit gratiosus, & nil in eo sit, quod nō sit, *desiderium*, quod non sit, *desiderabile*, omnes eius actiones, omnes gestus, quicquid facit, quicquid operatur, quicquid loquitur, omnia non solum sunt desiderabi-

D lia, sed ipsamet desideria, si tribuit, gratiosus, si aufert, gratissimus, si ridet & blanditur, amabilis, si irascitur, desiderabilis, & tunc magis animæ amanti speciosissimus, scit irasci, & iræ illæ diuinæ nescio quid in splendida illa facie habent, vt si dicere fas est, formosiorem eam reddant. O quàm bene hoc sancti in illo vltimo experientur die, numquā enim illis formosior apparebit Christus, quàm tunc, quando iratus, impios castigabit, ac pessumdabit. *Dominus regnauit*, inquit Dauid Psalm. 92. num. 1. *decorem induit*, at quem decorem? *induit fortitudinem, & præcinxit se virtute*. Nunquam sanè pulchrior, quàm quando fortitudine, & virtute indutus, in ira sua debellabit impios, tunc facies illa, facies diuina, sicut terribilis, ac formida-

64. Ira Dei formosissimā eum reddit.

65. Christus in die iudicij sanctis formosissimus apparebit.

Psal. 92. num. 1.

bilis malis, ſic amabilis, & ſpecioſior iuſtis, ira A enim illa in vultu illo ſplendido, ſicut ignis erit vindictæ, in malis, ſic ignis amoris erga bonos, hinc ſimul, *Candidus, & rubicundus apparens*, totam animam ad ſe attrahens, ex hac ipſamet ira, ſpecioſior illi, vnde & totus *deſiderabilis*, ſeu potius deſideria, ſicut malis terribilis, quia ita timore eius concutientur, faciemque illam diuinam extimeſcent, vt maius illis tormentum ipſa verba ab ore illo prolata aureo, quàm ipſæmet erunt inferni pœnæ. Quod dixit Chryſoſt. hom. 5. in cap. 3. epiſt. Paul. ad Rom. *Quid facturi ſumus, ait, cum Deum offendemus, illique occurremus, certè quis tūc gehennæ pœnam tolerare malit, quàm aduerſo Deo ſtare, ſi ſenſu, ac mente præditus eſt.* Terribilis ergo malis, deſiderabilis bonis, tunc Deus erit noſter, hicque totus totus deſiderabilis.

66. Facies Chriſti in die iudicij, plus malos torquebit, quàm ipſæ inferni pœnæ.
Chryſoſt.

Quid? nonne Dominus ad dandam deſcendens B legem populo ſuo, ſicut amabilis, & admirabilis Moyſi ſeruo ſuo, & vltra quàm dici poteſt formoſus, ſic populo ſuo illi carnali terribilis apparuit, ac tremendus, ita vt diceret Moyſi, *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus*, Exod. 20. n. 29. Quid? nonne Angelus in albis apparens, poſt Domini reſurrectionem, vultum habens ſicut fulgur, veſtimentumque ſicut nix, ex quo milites iniqui facti ſunt ſicut mortui, ſanctas reprehendit mulieres, quia timuerant? dicens, *Nolite timere vos*, Matth. 28. n. 5. quaſi diceret, etſi terribilis, propter vos tamen amabilis, etſi vt fulgur pro nobis, non contra vos, *venite, & videte locum*, accedite, quid timetis? quæ cum talia audiſſent, & introeuntes vidiſſent locum, conſidera quomodo poſt timorem formoſus, ſpecioſuſque illis debuit apparere Angelus, ſicut terribilis, & formidabilis militibus inimicis. C Sic equidem, ſic ſponſus ille diuinus, tunc animabus ſpecioſior, quando iraſcitur, & tunc rugæ illæ in fronte illa diuina, non ſagittæ, non iræ arcus, ſicut in malos, ſed arcus, ſagittæque ſunt amoris erga bonos; vnde tunc clamabit ſponſa, *Totus pulcher es, dilecte mi, & totus deſiderabilis.* Nil habes, nil agis, quod totum totum non ſit deſiderium, vnde totus pulcher, & decorus, non quomodolibet, ſed valde. Si ergo, quando punit, ſi quādo caſtigat, ſi quando percutit, ſic totus gratioſus apparet, quid ergo erit quando blanditur, quando tribuit, quando non iratus incuſat, ſed amabilis cōuerſatur? decorus equidem erit, ſupra captum, ſupra imaginationem. Exclamet ergo ſponſa & dicat, *Pulcher es dilecte mi, & decorus valde.*

67. Chriſtus in iudicio malis terribilis, bonis amabilis.
Exod. 20. 29.
Matt. 28. 5.

At tu qui hæc audis, qui hæc legis, quomodo totus ob hanc diuinam non deperis pulchritudinem? O inſenſati filij Adam! qui pulchritudinem deſiderantes, veram non attingitis, D quia non vultis, quale iudicium vobis erit, qui talem pro fragili, fallacique relinquitis pulchritudinem?

68. Hominibus deſerētibus Dei pulchritudinem quale onus incumbet in die iudicij.
Iudith. 10. 18.

Quid? quale iudicium erit illud quando Deus malis hominibus objiciet verba illa ſeruorum Holoferni Iudith. 10. num. 18. qui videntes pulchritudinem Iudith dixerunt, *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Conſidera belli labores, conſidera pericula, conſidera damna, quæ magna, quæ maxima, quæ propemodum inenarrabilia, & tamen omnia pro nihilo ducunt iſti, vt vnam pulchritudinem acquirant terrenam, fragilem, caducam. Quid reſpondebit homo Deo ſemel compoſitus, quando tale ei A Deus ſummus imponet onus, & arguet, ſuam illi objiciens pulchritudinem, ſuamque maieſtatem?

Quid dicemus quando labores objiciet Iacob, grandes, immenſos, largos? *Viginti annis fui tecū*, dixit Labano, *arietes gregis tui non comedi, nec captiuum à beſtia oſtendi, tibi ego damnum omne reddebam, quicquid furtim peribat à me exigebas, die, noctuque, æſtu vrebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis, ſicque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus*, Gen. 31. n. 38. & cùm tales, ac tanti eſſent, iacet inquit textus, quod *parui videbantur, præ amoris magnitudine*, vnam tantum, & fragilem reſpiciens pulchritudinem. Quid ad hæc miſer reſpōdebit homo, quando objiciet illi Deus, quod nec tantillum pati voluit ob ſuam? quæ immenſa, quæ B infinita, cuius comparatione, non pulchritudo, ſed fœditas humana eſt formoſitas.

Gen. 31. 38

Quid reſpondebit, quando & illi infelicem objiciet Amnon 2. Reg. 13. pro vna tantum pulchritudine depereuntem? ita *vt propter amorem eius ægrotaret, ac penitus marceſceret.* Quid ad hæc infelix homo, cùm non ſolum non ægrotauerit, nec propter illam diuinam emarcuerit pulchritudinem, ſed nec doluit quidem, nec ſemel tantum ſuſpirauit? Quale iudicium erit hoc? nonne cælum, terraque admirabitur, nonne meritò totus terrarum orbis contra creaturam ſe armabit in vltionē creatoris ſui, illam videns ſpretam diuinam, admirabilem, ac ineffabilem pulchritudinem? quæ vt inquit noſter ſapiens, *Specioſior eſt ſole, & luci comparata inuenitur prior*, prior quidem omni terrena pulchritudine, prior omni huius mundi forC moſitatē, ideo vnicè, & ſola diligenda, vnicè & ſola amanda, quia omnibus ſpecioſior, vt inquit noſter Sapiens, *Specioſior, &c.*

2. Reg. 13.

Num. 30. *Illi autem ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

PLanus ſenſus, eſt enim ratio cur ſapientia vincit ſolem, ſtellas, & lucem, quia lux ſolis à nocte depellitur, ac vincitur, at ſapientia nunquam à D quoquam, ſed ſemper vincit, neque malum contra illam aliquid poteſt, ſed ſemper in bono vincit malum, vnde nunquam expelli, & ſuperari poteſt.

Connexio capitis.

Non vincit malitia, &c. Græcè, *Non vincet malitia*, hoc verbum ſignificare poteſt, vel *iniquitas*, vel *occaſio iniquitatis*, vel *aduerſitas*, vel *calamitas*, & aliquando iniquitas ſumitur pro iniquis inſidiantibus, vt Pſalm. 36. *In vmbra alarum tuarum ſperabo donec tranſeat iniquitas*, Chaldaicè, *tumultus multus*, Hieron. *inſidia.*

Pſal. 36.

HOMILIA CXLVII.

Sapientiæ Dei triumphus iisdem prorsus mediis malitiam vincens humanam, quibus hæc suam admirabilem dispositionem impedire conatur.

S*Apientiam non vincit malitia*, inquit noster Sapiens, sicut tenebræ lucem, & sicur nox solé, vnde ipsa speciosior apparet, quia nunquam obscuratur, nec à qualibet obscurari potest malitia, nec ab ea vinci, quin quod semel decreuit non perficiat, & ad perfectum adducat, immò admirari libet, quomodo iisdem prorsus mediis, quibus malitia humana æternam illam impedire conatur dispositionem, iisdem prorsus sapientia vtatur diuina ad perficiendum quod semel decreuit; vnde delusa manens, non solum non vincit misera, sed vincitur, & superatur.

Hoc in illa admirabili sancti Ioseph considerandum est historia, quem cùm Deus supra omnes fratres elegisset suos, ad constituendum eum veluti caput ipsorum, tantopere malitia fratrum conata est deturbare, & irritum hoc Dei constituere consilium, primũ eum occidere cogitando, deinde vendendo in Ægyptum, quo facto putabant ipsi somnia non plus quàm somnia, & iam irritam illam Dei sapientiam, quæ semel decreuerat, vt cũ fratres adorarent super terram. At non fuit sic. sed iisdem prorsus mediis quibus malitia humana hoc Dei consilium perdere decreuerat, iisdem prorsus vsus est ipsa Dei sapientia, ad perficiendum quod constituerat, vnde ipsamet venditio Iosephi in Ægypto, causa eius extitit Regni, supraque fratres dominatus. *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sũ.* Gen. 45. n. 8. dixit ipse fratribus suis; quasi diceret, vos vnum cogitastis, & aliud Deus executus est, vestrum consilium fuit me vendendo perdere, sed voluntas Dei, vt per venditionem hanc, *Factus sim quasi pater Pharaonis, & dominus vniuersæ domus eius, ac Princeps in omni terra Ægypti. Vnde quia stulta hac sapientia, mutare Dei consilium non valet*, inquit Greg. hom. 21. in Ezech. *quem ideo vendiderunt ne adorarent, adorauerunt, quia vendiderunt.* Eodem medio quo malitia humana ad perdendum, vsus Deus ad sustollendum, & eodem quo illa ad seruitium addicẽdum fratrẽ, eodem sapientia diuina ad regnum subleuandum, quem seruum ipsa fecerat. *Hoc enim maximè Dei potentiam commendat*, inquit Chrysostomus lib. 1. de prouidentia Dei, *dum in rebus ambiguis finem certum, atque exitum reperit.* Quod acutissimè considerat sanctus in hac eadem historia Ioseph, ponderans post visum somnium, post Dei promissionem illi factam, quàm contraria promissis illis acciderunt, & tamen non contraria, sed omnia conducentia fuerunt ad finem, iisdem vtens Deus mediis ad suum finem perficiendum, quibus malitia humana vtebatur ad illum impediendum. Vnde merirò exclamat Origenes homil. 14. in cap. 22. & 23. num. tom. 8. *Tolle malitiam fratrum Ioseph, tolle inuidiam, tolle omne illud parricidiale com-*

1. Malitia fratrum Ioseph prouidentiæ vt diuinæ deseruiuit.

Gen. 45. 8

Ibidem.

Gregor.

2. Diuinæ prouidentiæ fortitudo in quo consistat.

Chrysost.

Origen.

A *mentum, quo sæuierunt in fratrem vsque quo vendiderunt eum, si hæc auferas infinitam peremeris dispensationem Dei.*

At quid fecit Pharao, vt Israelitas perderet? laboribus attriuit, filios necauit, & tandem in flumen proiicit, timens malum quod præsagiebat, & tamen Deus, iisdem prorsus mediis, quibus ille vtebatur ad perdendum, vsus est ad subleuandum, populumque liberandum vt optimè adnotauit idẽ Origen. hom. 56. in Act. *Hoc admirabile est*, inquit, *quod non per ea quæ videntur securitatis esse, sed planè per contraria omnia pro nobis fiunt, & vt discas iussit Pharao in flumen proiici pueros, vt perirent Iudæi, nisi proiecti fuissent pueri, non fuisset seruatus Moyses, non in Aula educatus fuisset, quãdo seruabatur, non erat in honore, quando expositus est, tunc factus in honore, hoc fecit Deus declarans suam omnipotentiam ac sapientiam.* B Optimè, nilque melius, nunquam ad Aulam ascendisset Moyses nisi Pharao vt in flumen proiicerentur infantes mandasset, sic cautum existimans factum, ad euitandum malum illud, quod pertimescebat, vt asserunt Rabini, at Deus eodem medio vsus ad iniiciẽdum illi malum quod pertimebat, quo ipse ad illud euitandum, & quod caput est: vt semel videat malitia ac potentia humana quàm imbecilla sit contra potentiam sapientiamque diuinam, voluit ipsemet Deus ad ostendendum simul & sapientiã, suamque potentiam, vt non aliunde veniret nec alibi crearetur, nec ex finibus auocaretur terræ instrumentum, quo percutere Pharaonem determinarat, sed in domo sua aleretur, non vt extraneus, nec vt seruus, sed vt filius, & vt Princeps, & vt ipsemet Pharao, ingentibus curis vitam illius custodiret, qui suam adimere debebat, & vt non tantũ C curæ, nec tantum industriæ, ad perdendum filios Israel poneret, quantum ad alendum, sustentandũ, in blanditiisque nutriendum sui, regnique sui peremptorem. Quis ergo Deus sicut Deus noster? Vnde in nullo tantum se Deum totius naturæ, ac absolutè dominum voluntatis se ostendit humanæ quantum in istis factis, quando ad exequendum quod semel ipse decreuit, & quòd validè voluntas obsistit humana, non alia quàm ipsamet vtitur, quæ dum renitet, & obsistit, ipsamet sua renitentia, ac obsistentia, creatori famulatur, ac inseruit. Quod egregiè sanctus ponderauit Leo PP. ser. 10. de passione Domini, dum considerauit, easdem impiorum Christum occidentium manus, quas vt instrumentum ad Christũ perdendum assumpserat dæmon, easdem ipsemet famulatas, vt consilium assequeretur Dei, *Suscepit Dominus*, inquit, *quod secundum propositum suæ voluntatis elegit, admisit* D *in se impias manus furentium, quæ dum proprio incumbunt sceleri famulatæ sunt Redemptori.* Nil melius, nec est amplius quod de sapientia inquiri potest diuina, quam vt iisdem sceleribus vtatur vt famulis, quæ contra eum peruersitas assumit humana, vnde semper victrix, non ex aliunde, sed ex propria victi domo instrumenta assumit triumphandi. Pulchrè hoc Ambr. lib. 10. in Luc. cap. 23. super illa verba Marci c. 15. n. 17. *Et milites plectentes coronam spineam, imponunt eius capiti, & salutant eum dicentes: Aue Rex Iudæorum, & ponentes genua adorabant eum*, ponderauit, dum acutè vidit, quod etsi peruerso spernendi animo illud milites effecissent, tamen honoratum inde excessisse dominũ, etsi ab inuitis. *Quod detestabili licet mentis*

3. Pharaonis malitia quantum ad liberationem populi deseruiit.

Idem.

4. Prouidentiæ Dei potentia in custodia Moysis quanta.

5. Voluntas humana, etiam Deo obsistens illi inseruit.

Leo Papa.

6. Iudæi Christum crucifigentes illi obsequebantur.

Ambr.

Marc. c. 15. n. 17.

7. Et honorabant licet inuiti.

operentur affectu, ait, *honoratum tamen exitum produnt, cùm pungentes coronant, & illudentes adorãt, etsi corde non credunt, quem perimunt, confitentur, illis defuit boni operis affectus, Deo tamen suus non defuit honor. qui salutatur vt Rex, coronatur vt victor, quasi Deus, & Dominus adoratur.* Nil melius. Vbi notanda sunt verba illa, illis defuit boni operis affectus, Deo tamẽ suus non defuit honor, radicem enim diuinæ continent sapientiæ, quæ sic se humanæ adaptat malitiæ, vt cùm duo in quolibet adsint opere, & eius materialitas, & finis, hunc respuit quando malum, illa vtens, ad illud quod sapienter intendit, materialitas operis erat spinis coronari Redemptorem, finis illusio, at Deus opus coronationis assumpsit, illusionem respuit, & vellent nollent, Christum fecit ab eis honorari, etsi nescirent; vnde, eum salutant vt Rex, coronant vt victor, adorant vt Deus, quid amplius fecissent, si verè vellent eum honorare? famulatæ sunt ergo illæ manus, dum sceleri incumbunt, saluatori.

8. Sapientia diuina quomodo voluntate mala vtatur ad suum finem consequendũ.

Enimuerò semel Deus decreuerat, in Regem Dauid assumere, scit hoc Saül, ad irritandum hoc Dei armatur decretum, mira & inaudita agit, sed etsi ipsemet appositè cogitaret, quomodo Dauid ad Regnum eueheret, nil amplius quam quod ad illum perimendum agere potuisset. In qua re placet diutius immorari, nõ enim alibi in scripturis apertius quod dicimus, & nullibi malitiam humanam valentius à sapientia superatam diuina inueniemus.

9. Saülis malitia quantũ ad regnum Dauid auferendum profuit.

1. Reg. 18. n. 13. 1. Reg. 18. n. 13. *Amouit*, inquit Scriptura, *Saül Dauid a se, & à domo sua*, vt omnis scilicet Israel sciret Dauid non esse in Regis gratia, ac per hoc eum despicerent, & abhorrerent, *Et fecit illum tribunum.* At hoc ipso medio, quo Saül ad despectionem Dauid, hoc ipso vsus est Deus ad eius exaltationem, amoremque populorum conciliandum, nam cùm ad bella procedens feliciter, prudenterque se gereret, omnium animos ad se attraxit, *Et sic omnis Israel, & Juda diligebat Dauid*, (iacet inquit textus, *ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos.*

Secundò voluit Saül per manus Philistinorum occidere Dauid. Ob hoc, vt consilium occultaret suum, illi in matrimonium filiam suam promisit maiorem, ab illo in præmium, præputia exigens Philistinorum, reputans à Philistæis occidendum. At contra euenit, occidit illos Dauid, factus est gener Regis, & volens, nolens ipsemet Saül ius illi concessit ad regnum, vti gener eius, obsecundans iuri quod habebat Dauid ex electione diuina. En non vides quomodo iste Dei, & Dauid inimicus, ipsi Deo, ipsiq; Dauid ad exequendam diuinam famulatur voluntatem, licet nolens, & inuitus.

1. Reg. 19. 20. Tertiò 1. Reg. 19. & 20. completa iam malitia, Saül videns dissimulatione non posse occidere Dauid, apertè iam tentat eũ interimere, vnde ad mortem eum appetere facit à satellitibus, imò & ipsemet suis volens eum occidere manibus, in Naboth in Ramatha perrexit, vt eum interiret, à manibus Saül liberat eum Deus, sed quibus instrumentis? primò per ipsummet Saülem, dum conuertens spiritum eius ad deuotionem prophetare, & ipse cum reliquis cœpit, & tamdiu prophetauit, vsq; dũ Dauid tempus affuit fugiendi, seque abscondendi, & secundò saluauit eum non per extraneos, non per ipsius Saülis inimicos, sed quod mirum, & maximum, per filiam, filiumque ipsius Saül, per Michol, A & Ionatham, per ipsum Regni heredem, in tantum vt impatiens iam & pene extra se factus Saül, improperare filium ausus sit suum, & contumelia eũ afficere, vocans eum, *Filium mulieris vltra virum rapientis.* Et non valens amplius rationem intra pectus retinere dissimulatam occisionis Dauid, prorupit dicens, *Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum.* En quomodo iam malitia prodijt humana, & contra Dei consilium, contraque diuinam illam se armat sapientiam. *Ibid. c. 22* At quid profuit? quantum abfuit vt noceret, quin & imperium accelerauit. Nam compulsus Dauid fugere à facie Saulis persequentis, ex illa fuga, & tunc primo factus est & nominatus Princeps. *Abijt ergo Dauid & fugit in speluncam Odollam, quod cùm audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, des-* B *cenderunt ad eum illuc, & conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum Princeps.* En Princeps Dauid ante Saulis mortem, qui tantum post mortem debebat esse, nam si illum persecutus non fuisset Saül, si non ad occisionem quæsisset, si Dauid non fugisset, nunquam factus tunc esset princeps, sed post mortem Saulis, at quia volens Dei consilium Saul irritum facere, tantum abfuit vt illum irritum redderet, quin ijsdem medijs, quibus cassum facere illud procurabat, ijsdem eum accelerauit, & in vita ipsius fecit Dauid Principem qui non debebat nisi post mortem. O vis sapientiæ diuinæ! ô imbecillitas malitiæ humanæ!

Attende amplius, fugit Dauid, persequitur eum Saül, in montibus, & speluncis se abdit Dauid, C quid ex hac persecutione? nunquid amisit regnum? tantum hoc abfuit vt ex illa, ipsemet filius Saül, Ionathas, regni hæres, veniens ad Dauid, confessus sit ipsum futurum Regem, & voluntate sua elegit secundum esse in Regno, cap. 23. *Quærebat Saul Dauid cunctis diebus, perrexit Ionathas filius Saül & abijt ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo, dixitque ei, ne timeas, neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus.* *Ibid. c. 23.* Quid amplius excogitari potest ad potentiæ demonstrationem diuinæ? pater persequitur, filius custodit, & in ipsomet temporis momento, quo patris malitia contra Dei determinationem auferre regnum à Dauid proponit, in ipsomet à filio eius Princepa & hæres, datur ei regnum, cognoscit eum Regem, & postulat secundum fieri ab eo.

Iterum persequitur Dauid Saül, ita ardenter, D & sic determinatè, vt nec montem, nec speluncam præteriret, quin super eas, & in eis non quæreret Dauid. *Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid, & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruia sunt.* *Ibid. c. 24* At quantum per hoc malitia profecit humana contra diuinam sapientiam, non equidem solum contra illam non præualuit, sed ex hac diligenti persecutione factum est, vt Saül incideret in manus Dauid, & quod caput est, planè confessus sit, ipsum futurum regem post se, & vt à tali misericordiam expetiuit dicens. *Et nunc, quia scio, quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum.*

de domo patris mei. En non vides quomodo à Domino malitia debellatur humana, & sicut ista infringere determinationem satagebat illius, sic ijsdem medijs eidem inseruiebat & famulabatur, ita vt ex qualibet noua persecutione Saölis in Dauid, nouiter, & firmius in regno ipse Dauid radicabatur.

Vltimo tandem non desistens Saül persequi Dauid, nouiter in eum insurgens, ita ex hac noua persecutione malitia deuicta est humana, vt planis, clarisque confiteretur verbis imbecillem, prorsusque ignorantem, amentemque esse. Vnde postquam ipsa in oppositione, quam contra Dei sapientiam exercebat, arma perdidisset, (abstulerat enim Dauid hastam Saül) ipso dormiente

Cap. 27.

cap. 27. sic in fatuo Saüle clamauit, volens nolens, *Reuertere fili mi Dauid, nequaquam vltra tibi malè faciam, eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie, apparet enim quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis.* Et victa iam, ac deuicta, arma, manusque diuinæ illi præbens sapientiæ, vt iam ancilla impotens, & in potestate victoris sui degens, tota contremiscens ac pauens, bona imprecando prophetat. *Benedictus tu fili mi Dauid, equidem faciens facies, & potens poteris, nec vltra persecutus est Saul Dauid.* En quomodo de malitia huius regis triumphauit Dei sapientia, quomodo delusit eam, quomodo non alijs instrumentis ad eam debellandam vsus est nisi suismet? quomodo arma ab ea abstulit, & tandem quomodo egit, vt ipsamet se fatuam, stultamque inclamaret? quis ergo sic potens sicut Deus noster? quis sic sapiens? quis de Deo diffidet? Verè ergo exclamat Chrysost. lib. 1. de prouid. vbi suprà, quod *Non absque ratione hoc facit Deus, sed vt certissimum potentia sua argumentum capiamus, quod scilicet possit, desperatissima promissa sua, spe, atque opinione melius perficere.*

Chrysost.
10.
Prouidētia diuina desperatissimas res, ad finem conducit vltra hominis spem, & captum.

Optimè quidem dictum, in quo duo excellentissima ait, primum illud efficere Deum vt capiamus, quod scilicet possit, *Desperatissima sua promissa,* vbi non dixit tantum promissa, sed desperatissima promissa perficere; & secundum, quòd non solum dixit perficere, sed spe, & opinione melius perficere. Quod verissimum, quod indubitatum est, tunc scilicet Deum melius, & abundantius, & supra spem, captumque perficere humanum sua promissa, quando illa desperatissima omninoque perditissima mens iudicat humana.

Marc. 5. 22.
Matt. 18.

Venit quidam de Archisynagogis nomine Iairus, inquit Marc. 5. nu. 22. quem Mat. 9. 18. Principem Synagogæ nominat, & deprecabatur multum nimis Dominum nostrum, ac dicebat, *Quoniam filia mea in extremis est, veni impone manus super eam, vt salua sit, & viuat.* Qui abiens cum illo, veniunt nuntij, quia mortua est puella, & ne vexaret magistrum, desperata ergo res erat, sic omnes iudicabant, affirmabant, dicebant, vnde ex hoc aiebant, *Quid vltra vexas magistrum?* quasi dicerent, ad quid eum vocas? quid pertendis? cùm res iam acta sit, nullumque amplius sit remedium, iam mortua est & non viuit: at Iesus quid? *Noli timere,* ait, *tantummodo crede,* diuinum responsum, immò consilium. Cuius ratio vt intelligatur, sciendum quòd ad suam testandam diuinitatem inter alia Christus Dominus miracula operabatur, & præcipuè aliqua, quæ nisi Deus ea patrare minimè posset. Inter cætera autem vnum erat, auctoritatiuè non deprecatiuè, imperare mortuorum resurrectionem, nam talis authoritas solius est Dei, vnde hanc ressuscitans puellam, non deprecatus est, sed authoritatiuè mandans dixit, *Thabitha cumi,* hoc est, *puella surge.* Nam vt benè ait Maldonat. in Matth. cap. 9. num. 25. *Imperat animæ, vt redeat, quia ipse habet clauem mortis, & inferni.* Ex hoc ergo deducitur, quod fides quam ab Archisynagogo Christus exposcebat, erat fides, qua crederet ipsum esse Deum, ipsum Dei filium, quam si haberet mandat ei, ne timeat, *Noli timere, tantummodo crede.* Vnde ergo illi fiducia? nempe ex fide credēdo illum esse Deum, quia hoc credendo, etsi mortua puella ac res iam desperata, in ipsa morte, & in ipsamet desperatione, suam ipse fundare debebat spem, suamque securitatem, quia Deus erat ille cui credebat, cui fidebat, quem aduocauerat; cuius est, vt inquit Chrysost. desperatissima promissa perficere; rogauit iste vt, sanaret puellam; abijt Iesus cum eo, facto promitens sanitatem, dū iret, mortua est puella, promissum factum est desperatissimum, nisi Deus esset, at perfecit, quia eius partes erant desperatissima promissa complere, quia Deus; cuius proprium est desperata efficere, & tunc quando magis sine spe.

11.
Miracula cur Christus operabatur, & quomodo.

Maldonat.

12.
Fides quam Christus ab Archisynagogo expetijt fides erat diuina, & cur ab eo eam expetijt.

At quomodo perficit? spe, & opinione melius, inquit Chrysost. sanitatem tantum iste petierat, pro sanitate accepit resurrectionem & vitam, nōne vltra spem, & vltra opinionem melius? Deus est, non mireris, qui ideo illud facit, vt semel sciant homines illi nihil impossibile, & simul quod in desperatissimis rebus, quæ vt talia prudentia iudicat humana, finem suum consequetur, ita vt hominum malitia obsistendo illi potius famuletur, quàm obsistat. Cuius ignara rei humana prudentia, aliquando misera dubitat, & non credit, putans à malitia, sæpè sæpius victa ipsa ordinatio dispensatioque diuina.

Nos autem sperabamus, dixerunt discipuli illi, qui cum Christo iam loquebantur, & quorum oculos tenebat in confidentia, ne eum agnoscerent. *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel*, Luc. cap. 24. num. 21. Ergo nunc non speratis, sed sperabatis: cur? quia venditus, quia captus, quia crucifixus, quia mortuus, & extinctus. *O stulti & tardi corde ad credendum, si nō sit crux,* vt inquit Origen. vbi suprà, *non exuuntur principatus, & potestates, nec triumphantur in ligno Crucis, si non fuisset mors Christi, vtique nec resurrectio fuisset, nec extitisset aliquis primogenitus ex mortuis.* Vnde in ipsamet Cruce, in ipsamet desperatissima morte, in ipsamet contumelia saluatio stetit, & redemptio, & ideo sperare debebatis, quia secūdum vestrum iudicium, redemptioni contraria videbatis, nam proprium Dei est eiusque potētiæ diuinæ armis vincere contrariorum, & debellare.

13.
Prudentia humana ineptè dubitat aliquando de prouidentia diuina.
Luc. 24. 21.
Origen.
14.
Discipuli in Emaus malè argumētati sunt, & cur.

Enimuerò Dauid non alijs armis caput obtruncauit inimici, nisi eius gladio, eiusque ense, 1. Reg. 17. n. 50. *Cumque gladium non haberet Dauid, cucurrit, & stetit super Philistaum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eū, præciditque caput eius.* Quis vnquam procedere Dauid videns ad pugnam absque armis, absq; ense, credidisset caput præcisurum Philistæi, etsi eum occisurum putasset in funda, lapideque possibile, at occidit, at truncauit, & caput abstulit, non suo, sed inimici ense, quem conditum sapientia diuina in ipsamet tenebat inimici vagina, vt inde ad eū occidendum

15.
Deus non alijs, sed inimicorū armis, eos debellat.
1. Reg. 17. 50.

16.
Prouidêtiæ diuinæ potentia considerátur in decollatione Philistæi.

occidendum ipsum extraheret Dauid. Vnde licet admirari, quod dum Philistæus iste impius eo ad Dauid detruncandum se mane accingebat, illummet reseruabat, eoque se accingebat, vt eum Dauid obtruncaret, ac iugularet. Vnde tantum abfuit, vt iste superbus Dei impediret consilium, quin famulatus sit, accingens se non contra Deum, sed pro Deo, non contra Dauid, sed pro Dauid, ex quo infertur euidentissimè quod altissima illa sapientia, ac potentia diuina, non solum bonis vtatur ad opus bonum, sed etiam malis. Et quod, vt benè dixit Origenes vbi supra, *Ja magna hac huius mandi domo, non saat tantummodo vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictitia, & alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam, vtraque tamen necessaria.*

Orige. vbi supra.

17.
Mali, & boni prouidêtiæ diuinæ necessarij.

18.
Nomquam de Deo desperandum, etsi contraria promissis videantur.

Chrysost.

Quod cùm ita sit, cum Chrysosto. libro primo de prouidentia concludendum, fidelem ac religiosum virum, adeo constanter, firmiterque Dei tenere debere promissa, vt quantumlibet effectus contrarios aspiciat, conturbari non debeat, nec euentum desperare. Quod ipse exemplo Abrahami egregiè probat, *latuero*, inquit, *fidelis Abraham cuiuslibet pollicitationem acceperit, & qualia facere sit iussus, nam promissio quidem erat ex Isaac implendum esse orbem vniuersam, iussio autem hunc ipsum Isaac immolare vrgebat, ex quo orbis totus erat impleadus. Quid igitur? istudne perturbauit iustam virum? minimè vero, immo cùm tanta dissonantia & repugnantia esset præcepti, & promissi, in nullo penitus turbatus est, nec hasitauit, nec aliquid huiusmodi lacutus est* In qua Chrysostomi authoritate illud ponderandum, scilicet, *In nullo penitus turbatum, nec hasitasse Abraham*, quod magnam, constantem, ac præclarissimam eius fidem declarat. Quam confidentiæ firmitatem, seu inconcussionem, vt sic dicam, considerauit & admiratus est Apostolus sanctissimus, ad Romanos quarto, numero decimo nono, dum dixit, *Et non est infirmatus in fide, & in repromissione etiam Dei, non hasitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo plenissime, sciens quia quacumque promisit potens est facere.* Vbi notanda sunt illa duo verba, *Non est infirmatus in fide, & non hasitauit diffidentia.* Denotant enim inconcussam, stabilem, firmam, in nullo vnquam læsam stetisse Abrahami fidem. Quod adnoto, vt semel sciant qui in Deo fidunt, & confidunt, quomodo in illo confidere

19.
Abrahami magna confidentia, in rebus contrarijs homini fideli imitanda.

Ad Rom. 4. nu. 19.

A debent, inconcussè scilicet, firmiter, stabiliter. Quod dixit Bernardus Sermone decimo quinto in Psalm. *Qui habitat*, affirmans spem in Deo, confidentiamque in illo omnia obtenturam, *Si tamen*, inquit, *tota in Deum figatur, vt firma sit, & non titubet.* Vnde merito Chrysostomus vbi supra ait, *Cùm Deus aliquid pollicitus fuerit etiamsi mitia sint qua pollicitationem huiusmodi obtundant, atque intercipiant, turbari minime conuenit, aut de fide dubitare.* Immo tunc maximè in illo fidere totaliter, omnem nostram in eo proijcientes curam, sua nos tantummodo curantes vt ille de nostris curet, & impossibilia ad effectum deducat, vt egregiè consulit idem Chrysosto. homil. 69. in cap. 21. Math. *Si quis*, inquit, *sua despicit, & nostrorum curam sumit, quieti eius solemus prouidere, quanto magis Deus qui etiamsi ad eum non conuertamur, non parua tamen cura, & prouidentia erga nos vtitur. Noli ergo de rebus tuis curare, sed omnia tua Deo commenda, noli in maioribus prætermissis de illis curare, ne Deus de illis minus prouideat. Vt igitur magna cura tuas res complectatur ipsi soli vniuersa committe, nam si tu spiritualibus omissis, ea tractabis, minorem Deus de ipsis curam habebit. Vt ergo res nostra feliciter gubernētur, & tu solicitudinis expers sis, sequere spiritualia, contemne secularia.* Nil melius, rationesque expendendæ sunt Chrysostomi, ex illis enim patebit, cur aliquando res malè cedant nostræ, cur Deus presto non sit, cur tandem superiorem de nobis, ac extremam curam non habet, quia scilicet nos derelictis spiritualibus nostra curamus. In Deo ergo totam spem firmiter collocādam nostram, *quæ*, vt inquit Apostol. ad Rom. 5. n. 5. *non confundit*: cuius equidem ratio, *quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Pulchra ratio, spes non confundit, quia vt inquit Amb. in hunc locum, *Spiritus sanctus qui datus est Apostolis, & nobis, ad confirmandam spem, & vt charitatem Dei commendaret in nobis, vt quia charos falli impossibile est, securos nos faceret de promissione, nam & Deus est qui promisit & vt quos charos habere vult promisit.* Nil melius. Ideo charitas facit vt spes nos non confundat, quia dum testimonium intus nobis de Dei erga nos charitate tribuit, consequenter securos nos reddit, cùm impossibile sit charos falli, vnde cùm Deus sit qui promisit, & charos nos habeat, vnde spei potest esse confusio? firmiter ergo in Deo fidendum quia potens est, quia benignus, & vt noster inquit Sapiens, *malitia eius non vincet, &c.*

20.
Spes & confidentia in Deo omnipotens quę:
Bernar.
Chrysost.

21.
De Deo curandum vt ipse de nobis ad effectum impossibilia deducat.
Chrysost.

B

22.
Res nostræ cur nobis aliquando malè cedāt:
Ad Rom. 5. num. 5.

C

Ambros.

23.
Spes in Deo cur hominem non confundit.

PARAPHRASIS

CAPITIS VII.

Num. 1. ***Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, ex genere terreni illius hominis, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro.***

Sum quidem & ego mortalis homo, licet sapientiam addidiscerim, similis hominibus, ex terrigena prognatus protoplasto, & in ventre matris figuratus sum caro.

Num. 2. *Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente.*

Hoc autem non illico, sed decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & voluptate somno conueniente, scilicet eo tempore quo homines somno indulgere debent.

Num. 3. *Et ego natus accepi communem aerem, & in similem factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.*

Et natus accepi communem aërem, & in tertam decidi communibus præditam molestijs, calore scilicet, frigore, & ardore, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.

Num. 4. *In inuolumentis nutritus sum & in magnis curis.*

In fascijs nutritus sum sicut & cæteri, & parentum, nutricum, ac pædagogorum curis, & fastidijs magnis.

Num. 5. *Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium.*

Num. 6. *Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.*

Vt iacet.

Num. 7. *Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ.*

Propter hoc optaui magno & vehementi affectu, & Deo votum meum exposui, & data est mihi prudentia, inuocaui, & efflagitaui, & venit in me spiritus sapientiæ.

Num. 8. *Et præposui illam Regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi.*

Num. 9. *Nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum.*

Vt iacet.

Num. 10. *Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.*

Super salutem, & formæ, ac pulchritudinis elegantiam dilexi illam, & proposui præ luce, & lumine oculorum habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.

Num. 11. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.*

Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa & innumerabiles diuitiæ per manus illius.

Num. 12. *Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam omnium bonorum mater est.*

Et lætatus sum in omnibus bonis quæ mihi per illam venerunt, quoniam vt dux antecedebat me ista sapientia, quam antequam acquirerem ignorabam, quoniam mater esset etiam omnium bonorum externorum.

Num. 13. *Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo.*

Quam sine fictione, idest sine dolo & fraude, recta que intentione didici, & sine inuidia, hoc est liberaliter communico, & diuitias eius non abscondo.

Num. 14. *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.*

Est enim infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, strinxerunt cum Deo amicitiam, cum ipso compositi, propter dona quæ illis prouenerunt ex disciplina, quam per doctorem didicerunt.

Num. 15. *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur, quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientum emendator.*

Mihi autem dedit Deus liberè, aptè, & ex sententia dicere, & concipere seu præcogitare, selecta ac digna horum quæ mihi dantur, quoniam ipse sapientiæ dux est, hoc est director, & conformator, & sapientum moderator.

Num. 16. *In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis Sapientia, & operum scientia & disciplina.*

In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis prudentia, & opificiorum scientia, & disciplina.

Num. 17. *Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarum & virtutes elementorum.*

Quod cùm ita sit, ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram, hoc est, cui non subest falsum, vt sciam dispositionem, & compositionem orbis terrarum, & elementorum virtutes, atque efficaciam.

Num. 18. *Initium, & consumationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum.*

Initium, & consumationem, & medietatem rerum, quæ sub tempus cadunt, vicissitudinum permutationes, quæ per solstitia fiunt, & commutationes anni, quæ per quatuor illius tempora succedunt.

Num. 19. *Anni cursus & stellarum dispositiones.*

Anni circulos, & stellarum positiones.

Num. 20. *Naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum.*

Naturas animalium, furorem, & vim irascibilem bestiarum, & artes eas cicurandi, vim. & imperium ventorum, cogitationes, seu discursus hominum per verba, aut per scripta prolatos, differentias virgultorum, & virtutes radicum.

Num. 21. *Et quæcumque sunt absconsa, & improuisa didici, omnium enim artifex docuit me Sapientia.*

Et tandem, per illam accepi scientiam omnium secretorum, & occultatarum qualitatum naturæ, & penetrare causas rerum, quæ ex repente succedunt, & eueniunt, omnium enim horum edocuit me artifex sapientia.

Num. 22. *Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens.*

Quod non est mirum, nam est in illa Spiritus intelligens omnia, sanctus ipse & alios sanctificans, vnicus licet multorum donorum sit largitor, multiplex, multiplicia efficere potens, & dum profunda penetrat etiam Dei, subtilis, disertus, clarus, tum in operibus suis, tum in verbis suorum, ad omnia consilia mobilis, & promptus, incoinquinatus ab omni labe, certus, nunquam errans, nec errare sinens suauis, nunquam nocens, amans bonum actum, cui nihil obsistere potest, omnibus benefaciens.

Num. 23. *Humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis.*

Humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem in se continens virtutem, omnia prospiciens, in se recludens, omnes spiritus intelligibiles, mundos, subtiles, ipse intelligibilis, mundus, subtilis.

Num. 24. *Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia, attingit autem vbique propter suam munditiam.*

Nec hoc mirum, nam omnibus mobilibus, immo & ipso motu mobilior est sapientia, vbique attingens propter suam munditiam, idest abstractionem à materia.

Num. 25. *Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.*

Est enim vapor virtutis Dei, vnde sicut ista, sic ipsa penetrans omnia, & cum sit emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei, ideo impossibile est inquinari & sic nihil inquinatum in ea incurrit.

Num. 26. *Candor est enim lucis æternæ, & speculum Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.*

Vt iacet.

Num. 27. *Et cùm ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas conſtituit.*

Et cùm ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens immobiliter omnia innouat, & per nationes ſiue per tempora in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas, ſiue ſanctos conſtituit.

Num. 28. *Neminem enim diligit Deus niſi eum qui cum ſapientia inhabitat.*

Nam neminem diligit Deus niſi eum qui cum ſapientia continuè inhabitat.

Num. 29. *Eſt enim ſpecioſior ſole & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior.*

Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, hoc eſt collationem, & ordinem, & luci comparata inuenitur prior.

Num. 30. *Illi autem ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.*

Illi autem ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia, hoc eſt iniquitas, vel aduerſitas, aut calamitas.

IN SAPIENTIAM SALOMONIS.

CAPVT VIII.

Capitis Argumentum, & Diuisio.

PERGIT Sapiens in hoc capite mirabilia edicere de ſapientia, cuius pulchritudinem, emolumentaque admiratus, ipſam omnibus modis expetere decreuit: & ſic hoc caput in tres diuiditur partes. In prima enim edocet, quid ſit ſapientia, iuxta illud: *Attingit à fine vſque ad finem.* In ſecunda, quæ bona per ipſam quis conſecuturus ſit, iuxta illud: *Propoſui ergo hanc.* In tertio demum declarat, quomodo expetenda, id eſt, à quo; ait enim, quod à Deo, iuxta illud: *Et vt ſciui.*

Num. 1. *Attingit ergo à fine vſque ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.*

COMMENTVM LITTERÆ.

ALiqui verſum hunc cōnectūt cū priori, & hoc ca. nō incipiūt, niſi à verſu ſequēti: vnde hæc verba, quæ hîc afferūtur, faciunt explicationē ſentētiæ prioris verſiculi: Dixerat enim ſapiēs, quod ſapiētiæ nō ſuccedit nox, & quod malitia nō vincit illā: nūc quaſi addens rationē ait, quòd *attingit à fine vſque ad finem fortiter, diſponitque omnia ſuauiter*: attingit, nempè potentia, diſponit prouidentiâ, fortiter, ac ſuauiter: fortiter, hoc eſt, à principio vſque ad finē: ſuauiter verò, nō tollendo libertatē, ſed tamē ſēper, & in omnibus victrix exiſtēs. Nō tollit libertatē; nam, vt inquit Aug. 8. de Ciui. ca 30. *Sic adminiſtrat omnia, quæ creauit, vt etiā ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat*: Sed tamē ita fortiter præcipit, vt parēdi neceſſitatem imponat, licet liberè, non coactè.

1. Sapientia quomodo fortiter & ſuauiter gubernat. *August.*

Sed quomodocūque dicatur, parū refert, ſiue hoc cap. ab hoc verſu, ſiue à ſequenti incipiat, dūmodo ſemel præſupponatur, Salomonem totū eſſe in laudanda ſapientia, & eā laudem in capite præcedenti inceptam, nunc in iſto ipſum ſequi: Vnde inquit.

Attingit. Aug. li. 4. de Trin ca. 14. legit: (Pertendit) Alij (Protendit): ideſt: ſe extēdit, porrigit, peruenit: omnia ſynonima accommodata ad explicandū vim, immo & ſenſum locutionis Sapientis.

A fine. Id eſt, ab extremo ad extremum, per omnia A quoque media. Lorin. adnotat hîc denotari terminum cum victoria: in Pſalmis enim, inſcriptio, *vt in finem*; idē valet, quod victoria. Qui ſenſus placet, nam qui rē aliquā finit, ipſe victor dicitur: vnde attingere à fine vſque ad finē, nil aliud denotat, quàm ſapientiæ Dei victoriā, quæ cum ipſa creatura ſemper concurrēdo, quocumque ſe vertat, ſemper agit quod Deus vult, licèt hoc liberè, & ſine vi, ac violētia, vt diximus: vnde hæc perpetua, & infallibilis Dei executio, incipiens à principio naſcentis creaturæ, duratura vſque in finem, dicitur Dei porrectio à fine vſque in finem.

Lorinus 2. In finem in Pſalmis quid.

3. Sapientiæ victoria in quo conſiſtat.

Eſt etiam alius ſenſus non infimus, vt à fine vſque in finem intelligantur ſummæ, & infimæ creaturæ, quarum omnium curam agit Deus, & hoc fortiter, hoc eſt, inceſſanter, & ſuauiter.

B *Fortiter.* Ideſt, firmiter, conſtanter, penitus, intimè, validè: Omnia denotant vim, & efficaciā aduerbij.

Suauiter. Ideſt, vtiliter, commodè, benignè.

Diſponit. Hoc eſt ordinatè ac vtiliter, & commodè adminiſtrat. Nam vt bene adnotat Caſtro, verbum, *diſponit*, eſt œconomicum, & ad omnem aliā transfertur rectionē ſeu adminiſtrationem: vnde ex hoc affirmat Sapiens, non ſolum fortem eſſe ſapientiam in omnia penetrando, ſed etiam in omnia vtiliter agendo, & commodè adminiſtrando. *Caſtro.*

Senſus ergo eſt, vſque adeo ſapientiam non vinci à malitia, quod illud ſit impoſſibile: nam ipſa ſe extendit ab extremo vſque ad extremum, per omnia media, victrix ſemper in omnia, curans de ſingulis, à minimo vſque ad maximum, & hoc firmiter, atque ſuauiter.

HOMILIA CXLVIII.

Prouidentiæ diuinæ magnitudo, fortitudo, & suauitas.

Bernar.

1. Prouidentiæ diuinæ extensio.

A*Ttingit à fine vsque ad finem fortiter*, inquit noster Salo. de diuina sapientia: hoc est, vt inquit Bern. tract. de gratia, & libet. arb. *A summo cœlo vsque ad inferiores partes terræ: à maximo Angelo vsque ad minimum vermiculum: vel ab ortu creaturæ vsque ad finem destinatum à creatore: siue in quem vrget natura, siue quem accelerat causa, siue quem concedit gratia: & hoc fortiter, dum nil horum euenit, quod non prouè vult potenti prærdinet*

2. An sit prouidentia, quæstio est superuacanea reprehensione digna.

sapientia. Nil melius. Omnia Dei sũma prouidẽtia attingit, omnia prospicit, vsque ad minimum vermiculum: ita vt hoc probare superuacaneũ, superfluumque sit dignus reprehensione ac punitione, qui illud quærat. *Sicut ex quæstionibus*, inquit Cle. Alexan. 5. Stromat. ca. 1. paulò post principiũ: *alia sensu indigent, vt, an ignis sit calidus, nix alba: aliqua admonitione, & increpatione, vt, an oporteat honorare parentes; sic sunt quædam digna vt puniãtur, cuiusmodi est quærere probationes, an sit prouidentia*. Nam quid quæso, magis clarius, aut dilucidius esse potest? hanc sol, hanc luna, hanc astra, hanc totus prædicat & exclamat terrarum orbis: vnde eam esse probare, superuacaneum, otiosum, hominumque est oscitantium. Supponendum ergo prouidentiam esse diuinam.

Clemens Alexan.

3. Prouidentiæ conditiones admirabiles.

At quodlibet in ea mirari, eius est magnitudo, infinita potentia, ac dulcedo: *Attingit à fine vsque ad finem*, en magnitudo: *fortiter*, ecce potentia: *disponit omnia suauiter*, ecce dulcedo. Omnibus ergo prouidet, potenter omnia disponit, gubernat suauiter.

4. Curat etiam de animalibus, etsi minima.

Omnibus prouidet, de omnibus curat: quod si hoc tantũ de hominibus esset, etsi multũ, tamen nõ sic admirandum; at prouidentiam habere de animalibus, & de vermiculis, vt inquit Bern. hoc mirũ, hoc magnum: *Recordatus autẽ Deus Noe*, sacer inquit textus Gen. 8. nu. 1. volens eius misereri, ac post diluuium vitæ eius prouidere: at numquid solius Noe recordatus? *Cunctorũque animantiũ*, sequitur, *& omnium iumentorũ, quæ erãt cum eo in arca*. Mirum, & maximum, vt omnipotens ille, æternus, immensus, infinitus, etiam iumentorum recordetur, & non solum iumentorum, sed animaliũ, hoc est, nõ solum recordetur equi, bouis, & leonis, sed cunctorum animalium, & iumẽtorum, hoc est, cuiuscumque animalis, etiam minimi, etiam abiecti: ita vt nõ solum ob hominem, non solum ob Leonẽ, aut bouẽ, aut equum, immisit spiritum, vt imminuerentur aquæ, sed etiam ob miseram felem, ob cœcã Talpã, ob vilissimum tandẽ animal. Quid maius? quid præclarius de Dei prouidẽtia dici potest? Cuius summa extẽsio amplius patet ex Septuaginta interpretum lectione, dum ipsi legunt: *Et recordatus est Dominus Noe, & omnium bestiarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium repentium, quæ erant cum eo in arca.* Quem locum expendens Chry. ho. 26. in Gen. tantã Dei admirãs prouidentiã, necessarium duxit hominem admonere, talia verba ad nostrã confirmandã apposita imbecillitatem, non verò ad Dei maie-

Genes. 8. num. 1.

Chrysost.

A statem deprimendam. *Intelligamus hæc*, inquit, *vt dignũ est de Deo intelligere, & crassa hæc verba naturæ nostræ infirmitati adscribamus, nã quantũ ad ineffabilẽ naturã attinet, indignũ fuit hoc verbum: quantũ autẽ ad nostram imbecillitatem, apposite est dictũ*. Vnde merito aiebat Hiero. in c. 6. Isaiæ. explicans illa verba: *Vidi Dominũ sedentẽ super soliũ excelsum, & eleuatũ.* hunc Dei thronum sibi eleuatũ videri, dum Deum inter Angelos Cherubinosque considerabat: at valdè humilem, dum bonitate sua inter homines hominibus prouidentẽ. *Quãdo enim*, ait, *mẽte pertracto regnare in Thronis, Dominationibus, Angelis, cæterisque Virtutibus, video excelsũ thronũ eius: quando autẽ considero, quomodo genus dispenset humanũ, & pro nostra salute sæpè descẽdere dicatur ad terras, hominum prouidentiã habens, video humilem, & proximum terræ thronum eius.* Nil

Hieron.

5. Thronus Dei altus & humilis in quo sensu.

B melius: humilis certè Deus in sua videretur prouidẽtia, nisi excelsum eum faceret, tum infinitas eiusdem prouidentiæ, quæ in istis elucet: tum abyssus diuinæ eius misericordiæ, vt inquit Chryso. vbi supra, qui eam in istis prædicat, & exaltat: nam quis similis, qui non solũ hominibus prouidet, sed etiam animalibus, & non solum hominum miseretur, sed animalium?

6. Deus ob animalia sæpe dimittit furorẽ cõtra hominũ peccata.

Misereri animalium dixi, & appositè: nam Deus, quæ sua est bonitas, non solum hominum, sed animalium miseretur: adeo vt aliquando iram, furorẽque dimittat suum, non solum hominum miserans, sed animalium, vnde ne ista deperdantur, furorẽ deponit, condonat peccatum, subuersionis sentẽtiam suspendit. *Et ego nõ parcã Niniuæ ciuitati magnæ*, irato Ionæ 4. n. 11. propter siccitatem hederę respõdit, *in qua sunt plus quàm centum viginti millia hominum, qui nesciunt, quid sit inter dextrã, & sinistrã*

Joan. 4. num. 1.

C *suã, & iumenta multa* Dulce verbum: *hominũ, qui nesciunt inter dextrã, & sinistrã suam*: hoc est, infantium, puerorum imbecillium: sic Rabi Salomõ. & insuper *iumenta multa*. Ergo propter pueros, infantes, & iumenta Deus pepercit. Ergo spem habere possum ego miser, & peccator, vt licet submergi mundus propter delicta mereatur mea, & mihi, & mundo parcat Deus, ne deleat imbecilles, & iumẽta: & vt iumentis auxiliũ contra malũ prouideat, misereatur mei. Qualis abyssus diuinæ misericordiæ, & prouidentiæ est hic? Qualis est illa Dei prouidẽtiæ magnitudo, vt ad hoc perueniat? Quis hoc crederet, nisi scriptura dixisset, quia iumentorũ miseretur Deus, quia iumentis etiam prouidet, de iumentis etiam curat? Pulchrè Philo li. 2. legis allegoriarum super illa Balaami ad asinam verba, Nu. 22. nu. 23. *Vtinam haberem gladium, vt te percuterem*,

Rabi Salo.

Philo. Num. 22. num. 23.

D gratiæ refert hoc Dei, ne imprudenter animal homo ille occideret. *Gratia maxima conditori*, ait, *qui sciens imprudentiæ rabiem, non dedit tanquã furẽti gladium, ne quosque obuios maligna clade occideret.* Nil melius. Vbi notandũ tunc Deũ de huius curasse iumento, quãdo iste impiè ad suũ maledicendũ populũ pergebat: & istũ tunc suũ verberasse iumentũ contraque illud gladiũ desiderasse, quando hoc eius saluabat vitã, eũque à morte eripiebat. *Cur*, inquit ei Angelus, *tertiò verberas asinã tuã, ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihique contraria: & nisi asina declinasset de via, dans locũ resistenti, te occidissem, & illa viueret.* Vt semel ex hoc perspiciat homo, quã incerta, diminutaq; sit eius prouidentia, dũ bonũ reputat sæpè sæpius malũ, & frequẽter à se eripere, & interimere vitæ suæ custodẽ gestit, quem Deus summâ suâ custodit pietate.

7. Balaam fortuitu gladium non habuit.

8. Prouidentiæ humanæ imbecillitas.

10. Balaami via cur Angelo contraria. *Idem.*

At libet hîc expendere, cur huius peruersa erat via, Angeloque contraria, cùm ipse ei, vt iret, præceperat: *Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis.* Ergo cur nunc peruersa, eique cõtraria? an quia cupiditate munerũ excæcatus, peruersâ inceperat, & procedebat intẽtione? Quod elegãter obseruat idem Philo, lib. 1. de vita Moysis, vbi sic ait: *Vates inescatus, & præsenti vtilitate, & spe futuri commodi, simulque Oratorum dignitatem reueritus, persuaderi sibi passus est rursum fucare causatas de numine: itaque postridie parabat se itineri, narrans admonitum se in somnis visione manifesta, vt cunctantes legatos sequeretur.* Ergo, etsi ab Angelo, qui prius ei iter interdixerat, ire permissos: tamen non vt malediceret, sed vt benediceret, hic autem scelestus, quia coactè priùs iter dimiserat ob lucrum deperditum, voluntariè, lætanterque ibat, non vt obediret, sed vt lucrum faceret, simulans pietatem, pallians obedientiâ lucri auiditatem: quod inde luculenter colligit Philo, quia cùm Angelum vidisset, non statim ab itinere destitit, sed ab Angelo petiit, an vellet vt rediret: *Cumque debuisset*, ait, *reuerti è vestigio, maluit rogare Angelum, num redire domum iubeat: ille intelligens, & indignè ferens simulationem, (quid enim opus erat sciscitari in rotam aperta, quam ipse videbat, nec indigebat verbis fidem astruentibus, nisi forte oculis minus creditur, quàm auribus) vade*, inquit, *quò properas.* Peruersa ergo mente ibat, ideo via eius Angelo contraria, de reditu interrogat, cũ

11. Carnalium mos & deceptio.

statim redire debuisset, quia voluntatem non habebat redeundi, quod sæpè & mentibus euenit carnalibus, Dei consilium sciscitantur, eiusque ambiunt scire voluntatem in his, à quibus statim auertere, aut illicò prosequi deberent; at quia vti alteri Balaamitæ, voluntatem veram non habent Deo obsequendi, sed suam complendi, ideo & tardant, & inquirunt, sanctosque percurrunt, vt randem ex multis vnum inueniant ad eorum voluntatem, desideriumque respondentem: non secus ac perfidus iste, quem Angelus occidisset, nisi iumentum se auerteret, de quo ipsa Dei summa curauit prouidentia, quia hominis, etsi indigni, iumentum.

Exod. 23. 12.

Sex diebus operaberis, præcepit populo suo, Exodi 23. 12. at cur? *vt requiescat bos, & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.* Mira, & dulcis Dei nostri prouidentia erga nos, nostraque. Ita Deus noster nobis prospicit, vt vsq; ad circumspectionem defatigationis bouis, & iumenti nostri descendat, ne labore fessa deserture ampliùs non possint, requiem mandat, & sic prouidet nobis, & illis: vnde non solùm de seruis nostris illi cura est, sed etiam de animalibus, de bobus, de asinis randem nostris, quo quid amplius dici potest?

11. Dei prouidentia vsq; ad aues se extendit.

At quid de iumentis solùm Deo est cura? numquid non de auibus etiam, quæ nullius considerationis? sic equidem, talemque de eis curam habet, vt cœlum mutet, mareque mitescat. Quam Dei singularem prouideotiam elegantissimè considerauit Ambros. lib. 5. Exam. cap. 13. in volatili illo Alcione, quod fætans hiberno circa mare tempore, cœlum Deus temperat, & mari iubet, ne fremat: quod Ambrosius perpendens, ex huius animat hominem consideratione ad totaliter Deo fidendum, etiam si procellas contra se videat, etiamsi horribiles afflictionis vndas. *Si ergo*, ait Ambrosius, *auis minuscula contemplatione insurgit mare, & repentè comprimitur, atque aspera hiems, inter ingruentes* *Ambros.*

A *procellas, tempestatesque ventorum detegit cœli nubila, fluctusque componit, elementis omnibus subito infusa tranquillitas; quantum præsumere debes, ô homo! qui te ad imaginem Dei factum agnoscis?* Optimum & validum argumentum; sed cum eiusdem addito sancti, dum sic sequitur: *Si tamen aniculæ istius fidem studio deuotionis imiteris, illa tempestatis videns surgere, sæuire ventos inter hiberna sæua, non reuocatur, neque reflectitur: & ne putes, quòd onorum videatur habere contemptum, continuè vbi deposuerit oua, nidificat, & suo partus corpore fouet, neque saluti propria allusione litteris pertimescit, sed secura de Dei gratia, ventis se committit & fluctibus, & teneros fœtus, non latibulis aliquibus abscondit, aut tectis, neque includit cauernis, sed nudo & rigenti committit solo, nec defendit à* B *frigore, sed diuino fœta tutiores fore existimat.* Nil melius, nil præclarius. Sic Deo fidendum, sic eius prouidentiæ nos committere debemus, sicut auis ista, quæ plus in diuino fidit fœtu, videns contra se mare intumescere, ac horridas sustollere vndas, quàm in absconditis cauernis, tectisque. Ostendens nobis, ac nos suo docens exemplo, vt si velimus Dei prouidentiâ regi, non in equis, non in armis, non in principibus spem reponamus, & auxilium, sed in solius Dei nostri brachio, ac prouidentia, firmiter, immobiliterque in ea fisi, ac confisi, in nullo timentes, aut addubitantes, nam qui & animalibus, & auibus prouidet, cur & nobis non prouidebit?

12. Homo vt Deo fidere debet.

Considerate, inquit Deus, & Dominus noster, Matth. 6. num. 26. *volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cœlestis pascit illa, nonnè vos magis pluris estis illis?* Si ergo hæc pascit, quæ ita ad se pascendum inutilia, quomodo non pascet homi- C nem, cui, vt se pasceret, & cœlum dedit & terram? Immò in hac summa Dei prouidentia de animalibus, illud notandum, quod pulchrè, Ambros. lib. 5. Exam. cap. 7. tom. 4. hunc Matthæi expendens locum considerauit; tantam scilicet Deo de animalibus fuisse curam, vt priùs eis cibum, quàm homini apparauerit: vtpotè quia neque serere, neque metere scirent; ex quo Dei infinitam, seu, vt ipse ait, profundam elicit prouidentiam, quæ, etsi minimis tamen non deficit rebus: vnde super illa verba: *Germinet terra herbam virentem*, sic ait: *In hoc, quòd priùs pecori pabulum, quàm cibus homini est creatus, primam profundum Dei debemus aduertere, quòd etiam minima quaque non negligit, sicut ait in Euangelio, Respicite volatilia cœli, &c.* Immò non possum hic deuotam Chrysostomi deserere considerationem, homil. 10. in Genes. super illa verba cap. 1. num. 29. *Ecce dedi vobis omnem her-* D *bam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum.* Quo in loco duo Sanctus considerauit Pater. Primum, escam Deum parasse, non solùm domesticis brutis, sed etiam & feris. *Vide abyssum misericordiæ*, inquit, *non solùm brutis, & domesticis, & nostro vsui seruientibus, vel pascendo, vel ministrando, sed & feris prospexit.* Et secundum, priùs Deum produxisse bestiis pabulum, quàm eas crearet, atque ad Adamum adduceret, dominumque illarum constitueret, ne dum se tantorum videret dominum animalium, sollicitus de cura eorum esset anxius de prouisione, ac proinde dominium stomacharetur: *Magna Domini erga*

Matth. 6. n. 26.

Ambros. 13. Deus priùs cibum animalibus quàm homini apparauit, & cur.

Chrysost. Gen. 1. n. 29.

14. Deus prius de pastu prouidit animalibus quàm ea duceret ad Adamum, & cur.

hominem, ait, quem condidit, ostenditur cura: nam A *postquàm ipsum produxit, & omne ei dominium creaturæ tradidit, vt ne statim ab initio iumentorum multitudinem videns, stomachari possit, quasi non sufficeret ad alenda tot, & tanta animalia, priusquàm de hoc cogitaret, bonus Deus præueniendo, demulcet eum, vt sic dicam, & ostendit, quòd tam ipse, quàm iumenta, & bruta omnia, præcepto Domini, omnem copiam, terra suppeditante, sit habiturus.* Nil deuotius: sollicitudinem ab homine tollere voluit, vt disceret sine cura esse, quando cæterorum ei demandat curam; immò & suam etiam ei deserere, nam qui, antequàm essét aues, eis de cibo prouidit, quomodo homini deficiet, ad cuius illæ creatæ seruitium?

15. Præiatus à Deo electus sine solicitudine sis temporalium.

16. Christus de Dei prouidentia agens cur volatilia cœli nominauit.

At in Christi Domini nostri auctoritate, verba eius attentè expendenda: nam non simpliciter ait: *Considerate volatilia*, sed addidit *cœli*, id est, volatilia, quæ per cœlum volitant, quæ parùm, aut nihil, in terris stant: horum equidem exemplum posuit, B & non volatilium continuè in terra demorantium; illa enim, si benè attendamus, non solùm nobis argumentum spei in Dei præstant prouidentia; sed etiam modum aperiunt ad nos eam attrahendi, cū si benè hæc attendas volatilia, inuenies eorum vitam è terra pendere, pastum suum, victum suum, & aquam suam: & tamen, cùm hoc sit, parùm de terra curant, semper per cœlum volitare desiderant, semper in cœlo stare, si semel illis concessum fuisset. Fac tu similiter, & Pater cœlestis pascet te, tibique prouidebit: sis passer cœlestis, non terrenus, & DeusPater pascet te, absque eo quòd labores, quòd desudes: velim enim dicere, quòd si vis, vt Pater ille summus specialiter, peculiariterque de te curet, itavt sine labore, vt sic dicam, panem comedas, non C sis ampliùs passer terrenus, sed cœlestis, hoc est, vt non sis ampliùs terrenus, sed cœlestis homo.

17. Homo vt erit passer cœlestis.

18. Dei prouidentia de Adamo differens post ac ante peccatū.

Adamum velim considetes in illo fœlicissimo statu, quando non homo terrenus, sed propemodùm cœlestis, quomodo Deus tunc illum pascebat? qualis erat Dei cura de illo? Recole, quæ suprà diximus cap. primo, num. 15. & videbis, quomodo sine labore, sine defatigatione illum Deus pascebat: at factus homo terrenus, & ex illo fœlicissimo decidens statu, illicò audiuit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Gen. 3. 19. & iure quidem: nam sicut priùs Adamus Deum amando, & contemplando, totus Dei erat contemplationi addictus, meritò Deus de illo curabat, sic vt nulla sui Adamo esset cura, quia tota Adami de solo Deo: at cùm Deum ob vxorem deseruit, & diuisus fuit, vt inquit Apost. D ad Cor. 7. 33. iusto, æquoque factum fuit iure, vt etiam & cura ipsius, non solius Dei esset, sed & eius, & Dei; Adami laborando, desudando, defatigando, Dei autem, incrementum labori præbendo: ergo dum Adamus tantùm cœlestis extitit, dum passer cœlestis, vt sic dicam, Deus Pater absque suo labore illum pascebat: at dum factus terrenus, terrenusque passer, non solùm Deus, sed Deus cum ipso.

Gen. 3. 19.

Ad Cor. 7. 33.

19. Prouidentia Dei duplex suprema, & infima, & de quibus ambæ.

Enimuerò duo sunt hominum genera: vnum peccatorum, alterum sanctorum: vnum, quod mundo deseruit, alterum, quod Deo: vnum tandem, quod etsi Deo, tamen etiam mundo: alterū, quod soli Deo, omnino indiuisum, soli ipsi vacans: vtrumque pascit Deus, de vtrisque curam habet, sed hoc cum discrimine, vt si primis etsi prouideat, ipsis tamen laborantibus, defatigantibus, desudantibus, vsque ad mortem laboribus insistendi: secundis verò panem præstat absque labore, absque sudore, iuxta illud inferius, cap. 16. num. 20. *& paratum panem præstitisti eis sine labore*, itavt istis non serentibus, neque metentibus, neque in horrea congregantibus, Pater cœlestis solus pascat illos, & primam de illis habeat prouidentiam, sicut de illis alijs vltimam, vt dixit Origen. hom. 1. in Genes. explicans illa verba, Isai. 66. *Cœlum mihi sedes est*, vbi ait, *Quòd dicit, cœlum mihi sedes est, ita dignè de Deo intelligitur, vt sciamus, quia in his, quorum in cœlis conuersatio est, Deus requiescit, & residet: in his autem, qui adhuc terrenum propositum gerunt, vltima pars eius prouidentiæ inuenitur.* Optimè: vltima pars Dei prouidentiæ inuenitur, non prima, nam prima erat illa, quę Adamo prouidebat absque eius labore: secunda verò, quæ cum eius: prima ergo in Dei seruis inuenitur, non secunda: prima in illis, qui cœli passeres, qui per cœlum volitantes, etsi victus eorum de terra pendeat, parùm tamen, aut nihil de terra curant; hos Pater cœlestis pascit; de his B primò, & principaliter curat. Vnde meritò Dominus noster volens nos ad summam Dei remittere prouidentiam, non solùm vt in ea confidentes essemus, sed etiam vt ad nos eam attrahere possimus, exemplum posuit, non de quibuscumque volatilibus, sed de volatilibus cœli, de quibus asseruit, quòd etsi non sererent, nec meterent, nec in horrea congregarent; tamen Pater cœlestis pascit illa absque eorum labore, absque eorum cura, quia ipsa sine cura: vnde rectè consulit Augustinus in fine libri primi Soliloquiorum, tomo primo, hominem totum Deo, totaliterque se diuinæ eius committere prouidentiæ debere, vt eum ad se Deus auocet, tebusque suis attendat: *Constanter*, ait. *Deo crede, eique te totum committe quantùm potes: noli esse velle, quasi proprius, & in tua potestate, sed eius clementissimi, & vtilissimi domini te seruum esse profitere;* C *ita enim te ad se subleuare non desinet, nilque tibi euenire permittet, nisi quod tibi prosit, etiam si nescias.* Hoc postremum adnotandum: sic securus de Dei prouidentia, qui in illum totaliter viuit, debet existere, vt etiam si ignoret, an futurum ei bonum, quod experitur, credat bonum sibi, etiamsi nesciat: tantùm procuret passerem esse cœli, & de prouidentia non dubitet, nam tales, etsi animalia, etsi vilia, etsi nullius pretij, tamen Deus pascit.

Infrà c. 16. 20.

Origen.

20. Dei serui de his inferioribus curare non debent.

August.

21. Diuina prouidentia quomodo ad nos attrahenda.

22. Confidentia in Deū qualis debet esse.

At quid multum hoc est? cùm non solùm de viuentibus pietatem, curamque Deus habeat, sed etiā de rebus inanimatis, de lapidibus, & muris, vnde dolet, quando casuros eos prospicit: *Videns Dominus ciuitatem Hierusalem, fleuit super illam*, inquit Lucas cap. 19. 41. eiusrationem addit: *Quia* D *venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem.* Plorauit ergo ciuitatis destructionem Dominus noster, murorum casus, domorum excisiones, inanimatarum rerum abolitiones, qualis ergo est ista pietas, quàm grandis, quàm maxima? Ex qua licet optimè deducere, quòd si de illis dolet, quando cadunt, ante prouidet etiam, ne cadant, & corruant. Quam de rebus prouidentiam inanimatis aptè considerauit Caëtanus in illa verba Genesis. *Descendit Dominus, vt videret turrim:* vbi sic ait: *Descendit itaque Deus, id est, habuit se ad similitudinem descendentis, quatenus extendit se, non quidem corporali motu, sed curâ, & prouidentiâ, vsque ad hæc infima, humanas scilicet actiones, & sin-*

23. Dei prouidētia vsque ad inanimata se extendit.

Luc. 19. 41.

Caiet.

gularia hac corpora, qualia sunt ciuitas, & turris.
Si igitur de inanimatis Deus curat, quid dicendum
de animatis? si de iumentis, quid de hominibus? &
tandem si de peccatoribus, quid de sanctis, & iu-
stis? Et si de inanimatis curat, ingens est eius pro-
uidentiæ magnitudo, grandis, maxima, propemo-
dùm infinita, vt meritò dicat noster Sapiens, quòd
attingit à fine vsque ad finem, &c.

§. 2.

De fortitudine diuinæ prouidentiæ.

AT si prouidet omnibus, tam animatis, quàm
inanimatis, numquid debilitet, an fortiter?
equidem fortiter, ac potenter; semper potenti sa-
pientia, vt inquit Bernard. attingit finem, quem
vult, quem intendit, etiamsi contraria media vi-
deantur; immò ipsis mediis contrariis sæpè ad fi-
24. Fortitudo diuinę prouidentiæ in quo consistit. — B nem suum vtitur obtinendum, in quo fortitudo,
potentiaque ipsius diuinæ consistit prouidentiæ:
ita vt rectè Chrysost. exclamet lib. primo de Pro-
uidentia, admirans diuersa, disiunctissimaque inter
se concordi fine per diuinam prouidentiam con-
Chrysost. necti. *Mirabile est hoc*, inquit, *sed verissimum, quæ*
25. Medijs quæ ad finem videntur cõtraria vtitur Deus ad illum consequendum. *enim fiant à Deo, cum diuersa videntur, & disiun-
ctissima; vno tamen, concordique fine sibi inuicem
consentiunt.* De qua re nos, etsi suprà capite præce-
denti, num. 30. attamen & alia addere non pigebit.
Considera ergo dictum: contraria scilicet con-
cordi fine inter se ad Dei consequendum connecti.
In illius eductione populi ab Ægypriaca seruitute,
aderat tempus liberationis, adimpleta erant qua-
dringenta illa annorum curricula, quibus expletis
promiserat Deus Abrahamo, liberaturum semen
suum, quis non crederet media ad hoc exequen-
C dum, exaltationem futuram populi in Ægypto,
principatum in illa terra, gratiam apud Regem,
primatesque eius? At non sic, sed è contra factum:
nam quo liberatio erat propior, eò pressura maior,
Exo.1.10. eò seruitus strictior. *Venite*, inquit Pharao, Exod.1.
26. Pharao cur filios oppressit Israel. num. 10. *sapienter opprimamus eum, ne forte mul-
tipliciter, et si ingruerit contra nos bellum, addatur
inimicis nostris, expugnatisque nobis, egrediatur de
terra.* Motiuum ergo oppressionis, timor extitit
Rupertus. exitus populi à terra, vt inquit Rupertus: velim
enim dicere, eò apud illos Reges ansam retinendi
populum creuisse, quò propior eius erat egressio:
medium hoc contrarium fini videtur, vnde ex hoc
desiderio euenit, vt amplius, ampliusque filij op-
primerentur Israel, tum laboribus, tum oppressio-
nibus, tum occisionibus, ita vt dicat Scriptura, quòd
*ad amaritudinem ducebant Ægyptij vitam eo-
rum operibus duris luti, & lateris, omnique famula-
tu, quo in terra operibus premebãtur.* Et quod caput
D est, Deo permittente, vt summoperè ipsi Ægyptij
odissent filios Israel: *Oderuntque filios Israel Æ-
gyptij & affligebant illudentes eis.* Quis ergo vidẽs
hæc, simulque ea attendens, crederet prope iam es-
se liberationem, & hæc media tam inter se dissonã-
tia, vniformia esse, vt inquit Chrysost. ad Dei finem
assequendum? nam ex hac iniusta persecutione,
tyrannideque, ortus est clamor filiorum apud Deũ,
desideriumque egressionis, quod aliàs non habuis-
sent, iustusque titulus apud Deum populum illum
iudicandi, sicut Abrahamo dixerat, verborumque
eius complementi, liberationis scilicet populi, non
quomodolibet, sed cum magna substantia, Genes.
Ge.15.13. 15.13. *Scito, prænoscens*, dixit Deus Abrahamo, *quod*

A *futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijciẽt
eos seruituti, & affligent eos quadragentis annis: ve-
rumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo,
& post hac egredientur cum magna substantia.* Tol- 27.
le nunc tyrannidem à Pharaone, tolle oppressio- Tyrannis Pharaonis vt Deo famulata.
nem iniustam: tolle seruitium, quod expetebat, non
debitum absque mercede: tolle occisionem; tolles
simul omnem Dei dispensationem: tolles, etsi non
promissum, saltem promissi modum: nam Deus
promiserat educturum semen Abrahami iudican-
do gentem illam: tolle peccatum, non erit amplius
iudicium, & sic licèt populus egressus esset, non ta-
men eo modo, quo Deus dixerat, quod impossibi-
le. Ergo vt populus egrederetur, sicut Deus dixerat,
tyrannidis permissio extitit necessaria, quæ dum
contra filios Israel insurrexit, eos occidendo, & op-
primendo, famulata est Deo, ansam ei præbendo
iudicandi illam, populumque suum liberandi: vnde
illud met medium, quod erat perditionis, fuit exe-
B cutionis promissi, & vnde incepit tyrannis, inde
principium libertatis, & quò maior hæc fiebat, eò
propior diuinæ executio voluntatis, vincens sem-
per, & victrix remanens summa illa prouidentia
diuina.

Hinc, & ex hac radice fit, vt sæpè mala, quæ no- 28.
bis accidunt, dum nostra putantur exitia, non sint, Mala nobis sæpè vtilia.
nisi incrementa, & per ea, quibus ad perditionem
duci putamus, nonnisi ad exaltationem ferimur,
quia mala deserentes, ad Deum peruenimus. Quod
considerans Hieronym. in illud Oseæ 2. nempe: *Hierony.*
sepiam viam tuam spinis, grauiter ponderat, sæpè
Dei prouidentiâ fieri, vt nobis accidant mala, vt ad
Deum redire cogamur. *Ex quo intelligimus*, ait,
*quòd prouidentia Dei sæpè nobis accidunt mala, ne
habeamus ea, quæ cupimus, vt variis calamitati-
bus huius sæculi ad Deum redire cogamur.* En tibi
C filij Israel, nisi calamitatibus opprimerentur ollas
carnium, Ægyptiorumque cæpas nunquam dese-
rere intentassent: cupierunt ergo exire, quia afli-
cti: clamauerunt, quia oppressi: exauditi sunt, quia
quod iustum petebant: vnde Dei illa, quæ appare- 29.
bat seueritas, non erat nisi misericordia; non secus Dei seueritas misericordia.
ac illa, quam erga fratres sanctus exhibuit Ioseph,
qui dum eos cruciabat, amabat, de qua Sanctus ex-
clamat magnus Gregorius homil. 11. in Ezechiel. *O
tormenta misericordiæ, cruciat, & amat.* Pulchrè *Gregor.*
afflictiones tormenta, non iræ, sed misericordiæ
vocat; nam dum ab amore procedunt, non ad inte-
ritum, sed ad exaltationem tendunt afflicti: cruciat
amando, quia sic amati bono expedit: & amat cru-
ciando, vt per cruciatum ad exaltationem amatum
perducat; quod dum carnalis non intelligit hu-
mana mens, in afflictionibus expauescit, ac deficit,
exitium reputans viuificationem, interitum vitam,
Dei nescia fortitudinis prouidentiæ, quæ contrariis
D sæpè sæpius, ac inter se repugnantibus mediis for-
titer suum finem consequitur.

Ecce tibi, præter Israëlitas, & Adamum primum
parentem in exemplum: numquid qui pœnas illi à
Deo inflictas audiret, eiusque à Paradiso expulsio- 30.
nem videret, mortalemque eum effectum, non di- Adami pœnæ proficuæ.
ceret, actum esse de Adamo, mortale genus iam pe-
remptum, victorem contra Deum euasisse Diabo-
lum? At non sic: immò è contra, nam, vt egregiè
adnotat Chrysostomus, si Deus Adamo pœnas non *Chrysost.*
inflixisset, si à Paradiso non eiecisset, si mortalem
eum non fecisset: tunc Diabolus victor, tunc Dei
summa delusa prouidentia, [illegible] & Adamus Deo
amplius non credidisset, Diabolum [illegible], pec-

candique finem nunquam fecisset, vnde ad Paradisum, gloriamque vnquam peruenisset; id quod summoperè à Diabolo expetitum: Nam, *si pollicente Diabolo*, inquit Chrysost. vbi suprà, *æquales illos Deo se ostensurum, post prauaricationis reatum in eodem honore perstitissent: tria profectò incurrissent supremæ scelera: primò enim Deum maleuolum, & iniustum, seductorem, & mendacem extimassent: secundo verò seductorem, maleuolentiaque, mendacij, & inuidiæ parentem, beneficam, atque amicum putauissent: postremò peccare mortaliter, & absque vllo fine perstitissent.* Eadem ergo media, quæ perditionis videbantur, fuere saluationis, & per illa saluatus Adam, quibus quòd periisset, iam putauerat dæmon: nam à Paradiso exturris, & mortalis factus, sui luens pœnas reati, didicit & Deo credere, & Diabolum abhorrere, finemque facere peccandi: vnde pœnitentiali vita compunctus, vt sic dicam, aditum (gratiâ accedente diuinâ) sibi ad cœlestem Paradisum obtinendum extruxit, dum à Diabolo deceptus, terrenum amiserat, ac perdiderat, in nullo vinceus Diabolus, sed semper vincens, & victrix existens diuina prouidentia, fortiter attingens, & ordinans omnia in finem semel ab illa destinatum.

31. Diaboli actus in tentatione Adami vt Dei gloriæ obsecundauit.

Immò considerandum, sic longè ab infractione diuinæ Diabolum extitisse voluntatis, vt actu suo, qui eam per hominis peccatum infringere curauerat, potiùs firmauit: immò etsi nescius, ignoransque, sic ille diuinæ obsecundauit gloriæ, vt dum priùs ista sola extabat in salutis hominum misericordia, eos saluando: post peccatum comperta est, & in iustitia, impios castigando. Vnde sicut in cœlo per misericordiam, iustitiamque, bonos Angelos saluando, malosque perdendo, Dei gloria magnificata est: sic post peccatum, iustos saluando, malosque perdendo, quod non fuisset, si Adam non peccasset, cùm nullus esset tunc reprobus, nullus præscitus; hinc in homines sola triumpharet misericordia, nulla iustitia.

32. Adami peccatum vt in Dei gloriã cessit.

Vnde ipsummet peccatum, quod in homine ad eum perdendum procurauit impius dæmon, medium extitit ad Dei completam, perfectamque gloriam, per misericordiam, atque iudicium, decantandam: semper victrix, semper vincens ipsa diuina prouidentia, non amittens suus, quos semel ad gloriam elegit, donans liberè, quos nunquam efficaciter voluit, quod est illud (vt hoc semel addam) quo validè cruciatur dæmon: nam etsi inuidiâ motus perdere procurauit hominem; eius tamen bellum non tàm contra hunc, quàm contra Deum extabat, vt sup. ex Chrysost. & alijs sæpè diximus:

33. Dæmon quid prius in casu Adami intendit.

vnde, quod in casu Adami tentauit, primum extitit efficax Dei decretum de hominum prædestinatione infringere, si posset, quod si semel effecisset, proculdubio suprà Deum se erexisset, potentior illo existens: hinc eius hominum sitis, non equidem tantùm est damnatorum, quantum prædestinatorum:

34. Sitis dæmonis de animabus iustis.

hinc eius insatiabilis voracitas, immò insatiabilitas, vnum tantùm satagens à Deo eripere ex istis; vnde omnia illa, quæ in inferno secum hominum centena habet millia, pro vno ex prædestinatis libenter daret, pro nihilo tali exsatiatus multitudine, pro nihilo eam reputans:

35. Dæmõ pro vno prædestinato omnes quot quot habet in inferno daret.

hinc ampliùs contra Christianos bellum exercet, quàm contra Gentiles, aut qui ex gremio non sunt Ecclesiæ; putat enim hos prædestinatos, ideo magis contra eos furit, cæteros paruipendens. Quod (ni fallor) explicuit ipsemet Deus, dum de Diabolo sub Beemoth figuram, cum Iobo agens,

A cap. 49. num. 18. inquit. *Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quòd intret Iordanis in os eius.* Vbi magnus Gregor. per fluuium, gentilitatem, humanumque genus intelligit, per Iordanem, Christianorum gentem: immò infrà, per fluuium, ipsus Christianos, sed malè viuentes: per Iordanem bonos, & piè conuersantes.

Iob. 40. num. 18. Gregor.

Habemus adhuc, inquit, postquàm dixit, per fluuium gentilitatem, per Iordanem Christianos designari, *quod hac in re subtilius perpendamus: hi enim, quos per Iordanem diximus exprimi, possunt per fluuium designari; qui enim fidem iam veritatis agnouerunt, sed viuere fideliter negligunt, rectè fluuius Dei dici possunt, quia videlicet deorsum fluunt.* Quod cùm dixisset, per Iordanem affirmat designari eos, B *qui viam veritatis appetentes, semetipsos abijciunt, atque à vita veteris elatione descendunt; & qui, cùm æterna cupiunt, valdè se ab hoc mundo alienos reddunt.* Viros ergo Sanctos, & spirituales per Iordanem Sanctus intelligit.

36. Diabolus sitis est hominum spiritualium.

Diabolus igitur etsi totam absorbet gentilitatem, etsi omnes infideles, non miratur de hoc, nec eius satis voluntati factum est, ad escam properat electam, sperans hanc (quæ sua est malignitas) è Dei eripere manibus, illam summam, æternamque infringendo voluntatem: *Neque enim*, inquit Gregorius, *mirum deputat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, auaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans necat: absorbebit ergo flumen, & non mirabitur, quia pro magno non extimat, cùm eos deuorat, qui per ipsa sua vitæ studia deorsum currunt, sed illos magnoperè rapere nititur, quos despectis terrenis studiis, iungi iam cœlestibus contemplatur.* Nil melius: hos eripere gestit, quia prædestinatos C reputat. At quid proficit læua malignitas, ignorans præsomptio? tantum abfuit, vt Dei circa prædestinatos infringeret, aut mutaret voluntatem, vt (si ita dicere licet) sic ab hoc temerario mota est ausu diuina voluntas, vt non solùm suam de prædestinatis firmauerit sententiam, sed ampliùs omnes, & capillos horum enumerans, iurauerit, quòd nec quidẽ vnus de capite periturus erat eorum.

37. Deus cur sanctorum capillos numerauit.

Hoc dixit Dominus noster Matth. 10. num. 30. *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt:* ad quid numerari? scilicet, ne cadant, ne pereant; dixerat enim, animans eos contra mundi potestates: *Nonnè duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro?* post quæ: *vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.* quod non dixit de passeribus, scilicet eos esse à Patre numeratos. Ex quo infert conclusionem, quòd si passeres, qui non numerati, qui asse venduntur, D non cadunt sine voluntate Patris: quantò magis, nec eos casuros, quos tanti magnifacit Pater, vt & capillos (ne pereãt scilicet) numeratos habeat. Vnde & sequitur: *Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.*

Math. 10. nu. 30.

Hinc, vt diximus, nec eorum capillus deperdendus: semper victrix, semper vincens sapientia illa diuina. Ob hoc propè mortem exultauit ipse Dominus, profitens nullum ex prædestinatis sibi à Patre datis, perditum, nisi præscitum, Ioan. 17. num. 12. *Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Hinc se diuinæ conformans voluntati, pro prædestinatis, non autem pro reprobis orat. *Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo; tui erant, & mihi eos dedisti*, vt scilicet saluarem. *Ego pro eis rogo, non pro mundo*, hoc est, reprobis,

38. Christus cur exultauit propè mortem.

Ioan. 17. num. 12.

A *rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt:* triumphans in his, nihil curans de reliquis, quos nunquam efficaciter voluit, nec suos vnquam efficaciter dixit. Vnde & ex dictis patet, vt de peccato, sic de Diabolo ipsam diuinam triumphasse sapientiam, vt etsi media contraria, & ad finem à Deo præstitutum, dissonantia essent, tamen (quæ sua est diuinæ prouidentiæ fortitudo) ad ipsummet finem ipsa effecit conducentia. Adamus media à Paradiso eiectione, pœnaliterque, saluatur: per eius peccatum misericordia, diuinaque iustitia exaltantur: dæmonis astus ipsam firmauit amplius electorum prædestinationem: de illo, non aliis triumphans Deus armis, quàm suis, fortiter, immobiliterque attingens finem. De qua re eleganter Ambros. de pœnit. lib. 1. cap. 12. tractans enim de bello, quod Diabolus sancto intulit Iob. & quomodo iisdem Deus suis eum debellauit armis, dum etsi in corpus sancti insurrexit, tamen seruauit animam, eius factus custos, qui ad eam perdendam se armauerat, vbi Ambros. *Quanta vis Christi*, ait, *vt custodiam hominis imperet ipsi etiam Diabolo, qui semper vult nocere: imperante Christo. & Diabolus ipse fit præda sua cautos, vel inuitus, tamen mandatis obsequitur imperijs: sit ille semper malus, vt sit bonus Deus semper, qui malitiam eius nobis in gratiam conuertit: vult nocere ille, sed nō potest, si Christus obsistat, carnem vlcerat, sed custodit animam, terram deuorat, sed reseruat spiritum.* Nil melius. B

Ambros.

39. Diabolus Dei prouidentia sæpè seruat quos perdere intendit.

At non solùm in hoc diuinæ fortitudo elucet prouidentiæ, scilicet in concordantia mediorum contrariorum ad vnum finem consequendum, quem sibi ipsa proposuit; sed etiam eò maximè in assequendo scilicet tunc finem, quando iam desperata res ad vltimum est redacta, ita vt omninò prudentia diffidat humana, & quòd de se actum iam sit, omninò pronunciat. Piaculum equidem me facturum existimarem, si aliquid è verbis Augustini serm. 89. de Tempore de hac re tractantis, demerem, qui hanc Dei in desperatissimis rebus considerans prouidentiam, ponderans factum illud, populi scilicet Israelitici per mare rubrum transitus; sic dilucidè, sic eleganter illud perstringit, vt iniuriam lectori me inferre putarem, si eius verba non subnecterem. *Stabant Hebræi*, ait, *vindicta dominante illæsi, quos non tantùm propria salus lætos reddiderat, sed & hostium plagas lætiores effecerat, exeunt læti, eunt securi, Domino protegente inuicti; tunc pœnitet Pharao, quòd viuat, & tuasisse eum, tanta eius scelera non sustinebant, vt qui in tantis plagis nullam emendauerat culpam, qua fuerat compedes, exquirebat.* Nil verius: multoties sic peccatorem pondera suorum premunt scelerum, vt etsi Deus à iusto liberare eum intendat flagello, ipsemet, quasi vitæ exosus, in illud se conijciat, ac submittat; ad illud ipsomet suorum pondere peccatorum inclinatus, & adactus. Sequitur August. *Iungit curras, exercitum præparat, aciem dirigit, nemo relinquitur, qui saluari mereatur, includuntur persequentibus Ægyptiis Hebræi inter mare, & hostes, inter vndas, & gladios: hinc mare spumat, inde arma coruscant: hinc aquarum, inde armorum strepitus: sic operari Deus in suis assueuit, vt vbi deficit humanum consilium, illic intercedat diuinum adiutorium: quibus visis populus territus formidabat, cū conspiceret rapidos cursus, imbuere littoribus mare, & vniuersi exclamant ad Moysem: dum Pharaonis dominio carere volumus, discrimen inquiunt, inuenimus; quibus Moyses sanctissimus ait: ne formidetis, estote fide armati, credite victoriam vestram iam properare, & gentis furentis interitum, non cōsentientibus ventis, aquarum volumina imperfectis cursibus refrenantur, ne hostes vestros ante puniant, quàm subeantur: statim diuino iussu virga ictu rāpitur mare, & diuisis vndis, campos, quos natura non nouerat, exhibuit: erigitur in cumulum pelagus, & murorum instar, suspensos exhibet fluctus: fit littus vbi fuerat pelagus, & limite recto via porrigitur, vbi populus Domini mirabiliter graderetur: ambulabat securus, Domino pugnante inuictus: sequitur Pharaonis exercitus, aquarum supplicio periturus, sicque Dominus locutus est Moysi: nunc aduenit Ægyptii interitus, ad pristinum statum redeat mare, vt salutem iustis, interitū operetur iniustis.* Quid elegantius? seu quid amplius ad declarandum prouidentiæ vim diuinæ? Considera verba, ac sententias, & perspicies, quòd nihil amplius Augustino addendum, sed simul cum illo concludendum, talem vim diuinæ existere prouidentiæ, vt tunc illa vincat, quando humanum deficit consilium: & si verè, ac rectè sentire velimus, concludendum, tunc nobis sperandum, quando desperatum.

40. Fortitudo diuinæ prouidentiæ in rebus assequendis, desperatis.

August.

C

41. Peccator sæpè seipsū in Dei flagellum immittit exosus viuere.

D

42. Tunc sperandum quando desperatum.

Ego dixi, aiebat Sanctus Propheta Dauid, Psalm. 30. 22. *in excessu meo: proiectus sum à facie oculorum tuorum.* In excessu dixit, hoc est, in desperatione, & in animi deliquio; vnde in Hebræo: *Ego in desperatione mea dixeram: proiectus sum.* Campensis sic exponit. *Ego quidem olim in anxietate summa constitutus, abiectum me esse putabam abs te.* Ergo excessum suum desperationem suam dixit, anxietatem suam, qua desperabat, humaniter considerans seipsum: at etsi in desperatione, diffidit ne, spemque amisit? immò & auxit, tuncque se exauditum auxiliatumque credidit; vnde & sequitur. *Ideo*, id est, ob hoc, *exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.* Quid est hoc? tu priùs desperabas, quomodo nunc exauditum te esse proclamas? Ne mireris, erat iam res secundùm humanam desperata prudentiam, & tunc, quando desperata, adfuit diuina, quæ vi, efficaciâque suâ adhibuit auxilium, vbi deficiebat consilium: & sic exauditus Dauid, quando desperatus, quia tunc victrix, & vincens existit diuina hæc prouidentia: & tunc fortitudo eius magis elucet, quando in desperatissimis rebus, & modum inuenit, & finem suum consequitur, quod est illud nostri Sapientis, dum dicit, *quod attingit à fine vsque ad finem fortiter*, id est, indubitanter, securè.

Ps. 30. 22.

43. Dauid tunc se exauditum credidit, quando magis desperata res iudicabat.

§. 5.

De suauitate diuinæ prouidentiæ.

AT si fortiter, numquid insuauiter? immò suauissimè: *attingit à fine vsque ad finem fortiter, sed suauiter disponens omnia.* Hoc mirum, hoc magnum in Dei prouidentia, sic infallibiliter suos attingere fines, vt nulli creaturæ vim inferat, nulli coactionem. *Sic itaque administrat omnia*, inquit August. 7. de Ciuit. cap. 30. *quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere motus, & actus sinat*, vti diximus in Commentario. & libro quinto contra Iulianum. *Neque Deus*, ait, *naturas creat, vt leges auferat, quas dedit natalibus cuiusque naturæ.* Vide quæ diximus cap. 1. num. 3.

44. Deus nulli creaturæ vim infert.

August.

Suauiter ergo gubernat, quæ suauitas in eo consistit, in eligendo scilicet media ad finem consequendum, creaturæ ita proportionata, vt omninò

45. Suauitas Dei prouidentiæ in quo consistit.

videas Deum totaliter se creaturæ accommodare, A itavt eas ducat, non suam considerans naturam, sed illarum, adaptans se illis, qui etsi posset omnia solus ipse efficere, vellet nollet ipsa; tamen ita se illi

46. Deus non cogit creaturam ad id quod molestè faceret si iuberet.

accommodat, vt non solùm nullam ei inferat vim, sed quod maius est, ea eligit media, quæ sunt ipsi in illo hîc, & nunc magis accommodata, ac proportionata, non solùm vim non inferens naturæ. sed nec cogens illam ad id, quod hîc, & nunc molestum illi foret, si ageret, quamuis posset.

47. Cur populum directè non duxit ad promissionis terram.

Hoc considerandum in mirabili eductione populi illius ex Ægypto, in qua cùm Deus tot, tantaque egisset, itavt nec cœlum, nec terra, nec aër, nec elementa, nec mare, nec animalia remanserint, quæ Deus sua non immutarit admirabili omnipotẽtia: tamen post egressum, apertis verbis loquit Script.

Exod. 13. 17.

Exod. 13. n. 17. quòd *non eos duxit Dominus per viã terra Philisthijm, qua vicina est*: cuius rationem assignans, ait: *reputãs, ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersùm se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum*. B Mirum, & mirandum: numquid impotẽs erat Deus ad animum, viresque eis præbendum, qui tot patrarat mirabilia? numquid iam desierat potẽs esse, itavt vnico intuitu omnes illos submergeret populos, si vellet? non equidem: sed ratio est illa,

Dionys.

quam tradit Dionys. 4. de Diuin. nominib. *Quia Deus naturam non destruit, neque violat*. Violasset, vimque illi intulisset, si per terram Philisthijm populum duxisset, nam recenter è seruitute eductus, ac pro hoc animum timidum, imbellemque habẽs, violasset illos Deus, supraque eorum naturam aliquid eos facere præcepisset, si statim ad bellandũ coëgisset; quod cùm talis modus eius non sit prouidentiæ, eis se accommodans, tanquam etsi ipse etiã esset imbellis, ac impotens, timeretque suauitate prouidentiæ suæ eos per tempus duxit ad promissionis terram, cùm efficacitate potentiæ potuisset C ad momentum.

48. Deus quasi homo media consultat.

Cant. 8. num. 8.

Hinc euenit, vt antequàm media tribuat, quasi homo ea consultet, vt mitiora, faciliora que eligat. Hoc sonãt verba illa, Cãt. 8. n. 8. *Quid faciemus sorori nostra in die, quãdo alloquenda est?* hoc est viro tradenda. *Quid faciemus*, inquit. Consultatio est, quid præstare ei debeat, vt suauiter, libenterque ad sponsalitium se inclinet: seu, vt recentior quidam. *Quid faciemus*, id est, quando, & quomodo, & in quo tempore ei alloquemur, vt nostram eam faciamus: seu, vt alter. *Quid faciemus*, vt crescat: *quia paruula est, & vbera non habet*. Omnes sunt consultationes mediorum, vt suauiter sponsam ducat: omnes dulcedinem prædicant, diuinæque suauitatem prouidentiæ. Hoc etiam sonant verba illa Do-

Ezech. 16. 30.

mini. Ezechiel. 16. n. 30. ad Hierusalem, cor immundum, luteumque habentem: *In quo mundabo cor tuum?* in quo, consultatio est, vt scilicet illud eligat, quod magis conforme, naturæque eius proportio- D

Ambros.

natum sit. Nam, vt inquit Ambros. lib. 2. de Caim, & Abel, cap. 8. *Etsi immensus est Deus, tamen mensuram omnium tenet*, vires ponderans, rationalisque metiens possibilitates naturæ, ei se accommo-

49. Imperio vtitur cum ratione carentibus, & inanimatis, secus cum homine.

Idem.

dans, dulciter, suauiterque eam ad finem conducẽs; non imperio, vt in cæteris, quæ sunt rationis expertia, sed extimatione, & maturitate eam ad actũ perducens; in reliquis enim imperat, vt rectè, eleganterque idem dixit Sanctus lib. 2. Hexam. c. 2. super illa verba: *Fiat firmamentum. Audi verba Dei, ait fiat, dicit: iubentis est, non extimantis: imperat natura, non possibilitati obtemperat, non mensuras colligit, non pondus examinat: voluntas eius, mensura rerum est, sermo eius, finis est operis*. Immò, quæ eius est potentia, non iuxta sæpè sæpius, sed contra totam earum imperat naturam. vt idem considerauit Sanctus hic, ponderans dixisse Deum, vt firmamentũ ex aquis fieret, diuideretque aquas ab aquis: quod contra aquarum essentiam videtur. *Si naturã elementorum*, ait, *consideres, quomodo inter aquas solidatum est fundamentum, illa proflaunt, illud constringitur: illa currunt, hoc manet. Quomodo iubet, quod scit secundum elementorum rationem esse contrariam? sed cùm sermo eius ortus natura sit, iure vsurpat dare legem natura, qui originem dedit*. Nil melius: ipsę, à quo istæ ortũ habent, & quibus rationem non impertiũt & libertatem, ab ipso, qui summa ratio, qui infinitè liber, legem semper accipiunt, prout ipse iubet, prout illi libet: at quibus simul cũ ortu rationem dedit & libertatem, quæ sua est bonitas, dulcisque prouidentia, nõ eis iubet, sed extimat, possibilitati obtemperat, mensuras colligit, pondus examinat, & tandem eius voluntatem nostræ accommodat, commensuratque voluntati: vnde media consulit, vt diximus, rationes examinat, vt dulciter suum ad finem attrahat creaturam.

50. Deus antequam iubeat volũtatem explorat.

Isa. 6. n. 8.

Hinc, etsi omnium Dominus, præpotens, & absolutus, qui & omnibus vti potest, prout vult, omnesque ad nutũ obtẽperare ei debeãt: tamen si operã alicuius indigeat, nisi priùs eius exploret volũtatẽ, ac si alter homo, nunquàm ei mandat, nec iubet. Hoc considero in illo Isai. 6. n. 8. *Quẽ mittam, & quis ibit nobis?* Cui cùm Isa. respondisset: *Ecce ego, mitte me*, statim adiecit. *Vade, & dices populo huic*. Cur non antè hoc præcepit? cur non absolutè illud priùs dixit? nisi quia, ac si alter homo, voluntatẽ, gustũ, propensionẽ, expositionẽque serui priùs voluit expectare, vt suauiter ille munus impleret, onus subiret.

Ambros.

Vtique seruulo suo, inquit Ambros. hunc exponens C locum, Ps. 118. super illa verba: *Voluntaria oris mei*, n. 14. *poterat imperare, quem dignum, qui mitteretur, inuenerat, sed maluit eam spontanea oblationis non fraudare mercede, qui, vt ipse se offerret, prastolatus est: & quamuis eius sciret affectum, expectauit tamen vocem, vt cumularet gratiam*.

Ex. 3. 10

At si aliquando absolutè præcipit, vt Moysi, Exo. 3. 10. *Veni, mittam te ad Pharaonem*, cùm iste repugnaret, quanta ei præstitit? quanta promisit? quid ille petijt, quod ei non daret? vt libẽter, non coactè

51. Dei suauitas cum Moyse, onus illi imponens.

munus subiret: dubitat iste de sufficientia, dicens: *Quis sũ ego, vt vadã ad Pharaonẽ, & educam filios Israel?* cui Dominus: *Ego ero tecũ*. Dubitat filios Israel exposcituros ab eo ipsius Dei nomen, vnde dixit: *Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicã eis?* Aperit nomen: *Ego sum, qui sum, qui est, misit me ad vos*. Persistit Moyses addubitans, & affirmãs filios Israel ei non credituros: *Non credent mihi, neque audient vocem meam*. Dat ei signa, & portenta: D Iterũ se excusat, iterũ onus refugere vult, insufficiẽtiã allegans loquelæ: *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius*. Cui Dominus: *perge, & ego ero in ore tuo*. Et tandem, nec his cõtentus, cùm videret se omnia desiderata obtinuisse, nec reliquum superesse petẽdum, addidit orationem, deprecans, ne illum mitteret, dicens: *Obsecro Domine, mitte quẽ missurus es*. Ad angustias veluti hoc verbo redigẽs ipsum Deũ: vnde iratus, ne tamẽ illi vim inferret, prospiciẽs timidũ Moysis animũ, adiecit ei sociũ in munere, fratrẽ nẽpę suũ, quibus insuper promisit se adfuturũ. *Ego ero in ore tuo, & in ore illius*. Quo audito, Moyses animequior factus, munus suscepit, libenterque oneri humerũ supposuit; vnde

vnde lætus reuersus ad Iethro socerum suum, dixit ei: *Vadam, & reuertar ad fratres meos*. Exod. 4. 18.

Exod. 4. 18.

O tote, dic mihi, si Deus non esset, si non supremæ maiestatis, si non altissimi dominij, sed homo, potuissetnè suauiùs, immò humiliùs cum altero pertractare, aut agere homine? Ne tamen mireris, quia etsi potens, est tamen suauis; voluntatem hominis flectere vult, non potentiâ, sed prouidentiâ, & vt eleganter ait Ambros. vbi sup. hoc idem considerãs in facto Hierem non potentiâ, sed ratione vult hominem persuadere, vt ad subeundum onus, voluntate, non necessitate conscendat. *Aduertimus igitur*, ait Sanctus, *quòd iis etiam, qui ad excusandum officium suum, aut certâ aliquâ causa negãdum putauerint, Dominus noster, aut ratione persuadeat, aut cupiditate prophetica reuelationis inspiret, vt ad subeundum officium suum, voluntate cõcurrant, non necessitate conscendant*. Nil melius. Non vi cogit, sed ratione persuadet intellectum, cupiditate attrahit voluntatem, nullam ei vim inferens, nullam coactionem: hinc est, quòd suauiter disponit, inflectit, ducit, eamque moderatur, ita vt ad finem ab eo præordinatum trahat infallibiliter, nulla vi, nulla coactione, in nullo læsa, sed illibatâ eius permanente libertate.

52. Deus voluntatem hominis non inflectit potentia, sed prouidentia.

Ambros.

53. Deus quomodo voluntatem inflectit eius non ledens libertatem.

Potẽter ergo attingit finẽ, infallibiliterque, sed tamẽ suauiter: attẽde suauitatẽ, attẽde potẽtiã, attende infallibilitatẽ; æterno enim suo decreto ante mundi cõstitutionẽ, prædefiniuit opus bonũ à Petro, exẽpli gratiâ, faciẽdũ, & simul modũ, quo erat ille facturus, hoc est, vt liberè, non coactè, spõtè, non vi, volũtate suâ. nõ tãtũ volũtate diuinâ, cõcurrẽte ipso, nõ solũ ad substãtiã actus, sed ad modũ etiã eius: hoc est, cõcurrens, vt fiat liberè, & volũtariè, nullam imponẽs necessitatẽ, quã vocãt cõseqnẽtis, sed tãtũ cõsequẽtiæ, aut infallibilitatis. At Deus bone, Deus sancte, qualis est ille modus, qualis ille ordo, quale illud mediũ, quo hoc efficis: Mirus equidẽ scio, quòd ille est, & exquisitus. & quòd tu solus eũ scis, etsi multi illũ scire pertẽdũt, dicã tamen & ego ignorantiam meã, dicã quæ ignorãs cogitaui: Tu verum scis qui absolutè, & vnicè Dominus es voluntatis, ita essentiam, quidditatemque eius cognoscens, & callens, vt quomodo spontè ad quæcumque vis, flectatur, optimè scis, & suauiter vteris.

Recole ergo quę suprà diximus c. 1. n. 5. ho. 10. modũ scilicet, quo Deus humanũ gubernat genus, esse per cogitationes, & volũtatis impulsus: per cogitationes, inquã, vnã immittẽdo, alterã tollẽdo, quibus mouetur, & attrahitur volũtas, aut retrahitur suauiter, & spõte. Hoc ergo supposito, en diuinæ suauitas attractionis, dũ mediâ sãctâ cogitatione sic Petrum attrahit ad opus patrãdũ bonũ, vt infallibiliter illud faciat, liberè, nõ coactè: nã illa sãcta cogitatio hîc, & nũc ita volũtati est accõmodata, ita apta, ita ei proportionata, ita efficax, vt ipsa volũtas, quæ priùs indeterminata stabat ad agẽdũ, & nõ agẽdũ, postea definiatur, & determinetur, nõ eius alterãdo naturam, sed potius cõfirmãdo, hoc est, sinẽs illã operari vt agẽs liberũ, nõ necessariũ; vnde cõcurrẽs illa liberè, & spõtè liberè, & spõtè consentit, & hoc infallibiliter, quia infallibiliter illud Deus decreuit, & prædefiniuit, & simul vt liberè & spõtè in actũ prodiret; quod tamẽ scietiâ sua, aut simplicis intelligẽtiæ, aut visionis vidẽs approbauit, vti modũ naturæ liberæ conformẽ (vti re verâ est) in nihilo læsâ, sẽper illibatâ existere eius libertate. Hinc & eius patet potẽtia, dũ impossibile fit, vt ei obsistatur, finẽq; nõ cõsequatur suum: hinc infallibilitas, dũ certissimè fiet, quod semel determinauit: hinc suauitas, dum non coactè, non vi, sed modo naturæ rationali conformi eam attrahit, *ratione persuadens*, vt loquit Ambros. *intellectum, & cupiditate voluntatem*. Quid suauius? Dicat ergo Sapiens, quòd *attingit à fine vsque ad finem fortiter, disponitque omnia suauiter*.

54. Dei prædefinitio in quo consistit.

Bernard.

Quę tandem verba (vt vltimò cum Bernar. lib. de Grat. & lib. arbitr. vbi sup. concludam) non solùm Dei declarant suauitatem, sed etiam nobis modum tribuunt, quo nos, quo nostrum regere arbitrium debeamus: quod egregiè aperit Bern. nam asserens, ideo diuinam incarnatam sapientiam, vt forma esset nostra, vt ad exemplum illius nos, simulque nostrum liberum reformaremus arbitrium. *Venit ipsa*, ait, *forma, cui conformandum erat liberum arbitrium, quia, vt pristinam reciperet formam, ex illa erat reformandum, ex qua fuerat formatum; forma autem sapientia est*. Declarans postea, in quo talis consistat conformatio, sequitur: *vt faciat imago in corpore, quod forma facit in Orbe*. Pulchrè, & superiori spiritu dictum; sic scilicet hominem seipsum moderare debere & regere, vt sapientia regit Orbem: at quomodo regit? inquit Bernardus, *Attingens nempe à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter*: vnde sequẽs ait: *& liberum arbitrium suo conetur præesse corpori, vt præest sapientia Orbi, attingens & ipsum à fine vsque ad finem fortiter, imperans scilicet singulis sensibus, & artubus: tam potenter, quatenus non sinat regnare peccatum in suo mortali corpore, nec membra sua det arma iniquitati, sed exhibeat seruire iustitiæ; sed curet hoc agere, non minus suauiter, quàm fortiter, hoc est, non ex tristitia, aut ex necessitate, sed prompta, & alacri voluntate, quod facit acceptum sacrificium; sicque per omnia imitabitur sapientiam, dum & vitiis resistet fortiter, & in conscientia requiescet suauiter*. Nil melius. Formam præbet nobis diuina sapientia, quomodo nos regere, quomodo gubernare debeamus, quomodo tandem ad destinatum perueniamus brauium, si ita nos regamus, ac ipsa Orbem, quæ cùm attingat à fine vsque ad finem, hoc est, nil intactum relinquens; id tamen facit fortiter, & suauiter: sic etiam nos, ita omnia nostra Dei seruitio mancipare debemus, vt nil nostrum supersit, quod Dei non sit, & hoc fortiter, id est perseueranter, indeficienter, & in simul suauiter, quia sic omnia regit moderaturque illa Dei humana sapientia, de qua inquit noster Sapiens, quòd *attingit à fine*, &c.

55. Dei prouidentia modum nobis aperit regendi, & nos bene gubernandi.

Bernar.

56. Sapientia Dei forma nostra.

57. Liberum arbitrium quomodo imperare debet.

Num. 2. *Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui in sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.*

COMMENTVM

LITTERÆ.

Mirificè laudata sapientia à nostro Sapiente, qui in eius amorem excandescens, in hoc versu suum vltimum asserit propositum, quod à iuuentute tenuit, nempè eam amandi, & exquirendi, vnde & inquit: *hanc amaui*, &c.

Connexio Capitis.

Exquisiui, &c. Non linguâ tantùm, sed opere, & veritate: sic Bon. & Olkot: verbum enim *exquisiui* studium efficax significat in acquisitionẽ sapientię.

A iuuentute, &c. Hieron. Ab adolescentia mea.

Et quæsiui in spõsã, &c. Grec. *spõsã ducere mihi*. Hi-

larius. *Quasi mi sapientiam sponsam accipere mihi.* A Significat singularitatem, teneritudinemque ac amoris delectationem erga sapientiam; non enim illam ordinariè, nec iunctim cum cæteris amauit rebus, sed singulariter, & tenerrimè, quod significat ipsum vocabulum, *sponsam*, nam tenerior est sponsæ vox, quàm vxoris: &, vt Hieron. inquit, ardentiorem significat amorem, de qua re nos infrà.

1. Sponsæ vocabulum tenerior quam vxoris.

At cur sapientia sponsa dicitur, cùm hoc nomen potius animæ competat iustæ, quàm Deo, qui sponsus dicitur? Optimè respondit Lorinus, hoc esse, tum quia *sapientia* nomen est fœmininum: tum etiam, & veriùs, ob maximam coniunctionem capitis, & corporis, quæ facit, vt inuicem communicentur quæ alterius sunt, non solùm res, sed etiam appellationes, vt Isai. 61. n. 10. quo loco Christus se appellat & sponsum, & sponsam, qua in re Dei ardentissimus etiam amor ostenditur: inter amantes enim ex præcipuis amoris signis, nominis est communicatio, siue translatio: sic nos amat, sic nos diligit Deus noster, vt etiam vocabula nostra appetat, & exposcat: vnde, quia anima sponsa dicitur, & sponsa vult etiam ipse dici, & sicut sponsa amari.

2. Sapientia cur sponsa dicatur. *Lorin.*

Isa. 61. n. 10.

3. Deus nostrorum appetit cõmunicationem nominum.

B

Forma illius, &c. Hilarius. *Pulchritudinis* Hieronymus. *Decoris illius.*

HOMILIA CXLIX.

Sapientia fide operibusque coniuncta exquirenda, & à iuuentute.

H*Anc amaui, & exquisiui*, inquit noster Sapiens: id est, vt in Commentario diximus, non solùm verbis, sed opere eam quæsiui, & hoc vnicè, vt sponsam mihi eam assumerem, & ad connubium eius peruenirem: nam certo certius cuilibet esse debet, quòd qui sapientiam sic non expetunt, non solùm ad eius coniugium non peruenient, quinimmo ab eis, non secus ac vir ab vxore adultera, elongabitur, & fugiet: nam qui Deum ore tantùm prosequuntur, animæ adulteræ dici possunt, non solùm meretrices, iuxta illud Ezechiel. 16. 31. *Nec facta es quasi meretrix, fastidio augens pretium, sed quasi mulier adultera, qua super virum suum inducit alienos.* Cùm licèt hoc dixisset Propheta, improbans iniquitatem Hierusalem, quæ vltrò se diis prodebat alienis, non requisita ab illis: vnde subdit: *Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum.* Per quam Hierusalem significantur animæ illæ ita sub peccato venundatæ, vt non expectata occasione, neque ipsæ requisitæ, eum quærant, & vltrò se se ei offerant. Tamen licèt hic sit verus sensus, nihilominus dicitur etiam adultera, non fornicaria tantùm, quia etsi Deos admittebat, tamen Deum sponsum suum esse dicebat, cum quo conditiones adulteræ obseruabat: nã adulteræ proprium est signis externis, & verbis virum illudere, totum verò amoris affectum in pectore latentem adultero impertiri, istum facto, & amore, illum verò signis tantùm externis, & verbis blandiri, & veluti lactari, viro faciem, adultero autem pectus seruare: sic faciebat Hierusalem, Deos corde adorabat, Deum linguâ: amorem dabat idolis, os Deo: vnde verè adultera dicebatur. Sic & adulteri illi, qui linguâ tantùm Deum quærunt, corde mundum; ore tantùm Deo blandiuntur, affectu mũdo. De istis quidem optimè dixit Dauid, Ps. 77. A 36. *Dilexerunt eum in ore suo, & linguâ suâ mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo.* Vnde Hieron. legit. *Lactauerunt eum in ore suo.* Ore tantùm Deum lactant, corde verò mundum, & Diabolum: quod, quid quæso aliud est, nisi cũ Deo adulterari? hinc ad diuinæ, sponsalitium sapientiæ nunquam perueniunt; non secus ac illi, de quibus electionis pronunciauit Vas, quòd *sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenerunt*, ad Ro. 9. 32. sic isti, qui ore tantùm Deum prosequuntur, sectantur quidem virtutem, sed ad virtutem non perueniunt. Vbi valde notandum verbum illud *peruenerunt*, nam qui ad aliquem non peruenit locum, significat iam incepisse versùs illum ambulare, sed non peruenisse: sic aliqui viam ad sponsionem inceperunt sapientiæ, sed ad illam non peruenerunt, quia ore tantùm eam prosecuti, verbis, non operibus, habitu, non obseruantia; ore, non corde. Quapropter benè Origenes hom. 2. in lib. Iudic. ait: B *Quid mihi prodest, si ad orationem veniens genua corporis mei Deo flectam, genua autem cordis Diabolo?* hinc impossibile, vt tales Deum diligant, cùm tantùm recti, hoc est, corde & linguâ eum diligant, vt affirmat sponsa in Canticis dicens: *Recti diligunt te.* Quem locum Diuus exponens Aponius lib. 1. in Cãt. illos appellat rectos, qui rectam in se imaginem custodientes Dei, quam ipse in eis efformauit, ipsi tantùm, nullique alteri genua flectunt. *In hac siquidem directione*, ait, *imaginem, & similitudinem Dei, quam nobis legitur contulisse, opinor consistere, qui procul dubio, secundùm iudicium suum hominem intelligitur fabricasse, sicut dicit ei Propheta: Iustus es, Domine, & rectum iudicium tuum: Rectus itaque secundùm iudicium suum, rectum hominem fecit, & æquo iudicio hoc requirit*, notanda verba, *in homine, quod fecit in eo, vt sicut ipse nullius* C *potentiæ inclinatur, ita & facturam suam, vel imaginem nulli alii, præterquam sibi soli, vt inclinet genua cordis, requirit.* Nil melius. Iustitiam exigit, vt nos ei taliter nosmetipsos reddamus, qualiter ipse nos nobismetipsis dedit: rectos nos nobis, hoc est integros, vndequaque perfectos, propemodùm ad eius instar: tales ergo nos requirit, non diuisos, non imperfectos, non tandem seruos, nec diuisos, linguam tantùm ei dantes, cor autem alteri. Hinc in Leuitico esum prohibet Cygni, ca. 11. 18. cuius ratio, quia pennas niue candidiores habet, caro autem eius est nigra, per quos, vt inquit Rodulphus, ij significantur, qui cœlestia contemnunt, tantùmque externa curantes bona, de gloriæ splendore solùm soliciti sunt. *Ob hoc*, inquit, *pennas habet albas, in carne est niger, collum pertensum habet, vt cibum ex terra, aquarumque multitudine trahat.* Alij hypocritis hanc auem similem faciunt, qui bona verba, sed mala habent opera: ob hoc, tanquam execrabilis à Deo prohibita, sic & à sapientia etiam D execratur diuina, qui verba tantùm candida erga ipsam, opera verò obtinent pessima, cùm verissimum sit, illud non acquiri Regnum, nec in illam Dei requiem intrari, nec hîc cum sapientia sponsalitium celebrari, nisi opera adsint: nam Deus quando fidem suam præcepit, dixitque vt homines in illum crederent, non tantùm ob verba accipienda illud dixit, sed ob opera à nobis patranda.

1. Adulter dicitur Deum ore tantum prosequẽs. *Ezech. 16. 31.*

2. Conditiones adulteræ.

Ps. 77. 36.

Hieron.

3. Ad perfectionem tendentes cur nunquã ad eam perueniũt. *Rom. 9. 32*

Origen.

4. Quis Deũ diligit.

Aponius

5. Recti qui dicantur.

6. Cygni esus cur prohibitus. *Leuit. 11. 18.* *Rodulph.*

7. Hypocritarum symbolum Cygnus. *Hieron.* *Bercar.* *Io. à S. Geminia.*

8. Opera requirit Deus non verba.

Enimuerò seruus Abraham signum quod à Deo poposcit illius virginis Isaac domino suo desponsandæ, si vt sonant verba, accipiatur, nil aliud erat, nisi verborum: *Puella ergo cui dixero, da mihi bibere, & illa dixerit, bibe, Domine, quin & camelis*

tuis potum tribuam ipsa est, &c. *at illa dixerit*, inquit, non ergo videtur, quòd aliud expetijt, quàm verba. Sed non fuit sic, nam in facto postea, non solùm bibit ipse, sed etiam suir, vt Rebecca omnes suos potaret Camelos: *Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, &*

Gen. 24. 20.

haustam, omnibus Camelis tribuit. Gen. 24. n. 20. Cur quæso, sic defatigari sinit nobilem illam puel-

9. Seruus Abraham nõ verba, sed opera à Rebecca, quæsiuit.

lam seruus iste, cùm tale signum non poposcit? an quia licet ipse, vt verba sonãt, tantũ illa expostulasse videatur: non sic tamen extitit in intentione, non enim verba volebat, sed opera, & non quælibet, sed laboriosa, sed magna, vt sponsa esset Rebecca domini sui: sic Deus poscit fidẽ, sed charitatis formatã

10. Deus poscit fidem charitate formatam.

operibus, nã alioquin nõ tibi proficiet fides, nec ad perfectã, consummatãq; cũ sponsa coniũctionem B peruenies, vt egregiè aduotat Ambros. lib. 1. de Abraham, hunc exponẽs locum: *Vbi inuenitur Eccle-*

Ambros.

sia, ait, *nisi in Mesopotamia, inde queritur, ibi accersitur, ibi duobus stipatur fluminibus, lauacro gratia, & fletu pœnitentia.* Etenim nisi peccata propria defleueris, nisi gratiam baptismatis acceperis, non tibi acquiritur Ecclesiæ fides, & quædam coniugalis copula.

11. Sine operibus, promissiones nõ tribuit.

Quod etiam & grauibus Apostolus affirmat verbis ad Hebr. scribeos, illis suadens, non tãtũ Dei fidere promissioni velint, cùm ista semper cõplenda mediis nostris intelligatur operibus: vnde licèt De⁹ terrã Chanaam populo in Ægypto promisisset demoranti: tamen, quia increduli, & opera non fecis-

Ad Heb. 4. n. 1.
S. Thom.

sent meritoria, ad illam non introierunt. *Timeamus ergo*, inquit, c. 4. n. 1. *ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur; aliquis ex nobis deesse. Existimetur*, inquit D. Thom. hîc, *Dei iudicio, aliquem ex nobis insufficientem esse ad illam, & sic ad illam non intrare, sicut illi, ad quos facta* C

Ambros.

promissio, non introierunt. Vnde Ambrosius hîc: *Vnusquisque pro seipso laboret, ne fortè minus dignus inueniatur introeundi in Regnum Dei:* ideo & subdit Paulus: *etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodùm & illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his, quæ audierunt.* Non profuit quidem, licèt audierint promissionem, quia promissioni vera fide non credentes, ab illa desciscentes, opera cõmiserunt mala: illi autem ingres-

12. Qui ex filiis Israel terram intrarũt promissionis.

si, qui opera fidei correspondentia, bonum operati sunt perfectum; & in virtute priùs laborauerunt, vbi per fidem, non fidem tantùm, sed charitate formatam intelligit Apostol. vt ait idem Ambros. *Timeamus*, inquit, *nos illorũ perditionẽ, & iustum Dei*

13. Qualem fidem requirebat Apost. ad vitam æternã possidendã.

iudiciũ metuamus, qui reddet vnicuiq. secũdũ opera sua, requiẽ sẽpiternã fidẽ habẽtibus, eam tamẽ, quæ per dilectionẽ operatur, nõ credentibus, pœnã perpetuã. Ergo, vt ad illã perueniamus requiẽ, fidẽ habere debemus operibus cõiũctã, charitate viuã vndequaque perfectã: nã sine hac operũ perfectione, nõ ad illã peruenitur requiem, sicut nec Deus, inquit

14. Deus quando Sabathi requiem inuenit.

Paulus (qui me iudice planior est sẽsus) nõ prius inuenit requiẽ Sabathi, nisi post omniũ operũ perfectionẽ. *Ingrediamur*, inquit, *in requiem, qui credidimus*, hoc est, sicut credẽdũ est, *quẽadmodũ dixit; sicut iuraui in ira mea, si introibũt*, hoc est, qui non credũt, sicuti est credẽdũ, *in requiẽ meã*, hoc est Paradisi per Sabathi requiẽ figuratã, quã nõ priùs, inquit Paulus, adinuenit Deus, quin omnia antea opera perfecisset: vnde sequitur, *& quidẽ operibus ab institutione mũdi perfectis, & quidẽ*, hoc est, quam tũc Deus inuenit, quãdo omnia mũdi opera perfecit, quod probat ex loco, Gen. vnde & subdit: *dixit* A *enim in quodã loco de die septima, & requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis:* Nõ enim nisi operibus perfectis, nec ante, ad illã, vt sic dicã, Deus intrauit: ergo quomodo homo intrabit non perfe-

15. Christus vt intrauit in gloriam suam.

ctis operibus? immò nec inceptis? & quomodo vllã possidebit sapiẽtiã, quæ vt ipsamet in illã intraret, quoad gloriã sui corporis, nobis vestigia reliquit; quomodo iotrãdũ? Præclarè Petrus ep. 1. c. 2. n. 21. *Christus passus est*, inquit, *vobis relinquẽs exẽplum,*

1. Pet. 2. nu. 21.

vt sequamini vestigia eius. Vide tu qualia hæc fuerũt, & illa imitare, sine illis enim, aut extra illa ince-

16. Sine operibus promissa non accipiemus.

dendo, certum, quòd viam, iterque errabis. Paradisi, & ad requiem illam, licèt Deus eam tibi promiserit, non peruenies.

Rupert.

Egregiè siquidẽ hoc Rupert. ca. 10. lib. 1. in Iosue: admirãs enim cur Iosue Hierico exploratores mit- B tat, cũ securus esset ex Dei promissione de victoria,

17. Iosue cur exploratores Hierico mittat, etsi securus de victoria.

sic respõdet: *Non ergo quisquã vllo in negotio, tãtũ de cœlestibus præsumat præsidiis, vt nõ etiã ipse sibi prior adsit, vigilãdo pro facultate ingenij, laborãdo pro portione virili; nã sicuti minima fidei est de diuinis dubitare promissis, sic nimiæ temeritatis, vel præsũptionis est cœlestẽ per miracula præstolari opẽ, otiosè sedẽdo manibus cõpositis, hominis namq. est incipere, Dei autem perficere.* Nil melius: præsũptio, ac te-

18. Temerarius qui sine operibus vitam præsumit æternam.

meritas est, opẽ stertẽtibus nobis, sperare cœlestem, & ad illã putare requiẽ peruenire, ad quã sine operibus, nec ipsi diuinæ, vt diximus, permissũ sapientiæ extitit. Securus de victoria Iosue tamẽ exploratores mittit, addẽs aliquid de suo humano, qui securus erat de auxilio diuino: & tu nihil addes de tuo, qui sic exigẽtibus demeritis tuis, securus nõ es de ope diuina? deciperis, quia opera sunt necessaria, vt ad illã requiẽ peruenias, quæ vt etiã perfecta sint, sapiẽtiæque digna amplexibus diuinæ, medium scias C nullũ aptius, quã cõtinua ad nostrũ inspectio exemplar, ad Christi scilicet opera. Quod egregiè siquidẽ

19. Opera vt sint perfecta inspiciẽdum ad Christi exemplar.

dixit Basil. in regulis fusè disputatis resp. 2. asserens exẽplũ de Fabro ferrario, qui cudens, dolabræ sæpè meminit, mẽte versans, immò ante oculos semper habens illã, ad cuius instar, aliam perierũt alioquin, inquit Sanctus, *Si eius memoriã mente sibi patiatur*

Basil.

excidere, prorsus, aut aliud quippiã omninò, aut longè dissimile efficiet ab eo, quod facere instituerat. Vnde ob hoc valde nobis timendũ, &, vt ait Apost. *cum magno timore, & tremore*, nostrã operari debemus salutẽ, cùm non sufficiat nõ operari malum, & facere bonũ, sed insuper necessarium omninò, sine quo opus nõ proficit, bonum, vt sit ad instar operis

20. Opera vndequaque perfecta paucissima, & cur.

Christi, quia hæreditas illa nõ alio nummo emitur, nisi numismate, quod in se sculptã imaginẽ illã habet diuinam, Christi scilicet Domini nostri ob hoc multa opera bona reijciet Deus in illa die, & ea non D agnoscet quia ad instar operũ Christi non facta. Vt ergo opera digna sapientiæ faciamus æternæ, in mẽte sæpè habere debemus ipsiusmet opera, quã si exquirere intẽdimus, nõ lingua exquirẽda, sed opere, & veritate; hoc enim modo vere quis cũ Sapiẽte dicere postea poterit, quòd *sã amauit, & exquisiuit:* vnde notãdũ priùs dixisse, *amaui*, & postea *exquisiui*: nã ideo exquisiuit, hoc est, ardẽter quæsiuit, quia

21. Amor necessarius ad Deum quærendum.

priùs amauit, charitas enim ignis est, aliasque habet ignitas, quibus per pectora volitãs sãctorũ, nõ sinit illos in terris degere, sed terrenũ in illis exurẽs, bonũ approbat, immò & meliorat, vt expediti recta euo-

22. Charitatis effectus in sanctis.

lẽt ad æthera, vt præclarè dixit Ambr. de Isaac, & anima, c. 8. *Bona igitur charitas*, ait, *habẽs alas ignis ardẽtis, quæ volitat per pectora & corda sãctorũ, &*

Ambros.

exurit quidquid materiale, atq; terreanũ est, quidquid

verò sincerum est, probat, & quod contigerit, suo igne A
meliorat. Amauit ergo priùs noster Sapiens, binc
postea illicò exquisiuit, ergo priùs amandum, po-
stea sapientia exquirenda, quia tunc, vti par est, ex-
quiretur.

§. 2.

Sapientia à iuuentute exquirenda.

SEd petes, quando hæc diuina amanda sapientia?
quando incipere debes? semper respondeo, an-
tequàm natus, antequàm conceptus, si possibile es-
set, quod cùm non sit, saltem à iuuentute, à primis
annis; de qua re, etsi suprà capite sexto, numero de-
cimoquinto, accipe etiam & nunc alia.

Prima ergo ratio sit Sapiētis exemplum, qui ideo
eam acquisiuit, quia à iuuentute amauit. Quis scit,
22. si non à iuuentute, si non à teneris annis, si ad eam
Animus tener, non facile formā semel apprehensam relinquit. Philo. peruenisset, nam aliò assuetus animus in principio,
ipsam quam semel imbibit formam, non facilè re-
linquit, vt egregiè dixit Philo in libro, quòd omnis
probus sit lib. *Sicut vasa odorem, quo primùm fuerint* B
imbuta, referunt, inquit, *sic iuuenum animi, quas*
primùm formas imaginatione conceperint, nunquàm
aboleri sinunt. Hinc, etsi laboriosum, quod à iuuen-
23. tute portant, illud nescio qua vi, & in senectute, etsi
Onus etsi graue, leue fit, si a iuuentute toleratur. possent, nunquàm deserunt: sic potens in illis, quod
à teneris accipiunt annis: *Bonum est viro*, inquit
Hierem. Tren. 3. num. 27. *cùm portauerit iugum*
ab adolescentia sua. Quale est hoc bonum? Sanè fa-
Tren. 3. num. 27. cilis, leuisque iugi tolerantia in senectute: quod e-
Basilius. gregiè dixit Basil. vbi suprà dum ait: *Animus dum*
tener est, & rita cera, quæ ipsius impressas in se formas
quascumque facillimè recipit, mollissimè cedit, con-
festim ab initio omnium rerum bonarum imbui ex-
ercitatione debet, quò scilicet, vbi postea rationis v-
sus accesserit, & habitum illam rerum iudicanda- C
rum etiam attulerit, pietati iam ab ineunte ætate
assuetus, nullo impedimento, cursu vtatur faciliore,
cùm & ratio, quid expediat, admoneat, & ad id as-
sequendam facilitatem præbeat consuetudo. Pul-
24. chrè. Duo equidem ad virtutem cōsequendam ad-
Consuetudo a teneris annis, impedimēta tollit virtutis. sunt obstacula; rationis defectus, dum inter bo-
num, malumque discernere nequit; & laboris ti-
mor, vtrumque enim, inquit Basil. consuetudo à te-
neris imbuta eripit annis, nam crescente puero, &
ratio, quid expediat, admonet, & ad id sequendum,
facilitatem præbet consuetudo, quæ dum non ad-
est, nec sapientiam assequi, quæ in arduo posita, in
arce sedet: nec contra inimicos, qui ab ea nos ar-
cent, bellari ritè poterimus. *Non vales resistere*
1. Reg. 17. num. 33. *Philisteo isti*, dixit Saül ad Dauid 1. Reg. 17. num. 33. D
nec pugnare aduersùs eum: cuius equidem ratio,
quia puer es, hic autem vir bellator ab adolescentia
25. *sua.* Cui rationi, non aliter Dauid, nisi aliâ contra-
Dauid cur vicit Gigātem. riâ soluit consuetudine, dicens: *Pascebat seruus*
tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, &
tollebat arietem de medio gregis, & persequebar
eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi
consurgebant aduersùm me, & apprehendebam
mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos:
quasi diceret: assuetus est ille in bello ab adoles-
centia, assuetus & ego: ille assuetus cum homini-
bus, ego cum bestiis, quæ fortiores, *erit ergo iste v-*
26. *nus ex illis.* Valuit argumentum; bellauit, vicit,
Dæmon à quibus superatur. quod aliàs non vicisset. Sic equidem ad sapien-
tiam non peruenitur, nisi fortis, antiquusque ille
non occiditur armatus: & à quo occidetur cùm sit
vir bellator ab adolescentia sua, ab initio enim mi-
les est, & arma semper tulit: nisi ab altero, qui etiam

A sit vir bellator ab adolescentia sua, qui assuetus sit
vrsum occidere, & leonem; appetitum scilicet car-
nalem, malamque voluntatem; qui contra dome-
stica vitia à teneris bellum gesserit annis: hic puer
sic ab ineunte ætate assuetus, præliari contra for-
tem poterit Goliath, cumque interimere.

Sed ampliùs velim hîc considères, quòd illis ar- 27.
mis vicit Dauid, quibus assuetus: vnde quibus non, Dauid quibus armis vicit.
non solùm vincere non potuit, sed nec quidem in-
cedere. *Cœpit tentare, si armatus posset incedere, &*
videns, quòd non poterat, deiecit arma illa, dicens;
non possum sic incedere, quia non vsum habeo. Ex 28.
quo licet inferre, quòd vsus, & consuetudo facit, vt Virtutes cui proficiunt.
arma proficiant, vel noceant, etiam si arma sint;
quia qui vsum non habet, ea tolerare non potest:
virtutes namque, pœnitentia, religio, arma sunt ad
inimicum debellandum, sed quibus? illis, qui iis
vsi: illis, qui ab ineunte ætate, armorum ponderi,
animum, artusque subiecerunt. Tobias, etsi in sene-
B ctute, fortis tamen contra inimicum stetit, sicque
cæcitatis cladem sustinuit, vt nec tristitiam per il-
lam sentiret: cuius equidem ratio, quia à iuuentu- 29.
te pati assuetus. Deumque timere, in senectute po- Tobias patiens in senectute, quia in iuuentute.
stea non grauabatur armis, quæ iamdiu à iuuentu-
te induerat. *Cùm ab infantia sua*, inquit textus, *sē-*
per Deum timuerit, & mandata eius custodierit, nō
est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatis
euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, Tob. 2. 13.
agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Tob. 2.
n. 13. Sic similiter, nec aliis præliabatur armis Elea-
zarus ille senex 2. Machab. 6. n. 23. nisi quibus à iu- 2. Mach. 6. nu. 23.
uentute induerat se, illaque non abiecit in senectu-
te, quia illum non grauabant: illis ergo vicit hostes,
& quod magnum est, & malè suadentes amicos. 30.
C *Cogitare cœpit*, inquit Historia, *ætatis ac senectu-* Elezarus victor in senectute, quia à iuuentute assuetus.
tis suæ eminentiam, dignam, & ingenitam nobilita-
tis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis a-
ctus; quibus armis munitus alacriter respondit:
præmitti se malle in infernum, quàm à diuina lege,
cui à puero adhæserat, separari. Mirum, vt prælia-
turus Angelus cum Iacob, Gen. 32. nu. 24. non alio Gen. 32. 24.
eum armorum sit genere congressus, nisi luctâ;
quod equidem non hominum ingenuorum, sed 31.
potius seruilium genus belli videtur; hinc Alexan- Angelus cur luctâ agressus sit Iacob.
der percontantibus, si luberet in Olympicis, qui fe-
rè luctâ constabant, decertari, grauiter respondit,
equidem, si Reges luderent. Cur ergo Angelus, qui
summus princeps, non alio belli genere illustriùs, 32.
præclariusque Iacob adoritur, nisi luctâ? an quia, Lucta non est hominū ingenuorū.
non ad illum vincendum, sed vt ab illo vinceretur,
D descenderat, sciens Iacob pugilem, antequàm na-
tum, ideo luctam cæteris prælegit, vt assuetis pu-
gnaret Iacob armis, & quibus puer vicerat, supera-
ret & iuuenis, ætateque maturus; quod Propheta
Oseas mihi significasse videtur. *In vtero*, inquit,
supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua
directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum.
Oseæ 12. n. 3. Adnoto illud, *& in fortitudine sua di-* Ose. 12. 3.
rectus est cum Angelo, quasi non aliâ, nisi antiquâ,
non nouâ ei superadditâ, sed illâ, quam nondum na-
tus induerat, illâ vicit Angelum iam grandis, qua
vicerat fratrem adhuc in vtero matris. Sic etiā, vti
diximus, contra Gigantem pugnare nō potuit Da-
uid, nisi iis, quibus assuetus armis, cætera abiecit,
quia ferre non poterat: exemplum nobis præbens,
vt si inimicum vincere, si sapientiam acquirere
velimus, cumque ea sponsiones tractare, ab in-
eunte ætate iis nos assuefacere armis debemus, qui-
bus ille deuincitur, & illa acquiritur, vti noster

Augnst. 32.
Non peccandum etiā si dies iudicij nec infernus esset.

Sapiens, quid illam amauit, & exquisiuit à iuuentute, captus à *pulchritudine forma illius*, tam pulchra, vt meritò dixerit Aug. in Ps. 49. nu. 3. quòd si nunquam dies adesset iudicij, si nunquam rationem reddere deberemus: tamen nec sic peccandum, ne à venustate faciei illius extorres fieremus: *Si enim possemus facere, fratres*, ait, *vt dies iudicij non veniret; puto, quòd nec sic erat malè viuendum: si non veniret ignis Dei iudicij, & sola peccatoribus immineret separatio à facie Dei, in qualibet essent affluentia diuitiarum, non videntes, à quo creati sunt, & separati ab illa dulcedine ineffabili vultus eius, in qualibet æternitate, & impuritate peccati plangere se deberent*. Sed de hac re, de pulchritudine scilicet sapientiæ diuinæ, vide quæ suprà diximus, c. 7. n. 29. A

Num. 3. *Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei, sed & omnium Dominus dilexit illam.* B

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.
1.
Sapientia nobilis, nobilitatem que infundit.

PErgit Sapiens suam laudare sponsam, & rationes adducere prudentis consilij eam in vxoré eligendi: vnde sicut priùs eam laudauit à pulchritudine, sic nunc à nobilitate; est ita nobilis, vt & spõsum nobilitet, & in eum refundat generositatem, nobilitatemque suam, quam asserit, non aliundè habere, nisi ex contubernio, cõuictuque cum Deo, vt mox dicemus.

Hilar.
Vatabl.
Iansen.
2.
Nobilis quis, & generosus.
Fronte.
3.
A quo deriuatur.
Lorin.

Generositatem. Hilarius, *Honestatem*, Vatabl. & Iansenius. *Nobilitatem*. Vtrumque apprimè dicitur de Dei sapientia, generosa est, & nobilis. Arist. primo de histor. animal. cap. 1. definit nobile, quod *ex bono prodijt genere*. Generosum autem, *quod non à sua natura degenerauit*. Fronto autem lib. de Nomin. & Verb. differen. inquit, quòd Latinè *nobilis* dicitur *à nobilitate rerum*: generosus verò *à cognatione*: benè Lorinus, quòd aliquando confunduntur, & generosus etiam dicitur, qui virtutibus præditus. C

4.
Generosus virtutibus præditus.
5.
Vox nobilis, & generosus etiam de animalibus, & inanimatis.
Tiraquell.
Iansen.

At vox *nobilis*, & *generosus*, non solùm vsurpatur de homine, sed de animantibus, immò & de inanimatis, vt *generosa vina, nobilia poma*. Sic Tiraquel. de nobilit. c. 2. n. 47. Nobilem ergo, generosamque affirmat Sapiens esse sapientiam, & hanc generositatem habere ex contubernio Dei: vnde sensus erit. Generosa est, ita vt generositas eius glorificet possidentem, quam habet ex Dei contubernio: qui sensus litteralis est, & melior, quàm ille Iansenij, qui existimat, cùm in Græco non sit pronomen *illius*, sensum esse: *Nobilitatem existimat*, nempè sapientiam *habere conuictum cum Deo*: sed vt dixi, planior, primus sensus. D

Castro.
Ad Gal. 2. n. 20.

Contubernium, seu conuictus, magnam denotat familiaritatem, qualis inter coniuges, simul viuunt, simul degunt; vna domus, vnum eos cooperit tectum: verè magna familiaritas sapientiæ, & vt inquit Castro: *sapientumque cum Deo*, quam expertus ille, qui dixit: *Viuo ego, iam non ego*. ad Galat. 2. 20. de qua re nos suprà ca. præced. n. 28. hom. 145.

Omnium Dominus dilexit illam. Necessariò, si de sapientia increata: liberè, si de incarnata, aut de sapientia, quam Deus homini infundit, per quam homo Deo gratus fit.

HOMILIA CL.

Vera nobilitas ex Dei conuersatione, & conuictu.

PVlchra, & decora Dei sapientia, amãda ob pulchritudiné, & decorem, vt supra vidimus ca. 7. sed non solum illa vnica est causa, accedit namque & alia, nempe quia nobilis, & generosa; tam nobilis & generosa, vt ipsã nobilitaté nobilitet: seu melius ipsam ignobilitatem, sicut inquit noster Sapiens, dũ ait, *Generositatem eius glorificat*, nobilem scilicet, illustrem, præclarum reddens cum illa conuersanté, non solum nobiles eius reddens mores, sed etiam illustrans, nobilem que ipsam reddẽs naturã, ob quod maximè æstimanda, & expetenda conuersatio, eiusque conuictus; sicut sũmopere æstimanda, ac super omnia expetẽda ipsa nobilitas, de qua, vt asserit quidam licet damnatus author, *Est gloria sobolis, apex humanæ felicitatis, columna honorum, thiara dignitatum, & fons eius, quod vspiam inter homines præclarè laudabiliterque gestum est*, & Arist. etiam lib. 5. Ethic. c. 8. tanti eam facit, vt asserat, non satis esse idoneum ad felicitatem, qui sit ignobilis, quasi deficiens illi vnũ, & præcipuũ: vnde ideo Rethor. lib. 2. cap. 9. inter bonorum genera, nobilitatem, tanquã primum posuit, quam ab omnibus bonis semper æstimatam, laudatam, susceptamque affirmauit Tullius in orat. pro Quinto Sextio, Quod cũ ita, tantique facienda nobilitas, quanti quæso æstimandos conuictus eius, qui omninò nobilem reddit hominem, etiamsi rusticum, & plebeium?

1.
Sapientiæ nobilitas.
2.
Nobilitatis laudes.
Dominic. Acumo discur. 16. qui est de nobilitate.
Aristot.
3.
Ad felicitatem necessaria nobilitas.
4.
1. inter bonorum genera.
Tullius.

Nobilis, ait Felix Malleolus in dialog. de nobil. & rusticit. ca. 7. *Est quasi non bilis*, ideo, quòd nobiles præ cæteris potius ad mãsuetudinem, quàm ad elationem inclinati esse debét. Quam præcipuam esse virtuté in Principe affirmat Plutarch. in Lacon. Apoph. imò tã propria Principis, vt cũ, in quo residet, si non inueniat, efficit Principem, præbens illi orbis, terræq; dominatũ. Ob hoc Christus Dominus noster dixit Mat. 6. *Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terrã*: Et Sapiẽs monet gloriã animæ conciliandam esse per mansuetudinem, *Fili mi, per mansuetudinẽ gloriam animæ tuæ concilia, & eam honore, quẽ meretur, affice*. Vnde meritò Salom. Prou. 3. nu. 34. ait: quòd Deus mansuetis dabit gratiam, tum suam, tum hominum, nam, vt inquit Chrysostomus, homil. de mãsuetudine. *Neque Deus homines ita diligit propter virginitatem, ieiunium, contemptum diuitiarum, hilarem eleemosynarum dationem, vt propter mites, & compositos mores*. Quod non solùm apud Deum affirmat, sed etiam apud homines: vnde subdit, *Homines enim, si eum vident, gratum eum habent, & ijs, quibus tantùm nomine notus est: neque facilè vllum inuenies, qui audiens laudari hominem mansuetum, illum videre, & exosculari non desideret, & non habeat in aliqua lucri parte, eius amicitiã posse frui*. Mansuetudo ergo cum Dei gratiam conciliet & hominum, sitque Principis propria virtus, immò cùm ipsa Principes, & terræ dominos faciat, meritò etiam nobiles, immo, quo mãsuetiores, eo nobiliores reddit.

5.
Nobilis quis dicatur.
Felix Mallel.
6.
Ad mansuetudinem inclinatus esse debet.
7.
Principi proprium mansuetudo.
8.
Regnum præbet.
Matth. 6. 4.
Eccl. 10. 31.
Pro. 3. 34.
9.
Et hominũ gratiam.
Chrysost.
10.
Et Dei amorem supra omnes virtutes.

Quòd si hoc: quid nobilius Dei seruis, cùm nullus ipsis mansuetior, ob conuictum cum sapientia diuina, qua nullus mitior, quæ primũ, quod suis dicit discipulis, est. *Discite à me, quia mitis sũ & humilis corde*. Matth. 11. n. 29. Ob hoc verè filius illius, de

11.
Dei serui nobilissimi quia mansuetissimi.
Matth. 11. 29.

12. Christi māsuetudo. quo ante dixerat Dauid, Psal. 85. num. 5. *Quoniam* A
suauis erat, & mitis, & multa misericordia omnibus
inuocantibus illum. Et verè mitis: nam cùm man-
Ps. 85. n. 5. suetudo secundùm Aristot. 2. Rethor. *sit sedatio,*
13. Mansuetudo, quid. *& repressio iræ*, quid mansuetius Dei filio, de quo
scribit Isa. 42. 3. *Quòd non clamabit, neque accipiet*
Isa. 42. 3. *personam, neque audietur vox eius foras; calamum*
14. *quassatum non conteret, & linum fumigans non ex-*
Mites, qui sunt. *tinguet. Mites*, inquit Aug. se. Do. in monte: *sunt,*
qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed
August. *vincunt in bono malum. Mitis est*, inquit Hieron.
Hieron. in glos. Matth. 5. *quem non rancor, vel ira afficit,*
sed omnia aquanimiter sustinet, non irritat, nec irri-
tatur, nec nocet, nec nocere cogitat. Quòd si impro-
bitatibus cedentes, & malo non resistentes, quòd si
vincentes in bono malum mites sunt, quid Dei sa- B
pientiâ mitius? quid Dei filio mansuetius? qui ma-
lum pro malo nunquam reddidit, qui ipsum malũ
vicit, non resistendo, sed perferendo. Pulchrè Hugo
Hugo de S. Vict. de S. Vict. lib. 1. Miscellan. tit. 85. de Christi mãsue-
tudine loquens ait: *Christus in cælo ex Patre sine*
15. Christus ex matre mitis *matre Deus: Christus in terra ex matre sine Patre*
homo: in cælo qualis Pater, talis Filius: in terra
qualis mater, talis Filius: in cælo cum Patre ater-
Act. 9. nu. 1. *nus & immensus: in terra cum matre incorruptus,*
& mansuetus. Hinc cum quibus conuersatur, mi-
16. Paulus immitis antè conuersionem. tissimos efficit, etsi naturâ immites, atque feroces.
Quid Paulo immitius? *Spirans minarum, & cadis*
in discipulos Domini. Act. 9. nu. 1. plus ipse vnus, quã
reliqui omnes in Ecclesiam sæuiens, dum cæteri in
Act. 8. nu. 3. viros tantùm: ipse & in viros, mulieresque insurge-
bat. Act. 8. *Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per*
domos intrans, & trahens viros, & mulieres. Quod
expendens Chrysost. hom. de ferend. reprehens.
ait: *Neque naturam reuerebatur, neque sexus' mise-*
17. Paulus chrystallũ antè conuersionem. *rebatur, neque infirmitatem respiciebat.* Et quam- C
uis zelo hoc faciebat, non furore, & ob hoc veniã
dignus, vt inquit idem Sanctus; tamen non negan-
dum, quòd etsi nitidus vt chrystallum, tamen obsi-
August. stentiâ durus, charitate gelidus, *Ecco chrystallum*
erat Paulus, inquit Aug. in Ps. 146. super illa verba:
qui dat niuem sicut lanam; durus, obnitens verita-
ti, clamans aduersùs Euangelium, & tanquam in-
durans aduersùs Solem, non audiebat Prophetas
Christum prædicantes: certè gentes non audierant
Prophetas, non audierant Moysen, frigidi erant,
sed chrystallum non erant; Paulus chrystallum erat,
18. *nitidus videbatur, & candidus, sed durus, & nimiũ*
Post conuersionem mitissimus. *gelidus.* At hoc non equidem mirandum, quia non-
dum sapientiæ amicus: sinamus eum cum illa allo-
qui, & videbimus, quàm mitis, quàm suauis eua-
1. Ad Cor. 4. 12. det. 1. ad Cor. 4. 12. *Maledicimur*, ait, *& benedicimus,*
persecutionem patimur, & sustinemus, blasphema-
mur, & obsecramus. Quid mitius? nc miteris; seruus D
19. Supra omnes patientissimus. iam diuinæ erat sapientiæ, ideò mitissimus, vnde &
nobilissimus Princeps ob hoc, non solùm orbis, sed
& Apostolorum factus, quia *plus omnibus labora-*
uit, tantaque amplitudine charitatis feruens, vt o-
mnes indiscriminatim amicos pariter, & inimicos,
Chrysost. ac si genuisset, diligeret. Quod dixit Chrys. Proœ.
20. Inimicos quomodo excusabat. in ep. ad Rom. hanc considerans charitatis Apost.
extensionem: *Diuina illa anima*, ait, *vniuersum ter-*
ra orbem circumplexa erat, & in seipso circumfere-
bat omnes, omnes amabat sic vt si genuisset, quin etiã
maiorẽ præ se ferebat charitatem, quàm quiuis Pa-
ter. Hinc mitissimus, non solùm mala patienter suf-
ferens, sed inferentes excusans, liberans eos à mali-
Ad Rom. 10. n. 2. tia, zelũ eis attribuens Dei, etsi non secundùm sciẽ-
tiã, quod proprium mitissimorum: vnde ad Ro. 10.

A n. 2. *Testimonium illis perhibeo*, inquit, *quoniam a-*
mulationem Dei habent, sed non secundùm scientiã.
Quem locum expendens Chrys. ho. 3. de Laudib. Chrysost.
Paul. to. 3. *In quantum poterat*, ait, *laborabat vm-*
brã eis aliquã excusationis obtendere, maiora adhi-
bens fomẽta pietatis erga eos, à quibus affligebatur;
vnde pro eis, qui eum quinquies verberauerũt, qui eũ
catenis onerauerunt, qui ipsius sitiebant cruorem, te-
stimonium, inquit, *illis perhibeo.* Quid mitius? non
solũ mala libẽter perferre, sed à reatu inferẽtes ab-
soluere, & ne cõtra eos causã haberet iræ, zelo tri-
buere, quod poterat malitiæ; veræ illius seruus sa- 21.
piẽtiæ, quæ maior patiens, sic ea inferẽtes excusa- Christus, ne crucifixores damnaret, excusat.
bat, vt ignorãtiæ daret, quod sũmę erat malitiæ: *Pa-*
ter ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luc. 23.
B n. 32. *Quid est Domine, quod dicis*, diuus inquit Ar-
nold. Abb. Bonæuallis, tra. de septẽ Verbis Dom. in Luc. 23. 32.
Cruce: *non accusas, non quæris vindictã, potius ex-*
cusas, & coniurationis illius spissamentũ attenuas, Arnold.
& hæreditariũ onus ab impiis transferens, crimen
malitia non opponis, qui ideò dimittendũ censes, quia
admissum ignorãter ipse testaris: Quã ignorantiam 22.
ipse affectatã, malitiosã, & criminosam intelligit: li- Christi crucifixores, vt etãt ignorantes.
cet, vt reliqui volunt expositores, ignorantiam op-
posuit inculpabilẽ; nã multi ibi aderant malitiosè
crucifigentes eũ, multi ignoranter, vt Patrẽ cõmo-
ueret, ignorantiã opposuit, malitiã deserens, vt pro
omnibus intercederet: *Pro eis orauit*, inquit Beda; Beda.
qui nesciebant quid facerent, zelum Dei habentes,
sed non secundùm scientiam. Quã equidẽ orationẽ, 23. Christus quam impensè pro inimicis orauit.
non perfunctoriè effudit, sed sic impẽsè illos ama-
bat, vt ardentissimã protulit, ob quod Patrẽ inuoca-
uit, nomẽ charitatis, vt faciliùs obtineret. quod di-
xit Bern. tract. de Pass. Dom. c. 8. *Patris nomen po-* Bernar.
suit, ait, *vt solent pueri aliquid affectuosiùs orare vo-*
C *lentes, nomen paternum nominare, vt naturalem di-*
lectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam
faciliùs petitionis sua consequantur effectum. Sic &
Redemptor noster, quamuis sciret se à Patre semper
audire, tamen nobis commendans, quanto cum affe-
ctu sit pro inimicis orandum, nomen posuit charita-
tis; quasi diceret; agnosce filij tui amicitiam, vt ini-
micis ignoscas. Huius ergo mitissimę discipulus erat
Paulus sapientiæ: hinc ipse etiam & summè mitis,
ac proindè & summè nobilis.

Hinc equidẽ euenit, vt sic huius sapiẽtiæ amato- 24.
res, mites euadant, vt nullo alio vincere telo inimi- Sancti charitate deuincunt inimicos.
cos, quã mãsuetudine sciãt, ab illo talẽ bellãdi formã
apprehendẽtes, qui nõ vi, sed mãsuetudine totũ sibi
deiicit orbẽ. Pulchrè hoc adnotat Chrys. super illa Chrysost.
verba Præcursoris: *Altera die iterũ stabat Ioãnes,*
& ex discipulis eius duo, & respiciens Iesũ ambulã-
tem, dicit: Ecce agnus Dei, & audierunt duo disci- Ioa. 1. 37.
D *puli dicentẽ, & secuti sunt Iesum.* Io. 1. n. 37. ponde-
rãs multa, præclaraq; de Domino, hesterna die dixis-
se Ioãnẽ, ac nullũ sequutũ Saluatorẽ, dũ vix agnum 25.
eũ nominauit, ac animos deuinxit, attraxitq. *Intue-* Christi mãsuetudo magis attrahit hominẽ, quã cæteræ eius virtutes.
re, ait, *hoc loco, quòd neque cũ dixit: post me venturus*
est, qui antè me factus est: neq. cũ: nõ sũ dignus solue-
re eius corrigiã calceamẽti, quẽquã lucratus est: ve-
rũ cùm de Christi generatione verba haberet, & in
humiliorem sermonẽ descẽdere capit: nẽpè, ecce agn.
Dei, tũc secuti sunt discipuli. Nil melius. Cũ, vt rectè
dixit Drogo, lib. de Sacram. Pass. super illa verba, Drogo.
Abac. c. 3. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est*
fortitudo eius, nulla alia Dei sit fortitudo, quã eius
mãsuetudo. *Qua est autẽ*, ait, *fortitudo tua, nisi mã-*
suetudo tua? Hac. n. bellauit, & vicit, hac mundũ sub-
iugauit, mũdo se subijciẽs: sic equidẽ & sui serui, nõ-

nisi mãsuetudine sciũt vincere: ob hoc & mitissimi.

26. Iacob nomen mutatum in Israel, cur.

Victor existens Iacob contraque Deum ipsum fortis, sic ab Angelo eius admirata fortitudo, vt mutato nomine, Israel eum appellauerit, hoc est *Praualens, siue dominans cum Deo*, et insimul prædicens fortissimum apud homines futurum, qui sic fortis, & apud Deum præualuerat: *Nequaquam Iacob appellabitur nomen suum*, qui supplantatus interpretatur, *sed Israel, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praualebis?* Genes. 33. num. 28. Vicerat equidem prius Iacob Esau, sed astu, supplantationeque, vnde meritò Iacob appellatus nũc dũ apertè degendum erat bellum, quia cum quadringentis properabat Esau in occursum illius, nec amplius supplantationi esset locus, alteram illi indens Deus fortitudinem, qua aperto posset Marte debellare fratrem: vt sciret hanc in se habere, ne amplius timidus existeret, Israëlem vocauit, hoc est præualens, non astu, non technis, non supplantatione, sed aperto, singularique bello, facie ad faciem, manu ad manum: lacertis tandem ad lacertos hinc audax cum fratre præliaturus processit, quem venientem videns cum quadringentis, ex turmis ad bellum exiliens, facer inquit textus, quòd adorauit septies super terram: *Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius*. Genes. 34. num. 2. O nouum bellandi genus! ô inauditum! quis inimicum debellaturus, inermis incedit, genuaque antè illum flectit? ne mireris, seruus Dei erat Iacob, ab illo modum apprehenderat bellandi, sciebatque eo prorsus modo homines ipsum deuicturum, ac Deum deuicerat: hoc est, mansuetudine, illachrymando, orando, sic Iacob Angelum vicit: *Inualuit ad Angelum*, inquit Oseas ca. 12. num. 4. *& confortatus est, fleuit, & rogauit eum*: Hoc ad victoriam edoctus, armisque instructus Dei, ad monomachiam cum homine descendit, iisdem prorsus, quibus cum Deo armis, victor vtrorumque existens, sic hominis victor, vt ad lacrymandum eum coegerit, sic de illo triumphans, vt qui contra eum aduentaret, pro eius se obtulit stipatore. Vndè rectè Chrysostomus exclamat hìc, *Vide quantum mansuetudinis robur, & quomodo per verborum modestiam humilitatem, illius indignationem fregit, & mitigauit*. Vicit ergo, ac de fratre triumphauit, qui primò de ipsomet Deo. Numquid talem sic nobiliter vincentem non nobilissimum dices? quod equidem non aliunde, nisi quia mitissimus.

Genes. 33. num. 28.

27. Iacob bellans cũ fratre vt vicit.

Genes. 34. num. 2.

28. Sancti vt vincunt superioresque euadũt inimicis.

Ose. 12. 4.

Chrysost.

29. Samuel nobilissimus quia mitissimus.

Sic etiam nobilissimus, quia extitit mitissimus Samuel, qui etsi à populo reiectus, non tamen pro illis apud Deum vnquam orare destitit, primo Reg. 12. num. 23. *Absit autem a me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam*. Ob hoc sic cum Deo potens, vt quasi pro magno dicat, quòd etsi ipse pro populo orauerit, non tamen exaudiet: *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum*. Hierem. 15. nu. 1. Quem locum magnus expendens Gregorius homil. 27. in Euan. sic ait. *Quid est, quòd intermissis, relictisque tot patribus, solùm Moyses, & Samuel in medium adducuntur, quorum mira obtinendi virtus ostenditur, dum nec ipsi posse intercedere dicuntur: ideo hi in postulatione præferuntur, quia soli illi in cuncta Testamenti veteris serie, etiam pro inimicis suis videntur exorasse: vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro his Dominum deprecatur: alter ex principatu eijcitur, & tamen cum expostulasset populus, vt ad Deum pro ipsis preces funderet, respondit: absit à me hoc peccatum, quominus cessem orare pro vobis*. Hinc veræ nobilitatis nota insignitus, communique vocabulo appellatus nobilis. 1. Reg. 9. nu. 6. *Ecce vir Dei*, inquit ad Saul eius seruus: *est in ciuitate hac vir nobilis, omne quod loquitur sine ambiguitate venit*. Vbi adnoto, tunc talem proclamatum Samuelem, quando etsi à populo reiectus, tamen vocem audiens eorum, ad dandum eis Regem iam se accinxerat, in nullo contra eos iratus, mitem se erga omnes præstans. Nec mirum, nam à colloquio mitescerat diuino, à quo acceperat, cõmune extitisse opprobrium, communem repulsam: *Audi vocem populi huius in omnibus, quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eo*: ibi cap. 8. num. 7. hoc illum admonens, vt mansuesceret, mitisque sicut ille, ad ferendum, existeret, quod ipse perficiens, etsi regnum amisit, ad veram tamen transuolauit nobilitatem, nobilis dictus, quia mitis, hoc est, non bilis, quales sunt serui huius diuinæ sapientiæ.

1. Reg. 12. num. 23.

Hierem. 15. num. 1.

Gregor.

30. Moyses, & Samuel præcipui cum Deo & cum ipso omnipotentes, quia mites & pro inimicis orarunt.

1. Reg. 9. num. 6.

31. Mansuetudo Samuelis à colloquio diuino.

§. II.

32. Nobilis quasi noscibilis.

Arumeus.

At si nobilitatem ab alia eiusdem nominis considerare velimus ethymologia, non minus nobiles suos efficit diuina sapientia. *Nobilis*, inquit Arumeus vbi supra, *dicitur quasi noscibilis, quia nempe propter rem quampiam præ cæteris notus, famosus, illustris, insignis, & splendidus habetur*. Quod si hoc, qui famosiores, qui illustriores, qui insigniores, ac splendidiores, quàm ij, cum quibus contubernium sapientia habet diuina? *Olim apud Græcos*, inquit idem author, *illi nobiles vocabantur, qui à stirpe Regia, aut Heroum, puta Heraclidarum, Æacidarum, Cecropidarum originem ducebant: aut qui ob res, tam à se, tum à maioribus præclarè gestas, publico decreto coronam auream, immunitates, statuas, victum in Prytaneo, aliisuè publicis in locis, optimatum, populiuè decreto, addita laudatione consequebantur*. Ergo stirps Regia, aut statuarum erectio, corona aurea, victusque publicus, nobilem quempiam secundùm authorem istum, efficiebant. Inijce quæso nunc in sapientiæ conuictores oculos, numera si aliquid ex prænarratis eis deest, & cùm nullum repereris, inclama eos verè nobiles, verèque ingenuos.

33. Qui nobiles apud Græcos vocabantur.

34. Sapientiæ discipuli sancti, nobilissimi ex prosapia.

Isti enim, licèt terreni, & carnei, tamen si illustrato fidei oculo eos perspiciamus, inueniemus, quòd omnes sunt, vt inquit Apostolus Petrus. *Genus electum, gens sancta, regale sacerdotium*, 1. Petr. 2. nu. 9. qui ob res præclaras, illustres, ac supra humanum captum admirabiles ab ipsis gestas, diuino, humanoque decreto, coronas, statuas, immò & templa, etiam dum viuerent, eis homines consecrarunt: sic Petro, sic Ioanni, sic Paulo, vt refert Lyra in ca. 24. Matth. super illa verba: *Et prædicabitur hoc Euangelium*, & Baronius tom. 1. pag. 342. Quid illustrius? quid præclarius? Attende oro te, quis erat Petrus, quis Ioannes, quis Paulus? omnes quidem pauperes, & Petrus, & Ioannes ex plebe, indocti, ac idiotæ: quod cùm consideraueris, animaduerte postea ad quid ex consortio diuinæ huius deuenerint sapientiæ, & admirare.

1. Petr. 2. num. 9.

35. Templa adhuc viuentibus Apostolis illis exhibita.

Lyra.

Baronius.

36. Sancti vt supra Reges gloriosi.

At quid dicam de Paulo? quid de Petro? attende cæteros, qui ad tantam ex consortio, contuberniique huius diuinæ sapientiæ gloriam euolarunt, vt etsi infimi, etsi vltimi, etsi vilissimi, supra Reges se eleuarunt, supra dynastas, conculcantes eos, & ad pedes suos prostratos eos habentes: non alia ratio-

ne, nisi quia huius diuinæ amici sapientiæ, in qua sola gloriam, honoremque suum reponentes, ab ipsa sola eam spetarunt: vnde in eis completum videmus illud Isai. 26. 4. *Sperustis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum, quia incurnubit hubitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit, conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.* Hoc videmus in Bernardo, Dominico, & Francisco, qui cùm paoperes essent, nulliusque nominis, respectu summorum Regum, & Principum, contubernium cum Dei sapientia sic eos nobilitauit, ad talemqoe eos euexit gloriam, vt ante se pedesque suos, ipsos Reges, ipsosque Imperatores, ac in terris Deos haberent, immò & habent, vsque adeo vt non solum ipsos, sed etsi vilissimæ, nulliusque pretij, res venerentur ipsorum.

Isa. 26. 4.

37. Particulam equidem soleæ vnius calceamenti Beati Francisci, quam ego Burgali vidi, reuerenter, obnixè, & instanter summus ille petijt Monarcha, ac orbis moderator Philippus secundus Hispaniarum Rex, ante cuius genu curuabantur, qui portabant orbem. Mirum & stupendum, vt non personæ, non vestis reliquia, sed soleæ, sic à tali, tantoque exquireretur Rege: & hoc equidem non superuaneè, non otiosè, sed dignè, sed rationabiliter. Quod est illud stupendum à sanctissimo admiratum Bernar. in serm. de expositione loci Sapient. 11. explicans illa verba: *Et honestauit illum in laboribus:* Considerauit enim sic, hanc diuinam Sapientiam amicos illustrare suos, vt non solum personam à Principibus, sed vestes, sed semicinctia honorare iubeat, ac venerari.

Beati Francisci solea, adorata à summis Regibus.

Bernar.

38. *Nonne*, inquit, *& in ipsis laboribus nostris honestamur? nonne hac vilitas, hac deformitas, hac semicinctia honorantur, & adorantur à Principibus terræ?* Nil melius. Generosum hæc sapientia, præclarum, illustremque reddit contubernalem suum: ita illustrem, ac præclarum, vt non solum ante ipsius personam, sed & ante res eius, etsi vilissimæ, incuruentur, qui portant orbem. Quando mundus hoc suis confert? quando ad talem, tantamqoe nobilitatem quempiam Principum gratiæ, fauoresque euehunt?

Reliquiæ sanctorum honorantur à Principibus.

Enimuerò sic admirabiliter maiestas Chaldæorum, Persarumque refulgebat Regum, vt veluti Dij in terris ab omnibus adorarentur, & venerarentur: tam mira & stupeoda, vt semel visa terrefaceret, animumque ad deliquium cogeret. Sic Esther, etsi Regina, corruit, & penè exanimata est, cap. 15.

Esther. c. 15.

39. eius prospiciens maiestatem, & gloriam: & tamen talis, tantaque quæ ab hominibus adorabatur, venerabaturque maiestas, corruit, cecidit, & adorauit, non Principem vnum, non ignotum, nō hominem liberum: sed priuatum, sibi notum, sui seruum. Mira & magna res. Daniel. 2. nu. 46. *Tunc Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias, & incensum præcepit, vt sacrificarent ei.* Quid illustrius, quid nobilius homini accidere potest, quod magis eum illustret, clarioremque faciat?

Daniel adoratus à Rege, quia Dei seruus.

Daniel. 2. num. 46.

40. At quid dico magnum? Reges scilicet ante ipsos procidere Dei seruos, cùm & antè eorum procidāt sepulchra, pro magno æstimantes, si vt inquilini ad ipsorum fores admittantur. Quod egregiè considerauit Chrys. hom. 66. ad popul. Antio. tom. 5. admirabilem crucifixi in suis honorandis seruis potentiā considerans, vbi sic ait: *Et quid de Christo loquar, cùm & discipulos, postquam obierint, tunc effulgere fecerit, quid dico discipulos? nam & eorum loca, & sepulchra simul & tempora perenni memoria celebrari curauit: tu verò mihi sepulchrum ostendas Alexandri, & profer diem, quo vitam finiuit: sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt, & exterminata: Christi verò seruorum, & sepulchra clara sunt Regiam assecuta ciuitatem, & dies notissimi mundo, festum afferentes lætitiam, & illius quidem loculum & proprij nesciunt, horum autem sciunt & barbari, & seruorū crucifixi sepulchra regijs aulis sunt clariora, non ædificiorum pulchritudine, sed conuenientium studio: nam & ipse, qui purpurā indutus est, accedit illa cōplexurus sepulchra, & fastu deposito stat sanctis supplicaturus, & scenarum fabrū, & piscatorem, etiā mortuos, vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit.* Nil melius. Vbi vltima sūt notāda verba Si magnis, si inclytis, si Principibus, Regibusque hoc præstaret Deus post ipsorum mortem, cùm iam in cinerem reuersi amplius non valent, etsi magnum, non tamen multum, cùm & dignos eos adoratione, etsi post mortem æstimaret mundus, qui viuos adorauerat: at quòd eos adoratione dignos faciat, qui rudimenta, qui quisquiliæ, vt sic dicam, sunt mundi, vti scænarum fabrum, & piscatorem, hoc magnum, hoc maximum est. *Constantini Magni*, subdit Chrysost. *filius honore magno censuit haberi, si pro foribus piscatoris paternum corpus collocaret, & quod in Regijs sunt ianitores Regibus, hoc sunt in monumento piscatoris Reges: & illi quidem vt Domini loca teneant interiora, hi verò tanquàm inquilini, & vicini aulæ ianuam sibi gratum habuere deputari.* Quid præclarius?

Reges sanctorum inquilini.

Chrysost.

41. Vadant nunc Reges, Imperatoresque ac summi orbis Monarchæ, & amicis suis simile aliquid præstent, videant, & experiantur si potētes ad hoc erūt, si possibile eis illud fiat: faciant vt adorent amicum suum Reges, vt ipsi, sicut Nabuchodonosor Danielem adorauit. Immo quid Reges dico? faciāt, si possunt, vt & eius subditi illud faciant, enimuero nec poterunt, nec valebunt. Experiatur hoc ipsemet amicus, velit vt omnes eū adorent, sicut à Rege præceptum, videat, an possit: an verò, etsi amicus, etsi intrinsecus, etsi veluti Regis anima, cum adoratione requisita, & rem, & honorem, & vitam miserabiliter deperdet.

Impotentia Regum ad suos exaltādos.

Exaltauerat quidem Princeps ille maximus, qui ab India vsque ad Æthyopiam super centum viginti septem dominabatur prouincias, Assuerus nempè Imperator, Orbis, ac, vt sic dicam, mundi moderator & rector, Aman: & ita exaltauerat, vt & adorare eum suis præcepisset. *Cuncti serui Regis, qui in Palatij foribus versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman, sic enim præceperat eis Imperator*, Esther 3. num. 2 at numquid amicus hoc potuit, hoc valuit cum omnibus efficere? *Mardocheus enim non flectebat genu*, extraneus, pauper, imbellis, & tandem seruus & captiuus: immo plus æquo illud appetens, ac proinde violentia in furiam adductus, extorquere adorationem curans, tantum abfuit, vt proficeret, quinimmo & pristinam à Mardocheo sibi exhibitam reuerentiam amisit, cùm non solum eum non adorauit, sed nec motum à sella, in qua stabat, ei præstiterit: etsi superbus iste ad summum honorem, ad quem Reges suos sublimare possunt, tunc tunc ascenderat, nempè conuiuam extitisse Regis, & Reginæ. *Egressus est itaque Aman illo die lætus, & alacer: cumque vidisset Mardocheum sedentem ante fores Palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde.* Mirum, si semel ponderas momenta singula: maiestatem nempè, ac

Esther. 3. num. 2.

præcipientis potentiam, amici sublimitatem, personæque renitentis conditionem, ac statum.

42. Ad quātam nobilitatem suos euehit Deus.

Sed quid dico? ad eum equidem nobilissimum, præclarumque statum suos euehit sapientia diuina, vt quod præclarum, quod summum, quod, vt sic dicam, non plus vltra in humanis æstimant ipsi Reges, ipsique Imperatores, repudient isti, expuant, ac sub pedibus habeant: vnde calcant illud, quod veluti vltimum capitis eorum ornamentum desiderāt, ambiunt, ac pro illo depereunt ipsi Reges, ipsique mundi dominatores.

43. Sancti sub pedibus vltimum Ragum honorem habēt.

44. Alexander vt deitatem appetijt.

Quātum quæso, desiderauit: seu quid ille summus Imperator, ac belli fulgur, Alexander Magnus non fecit, vt adoraretur, & thus, atque incensum ei offerretur, ac pro Deo haberetur? Ob hoc bellauit, laborauit ob hoc, & vsque ad mortem desudauit: enimuero non solum vi extorquere illud curauit, B sed etiam industria, ac negotiatione, vsus adulatione Cleonis, vt inquit Curtius libro octauo, sed vsque adeo non profecit, quininò, & ob hoc infamiam potius sit consequutus, vt inquit & optimè ipsemet Curtius libro quarto, quando fidem falso præstans Oraculo, filium scilicet ipsum Iouis esse, vt Deum se præcepit adorari. *Verè, & salubriter æstimanti*, inquit Curtius, *fidem oraculi, vana profectò responsa videri potuissent: sed fortuna, quos vni sibi credere cogit, magna ex parte auidos gloriæ magis, quàm capaces facit: Iouis ergo filium non solum se appellare passus est, sed etiam iussit, rerumque gestarum famam, dum augere vult, tali appellatione corrupit.* Et meritò, nam vt præclarè dixit Calistenes, etsi Alexandri amicus, Cleonis obtundens petulantiam, Deum efficere Alexandrum gestiens, *Hominem*, ait, *consequitur aliquando, numquàm comitatur diuinitas. Ergo si ego, & tu Cleo, Deos facimus, potentiam tuam experiri libet, fac aliquem Regem: si Deos potes facere, facilius est imperium dare, quàm cælum.* Nil melius. Hinc, vt rectè adnotauit Chrysostomus vbi supra, magno dispensationis diuinæ consilio factum, vt Romanorum Senatus adorationem Christo negaret, etsi debita ei videbatur, indignatus, quòd ante suum ab omnibus adoraretur decretum. *Hoc autem*, inquit Chrysostomus, *& ipsis nolentibus dispensatum est, ne mortali decreto, Christi prædicaretur diuinitas, ne vnus de multis putaretur, qui ab eis fuerant instituti.* Ideo ergo illud Deus ordinauit, ne id videretur ab ijs accepisse, à quibus conferri non poterant, hominum reprehendens simul stultitiam, diuinitatem conferentes, qui cineres, qui prorsus lutei essent: at etsi falso eam conferebant, tamen ad illam, nec ipsi, etsi Alexander potuit peruenire. Quid etiam non egit Nabuchodonosor, vt adoraretur, & pro Deo haberetur? & statuam erexit, & auream eam fecit, & fornacem accendit, & cymbalis, & fistulis, & sambucis est vsus, vt populus ad sui adorationem alliceret: & tamen cum tribus, & pueris inermibus, pauperibus, seruisque vnquam illud efficere potuit. Hoc ergo, quod summum, quod maximum, quod vltimū in vita expetunt Reges, hoc supremum, & diuinum, hanc gloriam, hunc honorem, diuinam hanc nobilitatem, vt sic dicam, quam ipsi tantopere procurarunt, eamque attingere non potuerunt, hanc vltro exhibentes homines, spontè, & non coactè, non iussi, non ab aliquo commoti ac persuasi, respuerunt, repudiarunt, serui, ac sapientiæ calcarunt amici, eo feliciores, quo amplius contemptiores.

Curtius.

45. Fortuna homines magis auidos gloriæ quam capaces facit.

Caliston.

46. Facilius est Imperium dare quàm cælum.

47. Christus ordinatione diuina Senatus Romani decreto non adoratus.

Chrysost.

Præterea Baptistam sanctissimum, quem pro Deo vero habere voluerunt Israelitici primates. Considero solum Paulum, & Barnabam, quos Deos appellans fatua Gentilitas, sacrificare eis iam volebat: quomodo illum repudiarunt honorem? quomodo calcarunt? quomodo respuerunt? Actor. 14. num. 10. *Leuauerunt vocem suam dicentes: dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium, sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas antè ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare:* At quid Paulus, & Barnabas? *conscissis tunicis exilierunt in turbas, clamantes, & dicentes, viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines.* Præclarum dictum, admirabile factum, nobilis actio, digna diuinæ huius sapientiæ amicorum ingenuitas. Calcarunt isti, quod Principes appetierunt: vim intulerunt adorare ipsos volentibus: mæstitiam & dolorem acceperunt ex consecutione illius, quem ex negatione summi demonstrabant Principes, summique Dynastæ. Dic mihi nunc: nonne isti supra Reges, supra Principes, supra omnes, nobiliores, & excelsiores, immo & gloriosiores?

48. Paulus & Barnabas deitatem contempserunt.

Actor. 14. num. 10.

Enimuero, vt refert Stobæus Sermo. 84. & Tiraquell. de nobilitate cap. 4. num. 3. interrogatus Diogenes, qui hominum essent nobilissimi, respondit, *Contemptores opum, gloriæ, voluptatis, & vitæ contrariorum victores, scilicet paupertatis, ignominiæ, laboris, & mortis.* Hos Philosophus iste nobilissimos esse affirmauit, & meritò nam ista contemnendo, supra opes, supra gloriam, supra voluptatem se extollunt, vnde præclarissimi, & nobilissimi. Quod si hoc, dic, qui supra gloriam deificationis, adorationisque se ponunt, qui sub pedibus eam habent, qui eam calcant, nonnè supra omnem gloriam, supra honorem omnem, supra omnem sunt deitatem humanam? vnde infra ipsos eam habentes, consequenter sub pedibus obtinent, & supra eorum capita constituuntur, qui velut Dij habentur in terris, & adorantur. Ergo supra Reges, supra orbis dominatores, supra Alexandros, supra Darios, supra Assueros, est Paulus, & Barnabas: non alia equidem ratione, nisi quia sapientiæ huius amici, & conuictores, quæ cùm sit Regina, meritò & Reges suos constituit: vnde & nobilissimos, & splendidissimos, ex splendore refulgentes maiestatis eius: quod proprium & singulare est in sponsalitijs Reginarum, etsi cum plebeio nubant: nam constans omnium Doctorum opinio est, de qua videndus est Tiraq. cap. 18. num. 39. virum refundere nobilitatem mulieri, etsi ignobili, si cum illa nubat; secus autem si vir ignobilis cum muliere nobili: at hoc D fallere in Reginis, nam vt inquit Baldus, *In c. significauit col. 1. vers. pone Reginam Apuliæ, de rescriptis, vir hoc in casu coruscat radijs vxoris, quia Regina sui lateris comitata illam illustrat.* Sapientia ergo cùm sit Regina, & Reges suos constituat, quid mirum, si nobilissimos, si splendidissimos eos efficiat? Quod etiam considerauit Origenes homil. 6. in lib. Iudic. exponens illa verba Debboræ cap. 5. nempè. *Audite Reges*, iustos namque esse hos Reges, & ideo diuinam sapientiam esse Regum Regem, quia amici eius Reges. *Reges*, inquit, *appellat eos, qui conuocantur ad audiendam diuinam Sapientiam: exulta popule Dei, audiens tua nobilitatis insignia: tibi dictum est, Regale genus, ideo quia vos Reges estis, meritò Rex noster Christus Dominus, Rex Regum dicitur, & Dominus dominantium.* Optimè, nilque melius. Reges eos facit, ac proinde nobiles, illustres, præclaros, maie-

Stobæus.

Tiraquel.

49. Qui homines nobilissimi.

50. Paulus & Barnabas supra omnes Reges.

Idem.

51. Vir nobilis refūdit nobilitatem mulieri ignobili, secus autem mulier, quæ regulis fallit in Regina.

Bald.

Origen.

52. Sapientia cur dicitur Rex Regū.

state effulgentes, sicut ipsa effulget. A

53. Consiliarij regum omnes nobiles, & cur. Quo quid mirum: in humanis enim, vt ait idem Tiraquel. vbi supra cap. 2. num. 8. siquis Princeps alicui permittit, vt tantum lateri eius adhæreat, etsi igoobilis, nihilque de eo Princeps proferat, tacitè tamen censetur nobilem illum efficere: ob quod Consiliarij Principum omnes nobiles habentur, etiamsi ex alia ratione ignoti, siue ortu, siue patriâ, sioe genere sint: tamen quia tantum latus eis concesserunt & conuictum: fulgor ex illorum persona emicans tantæ efficaciæ æstimatur, vt sufficiens sit ad ignobilem oobilitandum, ad plebeium illustrandum, ad sordidum exaltandum, & ab omnibus, vt suscipiatur, præstandum. 54. Reges non plus quam vnum animal. Quod si hoc efficere possunt Reges humani, qui licèt alti, licèt præclari, tamen vltra vnum animal, non sese plus erigunt. vt dixit, & optimè, Darius de Alexandro, animans suos contra illum: *Alexander*, inquit, *quantuscumque ignauis, & timidis videri potest, vnum animal est, etsi quid, mihi credito, temerarium & vecors, adhuc nostro pauore, quàm sua virtute felicius*. B Curtius. Curtius libro quarto, si inquam, tales ex solo conuictu, nobilissimos homioes efficere possunt ex sordidissimis, quid efficiet fulgor ille indicibilis, ac immẽsus supernæ illius maiestatis, dum latus suum, contuberoiumque amicis coocedit, ac præbet suis?

Nunc enim capio vim, illiosque efficaciam fulgoris, & maiestatis, quæ in facie Moysis effulgebat, adeo, vt homines carnales in illum intendere, ipsumque sufferre non possent. Exod. 34. num. 29. Exod. 34. num. 29. *Videntes autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere, vocatique ab eo reuersi sunt, tam Aaron, quàm Principes Synagogæ*. 55. Moyses cur splendens terribilis apparuit. C Nam prospicio, & pondero, quod, vt inquit scriptura, *ex consortio sermonis Domini cornuta erat facies illa*: id est terribilis, & suspicabilis, & omni veneratione, timoreque plena, ideo, quod non homo Moyses illis apparuit, sed veluti Deus, splendore afflatus diuino, & diuina maiestate circundatus: vnde supra humana erectus, & eleuatus, ita altus, ita magnus, ita maiestate plenus apparuit, vt tremendus, vt horribilis esset, diuino splendens fulgore, diuino refulgens splendore.

Nunc etiam intelligo, vnde nam sanctus sperabat Apostolus Paulus sui configurationem corporis, claritati, splendorique corpocis Christi, ad Philippens. 3. num. 2. *Saluatorem expectamus*, Ad Philipp. 3. n. 2. inquit, *Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ*. 56. Spes Pauli de sui corporis transformatione vnde. D Intelligo enim nunc rationem, & fundamentum huius spei, nam supra inuenio dixisse, conuersationem suam in cœlis esse, conuictum, & contubernium cum ista Sapientia diuina, quæ in cœlis residet: *Nostra autem conuersatio in cœlis est*. Quid ergo mirum, si corpus humile sperat futurum sublime, si opacum lucidom, si terrenum cœleste, si ignobile nobilissimum, dum qui conuersationem cum ista nobilissima, dioinaque obtinent sapientia, fiunt ex splendore eius illustrissimi, ac nobilissimi, immò & gloriosissimi, vt inquit noster Sapiens, dum ait: *Generositatem, &c.*

Num. 4. *Doctrix est enim disciplinæ Dei, & electrix operum illius.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Dixerat Sapiens Deum diligere sapientiam, nunc huius dat rationem dilectionis, & duas affert. Prima, quia omnium arcanorum eius est doctrix, idest conscia. Et secunda, continua cum voluntate eius conformitas, vt mox dicemus.

Vatabl. *Doctrix*, Vatabl. *initiatrix*, sacerdos, mystica, atque arcanorum, & scientiæ Dei perita. B Verbum Græcum, oon solum significat doctorem, sed etiam discipulum, mysteriorum conscium, & secretorum Alij etiam vsurpant verbum Græcum pro secretario, quæ omnia optimè quadrant Dei sapientiæ: 1. Sapientia incarnata discipula, & magistra quomodo. nam iocaroata doctor extitit respectu nostri, discipula repectu patris, omniumque secretorum Dei conscia, & veluti fidus secretarius: vnde optimè Cantacuzenus. *Residet*, inquit, *in eodem consilio, ac penitus nouit, quæ ad illud spectant*: vnde meritò Angelus magni consilij dicta.

Disciplinæ. Id est scientiæ.

Hilar. *Electrix*. Alij, *inuentrix*, sed retinenda est vulgata lectio. Hilarius legit: *In labore vtilium operum valida*. Lorin. Lorinus per opera vtilia intelligit media ad finem: vnde secundùm ipsum, Hilarius vult dicere: 2. Sapientia adiutrix ad optima eligenda media. C sapientiam esse optimam adiutricem in electione mediorum ad finem, vt scilicet ea eligantur, quæ vtilia, quæ conducibilia. Vatabl. legit. *Et Antistes operum illius*. Vatabl. Hęc magis est paraphrasis, quàm vera translatio: nam ex eo, quod sapientia diuina est optima inuentrix mediorum ad finem, & simul illorum electrix, tamquam in hac re vnica, singularis, ac præeminens, dici potest Antistes operum, idest electionis, ac inuentionis mediorum conducentium ad finem, sicut si in iuris scientia Aotistitem 3. Sapieotia diuina vt Antistes operum Dei. appellares Baldum, & Bartolum: quod quàm propriè sapientiæ incarnatæ cooueniat, oullus est, qui non videat, si semel considerationem applicet ad media, quæ adiouenit, & ad nostram dispooendam elegit salutem: vnde verè Aotistes operum Dei dici potest.

Electrix etiam dicitur hæc diuina sapientia, non 4. Semper incarnata elegit quod Deo magis placitum. D solum quatenus eligit media ad finem, quæ magis sunt conducibilia: sed etiam quatenus semper ea eligit, quę Deo magis placita, vt ea exequatur, quod maximum ei recoociliat Dei amorem, vt bene adnotat Lorinus. Lorin.

HOMILIA CLI.

Christus Dominus noster omnia voluntatis Dei caluit secreta, hinc vnicè amatus, & dilectus.

DOctrix, inquit noster Sapiens, qood est sapientia diuioa, *disciplina Dei*: hoc est, vti diximus, omnium conscia secretorum: ita conscia, vt ea ipsa vnicè edoceat, & manifestet, & absqoe ea nullus a-

lius sciat, ac propterea doctrix est & magistra, immò etiam electrix operum illius: idest, vt diximus, electrix, tum ad media eligenda Deo gratiora, tum ad ea opere implenda, & exequenda: vnde oritur, vt propemodum sicut dicitur electrix Dei operum, sic etiam dici possit & executrix eorum, ex quo vocari etiam potest vnicum omnium diuinarum voluntatum complementum.

1. Christus diuinæ voluntatis cõplemẽtum.

Ex dictis, fontes tibi scaturiunt arguendi, & simul admirandi communicationis infinitatem sanctissimi Patris cum Christo; vnde verè de hac sapientia incarnata debet asseri, quod sit doctrix Dei disciplinæ, & operum eius electrix, cùm neque in cœlo, neque in terra inueniatur, immo nec inueniri possit, cui Deus tanta mysteria, tanta abscondita, tantaque reuelauerit arcana, immò cui sic cor effuderit.

2. Deus pater totum cum Christo effudit cor.

At antequàm hoc probemus, supponendum vnum; signum nempè vnicum amoris, communicationem esse secretorum: sic vt vbi non est cõmunicatio secreti, impossibile sit vt adsit amor; amor enim, cùm sit *pondus in amatum*, vt inquit Augu. fit vt ita profusum reddat amantem in amatum, vt totum totum, quod est, velit esse amati, intellectum, memoriam, voluntatem, imaginatiuam, sensitiuam, spiritum, animam denique, & corpꝰ. Hinc fit, vt cùm secretum sit quid conceptum, & intimo reconditum in intellectu ac in voluntate, si est affectio, si amans eum retinet, amato totum nõ tribuat intellectum, totamque volũtatem, quia aliquid reseruat, quod præcipuum, quod optimum in illis: At cùm hoc impossibile sit ei, qui verè amat, fit vt etiã possibile non sit, vt non simul cum amore effundat cor, effundat secretum: vnde si aliter, non est amans, verè non amat.

3. Communicatio secretorum amoris signum, & cur.
August.

4. Qui secreta non cõmunicat, non amat.

Hoc optimè mulier illa callebat ingrata, & deceptrix Dalida Iudic. 16. n. 15. cui cùm repugnaret Sãson aperire secretum, sic cum illo de eius amore conquesta est. *Quomodo dicis, quòd amas me, cùm animus tuus non sit mecum?* acutè: non dixit, cùm mihi non reueles, quod posco, sed, *cùm animus tuus non sit mecum*. Quasi diceret mulier sagax: inquis, quod amas, amantis est amato totum se dare, animum, & corpus: quomodo ergo potes dicere, quòd animum mihi dedisti, si secretum abscondis, & non aperis? Quod argumẽtum ita eum amãre validum extitit, vt sæpius repetitum, tandem cor extorsit & secretum, quia impossibile, vt verè Sanson amans secretum celare posset; & amplius, dùm ab amata exquireretur. Vnde optimè Seneca ad Lucillũ epi. 3. arguit eum appellasse quẽdam amicum, & simul iunxisse, vt non ei diceret quæ ad eum pertinentia. *Epistolas*, inquit, *ad me perferendas dedisti, vt scribis, amico tuo: deinde admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non soleas nec ipse quidem hoc facere: ita in eadem epistola illum dixisti amicum, & negasti*. Optimè, nã si amicus, non debebat iniungere secretum; negauit ergo esse amicum, dum illi secretum interdixit: signum ergo amicitiæ est secreti reuelatio, & eo quis intimior amicus, quò magis secreta scit amici, eoque amplius diligitur, quò magis in illum cor effunditur amantis.

Iudic. 16. num. 15.

5. Sanson cur secretum Dalidæ celare non valuit.
Seneca.

Quod si hoc, qualis, quantaque communicatio erit secretorum Patris cum Christo, quem sic infinitè diligebat? quis hoc audebit dicere, aut exprimere, nisi iũctim proferre, quod omnia sua ei reuelauit, nil ei abscondit, & quod penè totum cor ei effudit, manifestans illi, vt inquit Isai. 45. num. 3. *Omnes thesauros absconditos, & arcana secretorum*.

6. Christus omnium secretorum Dei consẽius.
Isa. 45. num. 3.

A Vnde optimè sanctus Pater Anastasius Synaita Anagogicarũ contemplationum in exame. lib. 3. eum à natura appellauit sapientem, & sapientiæ datorem, cuius sapientia per ea ab ipso facta edisci potest. *Est*, inquit, *natura sapientia, & dator sapientiæ, & in sapientia omnia fecit filius Dei, & per omnia, quæ sunt supra terram, eius ineffabilem discimus sapientiam*. Vnde sicut Pater fons est omnis sapientiæ, sic Filius flumen, qui ab ipso scaturiens fonte, omnem eius recipiens aquam, infinitè sapiens illa dicitur communicatione. *Pater Filij fons*, inquit Marius Victorinus lib. 4. aduersus Arium. *Filius vt flumen, quod excurrit ex fonte*. Qui etiam pulchrè Filium flumen esse inquit, quatenus flumen per diuersa discurrens, terrarum, quas sulcat, qualitatibus afficitur: sic Dei Filius per humana discurrens, homo factus, qualitates imbuit hominis. *Vt flumen*, inquit, *motu apertiore per diuersa discurrens terrarum, quas sulcat, qualitatibus, & afficitur, & quodãmodo patitur: sic & Filius aquã suã, suaque substantia, quæ Patris est, semper purus, & immaculatus, impassibilis, regionibus, per quas discurrit, locisque vel supracœlestibus, vel cœlestibus, vel intracœlestibus, quietus excurrit, & recipit passiones, non in eo, quod substantia est, sed in actu, atque operatione: nam cùm mysterium aduentus sui compleret, tum iam passionem sustinuit, vt se exinaniret, vt personam serui susciperet*. Nil elegantius.

Anasta. Syna.

7. A natura sapientia, & sapientiæ dator.

8. Sapientiæ flumen, & cur.
Marius Victorin.

B

Huic enim Filio in carne aduenienti, sua omnia Pater communicauit secreta, quia summè, infinitèque illum amabat: omnia, inquam, hoc est, creaturas existentes in quacumque temporis differentia, scilicet, & quæ fuerunt, sunt, & futuræ erant, secundum earũ rationem essentialẽ, accidentalẽ, vniuersalem, & singularẽ, quas omnes ab instanti suæ vidit Conceptionis, vti affirmãt cõmuniter Doctores cũ S. Tho. in 3. par. quæst. 10. ar. 2. & 3. De possibilibus autem, quantum quisquã cognoscat quicũque alius intellectus creatus: immo, vt rectè inquit Suarez in 3. par. disp. 26. sect. 2. §. *in hac responsione*, si possibile illud esset, quod aliqui affirmant, scilicet, posse dari visionem creatam infinitam extensiuè, & non intensiuè, & illa omnia cognosci possibilia, & eminentia, quæ sunt in Deo, absque eius comprehensione, talem scientiam à Patre, Christo non denegandam esse, tum quia dignitati eius multum esset proportionata, tum etiam, quia ad cumulum beatitudinis eius multum conferret: At quia illud videtur impossibile absque eo, quòd nõ sit vera simul comprehensio: ideo pro certo statuimus sanctissimum genitorem dilectissimo communicasse Filio suo de possibilibus eminẽter in eo existentibus, quãtũ possibile, talique dignitati cõueniens erat cõmunicari: at vti dixi, omnes de futuris in quacunque temporis existentia, omnia, nihilque illi abscondisse, sed penitꝰ quoad hæc, omne illi cor effudisse suũ. Enimuerò Ionathas Sauli filius de dilectione fidẽs patris, ausus fuit dicere Dauid. 1. Reg. 20. n. 2. *Neque enim faciet pater meus quidquam grande, vel paruum, nisi prius indicauerit mihi*. Existimauit enim Princeps iste, & rectè, dũ se videbat tãtum à Patre diligi, impossibile, vt aliquid ille præmeditaretur, quod ipse nesciret. Sed quid hoc? appone quæso, filium filio, amorem amori, & perspicies, si possibile fiat vt Pater sanctissimus aliquod habeat secretum, quod Filio suo sanctissimo non cõmunicet: quæ quanta sint, qualia, quã magna, quàm impenetrabilia, solus Pater ipse nouit, nemoque in cœlis, terrisque reperietur, qui hoc nec attingere quidẽ audeat profun-

9. Secreta quæ Christus sciebat, eiusque amplitudo scientiæ.

C

S. Thom.

Suarez.

10. Visio Dei infinita extensiua, non intensiua, si possibilis esset Christo non deneganda.

1. Reg. 20. num. 2.

D

11. Ratio manifestationis patris secretorum Christo, eiusamor, & Christi dignitas.

12. Humana creatura impossibile vt attingat profundum communicationis Christi cum patre.

Origen. dum nã ſicut dixit Orige. li. 1. Periatchon ca. 6. ſicut ſolum Verbũ Dei inueſtigauit naturã ſic etiã ſolus Pater ſcit, qualis quantuſque ſit eius Filius: ſic pari modo, quæ ſecreta quæ arcana Deus Pater Chriſto ſanctiſſimo reuelauit, ſolus ipſe ſcit, & præter ipſum nemo *Qui vniuerſam*, inquit Origenes, *Dei naturam inueſtigare potuit, niſi ſolus Deus, apud quem erat Verbum? ſic etiam pro certo habere debemus, quòd hoc Verbum, hanc ſapientiam, hanc veritatem nullus alius, niſi Pater nouit, nec noſcere poteſt.*

Amos ca. 3. num. 7.
13. Deus cum ſuis ſecretũ non habet.

Non faciet, inquit Amus Propheta, cap. 3. *Dominus verbum ſuum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas.* Mira Dei dignatio erga ſeruos ſuos, miruſque hic arguitur Dei amor erga illos. *Non faciet*, inquit quaſi piaculum Deo eſſet aliquid facere, niſi prius ſecretum ſuis reuelet ſeruis: quod piaculum cum impoſſibile ſit Deo, hinc fit, vt nullo modo aliquid Deus faciat, niſi priùs cum amicis ſuis colloquatur. Quòd ſi piaculum cum B ſeruis ſecreta non communicare, numquid nõ piaculum, vt ſic dicam, aliquid Filio Patrem celare, & Filio dilectiſſimo ſuæ?

Gen. 18. n. 17.
14. Rationes cur Deus ſecretum Abrahamo celare non potuit.

Quid? Geneſ. 18. num. 17. *Num celare potero Abraham, quæ facturus ſum?* inquit: cuius rationem aſſignans, ait: *cùm futurus ſit in gentem magnam, & robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ: ſcio enim, quòd præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iuſtitiam, vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus eſt ad eũ.* Quatuor ergo myſterij ſui reuelationis rationes adduxit Dominus. Prima, quia Abraham futurus erat in gentem magnã, & robuſtiſſimam. Secunda, quia in illo benedicẽdæ erant omnes nationes terræ. Tertia, quia præcepturus filijs viæ Domini cuſtodiã. Et C quarta demũ, quia propter eũ adducturus cæteris erat Dominus omnia quæ de eis locutus. Quæ rationes ita potentes, efficaceſque in cõſpectu apparuerunt Altiſſimi, vt impoſſibile dixerit nõ reuelare amico myſteriũ. *Nũ celare potero*, ait. Neceſſitatẽ ſonant verba, non libertatẽ: ergo neceſſarium fuit, vt ſic dicam, vt Deus ſecretũ ſuum Abrahamo reuelaret: quia futurus erat Pater multarum gẽtium: quia gentes in illo benedicendæ: quia præcepturus Dei legem, & mandata, & tandem, quia in gratiam eius cõpleturus erat quæ illi iurauerat. Confer, oro te, hæc, oculiſque fidei penetra eorũ myſteriũ, & dũ in Abraham Chriſtũ intelligis figuratũ figuratumque tantũ fuiſſe Abrahamũ, cùm Chriſtus verè pater futuri extitit ſæculi, veréque in illo benedictæ omnes gentes, ſoluſque Dei legẽ, ac viã demonſtrauit, & tãdem per ipſum ſolũ, in gratiãque eius, omnia quæ Deus fidelibus facienda promitit, completa atque effecta ſint. Cumque hæc enim, inquam, D

15. Chriſtus omnes poſſidet theſauros ſciẽtiæ Dei.
Ad Coloſ. 2. num. 3.
Chryſoſt.
Petr. Damian.

attenderis, perſpice an ſit poſſibile, vt aliquid Pater ſanctiſſimus ſuo celet Filio, ſimulque vt totum illi cor non effundat. Hinc rectè Paul. ad Coloſſen. 2. num. 3. affirmauit in Chriſto eſſe omnes, *Theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Quo in loco merito Chryſoſt. hom. 5. Chriſtum Dominum aſſerit, *Omnia ſcire, & nihil ignorare.* Quod pulchrè proſequitur Petrus Damian. epiſt. 4. ad Deſiderium capite primo ſuper illa verba Matth. 13. *De die autem illo, vel hora nemo ſcit, nec Angeli, nec Filius, niſi Pater.* vbi ſenſum horum expendens verborum, ſic

16. Chriſtus vt dicitur diẽ ignoraſſe iudicij.

ait: *Hoc proculdubio intelligendum eſt, quod diſcipulis hoc tantummodò neſciat, qui ſibi nil prorſus ignorat, cùm enim Ieſus, Verbum videlicet Patris, tempora cuncta condiderit, omnia ſiquidem per ip-* A *ſum facta ſunt, quali conſequentia, qui totum nouit, diem iudicij pariter, & finem temporis ignorauit? ſcit ergo ſibi, quod neſcit Apoſtolis.* Omnia ergo ſciuit, quia, *vnus cum Patre*, vt inquit idem ſanctus, nil eum latuit, quem ſummè, infinitéque ſanctiſſimus diligebat Parens.

At hoc quid mirum, ſi ipſa, non ſolum, *doctrix*, ſed etiam, *electrix*, Dei diſciplinæ, hoc eſt, vt non tantum ei Deus Pater ſuam ſanctiſſimam reuelauerit voluntatem, ac ipſe obſecundatus in omnibus eam ſit proſecutus, ſemper eligens quæ ei erant placita, & grata. *Sicut docuit me Pater*, inquit Ioan. 8. num. 29. *hæc loquor, & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper:* Ita ſemper, itaque eius voluntati addictus, & aſtrictus, vt (ſi fas ſit dicere, vti dicendum) totum Chriſtum, totumque hominem illum nil prorſus extitiſſe, niſi vnam Patris voluntatem: vnde ſicut ſanctiſſima illa humanitas hypoſtaticè vnita Verbo diuino, ex hac vnione conſecuta eſt vt homo ille verè, & propriè diceretur, & ſic Deus: ita pari modo ex vnione, & vniformitate, quam voluntas Chriſti Domini noſtri ſemper ad voluntatem Patris habuit, licèt eſſent duæ omninò diſtinctiſſimæ, vna tamen moraliter dici poſſint. Ex quo fit, vt ille homo, ſicut Deus dicitur ex vnione ad verbum, ſic etiam ex conformitate ad voluntatem diuinam, ipſa voluntas dicatur Dei. Vnde ſi à me petas, quid ſit Chriſtus? Reſpondeo, *voluntas Dei* & ſi interroges, quomodo vocatur? dicam, *voluntas Patris.*

17. Semper quæ patri placita operatus.
Ioan. 8. n. 29.
18. Ita vt ipſa ſit, ac dicatur ob hoc voluntas Patris.

Enimuerò non eſt ambigendum, quòd cùm alimentum conuertatur in aliti ſubſtantiam, quale illud fuerit, talis erit iſta: nam ſi alimentum corporale, corporalis & ſubſtantia; ſi ſpirituale, ſpiritualis illa. Ex hoc Angelus Raphael Tobiæ dixit 12. num. 19. *Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Spiritualis erat, ſpirituali cibo alebatur: immò ideo ſpiritualis, quia ſpiritualiter manducabat: ex hoc ergo euidenter concluditur, quod talis quis erit, & eam ſortietur denominationem, qualis eius erit cibus: manducans carnes, carniuorus: ſuſtentatur illis, totus carneus vocabitur ſic etiam totus ſpiritualis, qui tantum ſpiritualibus paſcitur, & ſuſtentatur. At nunc pete, qualis ſit cibus Chriſti, & ipſemet tibi reſpondebit Ioan. 4. num. 34. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei.* Vbi notandum hoc dixiſſe, quando diſcipuli ei dicebant, *Rabbi manduca.* Quibus Dominus: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Suſtentabatur enim altiori cibo, ſublimiori, grandiori, qui erat voluntas Patris ſui, & beneplacitum eius, quod ipſe pro cibo, pro potu reputabat, & pro toto alimento (vt ita dicam) ſubſtantiæ eius: vnde etſi comedebat, etſi bibebat, vti comedebat, & bibebat ad ſuum ſanctiſſimum ſuſtentandum corpus, tamen non erat hic cibus, non hic potus, qui eum recreabat, refocillabat, viuum, viuacemque (vt ſic dicam) eum tenebat: ſed talis cibus, taliſque potus voluntas Patris ſui erat: quem cibum neſcientes Apoſtoli, alium illi offerebant: alium, inquam, qui videbatur at Chriſtus, verus Dei Angelus, inuiſibili, altiorique ſuſtentabatur cibo, vnde & dixit: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis:* quem declarans, ait: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei.* Cibus ergo, Patris eſt voluntas; alimentum conuertitur in naturam

19. Alimentum nomen dat alito.
Tob. 12. num. 19.
Ioan. 4. num. 34.
20. Cibus Chriſti Patris voluntas.

alii:

aliti; ergo consequens est, vt tota voluntas Patris conuertatur in Christum, & Christus totus nil aliud sit, nisi voluntas Patris, dum voluntate alitur Patris: At quia talis voluntas non est ita inefficax, ac cibus iste quotidianus; sed etiam & ipsa præpotens; euenit hinc, vt etiam ipsa in se totum conuertat Christum: non secus ac dicimus de cibo Sacramenti altaris, cuius proprium est conuertere in se spiritualiter manducantem: sic pari modo de hoc dicendum voluntatis cibo diuinæ, nam dum manducatur, & totus spiritualiter conuertitur in manducantem, ita vt manducans dici possit, quòd sit Dei voluntas; sic etiam quia præpotens est & ipsa, fit, vt etiam totus manducans spiritualiter transeat, in ipsamque conuertatur. Vnde fit, vt ita vnum sint Christus, & Pater sanctissimus voluntatum vnione, *vt ipse in Patre, & Pater in ipso, & qui semel videt ipsum, videat & Patrem eius*: hoc est, totam Patris sanctissimam voluntatem, desideriumque, ex qua vnica, altissimaque transformatione voluntatum Patris in Filium, & Filij in Patrem, secundum vnitam, & semper vniformem volitionem, euenit, vt Christus Dominus noster, non solùm dicatur homo faciens voluntatẽ Patris, sed ipsamet voluntas Patris, quam tantopere ipse dilexit, tantique magnifecit, & amplexatus est, vt semper eam in corde, præcordijsq; habens suis, etsi grauia, etsi laboriosa præciperet; tamen semper ea prõpto, alacriq; perfecerit animo.

21. Christus totus in Patre, & totus Pater in Christo, quomodo hoc intelligatur.

B

22. Christus promptissimus semper ad voluntatem Patris adimplendam etsi dura præceperit.

Hinc eleganter dixit sanctus Drogonius serm. 1. de Passione Christum in cruce manducasse, bibisse, ac dormijsse, quatenus in cruce Patris voluntatem perficiebat. *Numquid Christus crucem timuit?* ait: *immò & optauit: exultauit enim vt gigas, ad currendam viam, Psal. 8. & desiderio, inquit Luc 22. desideraui hoc Pascha manducasse vobiscum, antequam patiar: manducauit Pascha cum discipulis, manducauit & Pascha cùm passus est, quando transiuit ex hoc mundo ad Patrem, ego, inquit, habeo cibum manducare, quam vos nescitis: meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, & voluntas Patris est, vt calicem bibam: ergo in cruce manducauit, & bibit, & inebriatus est, & dormiuit: manducauit, quia ascendit ad palmam, & collegit fructus eius.* Crux ergo, etsi crux, etsi amarissimus cibus, in ore tamẽ Christi palmæ fructus, qui dulcissimus non aliunde, nisi quia voluntas erat Patris. Hinc in Psalmis, *In capite libri scriptum est de me*, in persona Christi, dixit Dauid Psalm. 39 num. 9. qui liber, licet à D. Ambrosio, Hilario, Isidoro, & Tertulliano, & quam plurimis alijs, volumen legis intelligatur: tamen & congruè etiam à Ghislerio accipitur pro cognitione diuina, cum memoria indelebili omnium operum bonorum, omniumque factorum, quæ Deus adnotat ad ea remuneranda, & gratificanda, inter quæ cùm principẽ locũ opera teneant Christi, ideo in capite huius libri hoc est in *principio* scriptum est de illo. at quid scriptum? *vt facerem voluntatem tuam*, hoc est, præceptum adimplendi voluntatem diuinam, & pro humano genere moriendi hoc primum fuit, quod adinuenit scriptum Christus Dominus noster in illo libro: at quomodo adnotatur impletum? voluntate equidẽ prompta, alacri, libẽtissima: vnde & sequitur, *Deus meus volui*; & ita volui, vt in medio cordis mei talem tuam reponerem legem, tale tuum præceptũ, talem tuam voluntatẽ, etiamsi dura, quamuis amara, etsi mortem præciperet, vnde subdit: *Et legem tuam in medio cordis mei*: seu, vt alij, *In medio ventris mei*, ergo illa alimentabatur, & sicut cibũ proprium eum habebat, ideoque non solum in medio cordis, sed & ventris habere eam dicitur, ea se sustentans, eaque se alimentans. Hanc equidem alacritatẽ, hanc prõptitudinem adnotauit Pater sanctissimus, quam semel videns, ita indelebiliter eam suo in libro scripsit, signauit, exarauit, vt semper præ oculis illam habens, summopere, ac infinitè filium suum dilexerit, & amauerit: vnde meritò cõsiderãs hoc noster Sapiẽs pronũciat de hac diuinissima sapientia, quòd *Dominus omnium dilexit illã*.

23. In Cruce quomodo manducauit, bibit & dormiuit. Drogon.

C

24. Crux Christo dulcis fructus.

Ps. 39. 9. Ambr. Hilar. Isidor. Tertul. Ghisler.

D

25. Liber diuinus qui dicatur.

26. Christus quid primũ inuenit scriptum in libro Patris.

A

Ad cuius exemplar diligit etiam Deus omnes illos, qui ita cupidè, ac Christus Dominus noster, suam diuinam procurant, & satagunt adimplere voluntatem: hæc equidem est Regia via, qua rectè ad æthera transuolatur hæc clauis certa, qua cœlum reseratur: hæc est trutina vera, quæ bonos à malis discernens, obsequentes ad gloriam eligit, repugnantes ad Tartara detrudit. Enimuerò ex sexcentis illis millibus promissionis ingressuris terram, duo tantum intrarunt, Iosue & Caleb, cuius rationem Dominus assignans, ait: Num. 32. 12. *Quia isti impleuerunt voluntatem meam*. Vbi notandum, quòd etsi ius ad possessionem terræque ingressum Iosue, & Caleb competebat, quia filij Abrahæ, cui pollicitus erat Dominus generationi suæ eam se daturum: huius tamen executionem promissi non tribuit Deus, nisi eius obseruantibus voluntatem; ex quo elicere clarè possumus, horũ ad ingressum terræ electionem in obedientia voluntatis extitisse diuinæ. Vnde licet quatenus filij Abrahæ ius ad illam haberent intrandi, si tamen voluntatem non assecuti fuissent diuinam, non ingressi essent, sicuti & cæteri ad illam non peruenerunt, etsi ius ad ingressum haberent. Hoc equidem adnoto, ne quis tantum de nomine glorietur Christiano, deque iure quod ex illo habet ad vitam, nam nisi Dei obseruauerit voluntatem, ad illam non perueniet requiem, quia non Christi famulus per quem ad vitam ingreditur, sed eius subsannator meritò talis dicitur. Quod dixit August. lib. de vita Christiana tom. 9. *Nomen*, inquit, *Christiani frustra ille sortitur, qui Christum minimè imitatur. Quid enim tibi prodest vocari, quod non es, & nomen tibi vsurpare alienum? sed si te Christianum esse delectat, quæ Christi sunt, gere, & meritò tibi Christiani nomen assume: qui Christianus dicitur, Christum se habere Dominum profitetur, & verè habet, si ei in omnibus obsequatur, & seruiat, si quominus, Christi ille non est famulus, sed subsannator est, & derisor.* Hinc euenit, vt tales, qui solo nomine gloriantur Christiano, & aliunde perditis viuunt moribus, tantum abest, vt pro Ecclesia Christi stent, vt contra illam prælientur, grauiusque quàm olim ipsi tyranni, insectentur. Quod grauiter sanctus dixit Bernardus sermone ad Pastor. in Synodo. *Merito clamat sancta Ecclesia*, ait, *Ecce in pace amaritudo mea amarissima. multa est hodie, & longè grauior, quàm credi posset, persecutio sanctæ Ecclesiæ, & talis incumbit, qualis à principio non fuit: multis modis persecutus est eam diabolus, sed nunquam grauius quàm hodie, quia nunquam fuit maior perditio Christianorum, Ecclesiam incipientem persecutus est per tyrannos, proficientem per hæreticos, iam lætam, & florentem persequitur*

27. Deus summopere diligit, qui suam procurant adimplere voluntatem.

B

28. Cœlũ obtinetur Dei voluntatem adimplendo, & non aliter. Num. 32. 12.

C

29. Christianus Dei non implens voluntatem Dei subsannator. August.

D

30. Contra Dei Ecclesiam bellum gerunt grauius quam olim tyranni. Bernard.

per motus illicitos: earaem cruciauit in martyribus, ationem perturbauit in simplicibus, sed voluntatem deprauat hodie generaliter in omnibus. Fuit ergo amaritudo Ecclesia amara quidem in persecutione tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticoram, sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum. Nil melius, nilque a 1 plius si hodie faciem prospiceret Ecclesiæ, sanctus dixisset. Ergonè ad vitam ingredi præsumat Dei non custodiens voluntatem, quia intra Ecclesiam se admissum prospicit, nullam vestem habens nuptialem? fallitur, nam etsi minister eum admisit, adest sponsus domum scrutaturus, discumbentes visitaturus, qui etsi liberalis, tamen discretus. ideo quem non reperit veste indutum nuptiali, in tenebras eijciet exteriores, vt præclarè sanctus dixit Cyrill. Hierosolym. in præfatione ad Cathecheses, vbi sic ait: *Scrutabatur olim quidam naptias illas, vt est in* B *euangelijs*, (loquebatur enim de illis, qui curiositate tantùm accedebant ad Ecclesiam, vt viderent quid à fidelibus in ea fieret, nō verò animo baptisma recipiendi.) *& vestem capiens minimè decorā, ingressus accubuit, & comedit; admittebat enim Ostiarius, sed oportebat ipsum, cùm videret omnes splēdide vestitos, einscemodi quoque capere amictū: verùm ille cibam quidem vna cam alijs samebat aqualem; inaqualem autem ornatum, & propositā habebat: at qui sponsas, quamais liberalis, non tamen indiscretus, circumiens singulos conuiuas, & circumspiciens (curabat enim, non quomodo comedebant, sed quomodo essent ornati) vidit quendam extremum non habentem vestem nuptialem, dixitque illi: amice, &c. importanè intrasti, vt importanè eyciaris, & iubet ministris &c.* Nil melius. C Vbi adnotandum est illud, sponsum scilicet, etsi liberalem, nō tamen indiscretum: indiscretus enim esset, si dona sua immeritis, si pretiosa pro vilibus, si grandia, infinitique valoris proijceret, si absque ponderis ratione distribueret, ac mensuræ. Mirum, mirandumque hoc in Christianis, qui sic Deum liberalem desiderant, vt eum indiscretum faciant, sic misericordem, vt sine vlla discretione: perditè viuunt, Dei Ecclesiam, vt inquit Bernard. moribus persequuntur: in illa sine vlla manent veste nuptiali, & tamen ad vitam ingredi putant, quia misericors est Deus. O insensati, non videns, quod etsi *liberalis, est tamen discretus*, etsi misericors, est tamen iustus, & tantùm illos admittet, qui vti duo illi præclarissimi viri, Iosue scilicet, & Caleb, in omnibus eius assecuti fuerint voluntatem.

31. Deus etsi liberalis tamen discretus.
Cyrill. Hierosol.

32. Non habētem vestem nuptialem, etsi admissus eiecit.

At amplius, quid in isto Iosue, & Caleb facto placet adnotare: nam si benè attendamus, licèt D ingressum ad promissionis terram ex diuinæ obsequio voluntatis meruissent, vti dictum est: tamen subtiliùs consideranti patebit, quòd præcipuè illud meruerunt, quando Deo fidentes, stabilesque in eius permanentes fide, contra totam reclamantem Israelitarum multitudinem, in terram proiecti, præclarum de Dei omnipotentia testimonium dederunt. Num. 13. num. 6. *At verò Iosue filius Num, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, sciderant vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: terra, &c.* Quo peracto, statim prolata à Deo contra impios sententia, de Caleb autem, & Iosue sic enunciauit. *Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu sequutus est me, inducam in ter-* A *ram hanc, quam circuiuit, & semen eius possidebit eam.* Ergo, vti videtur; licèt ex totali voluntatis Dei assecutione meruit Caleb ingressum; tamen eius vltimata ad illum electio in hoc fuerit actu præclaro, excelsoque ita vt si illum non exhibuisset, sicut & cæteri ab ea exclusus esset. Hoc dixerim, vt quilibet attendat, quanti momenti, ponderisque sit vnum præclarum efficere opus bonum, etsi arduum, & difficile: cùm possibile sit ex illo nostram pendere salutem, nostramque electionem ad gloriam: eo vel maximè, si vera est opinio illa, quam probabilem ego existimo; electionem scilicet ad gloriam ex præuisis esse meritis gratiæ, quam sequitur Vasquez in primam partem, disput. 89. cap. 2 & cum eo plerique alij: ex illa enim deducitur, etsi ex meritis gratiæ præuisis Deū elegisse aliquē ad gloriā; tamen possibile esse, B vt ex omnibus illis vnum eligat, aut duo præclara, nobilioraque ob quæ eligat efficaciter, quod si non præstitisset, non esset electus, non secus ac Iosue, & Caleb, qui si in illo cum cæteris actu concurrissent, profectò à terra interdicti fuissent promissionis, ad quam peruenerunt, etsi omnem Dei adimplerunt voluntatem, præcipuè tamen, quia eam in præclaro illo obtinuerunt opere. Sic etiam, vt narrat sanctus Antoninus prima parte Chronic. tit. 8. c. 1. §. 20. meruit sanctus Iulian. & Basilissa eius coniux ex voto castitatis prima nuptiarum nocte emisso, vt præsente Christo Domino, eiusque matre, ab Angelis acclamaretur, *vicisti Iuliane, vicisti: & Beata es Basilissa*, moxque Iuliano elatus est liber, in quo scriptum: *Iulianus deputetur in numero eorum, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & Basilissa in numero Virginum* C *quarum Maria tenet principatum*, respondentibus Angelis. *Amen.*

33. Caleb & Iosue per quem actū ingressum in terram meruerunt promissionis.
Num. 13. 6.

34. Opus quodlibet bonum quando præclarum quanti sit momenti illud efficere.
Vasq.

35. Possibile est & probabile per vnum actum singularem Deum elegisse aliquē ad gloriā.

Sumendæ ergo sunt vires, resumendi spiritus ad Dei voluntatem adimplendam, vt semper beati esse possimus, secedendum à turba, derelinquenda onera hæc mundi, vt eam assequi possimus, Regium imitantes Vatem Psal. 26. num. 4. qui dicebat *vnam petij à Domino, hanc requiram*; quid enim requirebat? *vt inhabitem in domo Domini, vt videam voluntatem Domini, vt visitem templum eius.* Quem locum exponens Campensis sic ait: *Vnam quidem rogaui Dominum, quod pergam indesinenter petere: liberam in domo Domini ab omni sollicitudine vitam, vt coram videre possim quantum sit amœnitatis apud illum, & scrutari quæ sint in Regia illius varia, & admiratione dignissima.* Optimè. At quæ in cœlo amena? quæ varia, & admiratione dignissima? verè nulla, D nisi sanctissimæ Dei volitiones, vt ita dicam, quæ non solùm sunt amœnæ, sed iocundæ. Vnde & Felix Prateus legit: *& iocunditatem Domini.* Et non solum iocundæ, sed pulchræ. Vnde sanctus Hieronymus: *& pulchritudinem Domini.* Et demùm non solùm sunt pulchræ, sed etiam omni venustate, & decore plenissimæ. Vnde & Hebræa legit: *& decorem Domini.* Amœna ergo est Dei voluntas, admiranda, iocunda, pulchra, & decora; & in cęlo nil aliud magis admirandū, nil aliud iocūdius, pulchrū, decorumque. Vnde meritò, qui eā hîc obseruat, Dei amorē sic in se recōciliat, vt manifestationis eius dignus efficiatur, ita vt arcanorū conscius etiam fiat: quā sanctissimam voluntatē, cùm vt, inquit noster Sapiens, incarnata sapientia semper elegerit, meritò consiliatrix, & electrix ope-

36. Secedendū à turba, ad diuinam assequendam voluntatē.
Psal. 26. 4.
Campens.

37. Voluntas Dei in cælo omne amœnum & delectabile.
Felix Prat.
Hieron.

tum Dei appellatur, quam summopere Deus Pater dilexit, & amauit, vnde & dicitur, quòd *Omnium Dominus, &c.*

Num. 5. *Etsi diuitiæ appetuntur in vita; quid sapientia locupletius quæ operatur omnia?*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

AD amorem sapientiæ, ex his quæ videntur, nos incipit prouocare Sapiens, & sic à diuitijs exorditur, quæ supra omnia expeti solent, quibus multo ditiorem asserit esse sapientiam.

In vita, &c. præsenti scilicet, ad quam sustentandam, seu liberaliter etiam transigendam tantoperè expetuntur diuitiæ.

HOMILIA CLII.

Pauper voluntarius ex Dei amore cæteris omnibus ditior.

ETsi diuitiæ appetuntur, quid sapientia locupletius, inquit noster Sapiens. Ex quo dicto satis nostra probari potest, nulloque alio efficaciori argumento, propositio: nam qui sponsam habet sapientiam, & ob hunc thesaurum omnia vendidit, ipsaque omnibus diuitijs sit locupletior, verè eam tantum possidens, omnibus erit ditior.

1. Animo diues pauper esse non potest. *Chrysost.*

C *Non potest diues esse, qui animo pauper est; sicut nec pauper esse potest, qui animo diues est*, inquit Chrysostom. hom. 71. in caput Matth. 26. quia cùm nobilior sit anima, quàm corporalia omnia, hæc ad se attrahere illam violentèr non possunt: at verò anima cùm sit pars princeps, ea ad se attrahit, & transmutat, inquit idem sanctus. *Nam si excellentius, atque præstantius corpore anima est, non possunt quæ corporea sunt, ipsam ad se violenter attrahere: sed illa, quæ princeps corporis est, cuncta corporea, vt vult, trahit, atque transmutat.* Perbellè siquidem, *attrahit, atque transmutat*; Quomodo hoc? appellans scilicet, & æstimans, contra hominum sensum, diuitias, vi sua efficacitateque transmutans diuitias, paupertatem exempli gratia, diuitias reputans veras, in illa omnes diuitiarum reperiens effectus.

2. Pauper quomodo diuitias transmutet & ad earum effectus citius perueniat quam diues.

D Intellige quæ dico: qui sola sapientia contentus, omnia hæc despicit, & pauper efficitur, hic in sua paupertate verè diues est, nam transmutando media, contrarijsque quibus homines carnales, vtendo, ad effectus diuitiarum citius, facilius, feliciusque peruenit: per singulos discurro.

3. Primus diuitiarũ effectus, magnitudo animi. *Idem.*

Primus diuitiarum effectus est, magni facere animum, ita vt etiam diuitias contemnat: nam, vt inquit Chrysostomus, *Studio, & cura collectioni pecuniarum incumbere, paupertatis argumentum est*; qui enim verè diues est, de collectione non curat, illi enim abundè omnia sufficiunt: sed si hoc est, *Nullus dubitabit*, inquit Chrysost. *facilius in*

A *paupertate, quàm in rerum copia posse pecuniam despici, ac multo magis à diuitibus, quàm à pauperibus magnitudinem pecuniæ concupisci.* Cuius rationem addit, *Quia non huiusmodi cupiditas est, vt maiori cumulo rerum possit extingui, sed è contra inflammari, & accendi soleat; & quemadmodum ignis addita materia magis effertur, sic pecuniarũ cupiditas adiectione auri magis extollitur.* Egregiè: citius enim ad effectum, diuitiarumque bonũ peruenit pauper, quàm diues; nam diues non spernit diuitias, sed inops: ergo pauper, qui nihil appetendo, eas contemnit, citius, faciliusque ad effectum diuitiarum, qui earum contemptus est, peruenit, quàm diues.

4. Cupiditas auri eius adiectione magis accenditur.

Secundus effectus diuitiarum est satietas, adimplere scilicet indigentiam, nam ideo diuitiæ appetuntur, vt indigentiam suppleant: *Ex indigentia enim cupiditas originem trahit*, inquit idem sanctus: *vnde vbi satietas est, cupiditas esse non potest; nam illud maximè cupimus, quo maximè indigemus.* Ergo si effectus diuitiarum est indigentiæ satisfactio, & hoc est esse verè diuitem, minus scilicet in hoc mundo indigere; quis vt pauper? qui necessarijs tantum contentus, hilariter in illis viuit, quæ summa diuitia est, vt inquit Apostol. 1. ad Timoth. ca. 6. n. 8. *Est autem*, inquit, *quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Perbellè, estque sensus: pietas si coniuncta est sufficientiæ, quæstus magnus est, lucrum magnum est. Sed quid per sufficientiam? *Animus, scilicet, sibi sufficiens, & sua sorte contentus*, inquit quidam hîc, quem animum parit, ipsaque gignit pietas: hæc est enim lautissima sufficientia, cùm quis pietate tantum contentus, nihilque aliud extra ipsam quærens, ipsa satiatur, & sibi sufficiens est, totum pro se habens, mũdum, cælum, lucem, cùm diues vnam tantum domum.

5. Secundus diuitiarum effectus adimplere indigentiam. *Idem.*

B

6. Pauper sũmè diues, quia nullius indiget. *1. ad Tim. 9. n. 8.*

7. Sufficientia quid? *Cornel.*

C *Audite pauperes*, inquit Augustinus serm. 201. de tempore tom. 10. *Apostolum: est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia; communem habetis cum diuitibus mundum, non communem habetis cum diuitibus domum, sed communem habetis cælum, communem lucem: sufficientiam quærite, plus nolite, cætera grauant, non subleuant, onerant, non honorant.* Nil melius: grauant, non subleuant.

August. 8. Pauper totum possidet mundum.

Pauperes sæpènumero, inquiebat Diogenes epist. 27. *vidi ob inopiam sanos esse, diuites minimè ob infelicis ventris incontinentiam.* Et pulchrè Socrates aiebat, teste Xenophane epist. ad Iamproclem, *Immensas possessiones diuitias non esse, sed tantum, quantum requirebatur ad vsum decentem*: qui est pietas cum sufficientia, sicut dicebat Apostol. qui tali plenus erat sufficientia, vt ex illis apparet verbis ad Philipp. 4. num. 11. scilicet: *Ego didici in quibus sum sufficiens esse, scio humiliari, scio & abundare.* Estque sensus; exercitio, vsu, atque assuetudine didici in quibus sum, id est, in ijs quæ habeo, & quæ ad manus sunt, sufficiens esse, contentus esse. Quæ maior, quæso, abundãtia, aut quæ maiores diuitiæ excogitari possunt? *Non honorem maiorem*, inquit Ambrosius lib. 2. de Officijs c. 17. in hunc locum, *non obsequia vberiora desiderabat, nõ gloria immodica cupidus, aut gratiam indebitè quærebat, sed debiti finem certaminis, patiens laboris, securus meriti præstolabatur.* Hinc ipsemet sibi sufficiens: quod genus quoddam deitatis est, vnde ob hoc & Deus factus in terris, sicut est, qui verè pauper, nullius indigens.

9. Pauperes sani, diuites infirmi. *Diogen.* *Socrat.*

10. Possessiones ingentes non sũt diuitiæ.

D *Ad Phil. 4. n. 11.*

11. Pauli sufficientia.

Ambr.

12. Pauper Deus in terris.

13. Nullius indiget, & cur.

A Nec equidem mirum, vt pauper scilicet nullius indigeat, cùm respuendo omnia, illum acquirat, qui omnium sufficientiam in se continet, Deum nempe, cuius proprium nomen sufficientia.

14. Deus Saddai, quid? Gen. 17. nu. 1. 31. nu. 11. 28. nu. 3. Exod. 6.

Vnde notandum, quòd sæpè in scriptura, vbi noster interpres appellat Deum omnipotentem, Hebræi dicunt, & nominant illum *Saddai*. Sic in illo Genes. cap. 17. num. 1. quando apparens Deus Abrahamo, illi dixit. *Ego Deus omnipotens*, in Hebræo, est *Saddai*. & Genes. 35. num. 11. *Ego Deus omnipotens*, Hebræi. *Saddai*. Et 28. nom. 3. Et Exod. 6. quando Moysi dixit, *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente*, in Hebræo est: *tanquam Deus Saddai*. Hebraizantes autem affirmant, *Saddai* multa dicere simul, & pro multis accipi: tamen primò, & principaliter pro sufficientia: vnde tantum est dicere: *Ego sum Deus Saddai*, quantum, ego B sum Deus sufficientissimus, abuodantissimus, copiosissimus, cui est omnis sufficientia, abundantia, copia, plenitudo, & copiæ cornu; ita vt non solum pro se bonis omnibus abundet, sed etiam alijs omnem sufficientiam, & abundantiam præstet, & tribuat.

Ioan. 1. num. 16. ad Tim. 6. nu. 17. Rabbi Saaddias.

Vnde Ioan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus*. Et Paulus ad Timoth. 6. *Neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnibus abunde ad fruendum*. Hinc Rabbi Saaddias, *Deus*, inquit, *dicitur Saddai, quia ipse abundat, omnesque omnium creaturarum defectus supplet*. Quapropter Plato hæc tria, inopiam, sufficientiam, & abundantiam, siue effusionem, solam hanc, scilicet, effusionem, & bonitatis abundantiam Deo tribuit.

Plato. 15. Sufficientiã & abundãtiam Deo tribuebat. Nazian.

Sicut, inquit, *crater aliquis vino plenissimus superfluit: sic & Dei bonitas in se plenissima redundat, & superfluit in homines, aliasque creaturas*. Quod tamen C tu intellige liberè, non necessariò, vt ipse Plato malè intelligebat, & eum reprehendit Nazianzen. orat. 2. de Filio. At non solum *Saddai*, sufficientiam significat, sed etiam omnipotentiam ad hanc sufficientiam præstandam.

Aquila. Symmac. Theod. Hieron.

Vnde Aquila, Symmach. & Theodotion, teste Hieronym. ad Marcum epist. 13. & in Exechiel. cap. 10. num. 5. *Saddai*, vertunt, *robustum & sufficientem ad omnia perpetranda*, quod idem sonat, ac omnipotens, vnde non solum Deus est abundantissimus in se, & ad alios, sed etiam robustus, & omnipotens ad dandum, & perficiendum illud, quod semel optat perficere.

Tertiò alij *Saddai*, idem dicunt, quod *Mammeus*, vnde Deus *Saddai*, Deus *Mammeus, lactens, dulcis, lacte fouens, & dulcedine nutriens amicum suum*. Nomen ergo *Saddai*, vt appa- D ret, munificentiam significat, vbertatem, copiositatem, potentiam, & Dei dulcedinem; vnde tantum est dicere, Deus *Saddai*, quantum Deus copiosissimus, sibi sufficientissimus, alijs munificentissimus, & abundantissimus; omnia potens, valensque efficere, & cum hoc, dulcissimus, lacteus, mammeus, mellifluus.

16. Pauper cũ Deo solo refertissimus, & omnium bonorum abundantia repletus. August.

Cùm ergo Deus *Saddai* omnia hæc sit, quid quæso, deesse pauperi potest, qui intra se talem Deum continet? quomodo indigens, qui sufficientissimum? quomodo miser, qui omnipotentem? quomodo tristis, qui mammeum, & vt sic dicam, lactiferum includit? aut quomodo extra se alio aliquo indigebit, qui intra se sufficiẽtissimum, & cornu copiam habet? *Quid* A *habet diues*, inquit Augustin. vbi suprà super illud Pauli ad Timoth. 6. *præcipe diuitibus huius mundi non superbè sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, si Deum non habet? Quid non habet pauper, si Deum habet? non ergo in diuitijs sperare ait, sed in Deo viuo, qui præstat nobis abundanter omnia ad fruendum, cum quibus omnibus, & seipsum*. Pulchrè, *cum quibus omnibus & seipsum*, nam sine ipso nihil cætera essent omnia: da amantem, & sciet quid dico, sic enim verè Deum diligens, ipso solo sufficiens est, vt extra ipsum, etsi omnia habeat, insufficientissimum se dicat:

17. Sine Deo nihil sunt omnia, etsi habeantur.

sciebat hoc illa, quando de absentia filij dolens, aiebat: *Omnia enim in te vno simul habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis*. Tob. 10. num. 5. paupertatem potius hæc eligebat, quàm filij absentiam, nam in illo vno omnes possidebat diuitias; quòd si hunc terrenus causat amor effectũ, quid diuinus? Nihil B ergo possident sancti, etsi omnia, si sine Deo: & cum ipso, etsi solo, omnia se habere putant, cuius non equidem diuitiæ, sed paupertas nos diuites efficit:

Tob. 10. num. 5.

18. Paupertas Christi diuites facit homines, quid eius diuitiæ? 2. ad Cor. 8 num. 9. August.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, ad Corinth. inquit Apostol. 2. ca. 8. num. 9. *quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis*, vbi Augustin. *Quid factura sunt diuitiæ eius, cuius paupertas nos diuites efficit?* Nil melius. Ergo diues est pauper quia intra se sufficientissimum continet: diues, quia nullius indiget, nil concupiscit; & tandem diues, quia transmutando diuitias, vt inquit Chrys. omnes in se diuitiarum effectus includit.

19. Pauper Angelus in terris. Chrysost.

Immò (vt hoc postremò addam) sic diues est homo pauper, nulliusque indigens, vt eo ipso, quo pauper efficitur, in Angelorum transiens consortium, etsi in terris viuens, veluti Angelus efficitur C nullius indigens. Hoc equidem acutissimè idem ponderauit Chrysost. hom. 79. in Ioan. dum considerauit, in hoc præcipuè Angelos à nobis differre, quòd non tam multis indigeant, ac nos; & propterea quò paucioribus indiguerimus, eò magis illis similes erimus, imò & ipsimet Deo: & è contra quanto pluribus, tanto minus Angelis, Deoque similes. *Nonne in hoc ab Angelis differimus*, inquit, *quòd non egent vt nos: ergo quanto paucioribus indigebimus, tanto magis illis appropinquabimus: quanto pluribus, tanto magis ad hanc caducam vitam deflectimus*. Egregiè: Angeli nihil indigent, ergo nihil indigens Angelus est, & consequenter, quò quis minus indiget, eò similior Angelis.

20. Baptista sanctissimus supremus Angelus, post illũ Angeli & Apostoli. Bernard.

Angelus supremus ille Domini præcursor: & totaliter Angelus, quia dum erat in mundo, nihil indigebat, non esum, non potum; immò nec vesti- D mentum, vt inquit Bernard. in eius sermone. *Venit Ioannes*, inquit, *non manducans, neque bibens, planè nec vestiens*: cuius rationem assignans ait: *Nam sicut non est locusta cibus, nisi aliquorum irrationabilium animalium: sic nec pilus cameli hominum est vestimentũ*. Hinc Angelus ab ipso Domino appellatus Malach. 3. num. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum*:

Mal. 3. num. 1.

21. Apostolorũ paupertas totum conuertit mundum.

Post Ioannem Angelis per quàm similes Apostoli sanctissimi: nam etsi victu, & vestitu indigebant, sic parum erat, vt quasi pro nihilo reputari posset; ob hoc quasi alteri Angeli effecti, sic potentes extiterunt, vt totum conuerterent mundum. Quod miraculũ eorũ paupertati adscribit Chrys. hom. 46. in Mat. ignauiam plorans præsentiũ Prædicatorũ, qui cùm tanti sint, vouum non

conuertunt. Vnde exponens sanctus verba illa: *Simile est Regnum cælorum fermento*, sic ait, *Si duodecim homines totum penè farinam orbis fermentarunt, diligenter animo versa, quæso, quanta sit nostra malignitas atque ignauia, qui cùm innumeri simus, has gentium reliquias conuertere non possumus, qui vel mille mundis satisfacere deberemus. Sed Apostolos illos fuisse inquis: quid ad rem? nonne secum eiusdem naturæ fuerunt? an forsan credis illos Angelos natura, aut de cœlo lapsos fuisse? mundum conuerterunt, non propter miracula, quæ fecerunt, sed quia in ipsis erat verus gloria, atque pecunia contemptus, & quoniam nullam sæcularium harum rerum curam habebant.* Adnoto verbum illud Chrysostomi, Angelos Apostolos natura non esse; non enim simpliciter negauit Angelos esse, sed natura; nam verè Angeli officio, imitatione: officio, quia missi sicut illi; *Propter eos, qui hæreditatem capient salutis*: ita vt sanctus pater Macharius non dubiter hominum eos appellare redēptores: sic homil. 28. super illa verba Matth. 11. *Nullus inter natos maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in Regno cælorum, maior est illo*: vbi pro minimo isto Apostolos intelligens sic ait: *Apostoli, qui desursum a Deo nati sunt, & primitias acceperunt spiritus paracleti, quandoquidem hi meruerunt, vt vna radices essent, & throni participes: hi redemptores hominum facti sunt; reperis eos scindentes mare prauarum potestatum, ac deducentes fideles animas: reperis eos colonos animæ, animæ vineam excolentes: reperis eos paranymphos despondentes animas Christo: reperis eos vitam dantes hominibus: & vt semel dicam, reperis eos varijs modis ministrantes Spiritui sancto: hic igitur est ille paruus, qui maior est Ioanne Baptista.* Nec minus imitatione Angeli repeciuntur, dum sicut illi, nullius rei indigi, sibi soli sufficientes, vno tantum Deo contenti, propemodum Angelicam imitabantur vitam in terris, ad quam imitandam mislurus eos Christus ad vniuersi magisterium, ideo omnibus pœnè denudauit, vt rectè idem inquit Chrysostom. hom. 33. in Matth. *Ipsos*, ait, *ad vniuersi magisterium missurus, ad Angelicam, vt ita dixerim, disciplinam ex humana vita traducit, ab omni cura rerum sæcularium liberos reddens.* Angeli ergo per paupertatem Apostoli effecti; similiter & Angelos cæteros constituit eorum imitatores: quàm diues ergo est pauper qui dum humanas respuit, Angelicas acquirit diuitias; & licet natura homo, imitatione Angelus, imò quasi Deus in terris reperitur: vnde verè pauper, & qui ob huius amorem sapientiæ cætera reliquit, diues est.

22. Prædicatores hodie cum fructu non faciunt, nec peccatores conuertunt.

S. Macharius.

23. Apostoli homines redemptores, Angeli paranymphi.

24. Christus cur Apostolis paupertatem inhibuit.

25. Pauper Angelicas acquirit diuitias.

26. Philosophi paupertatē amarunt.

Philosophia equidem hæc adeo clara est, vt etiā ipsi Ethnici eam assecuti sint Philosophi: vnde ob amorem paupertatis omnia reliquerunt, & respuerunt. Cicero enim V. Tuscul. refert Anacharsim Scytham Philosophum ad suos hæc scripsisse. *Mihi amictus, tegmen Scythicum: calceamentum, solearum callum: cubile, terra: pulmentum, fames.* Quid amplius pauper diceret Christianus? Audi Catonem seniorem: *Neque*, inquit, *mihi ædificatio, neque vas, neque vestimentum vllum in manu pretiosum, neque pretiosus feruus, neque ancilla: si quid est, quo vtar, vtar; si non, est ego sam, quo caique per me vti, atque frui licet.* Quid quæso amplius sapientiæ seruus dicere pos-

Cicero.

Cato.

A set? Stoicorum certè axioma fuit, quòd solus Sapiens diues erat, eò quòd nihil concupisceret: *Solus Sapiens*, aiebant, *diues est, eo quòd nihil concupiscat.* Tale etiam est illud Ciceron. Paradox. 2. *virtus ad beatè viuendum seipsa est contenta, & qui virtutem habet, ei nihil deest ad beatè viuendum.* Cognouerunt ergo isti, etsi fide non illuminati, sed tantum ratione ducti, illum verè esse diuitem, illum beatum, qui pauper hîc, qui nihil, quæ erant mundi, indigebat.

27. Sapiens dicitur, qui nihil concupiscit.

28. Virtus sufficiens ad beatè viuendum.

Quam Philosophiam altiori lumine assequentes, sancti Dei electi, adeo paupertatis amātes fuerunt, vt supra hanc vanissimam horum Gentilium Philosophiam se erigentes, non solum in vita, sed etiam post mortem eam habere omnino voluerunt. Sanctus enim Ephrem, vt ait Nissenus in eius vita, suum condens testamentum, inter alia, sic de paupertate mandauit: *Nec crumena*, inquit, *nec baculus, nec pera mihi vnquam fuit, nunquam B aurum, & argentum, aut vllam rem aliam possedi, nam bonum Regem ad suos discipulos dicentem, audiui in Euangelio: nihil in terra possideritis: quamobrem nulla me rerum huiusmodi cepit cupiditas.* At quia hæc erat Christiana virtus, non Gētilica, vera non falsa, ob rectum finem, non vanū; ideo diua hęc Ephremi paupertas, plus vltraque cæterorum se extendens paupertatem, suis interdixit ne ipsum veste pretiosa inuoluerent, aut sepelirent: quod cùm vnus in illum propensior secus fecisset, mox à dæmone correptus, non prius liber sancti extitit precibus, quàm pœnitentia ductus, suum cognouerit errorem. Ex quo facto licet arguere, quòd si post mortem tam tenax paupertatis extitit sanctus, quid in vita? ob hoc equidem beatus; ob hoc omnibus diuitibus ditior; ob hoc Angelus in terris, ob hoc sufficientissimus, & plenissimus, C quia etsi pauper, tamen intra se Deum possidebat Saddai, sapientiamque hanc diuinam, de qua asserit noster Sapiens, quòd nihil locupletius, dicens: *Etsi diuitiæ, &c.*

29. Sancti sic paupertatis amatores fuerunt, vt post mortē eam retinuerint.

Nissen.

30. S. Ephremi paupertas, eiusque de hac re miraculum post mortem.

Num. 6. *Si autem sensus operatur, quis horum, quæ sunt, magis quàm illa operatur.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Sequitur Sapiens rationem præbere, cur omnibus sapientia sit præferenda: & cùm de diuitijs D dixisset, quę externum bonum, ad altiorem desiderabilium gradum nempe virtutum progrediens, à prudentia, qua & ipsæ acquiruntur virtutes, incipit, quæ in duobus consistit, in administratione scilicet rerum, cuius proprium, & in factione operum, ad eam in inuentione, quæ largo modo dici potest prudentia, vt infra dicemus.

Connexio capitis.

Si autem sensus, &c. sensus in recto casu nominatiui singularis pro prudentia accipi debet. Sic Castro, qui pro prudentia omnem accipit actionem, & factionem: omnem nempe rerum administrationem, tam ciuilium, quàm domesticarum, quæ prudentiæ est propria: & insuper omnem affectionem, molitionemque operum, quæ ad artem magis pertinet: vnde ipse

Castro.

1. Prudentia generaliter sumpta quàm multa contineat.

generaliter accipit prudentiam, vt non distinguitur ab arte.

Sed meo iudicio melius Lorinus, qui affirmat sequenti versu sumi generaliter, hîc verò sumi pro peculiari prudentia circa res fabriles, & arte faciendas, quatenus inuentiones continet, & modum tribuit, quo rectè ad finem perducantur. Vnde Architectus sapiens, & prudens dicitur, iuxta illud Paul. 1. ad Cor. 3. num. 10. *Vt sapiens Architectus fundamentum posui*; quæ tamen impropriè dicitur prudentia, nam potius ars dici debet, sed in tantum dicitur prudentia, in quantum ipsa prudentiæ virtus etiam dirigit hanc artem; impropriè ergo hîc prudentia accipitur, sicut propriè versu sequenti, vt mox dicemus.

2. Ad ipsam spectat inuentio, & artium motus. *1. ad Cor. 3. 10.*

Num. 7. *Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. PErgit Sapiens asserere sapiẽtiam omnibus præferendam esse: supra dixit præferendam prudentiæ impropriè dictæ; nunc iustitiæ, quatenus est particularis, & generalis virtus, quia ipsa scilicet; ad omnes virtutes erudit, omnesque docet, vt mox dicemus.

Lorin. 1. Virtutes labores dici possunt, sed propriissimè earũ actus.

Labores, &c. Lorinus per *labores*, virtutes ipsas intelligit, quæ cùm in arduo, difficilique consistãt, labores dicuntur. Sed melius, actiones, seu actus virtutis, qui quatuor illas parturiunt virtutes, quas Sapiens enumerat, nempe sobrietatem, id est, temperantiam, prudentiam, iustitiam, & virtutem, id est fortitudinem, cum quibus suam comparat Salomon sapientiam; desiderabiliorem illam affirmans, vtpote matrem, ac omnium illarum parentem, & nutricem: nam labores, quibus eius insudat discipulus, actiones nempe virtuosæ, illas generãt: cùm qui sapientiam diligit, illico ad actus virtutis se accingit, qui cùm sint difficiles, antequam habitum parturiant, ideo labores dicuntur; sed fructus postea est iucundissimus, virtutum nempe acquisitio, quibus postmodum facilè omnia fiunt.

2. Sapientia omnium virtutum mater.

3. Virtutum Cardinaliũ præstantia & effectus ac figuræ. *Prou 13. num. 14. Bernard. Ambr. August.*

Ductrix ergo, & mater omnium horum est laborum sapientia, & consequenter quatuor illarum virtutum Cardinalium, in fonte illo intellectæ Paradisi, à quo quatuor flumina emanant: *Lex sapiẽtia fons vitæ*, inquit Sapiens Prouerb. 13. num. 14. *flumina sunt virtutes quatuor Cardinales*, inquit Bernard. de conuers. ad cler. cap. 21. Quod etiam affirmat Ambros. lib. de Parad. cap. 3. quarum officia si vis videre consule Augustin. lib. 2. de Genes. contra Manich. cap. 10. & lib. 13. de Ciuit. cap. 21. de his inquit S. Bernard. hom. Dominic. infra octauã Epiphan. *Quod sunt praecedentium virtutum moderatrices, sine quibus cætera, nec honestè haberi, nec perseueranter possunt seruari.* De quibus sanctus Gregor. Moral. lib. 12. cap. 1. ait, quòd ita inter se

Gregor. A sunt connexæ, vt vna sine alia diu conseruari non possit. *Vna virtus, ait, sine alia, aut omnino nulla est, aut imperfecta: disiunctæ autem nequaquam perfectæ esse possunt, quia nec prudentia vera est, quæ iusta, temperans, & fortis non est: nec perfecta temperantia, quæ fortis, iusta, & prudens non est.* Ob hoc summi pectorale sacerdotis quadratum erat, iuxta D. Hieron. epist. ad Fabiol. tom. 3. per quod significabantur illæ quatuor virtutes: Istæ etiam denotantur per quatuor illos equos, qui Eliam ad cælum euexerunt 4. Reg. 2. sunt quatuor elementa, vt inquit sanctus Prosper Aquit. de vita contemplatiu. lib. 3. cap. 8. sunt quatuor animalia, quæ vidit Ezechiel, & sanctus Ioan. Apocalyps. 4. ob hoc, quia quatuor sunt, ædificatur ex illis Dei ciuitas, quæ in quadro posita est, iuxta illud Apoc. 21. ob hoc homo virtuosus illas possidens quadrãs dicitur, iuxta Arist. in Rhetor. lib. 3. cap. 11. & antiqui ad significandum hominem rectum, figuram quadratam depingebant, sic Pierius Hierugliph. 39. cap. de quadrat. sunt etiam quatuor anguli domus Iob, iuxta D. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 36. & tandem istæ sunt, quæ hominem paralyticum ante Christũ constituunt Marci cap. 2. iuxta Bedam tom. 7. Dominic. 19. post Trinit. Meritò ergo cùm sapientia tales parturiat filias, ab omnibus suscipienda, & amplectenda.

4. Vna virtus sine alia diu conseruari non potest. *Hieron.* *4. Reg. 2.* *Prosp. Aquit.* *Apoc. 4.* *Ibid. 21.* *Arist.* *Pierius.* 5. Homo rectus, quadratus dicitur. *D. Greg.* *Beda.*

HOMILIA CLIII.

Amarum Dei, dulcius omni mundi dulcedine.

C LAbores eius magnas habent virtutes, inquit noster de hac sapientia diuina Author, qui labores, cùm talem in se includant thesaurum, meritò à sanctis exquiruntur. Ex quo fit, vt ipsis amaritudo, quam pro Deo patiuntur, plusquam tota ipsa mundi sapiat dulcedo, & dulcior ipsa Dei sit amaritudo, quàm omnis mundi dulcedo.

Quid tristius, quàm amarè aliquam huius mundi flere calamitatem? sed pone hunc fletũ ob amorem sapientiæ, seu ob peccatorum contritionem, & inuenies, quòd lachrymæ istæ adeo delectant, vt numquam vellet homo sine illis inueniri; imò quo plus plorat, plus plorare vellet, Psalm. 41. n. 4. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte*, dicebat Dauid. Aqua sunt lachrymæ, non panis, attende quid dicis. Si Deum sitis, & ob eius absentiã ploras, vt cor æstuans refrigeres, dic quòd fuerunt D lachrymæ aqua, non panes: quia aqua est quæ sitim extinguit, non panis. At non sic: panes sunt lachrymæ, quæ pro Deo effunduntur, non aqua, quia dum manant, amplius vt manent, appetitur: & quò plus dolorem augent, plus augeri desideratur: & quò plus dolor amati absentiæ creuit, plus vt crescat, concupiscitur: vnde lachrymæ panes sunt, & panes erant Dauid, quatenus eius sitim magis augebant. Cuius equidem ratio, quia dum Deus absens est, pro quo sancti depereunt, & moriuntur, tales lachrymæ pro Deo illis sunt. Quòd egregiè, vt expertus dixit August. in Psalm. 118. super illa verba: *Surgite, &c.* qui de alterius vitæ gaudijs, deque electorum hic planctu loquens, sic inquit, *Deo suspiras, antequam videas, & desiderio ipsius gemis, & quia in ipsius desiderio ploras, dulces sunt, & ipsæ*

1. Lachrymæ dulcissimæ sanctis. *Psal. 41.* 2. Cur panis, & nõ aqua. 3. Pro Deo sunt sãctis. *August.*

lachryma, & pro cibo tibi erunt, quia factus est tibi & ipse panis, die ac nocte. dum dicitur tibi quotidie, vbi est Deus tuus? sed veniet Deus tuus, de quo dicitur, vbi est, & absterget lachrymas, & ipse pro pane lachrymarum succedet, & in aeternum saginabit. Succedet, inquit: ergo hîc lachrymæ pro Deo erāt:
4. Panis sunt totius consolationis.
vnde si Deus, Deus totius est cōsolationis, & Deus Saddai, vt suprà homilia antecedenti diximus, etiā & lachrymæ, & dolores, quos pro eo patimur, quique vicem eius gerunt, omnes erunt panes consolationis. Vnde idem in Psalm. 107. super illa verba, *Labores manuum tuarum. Nisi enim manducaretur, ait, non diceretur panis; nisi enim haberet aliquam suauitatem panis iste*; doloris scilicet, *nemo illum manducaret, cum quanta suauitate ploras in*
5. Dulciores omni mundi gaudio.
gemitu qui orat: dulciores sunt lachrymæ orantium, quam gaudia theatrorum. Egregiè; dulciores, & non solum theatrorum, sed omnium; & ideo plus
B
sancti ea quirunt pro Christo cruciari, quàm mundani delitiari, vnde ad panem comedendum doloris, non solum accenduntur, sed inflammantur. *Audi flammam desiderij*, inquit idem sanctus, *qua manducatur ipse panis dolorum, de quibus di-*
6. Flamma desiderij expetiūtur à sanctis.
cit Propheta, qui manducatis, &c. Perbellè: flamma desiderij manducant dolorem, qui eis panis est, quia non tantum manducant, quantum manducare desiderant, quantum dolere appetunt, quia plus illos delectat dolor, quàm gaudium, imò tota eorum cōsolatio in dolore posita est, dum hic eam
Bernard.
parit. De qua re pulchrè Bernard. in præfat. ad Psal.
7. Dolores pro Deo tolerati cōsolationem pariūt ideo à sanctis expetuntur.
Qui habitat, molestias, laboresque pœnitentium considerans, stupet ad eorum tolerantiam, quam inde eum cognoscit, quia ipsæmet tribulationes pro Deo, consolationem pariunt. *Mortificamini* inquit, *tota die in ieiunijs multis, in laboribus frequenter, in vigilijs supra modum, præter ea, quæ intrinsecus sunt, contritio cordium, & multitudo tentationum: mortificamini, sed propter eum, qui mortuus est pro vobis: quòd si abundat tribulatio vestra pro eo, abundabit consolatio vestra per eum; apud ipsum namque ipsa quoque tribulatio, magna quadam consolatio poterit inueniri.* Nil melius. Vbi adnoto verbum illud, *apud ipsum*. Quid enim est apud ipsum, nisi simul cum ipso? Deus enim in animo hoc efficit, vt labores, tribulationesque sint
8. Anima cū Deo potius infernum eligit, quā sine Deo paradisum.
consolationes, ita vt potius has cum Deo eligat, quàm sine illo, omnia mundi gaudia, imò & ipsam paradisi gloriam.

Enimuerò ex peccato iratus Deus cum populo, non sic tamen, vt eius non misereatur, præcepit Moysi, vt populum educeret ad terram possidendam: tamen non ipse cum eis descensurus, sed An-
9. Cur sermo erat pessimus quem Deus dixit Moysi non ipsū comitaturū populum sed Angelū.
D
gelum missurus, pro ratione adducens, *quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via.* Quo audito à populo, facet inquit textus, quòd *luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.* Exod. 33. num. 4. Immò talem Dei sermonem author Moyses spiritu indutus sancto, vocauit pessimum.
Exod. 33. num. 4.
Audiensque populus sermonem hunc pessimum. Sic pessimum, vt infrà orans dicerit: *si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.* Mirum, si Domini promissum consideremus, si Moysi petitionem. Angelum promittebat, inimicorum omnium debellationem; ingressum in terram lacte fluentem, & melle. Quod Moyses petebat, erat horum omnium priuatio, & insuper in deserto, vbi squalor, vbi penuria, vbi omnia simul mala incrant: & cùm hoc esset, hanc suam Dei sermoni prætulit oratio-

A
nem: illumque etsi tanta daret, pessimum dixit: non mirandum, nam sine Deo & ipse Angelus, & ipsa inimicorum debellatio, & ipse in requiem ingressus Paradisi, res pessimæ sunt. Vnde cum Deo, & ipsum desertum, & ipsa penuria, ac squalor, & ipsamet mors, requies est, omnibus illis prædigen- 10. Mercedes sine Deo pœnæ.
da; quia illa sine Deo, non mercedes, sed pœnæ. Quod egregiè dixit Cyrill. in hunc locum. *Vide* Cyrill.
Israelem, ait, sub Deo in summa felicitate esse, vbi autem impegit, non mediocriter vergens in defectionem, pro pœna accipis, vt sit sub Angelo. Hinc ip- 11. Sancti consolationem non aliunde accipiunt quā ex ipsismet pœnis.
samet Dei flagella, sic Dei sanctis cordi sunt, vt non aliundè consolationem accipiunt, quàm ex ipsis. Psal. 22. n. 4. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt.* Idem Regius, inquit, Psal. 2. Quid per virgam, & baculum, nisi tribulationes, & afflictiones? his consolabatur: quia, vt inquit Hieron. lib.
B
1. in cap. 5. Hierem. tom. 4. hunc exponens versum. Psal. 22. nu. 4.
Omnis correctio, & labor, amara quidem videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Pulchrè Hieron.
Augustin. ad Psalm. 12. spinas considerans tribula- August.
tionum, dixit: *Quo pungeris, inde nascitur rosa, qua coroneris*: imo quo odore perfusus animum exhilares. *Mel & lac sub lingua eius*, Cant. 4. n. 11. inquit sponsa, cur sub lingua? quia, vt inquit Bernard. in Bernard.
sententijs, in lingua asperitatem sponsus habet, ver- 12. Spōsus cur sub lingua mel contineat, & lac & non in lingua.
ba enim amaritudinem sonant; quid amarius; *Qui non odit patrem suum, non potest meus esse discipulus?* Luc. 14. n. 19. at sub hac amaritudine, *Dulcedo mellis, suauitas lactis*, inquit sanctus, quia dulciora sunt Dei amara, quàm mundi dulcia; hæc enim in lingua dulcorem habent, intus verò absynthio 13. Mūdi dulcia ex se amarissima.
plena amarissimo: dulcorantur extrinsecus, vt fallant; resplendent, vt decipiant: ex se inappetibilia,
C
& vt appetantur, auxilio indigent alieno. Quod subtiliter considerauit Ambros. in Psal. 1. super il- Ambr.
lud Apoc. 17. n. 3. de meretrice aureum calicem gestante abominatione plenū: *Vt potius placeret*, inquit, *metalli suffragia requisiuit.* Pulchrè: ex se solo quia sufficiens non erat, suffragium ex auro postulauit, vt per visus delectationem inescaret gustum, saporem falleret; cùm è contra Deus in lingua amarum, foras dura sua appareant; at intus mellea: ideo sanctis super mel, & fauum dulciora. 14. Sancti amplius Dei eligunt abiectionem quam mūdi exaltationem.

Hinc ipsi, hacque ratione, amplius Dei eligunt abiectionem quàm mundi exaltationem; illius labores, quàm istius delitias, *Melior est dies vna in atrijs tuis super millia*, inquit idem Rex; laborem summum pronuncians, huiusque vnum diem me- Psal. 83 n. 11.
liorem asserit, quàm mundi millia. Pro cuius intelligentia sciendum, inter ministeria Leuitica (vt be- 15. Ministeriū infimum inter Leuitas Dei erat excubare atrium.
D
ne adnotat Agellius) extremum fuisse; templi obseruare aditus, & ad limina stare, excubiasque facere, quod munus filiorum Core erat, vt patet primo Paral. cap. 9. Qui ergo hoc exercebat munus, cùm in ianuis staret, consequenter ad omnes aëris intemperies se exponebat, ad frigus, ad calorem, ad solem, ad pluuiam, ad ventum, ad ardorem, & sic Agellius, 1. Paral. 9
erat officium, vt extremum, ita laboriosum; quod tamen cùm ita esset, inquit Dauid: *Melior est dies* 16. Dauid sūmos nominabat labores quando dicebat *melior est dies vna in atrijs tuis super millia.*
vna in atrijs tuis super millia: hoc est, dies vna in atrijs tuis, licet plena ærumnis, laboribus, & afflictionibus, ac incommodis, melior est, optabilior, ac desiderabilior, quàm millia in intimis pulcherrimarum ædium recessibus, quia magis delectat, amplius que dulce est pro te pati, quàm gaudere, viráque in delitijs agere extra te, dulciusque est excu

bias facere ad frigus.& ad hyemem,ad æstatem, & solem propter te,quàm delicatè viuere in ædibus Principum: *Obhoeque elegi abiectus esse in domo Dei,magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum*,vel,vt Hebræa: *Malo ad limina sedere,quàm habitare in splendidis impietatis ædibus.* Præferebat ergo sanctus Propheta malum excubiarum omnibus Principum delitijs: quia si rectè intueamur,optabilius Dei est amarum omni mundi dulcore:vnde non mirum,si sancti nullam aliam accipiunt consolationem,nisi pressuram pati,molestias ferre,in tribulationibus viuere.

17. Sancti doloribus cōsolantur eosque desiderant.

Iob. 6. num. 10.

Audi sanctum Iob cap 6. n.10. qui etsi cinctus, immò doloribus absorptus, dolores tamē ampliores petit,immò hanc vnam solam reputat consolationē, si in doloribus viuat. *Et hac mihi sit consolatio*,inquit,*vt affligens me dolore,non pareat*, hoc est,recentibus scilicet & nouis malis. Mirum, & magnum, vt consolationem dicat, magnis illis malis, alia de nouo addere,quæ de nouo,& nouiter ipsum vrerent, ac incenderent. Vnde Rabbi Dauid & Mardochæi dicunt illud affligendi verbum, quod in Hæbræo est,*Sabal*,idem esse, quod vrere, aut incendere,vnde facit sensum: *Vnica tantum hac erit mihi consolatio, si exurat,& incendat*; immò etsi interficiat:vnde Rabbi Abraham legit: *Si interfeceris me Deus,subsiliam*, scilicet,exultabo præ lætitia:immò non solum quod exultabit,sed etiam quòd ex ipsamet occisione animum,viresque resumet. Vnde Rabbi Moys. *Roborabo me in infirmitate mea,&c.* tantumque abest, vt in ipsa deficiat,& quòd ea sit factus satis, vt in ipsamet manens,nouas addens,resumeosque vires, pro alijs proponit Deum orare,obnixeque rogare doloribus. Vnde alij legunt: *Et orabo in dolore meo*, id est, doloris incrementum petam,& acerbior es cruciatus. O virum admirabilem, & omni admiratione dignum! omnia amiserat, vndequaque erat angustijs pressus,à planta pedis vsque ad verticem non erat ei sanitas,intus, exteriusque doloribus premebatur, & tamen orat pro doloris incremento, vnde hic animus? vnde hoc desiderium? nisi quia dulcius est Dei amarum, quàm omne mundi oblectamentum,& plus satiat animum Dei fel, vt sic dicam, quàm mundi mel.

18. Iob nouos exigebat dolores, quibus cōsolari posset.

Rabbi Dauid & Mardoch.

Rabbi Abraham.

Rabbi Moys.

Gregor.

19. Amor est in causa vt sancti dolores non sentiant.

Si enim mens in Deum, inquit Gregor.lib.6.c.17.*forti intentione dirigitur,quidquid sibi in hac vita amarum fit,dulce æstimat:omne,quod affligit,requiem putat:transire & per mortem appetit,vt obtinere plenius vitam possit,funditus extingui in imis desiderat, quò verius ad sūma cōscendat.* Nil melius.In quibus verbis fons & origo tibi aperitur, vnde amarū Dei,sanctis dulce, immò dulcissimum appareat: amor enim in causa est,& fortis amor, vt inquit Gregor. quem dum sancti obtinent, plus delectantur in tribulationibus quàm in consolationibus, plus in amore Dei, quàm in mundi dulcore, & plus æstimant hîc pro Deo affligi quàm consolari, in hoc se beatiores æstimantes,quàm ipsimet in cælis beati, qui si de aliquo ibi tristari possent, de hoc solum tristarentur,quòd pro illa summa, indicibilique pulchritudine amplius pati,& sufferre non possunt. *Credite filij*,aiebat vnus ex sanctis antiquorum Patrum aliquibus, qui ei persuadebant, vt nollet super afflictiones,quas patiebatur, alias de nouo & ipse addere,vt addebat.*Credite filij*, dicebat, *quod si locus, vbi nunc pater noster Abraham moratur, capax esset pœna,& doloris, doleret, non plus pœna sustinuisse,quàm quod sustinuit, videns illud multum, quod Deus meretur,& dona, quæ præbet diligentibus,& videntibus illum.* Verè dictum sine vlla amplificatione: nam verissimè si doloris capax esset locus ille,etsi possibile esset,quòd aliquid in illa deficeret sufficientia,hoc vnum esset,non pati,nec affligi,nec pœnas,tribulationesque sustinere pro illa indicibili,ac ineffabili Dei summi maiestate, & splendore: etsi sitis in cœlo daretur, sitis laborum, dolorumque esset.

20. Sancti in cælo inuident nobis dolores quos hic patimur, & si de impassibilitate tristari possent tristarentur.

Prat. spirit.lib. 2. cap. 3. de persiner.

21. Priuilegiū pro Deo clare viso pati solum Christo concessum.

Hinc notandum,sic præclarum, altumque esse pro Deo pati clarè illum videntem, vt hoc priuilegium,hoc altissimum, & magnum soli suo sanctissimus Pater concesserit Filio, dispensans cum illo,& vti par erat tantæ maiestati, à communi illum regula reseruans,scilicet, vt etsi beatus, clareque ipso frueretur, pro illa ineffabili pati posset pulchritudine,quamuis vitæ fons esset, ac omnis perennis gaudij flumen. Quod priuilegium sic apud ipsam summam æstimatum Trinitatem, vt nec matri(vltra quod amplius dici non licet) illud commune cum Filio esse voluerit:immò sic etiam à Christo appretiatum,tantique factum, vt ni fallor,ex sensu,quem percipiebat finis eius,propè iam mortem,nouos labores, pluresque passiones sitierit exclamans, *Sitio*, quam esse sitim laborum, & dolorum apertè tenet Bernard.tract. de Pass.Dom. cap.3. vbi deuotè dubitat, cur ante passionem petijt,vt calix transiret, post passionem verò calicemque degustatum, amplius sitit? *Quid est hoc bone Iesu*,ait,*antequam gustes,petis calicem omnino auferri,& postquam bibisti, sitis: mirabilis potator es tu:numquid vino iucunditatis, & non potius vino compunctionis, & summa amaritudinis repletus fuit calix tuus? imò verò compunctionis amarissima plenus est,qui non sitim,sed potius potāti fastidium generare deberet.* Cui dubitationi respondet sanctus, ideo ante passionem calicem recusasse,non vt passionem declinaret,sed ne aliquis putaret amaritudinem Christum non sensisse propter diuinitatis vnionem: post passionem verò ampliores dolores appetijsse propter summam erga homines charitatem. *Sed post dicens, sitio*, inquit sanctus, *dilectionis erga nos tuæ magnitudinem commendasti, quasi diceres: quamuis passio mea tam acerba fuerit, vt quantum ad humanitatis sensum illam declinare potuerim: tamen tua, homo, me charitate vincente, & ipsa tormenta crucis superante, adhuc plura,& maiora, si necesse fuerit, sitio subire tormenta.* Si ergo ob charitatem erga hominem ampliora sitiuit Christus tormenta, cur non ob charitatem,amoremque Patris? quem infinitè amplius diligebat,& amabat, vt dolores, passionesque testatum faciunt: & cùm verè diligenti nil maius cordi, quàm pro amato sit pati. Hinc moueor,vt dicam,sacrum lateris vulnus post Christi mortem,corpori eius illatum, effectum huius fuisse sitis,& orationis, dum nolens amantissimus genitor dilectissimo Filio ampliora concedere tormenta, spatiumque extendere passionis, propter reuerentiam tamen petentis, vehementissimæque eius passionum sitis, illius indulsit amori, vt,etsi sine sensu, tamen & post mortem ampliora sufferens,sicut in vita per foramina manuum, pedumque testatam ei suam infinitam fecerat charitatem: sic post eam, per cordis foramen claram etiam faceret:tanti ponderis est, tantumque desiderabile pro Deo pati, sic dulces sunt pro eo suf-

22. Christus in Cruce sitiuit dolores.

Bernard.

23. Cur ante passionem calicem recusauit,post passionem sitiuit.

24. Lateris vulnus Christi effectus orationis eius gratiaque à patre illi præstita.

ferti, labores, vt nobis inuideant sancti, quòd pro A Deo pati possimus, pro magnoque Christus habuit, pro sanctissimo Patre pati dignum extitisse.

25. *Peccatores vt decipiũtur putantes miserè sanctos in tribulatione degere.*

Sciunt hoc sancti, quibus labores, doloresque panes sunt, quibus sustentantur, vt diximus, non quomodolibet, sed delitiosè; quod nescientes impij, contrarium autumant. Sic ille insanus, dum mandauit Dei prophetam recludi, pane tribulationis, & aqua angustiæ eum sustentaturus. *Tollite Micheam, & maneat apud Aman principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amalech, & dicite eis: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace.* 3. Reg. 22. num. 26. Infelix nesciebat, quia panis, quo iustus delitiosè sustentabatur, erat ille idem panis doloris, & aqua angustiæ. *Labores manuum tuarum, quia manducabis*, inquit B Regius Psaltes Psal. 127. vbi Augustin. *quasi peruersè videtur, dicere non intelligentibus, debuit enim dicere fructum laborum suorum mãducabis.*

3. Reg. 22. 26.

Psal. 127. num. 2. August.

26. *Ipsæmet tribulationes, non solum earũ fructus sãctis sunt delectabiles.*

Cui dubitationi respondens ait, ideo sic dictum, quia non solum laborum Dei fructus sunt sanctis suaues, sed etiam & ipsimet labores. *Modo labores habemus*, inquit, *fructus postea erit, sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio, modo nos ipsi labores nostri iucundant, & lætos nos faciunt de spe: si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit?*

27. *Labores gaudium sunt in via, fructus laborũ gaudium in patria.*

Nil melius. Vbi adnoto, fructus laborum esse gaudium in patria, labores verò esse gaudium in via, eundemque esse & panem sanctorum in patria, ac eorum, qui sunt in via; cum hoc tamen discrimine vt panis beatorum sit fructus huius panis, quo sustentati sunt in via: ibi manducant fructum, hîc sustentantur ex radice, ex qua fructus: ibi benè sunt C fructum manducantes, hîc beati ex pastu radicis: vnde sequitur Rex, & Propheta. *Beatus es & benè tibi erit*, vbi Augustin. *Beatus es, de præsenti est: benè tibi erit, de futuro: cùm manducas labores manuum tuarum, beatus es; cùm perueneris ad fructũ laborum tuorum, benè tibi erit.* O equidem mira dulcedo in amaritudine Dei! qualis mundi sic, qualis est, qui beatum constituat hominem? Nonne ergo verum est, quòd plus ipsa Dei delectat amaritudo, quàm omnis mundi dulcedo, dum sic dulcis est, vt & in hac vita beatum constituat hominem; quæ etsi amara; tamen dulciter sapit, sic dulciter, vt amarum exterminet, ita vt nòn percipiatur. Da amantem, & sciet quod dico: hæc est enim vis Christi charitatis, vt non solum libenter dolores, amaritudinesque sufferat, sed quòd nec amarum sentiat illarum, quod nunquam in mun- D dano quantumuis ardenti reperitur amore.

28. *Amor Dei facit vt non solum libẽter dolores sufferantur, sed etiam nec percipiantur, quod non sic in amore terreno.*

Enimuerò pro Rachele deperibat Iacob, parui ei laborum videbantur anni; attamen vt labores eos sustinebat, etsi libenter, amaritudinem sentiebat, licet ex animo eam tolerabat. Quod inde colligo, nam cum Labano disceptans, laborum meminit, quos pro Rachele pertulerat Genes. 21. nu. 40. *Die, noctuque æstu vrebar, & gelu.* At sancti dum amant, sic in eis est amor, vt omnem sensum superet doloris. De qua re pulchrè Origenes lib. 6. in epist. Pauli ad Rom. in expositione cap. 8. super illa verba. *Quis nos separabit à charitate Christi? dum enim in illius amore pendemus*, inquit, *sensum doloris non recipimus.* Egregiè: portant sancti dolorem, sed non doloris sensum: portant amaritudinem, sed non amaritudinis gustum percipiunt: hinc beati, dum totius expertes sũt doloris; si enim amarum illis est dulce, insipidum appetibile, dolorificum delectabile, laboriosum suaue, iniuriosum honorificum, miserum splendidum, ipsaque paupertas summæ diuitiæ, vnde eis dolor? beati ergo hîc sunt, & benè ibi erunt: beati hîc labores comedentes omni mundi suauitate dulciores; fructum suauissimum parturientes, virtutes nempe, vt noster inquit Sapiens; qua sola homo redditur beatus. *Igitur*, inquit Chrysostomus hom. 1. in epist. ad Rom. *si voluptate frui volumus, ante omnia alia fugiamus vitium, virtutemque sectemur; aliter enim nobis non licet voluptatum participes fieri.* Adnoto illud *aliter*: præcluditur via ad beatitudinem, etiam imperfectam, qualis esse potest in hac vita, nisi virtutem assequamur, de qua re nos alibi. Cùm ergo huius sapientiæ labores, tales parturiãt fructus, talemq; in seipsis dulcedinem cõtineant, meritò eorum amarum dulcius omni mundi dulcedine, vnde dicat Sapiens omni bono præponendam sapientiam, quę tales generat fructus: virtutes nempe, *Etsi iustitiam, &c.*

Gen. 21. 40. Origen.

29. *Sancti hîc beati, & cur.*

Chrysost.

30. *Virtus sola beatam parit vitam.*

Num. 8. *Etsi multitudinem scientiæ desiderat, quis scit præterita, & de futuris æstimat? scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa, & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum, & sæculorum.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis.

Pergit Sapiens in laudibus sapientiæ, vt hominum corda ad eam inflammet, illam omnibus præponens huius vitæ desiderabilibus, simulque ipsam ad ea consequenda vnicam esse affirmans: & ita sicut prius virtutum proposuit desiderium, dixitque sapientiam illas omnes faciliter præstare posse: sic nunc desiderium proponit scientiæ, illarum præcipuè, quæ, vt maximè curiosæ, ab hominibus affectari solent, vti sunt præteritorum scientia, & futurorum: Dialectica: obscurorum intelligentia, & tandè Astrologia, quibus omnibus callere ipsam sapientiam, & edoctum suum constituere discipulum affirmat, vnde summoperè expetenda: sicque ait.

Lorin. Castro.

Si multitudinem scientiæ, &c. Græci, *experientiam multam*, siue multarum rerum. Lorinus, & Castro, aiunt, non significari scientiam speculatiuam, sed practicam: meo iudicio vtramque.

1. *Historiæ laudes. Diodor.*

Præterita, &c. Hæc scita valde conferunt ad prudentiam, ob quod historia, quia præterita cõmemorat, *Fons prudentiæ dicitur Historia legentibus*, inquit Diodorus in proœm. Biblioth. *citra periculum ostendunt præteritorum exemplis, quid nobis appetendum sit, quidue fugiendum, & verbis res gestas repræsentando, omnem complectuntur vtilitatem, consentientes ad honestum impellunt, detestari vitia, probos extollere, deprimere improbos.* Vnde benè Æneas Syluius in præfat. de vniuerso.

Æneas Sylu.

2. Prudentiã quæ res pariat. *Prudentia est*, inquit, *quæ vitam ducit: prudentiam verò multarum, & magnarum rerum cognitio parit, hanc autem quis infert, nisi liber, & inter scriptores nemo melius, quàm historicus.* Cicero. Vnde Cicero optimè li. 2. de Orat. appellauit historiam, *Testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam vetustatis.* Plutarc. Ob hoc Demetrius Phaleræus, teste Plutarch. in Moralib. Regi Ptolomæo sic suadet: *Conscriptos de regno, imperioque libros compara, atque lectitare, nam quæ amici non audent admonere, ea in libris reperies scripta esse*, adde, & quæ memoria exciderunt.

Bonau. Lyra. Hugo. Carthus. *Æstimat, &c.* Bonau. & Lyrao. accipiunt verbum *æstimat* de certa scientia. Hugo de coniecturali, Carthusianus de hac, vel illa; quod mihi placet: nam cùm sermo sit de fructu, quem sapientia confert. & hic inter cæteros, sit communicatio 3. Vir prudēs optimus vates. scientiæ futurorum, hanc cōmonicationem scientia diuina suo indere potest discipulo, B vel euidentem, vel coniecturalem, vti solet esse in viro prudente, quare antiquum adagium, *Optimus vates, qui optimè coniectat.* Hinc est, vt melius de vtraque intelligatur, quas suis sapientia præstat; euidentem Prophetis, coniecturalem cæteris, quæ sufficit ad prudentiam.

Versutias sermonum, &c. Græci, *fallacias orationis*, 4. Simplicitas Christiana sapientior prudentum versutia. verba scilicet fraudulenta, & fallacia, quibus decipere simplices homines Sophistæ intendunt, ad quæ euertenda necessaria est sapientia, quæ simplices supra Sophistas ponens, eos obmutescere facit: sic simplices virgines sæpè Philosophos confuderunt, vt beata Catharina, & aliæ: sic sanctus Spiridion, & Alexander Episcopi, simplici verbo aliquos confuderunt Philosophos, vt auctor est Sozomenus. Eccles. 32. num. 23. Vnde Eccles. 32. num. 23. *Qui Sophisticè loquitur, odibilis est, non est illi data gratia à Domino, omni enim sapientia defraudatus est.* C Vnde rectè quidam Philosophus in Nisseno Concilio, vt Euseb. narrat Eusebius lib. 8. cap. 3. confusus, & ad Christi fidem conuersus simplici cuiusdam Episcopi dicto, dum antea vllo modo à viris potuisset conuerti doctissimis, ad suos conuersus discipulos obstupescentes, dixit. *Audite, ô eruditi viri! donec verbis mecum res gesta est, verba verbis apposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti, vbi verò pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo aduersari potuit Deo, & ideo si quis vestrum potuit, in his quæ dicta sunt, sentire quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo loquutus est Deus.*

5. Ænigma quid. *Dissolutiones argumentorum, &c.* id est, ænigmatum: ænigmata enim sunt sermones obscuri, & sub figuris occultati, aliud in superficie intendentes, D aliud intus includentes: horum solutiones scit sapientia, qua in re omnibus antecelluit Salomon.

Signa, & monstra, &c. signa, id est cælestes mutationes, vt eclypsis, cometæ, & aliæ mutationes cœlestes, quibus homines solent coniectare futura. *Monstra*, id est, portenta, quæ solent io terris accidere, à quibus Sapiens soler aliqua præsagire, in quibus Gentilitas maximè tunc versabatur, sed vanissimè, omnia enim hæc affirmat, quòd abundantissimè præstat ipsa sapientia.

Euentus temporum, & sæculorum, &c. alij, *tempestatum, & temporum*: alij, *opportunitatum, & temporum*, quod est dicere; nō solum scit euentus, vt sic, sed etiam articulos temporum, quando scili- A cet ventura, & occasiones, quibus illæ mutationes sunt excitandæ; vnde Astrologiam perfectissimè callet: ex quo fit, vt omnes scientias in se includens, imò supra eas se erigens hæc diuina sapientia, meritò ab omnibus, qui scire desiderant, sit appetenda.

Num. 9. *Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum, sciens, quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei.*

COMMENTVM LITTERÆ.

COmmemoratis sapientiæ boois, nunc proponit, concluditque determinationem ad Connexio capitu. illam assequendam: cuius rationem dat. quia sine illa minimè viuere, inter tot, tantasque ærumnas, ac vitæ huius tædia potest: vode cùm sciat sapientiam secum de bonis commuuicaturam suis affirmat, quòd inter cætera communicabit prouidam sanorum consiliorum inspirationem, & lenimentum, seu curarum alleuiationem, vode inquit:

Proposui, id est, firmiter statui, *adducere eam mihi ad conniuendum*, Complut. Regia. Glossa. Hugo. Bonau. Ambr. Græci, *ad conuictum*. Alij, vt Complut. Regia, Glossa, Hogo, Bonau. *ad conniuandum*. Ambros. de viduit. legit, *ad coniugium*. Omnes versiones optimum faciunt sensum: oam C sapientia hæc diuina eligi potest, quia nulla alia melior ad conuiuendum, ad conuiuandum, ad sponsalitium: de qua re supra multis in locis abundè.

Quoniam mecum communicabit de bonis, &c. 1. Sapientiæ proprium munus intellectum illustrare. Græci, *Erit mihi consultrix bonarum rerum, vel consiliorum*. Vatabl. *Vt quam mihi bona daturam consilia cognoscerem*. Proprium sapientiç illustrare intellectum, & hunc fecundare, tum ad intelligentiam supernorum, tum ad prudentiam agendorum: vnde communicare illam cum aliquo de bonis suis, est illustrare intellectum eius, vt sana consilia accipiat, & præbeat, & præcipuè in rebus difficilioribus, vti fuit Salomonis iudicium.

Et erit allocutio, &c. Iansen. Clarius. Vatabl. Interlin. Iansenius, *admonitio*, Clarius, *moderatio*, Vatabl. *lenimentum*, Interlinearis, *alleuiatio*, omnia significant, & explicant subleuamen conuictus sapieotiæ, consolantis amicum ex- D ponentem ei molestias suas.

Cogitationis, & tædij mei, &c. Hoc est, curarum, 2. In quo eius consistat consolatio. ac tristitiæ, & mœroris mei. In Græco non adest pronomen, sed additum est explicationis gratia. Hanc consolationem, vti expertus putat sanctus Bonauent. esse ad cogitationes interiores, quæ affligere quàm maximè solent homines, dum, vt inquit Hieronym. in Eccl. cap. 7. super illa Hieron. verba, *Hominem vnum de mille*, vix, etsi homines 3. Cogitationes puræ difficillimè inueniuntur. puri, ipsæ puræ inueniuntur: *Possumus*, inquit, *& cogitatus pro viris accipere, mulieres pro operibus, & dicere, quòd difficile cogitatio alicuius pura inueniri queat: opera verò, quia per corpus administrantur, aliquo semper errore commixta sunt, in viris enim studiosis, & quotidiana meditatione*

sudantibus vix inuenitur cogitatus purus, & viri dignus vocabulo. Quo quid amarius, quidue quæso molestius, dum intus se ad Deum adorandum
S. Nilus Abbas. recolligens homo, pro Deo sculptile inuenit, ante quod (velit nolit) genua flectit, & contemplatur?
3. Cogitatio mala sculptile intus in anima. *Omnis enim turpis cogitatio*, sanctus inquit Nilus Abbas in Asterico, *quæ in animo figitur, sculptile est absconditum, quod pudor vetat in medium proferri.* De qua re consule quæ alibi diximus. Cum ergo sapientia diuina subleuamen sit, & solatium ad omnes labores, & angustias, meritò noster Sapiens eam expetiuit, & vt vnicam sponsã elegit.

Quæ hîc dicenda essent de fructu conuictus sapientiæ, & de lætitia à sanctis de eo percepta, & quomodo semper, etsi in multis tribulationibus, læti viuant, quia cum illa conuiuunt, & secum eam habent, & illam alloquuntur; sæpè in multis locis dictum est supra, sed præcipuè consule cap. 3. nu. 1. & 17. cap. 4. n. 15. & cap. 6. n. 16. & 17. B

Num. 10. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores, iuuenis.*

COMMENTVM LITTERAE.

Connexio capitis. AB hoc versu quasi vsque ad finem capitis, egregiè prosequitur Sapiens enarrare bona, quæ illum ex conuictu consecutura erant sapientiæ: & sic in hoc duo præcipua ponit, nempe claritatem, hoc est, famam, & honorem: famam apud populum; honorem apud senes, vt mox dicemus. C

1. Fama viget apud multitudinem. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, &c.* Fama viget apud multitudinem; vnde cum turba, siue plebs sit maior pars ciuitatis, ideo apud ipsam, inquit, quòd clarus erit, id est, famosus, sicut honoratus apud seniores, qui sunt nobiles, senior, & potior ciuitatis pars; nam senioribus debentur ciuitatis magistratus, apud quos honor residet, vnde apud istos honoratus, sicut apud plebem famosus inuenitur, qui discipulus est sapientiæ.
2. Honor apud nobiles.

Iuuenis, &c. Aliqui nectunt hoc nomen versui sequenti, sed melius hîc ponitur: quia (vt benè Cantacuzenus) honor debetur à senioribus iuueni, qui eos vincit sapientia; exemplo sunt idem Salomon, Iob, Daniel, &c.

D

Num. 11. *Et acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. DIxerat, per sapientiam habiturus famam, & honorem: aperit nunc media, & primum, A rectè, & acutè iudicia exercere. quod quando fit cum acrimonia, & perspicacia, ita vt obscurè, & intricatissimè res, quæ passim solent occurrere, dilucidè iudicentur, tunc tale iudicium auget honoris gradum, hic autem gradus à sapientia accipitur, qui reddit hominem acutum, ita vt sit admirabilis in conspectu omnium, & præcipuè potentiũ; quam gloriam, quamque famam, per sapientiam consecutus sit Salomon, in promptu est apud omnes.

Num. 12. *Tacentem me sustinebunt, loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio capitis. SEquitur enarrare emolumenta, & sicut in superiori versu posuit laudem, & claritatem ex acumine consecuturus in iudicando; sic nunc claritatem ponit, & famam consecuturus in dicendo, & sermocinando. Omnes sunt explicationes, quas addit Sapiens, ad maxima enarranda sapientiæ emolumenta; nam ipsa ita superiorem reddit hominem supra cæteros, etiam si sint Principes, potentes, & diuites, vt cogat eos illum sustinere, patienter expectare, ab ore eius pendere, & dum loquitur, ita acceptum habere, vt nec contra illum mussitare audeant; fructus enim diuinæ sapientiæ est, qui pauperem suprà Principes, & potentes extollit: vnde isti, tamquam subditi, ab eius ore totaliter pendent, per quos nobis modus describitur, qualiter Principes, Reges, diuites, cæterique verbum Dei audire debeant, vt mox dicemus.

Sustinebunt, hoc est expectabunt, & summa sustinentia, ac hianti ore attendent, vt ego loquar: præclarum signum acceptationis erga oratorem, quando ipso tacente, & adhuc nil dicente, omnes ab eius ore pendent.

Loquentem me respicient: hoc est, ora omnium in me conuersa erunt, vt me audiant. Optimè Lorin. Lorin. *Sonum edenti, non solum loquenti attendent*: quod est signum beneuoli, & attenti auditoris, qui non solum aures, sed etiam oculos præstat oratori. 1. Attentus auditor quis dicatur.

Manum ori suo imponent, &c. summum silentium indicat, ex voluntate sermonis captum, cùm non solum dicat digito, vt Iob. cap. 29. n. 9. sed manu sua ora comprimere, audientes. Iob. c. 29. num. 9.

Omnia equidem summam indicant venerationem, summum honorem, summam voluptatem, quam ex eius reportabant sermocinatione auditores, quæ omnia à sapientia affirmat ei prouenisse, cùm ex se nil tale haberet. Hoc adnoto, vt exinde summi discant prædicatores, & qui auram in se concitant popularem, cui referre illud debeant, *ne glorientur, quasi non acceperint.* 2. Prædicatores qui auram deferre debent popularem.

A

HOMILIA CLIV.

Verbum Dei quomodo audiendum.

T*Acentem me sustinebunt*, inquit noster Sapiens, declarans modum, quo cum audiebāt, & ex illo nobis formam præstans, qua prædicantem, verbumque Dei concionantem audire, ipsumque Dei verbum attendere debeamus.

1. Tria necessaria ad verbum Dei audiendū.

Tria equidem in his Sapientis dictis mihi videre videor, ad rectè, & cum fructu verbum Dei audiendum, esse prorsus necessaria: præparationem, attentionem, dignam de prædicatore æstimationem, piam (vt sic dicam) affectionem ad prædicantem, verbumque Dei promentem. Præparationem agnosco in illis verbis, *Tacentem me sustinebunt*. Attentionem in illis, *Loquentem me respicient*. Fidem verò, æstimationem, ac piam affectionem in impositione manus ad os. *Sermocinante me plura, manus ori suo imponent*. Quod prouenire diximus ex benigna, beneuolaque qua verba sapientis audientes excipiebant, voluntate. Præparatio ergo, attentio & affectio necessaria sunt ad verbum Dei fructuosè audiendum. B

2. Præparatio necessaria ad verbum Dei audiēdum.

1. ad Cor. 11.28.

Præparatio primum, vt scilicet non casu, non leuitate ductus, aut curiositate, non quasi nil agēs, sed maturè accedat, sciens, & ponderans ad quid, ad quale, ad quantum properat; timens, ne si imparatus ad talem audeat mensam accedere, iudicium sibi reportet & condemnationem, cùm *Probet autem seipsum homo*, dicat Paul. 1. ad Corinth. 11.28. *& sic de pane illo edat, nam qui manducat indignè, iudicium sibi manducat*. Hoc Paulus de pane illo dicebat diuinissimo, altaris scilicet Sacramento, quod panis est Dei, ac ipsemet Deus. C

3. Paulò minor quam ad altaris Sacramentum.

Hieron.

Nec minor præparatio, aut si minor, paulò minor, necessaria ad Dei verbum audiendum, quòd panis etiam est & panis Dei, vt infinitis in locis monet, & sacer prædicat textus. *Quo deficiente*, vt inquit Hieronymus lib. 3. in c. 8. Amos, *perit pudicitia, castitas moritur, & omnes abeunt virtutes, quia non comederunt verbum Domini, quod qui comederit, saginatus eius cibo, audiet per Salomonem: iustus comedens saturat animam suam*. Vide ergo, ne si imparatus accesseris, iudicium etiam sumas, ac si imparatus ad mensam accederes illam diuinam.

4. Et tam audienti quā prædicanti.

Clem. Alex.

Enimuerò talem præparationem, talemque diiudicationem accedentibus ad Dei verbum audiendum, asserebat necessariam Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. in princ. quam non solum necessariam asserit audienti, sed etiam prædicanti, alioquin vtrique iudicium subibunt: alter, quia imparatus distribuit, alter verò, quia imparatus accessit. *Necesse est ergo*, inquit, *vtrosque probare seipsos, illum quidem, an dignus sit, qui dicat, & monimenta relinquat: hunc verò, an iure possit audire, etiam Eucharistiam, cùm quidem (vt mos est) diuiserint; permittunt vnicuique ex populo, eius partem sumere: ad accuratè enim, perfecteque eligendum, ac fugiendum optima est conscientia: probet autem seipsum homo. Consequens est ergo, vt qui, vt proximis prosit,* D

A *curam suscipit, consideret, numquid audacter, aut temerè, & aliqua in aliquos ducta æmulatione, ad docendum prosilucrit; num gloriam aucupetur eius verbi communicatione; num hanc solam accipit mercedem, eorum qui audiunt, salutem: num loquendi ad gratiam, sordiumque acceptorum munerum criminationem effugerit, qui per litterarum monimenta loquitur.*

5. Prædicator de quibus se examinare debet.

Eadem quoque ratione, eis quoque qui sunt diuinorum verborum participes, obseruandum est, num nimio curiosi animi vitio inducti, tanquam vrbium ædificia visuri, ad id accedant: num veniant, vt sint rerum sæcularium participes, cùm audierint eos, qui sunt Christo consecrati, ea quæ sunt ad victum necessaria libenter communicare; sed sunt quidem hi hypocritæ, ideo mittantur: si quis autem non videri iustus, sed esse velit, oportet, vt optima is sit conscientia.

6. De quibus, & auditor.

Nil melius. Vbi duo B adnotanda, primum, de quo velit Alexandrinus vt homines, antequam ad prædicationem accedant, se discutiant; & secundum, quantam requirat discussionem. *De curiositate*, inquit, *se examinent, ne tamquam vrbium ædificia visuri, ad id accedant*. At quid ædificia cum prædicatione? quid auditus cum visu? Numquid non melius sanctus dixisset, ne tamquam musicos cantus audituri accedant? Non vtique, sed pulchrè dixit; curiositatem visus magis reprehendens, quàm auditus, cùm multi (faxitque Deus ne maior pars) magis ad videndum accedant, quàm audiendum; potius illos mulieres attrahentes, quàm prædicator: accedunt à prauis affectionibus vexati, non à pijs inducti, lascivias addentes, non comprimentes.

7. Multi ad prædicationem accedunt, magis ad mulieres vidēdum quàm ad verbum Dei audiendum.

Chrysost.

Quòd præclarè dixit Chrysostomus homil. 10. in cap. 1. Genes. C admonens, non turpe esse post prandium ad sermonem accedere, sed ad illum turpi properare animo. *Non enim turpe fuerit*, ait, *eum, qui cibum antea accepit, adesse spirituali sermoni, sed ignauo animo adesse, & ab affectionibus vexari, & carnis lascivias non comprimere*. Rectè ergo potius curiositatem visus, quàm auditus Alexandrinus examinari præcepit, quia hæc turpior, quàm illa, verboque Dei magis opposita. Secundò discussionem requirit sufficientem ad probatam reddendum conscientiam, cum qua vult vt homo ad prædicationem accedat. Non amplius requirebat Apostolus ad Eucharistiam sumendam. Ergo non inaduertenter, non oscitanter, non casu ad Dei verbum accedendum, sed attentè se primum probando.

8. Deus à Moyse qualem præparationem exquisiuit, ad se audiendum.

Exod. 3. num. 5.

Theod.

Euseb.

Hug.

Vict.

Rupert.

Caietan.

Cornel.

Enimuerò valdè considerandum, qualem Deus à Moyse præparationem exposcat, cum allocuturus: D accedebat enim Moyses ad eum audiendum imparatus, curiositate ductus, non deuotione: & quia, non malitia, sed ignorantia sic incedebat, illicò adfuit vox illum admonens diuina. *Ne appropinques*, inquit, *huc, solue calceamenta de pedibus tuis*. Exod. 3. num. 5. Quam ceremoniam nil aliud significare affirmant Theodoretus qu. 7. in Exod. Eusebius, Hugo, Victor, Rupertus, & Caietanus, quàm imponere Moysi reuerentiam, submissionem, animique humiliationem, qua ad Deum audiendum accedere debebat. Nam, vt optimè adnotat hîc quidam, Moyses per modum naturæ, audacter, curiosè ac parum religiosè accedebat. Ergo, vt sicut debebat, par que erat, accederet,

accederet, soluat calceamenta, præparatus accedat, vti par homini Deum audituro, populum recturo. Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, inquit Ambros. de Isaac, & anim. ca. 4. *Talis Moyses, cui dicitur, solue calceamentum pedum tuorum, vt vocaturus populum ad Dei regnum, priùs carnis exuuias deponeret, & nudo spiritu, vestigioque mentis incederet.* Quæ doctrina licèt potius prædicanti, quàm audienti accommoda videatur, non equidem minus vni, quàm alteri indicitur: nam (vt pulchrè idem sanctus) quilibet dum audit, ad regimen regni euocatur, euasurus in regem, si se benè regere sciat. *Præsidet autem*, inquit, *vnusquisque sibi quadam potestate regali, si coërceat in se corporis luxus, & seruituti redigat carnem suam, ideoque dictum est, Regnum Dei intra vos est.* Quilibet ergo ad prædicationem accedens, ad Dei verbum audiendum euocatur, vt Rex fiat, vt se regere sciat: non secus ac Moyses, à quo tantam Deus præstolatur reuerentiam: sicut & à Iosue cap. 5. nu. 16. In quo facto illud ponderandum, quòd ambo sancti erāt, iusti, Deique amici, ac per hoc ipsa chatitate, vt sic dicam, præparati; & tamen ad accedēdum ad Dei sermonem, ampliorem præparationem, maioremque requisiuit Deus reuerentiam. Qualis ergo, quantaque ea debeat esse hominis non sancti, sed peccatoris, ad Dei verbum, sermonemque accedentis?

Ambros.
9. Prædicator qualis debet esse.
10. Homo in Regē euadit si se regere sciat.
Iosu. cap. 5. num. 16.

Vade ad populum, præcepit Deus Moysi Exod. 19. num. 10. *& sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.* Chaldæus pro *sanctifica populum*, legit, *prapara populum*: quæ præparatio in quatuor consistebat, in continentia ab vxoribus, vt infra, hoc ipsemet explicat Moyses num. 19. in lotione corporum, & vestium: in purgatione castrorum, & quartò in reuerenti expectatione. Ergo continentia, etiam à re licita, munditiis corporum, & locorum: humilis sustinentia expectatur, & hoc non vnius, sed trium dierum. At videamus ad quid tanta præparatio? *descendet Dominus in monte Synai*, ad loquendum, & præcepta danda. Tanta ergo præparatio necessaria ad præcepta excitâ audienda, & sic accessuri paræparati; vt etiam à licitis abstinere deberent: sic, tantaque ac tali præparatione accedendum ad Dei verbum percipiendum, ad prædicatorem audiendum, qui veluti Angelus Dei legatione pro Deo fungitur, vt instruat te, & doceat mandata vitæ. Cuius illa est ratio, prædicationem esse sacrificium, & pari ad illam deuotione accedendum, ac ad sacrificandum, vnde aptè talem populi accessum Ambrosius de Officijs lib. 1. cap. 5. sacrificium nominauit, & pro oblatione accipit. *Et tamen*, inquit, *iustificabatur etiam populus per biduum, aut triduum, vt ad sacrificium purus accederet, vt in veteri Testamento legimus Exodi 19. Et lauabat vestimenta sua, si in figura tanta obseruantia, quanta in veritate?* In quo loco certum est, Ambrosium, accessum ad Deum audiendum, sacrificium nominasse, & non minorem purificationem in vno quàm in altero quodammodò necessariam esse, si est, quòd Dei verbum in animum proficuum desideretur. Quod egregiè consideravit Philo libro de Decalogo, rationes præbēs, cur Deus populo maluit in deserto, quàm in ciuitatibus legem dare, inter quas secunda in ordine est, vt animus purus inueniretur, lexque ob hoc in illo fructificare posset. *Hac accessit*, inquit, *causa altera, quod adsacras leges recipien-*

Exod. 19. num. 10.
11. Populi præparatio ad Deum audiendum in quo consistebat.
12. Prædicatio sacrificium.
Ambros.
Philo.
13. Deus cur populo maluit legem in deserto

A *dis animus purificatus requiritur, elatis maculis, quæ hærent ex miscellanea turba in ciuitatibus degentis contagio, Id verò non est possibile aliter, quàm in secessu efficere, & longo temporis spatio, donec exolescant, & euanescant veterum erratorum species in animo. Qui medus obseruatur etiam à peritis medicis, nec enim prius cibos ægrotis præbent, quàm morbi causis sublatis: nam illis manentibus alimenta fiunt inutilia, vt quæ vertuntur in humorum noxiorum materiam. Non mirum igitur, si à perniciosa ciuitatum consuetudine in desertum abductus est populus, vt animos purgaret ab iniquitatibus, mox que mentis alimenta caperet, videlicet leges, præceptaque diuina.* Nil melius. Quòd si sic non accesseris vide ne moriaris, vti qui imparatus, non mundus, non lotus, ibi ad sacram Dei concionem accessisset; Quod colligo:
B nam si morte plectendus, qui etsi lotus, & præparatus, montem terreum, in quo descensurus Deus, attingere auderet: *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur:* Cur etiam morte non plectendus, qui audax, imparatus, & non lotus, non ad montem, sed ad colloquium cum ipsomet Deo accederet diuinum?

quàm in ciuitatibus dare.
14. Morte plectebatur qui imparatus accedebat ad sacrā Dei concionem.

Mirū, & mirandū, si præparationem, quā adhibent homines quando ad alicuius colloquiū aduocātur magnatis, attendere velimus, etsi eis talis nō præcipiatur præparatio, nā suapte natura, cōnaturalique lumine, omnes, siue parui, siue magni, illud attēdūt, illud intelligunt, ita vt potius quis locutionem, accessumque recuset, quàm imparatus accedere audeat. Gen. 41. n. 14. vocat Ioseph ad Pharaonis colloquiū, *Protinus*, facet inquit tex. *ad Regis imperiū eductū de carcere Ioseph totonderūt, & veste mutata*
C *obtulerant ei.* Perquire, quis seruis hoc iussit, inuenies neminem, sed tantum duce natura acceperūt indignum, ne dicam irrationabile, ad Regē audiendum, imparatum, sordidumque accedere. Quod similiter considerandū in præparatione illorum puerorum, qui ad seruitium aduocabantur Nabuchodonosoris, antequā ipsi, & ipse cū eis alloqueretur. Dan. 1. n. 5. *Constituit Rex annonā per singulos dies de cibis suis, & de vino, vnde bibebat ipse, vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu Regis.* Mirum, si consideres tempus.

15. Quomodo præparabātur ad locutionem & Regis præsentiam accessuri.
Genes. 41. num. 14.
Daniel. 1. num. 5.

At quid dicam de præparatione illa, quam poscebat Assuerus, antequam puella, etsi formosa, & illustris, ad cubiculum eius accederet. *Sex mensibus oleo vngebantur myrtheo*, inquit scriptura Esther 2. num. 12. *& alijs sex mensibus quibusdam pigmentis, & aromatibus vtebantur.* Et tamen cùm hoc exigant homines, & dignum, rationabileque illud pu-
D tent, & nec malum, nec magnum ad Dei multomi- nus colloquium audiendum, licere eis, aut malum non esse æstimant, si imparati, conscientia sordidi, immo sine vllo actu accedant bono. Quod si hoc irrationabile, quid mirum, si vti irrationales accesserunt, vti irrationales etiam absque fructu, absque vlla recedant conuersione? Verbum Dei, inquit Chrysostomus homil. 1. imperfecti cap. 11. cibus est, qui per prædicatores distribuitur in audientes, qui cibus ab auditoribus acceptus, conuertitur in substantiam secundùm dispositionem membrorum, & secundùm quòd illa inueniuntur disposita. *Vnumquodque membrum*, inquit Chrysostomus, *suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se, secundùm suam naturam, & dispositionem: vt puta quod suscipit iecur, totum fit sanguis: quod autem suscipit fel, bilis fit totum: quod verò*

Esther. 2. num. 12.
16. Verbū Dei cibus proficit secundū varias cuiusque dispositionem.
Chrysost.

ascendit in pulmonem, phlegmata efficiuntur: quod autem in mammillas, totum efficitur lac. Quo dicto, subdit. *Sic sacerdotibus in Ecclesia loquentibus verbum omnes suscipiunt, vnusquisque autem conuertit illud, secundum proprium cor, ita vt vnum idipsum verbum, in cordibus quidem rectis procedat ad vitam: in cordibus autem peruersis suscitet iracundiam, quasi bilis: in alijs autem operatur dilectionem dulcissimam, quasi lac: in alijs verò odia, quasi phlegma nocinum, & expuendum.* Nil melius. Vnum, & idem est verbum, omnibus proponitur, omnibus prædicatur, omnibus suadetur: quid ergo in causa est, quod vni non proficit, alteri non solum non proficit, sed obest? certè aut mala dispositio, aut illud recipere absque dispositione: conuertitur enim, vt inquit Chry. secundùm dispositionem, alijs in lac, alijs in fel. Ergo vt proficiat, dispositione opus est, aptaque præparatione, vt docet noster Sapiens, eius præstasse auditores, dum dicit: *tacentem me, &c.*

§. II.

De secunda dispositione, nempè de attentione.

SEcundum, quod necessarium diximus ad rectè, proficuéque sermonem audiendum, attentio est ad id, quod prædicatur, & monetur. Res est adeò per se euidens, vt probatione non indigeat: *Fides ex auditu*, inquit Apostolus: si auditus non præstatur,
17\. ergo nec credes, nec proficies. Immò si vnicam scire causam velimus, cur inter tot prædicantiũ verba, & in medio Ecclesiæ stantes, peccatis obruti manemus & suffossi, ita vt inde erui nullo modo possim⁹, inueniemus eam esse, quia verbo Dei non attendimus, dũ prædicatur. Prou. 5. n. 13. *Cur detestatus sum disciplinã*, inquit Sal. *& increpationibus nõ acquieuit cor meũ, & penè fui in omni malo in medio Ecclesiæ, & synagogæ?* Quod equidem mirum videri debet, inter talem, tantamque sanctitatem, malum extitisse, & non solum in malo, sed in omni extitisse malo: Rationẽ reddit, non attendisse scilicet ad verba magistrorum: *Nec audiui vocẽ docentiũ me*, ait, *& magistris non inclinaui aurẽ meã.* Quapropter hoc benè callens S. Moyses, maledictiones, benedictionesque quas Deus obtẽperantibus, & non obtẽperantibus promittebat, lecturus, nõ solum aurem, sed attentionẽ postuleuit. Deut. 29. n. 9. *Dixerũtque Moyses, & sacerdotes leuitici generis ad omnem Israelẽ, attende, & audi Israël.* Prius attẽtionem ex-

Inattentio ad Dei verbum causa magnorum malorum.

Prou. 5. num. 13.

18\. quisiuit, quàm aures: quia ver⁹ auditor, inquit Chr. ille est, qui attentè audit: quod dixit sanctus illis respondens, vt supra diximus, qui æstimabant post cibum, & potum, rem non esse conueniẽtem verbum Dei audire, quos redarguens hom. 9. ad popul. Antiochen. ait. *Etenim non idoneus auditor ille est, non qui comedit, & bibit, sed qui verbis non intendit, oscitans, & dissolutus, & corpus quidem hic habens, mentem verò aliò vagantem.*

Attentus auditor verè audit.

19\. Enimuero hi non sunt boni auditores, immo sunt, qui ex sermone peiores decedunt, ampliusque irretiti: vnde egrediuntur non conuersi, sed peruersi: nouis vincti diaboli catenis: nouis (iusto Dei iudicio) irretiti laqueis, ex noua, recentique in Ecclesia, occasione. 2. Paralip. 33. num. 10. *Locutus est Dominus ad Manassem*, inquit scriptura, *& ad populum illius, & attendere noluerunt*, ex quo sequutum: *Idcirco superinduxit eis Principes exercitus Assyriorum, ceperuntque Manassem, & vinctũ catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem.* peiores effecti post auditum verbũ, sed non cũ attẽtione, quã antea. Vincitur catenis Manasses, in cõpedibus ligantur eius pedes, & in Babylonẽ ducitur. Eorũ expressa figura, qui ad sermonẽ nõ accedentes qua par est, intentione, neq; ad illũ attendentes, qua par est, deuotione, attentioneque: hinc vnde liberi ad eum accesserunt, multoties catenis vincti, in cõpedibus ligati miseri in Babylonẽ, hoc est, in omniũ malorũ sentinã, iusto Dei iudicio, illabũtur, factum eis idem verbum in pestem, & mortẽ, quod debebat esse ad salutẽ. *Verbũ*, inquit Isa. 9. n. 8. *misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.* Vbi Septuaginta legunt: *pestem, seu mortem misit Dominus in Iacob.* Non equidem sine mysterio, quia idem verbũ, quod si attentẽ, & humiliter audiretur, profuturum erat ad vitam, dum oscitantes, & inattentè percipitur, redundauit ad mortem. Nam vt excellenter Philo dixit Carpathius Cant. 7. n. 9. super illa verba: *Guttur meum, sicut vinum optimum*, diuinarum rerum eam esse naturam, vt benè vsis, optimè, malè vero pessimè vtentibus fiant. *O rem miram*, ait, *ô rem tremendam! hæc quæso diligenter mecum sacerdotes attendite, hæc fratres animaduertite, hæc timete semper, & cauete periculum: ea est enim rerum diuinarum natura, vt quæ pro sua dignitate, & excellentia, optima esse debent, ac summa, eadem mutato ordine, pessima fiant, atque infima.* Hinc pestis, Dei verbum malè audientibus, qui ex se verbum est salutis.

Ad sermonẽ accedẽtes non attendentes, peruertuntur nõ conuertuntur.

2. Paral. 33 nu. 10.

Is. 9. n. 8.

20\. Dei verbũ eis est pestis.

Philo.

21\. Res diuinæ bene vtentibus optimæ, male vero pessimę euadũt.

Dixi, quod inde eis malum, quia non attendunt: Cuius radix, nam accedunt sine parendi animo, sed tantum, tamquam si ad spectacula properarent, immo si ad repręsentationes, ne dicam Comœdias, & vt postea latrent, sugillent, versus, satyrasque cõscribant, quod hodie, hacque tempestate innoxiè fieri videmus, & ingemiscimus. Vnde ergo talibus Dei verbo attentio? vnde insufflare eis sanctus poterit spiritus, si intus Sathanico repleti toti toti miserè possidentur? se ad cociones inuitant, sed vt carpant. *Venite*, inquiunt mali, & peruersi, ad Hieremiæ sermonem se conuitantes cap. 18. num. 18. at quo animo? *Cogitemus contra Hieremiam cogitationes*, En ad quid? ad sugillandum, ad perdendum animo iniquo, & peruerso. Quid ergo mirum, si tandem concludunt: *& non attendamus ad vniuersos sermones eius?* Iuratam ego, quòd non attenderent ad Prophetæ verba, qui ad sermonem accedebant, cogitantes contra eum verbera: ex quo, quid mirum, si à sermone postea discedebant, non conuersi, sed peruersi?

22\. Inattentio hodie ad Dei verbũ vnde.

Hiere. 18. num. 18.

Quod sanè scientes sancti, Deique veri prædicatores, tantam, talemque attentionem à suis exquirebant auditoribus, vt acerrimè contra acclamationes sibi exhibitas, fastusque inueherent, quasi res attentionem interrumpentes, sic Chrysostomus homil. 30. in Acta: *Cum silentio*, inquit, *omnes audiamus, tollamus plausus incõpositos, eijciamus vincula animæ.* Cuius rationẽ apertissimã addens, subdit: *Multo melius enim est cum silẽtio audientem propter memoriam omni tempore plaudere, & in domo, & in foro, quàm amissis omnibus, redire vacuos domum, & nescire plausus causam.* Nil melius, & postrema notanda verba, scilicet, *nescire plausus causam*: multos enim est videre applaudentes, à quibus si petas prædicatoris dictum, quod applauserũt, respondebunt ignorare, quia ab illo distarũt:

23\. Sancti vt attentionẽ à suis exquirebant auditoribus.

Chrysost.

24\. Applausus respuebant.

25\. Multi in cõcionibus applaudunt causam nescientes applausus nisi digni.

quos merito ridiculos appellat ſanctus. *Quomodo auditor ille non ridiculus, ait, quomodo nõ adulator, & irriſor magis, dum aſſerit quidem Doctorem benè dixiſſe, neſcire autem ſe quid dixerit? quomodo non dignus vituperatione, qui non poteſt dicere cauſam, propter quam laudauit dicentem?* Pulchrè: neque amplius dixiſſet Chryſoſt. ſi in hæc incidiſſet tempora, vnde benè ſubdit, talem plauſum Cytharędis, hiſtrionibuſque conuenientiorem, quàm Dei prædicatoribus *Hoc adulationis eſt eius*, ait, *qui cytharados, & tragædos audit.* Cuius ratio, quia, etſi quod canit cytharædus, hiſtrioque repræſentat, ego non intelligam: tamen ipſo cantu, geſticulationeque delector: at vbi, nec vocis, nec modulationis oſtentatio eſt, ſed ſenſus, & Philoſophiæ potentia, vt ait ſanctus, vnde applauſus, aut cur applaudere de eo, quod quis non audiuit, nec percepit?

26. Prædicator dum verbũ ſeminat & prædicat imagines format.

Hinc euenit, vt impoſſibile ſit, quòd nouus in eis efformetur homo: enimuero prędicatoris officium cùm conſtet non aliud eſſe, niſi nouas Deo imagines efformare, & pro comperto ſit, quod niſi iſtæ fixæ, immobileſque ſiſtant, vllo effingi poſſint modo: Quis pictor, etſi illuſtris, tabellam pinget numquam ſiſtentem? ſic nec in te Chriſtum effinget prædicator, niſi ſiſtas animo, intellectu, voluntate.

Idem

Ingredere pictoris officinam, inquit idem S. *& videbis multum illic ſilentium, ergo & hic ſit, etenim hic regias pingimus imagines, & nullam priuati hominis propter coloris virtutem: ſtylus ergo eſt nobis lingua, artifex autem Spiritus ſanctus.* Egregiè: ergo ſi attentionem non præſtas, ſi immobilis non permanes ad verba, ad ſtylum, ad manum, ad artificem, numquid miraculosè expectas, vt in te formetur Chriſtus.

27. Qualem attentionem à ſuis auditorib⁹ Chryſoſtomus exigebat.

Ob hoc idem ſanctus illam à ſuis attentionem auditoribus exquirebat, vt & quæ ipſe in Eccleſia dixerat, recolere poſtea ipſi poſſent, & domi, & in plateis, & cum amicis: quod medium vnicum ipſe æſtimabat ad diabolum, inimicumque ſuperãdum. *Hoc oro*, inquit, *vt omnes, qui hic ingrediuntur, cum proximis de nunc hic dictis inter ſe mutuum conferant, & omnia colligentes, ac recenti memoria tenentes, domi concedite apud vosmetipſos, ruminantes diuinas haſce doctrinas.* Cui⁹ admonitionis fructum ediſſerens, ſic ſubdit. *Vt hac omni cura veſtra conuerſa, menteque in his occupata, poſſitis facilè, & turbulentas animi affectiones vincere, & diaboli inſidias fugere: nam cum malus ille dæmon videt animam de diuinis rebus ſollicitam, perpetuo illas verſantem, neque appropiare audet, à ſpiritus operatione, tamquam à ſuccenſo rogo abactus.*

28. Collocutio de reb. ſpiritual bus fugat dæmonem.

Notanda poſtrema verba: vritur dæmon à feruenti ſpiritus operatione; vritur à feruenti verbi Dei attentione, vnde compellitur ab anima exire & tamquàm à ſuccenſo rogo exilire: at ſi frigida ipſa manet, ſi oſcitanter verba Dei audit, ſi non attentè, quomodo exiliet? *Debet enim ſermo noſter*, inquiebat ſanctus

S. Cæſari.

29. Attentio in ſermone eſt radix boni operis.

Pater Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus hom. 20. ſimilem, quam Chryſoſtomos à ſuis exquirens attentionem, *in corde veſtro radices figere, vt in tempore retributionis poſſit æterna vita fructus feliciter exhibere.* Pulchra ratio: ſine radice vnde fructus? ſic ſi ſine attentione verbum admittitur. At dicis, quod memoria es labilis & quod non potes totum retinere: retine partem, inquit idem ſanctus, aut confer cum eo, qui memoria eſt potens. *Qui poteſt totum retinere*, inquit, *Deo gratias agat, & alijs quod retinet, ſemper oſtendat: qui totam nõ poteſt retinere, vel partẽ aliquã recordetur, etſi totũ non poteſt, ſinguli ternas, vel quaternas ſententias retinete, & dum vnus alteri inſinuat, quod audiuit, totũ vobis inuicẽ referendo, non ſolum memoriter retinere, ſed etiam in operibus, Chriſto adiuuante, poteritis implere.* Hoc enim modo verbum fructificabit: hoc modo, vti par eſt, audient, qui accedunt, & non ſecus ac illi, de quibus affirmat noſter Sapiens, quod eo loquente, in eum reſpiciebant.

§. III.

De tertia diſpoſitione: nempè de pia affectione.

30. Male in prædicatorẽ affectus, verbis non credere ei⁹.

Tertium, quod diximus neceſſarium, pia erat affectio, ſeu fides, aut creditus in prędicatorem, ita vt ſincerè, vt bono animo, vt diligens prædicatorem accedat, bonam in eo habes fidem, bonumque conceptum: nam ſi malè de eo ſentit, quomodo conuertetur, aut quomodo proficiet? Amos 5. nu. 10. *Odio habuerunt corripiẽtem in porta*, inquit,

Amos. 5. num. 10. Hieron.

hoc eſt, ſecundum Hieronymum hic: *prædicatorem corripientem eos:* ex quo quid aliud ſequi poterat, niſi, *& loquentem perfectè abominati ſunt*, abominantes ſcilicet, vt inquit idem ſanctus, *Verbum ſanctum, quod de eius ore profertur*: quod cum faciant, quomodo poſſibile, vt conuertantur? nam ſi odio habent prædicatorem conſequenter & verba illius: illi non credunt, nec etiam verbis.

31. Immo abominabũtur, eum perſequendo.

32. Et à ciuitate amandãdo, eius cauillantes verba.

Ex quo fit, vt tantum abſit, quod proficiant, quinimmò ſi perſeueret prædicans in eorum vitia irrumpere, contra eum inſurgentes, è ciuitate illum pellere nitentur immo e mundo, cauillantes verba, & in malum ſenſum ea detorquentes. Amos 7. num. 10. *Miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Ieroboam Regem Iſrael, dicens: rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael, non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius: hoc enim dicit Amos: in gladio morietur Ieroboam, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.*

Amos. 7. num. 10.

33. Amos prophetæ veritatem prædicans vt perſecutus eum ſit Amaſias ſacerdos. Hieron.

Et quanta dixit, fecitque iſte, dicit Hieronymus, vt verba ſugillaret Prophetæ, quia oderat eum; cùm enim ipſe eſſet ſacerdos in Bethel, Idoli quod erexerat Ieroboam, reputans, quod ſi prædicatione Amos populus conuerteretur, ipſe ſacerdotium amitteret, liuore doctus impensè Prophetam & conſequenter eius oderat ſermones, quibus ſugillans, ait Hieron. Primò imponit rebellionem, Secundò grauitatem ſermonum appellans eos intolerabiles. Tertiò ipſum loqui, non ex ore Domini, ſed ex ſenſu proprio & Quartò demum contra eum inſurgit, quaſi zelo, pro Regis perſona, eo paſſionem cooperiens propriam: qui tandem cùm videret, quòd nihil proficeret, poſtremò e ciuitate ſanctum expellere niſus eſt prophetam: vnde ad eum remiſit, dicens: *Vade in terram tuam* (ideſt in terram Iuda) *in qua nutriris, vbi libenter audiuntur inſani, & comede ibi panem tuum, & exerce artem tuam, & ibi vaticinare, quia habes multos, quos conſueuiſti ſeducere: in Bethel autem non adijcies vltra prophetare.* Iurarant equidem pariturum verborum contemptum, prophetæ odium perſonæ nec illius doctrinam ab auditore accipiendam libenter, qui malo in proponentem affectus erat animo.

Chryſoſt.

34. Amor & beneuolentia in præ-

Pulchrè Chryſoſtomus homil 44. in 2. ad Corinth. hanc prædicatoris ſuadens dilectionem, ita firmiter ait tenendam eſſe, vt etiamſi acriter reprehendat, vrat, & ſecet, non ob id amitten-

Prædicatorem nunquam amittẽdus, etsi acriter reprehendat.

dam, accommodatissimo vtens exemplo. *Qui arguitur*, inquit, *non ægreferat, medicina enim non inimicitia res est: si enim medicos, cùm vrunt, nemo in ius vocat, licet sæpennmero oberrent, quin vsti, sectique, in tantis seetiam doloribus beneficos illos in se esse putant, qui tantam perturbationem excitarunt: quanto magis æquo aaimo perferre castigationem castigantis, cùm sic, velut medico, intentum esse decet?* Nil melius. Io qua Chrysostomi sententia, illa verba sunt notanda, scilicet: *etsi sæpennmero oberrent, aon ob inde in iudicium eos vocamus.*

35. Etiã si modum excedat.

Docemus enim, vt etsi in reprehensione aliquando, aut in re, aut in modo prædicator excedat, non ob id erga illum pium debemus amittere affectum, amorem, reuerentiam: nam medicina est, non inimicitia, vt inquit sanctus. *Lucta non comparat*, dicit Augustinus hom. 24. Exod. 50. *sed causa separat: ta inimicus es medico, ego morbo: tu diligeatia mea, ego pestilentia tua.*

August.

Cura ergo est, non odium, ob quod ipsum diligere debes, oon odisse, venerari, non persequi, bonam de eo concipiens opinionem, vti faciebant isti, de quibus dicit Salomon, quod manus oti suo imponebant, dum ipse loqueretur: hoc est, pium in eum ostentantes affectum.

36. Prædicator quomodo audientis in se debet excitare affectum.

Sed libet in calce huius discursus adijcere vnum, scilicet, vt etiam ipse attendat prædicator, quomodo debeat in se talem concitare affectum: nam etsi audiens illum habere debet: tamen post ipsam Dei gratiã, quam in illo pio erga prædicantẽ omnes cognoscunt Theologi affectu, sciat suæ partis esse, illũ sibi conciliare vita, prædicatione: vita, vt in se priùs emendet, & corrigat, quod in altero corrigit: prædicatiooe, ne vana, ne ludibria, ne scurrilia prædicet, ne sæcularia, sed Dei verba potentia.

S. Thom.

37. Prædicationis munus nullus assumat nisi perfectus.

Enimuerò ootanda est sententia S. Th. 3. par. qu. 41. ar. 3. ad primum, & valdè à prædicatoribus ponderanda, qua asserit, nullum debere prædicationis sumere officium, nisi priùs purgatum, & in virtute perfectum: tractans enim, vtrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium, & obijciens, non debuisse, quia Christum non decebat conuersationis austeritas, vti fuit illa ieiunij, nil per quadragiota dierum manducans, nec bibens spatia: respoodet concludendo, non decuisse Christo austeritatem, quantum ad conuersationem, vt se communem exhiberet illis, quibus prædicabat: sed conuenientissimam illi fuisse, ad hoc vt forma esset omnibus prædicatoribus, qoomodo se habere debeant, antequàm prædicationis officium assumant. *Ad primnm ergo dicendnm*, inquit, *quod Christam non decait connersatio austerioris vitæ, vt se commnnem exhiberet illis, quibus prædicabat: nullus autem debet assnmere prædicationis officinm, nisi priùs fuerit purgatus, & ia virtute perfectus, sicut de Christo dicitur Actuũ 1. quod cœpit facere, & docere: & ideo Christus statim post baptismnm, austeritatem vitæ assumpsit, vt doceret, post carnem domitam, oportere alios ad prædicationis officinm transire, sicut illud Apostoli: castigo corpus meum, &c.* Nil melius.

38. Christ⁹ ante prædicationem ieiunauit vt formã præberet prædicatoribus quales deberent esse antequam munus subirent prædicationis.

39. Prædicator si vult audiri, prius ipse audiat.

Vbi adnoto illud, Christum, antequam ad prædicandum accederet, prius cœpisse facere, & postea docere: Quod equidem factum ad demonstrandum prædicatori necessarium, si vult audiri, vt prius ipse audiat, Quod ni fallor, Regius dixit Propheta psal. 48. num. 1. dum ad concionem vocans, loqui promittens sapientiã. *Audite, ait, hæc omnes gẽtes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem: os meum loquetur sapientiam.* & sermonẽ incipiẽs,

Psal. 48. num. 1.

A

sequitur. *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Linguam debebat dicere, dum erat sermocinaturus, non aurem: at mysteriom in aure latet; cùm tantum equidem fuerit illud dicere, quantum; attendite mihi, quia ego prius Deo attendi: sic Christus (inquit sanctus Doctor) prius fecit, vt qood postea iussurus, facerent: priùs Deo attendi vt postea ipsum attenderent. O mirum! ô magnum! vt attentionem, obedientiamque expectent prædicatores Deo ipsi non attendentes, nec obedientes, & quod Christo non licuit, ipsis licere putent: & diuisi ipsi, ac in pluribus vanitatum curis secti, integrum ad se postulant homioem, & putant ad vitam mortuos reuocare, miraculaque perpetrare, alibi, quàm Deo attendentes, illiqoe in omnibus non obsequentes.

40. Christus vt audiretur prius ipse Deum audiuit.

B

Mirum, si quod Eliseus Giezi famulo, ad puerum resuscitandum eum mittens, imperauit, consideremus 4. Reg. 4. num. 29. *Si occurrerit tibi homo, non salutes eum. & si salutauerit te quispiam, non respoadeas illi.* Quare talis inurbanitas, & ad quid? an quia quando de salute tractatur animarum, de resurrectionéque peccatoris, omnia sequestranda sunt humana, & tantum attendenda diuina? sic Ambrosius super Lucam cap. 10. *Non salutationis officium*, inquit, *ac sedulitas anfertur, sed obstaculam impediendæ deuotionis abeletur, vt quaado diuiaa mandantur, sequestrentur humana.* Nil melius: sequestranda humana, vt homo resurgat: at quę humana? ipsę salutationes, ipsa quidem vrbanitas. Et hoc cùm ita sit, putat prędicator, oõ solum hæc non sequestrans, sed in mundanis totus immersus, immò & ipse cum alijs etiam mortuus, quòd ad vitam ipsos resuscitare possit

4. Reg. 4. num. 29.

41. Eliseus cur puero mãdauit, vt neminem salutaret per viam.

Ambros.

C

consepultos: vnde ergo illi pia hominum affectio? vnde sequela?

Res equidem hæc ita ex se clara est, vitã scilicet, homioum comparandos esse animos ad arduum virtutis iter euehendos, vt & ipsi etiam Gentiles, lumine tantum rationis ducti, hoc intellexerint. Seneca enim ad Lucillum epist. 52. postquàm ad virtutem arduum esse iter dixisset, ob quod adiutores esse oecessarios, de horum qualitate edisserens, sic ait. *Imus per obstantia, itaque pugnemus, & aliquorum inuocemus auxilium, quem, inquis, inuocabo, hunc, aut illum? tu etiam ad priores reuertere, qui vocant: adiuuare nos possunt, non tantùm qui sunt, sed qui fuerunt.* Præclarum dictum contra Nouantes (vt interim hoc dicam) qui Sanctorum inuocationem impiè negant: attendant Gentilem, si sanctos respuunt, Christianior ipsis, vt sic dicam: hic mortuos, etsi damnatos, inuocandos existimauit ad auxiliandum potentes, dum ipsi stolidi, ineptique, inuocatiooem, etsi Sanctorum, beatorumque oegant, ad adiuuandum existimantes impotentes. *Ex his autem, qui sunt*, subdit Seneca, *eligamus, non eos, qui verba, magna velocitate, præcipitant, & communes locos voluunt, & in priuato circulantur: sed eos, qui vita docent, qui cùm dixerint quid faciendum sit, probant faciendo, qui docent quid vitandum sit, nec vnquam in eo, quod fugiendum dixerint, deprehenduntur: eum denique elige adiutorem, quem magis admireris, cùm videris, quàm cum audieris.* Quid melius? Hi equidem veri sunt adiutores, hi præ omnibus eligendi, hique tandem, qui animos ad se attrahunt: nam qui vita dictis contradicunt, eos abalienant, non pium erga eos

42. Gentiles etiam cognouerunt, vitę exemplo comparandos esse animos.

Seneca.

43. Sanctorum inuocatio etiam ex Gentilibus astruitur, contra impios hæreticos.

D

cos, sed impium, vt sic dicam, prouocantes affe-ctum.

44. Prædicator scurrilia prædicans animos nõ conciliat. *Hieron.*

Nec minus, si scurrilia prædicet, si indeuotè, si non scripturæ, sed Prophanorum verba aucto-rum: Puerilia appellat Hieronymus epist. 106. ta-les orationes. *Hæc*, inquit, *puerilia sunt, & circu-latorum ludo similia, docere quod ignoras, & ante Christum Christianum fuisse Virgiliũ, quia scrip-serit, Redit & virgo, redeũt saturnia Regna:* Si ergo

45. Eius orationes pueriles. *August.*

puerilia tantum Prædicator clamitat, si ludibria, si non vti Prædicator, sed vt circulator, vnde ei æsti-matio? vnde reuerentia, & respectus? vnde eius cre-ditur dictis? Pulchrè Aug. in qu. in Gen. c. 31. li. 1. to. 4. promissionem Abrahæ à Deo factam declarans, explicansque quomodo verbũ illud, *in æternũ*, esset

46. Augustin. vt consulit vtendum in prædicatione prophanis authoribus.

intelligendum, Horatij quodam vtitur versu, nẽpè, *Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti:* post quæ, quasi piaculum fecisset, facti dat rationẽ sic. *Hoc te-stimoniũ non adhiberẽ, nisi locutionis esset, verborum quippe illi sunt nobis auctores, nõ rerũ, vel sententia-rũ.* Nil melius. Vbi adnoto licitũ esse aliquãdo horũ vti sententijs, nã ad aliquid proficiũt: sed sermonem illis cõsarcinari, nil Christiano, Catholicoq; Prędi-catore indecentius: quod qui faciũt, nil minus agũt

47. Authoritas authorum prophanorum, à sacrorũ quãtum distet. *Idem.*

ac illi, qui vt aliquid obtestatũ relinquerent, relicta Angelorũ, obtestationẽ dęmonum sumerent: cùm, vt egregiè idẽ inquit Aug. 13. cõtra Faustum, eadem sit inter Prophetarum, prophanorumque auctorũ dicta, differentia, ac inter Angelorũ auctoritatẽ, ac dæmonum. *Si quid de Deo*, inquit Aug. *Sybilla, vel Orpheus, alijque gentium vates, aut Philosophi præ-dixisse perhibeantur, valere quidẽ intelligamus ali-quid, ad paganorum vanitatẽ reuincendam, nõ ta-men ad istorum auctoritatem amplectendam: quan-tum enim distat Christi aduentus inter prædicatio-nem Angelorum, & confessionem dæmonum tantum inter auctoritatem prophetarũ, & sacrilegorum.* Nil

Isichius.

melius. Ob hoc Isichius li. 1. in ca. 2. Leuit. adnotat, quod si quando his vtendum, parcè admodum, ita vt lac, & mel, *non sit in lingua, sed sub lingua*, & vt talia non adoleantur in sacrificium holocausti, sed vt primitiæ tantum offerantur, quia verissimum quod inquit Hierony. in procem. traditionum Hę-braicarum, pro certo scilicet tenendum, non posse notitiam scripturarum, idest diuitias Christi cum mundi pariter diuitijs consistere. hoc est cum pro-phanorum scientia auctorum. Ergo si colẽdus vult apparere Prædicator, si æstimari desiderat, ac susci-pi, vita sit sanctus, elocutione grauissimus, sic om-nium animos in se reconciliabit, vti Salomon, qui de se scribens ait: *& manus, &c.*

Num. 13. *Præterea habebo per hanc immortalitatem: & memoriam æternam his, qui post me futuri sunt, relinquam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Dixerat Sapiens de honore, quem ex iudicij acu-mine, vique dicendi ab hac consecuturus erat diuina sapientia: & ne aliquis putaret cum morte gloriam hanc defuturam, nunc addit vnum ab om-nibus enixè expetitum; immortalitatem nempè, æternamque post mortem memoriam.

A *Habebo per hanc immortalitatem, &c.* Placet sen-sus Cantacuzeni, qui tam immortalitatem, quàm memoriam explicat respectu desiderij hominis, no-men relinquendi immortale, æternumque in hac vita. *Cantacu.*

Alij immortalem, referunt ad vitam æternam: memoriam, autem ad eã, quæ relinquitur post mor-tem, cuius desiderium adeo à natura hominibus in-situm reperitur, vt rectè ex illo animæ immortali-tatem argumentari possimus, vt Cicero Tusculan. 1. & li. 3 de Finib. argumentabatur: ob quam in memo-riam tantum desudant homines, tantisque se labo-ribus addicunt, sepulchra, magnasque domos con-struendo, titulos erigendo, sumptuosissima ædificia excitando, errantes vt plurimùm, quia non his, sed virtutibus, vt dicemus, magnum relinquitur nomẽ; *in memoria æterna erit iustus*, dicit Dauid ps. 111. nu. 7. non certè peccator: *memoria iusti in laudibus*, in-

1. Appetitus memoriæ post mortẽ signum immortalitatis animæ. *Cicero.*

2. Vt illa acquiratur.

B quit Salom. Prou. 107. quando memoria peccato-rum cũ vituperio: *dilectus Deo, & hominibus Moy-ses, cuius memoria in benedictione est*, inquit Sidrac 45. n. 1. dum peccatoris in maledictione: *memoria Iosiæ*, inquit idem c. 49. n. 1. *in compositione odoris*, dum peccatoris in compositione fœtoris, licèt ma-gna sui nominis monumenta hic reliquerit, vt mox dicemus.

Psa. 111. num. 7. Prou. 107. Eccl. 45. num. 1. Et 49 n. 1.

HOMILIA CLV.

Marmora, superbæque moles æternam non pariuriunt memoriam: immo eam delent.

C HAbebo per hãc immortalitatẽ, inquit noster Sapiens, *& memoriã æternam his, qui post me futuri sunt, relinquã.* In confesso equidem est, vllaq; prorsus indiget probatione, quantum mortalibus insideat animis, æternaliter, si possibile esset, in mẽ-tibus viuere hominum, adeo vt non vereantur, etiã mala, indignissiméque peragere, dũmodo in men-tibus sint hominum, æternãque eorum constituant memoriam. Ob hoc Erostratus Dianæ templũ cõ-bussit, vt inquit Strabo li. 14. in Geogra. Ob id pessi-ma Crochi Regis mater, vt affirmat Aymo de gestis Franc. li. 3. c. 1. dum in Galliam magno apparatu in-gressurus, ab illa petijsset, quid ad magni nominis famam consequendam esset ipse facturus, respon-dit: *Si fili famosus in Orbe esse cupis, magnorum æ-dificia adeũ à maioribus extructa destrue, egregias-que vrbes destruens, earum incolas gladio perime: neque enim meliora prioribus potes condere habita-cula, aut bellando nominis tui gloriam amplius pro-*

1. Appetitus memoriæ eternę quãtum mortalibus insit animis.

2. Erostratus Dianæ templum combussit ob memoriam stabiliẽdũ æternam. *Strabo. Aymo.*

3. Matris Crochi Regis pessima consilia ad memoriam stabiliendam.

D *pagare.* Quid iniquius, crudeliusque excogitari po-tuit ad famam consequẽdam? *Nemo est*, inquit Pla-to Dia. 4. de Legibus, *qui non desideret perpetuum a-pud posteros nomen habere:* quod siquidem amplius desideratur, quàm ipsa vita, quia hæc breuis conci-pitur, fama autem æterna: tam breuis, vt veluti pũ-ctum eam æstiment etiam ipsi peccatores: sic Sene-ca lib. 6. epistola 50. *punctum est, quod viuimus, & adhuc puncto minus:* at fama æterna, immortalis-que; vnde per eam æternaliter cùm viuant homi-nes, tantoperè viuere appetentes, non mirum si plusquàm vitam eam appetant.

Plato.

4 Nomẽ amplius desideratur quã ipsa vita. *Seneca.*

Hoc equidem pro comperto habeo, probatione-que, vt dixi, non indiget, cùm omnes, etsi vilissimi, ad hoc videamus aspirare, hoc quærere, huc sum-mis ex potare votis: sed in eo dissentimus, scilicet

in medio, quo ad hãc peruenitur famam; Nos enim dicimus, non nisi vittute, & sapientia, non verò vt peccatores, vitio, aut operibus infructuosis, vti sunt magna ædificia, aut expoliti, præclarique lapides, vt multi putant, miseréque decipiuntur.

5. Ex ædificijs perpetuum quærere nomen quanta sit insania vna est Roma vnicum exemplum.

Summa tibi erit de hac re probatio, si ad præclarã Romani Imperij arcem, vrbemque oculos conijcias, luce enim clarius perspicies, nil minus, quàm hoc medio ęternam assequi famam: omitto vetera, ab antiquis abstinere libet exemplis nolo recolere theatra illa magna diruta, non triumphales arcus rescissos, non immensas columnas confractas, non Pyramides ad cœlum vsque se erigentes, suffossas, non palatia, quę si vidisses, nonnisi ciuitates iudicasses, omnino ad nilulum tedacta: noua considero, insaniamque pondeto hodiernam, in nullo antiqua meliorem effectam, etsi Christiani sint, aliamque vitam exquitant, & expectent.

B Attende insaniam: construit quis ibi, & construendo multoties, immò ferè semper, diruit constructũ, quod reperit, licèt magnum, licèt præclarum, licèt altis effossum fundamentis, contra tempus videretur appositum: & tamen hic, qui ædificat, illud destruit, vt suum constituat, & per illud æternaliter viuat. Insane plus illo, qui priùs ædificauit, nonne idem cogitauit ille, cuius ædificium tu destruis? perijt per te memoria eius, & dum tuam ędificas, illius destruis: sic tibi eueniet, ac illi, peribit & tua. & quod tu nunc ædificas, alter postea destruet, & forsitan quod tu nunc ad vasa honoris custodienda ædificasti, ad tuamque pretiosam elegisti habitationem, & veluti si esset Domini templum, construxisti, in qua alter quasi Deus adoraretis, iusto postea illius iudicio, in loca deueniet contumeliosa, omnique opptobrio digna.

6. Ædificia magna multorum iusto Dei iudicio, in locũ deueniunt immunditiei, & contumeliæ.

C Magnam domum Baal ædificauerant Israëlitæ, Deo putantes immortali eam consecratam, ac proinde immortalem fore: sed venit Hieu, eiusque Principes, qui destruentes templum, ædemque, *fecerunt pro ea latrinas vsque in diem hanc*, sacer inquit textus 4. Reg. 10. n. 27. Quis dicetet, tam pretiosam ædem, in tam vile euasuram ministerium? ab æde Dei in ædem spurcitiæ, & ex Dei habitaculo conuersam in immunditiarum custodiam? Quis, nisi Deus, qui habitaculum Idoli permittit, immo vult, vt destruatur, vt eius memoria in æternum non permaneat? Putant se Deos homines isti, habitare volunt in excelsis, parum videtur terra in eorum conspectu, domum domui addunt, quasi soli essent in terra, sed væ illis, quia domus eorum destruetur, & absque habitatore permanebit.

4. Reg. 10. num. 27.

D *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis*, dicit Dominus per Isaiam ca. 5. n. 8. *vsque ad terminum loci, numquid habitabitis vos soli in media terra?* Qoid est solos habitare, nisi numquam habitationibus contentos, nouas semper fabricare, & quasi excelsos, ac peregrinos in mundo ab omnibus prospici, ambire: ita vt eorum fama per mundum, posterosque volitet, magnas idcirco, excelsasque construentes ædificiorum moles: sed vt optimè sanctus inquit Gregorius in comment. in 4. Psal. pœnitentialem, super illa verba: *benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion. Mũdi amatores carnalis vitæ construunt municipiũ, quod ad vim ventorum, & impetus fluuiorum facili impulsu, velociter sit subruendum*, & non solum ipsum, sed & construentis nomen.

Isai. cap. 5. num. 8.

S. Gregor.

7. Finis ædificiorum hominum carnalium.

Sic per excelsam illam obrutum turrim illorum nomen, qui per illam ipsum magnificare intenta- runt, immo dum ipsum æternum fere æstimarunt, ipsamet nomina perdiderunt: confusum enim est labium, vnde amplius se per nomina dignoscere non valuerunt; accedente enim altera loquela, & alterum nomen accedere necessarium fuit: sicque vnde ipsi ipsorum nomen celebrare putarunt, inde illud amiserunt, & turrim, quam ad cœlum vsque eleuare prętenderunt ipsos prius in terram suæ depressit pondere vanitatis.

8. Ædificia sũptuosa potius magnũ destruunt nomen quã extollunt.

Vnde Chrysostomus homil. 30. in Genes. inquit. *Pœna confusionis linguarum, quasi perpetuâ notâ sigillauit eos Deus, quæ illos omni sæculo comitans, neque illum vllo tempore obliuisci potuerunt*: Pro claritate ergo nominis notam incurrerunt, & notam confusionis, vt vnde excelsâ fabricâ illum clarum reddere procurarunt, inde oppresserint, suæ merito luentes pœnas inanitatis.

Chrysost.

9. Clamant apud Deum continuè vt destruat cõstructum.

Quæ ita apud Deum clamat, vt suas ipse diuinas intendens aures, destruat quod vanus homo ædificat: vnde excelsæ illæ moles, quæ ad præclarum eriguntur nomen relinquendum, quo altius extolluntur à terra, eò illarum clamor magis ad cœlum sustollitur, contra erigentes, eorumque superbiam clamantes, depressionem exposcentes. *In auribus meis sunt hæc*, dicit Dominus per Isai. 5. num. 9. vbi supra. Quæ? vineæ scilicet clamor, à qua expectauit, vt faceret iudicium, & pro iudicio dedit iniquitatem: & vt faceret iustitiam, & pro iustitia dedit clamorem: hunc clamorem audiuit Deus, vnde ait: *Ecce clamor*.

Isa. 5. 9.

10. Potentum fastus quo ædificia construunt apud Deum contra ipsa clamat.

Quid per clamorem? ambitio, potentumque fastus, quo pauperes opprimebant, suaque rapiebant: vt optimè Modernus quidam, vt illum per domorum, superborumque ædificiorum constructionem sustentarent: vnde subdit, *Væ qui coniungitis domum ad domum*. Huius ergo clamorem audiuit Deus, & audiendo, sententiam statim protulit desertionis, indicens. *Hæc dicit Dominus exercituum, nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ, absque habitatore*. Quid miserius, pulchra, & grandis domus absque habitatore, facta animalium domus? vnde hoc iudicium? nisi quia vanè fabricarunt, & quò altiùs fabrica ascendit, eo magis clamorem emisit ruinæ, & sic vanè nomen eorum perijt, & si non perijt, malum reliquerunt:

Sic Sanchez hic.

11. Malum non bonum nomen ex ædificijs lucratur.

vnde cùm honorificam ex tali acquirere ædificatione famam procurarent, infamem acquisierunt. De qua re egregiè Chrysostomus contra illos inuehens, qui vanam talis ædificationis pertexentes excusationem, nempe quia liberos non habent, vnde liberorum loco magnas moles, domusque construere dicunt quibus semper memoria durę eorum, sic hom. 11. in epist. ad Thessalonic. *Pro pueris, inquis, domus mea immortalis erit gloria mea memoria: non gloria tua, ô homo, sed auaritia tua memoria erit*. Cuius rationem subiungens, sic addit: *An non vides, quomodo multi splendidas illas ædes contemplati, talia inter se inuicem sermocinantur? quantum ille defraudauit, quantum rapuit, inquiunt, vt hanc domum ædificaret, & nunc ipse quidem cinis factus est, & puluis: ipsa verò in aliorum sortem deuenit: non ergo gloria tua memoriam post te relinquis, sed auaritiæ, & corpus quidem tuum terrâ obtectum est, auaritia verò tua memoriam, quæ prolixitate temporum abire poterat, latere non permittis, sed in ore omnium detineri, & velut in propatulum denuo effodi facis per hanc domum, & ista quidem in hac vita, in futura verò quid faciemus?* Egregiè: non solum

Chrysost.

enim gloriæ famam, qui talia petagunt, nnn assequuntur, sed perennem infamiam: vnde non gloriosi, & immortales, sed mortales, & inglorij per similes ædificatinnes, sculptnrasque deueniunt.

Idem. *Alij splendidas domas ædificant*, inquit idem Sanctus hom. 3n. in Genes. *& lauacra, & porticus, & deambulacra, quorum si aliqaem rogaueris, qaare ita laboret, tam miser sit, taatosque pecaniaram faciat samptus, eosque inutiles? nil aliud audies, quàm hac verba: vt immortalem seruet memoriam, & audiat, quòd illius est hac domus, hic ager; sed hoc non est tàm laudem, quàm crimen sibi parare.* Crimen, quia vanè ædificauit, & de vanis rebus curauit: crimen, quia operam, & nleum cnnsumpsit absque fructu: crimen, quia se decepit desiderans ad immnttalitatem nominis peruenire, nō verum eligens medium ad illam adipiscendam, sed falsum, sed appatens; cùm certum & indubitatum esse debeat, per has ædes, per has fabricas, per talia munimenta ad immortalem nnn perueniri gloriam, sed tantùm per sapientiam, nperaque bona, vnde nptimè idem Sanctus: *Si omaiao æternam memoriam amas*, inquit, *ego sibi viam monstrabo, qaa poteris semper celebrari, dabitque tibi fiduciam in futaro sæcalo: hoc enim pacto hoc poteris assequi, si has pecunias in manus inopam dispenses, relictis lapidibus, & splendidis ædificiis, & villis, & balneis: hac memoria immortalis; hac memoria à sarcina peccatorum alleniat, iuxta illud; dispersit, dedit paaperibus*, &c.

12. Æternum nomē quo medio lucratur. *Idem.*

13. Eleemosyna æternū parat nomen.

Vbi vnum valdè notatu dignum idem cnnsiderat Sanctus, nempè quòd non multo labore, nnn magnis impensis, nnn per multa annorum curricula, sed ex vnn tantùm talis dispensationis die memnriam consecutus sit quis æternam. *Vno die qais diuitias dispersit*, inquit, *& iustitia eius maaet in sæculum, & memoriam fecit immortalem.* Parum laborauit, mndicum quid consumpsit, ad memnriam peruenit æternam: quantum è contra laborant alij? quantum consumunt? & tamen ad memoriam non petueniunt, sed ad infamiam æternam; & quod miserabilius, tantum labotant pro eo, quod cras in manus deuenturum est alienas: *Etenim sic se res habeat*, inquit idem Sanctus, *vt ab hoc in aliam traaseuat, & ab illo iterum in alium; & hodie quidem domus dicebatur huius: cras, vel alio die, & mox dicetur alterius.* Cuius rationem assignat: *quia nos hîc, non dominium, sed vsumfructum tantùm harum rerum habemus: vnde fit, quod siue velimus, siuè nolimus, aliis concedemus, & iam prætereo, quòd ijs etiam, quibus non fauemus.* Pulchrè dictum, quod alibi quoque ponderauimus; sæpè enim fit, vt memnria illa, domus illa, ob quam tantum labnrauimus, sicque parui animam fecimus nnstram, iusto Dei iudicio, eueniat, vt non filiis, non consanguineis, non amicis cedat, sed extraneis, sed inimicis. Quæ, quæsn, maiot inimicitia, ac illa inter Aman, & Mardocheum? & tamen dnmus Aman Mardochen cessit. Esther 8. Quis hnc diceret Aman, dum in humanis agebat? Profectò non tantam parasset dnmum; parauit miser, reputans eam filiis relictutam, nesciens quòd inimicn; miser, sicut & miserrimi, qui similiter decepti, magnas construunt domns, æternos se facturos reputantes, dum suis eas relinquunt, & sæpè sæpius fit, vt viuentibus adhuc ipsis, & ex hac vita nondum egressis, extraneis cedat, non propinquis domus illa magna.

C

14. Quomodo cito & in instanti.

15. Res huius mundi cur de vno in alium transeunt.

16. Domus sūptuosè iusto Dei iudicio extraneis, & inimicis sæpè sæpius cedunt.

Esther 8.

D

2. Paral. 32. nu. 27. *Fuit autem Ezechias*, inquit Scriptura 2. Paralip. 32. num. 27. *inclytus valde, & thesauros sibi*

A *plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni pretij: apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulasque pecorum, & vrbes sex ædificauit sibi.* Ad quid quæso tanta? ad quid tam multa? ad quid tot thesauri, tantæque vrbes? ad perpetuam equidem rei memoriam, ea filiis, filiabusque suis relinquenda. At audi Dei sententiam per Isaiam. *Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc in Babylonem, non remanebit quidquam, ait Dominus.* Parum est hnc, amplius restat: *sed & de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.* 4. Reg. 28, num. 16. En cui cumulauit Rex iste, & ad cuius manus sua illa nmnia peruenerunt; quibus inclytum, immortalemque se faciebat. En cuius seruituti addicendi erant eius filij, pto quibus omnia illa congregauit, pro quibus non vnam tantùm, sed sex ædificauerat vrbes. Ne mireris, iudicium Dei est: quod si semel homines cnnsiderarent, non sic in fabricis, sumptuosisque insanirent ædificiis, nnn hoc medio insani æternitatem nnminis procurarent sui.

17. Ezechiæ diuitiæ cui iusto Dei iudicio cesserunt.

4. Reg. 28. 16.

B

Sed amplius licet in hoc Ezechiæ factn adnotare: personam scilicet eius, quæ etat sancta, Deo grata, & omni æstimatione dignissima, pro qua Deus cœlum, ipsamque terram commouit: & tamen tantum ei displicuit illius vanitas, quam ex his, similibusque satagebat rebus, vt & domum, & thesauros, & insuper filios pessundaret, & destrueret, inimicorumque manibus traderet: ad dnctrinam nostram, & illorum, qui multa, qui infinita faciunt, & moliuntur, multo dispendio, multoque labore, & multoties, si Prælati sunt, bonis, pauperumque impensis, quos alere debuerant. Ne glorientur, nec fidant, quia sancti, gens sancta, & regale sacerdotium: nam quò sanctiores, eò strictius, duriùsque in eos animaduertet Deus. *Vade*, inquit Deus Isai. cap. 22. num. 15. *ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum: quid tu hîc, aut quasi quis hîc?* Difficilis sententia, sed satis ad rem nostram, si rectè percipiatur. Prn cuius intelligentia sciendum primò, quis fuerit iste Sobna.

Isai. 22. 15.

18. Sobna quis fuit.

Hiernnymus cum Sanctn Thoma Dionysius, & alij, Sacerdotem summum putant fuisse, quia super domum esse dicitur: dnmus autem antnnomasticè appellatur templum. Alij, non Pontificem, sed vnū ex primoribus Sacerdotibus, cui cura templi, & ærarij sacri erat commissa. Sic Adamus, & alij moderni, quæ npinio mihi placet. Hic nimis superbus inter cæteros se eleuans, ad immortale acquirendum nomen, suique famam perpetuandam, magnum sibi construxerat sepulchrum: vnde ei dicitur, *Excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi.* Cuius rei indignatus Dominus, sic de eo pronunciauit. *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublleuauit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam; ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui, & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.* Terribilis sententia, tremendisque compnsita verbis, in quibus multa consideranda.

Hierony. S. Thom. Dionys.

Adamus.

Primùm ponderanda sunt verba illa: *Quis tu hîc, aut quasi quis hîc?* Quæ secundùm omnium expe-

19. Eius indi-

gnitas, ad Sacerdotium, & vnde prouenicbat.

sitionem, sensum faciunt indicatiuum, indignitatis nempè eius ad Sacerdotium. *Quid tu hîc*, id est, quid tibi hîc in domo Domini negotij est? cur te huc in alienam curam te intulisti? *Aut quasi quis hîc?* id est, quis tibi auctor fuit, vt in hoc loco præesses? seu quid tu hîc facis? aut quis tu hîc es? omnia enim eius indicant indignitatem, insufficientiamque ad Sacerdotalem dignitatem. Insufficiens

20. Hominum impudentia delicta celebrare per fabricas, & monimenta. *Philo.*

ergo ad id munus erat: sed ob quæ? nescio an cùm templo inseruite, & quæ Dei sunt, curare, pauperibusque sua clargiri deberet: homo superbus, & vt quidam dicit, insolentis animi, marmoribus, lapidibus, stemmatibus diligentiam, & opus impendebat, sic animo impudens, vt cùm sua celare debuisset delicta, obliuionique tradere, frontosus nimis, magnificis illa celebrare satagebat structuris. Quã impudentiam egregiè ponderanit Philo, libro de confusione linguarum, super illa verba hominum similiter impudentium, nempè: *Faciamus nobis nomen*, *O insignem impudentiam*, inquit, *quid aitis, cùm debebatis tenebris vestras iniquitates abdere, & prætextum eis, si non verum, certum verisimilem quærere: vel ad ineundam apud honestiores gratiam, vel vt effugiatis pœnas cõfessorum criminum: audetis tantum non in clarissima luce vos ostentare, contemptis & minis hominum, & suppliciis diuinitùs infligendis sine clementia? & insuper circumquaque rumores, nuntiosque iniquitatum vestrarum dimittendos censetis, vt nemo nesciat, nemo non audiat, ô vestra miseri, ac scelesti facinora!* Nil melius: Fame pereunt pauperes, virgines paupertate venales fiunt, viduæ desolatæ iacent, mulierum pudicitia prostituitur ob inopiam; & à Prælatis magnæ eriguntur fabricæ, superbæque structuræ, vt nomen

21. Prælati in fabricis insolentes taxantur.

celebrent, vt apud hominum æternaliter viuant memoriam. *Bella vestra gloriatio*, cum Philone dicam, *captare celebritatem nominis ex his, quæ celare debueratis, vltrices tam immanis audaciæ diras non effugietis.* Astat iudex condigno vestrum delictum puniturus supplicio: vos enim nomen celebrare vestrum satagitis, ille obscurescet: vos perpetuò in memoria viuere hominum; ille eam obliterabit: vos in sublime extolli, ille deijciet, non secus ac misero euenit Sobnæ, in cuius facto

22. Sobnæ iustum supplicium quo & similes etiam puniet vanos Prælatos Deus. *Tigurina*

Secundum ponderandum est, iustum supplicium, vanitate, ciusque superbiâ dignum, quo in eum animaduertit Deus *Asportari te faciet*, inquit, *sicut asportatur gallus gallinaceus.* Hic locus diuersimodè legitor, & explicatur: omnes lectiones ad rem satis nostram accommodatæ. Tigurina legit, *Ecce Dominus proyciet te proiectione, ô Heros!* sensumque facit ironicum, quasi dicat. O tu, qui velut alter Heros, cùm nihil esses, more Heroûm, & Regum, eorum imitans insaniam, memoriam illustrem tibi parasti, scito, quòd proiectus eris proiectione maxima. Qui hoc legit, ponderet, consideret an hæc ad voguem aliquibus dici possint, cuius genus, & patria cùm ignoretur, nescio quo spiritu more Heroûm, sanguine tamen pauperum, fabricis, ac monimentis æternam sibi satagunt parare memoriam, quos tamen iusto Dei iudicio, non quomodolibet, sed insigniter proiectos videmus.

Vatabl.

Vatabl. in Commentar. legit. *Faciet te demigrare demigratione viri*, hoc est non fœminæ, scilicet absque pietate, & in longinquum, sicut solent viri

Forerius.

asportari, significans talium iudicium, non cum ea, qua cũ fœminis vti solemus miseratione, sed quomodo cum viris, hoc est acriter, durè, & absque cõmiseratione. Forerius. *Ecce Iehoua deferendum inuoluet te inuolucrum viri.* Putans metaphoram esse sumptam à transportatione inuolucrorum, quando aliquis suas colligit sarcinulas, vt aliò trãsmigret, qui, si vir est, post tergum, si mulier, in capite reponit; quasi dicat: sic te puniet Deus, vt de te, tuisque vnum faciat inuolucrum, non in capite, sed post tergum asportandum; hoc est, ignominiosè, iniuriosè, summo ludibrio, ac derisione, vt & isti euenit miserabili.

23. Galli natura.

At omnibus melior nostra Vulgata, quæ hunc gallo similem facit gallinaceo. Pro qua re sciendum, gallum naturà superbum, immò superbissimum esse, quod satis habitus sui indicat corporis, incessusque & præsertim dum in suo manet sterquilinio: immò ita superbus est, quòd si per limen aliquod transit, licèt altum, incuruat se, reputans cristâ illud attingere, quod ego sæpè obseruaui, &

24. Cristam incuruat cùm per limen transit & cur. *Ælian.*

posteà adnotatum inueni apud Ælianum lib. 4. c. 27. *Cùm limen*, inquit, *intrat, tametsi supernum altissimum existat, se tamen se inclinat: quod quidem ipse superbiâ inductus videtur facere, ne videlicet crista vspiam offendatur.* Superbissimus ergo est, inquietus, ac pertinax: hinc fit, vt si aliundè transportare eum contingat, non sicut cæteræ aues mãsuetiores, transportetur, quibus sufficit tantùm pedes ligare, sed propter suam superbiam, ac proteruiam, non solum pedes, sed alas, & non tantùm alas, sed collum ligant, eius cooperientes caput, ac sacculo inclusum transportant. Sic ergo, ait Dominus huic superbo, et non solùm captiuitatem, sed modum prædicens captiuitatis, eius conuenientem superbiæ, scilicet, quòd transportandus erat ad Assyrios, non sicut cæteri captiui, qui misericordiam inuenientes apud victores, mansuetissimè transportarentur, veluti mansuetiores aues, quia non ita superbi, ac ipse, qui inter cæteros, ac si gallus esset, superbissimè, vanissiméque se eleuauerat tumulo, & memoriâ, quam sibi confecerat: vnde meritò tanquam gallus transportandus erat, ligatus pedibus, & manibus, capite coopertus, opprobrium, & ignominia omnium factus, sicut ipse erat *ignominia domus Domini sui.* En supplicium talis fastus, talisque superbiæ. En fructus turrium, & fabricarum, quæ à Dei Sacerdotibus eleuantur, transportari, & hoc ignominiosè: fabricant, vt in patria æternaliter maneant, nescientes miseri, quòd eadem met fabrica, dispersionis erit causa eorum.

Gen. 15. nu. 4.

25. Fabricæ sumptuosæ è patria transmigrationis causa.

Venite, dixerunt impij illi, Genes. 11. num. 4. *faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum, antequàm diuidamur in vniuersas terras.* Ergo finis ædificationis non solùm fuit elatio, sed etiam vt se simul continerent, ne dispergerentur: sic ex Hebraica colligitur versione, quæ legit: *& faciamus nobis nomen, ne fortè dispergamur super faciem vniuersæ terræ*, vbi Caiet. *His verbis*, inquit, *duplex finis tangitur illius ædificij, alter est communis fama ex ciuitate munita, & tam excelsa turri, tanquàm ex facto singulari: alter est continere seipsos simul: facilè enim accidere potuisset, vt quemadmodum ipsi segregauerant se ab alijs, ita inter se se ipsi segregarentur, si non esset communis ciuitas.* Miseri, & infelices, dubitant dispersionem, & ne dispergantur, medium assumunt dispersionis. *Scitis fore, vt dissipemini*, inquit Philo, vbi suprà, *cur igitur peccatis?* Pulchrè: supplicium metuunt, & ad eum euitandum, digna supplicio assumunt, quæ maior vesania? *Sunt autem nouissima artes malæ*, inquit idem author, *quas solet ferire diuina vltio, & pessimi quo-*

Caiet.

Philo.

26. Peccatores metuunt supplicium, sed non euitant, immo ad illud medium assumunt.

que cogitant Deum non ignorare ipsorum malefi-cia', nec se posse illius animaduersionem depellere: alioquin vnde sciunt se dissipandos? attamen di-cunt, priusquam dispergamur. Hinc factum, vt ea-dem moles, quæ ad se simul continendum erige-bant, eadem eorum dispersionis causa extiterit; di-gito velut nobis demonstrans, non melius eis euē-turum, qui superbia vsque ad cœlum elati, altas eri-gunt machinas; vt immobiles, æternasque in patria figant radices: his equidem, non secus ac istis con-tinget, dispergentur', & sicut alteri Sobnæ, tan-quàm galli gallinacei miserè asportabuntur, dignas luentes suæ superbiæ pœnas.

27. Sacerdotis superbi & elati sumptuosè fabricantis condigna pœna. At amplius, quid remanet in Sobnæ supplicio ponderandum; nam inquit, *& quasi amictum sic sublenabit te, & coronans coronabit te tribu-latione.* Facilitatem indicat dispersionis, etiam si marmore se stabilire gestiisset; si amictus substanti-uè sumatur, vt sit idem ac vestis, & pallium, vt vult

Hieron. *Aymo.* *Adamus.* *Lyra.*

Hieron. Aymo, Adamus, & Lyra. Vnde sensus est: tam facilè, ô Sobna! te Deus è patria tua expellet, & asportabit, quàm quis è terra pallium inuolutum subleuat, & exportat. At propius ad rem nostram, de qua agimus. Arabicus sic legit: *Delendo delebi-tur nomen tuum, & memoria tui.* Dignissima equi-dem iustissimaque pœna, quæ homini infligitur so-perbo, qui cùm Dei esset Sacerdos, cui incumbe-bat virtutibus, Deique seruitio suum æternum red-dere nomen, totumque se templi cultui dedicare, illud voluit memoriâ lapidum, sepulchri, sculptu-ræque æternum constituere: iuxtà hanc ergo su-perbam, insanamque stultitiam puniri meruit, vt scilicet qui clarus, & inclytus, & in omnium oculis per illos lapides haberi volebat, ita obscurus, & ignotus discederet, sic vndique cinctus, & cooper-tus, vt à nemine videri, nec quis esset, aliquis scire posset: & qui per illam memoriam stabilis, fixus, & perpetuus æstimari voluit, eleuetur è terra, non secus ac amictus ea leuitate, ac vilitate; & tandem, qui non solùm æternus videri, dum viueret, sed etiam posteris æternam sui memoriam relinquere illis in lapidibus præsumpsit, omninò nomen, eius-que deleatur memoria: itavt pro corona, quam lapidibus illis impresserat, tribulationes habeat, & afflictiones; iustum equidem, & dignissimum Sa-cerdotis elati supplicium, officij sui immemoris, qui vnde pauperes alere, inde stultè memoriam si-bi facere studuit. Audiant hoc, qui Sacerdotes Dei sunt, qui Ecclesiasticis abundant reddidibus, au-deant, & paueant: idem Deus est, idem Dominus, qui per Isaiam sanctissimum Prophetam, sicut in-felici isti, sic eis etiam loquitur: & sciant, vt cum

Philo. Philone concludam, vbi suprà, *humanas res admi-nistrari à natura præstantiore, & esse iustitiam, qua implacabiliter scelera vindicet, infensam in-iustis impiorum facinoribus, & eis etiam, qui his patrocinantur.* Et semel attendant, quòd non lapi-dibus, non ædificiis æternum acquiritur nomen, sed virtute, & sapientiâ, vti eam acquisiuit noster Sapiens, dum dixit, *& habebo, &c.*

Num. 14. *Disponam populos, & natio-nes mihi erunt subditæ.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis. Sequitur Sapiens enarrare bona à sapientia ipsi conferenda: superiori versu dixit de immorta-litate memoriæ, quam posteris ex illius beneficen-tia erat relicturus: nunc aliud addit emolumen-tum, & verè nihil anteriore inferius; scilicet popu-los sibi fore subditos: gubernare, hoc est aptè di-sponere, conuenientes, iustasque populis leges da-re, diuersi licèt essent generis, & conditionis, & ex-traneas sibi subdere nationes, quæ omnia magna sunt emolumenta, præclara, prorsusque diuina.

Disponam: Hoc est rectè, & appropriatè decer-nam omnia: accipitur enim hîc, verbum hoc, vt *Lorin.*
benè adnotat Lorinus, quatenus comprehendit 1. Onerum & officiorum distributio in gubernatione res difficillima.
omnia necessaria ad rectam administrationem, siue in leges ferendo, siue in assignando munera, & gra-dus vniuscuiusque, quod difficillimum, & magni si-mul ponderis in gubernatione. Optimè August. de oper. Monach. cap. 18. ait. *Ipsa est optima gu-bernatio, vt omnia suis temporibus distributa, ex* *August.*
ordine gerantur, ne animum humanum turbulenti-bus implicationibus inuoluta perturbent. Nulla cer-tè similis pestis in Republica quàm confusè omnia 2. Administratio, & ordo non fixus in republica eius ruina.
administrari, quàm sine immobili canone regi, ita-vt nunquam statuta semel fixa, & immobilia per-maneant, sed confuso semper, perturbatoque ordi-ne cuncta gerantur, itavt quod hodie statuitur, cras mutetur. Ob hoc Sanctissimus Apostolus Dei Ec-clesiam instituens id primùm statuere in ea curauit, scilicet vt omnia ordinatè, ac dispositè in ea fierent. *Omnia autem honestè.* ait, scribens ad Corinth 1 ca. *Ad Cor. 1. 14. 4.*
14. num. 4. *& secundùm ordinem fiant vobis.* Et Ia-cobus non antè locutus, quàm Barnabas, & Paulus *Actor. 15. n. 14.*
Actor. 15. num. 14. firmans exemplo, quàm neces-sarium ordinatè omnia agere: immò Paul. 2. ad *Ad Thes. 2. c. 3. n. 6.*
Thessal. cap. 3. num. 6. mandat abstineri ab eo, qui in-ordinatè procedit, rumpens, & quæ à maioribus or- 3. Fugiendus qui maiorū traditiones non obseruat.
dinata, abscindens. *Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt sub-trahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.* Vnde Plato de Legib. Dialogo 6. affirmat om- *Plato.*
nia benè facta esse in ciuitate, & Regno, quod or-dine particeps est: *Ordinis ac legis cùm ciuitas particeps est, omnia benè facta sunt, ac pleraque quæ ordine carent, aut malè ordinata sunt, ex benè ordi-natis alia quadam soluunt.* Concludam ergo cum Anonymo.

Ordine seruato mundus seruatur: at illo
Neglecto, pessum & totus Orbis abit.
Machina perpetuò cœlestis ab ordine pendet.

Populos, & nationes. Lyran. intelligit de his, quos *Lyran.*
Salomon subiecit sibi. Glos. Interl. & Bon. de con- *Inter.*
uersis ad fidem: sensus literalis, mysticus est, quem *Bona.*
affert Lyra.

Quæ hîc dicenda essent, scilicet, quomodo po-pulorum subiectio potius est à virtute, & sapien-tia, quàm à vi, & armis, dicta sunt suprà cap. 6. nu. 1. & 22. &c.

Num. 15. *Timebunt me audientes, Re-ges horrendi, & in multitudine vi-debor bonus, & in bello fortis.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Sequitur Sapiens, fructus enumerare sapientiæ conuictus, ad rectè gubernandum: priori versu *Connexio Capitis.*

dixerat de scientiæ fructu in gubernatione pacifica, & quieta; nunc in bellica, asserens per eam, tremendum futurum externis, sicut per ciuilem, bonum propriis subditis.

Olkot. 1. Regis conditiones necessariæ, ad bene gubernandum.

Optimè adnotat Olkot ex dictis in hoc versu, & altero, conditiones Regi necessarias, vt benè gubernet: quæ sunt. Prima scire leges ferre. Secunda, vt subditi pareant. Tertia, timendum se præbere exteris. Quarta, facilè condonare subiectis. Quinta, debellare ac reprimere superbos. *Disponam populus*, est prima. *Nationes mihi subdita erunt*, secunda. *Timebunt me audientes Reges*, tertia. *In multitudine videbor bonus*, quarta. *In bella fortis*, quinta.

2. Vir sapiens horrendus peccatoribus. Dan. 2. Iosue 2. 9. Actor. 5. 13.

Reges horrendi. Mirum videri debet, quomodo vir sapiens horrendus appareat peccatoribus, de quo nos suprà cap. 2. num. 10. Nabuchodonosor tantus Rex, ob sapientiam timuit, & adorauit Danielem. Dan. 2. *Irruit in nos terror vester*, Rahab meretrix dixit exploratoribus, Iosue 2. num. 9. *ac elanguerunt omnes habitatores terræ.* Licèt Reges, licèt potentissimi, & ex semine giganteo. Apostolos etiam omnes timebant, ita vt Actor. 5. num. 13. dicatur: *Cæterorum autem nemo se audebat coniungere illis.* Sic nunc Reges horrendi, grandes, & præpotentes qui horrorem, timoremque ob magnitudinē imperij, virium, & potentiæ omnibus incutiebant. At solū Salomoni, qui eorū respectu Rex erat minimus, timorem non incutiebant, quin ipse erat eis horror, & timor: magna sapientiæ vis, magna potentia, meritò ab omnibus Regibus, Dynastisque expetenda, ac amplexanda.

Carthus.

Videbor bonus. Carthusianus pro bono intelligit virtutem, *videbor bonus*, hoc est virtute præditus. Melius alij, qui verbum *bonus* generaliter intelligunt pro apto, perito, commodo, vtili, benefico, humano, vt Castro, & Lorinus: vnde *videbor bonus*, id est aptus ad gubernandum in pace, & in bello, & insuper videbor bonus beneficentiâ, humanitate, ac largitate, qua in subditos vtar, propria ac regalis virtus: per sapientiam ergo affirmat, quòd erit bonus princeps, bonusque miles, vnde & sequitur.

Castro. Lorin.

3. Prudentia & fortitudo per quā maximè Regibus necessariæ. Salustius.

Et in bello fortis. Prudens, & fortis: in pace prudens, in bello fortis: duo perquam maximè Regi cuilibet necessaria; prudentia scilicet, & fortitudo, ob quæ præcipuè à Salustio in bello Iugurthino, ipse Rex Iugurtha laudatur, affirmans illa in ipso excellenter reperta, consilium scilicet, & fortitudinem, ambo in vno, vt inquit, repertu difficillima: *eo prælio strenuus erat, vt & bonus consilio.*

Seneca.

Prudens erat in gubernatione, fortis in bello; quæ fortitudo, vt inquit Seneca lib. 2. epist 114. *Est munimentum humana imbecillitatis inexpugnabile.*

4. Fortis si nō erit Rex animosos non possidebit milites. 1. Reg. 17. 11.

Tolle hanc à Rege, tolles ei etiam & Regnum, nam nec animosos possidebit milites, si ipse timidus 1. Regum 17. num. 11. timebat Saül gigantem, eius timor seruis etiam timorem incussit: *Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ sermones huiuscemodi, stupebant, & metuebant nimis.* Non timuissent, si fortem Regem vidissent, si ad præliandum valentem: at quia animo pusillus, timuit & populus cum eo. Vnde, nisi adfuisset Dauid, Regnum perdidisset; adfuit Dauid, qui futurus erat Rex: ob hoc magnanimus, & fortis: ita fortis, vt de eo dicat Sidrac, Eccl. 47. num. 3. quòd *cum leonibus lusit, quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit, sicut in agnis ouium à iuuentate sua.* Ad Regnum Deus præparans illum, dum fortitudine, ac magnanimitate ex pueritia animum imbuebat eius: propter hanc non horruit magnitudinem gigantis, non timuit arma, quia licèt corpore, armisque inferior, tamen virtute, animique magnitudine præstantior: nam, vt inquit Dionys. Halicarn. lib. 6. *Non qui plures sunt numero rectè conficiunt bella, sed qui virtute superiores.* Ob quod rectè Diuus Thomas de regimine principum, Opuscul. 20. lib. 4. cap. 15. distinguens fortitudinem in corporalem, & animi, iuxtà quod distinxerat Philosophus 3. Ethic. cap. 3. hanc postremam assignat principi, & victoriæ. *Assumere, ait Sanctus, ad bellandum, siue principem, siue militem, qui non sit fortis secundâ fortitudine, non est bona politia, quia sæpius tales periculis cedunt*, sed de hac re infrà.

5. Dauid fortissimus, quia electus ad regnum. Eccl. 47. 3.

6. Fortitudo Regibus necessaria animi est non corporis. Dion. Halicar. S. Thom.

HOMILIA CLVI.

Magnificentia, & fortitudo simul sint in Rege.

Timebant me audientes Reges horrendi, inquit noster Sapiens, in quo elucet, quàm mirabilis diuina sit sapientia, & quomodo nil boni relinquit, quod non præstet possidenti: non solùm enim gratiam tribuit apud nationes, ita vt voluntariè subdantur, Regique præstat, vt benè illis disponat, sed etiam talem extraneis timorem incutit, vt contra eum, nec mussitare audeant: modumque inuenit, quo apud suos ipse Rex amabilis appareat, & terribilis: magnificum illum, & liberalem, & insuper ad vindictam, fortem constituens, ac terribilem.

Philo. 1. Ad regnum stabiliendū tria necessaria.

Rectè Philo libro de Præmiis, & pœnis, inquit, quòd tria valent ad stabiliendum Regnum: *Maiestas, grauitas, & beneficentia; nam maiestas parit reuerentiam; grauitas metum, beneficentia verò amorem & beneuolentiam.* Hæc suis sapientia præstat enim magnificentiam, præstat fortitudinem, duas nempè virtutes ita Principi necessarias, vt vna sine altera languescat prorsus, & euanescat: nam si si Princeps munificus tantùm sit, & nullo modo fortis, diligetur, sed simul spernetur: si autem tantùm fortis, & non munificus, timebunt eum, sed non diligent: nam, vt inquit Rupert. lib. 8. in Genes. cap 37. *Vbi totum punitur, Regia seueritas crudelitate polluitur: vbi verò totum remittitur, facies maiestatis sine meta disciplina contemnitur.* Iunctæ ergo necessariæ sunt, alioquin nil proderunt, vnde benè in sapientiæ discipulo coniunguntur, dum dicitur: *in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.*

2. Fortitudo, & magnificentia iūctę sint in Rege. Rupert.

Deus simul fortis & magnificus.

Enimuerò Deus, summus omnium gubernator, & Princeps, ita suum in mundo ordinat regimen, vt sicut amicis semper amabilis, ac munificus: sic è contra inimicis, & qui contra eum sunt, terribilis, ac horribilis appareat: Hinc eius edocti subditi, sicuti ex beneficentia in illos, eum amant, & diligunt: ita ex seueritate, qua in inimicos animaduertit, eum valdè timent: vnde exemplo ipsius Dei, quem semper imitari debent Reges, fortes se, magnificosque ostendant, sicut fortis in omnibus, magnificusque est Deus. Vnde his simul iunctis de virtutibus Moyses cum omni populo Deum laudauit, de eo scilicet, quòd fortitudinem, magnificentiamque in Ægyptiorum occisione simul ostendit. *Quis similis tui in fortibus Domine*, inquit Exod. 15. n. 11. *Quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque*

Exod. 15. num. 11.

laudabilis, faciens mirabilia? Duo coniunxit, magnificentiam cum fortitudine: magnificus cum populo suo, & Sanctus, aperiens illi iter, liberans eum ab inimicis; & tamen fortis debellans inimicos, occidens eos, & in ipsũ mare demergens:

Saluian. *Paricatia enim fuit*, inquit Salman. lib. 1. de gubernat. Dei, *quòd Ægypty rebellaates sæpè percussi sunt, iadicij, quod contumacia pertinaces morte damnari.* Quomodo ergo non amabilis talis Dominus?

4. Amabilis, & horribilis. quomodo nõ terribilis? amabilis, quia magnificus: terribilis, quia hostes debellabat: amabilis, quia Sãctus, & mitis, beneficia largiter effundens, immò

Iren. prodigè semper largiendo, vt præclarè Irenæus lib. 4. cap. 24. dum ait: *Nec Deus cessat aliqnnde in be-*

5. In ipsa largitate, & pietate timendus. *befaciendo, & locapletando hominem, aeque homo cessat deneficinm accipere, & ditari à Deo.* Hinc amabilis, sed ob hoc ipsum magis timendus; nam si benefactor, & prodigus, sic dona tribuit, vt non ea perdere intendat; distribuit, sed non profundit; cõfert, sed non iactat, rationem dati exigens, & accepti: ob hoc amandus, & in ipsamet sua timendus pietate. Hinc Ioannes Apoc. 15. n. 4.

Apoc. 15. num. 4. *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum, quia solus pius es? quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam indicia tua manifesta sunt.* In pietate timorem agnouit dilectus, & amorem; quis non timebit, ait, & magnificabit nomen tuum, quia pius es, magnificabit, & diliget: quia pius, non minus timebit, quoniam & in ipsa pietate iustus, diligant grati, timeant ingrati: nam, vt inquit idem Irenæus vbi suprà:

6. Homo gratus exceptoriũ bonitatis Dei ingratus iudicij. *Exceptorium bonitatis, & organnm clarificationis Dei homo gratus ei, qui eum fecit; qui plurimum semper fructificantibus, & plus habentibns dominicum argentum dare se pollicitus est; & iternm exceptorium iusti iudicij eius, homo ingratus.* Ergo etsi pius Deus, est tamen iustus: si magnificus, tamen terribilis. & fortis, ad cuius instar & ipse Dauid Rex, qui ob id maximè secundùm cor Dei, erat enim mitissimus, &

7. Dauid magnificus, & formidabilis. magnificus, sed tamen formidabilis: magnificus suis, terribilis inimicis: ideo amabilis, & formidabilis, *Dauid*, sacer, inquit textus, 2. Reg. 23. n. 8.

2. Reg. 23. nu. 8. *sedens in cathedra sapientissimus Princeps, inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus,* en mansuetudo: *qui octingentos interfecit impetu vno,* en fortitudo: fortis ergo erat, & mansuetus, ideo amabilis: & ideo fortis, & mansuetus, quia sapientissimus inter tres, qui etsi fortissimi, non tamen amabiles, quia non sapientissimi; sed Dauid amabilis, quia sapientissimus; & formidabilis, quia fortissimus. Sic Princeps amabilis vt sit, mansuetus, & magnificus esse debet: vt verò terribilis, fortis, secum coniunctam munificentiam habens, & fortitudinẽ.

Præclarè hoc ostendit Deus in Angelo illo, qui

8. Angelus Israelitarũ præcursor, amabilis, & terribilis. nube filios Israel tegebat: nam cum istos persequerentur Ægyptij, ita erga illos magnificum se ostendit, & amabilem, vt terribilis inimicis appareret: vnde obscuritate istos percutiens, simul amicos, subditosque suos luce perfudit, eademque nube, quæ simul erat obscura, & tenebrosa. Exod. 14. 19.

Exo. 14. 19. *Tollensque se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos,* inquit Scriptura, *& cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergũ, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem.* Tenebrosa inimicis, lucida amicis: obscuram reddens noctem Ægyptiis, lucidam Israelitis: terrificãs inimicos, lætificans amicos, ignem continens, & lu-

Cl. Alex. cem: ignem malis, lucem bonis, vt pulchrè hoc Clemens adnotauit Alexandrinus oratione ad Græcos, lucem in illa considerans, & ignem: *Hoc*, inquiens, *simul est gratiæ, & timoris indicium: si obedieris, lucem; si non obedieris, ignem.* Fortitudinem cõtinens simul, & magnificentiam. Quas virtutes sic in qualibet simul ostendere debent Principes actione, vt amentur in simul, & timeantur, nunquam vnam ab altera dissociantes, ad instar Dei, qui in eadem 9. Deus in sui beneficij actionibus semper aliquid admiscet timoris.

benfica actione, ferè semper aliquod miscet timoris: enimuerò legem ferre populo constituens, & veluti filium, illum instruere, ita hanc attemperauit bonitatem, vt simul timorem in eodem incuteret actu: sic, vt formidolosi filij Israel audientes Dei vocem, dicerent Moysi, Exod. 20. 19. *Loquere tu nobis,* *Exo. 20. 19*

ne loquatur Deus nobis, ne fortè moriamur; quod cũ audisset Moyses, sic respõdit: *Nolite timere, vt enim probaret vos venit Deus, vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.* Pulchrè: nolite timere, inquit, & quomodò non timebunt, si ad hoc eis dicis venisse Deum, vt terror illius esset in eis? Si non timebunt, non erit Dei terror in illis: quòd si erit, timebunt. At optimè dixit: nam, vt inquit Augustin. serm. 6. de verb. Apostol. to. 10. *In istis timor erat,* 10. Timorem & Amorem Moyses simul à populo exposcebat, ideo eis dixit, nolite timere. *August.*

amor non erat, cuius signum; quia, vt subdit idem Sanctus, ideo in lapide Deus legem scripsit, quia in eorum cordibus non poterat, sic duri extabant. *Descendit,* inquit, *Dominus Sinai in igne, sed plebem longè stantem territans, & digito suo scribens in lapide, non in corde.* Quod contra euenit, quando per Christum iterum Deus in montem descendit, nam *quando venit Spiritus Sanctus,* inquit August. *congregati erant fideles in vnum, nec in monte terruit,* 11. Christus suam legẽ in hominũ cordibus scripsit.

sed intrauit in domum: sonuit de cœlo sonus, sed nullus expauit: hic audi linguam loquentem, & intellige Spiritum, non in lapide, sed in corde scribentem. Timebant ergo illi sic, vt non amarent, dominum iustum apprehendebant, sed non magnificum, ideo vt & magnificum, timorem vult vt abigant, sed simul & iustum, vnde & timeant; ideo taliter asserit descendisse Dominum, vt terror eius esset in eis: meritò ergo illos repræhendens, amorem exposcit, dicens, nolite timere: quasi diceret; etsi Dominus terribiliter apparet, non tamen est, vt bonos perdat, sed vt subditos saluet, ne ex bonis mali fiant: vnde vos, qui boni estis nunc, Deique amici, nolite timere, imò amate: at tunc timeatis quando inimici, & sit Dei terror in cordibus vestris, ne inimici Dei euadatis, nunc amate, & non timete: timete tunc, quando mali, quia bonus simul, & fortis est Dominus. Exemplum, quod imitari debent Principes, si rectè velint regnare, vt scilicet in omni eorum actione ita se in subditos ostendant, vt simul & bonitatem, & fortitudinem insinuent, illam vt timeãtur: illam verò vt diligantur. 12. Magnificentia Regum propria.

Enimuerò magnificentia est, quæ propriè eum in esse Principis constituet, nam, vt dixit Xenophon in Oration. de Agesilai laudibus: *Proprium boni Regis officium est, vt plurimis eos bonis cumulet, qui sub eius imperio constituti sunt.* Quod adeo verum, vt putarit. & optimè Dionys. Halicarnass. in Principe esse iustitiæ actum. *Iustum*, inquit, lib. 4. *& vtile Reipublicæ est, vt multa quidem possideas, multa conferat: parua verò habens, pauca.* Vnde Pompon. Læt. de Histor. Rom. in vita Constãt. *Regem oportere*, inquit, *multa possidere, & multa impendere.* Ex qua magnificentia amor suorum: nam vt ait Arist. 4. Ethic. c. 1. *Liberales homines maximè ferè omnium studiosorum amantur.* Nec mirum: cùm, vt inquit Sanctus Basilius in Reg. Bre- *Xenoph. Dion. Halicarnass.* 13. Est in eo iustitiæ actus. *Laet. Aristot.* 14. Attrahit subditorũ beneuolẽtiam. *Basil.*

niot.176. *Benè de se meritos etiam bestiæ naturaliter amant.* Si bestiæ, quid homines? qui dum beneficantur, non solùm corpore, sed animo captinantur, iuxtà illud, Prou. 22. n. 9. *Victoriam, & honorem acquiret, qui dat manera: animum autem aufert accipientium.*

Pro. 22. n. 9.

15. Principes soli assimilantur & cur. *Victorin.*

Vnde Princeps erit sicut Sol, omnibus indiscriminatim impertiens vt omnes ad se attrahat: hinc Soli eum comparauit Leo Imperator, vt inquit Aureol. Victorin. in eius vita. *Quemadmodum, inquit, cunctis, quibus illustrat, impertit aliquid caloris: sic Princeps debet eis sua dignari misericordiâ, quos contuetur.* Vnde Seuerus Imperator percontatus, quis benè Regis officio vteretur, respondit: *qui amicos muneribus retinet, & inimicos beneficiis ambit.* Ex quo fit, vt nulla re magis securus, ac munificentiâ, quæ non solùm amicos reconciliat, sed inimicos placat. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam,* inquit Salom. Prou. 20. nu. 28. & alibi. *Misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roborat clementia thronum eius.* ibi. cap. 21. quem locum sit legit Vatabl. *Beneficentia, & fides seruant Regem, beneficentiâ suffulcitur solium eius.* Pulchrè dictum, suffulcitur, nam hac Rex magis securus, & suffultus, quàm armis, & castris. *Gratia liberalitatis in au horem boni operis redit,* inquit S. Ambros. lib. de Naboth. cap. 7. at quæ maior gratia, quàm securum eum ab insidiis, iniuriisque reddere, à quibus subditi, oon tantùm vi, & timore, quantùm Principis beneficentiâ & amore se abstinent: sic vt pro impossibili habeant aliquid contra Principem moliri Vnde Ioseph, Genes. 39. n. 9. *Quomodo possam hoc facere?* Homo enim gratificatus, nec manum, nec linguam, nec cor, nec mentem contra suum habet benefactorem, qui velut illios Deus cõstituitur, quando illi benefacit: vnde rectè Ioseph scelus abominans dominæ, non ait, quomodo possum hoc facere, & peccare in Dominum meum, sed *in Deum meum.* Vnde Deus? an quia suprà, infinita, quæ ei Dominus contulerat, narrauerat bona, ex quo, non pro Domino, sed pro Deo illũ habebat.

16. Reges à munificentia securi. Prou. 20. 28. Vatabl. *Ambros.*

Gen. 39. 9.

17. Beneficia præstans Deus efficitur, & pro Deo eum homines habet.

Quapropter si Reges, si Principes, dij in terris volunt apparere, immò & æstimari; benefaciant, tribuant, dona largiter dent, nam nulla alia in re Deo similiores efficientur, quàm beneficentiâ: sic Philo Iudæus lib. de Iodice. *Vera, inquit, est, prisei cuiusdam sententia, nunquàm homines propius ad Dei similitudinem accedere, quàm cùm suas benefici.* Vnde Sene ca lib. de Moribus. *Quid est beneficium dare, nisi imitari Deum?* Quapropter optimè Polybius Histor. lib. 5. hanc solam inter Principem, tyrannumque differentiam constituit: hic enim asserit, quòd aliena rapit, sed ille propria sua elargitur. *Reges verò, ait, contra, benefaciendo vniuersis cum liberalitate, atque clementia spontè subiectos gubernant, & in mutua beneuolentia cum ciuibus viuunt.* Ex quo tutum consilium illud Periandri: nempè *his, qui tuto regnare vellent, summa ope nitendum esse, vt beneuolentiâ, non armis stiparentur.*

18. Reges à magnificẽtia Deo assimilantur. *Philo.* *Seneca.*

Polybius.

19. Differentia inter Regem & tyrannum, quæ.

Laert. in eius vita.

Quæ res adeò Principi est necessaria, vt si aliquãdo dona deficiant, suppetant verba, quibus non minus, quàm donis ad se corda attrahet subditorum. Quod egregiè adnotauit S. Ambros. lib. 2. de Offic. cap. 22. in facto illo Absalonis, qui non rebus, sed verbis ad se corda attraxit omnium: vnde non abs re dictum in Scriptura 2. Reg. 15. n. 16. quòd Absalon *solicitabat corda virorum Israel.* Corda quidem, quia verborum beneficentia, non corpora tantùm, sed corda tollebat; nam, vt inquit Ambros.

20. Reges dent verba quãdo dona non possunt. *Ambros.*

2. Reg. 15. 16.

A *Blanditia huiusmodi intimorum tangunt viscerum sensum.* & nõ equidem quorumlibet, sed virorum, sed fortium. Sic nuntius currens ad Dauid, ait: *Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalon.* Vniuersus, inquit, hoc est infirmi, & fortes. Vnde pulchrè dixit Salomon, Prou 18. n. 24. verba dulcia & composita fauum esse mellis, animæ dulcedinem, ossiũ sanitatem. *Fauus mellis, ait, composita verba, dulcedo animæ, sanitas ossium.* In ore sunt mel, in anima dulcedo: in ossibus sanitas, totum ergo hominem capiunt, & reficiunt: mel reficit, quia cibus; delectat, quia dulce, sanat, quia salubre: non aliter verbum in ore Principis dulce, reficit lassum, recreat laborantem, sanat ægrotum, viribusque destitutum: hinc, etsi subditus viribus confractus, quamuis ærũnis confectus, nescio quid Principum obtinent verba, vt ipsas subleuando vires, ærumnas sentire non sinat. An hoc, quia cùm Dei vices gerant in terris, ad instar Dei verba sunt illorum. Mirum, si mala, si ærumnas, si calamitates à Deo rebelli animæ immittendas considerauerimus, in Ose. 2. n. 9. B *Conuertar, inquit, & sumam frumentum meum, vinum meum, lanam meam, linum meum, reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, cessare faciam omne gaudium eius, corrũpam vineam eius, & ficum eius, & ponam eum in saltum, & comedet eã bestia agri.* En quanta, & quàm horrenda mala, paupertas, inopia, pudor, mœstitia, despoliatio, consumptio, tandem dilaniatio. At quid? viuetne ista, etsi inter tot, tantaque mala? immò & lautissimè: locutione tantùm Dei: *Propter hoc,* inquit, id est, quia hæc passa est: *ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Locutione ergo tantùm, diuitem inopem fecit, mœstam lætam, turpem honorabilem, dilaniatam omninò sanam. C O mira Dei verborum efficacia! quæ non aliundè illud effecerunt, nisi quia mellea, seu vt sic dicam, lactea. Consimiles & Principis efficient etiam verba effectus; tollat rem, consumat subditum, nescio quomodo, si dulcem habeat loquelam, sine diuitiis diuitem, sine auxilio potentem, sine munere lætum eum efficiet: dabit ergo verba, si opera non adsint; hæc autem semper dum potest, ingenuè, liberaliter, indeficienter.

21. Verba Principum cor abstrahunt subditorũ. *Ambros.*

22. Reficiunt animam. *Pro. 18. 24*

23. Totum hominem capiunt.

24. Sunt verba eorum ad instar Dei verborum. *Ose. 2. n. 9.*

25. Verborum Dei efficacitas ad animam cõsolandam.

At licèt hoc benè sit consultum: aduertat tamen, vt ita sit magnificus, & liberalis, quòd eius liberalitas virtus sit, non vitium: quapropter aliquas in dando obseruabit, sicut par est, si distribuere appetit conditiones: percurram breuiter.

26. Princeps in liberalitate sit prudens.

Prima, vt de suo det, non de alieno: non rapiat, D quæ sua non sunt, vt alios ditescat: nam vt sic, potius fur, quàm liberalis dator. *Qui aliis nocent, vt in alios liberales sint,* inquit Cicero, lib 1. Officior. *in eâdem sunt iniustitia, vt si in suam rem aliena conuertant.* Vnde ideo à Sancto Spiritu magnificus laudatur, quia de suo dedit. Prou. 22. n. 9. *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.* Quamobrem benè Sanctus inquit Ambros. quòd in beneficentia donum quæritur, non spolium: sic lib. 9. in Lucam, cap. 19. *Alterum, ait, non fas est, nec habet gratiam liberalitas, si iniuria perseuerat, quia non spolia, sed dona quæruntur.*

27. Conditiones quas in dando obseruare debet.

28. Rex sua det non aliena. *Cicero.* Pro. 22. 9. *Ambros.*

Secunda est, vt indigentibus det, non verò his, qui non indigent: nam libenter histrionibus, assentatoribus, diuitibusque dare amicis, non liberalitas, sed prodigalitas est. *Nam si luxurioso ad luxuria effusionem,* inquit idem Sanctus ibi. cap. 30. *Adultero ad mercedem adulterij largiendum putes,*

29. Et indigẽtibus.

A *tes, non est beneficentia ista, vbi nulla est beneuolentia.* Idcircò Plinius iunior in epist. ad Geminium, sic ei consulit. *Volo enim*, inquit, *eum, qui sit verè liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis, amicis dico pauperibus; non vt isti, qui iis potissimum donant, qui donare maximè possunt.* Nil mel.

Plin. iun.

30\. Donum cui præstandum.

31\. Princeps abstineat ab auaritia, & prodigalitate.

Tertia, vt ab extremis abstineat, quæ sunt omninò vitiosa, nempè ab auaritia, & prodigalitate, iuxtà illud Apost 2. ad Cor. 8. num. 13. *Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.* Cuius regula rectissimè à Cicerone lib. 2 Offic. assignatur, quando sic inquit: *Habenda est ratio rei familiaris, quam quidem dilabi sinere flagitiosum est, sed ita vt illiberalitatis, auaritiæque absit suspicio: posse enim liberaliter vti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus.*

2\. ad Cor. 8. n. 13.

Cicero.

32\. Quomodo quaue mensura donandum.

Quarta, vt ne tardè det: conditio sic necessaria, vt magnificentia, & donum nullum bonum afferat effectum. *Qui dat, ne tardè det*, inquit Seneca de Benefic. lib. 1. ca. 1. *quia cùm in omni officio magni æstimetur dantis voluntas, qui tardè fecit, diu noluit.* Optimè: parum voluntatis habet, qui tardè dedit: vnde fit, vt non solum non magni æstimetur, sed nec gratificetur quidem donum: *Nemo autem libenter debet, quod non accipit, sed expressit*, inquit idem vbi suprà: vnde concludit: *errat, si quis speret responsurum sibi, quem dilatione lassauit, expectatione torsit.* Egregiè: siquidem beneficium amittitur, quando citius non datur, & gratias non exhibenti, sed sibi præbet, qui suo labore illud acquisiuit. Pharao, vt suprà diximus, tandem dimisit populum, sed absque vlla gratia, quia tardè, & extortus: vnde vti beneficium non datum, sed extortum non reportauit gratiam, sed supplicium.

33\. Princeps non tardè det.

Seneca.

B

34\. Beneficium citò dandũ.

35\. Pharao cur ex liberatione populi gratias non retulit.

Quinta demum, vt secretò detur, non publicè, id est, vt intentio sit benefacere, & non honorem acquirere; nam vt benè, inquit Cicero, vbi suprà, talis liberalitas vanitas potius dici potest, quàm beneficentia. *Videre licet plerosque*, inquit, *non tàm natura liberales, quàm quadam gloriâ ductos, vt benefici videantur, facere multa, quæ ab ostentatione proficisci magis, quàm à voluntate videantur: talis autem simulatio vanitati est coniunctior, quàm liberalitati, ac honestati.* Vnde benè hi potius vendunt beneficium, quàm donant, vt inquit Philo Iudæus, lib. de Cherub. *Nam si rectè consideres*, inquit, *inuenies quosdam vendere magis, quàm donare, qui gratis largiri dicuntur: qui enim dando, captant laudem, aut honorem, dum quærunt sibi reddi gratiam, pretioso donationis nomine venditionem prætexunt.* Vnde S. Ambros. lib. 1. Offic. cap. 30. *Perfecta est liberalitas*, inquit, *vbi silentio quis tegit opus suum, & necessitatibus singulorum occultè subuenit, quem laudat os pauperis, & non os suum.* Optimè: pauper debet illum laudare, non ipse seipsum, & dum pauper laudat, diliget, & diligendo, bonum eum æstimabit, bonusque in multitudine apparebit, quod est illud nostri Sapientis, scilicet: *& in multitudine videbor bonus*, quam magnificentiam si cum iustitia; fortitudinéque associabit, erit etiam & *in bello fortis.*

36\. Princeps secretò det.

Cicero.

C

37\. Beneficientia occulta vidsse debet.

38\. Qui sunt qui vendũt potius beneficia quã donant.

Philo.

Ambros.

D

39\. Perfecta liberalitas, quæ.

Num. 16. *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tędium conuictus illius, sed lætitiam, & gaudium.*

COMMENTVM LITTERÆ.

Connexio Capitis.

SVperioribus versibus emolumenta conuictus sapientiæ enumerauerat Sapiens, quæ circa gubernationem ad alios: nunc in hoc versu quæ ad seipsum; inter quæ præcipuum pax, requiesque, nam à publicis segregatus negotijs, vt ex labore, quem attendens in administratione sustulerat, reficeretur, intrens in domum suam, summam pacem, summumque ei refrigerium communicatio cum sapientia afferebat, de qua communicatione asserit, non solum se non referre amaritudinem, nec tædium, quinimò summam lætitiam, & gaudium. Sensus planus, sicut & verba.

HOMILIA CLVII.

Homo publicus, & Princeps, vt onus sustineat, quotidiè cum Deo sua, suorumque communicet.

INtrans in domum meam, conquiescam cum illa, inquit Sapiens, & Rex simul: nam non semper in publicis erit gubernator, & princeps: non semper in throno ferens iudicia: requies illi conceditur in domo sua, datur illi à publicis tempus negotijs, hocque vt melius postea ad ea reuertatur, immò vt feliciter determinet, hoc efficiet, si dum domi permanens cum diuina cõquiescat sapientia, ab ea auxilium petens in arduis, consilium in ambiguis, lucem in obscuris, prudentiam in electione, fortitudinem in executione, vires ab illa ad onus accipiens sustentandum, ne solus sit, sed vnà cum Deo illud sustineat, sine quo, non solum non sustinere, sed nec velle debet, etiam si posset, nam quale bonum Principi, qui sine Deo gubernat?

1\. Princeps non semper in negotiis sit.

Quinimmò sic in Dei amore feruere debet, vt si sine Deo bona illi prouenire, felicique res gerere auspicio posset, potius illas nolle, aut relinquere, quàm sine Deo proficere in votis habere deberet. Iussit Deus Moysi Exod. 33. num. 3. vt alibi etiam ponderauimus, etsi aliò proposita, vt populũ de loco, in quo stabat, ad terrã educeret promissionis: & insuper promisit se missurum Angelũ suũ, vt eos illuc introduceret, inimicosque debellaret, attamen eũ non ascensurũ: *Non enim ascendã tecũ, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via.* Amabilis ratio, certus de eorum duritie, suam timẽs conditionem, impatiens duritiei, dubius de eorũ interitu, eligit potius à suis abesse, alterique negotium cõmittere, quod solus præstare poterat, quã periculo se exponere delẽdi, quẽ amabat, etsi ingratus. Vnde licet iustè indignatus, tamen sui consortiũ negat, vt beneficiũ præstet, non suppliciũ. At facet inquit textus, hunc fuisse sermonem pessimũ, quem populus audiens luxit, luctumque induit: *Audiens autem populus sermonem hunc pessimũ, luxit, & nullus ex more vestitus est.* Quando hoc inaderent Politi-

2\. Sine Deo bona non ambiat.

Exo. 33. nu. 3.

3\. Dei bonitas etiam cum se ab homine elongat.

OOo

4. Politici animo abiectissimi & cur.

ei, aut quando pessimum illum diceret sermonem, A qui nullum aliud ius, præter vtilis consecutionem, siue mali, siue boni agnoscunt, miseri, & vecordes, ac animo abiectissimi. Meritò luxit populus, quia plus valet cum Deo non acquirere, Deumque tantum possidere, quàm sine illo totum ipsum mundum. Iure ergo optimo Moyses sanctissimus iustissimum iudicans populi luctum, obnixè, audacter, & determinatè Deo dixit: *si non tu ipse præcedas, ne*

5. Summa miseria sine Deo permanere.

educas nos de loco isto. Egregiè: pereat ingressio in terram, ingrediendi desiderium euanescat, Regnũ deperdatur promissum, & concupitum, tantùm Deus sit nobiscum, & si nobiscum noluerit esse, nihil amplius fiat, quamuis Angelum mittat: quia, vt inquit Rabanus, *nullum malum atrocius, quàm Deum sua hominem priuare præsentia, & simul cum illo non ambulare.* Nil verius: vnde graui August. sensu dixit. *Hoc tãtùm scio, quia male mihi est, præter te Domine, non solùm extra me, sed in me ipso.* 13. Confess. c. 8. pulchrè, sed in me ipso: nam sine Deo

Raban.

August.

B

non solùm malè cedent quæ extra se habet homo, sed quæ intra, etiamsi prospera videantur: ingrediatur populus terram lacte fluentem, & melle, debellet inimicos, attamen sine Deo, numquid ob hoc pacem consequetur, & saturitatem? immò & famẽ, & bellum, & cruciatus: hinc etsi cum Angelo non

6. Princeps stultus qui consilium tantum politicorum quærit, ob vero Dei.

bonum est, sed malum: at si nec cum Angelo (si sine Deo) bonum licet prosequi, immò & consequi: ergo nec & Principi licebit, consiliis tantùm Politicorum confiso, minus sæpè quam ipse sapientes, illud prosequi, Deum non consulens, cum Deo familiariter, ac solitariè negotia Regni non discutiens sui? Quid dicam? pace eius sit dictum, vecors erit, stultus, insipiens.

Eccl. c. 6. nu. 6.

Enimuerò *multi pacifici sint tibi*, inquit Eccl. cap. 6. nu. 6 *& consiliarius sit tibi vnus de mille.*

7. Deus ex mille fidus solus consiliarius omnes requisitas habens partes.

Quasi dicat, amicos habeto multos, & propemodum, quantum in te est, omnes: sed intimus, & cui secreta tui cordis in abscondito aperiens, cum illo consultes, ex mille sit vnus, cùm vix inter mille vnus reperiatur, qui vir prudens, qui scientificus qui fidelis, qui potens sit consilium dare, immò & auxilium; vnde si daremus sic aliquem, omnibusque numeris prorsus absolutum si Rex, si Princeps, hoc prætermisso, loco illius alios vecordes assumeret; nonnè & ipse vecors, stultus, & insipiens? attende consiliarium electum, qui prudens, qui sciens, qui fidelis, qui potens. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*, inquit sponsa Cant. 5. n. 10. *electus ex millibus.* Ad literam expositione non indiget: forsitan est, quòd hic talis in dubiis nescit meliorem eligere partem? audi Isai. 15. num. 16. qui hanc peculiarem in eo inuenit gratiam, dicens, quòd *scit reprobare malum, & eligere bonum.* Forsitan secreta ignorabit, & quid velit Deus, nesciet? ipse est supremi cõsilij Angelus, & vt supra dictum est, *operum Dei electrix, & doctrix disciplinæ eius.* Forsitan non fidelis, & verax, aut dolus in eo capere potest? cùm de eo

Cant. 5. n. 10.

Isa. 15. n. 16.

D

propriissimè scriptum sit, quòd *fidelis & absque vlla iniquitate.* Cum ergo nihil illi desit ad consulendum, cùm sit ex millibus electus, cùm sit prudens, & sciens, cùm sit sine dolo, & fallacia, adde cùm sit & potentissimus, qualis vecordia qualis insania, vt eo derelicto, alij assumantur, & quòd Princeps cum cæteris omnibus negotia consulat Regni, hoc vno solo fidissimo, sapientissimoque excepto consiliario? O quàm pulchrè Hieronym. vnam asserit esse Sanctorum omnium vocem, Deum scilicet in omnibus operibus deprecandum: sic lib. 1. contra Pela-

Hieron.

8. Deus in omnibus operibus semper deprecandus.

gium *Omnium Sanctorum vox vna esse solet*, ait; *ad Deum in omnibus operibus deprecatio.*

Enimuerò in humanis iniuriã reputant amici, eò vel maximè si potẽtes, si quis siuè magnũ, siuè paruũ aggrediẽs, aut aliquo indigẽs, absque eorum fiat consultatione: putant ex hoc amicitiam lędi, immò & sperni, paruique eorum fieri authoritatẽ, & magnitudinem, ob quod irascuntur, & multoties ita grauiter, vt etsi postea amicum in extremis perspiciant, immobiles sistant, nil curãtes, nullũ ei præbẽtes auxiliũ Contra Madian pergens Gedeon, cum Ephramitis consiliũ non communicauit, quod factum sic grauiter ipsi tulerunt, vt quamuis victor, profusisque inimicis eos liberasset, tamen sacer inquit textus Iudic. 8. n. 1. quòd parum abfuit, quin eũ occiderent: *iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.* Sic ingratum amicis extat, in factis non aduocari, non cõmunicare in consiliis: immò illud considerandum, non irrationabilem, nec reprehensione dignã alicui huiuscemodi amicorũ videri indignationem. Quod cùm ita sit, cur quæso putãdum, Deum non irasci, grauissimèq. non ferre, quãdo eo spreto, aut inconsulto, opus consultis aggredimur aliis, omnique in silentio cum eo agimus; quid miramur, si malè nobis postea omnia eueniant, si res prosperè non cedant, si tandem & ipsam amittamus vitam? Non equidem mortuus esset Ochozias 4. Reg 1. 16. si misisset ad consulendum Dominum, & non Beelzebuth Deum Accaron; sed quia Deum non consuluit, voluit Deus, vt infirmitas, quæ ex se non mortalis, eum occideret, non præbens illi auxilium, qui ab eo non petiit consilium. *Hæc dicit Dominus, quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebuth, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem: ideo de lecto, super quem ascendisti non descẽdes, sed morte morieris.* Moriatur certè iustissimè, quia vir vecors, & insipiens habens Deum in Israel, suosque intra fines, à quo consiliũ, & auxiliũ petere poterat, misit infidus, & scelestus ad cõsulẽdũ aliũ Deũ extra fines, Deũ ita vecordem, ac ipsum eiusq. cultores. Quod egregiè adnotauit Theod. in hunc locũ, põderãs hũc Deũ Beelzebuth Deũ esse, siuè idolũ muscarũ. *Quid est, inquit, musca odiosius? sed tamen & eius simulachrũ Deũ dixerũt, & quę viuentẽ flabellis expellũt, eius figurã Deũ appellãt.* Immò amplius notãdũ, Beelzebuth summũ esse dæmoniorũ Principẽ, & tamen non vltra muscã se extẽdere: sic infirmus, sic impotẽs, sic denique abominabilis extitit: quo nõ obstãte, Deo derelicto, hũc cõsulũt ad hũc insanus misit: meritò ergo occisus, vitaq. priuatus. Moriũtur Principes, occidũtur, pessũdãtur, amittũt cũ vita regnũ, & regna: cur putas eis tanta contingere mala? nisi quia Dei consultatione spretã, quam quotidiè, si vellent, in domo, immò intra cor habere possent, miseri ad consultationes hominum confugiunt Politicorum, in terris Beelzebuth, hoc est *muscarum Dei.*

9. Consilia cum amicis non communicata inimicitiæ causa

Iudic. 8. nu. 1.

10. Deus irascitur, non consultus.

4. Reg. 1. 16.

11. Ochosias cur mortuus.

C

Theodor.

12. Principum insania in consultatione.

13. Cur moriuntur, & statum perdunt.

Hinc profectò euenit, vt sæpè Principes in negotiis decipiãtur suis, opusq. simul cũ re deperdãt expensa immò quòd in cõtinua sint deceptione: Deũ nõ cõsulũt, suã, suorũq. fidũt prudẽtia: hinc in manibus sui derelicti cõsilij, miserè, ne dicã ineptè, decipiũtur. Sicut suprà etiã alibi, diximus omnis deceptus Israël à Gabaonitis terrãq. eorũ non disperdit, nec possedit: quia, vt sacer inquit text. Iosu. 9. 14. *Os Domini non interrogauerunt*: sed suã sisi prudentiã, & in his, quæ videbantur, vestimenta, scilicet, attrita calceamenta, & vestes, quæ vetustatis dabant indicia, immò de cibariis sumentes eorum, expe-

14. Vnde eorũ deceptio.

Iosu. 9. 14.

15. Israelitæ decepti, quia Dominum non interrogauerunt.

tientesque ea sic esse, arida scilicet & sicca, vt dicebant, putarunt absque Domini consilio, eorum tantùm iudicio causam posse determinari, vt fecerunt: at decepti sunt, & decipi eos sinit Deus, quia os eius non interrogauerunt, non necessarium putantes, dum signa apparebant tam euidentia: hinc, etsi dolenter, terram non subuerterunt eorum; parcens

16. Gabaonitis cur pepercit Deus. *August.* *Iosu. 10. 2.*

Deus è contra Gabaonitis, vt inquit Aug. quæ. 13. in Iosue, quia suis non innixi viribus, neque ciuitatis magnitudini, quæ, vt inquit Scriptura Iosue ca. 10. nu. 2. *Vrbs erat magna, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnesque bellatores eius fortissimi*, tota prudentia reclamante humana, simpliciter Deo crediderunt: vnde summus approbans Deus iuramentum ei exhibitum, ideo quia parcere eis volebat, de interrogatione dimissa Israeli non succensuit. *Deus autem hoc approbauit*, inquit Augustin. nempè iuramentum factum, *nec parcentibus succensuit, quamuis non interrogassent, quinam illi essent, vnde non importunè vtique credendi sunt, etsi fallere homines pro salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse in populo eius, propterea non succensuit Dominus iurantibus, aut parcentibus*. Isti ergo saluati sunt, quia non prudentiæ crediderunt humanæ, sed Deo: at Israel terram omisit, seque decepit, quia sibi fidens, Deum non consuluit. Quod nunquam sanctissimo euenit

Magalla.

Moysi; qui, vt optimè adnotat hîc quidam, non solùm in magnis, sed in leuioribus etiam, Deum consulebat causis. Princeps ergo, nisi decipi velit, si rectè regnare, si pacificè sua possidere, Deum in gubernatione socium adhibeat; intret in domum

August.

17. Orationis fructus.

suam, oret, vt in regimine dubia, in abstrusis voluntatem sciat Domini sui: nam, vt inquit August. in tract. de Misericordia, tom. 10. nihil est, quod sic voluntatis Dei decreta aperiat, quàm oratio. *Per hanc*, inquit, *qui stant, non cadunt, & qui elisi sunt, eriguntur, hæc magna seruat, hæc tuetur minima, per hanc gubernamur in prosperis, per hanc fiduciam gerimus in aduersis, hanc quasi tutissimam nauim desideriorum nostrorum mercibus oneramus, vt ad omnipotentem Deum p[er]ueniat, & consilium eius sciat.*

Nec Principi putandum, tempus illud, quod secum, & cum Deo expendit, esse deperditum; nam

18. Orationis tempus Principi nõ est tempus deperditũ & cur.

multoties per illud, seu per illam orationis moram feliciter in Regno negotia agentur, feliciterque belli euentus succedent: vnde dum ipse humiliter se in genua flectit, inde Deus ante ipsius milites genua inimicorum flectet. Sic in præclaro illo Principe Moyse nempè, voluit hoc Deus ostendere, nã dum ille orabat, vincebat populus: dum autem orationem intermittebat, vincebatur. Exod. 17. 11. *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululùm remisisset, superabat Amalech.* Notandum verbum illud *paululùm.* Quod factum

Exo. 17. 11.

19. Moyses oratione vicit inimicos.

animaduersum à Ministris, necessarium extitit, modum, quo manus illæ non lassarentur, inuenire, cùm non à præliantium, sed ab eius vinceretur manibus inimicus. *Ex quo factum est, vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum Solis*, vel vt paraphrasis Chaldæa: *fueruntque manus Moysi extensa in oratione vsque ad occasum solis.* Quo in loco acutissimè adnotat Rupertus, lib. 3. in Exod. Moysem excusari non posse à voluntate non vincendi, cùm sciens per eleuationem manuum ipsius, hostem de-

Rupert.

20. Principes taxantur qui non orant

uinci: illas tamen relaxabat, quod ideo ei ad culpam non adscribitur, quia corpus, non voluntas deficiebat. Ex quo loco optimè Rupertus eos arguit, qui voluntate desinunt orare; nã si defectibilis, qui non

A voluntate, sed impossibilitate, quomodo non defectibilis, qui voluntate? *Nec quisquam*, inquit, *poterit excusari*, Moysen scilicet, *qui hostem vincere noluit, dum orando cessauit, & tamen in Moyse corpus deficiebat, non voluntas aliquando cessabat: si ergo fragilitatis causa in Moyse excusari non potuit, quemadmodum in nobis voluntas poterit excusari?* Egregiè quidem. Si ergo Regni negotia ad vota Regi non succedunt, ne miretur: voluntas eius in causa est, quia cùm posset, noluit orare: & cùm posset manus ad Deum extensas habere, noluit extendere: vnde quid mirum, quòd si voluntas ei deficit ad orandum, desint etiam vires, & modi suis Ministris ad feliciter agendum: quod contra euenit, quãdo ipsi orant, & cum Deo conuersantur, pro eis bel-

B latur Deus, & dum ipsi domi secum, ipse pro eis in campo. Offerente Samuele holocaustum 1 Reg. 7. n. 10. nil de Philistinorum incursione populo cogitante, Philistiim iniere prælium. *Factum est, cum Samuel offerret holocaustum, Philistiim iniere prælium contra Israel*, existimantes factum, quia inermes, sed orantes aggrediebantur: at quid? ipsi in oratione, & Deus in campo bellum exercens: *Intonuit autem Dominus*, sequitur Scriptura, *fragore magno in die illa super Philistiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel.* Pulchrè Author de mirabilibus Scripturæ, lib. 2. cap. 8. *Philistinorum agmina*, inquit, *quasi arenæ maris, innumerabilia per plana se terra Israel effuderunt, qua Dominus, Samuele orante, à facie filiorum Israel ingenti cæli fragore perterrebat.* Samuel orabat, & Deus præliabatur, ipse cum Deo, & Deus cum hostibus. quid mirum si hi victi, & victor extitit Samuel?

21. Deus in cãpo bellum gerit dum princeps intus orat. *1. Reg. 7. nu. 10.*

Author de mirabi. lib. Scrip.

Liceat quæso hoc, exẽplo probare pijssimi ac plus quàm dici potest, deuotissimi Hispaniarũ Regis Ca-

22. Philippi III. Hisp. Regis deuotio.

C tholici Philippi tertij, cuius equidem orationibus, vigilijs ac corporis afflictionibus, disciplinarumq; ictibus ad effusionẽ vsque sanguinis, eius tẽpore felicia (quæ non equidem parua,) adscribenda: dicam quæ semel in illo obseruaui. Premebatur eius imperium bellis, vndique eũ lacessentibus inimicis: nuper nouũ excitatum eum Sabaudiæ Duce arduũ, & periculosum; tum ex peritia, inimicique solertia; tũ ex periculo, occasioneque magni, ac propemodum infiniti incendij: mare fremebat inimicis; Germania subleuationibus ardebat, & bellis: at pijssimus Rex inter tot, tãtaque rerum discrimina, manus ad Deum extendebat, nouiter in Regali D. Laurentij templo festiuitatem sanctissimi instituens Sacramẽti, mandans, vt quolibet primo cuiuslibet mensis Dominico die populo proponeretur, cui astabat ipse à mane vsque ad vesperam: ipse inquam ob hoc ab omnibus laceratus quasi inutiliter, ne dicam vi-

D liter tempus terens, die quadam cùm secundum consuetudinem sic pijssimus (obloquentibus multis, & pleno ore mussitantibus) stetisset Rex; ecce tabellarius venit omnia hæc simul nuncians, in Italia eius exercitum collatis cum Ducis exercitu signis, vicisse feliciter: in mari captos inimicos: res Germaniæ prosperè cessisse, admirantibus omnibus, & præ exultatione illis ipsis detractoribus, sanctitatem pijssimi acclamantibus Regis.

At dices: ergo orationi tantum Rex incumbet? minimè equidem, nam ita nos orationem Principi persuademus, vt sui tamen muneris non obliuiscatur, sic oret, vt externè etiam operetur. In sũmo cõstituti discrimine Israelitæ, dum à tergo Pharaonẽ, mare ante se profundum prospicerẽt, plus æquo timidi, de salute desperarunt: at Princeps Moyses de

23. Princeps sic oret vt muneris sui non obliuiscatur.

victoria securus, de inimicorũ suffocatione certus, ad Dominũ clamabat, cui Deus: *Quid clamas ad me?* Exod 14. n. 15. Quid clamas, inquit; nũquid malũ ad Deũ clamare aut forsitã malè Moyses clamabat? nil minus: nã, vt D. inquit Ambr. ser. 19. in Psal. 118. *Clamabat Moyses affectu pio, & sensu profundo, & personabat in cœlo, miraculis petẽs digna cœlestibus, vt mundi elementa mutaret.* Ergo, si non malũ, cur de clamore quasi sugillatur? an quia, etsi nõ malus, etsi egregius, tamẽ insufficiẽs, dũ solus sine operibus extabat: vnde illi Deus: *Tu autẽ eleua virgã tuã, & extẽde manũ tuã super mare, & diuide illud, vt gradiãtur filij Israel in medio mari per siccam.* O diuina eruditio! quasi diceret: rectè clamas, quia in me speras, quia meam excitas virtutem, quia per vniuersam terram annunciari nomẽ expectas meũ. At solũ hoc nõ sufficit, manᵘˢ etiã sunt necessariæ, clamet cor, extẽdãtur manus, diuide aquas, gradiãtur populi: nam etsi validus, insufficiens erit sine opere clamor. His Moyses edoctus, manus ad clamorẽ adhibuit: *Cumq. manum extendisset super mare,* facet inquit textus, *abstulit illam Dominus flãte vẽto vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum, diuisaq. est aqua.* In quo valdè adnotãdũ quid Deus Moysi præceperit, quid ipse posteà effecerit: *extende manum*, inquit, *super mare, & diuide illud.* Magnũ equidẽ, immẽsumq. præcipitur opus, suprà naturã, supra vires, diuisio nempè maris, extende manum super mare, & diuide illud: vnde creaturæ talis vis? talis potestas? impossibilia equidem præcepta videntur: sic equidem, si effectus à viribus processuri essent naturæ: at quia à Deo, cooperantibus tamen nobis: ideo etsi admiranda præcipiat, facilia redduntur. En hîc, extensio manus & diuisio præcipitur maris: dũ autẽ ad opus deuenitur, Moyses manũ extendit, Deus mare diuisit, quod facile, creaturæ remansit, difficile Deus assumpsit, & cùm Deus, & Moyses simul mare diuisissent Moyse tantùm manũ extendente, Deo verò mirabile, ac stupendum operante, Moysi dicitur: *diuide mare*, quasi ipse author admirandi, ipse patrator futurus miraculi; hinc factum, quòd non antea Deus mare abstulit, ventus flauit, siccum apparuit, quàm Moyses manum extendisset, ad nostram doctrinam, vt edoceremur in difficilibus non desperare, in Deo immobiliter fidere, magna aggredi, non nostrâ, sed ope sisi diuinâ, & tandem simul cum Deo operari, & ad clamorem orationis auxilium adhibere operis: sic Rex, sic Princeps, ita ei orandũ dicimus, vt tamen negotiis vacet, opera exerceat.

Exod. 14. nu. 15.
Ambros.
24. Moysi clamor ad Deũ inualidus si solus sine opere, validissimus cum opere.
25. Deus in opere quid postulet ab homine quid ille efficit.
26. Precepta Dei vt facilia.
27. Dei bonitas dum homini dat opus, cuius primas ipse obiit partes.

Immò sic orationem ei suademus, vt dummodo oret, & oratione negotia perficere intendat, fisus, non tam de sua, quàm de Dei ope, sufficiat, vt breuiter, vt ad modicum tempus, immò vt & inter ipsa negotia, si aliter non suppetat: quid enim hoc faciens non impetrabit? clamor eius, quamuis ad modicum tempus, cœlos penetrabit, ipsasque immutabit naturas, plus eius breuis, quàm alterius prolixa impetrans oratio. Hoc mirabile, hoc stupendum est adnotare in oratione præclari illius ducis Iosue: vix duo protulit verba. *Sol contra Gabaon ne monearis, & Luna contra vallem Ailon.* Iosue 10. nu. 12. *Et audiuit illum*, inquit Eccl. cap 46. num. 6. *magnus & Sanctus Deus in saxis grandinis, virtutis valdè fortis.* Mirum, & magnum: duo tantùm fuerunt verba, & per ea mota, seu vt meliùs dicam, immota permanserunt astra, ac veluti bellum spectantia, obstupuerunt: cur tàm citò exauditus? nisi quia licitè occupatus sanctus Princeps, & fortissimus dux, debellans inimicos, & lanceam manu tenens: non enim erat iustum, vt eam deserens, orationi se totum daret; vnde vt potuit, sic orauit; quæ oratio, etsi breuis, quamuis duorum tantùm verborum, ita Deo placuit, vt non solùm terram, sed totam simul cœli machinam commouerit. Quod admirans Chrysost. Deique mirans serui dignitatem, sic ait. *Veniat ergo vniuersus orbis terra, immò verò duo, & tres, & quatuor, & viginti orbes terræ, & dicant, & hoc faciant, sed non poterunt: Dei autem amicus, amici imperabat creaturis, immò verò amicum suum rogauit, & cedebant, quæ seruiebant, & inferior imperabat supernis.* Immò aliquid amplius hîc adnoto, sic Deo placere, vt Princeps perfectè suo functurus officio, quando sic opus sit, longam intermittat orationem, breuemque, ac efficacem, inter ipsa etiã assumat negotia, vt quia, sicut supra diximus, Moyses non sicut Iosue, dũ tẽpus esset agẽdi, totum se ad orationẽ contulerat, illum quodammodò repræhenderit, plura, maioraq. duobus tantũ Iosue efficiens verbis, quàm longa Moysis illa oratione; cùm, vt idem inquit Sanctus, plus fuerit *Solem sistere, quàm mare diuidere: non sunt enim paria, ait, imperare mari, & ijs, quæ in cœlo sunt, nam illud quoque est magnum, & valdè magnum, sed nõ par*: quod magnum, quod stupendum duobus tantùm effecit verbis, Iosue non multùm orãs, non ipsa intermittens negotia. Vt discant Principes, quòd quãuis Deus eos orare, & continuè velit; ita tamen eis id præcipit, vt illud, ad quod tenentur, non deserant, orent in medio negotiorũ, audiendo subditos, negotia experiendo; eleuent tunc, vti possunt, ad Deum mentem, petant auxilium in arduis, lumen in obscuris, consilium in difficilibus, & in simul credant, quòd ita Deus breuem eorum acceptam referet orationem, ac eorum, qui ab externis remoti, soli, Deo vacant diuturnam. Quod mirabiliter idem expendit Chrysost. in ead epist. ad Hebr. cap. 11. hom. 22. dum sic inquit: *Desidero vos semper in orationae, & si non semper, saltem sæpius, saltem plerumque vel in matutinis, vel vespertinis horis: dic enim mihi extendere manũ nõ potes, extende voluntatem, quantumuis istam extende, si vis vsque ad ipsum cælum, & si vis ipsum verticem contingere, quin & in superioribus si voles incedere, licet; omni namque penna leuior, & sublimior mens nostra est.* Pulchrè dictum, & satis ad rem; immò ad statum Principis: diu non potest manus, Princeps, extendere, extendat voluntatem, extendat desiderium, petitionem in ipsismet extendat negotiis, nam quamuis sit momentanea, licèt instantanea; ad cœlum vsque ascendet, verticemque eius tenebit; quando autem postea tempus vacet, tunc in domum intret suam, cum diuina conquiescens sapientia, vti noster faciebat Sapiens, qui de seipso testatur dicens. *Intrans in domum meam*, &c.

28. Princeps breuiter ores, & magna efficiet.
29. Iosue breuiter orans exauditus, & cur.
Iof. 10. nu. 12.
Eccl. 46. nu. 6.
Chrysost.
30. Dei seruorum potestas magna.
31. Plus breuiter orans effecit Iosue, quam Moyses ad multum tempus & cur.
32. Principi quomodo orandum.
33. Eius breuis oratio sit Deo accepta, ac aliorum diuturna.

HOMILIA CLVIII.

Optimus orandi modus, Deum intra seipsum inuenire, & interiori suo cum illo conquiescere.

INtrans in domum meam, cõquiescam cum illa, ait Sapiens. Pulchrè: ergo intra domum iam aderat sapientia illum expectans aduentantem, & ingredientem: frustra igitur foris quæritur, cùm sit illa intus: nam, vt rectè inquit Philo in lib. super illa verba: *resipuit Noe*: Nulla domus anima di-

Philo.

1. Anima purgata digna Dei domus.

gnior, in qua Deus habiret: *Quaenim domus*, ait, *in* A *omni creatura inuenitur dignior, quam Deus inhabitet, preter animam perfectè purgatam, quæ solùm honestum bonum existimat, catera censet rationi subdita.* Si ergo vis citò Deum inuenire, & ad eius pedes fidenter, silenterque orare, non extra te, sed intra te illum require: quia, vt inquit Apostolus, Act. 17. n. 28. *non longè abest ab vnoquoque nostrùm*, cuius rationem assignans ait; *quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus*: in ipso, id est per ipsum, hebraismus est. Cùm ergo vita, motus, & esse nostrum, totum totum quod est, à Deo sit: fit vt anima nostra per illum viuat, & per illum viuendo in illa, intra illam sit ipse Deus, non solùm quatenus operatur in illa, sed quatenus ipso vbique præsente per immensitatem, reperitur sua: vnde Deus est in anima, non solùm quia illi dat esse, sed quia in illa esse debet; quatenus immensus: vnde fit, vt intimior sit Deus animæ, quàm ipsa sibi cùm non sic sibimet ipsa assistere possit, ac Deus assistit, & replet illam. Quod B pulchrè idem dixit Philo lib. 2. Allegoriarum, expendens illa Scripturæ verba, nempè, *& abscondit se Adam*, Genes. 3. quo loco petit, vbi se abscondit, cùm Deus sit immensus: *nam Deus implet omnia*, ait, *penetrat omnia, nihil omnino relinquent in seipso vacuum, & quem locum occupabis, in quo non sit Deus? Deus enim omni creatura est antiquior, & vbique est.* Quod non attendentes antiqui illi, extra se illum quærentes, tanquam cæci per exteriora palparunt, sed non inuenerunt, quia intra se illum non exquisierunt. De qua re deuotè Augustin. lib. 10. Confessiun. cap. 27. *Serò te amaui*, inquit, *pulchritudo tam antiqua, & tam noua; sero te amaui, & ecce intus eras, & ego foris, & ibi te quærebam, & in ista formosa, quæ fecisti, deformis irruebam: mecum eras, & tecum non eram; ea me tenebant longè à te, quæ si in te non essent, non essent.* Pulchrè: me- C cum eras, & tecum non eram: quia etsi Deus in illo per immensitatem suam, non ipse cum Deo per distractionem suam dum extra se per fluidas creaturarum formositates Deum quærens ipsa sua inquisitione longè ab illo recedebat. Si ergo inuenire illum vis, intra in domum tuam, hoc est in cor tuū, & cum illo conquiesce, nam nullibi meliùs eum inuenies, quàm intra te. Veritas sic plana, vt aliqui etiam Gentiles modico rationis lumine eam sint assecuti, Seneca enim ad Lucillum scribens, epist. 41. modum ei persuadens orandi, sic inquit. *Non sunt ad cælum eleuandæ manus, nec exorandus æditues, vt nos ad aures simulachri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: propè est à te Deus, tecum est, intus est, sacer intra nos Spiritus sedet.* Quid amplius Christianus diceret? propè nos, nobiscum, intra nos est Deus, ibi quærendus, quod vt faceremus, & inexcusabilis omnis esset homo non quærens Deum, Deumque non adorans. noluit ordinatio- D nem, & fidem in illum reddere difficilem, neque extra nos ponere mandatum suum, sed intra nos: sicut etiam, neque vt fides nostra de eo tantum à sensibilibus penderet, sed voluit, vt intra nos existens, & in corde nostro, sufficeret corde credere, & ore confiteri

Ad. 17. 28.

2. Deus intimior animæ quàm ipsa sibi.

3. Omnia immensitate sua replet.

4. Antiqui errarunt in quærendo Deum foras.

August.

5. Gentiles affecuti Deum intus quærendum

Seneca.

6. Mandatum & fides intra nos posuit Deus, ne foras illum quæreremus.

Hæc est enim illa misericordia, quam tantoperè magnifacit Propheta diuinus, Muyses Sanctus Deut. 3. n. 15. dum Israëli dixit mandatum, quod à Deo acceperat, non esse ita ab illo dissitum, vt ad illud inueniendum necesse esset maria, terrasq. peragrare, aut sursum ad cœlum aduolare. *Mandatum hoc*, inquit, *quod ego praecipio tibi hodie, non supra te* A *est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere: quis nostrùm valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, aut opere cõpleamus? neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, & facere quod praeceptum est? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Quod allegoricè explicans Apost. ad Rom. 10. nu. 6. pulchrè aptat hoc ad facilitatē credēdi, & per fidē se saluādi. *Ne dixeris*, ait, *in corde tuo, quis ascendet in cœlū? id est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare.* Quorū verborum est sensus, scilicet: nemo dicat impossibile ei, vt credat, quasi necesse sit, vt ad cœlū ascendat quis, & Christū deducat; aut in infernū descendat, vt inde Christū semel mortuum reducat, & inde reuocans, illum in medium constituat ad credēdū. Nemo, inquit, hoc dicat quia sufficit in illū tantū credere, vt salui fia- B mus: cuius tradēs rationē rei, sequitur: nā, vt inquit Script. *Propè est verbū in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbū fidei, quod prædicamus.* Vnde cùm propè nos illud sit, immò intra nos, in corde scilicet nostro, nō est necesse in cœlū ascēdere, aut in abyssum descēdere; *sed sufficit, vt confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauerit à mortuis, quod facient saluus eris.* Aptè, & ad nostrā satis rē. Dat Deus mandatū, & ita illud dat, vt nolit nos foras exire, & extra nos esse, vt audiamus illud, sed iuxta nos illud ponit, intra nos in corde nostro, quia cuilibet *impressum est lumen vultus Dei nostri*, & hoc in antiqua lege. In noua autē, cuius figura erat illa, similiter factum, inquit Apost. non foras exeundū, non ad cœlum ascendendum, vt in Christum credamus, & eum amemus, sed sufficit in corde credere, & ore confiteri, C quia intra nos est Deus noster, & intus vult coli, vt omnis creatura inexcusabilis sit, nisi eum adoret, cùm iam tempus aduenerit, in quo, vt inquit Dominus noster, Luc 17. num. 11. *in spiritu, & veritate oportet Patrem adorare*: nam, vt ipse inquit, *Regnum Dei intra nos est.* Si ergo vis, ô homo! Christum, & Deum adorare, non necesse est vt in cœlum ascendas, non vt maria nauiges, non vt terram peragres, intra in cor tuū, crede, & adora, & saluus eris. Vnde pulchrè Aug. in lib. de Perfec. iustitiæ contra Celestiū. to. 7. ex supradicto Deut. loco, nō solū credēdi facilitatē, vt Apost sed Dei præceptis obsequēdi elicit, ex illo probans facilia, leuia, immò suauia Dei esse præcepta: vnde si in ipsis grauitas percipitur, nō in illis affirmat, sed in obsequētis defectu existere. *Nec ob aliā causā*, ait, *scriptū cõmemorat non esse grauia diuina præcepta, nisi vt anima, quæ illa grauia sentit, intelligat se nōdū accepisse vires, quibus talia sint præcepta Domini, qualia cõmēdātur,* D *leuia scilicet, atq. suauia, & oret gemitu volūtatis, vt impetret donū facilitatis: audiamus ergo Deum sua præcepta non grauia cõmēdātē in Deut. ait, mādatū hoc, quod ego mādo tibi hodie,* &c. Nil melius: ad obsequēdū nō est necesse, vt trans mare curramus, neq. vt in cœlū ascēdamus, quia cū præceptū sit charitatis, intra nos illud perficere valemus. Sic etiam, vt inquit Apostol. neq. ad credēdū, cùm intus sit, in quem credere debeamus, Ergo neque ad orandū extra nos ire oportet, cū intus istat, à quo impetrādū.

Ad Rom. 10. 6.

7. Facilitas ad Deum intus orandum.

Luc. 17. na. 11.

August. 8. Præcepta Dei facilia.

9. Orandum vt facilia nobis appareant.

Deut. 3. n. 11.

10. Sponsalitiū cum Deo intus non foras perficitur.

Aptè Labanus ad Abrahami seruum, qui venerat, vt sponsam Domino quæreret suo. *Ingredere*, inquit, *benedicte Domini, cur foris stas?* Ge. 24. n. 31. quasi diceret, sponsam quæris, sponsalitiumque ef- Ge. 24. 31.

ficere,& foris stas? intus perficitur, non foras. *Sic,* A
nisi introducta prius in cellam sponsa, Deus non
Cant.2. *ordinauit in illa charitatem,* Cant.2. Nec ab aquis
se prius saluum sensit Noe, quàm in arcam ingrede-
retur, vt exinde doceremur intus in anima perfectũ
cum Deo sponsalitium nobis efficiendum, nec an-
tea Deum se nobis manifestaturum, quàm intra,
11. Oratio qualis debet esse. non extra simus: nec securos nos putandos, nisi dũ
intra nos, non extra nos in vnum collecti, Deum
obsecremus, nam ille perfectè orat, qui sic ante Deũ
Chrysost. assistit, vt inquit Chrysostomus: *Totam colligens*
animam suam, & nil habens cum terra commune,
sed in ipsum se transferens cœlum, & omnem ex ani-
mo pellens humanam cogitationem. hom 79. ad po-
pulum, & in cap.6. Matth. hom.19. pulchrè asserit,
sic reconditam, sic nostram interiorem esse debe- B
re orationem, ac si mysterium quoddam esset latẽs,
12. Ad quid assumenda. & secretum. *Oratio est,* ait, *non vt Deum doceas, sed*
inflectas, vt familiaris efficiaris interpellationis fre-
quentia, vt humilieris orando, vtque peccatorum
tuorum sæpè recorderis, & de imo prorsus corde vo-
centur hæc, & proprij pectoris contectus arcano, ora-
tionem tuam fac esse mysterium. Pulchrè dictum, o-
13. Quomodo sit mysterium. rationem nostram debere esse mysterium; quid e-
nim est orationem esse mysterium, nisi ita eam re-
conditam intra cordis nostri esse arcana, vt nulli
pateat, nisi soli Deo? Sicut enim illud dicimus my-
sterium, quod vnum ostentat in cortice, & aliud la-
tet in medulla; sic nostra oratio tunc erit mysteriũ,
quando sic secreta, & intima, vt non solùm foras
non videamur orantes, sed etiam intus nulli alteri
pateat, nisi Deo, immò nec nobisipsis, vt sic dicam,
cùm verissima sit illa Antonij sanctissimi sententia
Cassian. relata à Cassiano collat.9.ca.31. scilicet *non esse per-*
14. Oratio perfecta, qualis. *fectam orationem, in qua se Monachus, vel hoc ip-*
sũ, quod orat, intelligit. Ita abstractus, ita absorptus,
ita remotus, & absconditus debet orationi assistere,
vt non tantùm ab exteris, & ab aliis, sed etiam à sei-
pso, veluti seiunctus, & segregatus, faciat orationem
suam esse mysterium, sic orans, vt intus vacans, ra-
15. Affectu in illa vtẽdũ, non discursu. tione non vtatur, sed affectu, obscurâ illâ manente,
hoc ignito, si cœlestia apparere desideret. Eleganter
hoc Philo lib. de Somnijs, vbi de variis in Scriptu-
Philo. ra solis acceptionibus disserens, inter alias, pro mẽ-
te, rationisque luce sumi affirmat, de qua, si lucet,
obtenebrari cœlestia, dum è contra ad occasum
16. Quo ignorans eo illustrior. vergens clarescere asseuerat. *Nonne vides solem ip-*
sum, ait, *aliud Orientem, aliud Occidentem effice-*
re; post exortum eius illustrantur in terris omnia, in
cœlo verò celantur è diuerso post eius occasum, syde-
ra quidem promicant, terrestria verò cuncta obte-
guntur vmbris superuenientibus: ad eundem mo-
dum res nostra se habeat; quoties sensus splendore,
tanquam Sol oritur, tunc scientia reuera cœlestes oc-
cultantur: quoties autem ad occasum accedit, tunc
fulgentissima virtutum stellæ se proferunt. Nil me-
lius. Sic enim intima, sic recondita nostra debet es-
se oratio, sic tandem à sensibus obscura, vt quò isti
ad occasum vergunt, eò clarior illa efficiatur, & quò
in illa mens obscurior à sensibilibus, eò illustrior ad
cœlestia, & quominus ab inferiori percipitur po-
17. Vbi Deum inuenit. tentia, eò inuisibili Deo propinquior; quia, vt egre-
giè inquit Aug. lib.10. Confess. c.26. nec inter ima-
Aug. gines rerum corporalium, nec in ipsis animi affe-
ctionibus, nec in ipsa animæ sede Deus inuenitur,
sed tantùm in seipso suprà nos ipsos. *Vbi ergo te in-*
ueni, ait, *vt discerem te, neque enim iam eras in me-*
18. Supra ipsã *moria mea, priusquàm te discerem, vbi ergo inueni*
te, vt discerem te, nisi in te, supra me. Transcendendæ

A ergo sunt inter orandum, corporalium imagines
rerum, derelinquendæ affectiones, tãdem supra ip-
sam animam nos eleuandi, hoc est supra ipsam eius
essentiam: quia, vt rectè inquit idem Sanctus: *nec*
ipse animus est Deus, quia Dominus Deus animi ip-
se est. Cum quo concinens D. Ambros. lib. de Isaac,
& c.3. ait: *Beata anima, quæ verbi ingreditur pene-*
tralia, insurgens namque de corpore, ab omnibus fit
remotior, atq. intra semetipsam diuinũ illud, si quo-
modo assequi possit, scrutatur, & quærit. Quod exẽ-
plo Pauli confirmans, ad cœlestia eleuatus, infima
deserẽs, sic sequitur. *Anima ergo, bona contemnit*
visibilia, & sensibilia, nec consistit in eis, nec in suscei-
piendis his immoratur, & residet, sed ascendit ad il-
la æterna, & inuisibilia, & plena miraculis, puro
B *sensa se pia mentis attollens; etenim perfectioni stu-*
dens, solum illud bonum diuinitatis attendit, nec a-
liud quidquam requirendum putat, quia tenet quod
summum est. Nil melius. Omnia sunt deserenda, o-
mnia transcendenda, quibus transcẽsis, ac veluti in
obscuro remanentibus, supra se eleuata mens in se-
creto abscondito, ac in animæ altari intus, perfectũ
Deo offeret orationis holocaustũ. *Habeat anima*
mea in se altare defixum, inquit Orig. ho.9. in Exo.
in quo orationum hostias, & misericordiæ victimas
offerat Deo. In quo absconditum ingressa mens, tũc
equidem, & non antea, cùm nullus mutuæ extra-
neus dilectionis adest, se pãdet Deus, ipsumq. dile-
cta inueniet, mutuiq. amoris, ac charitatis insignia
percipiet.

Enimuerò Princeps ille Ægypti, fratrũ custos, &
amator Ioseph Sanctissimus, non prius fratribus se
manifestauit, quã foras omnibus egressis Ægyptiis,
nullus adesset in domo extraneus, nullus amoris mu-
tui peregrinus. *Præcepit, vt egrederentur cuncti fo-*
C *ras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.*
Ge.45.n.1. Quod amplius declarãs S. Pagn. inquit,
Ad omnes, qui astabãt iuxtà eũ, clamauit, educite o-
mnẽ virũ à me, & non stetit quisquã secũ, vt ostende-
ret se Ioseph fratribus suis: clamauit, impẽsũ deno-
tat affectũ: *educite omnẽ virũ,* quid est hoc? quale ex-
tranei impedimẽtũ præbebãt? nũquid secreto res e-
rat tegẽda, ad quid eos eijcere? immò, vt inquit Phi-
lo lib. de Ioseph, sic silẽter se illis manifestauit, vt i-
deo ad se propius accedere iussit. *Dexterâ, vt pro-*
pius accederẽt, innuit, ne vel fortuitò verba eius ex-
audire posset quispiã alius. Ad quid ergo tale, tantũ-
que secretũ? an quia, vt inquit Philo, à quo Rupert.
lib.9. in Gen. cõmunicaturus peractũ crimen, arbi-
tros remouit, ne cõfũderẽtur? *Tũ ad recõciliationẽ*
versus, ait Philo, *ac fœdera succũbens charitati do-*
mestica, ne fratribus propter veterem iniuriã obue-
niret aliquod dedecus, noluit agnitioni primæ inter-
D *esse quẽquã Aegyptiũ, sed semoto vniuerso famulitio,*
repẽtè profusis tãquàm è fõte lachrymis, dextera, vt
propius accederẽt, innuit. An quia, vt inquit Ambr.
lib. de Ioseph c.12. manifestaturus se fratribus, cùm
eius figura esset, qui nõ venerat, *nisi ad oues, quæ pe-*
rierãt domus Israel, Matth.15. *indignũ erat, vt ali-*
quis extraneus adesset? Elige ex his duobus, quem
malueris, sẽsũ ad rẽ meã hic facit secũdus: ideo om-
nes eiecisse, quia amoris, ac beneuolẽtiæ signa ostẽ-
dere volẽs, vt S. inquit Greg. in Ezech. lib.2. ho.21.
Se vltra cohibere Ioseph nõ valẽs, pietas clausa pro-
rupit in mediũ, & excussit charitatis lachrymas de
vultu seueritatis. Ideo foras eiecit extraneos, quia
motui viso amoris indigni, hinc Christi figura amo-
ris, Deique summi, sic secretum, sic profundum af-
fectans cordis, vt non prius se manifestet, quàm

Right margin notes: animam transcendẽdum cum ea vt Deum inueniamus. — Ambros. — 19. Eius altare cor totus & anima. — Origen. — 20. Deus animæ non se pandet priusquam illa tota intus & singularis existat. — 21. Ioseph quando, vt quomodo se fratribus propalauit. — Gen. 45. n.1. — S. Pagn. — Philo. — 22. Cur secreto quis esset fratribus dixit. — Rupert. — Ambros. — Gregor.

quòd omoes sint expulsi extranei, quàm intus sola cum solo reperiatur sponsa.

Pulchrè Pagninus verba illa scripturæ, scilicet: *non se poterat vltra cohibere Ioseph, præcepit vt omnes egredereatur*: legit. *Quia non poterat amplius vim facere sibi, ob id clamauit, educite omnem virum à me.* Vim ergo sibi inferebat Ioseph fratribus se non ostendens: non equidem aliunde, nisi qoia summoperè illud desiderabat: at quia astabant extranei vim sibi intulit,

23. Christus dũ se animæ non cõmunicat vim sibi infert, & cur.

vsque dum clausus æstuans amor, foras prorumpere gestiens, clamauit, quasi vi erumpens foras desiderium, quod intus habebat, solum scilicet cum solis se constituere fratribus, vnde clamans præcepit, vt omnes egrederentur. Sic multoties quidem euenit, summo teneri Christum desiderio animæ se communicandi, in amplexusque ruendi arctissimos: voluntas nõ

24. Imaginationes, & inferiores discurs⁹ vim inferunt Christo ne se animæ cõmunicet.

deficit, amor eum impellit, at vim sibi infert, quia multi astant extranei & sola non reperitur anima dilecta. Adsunt Ægyptij, imagniationes nempè, discursusque vagi: adsunt distractiones, & vagationes, non intus est, nõ sola: vnde vim sibi infert, etsi summoperè illud appetat: at quando amor in summo, nec amplius sibi vim inferre potest, clamat vt foras omnes exeant, vt expellantur: nam nullus vult vt intersit agnitioni mutuæ familiaritatis, amorisque reciproci. *Non se poterat cohibere*, inquit scriptura, *Ioseph, multis coram astantibus*: vbi Paraphrasis Chaldæa. *Et non poterat Ioseph sustinere omnes existentes apud eum*, ob hoc clamauit, quia morosi sibi omnes illi. Sic Deus omne, quod à oobis foris est, non sustinet, quod extra nos, abhorret. impedimento ei sunt, quia secretom amat, & tale, vt securum eum à cuiuslibet visu, audituque reddat, qualiscumque ille sit, non sensus exteriores, non interiores relinquendi, procul omnes abigendi. sola voluntas vigeat amando, & intellectus simplici, ardentique intellectione fruendo, &

August.

hoc ita absconditè, ac secretò, vt nec ipsemet orans illud intelligat, aut animaduertat. Pulchrè hoc Augustinus libro primo Soliloquior. cap. 14. tomo primo, animo quærenti, quomodo, qua vè viâ, Dei illustrationem attingere posset. *Vnum est*, responder, *quod tibi possum præcipere, nihil plus nom, penitus esse ista sensibilia fugienda, cauendumque magnopere, dum hoc corpus agimus, ne quo eorum visco penna nostra impediantur, quibus integris, perfectisque opus est, vt ad illã lucẽ ab his tenebris euolemus, quæ se ostendere quidem dignatur in hac cauea inclusis, nisi tales fuerint, vt ista vel effracta, vel dissoluta possint in auras suas euadere.* Nil melius. Sic secretum Deus amat interius, vt nec intus existentibus se manifestet, nisi prius exterioribus effractis, ac dissolutis, ita vt omnino cum dilecto conuersans à quoquam videri non possit extraneo.

25. Angeli vt secretum, & absconditũ amant, in locutione cum anima.

Hinc fit, vt supremi illi ciues, supremorumque vertices Angelorum, hunc Dei assequentes morem. si quando aliquid ex eius mandato creaturis reuelare teneantur, summum, ac indicibile appetãt absconditum, & secretũ, silenter, occultè loquẽtes.

Enimuerò gratias parens Tobias fideli filij conductori rependere satagens, nun equidem publicè illud intentauit, sed ab alijs extractus, sacer inquit textus, ipse filiusque, *Tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere.* At inquit scriptura, quod, *tunc dixit eis occultè: benedicite Deum cœli*, Tob. 12. num 6. Adnoto illud

Tob. 12. n. 6.

occultè: si segregatus ab alijs, si in abscondito, si

A soli erant, nullusque extraneus, ad quid occultè? an quia reuelaturus Dei mysterium, dicturusque

26. Angelus vt occultè locutus dicatur Tobiæ, & filio.

quis esset, etsi non ab extraneo, quodammodo quia duo, ab ipsismet se celabat, & in ipsa occulta, segregataque parte, etiam occultius loqui voluit, vt si possibile esset, quamuis duo, non simul, sed vnusquisque separatim, & intus in animi recondito dicenda intelligeret: tam secretum, tamque absconditum in Dei reuelatione, ac locutione desideratur.

Enimuerò sponsa cùm foris quæsiuit dilectum, non inuenit. *Surgam, & circuibo ciuitatem, quæram*, inquit, *per vicos, & plateas, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni.* Cant. 3. num. 3. immò percussa, & vulnerata, *inuenerunt me custodes, percusserunt me, vulnerauerunt me*, cap. 5. num. 7. In quo loco primò Ambros. lib. de Isaac ca. 5. per ciuitatem, & plateas, exteriora hæc intelligẽs,

Can. 3. n. 3. & 5. nu. 7.

Ambros.

27. Christus in exteriorib⁹ nõn inuenitur etsi sedule quæratur,

B Christum in eis non inueniri affirmat, *Et fortasse*, ait, *ideo non inuenit adhuc, quia in foro quæsiuit, vbi lites sunt: in plateis, vbi nundina rerũ venaliũ.* Adnoto verbum illud, *fortasse*, quasi dubius de ratione, vnde illi de consimili re dubium, cùm tota sanctorũ clamitet schola in his non inueniri Deũ extrinsecis? an quia supra extremam, sedulãque sponsæ indagationem in his enarrauerat. durum illi apparens, talẽ diligentiam, sicque exactam frustratam esse inquisitionem? *Sed quia verbum Dei, ait, sicut capreola exilit, aut sicut hinnulus ceruorũ, semper vigilet anima, & prætendat, quæ requirit eũ, & quæ tenerè desiderat: ideoque quasi sublapsũ sibi in cubili inquit meo, in noctibus quæsiui quem diligit anima mea: qui benè*

28. Deus quomodo quærendus.

quærit, in cubili quærat, in noctibus quærat, nec die feriatus, neque nocte sit: nullũ tẽpus vacet à pietatis

C *officio, & si non inuenerit primò, perseueret quærendo, ideoque dicit, exurgam.* Ergo in cubili, in noctibus, per diẽ, nullo feriato tẽpore, indefessè, indeficienter que sponsa dilectum quærebat: mira, exquisitaque diligentia, merito quòd frustrata, ab Ambrosio admirata; quia per ciuitatem, plateasque, etsi diligẽter dilectum quærebat, quasi plus ad manifestationem sponsi publicitas impediret, quàm diligẽtia ad manifestationem impelleret. Quid ergo erit, quando negligenter in his quæretur. vagansque anima per illa inter negotiorum nubila caeternorumque factorum caliginem, remissè Deum quærat?

Nyssenus.

29. Deus nec in superioribus Angelis inuenitur ab anima, nisi transcẽdas.

Secundò Nyssenus per ciuitatem, naturam supermundanam, & quę intelligentia percipitur, accipit, Angelicam nimirum, ad quam inquit animã exurgere, & cogitatione obire: vbi nomine fori, Principatus sumit, & celebres Angelorum conuentus: no-

D mine verò platearum, incomprehensibilem eorundem spirituum multitudinem. In hac ergo ciuitate, in his foris, atque plateis non inueniri ait id, quod diligitur. Mirum, vt nec in his inueniatur sponsus, etsi omnes spiritus, cœlestiumque moratores sedium, quia ad extra sunt, non intus. Ergonè in caducis his inuenietur imaginibus corporalibusque

Ambros.

30. Animo Christo tãtum sit aperta, cæteris vero, & sublimibus clausa.

figmentis? O quàm benè Ambr. vbi supra c. 6. super illa verba Cant. 5. *aperi mihi soror mea*, aduertit, nõ simpliciter mandasse sponsum reserationem, sed sibi, extraneos excludẽs. *Aperi, inquit, mihi*, ait Amb. *sed extraneis claude, sæculo claude, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque tuũ relinquas lumen, & alienum requiras, quia materiale lumen tenebrosum, infundit caliginem, vt non videamus lumen vera gloria, aperi ipsam te mihi, noli coarctari, sed dilatare, & adimplebo te.* Nil melius: intus existendum, seræ sponso tantum aperiendæ: sponsi

tantum lumen, non extraneū, etsi altissimū, admittendū: Hinc ex percussionibus edocta sponsa, sciens foris non inueniri dilectum, ideo cùm illum apprehendisset, ne quod semel passa, amplius pateretur, duxit intus, ne foris stantem perderet illum, *Ianeai quē diligit anima mea, tenui eam, nec dimittā donec introducam illum in domum matris mee, & in cabiculū genitricis mea*, c. 3. n. 4. Nec ipsam imaginatio, consiliumque fefellit suum. nam intus, & non amplius foris existens securissimè degens, altissimoque contēplationis somno dormiēs, non solum dilectū non amisit, sed ne secum ipse placidè commorans excitetur, adiurat: vnde subdit. *Adiaro vos filia Hierusalē, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectā, donec ipsa velit*. Vnde nunc dilectæ talis somnus? talis quies, atque securitas? ex introductione sponsi in domum suam, hoc est intus, in profundum, & animæ suæ centrum, ibi inuenit, quod alias foris existens perdidit, & plagas, quas foris accepit, intus curauit amore, fauore: ac in se ipsa dilatata, vt consulit Ambr. super se sponsumque ostium occludens, non prius suauitatis oleum effluere destitit, quàm deficientibus vasis. ad summumque animæ potentijs repletis redundantes iam, amplius sufferre non poterant Intus ergo orandum, materialia excludēda, immo & infra Deum spiritualia: supra ipsam tandem animæ substantiam, vt inquit Aug. Deus quærendus, patiendo magis, quàm agendo.

31.
Quando inuenit dilectum & quos haasit fructus.

32.
Ordine non saltu, ad altissimā perueniendum orationem
August.

Cum hoc tamen aduertendum, vt id interim dicam, ordine, non saltu ad talem perueniendum orationem: nam, vt inquit Augustinus Soliloquior. lib. 1. cap. 13. de gradibus, quibus ad sapiētiæ contemplationem peruenitur, edisserens. *Ordine quodam ad illam peruenire bona disciplinae officium est: sine ordine autem vix credibilis felicitatis*: nam remouenda sunt impedimenta obstantia: *Multa sunt impedientia*, inquit Chrysostomus homil. 22. in epist. ad Hebræos. *multa prohibentia, multa obumbrantia intellectum nostram*: Nam licèt Deus ex se clarus sit, cunctisque obuius, quid hoc refert, si nos impedimentum afferimus? *Sicut enim*, inquit idem Sanctus, *sol equidem clarus, & in mediam coaetu propositus est, & non opus habemus eum quaerere: si vero nosmetipsos in terram defoderimus, & vndique adumbrauerimus, multo labore opus habebimus, vt solem videre possimus. Sic & in hac causa, si in profundo cupiditatum malarum, si in tenebris passionum, & sacularibus rebus defoderimus nosmetipsos, vix poterimus oculos aperire, vix respiciemus, vix intuebimur*. Nil melius: videre vis, & clausis oculis accedis, quî fieri poterit vt videas, & præcipuè lumen illud infinitum, luminare illud manus? immo time ne pro vita mortem reportes, superni luminis necatus ictibus. Exod. 19. num. 13. descensurus Dominus, seque populo in monte ostēsurus, vt lapidibus obrueretur montem tangens, etiamsi iumentum, strictè mandauit. *Lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis, siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet*. Numquid peccati capax iumentum, ob quod iubet occidi? non equidem iumentum, sed peccator, in cuius figura iumentum, qui merito dum nimis audax ad contemplationis montem accedere præsumit. confodi mandatur, & opprimi. *Bestia montem tangit*, inquit Gregorius libro sexto Moral. cap. 27. *cum mens irrationabilibus desiderijs subdita, ad contemplationis alta se erigit: sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinent, ipsis superni ponderis ictibus necatur*. Pulchrè: non alijs necatur ictibus, nisi ipso contempla-

33.
Remouēda prius impedimenta obstantia
Chrysost.

Exod. 19. num. 13.

34.
Ad cōtemplationem imparatus accedere audens ab ipsamet necabitur.

Gregor.

A
tionis pondere, dum superno repercussi fulgore eoque non viso, sæpè miserè se in maiores refundit tenebras: ergo excutienda est prius nebula. tollendus puluis, vt inquit Chrysostomus vbi supra, *Excutiamus ait, ergo puluerem, dirumpamus superiacentem, & impedientem nebulam, densa quidem est, & arcta, & non permittit vt suspiciamus*: Non permittit, quia obscura, & inter nos. Deumque diuidit nostrum: vnde quasi murus oppositus, non mirum si Deum non inuenimus, transiliēdus quippe est talis murus, disrumpenda talis nebula: at dices quomodo? audi eundem. *Si ad nos*, inquit, *attrahamus radios solis iustitia*. Perbellè, vis disrumpere nebulam, non foris quærito solis radios, sed illos intus ad te attrahito, oratione, precatione, insuper & mortificatione mundans animam, dignum eam præbens habitaculum Deo, cum quo intra illam semel ingressus conquiesce, vti noster faciebat
B
Sapiens, cum diuina dicens sapientia: *Intrans in domum meam, &c.*

35.
Nebulsmalarum affectionum quomodo scindenda.

Num. 17. *Cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalis est in cognatione sapientia.*

COMMENTVM LITTERÆ.

PAcem lætitiam, & gaudium superiori versu affirmauit Sapiens sibi euenisse ex conuictu, &
C
sponsalitio cum sapientia: nunc in hoc maius quid ex illius desponsatione asseuerat accepisse: immortalitatem nempè, quod percepit dum secum cogitaret, illiusque bona commeditaretur: vnde ait.

Connexio Capitis.

Cogitans, & commemorans, &c. Græcè, *& curans in corde meo*, hoc est, studiosè considerans, vel cogitans cum studio, & cura, quomodo sunt Dei res cōsiderandæ non perfunctoriè, & veluti per transitū.

1.
Dei res non perfunctoriè cogitandæ.

Immortalis in cognatione. Alij, *in cogitatione*. Alij, *immortalitas in cogitatione Sapientie*. Si priorē lectionem sequi velis, facit sensum, quòd qui cognationem, & affinitatem contrahit cum sapientia, ducens eam in sponsam, immortalitatem cōsequitur: immortalitatem tum famę apud homines. tum gloriæ apud Deum. Si verò secundam lecteris, alium facit, nempè quòd meditatio diligens, accurata, & practica sapientiæ, immortalitatem gignit. Prior sensus magis ad litteram, secundus non improban-
D
dus, immo suscipiendus. De priori sensu multa in superioribus diximus, & præcipuè in hoc capite num. 3. De secundo autem, hoc est de fructu, & necessitate orationis capite 7. num. 7. nunc verò breui compendio, de meditatione specialiter accipe alia.

2.
Famæ immortalitas a Sapientia.

HOMILIA CLIX.

Meditationis fructus: sapientiæ sponsalitium cum immortalitate.

IN *cogitatione Sapientie*, hoc est in eius meditatione, iuxta vnam lectionem, noster inquit Sa-

piens, immortalitatem consistere ab illa quodammodo progenitam, ac productam. Quod equidem non mirum, cùm ipsa, tamquã arbor fecunda eam in radice contineat: vt inferius hîc cap. 15. num.

1. Meditatio radix immortalitatis.

3. ipsemet affirmat, dum de Dei cognitione loquens, asserit in ipsa, eiusque meditatione immortalitatem reperiri. *Nosse enim te consummata iustitia est, & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis.* Nosse enim te, inquit, quod non alio fit medio, nisi meditando, aut ipsum, aut eius opera. De qua re eleganter Augustinus libro primo Soliloquior. cap. 13. docens, quomodo aliqui ad cognitionem ducendi sint sapientiæ, qui adhuc videre non valent, hos à valentibus distinguens.

August.

2. Magistri spirituales, vt ducere debent animas, ad contemplationem, vt tegete contemplatiuas.

Sunt nonnulli, ait, oculi tam sani, & vegeti, qui se mox vt aperti fuerint, in ipsum solem sine vlla trepidatione conuertant: his quodammodo ipsa sanitas dux est, nec doctore indigent, sed sola fortasse admonitione, his credere, sperare, amare satis est. Alij verò ipso, quem videre vehementer desiderant, fulgore feriuntur, & eo non viso, sæpè in tenebris cum delectatione redeunt, quibus periculosum est velle ostendere, quod adhuc videre non valent: ergo isti exercendi sunt prius, & eorum amor vtiliter differendus, & nutriendus est: Primò enim quadam illis demonstranda sunt, quæ non per se lucent, sed per lucem videri possunt, vt vestis, aut paries: deinde quod non per se quidem, sed tamen per illam lucem pulchrius effulgeat, vt aurum, argentum, & similia: nec tamen ita radiatum, vt oculos lædat: tunc fortasse terrenus iste ignis modestè demonstrandus est, deinde sydera, deinde luna, deinde auroræ fulgor, & albescentis cœli nitor, in quibus, seu citius, seu tardius, siue per totum ordinem, siuè quibusdam contemptis, pro sua quisque valetudine assuescens, siue trepidatione, & cum magna voluptate solem videbis: tale aliquid sapientiæ studiosissimis, nec acutè iam tamen videntibus, magistri optimi faciunt. Nil doctius, vbi placet vltimum adnotare verbum, nempè sic magistros optimos cum discipulis vti: vnde secundùm Augustini mentem, non optimi, qui secus: oculis enim lippis, immò & cæcis, temerario ne dicam ignoranti ausu, ante illud summum statim à principio discipulum exponunt iubar, omnem sanctam amandantes meditationem, etiam, quod horribile est dictu, ipsius sanctissimæ Christi humanitatis, quasi plusquam Augustinus, plusque sanctissimus saperent Bernardus, qui serm. 3. de Ascensione, ideo Christum affirmat nobis carnem proposuisse suam, vt ad eam nostros reduceret cogitatus, & de ea nos transferret ad spiritum. *Ad hoc autem, ait, carnem eis proposuit,* Apostolis nempè, *vt omnem cogitatum eorum ab humanis rebus ad carnem suam adunaret, & sic de carne transferret ad spiritum.* Vnde merito Bonauentura in stimulo amoris par. 3. cap. 1. fures eos appellat, qui ad diuinitatem, non per passionis ostium irrumpunt. *Quicunque enim, ait, ad contemplationis quietem, & dulcedinem, nisi per passionis ostium voluerit intrare, furem se reputet, & latronem:* Per hanc enim educendi, priusque exercendi, vt inquit August. manuque ducendi gradatim, antequàm illum summum aspiciant fulgorem, quo semel apprehenso, mirabiles in anima excitans amores, totiusque Dei obseruantiã legis, germinat immortalitatem. cuius principium ipsa sancta meditatio, qua nil in hac vita pretiosius, nil dulcius, cùm etsi laboriosa, aliquando dulces tamen parit fructus.

3. Digna reprehensione meditationem amandantes, & præcipue humanitatis Christi.

Bernar.

4 Christus cur Apostolis humanitatem suam proposuit.

Bonauen.

5. Fures sunt qui ad diuinitatem audent accedere, & non per ostium passionis.

An non mirabiles fructus, per eam ad concupiscentias sapientiæ peruenire nuptias, ad summam tandẽ immortalitatem? Hoc adnoto mysterium in sponsalitio illo Rebeccæ cum Isaac, à quo tanta illi bona prouenerunt: tunc scilicet voluisse Deum ad actum possessionis Rebeccæ, hancque ad eius domum peruenire, quando ipse ad meditandum exierat, quasi vt talem reciperet vxorem, tãtaque simul bona fructui ascriberet meditationis. Genes. 14. nu. 63. *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, & egressus fuerat ad meditandum in agro inclinato iam die: cumque eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul, qui Rebeccam ferebant, quam in tantum dilexit, vt dolorem, quem ex morte matris eius acceperat, temperaret.* Quod spiritualiter sanctus intelligens Amb. li. de Isaac, & anima cap. 3. hoc est pro Rebecca sanctam Christi Ecclesiam, eiusque in ea diuina accipiens rem mysteria, vt huius dignaretur recipere fructus, ideo in agro ad meditandum processisse affirmat Isaac, in mysterio nos edocens scriptura, vnicum ad Ecclesiæ salubres fructus recipiendos, medium esse meditationem, quos recepit Isaac, dum in agro ad meditandum exijt, vel vt Amb. legit, *ad exercendum,* seu, *abalienandum:* vtrumque enim optimè sanctæ congruit meditationi, cùm per illam, & contra vitia nos exercemus, & à terrenis his abalienamur ad cœlestia properantes. Quod eleganter prosequitur sanctus, dum ex prospectu Rebeccæ inflammatus Isaac, totus in eius admirationem pulchritudinis absorptus, terrena iam despiciẽs, oscula appetijt diuina. *Tulit erat Isaac,* ait, *cùm Rebeccam aduenientem expectaret, præparans se copula spirituali, veniebat enim cœlestibus dotata mysterijs, veniebat magna secum ornamenta aurium, & manuum ferens, eo quod audita, & operibus emineat Ecclesiæ pulchritudo, cuius animus videns mysterium Christi, videns Rebeccam venientem cum vasis aureis, & argenteis, tamquã Ecclesiam cum populo nationum mirata pulchritudinem Verbi, & sacramentorum eius, dicit: osculetur me osculo oris sui.* Cuius diuini suauitatem osculi, ac fructum inferius declarans, non minus ei, quàm mutuam, miscellaneamque, vt sic dicam, spirituum infusionem attribuit. *Hoc est enim,* ait, *osculum verbi, lumen scilicet cognitionis sacræ: osculatur enim nos Deus verbum, quando cor nostrum, & ipsum principale hominis, spiritus diuinæ cognitionis illuminat, quo anima dotata charitatis pignore nuptiali, læta, atque ouans dicit: os meum aperui, & duxi spiritum.* Cuius assignans effectum, subdit, *Osculum enim est, quo inuicem amantes sibi adhærent, & velut gratia interioris suauitate potiuntur: per hoc osculum adhæret anima Deo verbo, per quod sibi transfunditur spiritus osculantis: sicut etiam ij, qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur transfundere.* Quis hoc crederet, nisi sanctus diceret, vt non minor sit meditationis fructus, quàm humani, diuinique spirituum communicatio? vnde per illam assurgens homo, diuinis factus charismatibus dignus, ad osculum perueniat diuinitatis, quo mediante, transfusione reciproca admirabili, & homo fit diuinus, & Deus humanus: opus voluntate magis adorandum, quàm verbis exprimendum.

A

6. Meditatio Paranimphus sponsalitij cum Deo.

Genes. 14. num. 63.

Ambros.

B

7. Medium ad pœnitẽtiam exercẽdam, nosque abalienandos fructusque Ecclesiæ recipiendos.

C

8. Per eam communicatio fit spirituum inter animam & Deum.

D

Hinc profectò euenit, vt ex mutua transfusione, sic per sanctam immutetur cor meditationem, vt si prius carnale, sit postea spirituale: sicut prius mundi, postea Dei, & vnde prius inferioribus deditum, postea superioribus: & tandem sicut prius

9. Meditatio cor hominis immutat ex carnali in spirituale.

A totum in carnalibus concupiſcentijs, deinde totum io ſuperioribus ſit deſiderijs, ita vt nil aliod, niſi ipſum Deum, ipſamque ſapientiam concupiſcat diuinam. *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei*, in-

Eccleſ. 6. num. 37.

quit Eccleſ. 6. num. 37. attende dictum: meditationem enim præceptorum ſuadet Dei, & oon quamlibet, ſed feruentem, accuratam, continuam: vnde & ſequitur. *Et in mandatis illius maximè aſſiduus eſto*, hoc eſt aſſiduè, conſtanter, perenniter meditare, non vno, aut altero die. *Et ipſe*, ſubdit, *dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.* Quid eſt, dabit tibi cor? numquid abſque corde non meditans? non equidem, & cor habet, ſed carnale, craſſum, immundum: at poſtquàm factus eſt homo meditans in Dei mandatis, datum eſt illi cor ſpirituale, ſubtile, mundum: hinc ſapientiæ concupiſcentia ei præſtita vnde ſicut prius eius concupiſcentia erat in terrenis, poſtea io cœleſtibus, ſicut prius inferiora amabat, poſtea ſuperiora; & vnde B prius his caducis, [illegible]imiſque addictus, poſtmodum totus in diuinis & altis, audax factus, ad ſponſalitium præſumit peruenire diuinum. Nec mi-

10\. Meditans nō proprio viuit corde, ſed Dei.

Cant. 5. num. 2.

rum, cùm orans, & Dei meditans legem, proprium Deo refundens cor, non amplius ſuo, ſed Dei viuat corde, hinc non terrena appetit amplius, ſed cœleſtia. Hoc, ni fallor, in illo innuitur Cant. 5. num. 2. nempè: *Ego dormio, & cor meum vigilat*, vbi iuxta Rabbi Salomon, Moyſen, alioſque Hebræos Deum cor ſuum vocat ſponſa: ſomnum autē meditationem, ſeu diuinorum contemplationem, in qua dum omnium oblita terrenorum, excubat, impetrare meretur, quod vigilans nunquā accepiſ-

Geneſ. 28. num. 12.

ſet. Sic Iacob Gen. 28. n. 12. dormiens ea vidit myſteria, quæ vigilans non viderat: & inſuper cor ſuum vigilare, hoc eſt Deum, dum ipſe dormiebat. Quod C egregiè proſequitur Amb. ep. 60. quæ ad Aſinium

Ambroſ.

ſcribitur, dum ait. *Eſt ſanctorum etiā ſomnus operarius, ſecundum quod ſcriptum eſt: ego dormio, & cor meū vigilat, & ſecūdùm quod Iacobus ſanctus diuina dormiens videbat myſteria, quæ vigilans non viderat, de cœlo ad terras aërem peruium ſanctis, reſpicientem Dominum, & pollicētem terræ eius poſſeſſionem: itaque breui ſomno dormiens impetrauit, quod magno labore poſtea acquiſiuit.* Pulchrè dictum hoc

11\. Meditatio, cum mortificatione ſemper ſit coniuncta, vna enim impetrat, altera acquirit.

extremum. magno labore acquiſiuit, quod breui ſomno impetrauit, ad ſignificandum, quā iunctim meditatio cum actione, operūque exhibitione, inueniri debeat: nā ſi illa impetrat, labor, & actio acquirit: immo vt in ſomno vigilet meditationis, attentéque oret, debet per mortificationē his dormire exterioribus, vt ioquit Nyſſe. *Somnus*, ait, *similitudo ſit mortis: dormit tunc pia anima, eùm inſtar D mortua ſe habet erga ſenſibilia in ſenſibus, & in affectibus, tūcque in illa vigilat cor, cū contēplationi indulget virorū bonorū, in qua per diuinā vigiliā, Dei*

Niſſenus.

12\. Somnus animæ quæ.

ſuſcipit apparitionem. Quibus conſonās idē Ambr.

Ambroſ.

li. exhort. ad virg. circa medium, ait. *Dormiat caro tua, vigilet fides: dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia: membra tua redoleant crucem Chriſti, & ſepulturæ odorem, vt nihil ijs ſomnus caloris infundat, nullos excitet motus:* hoc enim ſomno dormiens ſponſa, ſimulque in illo per ſanctas vigilans meditationes, ad illius poſſeſſionē peruenit, quod aliàs vigilans non fuiſſet adepta: nā ad id talis dirigitur ſomnus, vt ſponſalitium mereatur ſapien-

Auguſt.

tiæ. Quod egregiè dixit Auguſtin. tract. 57. in Ioan. de his, qui remoti à curis ſtudio vacāt, & doctrinæ.

13 Studia hominum ad quid dirigi debeant.

In eis, inquit, qui libenter, & humiliter audire norunt, & vitam quietem in ſtudiis dulcibus, & ſalubribus agunt, Catholica delitiarum Eccleſia, dicit, ego dormio, & cor meum vigilat, ideſt, ita quieſco, vt audiam: otium meum non impenditur nutrienda deſidia, ſed percipienda ſapientiæ. Quod æquè, & à fortiori de ſtodio dicetur meditationis, hoc enim non ad deſidiam, ſed ad ſapientiam dirigitur percipiendam.

Hinc *beatus* (vt S. inquit Rex pſ. 1. n. 2.) *Dei meditans legem die ac nocte*; quia vt S. inquit Olympio. *Pſa. 1. n. 2.*

Olympiod.

14\. Meditatio cur beatos faciat homines.

in Eccleſiaſten Sal. c. 12. ſuper illa verba n. 12. *faciēdi plures libros nullus eſt finis, Meditatio, quā intēdimus circa diuinos libros, in qua nos verſari, die, nocteque ſanctus Dauid hortatur, cùm dicit: & in lege eius meditabitur die, ac nocte: non eſt labor carnis, ſed exultatio ſpiritus.* Quod maximū benè callens emolumentum S. Legiſlator Moyſes Deuter. *Deuter. 6. num. 7.*

15\. Meditationem vt ſua debat Moyſes.

6. n. 7. præceptorum meditationis aſſiduitatem ſic inculcat, vt velit, noo ſolum quod domi manentes, B ſed in via ambulantes, & amplius, non ſolum vigilantes, ſed quod etiam dormientes firmiter illi inhæreant. *Et ea meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens.* Sciebat enim Propheta ſanctus ſimul, & legiſlator, vim ſanctæque efficaciam meditationis: qoia, vt inquit S. Abbas Iſacius tom. 5. Biblioth. Patrum pag. *S. Iſacius.*

16\. Eſt principium ignis diuini in corde.

187\. *Ex nouis cogitationibus, quæ ſuperueniunt menti*, meditando ſcilicet, *& ex operatione*, virtutum nempè, *oritur calor ſine menſura in corde meditantis*: quo ſemel repleto, quid non operatur in via Dei? aut quid deſinit operari? non mirum igitur, ſi totus corde ardens ad concupitas ſapieōtiæ perueniat ouptias.

Sed ad tam continuam, perennemque meditationem, quis dignus vt perueniat? aut quis illud meC tebitur? hoc opus, hic labor: ille ni fallot, mihi videtur, qui lachrymis, qui vigilijs, ac pœnitentijs mundum habebit cor, abſque peccato, abſque macula, Pſ. 18. n. 14. *Si mei non fuerint dominati*, S. in- *Pſal. 18.*

quit Propheta, *tunc immaculatus ero*: dominium *num. 14.*

17\. Cor mundum requiritur ad orationem.

pertimeſcebat delictorum: nam ſupra dixerat: *delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* hæc inquit, quia ſi ipſius dominati non fuerint. tunc immaculatus erit, & mundum habebit cor: at quid poſtea, poſt talem mūditiem? *Erunt*, inquit, *vt complaceant eloquia*

18\. Et ad euagationem mētis coercendam.

oris mei, & meditatio cordis mei in cōſpectu tuo ſemper: quando ſemper? poſt cordis munditiam, non ante: ero immaculatus, meditabor ſemper, cur? quia placita erunt coram Deo, tunc, & non ante, eloquia oris mei: meditabor ſemper, quia gratanter aſſiſtam antè Altiſſimi conſpectum, dum munD dum erit mihi cor; *Taceant ad me inſulæ*, per Iſai. *Iſai. 41.*

41\. oom 1. pronunciat Altiſſimus, *& gentes mutent* *num. 1.*

19\. Homo vt fortitudinē mutat.

fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus. Pondero primo ſilentium inhibuiſſe, poſtea locutiooem mandaſſe, & myſterium agnoſco in eo, quod præcipit: fortitudi- *Procopius.*

nis ſcilicet mutationem: hoc eſt, inquit Procopius, *Theodore.*

vt veteri relicto homine, nouum induant; Et vt Theodoretus, *alios ex alijs factos*: hoc eſt, relicta vitiorum imbecillitate, prauarumque incendium cupiditatum, virtute ſpiritus, ſicut prius ad vitia fortes, ſic poſtea ad virtutes adamantini. Silentium ergo primum indicit, quia maieſtate indignum Dei, vt coram ipſo peccatores loquantur: at poſt fortitudinis commutationem, poſt acceptam ſanctitatem, poſtque alteri euaſerint viri, tunc inquit, accedant, & loquantur: quia tunc tanquam obiectum acceptabile, nihil in ſe ipſis de

pristina inuenientes fortitudine: extra omnẽ mundi, facti sollicitudinem, benè poterunt die, ac nocte, semper, ac incessanter in Dei lege meditari.

Isacius.

20\. Religiosi quali debeāt esse vita.

Quod idem dixit Abbas Isacius vbi supra, dum ait. *Decet enim religiosum, qui se tradidit operationi cœlesti, quotidie extra omnem sollicitudinem temporalium semper esse, vt factus in semetipso, nihil penitus inueniat in se de hoc mundo, huiusmodi enim sanctus in otio irreuocabiliter in lege Domini die ac nocte poterit meditari.*

21\. Abrenuntiatio rerum ad meditationem necessaria.

Vbi aduerto, præter cordis mundiciam, quæ ad continuè meditandum sanctus expetebat Dauid, omnium etiam abdicationem, atque abnegationem Isacium necessariam duxisse, & satis equidem ad rem: nam cùm meditationis finis acquisitio sit sapientiæ, eiusque sponsalitij, vt facta spirituum commutatione, sicuti supra diximus, meditans in Deum euadat, nisi abdicatis omnibus, ad illum non perueniet, cùm & æqua poscat ratio, vt semel se diuina præbitura in sponsam sapientia, è

22\. Sapientia diuina cur pauperi meditanti libentius se præstabit, quam alteri, qui non ob eā pauper.

duobus meditantibus, quorum alter omnia penitus à se abdicauit, alter verò minimè, primum præeligat, relicto posteriori: Hoc equidem secretum mihi videre videor in verbis illis Labani Iacobo Rachelem petentis Genes. 29. num. 19. *Melius est, vt tibi eam dem, quam alteri viro.* Vnde melius? Considera statum Iacobi, & quæ Rachelem petens dixit, & illud, *melius*, perspicies, *Num quia frater meus es?* dixit ei Labanus: *gratis seruies mihi, dic quid mercedis accipies?* cui Iacob, *seruiā tibi pro Rachele filia tua minore septem annis.*

Genes. 29. num. 19.

23\. Iacobi amor erga Rachelem quantus.

Mirum, si Iacobi statum consideres: à domo erat extorris paterna, solus, & nud°, pane indigus, & aqua, sic inopia timidus, sic animo, cordeque pusillanimis, vt etsi cœlum vidisset apertum, promissiones audisset magnificas, ingentes, & vltra captum stupendas. *Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo: dilataberis ad Orientē, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem: ero custos tuus quocūque perrexeris, reducā & in terrā hanc*, tandem, *nec dimittā, nisi compleuero quæ dixi.* vbi supra c. 28. n. 14 Tamen cùm tanta talia que audisset, pro pane vouerit, & pro vestimento?

Ibi c. 28. num. 14.

Quis ergo votum Iacobi audiens, & simul Labanū mercedem offerentem, panem illum, & vestimentum petiturum non putasset? at non sic, sed suæ inopiæ, suæque oblitus pœnalitatis, factus corde magnus quia amans, & æstuans, solam Rachelem expetijt, quia præter eam, cordi nil aliud inhærebat, vnde dixit; *seruiam tibi pro Rachele*, pro Rachele dixit, non pro me, sui penitus oblitus, totus in Rachelem transfusus: hinc illud, *melius*. Sic diuina equidē sapientia meditanti sponsabitur, sed cui? qui cuncta relinquens, sui immemor, corde magnus, pro ea, eiusque acquisitione, die noctuque laborabit meditans: hic in sponsam eam accipiet, simulque æternam cum illa possidebit immortalitatem.

24\. Meditatio non solum bona spiritualia, sed temporalia, etiam præstat.

At numquid æterna tantum meditatio parit bona, an & hæc etiam inferiora? immo & hæc vtraque præstans, vtrisque hominem ditans: intelligant huc carnales, & saltem ob hoc die, noctuque meditentur. scio carnale hoc esse, sed vt sanctus aiebat Apostolus ad Philip. 1. n. 15. *Siue per occasionē, siue per veritatem Christus annuntietur, in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* meditentur in lege Domini, etsi non sincerè, ob hoc gaudeo, & gaudebo: imperfectè incipient, fortè perfectè consumabunt: ad prosperitates ergo humanas adhuc sancta deseruit meditatio, Iosue 1. n. 8. *Non recedat volumen legis huius*, præcepit populo, *ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.*

Ad Phili. 1. num. 15.

Iosue 1. n. 8.

Quid est, tunc diriges viam tuam? Hebræa lectio illud exprimit *tunc secundabis*, inquit, *vias tuas, & intelliges*, vbi Caietan°, *duos fructus*, inquit, *manifestat, alterum prosperitatis exterioris, alterum intelligentiæ internæ:* Vtrumque bonum affert meditatio, internum, & externum; animam ditescit, & corpus: nun solum, *vt copiosa mater parit intelligentias spirituales*, inquit Bernardus ser. 81. in Cantic. *sed etiam corporales:* ita vt modum sciat, viamque inueniat, ad hæc sæcularia quoque apprehendenda, & gubernanda: *docete filios vestros*, aiebat Moyses populo, Deuter. 11. num. 17. *vt illa meditentur*, præcepta scilicet, & verba, quæ dixerat, *vt multiplicentur dies tui in terra, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis, quamdiu cœlum imminet terræ*. Ergo multiplicationis causam dictum, idest, omnium accretionis, & augmentationis bonorum, meditationi assignat sanctus legislator.

Caiet.

Bernar.

Deut. 11. num. 17.

25\. Meditationis nomina præclara.

Gerson.

Nec mirum, nam, vt inquit Augustinus, *intellectus cogitabundus est principium omnis boni*. Omnis dixit, temporalis, & spiritualis, tum in hac, tum in altera vita: hîc dat, eiusque contribuit bona in altera immortalitatem. Vnde rectè meditationem nominibus appellauit Gerson præclaris, dicēs, quod est, *Soror lectionis, nutrix orationis, directrix operum, omniumque pariter perfectio, & consummatrix existens.* Optimè dictum, consummatrix, & perfectio omnium: nam tolle meditationem, tolles etiam & orationem, cùm si quibus indiges, nescias, aut quia indiges, ignores, quomodo orabis? *Meditatio* inquit Bernar. serm. 1. de sancto Andrea, *docet quid desit, oratio, ne desit obtinet: meditatione cognoscimus imminentia pericula, oratione euadimus.* Ergo sine meditatione nec indigentiam, nec pericula sciemus: hinc nec orabimus: tolle orationem, vbi perfectio? vbi virtutum consummatio? Rectè ergo eam appellauit Gerson, *omnium consummatrix, & perfectrix*, Nec mirum, nam, vt noster inquit Sapiens, parit ipsa immortalitatem, dum de sapientia cogitat, & meditatur.

26\. Sine meditatione non erit oratio.

Bernar.

Num. 18. *Et in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manus illius, honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, vt mihi illam assumerem.*

COMMENTVM LITTERÆ.

AMantium proprium est eadem sæpè repetere, & inculcare, & nouo gustu quem ex noua illa commemoratione percipiunt. Sic noster sapiēs sponsæ suæ amantissimus in hoc renouat versu, eademque repetit bona, quæ superius de sua dixerat sapientia, vtpotè delectationem in eius amicitia, honestatem, sapientiam, & præclaritatem; quæ omnia, vt vidimus, etiam in superioribus dixerat. Vnde ait,

In amicitia illius delectatio bona: hoc est, honesta, studiosa, non turpis, non tantum naturalis. Vide

Aristot. Aristot. Ethic. 10. qui de delectatione disputans, A concludit eam talem futuram, qualis illius materia circa quam versatur: vnde cùm sapientis de diuina sit sapientia, hinc & eius delectatio diuina, cœlestis, ac super humana.

1. Delectatio talis erit qualis eius materia.

In operibus, hoc est in laboribus, quod suprà etiam nu. 7. dixerat, cùm loquit: *labores huius magnas habent virtutes.*

Honestas sine defectione. Græcè: *diuitiæ indeficientes*, sic etiam dixit supra cap. primo, num. 11. & 14.

In certamine loquelæ illius sapientia. Græcè, *in certamine colloquij illius prudentia*, vel, *in exercitatione conuersationis illius*, Vatabl., *in vsu colloquij illius prudentia.* Dupliciter hanc sententiam intelligunt authores. Aliqui, vt Iansenius, & alij,

Iansen. affirmant hîc præscribi modum, quo sapientia, & prudentia acquiratur, qui est frequens vsus, ac de B

2. Modus quo sapientia acquiritur. sapientia collocutio, cùm certissimum sit, in omni facultate & ar[illegible] vsum magistrum esse optimum. Quapropter secundùm istos, hunc reddit sensum, scilicet, per hoc, quòd quis se exercet, frequenterque de sapientia cum alijs, aut cum ipsa loquitur, sapientia acquiritur, & prudentia. Alij,

Lorin. vt Lorinus & reliqui, nolunt hîc præscribi modum, quo sapientia acquiratur, sed quid ipsa conferat: scilicet, vt si sapientes simus, tales & apud alios sermones habeantur nostri, vnde facit sensum: & in congressu, seu sermone de sapientia, sapienter disceptabo, sapiensque apparebo. Qui sensus magis ad literam, licèt primus etiam accipi possit.

3. Sapientiæ effectus. *Et praeclaritas in communicatione sermonum ipsius.* Vatablus, *fama claritas in communicatione sermonum eiusdem.* Tripliciter hanc sententiam

Bonauen. intelligunt authores. Aliqui, vt Bonauentura, & alij, illam exponunt, vt tales sapientia sermones sui efficiat discipuli, vt dum cæteris communiuntur, vel de eis alij inter se colloquantur, præclari, illu-

Lorinus. stres, & famosi habeantur. Lorin. vt qui communicat cum sapiente, decus, laudemque ex tali acquirat

Hugo. communicatione. Alij verò, vt Hugo, Lyranus, &

Lyran. reliqui, dicunt sensum esse, in doctrina sapiẽtis perspicuitatem adesse, & elegantiam orationis, ita vt aptè, intelligenterque sensus declaret. Omnes sensus boni, sed primus magis ad literam.

4 Amor est inuerecundus, audax. *Circuibam quaerens.* Descriptio est accurati, studijque solliciti, & vt benè Lorin. *quodammodo impudentis, ac nihil verentis*: amor enim audaces facit, nil veretur, personam propriam non considerat,

Bernar. inuerecundus est: de qua re præclarè Bernard. serm. D 9. in Cant. super illa verba: *osculetur me osculo oris sui*, vbi de audacia amoris, sic: *Non quiesco, nisi osculetur me osculo oris sui: gratias de osculo pedum, & manus, accepi fateor, meritis potiora, sed prorsus inferiora votis, desiderio feror, non ratione: ne quæso causemini præsumptionem, vbi affectio vrget: pudor sanè reclamat, sed superat amor: nec ignoro, quòd honor Regis iudicium diligit, sed præceps amor, nec consilium præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi subijcitur: rogo, supplico, flagito, osculetur me.* Nil elegantius.

HOMILIA CLX.

Collocutionis sanctæ, rerumque spiritualium fructus.

IN *certamine loquelæ sapientia*, inquit Sapiens, quod ipsa acquiritur sapiẽtia: quid est enim certamen loquelæ sapientiæ, nisi collocutio, quæ fit inter plures de illa? quid nisi collocutiones sanctæ, & confabulationes spirituales, quæ inter homines habentur sanctos, quæ dum sæpè exercentur, ipsam pariunt sapientiam, ipsamque prudentiam, ipsiusque tandem amorem, & æstum. *Ignitum eloquium* B *tuum vehementer*, ps. 118. n. 140, sanctus aiebat Rex: *Psal. 118. num. 140.*
si ignitum, quid aliud efficiet, nisi inflammare, cordaque accendere, vti ea discipulorum Lucæ 24. *Luca 24.*
Vris enim sermo diuinus, inquit Ambrosius hîc, *vt corrigat conscientiam peccatorum, non exuris, vt perdat*, ad quem Dominus incendendum venit in terram, pro lignis verba adaptans ignita: *Quem ergo Dominus*, inquit idem sanctus, *ignem in nouo sparsit testamento? qui secretos mentium diuinæ ardore cognitionis inflammaret affectus, qui vaporem fidei, & deuotionis adoleret, qui cupiditatem virtutis accenderet: hoc sermonum igne cœlestium vaporati, Cleophas, & ille alius, qui simul cum Domino ab Hierusalem vsque ad castellum confecerant iter, dicebant: nonnè cor nostrum, &c. ignis ergo hic sermo Christi est, & bonus ignis, qui calefacere nouit, nescit exurere, nisi sola peccata.* Pulchrè: calefacit, at

Ambros. 1. Verbũ Dei ignis peccata exurens.

C non exurit, nisi peccata: quia etsi accendat, delectat, non affligit, dulcescit, non amarescit, nisi quando peccata adsunt, tunc acriter exurit, sed vt inquit sanctus, vt corrigat, non vt perdat. Sic rubus, in quo Dei ignis Exodi 3. vrebatur, & non exurebatur, quia & ipsum corrigere, non perdere procurabat. *Hoc igne vrebatur rubus*, inquit idem sanctus, *& non exurebatur: nam hic ignis extinguere materialium sæua flammarum consueuit incendia*: quæ si absint, corda calefacit, inflammat, accendit, etsi aliàs frigida.

2. Delectat nõ amarescit nisi quando adsunt peccata. *Exod. 3.*

In canticis filiæ Hierusalem frigidæ, nec sponsum nouerant, nec eius amorem, vt vult Sotomaior hîc, vnde de illo non curabant has sic frigidas in instanti factas inuenies ignitas, ac prorsus ob amorem sponsi deperditas: ita vt etsi mulieres, & adolescentulæ, non eas deterreant aut noctis pericula, aut recenter spoliatæ, atque vulneratæ sponsæ exemplũ, quominus sponsum quærere, ac eius præsentia frui vellent: vnde & dicunt Cant. 5. num. 16. *Quò abijt dilectus tuus, quò declinauit, & quæremus eum tecum?* Vnde eis tantus ardor? vnde tantus amor? nisi à colloquio cum sponsa de eius sponso: hoc illas inflammarat, hoc illas accenderat: sponsa enim eas adiurauerat, vt sponso renunciarent, quia eius amore languebat: *Adiuro vos, si inueneritis dilectum, vt nuncietis ei, quia amore langueo*: quo audito, quasi nouum quoddam, & mirum, vt scilicet mulier, & adolescentula quærat virum, & insuper quod amore languere pronunciet: stupefactæ, & admiratæ causam rei sic nouæ, inositatæque sciscitantur, vnde ei dicunt: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos.* At postquam sponsam de dilecto differentem audissent, verbaque illius in earum auribus resonassent, tantus ardor in ipsarum

3. Frigida corda inflammat. *Sotoma.* *Cant. 5. num. 16.*

4. Verba spōsæ de sponso, vt accēderunt Hierusalem filias. *Nissen.*

ipsarum exarsit cordibus, tantamque in eis ipsa excitarunt flammam, vt statim oblitæ, quòd ipsæ etiā essent mulieres, nec sponsæ infortunia reuerentes, quæ & vulnerata, & denudata, illicò dicunt ei: *Quò abyt dilectus tuus, quò declinauit, & quæremus eū tecum.* Vbi, aut vnde tantus ardor? nonne à sancta collocutione, quam cum eis de sponso habuit spōsa? vnde meritò Nyss. Orat. 15. in Cant. eleganter per cōparationem primorū Apostolorū, ostendit filiarum Hierusalem erga sponsum incendiū verbis attribuendum spōsæ, quæ sic illas inflammauit, & accendit: *Quemadmodū,* ait. *Andreas quidē per vocē Ioannis ad agnum illum deductus est, Nathanael autem à Philippo ad lucē ductus, & circūcingente ipsum legis vmbra digressus, ad verum lumē peruenit: sic etiam hæ iuuēcula ad inuentionem indicati eis boni, sponsa pulchritudinis perfectionē adepta, ducevtūtur, eā q; sic cōpellant, quo abyt, &c.*

Sic etiam, parique modo Iethro Moysis cognatus Exod. 18. n. 8. etsi gentilis, Deiq; inimicos, totus in Dei amorem exarsit, non equidem Dei audiens mirabilia, sed quādo sāctus illi ea narrauit Moyses, ex collocutione Dei accensus, ex verbis spiritualis inflāmatus hominis.

Exod. 18. num. 8.

5. Iethro in Dei amore inflammatus ex sancta confabulatione.

Cūq; intrasset tabernaculū, inquit Script. *narrauit Moyses cognato suo cūcta quæ fecerat Deus Pharaoni, & Ægyptijs propter Israel, vniuersumq; laborē, qui acciderat eis in itinere, à quo liberauerat eos Dominus.* Ex qua sancta inflāmatum cor Gentilis cōfabulatione, sic eius illustrata, ac illuminata extitit mens, vt dixerit: *Nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes Deos,* vbi notandum illud, *nunc,* quasi dicat nunc, non ante, nunc ex verbis tuis, ex narratione tua, ex cōfabulatione tua, nunc aperti sunt mihi sensus, intellectus clarificatus, & cognoui, quòd magnus Dominus super omnes Deos: at nō hic solū huius extitit fructus collocutionis; non tantū intellectū illustrauit C Gentilis, sed etiam voluntatem accēdit, & cor mūdauit, tres illos diuini effectus sermonis in eo operans, mundationem, ascensionem, & illuminationē, à D. Ambr. vbi sup. in Psal. 118. diuino ascriptos sermoni: *Tripliciter,* ait, *describe tibi ignitum eloquiū Dei, vel quod mundat, vel quod accendit, vel quod illuminat audientes.* Sic ex Gentili factus Iethro Israelita, mente illustratus, mūdo corde, affectu accensus, nnn quodlibet, sed holocausti Deo obtulit sacrificiū.

6. Sermonis spiritualis effectus. *Ambr.*

Obtulit ergo Iethro holocausta, & hostias Domino, vbi supra: sic deiode io Dei amore feruēs, vt suam in Deum fidem, etiam in posteros propagasset: nam, vt aduotat Cornelius hîc, ab eo originē retulerunt Rechabitæ, viri sanctissimi ab Hieremia cap. 35. satis, abundeque laudati; tantū cum eo potēs Dei extitit cōfabulatio, sic eius statim mūdauit animū, vt omninò ex Dei inimico fieret amic⁹. D

6. Rechabitæ vnde originem duxerunt. *Cornel. Hier. 35.*

Enimuerò ad Ioseph accedēres fratres, vt cibaria emerent, acriter, durè, terribiliter eos est allocutus: *Recordatus,* vt sacer inquit text. Gen. 42. n. 9. *somniorum, quæ aliquando viderat,* nullā eis ostendens clementiam nullam pietatem; integrum, seuerum corde omnino imperterritū se eis ostentans: qualis ergo vis tantam expugnauit duritiam? quis cor illud durum in molle sic reddidit, vt lachrymas effunderet, etsi secretè? ibi n. 24. *Auertitque se parūper, & fleuit;* quis sic cum eis illum liberalē effecit, *vt ministris iuberet, implerēt eorū saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibarijs in via?* nihil equidē aliud, nisi dolens inter eos confabulatio de delicto contra eū iā olim patrato, *Et locuti sunt ad inuicem, meritò hæc*

Gen. 42. 9.

A *patimur, quia peccauimus in fratrem nostrū, vidētes angustias animæ illius, dū deprecaretur nos, & non audiuimus; idcirco venit super nos ista tribulatio:* n. 21. hæc enim inter se loquentes, sic cor emolliuit illud, vt in fletū erumperet, quod prius vt adamas extabat. Numquid non & cum Deo dolens de eius offensis sancta similiter non efficiet collocutio? quis neget? tristis enim anima de peccato, amarè de eo cū fratre conquerens, sic ad compassionē Deū ducit, vt etsi iratus, irā dimittat, peccatumque deleat. *Iniquitatem meam ego annunciabo,* sanctus inquit Rex Psal. 37. nu. 19. *& cogitabo pro peccato meo;* vt illud scilicet deleam; quid cogitauit? hoc ipsum, quod supra dixerat, annūciare scilicet iniquitatem suam, vt Deus eam deleret; vnde alibi: *Iniustitiam meam non abscondi, dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei,* Psal. 31. n. 5. medicamentū enim expiationis, humilis extitit declaratio culpæ.

7. Confabulatio dolens de peccatis Deum ad misericordiam prouocat.

Psal. 37. num. 19.

Psal. 31. num. 5.

Chrysost.

B Egregiè Chrysost. hom. 9. in cap. 6. ad Hebræos, hunc exponens locum: *Quale,* inquit, *est medicamentum pœnitentiæ, & qualiter conficitur? primò exculpando propria peccata, eademque declarando: iniquitatem meam non celaui, cum contritione, cum fletu, cum lachrimis, cum tristitia;* nam, vt inquit idem sanctus homil. 5. de pœnitentia tom. 5. *Rogum peccatorum extinguimus, non in aquis multis, sed per vim cum lachrimis:* immò vt ipsemet concione prima de Lazaro, *etiam gehennæ incendium,* ô magnus cum Deo collocutionis fructus! non solum illuminat mentem, inflammat voluntatem, purgat animum, sed iram vertit in misericordiam Dei. Plorat Ioseph dissimulatūq; amplius sustinere nō potest amorē, dū de eius offensa amarè colloquentes vidit fratres: plus nos diligit noster ille verus Ioseph, complorabit & ipse, si te dolēter C de tuo conqueri cum fratre viderit peccato, dona etiam addet, saginabit, replebit.

8. Lachrymæ & peccata, & inferni ignem extinguunt.

At in fratrū Ioseph cōploratione adnoto, nō casu illos nō memorasse venditionē, aut expoliationē, aut in lacū proiectionem, sed tantum duritiē, dum in angustia eum videntes, lachrymisq; deprecantē, eum non audierunt: maiora equidem erant illa, & tamen eorum non recordantur, sed tantum de duritia: meritò quidem ob duo: Primùm, quia sæpè plus Deo circūstantiæ displicent peccatorū, quàm ipsamet peccata. Cuius equidem ratio, quia cùm secundùm Theologorum doctrinam in 1. 2. quæst. 73. duplex sit in peccato malitia, intrinseca, & extrinseca, & illa ex formis denegatis, hoc est, virtutibus oppositis sumatur, hæc autem ex circūstantijs, tales possunt occurrere circūstantiæ, vt plus augeatur malitia peccati ex illis, quā ex virtutibus oppo- D sitis. Adulterio peccauit Dauid, & Deus nō de illo, sed de circumstantijs cōqueritur: *Vxorē illius accepisti in vxorem,* 2. Reg. 12. 12. vt aliàs etiam pōderauimus: non imponit adulterium, imò & Nathan amplius circūstantias, quàm ipsum pōderauit peccatum: *Duo viri erant,* inquit, *in ciuitate, vnus diues, & alter pauper, diues habebat oues, & boues plurimos valde, pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam.* Hoc ponderauit, quia amplius displicuit: nam adulterij intrinseca malitia cùm sumatur ex oppositione ad castitatis, & iustitiæ virtutem, extrinseca verò ex circumstantijs, tales in Dauidis adulterio concurrerunt, vt infinitè malitiam augerent: primò peccauit extrinsecè contra charitatem, dum mulierem vnicam dilectam eripuit, multas, & plures

9. Circumstātiæ peccatorum sæpè Deo plus displicent quàm ipsa peccata, & huius rei ratio.

2. Reg. 12. num. 12.

10. Peccatum Dauid, ex circumstantijs grauissimum.

A ipse possidens, quod significauit Nathan in homine diuite; si diues non fuisset, tantum forsitan peccatum non displicuisset: si pro necessitate peccasset, forsitan non tanta dignus ita: at diues sine necessitate, pluribus abundans, à paupere, qui vnam tantum ouem sicque dilectam tenebat, ab eo illam eripere, plus hoc Deo displicuit, quàm ipsum peccatum,

11. Peccats ex adipe quæ. *August.*

quia eius ex adipe processit iniquitas, hoc est ex corde, ex voluntate, nulla impellēte necessitate. De qua re pulchrè August. in Psalm. 72. super illa verba: *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: Ferenda est*, inquit, *omnis necessitas, quàm perpetranda aliqua iniquitas; tamen aliud est de necessitate peccare, aliud in abundātia: pauper mendicus furtum facit, ex macie processit iniquitas, diues abūdans rebus tātis, quare diripit aliena? illius iniquitas ex macie, huius ex adipe processit, ideo macro cùm dicis, quare hoc fecisti? humiliter afflictus,* B *& abiectus, respondit, necessitas coegit me: dic diuiti, quare hoc facis, & non times Deum? si tamen tantus es, vt possis dicere, vide, si vel dignatur audire, vide si non etiam in teipso prodijt iniquitas ex adipe eius.* Nil melius: Ex adipe peccauit Dauid, quia nulla ei necessitas, ex superabundātia, & vnde Deo gratior, inde ingratus extitit, non quomodolibet adulterans, sed cū viri vxore vnica, dilecta, ab illo

12. Fratres Ioseph cur nō peccatum contra Ioseph rems motarunt, sed eius circunstantiā.

vt filia educata, & pasta; plus hoc Deo displicuit, quàm ipsum adulterium. Adde secundò scandalum ex matrimonio illo sequutum, & occasionē, quam subditis præbuit eadem perpetrandi, vnde fons infinitorum emanare poterat delictorum; & perspicies iustè plus Deo hanc displicuisse circumstantiam, nempè in vxorem eam duxisse Dauid; quàm ipsum adulterium: optimè. Ergo fratres Ioseph plus de circumstantia dolent peccati, quàm C de ipso peccato, & secundò, quia quod tunc expetebantur, non tantum erat peccati, quantum eius circumstantiæ pœna, dum etsi prostratos, quamuis afflictos, etsi pauore consumptos, & tandem quāquam innocētes eos sciret Ioseph; nil horum motus, nonsecus ac ipsi, par pari referens, nolebat eos audire, sicut nec tunc ipsi eum, licèt isti ex inuidia, ipse ex iustitiæ zelo: *Nam memor culpæ, & remissor iniuriæ*, vt Sanctus inquit Gregor. lib. 2. hom. 21. in Ezech.

Gregor. 31. Ioseph in fratres iustus, & pius.

mala fratrum, nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare: at audiens de suo in eū peccato tristes confabulari, *cor amore vincitur*, inquit Sanctus, *secessum petit, soluit flendo, quod pietati debuit.* Et quod afflictio, fratrumque extrema efficere non potuit pœna, dolens de peccato inter ipsos confabulatio extraxit; vt semel sciamus quātum cum Deo potens sit de eo collocutio, vt sæpè per eam iustitiæ remittat rigorem, occlusam ostentans pietatem. D

14. Deus vt in cor intret quid necessarium.

Nec equidem mirum; nam Deus, quæ eius est bonitas, sæpè paruis contentus magna remittit debita, & vt in peccatoris cor intret, paruula sufficit, vt à nobis prius ei aperiatur scissura, latum enim inde ipse efficiet ostium, per quod ingrediatur: nā Dei locutione cor, aut ad amorem inflammatur, vt vidimus, aut scinditur dolore: hoc ei sufficit, vt se in illud immittat: admirabilis equidem ad hoc illa est glosa Rabinorum super illa verba Malach. 2. n. 17. nempè, *laborare fecistis Dominum.* De qua relationem facit Paulus Vidnerius lib. de Locis fidei in præfatione, & habetur in libro, qui dicitur, victoria contra Hebræos, quæ sic ait: *Deus Sanctus, & benedictus, inquit Israelitis: filij mei, aperite mihi aperturam vnam pœnitentiæ, quantum*

Mal. 2. num. 17. Paul. Vidner.

15. Paruo hominis contentus, magna deinde ille operatur.

est foramen acus, & ego aperiam vobis aperturas misericordiæ, per quas poterunt intrare currus, atq. quadrigæ. Optimè, egregiéque dictum, licèt à malis. Nil equidem aliud desiderat Deus, nisi vt in nobis paruulam aliquam inueniat scissuram, per quam quoquomodo intrare, corque commouere possit nostrum: quam si inuenerit, certissimè ingredietur, mirabilesque in nobis sui amoris excitabit flammas, & portentosas, vt sic dicam, in nobis misericordiæ pandet aperturas.

16. Sponsa vnde ardens amore, quæ prius frigida. *Cant. 5. nu. 3.*

Enimuerò ad domū sponsæ perueniens sponsus, ad portas eius clamās, intrare nō valuit, quia erāt clausæ; vocauit, inuitauitque, ipsa tamen nimis rebellis, excusationes addēs, eū expulit: *Exui me tunica mea, laui pedes meos, &c.* Cant. 5. n. 3. Quod dicens sponsus, nō ob id indignatus, sed amore adstrictus domū circuiuit, attendens si aliquod inueniret foramen, vnde intrare, aut saltem efficaciter excitare eā posset: foramen inuenit, per illud misit manū, tetigit, inussit, inflammauit, totā ardere fecit, sic vt ad tactum eius tremens, illicò ex lectulo surrexerit, quærens dilectum; vnde quamuis ad fores eū non inuenisset, non destitit tamē perquirere, nec noctis timens frigus, nec obscuritatem abhorrēs, nec viros pauens, imò etsi vulnerata, quærere non cessauit: quinimmò sui, suiq; oblita decoris, renūciate iubet dilecto, quòd amore languet. Vnde quæso tantus ardor animæ sic frigidæ? ex cōtactu sponsi; & vnde tantum bonū? ex foramine tantum, quod apertū reliquit, per quod sponsus tactu mediante ad illā peruenire potuit. Sic, licet aliquis sit peccator, quamuis multis implicatus vitijs;

16. Peccator speret si in se aliquid viderit boni. *Richard. de S. Vict.*

si tamē aliquod foramen solum apertum reliquit, si paruā aliquā deuotionē, si optimum de Deo sē- C sum, si supra omnia, frequentem de Deo confabulationem, per illā Deus intrabit, mirabilesq; amoris flammas excitabit: Nam, vt optimè inquit Richard. de S. Vict. in Comm. in c. 5. Cant. super illa verba: *Qualis est dilectus, &c. Amantes de eo quòd desiderans, libenter loquuntur, solentq; religiosi, ac pij, cùm de Deo locuturi conueniunt, ex collatione mutua magis in Deum accendi, & ex confidentia, quā habens, inuicē proferre quæ de Deo sentiūt: solet quoque Deus in medio eorū esse, & gratiā his cumulare, qui propter ipsū congregātur, & de ipso loquūtur.*

17. Collocutionum sanctarum fructus.

Quod cùm ita sit, & in medio eorū Deus stet, excitans, inflāmans, ac eos vrens, quid mirū, si noster dicat Sapiens, quòd in certamine loquelæ sapientiæ adest ipsa se in illis delectans, ac veluti placidè, lætanterque ad ostium gradiens in illis.

Chrysost. 18. Lingua hominis spiritualis eques Regius.

Gradiens dixi, & meritò, nam vt inquit Chrysostomus in cap. 15. Matth. hom. 52. *Regius equus est lingua nostra, si ergo ei frenum immiseris, & doctri-* D *na tua gradarium feceris, ascendet in eum Rex, & quiescet in eo: si autem nullo fræno domueris, sed huc atque illuc infrænum iactari permiseris, diaboli eam vehiculum fecisti.* Nil aptius dici potuit: Regina est sapientia diuina: Reginarum est, dum foras procedere volunt, non pedibus, sed gradario incedere, si hic non adest, non exeunt, parandus est ille vt egrediantur. Pariq; modo, si ad nos sapientiam venire diuinā cupimus: si extra se per gratiā esse in nobis desideramos, paremus ei gradarium tali dignum maiestate, linguam scilicet nostram sanctis confabulationibus, collocutionibusque ornatam, nullo cōsentientes modo, vt sordida existat, sed summoperè ornata: *Noli pati*, inquit, *linguam sordescere, orna eā humilitate, atq; modestia dignā Deo, qui per eā rogatur, repleas ipsā benedictionib.*

19. Dei bona loquens, diaboli si mala.

repleas misericordia muneribus, & omni tempore diuinarum legum narratione ipsam politiorem facere coneris. Nam aliàs, vt idem inquit sanctus, hoc est si mundana, si obscæna confabuletur, non Deo, sed diabolo vehiculum fecisti, cùm nulla equidem res sic ex spirituali non spiritualem efficiat hominem, vt verba minus spiritualia, siue scurrilia, vt grauiter dixit Basil. epist. de vita solitaria ad Greg. signum dignoscendi vitæ profectum spiritualis præbens, *Tunc*, inquit, *dicendum vitam incepisse quempiam spiritualem, quando facetoram hominũ ridiculis, aut scurrilibus dictis, quæ res maximè cõparata est frangendã animæ intentionem* (notandũ verbum) *mens non erit occupata*: hinc ex spiritualibus carnales effecti, sæcularia eructant, terrena redolent, ad eam deuenientes humilitatem, vt qui prius in croceis delectabantur, amplexentur stercora, nam quid aliud colloquia sunt scurrilia, aut mundana, nisi stercora? vt inquit Chrysost. hom. 38. in Matth. post medium: *Quasi enim stercus*, ait, *auribus vestris immittunt huiusmodi colloquia*: scilicet prophana, & sæcularia, vltima spiritualium miseria ac humiliatio: *humiliaberis*, inquit Isai. 29 n. 4. ad Hierusalem ab antiqua degenerantem sanctitate at in quo? *de terra loqueris*, sequitur, *& de humo audietur eloquium tuum*. vbi Interlin. *De terrenis loqueris, qui antea de cœlestibus*: in hoc equidem humiliabitur, non amplius diuina, sed humana colloquens; nam sicut de diuinis loquendo diuinus efficitur: ita de terrenis terrenus, de immundis immundus homo. *Vanus sermo*, inquit Bernard. cap. 43. *citò polluit mentem, facilè agitur, quod libenter auditur: vanus sermo vanæ conscientiæ est index*: hinc totus pollutus, totus carneus eũ eructans, sicut è contra totus diuinus, qui diuina loquitur, vt inquit Dionys. Areopagita de cœlesti Hierarch. cap. 2 ad Timoth. *Tu autem, ò fili*: ait, *diuina dicendo, diuinus efficere*: quod cùm ita, meritò de talibus delectata sapientia, in certamine *eius adest loquela*, & proinde dicat Sapiens: *& in certamine loquela, &c.*

20. Verba scurrilia hominem spiritualem non spiritualem faciunt. *Basil.*

21. Colloquia vana stercora. *Chrysost.*

Isai. 29. num. 4. *Interlin.*

22. Faciunt hominem terrenum. *Bernard.*

23. Homo diuina loquẽs, diuinus efficitur. *Dion. Areop.*

Num. 19. *Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.*

COMMENTVM LITTERÆ.

INtelligentia huius versus, & sequentis, ita antiquos torsit sanctissimos Patres Augustinum, & alios, propter hæresim, aut ex mala illorum interpretatione ortam, aut ex illis cõfirmatam, vt multum ad eos laborarint explicandos. vt videre est apud Aug. de Genesi, ad literam c. 7. lib. 10.

August.

Fuit ergo hæresis, animas creari ante formationem corporis, & secundùm merita, aut demerita illarum, ita sortiri corpora bona, aut mala, perfectiora, aut imperfectiora. Quæ hæresis Origeni tribuitur, vt videre est apud Sixtum Senensem lib. 5. Biblioth. anno. 26. hanc ergo hæresim confirmabant ex hoc versu, & sequenti: *Sortitus sum animam bonam*, aiebant, ante quàm scilicet formaretur corpus, *& cùm essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*, ratione meritorum, hoc est, ad corpus perfectum, & optimum.

1. Origenis hæresis de animarum formatione ante corpora. *Sixt. Seneas.*

Quæ hæresis damnata fuit in Concilio Viennensi à Clemente Quinto & contra illam inuehit Leo primus epistola ad Turibium, & Hugo Hætherian. libro de regressu animarum, cap. 3. & Cõcilium Bracharense cap. 6. Ob hoc ergo ad refutandam hanc hęresim, variè conati sunt patres hos versus interpretari, & obiectionibus respondere. Vt autem verum, germanumque horum verborum sensum eripiamus:

Concil. Vienn. *Leo Papa.* *Hug. Hæther.* *Concil. Brachar.*

Notandum est, etiam inter Catholicos Philosophos dissensionem de animarum extare perfectione: nam licet omnes conueniant in perfectione specifica, aut substantiali pares esse: asserunt tamen aliqui, differentes esse in perfectione numerica, secundùm indiuiduales quasdam differentias; vnde aiunt aliquas alijs secundùm illas perfectiores esse, quæ sententia confirmatur ex articulo Parisiensi, vt videre est apud Henric. quodlib. 3. q. 5. & Durand. 2. dist. 31. quæst. 5.

Henric. *Durand.* *Tolet.*

Hæc sententia nunquam mihi placuit, & meritò Tolet. 3 de anima cap. 5. tex. 19. qu. 18. eam periculosam appellat; multi enim ex illa peruersi possunt originari errores: & verè non satis intelligi potest, in quo differat hæc indiuidualis perfectio à specifica; & secundò, cur non idem asserendum de animabus brutorum in certa specie: & tertiò, cur cùm ego nunc operer perfectiùs, nunc imperfectiùs altero, si ex radice perfectioris, aut imperfectioris animæ prouenit perfectiùs, aut imperfectiùs operari, sit illud possibile, cùm semper anima sit idem.

2. Animæ in se non sunt differentes nec secundùm perfectionem numericã.

Melior ergo, & securior est sententia aliorum omnium asserentium, omnes animas æquales esse in perfectione specifica, & numerica; meliùs autem, & perfectiùs operari vnam, quàm alteram, oriri, non ex inæqualitate ipsius animæ, sed ex inæqualitate temperamenti, & organizationis corporalis; nam anima, quæ corpus habet meliùs organizatum, meliusque dispositum, meliùs, acriùs, faciliùs intelligit. Cuius sententiæ expressè ex Patribus est Philippus Solitarius 4. Diopatræ cap. 2. 3. & 4. citans pro se Anastasium Sinaytam, & optima sunt exempla, quæ ibi adducit; vt imber, qui aliud operatur in olea, vite, in hac, vel altera terra, cùm sit idem, & vnus: sicut Sol, si absque nube, aut cum illa: sic etiam eadem aqua ratione cuniculorum dulcis, aut amara. Quam sentẽtiam etiam tenuit Cyrill. Hierosolym. de decem dogmatib. Cathechesi 4. cap de statu homin. vbi ait: *Immortalis est anima; omnes animæ, tam virorum quàm mulierum pulchræ, & similes sunt; sed membra tantùm corporis discrimen faciunt.*

3. Operatio animæ perfecta, aut imperfecta vnde oritur. *Philip. Solitar.*

Cyrill. Hierosol.

Ex temperamento igitur corporis, & organizatione bona, vel mala, euenit, vt aliquis bonæ, vel malæ indolis dicatur. Quod egregiè dixit Aristot. 3. Ethic. cap. 5. dum ait: *Is est bono ingenio præditus, cui bona naturæ affectio insita est: quod enim maximum est, & pulcherrimum quodque ab alio discere, aut accipere nullo modo licet*, hoc est, organa benè, aut malè disposita, *id quale natura est, tale ipse habebit, atque ita quidẽ benè, ac rectè natura esse affectum, ipsa erit perfecta, ac vera naturæ habilitas, atq; aptitudo.* Ex dictis euidenter cõcluditur vnũ: scilicet, bonã aut malam animam dici respectu ad corpus benè, aut malè organizatum, & bonam, aut malam indolem, etiam ad eundem respectum. Ex quo principio rectè deducit Suarez in 3.

Arist.

4. Anima bona, aut mala vnde dicatur. *Suarez.*

par.tom.2.disput.14.sect. 4. animam Antichristi futuram malissimam,ac hominem illum pessimæ indulis; quia iusto Dei,altissimoque iudicio, diabolus potestatem accipiet, commouendo humores,& applicando agentia in matris vtero, adaptandi, & temperandi corpus illud, ita vt aptissimum ad omnes eius diabolicas accipiendas suggestiones fiat instrumentum.

5. Antichristi anima cur pessima.

His ergo suppositis, clarissimus est sensus huius versus: nam cùm ex sapientiæ pulchritudine, eiusque amore inflammatus esset Salomon,& proposuisset versu antecedenti, illam omnimodo quærere,vt vidimus: nunc in isto versu,& sequenti,vt videbimus,dispositionem enumerat siue dispositiones optimas,quas à Deo acceperat,vt illam cõsequeretur,& sic in isto affirmat se animam consecutum bonam,hoc est,optimam,& adaptatam organisationem, optimam , excellentemque indolẽ B ad sapiẽtiam recipiendã; quod ex Dei recognoscit munere,ideoq; dicit illã sortitũ esse,vnde inquit.

Puer autem eram ingeniosus. hoc est, bonæ,ac perfectæ indolis, *& sortitus sum animam bonam* : hoc est,organisationem corporis optimam,& aptam ad omnes functiones excellenter agendas ad omnia intelligenda,& excipienda;ex qua bona,& excellens dicitur anima. Qui sensus verus,germanusque est,in quo etiã conueniũt Lorin.& Castro.

Lorin. Castro.

Num. 20. *Et cùm essem magis bonus,veni ad corpus incoinquinatum.*

COMMENTVM LITTERAE.

C

EX dictis in versu antecedẽti satis liquet quomodo ex illo nulla datur ansa hæreticis,opinionem suam defendendi de creatione animæ ante corporis formationem: maior difficultas in hoc est versu ratione locutionis,scilicet, *Et cùm essem magis bonus,&c.* videtur enim significare ante ipsius infusionem animæ in corpus, aliquod operatum fuisse bonum, ex quo meruisset ad corpus venire incoinquinatum: tamen si rectè sensus expendatur,minus iuuabit.

Pro cuius intelligentia summopere mihi placet illud, quod Castro adnotat, scilicet verbum *veni* accipi aliquando pro *Creui*,quod ex Ciceron.probat in 2.Tuscul.quando dixit: *Oratorum laus ab humili venit ad summum*,hoc est,creuit,& Virgil. D 1.Georg.

Castro.

5. Verbum veni sæpè pro crescere.

——Hic segetes veniunt felicius vua.

hoc est crescunt. Quo supposito;

Planus, & facilis redditur sensus: dixerat enim Salomon versu præcedenti, sortitum illum fuisse animam bonam,bonamque indolem ad sapientiã capessendam:nunc in hoc versu,& aliud addit adiumentũ,nempe &corpus incoinquinatum,purũ, aptum ad illam,cũ quo creuit,sicut illud à principio accepit,cùm ex legitimo matrimonio esset natus,& tẽpore cõgruo absq; menstruis,vt vult Aug.

August. Lorin.

Ait enim: *Et cùm essem magis bonus*,id est,vt inquit Lorin. *Vt magis essem bonus, veni ad corpus incoinquinatum*,hoc est,accepi, & creui in corpus incoinquinatum,sine labe,sine vitio, & imperfectione quæ nocere ingenio aut indoli posset: sed ad corpus veni purum,incoinquinatum,idoneum frugibus sapientiæ, quale est corpus incoinquinatum,& purum.

2. Corpus purum aptum ad sapientiæ instrumentum recipiendum.

Alij Græcæ lectioni adhærentes, aliam afferunt expositionem;nam Græcè legitur: *Magis autem bonus existens veni in corpus incoinquinatum*, vbi particula illa *magis*,vt volunt Lorinus. & Castro, potius est particula corrigens, quàm amplificans bonitatem. & sic facit sensum: *Et cùm essem magis bonus*,id est,*imò potius cùm essem bonus*,id est habens corpus benè organisatum,aliud addidit mihi bonitas diuina,nempè corpus incoinquinatum,& purum,vt aptum ad sapiẽtiam esset capessendam, quasi non sufficeret prior bonitas,& ideo addita sit alia,corporis nempè incontaminatio. In quibus verbis rectè obseruat Cantac.occupationem quãdam contineri,ne scilicet quis audiens priora, existimaret ante corpus animam bonitatem aliquam accepisse:vnde ait.quòd simul accepit & animam bonam,& corpus incoinquinatum,hoc est ex legitimo thoro.& benè compositum:quæ expositio etiam est ad literam; sed prior magis mihi placet, cùm faciat sensum planiorem,germanioremque.

Lorin. Castro.

Cantac.

Bonauentura aliter declarat,nam illud, *Cùm essem magis bonus*, exponit per gratiam superadditam: hoc est, cùm essem magis bonus per gratiam superadditam, quàm essem prius ex industria naturali.

Bonau.

Olkot: *Cùm essem magis bonus*, nempe quam ingeniosus,id est,cùm magis emineret in me bonitas moralis,quàm naturalis ingenij, *Veni ad corpus incoinquinatum*,conseruans me ab impuritate perfectionem virtutum attigi moralium, ita vt corpus incoinquinatum à passionibus seruarem vitiorum.

Olkot.

Carthus. *Cùm essem magis bonus*, id est, proficiendo in virtutibus, *Veni ad corpus incoinquinatum*,conseruando illud ab impuritate. Omnes expositiones tolerabiles:sed vt dixi, vera, germanaque est prima,cùm verè,vt legenti patet, nil aliud intendat Salomon, quàm alterum declarare donũ distinctũ ab illo,quod versiculo dixerat præcedẽti, nempe puritatem,& corporis incontaminationẽ.

Carthus.

Ex quibus patet tria Salomonem accepisse dona ad sapientiam percipiendam. Primum, bonam indolem,vnde inquit, *puer eram ingeniosus*. Secundum, corpus optimè organisatum,& aptum ad sapientiam imbuendam, vnde inquit. *Et sortitus sum animam bonam*. Tertium tandem,hoc corpus purum,& incoinquinatum;tum à natalibus, quia ex legitimo thoro,tum ab impuris,& obscænis actibus, vti habebat illud, quando sapientiam à Deo accepit, vt optimè probat Castro, licet postea illud ipse fœdauerit,& sic ait: *Et cùm essem magis bonus,veni ad corpus incoinquinatum.*

3. Salomon quæ à Deo accepit, vt aptum esset instrumentum ad sapientiam capessendã. Castro.

Incoinquinatum dixit à natalibus, quia quàm difficillimè ad bonum adaptantur spurij, & dãnato coitu generati, vnde paucissimi, qui boni euadunt. Fateor equidem, me nullum sanctorũ legisse ab Ecclesia canonisatorum, qui non ex legitimo fuerit matrimonio, quod signum nullum ex alijs talem, tantãq; attigisse perfectionem, eo dignã honore, Deumq; noluisse, vt in Ecclesia sua sanctissima,& impolluta, apertè homo natalibus pollutus, deturpatusque adoraretur, qui meritò à veteri Dei Ecclesia mandato ipsius pellebantur. Sic in Deut. 23.num.2. *Non ingredietur manser*, hoc est de scor-

4. Nullus sanctorum, ex legitimo matrimonio non natus ab Ecclesia canonizatus.

5. Spurij & illegitimo thoro nati ab Ecclesia antiquitus pellebantur & cor.

Deut. 23. num. 2.

A

to natus, *in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem.* Cuius rationem rei acutè assignat Philo lib. de confusione linguarum: dum istos idololatris similes facit, qui vnum ignorantes rerum principium, multa addiderunt, voluptatem pro vnico respicientes fine; non secus ac illegitimi isti, qui vnum nescientes patrem. voluptas eos, non honestas parit: meritò à Dei amādati Ecclesia, voluptatis inimica, honestatis amatrice: Sic enim

Philo

Philo habet super illa verba Genes. 11. n. 5. *Descendit Dominus, vt videret turrim, quam ædificabant filij Adam,* vel vt ipse legit: *filij hominum. Nouam verò rem, ait, nos docet legislator, turres, atque ciuitates non ab alijs ædificari, quàm à filijs hominum: quis adeo demens est, vt hæc tam manifesta nesciat? verùm non ista obuia, protritaque consideranda sunt in sacris oraculis, sed vestiganda quæ teguntur sub his apertis vocabulis. Quid igitur hoc est? qui rebus, multos quasi patres tribuunt, &*

B

multorum deorum cateruam introducunt, negotia confundentes per imperitiam, & animæ finem voluptatem assignantes; opifices dictæ vrbis, eiusque arcis, si verum fatendum est, facti sunt, quas ad finem illum deducunt, extruenda tanquam ædificia, ipsi non absimiles opinor natis ex scorto, qui à diuina concione arcentur, lege dicente: non intrabit natus ex meretrice in Ecclesiam Domini. Nil melius. Quòd si tanti Deus antiquitus munditiem illius faciebat templi, veri tantum figuræ, & vmbræ, quod nunc Ecclesia est sancta; quanti æstimandum illum talem affectare munditiam, talemque illibatam adorationem? Quapropter meritò isti (ordinariè loquendo) à Religionis ingressu arcendi, & nonnisi difficillimè admittendi, vtpote homines maculati, & corpore coinqoinati, ad virtutemque minus propensi, ipsa habentes organa pessimè ad bonum adaptata, & ad quodlibet optimè

6.
Ad religionem ex scorto nati difficillimè admitēdi.

C

disposita malum. Hinc meritò tanti Sapiens sui faciebat incoinquinationem corporis, vtpote instrumenti ad sapientiam cōsequendam aptissimi; sciebat enim ab homine corpore coinquinato, exque coitu illicito progenito, ac maledicto, difficulter illam apprehendi: hoc tamen intelligendū, vt plurimum loquendo, non enim impossibile inter tales damus, aliquos esse, aut fuisse bonos, & ideo *Omnia*, vt inquit Apostolus, *munda mundis.*

Num. 21. *Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum: adij Dominum, & deprecatus sum illum ex totis præcordijs meis.*

D

COMMENTVM
LITTERÆ.

Legitima, veraque Sapientis conclusio, quam à superiori afflatus accepit lumine; sapiētiam nempe non possideri, nec haberi, nisi Deus det illam, eamque conseruet, licet & bonam quis habeat indolem, bonamque cogitationem, ac corpus incoinquinatum. Bonæ istæ equidem sunt dispositiones attamen nisi eam Deus det, acquiri non potest, vt mox dicemus: quapropter optimè concludit, à Deo feruenter, sūmisque votis expostulandā.

Et vt sciui, quòd aliter non possem esse continens, &c. Dupliciter accipiunt expositores verbū *continens*: Aliqui enim pro virtute continentiæ, & castitatis; imò August. multis in locis, non solum de virtute intelligit castitatis, sed de tēperātia à cibo, alijsque: ita 6. Confess. c. 10. n. 29. & 31. & l. de cōtinentia c. 1. & cum illo Prosper contra Collat. c. 36.

1.
Verbum continens quot modis accipiatur.

August.

Alij (vti Cantacuzen. Iansen. Vatabl. Osorius, & cæteri) illud accipiunt pro compote, & rem retinente aliquam, qua semel potitus sit. Qui sensus multoties in scripturis reperitur, vti Eccles. 6. n. 28. de sapientia ait: *Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus*, id est dum potitus ea fueris, *ne derelinquas eam.* Et alibi c. 15. n. 11. *Qui cōtinens est iustitia*, id est qui semel eam apprehēdit, *apprehendat illam*, id est retineat eam. Ex quibus locis manifestè constat, verbum *continens*, non solum in scriptura accipi pro virtute continentiæ, sed vti diximus, pro retentione alicuius rei, aut pro adeptione: vnde secundùm istos, sensus erit; Et vt sciui, quoniam aliter potiri sapientia non possem, nisi Deus det, adij Dominum, &c. Qui sensus germanus, & mihi placet; nam vt diximus, cùm superius ipse optimas enumerasset dispositiones, quas à Deo acceperat ad sapientiam obtinendam, tamen experientia eductus, tale intellexit sapientiæ esse donum ita supernaturale, vt ad illud consequendū naturæ non sufficerent vires, sed Dei necessarium auxilium, sine quo illud attingere impossibile, & ad id impetrandum, necessaria etiam assidua, ardensque oratio. Optimus, & verus sensus.

Cantac. Iansen. Vatabl. Osorius. Eccles. 6. num. 28. & cap. 15. num. 15.

Addam & alium, qui etsi non literalis, moralis tamen, & valdè spiritualis, quem adducit nunquā satis laudatus Pater Alphonsus Rodriguez è societate Iesu in aureo illo suo exercitij perfectionis. & virtutum opere: ait enim part. 2. tract. 3. de humilitate cap. 25. verbum *continens* nomen esse generale, quatenus non solum virtutem dicit passiones refrænandi, quæ contra castitatem insurgunt, sed etiam quæ contra reliquas virtutes, & rationem. Quod probat ex illo Eccles. 26. 20. scilicet: *Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ*; hoc est eius ex omni parte continentis, affectusque suos moderantis, ne à recto rationis excedant: vnde inquit sensum esse Salomonis, scilicet: & vt sciui, quod aliter me, nec meas, vllo modo poterā passiones, affectusque continere, ideo adij Dominum, cuius est donum. Ex quo doctissimus, & pijssimus Pater suam edocet, quam intendebat conclusionem, nullum scilicet medium ita aptum ad vincendas, superandasque tentationes, quàm practicè hominem intelligere, nihil prorsus à se, omniaque à Deo prouenienda, gratiasque esse Altissimi. Moralis, & optimus sensus.

Alphons. Rodrig.

Eccles. 26. 20.

2.
Medium optimum od vincendas tentationes quale.

Hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset donum, &c. Sunt aliqua naturæ dona à Deo cōcessa, prout auctor est naturæ, quæ à supernaturalibus distinguere oportet: & aliqua sunt opera, quæ perfici possunt absque auxilio gratiæ per Christum, quia sufficit gratia creationis, vt nubere, se defendere, &c. Alia tamen sunt, quæ nullo modo fieri possunt absque gratia supernaturali, qualia sunt opera virtutum, & merita supernaturalis, tentationesque superare, ac alia dona acquirere supernaturalia: hoc autem scire, maximum

3.
Quæ opera absque gratia Christi perfici possunt.

4.
Donum est Dei scire à quo sit petendum.

August. Dei donum est, nam, vt inquit August. epist. 143. A *Non tantum nos adiuuat Deus, vt amando agamus quod discendo iam scimus, sed vt sciamus*
5. Et quid nobis agendum. *quid agendum sit, ita vt nemo possit esse continens, nisi Deus det, verùm etiam sciens.* Quia cùm Pelagiani caruissent luce, meritò hallucinati, & de gratia disputantes, sine gratia extiterunt: quapropter iustissimè noster Sapiens inter sapientiæ dona enumerat scire cuius est donum, ob quod sæpè homines huius excæcantur mundi, dum quæ quærunt, nesciunt cuius sint dona, & insimul quæ à Deo petere deberent, ab hominibus expetunt: vnde in suis facti miserabiles petitionibus, non mirũ
6. si eas postea non assequantur.

Déus quomodo adeundus vt aliquid cõsequamur. *Adij Dominum.* voluntate, animo, votis, prece, ieiunio, & vt Cantacuzen. ait, vigilijs chameunia, id est, humi cubando. Lyranus in his verbis attentionem, in sequentibus verò deuotionem B intelligit.

Et deprecatus sum. id est, ex toto corde, ex animo, & serio, summa fide, & fiducia, corde non hæsitante, non dijudicante de Dei potentia, aut misericordia; aut fluctuante; nec duplici animo, &
Psal. 9. num. 2. inconstanti, qualiter accedunt, qui tentant illum, vt supra dixerat cap. primo: frequens phra-
Hier. 29. 13. sis est in scriptura, orare scilicet, & confiteri ex toto corde, vt Psalm. 9. nu. 2. Hierem. 29. 13. Dan.
Dan. 3. 41 3. 41. & alibi.

HOMILIA CLXI.

Deceptio humana, homines non à Deo, sed ab hominibus quærere, quæ Deus dare, & non homines possunt.

E*T hoc ipsum erat sapientia,* inquit noster Sapiens, *scire cuius esset donum*, quasi diceret: sapientiæ primum principium consistit in scientia eius, à quo sit illa expetenda, quis eam det, & quis sit eius distributor, cuiusque sit donum; nam hoc semel ignorato, impossibilis eius fit acquisitio, si à non habente petis, non obtinebis, etsi oleũ à lapide, lapidem, nõ oleum accipies: sic, qui quod donum est Dei, ab alio, quàm à Deo expostulat, impossibile est, vt illud obtineat.

Enimuerò in hoc totius versatur generis vecordia humani, quia nesciunt cuius sit dare, quæ ipsi expetunt bona; bona inquam huius vitæ (de
Psal. 49. 10. his enim loquimur,) *Numquid Dei non est orbis* D *terra, & plenitudo eius?* Psalm. 49. 10. Numquid
Exod. 19. 5. *plenitudo agri non est ipsius?* Numquid filios electurus Israel, Exod. 19. 5. in peculium suum, seu vt vult Pagninus, *In thesaurum electum*, ne crederẽt necessitate cogente eos eligere, dixit, suam omnem esse terram? *Si ergo audieritis vocem meam,*
1. Deus est ipse amor in suos. *& custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis*, seu vt Pagninus, *Eritis mihi thesaurus dilectus præ omnibus populis.* Lyranus ex Hebræo; *Eritis mihi amicabilitas ex cunctis populis*, nomen abstractum ad amoris præstantiam significandam diuini; quasi diceret: non solum eritis dilecti, sed ipsa dilectio, sicut de
Lyra. homine liberali, inquit Lyra, dicitur non solum esse liberalem, sed ipsam liberalitatem. Quibus di-

A ctis statim subiungit, *Mea est enim omnis terra.* quasi diceret: possem & alias eligere gentes, quia omnis terra mea, sed elegi vos præ cæteris, ob quod maximè hoc æstimare debetis beneficium. Cùm ergo totus orbis, & quidquid in illo, sit Dei, cur quæso res, quæ in illo, ab alio ita expetuntur, quasi non esset Dei?

Notanter dixi, ab alio ita expetuntur, quasi non essent Dei; quia non ab ea, quæ dicemus, media excludere intendimus licita, conuenientiaque, neque ob hoc intendimus negare necessariam à distribuentibus petitionem: sed quod dicimus est, cur cùm totus Dei sit orbis, ita huius mundi res ab alijs petuntur, quasi non essent Dei? id est, cur à solis istis quæruntur, & sperantur, & non principaliter à Deo, cùm Deus solus sit omnium harum Dominus rerum, & ipse solus earum distributor?
B Pulchrè sanctus Nilus Abbas in Asterieo; hanc reprehendit hominum insaniam, dum contra id, quod sancti agunt, Deo derelicto, homines ob res adulantur humanas, ad illos, non ad Deum accur- S. Nilus.
rentes. *Nos autem, ait, cùm aliqua re indigemus,* 2.
abiecta animi fortitudine, qua in rebus angustis, & Hominum deceptio adulari homines ob res huius vitæ accipiendas.
asperis vti debemus, more canum, qui cauda motu blandiore ossa, eaque sæpè etiam sine carne, notandum verbum, *aut potius micas proijcientibus adulantur: ad diuites accurrimus, eosque vt quod cupimus, impetremus, benè meritos, & Christianos patronos appellamus, omnesque illis virtutes inesse dicimus, quamuis in summa vitiorum fœditate volutentur, sanctorum exempla negligimus, quorum vitam imitari nos profitemur.*

Enimuerò mirabilis illa extitit Christi Domini nostri responsio, quam Sathanæ dedit, dum
C ei omnia mundi obtulerat regna, si cadens adorasset eum, Matth. 4. num. 9. *Ostendit illi omnia regna* Matt. 4.
mundi, & gloriam eius, & dixit: hæc omnia tibi dabo, si cadẽs adoraueris me, cui Dominus: *Vade Sa-* num. 9.
thana; scriptum est enim, Dominum Deum tuum 3.
adorabis, & illi soli seruies. In qua responsione Christus
adnoto, plura respondisse Dominum Sathanæ, quã cur Sathanæ
quod ille petierat; Sathan enim non petijt seruitu- respondit soli Deo
tem, sed adorationem dumtaxat, & Dominus ad- seruiendũ.
dit soli Deo seruiendum; cur ergo adiectum? In propositione equidem Sathanæ ipsa latet ratio: dixerat enim se Christo omnia daturum regna mũdi, si ipsum adorasset; hoc Christus dixit impossibile, cùm adoratio, qualem ille petebat, latriæ nempe, soli Deo deberetur, sed quia superbè etiam, vaneque promiserat omnia ei mundi regna daturũ, quasi in sua essent potestate, ideo vt talem falsitatem, vanitatemque vellet nollet, intelligeret, adiecit illud aliud, nempe soli Deo seruiendum, tam-
D quam soli, vnicoque omnium rerum, regnorumque Domino, qui solus est dignus, vt seruos possideat: seruitus enim cùm ad dominium relationem dicat, & Deus tantum directum omnium habeat rerum dominium, cæteri verò propriè non sint domini, sed vsufructuarij, vt supra diximus cap. 5. num. 15. hinc fit, vt soli Deo intrinsecè sit seruiẽdum, soliusque Dei directè sit habere seruos: hinc dicendo Dominus, & addendo, *Illi soli seruies*, tantum fuit, ac si dixisset: vanè te iactas Sathan, posse omnia mundi conferre regna, cùm solus Deus sit illorum Dominus, ac propterea ipse solus ea distribuere, & dare possit; vnde si ob præmium alicui, soli Deo seruiendum, quia ipse solus vti Dominus, omnium largitor est regnorũ. Quod cùm

ita sit, qualis dementia hominum est illorum, qui alteri, quàm soli Deo ad hæc obtinendum mundana seruiunt, cùm Dominus solus sit earum distributor. Et secundò, vt hoc addam, nonne veluti alteri Sathanæ sunt, qui ab hominibus talem expostulant seruitutem, ad hoc vt hæc illis conferant mundana, putantes se eorum dominos, eosque solos posse ea præbere, vnde durum, tyrannicumque à miseris exposcunt hominibus seruitium, ac famulatum. Soli Deo, inquit Christos, seruiendum, quia ipse solus talium est distributor: at isti solis ipsis aiunt seruiendum, etiamsi & contra Deū præcipiant, quia putant se posse dare: miseri, & miserrimi, tam dantes, quàm accipientes; illi, quia similes diabolo, vana promittentes, & vanè: isti, quia si quid habent, & possident, non ea illis Deus distribuit, sed permittit vt ab alijs ea accipiant, aut vt ipsi, dum quæ desiderant, consequuntur, miserrimi fiant, dum illudmet, quod assecuti, in eorum malum, perniciemque cedit. *Congregatus aduersus Aaron populus*, sacer inquit textus. Exod. 32. num. 1. *dixit: Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* O bellè! Deos quærunt, & ab homine illos postulant. O ignauia! quasi diuinitatem non habens, diuinitatem largiri possit: quid ergo mirum, si pro Deo aurum accipientes sic dementantur, vt vituli caput, caput suum crederent, ex rationabilibus toti in bestias transfusi, vt sanctus inquit Chrysologus serm. 29. *Aurum Iudaicum populum sic captiuauit aspectu, vicit illecebris, specie prædecepit, vt hoc esse Deum crederent, & Deū verum tot beneficijs cognitum denegarent: sic conuertit homines in iumenta, vt vituli caput, caput suum crederent.* Iustè equidem mulctati, dum ad hominem, relicto Deo, in necessitate accurrerunt, Deos acceperunt, sed falsos, quales homo dare poterat, & in eorum acceperunt ruinam, exterminiumque. Ad eorum doctrinam, qui, quasi Deus Dominus non esset, eo derelicto, in necessitatibus ad homines accurrunt.

4. Principes Sathanæ similes, sicut & qui miseram ab homine exposcunt seruitutem.

Exod. 32. 1

5. Hominum dementia vnde.

Chrysol.

6. Aurum homines dementat, in bestias cōuertens.

Hinc fit, vt bona sic acquisita, in eorum dum adueniunt domos, non incrementa, sed ignis, non augmenta, sed gladij sint deuastantes. *Hæc dicit Dominus Deus*, dixit Nathan propheta ad Dauid 2. Reg. 12. *ego vnxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in sinu suo, dedique tibi domum Israel, & Iuda: etsi parua sunt ista, adijciam multo maiora.* Mira, & grandia hæc, quæ Dominus contulit Dauid, vti verè omnium Dominus, cuius est regna distribuere, ac Imperia, non equidem ab alio ea accepit Dauid, non ipsemet ea acquisiuit, ac propterea bona erant, & valde bona. At videamus, qualia erant, quæ Dauid, permittente Deo, industria, potentiaque accepit sua. *Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi.* En bona, quæ obnitente, sed permittente Deo, ipse sibi procurauit, vxorem alienam, domumque eius accepit, possedit: sed nūquid bonum? audi sententiam Dei: *Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo quòd despexeris me, & accepisti vxorem Vriæ Hethæi in vxorem tibi, suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius.* En quanta mala ab illo bono, non à Deo, sed à potentia præstito humana: intrat in domum Dauid Bersabea, & simul cum illa Dei gladius, & pro vna iniustè accepta muliere, simul perdidit suas, igne infamiæ combustus, bello lacessitus acri, & insuper hoc non aliunde, sed ex propria scaturiens domo, vt vnde emanauit peccatum, inde procederet & pœna. Quod grauiter sanctus ponderauit Chrysostom. in Psal. 3. dicens: *Non aliunde, non foris, sed ex domo tua, vnde est fons peccati, illinc est plaga supplicij.* Pulchrè, vnde est fons peccati: quid per peccati fontem, nisi ipsamet Bersabæa? hæc ad domum translata Dauid, plagam scaturijt supplicij, quia fons extitit peccati. Hoc, quod semel Dauid, nunc multoties hominibus euenit, dum ad acquirendū aliquid, quo se futuros putant beatos, contra Dei, malisque medijs laborant voluntatem, vnde contingit, quòd si in altum extollantur, non equidem ad eos subleuandos, sed ad eos sit suspendendos. Aman pessimus, liuore tumens, calce Deum abijciens, summis exquisiuit à Rege votis contra Mardochæum, Iudæorumque populum sententiam; obtinuit quidem, sed ad eius, non Mardochæi suspendium. Absalon infelix parricida, quid non fecit, vt Regnum arriperet? Regem se vidit, omnisque dominum Israelis, & Iuda, sed ad suspendium, vnde ipsissimet capilli, quos tantoperè parricida faciebat, vt ad eos coronandos contra patrem se erexerit, ipsimet eum suspenderint, *Coma tenebat tyrannum*, inquit Chrysost. in Psalm. 3. *ibi eum contundens, vbi diadema paternum gestare curabat.* Sic qui hæc expetunt, & non à Deo, eamet eos contundens, & ibi, vnde ipsi se coronis redimiri sperabant.

7. Bona malè acquisita in ruinam cedunt domorum.

2. Reg. 12. nu. 7.

8. Bona potētia acquisita ignis sunt in domo possidentis.

9. Vbi peccata patrantur ibi puniuntur.

Chrysost.

10. Instrumentum exaltationis, quādo sine Deo assumitur, est mortis.

Chrysost.

Nec mirum: nam qui hæc ab altero, quàm à Deo expetit, & sperat, quantum est ex parte sui, dominio huius ipsum priuat Deum mundi, cùm ab illo non petendo, intrinsecè confiteri videatur, non esse Deum eorum Dominum, irritumque ex hoc totum Christi reddens conatum, qui dum in hoc extitit mundo, illud in votis impensè habuit, vt à falsa eriperet homines deceptione, seu ignorātia, hæc scilicet visibilia Dei Patris non esse, dum eum ignorabant, ac proinde illa ab eo non petebant: vnde manifestando, sanctissimum Patrem esse omnium Creatorem, simul ostendit esse omnium Dominum, quo medio ipse omnia sub eius subiecit pedibus, quibus à Patre acceptis, seruitij gratus, ea simul omnia Filio tradidit, omnium Dominum, absolutumque constituens Principem. Quod acutissimè adnotauit Chrysostomus hom. 28. in Matth. cap. 11. super illa verba: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*: ponderauit enim ideo illud dixisse Christum, non quia semper non fuissent sua, cùm ab æterno ea possederit, sed quia tunc per ipsum cognouit mundus omnia esse Patris, & simul sua, & à Patre eum ipsa accepisse: vnde declarans primum, quid per illud *omnia* intelligatur sic inquit. *Omnia enim cœlestia, terrestria, & infernalia: cœlestia quidem, vt iam nunquam sint rebellantia, nec dicat aliquis eorum, ponam sedem meam in nubibus: terrestria, vt relinquentes idola, & peccata, credant in me, & obediant meis mandatis: infernalia vt vocentur ad vitam, vt in nomine meo omne genu flectatur.* Et paulò post. *Vide*, inquit, *quòd non dixit, omnes homines mihi traditi sunt, vt tantummodo de hominibus credituris, sed etiam & de rebus omnibus, quæ ad gloriam eius fuerant conuertenda, cùm essent aduersa diabolo subuertente, vtpote ei tradita sunt, cœlum, & terra, sol, luna, stella, aër, ignis, atque flumina, infernus, &*

11. Terrena hæc non à Deo petens quanta eū iniuria afficit.

12. Christus ostendit hæc visibilia patris esse, & ab ipso petenda.

Idem.

mert, vt iam nemo hæc in Deos esse, aut ingenitu esse, suggerente diabolo arbitraretur, sed omnia Christi esse opera, sancto Spiritu docente, cognoscunt, & fateantur. Quo dicto mouet dubium: ergo non semper fuerunt Dei? cui acutè respondens ait, semper fuisse, sed non semper illud mundum cognouisse, & æstimasse, ac ita, quantum ad hominum æstimationem, tunc Dei, & Christi fuisse, quando homines illud cognouerint, & æstimarint.

13. Bona hæc visibilia quando dicuntur esse Dei.

Non ergo tradita sunt, inquit, *vt modo Christi secundum naturam fiant, quæ semper eius fuerunt, sed vt modo eius esse credantur, & modo ad eius gloriam conuertantur: sicut & homo semper extitit Dei, sed vsque tunc cognitus non erat, tunc autem traditi sunt ei absolutè, vt cognoscant eum suum factorem Deum.* Pulchrè: tunc enim sanctissimus Pater omnia Filio tradidit, & tunc sanctissimus Filius ea à summo accepit Patre, quando cognouit mundus hæc esse Patris, nullumque horum alium Dominum existere. Ergo in sensu Chrysostomi, tunc Deus hæc possidet, quando cognoscitur ea sua esse, & similiter tunc etiam Christus Dominus noster ea tamquam Dominus habet, quando mundus cognoscit, & æstimat esse sua. Vnde à contrario; homo ille, qui hæc alterius esse æstimat, & aliú horum Dominum recognoscit, præter Deum, quantum est ex parte sua, & dominio huios illum priuat mundi, & irritum Christi facit conatum, & insuper à Christo tollit, quod Deus dedit ei Pater, principatu, dominatuque eum spolians, quem super omnia habet, & possidet, dedecore, iniuriaque eum afficiens; quod cùm faciat, quid mirum, si nunquam ad eorum possessionem pertingat, aut si quando ea possidet, perdat, & amittat?

At etsi vera sint dicta, quis tamen aliquis dicet, sic nunc vecors extabit, qui Deum non cognoscat Creatorem, omniumque Dominum? Gentilis non cognouit, quia Gentilis, verumque Deú ignorabat: at Christianus, qui Deum agnoscit, qui confitetur eum Creatorem, ac Dominum, impossibile sit, vt Deum Dominum, omniumque Principem non dicat; scio Christianum illud cognoscere, & profiteri, sed si hoc cognoscit, cur ab alio, quàm à Deo, qui verus Dominus, illa sic petit, & sperat, ac si Dei non essent? cuius signum, quia sic ab alio illa expetit, vt si necessarium sit Deum offendere, aut derelinquere, Deum offendat, & derelinquat. Cur in necessitate constitutus, ad subleuamen, medium quod assumit, est Deum offendere, & peccare? nonne quia ore tantum Deum Dominum confitemur, corde autem creaturam, à qua auxilium, resque huius expectamus mundi, quis de hoc dubitat?

14. Quis sit qui opere negat Deum esse horum omnium Dominus.

August.

In omni tribulatione, inquit August. in Psalm. 45. super illa verba: *Deus noster refugiũ, & virtus, ad Deum confugiendum est, siue sit tribulatio in re familiari, siue in salute corporis, siue de periculo charissimorum, siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculum necessaria, omnino aliud refugium homini Christiano non debet esse.* Digna Augustini sententia. Ergo si præter Deum, aliud refugium quis habet, Christianus non erit secundùm Augustinum: aut si Christianus, non vt Christianus viuet, cùm ab alio, quàm à Deo subleuamen expectet, & remedium.

15. Ad Deum confugiendum in omni necessitate.

4. Reg. 1. num. 3.

4. Reg. 1. n. 3. *Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebuth Deum Accaron?* præcepit Angelus Eliæ, vt nuntijs diceret Othoziæ: in qua re modum adnoto dicendi, *Nunquid*, inquit, *non est Deus in Israel*, quis enim illud dixerat? poterat equidem esse Deus in Israel, & mittere cum hoc Ochozias ad consulendum Beelzebuth: vnde non videtur consequens, vt non sit Deus in Israel, ex eo quòd mitteret Rex ad consulendum Beelzebuth: at verè dictum, firmumque fuit consequens, nam verè pro Deo vero illum quis confitetur, non solum verbis, sed operibus, qui in necessitatibus, angustijs, afflictionibus, persecutionibusque non ad alium refugit, quàm ad ipsum, sperans ab eo auxilium, subleuamen, & consilium: at qui in talibus, non ad Deú refugit, sed ad alium, hic certè ore confitetur Deú esse, sed opere sic se habet, ac si non esset Deus in Israel: vnde non mirum, si postea depereant, à malisque absorbeantur, quia ad illum petendi causa auxilij confugiunt, qui *Deus Accaron*, dicitur, hoc est, *Deus sterilitatis*, Accaron enim *sterilitas* interpretatur: *De lectulo, quem ascendisti, non descendes*, inquit Elias Ochoziæ, *sed morte morieris*, & meritò, dum vero Deo derelicto, qui Dominus mortis est, & vitæ, salutem miser exposcebat ab eo, qui nec vitam dare, nec mortem inferre poterat.

16. Illum negat qui ad alios confugit.

17. Mundana auxilia quæ sterilia.

Vnde pulchrè August. in Psalm. 34. num. 23. super illa verba: *Iacta super Dominum curam tuam*, sic in Domino, ait, nostra est reponenda cura, vt nullo modo alium pro illo supponamus, immò vt si quispiam se offerat, eijciamus. *In Dominum*, inquit, *iacta te; Ecce vis te iactare in Dominum, nemo se supponat pro Domino: modo autem vult paruulus iactare curam suam in Dominum, & occurrit nescio quis, & dicit: Ego excipio, tanquam naui fluctuanti occurrit, & dicit, ego excipio, responde & tu, portum quæro, non saxum.* Nil melius. Vbi vltima adnotanda sunt verba: quid saxo firmius? ergo cur reijciendum? quia in mari iactamur, ideo non securum: alligari nauis potest, sed impingens disrumpetur; hinc ad tempus, non in æternum eius securitas, quæ non nisi in portu, qui Deus solus: vnde sequitur Propheta; *Et non dabis in æternum fluctuationem iusto*: aliqualem moram à fluctuatione cæteri impendunt, sed tandem & ipsimet, ad quos, derelicto Deo confugimos, veluti scopuli quidam nos frangunt, & perimunt.

Psal. 34. num. 23.

18. Deo sic fidendum, vt pro illo aliú nõ supponamus. August.

19. Auxilia mundana saxa sunt nõ portus.

Pessimos Achaz duos timens, qui aduersum se consurrexerant Reges, Rasin scilicet Syriæ, Phaceæque filium Romeliæ Israelis Regem, vt habetur apud Isai. cap. 7. n. 1. Dei auxilium impiè refutans ab Isaia oblatum ad Theglatphalasar Assyriorum Regem refugit 2. Par. 28. n. 16. *Tempore illo misit Rex Achaz ad Regem Assyriorum postulans auxilium*, & hoc equidem non gratis, sed infinita auri, argentique summa, non solum suis, sed Domini despoliatis thesauris 4. Reg. 16. n. 18. *Et enim collegisset argentum, & aurum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris suis, misit Regi Assyriorum munera*: quibus motus Assyriæ Rex, eius acquiescens voluntati, *Ascendit in Damascum, & vastauit eã, & transtulit habitatores eius Cyrenem, Rasin autem interfecit.* Similiterque & Regem vastauit Israel, illisque expoliauit prouincijs, quas nuper à Rege extulerat Iuda: accepit ergo Achaz auxiliú, quod concupierat, vicit, debellauit, duosque tandem vsque ad internecionem consumpsit Reges. Quis non diceret preclarum non inuenisse saxum Achaz, optimeque sibi consuluisse, dum ad Regẽ confugit Assyriæ? at miser ipsomet confractus est saxo, ad quod confugerat, nam contra eum, post illos debellatos Reges, consurgens idem Theglat-

Isa. 7. n. 1.

20. Achas quãta mala passus, quia in Deo non fidit.

2. Par. 28. 16.

4. Reg. 16. 18.

phalasar fidei, munerumque immemor, sic eum afflixit, sic ad vltimum redegit miseriarum, vt dicat Isaias vbi supra, num. 17. tales nunquam Iuda calamitatis expertum fuisse dies. *Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies, qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum Rege Assyriorum.* Sic crudelis, sic prædæ auidus, iusto Dei iudicio existens. vt licet eum à suis finibus, iugulisque arceret, maiora misisset munera, quàm antea, vt ei auxiliaretur, sacer dicat textus, quod nihil profuit. *Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo Regum, ac Principum, dedit Regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profecit.* Quod quid mirum, si non erat portus, sed saxum, quod etsi ad tempus auxilium, nõ tamen in æternum præstat, vti Deus, qui portus, nam quamuis in illo sperantes fluctuamus, quia in mari adhuc, tamen non mergimur, siquidem immobiles in Dei sistamus anchora, per quam ad portum peruenimus securitatis, vt egregiè August. vbi supra. *Vides, inquit, te fluctuare in mari isto, sed excipit te portus, in tamen antequam intres in portum, ab anchora noli abrumpi; fluctuat nauis in anchoris, sed non longè à terra proycitur, nec in æternum fluctuabit, etsi ad tempus fluctuat, nam anchora ligatur, anchora spes eius est.* Nil melius: mare sæculum, portus Deus, anchora in Deũ spes, ad portum appelles, si tantum in Deo, non in alio speres: fluctuare poteris, sed non mergi, iactari, sed non perire, impeti, sed non pati, turbari, sed non iacturam facere; quinimmò tandem deuenies ad interiora velaminis, vt inquit Apostolus ad Hebr. 6. num. 19. dum ait: *Vt fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis.* Sic potens eum Deo est in eum spes, sic apud ipsum efficax argumentum, ab eo, non ab alio, quæ sunt mundi sperare.

Num. 17.

21. Deus portus securus in tribulationibus.

Ad Heb. 6. 19.

Ob hoc, ni fallor, factum, vt etsi à cursu, motuque superiorum germinet terra virtutum, ita vt à benigna habeamus panem influentia cœlorum: tamen prius terra herbam germinauerit virentem, lignumque produxerit pomiferum, quàm solis, lunæque cursus cœlique mouerentur per gyrum, vt homines hæc, non à fauore cœli, sed à Dei potius expectarent arbitratu, & scirent à quo hæc inferiora speranda, immò & expetenda. Gen 1. n. 11. *Protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, & lignum faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam*: cuius equidem productio, non à cœli motu, non ab astrorum influentia, quæ nondum extabant, sed à Dei pependit iussu, qui antea dixerat: *Germinet terra herbã virentem.* Quod egregiè etiam adnotauit Philo libro de mundi opificio, dum sic ait: *Quarto autem die cœlum picturis exornauit, non quod terra id post haberet, dans inferiori natura priuilegium, potiorem verò, ac diuiniorem secundo loco ponens, sed vt euidentissimè imperij sui potentiam ostenderet, quippe qui prænidens opiniones nondum creatorum hominum, coniecturas verisimiles, & credibiles, libenter sequentium, quæ multam quidem rationis speciem habent, non item sinceram veritatem, & quòd suis oculis magis credituri essent, quàm Deo, admiratores sophisticæ potius, quàm sapientiæ, quodque solis, ac lunæ cursibus annuorum terræ prouentuum, omniumque nascentium causas acceptum laturi essent syderum cœlestium ambitibus, ne cui creatura ascribere primas causas auderent, siue per imprudentiam, siue per ignorantiam nimiam, recurrant inquit, mentibus ad primam huius vniuersitatis generationem, meminerintque ante solem, & lunam omnigenas stirpes, omnigenosque fructus è terra proditos, atque ita sibi persuadeant, & in posterum eam prolaturã eos ex cœlestis Patris arbitratu, quoties ei placuerit, non expectato cœli fauore, cui dedit quidem potentiam, sed non liberam: nam ipse, quemadmodum auriga habenas, aut gubernator clauum tenens, dirigit qua vult, recto more, ac lege, singula: nullius ope indigens, atque hæc est causa, cur terra prior germinarit, & herbam protulerit; cœlum verò post sic ornatum.* Nil luculentius; vbi illa adnoto verba, ne scilicèt, *Cui creatura ascribere primas causas auderent, siue per imprudentiam, siue per ignorantiam*; ex quibus patet, secundas non exclusas, sed vnicuique suum esse locum, & sic istas admittendas, vt primæ primas demus vices; vnde sic à creaturis petere hæc debemus inferiora, vt vllo modo à summo ea desistamus petere creatore, eùm pro indubitato habere debeamus, in eo, quo quis ab alio, quàm à Deo, aliquid petit. putans ab illo solo accipere, statim ac hoc pensitat. Deum suum illũ efficere, pro Deoque æstimare. Vide ergo, ô Christiane, à quo speras, & quem ad impetrandum vnicè ores, & scito te pro Deo illum habere, Deumque tuum te illum constituere. Hoc benè illi calluerunt iniqui, ac peruersi Danielis inimici, qui notam in illo reperire desiderantes, & non inuenientes, tandem inuidia plusquam diabolica acti, in cultu Dei sui scandalum apud Regem ei procurarunt, vnde & Regi consuluerunt, vt per triginta dierum spatia nullus alium Deum, hominẽque præter ipsum, oraret. Dan. 6 nu. 7. *Exeat edictum, vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo, & homine, vsque ad triginta dies, nisi à te Rex, mittatur in lacum leonum.* In quo loco adnotat acutè hîc modernus quidam, implicitè istos Darium Deum constituisse, nam cùm ex iure naturæ sit Deum in necessitatibus inuocare, dum nullum alium inuocare præcipiebant, nisi Darium, implicitè Deum eum constituebant, ac pro Deo haberi impij, scelestique ambiebant, quorum peruersam intelligens Daniel intentionem, imperterritè contra eam facto insurgens. *Fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat;* edocens non Principem tantum, non Regem orandum eiusque auxilium, fauoremque petendum, sed principalius verum, vnicumque Deum dominatorem, vniuersique moderatorem, vnde non mirum, si eiectus in lacum, illæsus exierit; dum ora concludit Deus leonum, ea postea ad deuorandum, eorumque comminuendum ossa aperiens, qui huiusmodi causa, origoque extiterũt orationis. Vt semel discant omnes, Deumque paueant summum, omniumque rerum Dominum, & sciant ad ipsum recurrendum, ab ipso sperandũ, ipsumque orandum: vnde etsi præter ipsum, aliũ aliquem intelligant hunc à seipso illa dare non posse, imò nec voluntatem dandi habere, nisi omnium Dominus illa prius dederit, illiusque voluntatem, tanquam eius auriga, aut gubernator, moueat; cùm solius Dei sit hæc dare terrena, sicut &

22. Cur Deus produxit prius herbã omnem, & lignum antequam essent astra.

Gen. 1. nu. 11.

Philo.

23. Qui ab alio quam à Deo petit, Deum suum illum constituit à quo petit.

Dan. 6. nu. 7.

Cornel.

cœlestia: vnde meritò dementes appellandi, qui
aliud pensitant; non sic noster Sapiens, qui sapien-
tia plenus, bene omnia hęc callens, nulli alteri ora-
tionem suam fudit, quàm Deo, vnde ait, *Et vt*
scini, &c.

HOMILIA CLXII.

Quomodo Deus orandus.

ADij *Dominum, & deprecatus sum ex totis*
pracordijs meis, inquit Sapiens orandi no-
bis præstans modum, qui ex toto corde, & ex præ-
cordijs, nam sicut quando cor totum est in malum
tunc irritatur Deus, ampliusque hominem non su-
stinet, sic è contra ad auxiliandum ei insurgit, quã-
B do videt eum toto corde ad orandum, deprecan-
dumque stare. Enimuerò tunc mundum Deus a-
Gen. 6. quis perdidit diluuij Genes. 6. nu. 5. quando vidit,
num. 5. *Quòd cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malũ,*
& tunc vnum saluauit, quando ex toto corde pro-
spexit, quòd eum sequebatur: hoc enim significat
1. Noe cur saluatos. verba illa: *Noe vir iustus, atque perfectus fuit, in*
generationibus suis cum Deo ambulauit, in gene-
rationibus suis. hoc est, *in actionibus suis,* vt inquit
Martin. Delrio. quidam, inter quas, & principem obtinebat locũ
oratio, quæ non equidem vaga, sed ex corde, non
2. Orandum oculis non ore tãtum. tantum ore, quantum oculis prodi debet. *Hoc au-*
tem negotium, inquit August. epist. 121. cap. 10. *plus*
gemitibus, quàm sermonibus agitur, plus fletu,
August. *quàm afflata: ponis autem lachrymas nostras in*
conspectu suo, & gemitus noster non est absconditus
tus ab eo, qui omnia per verbum condidit, & huma-
C *na verba non quærit.* Pulchrè, & humana verba nõ
quærit, quasi dicat: non verba, sed affectus eum
mouent: non verbis eum inflectes, sed lachrymis:
3. Tobiæ oratio cur exaudita. nam si tantum verba proferes, affectus neges, non
audiet, quia lachrymæ in conspectu eius, non ver-
ba ponuntur: sic Angelus Tobiæ 12. n. 12. *Quan-*
Tob. 12. num. 12. *do orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem*
tuam Domino, quasi digna Altissimi conspectu
non sit, nisi lachrymosa deprecatio, ex intimo pro-
Laur. Iustin. cedens affectu. nam, vt inquit D. Laurentius Iu-
stiniao, in ligno vitæ, de Orat. cap. 6. *Oratio absque*
4. Oratio inexorabilis quæ. *deuotione auribus Dei inexaudibilis est,* vt pote
ingrata, auribusque eius infensa, dissonantiam, nõ
harmoniam reddens: nam, vt idem cap. 7. ait, *Ipsa*
est suauissima harmonia, quando vox cognoscitur
animo consonare: nam si hæ duæ res discrepabili sibi
varietate dissentiant, nequaquam possunt gratam
Deo orationis facere cantilenam.

D Hinc monet D. Paul. ad Philipp. 4. n. 6. vt sic
ad Philip. 4. n. 6. oremus, quatenus in nostris orationibus petitio-
nes nostræ innotescant apud Deum: *Nihil solliciti*
5. Oratio quæ non innotescit apud Deum qualis. *sitis, sed in omni oratione, & obsecratione, petitiones*
vestræ innotescant apud Deum. Quid est, inno-
tescant apud Deum? numquid aliqua est oratio,
quæ etsi petat, non tamen ante Deum eius inno-
tescunt preces? sic equidem, vaga nempe, & distra-
cta in qua dum nec se audit, qui orat, quomodo à
Deo audietur? sibi non innotescit, & à Deo vult
August. nosci. *Non sic accipiendum est,* inquit August. vbi
sup. cap. 9. hunc edisserens locum, *tanquam Deo in-*
notescant, qui ea, ante quàm essent, vtique nouerat,
sed nobis innotescant apud Deum per tolerantiam,
non apud homines per iactantiam. Vnde elegan-

A ter Cyprian. de Orat. Domini. *Quomodo,* inquit, Cyprian.
te audiri à Deo postulas, cum teipsum non audias,
vis Deum esse memorem tui cùm rogas, quando ipse
memor tui non sis. Nil melius: hinc etsi oramus, nõ
tamen petitiones nostræ innotescunt coram Deo,
quia aliud in lingua, aliud in corde, siue in affectu 6.
habemus, quem; vt supra diximus, in oratione re- Orandum omnibus extrinsecis dimissis.
quirit Deus, qui totus in ea Deo dandus; totus in-
quam, cæteris omnino dimissis, in Deum transfe-
rendus, si exaudiri velimus.

Ob hoc equidem adnoto, orationem præceptu-
rum Paulum præmisisse sollicitudinis negationẽ:
Nihil solliciti sitis, sciebat enim, quòd vbi sollici-
tudo, ibi distractio, ibi affectuum discissio. ibi tan-
dem imperfecta oratio, quam vt perfectam filij 7.
exhiberent Israel, quando iuxta legis præscriptum Dei cura Israelis quãdo ad templum ascẽdebat, & cur tanta.
ter in anno apparere coram Deo, relictis proprijs
deberent domibus, sic earum curam relinquendã
præcepit, vt eos ab omni inimicorum securos red-
deret incursu, illas Deo protegente, munitionem-
que suam spondente Exod. 34. n. 23. *Tribus tempo-* Exod. 34. num. 23.
ribus anni apparebit omne masculinum tuum in
conspectu omnipotentis Domini Dei Israel; nullus
insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente
in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Vbi egre-
giè August. satis ad rem nostram quæst. 161. super August.
Exod. tom. 4. *Hoc vult intelligi,* ait, *vt securus quis-*
que ascenderet, ne de terra sua sollicitus esset, Deo
promittente custodiam, quod nemo inde aliquid cõ-
cupisceret propter illum, qui ascẽdit, nec suam inde
timeret absentiam. Vbi adnoto, propè ad miracu-
lum hanc fuisse rem, quod apparebit, si semel ani-
mum applicuerimus, inspiciendo in medio inimi-
corum, ac vndique eis cinctos extitisse Israelitas,
cùm hinc Iebusæi, inde Hethæi, immò & in eorum
C medio Philisthijm extabant: & tamẽ licet toto reli-
quo anni tempore semper eorum excidium mille
procurarent insidijs; nihilominus eo, quo ad tem-
plum viri omnes iuxta præscriptum, relictis pro-
prijs ascendebant domibus, nemo nec mutire qui-
dem audebat, etsi in domibus, ciuitatibusque nullũ
præter imbelles scirent adesse fœminas, quid mi-
rabilius? Vt semel inspiciamos, quantum Deus in
oratione totum exposcat affectum, ac vndique v-
nitum, vt & miranda exerceat ac miraculosa, & ne
homo iustam prætendere vagationis excusatio-
nem posset, ipsemet suorum se custodem exhibere
voluit, ipse protectorem.

Quod equidem attendentes sancti, Deique 8.
serui, etsi eminentes, præclarique, humanam tamẽ Sancti etsi magni ad orandum absq; euagatione solitudinem petunt.
timentes fragilitatem, vt toto sint in oratione, quã-
do orant, affectu, solitudinem petunt, immò cor-
pus ipsum inflectunt. Sic oraturus magnus vir Dei
D Elias 3. Reg. 18. n. 42. & solitudinem expetijt, & ad-
huc in ipsa caput inter genua posuit. *Elias autem*
ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram 3. Reg. 18. 42.
posuit faciem suam inter genua sua. Scio aliquos
hunc Prophetæ ad orandum habitum illi, quem 9.
infans in maternis habet visceribus, referre, qui in Elias cur conglobatus orauerit.
seipsum conglobatus, ea miserabili figura Dei im-
plorat clementiam, vt sibi liceat lumen aspicere,
auramque ducere vitalem. Quod optimè expli-
cuit Isidor. lib. 11. cap. primo, dum sic ait. *Genua* Isidor.
sunt commissiones femorum, & crurum, & dicta ge-
nua, eo quòd in vtero genis apposita; cohærent enim
sibi, & cognata sũt oculis lachrymarum indicibus,
& misericordiæ, nam à genis genua dicuntur: deni-
que complicatum gigni, formarique hominem

dicunt, ita vt genua sursum sint, quibus oculi formentur, vt cauι, & recondiri fiunt. Ennium, genua comprimit arcta gena: inde est, quòd homines dum ad genua se prosternunt, statim lachrymātur, voluit enim eos natura vteri materni rememorari, vbi quasi in tenebris considebant, antequam ad lucem peruenirent. Hanc ergo voluit Elias figuram exprimere ad pluuiam expetendam, quasi Deo miserrimum, quem tunc ariditatis tenebat statum Hebræorum respublica offerens, ea misericordiā implorans, gratiam quodammodo extorquēs. Scio equidem hoc, sed tamen eo habitu orasse affirmo, vt intensius oraret, vt se totum in oratione colligeret.

Chrysost. Sic Chrys. in Psal. 129. tom. 1. de intensione sanctorum in oratione, vbi postquam contra tepidè orantes inuexerat, sic ait: *At sancti non sic orabant, sed cum summo studio, ac maxima vehementia, vt etiam totum corpus inflecterent: beatus quidem Elias orans primùm quidem quæsiuit solitudinem, deinde cùm posuisset caput inter genua, & seipsum cum magno ardore incenderet, ita fundebat preces.*

Hieron. Sic Hieronym. epist. 22. ad Eustochium in solitudine etsi degens, secretiora tamen petebat loca, concaua exquirens vallium, vt intensius oraret. *Solus* ait, *deserta penetrabam, sicubi concaua vallium, aspera montium prærupta cernebam: ibi mea orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum.* Hinc quid mirum, si sic intenta eius procedebat oratio, vt cœlos reserans, ibi inuectus ex rupium præruptis ad agmina assurgeret Angelorum: vnde subdens ipse ait: *Et vt ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cœlo inhærentes oculos, nonnumquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus, gaudensque cantabam; post te in odorem tuorum vnguentorum curremus.* Sic cum Deo potens intenta est oratio; sic eam ipse exquirit, vt etsi inter solitudinem, amplius solum ipsum desideret hominem.

Mirum equidem, & meritò apparere potest intimius consideranti solitudinem, recessumque quem Deus cum Moyse locuturus expetebat, non solum enim ne homines, animaliaque propè accederent, imperabat, sed insuper & in ipso vertice montis ipse astans ibi locuturus, etsi nemo astabat, caligine tamen totum perfundebat æther, Exodi 24. n. 15. *Cumque ascendisset Moyses operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai tegens illum nube sex diebus, septimo autem die vocauit illum de medio caliginis, ingressusque Moyses medium nebulæ ascendit in montē.*

10. Deus quã solus cum Moyse loquebatur, & cur.

Exod. 24. 15.

En quanta cautela, quantusque recessus, ad quid? an quia præuidens populi casum Deus, eiusq; obscænos in vituli dedicatione clamores, oraturus Moyses, ne eius aliquo modo interrumperetur intentio, sic eum separauit, vt inexaudibilis ei esset omnis clamor, audibilis Deo eius vox: quæ dū non ad plura distracta, sed tota ad vnum recollecta sit, Deū ad se attrahebat, vt suum totum faciens ad vindictam attendere eum non sinebat, ibid. c. 32. n. 11. *Moyses autem orabat Dominum Deum suum dicens:* Emphasim habent illa verba, *Dominū Deū suum*, quasi per orationem proprium effecerit, sic proprium, vt Bernar. ser. de Magdalena, hanc Moysis extremam cum Deo sit admiratus potentiam: *Peccat populus,* ait, *& Moyses peccantem recōciliare nititur Creatori, sed dissimulat Dominus exaudire rogantē, promittit plurima Moysi Creator omnium, & feriendi licentiam quærit à Moyse, qui Moysen fecit.* Nil melius: sic suū illum Moyses per feruentem fecerat orationem; sic vndequaq; vinctum tenebat, vt quamuis ipse à Dei penderet creatione, Deus tamen ab illius oratione, illius inquam qui totus erat in ea, sicut Deus, vt inquit Tertul. & nos supra, totus in eius creatione, hinc vndique nebula cinctus, totus in se recollectus, sic orationem fundebat, vt contra eam Deus non audens, imò nostro concipiendi modo, factus impotens: & gratiam extorsit, & veniam impetrauit; sic potens, sic valida est cum Deo feruens, intentaque oratio.

Ibid. c. 32. 11.

Bernard.

11. Deus per orationem exaudit, & gratiam alias facturus executioni non mandat, antequam adsit oratio.

Hinc ea sic delectatur Deus, vt etsi aliàs sit aliquando placatus, quia iustam aut exegit vindictam, aut sumpsit supplicium; hoc tamen non antea manifestat, quàm exoratus. Vt exinde omnes intelligamus, quòd etsi Deus velit nostri misereri, propensusque etiam sit ad parcendum, sciamus tamen, hoc nonnisi media effecturus oratione: imò quamuis nobiscum placatus, nunquam aliquando effectum ostensurus, nisi cùm nos viderit orantes, precibusque instantes. Hoc Sacramentū adnoto in illis scripturæ verbis post Noe sacrificium prolatis Gen. 8. n. 22. *Odoratusque est Dominus odorem suauitatis, & ait, nequaquam vltrà maledicam terræ,* seu vt Pagninus, *& odoratus est Dominus odorem quietis,* aut vt Chald. *& suscepit Dominus cum beneplacito oblationem eius.* quæ omnia placatum Deum significant Noe sacrificio; & vt quidam, quasi ad vindicandum efferuescens illo astrictus quiescat, quod, vt Caietan. inquit, euenit, *non propter animalia oblata, sed propter affectum deuotæ mentis offerentium, quo animalia placent Deo, tanquam odor suauitatis:* Vnde concludit sic, *diuina igitur approbatio, & delectatio ad deuotionem vtique offerentium referenda est.* De qua re latè Tertull. contra Marcionem, vbi sic: *Et si Deus holocausta Noe odoratus est libenter, quæ iucunditas, siue viscerum vernaculorum, siue nidoris ardentium victimarum? sed animus simplex, & Deum metuens offerentium ea, quæ à Deo habebant, & pabuli, & suauis olentiæ gratia apud Deum deputabantur, non quæ fiebant, exigentis, sed illud, propter quod fiebant, ob honorem scilicet Dei.* Vnde meritò Chrys. in Genes. sic deuotam, feruentemque extitisse Noe orationem, deuotionemque in illo affirmat sacrificio, vt nidorem, fœtoremque ex animalium exustione superauerit. *Vide quomodo,* ait, *animus offerentis, fumum, & nidorem, & omnem, quæ inde nascitur, insuauitatem, multâ flagrantiâ repleuit.* Ergo placatus est Deus à deuotione, ab oratione, à deuoto denique Noe affectu: at numquid antea non placatus? equidem, ni fallor, & placatissimus: quid enim reliquum extabat, ne placaretur, vndique iam exsaturata iustitia? peccatoribus iam præfocatis, animalibus submersis, terra inundata, quid amplius ad vindictam remanebat? cùm solum amici extarent. Ergo cur Noe oratione dicitur placatus? ratione equidem, quam diximus, vt orationi tribueret, quod aliàs iam constabat: & placatum se, non tantum exacta iustitia, quàm ex iusti illius feruenti ostenderet oratione: vnde addit. *Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem:* Et paulò post, *Non vltra percutiam omnem animā viuentē sicut feci.* Cuius rationē assignans ait: *Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Mirū hoc, si attentè inspicias: contrarium potius ex illa eliciendū erat positione, cogitatio hominis in malū est prona: Ergo

Gen. 8. num. 22.

12. Deus quomodo placatus orationibus Noe.

Caietan.

Tertull.

Chrysost.

13. Oratio Noe quàm feruens.

A irascar, & percutiam, nō verò, non vltra maledicā, non vltra percutiam. Chrys. ad Dei hoc ineffabilē refert clementiā, vnde exclamans ait: *O ineffabilē tolerantiæ excellentiā, vt ne putemus, quòd ideo hāc professionē fecerit, quia ipsi iam in melius se cōuerterint, inquit, quia in malū proni sūt: rara misericordiæ species, quia video malitiam increscere, propter hoc promitto me nō vltra maledicturum terræ.* Aug. in hunc locū, ad indulgētiam hoc refert noui Testamenti, quasi proprium huius sit indulgere, sicut veteris percutere. *Hic*, ait, *Testamenti noui indulgentia figurata est, & præterita vltio ad vetus pertinet testamentum*: hoc est, illud ad legis seueritatem, hoc ad gratiæ bonitatem.

Chrysost.

14\. Dei summa bonitas dū homini parcit, non quia bonus futurus, sed quia malus.

August.

15\. Oratio semel deuotè exhibita est in causa præseruationis à Dei iudicio, & remissionis peccatorū futurorum.

Et quidē hæc vera sed nescio quam aliā mihi videre huius videor rei rationem; vt scilicet in gratiā hoc sit semel deuotè exhibitæ orationis, quasi Deus sic ipsa delectatus, vt eius intuitu, nollet amplius irasci, nec amplius B percutere, etsi causæ extarent, parcens peccatis, cōdonans culpas, remittens furorem, quia semel ei pro eis rectè sacrificiū orationis oblatū vt hæc homines considerantes, attendentesque, ad orandum allicerētur, & ad sacrificiū offerendū laudis, vti par est, incitarentur.

16\. Orationem impedit Deus, quādo percutere vult.

1\. Reg. 16. nu. 1. Deut. 3. num. 27. Hier. 7. num. 16. & 14. nu. 11.

Moueor inde, nam sicut quando Deus inexorabilis existēs, omninò animaduertere decernens, orationes impedit, præcauetq; ne fundantur: sic omnino Saulū puniturus, orare pro illo prohibet Samuelē. 1. Reg. 16. n. 1. sic etiam omnino terræ ingressum Moysi prohibiturus, mandat, ne pro se oret Deut. 3. n. 27. Sic Hieremiæ, ne pro populo cap. 7. n. 16. & 14. n. 11. Par equidem ratio est, imò & maior, vt semel parcere volens, præmittere faciat orationem, in cuius gratiam postea, etiā quādo non adsit actu, condonet, quæ sua est misericordia, peccata præsentia, quia quādo oratum, vti par fuit orare, præuidit futura: sic, etsi pronam sciret C hominis intentionem ad malum, ac proinde facilè peccaturum, promisit non irasci, quia vti par fuit, semel pro eis expostulatum.

17\. Oratio distracta labor est Dei. Hier. 15. nu. 7.

Vti par est, dixi, nam aliàs corpore tantum assistere, mente verò alibi, imò & actionibus vitam ducere imperfectam, hoc non tantum est orare, quantum laborem Deo inferre, Hierem. 15. nu. 7. *Tu dereliquisti me, dicit Dominus*, ex parte Dei popolo ait, *retrorsum abijsti, & extendam manum meam super te, & interficiam te, laboraui rogans*: vbi Septuaginta, *laboraui rogatus*, quasi diceret, inquit Hieron. *quid enim prodest sæpius me rogare, cùm à vitijs suis pessimis non reuertantur*. Tędium quippe talis ingerit Deo oratio, vnde laborans sustinet: imò tales (vt ait Vualfridus Strabonius lib. de exordijs, & incrementis rerū Ecclesiasticarum cap. 12. Bibliothecæ Patrum tom. 6.) non orationi- D bus Deum placant, sed contra eum dimicant: *Qui enim, ait, in oratione aliud, quàm debet, petit, aut alio modo, quàm magister humilitatis insinuat, deprecatur, vel orare nescit, vel minus, quàm potuit, proficit: qui verò peracta oratione, vel ad malam consuetudinem, vel ad noua facinora sine respectu mox prosilit, fructum orationis perdit: nam quidam in oratione pectus pugnis pauimentant, caput contundunt, voces muliebri gracilitate submittunt, & in proximo, vel verbis, vel factis alios conturbare, & semetipsos non metuunt culpabiles exhibere, hi nimirum contra iudicem, quem orando honorant, moribus pugnant*. Imò ex ea nouis se supplicijs addicunt, vt inquit Chrys. ho. 74. in Matt. *Si autem, ait, non incensū, sed mordacissimus odor, & grauiter olens fumus ascendat, quibus supplicijs dignus eris?*

Hieron.

Vualfr. Strab.

18\. Est etiam cum ipso bellum.

Chrysost.

A Nil melius. Cuius rationis vis vt intelligatur:

19\. Thuribulū in scripturis quid significet.

Supponendum, quòd per thuribulum sæpè in scripturis ipsa mēs intelligitur sanctorū, orationibus sanctis, ac pijs plena meditationibus: Hinc Aaron inter mortuos, viuētesque se constituens Deo sæuienti, thuribulum obijciebat fusus in preces, vbi non tantum ipsum thuribulum suffimento, quātum ex signo deuotæ, feruentisque Aaronis mentis Deum placabat 16. nu. 46. quod thuribulum, id est, quam mentem sic orationis igne accensam, ac affectibus totam fumigantem, aptè scutum infra ca. 18. n. 21. noster appellauit Sapiens, dum ait: *Properans homo sine querela deprecari pro populo proferens seruitutis suæ scutum, orationem, restitit iræ*.

Nu. 16. 46

Sap. 18. nu. 21.

20\. Oratio scutum.

Chrys.

Et meritò quidem, nam nullum scutum, siue ad hominem defendendum, siue à Dei sagittis custodiendum magis aptum, quàm orationem inuenies: vnde rectè Chrysost. hom. de Dauid, & Go- B liath, sic Dauidem loquentē introducit: *Tu, inquit terrenis dimicas, ego cælestibus pugno, tu in lācea, ego in fide, tu in clypeo, ego in prece*, quæ sic fortior, sicque validior est, vt ne paruis tantum machinis vti scutum apta quis pensitaret.

21\. Est murus. Hieron.

Hanc ipsam Aaronis orationem, murum appellauit Hieron. in cap. 13. Ezechiel. ad superiores, terribilesque resistere machinas valentem. *Legimus Aaron*, inquit, *aduersus ignem Israelis populum deuorantem occurrisse, & stetisse medium, & opposuisse murum pro salute populi: sicut enim murus hosti opponitur, ita Dei sententia sanctorum precibus frangitur. Vnde & Moysi dicitur: dimitte me, & delebo populum ipsum: cui enim dicitur; dimitte me, ostenditur quòd tenendi habeat facultatem*. Nil melius. Scutum ergo, & murus deuota est oratio, quæ in accenso mentis thuribulo posita, odoriferis cibata C suffimentis Deum placat, ignemque diuinæ extinguit iræ: at si pro odoramentis fœtorem, si, vt inquit Chrysost. *pro incenso mordacissimus grauiter olens fumus ascendat*, si pro sacro igne alienum impones. hoc est, si pro sanctis cogitationibus vanas, si pro feruore teporem, nonne quasi Dei ceremoniarum contaminatorem vindex flamma, nō secus ac Aaronis filios, te exuret? infinitisque dignus inuenieris supplicijs? ignem alienum in thuribulis filij imposuerunt Aaron, hoc est, vt inquit Rodulphus l. 7. in Leuit. c. 2. orationem sine charitatis affectu, meritò ergo cōbusti, & ignem experti vltionis, qui, si orarent, vt par erat, fuissēt amoris: ad doctrinam nostram, qui si non vt par est, orabimus, nō ignē experiemur deuotionis, sed exustionis.

Leu. 10. n. 1.

22\. Oratio sine charitate non præmij, sed supplicij causa.

Rodulph.

23\. Articulata sit, vt audiri possit.

Attenta ergo debet esse oratio pura, ex toto corde, à vanis munda cogitationibus, non distracta, tandem articulata, vt exaudiri possit, immò audiri, D *Verba mea auribus percipe Domine*, Regius inquit Propheta Psal. 5. n. 1. *intellige clamorem meū, attende voci orationis meæ, Rex meus, & Deus meus*. Attende gradationem, adhoc vt exaudiretur primò simplicia protulit verba, vbi Basil. *Verba, inquit, non sermonem posuit, ne longa mora remitteretur intentio*, vt infra dicemus. Post verba clamorem addidit: sed, vt inquit Hieron. *Clamor cordis, non vocis*, & tandem prospiciens, non satis ad rem esse acclamare, nisi benè clamaret, hoc est, prudenter, & vt sic dicam, articulatè, addidit: *Attēde voci deprecationis meæ*, vbi Glos. *Illa oratio vocem habet, quæ est digna audiri*, quę profectò non alia, nisi illa, quæ primò verba proferens, ad verba intimum addit cordis clamorem, & ex imo cordis proferens verba, articulat vocem: clamor ergo

Ps. 5. n. 1.

Basil.

Hieron.

Glossa.

24\. Quę oratio vocem habet.

necessarius

necessarius est, & clamor cordis: verba sola nil efficiunt: quæ etiam, si non articulata, cõpositaque, reperientur inania: ad hæc autem, vti par est, proferenda, tota mentis necessaria est intentio, totus cordis vnitus affectus.

25. Intente orare absque distractione difficillimum. *Augast.*

Vera ergo sunt dicta, verissimè toto cordis orandum affectu, tota mentis recollectiune: at quis ad hæc idoneus? difficillimum hoc est negotium, fugacissima mens nostra, instabilis suo effecta peccato, in millia nos abrumpit, immò & disrumpit, vt aliàs diximus. *Attendat*, inquit Aug. in ps 85. *quisque & videat quanta aguntur in corde humano, quemadmodũ ipsa plerumque orationes impediuntur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deum suũ, & vult se tenere, vt stet, & quodammodo fugit à se, nec inuenit cancellos, quibus se includat, aut obices quosdã, quibus retineat auolutiones suas, & vagos quosdam motus*. Nil verius; experientia enim discimus,

26. Quùm in oratione cor inueniant.

sic cor à nobis oratione fugitiuum, vt ad miraculũ videatur, si aliquando in ea illud inueniamus. Hinc

2. *Reg.* 7. *num.* 27.

Dauid 2. Reg. 7. n. 27. quasi exultans dixit: *Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac.* Quid

27. Cor nostrũ seruus fugitiuus. *August.*

est inuenir, nisi quia semper vti fugitiuus seruus, cũ ad orationem accederet, eum non reperiebat? *Inuenire se*, inquit Aug. vbi supra. *cor suũ, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum, & non posse comprehendere, & clamare ad Dominum, quoniã cor meum dereliquit me. Ps. 39. n. 13.* Quid ergo? nũquid ab oratione cessandum? minimè equidem: nã

Abb. Pas.

vt inquit Abbas Pastor in lib. doctrin. Patrum, li. de

28. Orandum, etsi cũ imperfectione.

oratio. n 7 & habetur in speculo magno exemplorum, verbo, *Gloria humana*, exemplo 4 *seminemus parca, etsi immunda, ne famis tempore moriamur.* Hinc ne animo despondeamus, difficillimumque hoc, facile reddatur, aureum sanctorum decreui tibi apponere documentum: crebro ora, etsi affectus

29. Assiduè, & nõ per multum tẽpus, si affectus non adsit. *August.*

non adsit, non per multum tempus: nã vt pulchrè August. epist 21. de orando Deo, ad Probam. *Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus*: hic ad orationem neceſſarius, ille superfluus: nam, vt ipse inquit, *Multam loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Ex quo dicuntur*, ait, *fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat, atque hebetetur intentio* quæ si adsit, non rumpẽda. si

30. Christus apud patrẽ exauditor æternus.

absit, non obtundenda. vt ipse egregiè ait: nam etiã & ipse Dominus, & in oratione pernoctauit, & prolixius orabat, quia intensissimè assistebat. *Nam & de ipso Domino*, inquit August. *scriptum est, quòd pernoctauerit orando, & quòd prolixius orauerit, vbi quid aliud, quàm nobis præbebat exemplum in tempore precator opportunus, cũ Patre exauditor æternus?* Prolixius orandum, si deuotio adsit, breuiter si

Chrysost.

absit, sed frequenter, secundũm Augustinum, cuius adstipulans consilio Chrysost. hom. de fide Annæ tom 1. ait. *Christus, & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precationes, ex paucis internallis: nam si in longam extenderis verba, cùm frequenter parum sis attentus, multum aucucium diabolo suppeditasti, vt accedat, supplanteique ac mentem ab his quæ dicantur, auocet: quòd si frequenter, ac subinde oraueris, tempus omne crebris dirimens interuallis, facilè poteris esse sobrius, & vigilans, vt precationem multa cum attentione perficias.* Nil consultius. Qua in re illud ponderandum, quantum Dei faciant sancti in oratione attentionem, intentionemque, cùm vt hæc adsit, consulant breuius, quàm prolixè orandum: nam, vt inquir Augustinus vbi

31. Quis est qui multũ orat.

supra, *Multum precari est ad eum, quem precamur, diuturna, & pia cordis excitatione pulsare.* hoc est, toto affectu, totoque conatu: sic enim ad sapientiam perueniemus, Deumque reperiemus, vt Princeps ille mansuetissimus populo dixit.

Deut. 4. *num.* 29.

Deuter. 4. num. 29. *Cumque quæsieris Dominum*, ait, *inuenies eum: si tamen*, addit, *toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ.* Quem locum Sep-

32. Deus non tãtum quærendus, sed requirendus.

tuaginta sic legunt. *Et inuenies eum, quando exquisieris eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua in tribulatione tua*: Vbi ad inueniendum, non tantum requisitionem expetijt, sed requisitionem ex toto corde, totaque ex anima, vt sis totus, interius, exteriusque effusus in preces: non secus ac noster Sapiens, qui sapientiam per orationem adepturus, inquit, non solum adijsse Dominum: sed quod illum ex totis precatus sit præcordijs: vnde ait. *Adij Dominum, &c.*

PARAPHRASIS

CAPITIS VIII.

Num. 1. *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.*

Non vincit quidem malitia sapientiam, quia non potest, cuius ratio, quia ipsa se extendit ab extremo, vsque ad extremum, discurrẽs per media, de omnibus tandem semper victrix, & hoc semper, firmiter, & constanter, sine intermissione, suauiter tamen, nullam vim inferens voluntati humanæ.

Num. 2. *Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui in sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.*

Quam cùm cõtemplatus sum, ita in amorem eius exarsi, vt ab ineunte ętate mea, eam mihi in sponsam assumerem efficaciter proposui, omnino amator, & concupitor factus pulchritudinis, & decoris ipsius.

Num. 3. *Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei, sed & omnium Dominus dilexit illam.*

At non solum pulchritudinis, sed etiam generositatis, & nobilitatis illius, quam gloriosam habet, ex contubernio & conuictu diuino, vnde omnium Dominus dilexit illam.

Num. 4. *Doctrix etenim disciplinæ Dei, & electrix operum illius.*

Num. 5. *Et si diuitiæ appetentur in vita, quid sapienti locupletius? quæ operatur omnia.*

Num. 6. *Si autem sensus operatur, quis horum quæ sunt, magis quàm illa operatus.*

Num. 7. *Et si iustitiam quis diligit labores huius magnas habent virtutes, sobrietatē enim, & prudentiā docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil & in vita hominibus.*

Num. 8. *Et si multitudinē scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat, scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa, & mōstra scit antequam fiant, & euentus temporum & seculorum.*

Num. 9. *Proposui ergo hāc adducere mihi ad conuiuendū, sciens quoniā mecū communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tedij mei.*

Num. 10. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis.*

Num. 11. *Et acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentiū admirabilis ero, & facies principū mirabūtur me.*

Num. 12. *Tacentem me sustinebunt, loquentem me respicient, & sermocinante me plura manus ori suo imponent.*

Num. 13. *Præterea habebo per hanc immortalitatem, & memoriam ęternam his, qui post me futuri sunt, relinquam.*

Num. 14. *Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ.*

Num. 15. *Timebunt audientes Reges horrendi, & in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.*

Num. 16. *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tędium conuictus illius, sed lætitiam, & gaudium.*

Dilexit quidem, tum quia ipsa perfectè scit omnium suorum arcaoorum intima, atque ideo doctrix eius scientiæ dicitur, tum quia fidelissima electrix est, & executot omnium operum illius, quod cum ita sit amanda & diligenda profecto ab omnibus illa est, habet enim scientiam Dei arcanorum, & electionem omnium operum illius.

Quin, etsi diuitias quis appetit, ad hoc vt vitam commode, & liberaliter transigat, quid ea locupletius. quæ ex nihilo fecit omnia.

Quod, etsi prudentiam, quę omnia operatur, quis desiderat, quis omnium operum quæ sunt sub sole, magis quam ipsa operatur?

Immo, si quis acquisitionem omnium virtutum diligit, quæ expeditior via ad illas obtinendas esse potest, quam sapientiæ amor, & conuersatio cum illa: nam labores illius, idest actus virtuosi ab illa imperati, parturiunt illas quatuor magnas virtutes, nempè temperantiam, prudentiam, iustitiam, & fortitudinem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus.

Etsi experientiam multarum rerum, practicamque scientiam earum, ac speculatiuam quis desiderat, scit ipsa præterita, immo futura, fallacias orationis optimè callet, enigmatum dissolutiones, cęlestes mutationes, ac signa, portenta etiam, quæ in mundo fiūt, scit, immo temporum articulos, & momenta, quando illa euentura sint optimè nouit.

Ob quæ omnino decreui adducere eam mihi ad conuiuēdum, pro certo sciens quod mecum communicabit de bonis eius, erit namque consultrix bonorum consiliorum, & insuper alleuiamentum omnium mearum curarum, & tædij mei.

Propter illam namque habebo claritatem, & gloriam, apud turbas & honorem apud seniores, etiam si sim iuuenis.

Non solum quidem, iudicans, honorem habebo, sed quia acutus ero in iudicando, dilucidans omnes difficiles quæstiones, ero admirabilis in conspectu potentium, & facies principum mirabuntur me.

Isti enim me tacentem ad memoriam reuocando quæ dicturus sum, patienter expectabunt, respicient me loquentem pendentes non solum à verbis sed ab ore, hoc est à gestu, & actione, & sermocināte me plura, manus ori suo imponent, nil ministrare audentes, contra id, quod ego dixi, & pronūtiaui.

Habebo præterea per illam immortalitatem, & memoriam æternam relinquam his, qui post me futuri sunt.

Leges vnicuique conuenientes dabo, sedesque appropriatas eis dispensabo, ac propterea, libenter mihi nationes erunt subditæ.

Quapropter Reges alioquin horrendi timebunt me, cum tamen in regno meo eum meis beneficus apparebo, sicut & cum extraneis in bello fortis.

Vacans à publicis negotijs, & in domum meam intrans, quiete degam cum sapientia diuina, nam non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tędium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium.

Num. 17. *Cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalis est in cognitione sapientia.*

Quod mecum cogitans, & accurate tractans, verè asserui in affinitate cum sapientia, vel in eius accurata rememoratione esse immortalitatem, & immortalem fieri, qui affinitatem habet cum illa.

Num. 18. *Et in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manus illius, honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, vt mihi illam assumerem.*

In amicitia enim illius & delectatio honesta, & supernaturalis, & in laborib' manuum eius diuitias indeficientes, sicut in vsu colloquij illius prudentia, & præclaritas, dum sermones illius communicātur, quapropter valde de ea sollicitus, circuibam quærens, vt mihi illus in sponsam assumerem.

Num. 19. *Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.*

Puer autem eram corpore bene adaptato, ad omnia munia obeunda, & bonam indolem Dei gratia sortitus, animam habebam ad bonum valde procliuem.

Num. 20. *Et cùm essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.*

Immo, vt magis essem bonus concessit mihi diuina gratia corpus incoinquinatum ab omni macula, idest corpus adaptatum ad auxilium præbendum, & non impediendum animam, eiusque functiones circa sapientiæ acquisitionem, vnde natus ex legitimo matrimonio, tempore congruenti, mūdissimum, & castissimum corpus habui, aptum ad sapientiæ acquisitionem.

Num. 21. *Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum: alij Dominum, & deprecatus sum illum ex totis præcordijs meis.*

Sed hoc non obstante, licet hæc omnia haberem, tamen Deo auxiliante, vt intellexi, quoniam aliter non possem potiri sapientia, nisi illam Deus dedisset, quod scire etiam erat sapientiæ donum, ex totis meis præcordijs adij Dominum, precibus, orationibus, cæterisque pœnitentiæ operibus, depreceans illum obnixe, & absque vlla simulatione.

Omnia sub correctione sanctæ Matris nostræ Romanæ Ecclesiæ, ita vt ne apex quidem velim sit in his meis lugubrationibus, qui non sub eius correctione, semper obtestans, me secundùm illam sentire, ita vt si aliquando euenerit, vt ipsa sacrosancta mater nostra aliquid ex meis correxerit, & emendauerit, ex nunc, immuto sensum opinionemque retractans meam totus eius existens opinionis, cui humiliter me subscribo, & submitto. Madriti mense Decembri die 17. anno Domini, 1616.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

A

AARON.

ABEL.

ABIGAIL.

ABIMELECH.

ABRAHAM.

ABSALON.

ACCIDIA.

ACHAB.

ACHAZ.

ACHITOFEL.

ADAM.

ADAD.

ADMIRATIO.

ADORATIO.

ADVLATOR. ADVLATIO.

ADVLTERIVM.

ÆGYPTIVS.

ÆMVLATIO, ÆMVLVS.

ÆTERNITAS.

ALEXANDER.

ALIMENTVM.

AMAN.

AMICVS, AMICITIA.

RRr

Index rerum

MVLIER.

MVNDVS.

MVNVS.

MVRMVRATIO.

MVRVS.

MYSTERIVM.

N

NAAMAN.

NABAL.

NABVCHODONOSOR.

NATIO.

NATIVITAS.

NATVRA.

NEGLIGENTIA.

NOBILITAS.

NOE.

PAVPERTAS, PAVPER.

PAVVS.

PAX.

PECCATOR.

RHAMNVS.

RISVS.

ROBOAM.

ROMVLVS.

RVBEN.

RVDITVS.

RVTH.

S.

SACERDOS.

SACRIFICIVM.

SALOMON.

SAMARITANA.

SAMVEL.

SANCTI, SANCTITAS.

FINIS.